R. 6
1113

R6
1/13

Est 11
n 129

ALPHONSI TOSTATI HISPANI,

EPISCOPI ABVLENSIS,

PHILOSOPHI, THEOLOGI,
Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Primam Partem I. REGVM:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.
CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum Hispaniarum, & Indiarum Regem.

lit 11
129



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

de la casa de Sevilla de los clerigos menores

VENETIIS, M D XCVI.
Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

corregido segun el indice de 1632

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS COMMENTARIORVM

In Lib. Regum Præfatio.

TEMPORALIVM euentuum, bellorum, actionum, passionum, & afflictionum Iudaicę plebis ordinem insequentibus nobis, toto exhausto Moysi Pētateucho, librisq; Iosue, Iudicum, & Ruth mediorum temporum Chronographis iam expletis, libros Regum aggredi consequens erit. Tempora namque librorum horum coniuncta sunt: nam exhaustis iudicibus, de quorum gestis, & temporibus in libro Iudicum agitur, Regū tempora inceperunt: semper quippe iudices mansere, quousq; Israeliticus populus concitatus auaritia, & iniqua distributione filiorum Samuelis, quos ipse grādęuus effectus toti præfecerat populo hebræorum, reges super se, sicut in cæteris gentibus erat, fieri flagitauit, vt patet infra c. 8. & 12. Nam & pars prima librorum Regum ad tempora Iudicum pertinet: ipse quippe Samuel, cuius in exordio primi libri Regum historia texitur, & a quo secundum hebræos liber iste, & secundus nomē sortiti sunt, de iudicibus fuit, vt patet infra 12. c. Post eum autem reges inceperūt in Saule, quem ipse Samuel Dei iussu vnxit in primum regem Hebræorum, vt patet infra cap. 10. vnde nihil temporis inter iudices, & reges intercidit, nec liber Ruth, qui inter reges, & iudices medius ponitur aliquam temporum distinctionem notat: nam vero iudicio liber Ruth pars quædam per apocopen decisa de libro Iudicū dicitur, quia in diebus vnius iudicis eius gesta narratur historia: sic enim ait Hierony. in prologo Galeato, qui huic libro anteponitur. In his autem libris Regum omnium Regum, tam Iudæ, quàm Israel facta, & tempora describuntur ab exordio eorum, vsque ad Babylonicam captiuitatem, quæ regibus directè, & incommixtè de tribu Iuda descendentibus, finem dedit. Et quoniam liber iste in quibusdam, iuxta hebraicum stilum, decurtatus est, quæ ex aliqua parte defecerunt, vtcunque gesta narrantur in libris duobus Paralipomenon, qui ob hoc nomen assumpserunt: nam in Græcam originem Paralipomenon relictorum, vel de relictis interpretatur: eo quòd ibi de eis, quæ relicta sunt in libris Regū, & alijs historicis, suppletio quædam habetur.

Quos libros isti sequantur.

Liber iste primus cō uenienter in duo volumina secatur.

Lib. Ruth est pars libri Iudicū

Continentia librorū Regum.

A B C D E

De ordine, & modo principatus Iudæorum ab initio, vsque ad Christi mortem in generali, & deinde in speciali de singulis temporibus, qualem speciem politiæ habuerint. Quæstio. 1.

AD introductionem autem libri huius considerandum, ꝙ reges, de quibus hic per omnia agitur a regendo dicuntur, eo ꝙ populum Dei suis temporibus direxerũt. Fuit autem limitatũ tempus regibus datum, reliqua autem tempora hebræorum ad alterum regiminis modum pertinent. Fuerunt autem duo tẽpora distinctissima in regimine, principatu, atq; totali habitudine populi hebræorum. s. ante ingressum in terram Chanaan, & postquam eam adepti inhabitare cęperunt. Prius autem fuerunt Iudęi sub triplici habitudine. s. ante descensum in Aegyptum, & in tpe incolatus ibi eorum, & in tpe diuagationis, & habitationis in deserto post exitum de Aegypto. Principium aũt temporum non pertinet ad aliquod politicum regimen, quia populus hebraicus, ita paruus erat, vt nullam politiam constituere posset, requirunt. n. politiæ debitã multitudinem virorum, nec põt constitui in quocunque numero, vt patet 9. Ethic. & 2. Politic. erat autem regimen œconomicum, quod domesticum dicit inter eos, secundũ quod quilibet rector est familię suæ, vt patet 1. Politic. Primus namque pater hebræorum, in quo populus ille per promissiones a Deo factas, & signaculum circuncisionis in carne a cęteris gentibus segregatus est, Abraham fuit, ipse autem cum sola familia, & ad extremum cum filio suo Isaac habitauit, tanquam peregrinus in terra Chanaan, vt colligit Gene. c. 12. & vsque ad 25. & ad Hebrę. 11. & Actuum ca. 7. Iste igitur cum de genere suo solum filium suũ haberet, non poterat politicam communicationem cõstituere, aut principatum, cui successit Isaac filius eius, qui eodem modo solum œconomicam gessit vitam, quia cum duos habuisset filios. s. Iacob, & Esau, confestim ab vtero Esau cępit non pertinere ad populum Dei, cum Deus dixisset ad Rebeccam: duę gentes in vtero tuo sunt, & duo populi ex ventre tuo diuidentur Gen. c. 25. Nõ enim acceptauit Deus ipsum Esau, vt esset de populo eius, iuxta illud Malac. cap. 1. nonne frater erat Esau, Iacob dicit dominus, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui? & posui montes eius in solitudine, & hereditatem eius in dracones deserti. Nec quidem hoc fuit, tanquam aliquod malum Esau egisset, sed antequam malum, vel bonum ageret ex ęterna Dei prędestinatione factum est, vt Iacob diligeret, Esau autem odio haberet ad Roma. c. 9. manebat igitur solus Isaac cum filio eius Iacob, qui ad populum Dei pertinebant, sed hi nullam politiam constituere poterant.

Iacob principatus qualis.

Nouissimus autem in hoc statu fuit Iacob successor Isaac, qui 12. quidem filios habuit, & omnes pertinentes ad populum Dei, sed nec iste communicationem œconomicam excedebat, cum pater, & filius, vir & vxor, dominus & seruus, sex termini cõmunicationis œconomicę sint, vt patet 1. Politic. c. 2. nec differt an multi filii, vel pauci sint, & multi serui, atque familia copiosa, nisi ad hoc ꝙ œconomię differant secundum quantitatẽ, sed in spẽ nequaquam, ita vt transeant ad alterum genus principatus, vel communicationis non œconomicę, iuxta Arist. 1. Oecono. hoc autem erat in Iacob, qñ filii sui nondum erant emancipati, vel saltem nondum acceperant vxores, quia tunc filius est quędam pars patris donec sit pelicõ. i. magnus, vel emancipatus. 5. Ethi. Cum vero filii Iacob acceperunt vxores in terra Chanaan, & ipsi quoque inceperunt habere familias speciales, non poterant oẽs pertinere ad cõicationem œconomicam, quia nõ cõsti-

F tuebãt vnam œconomiam, sed multas: nec tñ adhuc pertinebant ad politicam cõicationem, qm ex tã paucis nulla politia consistere põt: enumeratis namq; tã magnis, quàm paruulis de progenie Iacob cũ descenderunt in Aegyptum erant omnes 70. simul Gen. 46. c. nulla tamen politia ex tam paucis constare potest: pręcipue, quia plurimi istorum 70. erant paruuli: politia tamen iuxta Arist. Politicorum lib. 1. est cõmmunicatio per se sufficiens. habebant autem Iacob, & filii sui quandam communicationem mediã inter politiam, & œconomiam, quę dicitur communicatio vicalis a quibusdam, vel homogalactarũ secundum Gręcos, aut collactaneorum. Isti autem sunt quandocunque plures descendunt ab eodem stipite, & simul

G cõicantes non possunt facere politiam ꝑꝑ paucitatẽ, nec rursus facere œconomiam vnam, quia sunt plures familię, ideo faciunt cõicationem mediam inter has, & dr̃ vicalis a vico, quia isti sufficiunt facere vnum vicum, sed non vnam vrbem. Dicuntur ẽt homogalactę. i. ab vno lacte descendentes: s. ab eadem origine ab homos, quod est vnũ, & gala, quod lac, quasi ab eodẽ lacte. Idem autem collactaneus signat. Hęc igitur fuit communicatio, & principatus hebræorum in terram Chanaan, antequam descenderent in Aegyptũ. Cum vero descenderunt in Aegyptũ, potuit iam esse alius principatus inter eos, quando creuerunt nimis, & tanquam germinantes multiplicati sunt. Exod. c. 1. ita vt

H non solum sufficeret ad constituendum vnam politiam, sed etiam plurimas: nam in exitu de Aegypto. 600. millia peditum, & amplius fuerunt, vt patet Exo. c. 12. & ibi satis declaratum est: non tamen patet quis modus principatus fuerit inter illos. Pro hoc autem considerandum, ꝙ mansio Israelitarum in Aegypto diuisa fuit in tempus calamitatis, & prosperitatis.

Tempus prosperitatis.

Nã a principio viuente Ioseph, & vsquequo surrexerunt reges noui post mortem eius, qui ignorabant eum, Iudeis fuit magna prosperitas in terra Aegypti: nam maiora bona, & diutię Aegyptiorum eis traditę sunt. Sic dixerat Pharao Gen. 45. cap. Ego dabo vobis omnia bona Aegypti, vt comedatis medullam terrę. Patet autem hoc quoniam ipsi petierũt terram Gessen, quæ erat optima, & hãc acceperunt in possessionem apud

I vrbem Ramesses Genesi. 47. capitulo. In hoc autem tempore verisimile est, quod ipsi hebręi haberent iudices inter se de seipsis: nam cum Ioseph esset prefectus totius Aegypti dicente sibi Pharaone: Ego sum Pharao, absque tuo imperio non mouebit quisquam manum, aut pedem in omni terra Aegypti Gene. 41. cap. verisimile erat, quòd ipse Ioseph dominaretur omnium hebręorum, & sub se poneret alios iudices de ipsismet Hebręis. Poterat autem hoc fieri conuenienter, quia hebręi habitabãt separati ab Aegyptiis in terra Gessen, vel Ramesses Gen. 47. c. erat tamẽ vltimate principatus eorum monarchicus, cum essent sub Pharaone, qui rex erat omnium habitãtium in Aegypto. Secundum tempus calamitatis magnę Iudeorum in

Tẽpus calamitatis.

K Aegypto fuit post mortem Ioseph cũ surrexit rex nouus, qui non cognoscebat Ioseph incipiens affligere Iudęos intolerabili labore, in operibus luti, & lateris, & in oĩ seruitute in terrę operibus. Exo. 1. c. & durauit hoc vsq; ad exitũ eorũ de Aegypto. In hoc aũt tpe verisĩle est, ꝙ Iudęi nõ hẽrẽt inter se aliquos iudices. vel dños de seipsis, sed ꝑponebant eis iudices, & pfecti de Aegyptiis, vt ꝑmerent eos, & diligenter custodirent, ne fugerent de terra, & iungerentur hostibus Aegyptiorũ, vt patet Exo. c. 1. s. Ecce populus Israel multus, & fortior nobis est, venite sapienter opprimamus eũ, ne forte multiplicetur, & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra, & ibi sequit ꝙ Pharao imposuit ꝑfectos

fectos operum ad affligendum illos. Non habuerunt ergo Iudæi hoc tēpore iudices super se de genere suo. Post exitum autem de Aegypto, fuit alius modus regiminis hebræorum, & differebat iste modus a prioribus, quia iam inceperant Israelitæ esse liberi. Differūt autem, quia aut loquimur de tpe, quo fuerūt in deserto venientes ad terram promissionis, vel de tpe quo manserūt in ea iam acquisita. Primum tp̄s fuit annorum 40. tātum.n. Israelitæ in deserto morati sunt. Exo. 16.c. Deutero. 8. & 29.c. In quo tempore habuerunt super se principem Moysen, qui vixit vsque ad finē 40. anni ferè: nam in anno 10. mēse vndecimo, mortuus est, vt declaratum fuit Iosue.c.1. nam ipse in mense vndecimo, anni 40. Deute. proposuit coram toto Israel. Deuteron.c.1. Iste autem principatus non fuit semper eiusdem modi: nam ab exitu de Aegypto vsquequo venit Iethro ad Moysen in monte Synai, qđ fuit anno secundo ab exitu de Aegypto, vel circa finem primi, vt declaratum est Exod. 18. cap. Moyses erat solus princeps, & iudex in toto Israel, vt patet præalle.c. Ipse namque iudicabat in omnibus causis. Et quia solus erat, & litigiorum maxima multitudo, sedebat a mane vsque ad vesperam pro tribunali audiens causarū ventilationem. Vnde Iethro hoc vidēs, increpuit eum, dicens. Non bonam, inquit, rem facis, stulto labore consumeris tu, & populus iste, qui tecum est, vltra vires tuas est negocium, solus illud non poteris sustinere. Et deinde cępit alius ordo iudicum. Toto ergo hoc anno primo fuit inter Iudæos principatus similiter monarchicus, qui regalis aliquo modo dicitur.s. quia Moyses super omnes hebræos erat, & præter eum nullus alius super eum, aut infra eum in populo iudex, vel princeps erat. Differebat tamē principatus eius aliquo modo a regali, quia ipse non se vocabat regem, sed iudicem, nec vtebatur tanta potestate, sicut reges vtuntur. Ab illo autem tempore incępit alius modus principatus in populo Iudaico: nam cū Iethro manifestè declarasset istud negociū esse supra vires Moysi, suasit ei accipere in iudices de omni plebe decanos quinquagenarios, cēturiones, & tribunos, qui accepit eos, & dedit illis modum iudicandi, vt patet Exod. 18. & Deute.c.1. tunc autē principatus Israeliticus erat monarchicus, quia quamquam plurimi essent iudices in Israel, tamen omnes reducebantur ad vnum.s. Moysen. Ipse.n. dixerat, ꝙ qn̄cunque esset aliqua causa ardua deferretur ad ipsum, & qn̄cunq; in aliquibus aliis dubitarent, quærerent ab eo, & causæ etiam per appellationem deuoluebantur ad eum. De his Exo.c.18. & Deutero. 1. durauit autem iste principatus modico tēpore.s. vsque ad annum secundum, & finem mēsis secundi eiusdem anni, vel principium mensis tertii. Nā cum esset Israel in sepulchris concupiscentiæ, Moyses videns totum populum plorantem desiderio carnium doluit nimis, petens a Deo, ꝙ occideret illum, vel auferret ab eo curam tanti populi: ipse autem prouidit ei dans 70. seniores, qui iudicarent populo, & ꝓphetarent illi, vt sic diminueretur labor Moysi. Tunc aūt fuit alius modus principatus, quia iam nō erat totaliter monarchicus, vt a principio fuerat, sed magis erat Aristocraticus, q̃a 70. seniores erāt æquales Moysi in iurisdictione, nec appellabatur ab eis ad Moysen, vt declaratum est. Nu. 11.c. Durauit autem iste principatus ab anno secundo vsque ad exitum Iudęorū de deserto. Semper enim isti iudices cum Moyse iudicabant, vt declaratum est præall.c. hic igitur fuit modus triplex regiminis hebræorum in deserto. Vltimum autem tempus status hebræorum fuit post acquisitam, & possessam terram promissionis, & iste fuit ꝑfectior status, & in maiori gloria Iudæorum. Diuiditur autē totum istud tempus in duas partes.s. in partē, qua mā-

A fere Iudæi in terra sua, & in tempus, quo post Christi mortem dispersi per totum orbem manent. Quantū ad secundum dicendum nihil est: nam cum status Iudaicus cessauerit per Christi passionē, iam de Iudęis nihil manet, sed sunt translati ad alias gentes, & redacti in seruitutem nullum habentes iudicem, nec principem. De primo aūt statu, qui fuit ab eo tēpore, quo ingressi sunt in terram Chanaan sub ducatu Iosue, vsque ad tempus, quo per Romanos debellati per totū orbem dispersi sunt, quod fuit tp̄s fere duorum millium annorum, vt ait Iosephus 1. libro Antiquitatum, hoc in veritate valde minus est. Dicendum ꝙ fuit triplex modus regiminis.s. per iudices, per reges, & per B pontifices. Primus modus fuit per iudices, qui cępit ab ingressu in terram Chanaan tempore Iosue, vsque ad tēpus Samuelis, qui fuit vltimus de iudicibus, quo viuente vnctus est in regem Saul: fuit autem non magnum tempus horum Iudicum, primus quorum fuit Iosue, licet iste proprie non dicatur iudex, quia maior erat potestas eius, quam alicuius iudicis. Vnde & per Deum institutus fuit. Nu. 27.c. vnde poterat vniuersaliter iubere in populo, & quantum ad hoc aliquo modo vocabatur dominus. Iudices autem alii solum fuerunt, tanquam quidam duces bellorum assumpti a populo ad pugnandum contra hostes: ideo sacra Scriptura fecit differentiam inter Iosue, & Iudices. De tempore Iosue dicendum, ꝙ principatus erat monarchicus inter Iudæos: de tempore autem singulorum Iudicū C non tantum constat, sed idem dicendum videtur.

Secundum tempus huius status fuit, in quo regulati sunt Iudæi per reges, & istud fuit a tempore Saulis, quem vnxit Samuel in regē Israel. Ipse enim fuit primus Regum, & Samuel vltimus Iudicum: ita vt nihil distaret inter iudices & reges. Durauit aūt istud tēpus vsque ad Babylonicam captiuitatem. Fuerunt autem in hoc tempore multi reges, & non semper de eadem tribu. Primus enim rex fuit de tribu Beniamin.s. Saul, vt patet infra c.9. postea autem cum futuri semper essent reges de eadem tribu, abstulit Deus regnum de domo Saul, quia non obediuit mandato eius ĩ. c. 35. ideo iussit Deus vngi Dauid in regem, qui regnauit mortuo Saule, & deinde semper fuerunt reges de semine eius vsque ad Babylonicam captiuitatem, vt pa- D tet ex processu librorum istorum, quia Deus iurauerat, ꝙ non extingueret lucernam de domo Dauid, sed daret ei semper sedentem super solium suum infra 3. lib.c.15. fuerunt tamen diuisa regna tpe intermedio, quia dum incępisset regnum in domo Dauid, regnauit ipse super totum Israel, & filius eius Salomon. In tpe aūt Roboam filij Salomonis diuisum est regnum Israel in duas partes ꝑꝑ peccata Salomonis: manserūt aūt duę tribus.s. Iuda, & Beniamin cum regibus de domo Dauid, & 10. aliæ tribus fuerunt sub regibus de tribu Ephraim, quorū primus Ieroboam filius Nabath, qui peccare fecit Israel. De quo infra 3. lib. c.11.12. & 13. postea autem nunquam fuit reducta ista diuisio ad vnitatem, quamquam multum super hoc pugnatum E fuisset. De his autem duabus partibus vna.s. totum regnum Israel decem tribuum translata est in terrā Medorum, & Persarum in Hailam, & Abor iuxta fluuiū Gozam per regem Salmanasar, dum regnaret in Israel Oseæ filius Hela, qui pariter translatus est in terrā Medorum. In Iuda autem regnabat tūc rex Acham, & erat tunc annus 20. regni eius. De hoc infra libro 4. capit.27. Post hoc autem nunquam redierunt illę decem tribus, nec redituræ sunt. In terra vero Chanaan manserunt tunc solæ duæ tribus, scilicet Iuda, & Beniamin cum Leuitis, & Samaritanis, qui ducti sunt de terra Medorum. Regnauerunt autem post hoc adhuc multi reges in Iuda, vsque ad Babylonicā captiui-

tatem,& sic fuit finis Regum Iuda,& Israel: vñ in hoc finiuntur isti libri Regum,& Paralip. Huic tẽpori successerunt anni 70. quibus iuxta vaticiniũ Ieremię morati sunt in captiuitate Babylonica Iudęi. Ierem. c.25. in quo tempore Iudęi non habuerunt aliquem principatum,quia erant in captiuitate sub potestate Regũ Babylonis. Cum autem redierunt in terram suam reędificantes vrbem Ierusalem,& templum domini incępit in eis alius status. Tertiũ tempus fuit quo Iudęi regulati sunt per pontifices, & istud est post captiuitatem Babylonicam,non quidem,ꝙ hoc toto tempore põtifices rexerint,sed quia maxima parte eius. Primo enim veniẽtibus Iudęis de captiuitate Babylonica dominatus est Zorobabel,& Neemias,& Iesus Iosedech sacerdos magnus: in eodem enim tempore vtriq; rexerunt. De Neemia patet per totum librum suum, vbi significatur, ꝙ ipse missus sit a Dario rege Persarũ in Ierusalem,& ędificauit eam. De Iesu Iosedech sacerdote magno patet Zacha.c.3. vbi loquitur angelus ad eum anno 70. captiuitatis Babylonicę, in quo incępit prophetia illa Zacha.c.1.& dicit, ꝙ ipse erat iudex, & quandocunque fit locutio ad Zorobabel principẽ, fit quoque ad eum,vt patet Aggęi,c.1.& 2.& Zachar. c.4. Zorobabel autem erat proprie princeps tunc omnium Israelitarum: & sic vocatur princeps Iudęorũ. Aggęi c.1.& 2.& 1.Esdrę c.4.& 5. Ipse enim erat princeps,tam in toto populo, quàm inter ędificatores sanctuarii,& ad ipsum fiebat sermo propheticus de reędificatione,vt patet pręal.c. Erat aũt ipse princeps de tribu Iuda directe veniens de stirpe Regum Iudę, qui p̃cesserant,vt patet Matth.c.1. Neemias autem,de quo dictum est ẽt erat princeps,sed iste magis fuit specialiter princeps in ędificatione ciuitatis, qui cũ esset pincerna regis, accepit licentiam ędificandi vrbẽ Ierusalem,vt patet Nee.c.1. Post hęc aũt de principatu Iudęorum non põt apparere aliquid cũ nihil sacra Scriptura loquatur, nec sint aliqui libri eius, vsque ad tpa Machabęorum, rexerunt aũt tunc pontifices populũ hebręorum. Nam in diebus suis Mathathias erat princeps gentis huius,vt patet 1.Mach.c.1.& 2. Deinde filii eius Machabęi successerunt in principatu. Nã primo Iudas filius eius,qui Machabeus dr̃, deinde Ionathas,postea vero Simon successiue principes fuerunt, & ad vltimum Ioannes Hircanus filius Simonis. Nam isti erant sacerdotes magni, & de genere sacerdotum, vt apparet 1.Machab. c.2. fueruntque quasi reges: nã Ioannes, qui vltimus eorum stetit imposuit sibi diadema regis: post eum vero alii fuere pontifices, qui pariter reges erant,vt Aristobolus, Alexander,& Ioannes quousque propter seditionem istorum, qui erant de genere sacerdotali,& volebant principari, Romani se interposuerunt auferentes eis principatum regnatiuum, solum relinquentes principatum pontificalem, & istum venalem faciebant,ita vt quando Christus natus est,vt fuit sub Herode, iam nullus esset de regibus Iudęorum, sed alienigenę erant reges, scilicet Herodes tres successiue regnauerunt. Vnde & ipsi Iudęi in passione Christi dixerunt. Non habemus regem,nisi Cęsarem. Matth.26.cap. Patet igitur de toto principatu Hebręorum ab exordio gentis eorum vsq; ad mortem Christi,in qua totaliter desijt status eorum, cum paulopost per Romanos deleti fuerint.

Status Iudęorum in captiuitate.

Considerandum tamen, ꝙ omnibus istis temporibus, ex quo Israelitę introierunt in terram Chanaan habuerunt pręter istos principes quosdam alios iudices,scilicet domum concilii, quę constabat ex septuaginta senioribus,& summo sacerdote. Isti namque vsque ad tempus Saluatoris manserũt: nam & per istos morti adiudicatus est, vt satis colligitur Matthę.26.& Marc.14. c. idem etiam Iosephus circa finem librorũ

Domus cõcilii, quõ semp fuit in terra p̃missionis.

F antiquitatis ait. De his iudicibus magis declaratũ est. Numer.cap.11. Isti autem non faciebant variationem politię,quia cum ponatur vnus rex, vel vnus sacerdos princeps totius populi ab ipso principatus efficit monarchicus: alii autem sunt quodam modo subordinati. tempora autem intermedia horum fuerunt tempora Regum,de quorum gestis,& ducatu in his quatuor libris agitur.

An liber Regum sit vnicus,vel plures,& quid contineatur singillatim in quolibet. Quæst. II.

G QVAERETVR circa hoc an liber iste Regũ vnicus,vel plures sit. Cui respondendum non esse dubium eum in quatuor particulas apud nos esse distinctũ, quę libri appellãtur: nec tamen ſm morem Latinum accipimus librũ Regum,tanquam plures libros, sed tanquam vnum: sic.n. Paralip. vnum librum,vel volumen dicimus,sed in duos libros distinctus est: sic quoque de Esdra,& similibus: vnicus.n. liber vocatur ab vnitate,& cõtinuatione rei, de qua agitur.s. quia de regibus solum dicimus, tamen plures esse libros inquãtum historia hęc in plures particulas distincta est. In quarum prima de principatu Samuelis,& regno Saulis agitur. In secunda vero de regno Dauid solum. In tertia autem de multis regibus simul agitur.s. de omnibus descendentibus de stirpe Dauid vsque ad regem Ioram, & Iosaphat,quorum Iosaphat erat rex Iudę,& Ioran erat rex Israel: & cum a principio libri Regum vnicum sit ad medium eius diuiditur,& vtriusque regni gesta simul narrantur. In quarta libri particula vtriusque regni cõtinuatur historia, vsquequo vtrunque per captiuitatẽ, & violentiam gentium exterarum conclusum sit. Iudęi tamen non obseruabant istum modum in numeratione librorum,qui apud Latinos, & Græcos est, nã multi libri apud nos diuisi sunt, qui apud eos, tanquã vnus liber simpliciter computantur, vt patet de Paralip.& de Esdra,& de 12. prophetis minoribus,quos intra vnius voluminis angustiam coarctarunt. Librum autem Regum diuidunt,sed non sicut nos: duas.n. faciunt incisiones, quarum prima ab exordio incipiens continuatur, vsque ad finẽ 2.Regũ: secunda ab eodem loco incipiens duos sequentes libros ꝯtinet. Has autẽ incisiones non solũ volunt esse diuersos libros, sicut nos sub eodẽ lib. Regũ 4. libros distinguimus, sed diuersa volumina esse faciunt, vnde & duo noĩa eis imposuerunt primã partẽ appellantes librũ Samuelis, secundam librũ Malachim.i. Regũ. Nos vero, quia vnicum volumen facimus, q̃q̃ in quatuor diuidamus sectiones,vnicum omnibus nomen p̃ferimus appellãtes lib. Reg. de hoc Hier. in prologo Galeato.

H

Aliter quã nos Iudæi diuidunt libros Reg.

I

Quare liber Regum non vocatur eodem nomine apud Hebræos sicut apud nos. Quæst. III.

K QVAERETVR vlterius de nomine huius libri. Respondendum est non sic apud nos, vt apud Hebręos vocari, quod ex præcedenti quęstione depẽdet: nam nos librũ Regũ vnicũ volumen facimus, Iudęi vero duo distinguunt volumina,ideo nobis nomen simplex est,illis vero duplex: nos enim omnes istos quatuor libros appellam' librum Regum,quia de Regum gestis tota,aut pręcipua in eis historia texitur,quamquam in exordio eius magis de iudicibus agatur, quia vsque ad ca.10. huius primi libri de Samuelis potestate agiť inter hebręos, & de tempore Eli sacerdotis, cui ex quadam parte Samuel contemporaneus fuit. Est tamen Samuel de iudicibus,vt patet infra 12. cap. historia tñ eius huic lib.

exor-

exordium dedit propter duo. Primo, quia in exordiis quorundam voluminum mos est ea ad præcedentia ꝯtinuari volumina: sic.n.viri scientifici agunt, sic quoque ēt in sacra Scriptura frequentissimum est, & quia inter tempora Regum, & Iudicum nihil intercidit, vt s.declaratum est in principio historię Regum, historia vltimi Iudicis texitur.s.Samuel. Alia aūt potissima causa est, qm̄ Samuel, de quo hic agitur Regum exordium fuit non quidem quasi ipse primus de Regibus extiterit, sed quia primus q Reges vnxit fuit, ipse nēpe Saulem, & Dauid vnxit in Reges, de Saule.j.c.10. de Dauid.j.cap.16. Item ex alia origine adhuc potius ad istum librum pertinet, qm̄ ipse fuit quædam occasio introducendi Reges inter Hebręos: vult.n.sacra Scriptura plenam de Regibus facere historiam, & qa non semper fuerunt Reges apud Iudęos, sed alius modus principatus, debuit introduci qualiter, & qua occasione Reges cęperint: hoc autem fuit propter Samuelē: ipse.n.toto tempore suo fuit propheta, & iudex in Israel vindicans hebręos de hostibus suis. Cum aūt ipse senex effectus foret, nec posset, vt prius iudicare pręposuit filios suos iudices, quibus non secutis viam patris, sed declinantibus ad auaritiam populus non ferēs petiit a Samuele sibi Regem, vt cęteris gentibus dari infra c.8. quibus ex iussu Dei Samuel acquiescens primum in Regem Saulem vnxit, & sic per hanc occasionem principatus regius introductus est: debuit igit̄ de Samuele historia aliquid tangere, quia sine eo non potuissent Regum describi exordia, & ista est verissima causa. Iudęi autem, qui hos libros in duas partes secant, aliter appellant.s.primam partem a principio libri huius vsque ad principium tertii Regum appellant librum Samuel, secundam vero librū Malachim, idest Regum dicunt. Sed adhuc in hoc est diuersitas, quoniam aliqui dicunt librum Malacoth.i.regnorū, alii autem Malachim.i.Regum, sed Hieronymus dicit melius multo eē Malachim. i.Regum, quam Malacoth.i.regnorum dicere, Non.n.multorum gentiū regna describit, sed vnius Israelitici populi, qui tribubus 12.continetur, vt patet in prologo Galeato.

Qua occasione reges ceperint inter hebræos.

Quare Iudæi primam partem huius libri vocant Samuelis librum. Quæst. IIII.

QVAERET circa hoc aliquis quare primam partem horum librorum vocāt librum Samuelis hebręi. Respondendum, ꝙ quia in principio eius de Samuele agitur ab eo tota ista pars nomen assumpsit. Alii autem secus volunt.s.ꝙ ista prima pars a Samuele scripta sit: duo autem alii libri Regum a quodam de prophetis.s.Iere.vel Isaia scripti sunt. Sed nec hoc stare potest, quoniam librum secundum Regum Samuel scribere non potuit cum ante gesta, quę ibi narrantur, ipse mortuus fuerit, immo nec totum primū librum describere potuit, quia in 25. c. eius de morte ipsius Samuelis agitur. Sed dicendum, ꝙ primam partem horum duorum librorum Samuel scripsit vsque ad eum locum, quem ipse morte pręuentus scribere non potuit, reliquum autē libri primi, & secundi Dauid scriptitauit, in quibus gesta sui temporis continentur. Hoc cōiter tenetur, sed magis vr̄, ꝙ isti duo ēt scripti fuerint ab Isaia, vel Ieremia, quia infra 27. dr̄ ꝑpter hoc facta est Siceleg Regum Iuda vsque ad diē hanc, ergo aliqui Reges de tribu Iuda transierant, qn̄ scripta sunt hęc. Item infra 30.c. dicitur, ꝙ Dauid dixit ęqua erit pars descendentis ad bellum, & manentis ad sarcinas, & sequitur ibi, & factum est hoc quasi lex vsque ad diem hanc.i. vsque ad diem scripturę libri, ergo nō scripsit libros istos Dauid, nec Samuel, sed Isaias, vel Ieremias. Principium autem tertii libri Reg[illegible] de se-

A nectute, & morte Dauid agit, vnde ab eo scribi nō potuit, sed a quodam de prophetis: ibi exordium scribendi duos libros Regum fuit. Dauid tamen, qui potissimam partem duorum primorum librorum Regum dicitur scripsisse, non eam a seipso, sed a Samuele, qui scribēdi illam exordium fecit, nominauit: vnde apud hebręos nomen Samuelis ei mansit.

Quis scripsit istos libros.

An conuenienter liber Regum collocetur post librum Iudicum. Quæst. V.

QVAERETVR vlterius an libri Regum conuenienter post librum Iudicum collocati sint. Respondendum, ꝙ in sacra Scriptura interdum gesta, & interdum dicta conscribuntur: in dictis autem non potest conuenienter assignari ordo inter se, vel ipsorum ad historica, sicut gesta temporum inter se continuantur: sicut patet de libris Sapientalibus, & Prophetalibus, in quibus nuda continetur disciplina, nullam temporum inserēdo historiam: ideo nihil magis causa est quare liber Ecclesiastes ante Cantica canticorum, quam Cantica canticorum ante Prouerbia ponatur. Nam in his nullus ordo temporis cernitur, propter quem aliquid debeat pręponi, vel pręposterari. Sic de cęteris in hunc modum. De historicis autem libris ordo manifestior est, quia etiam si quosdam aliis pręponere voluerimus, ipsorum librorum historia recusabit, velut siquis librum Exodi lib.Gen.pręposuerit, vel librum Iudicum, libro Iosue, quoniam ex ipsismet euidentissimum est, quid alterum pręcesserit. De libro autem Iudicum, & Regum hoc idem satis patet quis secūdum ordinē prius fuerit. Nam j.c.10.de iudicibus mentio fit, & ipse Samuel, qui huic libro initiū dedit, vltimus Iudicū extitit. Quòd vero liber Regum ad librum Iudicum pręcedere non debeat, ex hoc notum est, sed an immediatè post iudices libri Regū sequi debuerunt, adhuc ambiguum est. Dicēdum tn̄, ꝙ nullus liber inter hos debuit intercidere: nam sicut inter tp̄a Regum, & Iudicum nullū fuit mediū, sed simul vltimus Iudicū, & primus de Regibus fuerunt, ita nullus tp̄orū descriptiuus liber interponi debuit. Sed hoc quidē forte aliqs concederet, si in libro Iudicū ageret̄, vsque ad tp̄a Samuelis, in quo historiā Regū inchoat, sed aliqua vn̄r tēpora interiecta. Dicendū est inter vltimū iudicē, qui in libro Iudicum ponitur.s.Samsonē, & Samuelem aliqua fuisse tp̄a, & horum si aliqua fuisset historia ad librum Iudicū pertinere deberet: nihil tn̄ scriptū est, qm̄ forte tp̄a illa stylo indigna erant, vt si nulla memoranda tunc accidissent. q̄q̄ tn̄ hoc sit, vt tp̄a Iudicū, & Regū ꝯtinuata non sint, q̄tū ad historiā, q̄ in vtrisq; texit̄, nullus tn̄ liber his interponi debuit eorū, q nunc in sacra Scriptura sunt, qm̄ quilibet eorū de prioribus, aut de posterioribus historiam ageret, de medio vero nullus, vn̄ conueniens fuit ordo post librum Iudicum libros Regum subsequi. De libro aūt Ruth, qui in Codicibus nostris post librum Iudicū ponit̄. Dicendū est, ꝙ ad librum Iudicū pertineat: est.n.vltima pars eius ꝑ apocopen ab eo decisa, quia tamen de quodam speciali euentu fuit, per se libellus confectus est.

An fuerit conueniens libros Regum scribi in sacra Scriptura, & ad quid proficiunt lectoribus. Quæst. VI.

QVAERETVR vlterius an ꝯueniens fuit lib. Regū in sacra Scriptura poni. R̄n̄dēdū, ꝙ sic: est.n.sacra Scriptura principaliter enarratiua operū Dei, vt nos in eius laudē, & obsequium redigat. In libris aūt Regū licet tp̄alium euentuum, & populorū bella describan̄ multa op̄a Dei interserunt̄, iō sacrę Scripturę libri isti

pars quædam esse debuerunt: eligerat enim sibi Deus populum istum peculiarem, cui & legem dederat, & in quo reges ipse instituit, iuxta Prouer. c. 8. Per me reges regnent, ideo quidquid in gestis istorum Regum ad Deum pertineret in sacra Scriptura apponi debebat. Habentur autem in his libris multa Dei insignia miracula, nullum nempe bellum laude dignum reperietur, cuius exitum Deus non prædixerit, aut ad illud agendum non mouerit, vel in illo aliquid miraculose non egerit, vt apparet exempla riter ex discursu librorum. Continentur quoque multa prophetica dicta, quæ ad instructionem populi huius, & dirigendum mores pertinent. Habetur quoque de constructione sanctuarij, & ordinatione, in quo totus antiquus Iudæorum Deo cultus impendebatur. Vniuersaliter vero Dei iustè punientis, atque præmiantis operatio per totã librorum Regum seriem panditur. Cum calamitates, & infortunia bellorum, & captiuitates pro abusibus in legem Dei ab ipso prænunciata referunt, & postea ordine suo inflicta leguntur: totus ergo liber iste manifestissima Dei opera indicat, ideo in sacro Canone esse debuit. Alii autem secus dicunt. s. quod sicut reges, de quibus in libris istis agitur, multa & durissima pro lege, & patria egerunt bella nullis cedentes laboribus, ita & nobis indefessa contra vitia colluctatio esse debet, quia non solum contra carnem, & sanguinẽ colluctatio nobis est, sed etiam aduersus principes, & potestates, aduersus mũdi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus, ad Ephe. cap. 6. Sed ista ratio aliena satis est, in metaphoris enim nõ tantum est insistendum: prima autem assignatio conuenientior est.

Continentia, & utilitas libri Regum.

An libri Regum sint auctentici, & de ordine maioris, & minoris auctoritatis in libris sacræ Scripturæ.
Quæst. VII.

QVAERETVR vlterius de libro isto an auctenticus sit, & quantum habeat auctoritatis. Ad quod respondendum omnem sacrã Scripturam magnæ auctoritatis esse, ita vt ei a nullo repugnari liceat, quamquam interdum quidam Apocriphos libros sacro Canoni interserere nõ vereantur: sic enim quartus liber Esdræ in quibusdã Bibliis ponitur, qui penitus Apocriphus est, propter hoc autem iam ecclesia determinat qui libri in Canone sacræ Scripturę esse debeant, ita vt iam nulli ex arbitrio liceat quidquam, aut demere, aut interponere: est enim horrendum nefas, nec impune transibit, siquis quemquam de sacræ Scripturę libris, tanquam non auctenticum ademerit, vel aliquem non auctenticũ, tanquam canonicum interposuerit. Sunt enim libri sacrę Scripturę, tanquam quædam relationes nobis a Deo datę, quibus nihil addi, aut adimi licet. Sic patet Deut. c. 4. s. non addetis ad verbum, quod ego loquor, nec auferetis ab eo. Et sicut hæc Moyses in Canone veteris testamenti dixit, ita & Ioannes, qui in Apocal. K sua Canonem noui testamẽti clausit auctoritate Dei districtè inhibuit de libro suo quidquam adimi, aut superaddi. Cum dr̃ Apoc. c. vlt. Contestor ego omni audienti verba libri prophetiæ huius, si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto, & siquis diminuerit de verbis libri prophetię huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ, de ciuitate Sancta, & de his, quę scripta sunt in libro isto. Ob hoc igitur Hieron. in Prologo Galeato, qui libris Regum præponitur enumerauit oẽs libros auctenticos, quos ecclesia recipit, quidquid aũt extra illos est Apocriphum est nullius auctoritatis, in quibus liber Regũ apponitur. Cum autem inquirebatur de quantitate

F auctoritatis libri huius, dicendum quod omnes libri sacrę Scripturę Spiritusancto dictante scripti sunt, iuxta illud 2. Petri, cap. 1. s. non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritusancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Et ob hoc dicendũ est omnes libros sacrę Scripturę ęqualiter esse veros, nec magis dubitari potest, aut debet de veritate alicuius, postquã in sacrę Scripturę canone descriptus est, quam de omnibus aliis. ideo si auctoritas libri referatur ad veritatem, & certitudinem non est aliquis liber in sacro Canone magis auctenticus alio, siue de Canone veteri, siue de Canone noui testamenti dicamus, nec quantum ad hoc assignantur ordines inter libros.

De auctoritate librorum.

G Alio modo dr̃ aliquis liber maioris auctoritatis. i. maioris honoris, vel reuerentię, quia debet in maiori reputatione teneri, siue propter ea, quę dicuntur, siue propter eum, qui illa dicebat. Hoc modo in sacra Scriptura veteris testamenti Pentateuchus maximę auctoritatis est, quia omnia, quę ibi habentur sunt lex a Deo data, & per Moysen populo annũciata: ea autem, quę apud alios prophetas habentur, a Deo quoque reuelata sunt, qui apud omnia ęqualis veritatis, & auctoritatis est: non tamen habentur in ęquali auctoritate libri prophetarum aliorum, & libri Moysi in veteri Canone: libri enim Moysi primum ordinem tenent, libri vero alii prophetales secundum dignitatis limitem tenent. sic quoque in nouo testamento, licet omnes H libri æqualis veritatis sint, euangelia tamen maioris sunt necessitatis, quoniam illa continent gesta, & doctrinam Saluatoris. Epistolę autem, & cęteri libri eiusdem testamenti Apostolorum doctrinam, & actus cõtinent: ideo propter Christi reuerentiam euangelia maiori honore digna sunt. Nec tamen ob hoc veriora: ęqualiter enim hęreticus esset qui contra Apocalypsim, vel aliquam Epistolam aliquid diceret, aut de eorum fide dubitaret, & certitudine, sicut qui ad euangelia hoc faceret, licet maioris esset irreuerentię hoc contra euangelium, quam contra aliquam de scripturis sacris dicere. Hoc autem pręsupposito dicendum, quod secundum Hieronymum in prologo Galeato Canon veteris testamenti in tres ordines diuiditur.

I Primus ordo legales libros continet, scilicet Pentateuchum, secundus ordo prophetales libros possidet, qui octo sunt secundum hebraicam supputationem, apud nos autem plures: tertius ordo agiographa hẽt, in quo nouem libri sunt, de quibus omnibus in expositione eiusdem prologi Galeati immediate dicetur. In istis autem tribus ordinibus differt, quia libri primi ordinis maioris auctoritatis sunt quam secundi, & secundi, quam tertii, accipiendo auctoritatem, vt supra est dictum. liber autem Regum, de quo quęritur ponitur in secundo ordine, scilicet inter prophetales, nõ quasi prophetiam continens, sed quia a prophetis cõscriptus est, ideo non est tantæ auctoritatis, sicut Pentateuchus Moysi, qui primum ordinem possedit: est tamen maioris dignitatis, quam liber Iob, & Psalterium, & libri Salomonis, & Dan. & Paralipom. & Esdras, & Esther, qui in tertio ordine collocantur, cũ de auctore huius magis constet, quam de auctoribus agiographorum. Medium ergo in dignitate libri Regum continent inter omnes libros veteris testamenti. Ad libros autem noui Canonis collatio nulla est, quoniam excellentiores sunt libri noui testamenti libris veteris testamenti, sicut testamentum a testamento in dignitate distinguitur. hęc autem proœmialiter dicta suffecerint.

Canonis veteris testamenti diuisio.

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS

IN PRÆFATIONEM D. HIERONYMI In Lib. Regum Enarratio.

VIGINTI & duas literas esse apud Hebræos Syrorum quoque, & Chaldæorum lingua testatur, quæ Hebrææ magna ex parte confinis est: nam & ipsi viginti duo elementa habent eodem sono, sed diuersis characteribus.

VIGINTI *duas*. Iste Prologus Hieronymi vocatur Galeatus, vt ipse infra dicit, qui quamquam preponatur libris regum omnium, tamen librorũ sacrę Scripturę veteris testamenti Prologus esse potest. Nihil namq; magis in eo de libris Regum, quam de alijs libris specialiter agitur, pręter pauca verba circa finem, propter quę libris regum magis, quam cęteris anteponitur. Intentio autem Hieronymi in Prologo isto est enarrare quot sunt libri, & qui in canone veteris testamenti, & qualiter per ordines suos quantum ad maiorem, & minorem auctoritatem distinguũtur. In quo profecto magna vtilitas est, cum interdũ quidam libros auctenticos esse dicant, qui auctentici nequaquam sunt, & alijs auctoritatem adimant, qui magna reuerentia, & auctoritate digni sunt. Distinguit autem hic totum canonem in tres ordines secundum maiorem, & minorem auctoritatem, ex quibus, quid in scripturis accipiendum sit, & ex quibus solide argui potest, euidenter cognoscitur. De canone autem noui testamenti hic nihil dicitur, quia de eo manifestius est, cum pauciores libri sint, & apud omnes suscepti. Diuiditur autem Prologus iste in quinque partes: pri-

Intentio sancti Hieronymi in hoc prologo.

A mo numerus librorum veteris testamenti secundum canonem veteris testamenti ponitur: secundo catalogus librorum descriptus in tres ordines, scilicet in legem, & Prophetas, & agiographa diuiditur: tertiò, quę vtilitas Prologi huius sit ad distinguendum auctenticam, & apocriphã scripturam subijcitur: quarto sermo Hieronymi ad lectorem, vt super hoc, quę
B dicuntur attendat, dirigitur: quinto ad Paulã, & Eustochium, vt contra detractores clypeis orationum suarum Heronymum protegant preces funduntur. Secunda ibi. *Primus apud Hebræos.* tertia ibi. *Hic Prologus scripturarũ.* Quarta ibi. *Quæ cum ita se habeant.* Quinta ibi. *Sed, & vos famulus.* Prima in duas, quia primo probat libros veteris testamẽti esse 22. apud Hebręos
C per similitudinem 22. literarum hebraici alphabeti: secundò idem inducit per figuram de 24. senioribus stantibus ante thronum agni infra in medio prologi. Circa primum. *Viginti duas.* In ista prima parte intendit probare Hieronymus esse 22. libros in canone veteris testamenti, qui auctentici sunt, vt illos solum recipiamus, & hoc inducit per aliquas similitudines
D quarũ prima est, ꝙ sunt 22. literę apud Hebręos, ideo. 22. volumina faciunt. Applicatur autẽ a Hieronymo ratio ista sic. s. libri ex literis constant tanq̃ ex elemẽtis i. ex primis partibus venientibus ad compositionem, ideo sicut sunt 22. elementa, vel literę, ita debuerũt esse 22. volumina ex his elemẽtis ꝯstantia. Applicatur aũt ratio. ĩ, cum dr: qũo igitur 22. elemẽta sunt, ꝑ quę
E scribimus omne, ꝙ loquimur, & eorũ initijs vox humana comprehẽditur, ita 22. volumina supputantur: quibus quasi literis, & exordijs in Dei doctrina tenera adhuc, & lactens viri iusti eruditur infantia. *Syrorum quoque, & Chaldæorum lingua testatur.* i. non solum patet literas Hebręas esse 22. ex alphabeto Hebręorũ, quo nũc vtunt, sed etiã ex lingua Syrorum, & Chaldęorũ, quæ habent totidem literas.

An Esdras reperit post captiuitatem Babylonicam plurales literas Hebraicas, quam prius fuerant.
Quæst. I.

DICIT autem hoc Hieronymus, quia forte aliquis diceret, quòd quamquam nunc literę hebraicę sint 22. tamen olim non tot fuerunt, sed aut plures, aut pauciores. Habet autem hoc aliquod fulcimentum, quia in captiuitate Babylonica libri legis destructi sunt, & apud Hebręos non manserunt, nec libri, nec literę, vt infra dicitur, sed inuenit rursus literas Esdras legis scriptor, ideo potuit iste plures aut pauciores ponere. libri aũt veteris testamenti ante captiuitatem Babylonicã omnes fuerũt pręter librum Esdrę, & Aggęi, & Zacharię atque Malachię, & libros Machabęorum, ideo literę postea inuentę nihil videntur congruere secundum suum numerum ad numerum librorum, qui ante fuerant. Ob hoc ergo dicit, ꝙ non solum literę hebraicę erant 22. nunc, & post destructionẽ Iudęorum in captiuitate Babylonica, sed etiam ante hoc, quod probat, quia litera hebraica confinis est linguę Syrorum, & Chaldęorum, in quibus nulla mutatio facta est, si in illis manẽt 22. literę: ergo etiã apud Hebręos 22. literę a principio erant. Aliquis dicet, ꝙ non tenet ista probatio, quia in destructione Iudęorum per Babylonios destructa fuit tota scriptura eorum, & non manserunt aliquę literę, ideo postea cũ Esdras restaurauit legem omnia scribens, quę perierant, potuit incipere affinitas linguę hebraicę cũ Syriaca, & Chaldęa, & potuerunt in Hebręo incipere esse 22. literę, & ꝙ a principio, nec fuisset similitudo in lingua, nec etiã in numero literarum, sed in restauratione cum similitudine linguę inciperet quoque ęqualitas in numero literarum vtriusque linguę. Respondendum hoc non stare, quia quamquam apud Hebręos perijt tota scriptura legis, & omnes alię scripturę, nihilque relictum sit, per quod Iudęi redire possint ad pristinas literas, & modum scribendi, & ob hoc Esdras coactus sit nouas inuenire literas: tñ lingua Hebręorum non perijt ex aliqua parte, nec quidquam in proprietate prolationis mutatum est, ideo necesse erat, vt cum Iudęi in Babylone tenuerint semper linguam suam, & eam docuerint posteros suos, quòd qñ Esdras inueniret nouas literas illę essent tot, & non amplius, quot erant priori tempore ante distinctam legem, etiam ꝙ istę literę haberent eandem sonoritatem: Quod patet quia si Esdras inuenisset literas nõ tot, quot erant priori tempore ante destructam legem, aliquid esset in lingua Hebręorum, quod per literas istas inuentas exprimi non posset, sicut si de alphabeto Latino duę vel tres literę adimerentur, plures dictiones Latinę nunc sunt, quas tunc proferri impossibile foret: totidem ergo erant ante, & nunc, cum nihil sit nunc in Hebręo idiomate, ꝙ his 22. literis sufficienter nõ exprimatur. Si autẽ Esdras inuenisset plures literas, quam fuerant in priori tempore ante Babylonicam captiuitatẽ necesse esset, vt aliquę literę nunc essent in alphabeto iudaico, quę superfluę essent non proficientes ad aliquã prolationem, cum illę literę, quę prius extiterant sufficienter exprimebant quidquid in Hebręo idiomate erat, velut si nunc in alphabeto Latino duę vel tres literę adderentur. Illę nempe ad nullam prolationem seruirent, cum literę, quę nunc stant sufficiant ad omnem Latinam vocem formandam.

Amplius autem in Hebręo hoc patet, quando nulla litera est, quę ad prolationem non deseruiat, ergo totidem necesse est fuisse a principio non plures, nec pauciores ante captiuitatem Babylonicam, quot nũc sunt. pręter hęc autem necesse est, vt literę, quę prius fuerunt in lingua Hebręa haberent eandem sonoritatem, quam istę habent. Nam dato, quòd essent tot numero si non haberent eandem sonoritatem, multa essent in lingua Hebręa, quę non possent per istas lr̃as scribi, nec proferri, sicut est ĩ lingua Gręca, & Latina: plures enim literę in Gręco, q̃ in Latino sunt, & q̃ in Hebręo, tñ multa sunt, quę proferuntur in Hebręo, & non pñt scribi in Gręco, sicut in Hebręo dr̃ Haran pro Mesopotamia: in Gręco aũt non põt scribi, nisi Charran, quia nõ est aliqua lr̃a aspirationis, q̃ dure sonet. Et ista est causa, quare in Genesi sępe ponitur in translatione nr̃a Haran pro Mesopotamia, quia trãslatio ista facta est de Hebręo, vbi dr̃ Haran cum quadam dura aspiratione, & in Actib. Apost. c. 7. cum loqueret̃ beatus Stephanus de ista Mesopotamia, dr̃ ibi Charran, & in Tobia c. 11. ponitur Charran, & est semper eadem terra, sed hoc fit, quia Actus Apostolorũ, & liber Tobię nõ fuerunt translati de Hebręo, sed de Gręco, vbi hr̃ Charran. Sic quoque fit in lingua nostra respectu Hebręę: multa namque sunt in Hebręo, quæ nõ possunt scribi literis Latinis, & è contrario, & hoc qa nõ est eadem sonoritas vtrarumque literarum, licet ferè numero ęquales sint. Oportuit igitur, ꝙ essent literæ hebręę, quæ nunc sunt eiusdem sonoritatis cum illis, quę primo fuerunt, alioquin multa essent in Hebręorum idiomate, quæ nõ possent his literis proferri, aut scribi, sed nulla talia sunt, ergo necesse est totidem literas fuisse, & eiusdem sonoritatis, quas inuenit Esdras, quot illę, quę ante captiuitatem Babylonicam extiterant. Poterat tamen esse differentia in aliquo. s. in characteribus literarum, ita ꝙ non tales fuerint a principio, vt nunc sunt. nam hoc nihil differt, dum tamẽ maneat eadem sonoritas, sicut patet in latinis literis, quia non semper eũdem characterem facimus in a. vel b. & sic in cęteris: manet tamẽ semper eadem prolatio, & hoc creditur, atque asseritur de literis inuentis per Esdram. Nam literę Hebręę a principio similes fuerũt literis Chaldęis, & Syriacis in characteribus, & apicibus, nunc tñ nec ijdem caracteres, nec similes apices manent, vt infra patet. Stat igitur rõ Hieronymi. s. ꝙ cũ lingua Hebręa, linguę Syriacę, & Chaldęę, multum coniuncta sit, & in vtraque nunc 22. literę sunt, a principio totidem fuerint in Hebręa. Hoc autem necessarium est, nisi fortè dixeris, ꝙ Hebręi in captiuitate Babylonica linguam pariter, & literas perdiderunt, & ꝙ redeuntes in terram suam nouam linguam cum nouis literis inuenerunt, ita ꝙ tunc inchoaret̃ similitudo in lingua, & literis inter Hebręos, Syros, atque Chaldęos. Sed hoc nõ stat. nam nullum motiuum esse potest ad videndum, qũo oẽs Iudęi linguam paternam, quam a sęculis habuerunt, in captiuitate Babylonica perderent cum tantus populus Hebręorũ trãslatus fuerit in Babylonem: potissimè, quia non manserunt ibi magno tp̃e. s. solum 70. annis Iere. c. 25. ita vt aliqui de illis, qui fuerant captiui in Babylonem redirent postea in terram Chanaan. Item, quia nõ vr̃, qũo Iudęi possent nouam linguam fingere: oportebat tñ, ꝙ si pristinam perderent, aliam fingerent. Nõ stat igit̃ ꝙ Hebręi perdiderint in Babylone linguam, quam a principio habuerunt, & sic semper stat ratio Hieronymi. Considerandum vlterius, ꝙ Isidorus 2. Etymologiarum de literis Hebræis dicit, ꝙ literę Latinę, & Gręcę ab Hebręis vñr exortę, apud Hebręos enim prius dictum est Aleph, deinde ex simili enunciatione apud Gręcos tractum est Alpha, & apud Latinos a. sed Hebręi 22. elementis literarum secundum veteris testamenti libros vtuntur Gręci vero 24. Latini autem inter vtranque linguam progredientes 23. elementa habent. Hebręorum literas dicunt a lege cępisse per Moysen.

Diuersitas translationis.

Chaldæi

Chaldæi, & Syri, quæ gentes sint, & a quo ortæ. Quæst. II.

QVAERETVR circa hoc de Chaldęis, & Syris, quę gētes sint, quibus dr̄ hic similis lingua Hebraica, & literę. De Chaldęis dicendum, ꝙ Chaldæi sunt Babylonii, qui vtroq; nomine vocantur: Babylonij quidem ab vrbe illa opulentissima, quæ est metropolis Chaldęę: dicuntur autem Chaldęi ab origine sua. Vult autem Isidorus Etymolo. lib. 9. & habetur de Proprietatibus rerum 15. ꝙ Chaldęi dicantur quasi, qui Casdei a Caseth filio Nachor fratris Abrahę: verius tamē videtur, quòd Chaldæi sint de progenie Arphaxad filii Sem, vt dicit Glosa ordinaria, & patet, quia Abrahā dicitur Chaldęus, & tn̄ ipse non fuit de stirpe fratris sui Nachor. Sic dicitur Gen. 11. ca. ꝙ Aram, qui erat frater Abrahę mortuus est in terra natiuitatis suę in Hur Chaldæorū, & postea subditur, ꝙ acceperunt Abraham, & Nachor vxores, ergo antequam Nachor haberet filiū, vel vxorem, erat gens Chaldęorum, & sic nominabatur. Sed forte aliquis dicet, ꝙ quamquam gens illa tempore natiuitatis Caseth iam esset, de cuius natiuitate habet Gene. c. 22. tamen nondum vocabantur Chaldęi, sed alio nomine, & tamē postea ab isto sic vocati sunt. Sed aliquis arguet, ꝙ ante natiuitatem eius non solum illa gens erat, sed etiam scriptura vocat eā gentē Chaldęorum, vt dictum est, ergo nec ceperunt originē nascendi, nec denominationis ab eo. Respondebitur, ꝙ per anticipationem ponitur nomen Chaldęorum. Gene. 11. c. quia quamquam non fuerit illa terra nominata Chaldęa tēpore, quo de illa recessit Abraham, quia tamen postea sic nominata est, scriptura dicit Abrahā venisse de terra Chaldęorum: multa namque sic ꝑ anticipationem, & recapitulationem in scriptura dicuntur, vt vulgatissimum est. Potuit autem fieri ista anticipatio, quia quando Moyses scripsit Genesim vocabatur iam terra illa Chaldęorum, quia pluribus, quam quadringentis annis Genesis scripta fuit post natiuitatem Caseth. Respondendum est non posse stare, quia gens illa potuisset accipere nouum nomen a Caseth, quamquam ipsa antiqua esset, si fuisset Caseth aliquis princeps, vel magnus vir in terra Chaldęorum, sicut Romani a Romulo nomen acceperunt, quamquam ipsi gens antiquissima forent habentes prius alia nomina, sed Caseth nominatus fuit in terra Chaldęorū, nec erat inter gentem illam, sed natus est in Mesopotamia, vbi tota cognatio patris sui Nachor habitauit, vt patet Gen. 22. iuncto 24. c. ergo non poterant nominari Chaldæi ab isto Caseth, sed alia eis antiquior origo est, ita vt ante Abraham vocarentur Chaldęi, & ipse Abraham Chaldæus dicatur, atque tota cognatio eius, vt patet Iud. c. 5. vbi Achior narrabat originem Iudęorum Holoferni, & dixit eos esse de genere, & terra Chaldęorum potissimè, quia demonstratur ibi de Abraham, & patribus suis, ꝙ fuerunt Chaldęi.

Syri quæ gentes sint, & vbi habitant, & a quo ortæ. Quæst. III.

QVAERETVR vlterius de Syris, quæ gentes sint. Et dicendum, quòd Syri differunt ab Assyriis, licet aliquando sacra Scriptura Syriam pro Assyriam, & Syros pro Assyriis dicat: est enim Syria regnum propinquum Ierusalem, ideo & large loquendo terra Iudęorum est pars Syriæ, & istius Syriæ caput est Damascus, vt patet Isa. c. 7. ista terra semper fuit aduersaria regibus Iuda, & Israel, vt patet in istis libris Regum, & Paralipom. Hæc autem est magna prouincia magis meridiana, quam

Syri, & Assyrii differunt.

A Assyria, & minus orietalis. habet Syria generaliter accepta magnas prouincias, vt ait Paulus Orosius lib. 1. Comagenam Fęnicem, vel Fęniciam, & Palęsthinā absque Sarracenis, & Nabathæis, quorum gentes 12. sunt. In capite Syriæ Cappadocia est, quæ hēt ab Oriēte Armeniam, ab Occasu Asiam minorem, a Septentrione Trenisarios campos, & mare Cimericū, a meridie Taurum montem, cui subiacet Cilicia, & Isauria vsque ad Syricum sinum, qui spectat contra insulā Cyprum, & generaliter a flumine Euphrate, quod est ab Oriente vsque ad mare nostrum, quod est ab Occasu: deinde a Septentrione. i. a ciuitate Datusa, quę in confinio Cappadociæ, & Armeniæ sita est nō procul B a loco, vbi Euphrates nascitur, vsque ad Aegyptum, & extremum sinum Arabicum, qui est ad meridiem longo angustoque sulco saxis insulis creberrimo a rubro mari. i. Oceano versus Occasum extenditur. Tota ista terra Syria nominatur.

Quomodo est similitudo in linguis Iudæorum, Syrorum, & Chaldæorum, cum lingua Hebraica antiquissima sit, & aliæ cæperint in turre Babylonica. Quæst. IIII.

QVAERET aliquis qūo adducit hic in testimoniū lingua Syrorum, & Chaldæorum ad numerū literarum Hebraicarū, & qūo est similitudo in his linguis. Rn̄dendū est, ꝙ de illis dr̄, ꝙ sunt similes linguæ C Hebrææ, quia Iudęi hn̄t magnā affinitatem ad gentes istas: duxerūt enim originē Iudęi a Chaldęis, ideo similitudinē in literis, & in lingua ad illos hn̄t: Abraham quippe de stirpe Chaldęorū fuit, vt s. dictū est, habent quoq; Iudęi siītudinem cū Syris, quia in terra eorum habitabāt. Nā terra Chanaā, quę erat in terra ꝓmissionis pars q̄dā est Syriæ: accipiēdo Syriā large. Cū igitur non nati fuerint ibi, sed habitauerint semper Hebræi ab origine sua. s. ab Abrahā ꝯxerūt similitudinē quādā ad illos. Etiam hoc factū est, quia istę duę linguæ. s. Chaldæorū, & Syrorū inter se siīes sunt: ideo cū lr̄a hebraica alicui earū similis fuerit, necesse est, vt vtriq; similetur. Nō est autē similitudo ista, ita ꝙ sint eędem voces, sed quia sunt eędē lr̄æ, & est idē modus ꝓferēdi ꝑ illas, sicut inter Latinos non est idētitas idiomatis, D apud oēs sunt tn̄ eędē lr̄ę, & q̄tū ad hoc dr̄ tota lingua Latina hr̄e conformitatē quandam, q̄q̄ non sit vnica omniū Latinorum lingua, sed q̄libet natio suū idioma hēt, ita. n. voces Chaldæorū, & Syrorū, & Hebręorum inter se multū differunt, sicut Hispanorū, & Gallorū, vel Italorum, lr̄æ tn̄ eędem sunt in oībus his.

Iudæorum origo fuit a Chaldęis

Qūo lingua Hebraica habet similitudinem cum Chaldæa, & Syra, quæ fuerunt valde posteriores. Quæst. V.

QVAERET aliquis cum lingua Hebræorum sit antiquissima, scilicet concreata sæculo, quia illa est, in qua fuit locutus Adam a principio, & tota antiquitas primæ ętatis, vt declaratum est Genesi. 11. cap. E postea autem diuisum est labium per multa idiomata, vt patet eodem capitulo. quomodo potuerunt Hebræi habere similitudinem cū Chaldæis, & Syris, quorum idiomata in Babylonica confusione cæperunt, & literę eorum postea inuentæ sunt.

Respondendum est, quòd litera Hebræorum, Chaldæorum, & Syrorum non habent similitudinem in dictionibus, ita quòd eædem voces in vtrisque, & idē significantes sint: hoc enim pertinet ad identitatem idiomatis, vel quasi, idioma tamen Chaldæorum nimis differens est ab Hebræo, secundum quòd apparet ex translatione Hebraica, & Chaldaica, in dictione Ionathan, & in qualibet. De lingua quoque

Syriaca,

Syriaca, quamquā apud nos nō sit, sicut lingua Chaldaica, tamen satis patet, quòd multum differens sit, quia nuncij regis Ezechię, qui exierunt ad Rabsacen ducē Sennacherib dixerunt illi: precamur, vt loquaris nobis seruis tuis Syriacè: si quidem intelligimus hanc linguam, & non loquaris nobis Iudaicè audiente populo, qui est super murū infra lib. quarto 18. cap. Ergo apparet istas esse distinctas linguas valde: alioquin quando loqueretur Rabsaces Syriacè, intelligerent Hebrei, qui erant super murum, velut si hebraice loqueretur. Est autem istarum linguarum similitudo quantum ad modum proferendi, scilicet quia in eis colliduntur voces in gutture, & fortassis alię gentes sunt preter has, quę similem modum proferendi habent, & quantum ad hoc dicuntur omnes linguę similes aliqualiter quęcunque habent easdem literas, & similem modum proferendi per illas, licet non vtātur eisdem dictionibus, & tunc latina lingua, & Hebrea penitus dissimiles sunt, quia non habent easdem voces nec easdem literas, nec similem modum proferendi. In hoc verò similes sunt tres istę linguę Chaldaica, Syriaca, & Hebrea. Nec tamen hoc militat cōtra id, quod dicebatur, scilicet quòd lingua Hebreorū fuerit a principio orbis cōditi, & Chaldaica, & Syriaca postea fuerint datę: nam hoc est arguere de dissimilitudine vocum, & verum est: cōsonant tamen in modo proferendi, & literarum identitate. De literis enim non est dicendum, quòd fuerint literę Hebraeorum a principio cum ipso idiomate, sed vt refert Isidorus, & omnes alij historiographi antiquitatū, literę hebraicae a Moyse inceperunt per legē, scilicet quòd Hebraei ante hoc nullas literas habebant, quamquam haberent idioma, sed ipse Moyses inuenit literas similes Chaldaeorum, & Syrorum, quę eędem sunt, & in eis scriptitauit legem: literę autem Chaldeorum, & Syrorum, quamquam non essent a principio orbis conditi, cum nondum esset illud idioma, postea tamē inuentę sunt, sed ante literas Hebreas. Inuenit autem Moyses posterius literas Hebreas faciens eas differre a Syriacis, & Chaldeis.

Lrae Chaldaeorū, & Syriorum prius, quā Hebraeorū inuentae fuerunt.

An idioma Hebraeorum longo fuerit tempore sine literis. Quaest. VI.

SED tunc dicetur, quomodo idioma Hebreorum a principio fuit sine literis? Responderi potest non esse incōueniens multo tempore aliquod esse idioma, cui non correspondeant literę: nā Latinorum literas Carmentas dicitur inuenisse: iam tamen multa secula Latinę linguae transierant, quia ista inuentio fuit tēpore belli Troiani, vel pauloante. Sed aliter potest dici, ꝙ forte fuerunt literae conueniētes idiomati hebraeo ab exordio saeculi, quia referunt Adam aliqua scripsisse, etiam de Thubalchain aliqui hoc dicunt. Magis autem vulgare est de Thubal, qui musicam inuenit Gen. ca. 4. & illam in duabus columnis scripsisse dicitur, lateritia, & lapidea, vt ait Ioseph⁹ primo antiquitatū, sed adhuc notius est de Henoch, q scripsit librum, de quo Iudas in canonica sua memorat, dicens quòd Henoch septimus ab Adam scripsit librum: ergo literę erant illius hebraicę linguę, quę manere poterant cum lingua ipsa destructis ceteris in Babylone, sed non manserunt cum asseratur Moysen postea inuenisse literas, nisi fortè dicatur, quòd literę, quas habuit a principio idioma Hebreorum fuerunt quas postea tenuerunt Chaldei, & Syri, quod quidem non est difficile, cum istę linguę similes sint in modo proferendi, & easdem nunc literas habeant. Sed dicetur quomodo Moyses inuenit literas Hebreas? nūquid Hebrei ante ipsum non scribebant quidquam?

An adam, & alii primae etatis aliq'd scripserint.

F necesse erat igitur, quòd literas haberent: fluxerunt tamen multa tempora post diluuium, in quibus mā sit litera hebraica, antequam Moyses legem scriberet. Respondendum est, ꝙ ante hoc scribebant Hebrei, & vtebantur literis Chaldeorum, & Syrorum, quę conueniunt linguę Hebreorum, & eędem penitus sunt in sono, sed differunt in characteribus, & apicibus, vt patet infra in litera: nec eguissent Hebrei aliquando alijs literis, nisi Moyses illas inuenisset. Ratio autem inueniendi fuit, quia gens Hebreorum per legem susceptam incipiebat esse nouus populus distinctus ab omnibus alijs, ideo ad magnum honorem eius pertinebat, quòd haberet per se literas, quibus nulla aliarū

G gentium vteretur, & potissimè pertinebat ad dignitatem legis, quę in eis scribebatur, ideo Moyses non potuit inuenire alias literas, quā eas, quas habebant Syri, & Chaldei, nec pauciores, quia tunc cū modus idiomatis in proferendo vtrobique idem sit, haberent Iudei, quòd non possent per literas nouiter inuētas scribere, quidquid in lingua sua esset, vel non plene, etiā, quòd essent eiusdem sonoritatis istę literae: solum autem fecit Moyses varietatem in characteribus, & apicibus, tamen idem est sonus. s. quòd sicut Hebrei vocant Aleph, Beth, ita, & Syri atque Chaldaei sed aliter Chaldaei scribunt Aleph, & aliter Hebraei in characteribus multum differentibus, ita vt Syri, atq; Chaldei non solum nō intelligant hebraicum idioma, sed

H etiā nesciant quicquam per literas illius scribere: sic enim nobis est differentia inter latinas literas modernas, & inter Goticas antiquas, licet maior sit differentia characterū inter Chaldeam Syram, atq; Hebreā, ita tamen in Goticis. a. &. b. est, sicut apud nos, licet alterius figurę. Variatio autem parum agit ad vnitatem, vel diuersitatem literarū: ideo satis dici posset, ꝙ eaedem penitus sunt literae Chaldaicae, Syriae, atque Hebreae, & sic conuenienter arguitur de numero earum ad numerum litterarum hebraicarum.

Quae hebraeae magna ex parte confinis est. i. lingua Chaldaica, & Syriaca magnam habet conformitatem cū lingua hebraea: non quidem in identitate dictionum, sed in identitate literarum, & modi proferendi litera-

I rum: dico quantum ad sonoritatem, licet non quantum ad characteres, & hoc sufficit ad sumendum argumentum de 22. literis. s. apud Chaldaeos sunt 22. literae, ergo apud Hebraeos. Valet consequentia, quia alias multa essent apud Hebraeos, quae scribi non possent, vel aliquae literae superabundarēt, vt supra dicebatur. (nam & ipsi.). s. Chaldaei, & Syri. (22. elementa habent.) idest 22. literas, literae enim vocantur elementa. Et literae elementa quidem dicuntur ad similitudinem elementorum mundi, quia sicut elementa sunt primum, ꝙ est in compositione cuiuscunque rei naturalis, & non potest fieri resolutio, nisi vsque ad elementa, ita quodcunque idioma ex literis tanquam ex elementis cōponitˀ, quia istę sunt primae particulae, quae non sunt diuisibiles. Nā syllogismi in orationes

Literę quare vocenť elementa.

K & orationes in dictiones, dictiones verò in syllabas, & illae in literas, ad quas cum perueniatur ibi est status, quia illę non habent aliquid vlterius in quod diuidantur, quia simplicissimae sunt: ideo istud nomen fuit eis cōuenientissimum. vocantur autem literae a lituris. i. a liniendo, quia scribuntur in tabulis, & delentur iuxta Priscianum in principio minoris, uel literę a legendo. de differētia harum loquitur Priscianus in principio maioris.

Eodem sono, sed diuersis characteribus. Idest differunt literae Chaldeorum, & Syrorum à literis hebraeis solū in characteribus, idest in figuris: in sono tamen eaedē sunt. Et quòd dicitur de characteribus intelligendū est de apicibus: quoniam non ijdem sunt. Nam inter Samarita-

Samaritanos, & Hebręos, qui penitus habebãt easdẽ literas non sunt ijdem apices, vt patet infra quãto magis inter Hebræos, & Chaldæos, & dicitur, quòd istæ literæ habent eundem sonum, idest sicut Hebrei dicunt Aleb, ita & Chaldæi. De cęteris autem literis eodem modo, sed non sunt ijdem characteres, idest figuræ, quia aliter figurent Chaldæi, & Syri, quam Hebręi.

Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem literis scriptitant, figuris tantum, & apicibus discrepantes. Certumque est Esdrã scribam legisque doctorem post captam Ierosolymam, & instaurationem templi sub B Zorobabel alias literas reperisse, quibus nunc vtimur, cũ ad illud vsque tempus ijdem Samaritanorum, & Hebræorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum hæc eadem supputatio, sub Leuitarum ac sacerdotum censu, mysticè ostenditur. Et nomen domini tetragrammaton in quibusdã Græcis voluminibus vsque hodie antiquis expressum literis inuenimus. Sed & Psalmi, tricesimussextus, & centesimusdecimus, & C centesimusundecimus, & centesimusdecimusoctauus, & centesimusquadragesimusquartus, quamquam diuerso scribantur metro, tamen eiusdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremiæ lamentationes, & oratio eius, Salomonis quoq; in fine, prouerbia, ab eo loco, in quo ait, Mulierem fortem quis inueniet? eisdem alphabetis, vel incisionibus supputantur. Porro quinque literæ duplices apud Hebræos sunt, Caleb, Mem, Nun, Pe, Sade. Aliter enim scribũtur D per has principia medietatesque verborum, aliter fines. Vnde & a plerisque libri duplices æstimantur, Samuel Malachim, Dibrehaiamin, Esdras, Ieremias, cum Cynoth, idest lamẽtationibus suis. Quomodo igitur vigintiduo elementa sunt, per quæ scribimus Hebraicè omne, quod loquimur, & eorum initijs vox humana comprehenditur, ita vigintiduo volumina supputantur, quibus quasi E literis, & exordijs in Dei doctrina tenera adhuc, & lactens viri iusti eruditur infantia.

Sameritani etiam. Hic ponitur alia probatio ad inducendum, quòd literæ Hebręorum erant a principio. 22. per similitudinem ad Samaritanos, quia Samaritani, & Hebræi a principio habuerunt easdem literas, sed ipsi habent 22. ergo, & Hebræi totidem habebant ante destructionem eorum per Babylonios, quod cõuenit ad numerum librorum.

A *Quæ sit gens Samaritanorum, & vnde habuit ortum, & deorum conuersatione. Quæst. VII.*

Pro hoc autem sciendum, quòd Samaritani a Samaria dicuntur, scilicet populi habitãtes in vrbe Samariæ, & in terra eius, quę dicũtur ciuitates Samaritanorum. Est autem Samaria nomen ciuitatis solennissimę in terra Chanaan, quam Iudæi construxerunt, vt patet 3. Regum, ca. 16. quę vocata est Samaria a monte Somer, in quo fuit constructa, vt patet ibidem. In hac autem postea regnauerunt reges Israel, vt patet præalleg. c. & postea ex processu 3. & 4. Regum infra. Tempore autem regis Salmanasar, qui regnauit super Assyrios 10. tribus Israel, qui pertinebant ad regnum Israel, & erant sub regibus Samariæ propter infandissima, & semper incorrigibilia scelera sua in captiuitatem per Salmanasar ductæ sunt cum rege suo Oseæ. Sed ne maneret tota illa terra desolata, & redigeretur in solitudinem, rex Assyriorum transtulit de multis gentibus habitatores ad terram 10. tribuum, qui propter vrbem Samariam, quæ metropolis erat in terra illa Samaritani appellati sunt. Isti a principio colebant Deos suos, sicut edocti erant in gentilitate: iratus autem dominus misit in eos leones, & interficiebant illos, quia polluebant terram inquinamentis idolorum, quia non exhibebant ei cultum, sicut gẽtes, quæ ibi primo fuerant, nunciatumque est regi Assyriorum, scilicet gentes, quas transtulisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samarię ignorãt legittima Dei terræ illius, & immisit in eos dominus leones, & ecce interficiunt eos, quod ignorant ritum Dei infra 4. lib. 17. c. tũc iussit rex vnũ de sacerdotibus, qui captiui ducti fuerant adduci in terram illam, vt doceret eos ritum Dei, qui docuit, incęperuntque Samaritani colere Deum cæli, & nihilominus adorare idola sua, vt patet e. c. & tunc cessauerunt leones ab illis. Isti autem sunt Samaritani, qui euntibus duabus tribubus, scilicet Iuda, & Beniamin in Babylonicam captiuitatem manserunt in terra, & cum redijssent Hebræi de captiuitate post 70. annos isti repugnauerunt eis, ne restauraretur templum, & murus vrbis, atque accusauerunt eos apud regem Babylonis, vt impediretur opus. Sic patet 1. Esdræ c. 4. & 5. isti etiam pugnauerunt contra Israelitas, dum construerent muros Ierusalem, ideo propter metum eorum cum construeretur murus, vna pats Iudæorum faciebat opus, & reliqua tenebat lanceas, & reliquum genus armaturæ. Vnde dicebatur, quòd vna manu tenebant lanceas, & reliqua manu faciebant opus, sicut patet ex lib. Neemię. Isti etiam sunt Samaritani, de quibus dicebat Christus Apostolis cum mittebat ad prædicandum, quòd non introirent in ciuitates Samaritanorum, sed irent ad oues, quæ perierant de domo Israel. Mat. c. 10. Erant enim isti Samaritani multum distincti in modo viuendi a Iudæis, nec erant de genere eorum, ideo non communicabant illis, nec veniebant Samaritani in Ierusalem ad adorandum cũ Iudæis, sed adorabant in monte quodam, sicut patet ex verbis mulieris Samaritanæ disputantis cũ Christo sedente super fontem, & dicentis an adorandũ esset Ierosolymis, vel in monte illo, vt patet Io. cap. 4.

Etiam Pentateuchum Moysi totidem literis scriptitant. i. etiam Samaritani scribunt Pentateuchum Moysi 22. literis quot habent Chaldæi, & Syri. Dicitur enim de Samaritanis, quòd scribunt Pentateuchum Moysi, scilicet quia nullum alium librum recipiunt. Dicitur autem Pentateuchus ex gręca origine, volumen continens quinque libros, quia in eo continentur quinque libri Moysi, qui apud Hebręos humas, idest quinarius dicitur, vel tora, idest lex, vt patet infra. Hos enim

enim quinque libros solum recipiunt Samaritani, de libris historicis, & prophetalibus nihil curantes. Causa huius est, quia Samaritani occidebantur a leonibus, quia nesciebant legitima, scilicet cęremonias Dei terrę illius, sunt autem istæ cęremonię pertinentes ad legem, vt in sacrificijs, & cęteris ritibus: ideo hęc solum addiscere voluerūt Samaritani, quę sufficerent liberare eos a leonibus, sed ista habentur plenissimè in Pentateucho Moysi, nec agitur de eis in aliquo alio de libris veteris testamenti, vt patet intuenti: ideo solum Pentateuchum receperunt, nec tamen illū plene obseruabant, quia tunc non coluissent idola, sed colebāt, & adorabant simul Deum celi, vt patet infra 4. lib. 17. c. Ex his autem arguit Hieronymus, quòd habuerint Hebręi ante captiuitatem Babylonicam 22. literas, & istud argumentum conuenientius est adhuc, quam pręcedens de similitudine lingue hebraice ad Syram, & Chaldęam, quia literę Samaritanorū, & Hebręorum a principio fuerunt eędem tam in characteribus, quam in sono, & apicibus. Et hoc quippe, quia Samaritani non habebant legem Iudęorum, sed susceperūt Pentateuchum a sacerdote Hebręo, qui eos erudiuit infra 4. lib. 17. c. ergo acciperent in eisdem literis, quibus tunc vtebantur Hebręi, literę tamen Syrorum, & Chaldęorum nunquam fuerunt eorumdē characterum cum literis Hebręorum, sed literę Samaritanorum sunt 22. secundum, quòd patebat tempore Hieronymi, cum adhuc manebant Samaritani, & codices eorum: ergo literę Hebręorum ante Babylonicam captiuitatem fuerunt 22. & hoc est, quod intendit probare Hieronymus ad conformitatē numeri librorum. Sed dicet aliquis ad quid superfluè conatur Hieronymus probare esse 22. literas Hebręorum cum tunc luce clarius hoc cōstet? Dicendum, ꝙ hoc vult probare, quia literę Hebręorum non manserunt semper eędem, sed destructę sunt in captiuitate Babylonica, & posteas restaurauit Esdras scriba legis, ideo diceret aliquis, quòd fecit plures, vel pauciores, & sic, quòd nihil consonant numero librorum, qui prius fuit, ideo declarat Hieronymus, quòd non solū numerus librorum consonat numero literarum hebraicarum, quę nūc sunt, sed etiam numero literarū, quę fuerunt prius ante destructionem Iudęorum per Babylonios.

Figuris tantum, & apicibus discrepantes. Idest solum differunt literę Samaritanorum, quę nunc sunt a literis Hebręorum in apicibus, & figuris, sed non in sono, scilicet quòd tam Samaritani, quam Hebręi dicunt Aleb, & Beth, tamen alias figuras harum literarum ponunt Samaritani, & alias Hebręi.

An literę Hebræorum, Chaldæorum, Syrorum fuerint eædem a principio in omnibus. Quæst. VIII.

DICET autem aliquis ex hoc, quòd videtur, ꝙ literę Hebręę a principio fuerint eędem in sono, & characteribus, atque in omnibus alijs cum Chaldęis, & Syriacis, quia dicitur hic, quòd literę Hebręę sunt eędem in sono cum literis Chaldęis, sed diuersę in characteribus: de literis etiam Samaritanorum dicitur, quòd sunt eędem cū literis Hebręorum, sed differūt in figuris, & apicibus: ergo literę Chaldęorum, Syrorum, Samaritanorum, & Hebręorum, quę nunc sunt, eędem sunt in sono, sed literę tam Chaldęorum, quam Samaritanorum differunt in characteribus a literis Hebręorum, quę nunc sunt, ergo eędem sunt in characteribus literæ Samaritanorum, & Chaldæorum: sed literæ Samaritanorum erant eædem in characteribus, & apicibus, & sono ante destructionem Iudæorū per Babylonios: ergo etiam literæ Hebræorum ante Babylonicam captiuitatem erant eædem in characteribus cum literis Chaldæorum, & Syrorum.

Respondendum etiam, quòd nunquam fuerunt eædem literæ Hebræorum, & Chaldæorum in characteribus añ captiuitatē Babylonis, vel post: quoniā Moyses inuenit literas Hebræorum, sed iam erant ab antiquo literæ Chaldæorum, & Syrorum, ergo illę differebant saltem in characteribus, alioquin nihil inuenisset Moyses, nec vllo modo habuissent Hebræi aliquas literas proprias, ideo neganda est consequentia, quam isti faciunt, scilicet literæ Hebræorum, quæ nunc sunt, sunt eædem in sono cum Chaldæis, & Samaritanis, sed ab vtrisque differunt in apicibus, & characteribus: ergo ijdem sunt characteres Samaritanorum, & Chaldæorum, satis enim stat characteres istorum esse distinctos, nisi fortè dicas, quòd vna litera nō potest habere, nisi duos characteres, ita quòd Aleph apud Iudæos habeat nunc vnum characterem, & aliū apud Chaldæos, & Samaritanos, nec posset habere aliquem alium, sed hoc falsum est, quoniam mille, vel infinitæ possunt fieri figurę eiusdem literæ, ideo si essa apud quamlibet gentem essent eædem literæ in sono, quæ apud Hebræos possent habere eas distinctas tot modis in characteribus, quot gentes sunt, & sic dicēdum, quòd Samaritani habent nūc eosdem characteres literarum, quos olim habent literæ hebraicæ, sed non habent tales characteres sicut Chaldæi, & sic literæ Hebræorum, quæ nunc ab vtrisque in characteribus differant. Cum vero dicitur, quòd etiam differūt in apicibus, sciendum, quòd apud Hebræos apices vocantur quædam puncta paruula, quæ aliquando super literas, & aliquando infra ponuntur: sunt autem ista quinque, loco quinque vocalium: nam in literis Hebræorum non sunt vocales, sicut in latinis, & quia nulla vox cuiuscunque idiomatis formari potest sine litera vocali necesse erat, vt in hebræis literis esset aliquid loco vocaliū, & ista sunt apices, de quibus Christus dixit. Amen dico vobis, quoniam iota vnum, aut apex vnus, non præteribit a lege, donec omnia fiant, idest non præteribit litera parua, quę vocatur Iod: nec etiam vnus apex, qui in scriptura minimus est. De hoc Mat. c. 5. ergo apices erāt de necessitate literæ hebraicæ, & quamquam aliquando Iudæi scribant sine apicibus, hoc est quia iam sciunt supplere eos ex assuetudine legendi: & tamē necessario intelliguntur. de istis apicibus dicitur, quòd differunt inter Hebræos, & Samaritanos, forte autem erit hoc in numero, vel in figura, vel in nomine: quodcunque enim horum sit, nihil differt, quia non possunt poni apices, nisi pro quinque vocalibus, quòd dico de illis, qui sunt de necessitate scripturæ, latini autem scriptores alios apices inuenerūt, qui abbreuiationi scripturę accommodi sunt, in quibus non solum supplentur singulæ vocales, sed interdū multę literæ, & syllabæ in vno apice.

Apices q vocantur apud hebræos.

Certumque est Esdram scribam legis. Hic applicat Hieronymus id, quòd intendit, scilicet quare probet per literas Samaritanorum, nu. 22. librorū veteris testamēti, & agit duo simul, scilicet probat, quòd necesse sit induci ad probationem de numero librorum alias literas præter eas, quas nunc Hebræi habent. Secundo probat, quòd sit conueniens probatio numeri librorum per literas Samaritanorum.

Quare per literas Samaritanorum probatur numerus librorum. Quæst. IX.

PRIMVM inducitur sic, scilicet si literæ Hebræorū eædem mansissent nūc in sono, & characteribus, quę fuerunt a principio, non oporteret probari per alias

alias literas numerum librorum, sed mutatę sunt, quia certum est Esdram scribam, & doctorem legis post templi restaurationem alias literas inuenisse, ergo necesse erat, quòd probaretur numerus librorum, & literarũ hebraicarũ per alias literas, quibus fuissent similes a principio literę Hebręorum. Secundũ probatur, cum dicatur hic, quòd ijdem characteres Hebręorum, & Samaritanorum fuerunt vsque ad tempus captiuitatis Babylonicę, sed Samaritani habent nunc 22. literas ergo a principio Hebræi totidem habebant, & sic conuenienter fit probatio de numero literarum Hebręarum, & de conformitate numeri librorum per literas Samaritanorũ. Quòd autẽ Esdras fit scriba legis patet Nee. capitu. 8. & ex processu libri Esdrę. Ipse enim totam legẽ, quę a Chaldęis cõbusta fuerat ad integrum restaurauit, non quidem tanquam ipse eam totã memoriter teneret, quia ferè impossibile videbatur, quod quisquam hominum omnes libros veteris testamenti de verbo ad verbum memoriter recitare posset: potissimè quia Esdras non fuit de terra Chanaan ductus in captiuitatem, sed in Babylone genitus est: spiritu tamẽ domini in se facto omnia ad plenum scripsit, quę in prioribus libris habebãtur, sicut habetur in quarto suo libro apocripho, sed licet ea, quę ibi habentur non recipiantur, quia pleraque recipienda non sunt, tamen aliunde constabit, quòd ipse spiritu domini scripsit, scilicet quia sacra Scriptura dicit eum scripsisse, sed non poterat hęc scribere nisi spiritu prophetico, ergo irruente in eum spiritu domini scripsit. *Legisque doctorem.* Vocatur Esdras doctor legis, quia Israelitas redeuntes de captiuitate legẽ docuit, & prædicabat coram eis, instruebatque eos in moribus separando ab vxoribus alienigenis quas acceperant contra legẽ, vt patet 1. Esdrę 9. & 10. & Nee. 7. 8. & 9. cap. & accipitur hic lex large non solum pro lege Moysi, sed etiã pro omnibus libris veteris testamenti, quos omnes ipse transtulit, & erudiebat Hebręos in illis. *Post captam Ierosolymam.* Refertur ad inuentionem literarum per Esdram, nõ quidem, quòd immediate post captam Ierusalem, sed post reditum de captiuitate Babylonica, & templi restauratione, vt patet infra. dicitur tamen de Ierusalem capta, quia vsque ad illud tempus mãserunt priores literę Hebręorum, quas tẽpore Hieronymi Samaritani habebant: tempus autem a capta Ierosolyma vsque ad instauratum templum fuit sine literis, quod fuit tempus plurium quasi 70. annorum: nam captiuitas 70. durauit annis. Iere. c. 25. ędificatio autem templi secundi durauit 46. annis, vt patet Ioann. capitulo secundo. ergo essent centum, & sex anni ad minus, in quo Hebręi non haberent literas, si proprie accipiatur hic litera Hieronymi.

Esdras scriba legis.

Esdras doctor legis.

Et instaurationem templi. Idest postquam templum instauratum est per Israelitas venientes de captiuitate Babylonica inuentę sunt literę per Esdram, potest autem accipi hic post instaurationem, idest postquam finita est instauratio, vel post instauratione, idest postquam inchoata est, & quamquã vtrunque dici posset: conuenientius tamen est, quòd inuentę sunt literę ab Esdra postquam incepta est instauratio, licet non finita, quoniam non est verisimile, quòd 46. annis quibus durauit instauratio templi Esdras nihil transtulerit: cum ipse doceret semper legem Israelitas postquã redierunt de captiuitate, vt patet ex libro suo primo, & ex libro Nehemię. *Sub Zorobabel alias literas reperisse.* Idest certum est, quòd post instaurationem templi, quę facta est sub Zorobabel principe inuenerit Esdras literas.

A *Quomodo in reditu Iudæorum de Babylone fuerunt tres principes, & de differentia principatuum istorum.*

Quæst. X.

ERAT autem Zorobabel princeps Iudęorum, qui genitus est in Babylone, & fuit nepos Iechonię regis Iudę, qui translatus est in Babylonem a rege Nabuchodonosor: Mat. c. 1. iste enim accepit principatũ inter laicos, & ob hoc semper vocatur princeps Iudę, & ad eum fiebant omnes locutiones propheticę de instauratione templi, vt patet Aggęi. cap. 1. & 2. & Zacha. c. 4. & 1. Esdrę 4. & 5. Ipse enim fuit semper princeps dum ędificaretur tẽplum: nã sub eo inchoata ędificatio, & consummata

B est, vt patet Zacha. c. 4. scilicet & factum est verbum domini ad me, dicens: manus Zorobabel fundauerũt domum istam, & manus eius perficient eam. Erat autem princeps alius tunc inter sacerdotes, scilicet Iesus Iosedech sacerdos magnus, ad quem pariter dirigebantur locutiones prophetarum. Zacha. c. 3. & ipse, & Zorobabel dicebantur principari primo Esdrę. cap. 4. Nehemias etiam fuit princeps eo tempore solũ quidem quantum ad ædificationem murorum, quoniã a rege ipse præpositus est, vt ædificaret muros, vt patet Nehem. c. 2. Proprie tamen princeps erat Zorobabel. Dicitur autem Esdras inuenisse alias literas, idest differentes a prioribus, scilicet in characteribus, & non in sono, sed quia litera figura quædam est, variata figuratione, dicitur variari litera, quamquam maneat eadẽ

C sonoritas.

Quibus nunc vtimur. Idest istæ literæ inuentæ per Esdram sunt, quæ manserunt semper postea inter Hebręos, vt dicit Hieronymus, quibus vtimur, referendo ad se, quia ipse nouerat idioma hebræorũ, & ob hoc transtulerat de Hebræo in Latinum, non tamen erat ipse hebræus, nec de genere hebræorum, sed natus de parentibus Christianis, vt ipse testatur. in prologo suo super Iob, qui incipit. Cogor per singulos.

Cum ad illud vsque tempus ijdem Samaritanorum, & Hebræorum characteres fuerint. Idest nunc sunt eędem literę in sono Hebręorum, & Samaritanorum, sed non sunt ijdem characteres: a principio autem vsque ad illud tẽpus tã sonus, quam characteres: erant ijdem. Cũ

D autem dicitur vsque ad illud tempus non refertur ad immediata, scilicet ad instaurationem templi sub Zorobabel, quia tunc non erant ijdem characteres Hebręorum, & Samaritanorum in literis, cum nec literas vllas, nec characteres tunc Hebręi haberent, quia pditę fuerant literę in destructione vrbis Ierosolymę per Babylonios, sed refertur ad supra posita, scilicet ad captam Ierusalem, quia tunc perditę sunt literę Hebręorum, & vsque ad tempus illud fuerant ijdẽ characteres Samaritanorum, & Hebræorum.

In libro quoque Numerorum. Hic ponit Hieronymus aliam probationem de numero librorum, & literarũ veteris testamenti, quòd sunt 22. per numerum Leuitarũ, qui habetur in libro Numerorũ, in quo mystice

E significatur numerus iste librorum. Non reperitur autem in toto libro Numerorum numerus sacerdotum, & Leuitarum, nisi bis cum ponitur summa Israelitarum: habentur enim in libro illo duę nũciationes totius populi, scilicet vna, quę fuit in secundo mense anni secundi ab exitu de Aegypto, & fuit facta in monte Sinai: de qua Nume. c. 1. alia fuit facta anno. 40. ab exitu de Aegypto in vltima mansione apud Iordanem, de qua Num. c. 26. In vtraque autem harũ fuit acceptus numerus Leuitarum, & sacerdotum cũ Israelitis, quia iusserat Deus, quòd nõ tolleretur summa filiorum Leui cum filijs Israel. Nume. c. 1. Fuit autẽ per se in prima numeratione accepta summa Israelitarum

literarum, & per se summa Leuitarum.de Leuitis dicitur, quòd erant 22.millia: Nume.c.3. In secunda quoque numeratione anno 40.accepta per se summa Leuitarum inuenta sunt 13.millia. Nume.26.c. Cum autem dicitur hic, quòd numerus Leuitarum, & sacerdotum, qui ponitur in libro Numerorum designat istum numerum librorum veteris testamenti, dicendum, quòd intelligitur de summa Leuitarum in prima numeratione, in qua ponuntur 22.millia. In secūda autem 23.millia, & ista nihil agit: dicitur autem significari numerus librorum per numerum Leuitarum, & sacerdotū, quia sicut sunt 22.libri, ita 22.millia sacerdotum, & Leuitarum: secunda quia est numerus inęqualis, nihil ad hoc agit.

Hæc eadem supputatio. Idest iste idem numerus, scilicet 22.quia est numerus librorum veteris testamenti, & numerus literarum.

Sub Leuitarū atque sacerdotū sensu mistice ostenditur. Idest per numerum Leuitarum intelligitur mysticè numerus librorum: dicitur autem mysticè, quia sensus literalis in illo numero Leuitarum, & sacerdotum non est, quòd significetur numerus librorum, vel literarū, sed quòd significetur summa Leuitarum, & sacerdotum, qui erant illo tempore, quo facta est computatio illa in monte Sinai, sed mysticè, idest sensu morali. Per numerum 22.millium sacerdotium, & Leuitarum intelliguntur 22.libri veteris testamenti, & fuit conueniens transumptio de numero sacerdotum, & Leuitarum ad numerum librorum, quia sacerdotes, & Leuitę scire debent quicquid continetur in 22.libris veteris testamenti, sic patet Aggei ca.2. vbi Deus iussit, ꝙ de dubijs legis quęreremus a sacerdotibus, ideo ipsi scire tenentur totam legem. Idem patet Mala.c.2. labia sacerdotis custodient scientiam, & legem exquirent de ore eius, quia angelus domini exercituū est: ergo ad sacerdotes pertinet scire omnes 22.libros veteris testamenti. Et dicitur fortassis hoc intelligi sub sensu mystico, quasi propter hoc in libro Numerorum ponantur 22.millia sacerdotum, & Leuitarū, vt significētur 22.libri. Nam summa, quę colligitur Nu.c.3. peruenit ad 22.millia 300. vt patet ex tribus summis partialibus, quę habentur ibi, cum tamen ponitur postea summa totalis, ponuntur 22.millia quasi illa 300.videantur ablata propter concordiam numeri Leuitarum, & sacerdotum ad numerum librorum; non est tamē illa causa literalis, quia illi 300.ablati sunt cum essent de primogenitis sacerdotū, & Leuitarū, & non poterant accipi in commutationem pro primogenitis Israelitarum, sed pro se ipsis manebant: ergo solum 22.millia accipienda sunt in summa totali, & illa assumpta sunt in commutatione pro Israelitis, & pro cęteris primogenitis eorum datum est pretiū Nu.c.3. In sensu tamē mystico possumus significare quodcunque voluerimus: dum tamen habeat aliquā similitudinem, & sic per 22.millia sacerdotum, & Leuitarum, intelligūtur 22.libri veteris testamenti: dicitur autem de supputatione sacerdotum, & Leuitarū, quia omnes tam sacerdotes, quam Leuitę computati sunt: fuerunt enim computati omnes de tribu Leui, sed isti diuiduntur in sacerdotes, & Leuitas, quia Aaron, & posteri sui erant sacerdotes. Cęteri autem de tribu Leui vocabantur Leuitę. Cum vero facta est ista computatio solum erant tres sacerdotes, & cęteri erant Leuitę, quod patet, quia Aaron habuit quatuor filios, qui cū eo consecrati sunt, scilicet Eleazar, Ithamar, Nadab, & Abiu: Exo.c.29. & Nu.c.3. duo autem horum, scilicet Nadab, & Abiu die octauo consecrationis suę cum primo inciperent ministrare offerētes ignem alienum, Leui.c.10. consumpti sunt: alij duo manserunt cum patre tempore huius numerationis:

Scientia ptinet ad sacerdotes.

F ideo Nume.c.3. isti tres exprimūtur de sacerdotibus, quia nulli alij erant, cęteri verò erant Leuitę.

Et nomen domini tetragrammaton. Hic redit Hieronymus ad probandum de numero literarum Hebraicarum, & de mutatione earum, scilicet quòd fuerint 22. a principio, & quamquā postea propter Esdram alię inuentę sunt, mansit idem numerus: principaliter autem significatur hic, quòd non semper fuerunt istę literę apud Hebręos, quę nunc sunt, sed aliquando fuerunt alię, quod probat, quia in Grecis voluminibus reperitur aliquando nomen domini tetragrammaton scriptum prioribus literis hebraicis, ergo alię pręter has fuerunt.

G

De nomine Dei tetragrammaton, quid significet. Quæst. XI.

SCIENDVM autem cum dicitur hic de nomine domini tetragrammaton, quòd illud est nomē quatuor literarum apud Hebręos, quòd scribitur his literis, Iod, He, Vau, He, tetragrammaton autē non est aliquod nomē domini, sed est quoddam nomē appellatiuum Gręcum designās quatuor literas, & dicitur a tetras, quòd est quatuor, & grāma, quòd est litera quasi quatuor literis scriptum: dicitur autem de nomine tetragrammaton, quia Deus habet multa nomina in Hebręo: aliquando enim vocatur Adonai, & aliquando El, vel Elohim: aliquando autē ponitur aliud nomen quatuor literarum, quòd Deo H proprie conuenit, & illud non pronuntiatur, sed loco eius dicitur Adonai. Tria enim prima nomina, Adonai, & El, & Elohim significant Deū sub quibusdam proprietatibus attributalibus, scilicet in quantum est dominus, vel fortis: nomen autem tetragrammaton significat substantiā Dei sine aliqua proprietate attributali, sicut istud nomen Deus in Latino idiomate, & istud est honorabilius nomen Dei apud Hebræos.

In quibusdam Græcis voluminibus vsque hodie expressum antiquis literis inuenimus. Idest istud nomen interdum habet in Græcis voluminib⁹ literas Hebræas antiquas, scilicet non eas, quibus nunc vtimur: hoc autem esse non potest, nisi quia fuerunt aliquādo aliæ literæ Hebræorum præter has, sed fuerunt mutatæ per Esdram.

I

Quomodo possunt literæ antiquæ Hebræorum reperiri in aliquibus codicibus Græcorum. Quæst. XII.

QVAERET autem aliquis quomodo possunt esse literæ Hebręę antiquę in aliquibus codicibus Græcorum: nam fuit translata Biblia de Hebræo in Græcum post captiuitatem Babylonicam, & secundas literas inuentas per Esdram, cum Ptolomæus misit ad Hebræos, vt darēt ei interpretes, & miserunt ei 70.viros, ergo isti nō poterant scribere nomen tetragrammaton, nisi in literis Hebræis, quibus nunc vtimur. Respondendum est verum esse, quòd translatio de Hebræo in Græcum fuit K facta post secundas literas inuentas per Esdram, tamen interpretes sciebant, quæ fuissent literæ priores, quoniam cognoscebant, quòd literæ, quæ erant apud Samaritanos erant, quæ prius fuerunt apud Hebræos, & ipsi scientes illas potuerunt ponere aliquando nomen domini descriptum illis literis, & postea alij trāslatores idem obseruauerūt, ita vt vsque hodie in quibusdam Græcis voluminibus maneat nomē domini literis antiquis descriptum. *Sed, & Psalmi.* Hic iterum probat Hieronymus, quòd apud Hebræos erant 22. literæ ab antiquo, quia aliqui Psalmi sunt.s.quinque, qui habent totum Alphabetum Hebræorum, & incipiūt versus in eis seriatim per literas Alphabeti.s.primus

mus verſus in Aleph, ſecundus in Beth, & ſic conſequenter de omnibus alijs literis vſque ad Thau, quę eſt vltima litera inter Hebręos, & in quibuſdam Pſalmis cum peruentum ſit ad Thau, iterum fit reditio ad Aleph, iſti tamen Pſalmi erant ſcripti antequã Eſdras inueniret ſecundas literas Hebręorum, ergo a principio erant 22. literę ſicut nunc. Aliquis dicet, quod ex hoc non concluditur a principio fuiſſe 22. literas, ſed ſolum, quòd nunc ſint 22. quia reperiuntur 22. verſus in ordine conſequenti incipientes a literis varijs, ergo 22. literæ ſunt nunc. Cum autem dicatur ergo antiquitus erant 22. literę, dicet aliquis non tenere conſequentiam, quia fortè antiquitus iſti verſus incipiebãt ab alijs literis, quę fortè erant 22. ſolum, vel pauciores nunc autem incipiunt ab alijs. Reſpondendum, quòd non poteſt ſtare ex eo, quod ſupra dicebamus, ſcilicet quod lingua hebraica eadem fuit ante captiuitatem Babylonicam, & poſt, ſed literę fuerunt mutatę, & quidem non potuerunt ſimpliciter mutari, ſed ſolum quantum ad characteres in ſono autem nequaquam, ideo cum nunc ſint aliqui Pſalmi habentes verſus 22. ordine cõtinuato incipientes a literis diuerſis, neceſſe eſt, quòd ab antiquo fuerint ſaltem 22. literę eędem cum his, quamquam differant in characteribus, alioquin dicemus, quòd non ſolum mutatę ſunt, ſed etiã idioma totum, quòd falſum eſt: apparet igitur, quòd etiam ab antiquo fuerint 22. literę, vt nunc ſignantes 22. libros veteris teſtamenti, ideſt 36. Pſalmus habet verſus deſcriptos per literas varias Alphabeti continuati. Pro quo ſciendum, quòd Hieronymus ponit hic quinque Pſalmos, quos exprimit, & dicit, quòd apud Hebręos ſcribuntur diuerſo metro, & tamen texuntur Alphabeto eiuſdem Numeri, ideſt quilibet iſtorum Pſalmorum habet tot literas varias continuatas, quot habet alius. Verbi gratia, quòd incipiat primus verſus in Aleph. ſecundus in Beth, & ſic continuatim vſque ad Thau. In quolibet autem iſtorum Pſalmorum verè reperitur iſtud, ſed ſcribũtur diuerſo metro, ideſt diuerſa lege metrorum quantum ad trimetrum, vel tetrametrum: differt tamen in iſtis Pſalmis, quia quidam habent plures verſus, quam alij: hoc autē, quia replicantur in eis pluries literę Alphabeti, vel quia duo verſus, qui ſimul ſunt, incipiunt ab eadem litera: & ſic 44. verſus complent vnum Alphabetum hebraicum geminatis verſibus ad quamlibet literam, ſic autem fuit in Pſalm. 144. qui incipit Exaltabo te domine. Sciendum autem circa iſta duo, quę ponit hic Hieronymus, ſcilicet quod iſti Pſalmi quinque ſcribuntur Alphabeto eiuſdem Numeri, ſed non eodem metro. Circa primum attendendum, quòd Hieronymus in quadam epiſtola ad Marcellam, vbi ponit de Pſalmis habentibus Alphabeta hebraica ponit ſolum quatuor, hic autem ponuntur quinque, ꝙ fortè accidit errore ſcriptorum, qui ſubticuerunt vnũ de Pſalmis, ſcilicet tertium. ſunt autem verba Hieronymi hęc in epiſtola ſua, ſcilicet. Scire debes quatuor Pſal. ſecundum ordinem elementorum incipere, ſcilicet 36. & centeſimum decimum, & 128. & 144. verum ſcire debes, ex prioribus Pſalmis ſingulis literis ſingulos verſus, qui trimetro iambico conſtant eſſe ſubnexos, inferiores verò tetrametro iambico ſicut Deutero. canticum ſcriptum eſt: ſunt qui alios putent hoc ordine incipere, ſed falſa eorum opinio eſt. Primus iſtorum eſt 36. ſcilicet. Noli ęmulari, qui incipit ſecundum ordinem Alphabeti vſque ad vltimam literam. hoc autem in Hebręo verum eſt, ſed non apud nos quoniam non eſt ibi aliquis ordo literarum ſecũdum Alphabetum noſtrum. Cauſa eſt, quia non ſunt eędem dictiones in Latino, & Hebręo. Sciendũ etiam, ꝙ non habent omnes iſti Pſalmi integrum Al-

Qui ſunt Pſalmi qui incipiunt per ordinē librorum alphabeti, apud Hebręos, & quare non ſic icipiũt apud nos.

A phabetum, ſed aliqui habent pauciores verſus, aliqui autem plures, quam complere poſſint vnum Alphabetum, ſufficit tamen, ꝙ illi verſus quotquot ſunt ſequuntur ordinē Alphabeti. *Et centeſimus decimus.* Iſte eſt ſecundus Pſalmus eorum, qui procedunt ordine Alphabeti, & vocatur: Confitebor tibi domine: Non habet autem integrum Alphabetum, ſed ſolum 10. literas, cum ſolum habeat decem verſus. *Et centeſimus vndecimus.* Iſte eſt tertius Pſalmus horũ, ſcilicet Beatus vir, qui timet dominum: & procedit eodem ordine Alphabeti, ſed non habet integrum Alphabetum cum ſolum ſint 9. verſus. *Et centeſimus decimus octauus.* Iſte eſt quartus, & vocatur Beati immaculati. Nec accipitur iſte Pſalmus ſecundum, quòd apud nos diſtinctus eſt, ſcilicet vſque ad retribue ſeruo tuo, ſed durat

B vſque ad Pſalmum. Ad dominum cum tribularer, comprehendens omnes Pſalmos primę, tertię, Sextę & Nonę: nec ſunt hic verſus in ordine Alphabeti ſecundum continuationem literarũ; ſed ſunt 22. octonarij, qui faciunt verſus 266. ſed incipiunt octonarij iſti per literas Alphabeti, ſcilicet primus octonarius ĩ Aleph, & ſecundus in Beth, & ſic conuenienter vſque ad Thau. viceſimus ſecundus octonarius incipit in Thau, & ſic eſt ibi conſummatum Alphabetum.

De diuiſione octonariorum, & quid ſint Quæſt. XIII.

C SCIENDVM autem circa iſtos octonarios, quòd octonarij dicuntur diuiſiones factę in Pſalmis, quarum quęlibet continet verſus octo, ſic patet in toto Pſal. illo beati immaculati: nam ſecundum nos diuiditur in 11. Pſal. quorum ſunt duo pro hora Primæ, & tres pro Tertia, totidem autē pro Sexta, & Nona. continet autem quilibet iſtorum Pſalmorum 16. verſus, ideo diuiditur in duos octonarios in medio autem iſtorum Pſalmorum, ſcilicet in verſu 9. cuiuslibet eorum incipit ſemper alius octonarius, & ſic cum primus octonarius, ſcilicet beati immaculati incipiat in Aleph, vltimus octonarius, ſcilicet appropinquet deprecatio mea: incipit in Thau, vbi eſt 22. octonarius. *Et centeſimus quadrageſimus quartus.* Iſte eſt vltimus Pſalmus eorum, qui ſequuntur alphabetũ: & iſte eſt. Exaltabo te domine: ſequitur autem ordi-

D nem alphabeti, & dicit de eo Hieronymus, quod ſingulis literis ſinguli verſus gemine ſupputantur: ſunt autem ibi 22. verſus, qui poſſent complere hebraicum Alphabetum, ſi literę ſimplices eſſent, ſcilicet cuilibet verſui vna litera, ſed dantur duo verſus vni lrę. *Quamquam diuerſo ſcribantur metro.* i. omnes iſti Pſalmi ſequũtur ordinem alphabeti, quantum ad literas tamen differunt in hoc, quòd non ſcribuntur eodē genere metrorum, ſic patet ex litera Hieronymi in epiſtola ad Marcellam cum ait: Verum ſcire debes, quòd prioribus Pſalmis ſingulis literis ſingulos verſiculos, qui trimetro iambico conſtant eſſe ſubnexos: inferiores verò thetrametro iambico, ſicut Deute. canticum ſcri-

E ptum eſt. Hoc quidem, ꝙ de metris dicitur, ſępe obſeruatur inter hebręos, quia ſicut poetæ vtuntur diuerſo genere metrorum, ita & ſacra ſcriptura vſa eſt: ſic ꝓbat Hieronymus inductiuę de multis in prologo ſuper Iob, qui incipit: Cogor per ſingulos. In Pſalmis autem iſtis obſeruatur iſta differentia, quòd in quibuſdã eſt trimetrum iambicum: in alijs verò tetramitrum.

Ad cuius euidentiam conſiderandum, quòd metra ſecundum auctoritatem Latinorum multipliciter nominantur, quędam enim nominantur ex numero pedum: alia autem a materia: de his ſecundis dicimus quædam metra eſſe heroica ab heroibus: ſunt enim heroes viri nobiles, & famoſi: metra autē, quę de ge-

ſtis

stis eorum scribuntur heroica appellantur: sic etiam vocantur metra elegiaca, quę tractant de miseria, vel amore, quia elegia idem est, quòd miseria: aliquando autem nominantur metra ab inuentore sicut metra Archilochica, & Asclepiada, quę ab Archiloco, & Asclepiade inuētoribus nominantur: sic etiam vocatur metrum Saphicum a Sapho muliere, q̃ in Gręcia huius carminis modum inuenit sub Cyro rege Persarū, dum Iudęi redirent de captiuitate Babylonica, & istis metris vtitur frequenter Boetius: sicut est illud: Bella bisquinis in fine quarti libri, & illud. Nouimus quātas in tertio libro: hoc etiam metro Saphico scribuntur tria Alphabeta lamentationis Hieremię, scilicet primum, secundum, & quartum: alia autem vocantur a numero pedum, vt exametrū, quòd sex pedes habet, & iste versus pręcipuè spondaici, vel Dactilici sunt, G quia in quolibet pede potest Dactilus, vel Spondęus indifferenter locari, preterquam in quinta sede vbi ex natura metri Dactilus semper locatur: sic etiam sunt versus Pentametri, idest habētes quinque pedes. Alia metra vocantur a pede prędominante, vt Spondaica: Dactilica, Iābica Trochaica, vel Anapestica, & vocant ista carmina aliq̃ū Dimetra Trimetra, vel Tetrametra. In versibus aūt Dactilicis, vel Spondaicis, sicut sunt Exametri, vel Pentametri vnus pes cōputatꝰ pro vno metro, ideo vocantur exametri, quasi habentes sex metra, & totidem pedes sunt. In versibus autem Iambicis Trochaicis, vel Anapesticis duo pedes ponūtur pro vno metro, & sic vocatur dimetrum, quòd habet duo metra, quę sunt quatuor pedes, siue quatuor Iambi, siue Trochei, trimetrum vocatꝰ vbi tria metra sunt, H quę continent sex pedes, & tale est illud metrū, quòd ponit Boetius secundo de Consolatione de mutatione fortunę, scilicet

Hæc cum superba verterit vices dextra.

Hoc trimetrum est continens sex pedes, scilicet tres Spondęos, & tres Iābos, *Hæc cum*, Spondęus est. *super* Iambus est, *ba uer*, Spondęus est, *terit*, Iambus est, *vices*, Iambus est, *dextra*. Spondęus est. Primum metrum continet vnum Iambum, & vnum Spondęū. *s. Hæc cum super.* Secundum metrum continet Spōdęū, & Iambum. *s. ba verterit,* Tertium metrum continet Iambum, & Spondęum. *s. vices dextra.* Tetrametrū autem Iambicum recipit Iambum in omnibus locis: I Spondęum tantum in paribus, & dictum est Iambicū a pede prędominante in loco pari, in quo nullus alius pes habet poni. Iambicum metrum. Si dimetrum est quatuor habet pedes: si Trimetrum habet sex, si Tetrametrum habet octo: verbi gratia accipiatur istud Iambicum Tetramerrum.

Deus creator omnium,
Iam surgit hora tertia.

Deus, Iambus est. *crea*, Alter Iambus iunge simul, & habebis vnum metrum. *tor om*, alter Iambus, *nium.* Alter Iambus: iunge simul, & habebis secundū metrū. *Iam sur*, Spondęus. *git ho*, Iambus est. Iunge simul, & habebis tertium metrum, *ra ter*, Spondęus est, *tia.* Iambus est. Iunge simul, & habebis quartum metrū, K & sic patet quare vocetur Tetrametrum; similiter posses ponere exemplum in illo hymno:

Iam lucis orto sidere.

& similibus. Communiter tamen in talibus signatur Dimetrum Iambicum, quia in quolibet versu hymni sunt quatuor versus metrici. Istud trimetrum, & Tetrametum Iambicum obseruatur in istis Psalmis apud Hebręos quidem, sed apud nos nequaquam, quia nec est ordo literarum per Alphabetum, nec obseruatur natura metri, cuius causa infra declarabitur.

Eiusdem numeri texuntur alphabeto. Idest isti Psalmi scribuntur, vel continuantur Alphabeto, idest literis F eiusdem numeri. Non est autem sensus, quòd tot literę ponantur in Psalmo vno, per quas incipiant versus, sicut in alio, cum quidam Psalmi horum solum habeant nouem versus, & alij 10. alij autem plures, quam 40. ideo impossibile est in vtrisque compleri Alphabetum: sed est sensus, quòd texuntur literis eiusdē numeri, idest eiusdem ordinis, scilicet quòd sicut incipit vnus Psalmus eorum per ordinem Alphabeti, & continuatur per omnes versus iste ordo, ita in alijs fit, & tamen in quibusdam completur Alphabetum in alijs nō propter paucitatem, & multitudinē versuum. *Et Ieremiæ lamentationes, & oratio eius.* Idest etiam obseruatur ordo 22. literarum in Ieremia in lamentationibus, & in oratione eius.

Lamentationes quo genere metrorum describuntur.
Quæst. XIIII.

Non est autem hoc per totum librum Ieremię. Nam totus liber prophetiarum eius stylo pedestri, & sine lege metrorum scriptus est. In lamentationibus autem, quę alio modo vacantur threni Ieremias non tanquam Propheta, sed tanquam rhetoricus per sermones passionales audientes ad compassionem desolatę ciuitatis conuertit: licet aliquando aliqua de Christo intermisceat: seruatur ordo huius scripturę per Alphabeta: ita, quòd primus versus incipiat per Aleph, quę est prima litera, secundus versus per Beth, quę est secūda, & tertius per ghimel, quę est tertia, & sic consequēter vsque ad Thau, quę est vltima.

In litera autem nostra non potuit seruari idē ordo, ideo ad signandum illum ordinē esse apud Hebręos ponimus in principio cuiuslibet versus illam literam hebraicam, a qua incipit, & sic sunt completa Alphabeta in lamētationibus, sic sunt apud nos aliq hymni, qui incipiunt per consequentes literas Alphabeti, scilicet: A solis ortus cardine: cuius primus versus in A. secundus in B. tertius in C. incipit, & sic vsque ad finē hymni. ponuntur autem quatuor Alphabeta in lamētationibus, idest Alphabetum quater repetitur ad notandum, quòd Ieremias deplangit propter quatuor mala, scilicet propter mortem Iosię. Secundo propter transmigrationem regis Ioachim, & omnium nobilium in Babylonem. Tertio propter destructionem templi, & ciuitatis factam per Nabuzardam: quarto propter mortem Godolię. & non sunt similia ista Alphabeta, quia in primo, secundo, & quarto simpliciter ponit quęlibet litera, semel Aleph, & semel Beth: in tertio Alphabeto quęlibet litera triplicatur, ter Aleph, & ter Beth, & sic consequenter. Differunt etiam ista Alphabeta, quia cum scribātur sub lege metrorū in pedibus certis, & syllabis, tamen alia metra ponūtur in primo, secundo, & quarto, & alia in tertio. Nam primum, secundū, quartū, describuntur metris Saphicis cum cōmate heroico. Tertium Alphabetum trimetris iambicis trochaicis, vel anapesticis scriptū est: de hoc Hieronymus in epistola ad Marcellam, quę incipit nudiustertius, ait habens in lamentationibus Ieremię quatuor Alphabeta, ex quibus duo prima quasi Saphico metro scripta sunt, quia tres versiculos, qui sibi nexi sunt, & ab vna tantum litera incipiunt heroicum cōma concludit. Tertium Alphabetum trimetrum scriptum est ternis literis, sed eisdem tantum versus incipiunt. Quartum Alphabetum simile est primo, & secundo. Idem autem in sententia, & quasi in verbis ponit Isidorus Etymologia. 6. li. ista lex metrorum obseruata in Hebręo idiomate, cum in Latinum singula transferuntur, non manet vlla lex metri, & hoc propter duo, primo quia modus loquendi hebraicus

Quare ponatur quatuor literæ in lamentationib. Ieremiæ.

braicus interdum longior, & interdum decurtatior A est, quã latinus: metrum aũt sub certis syllabis, & pedibus cõtinet, vnde accidit interdum, ꝙ ɔ̃siderata multitudine syllabarũ tota litera vnius versus de primis alphabetis lamentationum nõ accedat ad tria metra Saphica, & deficiat cõma heroicum. Interdum vero lõgiorem, quam sub tribus metris Saphicis, & cõmate heroico comprehendi possit, & secundum, ꝙ obstat est quantitas syllabarum faciẽtium alios, & alios pedes: non.n.põt poni indifferenter quantacunq; syllaba in qualicunque metro, quia in dactilicis nõ possunt poni omnes syllabę productæ, vel oẽs breues, & sic de spondaicis, quia spondeus duabus longis, dactilus aũt prima longa, & duabus sequentibus breuibus continent: dato ergo, ꝙ tot præcise syllabę in litera hebraica essent, quot in latina, tñ non posset seruari lex metri, quia non est eadem quantitas syllabarum .s.breuitas, vel longitudo: prima igitur alphabeta.s. primum secundum quartum, secũdum hebręos habent versus singulos per singulas literas alphabeti, & ĩ quolibet illorum versuum ponuntur tria metra Saphica, & vnum cõma heroicum: quodlibet metrũ Saphicum, vt dicunt quidam, cõtinet quatuor pedes & primus pes continet tres syllabas, secundus duas, tertius quatuor, quartus duas, & sic in quolibet metro Saphico sunt.11.syllabę: cõma autem heroicum est quædam breuis decisio, quę continet dimidium metri Saphici.s.duos pedes, qui habent quinq; syllabas: oĩa ista patent in isto versu. *Vt queant laxis.* Sunt. n.ibi tria metra Saphica, & in fine cõma heroicum. C Primum metrum est.

Vt queant laxis resonare fibris.

In quo sunt quatuor pedes, &.11.syllabæ.s. *Vt queant.* Primus pes. *Laxis.* Secundus pes. *Resonare.* Tertius pes. *Fibris.* Quartus pes. Secundum metrum saphicum est.

Mira gestorum famuli tuorum.

Vbi sunt totidem pedes, vt supra tertium metrum est.

Solue polluti labij reatum.

Comma heroicum est.

Sancte Ioannes.

In quo sunt duo pedes, primus trisyllab. s. *Sancte Io.* D secundus duarum syllabarum. s. *annes.* ꝙ dicit hic de metro Saphico, quidam sic putant, sed quinq; pedibus constat.s. Trochæo, Spondeo, Dactilo, & duobus Trocheis, quale est illud Boetii, Nouimus quantas, & illud, Bella Bisquinis, & Seneca in tragœdijs sæpe hoc genere Metri vtitur, vt illud.

Natus Euristeus properante partu.

Et habet semper Saphicus versus vndecim syllabas, & quinque pedes, & sicut dictum est Hymnus ille. Vt queant laxis, habet tria Metra Saphica cum cõmate heroico in quolibet versu, vel concatenatiue, & est vnum Metrum.

Vt queant laxis resonare fibris.

Vt que. Trochęus est. *Ant la.* Spondeus est. *xis Reso.* Dactilus est. *nare.* Trochęus est. *Fibris.* Alius E Trochęus, & de aliis duobus metris eodem modo. Cętera, q̃ dicta sunt vera sunt, sed nullus pes est Tetrasyllabus in metris Saphicis, sicut illi dixerunt, & hoc mõ est in istis versibus apud hebręos, nec additꝰ syllaba, nec deficit, & cum talis versus contineat.38. syllabas.s.33.in tribus Metris Saphicis, & quinque in cõmate heroico, concluditur, ꝙ tot syllabę sunt ĩ quolibet istorum in hebręo, sed apud nos non est sic, ut patet cõputãdo in quolibet versu. Primus.n. versus primi alphabeti apud nos.s. *Quõ sedet sola.* 43. syllabas ɔ̃tinet, q̃ facerẽt quasi quatuor metra Saphica, & sic patet varietas in sequentibus, aliqñ per abundantiam

& aliqñ per defectum syllabarum. Tertium alphabetum apud Hebręos literas triplicat, & cõputant tres literæ sub vno versu, & uocamus illum versum trimetrum.idest continentem tria metra, quia: sub qualibet litera vnum metrum continetur, & ista metra sp̃ sunt equalium syllabarum, rarissime aũt ab hoc deuiãt: ĩ lr̃a aũt nr̃a nihil horũ obseruatur. *Et oratio eius:* i.ẽt oratio Ieremię lege metrica per ɔ̃ntes lr̃as alphabeti scripta est. Incipit aũt ista oratio. Recordare dñe q̃d acciderit nobis. Et ponit in fine lamentationum. *Salomonis quoq; in fine prouerbia.* i.ẽt puerbia Salomonis ad finem suum habent istũ ordinem literarum alphabeti: & dr̃ ad finẽ, ꝙ prouerbia a principio vsque ad finẽ.30.ca., p̃saico stilo procedunt nulla obseruata B lege metri: in fine aũt.s.in vltimo.c. per versus describuntur: habent.n.vnũ alphabetum cõpletum. *Ab eo loco, in quo ait mulierem fortem, quis inueniet.* Istud est.31. c.& vltimum in prouerbiis, & istud texit ordine metrorum hñs cõpletum alphabetum, cuius primũ metrum est mulierem fortẽ &c.& incipit in Aleph. *Eisdem alphabetis, vel incisionibus supputantur.* i.oĩa.s̃.dicta.s. Psalmi prędicti, & lamentationes Ieremiæ, & fines prouerbiorũ supputant̃ eisdẽ alphabetis.i.lr̃is.s.ꝙ versus in vtrisq; tendunt per ordinẽ alphabeti, licet nõ sint tot literę in uno sicut in alio, nec tot alphabeta. Nã aliqui Psalmi p̃dictorum sunt, qui non continẽt integrum alphabetũ: lamentationes tñ Ieremię quatuor integra alphabeta hñt, ẽt supputant̃ eisdem incisionibus.i.decisionibus metricis.s.ꝙ non est sñia, & litera continuata stilo producto sicut in prosaicis, sed est litera incisa per determinatos pedes, & syllabas reducenda ad legem metrorum. Aliqui dicunt, ꝙ uocãtur incisiones quasi abscisiones, quia ita certum hñt numerum syllabarum, & pedum, ꝙ quidquid superfluum est abscisum vr̃, sed prima sñia est melior. prouerbia autem Salomonis scribuntur apud Hebręos Tetrametro iambico, s.in fine suo, sic ait Hieronymus in epistola ad Marcellam.s. prouerbia Salomonis extremum claudit alphabetum, quam tetramico iambico supputatur ab eo loco, in quo dicitur mulierem fortem. *Porro quinque literæ.*

Quomodo lib. veteris testamenti sint 22. & quomodo literæ Hebraicæ sint 22. Quæst. XV.

HIc Hieronymus declarat id ꝙ.s̃.dixerat.s. ꝙ libri veteris testamenti erant.22.& ꝙ literæ Hebraicæ erant.22. applicando eas libris.s.ꝙ non solum literæ Hebraicę sunt 22.sed earum quinque sunt duplices.s.ꝙ quęlibet earum bis ponitur in Hebraico alphabeto, ita de.22.libris Hebręorum quinq; duplices sunt, quia subdiuiduntur in alios libros, ut patet in litera, alio modo potest introduci ista litera.s.ꝙ tollatur hic dubium, quia dictum fuerat, ꝙ literæ Hebręorum erant.22.si tamẽ nos cõputemus oẽs literas positas in alphabeto, plures, quam.24.reperiemus, iõ dixit, ꝙ quinque earum sunt duplices, & illę non computantur bis, sed quęlibet semel tantum, sed primus sensus melior est. s. ad significandum proprietatem quandam librorum ueteris testĩ, ut totaliter alphabetum applicetur ad conditionem librorum: dr̃ aũt, ꝙ quinque literæ sunt duplices, q̃ nominant̃ hic.s.Caph, Mem, Nũ, Phe, Sade non q̃dem, ꝙ sint penitus duplices.s.ꝙ sonus earũ, & figura sit vnica, aut officiũ, sed ꝙ hñt quãdã similitudinẽ, de officio.n.apparet, quia aliter scribuntur principia dictionum per has literas in hebręo, & aliter fines, nam quædam literæ sunt harum, quæ solum in fine poni possunt, aliæ autem in principiis, & in medio: nec aliqñ perturbatur iste ordo apud hebręos,

Differunt ēt istę literę in figura, quia quamquam sit duplex Mem apud hæbræos, & duplex Nun: tñ multum differunt in figura, & sic de aliis tribus duplicibus. Differunt ēt istę lrę in sono, qa licet Mem, & Nū sp habeant similem sonum, tñ Phe, & Caph, & Sade cū duplicant̄ non hñt similem sonum, ꝙ patet in ꝓlatione hebręorū. Hieronymus aūt solū ponit distinctionem ex offō. s. qualiter vtamur eis scribendo cū subiūgit. *Aliter. n. per has scribunt principia medietatesq; verborum, aliter fines.* Idest istę literę duplices differunt quantum ad hoc, ꝙ q̄dam sunt ad scribendum principia, & medium, & nūquam pñt poni in fine dictionum: alię aūt ē ꝯrio, solū ponunt̄ in fine: sic patet de duplici Mem, quia prima ponit̄ in principio, & medio solū, scđa aūt in fine solū: & sic de oībus aliis duplicibus. *Vnde, & quinque a plerisq; libri duplices extimantur.* Hic applicant̄ libri ad proprietatem alphabeti. s. ꝙ sicut in alphabeto existentibus. 22. literis quinque earum duplices sunt: ita & existentibus libris veteris testī. 22. quinq; eorum duplices sunt. s. quia diuiditur qlibet in duos libros, hoc aūt verum est ſm Hebręos & tñ ſm nos non est idem modus computandi. Nā hic ponunt̄ Samuel, & Malachim. i. liber regum tanquam duo libri, & quilibet eorum subdiuidit̄ī duos libros: apud nos tñ non sic, qa Samuel; & Malachim, pro vno libro computant̄. *Samuel.* Iste est primus liber, q apud hebręos duplex est, & vocat̄ Samuel primus, & secundus liber regum. Nos. n. oēs quatuor libros vocamus libros regū: Iudæi vero primos duos vocant libros Samuelis, secundos vocant libros Malachim. i. regum. Hoc modo liber Samuelis duplex est, quia diuiditur in primum, & secundum regum.

Quare primus, & secundus liber regum vocatur liber Samuelis, cum Samuel non scripserit illum.
Quæst. XVI.

QVAERET aliquis quare vocat̄ iste liber Samuelis cum Samuel illū non scripserit, qa nō solum non potuit scribere ſm librum regum, q est pars Samuelis, sed ēt non potuit scribere totum primum: cum ante finem eius. s. in c. 25. ponat̄ mors Samuelis. Rñdendum est, ꝙ ſm Isidorum Ety. li. 6. liber iste uocat̄ Samuelis, qa ī principio eius prophetia, & sacerdotiū eius continet: poterat ēt iste vocari liber Regū, qa in eo Saulis, & Dauid regum gesta scripta sunt: scripsit aūt principia libri huius Samuel: reliquum aūt. s. totum ſm librum, & partē primi Dauid scripsit: fuit tñ liber iste nōiatus a Samuele, quia ipse illi exordiū dederat. De hoc melius. s. vide in alio prologo, qa credit̄, ꝙ nec Samuel, nec Dauid illum scripserint. *Malachim.* Interpretat̄ regum. Iste est secundus liber de duplicibus. Vocant aūt Iudæi librum regum non istos quatuor simul, ut nos accipimus, sed tertium, & quartum, in quib⁹ de multis regibus tam Iudę, quam Israel historia texitur & est ēt iste liber duplex apud hebręos, quia in tertiū & quartū libros regum diuidit̄. *Dibrehaiamin.* Iste est tertius liber de duplicibus apud hebręos, & ponitur corrupte apud Latinos: deberet. n. dici Diureiamin, & interpretat̄ verba dierum, quia in hebręo. Dibur verbum signat, Iamin aūt dies: & dr̄ iste apud nos Paralipomenō ſm Gręcā originē: vtrūq;. n. nomē huic libro competit: dr̄. n. verba dierum, qa in eo scripta sunt verba dierum regum Iudæ, & Israel: dr̄ Parali. i. relictorum, quia de relictis in aliis libris ibi agitur cū suppleant̄ plurima, q̄ relicta sunt in his libris regum, & in aliis libris historicis p̄cedentibus. Est aūt liber iste duplex, qa diuidit̄ in duos libros. Nam apud nos duo sunt libri Parali. & totidē apud hebręos. *Esdras.*

F Iste est quartus liber de duplicibus, qui tam apud Iudæos, q̄ apud nos in plures diuisus est, sed differt, quia apud nos interdū hñr quatuor libri Esdræ, quartus tñ apocriphus est, nec dēt poni in numero librorū: manent igitur tres libri Esdrę quorum duo proprie dñr libri Esdrę. s. primus, & tertius: secundus aūt dr̄ liber Nehemiæ: Hebręi tñ solū in duas partes Esdram diuidunt, iō eum duplicem vocant. Nam qlibet de his quinq; quos duplices vocant in hebręo in duas partes solum diuidit̄. *Ieremias cum Cynoth. i. lamentationibus suis.* Iste est quintus liber duplex, diuidit̄. n. in librum Ieremiæ, & lamentationis: tota. n. prophetia ipsius accipitur tanq̄ vnus liber, lamentationes autem cū nō sint liber propheticus, sed rhetoricus mouens ad passiones cōputat̄, ut alius liber, & cum lamentationib⁹

G ēt oratio eius, q̄ incipit. Recordare dñe cōiungenda est: vocat̄ aūt Cynoth in hebręo. i. lamētationes: nos tñ cōius librum istum librum threnorū appellamus, ꝙ idem signat: dr̄. n. de Trenarius, qui est mons, vbi gementium animarum audiuntur lamenta: qūo igit̄ hic applicat Hieronymus probationem, quam faciebat. s. ꝙ sicut sunt, 22. lrę veteris testī, ita dēbant eē. 22. uolumina. Rō aūt similitudinis applicat̄, qa sicut. 22. literę sunt quasi. 22. elementa quibus omnis vox format̄, q̄ ꝓferimus, ita. 22. libri sunt, quib⁹ tota sacra scriptura, q̄ ad eruditionem viri iusti est continetur. *Quomodo igitur. 22. elementa.* Vocantur elementa literę: nā vt ex elemētis cōponitur omne corpus, ita ex elemētis literis componitur oīs vox: vtrunq; tñ nomen literæ conuenit, sed literę dicuntur pp scripturam, qa

H leguntur, & scribuntur, elementa autem pp prolationem, quia ipsam vocem intrinsece componunt. *Per quæ scribimus hebraicè omne, quod loquimur.* Idest per ista 22. elementa scribimus, omne, ꝙ loquimur ī hebręo dr̄ aūt in hebræo, quia ista. 22. elemēta non sufficiūt ad scribendum omne, ꝙ in Gręco loquimur: sed requirunt̄. 24. elementa Gręci alphabeti & Latini: non . n. conueniunt literæ unius idiomatis horum ad scribendum plene ea, quæ in alio idiomate sunt: quia nō solum differunt ista idiomata in vocibus, sed etiam ī varietate prolationis, quod facit necessitatem variarum literarum. Nec tamen credendum est, quod

I literæ Hebraicæ solum sufficiant ad scribendum omne, ꝙ Hebraice loquimur, sed etiā omne, ꝙ loqmur chaldaice, vel Syriace, quia istę lingue similes sunt habentque easdem literas ī sono solis characteribus discrepantes, ut patet supra, & dato, quod nullas literas Syri, & Chaldæi haberent, possent scribere totum qd quid in lingua sua esset literis Hebræórum, eo quod non sit differentia in modo pronunciandi, sed in solis dictionibus, sicut est in quibuslibet idiomatibus particularibus. *Et eorum initijs vox humana comprehenditur.* Idest omnis uox, quam homo formare potest, si sit articulata, comprehenditur initijs horum elementorum idest ipsa sunt initia vocis: dñr autem ini

K tia. i. principia prima, & minima nullo modo diuisibilia: literæ namque non sunt aliqua uox completa, sed sunt particulæ minimę uocis, & non dr̄ eorum ītiis, idest quod ista elementa habeant aliqua initia, qa ex hoc præsupponeretur ea habere medium, & finem, & sic iam essent diuisibilia, quod nullatenus stat, nihil. n. sic differrent a uocib⁹ ꝯpletis, nec ēt vocant̄ initia, i. ꝙ sint initia uocū solū, qa tunc solū facerent ad incipiendum, & nō ad cōplēdū, ꝙ falsum est, sed dñr initia. i. primordia, vel pricipia materialia, qa ex his ꝯponitur vox totaliter siue in principijs siue ī finibus. *Ita. 22. volumina supputantur.* i. ita conueniens fuit, ꝙ computarentur. 22. volumina in testō veteri. ista non est ratio necessitatis, quia poterant esse plura, vel pauciora volumina: sed existentibus solum libris, qui nunc

Trenarius mons ubi aīę gementes audiuntur.

nunc sunt in veteri testō, conueniens fuit illos diuidi in 22. volumina. ad similitudinem literarū propter rationem, quæ. ꝟ. sequitur. *Quibus quasi literis, & exordijs in Dei doctrina.* i. homines, qui volunt exercitari in doctrina Dei, debent exercitari in his. 22. voluminibꝰ tanquam in exordiis. Non est autem sensus ꝙ ista volumina sint exordia tanquam ordinentur ad aliquam aliam altiorem doctrinam, sicut dicimus rudimenta esse principia ad doctrinam, & principia in qualibet arte esse initia quædam ad altiorem consideratione̅ conclusionum. Nam post omnes libros legis diuinę non est aliqua altior consideratio viro iusto, in qua se debet exercitare: sed dicuntur ista esse exordia in doctrina Dei. i. principia compositiua, vel elementa, s. ꝙ sicut dicebamus literas esse elementa omnis vocis, quia ex illis quæcunque vox formatur, & componit̄ ita ista. 22. volumina sunt exordia. i. principia componentia totam sacram doctrinam, quamquam aliquis posset accipere in his alium sensum quem primo ponebamus. s. ꝙ ista. 22. volumina sint quasi literæ, vel rudimenta, quia sicut literæ sunt id, ꝙ primo addiscimus, deinde consurgimus in alias speculationes: ita. 22. libri veteris testamenti sunt quasi quædam rudimenta, vel primordia, quæ subordinantur ad nouum ideo vetus est tanquam principium, vel rudimentū, & nouum est tanquam vltima cōsideratio sacræ scripturę, & istud satis congruit literæ sequenti, cum dicat Hieronymus, ꝙ tenera, & lactens viri iusti in his nutritur infantia: infantes tamen sunt, qui in aliqua consideratione noui sunt, ideo potest applicari ad literas, sed primum magis conuenit ad conformitatem literarum, quia literæ sunt primordia. i. principia compositiua totaliter, ita ꝙ nihil maneat in voce ꝙ literæ nō componant: ita erit sensus, ꝙ in sacra scriptura veteris testamenti nihil manet, ꝙ in his. 22. uoluminibus non comprehendatur. *Tenera adhuc, & lactens viri iusti eruditur infantia.* i. in istis viri iusti, qui adhuc sunt infantes, & teneri nōdum habentes aliquā doctrinam exercitantur: nam in istis est incipere, & finire, vel secundum alium sensum in istis eruditur ĩfantia viri iusti, quia in his est inchoatio ad nouum testamentum.

Primus apud eos liber vocatur Beresith, quem nos Genesim dicimus: secundus Vellesemoth, qui Exodus appellatur: tertius vaicra idest leuiticus; quartus Vaiedabber: quem Numeros vocamus, quintus Eellehaddebarim, qui Deuteronomium prænotatur. Hi sunt quinque libri Moysi, quos proprie Thorath idest legem appellant. Secundum prophetarum ordinem faciunt & incipiunt a Iesu filio Naue, qui apud illos Iosue Bennun dicitur. Deinde subtexunt Sophetim idest iudicum librum, & in eundem compingunt Ruth, quia in diebus Iudicum facta eius narratur historia. Tertius sequitur Samuel, quem nos Regum primum, & secundum dicimus, quartus Malachim idest Regum, qui tertio, & quarto Regum volumine continetur. Meliusq; multo est Malachim idest Regum, quam Malacoth idest Regnorum dicere. Non enim

Ruth. 1.

A multarum gentium describit Regna, sed vnius Israelitici populi, qui tribubus duodecim continetur. Quintus est Isaias: sextus Ieremias; septimus Ezechiel: octauus liber duodecim prophetarum, qui apud illos vocatur Thereazar. Tertius ordo agiographa possidet. Et primus liber incipit a Iob, secundus a Dauid, quem quinque incisionibus, & uno Psalmorum uolumine comprehendunt: tertius est Salomon tres libros ha-

B bens, Prouerbia, quæ illi parabolas idest Misle appellant, quartus Ecclesiasten idest coheleth: quintus est Canticum Canticorum, quem titulo Sirhasirim prænotant: sextus est Daniel: septimus Dibehaiamin idest verba dierum, quod significantius Chronicon totius diuinæ historiæ possumus appellare, qui liber apud nos Paralipomenon primus, & secundus inscribitur. Octauus Esdras, qui & ipse similiter apud Græcos, & latinos in duos libros diuisus est. Nonus Est-

C her. Atque ita fiunt pariter veteris legis libri vigintiduo idest Moysi quinque, & prophetarum octo, agiographorum nouem. Quamquam nonnulli Ruth, & Cinoth inter agiographa scriptitent: & hos libros in suo putent numero supputādos, ac per hoc esse priscæ legis libros vigintiquatuor, quos sub numero vigintiquatuor seniorum Apocalypsis Ioannis inducit: adorantes agnum, & coronas suas prostratis vultibus offeren-

D tes, stantibus coram quatuor animalibus oculatis ante, & retro idest in præteritum, & in futurum respicientibus, & indefessa voce clamantibus: sanctus sanctus sanctus dominus Deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est.

PRimus apud Hebræos. Hic ponitur s̄m huius prologi. s. catalogus librorum veteris testamenti, & istud est principale, ꝙ introducitur iste prologus. s. scire qui sunt libri pertinentes ad canonem veteris testamenti, & qui sunt apocri

E phi, vel non habentes tantam auctoritatem. Diuidun tur autem isti libri veteris testamenti in tres partes, secundum ꝙ ponuntur tres ordines in illis ad signandum maiorem, vel minorem auctoritatem. Diuisio librorum ueteris testā.

Primus ordo est in libris legalibus.

Secundus in prophetalibus.

Tertius in agiographis. Differt autem iste ordo auctoritatis, non quidem quantum ad hoc, ꝙ aliquę eorum sint aliis veriores, vel de veritate quorundam dubitetur, & de aliis non, sed quantum ad maiorem, vel minorem dignitatem, vt s̄. declaratum est: ista autem dignitas accipitur a scriptoribus, quia quidam aliis digniores fuerunt. Secunda pars incipit ibi,

Secundum prophetarum. Tertia ibi, *Tertius ordo.* De primo dicitur hic, quod primus liber apud hæbræos vocatur Beresith scilicet primus, qui ponitur in primo ordine.

De nominibus, & ordine librorum Pentateuchi. Quæst. XVII.

PRo quo sciendum, quod primus ordo cõtinet libros legales, sunt autem isti quinque quos Moyses scripsit, & vocantur apud nos nomine Greço Pentateuchus.

Hic autem ponuntur nomina eorum specialiter secundum morem Hebręum, & nostrum, & quoniã de his omnibus in prologo super Genesim, qui est epistola ad Paulinum tam in litera, quam in commẽto latius agebatur, hic superficialiter agẽdum est. Vocatur autem iste liber apud hebræos Bresith: est autẽ corruptum nomen, quia deberet scribi Beresith, & sonat in principio, & non est vnica dictio ista apud Hebræos, sed duę scilicet ablatiuus cum prępositione: quia (Be) significat in apud hebręos, & (Resit) signat principium; vocatur autem sic, quia mos hebręorum est, vt communiter libros suos nominare ab exordiis eorum, sicut nos Psalmos nominamus a principiis, & quia Genesis incipit scilicet in principio, sic hebręi vocauerunt librum illum.

Quem nos Genesim dicimus. Istud est nomen Grecũ, quo nos vtimur appellantes librum istum, & dicitur Genesis quasi generatio, vel natura, quia de natura, & creatione rerum incipit.

Secundus Veellesemoth. Iste est secundus liber Moysi, & uocatur apud Hebręos Veellesemoth: quod corrupte scribitur, quoniam ipsi dicunt Veellesemoth, & sunt duę dictiones: Veele est pronomen Hebręũ pluralis numeri, & significat hic, hæc, hoc. (Semoth) significat nomina scilicet hæc nomina: & intelligitur ibi sunt, quia litera hebraica est multum decurtata, & interdum subticet verba. Incipit autem secundus liber Moysi sic scilicet hæc sunt nomina, & hoc quia vt dictum est Hebręi denominant libros a principiis.

Qui Exodus appellatur. i. iste secundus liber apud nos dicitur Exodus: est autem istud nomen Græcum significans exitum, quia in ipso libro agitur de egressione Israelitarum de Aegypto a principio eius vsq; ad. 14. capit.

Tertius Vaicra. Iste est tertius liber Moysi in isto primo ordine, & deberet vocari vaiciri secundũ Hebræos, sed corrupta est dictio, quia rarissime latini obseruant proprietatem scripturæ in dictionibus Hebreis, est vaiciri verbũ pręteriti, & significat vocauit hoc autem, quia sic incipit tertius liber, quem nos Leuiticum appellamus ex causa supra dicta. *Idest leuiticus.*

Sic vocatur apud nos: & causa est quoniam de officiis Leuitarum agit: in toto enim ipso libro agitur de sacrificiis, & de omnib. ritibus sacerdotalibus: ipsi autem sacerdotes large Leuitæ appellantur Agitur quoque de quibusdam aliis cęremoniis popularium in purificationibus ab immundiciis, & obseruatione festorum, & quibusdam aliis, sed quia pauca sunt, obtinuit, vt vocaretur liber iste a Leuitis, vel sacerdotibus.

Quartus Vaiedabber. Iste est quartus liber Moysi, & est quartus in canone in primo ordine. scribitur autem corrupte: quoniam deberet dici vaidabber, & significat locutusque, vel Et locutus: quia ista dictio est composita ex uerbo præteriti temporis, & ex cõiunctione copulatiua, &. sic appellatur, quoniam sic

F incipit apud nos scilicet locutusque, & in hebręo incipit vaidabir.

Quem Numerum vocamus. Idest iste liber apud nos vocatur Numerus, vel magis proprie in plurali vocatur liber Numerorum, quoniam ibi agitur de multis numerationibus scilicet de numeratione popularium, & de numeratione Leuitarum atque sacerdotum, & de numeratione mansionum, & Iudicum diuisorum terræ. In Græco autem appellatur iste liber Arithmon. i. Numerus.

Quintus Ellehdebarim. Iste est quintus, & ultimus liber Moysi, & scribitur corrupte, quoniam deberet dici Elleadenarim, & sunt duę dictiones scilicet Elle. & deharim, quod signat hæc verba, idest hęc sunt

G verba, & hoc, quia sic incipit ille liber.

Qui Deuteronomium prænotatur. Idest iste liber nominatur, vel intitulatur Deuteronomium, quod interpretatur in Gręco noua lex, vel secunda lex, & hoc quia Moyses declarauit ibi totam legem, quæ data fuerat a Deo.

Nam cum moriturus esset, vt non manerent aliqua dubia in lege cępit explanare illam, ut patet Deuteronomio capitulo primo. uocatur etiam Deuteronomion secunda lex, vel noua, quia est tanquam distincta ab illa, quam Deus dedit in monte Sinai, ut patet Deuteronomio capitulo uigesimonono scilicet. Hæc sunt verba fęderis, quæ præcepit dominus Moysi, vt feriret cum filiis Israel in terra Moab: pręter illud fędus, quod cum eis pepigit in Horeb. Hos

H solos quinque libros Moyses scripsit, qui ex nomine eius appellantur: quoniam ea, quæ in eis habentur Deus illi dixit, & iussit, ut proferret ad populum: librum quoque Iob scripsisse dicitur, quod satis rationabile est, sed non denominatur ab eo, nec Deus ei illa verba dixit, nec pertinet ad materiam, ad quam pertinent isti quinque: ideo non computatur inter eos, nec est tantę auctoritatis.

Hi sunt quinque libri Moysi. Isti proprie pertinent ad eum, quia ipse eos scripsit, & quia ad omnia, quæ in eis habentur ipse fuit mediator inter Deum, & populum. Scripsit etiam Moyses librum bellorum domini, qui alio modo dicitur liber iustorum, ut declaratum est Numeri vigesimoprimo, & Exodi capitu-

I lo decimoseptimo, sed non tantum ad eum pertinent, sicut isti: nec Israelitæ susceperunt illum, aut aliquem alium in tanta auctoritate, sicut istos quinque: quia isti ad eos diriguntur, cum dicatur semper in illis loquere ad filios Israel, & continetur in eis tota lex hebręorum.

Quos proprie Thorah. Idest legem appellant. Hebręi vocant istos quinque libros legem, quia in eis proprie continetur lex ipsorum, nec sunt aliqui alii libri in quibus agatur principaliter de legislatione Hebręorum, nisi in eis: uocantur autem in hebręo Thorah, quod signat legem.

K Nos autem illos magis Pentateuchũ appellamus, idest quinque uolumina: quia quinque simul copulata sunt, iudæi quoque eos interdum sic vocant dicẽtes humas. i. quinarium, quia quinque sunt.

Secundum prophetarum ordinem faciunt.

De ordine librorum prophetalium, & est secundus ordo librorũ veteris testamenti, & in quo hi differant a primis. Et quod Moyses fuit maioris dignitatis, quam omnes alij prophetæ, qui post eum uenerunt. Quæst. XVIII.

ISTVD est secundum huius secundę partis, in quo ponit secundus ordo librorum veteris testĩ, & dicuntur isti libri prophetales, qui sunt octo, Differunt autem

autem a primis, qui ponuntur in alio ordine quantum ad dignitatem, quia licet sint æqualiter vera: nõ tamen sunt eiusdem dignitatis, quia Moyses fuit auctor præcedentium: ipse autem maioris dignitatis fuit, quam omnes prophetę, qui post eum venerunt, cum ipse fuerit legislator etiam, quia omnia alia scripta non tantum directe pertinebant ad populum, sicut quinque libri Moysi. Et dicitur iste ordo prophetalis, quia in eo sunt omnes libri prophetarum: sed quare omnes isti vocentur libri prophetales, cum non sint stilo prophetico scripti infra declarabitur.

Et incipiunt a Iesu filio Naue. Idest hebræi inchoant secundum ordinem in Iesu Naue, qui dicitur Iosue eo, quod libri quinque Moysi præcedentes pertinẽt ad primum ordinem, & Iosue sequitur immediate secundum ordinem temporum, & scripturæ, ideo conueniens fuit, quod inciperet in eo secundus ordo.

Dicitur autem Iesus Naue secundum modum loquendi Græcum.

Nam in hebręo vocatur, Iehosua, quod interpretatur saluator, & quia hoc appellant Græci Iesum, vocatus est Iesus, & quia in hebræo vocatur pater eius Nun: in Græco mutata forma terminationis uocatur Naue: sic enim vocatur aliquando in scriptura in libris translatis de Græco, ut patet Ecclesiastici quadragesimosexto capitulo scilicet fortis in bello Iesus Naue successor Moysi: sic etiam ad Hebręo. capitulo quarto vocatur scilicet nam si eis Iesus requiem præstitisset, nunquam de alio loqueretur post hanc diem: & accipitur ibi Iesus pro Iosue: aliquando, autem nos magis imitantes nomen Hebręum vocamus illum Iosue. *Qui apud eos Iosue Bennun dicitur.*

Idest iste liber vocatur apud Hebręos Iosue Bennun, vel magis ille, a quo intitulatur iste liber vocatur Iosue Bennun: non uocatur autem sic apud Hebræos, sed Iehosua Bennun idest Iehosua filius Nun quia (Ben) interpretatur filius, & Ben est nomen proprium: iste autem Iosue fuit primo uocatus Oseę, sed Moyses mutauit nomen eius addendo ei vnam literam de nomine domini tetragrammaton scilicet Iod scilicet quando misit eum cum aliis exploratoribus in terram Chanaan: Numeri decimotertio. Hoc autem erat, quia Moyses diligebat eum nimis, eratque minister eius electus ex millibus Numeri capitulo vndecimo: ideo ipse solus Moysen expectauit in monte quadraginta diebus, & descendit cum eo, cum ferret tabulas legis. De ascensu patet Exodi capitulo uigesimo quarto de descensu Exodi capitulo trigesimosecundo: etiam quando custodiebantur tabulæ in paruo tabernaculo, quod tetenderat Moyses extra castra solus Moyses, & Iosue ingrediebantur illuc, & cum veniret Moyses solus Iosue manebat in illo: nubes autem Dei descendebat super illud: de hoc Exodi capitulo, trigesimotertio.

Deinde subtexunt Soptehim. Iste est secundus liber in secundo ordine scilicet in prophetalibus: & dicitur Soptehim idest iudicum, quia sic interpretatur in Hebręo eo, quod in illo singulorum iudicum Israel texuntur historię. Fuit enim tempus magnum post Iosue, in quo nullus erat in Israel rex, sed fiebant aliqui viri duces quibusdam temporibus ad vlciscendum Israel de hostibus suis, & isti non habebant æqualem potestatem cum regibus, qui postea fuerũt nec exercebant modum dominationis in plebem: ideo nunquam se reges, sed iudices appellauerunt De his autem est liber sequens post Iosue: nam Iosue licet non fuerit rex, nec iudex, in magnitudine tamen potestatis suæ magis regibus, quam iudicibus similis erat, licet ipse nunquam se pro rege gesserit, & quia post Iosue immediate secuti sunt iudices, ita in ordine librorum factum est: fuit autem liber iste scriptus a propheta Samuele, vt ait Isidorus Etymologiarum libro sexto. Nam licet singuli iudices scripserunt facta suorum temporum, erant tamen tot libelli, quot iudices: Samuel vero in unum uolumẽ compegit. De Iosue autem libro, a quo scriptus sit dubium est: communiter enim dicitur, quod ipsemet Iosue scripsit: sed stare nequit, quin potius scripsit illum Samuel, vt declaratum est in prologo super Iosue.

Et in eundem compingunt Ruth. Compingere ꝯiungere est, sicut dicitur ossibus, & neruis compegisti me. Iob. 10. Iudæi autem compingunt idest coniungũt librum Ruth cum libro Iudicum, facientes vnum volumen, cuius causa infra subditur, nec etiam dicunt esse istum librum de duplicibus, de quibus supra dicebatur, quia non diuidunt librum iudicum, & Ruth in duas partes, sed vnicum librum faciunt, tanquam sit in eis identitas historiæ.

Quia in diebus iudicum facta eius narratur historia. Ista est causa quare liber Ruth componitur in vnum volumen cum libro Iudicum scilicet, quia historia libri Ruth accidit in diebus Iudicum, sic patet Ruth capitulo primo in principio scilicet in diebus vnius iudicis, quando iudices pręerant facta est fames in terra &c.

Tertius sequitur Samuel. Idest tertius liber in isto ordine secundo prophetarum est Samuel: & in hoc variant hebræi a nobis, quia libros Regum diuidunt in duas partes apponentes eis duo nomina.

Nos autem, quamquam quatuor libros faciamus, tamen eos computamus sub uno uolumine, & uno nomine appellamus scilicet libros regum: rectius autem hoc, nec iniuria, quoniam tota istorum quatuor librorum historia de regibus est, ideo vnico nomine debuit appellari: vel si velimus pluribus nominibus non est ratio, quare magis duo, quam quatuor, vel multa ponamus: vocant autem isti librum Samuelis primum, & secundum librum regum, non quidem quasi vtrunque Samuel scripserit: sed quia primum eorum scribere inchoauerit, vel potius propter causam supra tactam.

Quem nos Regum primum, & secundum dicimus. Idest iste liber, qui vocatur Samuelis continet apud nos duos libros.

Primum, & secundum Regum, & alii duo pertinent ad Malachim: uocatur autem hic liber Regnorum: quia de Regnis tractat scilicet de Regno Saul, & Dauid: vel dicitur liber Regum, quia in istis duobus libris solum agitur de duobus regibus scilicet, Dauid, & Saule: Isboseth autem filius Saul regnauit annis duobus post patrem suum infra secundo libro secundo capitulo. Sed istud Regnum non multum computatur, quia dum ipse regnabat etiam regnabat Dauid, ut patet infra secundo libro capitulo secundo, & tertio, & quarto. Vocat autem Hieronymus hic istos duos libros Regnorum: vel possunt appellari libri Regum: sed ipse dicit infra, quod multo melius est appellari illos libros Regum, quã Regnorum, quia non tractant de Regnis multarum gentium sed vnius.s.gentis Hebręorum; modicum tamen in hoc differt.

Quartus Malachim. Idest Regum, idest quartus liber, qui ponitur in hoc ordine prophetali vocatur Malachim, idest Regum secundum, Hebręos, & tamen secundum nos non magis

gis isti duo libri vltimi, quam primi duo uocantur libri Regum cum ad eandem materiam omnes pertineant.

Qui tertio, & quarto regum uolumine continetur. idest iste liber, quem iudæi uocant Malachim continetur in tertio, & quarto libro nostro Regum: istos autem duos libros ipsi uocant libros Regum, quia de pluribus regibus simul ibi agitur: in primo autem, & secundo solum agitur de duobus regibus.

Liber Regum, a quo fuit scriptus, an ab Isaia, vel Ieremia, Quæst. XIX.

ISTE liber inter prophetales est, quia fuit script⁹ a propheta: dicunt enim aliqui eum fuisse scriptum ab Isaia, & alii a Ieremia: veritas autem est ꝙ a principio iste non erat vnus liber, sed facta cuiuslibet regis per se scripta erant, deinde propheta quidam copulauit omnia hæc in vnum volumen, ꝙ satis apparet qm̃ interdum cum finitur vita alicui⁹ regis, dicitur ꝙ de operibus talis, vel talis regis hr̃ in libro talis prophetæ, vel talis, in quo apparet, ꝙ multi de illis regibus scripserant ſm ꝙ erant contemporanei ipsorum. Omnia autem ista fuerunt in vnum volumen coniuncta, & volunt quidam, ꝙ per Isaiam, sed non stat, qm̃ ipse mortuus fuit, antequam finirentur hæc, quæ scripta sunt in libris Regum: nam in.4. lib. hr̃ de destructione iudęorum per Babylonios, q̃ quidem non vidit Isaias: tpe enim hoc iam fuerat mortuus cum prophetia sua solum fuerit in diebus Ioathan, & Ozię, Acham, & Ezechię regum iuda, vt patet Isai.c.1. tempore igitur Ezechiæ, vel paulopost ipsum mortuus est. sed adhuc fuerunt postea multi reges vsque ad captiuitatem Babylonicam, vt apparet ex processu quarti: ideo non potuit Isaias scribere gesta illius temporis: nam licet potuerit ea tanquam propheta reuelare, non potuit tamen tanquã historiographus ea, vt iam gesta, enarrare. ideo dicendum, quod ad Ieremiam hoc pertinet, ipse fuit quippe posterior Isaia, & vidit captiuitatem Babylonicam, atque a Chaldæis acceptus est: postea tamen fuit permissus ire, vel manere vbicunque vellet, sicut patet ex processu prophetię eius circa medium scilicet capitulo trigesimo octauo, & vsque ad capitulũ quadragesimũprimũ ipse etiam iuit in Aegyptum cum Israelitis recedentibus de terra iudęorũ post mortem Godoliæ principis ipsorum, qui relictus fuerat a Chaldæis, vt apparet ex processu libri Ieremię: ipse enim lamentationem fecit super vrbem Ierusalem pro captione eius, & desolatione, quę habetur in Threnis: ideo ipse potuit compingere in vno volumine gesta omnium regum, qui fuerunt vsque ad Babylonicam captiuitatem: ibi enim finitur ista historia: sic enim dicit Isidorus Ety. libro sexto, quod Ieremias tertium, & quartum libros, Regum, qui apud hebręos Malachim dicuntur, in vnũ volumen coniunxerit: facta Regum multorum descripta particulatim suis temporibus in vnum colligens.

Meliusque est multo Malachim idest Regum, quam Malacoth idest regnorum dicere. Ponit de varietate huius nominis, quoniam aliqui uocant apud hebræos istum librum Malachim idest Regum: alii vero Malacoth, idest regnorum, quod aliquo modo pertinet ad idẽ: sed dicit Hieronymus melius esse, quod dicatur Malachim, idest Regum, quam Malacoth idest regnorum, cuius causa infra patet.

Idem autem est in nomine, quod nos imponimus omnibus quatuor libris simul, quoniam aliqui vocant eos libros Regum, alii autem fortassis vocabũt

F eos libros regnorum, sed melius est vocari libros Regum, eadem enim ratio est in vtrisque.

Non enim multarum gentium regna describit, sed vnius Israelitici populi. Ista est ratio dicti scilicet, quia regnũ dicit diuersitatem principatus, vel regionem in qua aliquis principatur.

In istis autem libris non agitur de diuersis regnis, sed solum de regno iudaico, quod vnicum est, licet plures reges illud successiue tenuerint. possent tamẽ aliqualiter dici libri regnorum inquantum diuisi sũt Israelitæ in duo regna scilicet in regnum iudæ, & Israel infra tertio lib. capitu. duodecimo, & ab ipso loco vsque ad finem quarti libri semper simul texitur historia vtriusque regni quousq; ad consummatio-

G nem vtriusque venietur.

Nam regnum Israel primo consummatum est ductis ipsis decem tribubus cum rege suo in terram Medorum infra lib. quarto decimoseptimo capitulo postea autem regnum Iudæ per Babylonios finitum est, ducto rege eorum cum ipso populo in Babylonẽ, sed adhuc Hieronymus non vult vocare proprie ista duo regna, quia regna dicuntur diuersa a varietate gẽtis, sed gens eadem erat istorum duorum regnorum scilicet gens Israelitarum diuisa in duodecim tribubus: ideo vnum regnum est, & debet liber denominari Regum, & non Regnorum.

Quintus est Isaias. Iste est quintus liber in secundo ordine librorum prophetalium, & est iste de prophe- Isaias.

H tis maioribus primus, & maximus, de quo Hieronymus dicit in epistola ad Paulinum, ꝙ non sibi prophetiam, sed Euangelium uidetur texere: fuit autẽ scriptus liber visionum Isaiæ per ipsummet Isaiam, qui prophetauit tempore quatuor regum Iudę scilicet Ozię, Ioatham, Acham, Ezechię: temporibus autem Manasse an vixerit non constat, sed prophetia eius non extenditur ad illa tempora. dr̃ autem fuisse occisus ab illo.

Sextus Ieremias, idest liber sextus in ordine prophetali est liber Ieremię, cum quo computandus est liber Cinoth idest lamentationum ipsius Ieremię. Ieremias.

Nam iste est vnus de quinq; libris duplicibus, ut patet supra in litera, fuit autem liber Ieremię per eũ

I scriptus scilicet eo iubente per Baruch notariũ suũ, vt apparet ex processu libri Ieremiæ, in quo sæpe ponitur Baruch.

Septimus Ezechiel. iste est tertius propheta de maioribus, qui in principiis, & finibus ita obscuritatibus plenus est, ut istę duę partes apud iudæos cum exordio Gen. vsque ad annum trigesimum non legantur vt ait Hieronymus in epistola ad Paulinum: media vero huius planiori procedunt stilo. Prophetauit autem Ezechiel post Isaiam, & Ieremiam scilicet in captiuitate Babylonica anno quinto transmigrationis Babylonis, cum ipsemet Ezechiel esset annorum triginta, eratque inter ipsos iudęos captiuus in Baby- Ezechiel.

K lone apud fluuium Cobar, ut patet Ezechiel capitu. primo.

Octauus liber. Duodecim Prophetarum. idest Octauus liber in ordine ꝓphetaliũ est liber duodecim ꝓphetarũ minorũ, & iste est ultimus liber inter oẽs prophetales, ponuntur autem prophetę minores in uno uolumine propter eorum breuitatem, cum singulis nõ conueniant singula uolumina, sicut Abdiæ, qui vnicum capitulum habet: & sic de Naum, & Abacuc, cęterisque similibus: iste autem liber non ponitur extremus, quasi prophetæ quorum uerba ibi scribuntur, post omnes prophetas maiores prophetauerint. Nam Oseæ, & Amos, & fere oẽs prophetę minores fuerunt ante tpa Ieremię, & Ezechielis pręter Malachiã, Zachariã, & Aggęũ, q ponunt̃ tanq extremi, & Liber. 12. prophetarum.

fuerunt

fuerunt post captiuitatem Babylonicam, vt patet ex eorum libris.

Sed dicendum est, ꝙ ponitur iste liber extremus, quia non consideratur specialiter de tempore cuiuslibet prophetę, sed solum considerantur omnes tanquam fuerit idem propheta, & quia extremum ipsorum est post Babolycam captiuitatem. s. tres prophetæ de illis, & ad illa tempora nullus de prophetis maioribus accessit, rationabiliter ponuntur ipsi tanquam vltimus liber inter prophetales.

Quare omnes isti libri vocentur libri prophetales, & qui libri sunt prophetales, & qui non: & an dicantur prophetales, quia cotninēt prophetiam, vel quia a prophetis scripti sunt. Quæst. XX.

QVAERETVR nunc circa hoc, quare omnes isti vocentur libri prophetales, quia dicuntur libri prophetales a prophetis, quia a prophetis scripti prophetias continent: est autem prophetia rerum euentus immobili veritate prenuncians hoc autem nullus liber de historicis facit: & tamen ī isto secundo ordine multi sunt libri hstorici, vt Iosue, iudicum, & regum. ergo non debent poni inter prophetales.

Respondent quidam, ꝙ libri illi historici etiā continent prophetiam, quia prophetia non solum est annunciatio futurorum in uerbis. sed etiam in factis, vt patet Oseę. cap. 12. s. Ego visionem multiplicaui, & ī manu prophetarum assimilatus sum. i. ostensus: quia non solum verbis prædicabant, sed etiam operibus figurabant: similiter Isai. cap. 20. legitur, ꝙ ambulauerit nudus, & discalciatus tribus diebus in signum, & portentum trium annorum captiuitatis venturæ super Aegyptum, & Aethiopiam.

Sed ista responsio nō stat, quia hoc modo omnes libri agiographi, qui ponuntur in tertio ordine possent poni inter prophetales, quia in quibuslibet eorū sunt aliqua facta, vel dicta, per quę potest aliquid figurari: & tamen non ponunt illa in ordine prophetali. Liber etiā Iob potissimum hoc modo esset inter prophetales, sed non conueniet.

Ideo respondet Hugo de sancto uictore, ꝙ liber propheticus dicitur dupliciter scilicet, quia editus, vel scriptus est a propheta, vel quia procedit stilo prophetico. Primo modo Iosue iudicum Samuel, & Malachim prophetici libri dicuntur, quia a prophetis conscripti sunt, licet stilo prophetico non procedant, de Iosue autem dicunt, ꝙ scripsit librum suum, & ꝙ ipse propheta erat, vt patet Numeri vigesimoseptimo Tolle Iosue filium Nun virū in quo est spiritus Dei. & Deuteronomio decimooctauo dicitur prophetā suscitabit dominus de fratribus vestris, ipsum vt me audietis: & dicunt, ꝙ hoc intelligitur ad literam de Iosue. hoc autem concedendum est scilicet, quod Iosue esset propheta: auctoritas tamen Deuter. inducta hoc non probat, quia nō intelligitur de Iosue ad literam, sed de Christo, ut ibi probatum est: hoc tñ nihil differt, quoniam Iosue non scripsit librum suū, sed Samuel scripsit librum Iosue, & Iudicū, & Ruth, isti tñ psupponunt, ꝙ scripsit Iosue, sed ɔ̄rium declaratum est in prologo super Iosue.

Liber dici propheticus dupliciter contingit.

Sed adhuc arguunt quidam ɔ̄ hoc. s. ꝙ Daniel, & liber Psalmorum deberent inter prophetas cōputari, qa auctores eorū prophetæ fuerunt, sed ponuntˀ īter agiographa. Ad rn̄sionem huius qdam distinguunt de prophetia. s. ꝙ aliqñ sumitˀ largissime, & aliqñ large, & aliqñ proprie: largissime dr̄ prophetia īspiratio diuina occulta denuncians, & hoc mō prophetia nō magis de p̄teritis, q̄ de p̄sentibus, & de futuris est, cū

A vtraq; possint esse abscōdita, & a Deo reuelata: & sic historia creationis, q̄ Moyses scripsit in Genesi dr̄ prophetia, large prophetia est denunciationis futurorū verbis, vel factis expressio figuratiua, & s̄m hoc oēs libri veteris testī p̄nt dici pphetales, vel continere prophetiam, quia figuras futurorū manifestāt: oīa nāq; q̄ sunt in ueteri testō sunt q̄dam figura eorum, q̄ accidere debebant in nouo, sic patet prima ad Chor. ca. 10. Oīa in figura contingebant illis: specialiter pphetia dr̄ denunciatio futuri verbo, vel facto p̄ hoīē habētē spūm propheticum, & hoc mō oēs libri scripti a prophetis dum tñ ipsi pphetice p̄dixerint ea, q̄ ɔtinentˀ in eis. s. prænunciando de futuris, dn̄r libri prophetales, & sic libri Psalmorum, & Danielis sunt pphetales, qm̄ denunciationes q̄dam futurorū in eis sunt.

Prophetia largissime large, & proprie dicit.

Prophetiæ definitio.

B specialissime aūt prophetia dr̄ denunciatio futuri verbis, vel factis anthonomasice, & per viros prophetas, & isto mō differt prophetia a Psalmis, & Daniele, quia illæ non sunt denunciationes anthonomasice factę. Dn̄t ēt ꝙ hoc modo Iosue iudicum Samuel, & duo libri Regū prophetales sunt, quia erant a uiris, q̄ sunt anthonomasice prophetæ, proprie aūt dr̄ prophetia denunciatio futuri, vt futuri: & sic Isaias Ieremias, & similes prophetę dicuntur, quia denunciabant rem futuram, & in modum futuri.

Sed adhuc non poterimus subterfugere, quin ponatur hoc modo Daniel inter libros prophetales, qa ipse prædicit futura, vt futura: ideo adhuc dicunt alii, ꝙ prophetæ dicuntur tripliciter. s. officio, gratia, &

Aliquis dr̄ propheta officio gratia, & missione.

C missione. vocantur prophetæ ex officio illi, qui eligebantur a populo, vt assumpto Ephod consulerent dominum de statu populi: isti autem solum erant sacerdotes, quia solum poterant accipere Ephod sacerdotes, cum sit ornamentum sacerdotale. vocatur autē propheta ex gratia ille, qui recipiebat aliqua a domino reuelata, quę non poterant per doctrinam aut per naturam cognosci: dicuntur autem prophetæ hoc modo Dauid, & Daniel, quoniam ipsi receperunt a Deo omnia, quę dixerunt: prophetæ autem missione sunt illi, qui mittebantur a domino ad denunciandū ea, quę per inspirationem susceperāt: sicut Ionas missus est ad Niniuitas, & quilibet de aliis prophetis mittebatur ad populum iudaicum ad denunciandum ei quæ dicebantur a domino: illi vero inter prophetas

D non computabuntur, nec ponuntur opera eorum inter prophetalia, qui per gratiam solam inspirantem prophetauerunt, nec habuerunt officium prophetādi, aut missi sunt, & quia Daniel non mittebatur, nec Dauid, non vocabuntur hoc modo prophetę.

Sed istę distinctiones non possunt tollere omnia inconuenientia.

Nam sic liber Iosue, Iudicum, Ruth, & Regū non ponerentur inter prophetales, quia quamquam prophetæ essent, qui illos scripserunt: tamen non mittebantur ipsi a domino ad denunciandum ea, quæ habentur in illis.

Ideo dicendum aliter sicut a principio dicebat Hugo de sancto victore. s. ꝙ liber propheticus dicitur du-

E pliciter scilicet, vel quia a propheta scriptus, vel quia stilo prohetico. Primo modo accipiunt hic libri prophetales, & nō scd̄o: iō Iosue iudicū Ruth, & liber regum prophetales sunt, licet stilo prophetico scripti non fuerint, quia viri prophetæ illos scripserunt. Samuel namque scripsit librum Iosue iudicū, & Ruth, & primam partem librorum Regum: Dauid autem ab ipso loco vsque ad finem libri secundi regum scripsit, vt quidam volunt, sed supra melius dictum est.

Tertium autem, & quartum libros Regum scripsit Ieremias, vt supra declaratum est.

F Sed tunc arguetur,quod libri quinque Moyſi dicã tur prophetales,quia ipſe Moyſes propheta erat.

Reſpondendum eſt, ꝙ vere ſunt prophetales: & tamen non computantur in ordine prophetalium, quia maioris auctoritatis ſunt,quam omnes libri pro phetales:ideo ipſi per ſe tenent primum ordinem ſci licet librorum legalium: ſi tamen non eſſent per ſe diſtincti,oporteret eos poni inter prophetales, & nõ inter agiographa.

Sed adhuc arguẽt, ꝙ hoc modo debuit poni Iob inter prophetales,quia a propheta.ſ. a Moyſe cõſcriptus eſt.

Reſpondendum eſt, ꝙ quamquam communior ſententia ſit librum Iob fuiſſe a Moyſe ſcriptum,quã a quolibet alio,tamen hoc non conſtat certiſſime:iõ G inter agiographa conuenienter accepit locum, quia agiographa ſunt ſcripturę ſacræ de quorum auctoribus non multum conſtat: de hoc autem magis declaratum eſt in prologo ſuper Ioſue: cũ quæreretur quare liber Iob non ponitur ante Geneſim, vel ſaltẽ quare non ponitur ante Ioſue, & cur non in ordine prophetali.

Sed adhuc obiicietur de libro Pſalmorum, & de Daniele:quoniam iſti a prophetis ſcripti ſunt: ergo debebant poni in ordine prophetico.

Reſpondendum eſt de Pſalmis, ꝙ conuenienter ponũtur inter agiographa, quia quamquam Dauid fecerit quoſdam Pſalmos: tamen non omnes. ferũ tur enim fuiſſe decem auctores Pſalmorum. Cum H igitur plene non conſtet de prophetis auctorib. Pſal morum, quamquam ſacra ſcriptura ſint, inter agiographa magis collocari debuerunt.Erant enim Pſal mi a pluribus auctoribus facti atque diſperſi: cum vero Eſdras legem perditam reſtaurauit omnes, Pſalmos in vnum volumen collegit, & tunc incepit eſſe liber Pſalmorum: de Daniele autem dicendum, ꝙ ipſe propheta fuit, non eſt tamen tantę auctoritatis apud hebræos ſicut cęteri,quoniam & liber ille apud illos detruncatus eſt,& quaſdam illius partes ex caldeo ſermone accepit Eccleſia.

Ordo autem iſte ſecundus librorum eſt magnę auctoritatis,& quia non eſt tantę auctoritatis Daniel quamquam ſit propheta, inter libros prophetales ne I quaquam collocatus eſt.

Quare omnes libri antiquæ legis non vocentur prophetales,cũ omnes a prophetis ſcripti ſint.
Quæſt. XXI.

QVAERETVR vlterius, quare hoc modo omnes libri veteris teſtamenti, qui haben tur in canone non uocantur prophetales. Nam illi ſunt prophetales, qui a prophetis conſcripti ſunt:nam deperdita lege Eſdras omnes libros veteris teſtamenti reſtaurauit,ipſe autem pro pheta eſt,& prophetice hoc egit.

K Reſpondendum eſt, ꝙ libri prophetici dicuntur, qui a prophetis ſunt ſcilicet quantum ad primam cõ fectionem ſuam: translatio autem, vel quæcunque poſterior editio nihil agit ad hoc,quod libri aliqui di cantur prophetales,vel non: quia ſecundus ſcriptor nihil agit de ſuo,ſed omnia dependent ex virtute pri mi ſcriptoris:ſed ſic eſt, ꝙ ſcriptores librorum veteris teſtamenti a principio non fuerunt omnes pro phetæ ſicut Salomon Iob,& ſimiles,ideo quamquã poſtea deperdita lege omnes fuerint ſcripti per Eſdram:non debuerunt accipere ab illo,ꝙ uocarentur prophetales,vel non a primis ſcriptoribus.

Aliquis tamen dicet,ꝙ hoc verum eſt,quãdo ſcriptores ſecundi a ſe nihil agunt, ſed ſolum imitantur exemplar primi ſcriptoris: tunc enim totum debet aſcribi primo: ſed quando ſecundus non agit in virtute primi,ſed per ſeipſum,non eſt cur magis denominetur a primo,quam a ſecundo: ſic erat de Eſdra reſpectu omnium aliorum,quia ipſe non ſcripſit totam legem per aliqua exemplaria, ſed ſolum ſpiritu Dei ſcripſit, quæ fuerant in prioribus libris, id eo nihil minus faciebat Eſdras reſpectu cuiuslibet libri quam quilibet de prioribus ſcriptoribus.

Reſpondendum eſt,ꝙ non debent denominari libri ab Eſdra, ſed a primis ſcriptoribus: quia licet ip ſe ſcripſerit omnia illa prophetice, non tamen indifferenter ſcribebat ſecundum,ꝙ ſpiritus illi daret,ſed ſolum mouebat eum ſpiritus ad ſcribendum, ſicut fuerat in prioribus libris,vt ipſe imitaretur ea, quę alii ſcripſerant,quæ non poterat imitari, niſi daretur ei gratia prophetica,cum nulla haberet exemplaria. & hoc eſt uerum, ꝙ erat donum propheticum, ſed quia non erat datum abſolute ad aliquid ſcribendũ, ſed ad exequendum exemplaria pręcedentium, non debuerunt libri ab eo nominari,ſed a præcedentibus quia ſpiritus ille non eſt datus ipſi propter ſe,ſed propter alios.

Alio modo poteſt reſponderi, ꝙ libri prophetales ſunt,qui a prophetis ſcripti ſunt:& tamen ipſi debẽt continere magnam auctoritatem, cum ponantur in ſecundo ordine,in quo eſt magna auctoritas:ſed nõ omnes libri veteris teſtamenti habent æqualem auctoritatem:ergo non debuerunt omnes poni in ordine prophetalium.

Qui apud illos uocatur Thercazar. Ideſt liber. 12. prophetarum minorum uocatur apud hebręos ſic. Hoc ponit ad ſignificandum,ꝙ illud eſt unicum uolumẽ, quamquam ſit duodecim prophetarum, ideo correſpondet ei vnicum nomen. ſ. Thereazar. *Tertius ordo agiographa poſſidet.* Iſta eſt tertia pars canonis ſcripturę veteris teſtı̃:& dr̃ ꝙ tertius ordo continet agiographa.i.oẽs libri,ꝗ uocantur agiographi, ſunt in tertio ordine. Differt autem iſte ordo a duobus ſuperioribus,quia eſt minoris auctoritatis, quam præcedẽtes: ſortiuntur enim libri auctoritatem plurimam a conditorib.ſed de agiographis minus conſtat, ꝗ fuerint eorum conditores,ꝗ̃ de omnib.aliis libris,iõ minoris auctoritatis ſunt cęteris:dñr aũt agiographi ab agios ꝙ eſt ſanctum,& graphia, ꝙ eſt ſcriptura, quia ſacrã ſcripturam continent:in hoc tñ non differunt a prophetalibus,& legalibus,quia ſinguli continent ſacrã ſcripturam,ſed dñr agiographi libri illi, de quorum veritate conſtans eſt ſed non de auctore.Duo.n.ſunt quę faciunt aliꝗ̃ ſcripturam eſſe ſolidę auctoritatis.ſ. auctoritas ſcriptoris, & firma atq; manifeſta veritas ſcripturæ.Cum vero incognitus extiterit auctor, nihil manet pp ꝙ ſcriptura poſſit hr̃e auctoritatem, niſi firmitudo veritatis,& quia de iſtis,qui ponuntur in tertio ordine ſic eſt ꝙ auctor eorum ignorat, vel ſaltem certiſſime cognitus non eſt nihil eis manet, vñ hr̃e poſſint auctoritatẽ,niſi ex firmitudine ſcripturę. vñ dñr agiographi.i.ſacra ſcriptura.ſ. ꝙ nihil aliud firmitudinis continent,niſi quia doctrina eorum eſt ſacra.Secus autem de cęteris,quia pręter firmitatẽ, & veritatem doctrinæ eorum, adhuc habent auctoritatem a ſcriptoribus,qui fuerunt prophetæ.

Ordo librorũ, qui dñr agiographi, & quare ſic vocentur

In iſto autem tertio ordine ponuntur omnia agiographa,quia in primo,& in ſecundo nihil eſt, ꝙ ſolũ agiographum vocẽt,cum ſint auctores cogniti.Sciẽdũ tñ ꝙ in oĩbus his ratio faciendi diuerſos ordines fuit diuerſitas auctoritatis:& quia iudæi non reputabant omnes libros eſſe æqualis auctoritatis,ſiue eſsẽt facti a prophetis,ſiue non,oportebat,ꝙ eos ponerẽt in diuerſis ordinibus.

Et

Et primus liber incipit a Iob. Ideſt primus liber Agiographorum eſt Iob. non eſt autem iſte proprius modus loquendi, quia nõ deberet dici, quòd incipit liber primus a Iob, ſed quòd liber primus eſt Iob: poterat autem dici, quòd inciperet ordo tertius a Iob, & hoc quia ordo iſte cõtinet multos libros, in quorum principio eſt Iob.

Quare Iob eſt primus liber inter Agiographa. Quæſt. XXII.

QVAERETVR, quare Iob eſt primus inter Agiographa. Reſpondendum eſt, quòd libri in ſacra Scriptura habent ordinem conuenientem inter ſe, ſed non eſt vnicus ordo omnium: libri namque hiſtorici habent ordinem prioritatis, vel poſterioritatis, ſecundum ꝙ res geſtę in eis ſunt priores, vel poſteriores tempore: nec differt quis talium librorum primo aſcriptus fuerit cum conſtiterit cuius libri geſta priora ſunt tempore: in libris autem prophetalibus, vel ſapientialibus non poteſt cõſiderari ordo rerum geſtarum, cum ibi nihil tale habeatur: ſed conſideratur quis illorum primo ſcriptus fuerit, vel cuius eorum ſcriptor primo extiterit. Quãtum ad vtrunque ordinem iſtorum liber Iob debet præcedere omnia Agiographa: eſt enim partim hiſtoricus, & hiſtoria illa eſt prior quam omniũ Agiographorum: quod patet ex tempore, quo fuit Iob: aliqui enim volunt eum fuiſſe de filijs Nachor, & tunc eſſet contemporaneus Abrahę: alij vero volunt, quòd fuerit de ſtirpe Eſau de regibus deſcendentibus ab ipſo, & nominatur Iobab: Gen. 36. & ſecundum hoc fuit aliquanto tempore ante Moyſen. Quomodocunque ergo fuerit, omnes volunt eum fuiſſe ante Moyſen: ſed nulla hiſtoria eſt inter agiographa, nec in toto veteri teſtamẽto, quæ fuerit ante Moyſen, ideo liber Iob quantum ad ea, quę ibi narrantur præcedit omnes libros agiographorum.

Sed tunc dicet aliquis cum etiam ſit liber iſte antiquior omnibus libris prophetalibus, & legalibus: quare non ponitur ante eos? Reſpondendum, quòd hic diſtinguuntur libri in varios ordines ſecundum dignitatem auctoritatis, & qui cęteris digniores ſunt in primo ordine ponuntur, & ſic de ſecundo ordine, & tertio ſecundum maiorem, & minorem dignitatem, & non ſecundum antiquitatem temporũ. ideo licet Iob ſit antiquior cęteris, qa tamen non eſt cęteris dignior in auctoritate, non fuit poſitus ante cęteros: ſeruatur autem iſte ordo antiquitatis in libris, qui computantur in eodẽ ordine, ſ. ꝙ inter omnes legales, qui prior eſt tempore primo ponitur, & propter hoc Gen. ponitur ante reliquos libros primi ordinis: in ꝓphetalibus etiam eodem modo: omnes enim ſunt eiuſdẽ auctoritatis, ideo Ioſue, qui prior eſt tempore primo ponitur, & liber 12. prophetarum minorum, qui eſt tempore vltimus, ponitur extremus ĩ hoc ordine: in agiographis igitur eodem modo erit, ſcilicet, quòd Iob, qui prior tẽpore eſt inter omnes libros Agiographos quantum ad antiquitatem temporis primo poni debet. Alius quoque ordo, ſ. ſcripturę obſeruatur in eo: nam illi libri primo ponuntur, qui primo ſcripti ſunt. De libro tamen Iob hoc omnes aſſerunt, quòd ante cęteros agiographos ſcriptus ſit, ideo primus eſſe debuit.

Quare liber Paralipom. non præcedit Iob. Quæſt. XXIII.

QVAERETVR vlterius, quare liber Paralipom. qui ponitur inter Agiographa non pręcedit ad Iob; & videtur ex ratione pręcedente debere præcedere, quia liber Paralipom. antiquioris temporis hiſtoriam ſcribit quam liber Iob, ſcilicet a principio orbis conditi incipiendo in generationibus Adę, vt patet 1. Paralipom. cap. 1. liber autem Iob ſolum tangit hiſtoriam ipſius Iob, quæ poſterior eſt.

Rñdendũ eſt, ꝙ liber Iob debuit præcedere omnia agiographa, & cum dr̃, ꝙ prior eſt tp̃e hiſtoria Paralip. negandum eſt, quia licet quędã generationes a principio ſeculi ordinentur ibi, tñ nihil poſtea tangitur de hiſtoria temporum, quæ fuerunt ante Iob, ſed in ipſomet primo cap. libri agitur de quibuſdam, quæ fuerũt poſteriora ad librum Iob, ſ. de generationibus Eſau: ideo præcedere debet liber Iob.

Alio modo poteſt reſponderi, quòd quamquam liber Paralipom. incipit ab antiquioribus temporibus quàm liber Iob: tamen continuatur hiſtoria illius vſque ad tempora multum poſteriora, ſ. ad Babylonicã vſque captiuitatem: libri autem ſemper attenduntur quantum ad fines ſuos ad hoc, quòd continuentur cũ alijs libris: non debuit igitur liber Iob eſſe poſt librum Paralipomen.

Iob a quo ſcriptus fuit, an a Moyſe, vel ab alio. Quæſt. XXIIII.

QVAERETVR vlterius, quis ſcripſit librum Iob. Reſpondent quidam, quòd ſcripſit illum ipſe Iob, quod quidem ſatis eſſe potuit quoniam poſt omnia geſta, quæ habentur in ipſo libro, ſuperuixit Iob 140. annis, vt patet Iob vltimo capitu.

Sed hoc non multum ſtat, quia tunc non videretur quomodo venerit liber Iob ad Hebręos, quia Iob erat de gentilibus: non curarent igitur Iudęi accipere librum illius tanquam peregrinam doctrinam: nimis enim cauebant Iudæi a doctrinis gentiliũ, ne per has ſeducti a lege recederent.

Alij ergo & veriſimilius dicunt, quòd ſcripſit Moyſes librum iſtum. Nam fuit Iob ante tempora Moyſi, ideo potuit Moyſes ſcribere geſta illius: decuit autem ſatis illa ſcribi, quia omnis ſacra Scriptura eſt principaliter eruditiua humanæ actionis, quę directio fit ꝑ virtutem, & quia in libro Iob magnarum virtutum dantur exempla principaliter patientiæ, & tolerantiæ: cõueniens erat ſcribi illam doctrinam. Amplius autem multa ibi dicuntur, quæ declarant quid de Deo ſentire debeamus quantum ad prouidentiam eius, & regimen vniuerſi, & vniuerſaliter ad virtutes morales. Vnde fortaſſis nõ eſt inferior in doctrina aliquo libro veteris teſtamenti: propter quod Moyſes illum ſcripſit atque Hebræis tradidit.

Secundus a Dauid. Ideſt ſecundus liber Agiographorum incipit a Dauid, ſ. ꝙ ipſe liber eſt ſecundus Agiographorum. Eſt autem liber Dauid liber Pſalmorum: prophetauit enim Dauid, ſicut cęteri prophetę: ſed differt modus ſuus prophetandi ab aliis. Alij enim enarrant res tanquam gerendas, ipſe vero in modum laudis de Deo, & Meſſia cęteriſque ſimilibus multa profert. Vocatur autem hic liber Dauid liber Pſalmorũ, qui pro maiori parte a Dauid compoſiti ſunt, vel ſaltem ipſe eſt pręcipuus auctor, & primus a quo Pſalmi originem habent: fuerunt autem multi alij Pſalmorũ auctores, vt patet ex titulis Pſalmorum interdum. Totus tamen liber aſcribitur ei tanquã ipſe omnes Pſalmos condiderit ex cauſa dicta. (De Pſalmorum authore, ac diuiſione.)

Quem quinque inciſionibus, & vno Pſalmorum volumine comprehendunt. Ideſt iſte liber Dauid vnum volumen eſt, quod vocatur liber Pſalmorum: tamẽ in quinque ſectiones, ideſt partes diuiditur: aliqui enim voluerũt dicere, quòd liber Pſalmorum eſt quinque libri propter

pter quinque sectiones, est tamen vnicus liber, sic.n. allegatur interdum. s. sicut habetur in Actibus apostolorum: sunt autem quinque sectiones, quia diuisus est totus liber in quinque partes, & in fine cuiuslibet partis ponitur in latino Fiat Fiat, in Hebræo autem ponitur. Amen Amen.

Prima sectio finitur in Ps. Beatus qui intelligit. vnde in vltimo versu eius ponitur fiat fiat. Secunda sectio finitur in Ps. Deus iudicium tuum. Tertia in ps. Misericordias domini. Quarta in ps. Confitemini. Quinta in vltimo ps. scilicet Laudate Dominum de cęlis. & ibi non ponitur fiat fiat: sed omnis spiritus laudet Dominum. Ecclesia autem aliter ps. secuit. s. diuidens in octo partes, vel potius in 14. si aliter velim⁹ & hoc pro recitatione secundum ferias. s. septem pro matutinis, & septem pro vesperis. Vbi autem partes incipiant satis apparet. *Tertius est Salomon.* Idest iste est tertius liber, qui ponitur in canone agiographorum, non quidem ꝙ omnes libri Salomonis sint tanquam vnus liber inter agiographa, quia ponuntur hic, vt tres libri. *Prouerbia, quæ illi Masloth, idest parabolas appellant.* Idest primus de libris Salomonis est liber prouerbiorum. Fecit autem Salomon multos alios libros de naturis rerum: nam disseruit de lignis à cedro, qui est in Libano vsque ad hyssopum, qui egreditur de pariete, & de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piscibus. Fecit quoque tria millia parabolas, & quinque millia carminum, vt patet infra lib. 3. cap. 4. sed isti libri non habentur apud nos, nec fuerunt vnquam positi in canone sacræ scripturæ: solum autem habentur tres, de quibus dicitur hic, primus est liber Prouerbiorum, in quo continetur doctrina pure moralis. Sunt aũt ibi propositiones vniuersales tanquam regulæ operabilium humanorum, & dicũtur prouerbia, quasi procul a uerbo. s. multum distantia a cõmunibus uerbis vulgarium, quia illa sunt verba parui ponderis: ista autem sunt plena fructu, & documento. Etiam sunt procul a verbo, quia verba vulgaria sunt multum particularia pro solis negocijs, in quibus proferuntur: ista aũt sunt procul ab illis, quia sunt doctrinæ vniuersales. Vocantur aũt in Hebræo Masloth, quod idem est quod parabola, vel prouerbium. Nam parabola dr̃ esse iuxta modum accipiendi hic quædam propositio in se multum sensum continens, & hoc proprie conuenit doctrinis vniuersalibus continentibus in se omnem sensum particulariũ actionum. Dicuntur aũt parabolę a para, quod est iuxta, & bole quod est sententia, quasi iuxta sententiam. s. quia talia verba sunt multum sententiosa.

Prouerbia.

Prouerbia quare sic appellent.

Ecclesiastes.

Quartus Ecclesiasten, idest Coheleth. Idest quartus liber in agiographis vocatur Ecclesiastes, vel coheleth. Est iste secũdus de libris Salomonis. Sunt autem ista duo nomina huius libri. s. Ecclesiastes in Græco, & coheleth in Hebræo. Interpretatur autem vtrunque concionator: dicitur enim concionator. i. ad concionem loquens. Est enim concio totus populus, cum vero aliquis loquitur ad totum populum, dicitur cõcionator. Sic sunt prædicatores. De concione patet Deuter. cap. 9. s. locutus est de medio ignis, quando concio populi congregata est. Sic etiam dicitur aliquis habere principatum concionatiuum qñcunque habet vocem in concilio populi, sic loquitur philosophus. 3. Polit. s. ꝙ ciuis debet cõicare lege cum alijs ciuibus, & principatu. s. concionatiuo: Ecclesiastes aũt hoc signat, quia dicitur de Ecclesia. Est autem in Gręco ecclesia congregatio, Vnde ponit philosophus. 2. Politicorum de quibusdã politijs, ꝙ non faciunt Ecclesiam. i. non faciunt congregationẽ ad conciliũ, sed hñt aliũ modũ principatus. Coheleth aũt in hebreo idem signat. Vocat aũt liber iste cõcionator, qa in eo

Concio quid.

Ecclesia quid.

F Salomon loquitur ad concionem, scilicet non determinando aliquam personam, sed ad omnes: in parabolis autem dirigit locutionem suam ad filium, quasi loquatur pater filio moraliter instruens. In canticis autem canticorum sponsus verba ad sponsa dirigit, & ideo illi duo libri sunt quasi speciales. In Ecclesiaste autem quia non dirigũtur verba specialiter ad aliquem intelliguntur directa ad totã concionem, ideo dicitur liber concionator, vel Ecclesiastes.

Quintus cantica canticorum. Iste est tertius inter libros Salomonis: & est quintus in agiographis. Vocatur autem Cantica Canticorum, quia sunt specialia cantica per excellentiam dicta. Cum enim sic additur genitiuus pluralis numeri significatur excellentia: iuxta illud in doctrinali, scilicet

Cantica Cãticorum.

G *Additur excellens flos florum Virgo beata.*

Sciendum autem quòd Salomon fecit alia cantica præter ista, s. quinque millia carminum, vt patet infra 3. lib. cap. 4. illa autem differunt ab his: quia in isto libro pauca carmina possunt contineri: nam etiam si computentur versiculi non erunt sexcenti, quanto magis carmina, potissimè quia quinque millia carminum Salomonis, quæ per numerum expressa sunt erant inter se differentia cum ponantur tanquam distincta numero: in Canticis autem Canticorum, quę nos habemus non videntur esse distincta cantica, sed quasi vnum, ideo oportet alia fuisse præter hæc, quæ

H non habentur. Ista autem vocantur Cantica canticorum per excellentiam, quod potest dupliciter intelligi, s. quòd ista sunt excellentiora alijs quinque millia carminibus, quæ fecerat Salomon. Alio modo quòd dicuntur excellentia respectu omnium aliorũ canticorum, quibus vtuntur vulgares. Et iste sensus secundus est melior, quia Iudæi, qui posuerunt hoc nomen libro, non viderunt carmina quinque millia Salomonis, ita vt scire possent an ista essent excellentiora.

Quem titulo Sirhasirim prænotant. Idest Hebræi ponunt in titulo istius libri sirhasirim: prenotare enim est ante notare, s. ꝙ a principio libri huius Hebrei ponunt titulum istum, qui est sirhasirim, quod interpretatur in Hebręo Cantica canticorum.

I

De ordine prædictorum librorum, & quid contineatur in eis. Quæst. XXV.

ORdo autem istorum librorum satis apparet: nam a principio agiographorum ponitur Iob, quia pręcessit historia eius omnes alias tempore: post hãc verò sequitur liber Psalmorum, quia Dauid cui ascribuntur psalmi fuit ante Salomonem, & omnes alios, de quibus infra dicitur. Post hunc ponuntur libri Salomonis, quia Salomon secutus est post Dauid, cũ fuerit filius eius: in tribus autem libris Salomonis non potest dari ordo quantum ad tempus scriptoris, sed quantum ad habitudinem doctrinæ, quæ in eis traditur. Dicunt

K enim communiter doctores nostri, potissimè qui loquuntur moraliter, quòd liber Parabolarum cõtinet doctrinam inferiorem, s. quæ pertinet ad incipientes benè operari, qui adhuc rudes sunt, ideo nomine filiorum persuadetur ibi eis, quòd accedant ad sapientiam. Etiam ibi traduntur doctrinæ morales pertinentes ad communicationem hominum adhuc manentium in sęculo. Secũdus liber, s. Ecclesiastes pertinet ad proficientes in bono opere, qui amore bonæ operationis, & vitæ æternæ quam prosequũtur, incipiunt contemnere ea, quę in mundo sunt: sicut dicebat Apostolus: Omnia reputaui vt stercora, vt solum Christum lucrifacerem, ideo in isto libro agitur

de

de contemptu mundi demõstrando, q̃ bona vitę huius caduca nimis, & fallacia sunt: quæ licet aliquod bonum præmonstrent, vanitate tamen plena sunt. Ideo liber incipit: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas: & concluditur in fine nihil bonum esse pręter timorem Dei: cum dicitur: Time dominum, & recede a malo: hoc est omnis homo. Tertius liber, s. Cantica canticorum pertinet ad iam perfectos, qui omnibus, quæ vitę huius sunt, iã relictis in sola Dei cõtemplatione fruuntur, ideo ibi agitur de gaudio sponsi, & sponsæ: & de ardentissima charitate, & consummatione totius boni in applicatione ad Deum. Et ob hoc de ista applicatione liber incipit, s. osculetur me osculo oris sui. Post libros autẽ Salomonis ponitur Daniel, quia nulli fuerunt libri medij temporis, qui ad Agiographa pertineant: ponitur quoque liber Paralipomenõ qui consummat in Babylonica captiuitate, & reditu post annos septuaginta: isti autem duo libri quasi simul fuerunt: ponitur tamen primo Daniel, quamquam ipse prophetauerit in Babylone: quia liber Paralip. non solum de trãsmigratione in Babylonem agit, sed etiam de reditu Iudæorum inde, vt patet 2. Paralipom. c. vlti. Daniel autem non est reuersus de Babylone, nec fuit prophetia eius post reditum, ideo debuit præponi ad librum Paralipom. Deinde autem ponitur Esdras q̃m Esdras scripsit solum post reditum de Babylone, nihil que continetur in libris suis, nisi ordo redeuntium in redeundo, & postquam redierunt in principio habitationis in terra sua.

Vltimus autẽ est liber Esther, quia historia Esther accidit post reditum de captiuitate Babylonica tempore regis Assueri, vt patet ex ipso libro. Vltra hunc autem non sunt alia scripta Agiographa in Canone Hebræorum. *Sextus est Daniel*. Idest sextus liber in ordine Agiographorum: iste enim Propheta est, sed inter Prophetas locari non meruit secũdum ęstimationem Iudęorũ, qui minoris auctoritatis reputant hunc quam cęteros Prophetas. Nec etiã fuit missus Daniel ad aliquid denunciandum eis, sicut cęteri Prophetę mittebantur: vnde iste liber apud eos integer non est, sed quædam habentur in Bibliis nostris, quę de Theodotione, & Chaldaico sermone habita sunt: quoniam non reperiebantur in Hebræo, sicut illud, quod interponitur de cantico puerorum in cap. 3. & totum cap. 13. & 14. Continet autem Daniel partim historias, & partim Propheticas visiones, sed in hoc non differt a cæteris Prophetis, quoniam sic Isaias, & Ieremias interdum habent. *Septimus dibrehaiamim*. Iste est septimus liber inter Agiographos, & vocatur apud nos Paralip. Non est aũt iste liber tantæ auctoritatis apud Hebręos sicut libri Regum: quamquam eadẽ historia in vtrisq; ponatur: non enim tantum constat de auctore Paralipom. sicut de scriptoribus librorum Regum. Accipitur autem corruptè in litera nostra: cum dicitur dibrehaiamim: nã deberet dici diurehaiamin. Quod interpretatur verba dierum, quoniam in eo de verbis dierum, idest de factis, quæ fuerunt in diebus Regum Iuda, & Israel agitur. *Quod significantius chronicon totius diuinæ historiæ possumus appellare*. Idest iste liber, qui dicitur verba dierum, potest vocari melius chronicon Sacrę Scripturæ, idest continens historiam sacrę Scripturæ. Dicitur autem significantius, idest magis aperte, vel proprie, scilicet, quòd cum imposuerimus ei nomen istud magis significamus de proprietate illius, quam cum imposuerimus ei alterum nomen, & hoc quia multum ei conuenit esse chronicon, idest designatiuum historiæ totius scripturæ: dicitur enim chronicõ a chronon, quòd est tempus, & inde chronica, idest, facta temporalia, vel liber continens euentus temporales, & dicitur totius scripturæ chronicon, idest quasi

Daniel.

Daniel minoris auctoritatis apud Iudęos.

Paralipo.

A aliquid relictum est historię, vel temporalis euetus in alijs partibus scripturæ, totum in hoc libro suppletum reperitur, quod ideo dicitur, quia liber iste est solum ad supplendum quædam, quę in alijs libris incomplete enarrata sunt, sicut apparet ex discursu ab exordio Genesis vsque ad finem librorum Regum in historialibus libris, quia in singulis aliquid deficiẽs suppletur, & dicitur totius scripturę chronicon, idest illius, quæ est ab exordio orbis conditi vsque ad captiuitatem Babylonicam, quia de illa, quæ postea est, nihil suppletur per librum Paralipom.

Qui liber apud nos Paralipom. primus & secundus inscribitur. Idest iste liber, qui vocatur Verba dierũ, vel chronicon, apud nos dicitur primus, & secundus Paralipo. Apud Hebræos etiam est diuisus in duas partes, quo-B niam est vnus de quinque libris duplicibus, vt patet supra, & vocatur Paralipom. idest relictorum, vel de relictis, scilicet, quòd de relictis in alijs libris sacrę Scripturæ ibi principaliter historia texitur, nec est aliquis per se liber, qui totaliter sit suppletio aliorum in toto Canone, nisi liber iste.

Octauus Esdras, qui & ipse similiter apud Græcos, & Latinos in duos libros diuisus est. Idest octauus liber de Agiographis est Esdras, & iste diuisus est ĩ duos libros apud Gręcos, & Latinos. Nam apud Hebręos hoc etiam manifestum est, cum ponatur inter libros quinque duplices, vt patet supra. Dicitur autem diuisus apud Latinos & Græcos in duos libros, quia vtriq; duos libros illius continent, quod de Gręcis satis concesserimus, C sed de Latinis, vt communiter, secus videtur: quia quidam habent quatuor libros Esdræ, alij vero tres. Qui enim quatuor habent manifestum, quòd ipse quartus est penitus apocriphus, nec alicuius auctoritatis inter libros sacrę Scripturæ habetur. De tertio etiam idem iudicium est, quamquam non ita perspicue, & iste est liber tertius, qui incipit, & fecit Iosias. Manent autem duo libri Esdræ, qui ab omnibus habentur, & recipiuntur tanquam auctentici, s. primus Esdrę, & liber Nehemiæ, qui dicitur secundus Esdrę. aliqui autem totum librum primum secundum tertium Esdrę in duas partes diuidunt, tanquam sint duo libri Esdrę.

Esdras.

Nonus Esther. Idest nonus liber inter agiographa, & vltimus est Esther, eo quòd historia illius fuit post re-D ditum de captiuitate Babylonis, & vltima post historias omnium librorum Agiographorum.

Liber Esther cur ab Hebræis recipiatur.
Quæst. XXVI.

COGVNTVR autem ponere Hebræi librum hũc in Canone, quia festum Mardochei, qđ ipsi faciunt in mẽse vltimo, s. Adar, qui apud nos vocatur Februarius, & distat triginta diebus a solennitate Paschali ipsorum, habetur ex ipso libro Esther, s. quomodo fuerit inducta illa festiuitas, & quare, post istos autem non est aliquis liber in Canone Hebręorum, & si quosdam alios libros nos habea-E mus de veteri testamẽto præter istos, illi apud Iudęos non habentur, vel imperfecte apud eos, & in parua auctoritate conseruantur, de quibus j. in litera exprimit. *Atq; ita fiunt pariter legis veteris libri viginti duo*. Hic colligitur numerus ex omnibus tribus prędictis ordinib', & sunt viginti duo libri ad similitudinẽ viginti duarũ literarum Hebraicarum, per quas proferimus omne, quod loquimur atque scribimus, idest. *Moysi quinque, prophetarum octo, Agiographorum nouę*. i. libri Moysi, qui sunt libri primi ordinis, & vocantur legales, sunt quinque, octo autem sunt prophetarũ, idest in secundo ordine, i. librorum prophetalium. In agiohraphis autem sunt 9. & sic simul sunt 22. libri in tribus ordinibus.

Quam-

Quamquam nonnulli. Hic ponitur alius modus computandi istos libros, secundum quem assignantur. 24. in canone, & hoc quia duo, qui prius coniuncti erant, diuiduntur, vt sint per se libri. *Ruth, & Cinoth inter agiographa scriptitent.* Idest aliqui ponunt librum Ruth, & librum Lamentationum inter agiographa: supra aũt ponebantur inter prophetales libros, cùm poneretur Ruth tanq̃ pars quædam libri Iudicũ, & Cinoth tanquam quęlibet pars libri Ieremiæ. Cum aũt fuerint isti duo libri inter agiographa non poterunt esse tanquam partes libri Iudicum, & Ieremię cũ pertineant ad diuersos ordines, ideo necesse est, ꝙ in agiographis. 11. libri sint, & sic erunt simul. 24. libri in canone veteris testamenti. Hunc autẽ ordinem plurimi Hebreorum vsque hodie obseruant. *Et libros hos in suo putent numero supputandos.* Idest existimant isti, ꝙ duo libri. s. Ruth, & Cinoth sunt supputandi in suo numero. i. debent per se computari, & non tanq̃ partes aliorum librorum. Nam cum ponebantur in canone ꝓphetalium non habebant suum numerum. i. propriũ, quia non computabantur tanquam libri per se distincti, sed tanquam partes aliorum librorum. *Ac per hoc esse priscæ legis libros uiginti quatuor.* Idest si isto modo computauerimus erunt viginti quatuor libri veteris testamenti, quia prius computabãtur vigintiduo, nũc aũt viginti quatuor cum duo libri per se nunc cõputentur, qui prius non computabantur, & iam nõ manebit similitudo numeri librorum ad literas alphabeti, sed ad aliquid alterum. *Quod sub nomine viginti quatuor seniorum Apocalypsis Ioannis inducit.* Idest isti viginti quatuor libri inducuntur, vel significantur per viginti quatuor seniores quos ponit beatus Ioãnes in Apocalypsi. Sciendum aũt, ꝙ sicut supra dicebatur. s. ꝙ mysticè per numerum viginti duo millium Leuitarum significat̃ numerus viginti duorũ librorũ veteris testamenti: ita hic per numerum viginti quatuor seniorũ significabitur mysticè numerus viginti quatuor librorũ. Nam ad sensum literalẽ aliud significãt illi seniores, sicut declarabitur suo loco. s. Apoc. c. 4. & 5. nam si pro libris sacræ scripturæ introducẽdi essent seniores adorãtes agnũ, non magis poni deberẽt pro libris veteris testĩ, q̃ pro libris noui testĩ aliq̃ seniores significatiui, sed est sensus mysticus, in quo facile est applicare q̃dquid voluerimus, cũ ex hoc ꝓbatio nulla accipiatur iuxta Dionysiũ. s. mystica Theologia non arguit. i. super sensum mysticũ non fundat̃ argm̃ efficax. *Adorantes agnum.* Introducitur similitudo illorũ. 24. seniorũ, de quibus dr̃ Apoc. c. 4. & 5. ꝙ prostrauerunt se corã agno adorantes eũ & offerẽtes coronas suas stantibus ibi quatuor aĩalibus oculatis ante & retro, q̃ singula licet in sensu historico aliquã significationem hẽant, tñ in mystico ẽt totaliter applicari debent. Dñr aũt isti seniores adorantes agnũ, q̃a agnus est Christus. Et hoc ẽt in sensu literali, ipse. n. est agn⁹, qui mortuus est, & viuit, & soluit septem signacula libri. Adorant aũt isti. 24. seniores agnum in quantum oĩa, quæ sunt in 24. libris veteris testĩ ordinãtur ad honorẽ Christi. Nam status totus Iudaicus ordinabatur ad statum noui testamenti, cum status Iudaicus in seipso esset imperfectus ad Hebr. c. 7. & oĩa imperfecta subordinantur ad aliquã completionem. Ista aũt erat in veritate manifesta noui testamenti, quam oẽs libri veteris legis tanq̃ vmbræ quædam designabant. Vmbra nanq; futurorum bonorum est lex ad Hebr. c. 10. *Et coronas suas prostratis vultibus offerentes.* i. isti 24. seniores in reuerentiã agni deposuerũt coronas de capitibus, & humiliauerũt se corã throno agni tanq̃ offerẽtes ei coronas suas. Transferendo autem hoc ad 24. libros, est sensus ꝙ per coronas significantur uictorię, quia corona victoribus datur dicente Apostolo.

Quæst. 10.

Qũo seniores adorabant agnũ.

F Non coronabitur, nisi qui legit timè certauerit. Isti autem vigintiquatuor seniores humiliant se coram agno: quia vigintiquatuor libri quicquid in se habẽt, ad honorem Christi, qui agnus est, illud continent; & coronas suas offerunt, i. victorias sanctorum virorũ contra vitia, & contra hostes offerunt agno tanquam munera, quia illæ victoriæ non fuerũt ad huius sęculi transitoriam laudem; sed propter agnum ad honorem illius; alioquin inanis est talis laborum possessio. *Stantibus coram quatuor animalibus oculatis retro & antę.* Ista litera signat, quòd erant vigintiquatuor seniores simul cum quatuor animalibus coram agno, & illa animalia erant oculata, s. plena oculis ante, & retro, vt patet Apocalyp. cap. 4. & 5. & Ezech. cap. 1. Intelligi-
G tur autem dupliciter ista litera propter dictionem illam, coram. Nam potest accipi pro aduerbio, vel præpositione: si accipiatur primo modo non habet aliquod casuale, cui deseruiat, quia aduerbia non deseruiunt casualibus sicut præpositiones, & tunc coram non significat habitudinem personę, vel loci, s. quòd aliquid fiat coram isto vel illo, sed significat coram, i. palam, vel publicè: & tunc intelligitur stantibus coram animalibus quatuor, i. quòd animalia quatuor erant coram, quando vigintiquatuor seniores offerebant coronas suas. Alio modo accipitur coram tanquam præpositio, & tunc deseruit casuali, atque ordinabitur cum illo ablatiuo, s. quatuor animalibus: sed
H tunc non stat multum litera: nam deberet dici stantes coram quatuor animalibus, s. ꝙ seniores starent coram animalibus: sed hic oportet ꝙ stantibus referatur ad aliquid alterum, & non ad seniores, s. ad animalia, cum dicatur stantibus animalibus, nisi forte q̃s dixerit ꝙ refertur ad vultus, s. ꝙ vultus erãt corã quatuor animalibus, sed iste non est conueniens sensus. Nam tunc ad seniores deberet referri, & non ad vultus eorum: stabit igitur alius sensus, s. stantibus corã quatuor aĩalibus, i. quatuor aĩalia erant coram, s. quando isti vigintiquatuor seniores offerebant coronas suas. Sunt autem ista quatuor animalia quatuor figurarũ variarũ, s. leonis, aquilæ, hominis, atque vituli: Apocalyp. cap. 4. & 5. & ista designãt quatuor Euangelistas sicut Ecclesia cõiter accipit: hic aũt conue-
I nienter accipiuntur pro quatuor Euangelistis, quia libri veteris testamenti humiliabant se corã Deo, & libri quatuor Euangelistarũ dant illi semper laudẽ. Cũ laus operum Dei manifestetur in euangelijs ex actib⁹ Messiæ: qũo aũt ista quatuor aĩalia conueniant quatuor euangelijs satis apparet, q̃m aquila dr̃ de Ioãne, homo de Matthęo, vitulus de Luca, leo de Marco. Applicationes aũt istorũ satis apparẽt: ẽt ista quatuor aĩalia Christo conueniunt: ipse. n. aquila dr̃ ꝑ ascensionem suã, leo ꝑ resurrectionẽ, vitulus ꝑ passionẽ, homo ꝑ natiuitatem. Dñr autẽ ista aĩalia oculata, idest plena oculis, quia ante & retro habebãt oculos, vt ad oẽm partem viderẽt, idest. *In præteritum, & in futurum respicientibus.* Idest sunt oculata aĩalia ante, & retro: ad signandum ꝙ respiciunt præterita & fu-
K tura: oculus. n. ad videndum datur, qui aũt præteritũ, & futurum considerat, dr̃ videre ante & retro, ita est de quatuor euangelijs, quę oẽ tp̃s vident, i. respiciunt dispositionẽ hoĩs quantũ ad oẽ tp̃s siue preteritũ, siue futurũ. Vel habent oculos ante & retro, vt nihil sic latere possit, quin oĩa videant. Sic aũt est de quatuor euangelijs, quia totam vitam humanam regulant. *Et indefessa voce clamantibus: sanctus, sanctus, sanctus.* Idest ista aĩalia quatuor clamant indefessa voce, i. clamant, & nunq̃ fatigantur, dicentia sanctus &c. ista similitudo hr̃ ex visione, quæ apparuit Ezechieli. Et ex visione, quę apparuit B. Ioanni: vterque enim vidit aĩalia illa dicentia, eo ꝙ laus Dei, quæ ex quatuor euãgelijs impen-

Coram, d… pliciter a… cipitur.

Quatuo… aialia co… uenient… applicati… euangeli… stis.

impenditur nunquam ceſſat, & clamatur ibi ſanctus ter, quia iſta laus ad totam beatam Trinitatem dirigitur: dominus Deus omnipotens, iſta eſt latus Dei, qui vocatur dominus, qui omnibus dominatur: Deus autem per naturam: omnipotens vero, quia dominium ſuum vniuerſale eſt. *Qui eſt, & qui venturus eſt*. Ideſt Deus iſte ſemper eſt, & ſemper manſurus eſt. & accipit venturus improprie, ideſt futurus, quia Deus non venit, cum ſignificetur in hoc quidam motus, ſed magis competit ei futurus, quamquam etiam hoc nō penitus competat, ſcriptura tamen vtitur interdum large terminis.

Hic prologus, ſcripturarum quaſi galeatum principium, omnibus libris, quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire poteſt, vt ſcire valeamus quidquid extra hos eſt inter Apocripha eſſe ponendum. Igitur ſapientia, quæ vulgo Salomonis inſcribitur, & Ieſu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & paſtor non ſunt in canone. Machabæorum primum librum Hebraicum repperi. Secundus græcus eſt, quod ex ipſa quoque phraſi probari poteſt.

Hic Prologus. Hic ponitur tertia pars huius Prologi, ſ. quæ eſſet vtilitas ipſius diſtinguendo auctēticum ab apocripho: eſt enim magna vtilitas hæc legentibus, quia interdum aliqua ſcriptura allegatur, vt auctētica, quæ apocripha eſt, & interdum aliqua negatur tanquam apocripha, quæ eſt magnę auctoritatis, ideo valde fuit neceſſarium declarari, quæ ſunt ſcripturæ pertinentes ad canonem, & quæ ſunt apocriphę.

Quare iſte Prologus vocetur galeatus. Quæſt. XXVII.

ET dicitur hic, quod iſte prologus eſt principium galeatum omnium ſcripturarum, quæ transferūtur de Hebręo in Latinum, & in hoc ponitur nomen commune huius prologi: vocatur enim galeatus, quòd dupliciter conuenire poteſt, vno modo, quòd galea dicitur eſſe genus armaturæ: ita etiam prologus iſte eſt armatura contra falſe allegantes ſcripturas ad eos redarguēdum, vel ab eis nos defendendum: alio modo poteſt vocari galeatus a galea, quia eſt armatura capitis, & eſt principium totius armaturæ corporis, ita etiam prologus iſte eſt principium omnium librorum veteris teſtamenti, quia nō ſolum conuenit huic libro, ſed etiam ſingulis, cum hic de quibuſdam declaretur, qui ſunt apocriphi, & qui auctentici, & quem gradum auctoritatis quilibet librorum habeat: iſte verus ſenſus eſt, quem intendit litera, quia dicitur hic quaſi galeatum principium: ergo vocatur galeatus propter hoc, quòd eſt principiū, & non, quia eſt armatura. Etiā, quia dicitur hic, quòd omnibus libris iſte prologus præponi poteſt, ergo tanquam principium eſt, cum iſte prologus conueniat cuilibet libro, & quilibet aliorum prologorum conuenit vni ſoli, ideo prologus iſte non ſolum omnium librorum, ſed etiam omniū prologorum principium eſt.

Quaſi galeatum principium. Ideſt iſte prologus eſt tāquam principium, vel galea: tranſumptio enim eſt, quia galea eſt principium totius armaturę cum ſit armatura capitis.

A *Omnibus libris, quos de Hebræo vertimus in Latinum conuenire poteſt*. Ideſt conuenit iſte prologus non ſolum pro iſto libro Regum, ſed etiam pro omnibus libris ſacrę Scripturę, qui transferuntur de Hebręo: & hoc ad iudicandum, qui eorum apocriphi, & qui auctētici ſint. Et dicitur de translatis in Hebræo, quia non proficit iſte Prologus vniuerſaliter ad omnes libros ſacrę Scripturæ. Nam nihil hic agitur de libris noui teſtamenti, quem gradum habeant auctoritatis, & quomodo diſtinguantur per ordines ſuos, & an aliqui eorum ſint apocriphi, ſed ſolum proficit pro libris veteris teſtamenti.

Etiam cum dicitur de translatis de Hebræo non ſolum eſt intelligendum pro illis; ſed etiam pro translatis de ſermone Syro, vel Chaldęo, vel Græco. Nam
B liber Iudith, & Tobię non ſunt trāslati de Hebręo, ſed de Chaldęo. Liber autem Machabęorum ſecundus de Græco translatus eſt, vt patet infra, & tamen pro illis etiam proficit iſte prologus: per eum quippe iudicatur qui illorum ſint apocriphi, & qui auctentici.

Vt ſcire valeamus quidquid extra hos eſt inter apocripha eſſe ponendum. Ideſt iſta erat vtilitas prologi huius, ſcilicet, quòd ſciamus, quòd quidquid non reperitur inter iſtos libros ſupra poſitos non eſt auctenticum, ſed numerari debet inter apocripha. Ideo libri ſequentes, ſcilicet Sapientię, & Eccleſiaſticus, & cæteri non pertinent ad canonem, nec ſunt auctentici inter Iudæos. *Igitur ſapientia, quæ vulgo Salomonis inſcribitur*. Ideſt liber Sapientiæ, qui vulgariter vocatur, ideſt communiter
C ab omnibus liber Salomonis, non eſt in canone ſcripturæ apud Hebręos.

Liber Sapientiæ, an ſit Salomonis. Quæſt. XXVIII.

ISTE liber vocatur Salomonis, quoniam in quibuſdam rebus, de quibus agitur, ſatis ſimilatur Salomon, licet modus loquendi alius ſit, ſcilicet in quodam decurtatior & compēdioſior, in alio autem extenſior: dicitur tamen iſte eſſe liber Salomonis, quoniam quædam verba illius hoc ſignificare videntur, vt patet Sapient. 9. ſcilicet. Tu me elegiſti regē populo tuo, & dixiſti ędificare templū in ſancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ Aram. Iſtam eandem ra-
D tionem ponit Hieronymus in prologo ſuper iſtum librum. Eſt tamen iſte liber factus a quodam ſatis claro viro ſuis temporibus, ſcilicet a Philone Iudęo Alexandrino.

Dicitur autem, quòd non eſt liber iſte in Canone, quia Iudęi illum inde ſecuerunt a principio, tamen in canone recipiebant: ſic patet in Prologo Hieronymi ſuper librum iſtum: ſed hoc opus Hebræi, vt quidam ſapiens meminit, inter canonicas ſcripturas recipiebant, ſed poſtquam comprehendentes Ieſum interfecerunt memorantes in eodem libro euidentiſſima de Chriſto teſtimonia, ſcilicet dixerunt inter ſe impij cōprehendamus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, &
E contrarius operibus noſtris, promittit ſe ſciētiam Dei habere, & filium Dei ſe nominat. Et poſt hęc: ſi enim vere filius Dei eſt ſuſcipiet illum, & liberabit de manu contrariorum. Et iterum, vt ſciamus reuerentiam illius, & probemus patientiam eius, morte turpiſſima condemnemus eum. Collatione ergo inter ſe facta, ne noſtri eos pro tam aperto ſacrilegio denotarent, a propheticis eum voluminibus reciderunt: legēdumque penitus prohibuerunt. Nos tamen Eccleſiæ auctoritate inter libros auctenticos illum ſuſcipimus, atque in Eccleſia ſuis temporibus legimus: de iſto libro, & auctore eius Philone tractat Hieronymus in libro de Illuſtribus viris, & Iſidorus in libro de Ortu, & obitu patrum.

Quare liber Sapiētiæ nō recipitur a Iudæis in Canone ſuo.

Et

Et Iesu filij Sirach liber. Ideſt etiam liber Ieſu filij Sirach non habetur in canone apud Hebræos: iſte vocatur Eccleſiaſticus eadẽ ratione, qua vocabatur liber quidã Salomonis Eccleſiaſtes: loqtur enim liber iſte ad oẽm hominem, ideo cõcionator, vel eccleſiaſticus eſt: q̃q̃ ibi teneatur aliquis modus libri parabolarũ Salomonis, quia ſit locutio ad filium tanquam pater inſtruat filium, ſed ut communiter in eo indiſtinctè, & ad omnes locutio ſit. Fuit autem iſte liber ſcriptus a quodam ſacerdote hebręo, qui dictus eſt Ieſus filius Sirach, qui fuit nepos Ieſu Ioſedech ſacerdotis magni, qui principatus eſt in ſacerdotio venientibus Iſraelitis de Babylone, vt patet Zacha. c. 3. & 1. Eſdræ. c. 4. & 5. Fuit autem liber iſte ſcriptus aliquanto tempore poſt reditum de Babylone. ſ. tpe, quo interpretes. 70. de Hebræis ducti ſunt in Aegyptum ad cõuertendum totam Bibliam Hebręorum in Græcum ſermonem, quod factum eſt anno. 38. regni Ptolomęi Euergetis regis Aegypti, vt plurimi aſſerunt, ſed conſtat factum tempore Ptolomæi Philadelphi, qui eum præceſſit in regno, vt vult Ioſephus lib. 12. Antiquitatum. Fuit aũt iſte ſcriptor huius vnus de interpretib⁹, & ibi inuenit quendam librum Aegyptium magnæ doctrinæ, quem expoſuit conuertens in Hebræũ ſermonem addiditq; multa de ſuis, de quibus in prologo ſuper Eccleſiaſticũ. Iſtum librum q̃q̃ Iudæi nunq̃ habuerint in canone ſcripturarum Eccleſia tñ ſuſcepit atque legit. *Et Iudith.* Ideſt etiam liber Iudith non eſt in canone, ſed oportet poni ſm̃ præcedentia inter apocripha, quia dr̃ ſupra ꝙ quidquid non eſt inter libros ſupra poſitos inter apocripha computandũ eſt, ſed Iudith non eſt in aliquo de tribus ordinibus pręcedentibus: ergo pertinebit ad apocripha. Sed contra hoc arguetur, quia dicit Hieronymus in prologo ſuper Iudith, ꝙ apud Hebręos liber Iudith inter agiographa legitur: ſed agiographa continent tertium ordinem librorum autẽticorum, ergo erit Iudith in canone inter Hebræos, ſed hic dicitur contrarium.

[Margin: Eccleſiaſticus. — Eccleſiaſtes a quo fuit ſcriptus & quando. — Eccleſiaſticus recipitur ab eccleſia. — An liber Iudith ſit inter apocripha.]

Reſpondendum eſt, ꝙ liber Iudith apud Hebræos non ponitur in canone, nec eſt magnæ auctoritatis, quod patet, quia in allegato prologo Hieronymi ſuper Iudith dicitur, quòd auctoritas libri Iudith ad roboranda illa, quæ in contentionem veniunt minus idonea iudicatur, ideſt non eſt idonea. q. d. ꝙ nõ ſumitur argumentum efficax contra aliquem ex libro Iudith: ſi tamen eſſet inter agiographa, eſſet autenticus, & poſſet ex eo argui efficaciter. Item quia dicitur in eodẽ prologo, quòd liber Iudith eſt ſcriptus ſermone Chaldæo, & quia Hieronymus trãſtulerit de Chaldæo: ſi tamen eſſet Iudith inter agiographa haberet in Hebræo, iõ neceſſe eſt, ꝙ non ſit inter agiographa.

Cum autem dicitur, quòd apud Iudæos legitur liber Iudith inter agiographa, quidam reſpondent, quòd eſt litera corrupta, & deberet dici inter apocripha.

Alio modo poteſt reſpõderi, quòd agiographum dicitur dupliciter: vno modo pro ſcriptura ſancta, quæ eſt magnæ auctoritatis, & efficax tam ad arguendum quàm ad reſpondendum quamquam auctor illius ignotus ſit: & hoc modo ſcripta agiographa tenent tertium ordinem in canone ſacræ ſcripturæ, vt ſupra patet, & hoc modo non ponitur in agiographis, nec eſt in canone ſacræ ſcripturæ ſm̃ Hebræos.

[Margin: Agiographum dupliciter.]

Alio modo dicitur agiographum ſcriptura, quæ ſacra videtur, quia non repugnat in aliquo ſacræ ſcripturæ approbatæ: ipſa tamen nullius auctoritatis, vel roboris eſt, & hoc modo aut parum, aut nihil agiographum ab apocripho differt, & ſic ponitur Iudith apud Iudæos inter agiographa. i. inter apocriphos libros. Hęc aũt sũt vera ſm̃ Hebræos apud nos ſec⁹ eſt:

F nam liber Iudith inter authẽticos libros receptus eſt cum approbauerit illum eccleſia in Sinodo Nicena, & receperit in numero ſacrarum ſcripturarum, vt ait Hierony. in prol. ſuper Iudith: alioquin enim Eccleſia, non legeret illum in diuinis miniſterijs, ſicut leguntur cæteri libri authentici; legit tamen. *Et Tobias,* Ideſt etiam liber Tobiæ nõ eſt in canone Hebræorũ.

An liber Tobiæ ſit inter Agiographa. Quæſt. XXIX.

Iste liber in Chaldęo ſcriptus eſt, & Hieronymus de Chaldęo illum trãſtulit adiuuante quodam Hebręo interpretante linguam Chaldęam in Hebręam, dicitur tñ ꝙ iſte liber apud Iudæos

G mancipatus eſt inter Agiographa, & tamen Agiographa ſcripta authentica ſunt: de hoc in prologo Hieronymi ſuper Tobiam. Reſpondendum eſt ꝙ non pertinet liber Tobię ad canonem Hebręorum: nam tunc haberetur in Hebræo ſicut cæteri authentici libri: ſed non inuentus eſt in Hebręo: ideo coactus eſt Hieronymus transferre illum de Chaldæo ſermone, vt patet in eodem prologo: ergo non eſt authenticus apud Hebræos. Item quia in allegato prologo dicitur: Arguunt nos Hebręorum ſtudia, & imputant nobis contra ſuum canonem latinis auribus iſta transferre: ergo non eſt in canone Hebręorum Tobias. Item dicitur in eodem prologo quòd

H Hebręi librum Tobię de catalogo ſacrarum ſcripturarum ſecuerunt, & poſuerunt inter alias ſcripturas: hoc autem concedendum eſt, & cum dr̃ ꝙ Hebræi habent librum Tobiæ inter agiographa: dicendum ꝙ ibi eſt corrupta litera, qa deberet ſcribi apocripha: & dicitur agiographa, quod ſatis apparet, quia dicitur in allegato prologo: librum itaque Tobiæ, quem Hebræi de catalogo diuinarum ſcripturarum ſecantes his, quæ agiographa memorant, manciparunt: ſed quando aliquis liber ſecatur de canone ſcripturarum authenticarum non poteſt poni, niſi inter ſcripturas apocriphas: ergo neceſſe eſt Tobiam poni apud Hebręos inter apocripha. Aliter dici poteſt quòd litera ſit vera, & tamen agiographum dupliciter dicitur, ſ. pro eo quòd ſanctum, & authenticum, quamquam

I non repugnet ſacro, ſicut dicebatur ſupra de libro Iudith. Hęc autem intelliguntur de agiographo, quòd eſt non authẽticum: & cum dicitur hic, quòd non eſt Tobias in canone, intelligendum eſt ſecũdũ Hebręos, & tamen Eccleſia ſuſcepit eum in canone ſuo, cum legat eum in diuinis miniſterijs. Sed tunc dicet aliquis quid proficit nobis hoc quod de canone dicitur, quia non eſt idem canon ſcripturarum apud nos, & Hebræos, quia pleraque ipſi improbant, quæ nos tanquam authentica habeamus. Reſpondendũ quòd proficit ad hoc, vt ſciamus in quo poſſumus habere argumentum efficax contra Hebręos, & in quo non, cum quidam libri noſtri ſint efficaces cõtra eos, & alij nequaquam. *Et paſtor.* Ideſt etiam liber paſtoris non eſt in canone Hebræorum, q̃q̃ habeatur apud

[Margin: q. pręced. — Quę vtilitas ſit cognoſcere q. libri ſint authẽtici & qui nõ.]

K quoſdam Latinos. De iſto libro paſtoris apud expoſitores noſtros nihil hr̃. Conſtat tñ ꝙ fuerit liber aliqs pertinens ad ſtatum veteris teſtamẽti, qm̃ hic agitur de canone veteris teſtamenti: & declaratur qui ſunt libri in canone, & qui nõ: ſed dicitur de libro paſtoris ꝙ non habetur in canone veteris teſtamenti, ergo vr̃ ꝙ aliquo mõ pertinet ad vetus teſtm̃. Pro hoc aũt ſciendum ꝙ multi alij libri ſunt, qui antiquitus apud Iudæos facti ſunt: & tamen non recipiuntur ab eis in canonẽ: tum quia aliqui eorum ab hęreticis fuerunt deprauati: tum quia quidam ipſorum non erant tantæ auctoritatis, vt in canone ſacrę ſcripturę poni mererentur: ſic enim fuit liber Henoch, qui q̃q̃ authenticus

[Margin: Paſtoris liber q̃ ſit & an ſit reprobatus.]

ticus esset, cum eum alleget Iudas in canonica sua, tamen quia heretici illum damnauerunt, non fuit postea habitus inter libros auctenticos, & sic de plerisque. De libro autem pastoris, quid contineret plene non exprimitur, tamen inter apocriphos ab ecclesia collocatur, de hoc in Decretis. di. 15. ca. sancta Romana. vbi ponuntur opera auctentica, & opera apocripha, & ibi liber pastoris, siue pastoralis habetur tanquam apocriphus.

Hoc intelligitur de Canone Hebręorũ.

In canone non habentur. Idest isti libri immediate positi ponuntur in canone, quod intelligitur de canone Hebræorum: quoniam de canone librorum, quos Ecclesia recipit: secus autem cum omnes supra positi, & etiam libri Machabęorum, de quibus infra recipiantur ab Ecclesia tanquam auctentici.

B *Machabæorum primum librum Hebraicum repperi*. Supra ponebantur quidam libri quantũ ad Iudęos qui erant penitus apocriphi: hic autem ponuntur libri, qui partim sunt apocriphi, & partim agiographi, s. libri Machabæorum, quorum primus habetur apud Hebręos, & est auctenticus: potest quoq; computari inter agiographa. Secundus nõ habetur in Hebręo, ideo est apocriphus apud eos. Transtulit tamen illum Hieronymus ex Græco. *Secundus Græcus est*. Idest secundus liber Machabæorum est Gręcus, scilicet translatus, vel cõpositus ab aliquo Græco.

Quod ex ipsa phrasi probari potest. idest iste liber est Grecus, quod probatur ex modo suo loquendi. Nam in Hebræo non habentur tales modi rhetorici: dicitur autem phrasis in Græco locutio, & inde periphrasis dicitur, idest circunlocutio. Stylus autem illius secundi libri demonstrat eum, & primum non esse ex eadẽ origine.

C Etiam satis potest apparere ex alio, scilicet, quia nõ sunt isti duo libri historia continuata, sicut quatuor libri Regum, sed secũdus est suppletio quædam primi. Nam in primo continetur tota historia Machabęorum, sed quia in quibusdam ibi decurtata est. Aliqui Græci composuerunt per modum supplemẽti, & recapitulationis omnia, quæ habentur in secundo libro, quia etiam auctor satis declarat in secundo cap. eiusdem, & quamquam isti duo libri apud nos sint auctẽtici, non tamen est apud nos tantum auctenticus secundus quam primus. Nam quædam sunt ibi, quæ a quibusdam nostrum non recipiuntur.

D Quæ cum ita se habeant, obsecro te lector, ne laborem meum, reprehensionem existimes antiquorum. In templo Dei offert vnusquisque, quod potest: alij aurum, & argentum, & lapides preciosos, alij byssum, & purpuram, & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agetur, si obtulerimus pelles, & caprarum pilos. Et tamen Apostolus cõtemptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species Ecclesiæ pręsentis, futuræque distinctio pellibus tegitur, & cilitijs: ardoremque solis, & iniuriam imbrium ea, quæ viliora sunt, prohibent. Lege ergo primum Samuel, & Malachim meum. Meum, inquam, meum. Quidquid enim crebrius vertendo, & emen-

Corint.

A dando sollicitius, & didicimus, & tenemus, nostrum est. Et cum intellexeris quod antea nesciebas, vel interpretem me existimato, si gratus es, vel paraphrasten, si ingratus. Quamquam mihi omnino conscius non sim, mutasse me quippiam de Hebraica veritate, certe si incredulus es, lege Græcos codices, & Latinos, & confer cum his opusculis, quæ nuper emendauimus, & vbicunque discrepare inter se videris, interroga quemlibet Hebræorum, cui magis ac-

B commodare debeas fidem. Et si nostra firmauerit, puto quòd eum non existimes cõiectorem, vt in eodem loco mecum similiter diuinarit.

Quæ cum ita se habeant. Hic ponitur quarta pars, in qua sermo ad lectorem conuertitur, & diuiditur in tres partes. Primo rogat, ne legentes eius intentionẽ peruertant, dicentes quòd septuaginta interpretes reprehendere intendat, secundò vt operis lectionem attendant, tertiò vt cum alijs hoc conferant. Secunda ibi. *Lege ergo primum*. Tertia ibi. *Certè si incredulus es*.

C *Quare D. Hieronymus transtulerit in Latinum sacram Scripturam. Quæst. XXX.*

PRIMA ponitur hic cum Hieronymus excusat se de peruersitate intentionis: dicebant enim aliqui quando Hieronymus transferebat libros istos Regum, & alios libros sacræ Scripturæ de Hebræo in Latinum, vt demõstraret septuaginta interpretes esse reprehensibiles, scilicet, ꝙ ideo scribebat, quia innuebat scripta septuaginta interpretum fuisse multum deficientia a veritate Hebraica: & ob hoc, quòd necesse erat alia nouiter transferri de Hebræo in Latinum: sic patet in Prologo super Iosue, qui incipit: Tandem finito: & in Prologo

D super Genesim, qui incipit: Desiderij mei. hoc autem quamquam verum sit, quòd scriptura septuaginta interpretum iam esset multum vitiata, & deficiens a veritate Hebraica, siue hoc esset propter ignorantiam interpretum, siue propter imperitiam translatorum: Hieronymus tamen non culpat septuaginta interpretes, nec in eorum ignominiam vult aliquid transferre: sed dicit, quòd sicut ipsi contulerũt aliquid in laudem Dei, & vtilitatem Ecclesiæ: ita ipse vult conferre aliquid licet minus.

Quæ cum ita se habeant. Idest, cum ista superiora de diuisione librorum per ordines suos vera sint, & ego laborauerim in transferendo istos libros, nõ existimet

E aliquis, quòd ego facio ad malum finem.

Obsecro te lector, ne laborem meum reprehẽsionem existimes antiquorum. Idest rogo, ne cogites, quòd istę translationes, quas facio sint ad demonstrandum antiquos, idest septuaginta interpretes fuisse reprehensibiles, & defectuosos, quasi ego introducã translationes meas, quia suę iam non sufficiant, aut inutiles sint, vel vitiatę, sed facio ad alium finem, scilicet, vt ego aliquid offeram de meo, sicut quilibet de suo.

Diuersa munera quæ offerebantur in tabernaculo Dei.

In tabernaculo Dei offert vnusquisque quod potest. Idest istam translatio non est facta ad concitandum inuidiam, sed voluit facere, sicut in tabernaculo Domini fit, quia quilibet ibi offert quantum potest: erat enim consti-

constitutum a domino in deserto Sinai quando constructum est sanctuarium, quòd Moyses loqueretur Israelitis, quòd tam viri quàm fęminæ offerrent domino in opus sanctuarij vnusquisque quod posset. Alij aurum & alij argentum, & sic de diuersis rebus necessarijs ad constructionem sanctuarij Exo. cap. 25. sic autem postea factum est quoniam quilibet offerebat quod poterat. s. principes Israel obtulerunt lapides preciosos necessarios pro vestibus sacerdotis: omnes autem alij quicũque haberent vasa aurea, vel argentea separauerunt illa in donaria domini: mulieres vero, quæ hæc offerre nõ poterant, quia fortè pauperes, quia in potestate earum non erant magna, obtulerunt byssum, & hyacinthum, & pilos caprarum & similia, de quibus Exo. 35. ca. sicut ergo in sanctuario domini non imponitur omnibus eadem oblatio, sed quilibet offert quantum potest, nec est aliquis quantumcunque pauperum sit, qui non posset aliqd offerre pro sanctuario domini: ita hic ad vtilitatem Ecclesiæ non oportet, ꝙ omnes æqualia bona faciãt, sed satis est, quòd quilibet aliquod bonum faciat, nec exigitur, quòd illud tantum sit quantum alij viri maximi contulerunt: sic enim Hieronymus ex humilitate dicebat hic, ꝙ quamquam translatio sua nullomodo comparanda sit translationi septuaginta interpretum, tamen aliquid proficiet in Ecclesia Dei: ideo penitus abijcienda non est, sicut qui in sanctuario domini offerebant pilos caprarum, non offerebãt tantum, quantum illi qui aurum præbuerãt, & tamẽ nullius oblatio refutabatur. Dicitur autem hic de tabernaculo. i. sanctuario, quia accipitur largè, non solũ enim pro tabernaculo offerebantur dona ab Israelitis in deserto, sed etiam pro toto sanctuario: illud tñ vocatur tabernaculum large: nam tabernaculum est domus quædam facta de tabulis, & operta cortinis atq; alijs velamentis inter Iudæos extra ꝙ erat atrium, ꝙ continebat magnam quantitatem circundando tabernaculum, & istud non erat de tabulis, sed de colũnis, & velamentis. De tabernaculo habetur Exo. 26. cap. de atrio habetur ibidem. 27. cap. Dicitur etiam in tabernaculo domini vnusquisque offert quod potest. i. ad construendum tabernaculum. Nam ista oblatio deserti non fuit facta post cõstructionem tabernaculi, sed prius ut haberẽtur materialia ad constructionẽ.

Alij aurum alij argentum. Declarat, quòd non sit eadem oblatio omnium, sed quidam offerebant aurũ, & quidam argentum, & sic de singulis, quia omnia hæc necessaria erant, sic enim dixit Deus Exo. cap. 25. quòd offerrent aurum, & argentum, ęs & hyacinthũ purpuram coccumque bis tinctum, & byssum pilos caprarum, & pelles arietum rubricatas: pelles hiacinthinas, & ligna Setim, oleum ad luminaria cõcinnanda, aromata ad vnguentum, & thymiama, & lapides onichinos & gemmas. Singula enim horum pro fabricatione sanctuarij erant necessaria: aurum quippe ad multa erat necessarium, scilicet ad operiendam arcam laminis aureis, & ad faciendum propitiatorium, quòd erat copertorium arcæ de auro purissimo cum Cherubin. Etiam erat necessarium ad tegendum laminis aureis totum altare thymiamatum. Etiam ad tegendum mensam propitiationis, & ad faciendum coronas illius de auro. Etiam ad vasa vniuersæ mensæ, quæ erant de auro, & ad deaurandas tabulas tabernaculi cum vectibus, & ad vestes sacerdotis magni: omnia enim hæc aurum exigebant: Exodi capitulo vigesimoquinto. Argentum verò necessarium erat pro uasibus tabularum tabernaculi. Etiam pro capitibus columnarum, & uasibus, quæ erant intra tabernaculum. Etiam pro quibusdam capitelis aliarum columnarum, quæ erant in cir-

F cuitu tabernaculi in atrio.

Et lapides preciosos. Isti offerebantur pro vestibus summi sacerdotis, quia non erat aliquid alterum in in toto sanctuario, in quo ponerẽtur lapides preciosi, nisi in istis: ponebantur namque duo onichini super duos humeros sacerdotis in ephod, in quibus scripta erant duodecim nomina filiorum Israel per tribus suas: sex in quolibet lapide. Erant autem pręter hos alij duodecim lapides preciosi diuersarum specierũ, qui positi sunt in rationali super pectus sacerdotis: & erant ibi scripta duodecim nomina filiorum Israel. Fuerunt autem oblati isti lapides a solis principibus, eo quòd erant magni valoris: & non poterant populares talia offerre, Exo. 36. cap. sic igitur in beato Hie-

G ronymo quamquam alij offerant aurum, & lapides preciosos, ipsę saltem vult offerre pilos caprarum, qui sunt minimi valoris: aliquid tamen valent.

Alij byssum, & purpuram. Hic ponuntur aliæ oblationes, s. in filis & erant fila multorum modorum, s. byssus purpura, hyacinthus, & coccus bis tinctus: est enim byssus genus lini candidissimi, cui nullus color superadditus erat. Tale autem linum reperitur in Aegypto, & istud proficiebat in sanctuario ad texturam velorum circundantium atrium in circuitu, quæ fiebãt de sola bysso: pręterquam in introitu, vbi erat tentorium magnum, quod trahebatur pendens: & istud erat multorũ colorum, s. de quinque, vt de bysso

H hyacintho, & purpura coccoque bis tincto, & auro. Proficiebat etiam byssus ad decem cortinas quæ fiebant super tabernaculum operientes illud totum immediate. Etiam proficiebat ad vestes sacerdotales, quę ex maiori parte erant de bysso. De his patet Exo. 26. & 27. Purpura quoque offerebatur, quia illa proficiebat ad vestes sacerdotales sacerdotis magni: etiam ad decem cortinas tabernaculi & ad tentoriũ quod pendet in introitu tabernaculi, & ad tentorium quod erat in introitu atrij. Hæc enim habebant purpuram cũ alijs coloribus quatuor, scilicet hyacintho & auro coccoque bis tincto, & bysso retorta.

Byssus quid.

Et coccum offerunt, & hyacinthum. Idest etiam quidã offerunt de cocco & hyacintho: est enim coccus filum valde rubeum, quoniam bis rubricatum est vt

I rubedo eius nimis intensa appareat: & ob hoc vocatur vt communiter coccus bis tinctus. Hyacinthus dicitur esse genus filorũ, vel lanæ quasi coloris aerei, siue cęlestis, quamquam hyacinthus aliquando accipitur pro lapide, & aliquando pro flore. interdumq; pro puero: sed non pertinet hoc ad præsens, quia solum accipitur hic pro lino: purpura autem dicitur esse species huius lini coloris rubei declinantis ad nigritudinem. De quibus omnibus magis declaratum est Exo. 25. c. Erant autem necessaria coccus, & hyacinthus ad illa eadem, ad quæ purpura conueniebat, vt supra dictum est.

Hyacinthus quid.

Nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles, & pilos caprarum. Idest alij, qui ditissimi sunt offerunt aurum & argentum: nobis autem quia pauperes sumus satis

K bonum erit, si potuerimus offerre pilos caprarum, & pelles.

De operimentis tabernaculi. *Quæst.* XXXI.

IN quo humiliat translationem suã, dicens trãslationem septuaginta interpretum esse tanquã aurum, & lapides preciosos: suam vero tanquã pelles & pilos caprarum. Ponit autem de istis, quia iusserat Deus offerri pelles arietum rubricatas, & pelles hyacinthinas, & pilos caprarum, vt patet Exodi cap. 25. Erant autem ista necessaria, quia in tabernaculo Domini erant quatuor velamenta.

Primum

Primum erat de cortinis, & istud erat contextum de filis auri, purpuræ, hyacinthi, & de cocco byssoque retorta. Secundum operimentum erat de sagis, q̃ sunt aspera facta de pilis caprarum. Tertium erat de pellibus arietum rubricatis. Quartum de pellibus hyacinthinis, & istud erat superpositum omnibus. De his operimentis habetur Exod. c. 26. Pro his igitur oportebat offerri pilos caprarum, vt inde fieret secundū operimentum. s. sagorum. Etiam ꝙ offerrentur pelles ad faciendum inde operimenta. Possunt autem intelligi istę pelles, tam de pellibus arietum rubricatis, quā de pellibus hyacinthinis, quia vtraq; species pellium ad sanctuarium pertinebat: minimum tamen, quod offerri poterat erat in pilis caprarum, sed hoc Hieronymus dicit sibi esse satis, si offerre potuerit pilos caprarum, idest si opus suum in transferendo fuerit saltem tantæ vtilitatis, vt pilis caprarum æquiparari valeat cōparata translatione 70. Interpretum ad aurum, & ad lapides preciosos. In hoc autem multum se humiliat Hieronymus, quia translatio eius melior erat, quam 70. Interpretum, sed ipse de propriis se iactare noluit.

Et tamen Apostolus contemptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Demonstrat hic vtilitatem operis, scilicet, quòd quamquā tale sit, quòd pellibus, & pilis caprarū comparari debeat, & non alicui rei maioris precii: tamen nimis necessarium est, sic enim declarat Apostolus, scilicet, quòd illa, quæ sunt magis contemptibilia sunt magis necessaria, & vtiliora: sic patet prima Corinth. cap. 12. s. sed multo magis; quæ videntur mēbra corporis infirmiora esse necessaria sunt, & quæ putantur ignobiliora membra esse corporis. opus igit̃ Hieronymi, quod paruum erat, & contemptibile secundum modum loquendi suū humiliando se erat multum necessarium, eo quòd quando aliqua opera altissima sunt, & magna, & per se ipsa intelligi non valent, sed alia oportet præcedere minoris speculationis, per quæ tanquam per principia intelligantur: sic enim posset esse de translatione Hieronymi ad trāslationem septuaginta Interpretum, scilicet, quòd supponatur translatio Hieronymi pro trāslatione Interpretum. Alio modo potest intelligi, quòd tacitè Hieronymus hic laudet opus suum non quidem extollendo, vel enunciando aliqua maiora, quam sint, sed declarādo quid in eo sit. Et dicitur, quòd erat magis necessarium, quam translatio Interpretum. Illa enim, quamquam antiqua esset cum vitiata erat nimis, nec poterat intelligi conuenienter, nisi posita translatione Hieronymi, quæ penitus sequitur hebraicam veritatem, & in hoc est perfectio alicuius translationis, secundum quòd magis, vel minus sequitur exemplaria. *Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo.* Declaratur hic, quòd quamquam opus suum sit tanquam pili, & pelles, non tñ est a sanctuario domini abijciendum, nec vitiat pulchritudinem illius, quia quantumcunq; esset pulchrum sanctuarium, tamen pellibus tegebat, quod non fieret si istę tollerent pulchritudinem, ergo ista, quę imperfecta sunt, multum sunt necessaria. *Per singulas species præsentis Ecclesiæ.* Idest Ecclesia, vel tabernaculum fabricatum a Iudæis in deserto in pulchritudine sua distinctionem, & partes varias Ecclesię præsentis, scilicet militantis designat, quia ad similitudinem rerū tabernaculi, illius ministri, & omnes gradus distincti sunt. Etiam ecclesia futura, idest cęlestis Ierusalem, quę vocatur ecclesia triumphans distincta est secundum distinctionem tabernaculi, & tamē omnia hęc teguntur pellibus, ergo maximę pulchritudini non repugnat esse simul cum pellibus, quæ de reb' contemptibilibus sunt. Hoc autem, quod dicit Hieronymus. s. ꝙ pulchritudo tabernaculi, & distinctio ecclesię pręsentis, & futuræ tegitur pellibus, accipiendū

A est in sensu mystico. Nam literalis sensus est, ꝙ ex istis efficeretur tabernaculum, in quo determinatus cultus Deo impenderetur, & mysticè tamen hęc trahere possumus ad significandum ea, quæ in militanti, & triumphanti ecclesia sunt. *Pellibus tegitur, & cilicijs.* Ista duo sunt aliquid contemptibile, & tamen conferunt quidquam ad pulchritudinem sanctuarii, & ponūtur hæc duo ad designandum sanctuarii multiplicia tegumenta, quæ quatuor sunt, scilicet cortinæ de filorū varietate, & saga de pilis caprarum, & ista vocantur cilitia, & vocantur sic, quia dura sunt. Tertium autem

B tegumētum est de pellibus arietum rubricatis, quod ponebatur immediatè super Saga cilicina. Quartum operimētum erat de pellibus hyacinthinis, quæ sunt pelles magnę, vt boum artificiosè nimis dispositę, & habentes colorem hyacinthinum, qui est aereus, vel cœlestis. *Ardoremque Solis, & iniuriam imbrium ea, quæ viliora sunt, prohibent.* Ponitur hic vtilitas rerum contemptibilium, scilicet, quòd contemptibilia proficiūt in sanctuario defendendo res pulchras ab omni distēperie temporum, vt ab imbribus, & ab ardore Solis, quod non faciebant partes pulchræ, cum seipsas nequeant defendere, & dicitur ab ardore Solis, quia Israelitę mouebantur per deserta Arabica, in quibus est magnus calor, steterantque ibi multo tempore. Quia igitur si sanctuarium haberet solum primum tegumētum de cortinis, quę erant pulchrę, & tenues arderet

Vtilitas rerum contēptibilium.

C totum sanctuarium, oportuit poni alia tegumēta desuper, & fuerunt posita tria, quę etiam proficiebant ad repellendum imbres, quod facere non potuisset aliquatenus primum tegumentū, quod erat de cortinis. Cum autem positum esset de pellibus hyacinthinis in parte superiori operimentum: imbres cadentes nō possent penetrare intra ipsum tabernaculū. *Lege ergo primum Samuel, & Malachim.* Hic ponitur secundū huius quartę partis, in quo orat Hieronymus auditores, vt operis lectionem attendant: nō negligentes ea, quę cum labore translata sunt. & dicitur lege Samuel primum, & Malachim meum, idest lege istos libros Regum a me interpretatos. Accedit hic specialiter Hie-

D ronymus ad dicendum de libris Regum, quos ipse transtulit cum magna difficultate, & cum deberet dicere, quòd legerent libros Regum illius, vel ab ipso translatos, dixit quòd legerent primum Samuel, & Malachim secundum modum loquendi hebręorū, qui diuidunt libros Regum in duo volumina, scilicet in Samuelem, & in Malachim: Samuel autem continet duos primos libros Regum, quare autem sic vocetur declaratum est. Duo vltimi Regum vocantur Malachim. i. Regum, quia ibi de multis regibus agit. Potest autem accipi hic primum, tanquam aduerbiū, vel tanquam nomen. Primo modo est sensus, ꝙ primum. i. a principio legant librum Samuel illius. i. ab illo translatum: deinde legant Malachim. i. libros Reg. Si accipiatur primum, tanquam nomen, est sensus, ꝙ

E legant primum Samuel. i. legant Samuel, qui est primus inter libros Regum: deinde legant Malachim. s. alios sequentes libros Regum, & iste sensus est literę. *Meum, inquam meum.*

Quare Hieronymus appellat libros Regum suos. Quæst. XXXII.

HIc enim asserit, quod dixerat: nam dixit ꝙ legerent librum Samuel suum. i. qui erat suus, & quia forte aliquis crederet hoc fuisse dictum ex inaduertētia Hieronymi, cum iste liber non sit suus, hic iterum illud asserit, dicens non fuisse ex errore, sed quia ipse asserere intēdit, ꝙ sit liber suus, non quidē suus, tanq̃ ipse ediderit,

C quia

quia hoc pertinet ad Samuelem, sed suus est, quia in illo vehementer laborauit transferendo, & quidquid aliquis cum labore magno habet, illud aliquo modo suum est, inquantum cognoscit labores suos in re illa. *Quidquid enim crebrius vertendo.* Hic assignat causam quare dicatur suus liber Regum, scilicet, quia nimis laborauit in illo, & hoc primo vertendo crebrius, idest multoties transferendo, nam cum non esset vna translatio conueniens, illa deleta aliam faciebat, quousque veniretur ad eam, quæ perfectè, & ad vnguem correcta esset. Hoc autem magis faciebat Hierony. in quibusdam libris, quā in aliis s̄m ꝙ difficiliores sunt ad vertendum de vno idiomate in alterum, vel s̄m ꝙ exemplaria corruptiora erant. *Et emendando sollicitius.*
G Idest istum librum Regum sollicitè nos emendauimus, & sollicitius, quā alios libros, ideo iste magis ꝑtinet ad nos, quia cum res facta pertineat ad aliquem s̄m laborem, quem in ea impendit, necesse est, ꝙ quāto amplius laborauerit, tanto illa res ad eum magis pertineat, & sit magis opus suū. *Didicimus, & tenemus.* Addiscere est via ad sciendum: tenere autem est habitualiter scire, & tunc est sensus, ꝙ quanto aliqd in maiori difficultate addiscimus, & scimus magis illud nostrum est, quod Hieronymo euenerat in lib. Regum. *Nostrum est, nostrum est.* Duplicat sententiam ex modo rhetorico ad affirmationem efficaciorem, scilicet, ꝙ verè suum est, & sine dubio id, quod crebro transtulit, & sollicitè emendauit. *Et cum intellexeris quod ante
H nesciebas.* Per hoc inducuntur legentes ad attentionē lectionis, & vt non maledicant Hieronymo, tanquam æmulo, scilicet, ꝙ cum ipsi legerint per translationem Hieronymi libros Regum, intelligent aliquid, qđ nūquam prius intelligere potuerant per alias translationes factas de Græco in Latinum. Hoc Hieronymus audet dicere, quia ipse sciebat alias translationes esse vitiatas, & propter hoc ipse transferre conatus est, & transtulit: sic enim demonstrat in Prologo quodam, super Paralip. s. si 70. Interpretum pura, & vt ab eis in Grecum versa est editio permaneret, superflue impelleres, vt tibi hebrea volumina Latino sermone trāsferrem. Quòd autem corrupte essent translationes declarat Hieronymus in eodem Prologo, & ēt in Prologo super Genesim, qui incipit. Desiderii mei ponēs
I aliquas auctoritates, quæ non habentur in translatione 70. Interpretum, & tamen hn̄r allegata a Christo & ab Apostolis, & habentur in hebręo. Oportuit igitur, ꝙ aliqua translatio fieret emendatissima, secundū quam verè haberentur omnia, quę erant in hebræo: talem autem existimat Hieronymus suam translationem, ideo illi, qui prius per translationes alias multa de libris Regum intelligere non poterāt, per translationem istam Hieronymi intelligent. *Vel interpretem me existimato si gratus es, vel paraphrastem si ingratus.* Idest quando aliquis intellexerit, plusquam intelligebat per istam translationem Hieronymi, poterit vocare Hieronymum interpretem, vel paraphrastem, & hoc nō simpliciter, sed si gratus est Hieronymo, vt gaudet de
K his, quæ translata sunt, vocabit eum interpretem. i. verè interpretantem sensum scripturæ, & declarantem illa, quæ fuerant prius ignota: si autem ingratus est Hieronymo, nec placet ei, ꝙ ista translatio facta fuerit, vocabit eum paraphrastem. i. transferentem verbū ex verbo. (Quis sit interpres.) Dicitur in Græco paraphrastes a para, ꝙ est iuxta, & phrasis, ꝙ est locutio, quasi iuxta locutionē. s. ꝙ sequitur totaliter verba alterius linguæ transferendo verbum ex verbo. Hæc enim de Hieronymo dici poterant, sed differebant, quia esse interpretem est verè transtulisse sententias vnius linguæ in aliam, ꝙ autem teneantur verba eadem penitus, vel totaliter similia modicum differt. Paraphrastes autem dicitur, q

F transfert verbum ex verbo, ita ꝙ nihil de verbis erratum sit: poterit tamen esse, ꝙ de sententiis modicum explicetur, ideo esse paraphrastem potest esse vituperium, quia pertinebit ad eū, qui aliqualiter nouit verba vnius linguæ, & alterius, ita vt de vna in alterā vertere posset: tamen sententias ignorat, & tunc dicetur hoc Hieronymo, quasi in quodam vituperio, quia ipse est paraphrastes, sed ipse in laudem conuertet, quia ex hoc pręsupponetur, ꝙ Hieronymus secutus sit penitus literam hebraicam, ꝙ translatio 70. Interpretū, & aliæ, quæ facte erant de Græco in Latinum non habebant: præsupposita tamen veritate litere, facilius ꝑueniri potest ad veritatem sententię, quam cum libri translati deficiant a continentia exemplarium. (Quis sit paraphrastes.)

Quamquam mihi omnino conscius non sim mutasse quippiam de hebraica veritate. q. d. qui legerit libros istos poterit me vocare interpretem, vel paraphrastem, quamquā fortè irrationabile est, ꝙ vocer paraphrastes, quia hoc esset si ego tenens literam hebraicam, quantum ad tenorem defecissem aliqualiter a sententia eius: dicit tamen, ꝙ hoc non egit, quia nō est sibi cōscius, quòd aliquid mutauerit de hebraica veritate. *Certè si incredulus es.* Hic ponitur tertium, vbi consuluit Hieronymus, quòd legentes hanc translationem conferant eā cum aliis translationibus Græcis, & Latinis, & sic poterunt scire, quæ verior sit, cum omnes simul postea contulerint ad veritatem hebraicam. *Certe si incredulus es.* Idest si fortè non credis, quòd ego transtuli secundum veritatem hebraicam, nihil de illa mutans, conferas inter se translationem meam, cum aliis translationibus, & sic videbis. *Lege Græcos, Codices, & Latinos,* Idest lege omnes translationes, quæ habentur tam in Græco, quàm in Latino, nam litera 70. Interpretum de Hebræo in Græcum translata primo fuit: deinde Latini ex Græco transtulerunt, & in vtrisque corruptio erat, licet maior in Latinis, cum illa processissent ex corruptis exemplaribus, sicut declarat Hieronym9 in Prologo super Genesim, scilicet, ꝙ veriores erant Codices Græci, quàm Latini. Erant quoque multæ alię trāslationes, scilicet Aqlę: Symmachi, Theodotionis, & vulgata editio, & sic de quibusdam, quas plurimę Gręcarum, & Latinarum Ecclesiarum sequebantur, sic patet in Prologo Hieronymi super Paralipom. qui incipit. Si septuaginta. Erat ergo inter se multitudo Codicum varia, non oportebat ad hoc, ꝙ sciretur, quæ essent translationes veriores, quòd omnes cōferrentur, & acciperetur sententia ex vtrisque. *Et confer his opusculis.* Idest compara omnes alias translationes translationi, quam ego facio de Hebręo in Latinum, & postea simul conferas ad linguam hebręam, quę est exemplar omnium istarum. Et dicitur hic, ꝙ conferantur his opusculis, quia Hieronymus non solum transferebat libros Regum de Hebręo in Latinum, sed etiam omnes libros veteris testamenti, & in singulis volebat, ꝙ fieret experientia. *Quæ nuper emendauimus.* Idest cum omnibus opusculis librorū supra enumeratorum. q. d. omnes libri qui sunt in canone hebræorum supra enumerati sunt, & quidquid extra illos est ad apocripha pertinet, vt patet ibi. omnes igit̄ istos Hieronymus intendit trāsferre, & cum iam magnam eorum transtulisset partem voluit, ꝙ conferrentur ad exemplaria, & translationes, tam Gręcorū, quā Latinorum. *Et vbicunque inueneris inter se discrepare.* Scilicet collatis sic inter se libris translatione Hieronymi, & aliis translationibus Grecorum, atque Latinorum, necesse est, vt quęratur fides ab aliquo alio, cum per dissonantiam quęlibet translatio earum in dubiū deducta sit. *Interroga quemlibet hebræorum, cui magis fidem accommodare debeas.* Idest in ista controuersia veritas inquirenda est ab Hebreis. Nemo enim alius verè,

re, aut rationabiliter respondere posset in hoc eo, ꝙ greci non sunt primum exemplar sacræ scripturę, nec Latini, sed Hebræi, ideo ad eos recurrendum est. *Et si nostra firmauerit, puto quòd eũ non existimes coniectorem.* Idest si hebræus inquisitus firmauerit nostra, idest nostra volumina dicendo, quòd illis potior fides adhiberi debeat, erit conclusum nostra volumina esse veriora. Nisi forte dicas, quòd Iudæus esset coniector, idest diuinator. s. ꝙ diuinaret, in quo loco nos errauerimus, & ipse voluerit ibi pariter errare, sed ego existimo, ꝙ hoc non dices, ideo necesse est, ꝙ confitearis nostra volumina magis fuisse secuta hebraicam veritatem, quam sequantur aliæ translationes.

Vt in eodem loco mecum similiter deuiaret. i. non existimabis Iudęum esse coniectorem ad hoc, ꝙ quamquã ipse enarrare vellet, posset errare in omnibus locis, in quibus ego errabam.

Translationem D. Hieron. optimam esse, ac veritati hebraicæ concordare ostenditur. *Quæst.* XXXIII.

EST enim sensus, ꝙ forte aliquis sequens translationem 70. Interpretum, vel alias trãslationes, ꝙ Iudæi corrupissent Bibliam suã, & ob hoc nõ haberetur sic apud eos, sicut apud interpretes, alias tamen debuissent habere, sicut interpretes, sed tunc dicit Hieronymus, quamquam voluerint Iudæi corrumpere Bibliam suam, tamẽ nõ erat verisimile, ꝙ ipsi solum corrumperent in illis locis, in quibus Hieronymus errabat: ita vt sic errarent, sicut Hieronymus? Nisi forte dicere voluerimus, ꝙ hebręi erant coniectores. i. diuinatores scientes, in quibus locis Hieronymus errare deberet. Sed ad hoc responderi posset, ꝙ 70. Interpretes transtulerunt ante Christi natiuitatem, cum esset Biblia Iudęorum adhuc integra. Hieronymus autem transtulit post Christi mortem magno tempore, vnde tunc Biblia hebræorum poterat esse corrupta, & sic Hieronymus transferens de Biblia hebręorum, secundum ꝙ ipsa tunc se habebat transferret errores. Ad hoc ipse respondit in Prologo super Genesim, qui incipit. Desiderii mei dicens nullo modo esse verisimile, ꝙ Iudæi corruperint Bibliam suam apponendo in ea quædam testimonialia, quæ ante non habebantur, vel sic non erant scripta, nã satis esset verisimile, ꝙ ipsi corrupissent aliqua loca amputando aliquod testimonium de Christo, quod ibi contra eos erat, vel illud peruertendo ad alium sensum, ꝙ cum ipsi receperint aliqua testimonia, quę ante non habebant, & illa sint contra eos, nequaquã est rationabile: talia autem erant illa, quæ deficiebant in Biblia 70. Interpretũ, & habebantur in Biblia hebręorum, & Hieronymi, vt ipse inducit in prææalleg. Prologo, ideo dicendum est, ꝙ illa fuissent prius in veritate hebraica. istud quidem verum est, sed nõ est, quod intendit hic litera. Dicendum igitur aliter. s. ꝙ Hieronymus intendit probare, ꝙ translatio sua sic continet, vt nunc est veritas hebraica, & præsupponatur, ꝙ illi, qui sequuntur translationem Interpretum vel alias, nõ dicunt Bibliam hebręorum esse corruptam, sed quòd trãslationes eorum sequuntur veritatem hebraicam, & non translatio Hieronymi, quo dato Hieronymus probat, ꝙ sua translatio sequatur veritatem hebraicã magis, quam aliæ, quod patet in ratione sua, scilicet cõferantur inter se libri translationis Hieronymi, & aliarum translationum, & cum discordauerint quæratur ab hebræo aliquo, non quidem dicendo translatio Hieronymi habet sic, & translatio septuaginta Interpretum sic, quę eorum verior est? Nam tunc posset hebræus fauorabiliter loquens approbare quam vellet. Sed quęratur aliter, scilicet quomodo in tali loco

Nõ est verisimile, ꝙ Iudæi corruperint Bibliam.

Determinatur.

A habetur in hebræo? & tunc Iudæus respondebit secũdum literam suam, & cognoscetur manifeste, quòd litera Hieronymi sequitur veritatem hebraicam, nisi forte diceretur, ꝙ Iudæus potuit diuinare sciendo in quibus locis Hieron. errauerat volens ibi similiter errare, sed hoc non stat, ergo translatio Hieronymi concordat hebręę veritati.

Sed & vos famulas Christi rogo, quæ domini discumbentis preciosissima fidei myrB rha vngitis caput, quæ nequaquam Saluatorem quęritis in sepulchro, quibus ad patrem Christus ascendit, vt contra latrantes canes, qui aduersum me rabido ore desæuient, & circueunt ciuitatem, atque in eo se doctos arbitrantur, si alijs detrahant, orationũ vestrarum clypeos opponatis. Ego sciens humilitatem meam, illius semper sententię recordabor, dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiã cum consisteret peccator aduersum me, obmutui & humiliatus sum, & silui a bonis. Psal. 38.

C *Sed & vos famulas Christi.* Ista est quinta pars huius Prologi, in qua orat Hieronymus Paulam, & Eustochium, vt contra detractores eum clypeis orationum suarum defendant, quia verbis pugnare non vult.

Cur D. Hierony rogat Paulam, & Eustochium, vt pro se ipsæ orent. *Quæst.* XXXIIII.

ROGAT autem hic Paulã, & Eustochium, quia eius precibus scribere inchoauerat libros Regum, multos quoque alios libros, & ferè oẽs prophetales Hieronymus transtulit propter Paulam, & Eustochiũ, vt patet in Prologo super Iosue, vocat autem hic Paulam, & Eustochium famulas Christi, quia istæ duæ erant fœminę Romanæ magnæ sanctitatis. s. Paula mater, & Eustochium filia, erantque magni generis inter Romanos, atque ditissimę, quę venerunt in vrbem Ierusalem ad visitandum terram Sanctam, & morabant̃ in Bethlehem, fecerũtque tria monasteria fęminarum, ibique ambę defunctę sunt. De historia harum latius declaratum est in Prologo super Iosue. *Quæ domini discumbentis preciosissima fidei myrrha caput vngitis.* Declarat qũo ipsę orare debent, quia orationes earum exaudientur, cum vngant caput dñi discumbentis myrrha. Aliqui libri habent hic myrrho, & significat vnguentum, sed ẽt si ponatur myrrha non multum differt, quia forte myrrha est aliquod de materialibus vnguenti, de quo E hic Hieronymus agit: dr̃ autem, ꝙ istę vngunt caput domini. i. caput Christi discumbentis, non quidem dr̃ hoc s̃m literam, quia Paula, & Eustochium, nũquam viderunt Christũ in carne ad hoc, ꝙ possent caput eius vngere, sed fit metaphora de Magdalena. Nam ipsa vnxit caput domini vnguento, ita istę dicuntur vngere quantum ad fidem, & est metaphora. De Magdalena. n. bis legitur, ꝙ dñm vnxerit. Primo vnxit pedes illius vnguẽto, & rigauit lachrymis, cũ discumberet in domo Simonis leprosi, & tunc fuerũt ei remissa peccata. Luc. c. 7. Scđo aũt vnxit caput dñi in Bethania, cũ discũberet Christus cũ discipulis suis pauloante passionem eius, & tunc vnxit in capite. Matt. 26. c. de ista vnctione fit translatio ad Paulã, & Eustochiũ, qa sicut Magdalena vnguẽto vnxit, ita Paula, & Eustochium

D

Sanctę per ionæ quo vngunt Christi caput myrrha.

Magdalena bis vnxit Christũ myrrha.

vngebant lachrymis orationum,& fide,& per hanc fidem ita complacebant Deo, ficut Magdalena per effusionem vnguenti. *Quæ nequaquam quæritis Saluatorem in sepulchro.* Ista non attinent ad principalem intentũ Hieronymi,sed solum facit drĩam inter eas,& Magdalenam.s.ꝙ perfectius se habebant ipsę. Nam Magdalena vnxit vnguento,istę autem vnxerunt fide, quę ꝑfectior est.ponitur secunda drĩa,quia Magdalena non erat tam instructa in fide, sicut istæ duæ fęminę: nam Magdalena quærebat Christum in sepulchro, nondũ credens eum resurrexisse: istę autem fęminæ sanctæ non quærunt Christum in sepulchro, quia sunt perfectè informatę de eius resurrectione,ideo dr̃ nequaquã quęritis Saluatorem in sepulchro.i.non quæritis vos illum in sepulchro,sicut quęsiuit Magdalena:de hoc hr̃ Mat.28.& Marc.16.c. *Quibus iam ad patrem Christus ascendit.* Hic ponitur tertia drĩa inter istas sanctas fęminas, & Magdalenam.s.quia excellebant eam in fide quantum ad hoc, ꝙ credebãt Christum ascendisse ad patrem,& esse eiusdem dignitatis cum patre: Magdalena autem quamquam inuenit dñm in horto resurrexisse,non tñ credebat eum esse Christum, sed putabat eum esse hortolanum, & petebat ab eo, an sustulisset Christum de monumento,vt patet Io.20.c.ideo dixit ei Christus,noli me tangere, nondum.n.ascendi ad patrem.i. tu non credis, ꝙ ascendi ad patrẽ meum, vel ꝙ iam resurrexi, sed quæris me, tanq̃ mortuum, ideo non es digna,vt me tangas. Ideo dicitur in laudẽ istarum,ꝙ Christus iam ascendit ad patrem istis, idest quantum ad existimationem istarum. In hoc ergo cũ istæ deuotæ fęminæ excedant Magdalenam in trib⁹: dignum est,vt orationes earum exaudiantur,cum orationes Magdalenæ exauditæ fuerint, & ob hoc petit ab eis,vt pro se orent contra detractores. *Vt contra latrantes canes.* Est sententia suspensiua.s.oro,vt opponatis clypeos orationum vestrarum contra canes latrantes.s.contra ęmulos meos, & detractores. Vocantur autem detractores canes, quia canis est animal valde litigiosum,& semper murmurans,ita etiam detractores semper mugiunt,& ad omnia litigiosi sunt,etiam vocantur latrantes,quia ad canem latrare pertinet, sic ad detractorem alterius facta maledictis verbis,aut diminuere,aut obumbrare. *Qui aduersus me rabido ore desæuiunt.* i.valde sęuiunt in me.i.semper maledicta apponendo,& intentionem meam deprauando.Dicuntur autem rabidi ad modum canum, quia rabies.i.quidã impetus animi eos incitat,vt ista faciant. *Et circueunt ciuitatem.* Ista est transumptio de canibus, qm̃ dicit̃ de eis,ꝙ ad vesperam famem patientur,& circuibunt ciuitatem,ita etiam de istis dr̃,ꝙ circueunt ciuitatem,vt quęrant quem deuorent,vel contra quem latrent.De canibus latrantibus,& circueuntibus ciuitatem habet̃ Psal.58.Conuerterentur ad vesperam, & famẽ patientur,vt canes,& circuibunt ciuitatem. Isti autem detractores ciuitatem, quæ est bonorum congregatio circueunt quærentes contra quem murmurare possent. *Atque in eo se doctos arbitrantur,si alijs detrahant.* i. isti solũ extimant se esse sapientes cum praue dixerint de aliis sapientibus.

Detractores uocant canes.

Conditio æmulorum pessima. *Quæst. XXXV.*

Est quippe ista quorundam hominum sęua, atque praua conditio.s.vt tũc solum se bonos existiment, si de aliis bonis praua enuncient, & tunc dũtaxat se quicquam scire opinant̃, cum virorum sciẽtum famam denigrauerint eorum detrahentes magnitudini. Quod quidem accidit ex duobus. Primo,quia quando aliquis sapiens est, quasi in immensum,quamquam alii sapientes sint aliqualiter,ad tantam tamen collati magnitudinem nihil esse videntur,ideo ne alios excedere tantum videatur, conantur eius excellentiam verbis maledictis, & vultu maleuolo diminuere, vt cum ipsi in conspectu aliorũ excellentium virorum depresserint magnitudinẽ, ipsi incipiant iam aliquid esse, qui ante hoc nihil fuisse videbantur: hoc autem gaudium est illis cum apparere aliquid esse delectabile,atque desiderabile est.Secũdo detractores gaudent de aliis perperam enunciando: qm̃ cum ipsi ꝑ se non sufficiant aliqua magnifica exercere opera quibus eorum nominis celebritas propagaretur, saltem excellentium virorum opinionẽ maledictis quibusdam infirmare,aut diminuere conant̃, vt hoc ipsum eos scientes esse probet, quod ꝯtra magnos viros conari queunt. *Orationum vestrarum clypeos opponatis.* i.rogo, vt opponatis clypeos orationum cõtra ęmulos detractores,ne male lacerent,est enim ista metaphora tracta a cane,siquem.n.rabidus canis inuaserit interposito obiectoque clypeo munietur, ita & cum Paula,& Eustochium orationes suas,vel clypeos ꝯ detractores opponerent nihil obesse possent Hieronymo.s.vel quia meritis istarum sanctarum fęminarũ Deus coerceret detractores, ne loquerentur quicquã ꝯ Hieronymum, sępe.n.Deus aliquorum compescit linguas,vt etiam inuiti tacere cogantur, vel aliud loq quam velint.Sic patet de Balaam, qui hebręos maledicere conabatur:Deus tñ versa vice cogebat eũ benedicere, vnde ipse dicebat ad regem Moab, si dederit mihi Balac domum suam plenam auri,& argenti, nõ potero immutare verbum dñi Dei mei,vt plus,vel min⁹ loquar. Nu.22.& 24. Aliter fieri poterat.s.ꝙ quamq̃ Deus ꝑmitteret detractores maledictis infestare Hieronymum, tñ eorum mordacitas eum non lęderet.s. adimendo aliquam fidem, vel auctoritatem trãslationi eius, sed magis faciendo, ꝙ ex istorum considerationem haberetur maior occasio auctoritatis translationis Hieronymi, cum per hoc pateret verã esse eius translationem,& illos maleuole conari. *Ego sciens humilitatem meam.* Dat causam Hieronymus hic quare debeat orare Paulam,& Eustochiũ, vt opponant clypeos orationum suarum ꝯ detractores.s.quia ipsi non debebãt respondere illis, poterant.n.dicere Paula, & Eustochium,ꝙ non erat opus, vt ipse orarent ꝑ Hieronymo ꝯ detractores, sed magis, vt ipsę eos verbis confutaret illos falsitatis conuincendo,ipse autem respondet, ꝙ non conuenit ei verbis impugnare maledicos.Hoc autem ꝑꝑ duo. Primo,quia vir humilis potius debet opprobria sustinere,quam exprobrantibus respondere,secutus Saluatorem, iuxta illud 1.Petri.c. 2.s. Christus passus est pro nobis relinquens exẽplũ, vt sequamur vestigia eius,qui cum malediceretur nõ maledicebat,cum pateretur non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniuste.Hanc causam tangit Hieronymus in lr̃a dicens: ego sciẽs humilitatẽ meã, idest humilitatem,quam decet me seruare. Secunda causa est,quia dato, ꝙ Hieronymus vellet detractoribus respondere,fieret prorsus impossibile. Nam cum vni responderet, alii insurgerent nouam calumniam afferentes, nec in his vllus fieret modus, sed potius in infinitum abeundum foret,nisi taciturnitas vniuersas calumniosas acclamationes compresserit. Dicitur ergo, quòd orarent pro ipso, quia non erat aliud remedium,eo quòd non decebat eum verbis litigare, quia ipse erat sciens humilitatem suam,idest sciebat quam humilitatem oportet eum obseruare secundum professionem suam.i.paruitatem status sui, scilicet, ꝙ nõ erat tam potens,vt omnibus mordacibus silẽtium indicere posset.Sed primus sensus melior est. *Illius sententiæ semper recordabor.* i.quia nullum aliud rẽmediũ hẽo, recurram ad illam sententiam Psalmi, quę cõtra maledicos

ledicos subticendum monet. *Dixi custodiam vias meas.* In istis versibus propheta admonet taciturnitatem,& hn̄r in Psal.38.& dr̄. Dixi.i.in corde meo proposui,& determinaui. Custodiam vias meas.i.ꝙ custodire viā meam,diligenter me habendo in omnibus actionib⁹: via.n.dr̄ esse ipsa humana operatio,qm̄ per eam procedimus in essendo, sicut via est nobis medium in ambulando. Dicitur autem aliquis custodire vias suas,qm̄ diligenter obseruat ne in aliqua actione appareat reprehensibilis, & quamquam hoc in omnibus actionibus tenendum sit,principaliter tn̄ in lingua, quia ipsa principium est malitię, & difficile est eam frenari,vnde non peccare in lingua perfectio est magna, sicut declaratur in canonica Iacobi.c.2.& Eccle.14.dr̄.Beatus vir,qui non est lapsus verbo ex ore suo,nec stimulatus est in tristitia delicti.Ideo subditur in litera.

De taciturnitate.

Vt non delinquam in lingua mea s. hoc principaliter obseruo in viis meis, vt nō delinquam in lingua mea, scilicet loquēdo aliquid superfluum, vel pniciosum: & sic Hieronymus obseruat, quia si ipse contenderet contra ęmulos in verbis poterat errare in lingua sua dupliciter. Primo,quia forte ex zelo cōmotus in malos aliquid durum proferret; quod non pertineret ad virum sanctum, essetque in eo delictum,vel aliter,qa etiam si non proferret aliquid durè, tn̄ quia ad eum pertinebat magis subticere,quam loqui fortassis esset reprehensibile in ipso,ꝙ se defenderet. *Posui custodiam ori meo*. i.posui clausuram super os meum.s. vt non loquerer. *Cum consisteret peccator aduersum me*. i. qn̄ erāt iniqui obseruando verba mea,si quid loquerer,vt me durius impugnarent, tunc.n.vtilius erat subticere, & sic peccatores.i.detractores consistebant contra Hieronymum maledicta in eum iacientes:ideo si ipse conaretur eis respondere, ipsi magis infestarent eum, qm̄ nihil aliud ipsi obseruant, nisi vt loqueretur Hieronymus, vt sic ex eius responsione sumerent occasionem eum magis vexandi. Vocantur autem detractores peccatores,qm̄ iniqua intentione agunt. *Obmutui, & humiliatus sum*. i. cum viderem detractores insidiantes, vt raperent verbum ex ore meo obmutui.i.factus sum,sicut mutus nihil omnino loquens, & sicut homo non habens in ore suo redargutiones.Dr̄ ēt:humiliatus sum.i.inclinaui furorem meum. Nam cum qs detractorum maledicta recepit iniuriam sentit,ad cuius prosecutionem commouetur ira, iuxta Aristot.7. Ethi.ira autem est ad magnum,& arduum, ideo cum quis debet exposcere vindictam de hostibus, eleuaē cor eius ad aliquid arduum,vt illud prosequatur. Cū vero per mansuetudinē illi passioni repugnamus de-

A sistentes a vindictæ prosecutione humiliamur, quia non prosequimur illud arduum,quod prius prosequebamur, & sic cum quis detractorum verbalem iniuriam passus pro maledictis maledicta non rependit prorsus subticens,dicitur humiliari,quoniam hoc nō fit sine quadam fractione animi, qua virtuosus insurgentes animositates, & calidos furores comprimit. Etiam dicitur humiliari qui alio in eum probra cōijciente omnino subticet,quia cum patiens sit inferius, & humilius agente,& iste solum patiens sit aliū agere permittens humiliatur. Potest alio modo accipi humiliatus passiue.s.ꝙ ab alio humiliatur, & hoc modo dicitur aliquis humiliari.i. deprimi a statu suo, vel dehonorari,& iste modus est vsitatus in lege.Dr̄ namq; aliquis humiliare virginem,quando deflorat eā, quia facit iam eam esse minoris honoris, sic patet Deuter. c.22.cum dicitur,ꝙ vir lapidibus obrueretur,quia humiliauit vxorem proximi sui.i.dehonorauit eā cognoscendo eam,& agitur ibi de puella desponsata nondū tradita viro suo,& iterum ibidem, & habebit eā vxorem,quia humiliauit illam, nec poterit dimittere cunctis diebus vitæ suæ,& isto modo posset dicere Hieronymus humiliatus sum.i.dehonoratus sum.s.a detractoribus. Sed prior sensus melior est. *Et silui a bonis.i.*

Humiliari qn̄ quis dicatur.

B

C quando consistebant contra me detractores silui a bonis.i.etiam si aliqua bona dicere potuissem illis, tamē silui. Ista cautela magna est.s.ne incitaret ad dicendū alia duriora:debet enim quisque attendere quādo est in passione irę, ꝙ etiam si rationabiliter loqui posset, subticeat.Nam motus iræ fortissimus est. Et cū quis semel irę habenas cōcederet, laxaretur in immēsum, & non solum ea,quę iusta erant diceremus,sed etiam quędam alia acriora,& mordaciter prolata, quę culpa non carent:melius ergo est,vt a bono desistamus,quā vt malum faciamus. Similiter autem, & in passione concupiscentiæ venereæ est,nam siquis in verbo efficax est ad sanctam admonitionem, atque consilia, & exemplo vitæ valde imitabilis, ita vt communicās ad aliquas fęminas nō modicum communicationis suæ fructū expectare posset,si tamen libidinis tumultu adhuc deprimitur,vel nimis affligitur, ita vt communicatio illa occasio incidendi in vitia illi sit, non debet huic vacare cōmunicationi: sic enim Apostolus monet.s. Caue ne & tu tenteris.i.quādo volueris aliquos tentatos consolari: caue ne ex hac consolatione tibi tentationis insurgat occasio,ideo Hieronymus etiā si aliqua vtilia in respōsione ad ęmulos suos dicere posset,elegit potius subticere ista bona,quam aliquid spiritu irę durum,aut mordaciter proferre.

Tacere debent irati.

D

Quare aliqn̄ cessandum est a bono.

E

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS

COMMENTARIA

In Primum Lib. Regum.

Troia a filiis Hectoris instauratur.

FVIT vir vnus de Ramathaim, Sophim, de monte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Ieroham, filij Eliu, filij Thohu, filij Suph, Ephratæ⁹, & habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen secundæ Phenenna. Fueruntque Phenennæ filij, Annę autem non erant liberi. Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret, & sacrificaret dño exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni, & Phinees, sacerdotes domini. Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditq; Phenennæ vxori suæ, & cũctis filijs eius, & filiabus partes: Annæ autem dedit partem vnam tristis, quia Annam diligebat. Dominus autem concluserat vuluam eius. Affligebat quoque eam ęmula eius, & vehementer angebat, intantum vt exprobraret, quòd dominus conclusisset vuluam eius: sicque faciebat per singulos annos cum redeunte tempore ascenderent ad templum dñi, & sic prouocabat eam. Porro illa silebat, & non capiebat cibum. Dixit ergo ei Elcana vir suus: Anna

F cur fles? & quare non comedis? & quamobrem affligitur cor tuum? Nunquid non ego melior tibi sum, quam decem filij?

FVIT *vir vnus*. Hic incipit primus liber
G Regum: de cuius continuatione ad pręcedentes libros, & de continentia eius dictũ est in Prologo nostro in principio: sciendũ tamen, vt in expositione, & litera Prologi præcedentis Galeati patet, ꝙ liber Regum aliter apud nos, & aliter apud hebræos accipitur. Nos enim omnes quatuor libros Regum in vnum volumen cõ
H pingimus vnico nomine appellantes, scilicet libros Regum, vel regnorum. Iudæi autem in duo volumina secant, quorum primum Samuel librum vocant ex causis supra assignatis, qui continet duos primos libros Regum. Secundum autem apud eos Malachim appellatur, idest liber Regum, quoniam de re-
I gnis tractat multorum Regum Iudæ, & Israel: hos autẽ libros duplices Iudæi faciunt. s. diuidentes Samuelem in duos, & Malachim in totidem, & sic faciunt, sicut nos quatuor libros Regum.

Considerandum vlterius, quòd materia istorum librorum Regum est ipsa temporalis successio gestorum Regum Iudæ, & Israel, bellorum, prosperitatũ, & calamitatum temporaliumque euentuum, & ista
K eadem est materia in libris Paralipomenon, vnde illi libri non differunt ab istis, nisi sicut libri principales, & recapitulatiui, vel suppletiui. Nam in libris Regum principaliter describuntur ipsę temporum historię. In libris aũt Parali. q̃ p singulos reges hic deficiũt, supplent, ideo inuenti sunt libri Paral. pp libros Reg. sicut completiuum pp id, quod ab ipso completur. Et propter hoc debuit primo poni cõtinentia librorum

Materia huius lib.

Regum,

Regum, deinde nullo interposito, sequi debuerunt libri Paralip. tanquam eiusdem temporis historię, & ad idē pertinentes. Iterū aūt diuiduntur lib. Reg. in duas partes, qm̄ primo ponuntur libri, in quibus describit̄ vnicum regnum in Israel. s. vnico existente rege apud totam plebē, deinde subduntur libri, in quibus historia regni iam diuisi continuatur. Secundum est in 3. & 4. Reg. & ista est alio mō diuisio p duos libros principales, qui sunt apud hebræos, diuidunt namq; libros Regum in librum Samuel, & Malachim. Liber autē Samuelis cōtinet primos duos libros Regū. Liber aūt Malachim continet duos secundos. Iterum diuidit̄ liber iste in duas partes, quia primo agit̄ de regno inchoante, sed non permanente in tribu Beniamin. s. in domo Saulis, secundo agit̄ de regno incipiente, & permanente in domo Dauid. Scđa incipit in principio secūdi Reg. Iterū prima in duas, qm̄ primo agit de principatu Iudicum, q̄ pcessit ad principatū Regum, scđo inchoatur de ipso principatu Regū. ĩ. ca. 9. nā hic primo agit̄ de Samuele regente Israel, qui erat tanquā iudex: secūdo de Saule, qui assumptus est in regē, & qm̄ mutatio principatus de iudiciali in regale habuit originē, & occasionē ex pctō filiorū Samuelis, ideo primo agit̄ de vita, & bonis actibus Samuelis, secūdo de iniquitate filiorum eius. ĩ. c. 8. & qm̄ sicut mutatus est principatus de Samuele in Saul pp peccata filiorum eius, ita quoque mutatus est de domo Heli īmediate in Samuelē pp scelera filiorū Heli. Agitur primo de natiuitate Samuel. Secūdo de iniquitate filiorū Heli in administratione officii sacerdotalis. ĩ. intra. c. 2. ibi. *Porro filij Heli.* Prima aūt diuiditur in tres partes, qa primo ponitur Annę matris Samuelis petitio: scđo petitionis exauditio: tertio gratiarum actio. Secunda ibi. *Cognouit autem Elcana.* Tertia ibi. *Exultauit cor meum.* Prima in duas, quia primo ponitur petendi occasio: scđo ipsa petitio, ibi. *Surrexit autem Anna.* Circa primum ponitur occasio petendi. s. quia mater Samuelis erat sterilis, & reputabatur sterilitas ignominia, ēt qa ęmula sua. s. Phenēna altera vxor viri sui instigabat eam ad amaritudinem, vnde dr̄. *Fuit vir vnus.* Iste vir est pater Samuelis, qui vocatur Elcana, vt infra dicitur.

Diuisio libri.

Diuisio p.

An pater Samuelis fuerit de stirpe Iuda, vel Ephraim, vel de Leuitis. Quæst. I.

QVAERET aliquis de isto patre Samuel, de qua progenie fuerit, vt sic sciatur de stirpe Samuelis. Aliqui. n. volunt, q̄ fuerit de tribu Iuda. s. de progenie Ephrata, quę fuit vxor Caleb, ideo vocant ipsum ĩ. in lr̄a Ephratęum. i. de progenie Ephrata. Vocat̄ aūt Ephrata, vel Ephrat vxor Caleb. 1. Paral. c. 2. & quia illa assumpta erat in vxorem a viro tribus Iuda, necesse erat Elcana pertinere ad tribum Iuda. Alii dicunt, q̄ Elcana erat de tribu Ephraim, quod patet ex duobus: primo qa dr̄ hic, q̄ fuit vir vnus de mōte Ephraim. i. qui erat oriundus de terra Ephraim, qui vocat̄ mons, sed inter Iudęos erat terra diuisa in 12. sortes sicut erāt 12. tribus, & istę sortes pmanebant semper diuisę. s. q̄ terra vnius tribus, nunq̄ deuoluebatur ad aliā tribum, sicut patet Nu. c. vlt. cū dr̄ non sibi permisceantur tribus, sed pmaneant hr̄ditates in familiis, & ita maneāt, vt a dn̄o separatę sunt, ergo hoc mō illi, qui haberent possessionem in terra Ephraim, & habitationē essent de terra Ephraim, & de progenie. secundo patet, quia ĩ. dicitur de Elcana, q̄ erat Ephratæus. i. de Ephraim, sed hoc denotat genus, ergo de tribu Ephraim erat. Alii autem dicunt ē ɔ̄rio. s. q̄ fuit Elcana de genere sacerdotali. Nam Samuel habuit officium sacerdotale, cum sæpe immolauerit domino, vt patet infra 7. c. sed istud est officium sacerdotale, quod sub pęna mortis

A nullus poterat vsurpare, sed soli, qui de tribu sacerdotali erant hoc faciebant, vt patet Num. c. 3. & 18. ergo Elcana erat de genere sacerdotali, quia alioquin non pertineret Samuel ad sacerdotes: nam non erat in veteri testamento, sicut nunc. s. q̄ quilibet posset ordinari in sacerdotem, sed soli posteri Aaron efficiebantur sacerdotes. Nulli autem de reliquo populo licebat accedere ad officium sacerdotale sub pęna mortis. Nu. c. 3. & 18. sic. n. interdum factum est in eis, qui vsurpabant sibi sacerdotium. s. Core, & sociis eius. Numer. cap. 16. sed Samueli licuit sacrificia facere, ergo pater eius erat de stirpe sacerdotali. Item patet hoc, quia Anna vxor Elcanę vouit domino, q̄ si daret ei filium

B consecraret illum sibi, vt maneret ministrans coram eo omni tempore: si tamen non esset de genere sacerdotali, non liceret ei facere hoc votum, quia sic vsurparetur sacerdotale officium, licuit tamē, & Deus acceptauit votum, ergo erat Elcana de genere sacerdotum. Item dato, q̄ diceretur Annam matrem Samuelis fuisse circa hoc ignorantem. s. quia nescierit, quid licebat ei vouere: tamen Heli sacerdos sciebat, q̄ non liceret Samueli ministrare coram domino, nisi esset de genere sacerdotali, sed permittebat eum ministrare, quia dicitur seq. c. Samuel autem ministrabat ante faciem domini puer accinctus Ephod lineo, ergo sacerdos erat. In contrarium dicendum, q̄ erat Samuel de stirpe Leuitarum, qui vocantur Caathitæ: erant. n. distincti Leuitæ in tres familias principales. s. Caathi- Opi. auct.

C tas, Gersonitas, Meraritas per nomina trium filiorum Leui. s. Caath, Gerson, Merari, vt patet Num. c. 3. & 4. & isti erant distincti a sacerdotibus, quia computabantur per se sacerdotes de genere Aaron, & seorsum cōputabantur tres familiæ Leuitarum distinctæ a sacerdotibus in officio, & iuribus inde prouenientibus, de vtraque autem harum distinctionum, satis patet Nu. 18. c. tam in litera, quàm in commento. Quòd autem sit Samuel de familia Caathitarum patet 1. Paralipo. c. 6. vbi ponuntur isti tres. s. Samuel, & pater eius Elcana, & auus eius Ieroboam, ergo non fuit de tribu Iudæ, nec Ephraim, nec de familia sacerdotali, sed simplex Leuita. Ad rationes in contrarium responden- Ad rōnes dū. Ad primam quando dicebatur, q̄ fuit Elcana de primę opi. progenie Ephrata, vt patet in Glosa ordinaria negan-

D dum est, nec est multū curandū de auctoritate cuiuslibet quantuscunque ille sit, si contra literam sacrę Scripturæ manifestè dixerit: sic enim est hic, cū expresse appareat de Elcana, q̄ esset de familia Caathitarum. Cum autem dicebatur, q̄ vocaretur Ephratęus ab Ephrata vxore Caleb, eodem modo negandum est: nam ēt si esset de tribu Iuda non denoīaretur Ephratæus ab Ephrata, quia nunquam est mos in sacra Scriptura denominari filios ex progenie matrum, sed patrum, nec computatur, aut describitur linea alicuius vnquam per progeniem maternam, sed per paternā: vnde & Saluator noster, q̄q̄ solam matrē in terris habuit, & neminem patrem, tn̄ linea generationis eius non descripta fuit per progeniem maternam, sed per

E progeniem Ioseph, qui non erat pater eius, sed a quibusdam putabatur, de quo Matt. c. 1. & Luc. cap. 3. de causa autem quare ista fiant satis declaratū est Num. ca. 27. ergo nō denominaretur hic Elcana Ephratęus ab Ephrata si illa esset mater.

Ad aliam rationem, qua inducebatur, quòd erat de Ad rōnem stirpe Ephraim, quia dicitur hic, q̄ erat vir de monte 2. opi. Ephraim. Respondendum est, quòd nō probatur ex hoc fuisse de stirpe Ephraim, sed dicitur de monte Ephraim, quia natus erat, & habitabat in monte Ephraim: Leuitæ namque non habebant per se aliquam sortem separatam de terra, sed acceperunt vrbes quadragintaocto, de vrbibus omnium tribuum,

ita ꝙ quælibet tribus dabat eis aliquas vrbes, vt patet Nume.cap.35. & Iosue 21. ideo necesse erat, ꝙ aliqui de sacerdotibus, vel Leuitis habitarent in sorte Ephraim, & aliqui in sorte Iudę Beniamin, Nephthali, & sic omnium tribuum: pater autē Samuelis erat de Leuitis habitantibus in terra Ephraim, ideo vocatur de monte Ephraim. Ad aliam rōnem, cum dicitur, ꝙ Elcana erat Ephratæus.i. de tribu Ephraim dicendū, ꝙ Ephratæus, prout est nomen denominatiuum de Ephraim potest signare duo.s. de tribu Ephraim, vel de terra Ephraim, secundum autem sensum facit hic litera cum vocatur Elcana Ephratæus. Ad alias rationes, quibus inducebatur, ꝙ Elcana erat de genere sacerdotali: respondetur ad primam cum dicitur, ꝙ Samuel fecit sæpe sacrificia, & hoc sibi licuit, ergo tam ipse, quàm pater eius erant de genere sacerdotali: dicendum ꝙ regulariter ista consequentia esset concedenda cum nulli alteri liceret facere sacrificia, nisi sacerdoti: q̄dam tñ fiebant interdum in veteri testamento per dispensationem contra Dei mandatum, sicut patet de constructione altaris, iusserat enim Deus, vt vnicum esset altare in terra promissionis, & quòd quicunque offerret hostiam, præterquam ad ostium tabernaculi, esset reus, tanquam si sanguinem effudisset. Leuit.cap.17. & Deuteronom. 12. Aliquando tamen altaria facta sunt extra sanctuarium, sicut Elias cōstruxit altare in monte Carmeli cum contenderet contra prophetas Baal, infra 3. lib.cap.18. Dauid quoque extra locum sanctuarii altare construxit, scilicet in area Areunam Iebusæi, infra 2. lib. capit.24. iste quoque Samuel ex mandato Dei extra locum sanctuarii immolauit, vt cum iussit ei, quòd offerret sacrificiū in Bethlehem, & tamen ibi nunquam fuit sanctuarium. De hoc infra 18.c. Sic igitur dicendum de Samuele, quòd licet sacerdotale officium nō licuerit ei ex progenie, tamen licuit ex diuina dispensatione, sicut quibusdā viris sanctis alia licuerunt, & hoc patet, quoniā in quibusdam istarum ministrationum sacerdotalium habetur præceptum expressum Dei, sicut de immolatione, quam fecit in Bethlehem, infra 16.c. De aliis igitur similiter credendum est, ꝙ Deus ei iusserit, quamquam non habeatur expresse, & totus populus credebat hoc illi licere, tanquam spiritu Dei incitato, cum esset vir propheta, ideo nemo illi dicebat, quare hoc faceret. Ad aliā rationem, cum dicebatur, ꝙ Anna mater eius vouit illum ad ministrandum coram domino, ergo licebat ei, alioquin non vouisset. Respondendum, ꝙ votum Annę fuit licitum.s. ꝙ ministraret filius eius coram domino; non tamen ex hoc sequitur, ꝙ erat sacerdos, quoniam quædam ministrationes ptinent ad sacerdotes, & quędam ad Leuitas, & Leuitę dicebantur ingredi in sanctuarium ad ministrandum, vel ministrare coram domino, sicut de sacerdotibus dicitur, vt patet Nu. c.3. & 4. non tamen vouebat Anna filium suum ad faciendum sacrificia, vel alia ministeria sacerdotalia. ꝙ autem Leuitę ministrarent corā dño, apparet Deut.18.c. vbi dr̄, ꝙ per tempora, & vices suas veniebant Leuitæ ad locum sanctuarii ad ministrandum, & ꝙ si aliquis de Leuitis vellet manere in loco sanctuarii semper stans coram domino ad ministrandum, ministrabit sicut omnes alii Leuitę, & dabitur ei portio. Idem apparet de tempore Dauid, in quo fuerunt Leuitæ distincti per diuersa tempora, & vices ministrationis, vt patet 1. Paralip.c.23. & 25. & 26. Ad has igitur ministrationes vouit Anna Samuelem, & sic apparet eum non esse sacerdotem. Ad aliam rationem cum dicebatur, ꝙ Heli sacerdos nō permitteret Samuelem ministrare coram domino, nisi esset de sacerdotibus. Dicendum, ꝙ non permitteret eum ministrare in officio sacerdotali, permitteret tñ in officio

Ad tertiā.

F Leuitico, quia erat ei conueniens ex progenie, & de isto intelligendum est, qñ dr̄ seq.c. ꝙ Samuel ministrabat ante faciem dñi puer accinctus Ephod lineo. Aliquis aūt dicere posset, ꝙ Eli permitteret ministrare Samuelem in officio sacerdotali, quia ille erat propheta, & crederet eum spiritu diuino motum ad hoc faciendum. Dicendum, ꝙ hoc quidem potuit esse aliquāto tpe ante mortem Eli, qñ cognitum est Samuelē esse prophetam, vt patet j̄. c.3. a principio tñ ante hoc cū esset Samuel puer paruulus ministrabat coram dño, vt patet seq.c. ideo dicendum, ꝙ permittebat eū ministrare in officio Leuitico. Aliqui aūt crediderunt Samuelem fuisse summum sacerdotem, & ꝙ ad eū fuerit translatum sacerdotiū de domo Eli, sed ꝙ nō fuerit summus sacerdos, nec minor ipse, aut posteri eius, declaratum est satis Nu.25. Patet ergo ex p̄dictis, ꝙ Samuel fuerit de genere Leuitarum de Caathitis.

G

De Ramathaim Sophim.i. vir iste qui fuit pr̄ Samuelis erat de Ramathaim, Sophim oriūdus, & habitabat ibi: aliq̄ errant in isto noīe dicentes Ramathaim in duas partes.s. ꝙ Ramatha sit nomen vrbis, & in sit præpositio coniuncta illi casuali.s. Sophim, & tunc est sensus, ꝙ Samuelis pr̄ erat de vrbe Ramatha, q̄ erat in terra Sophim, sed ista est corruptio lr̄æ ex ignorātia linguę hebraicę, in qua hr̄ Ramathaim, tanq̄ vna dictio, iō s̄m hebręos quosdam exponit̄ de Ramathaim, Sophim.i. de excelsis respicientibus.s. ꝙ erant duo montes altissimi respicientes ad multas partes, & forte iste erat vnus mons biceps, sicut Parnasum montem bicipitē more poetico appellamus. de istis aūt montibus excelsis erat Elcana. Alio mō dicunt, ꝙ p̄t intelligi lr̄a ista, ꝙ Sophim sit genitiuus pluralis numeri, & dicatur de Ramathaim, Sophim.i. de excelsis speculantiū, & dicunt tunc, ꝙ est sensus, ꝙ erat aliqua altitudo in qua morabantur viri eruditi in lege, & dediti speculationi: istas expositiones tenent hebręi, & sequitur eas Nicolaus, sed constat nihil esse, quia Ramathaim est hic nomen vrbis, in qua habitabat Elcana, & de illa dr̄, ꝙ esset in monte Ephraim, vocatur aūt Sophim, q̄a forte est nomen regionis, in qua erat Ramatha.s. Ramathaim in terra Sophim, vel forte est aliqua additio cādrię, cum nominibus vrbium interdum addimus aliquid ad faciendum differre, quia multæ vrbes eodem nomine appellantur: sic.n. est in viris, quibus ponūtur prǽnomina differentiæ causa addita ipsis nominibus principalibus eorum.

An Ramathaim sit nomen vrbis.

H

Hebræi Nicolaus errant.

I

Ramathaim, quæ vrbs sit, & an sit Ramatha. Quæst. II.

QVAERETVR aūt de Ramathaim, q̄ vrbs esset, & an esset illa, quæ vocatur Ramatha. Respondendum est, ꝙ q̄q̄ Ramathaim, & Ramatha vn̄t esse diuersa noīa, tñ eiusdem rei sunt. Aliqñ tñ in hebræo fit appositio aliquarum literarum, vel syllabarum in fine dictionum per figurā, quæ apud nos vocatur Paragoge: magis tñ hoc in hebręo, quam in Latino consuetum est. Quod autem eadem ciuitas sit Ramathaim, & Ramatha apparet, quia hic dr̄, ꝙ erat Elcana de Ramathaim, & seq.cap. dicitur, & abiit Elcana in Ramatha in domum suam: ergo vtrobique dr̄ habitare, & sic erat idem locus. Itē patet hoc quoniam Samuel in eodem loco habitabat, vt patet j̄.c.8. Cū diceretur reuertebaturq; Samuel in Ramatha: ibi.n. erat domus eius, & ibi iudicabat Israel, & iterum eod.c. dicitur, ꝙ congregati maiores Israel venerunt ad Samuelem in Ramatha, sed filii habitabant in vrbibus paternis in veteri testō, cū essent distinctæ possessiones inter Israelitas, & non solū inter ipsos populares, sed etiā Leuitę quibus nō cōpetebat

K

sors

sors cum reliquo Israel, sed acceperũt 48. vrbes quasi in Eleemosinam diuiserunt eas inter se sorte, & mãserunt sic diuisę super Iosue ca. 21. Erant igitur tã Elcana, quam filius eius Samuel de vrbe Ramatha, quę hic appellatur Ramathaim. *De monte Ephraim*. i. quòd erat oriundus iste vir Elcana de monte Ephraim, quia ciuitas Ramatha erat in monte illo: vocatur aũt possessio filiorum Ephraim mons Ephraim eo, quòd terra illa erat montuosa, & iste modus loquendi est semper in sacra Scriptura: sic patet Iosue 17. & 20. & 21. vbi semper dicitur mons Ephraim, quòd non dicitur de possessione alterius tribus. Erat autem fortassis Ramatha in terra illa montuosa sortis Ephraim: sic enim dicitur Iosue c. 21. quòd Leuitę acceperunt in possessionem ciuitates in monte Ephraim.

Quomodo Ramatha erat ciuitas montis Ephraim. Quæst. III.

QVAERET aliquis, quomodo esset Ramatha ciuitas montis Ephraim, cum declaratum sit, quòd Elcana erat de tribu Leuitarum vrbes tamen tribuum diuersarum erant diuersę. Respondendum est, quòd cum Elcana esset de Leuitis, & Leuitę non acceperint aliquam sortẽ per se distinctam a sortibus aliorum Israelitarum, sed cum Israelitę alij diuisissent inter se totam terrã Chanaan separauerũt de sortibus suis vrbes 48. pro Leuitis: Num. c. 35. necesse erat, quòd habitaret Elcana in aliqua vrbe pertinente ad aliquam de tribubus Israel, de qua ipse non erat, sed tunc, quia sortiti sunt inter se Leuitę ciuitates, cecidit progeniei illi, de qua erat Elcana, scilicet Caathitis, quòd haberent vrbes in tribu Ephraim, & in tribu Dan, & in dimidia tribu Manasse vt patet Iosue cap. 21. & sic erat Elcana de Ramatha vrbe sita in terram Ephraim. Sed contra hoc arguetur, quia si esset Ramatha de tribu Ephraim, poneretur inter vrbes quas dederunt filij Ephraim Leuitis, & tamen non ponitur, cum dicatur Iosue c. 21. quòd filij Ephraim dederunt vrbes quatuor Leuitis, quę ibi exprimuntur, & tamen nulla earum est Ramatha.

Responderi potest, quòd quamquam ibi nõ ponatur Ramatha: tamen aliqua ipsarum vrbiũ ibi expressarum est Ramatha, sed alio nomine appellatur, quia multa loca inscripta sunt multinomia, vt patet in eisdẽ vrbibus quatuor, quas dederũt filij Ephraim Leuitis: nam istę describuntur in duobus locis, scilicet Iosue c. 21. & 1. Paralipo. c. 7. sed non nominantur vtrobique eodem nomine, ita ergo esse potuit de Ramatha: est autem hoc valde cõueniens, quia hic ponitur Ramatha in sorte Ephraim, & Elcana erat de Caathitis, qui acceperunt sortem suam in tribu Ephraim Iosue ca. 21. Aliter autẽ adhuc dici posset, scilicet quòd Ramatha erat quędam vrbs in tribu Ephraim, in qua habitabat Elcana: non erat tamen de ciuitatibus, quę datę sunt Leuitis in tribu illa, sed pertinebat ad ipsos populares: Elcana tamen recedens de aliqua vrbibus Leuitarum venit ad habitandum in Ramatha: licebat enim Leuitis, qui erant de vno loco peregrinari vbicunque melius reperirent exeuntes de vrbibus suis: sic patet Iudi. 17. c. de illo adolescente, qui dixit Leuita sum de Bethlehem Iuda, & vado, vt habitẽ vbi potuero, & melius mihi esse prospexero: sic igitur quamquam Elcana esset de aliqua illorum quatuor vrbium Leuitarum, quę erãt in tribu Ephraim, tamen habitabat in Ramatha, & denominabatur ab ipsa. (Licebat Leuitis peregrinari.)

Aliquis forte dicet, quòd Ramatha est ciuitas, quę vocatur alio nomine Ramoth Galaad, & forte fit in his nominibus additio, vel subtractio literarum secũdum morem hebraicum: videtur autem hoc conuenire, quia Ramoth Galaad est vna de ciuitatibus Leuiticis Iosue c. 21. & 1. Parali. c. 7. Rñdendum est non posse stare, quia hic dr̃, ꝙ erat Elcana de Ramathaim de monte Ephraim, ergo Ramatha erat in monte Ephraim, sed Ramoth Galaad erat in tribu Gad, vt patet Iosue c. 20. & 21. ergo non est Ramatha Ramoth Galaad. Item Ramoth Galaad prouenit in sortẽ Leuitis Gersonitis Iosue c. 21. & 1. Paralipo. c. 7. sed Elcana nõ erat de Leuitis Gersonitis: Iosue c. 21. sed de Caathitis 1. Paralip. c. 6. ergo non poterat esse sua ciuitas Ramoth Galaad: nec sunt eadem vrbs Ramatha, & Ramoth. Aliquis forte dicet, quòd Ramatha est ciuitas, quę alio nomine appellatur Rama, quia est ibi similitudo literarum, & in Hebręo multotiens fit additio in fine dictionum: respondendum est, quòd nõ sunt eadem vrbs, quia Ramatha est in tribu Ephraim, vt patet hic: Rama autem est in tribu Beniamin: Iosue 18. c. Item ciuitates, quę datę sunt de tribu Beniamin pertinent ad sacerdotes, vt patet Iosue 21. c. erat tamẽ Elcana de Caathitis Leuitis 1. Paralipom. c. 6. ergo nõ sunt eadem ciuitas. Item apparet hoc, quia de tribu Beniamin datę sunt quatuor vrbes sacerdotibus: tamẽ nulla earum fuit Rama, sed habent alia nomina: Iosue 21. & 1. Paralipo. c. 7. Non sunt ergo idem Rama, & Ramatha, & consequenter apparet, quòd Ramatha sit ciuitas in terra Ephraim, in qua habitaret Elcana.

Et nomen eius Elcana. Ponitur hic nomen huius viri propter Samuelem filium eius, qui fuit valde honorabilis, & ipsemet scripsit istud, & ob hoc vocatur liber iste Samuelis. *Filius Ieroboam*. Iste est auus Samuelis: sic enim patet 1. Paralipome. c. 6. vbi describitur linea Samuelis descendendo a capite familię, scilicet Caath: sed non ponũtur ibi omnes generationes medię. Non est autem iste Ieroboam ille, qui fuit rex primus 10. tribuum in diuisione regni Israel: nã ille multo post fuit infra 3. lib. 12. c. etiam ille fuit de stirpe Ephraim: Elcana autem de stirpe Leuitarum.

Filij Eliu. Iste est proauus Samuelis, & non est iste Eliu iuuenis acutissimus, qui arguit contra tres amicos Iob, & cõtra ipsum Iob, de quo Iob. c. 32. & vsque ad finem libri huius, quod patet, quia ille Eliu fuit filius Barachiel Iob. c. 32. & iste Eliu fuit filius Thohu, vt patet hic. Item quia ille Eliu fuit Buzites, vt patet pręalleg. c. iste autẽ fuit de Ramatha mõtis Ephraim. Item ille Eliu fuit de stirpe Idumęorum cum omnes amici Iob fuissent Idumęi, & ipse Iob: iste autem Eliu erat de stirpe Leui, cum Samuel esset de Leuitis, vt declaratum est, & iste Eliu fuit multo tempore post illum: nã ille fuit tempore Iob, qui fuit ante Moysen, vt in expositione prologi pręcedentis tactum est, iste autem fuit multo tempore post Moysen: iste Eliu vocatur Eliel. 1. Paralipo. c. 6. *Filij Thohu*. Sic nos appellamus vltimam literam Hebręorũ, quã ipsi appellant Thau: nominatur autem iste Thohu 1. Paralipo. c. 6. ꝙ quidem accidit ex mutatione scriptorum nostrorum. *Filij Suph*. Iste est vltimus in tota ista cognatione Samuelis: sic enim scribitur linea ista 1. Paralipo. c. 6. non tamen fit reductio vsque ad principium huius familię, scilicet ad Caath: interdum enim sacra Scriptura cum enumerat progeniem alicuius reducit eã vsque ad principium illius tribus, vel familię: Interdũ autem solum ponit tres, vel quatuor progenitores ad notificandum aliter cognationem, licet non totaliter describatur cognatio illa. (Eliu, proauus Samueli. — in q. 1. — in q. 22.)

Ephratæus. Hoc refertur ad superiora, scilicet fuit vir vnus Ephratęus. Nam iste Elcana erat Ephratęus, eo, quòd erat oriundus de terra Ephraim de vrbe Ramatha, licet non esset de stirpe Ephraim.

Et habuit duas vxores. Postquam notificata est progenies patris Samuelis. Hic notificatur occasio nascendi

nascendi ipsius Samuelis, & hoc fuit, quia pater suus habebat duas vxores, quarum vna alteram vexabat, quia erat sterilis, quę petijt a domino prolem, & dedit ei Samuelē. Dicitur autē, quòd habebat duas vxores iste Elcana, quia non videbatur esse illicitum in veteri testamento, quòd aliquis simul multas haberet vxores: sic enim multi sancti illas habuerunt, vt patet de Abrahā, qui habuit duas simul, scilicet Sarā, & Agar: Genesis 16. Iacob autem habuit quatuor: Gene. 29. c. & 30. sic quoque de Dauid patet infra 2. li. c. 3.

An aliquando fuerit licitum habere plures vxores. Quæst. IIII.

QVAERET aliquis an licitū fuerit aliquādo, quòd quis haberet plures vxores. Respondendum est, quòd in nouo testamento non est hoc alicui licitum. Nam Christus videt hoc prohibuisse, cum ageret de libello repudij: Matt. 19. cap. dicens: Quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationis causam, & aliā duxerit, mœchat. Apparet igitur, quòd non licet ducere secundā vxorē, vel habere duas simul sumptas, quia dicitur, quòd qui repulit vxorem non potest accipere alteram, alioquin mœchatur: si enim hoc intelligatur proprie, necesse est, quòd in duabus vxoribus sit fornicatio, quia cum aliquis repellit vxorem, & ducit aliam, vel erit fornicatio, quia dimisit primam, quam dimittere non debebat, vel quia accepit secūdam existente illa. Primo modo non potest stare, quia si aliquis solum repellat vxorem licet libellus repudij sit illicitus: tamen non fornicatur repellendo, quia tunc nihil agit ad fornicationem pertinens, sed solum ad iniustitiam, quia priuat vxorem iure suo, ergo videtur, quòd fornicatio consistit quādo expulit primam, & recipit secundam propter receptionem secundę: dato ergo, quòd nullā abijciat si receperit secundam erit eodē modum adulterium. Item hoc ex iuribus humanis nunc existentibus tam ecclesiasticis, quam ciuilibus patet. Nam si quis vxore ducta, aliam insuper acceperit, matrimonium secundum non tenet, tanquam si nihil factum esset, & quicūque conetur hoc facere mortaliter peccat. Nam si egerit non solum matrimonium non tenebit, sed etiam punietur agens. De veteri testamēto dicendum, quòd licitum erat tunc accipi plures vxores, licet esset honestius accipere vnam, quam plures. Nam si fuisset illicitum tunc, & in toto tempore precedentis sęculi, adhuc hoc esset, quia secundū naturā erat illicitum nulla existente lege, sicut ea, quę erant contra pręcepta decalogi, fuerunt semper illicita, etiā antequam darentur illa pręcepta: aut erat, quia lege prohibebatur vxorum pluralitas simul. Non stat primum istorum, quia tūc sancti patres, scilicet Abrahā, Iacob, & similes non accepissent plures vxores, cum essent viri sancti, accipiebant tamen, nec putabant se in hoc aliquid peccare, alioquin reliquissent eas: si autem dicatur, quòd hoc esset ex aliqua lege data, necesse est, quòd assignaretur aliqua lex hoc prohibens, sed nulla talis fuit in veteri testamento, ergo semper manebat licitum, scilicet in lege naturę, & in veteri testamento accipere plures vxores. Item non potest dici, ꝙ hoc sit contra ius naturale, vel contra aliquam rationem: nam ad hoc interdū aliqua rationalis causa mouet. s. quia viri secūdū desideriū naturę inclinātur ad conseruandū specie per propagationē, sed interdū nō cōtingit, ꝙ ex vna vxore, q̄ habēt prolem recipiāt: vtpote, quia ipsa sterilis est, vel ex alijs causis, ergo videtur satis esse licitū immo rationabile, ꝙ viri possent tunc alias vxores accipere. Itē nō sequitur ad hoc aliqua inhonestas nec vitium, sicut sequitur si vna fęmi-

F na haberet plures viros, ergo secundum naturam nō est illicitū accipi plures vxores ab eodem viro, & sic semper fuit vsque ad tempus Saluatoris. Solum autē videbatur in hoc esse vnum grauamen, licet paruum vxoris primo ductę. s. quia non posset sibi reddi debitum, sicut redderetur nulla alia existente vxore, vel q̄a superueniente noua vxore, forte vir diligeret illam super primā, & ex hoc deprimeretur, atque angustiaretur prior. Ob hoc autem viri, qui erāt religiosissimi non accipiebant secundam vxorem, sine consensu primę. sic enim fuit de Abraham, qui primo accepit in vxorem Saram, postea verò cum per multum tempus non pareret, ne perirent promissiones factę semini Abrahę: orauit Sara, vt Abrahā acciperet Agar in vxorem, ꝙ ad preces illius fecit: ante hoc tamen nequaquam fecerat. Idem patet de Iacob, qui cum habe- G ret Liam, & Rachel vxores: ad preces Rachel accepit Balam ancillam eius in vxorem, & iterum ad preces Lię accepit Zelpham in vxorem. Gene. c. 30. istud tamen grauamen, quod erat vxori primę in accipiendo secundam nō videbatur iam esse grauamen, quia pertinebat ad ius virorum. Nemini autem iniuriam facit quis vtens iure suo. Interdum tamen ille, qui dabat filiam suam vxorem alteri firmabat cum eo pactum, ne illa viuente aliam superduceret vxorem, & tunc iste renunciabat iuri suo, nec vltra poterat accipere: sic patet de Iacob, qui accepit duas filias Laban in vxores, pepigitque cum eo Laban ne acciperet alias vxores super filias suas, & ne affligeret eas: in cuius testimonium erexerūt lapideos titulos in monte Galaad, Gene. c. 31. patet igitur, ꝙ ab orbe condito vsque ad legē Euangelicam non fuit alicui illicitū plures simul habere vxores. Aliquis autem aliter respondebit, scilicet ꝙ licebat Iudęis habere simul plures vxores, hoc tamē erat ex permissione: Deus namque plura permisit Iudęis in veteri testamento ad duriciem cordis eorum, sicut patet de libello repudij. Matt. 19. vbi Christus dixit, ꝙ ad duriciem cordis Iudęorum libellus repudij concessus est, sic quoque erat de vsuris, quia Deus eas permisit ibi: Deuter. 24. c. sed prohibuit in nouo testamento: Lucę c. 6. sic quoque erat de vindicta: nā permittebatur Iudęis, ꝙ possent interficere occisores ꝓximorum suorū, anteq̄ confugerēt in vrbem refugij, etiam si illi innocentes fuissent in occidendo: Nu. 35. c. permittebatur etiam vulgaris purgatio: cū quis haberet vxorem suspectam sibi. De hoc Nu. c. 5. Omnia tamen hęc sunt in nouo testamento abolita: Iudęi vero cū hęc faciebant, licet alias s̄m se illicita forēt, quia tñ Deus permiserat efficiebantur licita. Respōdendū est hoc non stare, quia in veteri testamēto illa dicebātur esse permissa quęcunque secundū se non erant licita, sicut patet de vsuris, quę secundū se illicitę sunt. Nam secundū Aristo. Ethi. li. 4. dixit vsuram ad turpe lucrum pertinere: de libello repudij, & vindicta atque cęteris idem patet: quoniā in quolibet istorū aliquid est cōtra rationem: non est autem simile in vxorū pluralitate, quia ibi nihil est inhonestum, ideo non pōt dici, ꝙ sit permissa, quia permissio pertinet ad id, ꝙ aliquo modo illicitum est: solum aūt hoc est illicitum in lege Euangelica, non quidem tanq̄ secundū se sit illicitum, sed quia iam vetitum est.

Alia op

An fuerit aliquādo licitum eandem vxorē habere plures viros. Quæst. V.

QVAERETVR vlterius sicut licet aut aliq̄n licuit vnū virū plures accipere vxores, an nunc liceat, vel aliq̄n licuit eandem vxorem plures accipere viros. Dicet aliquis, ꝙ sic: nā cum coniunctio matrimonialis sit ad generationē, & interdum fęmina accipit aliquē virum,

virum, qui frigidus est, vel maleficiatus, vel qualitercunque inhabilis ad generandū impedietur finis matrimonij, nisi forte alium acceperit: videtur ergo, ꝙ liceat alium accipere, vel alios, vel saltem aliquādo hoc liceret. Respondendum est, ꝙ penitus est contra rationem eandem fęminā plures habere viros, & licet multę rationes ad hoc esse possent, breuiter aūt nouē erūt. Prima est dignitas sexus, quia vir est caput vxoris, & vxor non est caput viri. 1. Cho. c. 11. ideo multa oportet permitti viris, quę fęminis permitti non debēt. Secunda ratio est, quia ꝙ eadem mulier habebat simul multos viros repugnat intētioni naturę: natura enim ingeniauit coitum, & Dei voluntas hoc statuit atque humana ratio hoc dictauit, vt per coitum fieret generatio, & conseruaretur natura specifica secundum successionem, sed si eadem mulier multos simul haberet viros impediretur ista intētio, quia nunquam gignere posset: mulier namq̃, quę a pluribus cognoscitur in temporibus sibi vicinis cōcipere nunquam pōt: sicut patet de meretricibus, quę cum a plurimis cognoscātur, minime tamen concipiunt. Si autem mulier a diuersis viris diuersis temporibus cognoscatur, concipere de vtroque potest, ita tamen, ꝙ prius pariet fętū, quem ab vno concepit, quam ab alio concipiat: compertum tñ est, vt eadem mulier a duobus viris concepisset, ita ꝙ post conceptionem ab vno factam conceperit ab altero: nam licet communiter facta conceptione claudatur orificium matricis, ita vt semen intrare non possit, & sic conceptus non possit celebrari. Interdum tamē contingit, vt etiam cōceptus fiat facto alio conceptu, vt pote, quia aut mansit os matricis aptum: aut quia postea ex feruore libidinis apertum est, vt ait Solinus in Polyhistor. c. de his, quę fuerunt mirabilia in homine. s. ꝙ Alcmena peperit Herculem, & Isidem fratrem suum, quos diuersis conceptibus edidit, ꝙ pro tanto manifestatur, quia diuersis temporū interuallis nati sunt, vtpote si vnus post aliū vno mense ex eodem vtero natus sit: hoc tamē rarissimè visum est, ideo ad hoc lex humana adaptari nō poterat, quia ergo si eadē vxor plures viros haberet, isti eisdem temporibus, vel vt eis placeret ad hanc accedere vellent, sequeretur inconueniens supra assignatum, scilicet ꝙ ista mulier concipere non posset. Non est autem hoc inconueniens in viro cum plures vxores habeat, quia poterunt plures vxores ab ipso concipere, & hoc in tempore satis vicino, nec vna impedietur per alteram, sicut Loth duas filias suas in duabus sibi continuatis noctibus fęcundauit, vt patet Gene. 19. c. & vtraque ante hoc virgo erat, ꝙ ad hoc maiorem difficultatem ingerebat. Ratio autem diuersitatis in hoc inter virū, & vxorem est, quia vir est emittens, fęmina autem recipiens. Tertia ratio secundum Aug. est quia pluralitas virorum ad eandem vxorem repugnat sacramento mr̄imonij: nā mr̄imonium est magnū sacr̄m inter Christum, & ecclesiam, vt Apostolus ad Ephe. c. 6. in hoc autem sacramento vir. i. Christus vnicus est: vxor autē. i. Ecclesia licet vna sit in se tota, quodam modo tñ multiplex est, vt distinguit Aug. s. triplex est Ecclesia: prima est Ecclesia contemplatiuorum signata per Rachelem: secunda est Ecclesia actiuorum signata p Liam: tertia est Ecclesia contemplatiuorum mercenariotum signata per Zelpham ancillā Lię. Hęc aūt ratio aliqualiter quantū ad nos conuincit, tñ quantum ad statum politicū inter Gentiles, vel Sarracenos, aut Iudęos, inter quos nō curatur de significatione sacramenti, nulla est. Quarta ratio est, ꝙ quia vna vxor habeat plures viros repugnat paci œconomicę: vir aūt, & vxor non solum accipiuntur q̃tum ad cōicationem naturalē, quę est propter simile tertiū derelinquere, vt ait Philosophus in primo Poli. ꝙ principale est, sed

[Margin: plex ec / a secū / Aug.]

A ēt propter communicationē œconomicam, quę est ad conseruationem indiuidui, vt declarat Arist. 1. & 2. c. primi Poli. Pax aūt œconomica cōsistit in bona habitudine rectoris œconomici ad subditos: rector autē est vir, subditi verò est vxor, & filij, & serui: si aūt ponerentur plures viri eiusdē vxoris, essent plures rectores ęquales eiusdem domus, ꝙ nec ratio nec natura patitur, quia omnis ptās consortem habere recusat: sic enim ait Lucanus primo libro de bello Iulij Cęsaris, & Pompeij.

[Margin: Regnū recusat habere consortem.]

Nulla fides regni socijs omnisque potestas
Impatiens consortis erit, nec gentibus vllis,
Credite nec longe factorum exempla petantur:
Fraterno primi maduerunt sanguine muri,

B Idem vult Statius in Thebaide.

Summo dulcius vnum,
Stare loco Comes socijs discordia regni.

Item cum isti viri regerent domum, & ipsi multa capita habeant, necesse est animorum consequi diuersitatem, & sic interdū contraria mandarent: ex quo necessario lis sequeret, & destructio œconomica, & consequenter totius politię, cū constituatur politia ex œconomis, & ex qualibet œconomia simile fieret si permittteretur vxori simul plures habere viros. Item repugnat ad hoc ex parte subditorum, quia cum diuersi viri diuersa fieri imperarent, vxor, filij, & serui nescirent cui obedirent, & tunc sequeretur, ꝙ dicit Christus, & habetur Matt. 6. c. s. nemo pōt duobus dominis seruire, aut enim vnum odio habebit, & alterū

C diliget, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Item hoc dato non procurarentur bona œconoma cum vnus rector œconomię iuberet vnum, & alius alterum: nō ergo decet sic esse, sed sicut est ordo naturę, quia regimen naturę est optimum, sed natura habet vnum principem, ergo in œconomia erit vnus princeps: ista aūt inconuenientia nō sequūtur, si vnus vir habet plures vxores, quia vxor non dominatur, sed subdita est: sic eñ patet prima ad Cho. c. 11. & ad Thi. 1. c. 2. s. mulierem aūt docere nō permitto, nec dominari in virum: datis ergo pluribus vxoribus eidem viro non dantur plures rectores eiusdem œconomię, sed vnicus: dātur aūt plures subditi, ad quos nō sequitur turbatio: nam datis multis subiectis non sequitur

D esse multa principia agendi, nec mouendi, quia subditus secundum ꝙ hmōi, non habet in se principium sui motus, sed mouetur a pręlato, vel rectore: datis aūt pluribus rectoribus dantur plura principia agendi, & sic sequitur turbatio œconomię. Quinta ratio est, quia eidem viro interdum bona est pluralitas vxorum, vt si ex vna prolem suscipere non pōt saltem ex multis gignat: sicut Abraham fecit, quia Deus promiserat ei seminis multiplicationem, & quia videbat, ꝙ nō potuisset gignere ex Sarra cum multo tempore generationi operam dedisset, consilio, & precibus Sarræ accepit aliam vxorem. s. Agar, ex qua genuit, vt patet Gen. 16. c. fęminę aūt licet respectu viri hoc accidat, inter-

E dum tñ inhonestum est, ꝙ ipsa a multis accipiatur in vxorem, sed non est inhonestum, ꝙ idem vir accipiat plures vxores. Sexta ratio, quia si eidem fęminę darētur plures viri dato, ꝙ ista fęmina conciperet, q̄n isti viri ad eam accederent q̄ncunque vellent, raro tñ daretur, ꝙ cognosceretur proles: hoc aūt magnū incōueniens est, quia patres valde desiderant cognoscere filios suos: solę. n. tunc matres filios cognoscerent, viri aūt nō, ꝙ erat eis tollere quādā magnā delectationē: hoc aūt nō sequitur datis pluribus vxoribus eidē viro, quia tūc quilibet vir cognosceret filium suū: nā omnes natos ab vxoribus suis cognosceret esse filios suos velut si vnicam haberet vxorē. Septima ratio est, quia pluralitas virorū eidē mulieri repugnat intentioni naturę,

turę,& rectitudini finis determinati a ratione. Natura enim,& recta ratio volunt matrimonium ad prolem, sed vna vxor ex vno viro sufficienter concipere pōt, ergo si poneretur alius, ille non esset ad gignendum, sed ad deturpandum, & obstandum generationi, satis enim notum est, ꝙ si vna vxor simul plures viros vellet, ꝙ non ad prolem, sed ad explendam libidinem faciebat: iste autē finis deordinatus est,& male pręstitutus: eundem aūt virū plures habere vxores bene stat: non ad libidinem, sed ad prolem, quia ad libidinem vna ei sufficit, ad prolem aūt non, quia postquā vna concepit vsque ad 9. vel 10. menses iterum cōcipere non potest: potest aūt vnus vir in eodem anno multos filios ex eisdem vxoribus procreare, sicut ait Franciscus Petrarcha de quodam rege de prospera, & aduersa fortuna, ꝙ sexcentos filios genuit: necesse autē erat, ꝙ iste in quolibet anno. 20. vel 30. illorum generaret. Octaua ratio est, quia pluralitas virorum ad eandem vxorem repugnat paci politicę, & œconomicę, non quidem solum quantum ad regimen œconomicum, de quo. s̄. dicebatur, sed adhuc magis quātū ad petitionem debiti: contingeret nāque interdum omnes ad eadem vxore simul debitum petere,& quia impossibile esset omnibus simul reddi, magna discordia, & vulneratio inter viros sequeretur: sicut est in duobus tauris aut alijs brutis contendentibus de eadē fęmella: fit enim interdum mors,& dura vulneratio: fortius autem amor iste viris infigitur, quia cognoscūt quod amant, ꝙ aūt magis cognoscitur, magis amat: bestię autem non cognoscunt sic. Quòd aūt amor in quibusdam viris fortis nimium sit patet, quia nullus labor magnus videtur amanti, ignes non timet, niues spernit, gladijs se opponit, omniaque pericula sibi grata reputat, dum tamē consequatur amatum, vt ait Seneca tragę. 4. cuius titulus est Hipolytus in carmine quarto: cum Phedra amore flagrans Hippolytū alloquens introducitur, dicens.

Quid. sex centos filios genuit.

Amor animātem ad omnia cogit.

Me, vel sororem Hyppolyte, vel famulam voca
Famulamque potius, omne seruitium feram,
Non me per altas ire, si iubeas, niues
Pigeat, gelatis ingredi Pindi iugis,
Non, si per ignes ire, & infesta agmina
Cuncter paratis ensibus pectus dare,
Mandata recipe, sceptra, me famulam accipe
Sinu receptam supplicem, ac seruam rege,
Miserere amantis.

Orpheus etiam, qui cętera suis cantibus superauerat amorem fortem superare non potuit, sed quo potentius omnia terrę infernique monstra placaret fortius in eo recrudescebat amor, Seneca in tragœdia prima cuius titulus est Hercules furens, carmine 4. ꝙ incipit

Immites potuit flectere cantibus
Vmbrarum dominos, & voto supplici.

De hoc etiam Boetius de conso. li. 3. metro vltimo.

Felix, qui potuit fontem visere lucidum.

Tanta enim amoris viuacitas est, & vulnerandi potestas, vt non iniuria eum antiqua Gentilitas vngulas,& ardentes faces habere dixerit, vt ait Isidorus Etymol. lib. 8. vbi agit de dijs gentium. De hoc etiam Seneca in Tragœdia quarta, quæ dicitur Hyppolitus carmine 4. ait.

Diua non miti generata ponto
Quam vocat matrem geminus cupido,
Nulla pax isti puero per orbem
Spargit effusas agilis sagittas,
Tela, quam certo iaculatur arcu
Non habet latam data plaga frontem,
Mouet hic ęstus iuuenum feroces
Concitat flammas senibusque fessis.

Solus enim amor est, qui viros fortes emollit, dura

F quęque confringit, & non immerito, quia fortis est, vt mors dilectio,& dura, vt infernus ęmulatio: lampades eius lampades ignis, aquę multę non poterunt extinguere,& flumina non obruent illam, vt patet Cāti. c. 8. satis enim hoc patet in Hercule, qui cum omnia terrarum inferorumque monstra indomitis illis viribus domuisset, solo amore Ioles filię regis Aetholię superatus ad ancillaria ministeria deductus est, ita vt ad pręceptū eius fęmineam vestem induerit. De hoc Ouidius in lib. Heroidum, qui dicitur liber epistolarū in epistola Deianirę ad Herculem, quę incipit

Herc. infans femi.

Gratulor Aetholiam titulis succedere nostris
Victorem vitæ succubuisse queror.

De hoc meminit Ioānes Boccatius de Certaldo. in libro de Casu, & ruina principum, & Seneca in tragę-

G dia 4. carmine. 3. ait.

Natus Alcmena posuit pharetras
Et minax vasti spolium leonis,
Et dari passus digitis smaragdos
Et dari legem rudibus capillis,
Crura distincto religauit auro
Luteo plantas cohibente soco,
Et manu clauam modo, qua gerebat
Fila deduxit properante fuso.

Idem quasi de viro forti Achille legitur, qui cum in bello Troiano Polixenam Priami regis filiam adamasset, ita vt deperiret in amorem illius, cęteris ad bellum euntibus, ipse in lecto sedens thraicia lira cantus amatorios concinebat. De hoc Ouidius in libro He-

Ach. philo ptus.

H roidum in epistola Briseidis ad Achillem, quę incipit

Quam legis a rapta Briseide litera venit
Vix bene barbarica græca notata manu.

In his enim insistendum verbis non est, quoniam magnitudo huius amatorij furoris verbis inexplicabilis est. Et si quis simpliciter motus fortiter amare potest, quanto magis cum alius rem amatam impedierit, aut occupauerit? tunc enim magna vis increscit amoris: sic enim ait Ouidius. 2. libro de Remedio amoris.

Fortius Hermionem ideo dilexit Orestes
Esse, quòd alterius cœperat illa viri.

De hoc idem Ouidius in libro Heroidum in epistola Hermiones ad Orestem, quę incipit

Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris.

I Sed arguet aliquis, quòd idem inconueniens sequitur dando plures vxores eidem viro. Nam cum vir,& vxor ad paria iudicentur prima ad Corin. c. 7. s. vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, & mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir: cum pluribus vxoribus pro eodem tempore vir reddere debitum non posset, sequitur cōtentio,& disturbatio œconomię. Respondetur, quòd non est simile in viro, & vxore, quia si duo viri ab eadem vxore simul debitū peterent, cum ipsa non posset vtrique reddere simul viri, qui fortiores essent pugnarent super hoc vsque ad mortem, & nullus esset rector œconomię, qui eos moderari posset: si autem plures vxores ab eodē viro

K simul debitum petant, non sequitur hoc inconueniēs quia vir, qui earum rector est, ipsarum sedaret litigia, & cui vellet primo debitum redderet: cui autē posterius, posterius. Vel illis ad reddendum debitum certa tempora assignaret: sicut fecit Iacob, qui quatuor vxores habebat, & cuique debitum reddebat, sed vno tēpore determinato manebat apud vnam, & alio tempore apud aliam, & sic non erat contentio inter illas: Iacob tamen multum se alligauerat subijciens totam uoluntatem suam uoluntati uxorum, scilicet quòd quando aduenerat tempus accedendi ad unam, non accedebat ad aliam, etiam si hoc concupisceret, & si illa, apud quā manere debebat reddēdo debitum aliquo tempore uellet ius suum uēdere alteri uxori poterat:

terat: sic enim patet Gene.c.30. ubi cũ esset tempus, quo Iacob manere debebat apud Rachel reddendo debitum, & Rachel orasset Liam, ut daret ei de mãdragoris filij sui Ruben, quas de agro attulerat, dixit Lia: parum tibi uidetur quòd præripueris mihi uirum meum, nisi & mandragoras filij mei tuleris? dixitque Rachel, dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. Cumque utraque huic pacto cõsensisset, egressa est Lia in occursum Iacob reuertentis de agro ad uesperum, & ait, ad me inquit intrabis, quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei. Nona ratio est, quia sequeretur magna abominatio, cum unus uir cognosceret, quòd alius accedebat ad eam, quam ipse carnaliter cognoscebat: nam cum iste actus turpis sit, & valde fędatiuus, nimis abhorreret quilibet a se fędatã ab alio defędari, & induceret viros ad nõ cognoscẽdum vxores, & patet quia non solum aliquis abhorret eam, quę ab alio defędata est, sed interdum illam, quam ipse fędauit. Ex quo sequitur id, quod videtur in amatoribus carnis, vt cum aliquam fęminam antequã potiantur optatam nimis amore dilexerint. Postquam eam carnaliter cognouerint modicum apreciantur: iam non eam, sed aliam diligentes, & nõ solũ non appreciantur, sed etiam fit interdum, vt eam, quã ante nimio amore dilexerint durissimo odio persequantur: hoc enim inter ardentissimos amatores visum est, vt patet de Amon filio Dauid, qui ita vehementissime dilexit Thamar sororem suam, vt deperiret in amorem illius: cum autem viribus eam opprimens cognouisset, factum est, vt magis esset odium, quo eam postquam cognouisset insecutus est, quam ferocissimus ille amor, quo antequam cognosceret eam, dilexerat infra 2.lib.c.13. Si autem darentur plures vxores eidem viro non sequitur hoc, quia nihil magis aliqua vxor virum fędatum reperiet, si aliam cognouerit, quam si nullam vnquã cognouisset. Diuersitatis ratio est, quia vir est emittens, fęmina autẽ recipiens. Patet igitur ex superioribus, quòd nunquã licuit, nec licet eandem fęminam plures habere viros: licuit tamen eundem virum plures habere vxores, cũ hoc vetitum nõ esset, & sic licuit Elcanę patri Samuelis habere duas vxores, de quibus hic.

Sed arguet aliquis, quia Deutero.c.17. hoc prohibetur, cum dicitur, quòd rex non accipiet vxores plurimas, quę alliciant animum eius, ergo de omnibus alijs idem erit. Respondendum est, quòd in regibus specialiter hoc dictum est, quia ipsi pręsidere debebãt toti multitudini: vnde temperatissimos, & regulatos eos per rationem super omnes alios esse oportebat. Amor autem plurium fęminarum ad turpissimas impellit passiones, quòd in rege valde caueri debuit: de reliquis autem non est idem, quia cum non pręsideãt non est incõueniens, si interdum a similibus moueãtur passionibus, ideo non est vetitum eis plures habere vxores. Alio modo, & conuenientius, dicitur, quòd idem est in regibus, & cęteris, scilicet quòd prohibetur vxorum multitudo inordinata, sed nõ prohibetur quęcunque multitudo: vnde dicitur ibi, quòd rex non habebit vxores plurimas: Dauid tamen, qui erat vir sanctus, habuit simul plures vxores, vt patet infra 2.li. c.3. prohibebatur tamen talis multitudo vxorũ, qualẽ habuit Salomon, scilicet ꝙ habuit vxores, quasi reginas septingentas, & concubinas trecentas infra li.3.c. 11. & canti.c.6. dicitur, quòd adolescentularum non erat numerus, ideo ista multitudo effrenata peruertit animum Salomonis. nã infra 3.li.ca.11. dicitur, ꝙ deprauatum est cor Salomonis propter vxores: habere aũt paucas vxores simul non erat vetitum, & sic licuit Elcanę habere vxores duas. *Nomen vni Anna, & nomen secundæ Phenenna.* Anna est, quam suscepit primo in

A vxorẽ Elcana, sed postea superduxit Phenẽnam: forte autem, quia Anna non pariebat, & quamquã diligeret eam vir suus, tamen ne sine prole maneret, aliam superduxit: sic enim fuit de Abraham erga Sarã vxorem suam, ex qua cum prolem suscipere non posset, eius precibus accepit Agar Aegyptiam in vxorẽ: Gen. 16.c. *Fueruntque filij Phenennæ.* Idest accepit filios Elcana ex Phenenna vxore secunda: abundabat enim ista in prole, vnde efferebatur super Annã vxorem primã exprobrans ei sterilitatem suam, & ꝙ Dominus conclusisset vuluam eius. *Annæ autem non erant liberi.* Idest Anna non poterat habere filios, quamquam magno tẽpore cohabitasset viro suo, & ambo dedissent operam generandi prolem: erat namque Anna sterilis, ideo superuacua sollicitudo erat.

B

An Anna mater Samuelis fuit sterilis naturaliter, vel Deus dederit ei in pœnam. Quæst. VI.

QVAERET aliquis de Anna, quę sterilis erat, an naturaliter ei hoc euenisset, vel Deus istud fecerat, vt postea partus mirabilis nasceretur. Respõdendũ est secundũ quosdã, ꝙ Deus priuauerat Annam ad tempus ptãte pariendi, vt infans, qui gignẽdus erat precibus haberetur a Deo & mirabilius hoc fieret, sicut interdum Deus aliquẽ percutit, vt postea sanet. Respondendum est hoc nõ stare, nam Deus non infligit aliquam pęnam cuiquã, vt illi postea remedium adhibeat, quia in hoc nullam
C nobis gratiam faceret: etiam quia a principio iniuste malum infligere videretur, cum ille, cui infligitur nihil mereretur: si forte solum propter hoc infligebatur, vt Deus postea sanaret, nec etiam Deus aliquem percutit, vt sanet. Nam si interdum aliquem percutiat, & postea sanet nõ percussit solum, vt sanaret, sed ob aliã causam, sicut patet de Tobia, scilicet ad virtutis experientiam, vel quia peccata nostra promerentur, vel ex alijs causis. Ideo dicendum, quod sterilitas non fuit inflicta Annę a Deo specialiter ad tempus, quia tunc videretur ei iniustus, nisi demeruisset, sed fuit ista sterilitas Annę a natiuitate sua, ita vt nunquam esset, quin sterilis esset, quousque Deus eam sanaret, ea autem, quę quis consequitur ex vtero dicitur habere natura-
D liter, quia ex natiuitate habet propter aliquas causas prouenientes ex principijs naturę: nec tamen ista sine Dei voluntate, aut iudicio fiunt: ipse enim est rector totius naturę. Quare autem voluerit, quòd a principio Anna nasceretur sterilis fortè dici posset, quòd hoc erat, vt postea illi fęcunditatem precibus daret, & partus esset mirabilis: nec est istud, sicut supra dicebatur. s. ꝙ daretur ei in pęnam, vt postea sanaretur. Nam in pęnam habere dicimur ea, quę cum fuerimus nobis infliguntur mala, & sentimus nobis infligi, cũ prius illa nõ habuimꝰ, q̃ verò, anteq̃ nasceremur, nobis inerãt, nõ sũt nobis pęna, sed natura: nec vr̃ Deus aliquẽ grauare, si ex vtero faciat qualitercũque dispositũ na-
E sci, videret tamen si postquã natus esset, potissimè cũ peruenisset ad ętatem rationis capacẽ aliquam pęnã sine meritis infligeret, quia iam erat cui infligitur, simile aũt patet ex verbis Christi. Io.9.c. Cum quęsierãt discipuli de cęco nato, quis peccauerat ipse an parentes eius, vt cęcus nasceretur, responsum est eis, ꝙ nec ipse, nec parentes eius, sed vt manifestarentur opera Dei in illo. s. vt Christus postea mirabiliter eum sanaret: si tamen iste cęcus non fuisset ab vtero cęcus, sed postea Deus illi specialiter cęcitatem inflixisset, oportebat esse aliquod demeritum eius, & non solum, vt manifestarentur opera Dei in eo: sic autem de Anna si fuerat sterilitas a natiuitate eius, poterat esse conuenienter a Deo inflicta, vt postea eã sanaret: si tamẽ

inflicta

inflicta fuisset postea, oportebat dari aliquã causam demeriti, quę non apparet, ideo dicendum conuenie tius, quòd ex natiuitate erat sterilis, sed postea Deus tribuit fęcunditatem precibus, & lachrymis eius.

Ad quid ponitur hic Annæ sterilitas, & sui filij per preces natiuitas. Quæst. VII.

QVAERETVR vlterius quare ponit hic quomodo mater Samuelis erat sterilis, & quomodo obtinuerit filiũ p̃cibus lacrymosis. Nam cum hic intendatur vita, & regimen Samuelis, & principatus Regum sequentium post Samuelem, sufficiebat dici, quòd natus fuerat, vel poni G vitam illius, etiam si de natiuitate nihil ageretur.

Respondendũ est, quòd hoc fuit expressum ad signandum maiorem probitatem Samuelis: intendebat enim hic scriptura designare virtuosum regimen temporis Samuelis, & quia illi homines semper inter cęteros specialiores sunt, quos Deus super conditionem naturę nasci fecit, quòd de Samuele fuit, describitur hoc tanquam certissimum testimonium probitatis eius, sic enim fuit de omnibus, qui aliquo modo miraculosè nati sunt, vt patet de Isaac, quem Abrahã centenarius genuit, & Sara, cum esset sterilis, & nonagenaria, desijssentque ei fieri muliebria, concepit: Gene.17.& 18.c. qui fuit pater omnium Hebręorum, & magna eius fuit probitas: similiter quoque Rebecca vxor Isaac sterilis erat, & Deo dante, peperit gemellos, quorum alter fuit princeps omnium Hebręorũ a Deo acceptissimus: Gen.c.25. sic quoque fuit de beato Ioanne Baptista, cuius sterilis mater erat, sed angelica reuelatione partus prenunciatus est: Luce.c.1. fuit autem talis, vt a Christo laudari meruit, nec quidem mediocri laude, sed maxima, scilicet inter natos mulierum non surrexit maior Ioãne Baptista: Matth.11. & Luc.6.c. Similiter quoque mater Samsonis sterilis erat, sed postea predicente angelo concepit, & natus est inde vir robustissimus Hebręorum, qui vindicauit Israel de hostibus suis. Iudic.13.c. de Christo autẽ, qui miraculosè natus est dicere non attinet, ꝙ perfectus fuerit, & aliquid magnum, nam eum viris comparare fas non est: fuit igitur conueniens declarari sterilitatẽ matris Samuelis, tum vt laudarentur opera Dei in illa, tum vt firmius testimoniũ esset de probitate Samuelis, qui miraculosè genitus fuerat. *Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus.* Idest Elcana ascendebat ad sanctuarium domini in Silo determinatis temporibus, scilicet in festis ordinatis a lege ad faciendum sacrificia, scilicet tribus tẽporibus anni, scilicet in festo azymorum, & in pentecoste, & in festo tabernaculorum. Erat autem ciuitas de qua ascẽdebat Ramatha: nam in illa semper habitauit ante natiuitatẽ Samuelis, vt patet infra in litera, scilicet reuersique sunt, & venerunt in domum suam in Ramatha: etiam habitauit ibi Elcana post natiuitatẽ Samuelis: nam cum ablactatus esset factusque trium annorum, & ductus in tabernaculum domini dicitur, quòd redijt Elcana in Ramatha in domum suam, vt sequenti c. Nec solum Elcana habitauit ibi, sed ẽt Samuel vsque ad senectutem suã infra c.7.& vocatur ista ciuitas Ramathaim alio nomine, vt patet supra.

Multæ steriles q̃ parturierunt.

Opin. Iudæorum.

Dicunt quidam Iudęi, quòd Elcana non ascendebat in sanctuarium semper eadem via, sed nunc vna via, & alio tẽpore alia, vt annunciaret omnibus Israelitis, quod irent ad adorandum dominum, quia ipsi nimis desides erant: potissimè quia distrahebant eos quibusdam sacrificijs filij Heli, Ophni, & Phinees, vt patet sequenti capitulo.

F *Quare Elcana ter ascendebat in locum sanctuarij quolibet anno. Quæst. VIII.*

QVAERET aliquis quare Elcana ascẽdebat tribus supra dictis temporibus in locũ sanctuarij quolibet anno, & ad quid. Respondendum, quòd hoc fiebat ex obligatione legis ter in anno iubentis ascendere omne masculinũ in locum sanctuarij: Exo.23.& 34.& Deuter.16.cap. Faciebant autem Israelitę in his temporibus cęremonias adorationũ, & sacrificiorum, vt dicitur in litera, scilicet quòd ascendebat Elcana, vt adoraret, & sacrificaret domino: erat enim conueniens valde, vt Israelitę ascenderẽt aliquoties in anno ad locũ sanctuarij, ne obliuiscerẽtur cęremoniarũ Dei per dissuetudinẽ, & b̃nficiorum ab eo collatorũ. Nã Iudei non habebãt in quolibet loco terrę promissionis locum sanctuarij vbi possent offerre victimas, & facere reliquas cęremonias legis, sed vnicus erat locus propter vnitatem Dei, vt patet Deuter.c.12. ad hunc autem locum si Iudęi non cogerentur ire aliquibus temporibus anni nunquam facerent cęremonias sacrificiorũ, nec oblationum, aut alia legalia, & sic essent velut si non haberent legem Dei, & obliuiscerentur beneficiorum sibi collatorum, in quorum memoriam inducebãtur per legales obseruantias: non poterant tamen quotidie, aut multoties omnes Israelitę conuenire in locũ H sanctuarij, cũ quidam eorum procul inde habitarent: ideo fuit conueniens, quòd statueretur ter in anno, ꝙ conuenirent ad locum sanctuarij. Potissime quia tũc erant tria festa, in quibus principaliter recolebantur beneficia data Israelitis, scilicet in festo azymorum recolebatur beneficium liberationis de Aegypto ab angelo percussore, cum occiderentur omnia primogenita Aegypti. In Pentecoste autem legis datę memoria fit. In festo autem tabernaculorum fit memoria habitationis Israelitarum in deserto per 40. annos, & beneficiorum, quę Deus ibi contulerit: aliam autẽ causam addit Iosephus quarto libro Antiquitatum. f. quòd hoc fiebat, vt omnes Israelitę, qui cognati erãt tanquam ex vno capite descendentes congauderent I simul, & epularentur conuenientes in locum vnum, & sic maneret inter eos mutua cognitio, & amor, ꝙ nequaquam accideret, si disiuncti locis nunquam in vnum conuenirent. Prima tamen causa efficacior est. In his autem tribus festiuitatibus faciebat Hebręi diuersas cęremonias. In prima namque earum celebrabant omnes phase sumentes agnum per singulas domos, & occidentes, atque comedentes secundum ritum, qui habetur Exo.12.c. Et ad hanc festiuitatem saltem necesse erat omnes Israelitas cõuenire in locũ sanctuarij. Nam quilibet Israelitarum celebrare debebat phase quolibet anno sub pęna mortis, nisi eẽt immundus, vel in via procul peregrinaretur: Nu.9.c. nõ K poterat tamen phase immolari in quacunque vrbe, sed solum in loco sanctuarij: Deu.c.16. ergo necesse erat omnes Israelitas in hoc festo conuenire in locũ sanctuarij, fiebat etiam hoc tempore solennitas azymorum durans per septem dies, & in die secunda, scilicet 16. die mensis primi offerebatur manipulus spicarum, de quibus Leui.23.c. fiebant quoque in singulis dierum eorum sacrificia multa: de quibus omnibus Nu.28.c. Secunda festiuitas erat Pentecoste, q̃ durabat vnico die: Deu.16.c. In hac autem die offerebãtur panes noui de singulis domibus duo, quorũ pars cremabatꝰ super altare. De quorũ ritu, Leuit.23.c. Festũ tertiũ erat tabernaculorũ, ꝙ fiebat mẽse 7.15. die mẽsis durans diebus septem quo tẽpore oẽs Iudęi cõuenientes in locũ sanctuarij faciebãt ibi effigies tabernaculorũ de ramis arborũ, & exultabãt accipientibus in manibus

Tria principalia festa Iudæorum.

manibus Thirsos de arboribus: Leui.23.c.His septē diebus manebant in loco sanctuarij offerentes holocausta, & sacrificia multa: de quibus Nume.29.c.die autem octauo congregati priusquam recederēt in loca sua dabant singuli eleemosynam pro sumptibus sacrificiorum: ideo vocabatur dies ille cętus, & collectę, scilicet quia congregabatur cętus Israelitarum, & colligebatur ab eis pecunia pro sanctuario: iste est modus trium solennitatum, ad quas ascendebant ludęi quolibet anno in locum sanctuarij, de quibus magis declaratū est. Leui.c,23.& Nu.c.29. *Vt adoraret, & sacrificaret domino exercituum in Silo.* Idest in istis festiuitatibus ascendebat Elcana ad locum sanctuarij ad sacrificandum ibi, vt adoraret dominū: veniebant enim ad faciendum reuerentiam Israelitę in loco sanctuarij, quia ibi videbāt specialiter esse Deus, & hoc erat adorare: etiam faciebant sacrificia quia in istis solennitatibus Israelitę, qui ante hoc non conuenerant ad sanctuarium ex desiderio, quia raro illuc ibant, sacrificia offerebant: quidam enim holocausta, & hostias pacificas: omnes autem, vt communiter hostias pacificas offerebant, quia de istis offerentes accipiebant partem quandam, & quędam sacerdotibus, & quędā Deo proueniebant. Vnde non solum ad honorē Dei, sed etiam ad iucunditatē, & epulas suas Iudęi hostias pacificas offerebant, & ob hoc plures de eis offerebāt hostias pacificas, quā holocausta, quia de holocaustis nihil percepturi erant, cum omnia cremarentur. Dicitur autem, quòd ascendebat in Silo, quia hic erat locus sanctuarij: fuit enim a principio locatum sanctuarium, scilicet ex quo Israelitę introierunt in terram Chanaan, nam cum acquisita esset terra tempore Iosue comederunt omnes Israelitę, & fixerunt tabernaculum domini in Silo. Iosue 18.c.māsitque ibi annis ferè quadringentis 76. vt patet ex discursu, & computatione Iosephi.li.5. antiquitatum. Fuit autem inde ablatum sanctuarium post hoc: nam tempore Heli sacerdotis capta est arca domini a Philisthinis, q̄ postea nunquam redijt in Silo, sed transiuit ad alia loca, tabernaculum quoque non multo post hoc trāslatum est inde. Nā tempore Saulis regis erat in vrbe Nobe. infra 21.c. de translatione autem arcę ad Philisthijm tempore Heli, patet infra c.4. Est autem Silo ciuitas in sorte Ephraim, quę distat a Ierusalem quatuor milliaribus, & a Sichem 20. vt patet in libro de situ Terrę sanctę.

lare a- ebant lo, po quam lio lo.

An Elcana alio tempore ascenderet ad sanctuarium, quam in festiuitatibus. Quæst. IX.

QVAERET aliquis an Elcana ascenderet solum in locum sanctuarij ad adorandum, & sacrificandum. Respondendum est, quòd non, qa Elcana erat Leuita de genere Caathitarum. 1. Parali.c.6. Leuitę autē debebant ministrare in sanctuario temporibus suis cum perciperent decimas, ergo Elcana illuc ibat aliquo tēpore, & isti nō erant dies statuti, de quibus hic dicitur, cum isti sint festiuitates assignatę a lege. Dicet forte aliquis, quòd nunquam Elcana, nec alij Leuitę ascendebant in locū sanctuarij ad ministrandum, quia ministratio Leuitarum erat, vt deponerent, & erigerent tabernaculum, quando castra mouenda, vel locanda essent, & quòd portarent illud per viam, nec habebant aliquam aliā ministrationem, vt patet Nu.1.& 3.& 4.c.sed nunc nulla istarum ministrationum esse poterat, quia non mouebatur sanctuarium postquam fixum est in Silo, ergo nunquam veniebant Leuitę ad ministrandum in sanctuarium. Sed aliquis dicet, quòd adhuc manebat alia ministratio Leuitarum, scilicet quòd excuba-

A rent in circuitu sanctuarij, & non permitterent populares accedere ad excubandum, vel quomodocunque manendum, ibi Nume.c.1. Hoc autem facere poterāt in Silo, & sic ascenderent aliquibus tēporibus Leuitę ad ministrandum in loco sancto. Dicendum est, quòd ad istam ministrationem Leuitę non ascendebant ad locum sanctuarij, quia excubare pertinebat ad tēpus, quo manebant Israelitę in deserto, quia sanctuarium erat in campo nullis parietibus clausum, sed poterat quilibet illuc accedere, nisi prohiberetur, vt ergo non accederent populares excubabant Leuitę. Cum autē fixum est in Silo māsit intra magna ędificia domorū quibus arcebatur, quilibet accedere volens, ideo non oportebat ibi esse excubitores, sicut in deserto, habe- B bant tamen Leuitę hoc non obstante, alias ministrationes in loco sanctuarij, quia ad mandatum summi sacerdotis mouebantur circa ea, quę iuberentur facere in sanctuario, vt patet Nu.c.18.& ad istam ministrationem erant Leuitę per diuersa tempora secūdum vices suas in loco sanctuarij, vt patet Deuter.18. c.scilicet si exierit Leuites de vna vrbium tuarum, & voluerit venire desiderans locum, quem elegerit dominus, ministrabit in nomine domini, sicut omnes fratres eius Leuitę, qui stabūt eo tempore coram domino: in quo patet, quòd aliqui determinatis temporibus seruiebant. Alij vero, qui volebant manebant semper ad ministrandum in ipso loco, sed Elcana erat vnus de Leuitis, ergo aliquando ascendebat ad locū sanctuarij ad ministrandum pręter hoc, quòd ascen- C debat in festiuitatibus ad adorandum, & sacrificādū.

Quare non fit mentio de ascensu Elcanæ ad ministrandum. Quæstio. X.

QVAERETVR vlterius quare non fit mētio hic de ascensu Elcanę ad ministrandum, sicut de ascensu ad solennitates. Respondēdum est, quòd scriptura intendebat hic introducere, quomodo Anna, quę erat vxor Elcanę petiuit a domino in Silo filium, & quia non ascendebat ipsa cum viro suo tempore, quo ibat ad ministrandū: ascendebat autem tempore, quo ibat ad festiuitates: ergo de ascensu ad illas mentio solum facta est. De D primo patet, scilicet quòd non ascenderet Anna cū viro suo tempore ministrationis, quia qui accedebant ad sanctuarium debebant esse mundi ab omni contaminatione: contactus autem vxoris erat immundus, quia quicunque tangeret eam debebat lauare carnē suam aqua, & immundus erat vsque ad vesperā: Leui. c.15. ergo tempore ministrationis Leuitę non accedebant ad vxores: si tamen ducerent eas secum ad locum sanctuarij, quia aliquanto tempore ibi manebant esset eis occasio ad cōtaminationem: ideo non ducebant eas secum. De secundo patet, scilicet quòd quādo ibat Elcana ad sacrificandum domino in festiuitatibus, duceret secū vxores suas: sic enim apparet hic, E cum vtrique daret de sacrificijs, quę immolabat in Silo. Ad ista enim festa non obligabantur venire mulieres in locum sanctuarij cum lex solum dixisset de viris: Exod.23.& 34.c. veniebant tamen ex deuotione, & tunc comedere poterant de sacrificijs, vt patet Deu. 12.& 16.c. vbi dicitur, quòd in istis festiuitatibus ascēderent viri in locum sanstuarij, & offerrent sacrificia epularenturque cum eis vxores, & filię, & ancillę, & serui. Cum autem ascendisset semel Elcana ad quādā de istis festiuitatibus accidit, ꝙ hic dicitur. s. ꝙ petierit Anna filium, ideo fit mētio de isto ascēsu ad ministrādum. *Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni, & Phinees sacerdotes domini.* Dicitur de istis duobus sacerdotibus, q̄m sacerdotiū, & principatus Samuelis habuit locū propter istos

istos duos: erat.n.Heli summus sacerdos,& vir iustus iudex Israel, qui 40.annis iudicauit, vt patet infra c.4. duo tamē filij Ophni,& Phinees erāt viri nequissimi, quoniam peccabant contra legem sacrificiorum:etiā dormiebant cū mulieribus, quę excubabant ad ostiū tabernaculi, vt patet sequēti c.& ob hoc Deus voluit, quòd nec isti, nec pater eorum magno tempore manerent in sacerdotio, sed mortui sunt quasi simul, vt patet infra c.4.& tunc successit Samuel tanquam iudex. Debuit ergo de his dici cum introduceretur historia Samuelis, qui propter iniquitatem istorū locū habuit: dicitur etiam, quòd erant isti duo sacerdotes in Silo. Non quidem, quòd isti soli essent ibi, quia erat ibi pater eorum Heli, erant quoque multi alij sacerdotes, qui per tempora sua ministrabant, quia tamen isti duo erant iniqui, propter quos mutatum est sacerdotium de domo Heli, & ptās iudicādi Israel: de his solis exprimitur. Vocantur autem isti sacerdotes domini, quia licet nequissimi essent, tamen domini ministeria faciebant. *Venit ergo dies, & immolauit Elcana.* Idest venit aliqua festiuitas de illis, in quibus lex iubebat iri in locum sanctuarij,& tunc immolauit Elcana, scilicet faciens hostias pacificas:non est autem intelligendum, quòd ipsemet Elcana fecerit sacrificiū,quia hoc ad solos sacerdotes pertinebat: Elcana vero erat Leuita, vt est dictum, sed immolauit, idest dedit animalia ad immolandum.

Elcana, quod sacrificium fecerit nūc. Et an fuerit hostia pacifica. Quæst. XI.

QVAERET aliquis, quòd sacrificiū fecit hic fieri Elcana. Respondebit aliquis, quòd hoc non potest sciri, quia erant tria genera sacrificiorum, scilicet holocaustum, hostia pacifica,& sacrificium pro peccato,& de quolibet horum poterat offerre Elcana. Respondendum est, ꝙ sacrificium Elcanę determinatum est,erat enim hostia pacifica, nec poterat esse aliqđ aliud sacrificiū. Quod patet, quia tria sunt genera sacrificiorum, vt dictū est: quorum primum est holocaustum, sed istud non obtulit Elcana, quia omnes carnes holocausti cremabātur cum capite pariter, & intestinis, & pedibus nullo proueniente sacerdotibus, aut offerētibus inde: Leui. c.1.sed sola pellis dabatur sacerdoti immolanti: Leui. c.6.hic tamen comedit Elcana de sacrificio suo,& dedit vxoribus atque filijs: ideo non fuit holocaustum. Item non poterat esse sacrificium pro peccato, quòd est secundum genus,quia istud erat duplex,aliquando enim cremabatur animal pro peccato extra castra, & inferebatur de sanguine eius intra sancta sanctorum: aliquando autem non inferebatur de sanguine eius interius. Primo modo sacrificium pro peccato totum cremabatur extra castra,scilicet carnes,pellis,& fimus. Leui.c.4.Si secundo modo proueniebant omnes carnes sacerdotibus,Leui.c.6.ideo nihil inde habere poterant offerentes, sed ex hoc sacrificio comedit Elcana, ideo non erat pro peccato:relinquitur ergo,quòd esset hostia pacifica, quia de hac licebat comedere Elcanę,& dare vxoribus suis.

Quomodo multi ab offerentibus comedebant de hostia pacifica. Quæst. XII.

QVAERETVR vlterius,cū dicatur de hostia pacifica, quòd quędam pars illius peruenit offerentibus, quomodo hic non solū offerentes,sed etiam multi alij comedebant: solus.n. Elcana obtulerat, sed nō solus ipse comedebat. Respondendum est, quòd hostia pacifica erat minus

F sacra,quam alię hostię,quia de alijs nō dabatur aliquid offerentibus, in hostia autem pacifica maior pars proueniebat eis, immo ipsum sacrificium nō fiebat principaliter propter Deum aut sacerdotes, sed propter gaudium, & exultationem, & epulas offerentium:de eis autem tollitur aliqua pars pro Deo. Nam vt communiter in hostia pacifica solum accipitur adeps ad cremandum super altare:Leui.c.3.pectusculum autē, & armus dexter proueniebant sacerdotibus: reliquę autem carnes ipsis offerentibus:Leui.c.7.Nec solum ipsis offerentibus licitum erat comedere de sanctificatis hostię pacificę, sed etiam familijs suis,& amicis, & omnibus, quos ipsi offerentes vocarent ad epulas:
G Deuter.12.& 16.c.Nam ibi dicitur, quòd quando aliquis offerret hostiam pacificam, epularetur corā domino tam ipse quam vxor, & filij, & filię, serui, & ancillę,& peregrini: viduę, & pauperes:pupilli,& Leuitę,quoscunque offerens vocare vellet. Fiebat autem hoc propter duo. Primo quia ista sacrificia fiebāt principaliter ad gaudium ipsorum offerentiū, non est tamē illis gaudium si ipsis de sacrificijs suis solū comedere liceret discernendo cibos a familia sua. Item nō stabat hoc, quia offerenti de hostia pacifica prouenit maior pars, scilicet tota hostia pręter pectusculum,& armum dextrum, & adipes: hoc tamen non posset comedere aliquis vir solus, potissimè quando fierent sacrificia de magnis animalibus, vt de bobus,quia val-
H de multi tunc requirerentur ad comedendum partē sacrificiorum prouenientē ipsi offerenti. Concessum fuit igitur offerentibus, quòd de partibus prouenientibus eis darent in cibum cuicunque vellent,ita tamē, quòd non comederetur illud quidquid esset extra locum sanctum,scilicet atrium tabernaculi,sed quòd ipse offerens,& omnes alij,quos ipse voluisset,comederent coram domino, vt dictum est. Nam Deuter. 12.c.dicitur de istis offerentibus, quòd epularētur coram domino, sed epulari coram domino est comedere intra sanctuarium: exigebatur etiam, quòd isti, qui comederēt de partibus hostię pacificę essent mūdi non habentes aliquam contaminationem, siue naturalem, siue legalem, quia generaliter prohibetur
I omnibus immundis accedere ad sanctificata: Leui. 22.Considerandum vlterius, quòd sicut offerentibus licebat de partibus eis prouenientibus dare quibuscūque vellēt,ita & sacerdotibus licebat de partibus,quę proueniebant illis de hostia pacifica dare filijs,& filiabus suis:Leui.c.10.nec solum his, sed etiam toti familię:Leui.c.22.dum tamen comederent partes illas in sacro loco:Leui.c.10.Sciendum vlterius,quòd hostię pacificę erant duplices, quędam enim ad gratiarum actiones, & alię votiuę,vel ad petitiones:pro secundis istarum erat licitum offerentibus comedere de partibus sibi prouenientibus die, qua offerebāt,& sequēti die: tertio autē die nihil,sed quidquid reliquum esset cremabatur, si autem esset primo modo, scilicet pro
K gratiarum actionibus comedebantur carnes solum die illa, qua offerebatur hostia:sequenti autem die nō licebat. De hoc Leui.c.7:& 19.quod intelligitur tam de ipsis offerentibus, quā de partibus, quę proueniebant sacerdotibus. *Deditque Phenennæ vxori suæ.* Idest dedit Elcana partem quandā de hostia sua pacifica Phenennę:nō ponitur primo de Phenenna tanꝙ ipsa esset honorabilior, & propter hoc primo daretur ei. Nā illa erat secunda vxor,& Elcana magis diligebat Annā, ꝙ Phenennam,sed ponitur ad significandum causam doloris Annę.s.quia Phenennę tanꝙ habenti filios primo datę sunt partes sacrificiorum, deinde Annę. *Et cunctis filijs eius,& filiabus partes.* i.dedit partes sacrificiorū Elcana omnibus filijs Phenennæ: habebat.n.ipsa multos filios, & filias, & cuilibet eorū dabatur per se pars

pars quędam de sacrificio ad hoc, ꝙ omnes abundanter epularentur & delectarentur. *Annæ autem dedit partem vnam tristis*. Ideſt Elcana cum dediſſet partes multas Phenennę, & filijs ſuis de ſacrificio vnicam dedit Annæ, quia ipſa ſola erat non habens liberos, & ob hoc fuit triſtis Elcana in dando, quia cum ipſe diligeret Annam voluiſſet eam magis honorare, ſed non poterat, quia cum Phenenna haberet filios, & filias plurimos, & Anna nullum, nõ poterat ſuſcipere Anna, niſi vnam partem, quia non eſſet cui illam daret: Phenenna aũt habebat filios, ideo accepit plures partes. in hebræo habetur hic. *Annæ autem dedit vnam partem pulchram*. Quod accidit ex æquiuocatione dictionis, quæ habetur hic in Hebręo, quæ poteſt ſignificare triſtem, vel pulchrum: vtraque aũt litera ſatis applicari poſſet ad clauſulam ſequentem. ſ. dedit Elcana Annæ vnam partem pulchram. i. quamq̃ eſſet vnica erat de melioribus, in quo honorabat aliquo modo Annam, & hoc quia diligebat eam. ſcilicet, magis q̃ Phenennam, vel dedit partem iſtam triſtis. ſ. quia voluiſſet dare plures partes Annæ q̃ Phenennæ, ſed nõ poterat, quia Anna non habebat filios, & ob hoc erat triſtis Elcana, quia cogebatur magis honorare Phenennã, vnde litera noſtra magis conſonat. *Quia diligebat Annam*. Ideſt ideo fuit triſtis Elcana dando partem vnam Annæ, quia diligebat eam, & voluiſſet eã honorare ſuper aliam vxorem: diligebat aũt eã magis, quia erat prior, & fortè ſibi gratior: Phenenna autem ſolum propter fęcunditatem placebat.

Dominus autem concluſerat vuluam eius. Scilicet Annæ, faciendo eam ſterilem. Iſtud eſt redditiuũ cauſæ ſuperioris. ſ. ꝙ Anna nõ habebat aliquem filium, nõ quidem qđ vir non accederet ad eã, nam diligebat eã nimis, ſed quia Deus fecerat eam ſterilem. Dr̃ aũt Deus concludere vuluam. i. facere, ne quis naſcatur ab vtero. Accipitur aũt concluſio vuluæ per ꝯrium ad apertionem, quæ aliqñ in ſcriptura accipitur, iuxta illud Exo. ca. 13. ſ. Omne maſculinũ, ꝙ aperit vuluam tam in hominibus, q̃ in iumentis. Apertio aũt iſta primo eſt in contactu virili ad concipiendũ. Secundo eſt in effuſione partus ab vtero: ſcriptura aũt ſemper accipit de ſecunda, è contrario aũt de clauſione. Nam prima clauſio ſolis virginibus competit, ſecunda autem mulieribus non parientibus, iſta aũt ſecunda erat in Anna, quia parere non poterat. ſ. quia non poterat cõcipere ad pariendum. *Afffligebat quoque eam æmula eius*. Vocatur aũt hic Phenenna æmula Annæ. i. inuidens illi, vel ꝯria: ſunt. n. æmuli cõpetitores in aliqua re, vt in honore, vel ſimilibus, ſic. n. Anna, & Phenenna cõpetebant reſpectu viri, & mutuo repugnabant ſibi, ideo æmulæ vocabantur: Phenenna autẽ affligebat Annam. ſ. prouocando eam ad magnas amaritudines proferendo verba duriſſima in illam. *Et uehementer angebat*. Ideſt erat duriſſima afflictio, quam Phenenna prouocabat ſuper Annam. ſ. affligebat eam quantum poterat: eſt autem afflictio tunc duriſſima, qñ quis affligitur ex ea parte, qua impotens eſt, ſed quia erat deficiens filijs, ꝙ reputabatur tanq̃ vituperium inter antiquos, cum maxima fęlicitas fęminarum eſſet in pluralitate filiorum, vt patet ex verbis Liæ, cũ habuiſſet quatuor filios duos ex ſe, & duos ex ancilla ſua dixit: hoc pro beatitudine mea. beatam quippe dicent me omnes generationes. Ideo affligebatur nimis Anna, cum Phenenna exprobraret ei ſterilitatem.

[...]uſio & [...]rtio [...]uæ du[...] [...]citerin[...] [...]igitur.

Intantum vt exprobraret, quòd concluſiſſet dominus vuluam eius. Ideſt afflictio, quam faciebat Phenenna ſup Annam interdum ad tantum extẽdebatur, ꝙ improperabat, & exprobrabat ei, ꝙ eſſet ſterililis, & non ſolum, ꝙ eſſet ſterilis, ſed ẽt ꝙ Deus feciſſet eam ſterilẽ. q. d. Deus voluit te facere infeliciſſimam mulierum,

A quia eras peſſima inter omnes, & ſic te reputauit: iõ inflixit tibi pęnarum maximam. ſ. ſterilitatem. Dr̃ autem intantum, vt exprobraret. i. non erant oẽs afflictiones, quas faciebat Phenenna ſuper Annam de ſterilitate eius, ſed cum eſſent vxores eiuſdem viri contingebat eas in multis contendere, & in omnibus affligebat Phenenna Annam verbis duris, & cum vellet eam amariſſimè affligere, perueniebat ad hoc, qđ opponeret ei tanquam crimen maximum de ipſa ſterilitate: in ſingulis enim Phenenna ſuperbiebat ſupponens ſe Annæ credens ſe excellentiorem, quia fęcunda erat, & Anna ſterilis, ſic patet Gen. 16. cap. de Sara, & Agar. Erat quippe Agar ancilla Saræ, quã cũ
B tradidiſſet viro ſuo in vxorem, & concepiſſet ex eo, ſuperbiuit reſpuens pręcepta dñæ ſuæ, vnde conqueeſt Sara Abrahæ, vt patet ibidem.

Sicque faciebat per ſingulos annos, cum redeunte tempore aſcenderent templum Domini. Ideſt Phenenna faciebat hoc quolibet anno affligens Annam, quando aſcendebant ad templum, & dicitur per ſingulos annos, quia quolibet anno aſcendebat Elcana in locum ſanctuarij ad offerendum, & adorandum, vt patet ſupra, & nõ ſolum ſemel, ſed ter in tribus feſtiuitatibus determinatis a lege: Exo. 23. & 34. cap. Dicũt autem aliqui ꝙ Elcana ſolum aſcendebat ſemel in anno ad locum ſanctuarij. ſ. in feſto azymorum, & quando obijcitur de feſto Penthecoſtes, & tabernaculorum: rñdetur, ꝙ in duabus feſtiuitatibus iſtis poterat diſpẽſari cum Hebræis, ne venirent in locum ſanctuarij, ſed in feſto azymorum nequaquam, ideo ꝙ in iſto aſcen
C debat Elcana ſolum quolibet anno: de hoc aũt magis declaratum eſt Exo. 23. & 34. cap.

Sed adhuc dato, ꝙ duæ feſtiuitates iſtarum, eſſent diſpenſabiles: non colligitur ex hoc, ꝙ ſemel tantum in anno aſcendebat Elcana in locum ſanctuarij. Nam cum dicitur, quòd per ſingulos annos hoc faciebat Phenenna tempore, quo aſcẽderent in templum Domini, ideſt aduenientibus temporibus de aſcendendo, quia quolibet illorum trium temporum vocatur tempus aſcendendi, & dicitur, quòd ſic faciebat per ſingulos annos, cum aſcenderent in templum Domini: non quidem quòd ſolum Phenẽna affligeret Annam, quando aſcenderent in locum ſanctuarij, ſed ẽt affligebat eam omnibus alijs tẽporibus, quandocũq; Qñ Phenenna exprobrabat Annam.
D contingeret eas contendere, ſed iſto tempore hẽbat maiorem opportunitatem affligendi ipſam obijciẽs illi ſterilitatem, cum tunc haberet maiorem occaſionem ad hoc, quàm alijs temporibus: nam Elcana diſtribuebat partes ſacrificiorum, dabatque Phenennæ partes plurimas, quia habebat multos filios: Annæ autem vnicam, quia non habebat filium: tunc autem Phenenna exprobrabat, quòd ſterilis eſſet, deſpecta nimis a Deo, & hominibus, cùm unica daretur ei pars. *Et ſic prouocabat eam*. Ideſt hoc mõ prouocabat Phenenna Annam ad amaritudinem, ſcilicet obijciendo ei ſterilitatem.

Porro illa flebat, & non capiebat cibum. Ideſt cum An-
E na grauiter afflicta foret, erat ſibi uita ſua amara, & tędebat eam viuere, ſi ſic ſuperuiuendum eſſet: vnde non capiebat cibum, ſed ruebat in lachrymas: hoc enim ſibi erat vnicum ſolatium. Eſt enim conditio afflictorum, & generaliter omnium iratorum, quod quando uindictam expetere non poſſint, fletus eis ſit quoddam ſolatium, ſic enim calidi furores, & ipſa irę materia exhalat, quòd apparet in lachrymis hominum iratorum: nimis enim calidę ſunt. Cum vero partim fleuerint, lachrimę tepidiores ſunt, & aliqualiter iræ impetus requieuit: ſic autem, cum Anna non haberet aliquod ſolamen contra Phenennam, quia ambæ erant uxores eiuſdem uiri, & Quare irati flent, & lachrymæ eorum sũt calidiſſimę.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

non poterat ab ea vindictam expetere, nec similia vitia ei opponere, aut de obiectis respondere ruebat in lachrymas. *Dixit ergo ei Elcana vir suus.* Videbat enim Elcana, ꝙ affligeretur Anna, nec poterat plenè ei adhibere remedium, ideo consolabatur in verbis, vt poterat dicens: Cur fleret, nec poterat Elcana totaliter consolari Annam, quia postquã semel Phenenna afflixisset eam super sterilitate, manebat ei iste perpetuus dolor potissimè cum quolibet anno reintegraretur ascendentibus eis in locum sanctuarij videns, quòd Phenenna reciperet partes multas, ipsa autem vnicam.

Anna cur fles? & quare non comedis? Videbat Elcana afflictionem Annæ: non.n. poterat celari dolor & fletus eius, & ꝙ non comederet: quærebat autem Elcana, cur fleret, non quidem tanquam nesciret, quia immediatè patet ex verbis eius, ꝙ sciret: sed est modus loquendi, quo sæpe quærimus ab alijs ea, de quibus certi sumus, vt eos ad rñdendũ de eo, ꝙ volumus inducamus. *Et quamobrem affligitur cor tuum?* Videbat enim, ꝙ lachrymæ Annæ non erant mendaces, sicut interdum lachrymæ fęmineæ sunt, cum nullo dolore: promptissimum. n. est fęminæ cuicunque plorare: etiam si nulla causa subsit: hic autem erat verus fletus, quod videbat Elcana, ꝙ affligebatur cor Annę.s. præ tristitia lãguebat & desiccabatur, & hoc erat affligi cor. Nam ex cordis lætitia, vel afflictione prouenit quæcunque bona, aut mala habitudo exterius in corpore: sic ait Salomon Prouer. cap. 17. animus gaudens floridam facit ætatem: spiritus tristis desiccat ossa.

Nunquid non ego melior sum tibi quam decem filij? Quasi dicat scio quare doles: pro filijs enim lachrymaris, sed non deberes: nunquid ego non sum melior tibi. i. ad gaudiũ tuum, & consolationem quàm decem filij? q.d. amor, quo te intensè diligo melior tibi est, q̃ si decem filios haberes. Aliqui intelligunt hoc de filijs Phenennę.s. ego sum melior tibi, quã 10. filij. q.d. ego diligo te magis nõ habentem filios, quàm Phenennam, etiam si haberet decem filios. Aliter potest intelligi melior, ego sum tibi, quàm decem filij. i. pręualeo ego, cum te diligam quàm si haberes decem filios, sed ista cõparatio non videtur esse conueniens: quia si Anna haberet decem filios, vel saltem vnum non minus diligeretur ab Elcana, quàm nunc diligebatur, immo magis, & tamen dicitur, ꝙ ipse erat melior illi, quàm decem filij, ideo teneatur alius sensus, scilicet præcedens.

Surrexit autem Anna postquam comederat, & biberat in Silo. Et Heli sacerdote sedente super sellam ante postes templi Domini, cùm esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum, flens largiter, & votum vouit dicens: Domine exercituum; si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ dederisque seruæ tuæ sexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non ascendet super caput eius. Factũ est autem, cùm illa multiplicaret preces coram domino, vt Heli obseruaret os eius. Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumq; labia eius mouebantur, & vox penitus non

Iud. 13.

F audiebatur. Aestimauit ergo eam Heli temulentam, dixitq; ei. Vsquequo ebria eris? Digere paulisper vinum, quo mades. Respõdens Anna, nequaquã, inquit, domine mi: nam mulier infelix nimis ego sum, vinumque & omne quod inebriare potest, non bibi, sed effudi animam meam in conspectu Domini. Ne reputes ancillam tuam, quasi vnam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris & męroris mei locuta sum vsque

G in præsens. Tunc Heli ait ei: Vade in pace, & Deus Israel det tibi petitionem tuam, quã rogasti eum. At illa dixit: Vtinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abijt mulier in viam suam, & comedit: vultusque illius non sunt amplius in diuersa mutati. Et surrexerunt mane, & adorauerunt coram Domino: reuersique sunt, & venerunt in domum suam in Ramatha.

Surrexit autem Anna. Hic ponitur fm.s. ipsa petitio Annæ: nam cum non hr̃et aliquod solatiũ ab hoĩb⁹,

H & affligeretur nimis pp sterilitatem, petiuit a Deo filiũ, vt patet ĩ. & dr̃ surrexit Anna postq̃ comederat, & biberat in Silo. i. afflicta nimis gustato paululũ de cibo surrexit, vt iret ad orandũ dñm: est aũt intelligẽdum, ꝙ q̃q̃ Anna modicum de cibo, & potu præ tristitia sumeret aliquid tñ sumebat, & sic cum dr̃ supra, ꝙ Anna flebat, & non sumebat cibũ intelligendum est, ꝙ non sumebat ad abundantiã, sicut si iocũda foret, ꝙ aũt modicum est tanq̃ nihil reputatur, quia nihil & inutile æquiparantur. *Et Heli sacerdote sedente super sellam.* i. qñ introiuit Anna ad orandũ in tẽplũ dñi, sedebat Heli, qui erat summus sacerdos super sellam positam circa fores templi: dicunt aũt Iudæi quidã, ꝙ illa die fuerat factus pontifex, & iudex ipse Heli, &

I ob hoc sedebat tanq̃ ad iudicandũ causas. Sed hoc nihil est: verum est.n. ꝙ Heli erat iudex Israel, vt patet ĩ. 4. c. Nam iudicauit populum quadraginta annis.

Non poterat tñ dici, ꝙ hac die factus fuisset iudex, quia Heli mortuus est, cum Samuel esset satis paruæ ætatis, vt colligitur ex sequentibus vsque ad c. 4. Hoc tamen, ꝙ hic dicitur, fuit in eodem anno, in quo conceptus, & natus est Samuel, ergo iam a multis diebus ante erat iudex. Item patet, quia si propter hoc diceretur iudex effectus nouiter, quia sedebat super sedẽ, ita diceretur, ꝙ illa die qua mortuus est, fuit factus iudex, quia dicitur infra. 4. cap. ꝙ tunc sedebat super sedem; & corruens de ea expirauit. Sed falsum est hoc, quia quadraginta annis iudicauit, ergo nec fuit factus iudex hac die, qua orauit Anna, sed dicebatur sedere

K super sellam, quia ipse erat sacerdos magnus & iudex, & ob hoc honorabilissimus in toto populo: erat autem sedens in magna sella apud ostium templi fortè ad recreationem, & gaudium: sic dicitur infra cap. 4. quòd Heli sedebat super sellã contra viam expectãs.

Ante postes templi Domini. Idest sella sua erat posita ante postes templi, quia forte in ostio templi erant postes pulchri, vel fortè in porticu, & apud illos sedebat Heli expectans introeuntes sanctuarium, & sic potuit videre Annam, quãdo orabat, nec.n. procul ipse erat ab ea, & ab ostio templi alioquin nõ potuisset videre qño Anna mouebat labia. *Cum esset Anna animo amaro.* i. tunc habẽt Anna amaritudinẽ cordis, qñ introiuit

Brut[...] Aene[...] genie[...] quo [...] tanni[...] Angli[...] cta e[...]

Infra [...]

Opin[...] Hebr[...] rum.

D[...]

introiuit ad orandum: afflixerat enim nimis illã ęmula eius obijciens sterilitatem.

Orauit dominum flens largiter. Idest effudit lachrymas multas in oratione: istud enim patet ex præcedenti. Nam cum haberet amaritudinẽ animi, poterat plorare abundantius, quia ira mouet ad lachrymas.

Et uotum vouit domino dicens. Desiderabat enim nimis prolem, vt erueretur ab isto opprobrio sterilitatis: ideo vouit, ꝙ si Deus daret ei filium masculum, offerret ei illum ad seruiendum coram ipso.

Domine exercituum si respiciens videris affictionem famulæ tuæ. Dicebat se Annam afflictam, quia nimis infestabat eam, atque prouocabat eam ęmula sua Fenenna: Deus autem respicere diceretur istam afflictionẽ si liberaret ipsam ab ea, quasi ante hoc non respiceret sicut illi, qui vident mala aliorũ & dissimulantes non eripiunt, dicuntur non respicere: si autem adiuuerint respiciunt.

Expositio Ra. Sal. Ra. Sal. dicit si respiciens videris. i. etiam si nolueris respicere respicies, quia si nolueris respicere votum meum, ego simulabo amorẽ cum aliquo viro, ita ꝙ vir meus hæc sciens concipiat spiritum zelotipię atque coget me subire purgationẽ aquæ amarissimę, & tunc quia innocens ero dabis mihi necessario filios, præmisisti enim ꝙ mulier hoc subiens si esset innoxia faceret prolem, & gigneret multos liberos, de quo Num. 5. sed hoc nihil est, quia non intendebat hoc Anna, & etiam si intenderet non proficeret, quia Deus per fraudem ad nihil cogitur.

An Anna potuerit uouere sub conditione. *Quæst.* XIII.

Qvaeret aliquis, an poterat Anna licitè emittere tale votum cum conditione. s. si dederis mihi filium, dabo eum tibi.

Respondendum est non esse dubium, quin vota conditionalia interdum licita sint: sed quæ sint conditiones, quæ stant cum voto, & quæ non, apud multos dubium est, de quo satis diximus Num. 30. c.

Opinio Innocẽtij. Aliqui enim dixerũt, vt Innocentius & similes, ꝙ quædam vota erant symoniaca facta cum conditione ad Deum, vt si quis dicat voueo pallium meum pro tali, vel tali Ecclesia si Deus sanauerit filium meum ab ægritudine: hoc tamen probatum est non esse symoniacum præalleg. c. quia cum Deo nulla symonia est possibilis contrahi. De hoc tñ voto minus dubitabitur, quia Anna non vouebat dare aliquid pro filio, sed ipsummet filium si ei daretur.

Ratio autem quare quidam dicebant esse quędam vota symoniaca: est, quia ibi tp̃ale pro spirituali dat̃. s. pallium pro sanitate filij: hic autem non datur vnum pro alio, sed ipsummet quod accipitur datur, & integraliter quidem. Item istud votum non poterat fieri aliter, etiam si Anna vellet, quia si Samuel esset iam genitus poterat Anna sine conditione illum vouere dño, quia tñ nondum erat cõceptus, nec certum erat ꝙ conciperetur, non potuit sine conditione fieri votum: licitum ergo fuit istud votum, etiam Deo valde acceptum cum ad petitionem istam Deus concesserit filium. *Et recordatus mei fueris.* Deus nullius rei recordatur, quia nullius rei obliuiscitur, cum oĩa semper cognoscat, & semper & indesinenter illa conspiciat: Prou. c. 15. s. In omni loco oculi dñi contemplãtur bonos, & malos, & si Deus aliquid interdum obliuisceretur nunq̃ posset illud recordari, quia non hr̃et quod eum duceret in memoriam oblitorum, sed accipitur hic ex modo loquendi vulgari, nõ uidebatur Annæ ꝙ in omnibus tp̃ibus præteritis Deus non recordabatur illius, cum permitteret illam in angustia sua vexari ab æmula. Si autem daret ei prolem, recordaretur ipsius. *Nec oblitus ancillæ tuæ.* Idest non oblitus

(Deus an recordet.)

A fueris mei, quæ sum ancilla tua: eadem enim sentẽtia est cum superiori, quia idem est recordari, ꝙ nõ obliuisci, quamquam si accipiatur propriè non obliuisci dicitur de illo, qui actualiter retinet aliqua, & non fit mutatio circa illa, & sic proprie dicitur, ꝙ Deus non obliuiscitur alicuius rei, quia omnia semper cognoscit: non tamen dicitur, ꝙ proprie recordatur.

Dederisque famulæ tuæ sexum virilem. Ista litera ex tenore verborum poterat dupliciter intelligi: vno modo, ꝙ daret sexum virilem. i. daret ei, ꝙ esset vir. istud autẽ non erat licitum. s. ꝙ fęmina vellet, sexu mutato, effici vir, nec hoc petebat Anna. Alio modo intelligitur, ꝙ daret ei sexum virilem. i. filium masculum, & hoc
B intelligebat Anna, quod patet, quia dixit, dabo eum domino, & Deus sic concessit.

Quare Anna petit a domino filium masculum, cum eum non magis desideraret quàm fœminam. *Quæst.* XIIII.

Qvaeret aliquis, quare Anna dixit, si daret ei Deus sexum virilem, quia non solum desiderabat habere filium masculum, sed etiam filiam, vel quodcunq;, ita vt auferretur opprobrium sterilitatis.

Respondendum est, ꝙ Anna prolem cupiebat qđcunque enim. s. vel masculum, vel fęminam gratanter recepisset, vt auferretur sterilitas: petiuit tñ masculum, quia uouit eum dare dño ad ministrandum coram eo: ad hoc tamen filia inepta erat, quia nulla fœmina poterat ministrare coram dño, siue illa esset de
C gñe sacerdotali, siue non: sed tota ministratio semp pertinebat ad viros. Dicet tñ aliquis, ꝙ non solum ad istud uotum fuisset cõueniens masculus, sed ẽt fęmina, quia hic vouit mater Samuelis facere eum Nazareum, vt patet cum dicitur: Et nouacula non ascẽdet super caput eius. Iste enim erat ritus Nazareorum, vt patet Nu. 6. c. Viri tñ, & fęminæ poterant istud uotũ facere & obseruare, vt patet eod. c. cũ dr̃: vir siue mulier cum fecerit uotum, vt sanctificentur &c.

Rñdendum est, ꝙ uotum Annæ erat hic duplex. primum erat ꝙ filius ex ea gignẽdus ministraret semper coram dño oĩbus diebus uitæ suæ: ꝭm erat, ꝙ obseruaret ritum Nazareorũ, & utrunq; patet in litera: ꝭm, cum dr̃ nouacula non ascendet super caput eius:
D primum, cum dr̃ dabo eum dño oĩbus diebus uitæ eius. Erant aũt ista uota multum distincta: nam primum eorum pertinebat ad officium Leuitarum, & sacerdotum, ꝭm uerò ad religionẽ Nazareorũ, q̃ poterat esse quorũcunq; populariũ, siue masculorũ, siue fęminarũ. Secundũ aũt horũ poterat cõplere filia Annæ si quã peperisset. Primum tñ non poterat, nisi masculus, ideo petiuit masculũ. Sed aliquis adhuc dicet, ꝙ hic solũ erat unum uotũ. s. de obseruatione Nazareorũ, & cum litera dicit dabo eum dño oĩbus diebus uitæ suæ, & nouacula non ascendet sup caput eiꝰ, ꝙ intelligatur totũ de uoto Nazareorũ: nam cum dixit, qđ nouacula nõ ascendet super caput eius intelli
E gitur, ꝙ uouebat uotum Nazareorũ. Cum uerò dr̃, dabo eum dño oĩbus diebus uitæ suæ, intelligit̃ ꝙ uotum istud esset perpetuũ, q̃a aliq̃ñ tp̃ale erat, & aliq̃ñ perpetuũ, & sic erit vnicũ uotũ ad qđ sufficiet ẽt filia.

Rñdendum est, ꝙ ista uota necessario erant duo, quia cum dr̃, ꝙ daret eum dño cunctis diebus uitæ suæ: intelligitur de ministerio, quod fiebat coram domino, quod pertinebat ad sacerdotes, vel ad Leuitas, ꝙ apparet, quia si solũ uouisset mater Samuelis consecrare filium suum in Nazareum: non dedisset eum Heli sacerdoti in tabernaculo domini, vt maneret ibi ad ministrãdum a puritia sua, quia uotum Nazareorum non exigebat, quod obseruans illud maneret in sanctua-

sanctuario, & tamen Samuel im mediatè vt ablactatus est datus fuit Heli sacerdoti, vt maneret semp coram dño, vt patet infra in litera, & seq. c. ergo non solum vouīt votum Nazareorum, sed etiam ꝙ maneret semper ad ministrandum coram dño, & tñ fœmina non poterat hoc facere. ergo ad completionem voti huius oportebat, quòd ille, qui nasceretur esset vir, & sic petiuit Anna, vt daret sibi Deus sexum virilem.

An Anna posset vouere filium suum domino. Quæst. XV.

QVAERETVR vlterius an posset Anna vouere filium suum coram dño ad ministrādum ibi semper. Aliquis rñdebit, ꝙ non, quia nō pertinet, hoc nisi ad sacerdotes; Samuel autem non erat de genere sacerdotum, ideo non poterat ad hoc voueri.

Respondendum est, quod ad sciendum qui poterant voueri dño præsupponēdum est, ꝙ apud Iudęos non erat sicut nunc: nam nunc quilibet potest ordinari ad ordines sacros, & ministrare in eis coram dño, vel applicare se strictiori vitæ in religione, in qua Deꝰ abundantius colitur, nec fit aliqua distinctio primogenitorum. In ueteri autem testamento non poterant omnes ministrare, sed solum illi, qui erant a Deo specialiter electi ad hoc: primogeniti autem inter Israelitas erant obligati Deo specialiter ad ministrandū coram eo, quia ipse liberauerat eos de Aegypto: vnde ex tunc dicit eos specialiter esse suos Num. c. 3. & 8. repulit tamen Deos primogenitos omnium tribuum a sacerdotio, & ministratione coram illo, eo quod in fabricatione, & adoratione vituli omnes tribus peccauerant præter Leuitas, vt colligitur Exo. 32. cap. ex ibi dictis. Accepit igitur Deus tribum Leuitarum loco oīum primogenitorum Israel Num. c. 3. & 8. Distinxit aūt istos Leuitas in duo genera ministrationū generaliter, qm̄ quosdam fecit sacerdotes. s. eos, qui erāt de genere Aaron, omnes aūt alios fecit minores Leuitas ministrātes in alijs officijs minoribus: distinctio autem officiorum istorum apparet Num. ca. 3. & 18. vbi assignantur quædam sacerdotibus, & alia minoribus Leuitis. Dicitur etiam ꝙ si aliquis de popularibꝰ accederet ad ministeria istorum moreretur Num. c. 3. Patet ergo ex hoc, quod in lege veteri soli Leuitæ domino ministrabant, s. tam sacerdotes, quàm minores Leuitæ: ideo sicut non liceret alicui de popularibus immiscere se officijs Leuitarū, vel sacerdotum, ita non liceret ei vouere facere hoc, quia quod non licebat fieri, non licebat voueri, cum votum sit propter executionem. Si igitur Samuel non erat de Leuitis, vel sacerdotibus, non poterat voueri ad ministrandū coram dño. Vlterius considerandum est, quod multum differt, ꝙ aliquis voueret se, vel vouerēt ab alio ad manendum coram dño, & ministrandum, vel ꝙ voueret se Deo totaliter, nihil aliud exprimendo.

Cum. n. aliquis voueret se ad ministrādum, vel manendum semper coram Deo, necessario intelligebat votum illud de ministratione, quæ fiebat a Leuitis, vel sacerdotibus, quia non contingebat alio mō corā dño ministrari, & sic non poterat se aliquis vouere, nisi esset de genere Leuitarum, aut sacerdotum: si. n. esset de istis tenebat votū, & ministrabat iste, qui se vouerat in illo gñe ministrationis, ꝙ conueniebat ei: si autē esset de popularibus, & se voueret ad ministrandum non tenebat votum, quia sic se vouens non poterat exequi quod vouebat, immo peccabat in vouendo, sicut si quis voueret, quod occideret alium, vel fornicaretur. Si autem aliquis voueret se domino totaliter non exprimendo aliquid vltra. s. dicendo, ego voueo me Deo, eueniebat hoc, quia aut ille, qui sic

Quō uotū est ualidū.

F vouebat, erat Leuita, vel sacerdos, aut erat popularis. Si autem esset Leuita, vel sacerdos tenebat votum, & habebat seipsum exhibere ad ministrandum semper in genere ministerij sui. Si vero esset de popularibus tenebat votum, non tamen debebat se vouens exhibere ad ministrandum coram dño, quia hoc nō erat ei licitū, sed dabat pro se preciū tanq̃ esset Deo obligatus, & tunc se redimeret: precium autem istud nō erat idem pro omnibus, sed aliter dabatur pro fęminis, & aliter pro viris, quia masculus ab vno mense vsque ad quintum annum dabat pro se quinque siclos. s. parentes eius si vouerent eum, & a quinto anno vsque ad 20. dabat 20. siclos, a 20. autem anno vsque ad 60. dabat 50. siclos: ab anno autem 60. & vltra dabat.
G 15. siclos: fęmina verò ab vno mense usque ad annū 5. dabat tres siclos, a 5. vsque ad 20. dabat. 10. a 20. vsq; ad 60. dabat 30. a 60. & vltra dabat 10. quod verum est regulariter, secus autē de illo, qui se vouebat, & erat pauper: nam secundum quod sacerdos videbat eum posse soluere, sic iudicabat esse soluendum: Leu. 27.

An Samuel debuit redimi, vel applicari ad cultum Dei. Quæstio. XVI.

NVNC autem dubium manet de Samuele, an deberet pro ipso dari redemptio siclorum, vel deberet applicari ad cultum Dei. Respōdetur ex prædictis, ꝙ cum Samuel esset de genere Leuitarum, vt sup. q. 1. declaratū est,
H votum in eo tenebat, siue voueret simpliciter Deo, siue voueretur ad ministrandum coram illo: qm̄ ipsi competebat aliquod ministerium Leuiticum, in quo poterat coram domino ministrare, & in hoc quidem non est dubium, cum mater sua non vouit eum simpliciter, dicēs: ego voueo filium meum domino: sed vouit eum ad ministrandum, & standum semper coram domino, ergo oportebat, vel ꝙ votum non teneret, vel ꝙ iste applicaretur ad ministrandum corā domino: uotum aūt tenere poterat cum ei competeret aliquod ministerium Leuiticū, ergo necesse erat, qđ applicaretur Samuel ad ministrandū, & non daretur ꝑ eo precium. Sed manet dubium si mater Samuelis dixisset voueo filium meum dño, nihil addens, an
I teneretur Samuel applicari coram dño ad ministrandum, vel posset pro eo solui preciū. Rñdendum est, ꝙ debebat applicari ad ministrandum, quia qñcunq; aliquis vouet seipsum dño dicens, ego uoueo me dño, uel alius uouet eū sub hac forma: persona vouet, & non res eius, nec aliquod precium pro illa, ideo dum uotū obseruari potest, necesse est, vt sic teneatur, sicut emissum est, sed uouit iste personam, ergo applicabat illam ad cultum Dei, & non precium pro illa, ꝙ autem data est redemptio quędam pro illis, qui se uouebant Deo, non fuit tāquam quilibet uouens seipsum deberet, vel posset istud precium souere pro seipso, sed factum est pro illis, qui non poterant directe applicari Deo in personis suis, scilicet pro popularibus, ut uota eorum non sint simpliciter inutilia;
K de sacerdotibus autem, & Leuitis non est sic, quia isti possunt applicari Deo in personis suis, ergo debebant seipsos Deo applicare, & non soluere precium: Samuel autem erat huiusmodi, quia erat Leuita, iō non debebat pro eo dari precium, sed mansurus erat semper in Sanctuario ad ministrandum, sic enim fecit mater sua, quia immediatè, vt ablactatus est dedit eum Heli sacerdoti summo, vt maneret semper in Sanctuario, ut patet infra in litera, & sequenti capitulo.

An votum

An votum Annæ fuerit de vouendo Samuelem ad aliquod ministerium sacerdotale. Quæstio. XVII.

SED adhuc dicet aliquis ꝙ istud votum non tenuit, quia sicut non poterat aliquis de popularibus vouere se dño ad ministrandū in aliquo genere ministerij Leuitici, vel sacerdotalis, ita non licebat alicui Leuitæ vouere se ad aliquod ministerium sacerdotale, quia si se immisceret actibus sacerdotalibus moreretur, quia dicitur Num. c. 3. ꝙ sacerdotium Aaron, & filijs suis solum cōcederetur, & quicunque extraneus. i. de non sacerdotibus se immisceret actibus sacerdotalibus moreretur, quod patet in Core, qui erat de Leuitis, & tamen quia voluit sibi vsurpare sacerdotium mortuus est tam ipse q̄ complices sui Num. 16. cap. sed ministerium istud. s. manere semper coram dño ad ministrandum est sacerdotale, quia non ministrant Leuitæ in sanctuario, vt declaratum est Num. 18. cap. & Samuel erat de Leuitis, ergo non poterat voueri a matre sua ad ministrandū, & standum coram domino.

Respondendum est, ꝙ non vouit Anna Samuelē ad ministrandum coram dño in aliquo ministerio sacerdotali. s. ad faciēdum sacrificia, vel ad offerendū panes propositionis, vel ad incendendum lucernas, vel ponendum thymiama in altari, vel ad introeundum in sancta sanctorum, quæ sunt ministeria sacerdotalia, sed vouit illum ad ministrandum coram dño in aliquo ministerio Leuitico: erant nanq; aliqua ministeria Leuitica, quæ possent fieri in sanctuario. s. ꝙ essent Leuitæ in sanctuario expectantes pręceptum summi sacerdotis, vt facerēt quidquid ille imperaret, sic patet Num. 18. c. cum dr̄, ꝙ Leuitę excubabunt ad ꝑcepta Aaron, & per hoc intelligitur de oībus alijs summis sacerdotibus, & hoc satis apparet de Samuele infra in litera, cum dr̄, ꝙ Samuel erat puer accinctꝰ ephod lineo, & ministrabat coram Heli sacerdote. i. ministrabat ad oīa, quæ iubebat ei Heli summus sacerdos. Sed adhuc arguetur, ꝙ Samuel non solū fuerit deuotus a matre ad ministrandū in opere Leuitico, sed ēt in ministerio sacerdotali, quod patet, quia sacrificare est de principalibus ministerijs sacerdotū, Samuel tñ faciebat sacrificia, vt patet infra c. 7. & 16.

Respondendum est, ꝙ mater Samuelis non vouit eum ad hoc, ꝙ ministraret in faciēdo sacrificia, sed vt ministraret in operibus Leuiticis: postea autem contigit ipsum facere sacrificia, non quidem ex necessitate voti, vel ex officio suo, sed quia ex diuina dispensatione datum est ei specialiter. Nam aliquando legitur, ꝙ Deus iusserit ei facere sacrificia, vt patet infra 16. cap. ideo quamquam non esset sacerdos, immo nec Leuita, sed purè laicus tenebatur obedire sacrificando. De alijs autem vicibus, quibus sacrificauit quamquam specialiter nō legatur, ꝙ Deus ei hoc iusserit, tamen est intelligendum, ꝙ Deus ei iussisset, q̄a propheta erat, & a Deo reuelationē accipiebat, ideo omnis populus sic intelligebat, & quamquam scirent eum nō esse sacerdotem, tamen permittebant sacrificia facere, apparet igitur ex prædictis, ꝙ tenuerit votum factum de Samuele a matre sua, & ad quod opus eum vouerit.

Quæ opera competebant Samueli ex voto matris. Quæstio. XVIII.

QVAERETVR vlterius cum Samuelē vouisset mater sua ad ministrandum coram dño in opere Leuitico, quę opera ei competebant.

Respondendum est, ꝙ non sunt eadē opera oīum Leuitarū, sed sicut sunt tres familiæ Leuitarū, A ita erāt eis datæ ministrationes triplices, vel saltē multiplices inter se non conuenientes, sed istę ministrationes non sunt similes pro omni tempore. Nam eo tp̄e, quo Israelitæ fuerunt in deserto erat quædā ministratio Leuitarum in custodiendo sanctuarium. s. excubando in circuitu illius, ne accederent aliqui de popularibus: Nu. c. 1. & 2. & in hac ministratione non differebant Leuitæ, nisi quantum ad situm, quia oēs excubabant in circuitu sanctuarij, sed sacerdotes quidem in latere orientali, Gersonitæ verò ad latus occidētale, Caathitę aūt in latere meridiano, Meraritę verò in latere aquilonari: Num. cap. 3. Erant aūt præter hanc tres ministrationes. s. deponere tabernaculū & B erigere atq; portare in via. Nā per desertū Leuitę habebant curā istorum, & in his erat distinctio: qm̄ alię partes sanctuarij ꝑtinebant ad Gersonitas, aliæ ad Meraritas, aliæ ad Caathitas: vasa nāque sanctuarij, q̄ non erāt partes eius, sicut arca fęderis, altare holocaustorum, altare thymiamatis, candelabrū aureū, & mensa ꝓpositionis, & labrū ęneum cum vasculis suis ꝑtinebant ad Caathitas, vt patet Nu. c. 3. & 4. Gersonitæ verò portabant oīa, q̄ ꝑtinebant ad pelles, & vestes: s. oīa operimenta, & vela, atq; tentoria sanctuarij cū adhęrentibus sibi: Meraritę aūt portabāt oēs columnas tā lineas, q̄ æreas cū capitibus suis, & vasibus, & oēs tabulas totius tabernaculi: de his Nu. c. 3. & 4. Si ergo fuisset mr̄ Samuelis qñ manebant Israelitæ in deserto, & vouisset filium suum ad opera Leuitica, ipse hr̄et officium excubandi in circuitu sanctuarij, & portandi vasa cū Caathitis, q̄a erat de stirpe Caathitarū, vt patet C 1. Paral. c. 6. Fuerūt aūt alia officia Leuitarū postq̄ ingressi sunt in terrā Chanaā vsq; ad tp̄a Dauid: iam. n. non manebant in prioribus officijs, cū nō portaretur sanctuariū dñi de loco ad locū, sicut prius portari cōsueuerat, nec oportebat, ꝙ excubarent Leuitę in circuitu sanctuarij, sicut prius faciebant, sed erāt eis alia officia, sicut claudere ianuas sanctuarij, & attētos esse ad iussa sacerdotū si quid eis facere imperarent: pro hoc aūt tp̄e non videbatē esse aliqua distinctio ministrationis in Gersonitis Meraritis Caathitis: sed oēs erant attenti ad præcepta sacerdotū, quotquot eis iuberēt, nec pro tp̄e isto legit̄ aliquid aliud fuisse distinctū: in hoc aūt tp̄e fuit Samuel: iō videtur ꝙ nō esset aliqđ spāle ministeriū inter Leuitas, ad qđ ipse applicari deberet, sed quodcūq; ei iuberēt sacerdotes, hoc D faceret. Tertiū tp̄s ministrationis Leuitarū fuit post Dauid: ipse. n. statuit Leuitas distinctos quosdā faciēs ianitores, alios cantores, alios thesaurarios, & sic de alijs officijs, de quibus 1. Paral. 25. & 26. c. Et si pro illo tp̄e fuisset Samuel sacerdos, oporteret, ꝙ ipse acciperet illam ministrationem, quæ pertinebat ad Caathitas: sed quia fuit in priori tempore, non erat ei aliqua distincta ministratio.

Ministrationes Leuitarum.

An Samuel potuerit voueri ad ministrandum domino, cum esset ad hoc obligatus. Quæst. XIX.

E QVAERETVR vlterius, an Samuel potuisset voueri ad ministrandū dño. Dicet aūt aliquis, ꝙ non: quia per votū incipiebat res ꝑtinere ad Deū, quæ ante nō ꝑtinebat, sicut per oblationē uel donationē, sed illud qđ iam ꝑtinet totaliter ad aliquē non pōt effici iterū, ꝙ ꝑtineat ad eū: qm̄ quod meū est ex vna cā, ex altera meū effici non pōt, nisi desierit esse meū: ext. de fide instr. c. inter dilectos: sed sic erat de Samuele, ꝙ ipse erat Leuita de Caathitis. 1. Paral. c. 6. ergo ex hoc pertinebat ad ministrationē Dei, ergo non poterat effici per votū, ꝙ ipse ꝑtineret ad Dei ministrationem. Item Deus vetuit primogenita voueri, eo ꝙ iam erant Deo obligata: Leui. c. 17. s. primogenita, q̄ ad Deū pertinēt, nemo sanctificare

poterit & vouere: sed sic erat de Leuitis, ꝙ ipsi erāt loco primogenitorū Israelis: Num. 3. & 7. ergo sicut primogenita voueri non poterant, ita & Leuitæ.

Respondēdum est, ꝙ Samuel, vel aliquis alius Leuita non poterat voueri ad ministrandum dn̄o solū, sed oportebat poni aliquā determinationē, per quā superadderetur aliquid ad obligationem ministrationis Leuiticæ. s. qd̄ nunc, vel tūc, aut tali die, vel tali ministraret, vel omni tempore. Si aūt solum aliquis Leuita voueret se ad ministrandū coram dn̄o, ita qd̄ per quamcunq; ministrationē impleretur, istud votum non tenebat, quia nihil votum faciebat, cum Leuita ante hoc teneretur ad aliquam ministrationem.

Qualis erat obligatio Leuitarum in ministerio Dei. Quæstio. XX.

Pro quo sciendum, ꝙ omni tempore, quo mansit status Iudaicus Leuitæ & sacerdotes non ministrabāt omnes simul toto tp̄e, sed per vices. s. aliqui nunc, & alij post, & postq̄ aliquis expleſſet tp̄s ministrationis suæ, regrediebatur in vrbem suam, manebatq; ibi vsque ad aliam ministrationem, quod patet Deuter. c. 18. vbi dr̄, ꝙ si aliqs Leuita vellet manere in domo dn̄i ad ministrandū, ibi possett manere, & daretur ei portio, sicut alijs Leuitis, quia eo tp̄e ministrabant coram dn̄o, ergo ministratio per tp̄a erat, quia aliàs non diceretur: Qui eo tp̄e ministrant coram dn̄o. Nec ēt ꝙ aliquis Leuita posset ascendere in sanctuarium, sed quod obligarēt ibi semper esse: ideo cum per votum aliquis se obliget Deo, qn̄ non fuerit Deo obligatus, quantum ad id, in quo non fuerit obligatus, potest iterum obligari: de Leuitis aūt sic est, quod ipsi non erant obligati ad manendū semper, & ministrandū coram dn̄o; sed ſm tempora, ergo posset aliquis se vouere ad semp manendum & ministrandum, & additur hic aliquid, ꝙ causet votum: tale aūt fuit votum Annæ: quia non solum vouit filium suum dn̄o, sed ēt vouit dn̄o, ꝙ maneret oībus diebus vitæ suæ coram dn̄o, vt patet in litera, ergo aliquid proficiebat obligatio.

Sed adhuc aliquis dicet, quod Samuel nō poterat voueri ad semper manendum vel ministrandū corā dn̄o, quia Nu. c. 30. declaratum est, ꝙ nō poterat aliqs de sacerdotibus veteris testamenti vouere seipsum ad quotidie facere sacrificia, vel quotidie accendere lucernas, aut cremare thymiama, vel ponere panes ꝓpositionis in mensa, quia hoc erat in p̄iudicium aliorum sacerdotum, qui facere debebant hoc, cum ipsi percepturi erant quædam iura ex his ministrationibus: ita ergo de Leuitis erit, ꝙ non poterit vnus semper ministrare coram dn̄o in præiudicium aliorum, quia acciperet tunc iura, quæ alij accepturi essent pro ministratione.

Respondendum est, ꝙ non erat simile de sacerdotibus & Leuitis, quia sacerdotes habebant officia determinata. s. incendere lucernas, facere sacrificium, & similia, & istis ministrationibus erant annexa iura, vt patet de facientibus sacrificia, qm̄ habituri erant certam partem ipsorū. s. de holocausto pellē, Leui. c. 6. de hostia pacifica pectusculum & armum dextrū: Leui. 7. c. de hostia aūt pro peccato hēbat totam hostiam, præter adipes, qn̄ non crematur extra castra: Leui. c. 6. Et cum sacerdos aliquis faceret quodcunq; de istis sacrificijs, ei soli cōpetebant ista iura: si aūt aliquis alius facere vellet, illa, vsurpabat sibi iura, & qa in hoc grauarentur multi, Deus ordinauit, vt æqualiter diuideretur ministratio, & iura per sacerdotes: Leui. cap. 6. s. æqua mensura per singulos diuidetur. De Leuitis aūt non erat sic, quia postq̄ exierunt de deserto, non ha-

F buerunt officia determinata vsq; ad tp̄a Salomonis, vt sup. q. 18. declaratum est, & quamq̄ ministrarēt in aliquibus officijs, quæ eis iuberēt sacerdotes, nō erāt annexa aliqua iura illis ministrationibus sacerdotū, ideo non grauaret vnus Leuita alium, dato ꝙ pluries ministraret q̄ ipse: solū aūt erat hoc qd̄ oībus Leuitis existentibus in loco sanctuarij, dabatur quædam portio ad sustentationē, & ista cōiter dabatur, nec poterat aliquis grauari quantum ad illam. Cum oēs illi, q̄ essent in loco sanctuarij percepturi erant eam, & si aliquis vellet dicere nimis improprie se esse grauatū nō poterat, quia ex iure hoc fiebat: statuerat. n. Deus ꝙ q̄cunque Leuita veniret in locum sanctuarij ad ministrandū coram dn̄o, perciperet eādem portionē, quā

G percepturi erant oēs, qui in eodem loco manent ministrantes tp̄e illo: Deut. c. 18. patet igitur, ꝙ poterat Samuel voueri ad ministrandū, & manendū semper coram dn̄o, nec in hoc præiudicabatur alicui, quia ꝙ pōt aliquis facere sine voto, pōt facere cum voto, sed sine voto quilibet Leuita poterat ire ad locum sanctuarij, & manere semper ibi, atque recipere portionem: Deuter. c. 18. ergo poterat quilibet se ad hoc vouere: vnde fuit conueniens votum Annæ.

An Samuel, & Anna, & vniuersaliter patres possint vouere filios domino, & an teneretur filius complere votum. Quæstio. XXI.

H Quaeretur vlterius an pr̄, & mr̄ Samuelis potuerūt vouere ipsum dn̄o, quia vouere aliquē Deo est obligare ipsum: sed non pn̄t patres simpliciter obligare filios ad quæcunq; voluerint, quia non sunt eorum dn̄i: sed hęc in voto Samuelis erat obligatio ad oē tp̄s, & in oībus alijs votis poterat esse obligatio totalis: ideo non possent patres vouere filios.

Respondendum est, ꝙ patres vouere pn̄t filios: sed an possent eo mō, quo Anna vouit filium suum non patet: nam Leui. 27. c. ponitur de illis, qui sanctificant dn̄o per votum, & quantū quilibet eorū debet soluere pro redemptione voti: ibiq; ponitur de puero, cū est ab uno mense usq; ad quinq; annos, & de puella eiusdem ætatis quantū soluere debent, & tn̄ constat

I de istis, qd̄ ipsi non pn̄t seipsos uouere ꝑp defectū ętatis, cum uix loqui possint: oportet ergo ꝙ ab alijs uoueant. s. a parentibus. Dicendū aūt ꝙ quantū ad hoc non est simile de uoto populariū & sacerdotū, & Leuitarum, quia cū populares uouebāt seipsos Deo, uotum erat cōmutabile in pecunias: Leui. 27. c. cum aūt sacerdotes, & Leuitæ uouebant seipsos non dabantur pecuniæ, sed ipsę personæ ad ministrandū, ut patet ex supra declaratis. Gn̄aliter ergo dicendū, ꝙ laici inter Iudæos poterant uouere filios suos dn̄o, siue essent illi filii paruuli, siue magni, quia uouendo illos nihil uouebant de illis, sed de rebus suis, cum pater uouens filium daturus esset certam pecuniā pro illo, & quia liberū erat ipsis parētibus dare de suo quidquid uoluissent, liberū erat uouere filios suos. In Leuitis autē &

K sacerdotib⁹ uidebat eē dr̄ia, qa si ipsi uouerent nō vouerent res parentū, sed ipsimet filij, nec dēbat fieri in eis aliqua redēptio, uel cōmutatio, ut sup. q. 15. declaratū est, & quia parentes non habent omne ius filiorum, cum sint hoīes liberi: multū dissimile est a ꝑcedenti casu. Pro quo sciendum, ꝙ cum uotū cōsistat in spontanea promissione facta Deo de rebus nostris, quilibet poterit tm̄ uouere de re, quantū ad eum pertinet: filius aūt ex aliqua parte pertinet ad parētes, & ex aliqua est sui iuris: inquantū enim filij sunt paruuli pertinent ad iura parentū, cum sint quædā partes ipsorū iuxta Arist. Ethi. lib. 6. s. filius est quædā pars pr̄is, donec

Inq.

Qn̄ p[...] tes p[...] uere [...] & q[...]

donec sit pelicon .i. emancipatus, vel magnus. Cũ autem filij efficiuntur magni perueniunt ad iura sua, iõ patres non possunt de ipsis quidquam disponere, sed ipsimet filij: de voto autem Samuelis sic erat. s. quòd si parentes vouerent eum domino ad ministrandum pro eo tempore, quo erat sub potestate ipsorum, tenebat votum, & ipsi cogebantur implere. s. ponentes eum in loco sanctuarij ad ministrandũ: si autem esset magnus effectus, non potuissent eum vouere, nisi ipse cõsentiret voto eorũ per voluntatẽ suã se obligãs: nunc tñ non fuit sic, quia Samuel quãdo deuouit eũ mater sua nondum erat, & deuouit eum pro oĩbus diebus vitæ suæ, ergo votum istud non tenebat simpliciter, quia vouebat id quod non erat in potestate sua, sed tenebat quantum ad aliquid. s. pro toto tẽpore pueritiæ: tunc enim cogere deberent parentes eius illum, vt maneret in sanctuario, sed postquam effectus esset iuuenis poterat recedere a voto, vel manere, nec erat in hoc ipse fractor voti, quia non fuerat obligatus ad maiora, nec etiam parẽtes, quia non potuerũt eum pro illo tempore obligare: Samuel tamẽ obseruauit semper votum factum a parentibus manens semper in cultu domini.

An mater sola possit uouere filium. *Quæstio.* XXII.

QVAERETVR vlterius an mater Samuelis potuit eum aliquo modo vouere domino. Nã dato, ꝙ vterque parens simul, vel ipse pater ꝑ se possit vouere filium pro aliquo tẽpore: tñ de matre non videtur sic. Causa est, quia filij nunq̃ dicuntur esse sub potastate materna, sed sub paterna: etiam nunquam dicũtur eximi a materna potestate, sicut a patria, quia patribus concessa est tam potestas super filios, quàm administratio super bona: sed vouere est actus cuiusdam potestatis ipsius vouentis super id, quod vouet: ideo mater cum nihil posset super filium, non poterit eum vouere. Et sic dicendũ de matre Samuelis, ꝙ ipsa non poterat vouere illum ad manendum coram dño paruo aut magno tempore, nec valebat votũ ex eo quod ipsa faciebat, nisi adesset consensus viri. Habuit tamen causam rationabilem Anna ad vouendum, quia ipsa nondum habebat filium, & naturaliter videbatur sibi impossibile: si autem daretur illi hoc esset per preces eius: ideo tunc magis pertineret filius ad eam quàm ad patrem suũ: ideo rationabile erat, vt ipsa posset vouere illum. Nec tamẽ hoc solum fuit, sed etiam Elcana pater Samuelis consensit voto Annæ, & ipse nouiter vouit, id qđ Anna: tunc autem, quia ambo parentes potestatem habebant super paruulum poterant eum vouere domino: sic patet infra cum dicitur: ascendit autem vir eius Elcana, & omnis domus eius, vt immolaret hostiam solemnem, & votum suum, ergo videtur ꝙ ipse aliquid vouerat de Samuele filio suo, ꝙ autem ipse consenserit voto vxoris, patet infra in litera. s. Anna autem non ascendit: dixit. n. viro suo, non vadam donec ablactetur infans, & ducam eum, & appareat in conspectu domini, & maneat ibi iugiter, & ait ei Elcana fac, quod tibi videtur bonum: apparet igitur ꝙ Elcana confirmauit votum Annę, & sic tenuit: si aũt sola fuisset in voto non tenuisset. *Dabo eum domino omnibus diebus vitæ eius.* Idest offeram eum ad hoc, ꝙ maneat tota vita sua in ministerio dñi. s. ꝙ Samuel ex eo, ꝙ erat filius Leuitarum, tenebatur ad ministrandum coram dño aliquo tpe, sicut cæteri Leuitæ: ex voto aũt obligatus fuit ad maiora. s. vt semper maneret coram dño: intelligẽdo quidem, vt supra diximus. q. 21. s. ꝙ parentes non poterant eum obligare ad tm̃ tps: poterat tñ ipse se obligare, si se vouisset. *Et nouacu-*

A *la non ascendet super caput eius.* Idest nunq̃ iste puer tondebitur, vel abscindentur aliqui capilli eius: istud erat aliud votum, quod dicitur Nazareorum, qui in lege veteri erant segregati a cæteris.

Erat aũt aliquod opus laudabile obseruare talia, & obseruantes laudantur, sicut patet c. 4. s. Candidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicũdiores ebore antiquo, saphiro pulchriores: denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis: adhæsit cutis eorum ossibus, aruit, & facta est quasi lignum: posuerat autem Deus in lege veteri cæremonias Nazareorum tanq̃ aliquid speciale, & ob hoc illi qui volebant Deo cõplacere specialiter obseruabant Nazarei erant sicut Religiosi.
B istud votum, sicut nunc, qui profitentur aliquam religionem, in qua est strictior modus viuendi q̃ in sæculo: mater aũt Samuelis cum sciret se non posse habere filium, nisi Deus ei specialiter daret, voluit eum totaliter Deo applicare, & sic non solum applicauit eũ ad ministrationem Leuiticam vouens illum pro omni tpe vitæ suæ, sed etiam vouit eum ad ritum Nazareorum, nec reperiebantur alij modi specialiores viuendi inter Iudæos ad quos Anna vouere posset Samuelem: dixit aũt ꝙ nunq̃ ascenderet nouacula sup caput eius, non quidem solum intelligens obligare eum ad hoc, sed etiam ad totum votum Nazareorũ: expressit tñ de capillis nunq̃ tondendis, quia principalis cæremonia Nazareorum consistebat in capillis: ideo quando votum Nazareorum infringebatur, dicebatur ꝙ polluebantur capilli Num. cap. 6. & ibi declaratum est.
C

Nazareorum votum, in quo consistebat. *Quæst.* XXIII.

QVAERETVR de voto Nazareorum, in quo consistat, & quid obseruabant Nazarei.

Respondẽdum est, ꝙ votum Nazareorum erat duplex, quoddam erat perpetuum, aliud aũt temporale: de perpetuo patet hic in Samuele, qui omni tpe ministraturus erat corã dño, & futurus Nazareus: patet ẽt de Samsone Iud. c. 13. de quo dr̃, ꝙ nõ tanget nouacula caput eius, & erit Nazareus ab infantia sua ex vtero matris. Aliqñ aũt votum istud erat tẽporale, vt patet Num. c. 6. vbi ponitur de cæremonijs, quæ fiebãt in fine voti Nazareorum: si tñ esset perpe- Votũ Nazareorum duplex: ꝑpetuum & tpale, & de cæremonijs istorum uotorum.
D tuum nunquã finiretur, nisi morte obseruantium, & sic non fierẽt aliquę cæremoniæ pro expletione voti. Considerandum aũt circa Nazareos, ꝙ tam tpales q̃ perpetui cõueniebant quantũ ad ritus, quos obseruabant tpe voti: sed discõueniebant quantũ ad illos, qui obseruabantur in cõpletione voti. Primi ritus erant ꝙ Nazarei non biberent vinũ, nec acetum, aut sicerã, vel aliqd quod inebriare põt, & ꝙ non comederent vuas virides, aut siccas, nec quidquid ex vua exprimit: ẽt ꝙ nunquã tonderent nouacula, nec abscinderent capilli eorum aliquo mõ: ẽt ꝙ nunquã irent ad planctum, vel funera mortuorũ, etiã si esset pr̃ vel mr̃ aut fratres: Num. c. 6. Secundi ritus erant qui pertinebãt
E ad Nazareos tpales solum. s. ꝙ qñ contingeret eos incurrere in immundiciã, vt pote aliquo moriente coram eis, uel si ipsi tangerent cadauera, aut sepulchra, vel similia emũdarent abscindẽdo oẽs capillos suos: quia illi immũdi erant, & offerendo sacrificia uotũq; a principio repetendo: ẽt ꝙ qñ isti finirent tps consecrationis suæ in uoto Nazareorũ raderentur capilli eorum, & cremarentur super altare: facerentq; sacrificia oĩs generis pro solẽnitate completionis, de quibus habetur Num. cap. 6. In uoto autem perpetuo Nazareorum considerandum est, ꝙ non obseruabantur cæremonię, quas obseruabant Nazarei tẽporales, quia istę solẽnitates sunt expleto uoto, sed in perpe-

tuis nunquam expletur votum: dubium autem manet de alijs cæremonijs, quæ fiebant, quando Nazareus incurrebat immũditiam an seruarentur in Nazareis perpetuis. Nam hoc non tollit perpetuitatem voti, sicut tollunt cæremoniæ factæ in completione. Dicendum tamen, ꝙ etiam istæ cæremoniæ factæ ꝓpter pollutionem Nazarei non obseruabantur in ꝑpetuis Nazareis, quia istę fiunt in Nazareis: temporales ad hoc ꝙ dies præcedentes voti habeantur tanq̃ irriti, & incipiat nouiter obseruatio emundato Nazareo. In Nazareis autem perpetuis siue dies præcedentes ad pollutionem efficiantur irriti, siue non, nihil differt: quoniam non potest decurtari, aut dilatari terminus voti cum semp sit perpetuum, ideo nihil magis differt fieri cæremonias illas ad purgationem quã non fieri, in temporalibus autem erant necessariæ, vt supra dictum est: Samuel autẽ erat de Nazareis perpetuis, ideo non debebat seruare aliquam istarum secundarum cæremoniarum, sed solas primas.

Considerandum vlterius de isto voto Nazareorũ circa Samuelem, ꝙ parentes eius poterant eum obligare ad illud, non tamen pro omni tempore, sed solũ q̄n erat sub iure eorum. s. in parua ætate, cum autẽ factus est iuuenis, & sui iuris, non obligabatur obseruare, nisi ipse voluntate sua parentum confirmaret votum: creditur tamẽ ꝙ ipse obseruaret omnia, quę mater sua vouerat, quia ipse non poterat nasci naturaliter, cum mater sua esset sterilis, nisi Deus cooperaretur supra vires naturæ, quia ergo Deus sibi tantũ bonum specialiter contulit. s. ꝙ esset & hoc per preces, & vota matris, debuit ipse obseruare quidquid mater vouerat tanquam propter istud esse cęperit. Dicendum etiam de isto voto Nazareorum, ꝙ Samuel nõ tenebatur illud obseruare aliquo t̃pe, dum eẽt puer, vel iuuenis ex solo voto matris, sed quia accessit consensus paternus habuit firmitudinem: quod apparet per ea, quæ diximus sup. q. 22. de voto ministrãtis semper coram domino. *Factum est autem cum illa multiplicaret preces.* Hic ponitur quomodo locutus fuerit Heli sacerdos ad Annam matrem Samuelis, & hoc cum videret eam orantem, & nihil loquentem, putauit esse ebriam, vt patet infra. Et dicitur, ꝙ illa multiplicabat preces coram domino. i. multa verba effundebat, quæ autem illa essent dicitur supra, ꝙ fuit istud votũ. s. dñe exercituum si respiciens videris &c. sed ista pauca verba sunt: ideo non poterat dici, ꝙ multiplicaret preces: nisi forte dicatur, ꝙ sæpe ista verba dicebat: magis tñ videtur dicẽdum, ꝙ ipsa addebat multa alia verba exprimẽtia amaritudinem cordis sui. s. quomodo affligeret eam ęmula sua. Nam infra dicit ex multitudine doloris, & męroris mei locuta sum vsque in pręsens. i. ꝙ omnia verba, quæ ipsa locuta fuerit exprimebant amaritudinem suam: sed in istis verbis solis non multum exprimeret doloris sui: etiam satis videtur, ꝙ Anna vouerit aliquid alterum: q̄m postquã puer ablactatus est duxit eum Anna coram dño, cũ magnis numeribus, vt patet infra: satis autem est rationabile, ꝙ illa essent ex voto. Nam etiam de viro suo Elcana dicitur, quòd obtulit votum pro Samuele, vt patet infra. s. ascendit vir eius Elcana, & omnis domus eius, vt immolaret domino hostiã solẽnem, & votum suum: scriptura tamen non curat omnia enarrare, sed ea, quæ sunt magis necessaria, & quia Samuel ministrauit postea semper coram domino, & hoc fuit, quia mater eius sic vouit eum, ponit scriptura, quòd fuerit istud votum. *Coram Domino.* Scilicet quòd Anna erat intra templum coram domino fundendo preces.

F *Quomodo licuit Annæ intrare in templum ad orandum. Quæstio. XXIIII.*

QVAERET aliquis quomodo licuit Annæ introire in templum, quia Israelitæ populares nunquam ingrediebantur in atrium tabernaculi, ꝙ erat prima pars eius, nisi q̄n faciebant sacrificia, vt ibi sacrificarent & epularentur, quia tunc offerens portabat animal suum intra atrium vsque ad ostium tabernaculi, & ibi offerebat sacerdoti, vt patet ex processu Leuitici multoties: etiam cum facta essent sacrificia pacifica populares offerentes comedere debebant partes sibi prouenientes, & illa comedebant intra atrium tabernaculi, vt patet Deuteron. c. 12. & 16. cum dicitur, quòd offerentes epulabantur
G coram domino. s. in sanctuario in atrio illius: aliàs autem nunquã licebat popularibus introire in sanctuarium, immo nec tangere illud: nam propter hoc excubabant Leuitæ in circuitu sanctuarij per quatuor latera eius Num. cap. 3. vt non accederent populares: & si quisquam accederet, moreretur. cap. 1. Num. Anna igitur non poterat introire in sanctuarium, nisi ad offerendum, vel comedẽdum ibi de cibis oblatis: neutrum tamen horum faciebat tunc Anna, sed orabat: ideo videtur quòd non poterat intrare.

Respondendum est, ꝙ tempore, quo fuit tabernaculũ in deserto, Israelitæ populares nunq̃ poterãt introire in aliquã partem sanctuarij, nisi offerrent sacrificia, vel comederent de sanctificatis, vt dictum est:
H postq̃ tñ fuit sanctuariũ fixum in terra Chanaã secus erat, quia ibi totũ sanctuariũ. s. tabernaculũ, & atrium eius erat intra vnam magnã domũ, sicut patet in templo Salomonis, & intra illam domũ licebat cuicunq; Iudæo volenti orare introire q̄ñcunq; vellet, quia ibi nõ erat aliqua pars sanctuarij, sed intra atrium, vel tabernaculũ iam nullus introibat ad orandũ, vel sumendum cibum, nisi sacerdotes pro ministrationib⁹ suis: tota aũt ista magna domus vocabatur templũ, vel locus sanctus, quia sanctior erat oĩbus habitaculis Israelitarum: non tamen erat tantæ sanctitatis, quãtæ erat atrium tabernaculi tempore, quo israelitæ erant in deserto: ideo nunquam licebat israelitis introire in illud, nisi ad sacrificandum, vel ad comedendum de
I sanctificatis. In templo autem licebat introire omnibus Israelitis non immundis quandocunque uellent, siue ad adorandum, siue ad audiendum verbum Dei, vel ad quæcunque alia honesta negocia: sola autem illa, quæ erant aliqualiter inhonesta prohibebantur, sic enim patet Matth. 21. cap. & Ioan. 2. cum Christus intrans in templum eiecit omnes ementes, & vendẽtes, & mensas nummulariorum, & cathedras vendẽtium columbas euertit dicens: Domus mea domus orationis vocatur.

Ad istam autem partem templi introiuit Anna ad orandum non accedens ad sanctuarium, ꝙ intra erat, quod patet, quia ipsa stetit apud portã illius sanctuarij, quod apparet, cum dicatur supra, ꝙ erat Heli sedens in sella apud postes templi dñi, & tñ ipse ex loco
K suo respiciebat ad os Annæ, vt videret quid loqueretur, & non audiebat verba: dixitq; ad eam quousque ebria eris? Ergo videtur ꝙ ipsa erat propinqua Heli; alioquin non loqueretur ei sic, nec conaretur audire quid illa dicebat: erat tñ Heli apud portam exterius, vt dictum est, ergo ipsa erat apud portam, & non accessit ad sanctuarium. s. tabernaculum, vel atrium illius, & tamen dicebatur esse coram dño, quia tota illa domus erat specialiter Deo dedicata, & ibi Deus habitabat. *Vt Heli obseruaret os eius.* Idest accidit, quòd Heli sacerdos attenderet ad os illius, vt audiret quid loquebatur: hoc autem faciebat forte, quia vidit

eam

eam intrantem vultu turbato ex amaritudine cordis, & desiderauit scire quid illa diceret, vel quia morabatur nimis moratione, & videbat semper labia illius moueri: ideo existimabat quòd aliquid vtile valde vel speciale diceret,& ob hoc scire volebat. Istud autem verius est vt patet ex litera, cum dicitur,quòd cũ Anna multiplicaret preces Heli obseruabat os eius,i. quia vidit Heli quòd multiplicabat Anna preces,multiplicando nimis in oratione, volebat attendere quid diceret.

Porro Anna loquebatur in corde suo. Idest quamquam Heli diligenter attenderet, vt audiret quid Anna dicebat: tamen non audiebat, quia loquebatur in corde suo,idest intra se: non est aũt sensus ꝙ aliquis propriè loquatur in corde, quia locutio ad voces pertinet: & istæ sunt prolatę realiter,& non in corde: quę autem sunt in corde, sunt conceptus: non intendit tamen scriptura dicere,quod ipsa loquebatur in corde suo,idest solum formabat cõceptus in corde: quia dicitur hic quòd labia illius mouebantur, quia labia nunquam mouentur, nisi cum est aliqua realis vocũ formatio: sed dicitur quod Anna loquebatur in corde suo, idest voce submissa, ita quòd nullus audiret verba illius: & sic Heli non audiebat. Aliqua tamen verba fiebant extra cor.

Tantum labia illius mouebantur, & vox illius penitus non audiebatur. Idest Anna nihil habebat de figura loquentis,nisi quòd mouebantur labia illius quod realem facit locutionem: tamen vox penitus non audiebatur, idest etiam siquis prope accessisset,non audiuisset: ex hoc autem apparet quòd Anna erat apud Heli satis propinqua ei, alioquin quamquam Heli non audiuisset vocem illius,sed vidisset labia moueri,nõ æstimasset aliquod malum de ipsa, sicut infra sequitur, quia putaret,quòd quamquam ipse nõ audiret voces propter distantiam; tamen illa aliquid realiter loquebat̃.

Aestimauit ergo eam Heli temulentam. Idest & propter prædicta Heli putauit quòd Anna erat ebria. Cum enim ille esset propinquus illi, & videret labia eius moueri, nihilque audiret, putauit quòd nihil loquebatur,sed quòd erat ebria,& ex ebrietate mouebat labia nihil loquẽs: solent enim homines ebrij, vel stulti interdum inordinate labia, vel alia corporis membra mouere.existimauit etiam hoc, quia Anna nimis morabatur in orando, & hoc iam non putabat Heli esse orationẽ,sed ebrietatem, vel insaniam, quia oratio breuiter fit.

Dixitque ei vsquequo ebria eris? Idest quamdiu durabit ista tua ebrietas? quasi dicat iam multum durat, cum moueris labia a multo tempore nihil loquens; cessa igitur ab hac ebrietate: existimauit enim Heli non esse conueniens quòd mulier illa maneret ibi, si ebria erat, quoniam vilipenditur sic sanctuariũ, quòd recipiantur in eo ebrij,vel insanientes: cum habeant isti inordinatos motus corporis.

Digere paulisper vinum,quo mades. Idest non maneas hic mouendo labia frustra quousque euaporauerit ebrietas,sed vade & digere paulisper vinum, quod bibisti. Dicitur autem paulisper, idest successiue, vel leuiter sine tali motu corporis,in quo suadebat ei,qđ iret ad dormiendum: & sic paulisper digeretur vinũ: nullus enim melior modus ad tollendam ebrietatẽ est,quàm somnus. Cuius causa est,quia ebrietas causatur propter multitudinem vini emittentis multos fumos grossos ad cerebrum, & impedientes phantasiã,ita vt erret ebrius ab omni operatione humana: in somno autem digeritur ista fumorum pluralitas in cerebro,& humor vinaticus in stomacho, post qđ de ebrietate nihil manet,nisi solus ardor, & desideriũ bibendi propter desiccationem magnam ex forti digestione: & tunc homo sobrius est. Breuius autem ebrietas tollitur in somno quàm in vigilia: quia digestio velocior & fortior fit animalibus dormientibꝰ quàm vigilantibus. Nam tunc omnes vires naturales fortius operantur: vires autem animales & rationales nihil omnino,aut valde parum: cuius causa est, quia virtus animæ in vigilia dispergitur ad operationes rationales animales naturales: in somno autem solum intendit operationibus naturalibus: ideo necesse est quòd fortius, & velocius expediat illas, quia virtus vnica fortior est ipsa diuisa: & quanto aliquid in plura diuiditur ad singula minus fit. Istud autem erat sanum consilium Annæ si ebria fuisset, quia citius tolleretur ebrietas, & magis sine labore,& honestius quàm quòd cunctis ex motu corporis ebria appareret.

Medicina ad tollẽdã ebrietatẽ.

Dixit autẽ illam vino madere: quod signat superabundantiam. Nam si quis vinum sumpsit sobriè ad mollificandum cibum,requiritur & ad conseruandã interiorem temperiem. Cum vero quis super modũ supressit, dicitur madere,s.quia vino videtur esse perfusus tam intra quàm extra: sicut res, quæ multũ humida est.

Respondens Anna (nequaquam inquit Domine mi.) Anna sobria erat,immo nimis sobria: quia præ amaritudine cordis, nec cibum, nec potum capere volebat, vt patet supra, ideo cum videret ex verbis Heli se reputari ebriam, respondit nihil esse huiusmodi: Heli autem valde ebriam eam putabat, vnde dixit illam esse temulentam,i.plenam forti vino: dicitur enim temulentus de temetum, & lentos quòd est plenum. Nolebat autem reputari Anna ebria, nec dicebat,sed magis voluit significare sacerdoti causam orationis suæ: vt sic forte adiuuaret eam, quòd & factum est: Heli tamen non nimis errabat,quoniam in talibus festiuitatibus solebant aliqui Israelitæ nimis inebriari, eo ꝙ offerebant victimas magnas, & cum haberent cibos multos atque gaudiũ incumbebãt vino: Deus enim dixerat eis, quòd in talibus festiuitatibus comederẽt abundanter, & lætarentur. De hoc Deut.cap.12.s. lætaberis atque reficieris coram Domino Deo tuo in cunctis,ad quæ extenderis manum.

Nam mulier infelix nimis ego sum. Excusat se Anna quòd non sit ebria dans causam, quare mouerit labia magno tẽpore orando, s.mulier infelix ego sum, scilicet non feci ex ebrietate mouente,sed quia eram nimis amaro corde tamdiu oraui: si enim fuisset causa leuis breuiter potuisset causa proponi: sed ad tantam amaritudinem exprimendam necesse fui diu in verbis morari. Vocat autem se Anna infelicem propter duo; primo propter defectum prolis: nam si mulieres propter abundantiam prolis vocabantur felices,ita è contrario vocabuntur infelices propter defectum prolis. De felicitate patet,quòd æstimata sit in abundantia prolis, vt patet de Lia Gen.cap.30.quæ cum peperisset duos filios, & haberet alios duos ex ancilla sua, dixit se esse felicem,s.beatam quippe me dicent omnes gñationes: & ex hoc appellauit nomẽ filij sui Aser,quòd interpretatur in Hebręo felicitas. Patet etiam hoc ex verbis cognatorum Rebeccæ, Gen.24.cap. nam dicitur quòd imprecabantur prospera suæ sorori, dicentes: soror nostra es, crescas in mille millia: ergo videtur quòd prosperitas secundũ illos erat in abundantia prolis, vnde ex hac parte nimis erat infelix Anna. Secundò vocatur infelix quia infligebatur nimis ab ęmula sua: & vitam ducebat amaram, ita vt tęderet eam viuere, si sic viuendum foret.

Quare Anna se vocat infelicem.

Vinumque,& omne quod inebriare potest,non bibi. Idest quamquam me ęstimes temulentam,tamen nõ bibi vinum,

vinum, aut aliquid aliud quo inebriarer. Forte hoc erat quia Anna erat totaliter abstinens a vino, secundum quòd multę de fęminis propter honestatem faciunt, vel forte, quia illa die nihil de vino sumpserat, quia vinum est ad lætificandũ iuxta illud in Psal.102. Vinum lætificat cor hominis: & Prouer.31. cap. dicitur, date vinum męretibus, & siceră his, qui amaro sunt animo: & hoc vult fieri, vt obliuiscantur angustiæ suę: Anna autem erat in amaritudine, & consolari nolebat, ideo nõ erat bibitura vinum; nec solum abstinuerat a vino, sed etiam a cibo. Modicum sumpserat præ dolore: sic enim supra dicitur: Porro illa flebat, & non capiebat cibum. Et vir suus dixit: Anna cur fles? & quare non comedis? Dicitur enim de omni, quod inebriare potest, quia alia sunt præter vinum, quæ inebriant: nihil enim differt, quòd aliqs biberit vinum, vel aliquid aliud, dum tamen inebrietur: nam in quibusdam alijs consueuit ebrietas diuturnior esse, quàm in vino: quamquam tardius apprehendat.

Sed effudi animam meam in conspectu Domini. Idest motus labiorum, quem faciebam non erat ex ebrietate, sed quia effundebam animam meam, idest exprimebam omnem amaritudinem, & conceptum cordis mei, sed amaritudo mea magna erat, ideo oportuit, vt nimis morarer in exprimendo: est enim istud interdum quoddam gaudium iratis, vt amaritudinem suam verbis exprimant: quia tunc lenitur dolor minuendo partem irę per emissionem.

Effundere animã dupliciter intelligit. H Potest autem intelligi effusio animæ dupliciter. Vno modo quòd accipiatur anima pro parte rationali. alio modo ꝙ accipiatur pro ira. Primo modo dicitur quis effundere animam, idest exprimere omnia secreta, quæ habet in corde suo, vel ꝓponere omnes conceptus suos: & ita fecit Anna, quia omne, ꝙ affligebat eam proposuit coram Domino petens pro illo remedium, & pro hoc requirebatur tẽporis magnitudo: nam licet ipsa in breui potuisset proponere votum suum, tamen id quod eam amaricabat, non poterat sine extensione temporis proponere. De hoc autem an conueniens sit, & an oratio nostra debeat esse longa, vel breuis: satis declaratum est Deu. cap.9.

I Secundo modo dicitur effundere animam, idest iram: anima enim & spiritus idem sunt: sed spiritus interdum pro ira accipitur, sic patet Isa.cap.2.s.Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, idest recedite ab homine, qui habet iram in naribus, q.d. illam promptam habet, quia alioquin non haberet in naribus. Ita ergo dicetur quòd aliquis habet animam in naribus, idest iram: & tunc effundere animam est idem quòd effundere iram: Anna autem effudit animam suam coram Domino, idest iram: & hoc dupliciter. Vno modo quia effudit verba opprobriosa, quæ sibi dicta fuerant ab æmula sua, per quę ad iram concitata est: ista autem proponebat ad hoc quòd Deus misereretur eius. Alio modo effudit iram suam coram Domino, i. euacuauit: sicut dicimus quòd aliquis effundit aquam de vase, & hoc quia proponendo verba ista minuebatur dolor, & ira illius, cum proponendo verba euaporet materia incensa, quæ est materia irę: & quia Anna locuta fuerat omnia, quæ affligebant eam: ira sua erat diminuta, & effusa.

Ne reputes ancillam tuam, quasi vnam de filiabus Helial. Orat Anna ne Heli conciperet de ea malam opinionem, s. quòd esset ebria, quia hoc pertinet ad filias Helial: dicuntur autem homines Helial (homines indomiti, vel sine iugo: sic patet Iudic. cap.19.s.venerunt viri ciuitatis illius filij Helial, idest absque iugo: Ad

F hòmines autem non habentes iugum pertinet inebriari, s. quia non subijciunt se regulæ rationis, sed sequuntur omnia desideria sua: aliquando enim inebriantur, & crapulantur, & faciunt alia enormia: sic autem erat si Anna ebria existens iret ad templum ad mouendum labia.

Quia ex multitudine doloris & mœroris mei locuta sum vsque in præsens. Quasi dicat non feci aliquid istorum ex ebrietate, sed ex multitudine doloris, quia illa impellebat me ad faciendũ: & si forte fecissem aliquos motus faciei non minus honestos, non est imputandum ebrietati, sed dolori: solent enim interdum homines irati efferatũ vultum habere, & membra mouere inhonestè. Dicit etiam quòd locuta est vsque

G ad pręsens, idest toto illo tempore, quo mouebat labia. Non solum mouebat ea, vt videbatur Heli, sed etiã loquebatur, licet tacita & hoc vsque in pręsens, i. vsque ad tempus, quo incępit loqui cum Heli: erant autem ista ex magnitudine doloris, i. tanta erat doloris multitudo, quòd vsque nunc explicare non valui, nec potuissem sub paucis verbis illum exprimere, si voluissem, ideo ex abũdantia cordis locuta sum, s. qa magnitudo doloris non sinebat me tacere: ex abundantia enim cordis os loquitur: Lucæ cap.6. Dicitur ex multitudine doloris & męroris, nõ quòd accipiatur hic dolor propriè pro quadam passione consequente ex diuisione continui in rebus sentientibus, quia nihil tale erat in Anna; sed dolor pro quadam amaritudine cordis, vel anxietate: męror aũt accipit pro quadam tristitia, vel dispositione ad plorandum. Differunt enim esse mętentem, & lugentem: quia męrere signat tristitiam vultus sine lachrymis; lugere autem est ipsa lachrimarum effusio: sic autem erat hic Anna. quamquam etiam non accipitur hic propriè męror, cum pertineat ad tristes, & non plorãtes: quia Anna plorauit, vt patet supra, s. Orauit Dominũ flens largiter: & ex illo acceperat quandam præsumptionem Heli quòd esset ebria: quia ebrij possunt abundantiores fundere lachrymas quàm cæteri: quia vapores illi, qui in lachrymas cõuertũtur & defluũt per oculos, sunt ex vaporibus ascendentibus de stomacho: & isti abundant in ebrijs propter multitudinem humoris vinatici qui resoluitur: & ob hoc isti ex pauca amaritudine flere possunt: immo interdũ coactis ipsis distillant lachrimæ, sed frigidæ sunt. Cũ igitur vidisset Heli Annam abundanter lachrymantem, & nimis mutantem vultum: putauit esse temulentam. Męrẽ & lug differ

Tunc Heli ait ei. Quia vidit Heli se fuisse deceptum circa Annam & illam iustissimam habuisse causam męroris, & longę orationis: locutus fuit ei blande & consolatoriè, vt sequitur, s. *Vade in pace*. Idest cum tranquillitate magna cessans a dolore: pax enim significat quandam quietem, quę est in adeptione desideratarum rerum. Nam sicut in motu corporali quousque accedatur ad terminum, nunquam est quies, & postea ibi quiescitur: ita in desiderijs cum

K desiderium fit ad aliquid est quasi motus, cuius nulla datur quies quousque perueniatur ad optatum: sic autem imprecabatur nũc Heli vade in pace, idest vade nunc & Deus det tibi pacem, s. quietem in completione desideriorum tuorum: quod patet esse sequenti litera, scilicet. *Et Deus Israel det tibi petitionem, quam rogasti eum*. Idest det tibi petitam rem. Non exprimit hic Heli petitionem Annæ: quia forte non expressit Anna, quid peteret, sed solum dixit se infelicem nimis, quòd aliqualiter apparet infra.

Nam cũ postea concepisset Anna, & ablactato Samuele duceret eum coram Heli, ait: obsecro mi Domine ego sum mulier illa, quę steti coram te hic orãs Dominum

Dominum pro puero isto, oraui & dedit mihi Dominus petitionem meam. Si tamen a principio Anna declarauerat Heli petitionem suam, non exprimeret nunc quasi exponens causam, quare offerret Samuelem Domino.

Et illa dixit, vtinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Aliqui exponunt hoc quòd intelligatur: vtinã Deus exaudiat te: sic enim consueuimus dicere: cũ enim quis imprecatur bona alteri, consueuit ille, cui fit imprecatio dicere, vtinam Deus exaudiat verbum tuum. Sed non stat ista sententia, quia tunc deberet dici vtinam famula tua inueniat gratiam corã Dño, s. quòd compleat petitiones eius, sicut tu dicis: & non diceretur vtinam inueniat famula tua gratiam in oculis tuis: ideo dicendũ quòd intelligatur quòd Anna petebat ab Heli sacerdote, vt oraret pro illa ad habendum petitionem suam, s. vtinã famula tua, idest ego, quę sum famula tua, inueniam gratiam in oculis tuis, scilicet, quòd tantam gratiam mihi facias, vt ores pro me: dicebat hoc Anna, quia cum esset Heli summus sacerdos, & magnæ auctoritatis, putabat quòd oratio eius plurimum valeret apud Dominum.

Et abijt mulier in viam suam. Idest recessit Anna in terram suam, vel recessit in viam suam, idest ad virum suum, s. quia ipsa surrexerat de loco, in quo erat vir suus & æmula sua Phenenna & venit in templum ad orandum. Nunc autem finita oratione & locutione cum Heli, abijt in viam suam, s. rediens ad virum suum in eadem vrbe Silo manentem: & ista est melior sententia quàm prima, quia infra dicitur quòd surrexit mane Anna, & adorauit corã Domino: dein de reuersi sunt in Ramatha: si tamen iuisset in viam suam, non potuisset sequenti die reuerti ad adorãdũ.

Et comedit, & bibit. Scilicet postquàm cõsolata redijt de templo: dicitur hoc quia ante istud præ nimia amaritudine cordis Anna non sumebat cibum, vt patet supra, s. Porro illa flebat, & non capiebat cibum. Nunc autem post orationẽ accepta bona spe per verba Heli sacerdotis incępit sumere cibum & potum.

Vultusque eius non sunt amplius in diuersa mutati. Idest post hoc non fuit Anna tristis sicut a principio: ante enim hoc mutabatur vultus eius, quia interdum lęta erat, s. quando non recordabatur, vel non cogitabat sterilitatem suam: interdum autẽ erat amara nimis, scilicet quando affligebat eam æmula sua objciẽs ei sterilitatem, vel aliàs cum ea pugnabat: post hoc vero, quia conceperat bonam spem, quòd Deus daret ei filium per verba Heli gaudebat, & quãquam æmula sua conaretur eam affligere objciens sterilitatem, vel quomodocunque obiurgans, non curabat nec affligebat cor suum: nec vultus mutabatur in męrorẽ sicut prius.

Et surrexit mane. Scilicet sequenti die: nam dies in qua orauit Anna & locuta est ad Heli, erat dies festus, in quo manendũ erat in loco sanctuarij: sequenti autem die licebat itinerare: & reuersi sunt in regionem suam.

Et adorauerunt coram Domino. Scilicet Anna, & vir suus, & tota familia, scilicet cum die eadem recessuri essent de loco sanctuarij ad terram suam. Primo iuerunt diluculo ad sanctuarium, vt adorarent ibi Dominum, & tunc pergerent in viam suam: qui est modus religiosus, scilicet, vt primo homines curent de eis, quæ Dei sunt. deinde ad negocia sua deuoluant: & tunc prosperiora veniunt cuncta quæ tractauerint: iuxta illud Matth. 7. cap. Primum quęrite regnum Dei, & iustitiam eius; deinde cætera adijcientur vobis.

Ex hoc autem inter viros Christianos affectuosos ad legem Dei inoleuit consuetudo, vt quotidie pri-
A mo vacent orationi quàm incipiant negocia sua tractare, vel quòd primo missam audiant: hoc enim cæteros actus dirigit: sed adhuc potius erat istud inter Iudæos quàm inter nos, quia inter eos erat maius desiderium eundi ad sanctuarium, & orandi ibi quàm inter nos eundi ad ecclesiastica ministeria: quia illi solum ter in anno veniebant ad locum sanctuarij, & vacabant ibi orationi atque videbant fieri sacrificia. Nos autẽ hęc quotidie in Ecclesia videre possumus; ideo ea, quę magis assueta sunt minori desiderio capiuntur: habebant tamen Iudæi per loca, in quibus erant habitantes synagogas quasdam, quæ non erant aliqua sanctuaria, ita quòd in eis fieri possent sacrificia, & alia ministeria sacerdotalia vel leuitica, sed so-
B lum conueniebant homines in loco ipso ad orandũ, & ad audiendum verbum Dei: nam saltem in sabbathis legisperiti Iudæorum prędicabant in synagogis & conuenientes homines rudes audiebãt verbũ: sic enim de Christo dicitur, ꝙ per sabbatha introibat in synagogas, & prędicabat: sic patet Lucæ cap. 4. de Hoc etiam actuum cap. 13.

Consuetudo Christianorum laudabilis.

Reuersique sunt & venerunt in domum suam in Ramatha. Idest de vrbe Silo, in qua erat sanctuarium, redierunt ad ciuitatem Ramatha, in qua erat domus sua. Est autem ista ciuitas Ramatha, quæ supra vocatur Ramathain: & ista nũc & tempore Christi vocabatur Arimathia: iste enim est locus, de quo erat ille vir nobilis Ioseph, qui Christum sepeliuit, & erat discipulus eius: vocaturque Ioseph ab Arimathia ciuitate, idest
C de vrbe Arimathia: aliqui autẽ scriptores nostri hoc corruperunt scribentes Abarimathiam tãquam vnã dictionem: sed error est.

Ciuitas Ramatha, seu Ramathain tpe Christi vocabatur Arimathia, de qua erat Ioseph.

Cognouit autẽ Helchana Annam vxorem suam: & recordatus est eius Dominus. Et factum est post circulum dierum, concepit Anna & peperit filiũ: vocauitq; nomẽ eius Samuel: eo quòd a Domino postulasset eum. Ascendit autem vir eius Helchana, & omnis domus eius, vt immolaret Do-
D mino hostiam solennem & votum suum: & Anna non ascendit. Dixit enim viro suo: non vadam donec ablactetur infans: & ducam eum vt appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi iugiter. Et ait ei Helchana vir suus. Fac quod bonum tibi videtur: & mane donec ablactes eum: precorque vt impleat Dominus verbum suum. Mansit ergo mulier: & lactauit filium suũ donec amoueret eum a lacte. Et adduxit
E eum secum postquam ablactauerat in vitulis tribus, & tribus modijs farinæ, & amphora vini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus. Et immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli. Et ait Anna. Obsecro mi Domine, viuit anima tua. Ego sum illa mulier, quæ steti coram te hic orans Dominum pro puero isto. Oraui & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulaui

1. q. 2. §. 1. 20. q. 1. c. q cũque. 26. q. 5. c. nec mirum.

laui eum. Idcirco & ego commodaui eum Domino cũctis diebus quibus fuerit accommodatus Domino. Et adorauerunt ibi Dominum. Et orauit Anna, & ait.

Cognouit autem Elcana Annam vxorem suam. Quamquam Elcana nunquam potuisset suscipere prolem ab vxore sua Anna, quia tamẽ diligebat eam semper conabatur, vt posset habere prolem: potissime, quia nunc forte Deus mouebat eum, cũ vellet dare Annæ filium, quem poposcerat: & iste per cõmixtionẽ gignendus erat. *Et recordatus est Dominus eius.* Idest recordatus est Annæ: ante hoc enim videbatur oblitus esse illius, vel non respicere illam, quia cum esset in aduersitate propter defectum prolis non dabat ei filium: nunc autem quia dedit dicitur fuisse recordatus. *Et factum est post circulum dierum concepit & peperit filium.* Idest Anna non cõcepit immediatè, vt rediit de Silo, sed aliquanto tempore post: hoc autem fuit quia q̃q̃ Deus exaudiuerit orationem eius, non assignauit ei tempus, in quo daret filium: ideo dedit qñ voluit: in quibusdam autem aliis assignatum est tempus, & in ipso facta est conceptio atque partus: sic patet Gen. 18. cap. cum Angelus dixit ad Abraham iuxta condictum reuertar hoc eodem tempore, vita comite, ad te: & habebit filium Sara: sic etiam fuit de muliere illa apud quam cõsueuerat hospitari Eliseus, cui determinauit tempus, in quo habitura esset filium: & in hoc ipso habuit infra 4. lib. cap. 4. hic autem non fuit assignatum tempus. Dicitur etiam ꝙ post circulum dierum concepit Anna, quia non immediatè concepit, vt cognita est post aduentum de Silo, sed post aliquot dies: in quibusdam tamen dicĩ ꝙ ad primum concubitum conceperunt, sicut patet de Thamar nuru Iudę, quæ cum fraudulenter ab ipso cognita fuisset existẽs in meretricis habitu ad vnũ concubitum concepit gemellos: Gen. 38. c. Dicitur autem hic, quòd Anna concepit & peperit, quia Dominus recordatus est eius: in quo videtur, quòd ista conceptio fuerit miraculosa, quia opere Dei facta est.

De quatuor modis, quibus Deus adiuuat miraculosè in conceptione. Et quomodo aliquando vir, & fœmina non sunt steriles, & tamen non gignunt sine miraculo.

Quæst. XXV.

Qvaeritvr autem circa hoc de differentia miraculi in concipiẽdo: nam multæ in sacra scriptura leguntur, quæ miraculosè conceperunt an omnes pertineant ad eundem modũ miraculosè conceptionis. Dicẽdum autem ꝙ conceptio miraculosa dicitur quandocunque Deus specialiter operatur in ea, ita ꝙ nullo mõ causaretur, nisi Deus in ea aliquid speciale faceret super vires naturę, vel ꝙ natura saltem non faciebat, & istud distinguit in quatuor modos, quibus Deus cooperatur, & sunt inter se inęquales.

Cõceptio miraculosa quæ dicat.

Primus modus est quando aliqua fęmina non est sterilis, nec vir suus: & tamen non contingit eos totaliter conuenire, vt conceptio fiat, s. quòd in talibus temporibus coitus celebratur, in quibus semen alterius eorum, vel vtriusque est ita indispositum quòd inde conceptio non sequatur: vel si forte quodlibet sit ita dispositũ, quòd ex illo cum aliquo alio sequeretur conceptio: inter se tamen non conueniunt ad causandam conceptionem. Isti autem qui talia habent semina non sunt steriles, quia quamquam tunc non gignant; euenit quòd aliquando generent: si tamen penitus steriles forent impossibile esset eos gignere, nisi Deus ad hoc specialiter operaretur: sine miraculo tamen videmus aliquos post multa tempora gignere, qui prius cum semper vacauissent generationi nunq̃ genuerunt. Circa tales autem potest interdum accidere miraculum, s. si qui potentes ad gignendum nunq̃ in tali tempore coeunt, in quo conceptio sequatur, nec ipsi tale tempus scire possunt: si fortè Deus exoratus ab eis tempus indicet, in quo possint gignere & gignant, est conceptio illa aliqualiter miraculosa, inquantum principia effectiua generationis immediatè diriguntur a Deo ad tale tẽpus, sine quo non posset fieri conceptio: & si non dirigerentur ad illud tempus, nunq̃ conuentura erant. De hoc patet in muliere illa, quæ erat hospes Elisei, quæ nunquam habuerat filium: non tamen dicitur de ea ꝙ esset sterilis, dixit autem ei Eliseus in tali tempore habebis filium, & pro illo tempore habuit infra quatuor lib. c. 4. in quo nihil videtur aliud fuisse, nisi quia Deus fecit illos tali tẽpore coire, in quo semina eorũ sic ipsis ad conceptionem conuenirent. Secundus modus, quo Deus operatur aliquid in conceptione; est quãdo vir & vxor sunt verè steriles, vel aliquis eorum: nam tunc in quocunque tempore fieret commixtio impossibilis est generatio, & nõ solum quantum ad illos duos inter se, sed etiam quicunque eorũ fuerit si conueniat cum aliquo alio nunquam inde proles sequitur: est autem modus iste cooperandi in generatione excellẽtior pręcedenti, qm̃ in pręcedenti nihil Deus agebat disponendo ipsa principia generationis, s. semina, sed solum dirigendo ad certũ tempus: hic autem operatur aliquid intrinsecè in seminibus, s. immutando qualitates seminũ ad talem dispositionem, vt conueniant ad generationem, & iste modus reperitur sępe in sacra scriptura: sic enim patet de Samsone, de cuius matre dicitur, ꝙ erat sterilis: angelus tñ nunciauit ei ꝙ conciperet, & concepit, sic patet Iudic. c. 13. Idem fuit in Elisabeth matre B. Ioannis, erat quippe sterilis, & per multa tempora non potuerat cõcipere, sed angelus prędixit Zachariæ ꝙ haberet filiũ, & sic factum est. Quòd autem Elisabeth esset sterilis, patet Lucę cap. 1. s. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis, i. Elisabeth, quę est sterilis hẽt istũ mẽsem sextum post conceptionem suam, sic etiam fuit hic de matre Samuelis, nam dicitur ꝙ concluserat Dñs vuluam eius: hoc autem est esse sterilem, q̃q̃ aliqñ accipiatur ista conclusio pro quodam impedimento tpali ad concipiendum, ꝙ idẽ operatur ꝙ sterilitas, & istud est datum in pęnã, sic patet de ancillis regis Abimelech: Gen. 20. cap. s. concluserat n. Deus oẽm vuluã domus Abimelech pp Sarã vxorẽ Abrahę: istud aũt impedimentũ, vel conclusio non semper mansit, quia orante Abraham sanauit Deus Abimelech, & vxorem & ancillas eius, & pepererunt, vt patet eo. cap. Hic tñ non accipit eodem mõ conclusio, quia Anna nõ accepit nouiter in pęnam, quòd non posset concipere, sed a principio erat sterilis, vt supra declaratum est.

Tertius modus cooperationis diuinę in cõceptione est, quando non solum operatur disponendo principium conceptionis effectiuum, sed etiam apponit illud, cum deficiat. Pro quo sciendum ꝙ principium materiale, & effectiuũ generationis est semen: ideo si illud sit indispositum nõ proficit ad generandum, quia ibi deficit quãtum ad esse causam efficientem, licet non quantum ad esse causam materialem. Si autem semẽ nullum sit, siue ex parte fęminę siue ex parte viri deficit, tam principiũ materiale, q̃ effectiuũ, ideo miraculosior conceptio est, quòd non existentę semine

semine aliquod causetur, per quod fiat generatio, q̃ ꝙ existẽte illo indispositio sit, ideo iste tertius modus excedit ad pręcedentes. Sic fuit in Sara vxore Abrahæ: nam ipsa erat sterilis, quia etiam in iuuentute sua parere nũquam potuerat: erat enim vetusta nimis, & quòd difficilius omnibus est, iam non habebat materiam seminalem: sunt enim in fęminis menstrua loco seminis in viris. Cum vero illa defecerint generationem sequi impossibile est: etiam anteq̃ illa sint generatio nulla est, & ob hoc puellę, quando paruulæ sunt, etiam si a multis cognoscãtur impossibile est eas concipere. Concipiunt autem post 12. 13. aut 14. annũ, quia his temporibus incipiunt, vt communiter menstrua fluere: & ob hoc assignata sunt in fęminis ista tempora pubertatis. Cum verò perueniũt ad magnam senectutem, vt ad annum 60. & amplius desinunt eis fieri mẽstrua: & post hoc etiam impossibile est, vt cõcipiant: Sara autem omnia hæc patiebatur incommoda. De sterilitate patet Gen. c. 11. s. Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos. De senectute eius, & carentia menstruorum, patet Gen. 18. cap. s. Erant enim ambo senes prouectęque ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria, i. desierat ei fluere humor menstrualis: nam tunc, quando concepit 90. erat annorum: Gen. 17. c. Quartus modus, quo Deus operatur in conceptione, est, q̃n deficit dispositio seminis, & ipsum semen dispositiuum, & formatiuum, nec causatur a Deo, vt ex illo possit generatio compleri, sed sine illo consummatur. Pro quo sciendum, quòd ex semine fęminino totaliter formatur corpus animalis, semen autem masculinum solum proficit in genere causæ efficientis ad disponendum, formandum, & organizandum mẽstruum muliebre per virtutem formatiuam, quæ in eo est, sed non est tanquã pars materialis ipsius fętus gignendi: solum autẽ habet quòd cum organizauerit menstruum muliebre calore, & subtilitate sua exhalat manente solum humore menstruali, iuxta Arist. in lib. de animalibus. q̃q̃ medici dicant quòd vtrunque semen est vt principiũ materiale, sed solum masculinum est principium effectiuum habens virtutem formatiuam. sed qualitercunque sit constat, quòd impossibile est digeri & organizari semen fęmininum sine masculino. Cum igitur sola fęmina per se conceperit miraculum magnum est, eo quòd non sit ibi semen virile formatiuum: excedit autem iste modus omnes alios: quia in cæteris semper est semen, & quãdo a principio nõ fuerit postea producitur sicut fuit in Sara, quę cum ante non habuisset menstrua, Deus dedit illi menstrua, vt posset concipere, & sic iam nihil ibi deerat ad perfectam conceptionem. In hoc tamen modo semen nequaquam est, ideo omnes prædicti modi cõcederentur ab aliquo fortassis esse possibiles, vtpote ꝙ sterilitas interdum naturaliter curetur, & ꝙ illa fœmina, quę ex aliqua causa desijt habere menstrua incipiat illa habere, ꝙ tamen sine virili semine fiat conceptio prorsus quilibet de natura loquens reputabit esse impossibile, & hoc est verissimum miraculum. Talis autem modus fuit in Domina nostra, quæ sine semine & viro incognita peperit Saluatorem: Matthæi 1. & Lucæ cap. 1. Patet igitur qui sunt modi, quibus Deus miraculosè operari consueuit, aut reperitur operatus in conceptionibus. Iste autem modus, de quo hic, non est maximus, sed medius inter eos. *Vocauitque nomen eius Samuel.* Idest Anna vocauit nomen filij sui Samuel in signum quòd petiuerat illũ a Deo, & Deus exaudierat eam. Nam Samuel in Hebræo interpretatur exauditio mea: sic etiam Ismahel, nam idem signant, sed Ismahel exauditio, vel exauditus interpretatur; Gen. 16. cap. s. vocabisque nomen eius

[Margin: ...uo semẽ ...n maris fęminæ ...ncurrãt gñatio-...m ꝑlis.]

[Margin: ...nceptio ...hristi ...o fuit ...ta.]

[Margin: ...muel ...o inter-...etatur.]

A Ismahel, eo quòd audierit Dominus afflictionem tuam: & subditur hic causa nominis Samuel, s. eo ꝙ à Domino postulasset eum, i. quia postulauit, & exaudita est, vocauit eũ Samuel ab exauditione. Sed aliquis dicet, ꝙ Samuel interpretatur postulatio mea, vel postulatus, cũ dicatur hic, ꝙ ideo vocatus est Samuel, quia postulasset eum a Deo. Sed dicendum ꝙ non interpretatur postulatio, sed exauditio: dicitur tamen de postulatione, quia ipsa postulans exaudita est, sed quidquid isti dicant, tu dicas ꝙ Samuel interpretatur petitio, vel petitus, vt patet ĩ Hebręo: & hoc sequitur litera nostra. *Ascendit autem vir eius Elcana.* Hic potest poni tertium, s. pro exauditione gratiarum actio, vel potest incipere in principio cap. sequentis.

[Margin: Instantia.] [Margin: Solutio.]

B Cum enim accepit filium Anna, lætatus nimis Elcana vir eius fecit solennitatem magnam, de qua hic. *Et omnis domus eius.* Idest omnes famuli sui, s. iuerunt cum eo in Silo ad offerendum Domino solenniter ꝓ puero nato: mater tamen non ascendit, vt patet immediatè. *Vt immolaret Domino hostiam solennem.* Idest ad faciendum magnam solennitatem in sacrificijs: desiderauerat enim nimis Elcana accipere filium ex Anna: & quia nunc habuit maximè quia miraculosè à Deo concessus erat letatus est vehementer: & fecit solennitatem magnam in sacrificijs, signat enim solennitas excellentiam in re, quæ solennizatur: sic. n. dicitur aliquis actus solennis & alius non solennis; tanquam isti multum differant in excellentia, honore, & apparatu.

C *Elcana quam solennem hostiam obtulit.* *Quæst. XXVI.*

QVAERET aliquis, quę esset ista hostia solẽnis, quam offerebat Elcana. Respondebit aliquis quòd erat illa, quę secũdũ legem offerebatur pro puero nouiter nato. Nam post quadraginta dies debebat puer afferri in templum & offerebatur agnus anniculus in holocaustum, & vnus turtur pro peccato, vel si non esset agnus, offerebantur duo turtures aut duo pulli columbarum, de hoc Leuitici cap. 12. Sed dicendum quòd nõ stat, quia solennitas, vt dictum est, signat quandam excellentiam in D actu: ergo cum dicatur, quòd sit aliqua hostia, vel sacrificium solẽne, oportebat, ꝙ esset de multis animalibus, & de multis generibus animalium: sed hostia, quæ offerebatur pro puero nato erat de minimis, s. vnus agnus anniculus, & vnus turtur vel solum duo turtures: ergo necesse est ꝙ hic esset alia hostia. Itẽ si forte ſm legem pro Samuele illa hostia offerri debebat iam determinatum erat: nec erat opus, vt hic fieret mentio de illa cum scriptura solum ponat ea, q̃ aliter intelligi non possunt nisi scriberẽtur. Erat igit ista hostia solennis oblatio multorum animalium, & forte omnium generum sacrificiorum, sicut principes Israel in dedicatione sanctuarij obtulerunt sacrificia solennia, & quilibet eorum obtulit omnia tria genera sacrificiorum, s. sacrificium pacificum, & holo- E caustum, & hostia pro peccato, & in quolibet istorũ generum obtulerunt multa animalia, vt patet Num. cap. 7. Elcana autem, qui erat vir diues sic faceret. In Hebręo dicitur hostiam dierum, i. hostiam dierum statutorum a lege, s. in tribus festiuitatibus supra declaratis. Et ista vocatur secundum literam nostram hostia solennis quia erat pro solennitatibus legis: & tunc erit sensus, ꝙ cum ascensurus esset Elcana ad offerendum votum pro filio, obseruauit tempus illud, quo tenetur aliàs ire, s. dies solennes, vt non cogeret toties ire, & tunc obtulit votum suum, & sacrificaret pro die illo solenni. Vel potest vocari hostia solennis, vt supra declaratum est, sed ad rigorem nominis est

[Margin: Prima opinio.] [Margin: Responsio auctoris.]

est melior sensus iste secundus, quia solenne non vocatur celeberrimum & honorabile, sicut vulgariter accipitur, sed solitum, vel anniuersariũ: quia dicitur solēne quasi solitum annum, idest quòd consuetum est singulis annis fieri: quod vocauit litera Hebræa hostiam dierum, s. statutorum: & hoc modo dicendum quòd ista erat hostia solennis, idest talis, qualem consueuerat quolibet anno in his festiuitatibus offerre: & si aliquid maius aut excellentius erat, hic nō designatur ex ratione nominis huius, ideo nec est asserendum, nec negandum, si quis asserat, sed adhuc sēsus iste maxime apparet, quia dicitur in litera, quòd obtulit hostiam solennem, & votum suum: ergo hostia solennis erat aliquid ordinarium: votum autem erat hic nouum, & speciale. *Et votum suum.* Idest præter hostiam solennem adhuc obtulit id, quod vouerat: in quo innuitur quòd Anna veniens de Silo nunciauit viro suo Elcanę, quòd vouerat Domino filium ad ministrãdum si daret ei conceptum, & quomodo orauerit, & locuta fuerit ad Heli sacerdotem. Vir autem suus quia diligebat eã, consensit voto illius, & super hoc ipse vouit Domino offerre aliqua magna dona, si daret ei filium, quo nato ascendit in Silo, vt offerret Domino id, quod vouerat: & ꝓpter hoc propter gaudiũ pueri nati præter vota, quæ emiserat adhuc obtulit hostias solennes spontaneas, quæ erant anniuersarię, vel ordinarię, vt dictum est.

Et Anna non ascendit. Scilicet quamquam ascenderit Elcana cum tota domo sua ad impletionem voti, tamen nō ascendit Anna ad quam principaliter pertinebat ascēdere, cum puer eius causa fuisset genitus: quare autem non ascenderit causa immediate patet. Sciendum autem secundum quosdam quòd Elcana non ascendit hic ad sanctuarium ex eadem causa, ex qua supra ascēderat, quia supra dicebatur, quòd ascendebat in domum Domini statutis diebus, s. in festiuitatibus ordinatis a lege: nunc autem ascendit, vt offerret sacrificiũ pro filio nato. interdum vero ascendebat ad ministrandum in tempore suo secundum officium suum Leuiticum, vt supra dictum est. Sed est dicendum quòd verè ascēdit ex eadem causa, quia erat nunc dies statutus ascendendi, vt ostensum est.

Dixit enim viro suo non vadam, donec ablactetur infans. Scilicet quòd Elcana dixit Annæ quòd ascenderet cum eo in sanctuarium: ipsa autem noluit dicens; non vadam &c. intendebat enim portare puerum ad manendum coram Domino, vt vouerat: & quia, si nunc portaretur, non poterat ibi semper manere, qa erat paruulus, noluit eum portare quousque ascēderet, & portaret eum relinquendum totaliter in sanctuarium.

An ratio, quam allegabat Anna, s. quòd nondum ablactauerat puerum, esset sufficiens ad non ascendendum in templum. Quæst. XXVII.

Qvaeret aliquis an ista occasio, quam allegabat Anna esset sufficiens ad hoc, quòd non ascenderet nunc in sanctuarium. Respondendum est quòd satis erat rationabilis, sed non erat necessaria, quia non obligabatur ipsa relinquere in sanctuario puerum immediatè, vt illuc duceret illum ex voto quod emiserat: nam quamquam ipsa dixerit, quòd vouebat puerum ad hoc quòd semper maneret coram Domino: intelligitur illud semper ciuiliter, s. pro illo tempore, in quo posset manere cōuenienter in sanctuario: sed puer nōdum ablactatus sine nutrice remanere nequibat, sed hoc nō poterat esse in sanctuario, in quo nulla mulier continue morari debebat, ergo oportet quòd prius ablactaretur, q̃ daretur ad manendum coram Domino, ideo quamquam Anna ascendisset in Silo cum puero, & nō relinqueret eum ibi non agebat contra votum: & sic non habuit causam necessitantem. Fuit tamen satis cōgrua, s. quòd puer ille, qui specialiter Deo traditus erat, nō esset sicut cæteri pueri, qui postquam præsentantur coram Domino, & incipiũt pertinere ad eum redeunt ad popularia: iste autem postquã semel præsentatus esset Deo, volebat mater sua quòd maneret semper coram Domino, ideo noluit eum ducere in Silo quousque esset ablactatus.

An peccauerit Anna non ascendendo in Silo quousque ablactaretur puer. Quæst. XXVIII.

G Qvaeretvr vlterius an Anna peccauerit non ascendendo in Silo quousque ablactaret Samuel. Respondebit aliquis quòd sic, quia lege cautum erat, quòd Israelitæ ascenderent ter in anno coram Domino in locum sanctuarij, sed Anna manens ad ablactandum puerum non ascendebat temporibus statutis: ideo peccabat. Sed ad hoc respondebitur, quòd nunc Anna non debebat ascendere, quia non erat aliqua festiuitas, nec ascendebat Elcana ad solennitates statutas, sicut consueuerat, sed solum ad offerendum hostiam solennẽ pro filio suo, & soluendum vota, vt patet in litera, sed falsum præsupponitur, vt est probatum. Sed adhuc arguetur, ꝙ quamquam ista vice, qua ascendit Elcana, & nō Anna, non esset festiuitas: tamen si ipsa mansura erat

H vsquequo ablactaretur puer, necesse erat, vt transirēt plures festiuitates, in quibus ipsa non ascenderet ad sanctuarium. Nam puer non ablactaretur vsque ad annum, & dimidium vel amplius, sed quolibet anno erant tres festiuitates, in quibus Iudęi debebãt ascendere in locum sanctuarij: Exo. 23. & 34. cap. ergo saltem quatuor, vel quinque solennitates transirent, in quibus Anna non ascenderet ad sanctuarium. Respondendum est quòd sic accidit; tamen Anna non peccabat ex hoc, quia hac lege soli viri tenebantur, vt patet prealle. capitulis, s. ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram me, ergo etiam si nunq̃ ascenderet Anna in sanctuarium nō peccabat: ascen

I debat tamen aliquoties cum viro suo, & hoc ex deuotione, vt patet supra: sic enim consuetũ erat apud omnes Israelitas. Nam & Domina nostra sic faciebat: quia quamquam non esset obligata ascendere ad festiuitates, tamen ascendebat ipsa, & Ioseph vir eius: Lucę cap. 2. Sed adhuc arguetur, quòd quãquã Anna nō peccaret ex hoc, peccabat ex alio; quia secundum legem fęmina quæ pareret, debebat purificari, s. quòd si pareret filium quadraginta diebus in purgatione sanguinis sui, postea vero ascenderet in sanctuarium, & offerret agnum anniculum, & turturem, vel saltē duos turtures, aut duos pullos columbæ, vt patet Leuit. cap. 12. in fęminis autem erat idem sacrificium, sed erat tempus purificationis duplum, s.

K octuaginta dierum cum filio suo. sed non ascendit, ergo peccauit. Aliquis respondebit quòd ista lex de ascendendo in sanctuarium tempore purificationis solum obseruabatur in mulieribus, quæ manebant in loco sanctuarij, quę verò morabantur in alijs locis, nō obligabantur ascēdere, sed sufficiebat quòd mitterēt oblationem illam, & sic poterat Elcana portare oblationem illam, cum ascendit in sanctuarium manente Anna in domo sua. Sed contra hoc arguetur, quia Domina nostra nato Christo, & expletis quadraginta diebus purificationis ascendit cum illo in Ierusalē ad offerendum ea, quæ iubebantur in lege, vt patet Lucæ cap. 2. s. Postquã autem impleti sunt dies purgationis

gationis Mariæ secundum legem Moysi, tulerunt Iesum in Ierusalē, vt sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: quia omne masculinum adaperiens vuluam sanctum Domino vocabitur: & vt darent hostiam secūdum quòd dictum est in lege Domini par turturum, aut duos pullos colūbarum: habitabat tamen mater Christi extra Ierusalem satis distans ab ipsa vrbe, s. in terra Galileę, quæ est in extremitate orientali terræ Chanaan, quod patet, quia Galilęa est habēs in se mare Genezareth, vel Cenereth, quod etiam vocatur mare Galilęæ Matth. cap. 4. & tamen istud mare est in extremitate orientali terræ Chanaan Num. 34. cap. ad hanc autem terram reuersa est Domina nostra oblato Christo in Ierusalem, vt patet Luc. cap. 2. ergo Anna quamquam esset in extremitate terræ Chanaan, obligabatur venire expleta purificatione in sanctuario.

Respondendum est quòd circa hoc cōsiderantur duo, s. oblatio pueri in sanctuario, & præsentatio matris expleta purificatione. Primum non erat generale, sed solum intelligebatur de primogenitis. Cum enim primogenitus nasceretur, si masculus esset debebat solui redēptio pro illo, s. quinque sicli: & istud fiebat vno mense post natiuitatem pueri: Num. c. 18. Præsentabatur autem tunc puer in sanctuario coram Domino sacerdotibus, qui suscipientes eum de manibus cognatorum suorum offerebant coram Domino, & prius recipiebāt a parentibus precium quinque siclorum pro puero quàm illis redderēt: quamquam autem ista oblatio pueri debebat fieri post dies triginta, quia tamen mater debebat se præsentare coram Domino die quadragesimo fiebant hæc simul: & sic factum est de Christo quoniam simul ipse præsentatus est in templum, & iuit mater sua ad offerendum sacrificium pro purificatione sua: Lucæ cap. 2.

Circa primum, s. de oblatione pueri dicendum est, quòd cessabat in Samuele, quia non tenebatur mater sua, vel aliquis alius præsentare eum coram Domino ad soluendū precium quinque siclorum: quia istud debebat solui pro primogenitis Israelitarum, quia tenebantur primogeniti Domino, quia nō poterāt ipsi primogeniti popularium applicari Deo in seipsis, sed Leuitę dabantur pro eis, ideo voluit Deus quòd darentur sicli quinque pro quolibet primogenito Israelitarum in redemptionem, & isti proueniebant Leuitis, vt patet Nu. cap. 3. & 18. cum computentur ibi inter iura eorum, apparuit enim hoc ex prima commutatione, & redemptione primogenitorum, quæ facta est. Nam in deserto Sinai fecit Deus dari sibi omnes Leuitas pro primogenitis Israel computādo vnum Leuitam pro vno primogenito, & quia de numero primogenitorum fuerint 273. super numerum Leuitarum, pro illis datum est preciū, s. pro quolibet eorum quinque sicli, vt patet Num. c. 3. Samuel autē erat de Leuitis Caathitis, vt patet 1. Paralip. cap. 6. ergo non debebat pro eo solui precium quinque siclorum, & consequenter non debebat pręsentari coram Domino in sanctuario, quia ista pręsentatio non fiebat, nisi ad redemptionem ipsorum primogenitorū, quod apparet Lucę cap. 2. cum dicitur de Christo, ꝙ postquam impleti sunt dies purgationis Marię secundum legem Moysi tulerunt illum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur, idest sanctificabitur, vel applicabitur Deo, sed ista sanctificatio primogenitorum popularium ad nihil aliud erat, nisi vt soluerentur quinque sicli pro quolibet eorū, cùm Christus esset de tribu Iuda, de qua nullus poterat applicari Deo ad ministrandum sibi coram altari, vel in aliquo alio ministerio, vt patet ad Hebr. cap. 7. s. in quo enim hęc dicuntur de alia tribu est de qua nullus altari pręsto fuit: manifestum est enim quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est: apparet igitur quòd primogeniti ad nihil aliud præsentabantur coram Domino, nisi ad soluendum quinque siclos, quoniam si pręsentarentur ad ministrandum, hoc non conuenisset Christo, sed quia dicitur de eo, quòd pręsentatus est secundum legem Moysi: ergo lex Moysi non iubebat ad aliud pręsentari primogenitos, nisi soluerentur pro eis quinque sicli: Samuel autem erat de Leuitis, & non erant pro eo soluendi aliqui sicli, quia ipse sanctificatus erat Domino ad ministrandum, eo quòd erat Leuita, & pręter hoc erat sanctificatus a matre sua, quæ vouit illum ad ministrandum omnibus diebus vitæ suæ coram Domino: ergo non debebat pręsentari post vnum mensem, vel post dies quadraginta, quando pręsentabatur mater ad purificationem, vel cum saltem finiebatur tempus purificationis, sed sufficiebat quòd præsentaretur quando fuisset ablactatus, vt postea semper maneret coram Domino, sicut dixit mater sua, & hoc propter votū: aliàs autem inquātum Leuita erat quamquam esset primogenitus, non oportebat vt aliquando pręsentaretur coram Deo, nisi cum iam esset magnus & veniret ad ministrandum.

An quælibet mulier quadragesimo die post partum debebat præsentari in templo, & purificari. Quæst. XXIX.

Circa secundum, scilicet de pręsentatione matris dubium manet, nam dato quòd nō deberet Samuel præsentari in templo, quia erat Leuita; tamen de matre sua an deberet post quadragesimū diem purificari, sicut purificabantur omnes aliæ fœminæ, & ad hoc ascendere ad sanctuarium, dubium manet. Et videtur quòd sic, quia Leuit. cap. 12. dicitur quòd fœmina, quę peperisset filium post quadraginta dies debebat purificari, & offerre sacerdoti agnum anniculum & turturem, & tamen ista oblatio fiebat in loco sanctuarij, quia alibi non fiebat sacrificium, ergo necesse est quòd fęmina ascenderet ad sanctuarium post quadraginta dies.

Aliquis respondebit quòd nō requirebatur, quòd ipsamet fęmina accederet ad locum illum, & offerret, sed satis erat, quòd aliquis alius offerret pro ea, & ita Elcana, qui ascendit ad offerēdum hostiam solennem, poterat pro vxore sua portare ista sacrificia.

Respondendum est non posse stare, quia in litera dicitur Leuit. 12. cap. quòd ipsa deferet agnum anniculum in holocaustum, & quòd tradet sacerdoti: & quamquam litera nostra non tātum declaret, tamen litera Hebraica determinat quòd ad ipsam pertinet: ergo ipsa debebat esse in loco sanctuarij: potissimè cum istæ cęremoniæ fiant ad purificationem ipsius: ergo ipsa debebat esse pręsens.

Si autem aliquis velit proteruire, dicens quòd ꝗꝗ dicatur, ꝙ ipsa faceret sufficiebat, quòd faceret per alterum: quia qui per alterum facit, per seipsum facere videtur. Respondendum est, quòd non potest stare: nam ipsamet fęmina ideo cogebatur, vt patet Lucæ c. 2. de Domina nostra, quæ ab vrbe Nazareth de terra Galilęæ iuit ad offerendum sacrificium purificationis suę in Ierusalem: & hoc non quidem quasi ex sola deuotione, sed quia videbantur omnes fęminæ Hebręorum ad faciendum hoc teneri, cum dicitur; Et vt darent hostiam secundum quòd dictū est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarū: in quo manifeste patet quòd intendimus: nam

nam ibi dicitur quòd parentes Iesu tulerunt illum in Ierusalem: parentes autẽ eius erant Maria, & Ioseph: ergo ambo ascenderunt, quod etiam satis apparet, cũ postea dicatur ibidem, quòd Ioseph, & Maria mater eius erant mirantes super his, quę dicebantur de puero. Ponuntur etiam ibi duæ causæ quare illuc ascenderunt, scilicet, vt sisterent puerum coram Domino, & vt offerrent sacrificium, scilicet par turturum, aut duos pullos columbarum, & vtrumque dicitur ibi ꝙ erat ex pręcepto legis Moysi, ergo ad vtrũque ascendere tenebantur, sed sacrificiũ illud non erat pro puero quin potius pro purificatione matris, vt patet Leuit. cap. 12. ergo sicut tenebantur parentes Saluatoris pręsentare eum corã Domino, ita tenebatur mater sua se pręsentare ad purificationem: de Anna autem matre Samuelis sic erat, quia pepererat puerum: ergo infra quadraginta dies debebat se pręsentare, sed non se pręsentauit, ergo peccauit contra legem.

Aliquis respondebit, quòd Anna præsentauit se in templo quamquam non fuerit filius eius Samuel ibi pręsentatus, & sic satisfaciebat legi. Respondendum est non stare, quia ipsa dixit quòd nolebat ascendere cum Elchana, sed manifestum est quòd interim trãnsiret tempus purificationis, ergo non poterat se præsentare in termino determinato a lege, & cõsequenter peccare videbatur.

Dicendum est igitur, quòd Anna non se præsentauit in tempore purificationis coram Domino, eo quòd ipsa non obligabatur purificari: quia ista purificatio erat in oblatione quorundam sacrificiorum, vt patet Leuit. cap. 12. & ista sacrificia sunt iura debita sacerdotibus a popularibus, quia pro eis Deum orãt, & ministrant ei: mater autem Samuelis erat de Leuitis, sed Leuitæ non offerebant aliqua iura sacerdotibus sicut supra diximus de redemptione primogenitorum, cum ipsi essent ministri Dei sicut sacerdotes: ergo vxores eorum non tenebãtur aliquid offerre in purificatione: quia istud solueretur de sumptibus Leuitarum: nõ ergo obligabatur mater Samuelis ad purificationẽ die quadragesimo, sicut aliæ mulieres. De Domina autem nostra non est simile, quia ipsa erat de stirpe Iuda, cum Christus filius eius sit de stirpe ista: & ista tribus erat de popularibus, qui tenebantur ad soluendum iura sacerdotibus, & Leuitis: ergo quãquam ipsa ad hoc videretur obligata ex lege, non erat mater Samuel obligata, quę erat de tribu Leui. Et sic dicendum quòd ipsa non ascendit in locum sanctuarij, nec Samuel filius eius illuc portatus est vsquequo ablactatus fuit.

In q. 16.

An virgo Maria fuerit obligata ad purificationẽ.

Et ducam eum, vt appareat ante conspectum Domini. Idest postquam ablactauero, ego ducam ipsum, & præsentabo in conspectu Domini, scilicet in sanctuario corã sacerdotibus, vbi Deus specialiter esse videbatur.

Et maneat ibi iugiter. Idest postquam duxero illum manebit ibi semper, nec reducam eum mecum in domum. In hoc autem fundatur intentio Annæ, s. si ego portarem eum nunc coram Domino, quia nondum est ablactatus non posset ibi manere, sed oporteret, quòd ducerem eum mecum: ego tamen voui, quòd darem eum Domino, vt ministraret coram eo iugiter: volo ergo ire illuc tali tempore, vt cum eum præsentauero Domino, possit ibi iugiter manere: hoc autem erit postquam fuerit ablactatus: ergo nolo illuc ire, nec eum portare quousque sit ablactatus. *Et ait ei Elcana vir suus, fac quòd tibi videtur bonum.* Vidit Elcana, quòd Anna loquebatur rationabiliter, ideo noluit ei repugnare: potissime cum eam diligeret nolebat eam contristari permittens facere secundum arbitrium suum.

Et mane donec ablactes eum. Idest quamquam ego nũc

F ascendam ad Dominum, & postea alijs vicibus, tu nunquam ascendas quousque ablactes puerum.

Causa huius erat, quia dum puer nõ est ablactatus non potest manere sine nutrice, sed nulla nutrix poterat esse cum eo semper in sanctuario, siue esset mater eius, siue aliqua alia, qa nulli fęminę licebat semper manere in sanctuario, ergo oportebat non poni Samuelem coram Domino vsquequo esset ablactatus, quo facto quamquam esset puer tenerrimus, posset nutriri cibis quibuscũque teneris a sacerdotibus, vel leuitis.

Precorque vt impleat Dominus verbum suum. Cũ enim faceret ista Anna ad complẽdum votum, Elcana præcatus est, vt Dominus compleret verbum suum, idest
G id quod dixerat de puero. Non est autem intelligendum quòd Deus aliquid dixerit de illo, sed solũ exaudiuit petitionem Annæ dans ei filium: est tamẽ sensus quòd cum Anna petierit filium promittẽs, quòd ille semper maneret coram Domino, & concessit ei filium, videtur quòd concedebat ei sub hac conditione, vel cum intentione faciẽdi quòd permaneret coram ipso ministrãdo. Hoc autem orat Elcana, scilicet quòd Deus det vitam illi puero, vt possit ministrare multo tpe coram eo, & sic implebit verbum suũ de puero ꝙ ministret coram eo. Rabbi Nehemias dicit quòd in Silo audita fuerat quædam vox Dei dicentis quidam puer nasciturus est nomine Samuel, qui liberabit Israel de manu Philisthijm: quamobrem omnes mulieres vocabant filios suos Samuel, vt aliquis
H eorum esset: cum autem vocauisset Anna filium suũ Samuel dixit Elcana precor, vt impleat Dominus verbum suum, scilicet verbum quod locutus est in Silo compleat in isto puero, vt liberet Israel de manu Philisthijm, sed istę fictiones sunt ita apertę, vt nõ expediat contra eas arguere. Nam Anna non vocauit filium suum Samuelem ex hac causa, sed quia eam Deus exaudiuerat, vt patet supra in litera. Etiam falsum est quòd omnes mulieres vocarent filios suos Samuelem.

Rabbi rum la.

Mansit ergo mulier, & lactauit filium suum, donec amoueret eum a lacte. Idest non ascendit Anna illa vice in sanctuarium, nec alijs vicibus post hoc cum Elcana ad solennitates statutas: quousque amoueret puerum a
I lacte. *Et adduxit eum secum postquam ablactauerat.* Idest iuit ipsa in sanctuarium cum puero, vt relinqueret eum ibi. Hoc autẽ erat vt offerret eum coram Domino, & solennem hostiam cum illo, & ad referendũ gratias Deo pro collato beneficio, scilicet, quòd sicut Deus in eodem loco sibi concesserat filium, ita ibi pro illo gratias redderet: etiam vt ipsa commendaret eum Heli sacerdoti, significans quomodo ipsa fuisset mulier, quę ibi coram eo petierat filium a Domino, & locuta fuerat ad ipsum. Sciendum etiam ꝙ quamquam hic solum dicatur de Anna, quòd ascenderit cum Samuele: tamen etiam intelligendum est de Elcana viro suo, quia infra dicitur: Et immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum, sed hoc nõ po-
K test intelligi de sola Anna: sic etiam patet sequẽ. cap. scilicet, Et abijt Elcana in Ramatha in domum suã: ergo illuc ascendit cum Anna: tota enim ista litera continuata est, & refertur ad idem tempus vsque ad locum illum. *Porro filij Heli filij Belial.* Sed exprimitur de Anna quia ipsa erat tanquam principalis respectu pueri.

In vitulis tribus. Idest duxit Anna filiũ suũ in domũ Domini cum vitulis tribus: & accipitur (in) pro cũ: sic patet Genesis trigesimosecundo cap. scilicet, In baculo meo transiui Iordanem, idest cum baculo: portauit autem Anna tres vitulos tanquam oblationem solennem pro voto, & pro filio, quem offerebat; vt sicut

ſicut Elcana obtulerat hoſtiam ſolennem in natiuitate eius, vt patet ſupra: ita ipſa offerret, nunc in pręſentatione pueri coram domino ſolenne ſacrificium, accipiendo ſolenne pro magno: de vno vitulo iſtorum apparet infra, quòd immolatus fuerit, de duobus reliquis nihil dicitur, ſed ſatis videtur, quòd forte dederit illos Anna viuentes ſacerdotibus, ſicut populares interdum offerebant animalia ſacerdotibus, non vt immolarentur coram domino, ſed vt manerent in proprietate ſacerdotum, vel forte dedit illos duos vitulos Anna Heli ſacerdoti in munera, vt gratificaret eũ ſibi, quia dabat illi filium ſuum in cuſtodiam, vt maneret ſemper coram eo. ſic patet infra, cum dicitur, ꝙ puer Samuel miniſtrabat ſemper coram Heli, & erat ante faciem eius: ſequen. cap.

Et tribus modijs farinæ. Ideſt etiam attulit ſecum tres modios farinæ. De iſtis dicendum eſt, ſicut de vitulis, ſ. quòd aliquid huius farinæ portaretur ad libamina ſacrificij. Reliquum autem, vt daretur Heli in munus patet hoc: nam vt habetur Num. capit. 15. in omni holocauſto, & hoſtia pacifica offerebantur libamina, ſcilicet farina, vinum, oleum, thus, & ſal; ex quibus tria prima offerebantur ſemper ſub certa mẽſura, de qua eodem ca. & duo vltima ſine menſura, ſed hic offerebatur vitulus: ergo oportet, quòd cum eo darentur aliqua libamenta, de quibus erat farina. Niſi forte dicatur, quòd erat iſta oblatio pro peccato, in qua nõ erãt libamenta, ſed nõ ſtat rationabiliter dictum, quia hic offerebatur pro gratiarum actione propter natiuitatem pueri, ad quod pertinet holocauſtũ cum hoſtia pacifica.

Sciendum autem, quòd tres modij farinę, de quibus hic valde paruam menſuram dicunt, nec ſunt, vt apud nos, quia vna puella ſatis debilis poterat portare in palliolo ſuo ſex modios tritici, & amplius, vt patet Ruth. c. 3. ſ. Expande inquit palliolum tuum, quo operieris, & tene vtraque manu, qua extendente, & tenẽte menſus eſt ſex modios ordei, & poſuit ſuper eam.

Et amphora vini. Ideſt etiam portauit ſecum amphoram vini: iſta etiam erat neceſſaria pro libamentis ſacrificij, quia cum quolibet holocauſto, & hoſtia pacifica dabantur libamenta, de quibus erat vinum in certa quantitate pro quolibet genere animalis, vt patet Numeri 15. cap.

Et adduxit eum in domum domini in Silo. Ibi enim erat Sanctuarium, & fuerat ab ingreſſu Iſraelitarum in terram Chanaan vſque ad tempus Samuelis, ſ. non multo poſt hoc cum arca: dum ducta eſt in terrã Philiſthijm, de quo infra ca. 4. *Puer autem adhuc erat infantulus*. Ideſt Samuel, qui vocatur hic puer erat infantulus, ideſt nimis infans: nondum enim eſſet duorum annorum & dimidij; nam immediate vt ablactatus eſt, duxerunt eum parentes in templum, vt patet ſ. *Et immolauerunt vitulum*. ſ. vnum de vitulis tribus, de reliquis autem duobus quid factum ſit dictum eſt. In quo autẽ genere ſacrificij fuerit oblatus iſte vitulus, videtur dicendum, ꝙ in holocauſto, vel in hoſtia pacifica. Nam nulla cauſa erat, quare offerretur pro peccato, cũ non pertineat ad exultationem, ſacrificium tamen iſtud fiebat in exultationem pro puero nato, & oblato. *Et obtulerunt puerum Heli*. Dicitur puer oblatus, non quidem ſicut conſueuerant offerri alij pueri primogeniti, qui erant de tribubus popularibus: nam illi fereban tur in templum, & accipiebantur in manibus ſacerdotum, nec reddebant eos parentibus ſuis quouſque acciperent precium quinque ſiclorum pro illis: de hoc Lucę c. 2. dr̄, & cum inducerent puerum Ieſum parẽtes eius, vt facerent ſm̃ conſuetudinem legis ꝓ eo Simeon accepit eũ in vlnas ſuas, & benedixit eum &c. Samuel aũt erat de filijs Leuitarum, ideo non dabant

A pro eo quinq; ſicli, nec aliqua redemptio, ſed oblatus eſt in manibus Heli ſacerdotis, quia mater ſua deuouerat eum dño, vt ſp miniſtraret coram eo. *Et ait Anna obſecro mi domine*. Loquitur Anna ad Heli indicãs ei votum ſuum, & id quod locuta fuerat ad ipſum. Nã qñ ſteterat primo Anna in Silo coram Heli, dixit ei ꝙ erat mulier nimis infęlix: Heli aũt dixit vade in pace, & Deus Iſrael det tibi petitionem, quam rogaſti: ideo Anna quaſi cõgratulans volebat nunc declarare, qũo completa fuiſſet oratio ſua, & exaudita petitio, & hoc ſignificat litera ſequens. Fit ẽt hoc, vt Anna declaret quare offert filium ſuum Heli ſacerdoti: vouerat nãque eum, vt maneret ſemper coram dño, & ob hoc tradebat illum Heli, voluit igitur ſignificare votũ ſuũ Heli, vt reciperet puerum, & dicit obſecro mi domi-

B ne, ideſt obſecro, vt audias me. *Viuit anima tua domine*. Modus iurandi eſt apud antiquos, vt cum dr̄ viuit anima mea, ꝙ hoc ſit, ideſt ſic viuat aĩa mea, vt hoc eſt verum. Sic ẽt iurauit Deus Num. 14. c. Viuo ego, & implebitur gloria dñi vniuerſa terra, ideſt ego iuro ꝑ vitam meam, ꝙ omnis terra implebitur gloria. Sic etiã poteſt accipi hic, ſ. viuit anima tua dñe, ideſt ego iuro per aĩam tuam, vel per vitam tuã, ꝙ ego ſum mulier &c. *Ego enim ſum illa mulier, quæ ſteti coram te hic orans*. Ideſt domine recordare, ꝙ quondam te ſtante hic apud portam templi, ſtetit hic mulier quædã orans, & ego ſum illa.

Orans dominum pro puero iſto. Orauit Anna pro puero, ſcilicet Samuele, non quidẽ pro illo determinate,

C ſed quòd daret ſibi aliquem filium, ſiue illum, ſiue alium: potuiſſet enim ſibi dare alium filium, & non illum. & dr̄ quòd ſtetit orãs coram Heli, quia Heli erat ad portam templi, & Anna erat intra Sanctuariũ, ſed prope Heli circa portam Sanctuarii, quod patet, quia Heli conabatur audire verba Annæ, quãdo mouebat labia in oratione, & quia nihil audiebat iudicauit, ꝙ Anna nihil loquebatur, ſed mouebat labia ex ebrietate, ſi tamen diſtaret ab illa aliquantulum nõ argueret rationabiliter, ꝙ ipſa nihil loquebatur quãquam non audiret eam. *Oraui, & dedit mihi dominus petitionem meam, quam poſtulaui eum*. Ideſt, ego oraui, tunc pro puero, & conceſſit mihi: ex quo patet, ꝙ Anna non declaraue

D rat Heli petitionem ſuam, quando locuta fuit cum ipſo in Silo, ſed ſolum dixit mulier infoelix nimis ego ſum. Si enim ibi declaraſſet non oportebat, ꝙ nũc declararet. *Idcirco, & ego commodaui eum domino*. Ideſt, quia Deus dedit mihi, ego dedi eum Deo, ſcilicet vouendo ipſum ad hoc, ꝙ maneret ſemper miniſtrando coram domino, & ꝙ ſemper haberet votum Nazareorum in obſeruatione, dicitur autem commodare, ideſt dare ad vſum, ſ. ꝙ Anna potuerat eum applicare ad ſeculares cõuerſationes, & commodauit, ideſt dedit illum ad vſum Deo. *Cunctis diebus quibus fuerit accommodatus domino*. In hoc ſignificatur forma voti, ſ. quòd non vouebatur puer ille ad aliquam certam miniſtra

E tionem, aut pręfinitum tempus, ſed in omnibus diebus quibus fuerit accommodatus Deo, ideſt, quibus Deus voluerit, quòd ſit ſibi accommodatus, ideſt, ꝙ miniſtret ſibi. nam eo tempore quo Deus voluerit eum viuere, erit ſibi accommodatus: nam Anna vouit filium pro tota vita: Deus ergo ſciebat, quòd quãdiu vellet ei dare vitam tandiu eſſet ſibi accommodatus, ergo quando ipſe vellet eum occidere, non eſſet ſibi accommodatus, nec vellet eum ſibi eſſe accommodatum.

Et adorauerunt ibi dominum. Scilicet Anna, & Elcana vir ſuus adorauerunt dominum in Silo, referentes ei gratias pro filio dato. *Et orauit Anna, & ait*. Tam Elcana, quam Anna orauerunt, ſed quia oratio Elcanæ non fuit aliquid ſpeciale, non deſcripta eſt hic:

oratio autem Annę continebat magnas laudes Dei, & habebat modum prophetię: & creditur quòd ipsa a Deo illuminata specialiter hoc orauit. Descripta fuerunt verba sua hic: habentur autem in ca. sequenti.

CAP. II.

EXVLTAVIT cor meum in domino, & exaltatũ est cornu meũ in Deo meo. Dilatatũ est os meũ super inimicos meos, quia lętata sum in salutari tuo. Non est sanctus, vt est Dominus: neque enim est alius extra te.

E*xultauit*. In superioribus positum est de Samuelis natiuitate & oblatione. Hic incipit agere scriptura de eius exaltatione, & diuidit ĩ duas partes, primò agitur de matris Samuelis oratione, secũdò de filiorum Heli deiectione. Procedit autem sic, quia tẽpore natiuitatis Samuelis Heli erat summus sacerdos, & filij eius successuri essent sꝑ in honore illo, nisi fuissent eorum magna peccata: eorum autem graues iniquitates promeruerunt, vt deijcerentur. & quia deiectis eis a potestate, & auctoritate iudicandi Israel successit Samuel, agitur de eorum deiectione, vt postea agatur de Samuelis exaltatione. Secunda ibi. *Porro filij Heli*. Ista secunda in duas, quia primo, agitur de filiorũ Heli iniquitate, secundo de ꝓnunciatione pœnæ eis comminatę. Secunda ibi. *Heli autem erat senex*. Prima in duas, quia primo agitur, ꝙ dictum est, secundò incipitur agi de bonis exordijs Samuelis, secundum quæ postea promeruit magnum honorem ibi. *Samuel autem ministrabat*. Circa primum ponitur oratio Annæ, s. *Exultauit cor meum in domino*.

Verba exultationis quæ protulit Anna, quomodo intelligantur. Quæst. I.

REFERTVR hoc ad lætitiam, quam habuit Anna cõcepto Samuele. Nam antequam cõcepisset affligebat eam nimis ęmula sua obijciens illi infęcũditatem, & quòd Deus maledixisset illi concludendo vuluam eius, nunc aũt nato filio immunis erat ab hoc opprobrio, nam cum aliqua, quæ ante fuisset sterilis, pariebat, auferebatur ei opprobrium, sic dixit Rachel Gen. 30. s. Quæ cõcepit, & peperit filium dicens: abstulit mihi Deus opprobrium meum. Nunc autem cum concepisset lętatum est cor suum. Et dicitur, ꝙ lętatur in Deo, idest istam lætitiam, vel gaudium habet a Deo, vel lętatur in eo, i. in beneficio eius, & non in aliquo alio bono, qui autẽ delectantur in vitijs, quamquam exultent, tamen nõ exultant in Deo: & non dicitur lętari, sed exultare, qa exultare significat maiorem abundãtiam gaudij, nam lętari significat concipere quoddam gaudium intra aĩam, ꝙ extra nõ prodijt: exultare aũt est quoddã gaudiũ intra conceptũ, ꝙ cũ intra concipitur, in exteriora prorumpit, & manifestatur ĩ motibus corporis, & sic dicitur exultare quasi extra saltare. *Et exaltatum est cor meum in Deo meo.* Ista aliquo modo est repetitio sententiæ superioris, quæ cõsueuit fieri in carminibus, & ita ista oratio est per modum carminis. Aliter potest dici, quòd sit diuersa sententia, quoniam cor exultare pertinet ad lætitiam. Cor exaltari pertinet ad magnitudinem, & est sensus exaltatum est cor meum, idest eleuatum est ad magnam altitudinem, quia ante hoc erat depressum scilicet, quia ego reputabam me infimam in mulieribus, & hoc quia dixit mulier infœlix nimis ego sum, nunc autem reputabat se valde fœli-

Lętari exultareq; quo differunt.

F cem, quia Deus dederat ei filium, cum esset ablatum opprobrium illius de sterilitate, & potissime, quia filiꝰ ille erat datus a Deo, de quo magis gaudendum erat, ideo eleuabatur cor Annæ ad magnam excellẽtiam: nec tamen erat ista eleuatio in superbiam, ita quòd ꝓpter filium natum superbiret alicui contumeliam inferre volens, vel in seipsa se iactaret, quasi a se hoc bonum habens, sed exaltatio sua erat in Deo, ideo subditur in Deo meo, s. propter bona collata mihi a Deo ego extimo me maiorem, vel propter spem bonam de ipso. Et non est istud gaudium in aliqua re temporali, qua Anna vellet frui, sed in Deo, & a Deo.

Dilatatum est os meum super inimicos meos. Idest apertũ est os meum ad loquendum magna de inimicis meis
G non habens quid responderem, nunc autem dilatatũ est os meũ, idest data sunt mihi multa, in quibus ego possem dilatare, vel extẽdere os meum. Refertur hoc ad Annam respectu Phenennæ, quæ dicitur inimica sua, cum litera vocet eam ęmulam, & ipsa affligebat atque contristabat nimis Annam tanquam hostis, & tunc tacebat Anna non habens quid responderet, qa obijciebat sibi infœcunditatem, quæ vera erat, vnde non habebat aliud remedium, nisi quòd fleret, & nõ caperet cibum, vt patet pręcedenti cap. Nunc autem dilatatum est os suum super inimicos suos, idest data sunt ei multa, quæ loqui posset contra inimicos suos, siue obijciendo, siue respondendo, nam iam non poterat Phenenna obijcere Annæ infœcunditatem, cũ
H ipsa posset dicere, iã se peperisse, & gloriosius erat ꝙ filiũ istum specialiter a Deo acceperat, vel poterat obijcere contra Phenennam principaliter increpando, quasi reddendo vindictam, quòd ipsa iniuste locuta fuisset ante, dicens Annam esse infœlicem, quia concluserat dominus vuluam eius, cum intenderet eam exaltare dando ei filium miraculose: non est tamen intelligendum, quòd Anna suscepto filio quasi habita victoria insultauerit contra Phenennam, quia hoc non erat virtuosę Annę, cui Deus largitus fuerat tantum beneficium, vt vindictam sumeret, sed dicit os suum dilatatum, idest, quia posset ipsa dilatare iam illud loquens multa contra Phenennam data sibi opportunitate, sed nihil horum fecit.

I *Quia lætata sum in salutari tuo*. Idest in salute a te data. Est sensus, quòd quia Deus dedit Annę salutem, idest saluationem ab improperio suo de sterilitate, dilatatũ est os suum super inimicos suos, aliter semper oportuisset eam subticere & flere, quia non haberet quid posset respondere ęmulæ suæ. Nũc autem lætata fuit in salutari Dei, idest ĩ salute a Deo data. Aliter potest intelligi, quòd non accipiatur hic lętari propriè, sed ꝓ confidere, & tunc est propria causalitas, s. ꝙ Anna cõfidit in domino, ꝙ daret ei petitionem suam: & ꝓpter hoc dilatatum est os suum: si autem non confidisset, ꝙ Deus daret sibi petitionem, Deus nõ dedisset, quia non ꝯcedit petita homini diffidenti de bonitate eius: sic patet Iacobi. cap. 1. de illis, qui dubitant in petitis a
K Deo dicens postulet autem in fide nihil hęsitans: qui enim hęsitat similis est fluctui maris, qui a vento mouetur & circunfertur, non ergo existimet homo ille, ꝙ accipiat aliquid a domino: Anna autem lætata est in salutari Dei, idest, cũ lętitia, & certitudine sperauit salutem esse dandam sibi a Deo, s. remedium circa opprobria sua, ideo dilatatum est os suum. *Non est sanctus vt est Dominus*. Postquam Anna descripsit bonum suũ, & gaudium sibi collatum, conuertitur ad describendum laudes quasdam Dei. Nam pro susceptis bonis a Deo tenemur rependere, quod possibile nobis est. Istud autem in solo honore consistit: quoniã Deus boni nostri non eget: ideo cum cætera bona nostra ei non conueniant, honorem ei impendimus, nõ quidem

Honor ... tribuendus.

quidem tanquam necessarium, sed tanquam expressiuum magnitudinis reuerentiæ eius: iste enim solus est, quem Deo tribuendum dicit esse Aristote. Ethic. libr. 4. & 8. & hoc, quia maximum bonũ est inter omnia humana exteriora: laus autem proprie non est honor, aliquo modo tamẽ pertinet ad illum. Nam sicut honor attestatur in honorato magnitudinem reuerẽtiæ & dignitatis, cum sit aliquid exhibitum propter virtutem, ita laus significat quoddam bonum in laudato, quia laus est sermo explicans magnitudinem. Anna ergo incępit hic explicare magnitudinem Dei laudando eum quantum ad quædam, & primo dicit, quòd nullus est sanctus, vt Deus noster, idest nullus est tantæ excellentiæ in bonitate. Sanctus enim significat incontaminationem, s. quòd Deus non sit pollutus aliqua labe peccati, aut terrenæ contagionis, sed immunis ab omni macula: cęteri autem in cõspectu eius mundi non sunt. Nam & in Angelis suis reperit iniquitatem, & cęli non sunt mundi coram eo: sicut Iob dixit. Hoc autem est, quia Deus nullum malum vult, sed cum nullum illorum faciat iniquitatem, & iniquos viros exosos habet, iuxta illud Psalm. 5. quoniam Deus nolens iniquitatẽ tu es, odisti omnes qui operantur iniquitatem. Isto modo per quandam similitudinem dicimus aliquo modo quosdam homines esse sanctos, idest incontaminatos, & non est sanctitas in illis aliqua specialis virtus vna, vel plures, sed significat quendam gradum excellentiæ in virtutibus, s. quòd quælibet virtus est in eo excellentiori modo quàm in alijs hominibus: simile enim dicit Philosophus de magnanimo Ethic. lib. 4. de magnanimitate, s. quòd magnanimitas dicit quandam excellentiam, & magnitudinem in qualibet virtute, s. quòd non solum magnanimus habet omnes virtutes, sed etiam quamlibet earum habet in quadam magnitudine.

...o dici... aliquos ...nines ... sãctos ...t Deũ.

Pro quo sciendum est, quòd secundum Macrobiũ in libro de Somno Scipionis virt⁹ habet quatuor gradus, s. quòd quędam sunt politicę, & aliæ purgatorię, & aliæ purgati animi, siue heroicę, & aliæ sunt exemplares. isti autem quatuor gradus non faciunt differre virtutes generaliter secundum speciem, sed solum secundum quantitatem, & gradualem excellentiam, quia quęcunque virtutes sunt in vno membro etiam sunt in alio. Primæ harum sunt politicæ, idest pertinẽtes ad homines cõmunicantes politię: isti enim sunt de viris bonis, eo quòd per virtutem viuunt: sunt tamen in minimo gradu bonorum, quia politici virtutes ordinant ad honorem, & fęlicitatem politicam, q́ est aliquid minus quàm ipsa virtus, & isti sunt imperfecti, quia non est eis cura ostendere magnam virtutum perfectionem, sed solum communicare qualitercunque rationabiliter inter se in vita politica. Secũdus gradus est virtutum purgatoriarum, & dicuntur purgatorię a purgando, quia nos actualiter purgant: & istę sunt quandocunque aliquis excedẽs vitam politicam, non solum vult rectè viuere, sed etiam passiones habere subiectas: & inquantum conatur illas sibi subijcere, & diminuere per virtutis magnitudinem dicitur habere virtutes purgatorias, idest proficientes ad purgandum hominem: non quidem a vitijs, sed a passionibus. Tertius gradus est virtutum purgati animi: & isti sunt quando aliquis per magnam assuefactionem, & vigilantiam in opere virtutis cõfregit omnes passionum tumultus atque expulit de anima sua, & tunc manet animus liber sequestratus ab omni impulsu, ita vt penitus sibi liberum sit, quod voluerit, & istę vocantur virtutes purgati animi, quia non sunt nisi in animo, aquo iam expulsus est omnis passionalis tumultus, qui autem hmõi sunt dicuntur habere virtutem heroicam, idest, quasi diuinam, & ipsi vocãtur

...us hẽt ...tuor ...dus se... ...dũ Ma...bium.

A viri heroici, i. diuini, vel aerei, quia iam magis Deo quã hominibus similes sunt: distinguit autem Philosophus istam virtutem heroicam a virtute cõi Ethi. lib. 7. in principio: sicut distinguitur malitia a bestialitate. Nam virtus est bonũ hominis, & malitia est proprie malum hominis, quorum vtrunque est ęquale homini. Bestialitas verò est malitia maior quàm humana, ita virtus heroica est virtus maior quam humana. In isto tertio gradu vocamus hominem sanctum, quia non solum habet virtutes, sed etiam quamcũque virtutem habet in tali gradu quali nõ reperitur alius maior inter homines. Quartæ virtutes sunt exemplares, & istę sunt aliquo modo similes virtutib⁹ nostris, sed sunt virtutes diuinę; ideo necesse est eas esse perfectiores virtutibus nostris. Vocãtur autem exemplares, vel B ideales secundum modum loquendi Platonicum, q̃a ea, quæ in Deo sunt, sunt exemplaria, vel formæ omnium, quę in nobis reperiuntur. Quãtum ergo ad istũ modum dicimus esse sanctum, idest maioris excellẽtiæ quam sint omnes alij, & differunt istæ a nostris virtutibus secundum speciem.

Et non est alius extra te. Conuertitur hic locutio, quia cum primo fiat locutio in tertia persona, hic fit in secunda: dicitur autem quòd non est alius extra te, idest nullus est præter te, s. sanctus, & tunc ista litera exponit superiorem, quia supra dicebatur, quòd nullus est sanctus, vt Deus, idest ęqualiter sanctus illi: hic autem dicitur, quòd non solum nullus est sibi ęqualis, sed etiam nullus est sanctus pręter ipsum.

Laudes Dei.

C Alio modo intelligitur, nec est alius extra te, idest nullus est Deus pręter te, quia quamquam Gentiles plures Deos appellent, illi tamen dęmonia sunt, & Deus noster est verus Deus in cęlo, & in terra, sed primus sensus est melior, s. quòd nullus est sanctus præter Deum: sicut dicitur, quòd nullus est bonus pręter ipsum iuxta illud, quod Christus dixit, quid me vocas bonum? vnus est bonus Deus: Matth. 19. ca. & verum est, quia nemo est omnino incontaminatus, scilicet, actu, & potentia, nisi Deus, quia licet aliquę creaturæ fuerint immunes ab omni contagione, siue angelicę, siue humanę potuerant contaminari, nisi præseruarẽtur a Deo, sicut dicitur Exodi ca. 34. Deus apud quem D nemo per se innocens est, quasi dicat, si aliquis est innocens apud Deum non habuit hoc per se. Deus ergo solus sic sanctus est, quia nec polluitur, nec polluĩ potest.

Et non est fortis, sicut Deus noster. Idest nemo est tantæ potentiæ, vt Deus noster, & quamquam viri potẽtes in sæculo videantur esse alicuius fortitudinis, & ẽt dij gentium: tamen nõ sunt fortes, sicut Deus noster, quia ipse super vtrosque facit quicquid vult.

Sciendum autem, quòd fortis accipitur hic large, nam fortitudo secundum Aristotel. 3. Ethic. est quædam virtus regulatiua circa timores, scilicet, vt bene se habeat homo circa vltimum terribilium, & etiam E circa audacias, sed hoc ad Deum non pertinet, nam ipsi nihil est terribile tolerabile, nec est aliquid arduũ ausibile. Non enim esset magna laus talia de Deo prędicari, immo secundum Aristotelem Ethicorum lib. primo, circa finẽ. derisibiles viderentur dij, si quis eos laudaret tanquam temperatos, vel fortes, sed honoramus eos dicentes esse beatos. Alio modo accipitur fortitudo, idest robur corporis, & isto modo accipitur a vulgaribus, sic etiam locutus est Aristotel. Ethicor. libro secundo. scilicet. Ex multum cibum sumere, & magnos labores sustinere efficitur quis fortis, sed nõ potest hoc intelligi de virtute animi, quia ad illam nihil agit cibus, nec labores duri, sed animi conatus, & solicitudo. Alio modo accipitur fortitudo pro potẽtia, & isto modo accipitur hic. Nam quamquam

Fortitudo qd, & quõ de Deo p̃dicetur.

F Deus non ſit robuſtus,quia non eſt corporeus , habet tamen potentiam ad efficiendum quodcunque vult, quæ non eſt virtus corporis .

Nolite multiplicare loqui ſublimia gloriantes. Increpat hic eos,qui in ſeipſis gloriantur, & de ſe magna præſumunt : applicatur autem hoc ad præcedentem literā dupliciter . Vno modo referendo ad Deum , ſcilicet nullus eſt fortis, ſicut Deus noſter : ideo non debet aliquis multiplicare loqui ſublimia , ideſt loqui de ſe multa verba ſublimia,quaſi dicat,omnia hęc poterūt eſſe irrita,cum nullus ſit fortis, ſicut Deus noſter. qui tamen de ſe ſublimia loquitur , detrahit diuinæ fortitudini : ideo non eſt multiplicandum in ſublimibus verbis, maxime quando homines faciunt hoc glo-
G riantes , ideſt de ſeipſis habentes gloriam referendo magnitudinem ad ſe .

Alio modo intelligitur referendo hoc ad Annam, etiam increpando Phenennam,ſcilicet,quòd non loquatur aliquis ſublimia gloriando de ſeipſo , ideſt in bono ſuo : & hoc quia Deus fortis eſt ſuper omnes alios,ideo poteſt immutare illa, ī quibus homines gaudent,& triſtantur,quaſi dicat Phenenna potuiſſet cōtra Annam loqui ſublimia gloriando de fęcunditate ſua,& deprimendo Annam,quia ſterilis erat:ſi exiſtimaret,quòd non eſſet aliquis potens ſuper homines, ſcilicet ad mutandum ſtatum eorum qui poſſet tollere fęcunditatem Phenennæ faciendo eam ſterilem , & auferre opprobrium Annæ dando ei prolis multitudinem : quia tamen non eſt aliquis fortis , ſicut Deus
H noſter,ſcilicet qui poteſt immutare ſtatum rerum faciendo de ſterili fœcundam, & è contrario,non debebat Phenenna gloriari in fęcunditate ſua exprobrando Annæ,quòd eſſet ſterilis.

Recedant vetera de ore veſtro. Hoc poteſt referri ad Annam,& Phenennam,& exponetur ſic : Recedant vetera,ideſt recedant de ore veſtro, ſcilicet , iam non poteritis dicere ea , quæ antiquitus dicebatis , ſcilicet prius inferebatis opprobrium mihi vocando me ſterilem:nunc autem non poteritis, ideo recedāt iſta verba de ore veſtro.

Quia Deus ſcientiarum dominus eſt. Ideſt dominus noſter eſt Deus ſcientiarum , ideſt eſt Deus, qui omnia cognoſcit,ſcilicet ipſe cognouit cor meum , quòd in
I rectitudine ambulauerim coram illo,& quòd in amaritudine mea petierim ab eo filium. Cognouit etiam cor Phenenne,ſcilicet, quia iniquo animo me affligebat opprobrijs:ideo dedit mihi fęcunditatem,faciens recedere de ore illius antiqua dicta .

Et ipſi præparantur cogitationes. Ideſt cogitationes noſtræ ſunt paratæ,vel ordinatæ corā ipſo, ſcilicet, quòd valde clare eas cognoſcere poſſit,& hoc redit ad prçcedentem ſententiam, ſcilicet, quòd Deus cognouit cogitationes Annæ, & Phenennæ , & reddidit vtriq; ſecundum quòd merebatur. Aliter pòteſt exponi iſta litera in laudem Dei , ſcilicet recedant vetera de ore veſtro,ideſt laudes veteres . Conſueuerant enim ho-
K mines ab antiquo laudare Deos,quos ſibi cōfinxerāt, & de iſtis dicit Anna, quòd vetera, ideſt laudes iſtorū recedant de ore humano,quia poſtquam Deus Iſrael cognitus eſt,vt Deus verus, ipſe apparet dignus omni laude. Alij autem dij nequaquam .

Quia Deus ſcientiarum dominus eſt. Dat cauſam quare debeant ceſſare laudes Deorum antiquorum, ſcilicet quia dij gentiles non ſunt tantę perfectionis, ſicut Deus Iſrael,cum iſte ſit Deus ſcientiarum,ideſt Deus omnia ſciens,quem nihil latere poteſt:dij autem gentium non cognoſcunt omnia hæc .

Et ipſi præparantur cogitationes. Ideſt nō ſolum Deus cognoſcit res omnes vniuerſi, & omnes actus humanos,ſed etiam cognoſcit cogitationes ſecretas in corde hominis,& hoc videtur eſſe mirabilius.

Arcus fortium ſuperatus eſt. Hic ponit Anna Metaphoram inter ſe, & Phenennam per trāſumptionem ad arma,ſcilicet, quomodo Deus exaltauerit Annam dando ei miraculoſe filium, & quomodo depreſſerit emulam ſuam Phenennam gloriantem in fęcunditate ſua. Et dicit,quòd arcus fortium ſuperatus eſt,ideſt victus eſt. Vocantur fortes, qui in ſe confidunt , & ſe aliquid magnum habere exiſtimant : ſic enim erat in Phenenna,quæ in ſua fœcunditate gloriabatur: arcus autem ſuus dicitur eſſe fœcunditas,per quam ipſa vulnerabat Annam: & eſt cōueniens tranſumptio, quia arcus eſt genus armaturæ ad feriēdum : ſic enim fęcunditas erat Phenēnæ occaſio affligendi Annam : Nam cum ipſa nimis fęcūda eſſet , & Anna ſterilis exprobrabat nimis Annæ in fęcunditate ex hac parte eā feriens . Nunc vero arcus fortium ſuperatus eſt , ideſt fœcunditas Phenennæ fuit deuicta cum conceperit Anna,quoniam non habuit iam poteſtatem feriēdi eam.

Et infirmi accincti ſunt robore. Ideſt illi qui prius erant infirmi roborati ſunt : hoc dicit Anna , quia ipſa primo fuerat infirma,ideſt totaliter ſterilis; poſtea vero Deus dedit ei abundantem fœcunditatem,in qua roborata eſſe videtur.

Repleti prius pro panibus ſe locauerunt. Facit hic aliam Metaphoram Anna de famelico,& de abundante panibus:quoniam Phenenna a principio erat tanquam repleta panibus: Anna vero tanquam famelica , quia nullum habebat filium : ſed poſtea è contrario factū eſt , quia Anna multos filios habuit.

Aliqui enim dicunt , quòd Deus videns malitiam Phenennę occidit omnes filios eius, & nō ſimul, ſed cum naſcebatur vnus filius Annæ moriebatur vnus filius Phenennæ, & ſic ſucceſſiue vſquequo morerentur omnes: Anna autem fuit poſtea ſatis fœcūda,quoniam ſex filios peperit,ſcilicet Samuelem,& alios tres filios,& duas filias,vt patet infra . hoc autem prophetabat Anna , ſcilicet , quòd ipſa multiplicanda erat in prole,& Phenenna diminuenda. Vidētur dicitur hic repleti prius pro panibus ſe locauerunt,ideſt illi,qui a principio erant ditiſſimi,& repleti omnibus bonis ad tantam venerunt inopiam,vt ſe locarent pro panibus ideſt darent operas ſuas,vel laborarēt tota die ſolum, vt darētur eis panes ad cibum . Debet autem iſtud aduerbium prius legi cum iſto participio repleti,& non cum illo verbo locauerunt: & eſt ſenſus , quòd repleti prius,ideſt qui a principio erant repleti, locauerunt ſe poſtea pro panibus,ſcilicet Phenenna,quę a principio fuerat abundantiſſima in prole , locauit ſe poſtea pro panibus , ideſt ita caruit filijs , quòd ſaltem vnum filium deſideraſſet, ſicut ille,qui nihil habet pro laboribus ſuis,vellet ſibi ſaltem cibos dari .

Et famelici ſaturati ſunt. Intelligitur de Anna, quæ a principio erat tanquam famelica nullam habens prolem ; poſtea autem ſaturata eſt habens multos filios, quoniam ſex peperit,vt patet infra .

Donec ſterilis peperit plurimos. Hic applicat Anna metaphoram ſuam ad propoſitum inter ſe, & Phenennam,ſcilicet,quòd ditati prius locauerunt ſe pro panibus,& famelici ſunt ſaturati , & hęc donec ſterilis peperit plurimos,ideſt in tantum peruenit, quòd ſterilis pareret multos filios,quod dicit de ſeipſa,quæ a principio erat ſterilis,poſtea autem plurimos peperit,ſcilicet ſex,vt patet infra.in quo patet, quòd Anna locuta fuit iſta prophetice,quia quando iſta dixit erat in Silo offerens filium ſuum Samuelē dn̄o , & tūc nullū aliū adhuc pepererat,nec poterat ipſa ſcire, an plures paritura foret,niſi Deus ei reuelaret, & tamen cognouit, vt hic apparet,ergo ꝓphetice iſta dicebat, & hoc fuit, quare

quare sacra Scriptura istam orationẽ suscepit. Alioquin, ita fuisset descripta oratio viri sui Elchanæ, & aliorum.

Et quæ multos habebat filios infirmata est. Idest non habuit vltra firmitatem fœcunditatis ad pariendum. In quo satis innuitur id, quod supra dicebant quidam, s. quòd postquam peperit Anna, nũquam peperit Phenenna: sed magis moriebantur filij eius, scilicet, quòd tot morerentur Phenennæ quot nascebantur Annę, & istud proprie est infirmari. Nam non est infirmari non crescere in firmitudine, sed deficere a firmitudine, quæ præexistebat: firmitudo Annæ erat pluralitas filiorum; ergo eam infirmari erat deficere omnes filios suos, vel aliquos de eis.

B *Dominus mortificat, & viuificat.* Hic redit Anna ad laudem Dei pro beneficio collato, scilicet, quia de sterili fecit eam fęcundam: & dicit quòd potentia Dei est magna super potẽtiam hominum, & naturæ: quoniam ipse mortificat, & postea viuificat: homines autem, vel natura si aliquem mortificauerint, non possunt illud postea viuificare: Deus autem quamquam aliquem mortificet, postea viuificat, cum vult: & quãquam mortificare a morte dicatur, tamen non accipitur mortificare, idest occidere, sed mortificare, idest deducere, quasi vsque ad terminos mortis, quantum ad Dei potentiam tamen nihil differt, an mortificatum, vel penitus mortuum viuificet. Applicatur hoc ad Annam, quia ipsa erat tanquam mortua cum concipere non posset: postea autem viuificata est, quia Deus ei conceptum dedit.

Deducit ad inferos, & reducit. Istud est aliud signum potentiæ diuinæ, scilicet, quòd Deus facit hominem descendere vsque ad sepulchrum, & inde postea eum liberat. Accipitur autem hic inferos non pro gehennalibus locis, sed pro sepulchro, quia in Hebręo eadẽ dictio significat infernum, & sepulchrum, & de hoc verum est, quia Deus ducit hominem ad inferos, idest vsque ad sepulchrum quasi mortuus sit: & postea reducit, scilicet eum viuificando. Vel ducit ad inferos scilicet verè occidendo, & faciendo, quòd homo ducatur ad sepulchrum: reducere autem est, quando facit eum de sepulchro resurgere. Nam tempore legis veteris aliqui surrexerunt a mortuis, vt patet de illo, quem suscitauit Elias, scilicet filiam mulieris Sareptanæ infra tertio libro, capitu. 17. & de illo puero, quem suscitauit Eliseus, scilicet filium hospitis suæ infra 4. libro, cap. quarto. etiam cum mortuus esset Eliseus, & sepultus, & in sepulchro eius sepeliretur quidam homo, quem non potuerunt præ instantia citius sepelire, reuixit homo, & stetit super pedes suos: dum tetigit ossa Elisæi, infra quarto libro decimotertio capit. Iste autem est modus accipiẽdi inferos, vel infernum communiter in sacra Scriptura pro sepulchro, sic patet Gene. 37. Descendam ad filium meum lugens in infernum: & Gene. 34. dicitur: Deducent serui tui canos eius cum dolore ad inferos: & idem quadragesimosecundo. Potest autem accipi inferus pro loco gehennali, quia etiam Deus ad locum illum hominem ducit, & inde reducit: omnes enim, qui descendunt ad inferos, scilicet ad purgatorias sedes, vel ad Limbũ sanctorum, reducuntur inde: quia in Limbo sanctorum patrum solum steterunt animæ vsque ad Christi passionem, & postea inde reductę sunt cum Christo resurgente: in purgatorijs etiam sedibus in ęternũ non manẽt, sed finitis supplicijs, quæ animarum quęlibet pro inexpleta satisfactione sublatura est, ad vitam æternam reducitur. Anna tamen magis intelligebat hic de inferis, idest sepulchro, quam de locis gehennalibus.

Dominus pauperem facit, & ditat. Istud est alterum si-

A gnum potentiæ diuinę: & est quantum ad bona fortunæ: diuitiæ enim, honores, & principatus atque similia in bonis fortunæ computantur, quia nec nobis natura insunt, nec ex arbitrio veniunt, aut recedunt, sed cum acquisitio sit fortuita, conseruatio est incertissima.

In his enim Deus potestatem habet, quia licet vulgares ad pauca respicientes pure ex fortuna ista euenire contendant, & nulla dicta lege temere fluitante, quia nullum vniuersalem rectorem, aut moderatricem prouidentiam esse credunt: Deus tamen omnia hæc dirigit, ita vt nec obolus quidem nobis, aut accedat, aut recedat, sine eius iudicio. Nam si duo passeres, qui ferè nullius valoris sunt, non possunt cadere sine consilio, & determinatione Dei, quantomagis actus humani, & infortunarum aduersitates, atque quęcunque prosperitates sine Deo regulante euenire poterunt? nullatenus inquam. *Cũcta Dei prouidẽtia disponuntur.*

Dicendum namque est, quòd nec etiam minimus capillus corporis nostri sine altissimo Dei consilio perire potest, sed omnia sub certissima Dei prouidentia collocata sunt. De hoc patet Matth. capit. 10. scilicet: Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro: vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. homines igitur diuites, vel pauperes fieri, quod aliquantam mutationem, & magnitudinem in actibus humanis facit, sine Dei prouidentia non dispensatur: ipse ergo

C hominem diuitem facit, & ponit primo paupertatẽ, & postea diuitias applicãdo ad seipsam, scilicet, quòd ipsa erat pauper primo nõ habens filios: deinde multiplicata est in prole, quod est ditari.

Humiliat, & subleuat. Idest Deus deprimit hominem aliquando, & postea eum exaltat: humiliare enim accipitur dupliciter. Vno modo, idest humilem facere, scilicet dare ei habitum humilitatis, & istud est nobis gratissimum atque magnum donum cum humilitas sit clarissima virtus.

Alio modo accipitur humiliare, idest, deprimere, scilicet facere hominem despicabilem auferendo ei aliquid, per quod erat excellens, vel nihil conferendo illi per quod mereatur honorem, & ista non est vir-

D tus, sed pœna, de qua intelligitur hic: opponitur enim huic subleuatio, vt cum aliquis eleuatur ad magnum honorem, vel prosperitatem diuitiarum, aut nominis celebritatem: sic enim fuit in Anna, quoniam Deus humiliauit eam a principio, scilicet fecit despicabilẽ, & opprobriosam apud ęmulam suam Phenennam concludẽdo vuluam eius, sed postea subleuauit illam dando illi multitudinem filiorum miraculosè.

Suscitans de puluere egenum. Ista sententia pertinet ad superiorem, scilicet, quòd Deus homines infimos eleuat interdum ad honores, cum prius fuissent despicabiles nimis, & quasi sedentes in puluere, scilicet quòd omnes calcabant eos quasi lutum, vel puluerem propter paupertatem.

E *Et de stercore eleuat pauperem.* Replicatio est eiusdem sententiæ. Pauper namque & egenus idem sunt, quãquam pauper non significet tantam diminutionem, sicut egenus, quia pauper est qui parum habet, tamen aliquid habet: egenus autem, qui omnibus eget. eleuare autem egenum de stercore idem est, quòd eleuare pauperem de puluere, scilicet, quòd fuerit iste in loco valde humili & deiecto, & Deus inde eleuet ad regnandum, vel ad magnum honorem, sed adhuc sicut pauper non est ita abiectus, sicut egenus: ita eleuare de stercore abiectius est, quam eleuare de puluere, ita vt significetur, quòd de quocũque loco, siue multum humili, siue non, Deus potest eleuare hominem ad honores.

Vt sedeat cum principibus. Idest, vt sedeat inter principes. ista est magna mutatio, quia sicut nihil est abiectius paupere sedente in puluere, & stercore, ita nihil est gloriosius principe, sed Deus subito interdum de vno facit alterum.

Et solium gloriæ teneat. Idest facit, quòd sedeat in Cathedra honorabili. Solium enim proprie pertinet ad reges, & sic Deus interdum pauperibus dat solium, sicut Deus tulit Dauid de pascuis ouium, & fecit ascendere ad regale solium.

Domini enim sunt cardines terræ. Hic laudat Deum Anna de potestate, & vniuersali dispositione rerum, scilicet, quòd ipse omnia facit atque disponit, sicut, quòd posuerit cardines terræ: dicitur enim cardo id super quo mouetur porta, & ipsum est immobile, ita ergo cardines terræ sunt aliqua, quæ assignantur immobilia. Possunt autem multipliciter accipi cardines terræ: vno modo pro punctis quibusdam, assignatis in ea: & sic dicunt quidam punctum Orientis, & punctum Occidentis, Meridiei, atque Aquilonis esse cardines terre, quasi totus orbis sit fundatus sup ista quatuor puncta, vtpote quòd terra sit fundamentum mūdi, & super quatuor eius extrema puncta sint fundata omnia alia, quæ sunt in natura rerum, & ista sunt quatuor puncta prædicta. Sed adhuc si accipiamus proprie cardinem magis proprie dicetur de duobus punctis istorum quam de alijs, quia cardo significat quandam immobilitatem, totus autē orbis habet immobilitatem super partem Septentrionalem, & Meridianam, cum axis mundi veniens a polo in polum, & trāsiens per centrum terræ veniat de puncto Aquilonari ad Meridianum, & super partes istas non fit aliquis motus mundi, sed super Orientem & Occidentem, ideo erunt isti duo cardines.

Qui vocātur cardines orbis, seu terræ, & quō accipiantur.

Alio modo possunt accipi cardines terræ pro ipso, quod est penitus immobile in terra, & in toto orbe. Istud autem est centrum terræ, vel centrum mundi, quoniam istud est in loco totius immobilitatis, & ad istud cuncta tendunt quę volunt esse immobilia. Dicitur autem centrum esse cardo terræ, quia terra & totus orbis super ipsum est.

Alio modo accipitur cardo pro ipsa terra, scilicet Deus posuit cardines terræ, idest ipsam terram, quæ est cardo totius mundi, eo quòd ipsa est immobilis: cętera autem mobilia, & mobile fundatur super immobile. Dicitur autem, quòd Deus posuit cardines terræ, idest terram pro cardinibus, scilicet, vt ipsa esse cardo mundi.

Et posuit super eos orbem. Idest locauit, vel fixit totum orbem super cardines suos, scilicet faciendo, quòd nō recedat a terra in diuersas partes.

Terrā esse fundamentum oīum, & oīa ordinari per respectū ad ipsam.

Pro quo considerandum, quòd mūdus ita locatus est, vt terra sit omnium fundamentum, & ipsa sit super centrum suum posita: super terram autem fundatur sphæra aquæ, & super aquam aer, & sic de igne, quæ sunt quatuor sphærę elementales: quarum vna est in circuitu alterius, & sic per ordinem consequentem: deinde super corpora elementalia fundantur corpora cœlestia, quæ diuiduntur per sphęras suas, quarum vna est in circuitu alterius: & sic consequenter vsque ad vltimam.

In istis corporibus talis ordo est, quòd omnia habeant respectum ad centrum terræ, siue centrum mūdi, & quamquam ipsa sint mobilia omnia præter terram respectu centri non mouentur, quia non distant inæqualiter respectu illius diuersis temporibus, sed est diuersitas motus, quantum ad aliqua puncta assignata in ipsis sphæris, secundum quòd est Orientalis, & Occidentalis, Meridianus & Aquilonaris, quia per distantiam & accessum ad hęc puncta interdum ma-

F gis appropinquant, & interdum minus, & sic mouentur. Respectu autem centri omnia sunt immobilia, & hoc sufficit ad hoc, quòd totus orbis sit aliquid cōtinuum, vel vnum quasi continuatum, eo quòd nulla pars eius magis recedat a centro vno tempore quā alio, & consequenter nunquam ipsę recedunt a se ipsis ad hoc, quòd fiat diuisio: & tamen si aliqua earum recederet a centro magis vno tempore quàm alio oportebat, quòd vna res subintraret aliam, vel quòd ipsa in se diuideretur: alioquin omnes permanebant simul in æqualitate distantiæ semper ad centrum.

G *Terra cum non sustentetur ab aliquo, quare non cadit ad aliam partem mundi. Et quomodo fundata est, ne moueatur huc, & illuc. Quæst. II.*

QVAERVNT autem aliqui de isto situ rerū, & præcipue de terra cū ipsa sit grauis, quomodo non cadat ad aliquam partem mundi cum non videatur ab aliquo sustineri. In quo quidam opinātur valde irrationabiliter existimātes terram esse fundatam super lapides: alij autem super aquam.

Sed ista nihil sunt, & multum contra naturam: est enim terra fundata super seipsam, sicut dicitur in Psalmis: Qui fundauit terram super stabilitatem suam, idest super seipsam, quæ est stabilis, vel super stabilitatem suam, idest super illam partem, a qua est stabi-
H lis, & ista est centrum. Posuit enim Deus in fundatione orbis, id quod sit infimum omnium esse centrum terræ, & cum grauia secundum conditionem suam semper debeant descendere ad inferius, & non sit aliquid inferius centro non poterit terra ire vltra centrum: nam quocunque iret iam ascenderet recedendo a centro ad circunferentiam, sed istud non potest conuenire alicui rei graui. Terra igitur quamquam sit grauissima desiderans semper venire ad infimum, nunquam mouetur, quia est actualiter super centrum posita, & quamquam partes extremæ superficiei eius desiderent centrum: tamen non possunt illuc moueri, quia tota terra est sic disposita, quòd ęqualiter di-
I stet a centro ex omnibus partibus non mouebitur ex aliqua earum: si tamen terra posset educi a centro, ita quòd tota moueretur a loco in quo est ad aliam partem non relicta aliqua parte eius, vbi nunc est: moueretur ipsa naturaliter ad occupandum cētrum vbi est, & nō solum si tota terra expelleretur de loco, in quo nūc est, sed etiam si moueretur aliqualiter a loco suo versus aliquam partem circunferentiæ cęli adhuc tamen manente cētro mundi intra terram moueretur ipsa terra versus centrum ex ea parte, qua erat extra, & cum peruenisset centrum terræ ad centrum mundi, quiesceret terra, quasi in centro mūdi posita. Ideo quando quæritur quomodo terra tenetur, vel a quo ne cadat a loco, in quo est irrationabilis quæstio est: quoniam magis quæri deberet, quomodo terra ire
K posset ad alium locum quàm ad eum, in quo est: istud enim esset contra rerum naturam, & terræ appetitum. Nunc autem secundum naturam est in loco suo, ideo non potest moueri descendendo deorsum, quia nihil infra eam est, nec ascendendo sursum, quia contra naturam illius est.

Quomodo aer, aqua, ignis manent in locis suis, & an possint moueri infra, vel supra. Quæst. III.

QVAERITVR vlterius, de situ aliorum corporum elementalium.

Respon-

Respondendum est, quòd illa acquirunt sibi loca secundum pondera, & leuitates, quæ naturaliter in eis sunt, & per ista continuantur, ne vnum ab altero discedere possit, & ita continuatur totum orbis. Cum verò ista elementa contiguentur, vnum est locus alterius iuxta Aristotel. scilicet, quòd elementa inuicem se locant.

De aqua. Conseruatur autem ista localitas, & contiguitas semper per hoc, quòd nec vnum eorum ascendere potest plusquam ascendit, nec plus descendere quam descēdit, terra autem, vt iam dictum est, est omnium cardo, & est grauissima super quam aqua est, quę minoris grauitatis est quam terra, quamquam sit elementum graue, ista autem continuatur terræ propter grauitatem suam, scilicet, quòd nec descendere potest, nec ascendere. Nam ipsa non potest descēdere infra locum suum, quia impeditur a terra, quæ est immediate super centrum posita, non potest etiam ascendere ad locum aliorum elementorum, scilicet ad locum aeris, vel ignis: quoniam ipsa grauis est, & loca istorum elementorum sunt loca requirentia leuitatem, ideo etiam si permitteretur sibi ab ipsis elementis, quòd illuc ascenderet, ipsa non posset, quia repugnat ei conditio sua. De descensu autem versus cētrum dicendum est, quòd non solū aqua non descendit infra locum suum, quia impeditur a terra: sed etiā quia ipsa non desiderat illuc descendere etiam si permittatur: nam quamquam sit aqua grauis, tamen nō est maximę grauitatis: locus autem cētri terræ, vel locus, quem terra occupat est maximè grauiū, ideo non potest, nec appetit illuc descendere aqua: vnde si contingeret totum locum, quem terra occupat, vacuum relinqui, aqua nō desideraret manere in loco illo circunfusa centro mundi, nec deflueret illuc sua grauitate, sed solum ad replendum locum. Et istud non est ex conditione propria elementi, sed ex desiderio vniuersali naturæ ad replendum locum, ne discontinuetur vniuersum, & quantum ad hunc modum nihil magis aqua desiderat descendere ad centrum terræ quam ascēdere ad sphęram ignis, quod patet, quia interdum ex desiderio implendi locum aqua ascendit, sicut patet cū in aliquibus strictis organis in quorum parte inferiori stat aqua, si attrahamus aerem totum inspirando, manebit locus ille vacuus, nisi aqua ascendat: ideo aqua immediate ascendit. Et sic est de omnibus alijs elementis, quia quodlibet eorum mouebitur a propria sphæra secūdum partem, vt repleat vacuum. Si tamen, vt aliqui existimant aqua desiderat descendere ad centrum mundi per suam grauitatem, & solum teneretur a terra, esset aliquo modo aqua violenta, quod non est concedendum in naturalibus, quia nullum violentum perpetuum esse potest: etiam si diceretur, quòd aqua esset magnę grauitatis, & desideraret descendere ad centrum mundi, necesse esset, quòd vel comprimeret partes terræ in seipsas, & efficeretur locus sphęræ terræ minor, vel diuiderētur partes terrę cedentes partibus aquę, & cogeretur terra supernatare penetrante aqua ad centrum mundi: sicut nunc fit si posuerimus terram super aquam, quia ibi aqua diuiditur cedens terrę, & cogitur ipsa supernatare, sed non cogit aqua terram ad hoc, sed è contrario, ideo non desiderat descendere ad inferiorem locum non exigente sua grauitate, non potest autem ascendere sursum, vt dictum est. ideo manebit aqua naturaliter in loco suo non desiderans ascendere aut descendere.

[De a]ere. De aere autem eodem modo dicendum est, quòd est in loco proprio, & non desiderat aliquem alium: ideó non oportet, quòd ab aliquo teneatur, quia res indiget tenente cum extra suum locum est, cum ibi

A non se possit tenere. Cum vero est in loco suo non tenetur ab aliquo, sed natura sua eam ibi conseruat. Aer autem non est sicut aqua & terra, scilicet habens aliquam grauitatem: est enim de corporibus leuibus: nō tamen est tantę leuitatis sicut ignis: ideo correspondet sibi locus minoris leuitatis, quo pacto aer non desiderat ascendere superius, quia ille locus est maioris leuitatis, quam sit corpus aeris. Non desiderat etiam descendere inferius, quia nō est grauis sicut terra, aut aqua, ita vt desideret loca ipsorum: manet igitur naturaliter in sua sphæra nolēs alium locum. Ignis quoque, qui est vltimum elementalium corporum, non desiderat ascendere, aut descendere respectu loci sui, quia elementum ignis est in elementalibus corpori- B bus vltimum: ideo est leuissimum, propter quòd data est sibi sphæra maximę leuitatis, vltra quam ascendere non desiderat, quia ibi est locus cœlestium corporum, quæ leuiora sunt, licet proprie nec sint grauia, nec leuia, sed non sunt illius gradus leuitatis cuius ignis: ideo ignis non desiderat ascendere ad locum illorum, qui est superior. De igne. Ignis quoque non desiderat etiam descendere ad sphæram aeris, vel infra illam: quoniam omnia ista sunt loca minoris leuitatis, ideo est sibi contra naturam tendere in illa, & si aliquando iret ad ea non posset ibi, nisi per violentiam, conseruari: manet igitur locus suus naturalis sibi, & in nullo alio esse potest. Iste modus procedendi in locis elemētorū est ex conditione qualitatum motiuarum, quæ sunt grauitas & leuitas. Alius autē modus ęqualiter C solidus haberi potest, & ita naturalis procedendo ex qualitatibus alteratiuis elementorum, scilicet caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate, propter quas necesse est, vt elementa in diuersis locis sint, & vnum non possit esse in loco alterius: iste modus secundus procedendi satis declaratus est super decimum capit. Iosue & in libro nostro de quinque Metaphoris Paradoxis in parte quarta.

Considerandum autem, quòd non solum ista elementa propter diuersas qualitates motiuas, & alteratiuas acceperunt diuersa loca, sed etiam propter proportionalitatem repertam in istis qualitatibus acceperunt loca coniuncta: nō enim requirebatur solum, D quòd aqua nō esset in loco terræ, nec ignis in loco aeris, vel è conuerso, aut quòd non desideraret vnum elementum moueri ad locum alterius, sed etiā quòd loca istorum elementorum essent coniuncta, vt non discontinuaretur orbis, ad quod requirebatur proportionalitas prędictarum qualitatum. Nam si ignis esset leuior quàm est, & aer maneret in sua conditione, eleuaretur ignis vltra locum in quo est, & sic maneret discontinuitas in vniuerso, vel si ignis existeret in sua leuitate, & aer esset grauior, vel non tam leuis, vt est ignis, maneret in suo loco, & aer deprimeretur magis scilicet veniendo ad locum terræ, vel aquæ, & sic maneret discontinuitas inter aerem, & ignem.

E Simili modo arguendum est de grauitate terræ, & aquæ: oportuit igitur, quòd se haberent proportionaliter elementa in qualitatibus suis motiuis proportionalitate continua, scilicet, sicut se habet terra ad aquā, ita se habet aer ad ignem: vel aliter sicut terra ad aquā ita aqua ad aerem, & aer ad ignem. Nec solum debuit hoc esse in qualitatibus motiuis, sed etiam in alteratiuis, quia quamquam istę non faciant directe ad locum, tamen per accidens multum iuuant, quia si ignis esset calidior nimis quam est, oporteret, quòd distaret ab aere: alioquin ignis totum aerem combureret propter improportionalitatem qualitatum, nunc autem quia habent proportionem quandam, vnum non potest alterum corrumpere. Similiter etiā si aqua esset humidior, q̄ est, consumeret totam terræ

De isto dicto Boetij vide notabiliter per do. Abulē. Iosue. 10. cap.

siccitatem, vel si siccitas terræ esset maior duplo vel triplo, quam est, totam absorberet aquam: ideo oportebat, vt, vel essent elementa ista seiuncta locis, vel tota periret regio elementalis, quorum vtrunque incōueniens est: ideo debuit esse proportio in illis, sicut in numeris. Et de hoc Boetius, de consolatio. libr. 3. Metro. 9. ait.

Tu numeris elementa ligas, vt frigora flammis
Arida conueniant liquidis, ne purior ignis
Euolet, aut mersas deducant pondera terras.

Ex eisdem etiam causis sequitur, quòd non potest stare aqua apud ignem: nec locus aeris apud terram, sed quòd intercidant alia elementa, de quibus magis declaratum est Iosue. cap. 10. apparet igitur ex prędictis, quare elementa sic sint collocata, & super quos cardines.

De loco cœlorum, & an cœli, qui sunt superius possint esse inferius, & è contra, & de ordine ipsorum. *Quæst. IIII.*

QVAERETVR vlterius de loco cęlorū, quare sic collocati sunt. In quo præsupponendum est cœlos esse decem, septem cœlos planeticos, & octauum cęlum fixarum stellarum, & nonum cœlum chrystallinū, quod vocatur a philosophis primum mobile. & decimum cœlum, quod empyreum dicitur, vbi est requies beatorum. De isto decimo cœlo soli catholici loquuntur: naturales autem aut astrologi nihil vnquam tale esse intellexerunt, eo quòd cœlum istud non habet aliquod astrum per quod cognoscatur: nec aliquem motum, per quem illum a cęteris distingamus. Alij autem cęli naturaliter cogniti sunt propter motus eorum. De istis omnibus dicendum est, quòd nō possunt esse inferius quàm sunt, nec superius. Non quidem inferius, quia corpora cęlestia sunt leuiora corporibus elemētalibus, intelligendo, vt diximus, ergo non desiderabunt esse in loco ipsorum. Non possunt etiam esse superius quàm sint, quia vltra cœlum nec est locus, nec corpus, nec motus: ergo corpora cęlestia non poterunt desiderare esse supra. Hoc quidem est quantum ad cęlos in comparatione aliarum rerum: secus tamē aliquis dicet quantum ad cęlos in comparatione eorum inter se, scilicet, quare cœlum Martis non est supra cęlum Iouis, vel Saturni, & cęlum Lunę quare nō est super cœlum Solis.

Cęli recte ordinati sunt inter se.

Aliquis respondebit, quòd hoc fit propter magnitudinem, & paruitatem circulorum: nam circulus magnus non potest capi in paruo, sed omnes circuli planetici, & aliarum stellarum sunt inter se inequales: ergo illi, qui maiores sunt, non poterunt capi intra minores, sed nunc est ordo, vt omnes minores sint intra maiores tanquam magis accedentes ad centrum: ergo non poterūt aliquem alium ordinem habere, sed erunt semper infra qui nunc sunt inferiores, & semper supra, qui nunc superiores sunt.

Sed diceret aliquis, quòd adhuc istud nō satisfacit, quia posset aliquis dicere, quòd cœlum quòd est nūc maioris quantitatis posset cōdensari, & omne sub cœlo quod est minoris quātitatis, & cęlum quòd est minus posset rare fieri, & accipiendo maiorem quantitatem includere sub se cęlum, quod erat quoddam maioris quantitatis. Item poterat aliter fieri, s. dato quòd non includeretur cęlum maioris quantitatis, si essent cęli inferiores de natura leuiori quam cęli superiores: ascenderent partes quędam cœlorum inferiorum ad locum, in quo sunt cęli superiores.

Respondendum est, ꝙ hoc non stat, quoniam corpora cœlestia, siue ponantur contigua, siue continua non poterunt habere istam mutationem situs. Dico

F autem hoc, quia quidam volunt omnia corpora cęlestia esse vnum corpus per cōtinuitatem, solas autem stellas esse inter se distinctas. Alij autem volūt esse cęlum diuersa corpora, tamen contigua. Primo modo accipiendo quæstio non stat, quia sicut in eodem elemento aquæ, vel ignis partes inferiores magis coniunctę centro non mutant situm ascendendo ad locum superiorem suæ sphæræ, nec è contrario, ita & in cœlis fiet cum sint omnes vnum corpus numero loquēdo de orbibus, & non de astris non ascendent cęli inferiores ad partem superiorem, nec è contrario. Et tunc non stant duę rationes in contrarium, prima cū dicebatur, quòd rarefieret vnus orbis, & ꝑ rarefactionem acquireret maiorem extensionem: nam in cęlis

G non fit rarefactio, nec condensatio: causa est, quia istę sunt qualitates, vel conditiones elementorum, quæ causantur in illis propter contrarietatem qualitatum primarum. In corporibus autem cœlestibus non est aliqua contrarietas, ideo non fiet ibi rarefactio, nec condensatio.

Secunda ratio nō stat, cum dicebatur, quòd aliquæ partes vnius cœli inferiores ascenderent ad locum superioris cœli: nam si ponantur cœli vnum corpus cōtinuum, erunt eiusdem naturę, & etiam quamquam haberent conditionem elementalem in grauitate, & leuitate non ascenderent, aut descenderent mutantes situm, vt supra dicebatur: si autem sint diuersa corpora, sed contigua, dicendum quòd sunt eiusdem conditionis, sicut quodlibet elementum in omnibus par-

H tibus suis, ideo non erit ibi mutatio situs.

Alio modo & magis in radice dicēdum est, quòd acquisitio loci quantum ad superius, & inferius est, ꝙ ex qualitatibus motiuis, scilicet ex leuitate, & grauitate: ista vero in elementis sunt, in corporibus autem cęlestibus nihil tale est: ideo nec vna pars propter grauitatem poterit descēdere, nec alia propter leuitatem poterit ascendere, sed singulæ manebunt in locis suis, in quibus conditæ sunt. Et ob hoc non solum ipsę partes orbium, sed etiam corpora astrorum, quę maiorē habent distinctionem non poterunt eleuari, aut deprimi: sed conditio omnium istorum corporum est moueri circa centrum terræ, vel epicicli, istud autem est,

I vt si accipiatur linea recta ducta a quacunque parte cęli ad centrum mundi, illa mouebitur in circuitu illius centri: ita vt semper distet a centro per lōgitudinem illius lineæ, & sic quælibet pars cęli facit circulum regulatissimum. Non fuit autem conueniens in cœlo dari grauitatem, vel leuitatem sicut in elementis, quia ista propter generationem, & corruptionem acquirunt locum, & perdunt: & interdum res, quę perdit locum, semper maneret extra locum suum, si forte non haberet grauitatem, vel leuitatem, secūdum quā requirit locum conuenientem sibi. In corporibus autem cœlestibus, quia nunquam est generatio, nec corruptio, nūquam acquiritur locus, nec deperditur: ideo non erat cōueniens poni ibi qualitates motiuas, scilicet leuitatem, & grauitatem, quæ solum sunt ad

K acquisitionem loci.

Patet ergo ex superioribus circa locationem omnium rerum, tam elementalium quàm non elementalium totius vniuersi, & quomodo totus orbis sit positus super cardines terrę: non est autem intelligendum, quòd omnia elementa, & corpora cęlestia sint super cardines terræ, idest fundata super terram ad hoc, quòd non cadant, sed sunt super cardines terræ quantum ad hoc, quòd omnia elementa, & corpora cœlestia habent ordinem immediatum, & non sunt in aliqua distātia ab alijs, sed totus orbis est vnum ens continuum: terra tamen nil sustentat de pondere elementorum, vel cœlorum. Nam etiam si corpora elementalia

mentalia annihilarentur, & maneret vacuum totum A spacium, in quo nunc sunt quatuor sphæræ elementales, corpora cęlestia non laberentur in illam horrendam concauitatem, sed manerent vbi sunt.

De elementis etiam idem est, nam dato quòd terra, & aqua de medio tollerentur, non propter hoc caderent alia duo elementa in cõcauum illud, quod maneret apud centrum relinquendo sphęras suas, nisi aliquo modo fieret iste descensus, vt repleretur vacuū, vt supra dictum est. Qui autem de istis quærunt, s. quo modo se possit aliqua res in tali, vel tali loco tenere, habent occasionem quęrendi ex quodam errore, s. quia nesciunt, quis sit locus proprius alicuius rei, vel quis extraneus: ipsi autem omnia, quę collocant, ponunt extra loca sua, sicut patet in ędificijs, quia partes B ędificiorum eleuantur in sublime etiam cum illę sint partes terræ desiderant descendere ad centrum: vnde non possunt teneri, nisi per laborem, & artificia: sic etiam de hominibus est, qui conantur ascendere aliquando in loca excelsa in regione aerea, vel super sphęram aquę, qui cum sint de natura terræ non se possunt tenere in sphęris illis, ideo corruūt, nisi ponatur aliquid a quo teneantur. Sic autem existimant de cęlis, & omnibus corporibus elementalibus, scilicet, quòd indigeant aliquo, quo teneantur, sed non egēt: quoniam ista in locis naturalibus sunt, & nulla res desiderat ire extra naturam suam, quia res in tantum desinit esse, inquantum exuit naturam suam.

pcedē.

Pedes sanctorum suorum seruabit. Hic Anna conuertit se ad enunciandum aliqua beneficia, quæ Deus factu C rus erat populo Iudęorum, & quomodo aduersaretur hostibus ipsorum, s. quòd Deus seruabit pedes sanctorum suorum, idest habebit de eis valde magnam curam, ita etiam, vt non permittat pedes eorum contingi, vel lędi aliqua aduersitate. In quo innuitur magna Dei cura circa Iudęos, quoniam nulla pars est in toto corpore humano, quæ magis lędi posset quam pedes: eo quòd coniuncti sunt semper rebus duris, & super eos tota corporis moles teneatur, & tamē Deus facit, quòd etiam pedes Iudæorum non lęderentur, quia de eis valde magnam habebat curam, quanto magis igitur de cęteris partibus corporis? sic patet Psalm. 36. vbi ponit de cura super iustos, scilicet, apud dominum gressus hominis dirigetur, & viam eius vo D let: cum ceciderit, non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Sic etiam patet Psalm. 90. Quoniam Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis, in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Hoc autem fuit in Iudæis, quia quandiu ipsi erant viri boni, nemo poterat nocere eis, nec permittebat Deus saltem pedes eorum lędi.

Et impij in tenebris conticescent. Idest mali tacebunt in tenebris. Hic vocantur mali hostes Iudæorum: eo quod quando Iudęi erant boni, reputabantur hostes eorum tanquam iniqui. Quòd autem non possit intelligi de Iudæis patet; nam ipsi vocantur sancti Numeri cap. 16. cum dixit Core ad Moysen, & Aaron, E sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est dominus, idest tota multitudo Iudęorum est de sanctis, & vocantur sancti, non prout sanctus dicit quendam statum, vel excellentiam in virtutibus, vt supra declaratum est, sed vt sanctus dicit applicationem ad Deum: omnes autem Iudęi erant specialiter applicati ad Deum per legem, & cęremonias, quæ non erant in alijs gentibus, vt patet Deuterono. capit. 4. ideo respectu aliarum gentium omnes Iudęi erant sancti.

Inimicos Iudæorum tacere in tenebris dupliciter intelligi. Quæst. V.

INIMICI autem Iudæorum conticescunt, idest tacent in tenebris, quod dupliciter intelligitur. Vno modo de tenebris mentalibus, scilicet quādo homines nesciunt dirigere operationes suas, & ob hoc errant, & incidunt in magna detrimenta, & hoc modo patiebātur hostes Iudæorum tenebras, quia interdum Deus excęcabat eos, vt facerent bellū, & inciderēt in manus Iudęorum, vel dato, quòd Deus non excęcaret eos spiritualiter, tamē ipsi nesciebant, quid facturum esset eis in bellis. Iudęi autem, quando congredi debebant cum hostibus, inquirebant a sacerdotibus, vel Prophetis, & annunciabatur ipsis: sic patet de Dauid infra 23. & 30. ca. sic enim dicitur Nu. capit. 23. non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel: temporibus suis dicetur Iacob, & Israeli quid operatus sit dominus.

Alio modo potest intelligi de tenebris corporalibus, in quas Deus faciebat interdū incidere hostes Iudæorum: & istę sunt duplices, quędam sunt reales corporales factæ in aere, sicut fuerunt illę, quas Deus misit in Aegypto per triduum, & erant tenebræ illę, ita grossę, quòd palpari possent, & nemo per triduum vidit ibi fratrem suum. Exodi cap. 10. & magnum lumē solis per diem, & astra per noctem non poterant illustrare terram Aegypti, sed manebant in illa horrenda tenebra Sapi. 17.

Aliæ sunt tenebræ corporales, idest ex parte corporis, quæ non sunt aliquid existens in aere, sed quędam passio in oculis nostris, quæ apud Gręcos vocatur aurisia, & ista est cum aliquis videns omnes res sibi præsentatas vnam, quæ inter eas est videre non potest, q̄quam diligēter conetur, vt illam videat, sic enim fuit in viris Sodomitis, quos percussit dominus cęcitate, ita vt ambulātes apud portam domus Loth tota nocte, domum quidem viderent, sed portam nunquam inuenirent. Simile etiam accidit postea hostibus Iudæorum, s. Syris seruis regis Benadab, quos percussit Deus cęcitate ad preces Elisei, & cum ipsi inquirerēt Elisæum stantes apud vrbem, in qua ipse manebat, exiuit eis obuiam Eliseus, & ipsi non videntes vrbem, quęrebant ab Eliseo vbi esset vrbs, in qua erat Eliseus, qui præcedens, duxit illos in Samariam, quæ erat ciuitas hostilis, de quo infra 4. lib. cap. 6.

Quia non in fortitudine sua roborabitur vir. Idest ita fiūt, quia homo non dependet ex potestate sua, sed ex potestate Dei: ideo seruat quos vult, & quos vult perdit.

Aliter potest exponi ista litera applicando eam ad Annam, & Phenennam, s. quòd Deus seruat pedes sanctorum suorum, idest pedes virorum iustorum, qui eum sequuntur toto corde, & sic erat Anna: ideo nec pedes eorum lędi permittit, sed prosperos facit actus eorum, sicut Annæ dedit miraculosam in filijs fęcunditatem, & hoc, quia non roboratur vir in fortitudine sua, idest bonum, vel malum non prouenit ei a seipso, sed a Deo. impij autem conticescunt in tenebris, idest incidunt in calamitates, sic fuit Phenenna, quæ, quia erat impia persequēs Annam, infirmata est in prole, vt supra declaratum est.

Dominum formidabunt aduersarij eius. Istud intelligitur de bellis, quę faciebant Iudęi contra Philisthinos, & Dei virtute superabant. Hoc autem, quia aduersarij Dei formidabant eum, idest hostes Iudęorū, qui erāt aduersarij Dei, timebant Deum in pugna contra Iudæos. Vocantur autem inimici Iudæorum aduersarij Dei, quia quando Iudæi colebant Deum, ipse accipiebat hostes Iudæorum tanquam hostes suos: Exodi ca. 23. s. quòd si audieris vocem eius, & feceris omnia, quæ

Iudeis Deū colētibus, erat Deus eorū inimicis inimicus.

quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. Quod vero hostes Iudæorum timẽt Deũ in bellis, patet de Philisthijm inf. 4. c. s. Et cognouerũt, quòd arca domini venisset in castra, timueruntq; Philisthijm dicentes: Venit Deus in castra, & ingemuerunt, dicẽtes: vę nobis, quis nos saluabit de manu Deorum sublimium istorum? Sic etiam patet Iudith cap. 5. vbi Achior, qui erat de Ammonitis dixit ad Holofernẽ principem exercitus Nabuchodonosor: quòd quando Iudæi habebant Deum suum propitium nulla gens poterat pugnare contra eos: cum autem erat iratus, ab omnibus superabantur.

Et super ipsos in cælis tonabit. Idest Deus emittet tonitrua de cęlo super illos ad terrendum eos, in quo ꝓphetat Anna quendam euentum bellicum, quem habuerunt Iudæi, & contra Philisthijm, & fuit pauco tẽpore post hoc, s. in ducatu Samuelis filij huius Annę: nam cum semel Iudæi conuenissent ad faciendum sacrificium in Masphat, Philisthijm irruerũt super eos nondum consummato sacrificio: cumq; timerent nimis Iudæi, precati sunt Samuelem, quòd oraret pro eis, & tũc intonuit dominus fragore magno de cęlo super Philisthijm, & exterruit eos atque cęsi sunt a filijs Israel: infra capit. 8. Simile etiam accidit tempore Iosue, cum ipse persequeretur quinque reges Amorrhęos, & essent in descensu vrbis Bethoron, misit dominus super eos lapides magnos de cęlo, & multo plures mortui sunt lapidibus grandinis, quam quos percusserant filij Israel: Iosue cap. 10.

Dominus iudicabit fines terræ. Hic describit Anna potestatem vniuersalem Dei, & tempora Messię. Primũ signat, cum dicit, quòd Deus iudicabit fines terræ, s. quòd super omnes gentes exercebit iudicium suum disponens in illis quidquid voluerit, & dicitur de finibus terrę, quia quidquid in terminis terræ clauditur, Dei est.

Et dabit imperium regi suo. Scilicet Messiæ, quia tradet sibi omnes gentes, s. quòd sicut Deus iudicat omnes fines terræ, ita imperium iudicandi super omnes fines dedit Messię: quia pater non iudicat quemquã, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificẽt filium, sicut honorificant patrem. Io. 5. ca. fuit autem potestas Messię vniuersalis, quoniam ipse dixit post resurrectionem suam data est mihi omnis potestas in cęlo, & in terra. Hoc autem fuit tradi imperium Christo, quoniam illud incępit in Christi resurrectione. De hoc Matth. 28. capit. ante resurrectionem autem nondum incęperat regnum Messię, nec lex Euangelica, sed tunc quando Christo ascendente in cęlos Apostoli missi sunt ad prædicandum per totum orbem.

Cornu significat ꝑtem, vel excellẽtiam.

Et sublimabit cornu Christi sui. Cornu significat partẽ, vel excellentiam: de primo patet cum dicimus in dextro cornu, vel in sinistro cornu altaris, sicut dicitur de Ioab, quòd apprehendit cornu altaris infra 3. lib. ca. 2. Sic etiam dicitur in bellis esse cornu dextrum, vel sinistrum, sicut patet primo Macha. cap. 9. De secundo habetur hic exemplum, & multoties in scriptura, vt cum dicitur: Exaltabuntur cornua iusti, & illud Erexit cornu salutis in nobis Luc. ca. 1. Peruenit autẽ iste modus transsumendi in sacra Scriptura ex cornutatione faciei Moysi. Nam cum venisset de mõte receptis tabulis, apparuit facies eius emittens radios magnæ lucis ad modum cornuum, quòd Moysen fecit valde reuerendum, ita vt non auderent ad eum accedere filij Israel, nisi cum velaret faciem suam: Exodi capitu. 34. Ab hoc autem inoleuit, vt omnis excellẽtia, vel exaltatio cornu appelletur. Deus autẽ sublimabit cornu Christi sui, idest faciet excellentiam Messię esse valde magnam, quia pręposuit eum omnibus gentibus, & populis: vocatur autẽ Messias Christus, idest vnctus:

Vnde habuit ortũ scripturę transsumptio de exaltatione cornu.

Messias quare vocetur Christus.

F omnes enim reges apud Iudæos vocabantur vncti, vel Christi, quia efficiebantur reges per vnctionem, s. fundendo oleum cõsecratum super capita eorum, sicut super capita sacerdotum, sicut patet de Saule infra capi. 10. & de Dauid infra 16. capi. & de Salomone infra lib. 3. Messias autẽ rex erat, ideo vocabatur Christus: sic enim ipse confessus est regnum meum non est de hoc mundo: Ioan. 18. cap. hic finitur canticum Annę, quod aliqui totaliter exprimunt de Ecclesia, & Synagoga, sicut nos exposuimus de Anna, & Phenenna, sed ista expositio non est literalis, sed allegorica: ad hoc autem, quòd sit tota expositio pure literalis aliquid debet exponi de Anna, & Phenenna, & aliquid de hostibus Iudæorum, & aliquid de Messia, sicut expositum est.

G *Et abijt Elcana*. Supra describebatur oratio, quam fecit Anna cum obtulit filium suum, hic ponitur recessus, s. quia venit Anna cum viro suo Elcana in domum suam, & reliquerunt filium suum in Sanctuario. *In Ramatha in domum suam*. Idest venerunt in domum suam, quę erat in Ramatha: ista est ciuitas, de qua erat oriundus Elchana, & in qua habitauit postea Samuel.

Puer autem Samuel erat minister in conspectu domini. Vouerat enim puerum istum mater sua ad ministrandum semper coram domino, & ita reliquit eum ibi ministrantem. Dicitur autem, quòd ministrabat in cõspectu domini, idest in templo. Et quia Deus ibi specialiter habitare dicebatur, quidquid ibi fiebat erat coram domino. Non est tamen intelligendum, quod

H ministraret Samuel faciens sacrificium, vel aliquid sacerdotale, sed in opere Leuitico, cum ipse esset de stirpe Leuitarum, quod autem erat ministerium, quod faciebat Samuel in templo, declaratum est præcedẽti cap. præcipue enim vigilabat in custodia Sanctuarij dormiens in templo qualibet nocte circa locum, in quo erat arca, vt sequenti cap. Ministrabat quoque in omnibus alijs, quę iubebat ei Heli sacerdos: ille tamẽ nunquam iubebat, nisi quòd pertineret ad opus Leuiticum, vel cuiuscunque sæcularis viri.

Ante faciem Heli sacerdotis. Idest coram Heli, s. quòd ministrabat ad omnia, quę ille iubebat. quicunque autem ad mandatum alterius aliquid agit, dicitur agere

I ante faciem eius. *Porro filij Heli*. Hic ponitur secundum, s. deiectio filiorũ Heli, & primo agitur de eorũ iniquitate, quę consistebat in duobus, s. in præuaricatione sacerdotij, & in fornicatione cum mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi, de quorum primo agitur hic, erant autem isti filij Heli duo, s. Ophni, & Phinees, vt patet pręcedenti capit. quorum maior erat Phinees, & iam exercebat actus summi sacerdotij pro patre suo pręcipiente illo: cum ipse hoc non posset explere prę senectute, vt ait Iosephus 5. lib. antiquitatum in fine. *Filij Belial*. Idest filij inobedientię. Belial dicitur inobediens, vel discordans, aut sine iugo, & ita omnes homines, qui non obediunt rationi, nec subduntur legi, dicũtur filij Belial: sic patet Iu-

K dicum cap. 19. vbi hoc exponitur, s. Venerunt viri ciuitatis illius filij Belial, idest absque iugo. Dicitur autem hoc de filijs Heli, quia non obediebant legi Dei quantum ad sacerdotium, nec quantum ad continentiam, cum fornicarentur cum mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi, vt patet infra. nec obedierunt præcepto patris, & increpationi infra in litera.

Nescientes dominum nec officium sacerdotum ad populum. Idest isti non cognoscebant Deum ad colendum eũ: quamquam bene cognoscerẽt eum ex lege, & ex miraculis, quę sępe fecerat propter Hebręos: etiam non cognoscebant officium sacerdotum, non quidem, ꝙ ignorarent qualiter ministrare deberent, sed quia nolebant

lebant agere, vt lex iusserat. Et isto modo sciendi, & ignorandi loquitur scriptura, dicens, aliquem scire, vel recordari pręcepta Dei, quando illa facit, & nescire quando non operatur: sic patet Psalm. 102. Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.

Quomodo filij Heli ignorabant legem sacerdotalem, & an ista ignorantia excusaret eos. *Quæst.* VI.

TANGVNTVR autem hic duæ ignorantię filiorum Heli, secūdum ꝙ dupliciter peccabāt in lege Dei vnum peccatum erat specialiter in actibus sacerdotalibus, s. ꝙ nō obseruabāt modum cęremoniarum in officijs suis, & quantum ad hoc dicitur, ꝙ nesciebant officium sacerdotale ad populum, & quia istud erat magnum peccatum per se descriptum est. Aliud erat in multis enormitatibus, quas faciebant contra cętera pręcepta Dei, quę non erant de officio sacerdotali: vt ꝙ fornicarentur cum mulieribus excubātibus ad ostium tabernaculi, & sic in similibus actibus. Et quantum ad hoc dicitur, ꝙ ne sciebant Deum, idest nesciebant leges Dei, & præcepta quæcunque de regulatione vitæ ad obseruanda illa, sed sequebantur desideria sua: dicitur autem ꝙ nesciebant officium sacerdotum ad populum, idest quātum ad illam partem, in qua communicant sacerdotes ministrantes tamen popularibus: aliquę enim sunt ministrationes, in quibus inter se nihil communicāt, sicut in oblatione thymiamatis, & panū propositionis, & incensione lucernarum, & ingressu in sancta Sanctorum. Aliæ autē sunt ministrationes, in quibus communicabant sacerdotes cum popularibus, sicut in sacrificijs, sed in istis adhuc nō totaliter, sed solum in hostia pacifica, in qua male se habebāt filij Heli ad populum, quia cum deberent ab eis accipere certam partem de hostia illa accipiebant, quod volebant: vt patet infra: in alijs autem ministrationibus, quas faciebant filij Heli, quæ non pertinebant ad populum, scriptura nihil tangit, & satis videtur, ꝙ non se habebant male in illis cum scriptura dicat specialiter, ꝙ se habebant male in officio sacerdotali inquantum pertinebat ad populum, si autem voluisset etiam intelligi de officio sacerdotali quantum ad Deum, vel de vtroq; expressisset, vel de nullo: sed dixisset vniuersaliter, ꝙ filij Heli nesciebant officium sacerdotale. Circa ignorantiam autem filiorum Heli satis patet, ꝙ non esset in scire, sed in operari, sicut in moralibus omnis malus est ignorans Ethi. lib. 3. tamen quamquam errarēt ex ignorantia in opere sacerdotali non excusarentur aliqualiter. Primo ex conditione generali: nam sacerdotes debebant scire legem, & respondere ad omnes quæstiones legis Mala. c. 2. s. Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem exquirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est, & Aggęi cap. 2. dicitur: Interroga sacerdotes legem, vnde si aliquis sacerdos esset ignorans ea, quæ pertinent ad legem debebat eijci de sacerdotio, Oseę c. 4. s. quia tu scientiam repulisti repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Secundo non excusabantur aliqualiter filij Heli propter ignorantiā ex cōditione speciali, s. quia istud quod ignorabant pertinebat ad eorum ministerium, nemo autem ignorare debet ea, quæ ad officium suū pertinent, & si ignorat non excusatur, potissime quia isti erant sacerdotes a multis diebus: duo autem filij Aaron Nadab, & Abiu prima die, qua ministrauerūt errantes ex ignorantia, in sacerdotali ministerio mortui sunt: Leui. c. 10. iustius ergo isti pęnam merebantur. *Sed quicunque immolasset victimam.* Idest nesciebant isti officium sacerdotale quātum ad populum ad obseruandum illud, sed potius quando veniebant aliqui ad offerendum præuaricabantur cum eis, vt infra patet. Dicitur autem de offerēte victimam, quia in istis ipsi delinquebant cum in hoc communicarent cum popularibus, est autem victima generaliter omne sacrificium, & dicitur ab hac proprietate, quia ferro occiditur sic ait Ebrardus:

Victima, quæ cecidit ferro victrice vocatur
Hostibus a domitis hostia nomen habet.

Victima esse quam præuaricabantur filij Heli quomodo accipitur. *Quæst.* VII.

HIc tamen nō potest accipi victima pro qualibet re immolata, in quocunque genere sacrificij, quod primo patet de holocausto: nam de eo nihil proueniebat popularibus, nec sacerdotibus, sed totum cōburebatur: Leui. c. 1. non potest etiam intelligi de hostia pro peccato: nam illa erat duplex, s. quædam, de cuius sanguine inferebatur intra tabernaculum, de ista nullus quicquā comedebat, sed tota cremabatur extra castra, alia erat hostia pro peccato, de cuius sanguine non inferebatur intra Sanctuarium, & istam accipiebant sacerdotes in partem suam præter adipes, quos domino cremabant Leui. c. 4. & 6. Hic autem nō fit sic, quoniam aliquid proueniebat sacerdotibus, & popularibus, cū dicatur, ꝙ puer sacerdotis ibat ad offerentem, & accipiebat ab eo aliquam partem carnis, & alię manebāt apud offerentem: ergo nec etiam erat pro peccato, quia in holocausto nihil sacerdotibus, nec popularibus proueniebat, in sacrificio autem pro peccato nihil popularibus, sed sacerdotibus dabatur: ideo oportet, ꝙ esset hostia pacifica. Item patet, quia in hostia pacifica nihil proueniebat Deo, nisi adipes, vt colligitur Leui. c. 3. carnes autem partim popularibus, & partim sacerdotibus proueniebāt, hic autem solus adeps offerebatur domino, vt patet infra cum dicatur incēdatur ex more adeps, & tolle tibi quantumcunque desiderat anima tua, & sic permittebant offerentes puero sacerdotis tollere quantamcunque partem sacrificij præter adipes, ergo sacrificium istud erat pacificum. *Veniebat puer sacerdotis.* Scilicet pro iuribus sacerdotalibus, quia habituri erant sacerdotes de hostia pacifica partes quasdam, vt patet Leui. c. 7. pro his autē veniebat puer, licet in hoc excederet, vt patet hic.

Quis puer esset, qui veniebat pro iuribus sacerdotalibus. *Quæst.* VIII.

DE isto puero dubitāt, cuius sacerdotis puer sit. Dicet aliquis, ꝙ sit puer sacerdotis magni, quia hic ponitur sacerdos nihil determinando, ergo intelligitur de magno. Sed dicendum est, quòd nō, quia iste puer sacerdotis erat, illius sacerdotis, qui percepturus erat iura sacerdotalia, iste autem non erat semper vnus, sed aliquando vnus sacerdos, & aliquando alius offerebat secūdum tempora sua, offerenti autem proueniebant omnia iura illius sacrificii, quod faciebat: vnde sacerdos immolās hostiam pacificam habebat omnia iura illius: Leui. c. 7. summus tamen sacerdos non semper offerebat sacrificium, ideo non pertinebat ad ipsum accipere iura ista quotidie, satis tamē dici posset, ꝙ quamquam non semper puer summi sacerdotis perciperet ista iura pro summo sacerdote, tamen ꝙ constitutus erat aliquis puer a summo sacerdote, vel a duobus filiis Heli, qui perciperet ista iura pro sacerdote immolante. huius fundamentum est, quia dr̄ supra, ꝙ duo filii Heli faciebant oē malum istud in sacerdotio, ergo ab ipsis destinabatur puer ad accipiendū ista iura,

Dum

Dum coquerentur carnes. Cum enim fuisset victima immolata, antequam cremaretur adeps, populares accipiebant sibi omnes carnes hostię, & incipiebant eas coquere, & post sacerdotes accipiebant iura sua, isti autem filij Heli præuaricabantur, quia prius quam coquerentur carnes, volebāt accipere illas sibi, vt patet infra, & accipiebant quas partes vellent, hic tamen solum tangitur delictum, quod incurrebant, quia sumebant iura sua, antequam cocta esset, quod erat contra statutum sacerdotale. *Et habebat fuscinulam tridentem in manu sua*. Idest iste puer sacerdotis portabat semper fuscinulam secum ad extrahendum carnes de locis, in quibus coquerentur, vt duceret sacerdoti. Est autem fuscinula instrumentum pertinens ad ollam, & dicitur fuscinula de fuscus, fusca, fuscum, idest niger, quia fuscinula nigredinem contrahit propter fumum, erat autem ista fuscinula de vasis Sanctuarii ptinentibus ad altare holocaustorū: fecerat enim Moyses Lebetes, & forcipes, & ignium receptacula, & fuscinulas in altari illo: Exodi 27. Seruiebant autem istę fuscinulæ, vt sacerdotes extraherent iura sua iam cocta de olla. Considerandum autem, ꝙ offerentes coquebant carnes sacrificiorum, quę proueniebant eis, & sacerdotibus intra templum, vel Sanctuarium, & non super altare holocaustorum, nec accipiebant de igne illo sacro ad ministrationes suas istas, sed erat quidam alius ignis prophanus, in quadam parte Sanctuarij seruiēs ad hoc. De isto autem nunquam accipiebant sacerdotes ad aliquā ministrationem suam, quoniam morerentur, cum non esset iste ignis sacer. Sic factum est de duobus filijs Aarō Nadab, & Abiu, qui mortui sunt coram domino offerentes ignem alienum, Leui. c. 10. Erat autem ignis iste alienus prophanus, s. in quo coquebantur carnes sacrificiorum pertinentes ad offerentes. *Et mittebat eam in Lebetem*. Lebes est instrumentum ęreum in Sanctuario, quod ptinebat ad vasa altaris holocaustorū. Nam inter quatuor genera vasorum eius cōtinentur Lebetes, Exo. 27. cap. sed accipitur dupliciter Lebes, vno modo pro quodam vase amplo, & capaci disposito ad suscipiendum cineres. Alio modo pro quodam vase aliter facto pertinente ad carnium decoctionem. Primo modo accipitur Exodi 27. cum dicitur faciesque in vsus eius Lebetes ad suscipiendos cineres, & illo modo sunt Lebetes vasa altaris, vel offerentes ducerent vasa, in quibus coquerent carnes sacrificiorum. Constat autem, quòd Moyses non fecit aliqua talia vasa, nec habentur in descriptione eius, potuit tamē esse, quòd postea Israelitæ ex deuotione facerent talia vasa, quæ essent in Sanctuario ad istos vsus determinata: sic patet enim de quibusdam alijs, quæ ipsi propter Dei iussa faciebant, s. de tubis argenteis, nam misit Moyses fieri duas: Numeri 10. Postea tamen Israelitæ fecerūt multas, quia cum essent apud Ierícho clangebant septem tubis argenteis: Iosue cap. 6. sic autem Salomon fecit in templo, ꝙ domino ędificauit vasa multa pro huius ministrationibus, vt ait Iosephus 8. lib. Antiquitatum, sed de hoc nihil refert, an vasa illa ad Sanctuariū pertinerent, vel ab offerentibus victimas ducerentur. *Vel in caldariam, siue cacabum, aut in olla*. Omnia ista sunt vasa seruientia ad decoctionem carnium: differunt autem in materia, & figura: ollę enim interdum fictiles sunt: cacabus, autem caldariæ, vel Lebetes ęnei sunt. Etiam non est eadem figura, nec quantitas. In quolibet autem mittebat puer sacerdotis fuscinulam, vt abstraheret carnes pro se, & ob hoc fuscinula erat tridēs, idest trium dentium, vt leuiter arripere posset.

Quid sit fuscinula.

Lebes in sacra Scriptura dupliciter accipitur.

Et omne, quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. Idest puer mittebat eam in incertum non inquirens specialiter, quæ pars ad eum pertineret, sed quodcunque potuisset arripere portabat in fuscinula pro sacerdote, s. pro illo, qui faciebat illa die victimam, ad quem iura pertinebant. Erat autem in hoc secundum delictum sacerdotale, s. quia accipiebant aliquid vltra iura sua. Nam de hostia pacifica proueniebat sacerdotibus pectusculum, & armus dexter, vt patet Leui. cap. 7. cum autem sic puer sacerdotis acciperet quodcunque portaret fuscinula, accipiebat plura quam sibi debita erāt. & sic grauabantur offerentes, & distrahebantur a sacrificijs, vt patet supra in litera.

Sic faciebant vniuerso Israeli venienti in Silo. Idest filij Heli non solum faciebant hoc ad quosdam offerentes, sed ad omnes Israelitas, in quo erat peccatum graue, cum semper esset. & dicitur, ꝙ faciebant hoc venientibus in Silo, quia isti duo filij Heli ministrabant in Silo, cum ibi esset Sanctuarium eo tempore. Offerentes autem quamquam scirent se grauari accipiendo ab eis talia iura, potius tamē volebant grauari quā contendere cum sacerdotibus. *Etiam antequam adolerent adipem*. Istud est tertium delictum sacerdotale, s. ꝙ ante cremationem adipis sumebant sibi partes suas sacerdotes. Intelligitur autem hoc semper de hostia pacifica, de qua nihil dabatur Deo, nisi adeps, vt supra dictum est. Erat autem consuetum, vt quando offerretur hostia pacifica educerentur adipes, & diuideretur animal in frusta, quæ portabat offerens, post hoc autem cremabatur adeps super altare, deinde offerentes coquebant omnes carnes animalis partim pro se, & partim pro sacerdotibus, quo finito acceptu ri erant sacerdotes iura sua iam cocta, hic tamen sacerdotes mutabant ordinem, quia antequam incenderetur adeps, ipsi volebant accipere partes suas nondum coctas, in quo magnam diligentiam adhibebāt circa iura sua, quia priusquam Deo offerretur quòd suum erat, ipsi volebant accipere partes suas.

Veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti. Iste puer est, de quo supra dicebatur, qui erat institutus a sacerdotibus, vt procuraret iura eorum, & nunc non mittebat fuscinulam in Lebetem ad extrahendum quidquid occurrisset, sicut prius, sed petebat ab immolante, vt daret eis carnes. Causa huius est, quia supra veniebat puer ad offerentem, cum carnes coquebātur, & non expectans, ꝙ coctę essent, & ꝙ offerens daret ei partes, quæ ei proueniebant, ipse per se accipiebat. Nunc autem non erant carnes adhuc positę in Lebete, sed crudę retinebantur apud offerentē, ideo puer sacerdotis petebat ab eo, vt daret sibi carnem, quæ ei proueniebat. *Da mihi carnem, vt coquam sacerdoti*. Idest da mihi partem carnium, quæ prouenit sacerdoti, s. facienti immolationem, vt ego coquam illi.

Non enim accipiam a te carnem coctam, sed crudam. Hoc dicebat puer sacerdotis, quia immolantes ex more suo soliti erant dare carnem coctam sacerdotibus: iō eam coctam dare volebant nunc, sed puer sacerdotis nollens eam, sic dicebat, nō accipiam carnem coctā. Hoc autem erat, quia volebant sacerdotes deliciosius epulari, ideo accipiebant carnem crudam, vt possent eam aliter, vt vellent, apparare, quod in iam cocta facere non poterant. *Dicebatque illi immolans*. Vocatur hic immolans offerens sacrificiū, proprie autem immolans est ipse sacerdos, qui animal occidit. Ponitur vnum pro altero. *Incendatur primum iuxta morem hodie adeps*. Volebāt offerentes, ꝙ obseruaretur ordo in cęremoniis, & ēt si grauarentur ipsi, non multum curabant, dicebant ergo incendatur adeps ex more, idest sicut consuetum est offerri adipem, & cremari ante oīa alia, ita & nūc fiat, & postea accipias, quod volueris: In quo erant offerentes deuoti, nam ipsi ex deuotione offerebant, & ob hoc volebant obseruari omnes cęremonias, sacerdotes autem solum seruiebant

desiderio suo non curantes, an aliquid peruerteretur in ceremonijs. *Et tolle tibi quamcunque desiderat anima tua.* Idest quamquam nos grauemur nihil curamus: tolle enim non solum iura tibi prouenientia, sed etiam q̃cunque volueris de carnibus, dum tamen permittas, ꝙ primo incendatur adeps. *Qui respondens aiebat ei, nequaquam.* Idest puer sacerdotis dicebat non faciam: nam si permitteret prius incẽdi adipes quam ipse acciperet iura sua, interim coquerentur carnes, & iam non posset accipere eas crudas, sed coctas, quod erat contra intentionem suam, cum vellet illas multipliciter apparare. *Nunc enim dabis, alioquin tollam vi.* Idest non permittam, ꝙ incendatur primo adeps, sed nunc dabis, idest immediate nulla alia facta cęremonia: alioquin tollam violenter: quod dicebat, quia sacerdotes erant domini in Sanctuario, & viri magnę potestatis, credebantque posse inferre violentiam quibuscunq;.

Erat enim peccatum puerorum grande nimis coram domino. Idest peccatum istud, quod erat in acceptione carniũ ante cremationem adipum, & alijs duobus supra positis, erat nimis graue, quoniam erat peccatum directe contra Deum, s. pręuaricando cęremonias cultus ipsius, potissimum quia per hoc distrahebant totum Israel a cultu Dei: nullus enim volebat immolare, cũ viderent, sic pręuaricationes fieri in sacrificijs. Et quãquam filij Heli alia enormia valde committerent cõtra totam honestatem, s. ꝙ dormiebant cum mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi, vt patet infra: tamen principaliter expressit scriptura errorem, qui fiebat circa sacrificia, eo ꝙ illa directius pertinerẽt ad cęremonias cultus eius, sic enim Deus semper obseruabat in veteri testamento. Nam quamquam aliqui errassent in præceptis, quæ erant contra ius naturæ, vt in occisione, furto, & adulterio, non tam cito: nec ita frequenter Deus puniebat illos, sicut delinquentes in aliquibus cęremonijs cultus eius: sic patet de Nadab, & Abiu, qui solum errauerant in quadam cęremonia cultus diuini, s. quia obtulerãt ignem alienum, & mortui sunt: Leui. cap. 10. multi tamen delinquebant in occisione, & adulterio, & alijs fraudibus, & non puniebantur sic a Deo, secundum veritatem tamen maiora erant delicta contra præcepta moralia commissa, quam contra cęremonialia: Deus tamen principaliter puniebat delinquentes contra cęremonialia, eo ꝙ lex Hebręorum magis consistebat in cęremonijs, quam in pręceptis moralibus, vt patet ex toto Pẽtateucho. Dicitur autem, ꝙ erat peccatum puerorum grande nimis, s. duorum filiorum Heli, qui vocantur pueri, quia erant iuuenes ętate, vel vocantur pueri illi, quos mittebant sacerdotes ad procurandũ iura sua, de quibus supra dicitur, ꝙ puer sacerdotis habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & ꝙ isti cogebant offerentes dare carnem crudam. Isti enim distrahebant homines a sacrificio, ideo peccatum ipsorum erat graue. Hic tamen magis vocatur pueri duo filij Heli, s. Ophni, & Phinees, & hoc, quia istis duobus imponitur tota culpa cum dicatur supra, ꝙ erant filij Belial, & si intelligeretur hic de peccato puerorum, non inferretur tota culpa filijs Heli.

Quia distrahebant homines a sacrificio domini. Idest peccatum graue istorum cõsistebat occasionaliter in dãno, quod inde sequebatur, s. quia distrahebant homines a sacrificio. Hoc autem erat propter duo, primo propter deordinationes cęremoniarum, quę fiebant in ipsis sacrificijs, quia cum deberet adeps ante omnia cremari, sacerdotes accipiebant iura sua etiam violenter ante illius cremationem, vt patet supra.

Secunda causa, quare distrahebant, erat grauamen, quod eis inferebatur: nam cum sacerdotibus secundum legem prouenirẽt partes determinatę de sacri-

[Left margin, partly cut off: ...Heli ...ebant ...pecca ...maiora ..., quæ ...t in le ...cerdo ..., & tñ ...magis ...uit er- ...m in ...mõijs ...rdota- ...s.]

A ficijs, volebant vsurpare sibi plura de his, quæ pertinebant ad populares, & actualiter vsurpabant, vt patet supra. Distrahi autem a sacrificio Dei erat magnũ inconueniens, cum potissimum obsequiũ, quod Deo præstabatur in veteri testamento, esset sacrificium.

Samuel autem. Hic ponit de bonis exordijs Samuelis, s. quomodo a pueritia sua semper fuerit exercitatus in Dei timore, & ministerio, & vsque ad extremũ vitę suę semper ad maiora ascendens in hoc permansit. *Ministrabat ante faciem domini.* Ministerium Samuelis erat custodiendo Sanctuarium, claudendo atque aperiendo portas, & dormiendo per noctem apud arcam in custodia Sanctuarij, vt patet sequenti cap. Ministrabat etiam in omnibus alijs, quæ iubebat Heli sa-

B cerdos, quę pertinerent ad Leuiticum officium. Et dicebatur ministrare ante faciem domini, idest in Sanctuario, vbi Deus erat, & quicquid ibi fiebat dicebatur fieri ante faciem domini. *Puer accinctus Ephod lineo.* Idest Samuel erat puer, & erat indutus Ephod, s. aliqua veste paruula de lino facta, quæ vocatur Ephod.

Samuel quali Ephod esset accinctus. *Quæst.* IX.

SCiendum autem, ꝙ nõ accipitur hic Ephod proprie, quia nõ poterat illud portare Samuel, ipse enim erat Leuita: Ephod autem pertinebat ad sacerdotes, & non ad omnes, sed ad solum summum sacerdotem, vt patet Exo. 28. c. vbi ponitur inter propria indumenta pontificum, & litera

C satis significauit, ꝙ non intelligebatur de illo Ephod sacerdotali, cum dicatur de Ephod lineo, illud tamen quod pertinebat ad summum sacerdotem, non erat lineũ, sed de multis colorib⁹, s. de auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, erat igitur istud Ephod Samuel quędam vestis tota alba, qua induebatur Samuel super cęteras vestes suas cõmunes, vt ministraret coram domino, sicut nunc clerici simplices vtuntur vestibus albis ministrando in Ecclesia, qui autem celebrant sacra, vel celebranti astant vtuntur alijs vestibus, s. presbyter, diaconus, & subdiaconus: ita enim erat in veteri testamento differentia inter Leuitas, & sacerdotes, quoniam vestes Leuitarum erant simplicissimæ, s. lineę, vestes autem

D sacerdotũ multiplices. quod patet, nam sacerdos magnus habebat nouem genera ornamentorum de diuersis filis, & varia pulchritudine contextorum, vt patet Exo. 28. c. sacerdotes autem minores, quamquam haberent simpliciora ornamenta, quam sacerdos magnus, tamẽ illa multa erant, s. quinque: habebãt enim feminalia linea, & tunicam lineam strictam, & cidarim, & baltheum, de quibus Exodi 28. cap. omnia autem hęc erant alba, & solum de lino: Leuitę autem habebant simpliciora ornamenta, scilicet quilibet Leuita vnam stolam. Sunt autem stolæ vestes albę de lino, sicut illę, quibus clerici simplices vtuntur, vel alij clerici cum ad altare non accedant. De istis stolis Leuitarum dicit Iosephus libro octauo capit. Antiquita-

E rum, quòd Salomon fecit ducenta millia stolarum pro Leuitis, quibus induerentur ad canendum hymnos. De istis stolis Leuitarum nihil tetigit Moyses: nam Exodi capit. 28. cum egisset de vestibus, dixit de vestibus summi sacerdotis, & de vestibus sacerdotum minorum. Nunquam autem de Leuitis dixit, an vestiti esse deberent aliquibus sacris vestibus pro ministerijs suis, etiam cum egisset de eorum consecratione, & purificatione, nihil tetigit de vestibus: Numeri capit. 8. Habuerunt tamẽn postea vestes, scilicet tempore Salomonis, & ante illud, quibus ministrarent canendo coram domino, vel in aliis officiis.

[Right margin: Quõ sacerdotes, & Leuitę diuersa genera ornamẽtorum habebant.]

An

An Leuitæ tempore Moysi habuerunt aliquas vestes speciales, & quare postea habuerunt. *Quæst.* X.

QVAERET aliquis, an tempore Moysi Leuitæ habuerunt aliquas vestes, & quare postea habuerunt. Respondendum est, quòd Moyses non fecit, aut iussit fieri aliquas vestes pro Leuitis, nec vnquam tale legitur, sed post tēpora Moysi fuerunt: si enim Moyses pro Leuitis aliquid fieri iussisset de ornatu vestium, scriptum foret: quia cum omnia ista sint cęremonialia pure non habentia aliquid ex naturali ratione, oportet quòd ex pręcepto habeantur, quia ratio nostra in illis sine pręcepto nihil concluderet, sicut facit in præceptis moralibus, quæ habent ortum ex ipsa natura, & tamen nunquam in actibus Moysi, & libris eius saltem leuissime reperietur aliquid scriptum de vestibus Leuitarum. Quod autem post tempora Moysi, s. post ingressum Israelitarum in terra Chanaan Leuitę habuerūt vestes, patet: quia duplex fuit tempus, vel status Iudęorum post ingressum in terram Chanaan quam ad ministeria Dei. Primum fuit ab introitu in terram illam vsque ad tempora Dauid, & Salomonis: Secundum fuit a tempore istorum duorum regum vsque ad finem status Iudaici post mortem Christi. sunt autem ista duo tempora distincta, quia Dauid ante mortem suam congregato toto populo, & sacerdotibus, & Leuitis fecit ordinem in ministerijs Leuitarum, & sacerdotum complendo omnia, quæ omiserat Moyses, & tollendo aliqua de illis, quę ipse dixerat cum iam non possent conuenire tempori Salomonis, & sequētibus. De isto ordine habetur 1. Paralipom. 23. & vsque ad 26. cap.

In his autem duobus temporibus fuerunt Leuitæ aliter ordinati quam tempore Moysi in deserto, quāquam in eo tempore, quod fuit ab introitu in terram Chanaan vsque ad tempus Salomonis non fuit completa ordinatio Leuitarum, & sacerdotum, tamen postea Salomon omnia compleuit, habuerunt tamē Leuitæ vestes hoc tempore, vt patet de Samuele, qui cū esset Leuita, & staret coram domino, vtebatur lineo Ephod, & mater sua faciebat ei vestem paruulam lineam, quam afferebat ei singulis annis ad ministrandum, vt patet infra: de alijs autem Leuitis eiusdem tēporis idem videtur dicendum, cum ista vestis esset, ꝓpter ministrationem. Quod autem tempore Salomonis fuerint vestes Leuitarum, apparet ex eo, quòd dictum est, s. quia fecit ducenta millia stolarum pro Leuitis.

Ratio autē diuersitatis, quare tempore Moysi non habebant Leuitę vestes, & quare postea habuerunt est ex ipsa ministratione. Nam tempore Moysi Leuitę habebant tales ministrationes, ad quas non erāt necessarię vestes sacrę, nec conuenientes. Nam vestis sacra est ad ministrationem, quæ fit coram domino intra Sanctuarium, sed tempore Moysi non ministrabāt Leuitę taliter, quia ministratio sua solum erat excubando in circuitu Sanctuarij non ingrediendo in illud, & quantum ad istam ministrationem non erat aliqua necessaria de sacris: etiam ministrabant Leuitæ deponendo, & erigendo Sanctuarium, & portando illud in via, sed in hoc non ministrabant coram domino introeuntes in Sanctuarium, ideo nec egebant vestibus sacris, nec conuenientes eis erant, & quia tēpore Moysi solum erant habituri ista officia Leuitę, nunquam fecit illis Moyses vestes, post autem tempora Moysi, s. post ingressum in terram Chanaan fuerūt vestes multum conuenientes Leuitis, & quasi necessariæ quantum ab honestatem ministrantium, nam tunc incępit esse ministratio eorū introeundo in San-

F ctuarium, & astando ibi sacerdotibus atque faciendo quæcunque iuberent, siue in canendo hymnos, vel quodcunque alterum. Qui autem intra Sāctuarium ministrant etiam si ministratio eorum minima sit, nō videntur honeste in vestibus communibus, sed debent apparere in aliquibus vestibus specialiter pertinentibus ad illam ministrationem, & quoniam tempore Salomonis potiores adhuc erant Leuitarum ministrationes, cum completus fuerit ibi ordo ipsorū, ideo ille fecit eis vestes, s. ducenta millia stolarum, & iste modus semper mansit vsque ad destructionem Iudęorū per Romanos: semper enim prouidebatur Leuitis de vestibus, sicut prouidebatur sacerdotibus de vestibus suis. Ista autem vestis Leuitica, quam portabat hic Samuel erat linea solum, sicut vestes aliorū

G Leuitarum. Cum etiam omnes vestes sacerdotū minorum essent solum lineę Exo. c. 28. & vocatur hic Ephod, ꝙ est nomen ornamenti pontificalis, sed non accipitur hic pro tali ornamento, vt supra dictum est, & propter hoc litera determinauit hoc dicens accinctus Ephod lineo distinguēs ab Ephod summi sacerdotis, quod non erat lineum. *Et tunicam paruam faciebat ei mater sua.* Erat enim Samuel paruulus ministrās coram domino, ideo cum mater sua vellet ei quolibet anno dare vestem, in qua ministraret faciebat paruulam tunicam, sicut puero decebat, ista autem est, quæ vocatur stola Leuitarum, quoniam ornamenta eorum simplicia erant, & ista videtur esse, quæ vocatur Ephod lineum. *Quam offerebat statutis diebus.* Hoc non

H refertur ad Samuelem, sed ad matrem suam, quia dicitur immediate ascendens cum viro suo, vt immolaret hostiam, & illis temporibus dabat mater Samuelis ei vestem, s. Leuiticam, & dicitur statutis diebus, quia solum faciebat hoc mater Samuelis diebus quibusdam determinatis: non enim ascendebant quotidie, vel multoties ad templum domini in Silo, sed illis diebus, quibus ex lege, vel ex voto obligabantur. Ex lege autem ter in anno obligabantur viri, ex voto solum obligabantur qui vouerant, mater autem, & pater Samuelis videbatur vouisse quolibet anno ascēdere ad Sanctuarium, vt facerent aliqua sacrificia.

Ascendens cum viro suo, vt immolaret hostiam solennem, votum suum. In hoc apparet, ꝙ isti dies statuti, quibus

I Anna ascendebat cum viro suo in Sanctuarium, non erant dies statuti a lege, s. tres festiuitates in anno, de quibus Exo. 23. & 34. c. sed erant quædam aliæ solennitates celebrandę non ex lege, sed ex voto, s. quia vouerant aliquo tpe anni ascendere ad Sanctuarium, & offerre aliqua sacrificia, hoc autem faciebant Anna, & vir eius propter Samuelem, quem Deus illis miraculose dederat, ideo præter hoc, ꝙ ipsum domino ad totā vitam vouerunt, adhuc quolibet anno faciebant vota in aliquibus sacrificijs pro illo, & dr̄, ꝙ immolabant hostiam solennem, & votum, quia hostia solennis erat aliqua hostia pacifica, quam ipsi spontanee offerebant, votum autem erat sacrificium, ꝙ offerebāt quolibet anno, quia vouerant illud offerre die, qua a-

K scendebant in Silo. Sed adhuc melius videtur dicendum, ꝙ dies statuti sint illi dies, qui secundum legem ordinati erant, idest ter in anno, vt dictum est. hoc apparet cum dicuntur dies statuti, ergo ab aliquo erant positi sub pręcepto illi dies qui in eis ascendere in Sāctuarium statuerāt. Scdo quia dr̄, ꝙ ascendebant ad immolandum hostiam solennem, sed solenne vocat̄ anniuersarium, idest, qđ per singulos annos fit redeūte die. vnde dr̄ solenne quasi solitum annum, idest, qđ fieri solet singulis annis, sed istę erant festiuitates, quę singulis annis fiebant ter redeunte anno, & in illis solitus erat Elcana pater Samuelis offerre hostias, & illę vocantur solennes, idest solitæ fieri, siue ordinariæ.

Ter-

Tertium patet inquantum dr̄, & votum, in quo apparet, ꝙ differt ab hostia alia, & tñ votum est aliquid voluntarium non inductum a lege, ergo hostia solēnis erat aliquid, qđ ex lege, vel consuetudine debebatur, & quando Elcana, & Anna mater Samuelis ascēdebant in Sanctuarium, simul offerebant vtranque victimam, s. eam, quam ex lege, vel consuetudine tenebantur, quę vocatur solēnis, & illam quam ipsi promiserant, quæ vocatur votum. *Et benedixit Heli Elcanæ, & vxori eius*. Istud ponitur hic per recapitulationem. Nam supra dictum fuit, ꝙ Anna, & vir eius orauerūt in Sanctuario, & abierunt in vrbem suam, postea autem interpositis quibusdam de filijs Heli peccātibus, & de pueritia Samuelis redditur ad recessum Annę, & Elcanę de Silo: est enim intelligēdum, ꝙ istud fuerit factum illa vice, qua ascenderunt isti in Silo offerentes ibi Samuelem domino, & tunc benedixit Heli Elcanæ, & vxori suę, quia ambo bene egerant offerendo Samuelem domino ad semper. Anna quippe primo illum vouit, s. antequam nasceretur, deinde cum Elcana vir suus hoc cognosceret, confirmauit votum vxoris pariter ipse vouens, ꝙ daret filium dño omnibus diebus vitę suæ, vt declaratum est præced. c. *Reddat tibi dominus semen de muliere hac*. Idest det tibi Deus habere filios multos de vxore ista: sciebat enim Heli, ꝙ Elcana haberet aliam vxorem, de qua multos filios susceperat, quia tamen de illa nullum filium natum dño vouerat non precatur, vt suscipiat filios ex Phenenna, sed ex Anna. *Pro fœnore, quod commodasti domino*. Idest pro filio isto, quem dedisti dño accommodatū, s. ad cultum Dei applicitum tota vita sua, & dr̄ fęnus, idest vsura: dedit. n. Anna filium suum Deo in fęnus, s. in vsuram, vt semper esset ad vsum Dei, idest ad ministrandum illi. *Et abierunt in locum suum*. i. redierunt in vrbē Ramathā, vbi erat domus eorū, vt patet supra. & hoc intelligitur de prima vice, quia redierunt post oblatum Samuelem, q̄q̄ supra ponatur, ꝙ mater sua dabat ei quolibet anno statutis diebus tunicam, cum ascenderet in locum Sanctuarij, nam ista per recapitulationem dicuntur. *Visitauit autem dominus Annam*. Deus dr̄ visitare, idest venire ad videndum, sicut nos visitationem accipimus, & quia qui visitat alterum, aliquid nouū circa ipsum gerit, Deus dr̄ visitare quēpiam, quando in eo aliquid operatur, ꝙ ante non operabatur, sic factum est in Anna, quia ante hoc non cōcipiebat, & Deus postea fecit, vt conciperet, & pareret. *Et concepit, & peperit tres filios, & duas filias*. Isti omnes intelliguntur præter Samuelem, quia iam ministrabat Samuel coram domino, & sic erant sex filij Annæ, s. quatuor filij, & duæ filię, hoc autem erat multiplicari eam in prole, sicut ipsa prophetice pręnunciauit, s. donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est.

An Deus miraculose fecerit Annam concipere 5. filios post Samuelem. Quæst. XI.

QVAERET aliquis de istis quinq, filijs, quos cōceperit Anna post Samuelem, an supernaturaliter Deus fuerit operatus in conceptu eorum, sicut in conceptu Samuelis. De Samuele autem non est dubium, quin in eius cōceptione fuerit aliquid supernaturaliter factum, cum mater eius ante hoc sterilis esset, vt dr̄ pręced. c. s. ꝙ ɔcluserat dñs vuluam eius, non potest autem, quæ huiusmodi est, concipere, nisi miraculose adiuuetur. de alijs autem filijs non tantum apparet. Aliquis vero dicet, ꝙ fuit aliquid supernaturale in conceptu eorum, sicut in conceptu Samuelis, quia dr̄ hic visitauit dñs. Sed non fuit in conceptione istorum quinque filiorum Annæ plusquam solet esse in quibuscunque alijs communiter conceptis: In Samuele autem secus fuit. Nam ante eum mater sua erat sterilis, ideo impossibile erat illam concipere, nisi interueniente miraculo, postea autem ablata est eius sterilitas, s. antequam conciperet Samuelem, vel in ipso conceptu, & tunc manebat Anna disposita ad concipiendum, sicut quęlibet alia fęmina, adhoc ergo, ꝙ conciperentur alij filij, qui fuerunt post Samuelem, non requirebatur aliqua operatio supernaturalis, cum iam esset mater naturaliter disposita ad istud. Sic autē est in multis alijs, quæ a principio habent aliquid supernaturaliter, & tamen postea pure naturalia sunt, sicut anima nostra a Deo creatur, ꝙ est pure supernaturaliter, postquam tñ ipsa creata est pure naturaliter habet operationes suas: ita ergo q̄q̄ Anna nullum de filijs potuisset concipere, nisi supernaturaliter fuisset ei a principio ablata sterilitas, postquam tñ semel ablata est in cōceptione Samuelis ex sola virtute naturę ipsa poterat concipere omnes alios nullo intercedente miraculo. *Et magnificatus est puer Samuel ante dominū*. Idest accepit Samuel magnitudinem, vel excellentiam honoris ante dñm, idest ab ipso dño, s. quia ministrabat semper ante eū. fuit aūt ista magnificatio Samuelis in acceptione spiritus prophetici. Nā in tp̄e suo erat sermo dñi preciosus, & non erat in diebus illis visio manifesta, ideo tāto magis prophetia sua erat laudabilior, s. quia in tp̄e illo, in quo nullus alius propheta erat, & aliquāto tp̄e ante hoc nullus fuerat, vt patet seq. ca. etiā erat laus magna, quia Samuel, qñ accepit spiritum propheticum erat adhuc puer, vt patet seq. c. Nam, vt ait Iosephus quinto libro Antiquitatū, cępit Samuel prophetare anno 12. suo. Magnificatus est etiam Samuel in ministratione, quam habebat coram Deo, qm̄ assidue erat coram domino, explebatque ministrationem suam diligenter valde in nullo deuiās a cęremonijs legis, vel a pręcepto Heli: refulgebat autem magis gloria Samuelis, quanta enormitas, & irreuerētia in ministratione filiorum Heli apparebat, quia oppositorum natura ista est iuxta Aristo. 2. Elencho. ministrabant autem eodem tp̄e filij Heli, quo ministrabat Samuel, sed illi pessime, iste autem optime. Fuit autē potissima magnificatio Samuelis in prophetiæ veritate, quia per hoc innotuit apud totū Israel, vt patet seq. c. s. & cognouit vniuersus Israel a Dan vsq; Bersabee, ꝙ fidelis Samuel propheta esset Dñi. *Heli autem erat senex valde*. Hic ponitur admonitio Heli ad filios suos: erant enim illi pessimi, Heli autem voluit eos dulciter increpans reducere ad rectitudinem operationis, sed non potuit, quia iniquitas eorum erat magna nimis; & fortiori correctione indigebāt. Dicitur autē, ꝙ Heli erat senex valde, in quo significatur occasio peccati filiorum suorum: erat enim grauatus senectute, qm̄ accidit istud pauloante mortem eius, sed ipse vixit annis nonagintaocto infra c. 4. ideo non poterat iam ipse ministrare, sed filijs suis reliquerat ministrationem: fungebatur enim summo sacerdotio pro eo filius eius Phinees, vt ait Iosephus q̄nto Antiquitatum. Commissa igitur tota ministratione sibi habuerunt magnam occasionem filij Heli ad præuaricandum in sacerdotio, qđ non accidisset, si pater eorum adhuc ministraret. Itē senectus paterna tribuebat occasionem ad hęc, qm̄ filij non timebant patrē iam senio grauatum, nec ipse erat potens corrigere eos, nisi per blanditias quasdam: amplius autem, ꝙ nimis nocebat erat Heli caligans oculis, vt patet seq. ca. ideo non poterat videre ea, quæ faciebant filij sui, sed solum audiebat aliqua per famam, & licet omnia audiret, non tantum moueretur auditu quantum si ipse vidisset, ideo minus mouebatur ad corrigendū filios.

Samuel anno 12. suæ ætatis prophetare cępit.

Filij Heli peccauerunt cum pater esset senex valde.

Et

Et audiebat omnia. Scilicet,quia iſta erāt mala,ita manifeſta,ꝙ nequaquam celari poterant:potiſſime,quia erant in præiudicium multorum Iſrael. *Quæ faciebant filij ſui vniuerſo Iſraeli.* Iſtud eſt delictum in ſacerdotio quantum ad ea, in quibus communicabant cum populo ſacerdotes,ſ.in hoſtijs pacificis:nam in his delinquebant, vt patet ſ̄.ſ.in accipiendo carnē crudā ab offerētibus, & anteq̄ incenderetur adeps. Etiā quia accipiebant partes quaſcunque volebant, & hoc faciebant vniuerſo Iſraeli, ideſt omnibus Iſraelitis venientibus ad ſacrificia offerēda,ſic patet ſ̄.in litera,ſ.ſic faciebant vniuerſo Iſraeli veniēti in Silo. *Et quomodo dormiebant cum mulieribus,quæ excubabant ad oſtium tabernaculi.* Iſtud erat aliud delictum magnæ infamiæ, & ſcandali in populo q̄ ſacerdotes, ſ.ꝙ ſacerdotes dormirēt cum mulieribus euntibus ad templum dn̄i ad orandum: ſequebatur quoq; magna diminutio cultus diuini, ſ.ꝙ mulieres non irent ad orandum in Sanctuario,cum infamarentur,quòd dormiebant cum eis ſacerdotes.

Mulieres excubaſſe ad oſtium tabernaculi dupliciter intelligitur. Quæſt. XII.

DICITVR autem de mulieribus excubantibus ad oſtium tabernaculi, ideſt ad oſtium templi:non.n.permittebatur accedere mulieres ad oſtium tabernaculi,& dr̄,ꝙ ibi excubabant,quod poteſt dupliciter intelligi,vno modo pro orare,alio mō ꝓ vigilare.Primo mō eſt ſenſus, ꝙ multæ mulieres deuotę frequentabant Sanctuarium venientes ſępiſſime ad oſtium templi, & ibi orabant, hoc aūt excubare dr̄.Nam quicunque ad aliquid diligenter eſt attentus,excubare dr̄, ſic patet Num.18.c. cum dr̄, ꝙ Leuitæ excubabunt ad præcepta Aaron, ideſt erunt diligenter attenti ad faciendum quidquid Aaron iuſſerit. Alio modo accipitur pro vigilare, & tunc eſt ſenſus, ꝙ aliquę mulieres excubabāt ad oſtiū tabernaculi,ideſt vigilabant vacantes ibi orationibus, & manentes per noctem: ſic.n. aliqui nunc in Eccleſijs ex deuotione vigilias obſeruant: fuit autem iſtud ſm̄ in veteri teſtō apud aliquas mulieres multum religioſas,& deuotas,ſ.ꝙ manebant die, & nocte in tēplo in ieiunijs,& orationibus, & vigilijs nunquam inde recedentes, ſic patet de Anna propheteſſa filia Samuel de tribu Aſer,quę cum eſſet vidua, non diſcedebat de templo in ieiunijs,& obſecrationibus ſeruiens die ac nocte: Lucę 1.ita ergo credendum eſt,ꝙ fuerit de multis alijs apud Iudæos. Vtroque ergo modo intelligi poteſt, ꝙ mulieres iſtę excubabant ad oſtium tabernaculi,magis tn̄ conuenit,ꝙ intelligatur in ſecūdo modo,qm̄ maiorem opportunitatem habebāt ſic ſacerdotes ad dormiendum cum mulieribus excubātibus ad oſtiū tabernaculi quam aliàs. Simile hr̄ Exo. c.38.ſ.Fecit Moyſes labrum ęneum, in quo lauarentur ſacerdotes de ſpeculis mulierum, quę excubabāt ad oſtium tabernaculi: de quo, qualiter accipiatur ibi dictum eſt. *Et dixit quare facitis res huiuſmodi, quas ego audio.* Retulit eis duo principalia,in quibus ipſi delinquebant, ſ.ꝙ dormiebant cum mulieribus excubantibus ad oſtium tabernaculi, & ꝙ præuaricabantur in ſacerdotio,vt dictum eſt, quorum fama peruenerat ad ipſum Heli. *Res peſſimas ab omni populo.* Iſtud debet adiungi cum præcedenti verbo, ſ.quas ego audio ab omni populo:erat enim factum eorum notorium, ideo nō erant pauci teſtes huius, ſed totus populus illud cognouerat,& referebat:potiſſime autem,quia in vtroque eorum erat magnum grauamen populi, ideo totus populus acclamabat coram Heli, vocauit autem Heli iſta duo res peſſimas, quia erāt magni nocumē-

F ti,& magnę infamiæ, vt patet de vtroq;. Sed adhuc magis Deus conquerebatur de delicto, ꝙ fiebat in ſacrificiis,vt patet infra, ſ. Quare calce abieciſti victimā meam,& munera mea,quæ præcepi,vt offerrentur in templo? & ꝑꝑ hoc ſubditur ibi ſententia contra Heli, & totam domum ſuam. *Nolite filij mei.* Ideſt nolite facere ea, quæ de vobis referuntur, qm̄ iſta indigna nimis ſunt auditui. Ecce qualiter corrigebat Heli filios ſuos, ſed leuiſſima erat talis correctio collata ad magnitudinem peccatorū, quod faciebat Heli ꝑꝑ duo. Primo quia ſenex erat,& filij ſui non audiebant eum ęquo animo contemnentes eum ꝑꝑ ſenilem impotētiam. voluit ergo magis blanditijs quam duris increpationibus caſtigare.Secundum erat,quia Heli diligebat nimis filios ſuos, & noluit eos verbis duris affligere,ꝑꝑ quod Deus nimis culpauit Heli transferens ſacerdotium a domo eius, quia ſi ſoli filij ſui mali fuiſſent,& ipſe increpuiſſet eos, quantum in talibus ſceleribus iuſtum erat,ſi ipſi incorrecti manerent, ſuper eos veniſſet ſolum pęna,& non ſuper ipſum Heli,qui etiam acerba morte raptus eſt, & ſuper totam domū eius,quæ poſtea ſacerdotio priuata eſt, vt infra declarabitur.De hoc patet infra in litera,cum dr̄, & magis honoraſti filios tuos,quam me,vt comederetis primitias omnis ſacrificij Iſrael populi mei. *Non eſt enim bona fama, quam ego audio.* Ideſt illicitum eſt, ꝙ maneatis in vijs noſtris,quia id,quod ego de vobis audio, non eſt bonum. Audiuerat.n.duo ſupradicta,quę erant valde mala. *Vt tranſgredi faciatis populum domini.* Ponitur hic vt,dicens conſecutionem, & non habitudinē cauſæ finalis:non eſt.n.ſenſus,ꝙ filii Heli facerent iſta, vt inducerent totum populum ad peccandum, quia ipſi non intendebant hoc cum magis intenderent delectationem ſuam,& vtilitatem in iſtis vitiis, ſed debet legi,ꝙ vt importet quandam conſecutionem, ſ.ꝙ filii Heli faciebant hęc, & conſequeretur ad peccatum eorum, ꝙ cogerent totum Iſrael, vel inducerent ad tranſgrediendum, ideſt ad delinquendum in aliquo: eo ꝙ propter peccata iſtorum populus diſtraheretur ab illis,ad q̄ tenebatur,& in hoc peccaret. Quod patet,quia ſupra dr̄, ꝙ detrahebant homines a ſacrificio Dei,ſ.per grauamina,quę inferebant eis in ſacrificijs, faciebant ꝙ haberent exoſa omnia ſacrificia,ita ꝙ nūquam vellent ſacrificare,ſed aliquando tenebantur ſacrificare, ſicut in multis purificationibus eorum, & peccatis,& feſtiuitatibus, vt patet ex diſcurſu Leuitici,& tunc ſi non ſacrificârent delinquerent in lege, ergo iſti inducerent Iſraelitas ad peccandum. Idem patet quantum ad aliud crimē,quod ipſi faciebant, ſ.cn̄ coibant cum mulieribus,quæ excubabant in oſtio tabernaculi, qm̄ per hoc diſtrahebant illas ab orationibus,& vt nullo modo vellent venire in Sanctuarium, & tn̄ aliqñ cogebantur mulieres venire in Sanctuarium, vt ad purificationes ſuas poſt partū: Leui.c.12. & in ſimilibus: ergo inducerent Iſrael ad peccādum, eſſent autem ipſi rei omnium peccatorum, quæ faceret populus propter eos.Nam,ſi populus propter negligentiā pręlati peccauerit, tenetur prælatus de peccato ipſius populi,quāto magis q̄ñ ipſe pręlatus inducit populum ad peccādum? ſic autem erat de filijs Heli,qm̄ ipſi erant paſtores populi,cum Phinees,qui erat vnus ex eis fungeret ſummo ſacerdotio loco patris, ꝙ autem peccata populi ex negligentia paſtoris petātur ab eo,patet quia Eze.c.3.& 33.vbi dr̄, ꝙ Deus requiret ſanguinem peccatorum de manu paſtoris, ſi non annūciauerit eis veritatem ex parte Dei:erant igitur adhuc magis culpabiles filij Heli, quia non ſolum non annunciabant populo id,quod bonum erat, ſed etiam inducebant populum ad peccandum. *Si peccauerit vir in virum placari ei poteſt Deus.* Hic inducit Heli quo-

quomodo filij sui peccabant nimis, quia peccatum eorum erat directe contra Deum, & dicit, ꝙ si peccauerit vir contra virum placari poterit Deus illi, & tamen si peccauerit contra Deum non sic cito placabitur, quia non est qui oret pro eo, sic autem erat de filijs Heli, quoniam ipsi peccabãt directè contra Deũ, ideo peccatum eorum erat nimis difficile ad remittendum.

Peccatum in proximum, an sit contra Deum. Quæst. XIII.

IN hoc autem innuit, ꝙ aliqua peccata sunt directè contra proximum, & non videntur esse contra Deum, ideo faciliter remittũtur. Alia autem sunt directè cõtra Deum, & ista nõ remittuntur, vel saltem difficulter. Sed in hoc satis videtur dubiũ, si ista accipiantur simpliciter, qm̃ nemo potest peccare in proximũ, quin peccet in Deum, quamq̃ potest peccare in Deum non peccando in proximum, ideo non stabit comparatio: patet hoc, quia qñcunq; aliqs peccat in ꝓximũ agit iniustè ꝯ illum, sed quicunq; iniustus est in Deum peccat, qm̃ Deus indidit rõni nr̃e, ꝙ oĩa iustè agamus. Cùm ergo egerimus iniustè agimus ꝯ dictamen a Deo inductũ, ideo peccamus: qm̃ qui agit ꝯ consciãm, peccat, cũ agat ꝯ fidem. i. ꝯ id qđ credit ad Roma. c. 14. & sic tenendum est. Accipit tamen hic Heli esse aliquod peccatum contra Deum. i. quia directè est ꝯ Deum, & aliquod esse contra proximum. i. quia directè est ꝯ proximum: ẽt si per accidens, vel secundario sit contra Deum. C

Quædam peccata sunt solum contra Deum, & proximum: quædam sunt uno modo contra Deum solum, & quædam duobus modis. Quæst. XIIII.

PRo quo considerandum, ꝙ oẽ peccatũ est ꝯ Deum, sed quædã sunt dupliciter ꝯ illum, alia aũt vnico modo. Patet exemplum huius in legibus humanis: s. n. aliquis legislator iusserit non esse occidendũ, vel furandũ sub tali pęna: si quis occiderit aliquẽ de populo, qui nõ pertineat ad illum legislatorẽ, vel furatus fuerit bona alicuius viri non pertinentis ad illum: iste non peccat directè in legislatorẽ, quia damnũ ex ista offensa nõ fuit sibi illatum, sed illi, qui occisus est, & cognatis, & illi cui bona furto ablata sunt: est tñ istud delictũ ꝯ legislatorẽ inquantũ ꝯ̃nit lex eius, quę cauebat furtũ, & homicidium fieri imponens pęnã. Si tñ aliquis furatus fuerit de bonis ipsius legislatoris, vel occiderit aliquẽ ꝑtinentem ad legislatorẽ, vt cognatũ vel familiarẽ ei⁹: delictũ istud dupliciter pertinet ad legislatorẽ. Primo ad eum tanq̃ ad priuatã personã inquantũ tota iniuria, & damnũ qđ sequit̃ ipsi infertur. Secundo peccat ꝯ ipsum inquantũ est legislator. s. quia ꝯtemnitur lex eius ꝓhibens furari & occidere. Conformiter autẽ est quantũ ad Deũ, quia interdũ peccatũ est ꝯ ipsum dupliciter. Interdũ vero vnico mõ: Deus. n. posuit leges circa oẽs operationes, & quasdã dedit scriptas, sicut per Moysen, & ꝓphetas: & nouissimè per Christũ & apostolos. Alias aũt infixit cordibus nr̃is, q̃ vocantur leges naturæ, de quibus Apost. ad Rom. cap. 2. nulla aũt opatio humana est, q̃ sub altera istarũ duarũ legũ non cõprehendat̃, ideo necesse est, ꝙ qñcunq; aliquis errat in operatione, q̃cunq; illa sit peccet ꝯtra aliquã legem, & quia Deus legislator est oĩum harũ, necesse est, vt in quocunq; delicto aliqualiter erretur ꝯ Deum, sed ista delicta sunt interdũ totaliter ꝯ Deũ. s. quando non solum peccatur contra eum, vt contra legislatorem, sed etiam offensa, vel iniuria ex operatione ad solum Deum pertinet, vel ad ipsum di-

A rectius q̃ ad oẽs alios: in omnibus autem alijs modis peccandi est peccatum ꝯ Deum, vt ꝯ Legislatorem. Exẽplum vt si quis cognouit vxorẽ alterius, vel ꝯ eũ falsè testificatus: qm̃ tũc offensio, vel iniuria directè est ꝯ istũ, cuius vxor cognita est, & ꝯ quem est testimonium falsum. Deo aũt non est hic inflicta aliqua iniuria, vel damnum, nisi inq̃atũ cõtẽnitur lex eius, qua vetuit falsum testimonium, & adulterium: si tñ quis colat deos alienos, vel sumat nomen Dñi in vanum, delinquit dupliciter ꝯ Deũ. Primo delinquit ꝯ eum tanq̃ ꝯ priuatam personam, quia tota iniuria, vel offensio, quæ sequitur ex isto actu prouenit Deo, ipse namque solus colendus est, si ergo aliquis alius colat̃ pręter ipsum, irrogatur ei offensio, q̃a adimitur ei honor ipsi soli debitus: est etiam ei offensio tanq̃ legis- B latori, cùm ipse vetuerit coli deos alienos, & sumi nomen Dñi in vanũ, & sic talia delicta dñr esse propriè ꝯ Deum, cùm tota offensio ex opere sit ꝯ Deum, & quantum ad istum modum distinguebat Heli quędã peccata esse vnius viri ꝯ alterũ, s. ꝙ iniuria, vel dãnũ, quod sequitur ex opere directè est cõtra virum licet ibi aliqualiter delinquatur cõtra Deũ solum, inquantum est Legislator: de his autem dicit ꝙ faciliter dimittuntur, sunt autem alia peccata ꝯ Deum, s. quãdo tota offensio ex opere consequens est contra ipsum Deum, s. tanquam cõtra priuatam personam, & tanq̃ contra Legislatorem: & de istis dicit Heli, ꝙ difficulter remittuntur, vel ꝙ nullus est, qui in talibus possit pro nobis orare.

Peccata quomodo cognoscuntur quæ sint contra Deum directè & quæ contra proximum. Quæst. XV.

CIRCA ista dari potest regula, s. ꝙ omnia peccata, quæ sunt contra tria prima præcepta, q̃ sunt in prima tabula, dicuntur directè cõtra Deum, s. tanq̃ priuatam personam & tanq̃ contra Legislatorem, & omnia peccata contra septẽ præcepta secundæ tabulæ sunt directè contra proximum, & sunt solum contra Deum, vt contra Legislatorem: patet hoc inducendo. Nam in omnibus præceptis primis tota iniuria, vel offensio delinquẽtis D est contra Deum, vt contra priuatam personam: in omnibus autem pręceptis secundæ tabulæ est offensio contra proximũ, vt contra priuatam personam, vt patet per singula: ad omnia aũt generale est, ꝙ offensio in illis pertineat ad Deum tanq̃ ad Legislatorem: secunda regula sit, ꝙ in omnibus pręceptis cæremonialibus offensio directè pertinet ad Deum, vt ad priuatam personam, & vt ad Legislatorem: in omnibus autẽ pręceptis iudicialibus offensio pertinet ad proximum, vt ad priuatam personam, & ad Deum pertinet solum, vt ad Legislatorem: quod patet quia præcepta cęremonialia sunt determinationes quædam diuini cultus, & sunt tanquam expositiones quædam, vel additiones factæ ad pręcepta primæ tabulæ, quæ sunt de cultu Dei. In talibus autem si bene E fiant honor Deo soli prouenit saltem directè & principaliter, si autẽ malè ipsi fit offensa, sed omnia præcepta cæremonialia sunt huiusmodi, cùm per nullũ eorum dirigatur homo in comparatione ad hominem, sed in cõparatione ad Deum: ideo error in istis pertinebit ad Deum. Iudicialia aũt præcepta habent se è ꝯ̃rio, quia ipsa sunt tanq̃ quędã expeditiones p̃ceptorũ scdę tabulę: sicut ergo ista directè pertinẽt ad proximũ ita, & ipsa præcepta iudicialia: maximè aũt patet hoc qm̃ præcepta iudicialia sunt foralia, i. pertinentia ad causas forales iudicandas, sed causa foralis semper est aliquid, quod vertitur inter hominem, & proximũ suũ: ęrgo bona habitudo, vel mala circa ista

præcepta pertinet directe ad proximum, & non ad Deum. Nunc autem ista applicantur ad propositum.

Peccatum filiorum Heli quale fuerit. Quæst. XVI.

IN peccato filiorum Heli cum diceret eis pater, ꝙ qui peccat in hominē habet qui oret pro eo, sed non qui peccat in Deum. In quo innuebat, ꝙ peccatum filiorum suorum erat directe contra Deum, scilicet tanquam contra personam priuatam, & tanquam cōtra legislatorem, quod patet, quia ipsi deliquerant in duobus principaliter, scilicet in sacerdotio suo circa hostias pacificas, & dormiendo cū mulieribus ad ostium tabernaculi. Istud autem secūdum erat directe contra proximum, solum autē erat contra Deum, vt contra legislatorem, sed primū erat totaliter contra Deum, scilicet, quia delinquebant in sacerdotio: nam ministrationes sacerdotales sunt cęremoniales, sed quicunque peccat contra pręcepta cęremonialia peccat contra Deum, vt tanquam contra priuatam personam, & tanquam contra legislatorem, ideo peccatum istud dicitur directius esse contra Deum, & sic quamquam vtrunque peccatum filiorum Heli esset graue, tamē Heli solum tetigit de peccato in sacerdotio, & infra quando Deus prædixit mala futura propter peccatum filiorum Heli, solum fuit tactum de peccatis circa victimas, & istud est peccare in sacerdotio.

Deus facilius placatur pro peccato in proximum quam in eum. Quæst. XVII.

DICIT autem Heli, quod si homo peccauerit in virum, Deus potest ei placari, idest faciliter placabitur, & hoc propter duo. Primo quia offensa illa non est facta directe ꝯ Deū, sed contra proximum, & solent homines acrius punire pro iniurijs illatis sibi quam illatis alteris.

Secundo, quia iniurię factę directe Deo videntur esse maiores saltem ex hac parte: iniuriæ autem factę proximo minores sunt, sed Deus in maioribus magis punit. Dicendum autem, quòd istud non est vniuersaliter verum: nam quamquā cęteris paribus offensio facta Deo sit maior quantum ad delictum offensione facta proximo, tamen quantum ad omnem modum non est verum: multotiens enim peccata facta contra proximos directe sunt maiora peccatis directe factis contra Deum, sicut maius est, quòd aliquis occidat hominem quam, quòd infringat diem sabbati, & maius est dicere falsum testimonium, vel adulterium facere quam errare in aliqua cęremonia parua cultus diuini: ex obiecto tamē, scilicet circa, quòd sunt peccata dicūtur maiora ea, quæ sunt circa Deum, sed secundum veritatem non est semper sic.

An quæcunque peccata contra Deum sint maiora quibuscunq; contra proximum. Quæst. XVIII.

SED dicet aliquis, quòd etiam realiter sunt maiora peccata ea, quæ sunt contra Deum, etiam si sint in quibusdam paruis cęremonijs, quam illa, quæ sunt ꝯ proximum, quia qñcunq; recte distribuuntur pęnę, oportet quòd secundum magnitudinem ęqualitatem, vel inęqualitatem peccatorū sit magnitudo, & ęqualitas, vel inęqualitas pęnarū, & sic arguendo è contrario, s. quandocūque viderimus aliquas pęnas duorum peccatorum esse inęquales, iudicemus peccata esse inęqualia, sed in veteri testō pro peccato directe ꝯ Deum ēt in paruis cęremonijs infligebātur maiores pęnæ, q̄ pro peccato ꝯ proximos, ēt

F si illud magnum esset, ideo videtur maiora esse peccata contra Deum quæcunque illa sint, quàm quæ sunt contra proximum: patet hoc quoniam peccatū duorum filiorum Aaron, s. Nadab, & Abiu solum erat in hoc, quòd deliquerunt in quadam cęremonia diuini cultus, s. quia obtulerunt ignem, quem non debebant offerre, & tamen dure mortui sunt: Leui. cap. 10. Sic quoq; isti filii Heli pręuaricati sunt in sacerdotio, & propter hoc mortui sunt ambo vna die in bello, & pater eorum parum post: deinde pauco tēpore post hoc regnante Saule occisi sunt omnes sacerdotes de domo Heli, s. viri 85. induti vestibus sacerdotalibus ꝑter multos alios de genere illo, qui nō erant sic induti. Euasit aūt vnicus de stirpe illa, s. Abiathar, de hoc j.

G 22. c. sed adhuc iste Abiathar postea priuatus est summo sacerdotio, & nullus mansit de domo eius in summo sacerdotio, sed semper fuerūt vlterius sacerdotes de domo Sadoch, vt patet infra 3. lib. c. 2. s. Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset sacerdos domini, vt impleretur sermo, quem locutus est super domū Heli in Silo. quòd autem essent aliqua magna peccata cōtra proximos, pro quibus non darentur tantę punitiones: patet, quia Dauid peccauit grauiter in adulterio, & durius adhuc, quia fecit occidi virum eius Vriā Hethęum, vt patet infra 3. lib. c. 11. & tamen pro hoc non fuit inflicta magna pœna Dauid in comparatione supradictarum pœnarum, quoniam solum ad tempus persecutus fuit eum filius suus Absolon, & cōcubuit

H cum cōcubinis patris sui astante toto populo. De hoc infra 2. lib. c. 12. & 17. similia autem sunt alia exempla de pœnis peccatorum contra Deum, & contra proximum. Respondendum est, non est negandum maiores inflictas fuisse punitiones in veteri testamento pro peccatis, quæ sunt contra Deum, quam pro peccatis, quæ sunt contra aliquos viros: ex hoc tamen nō sunt semper, aut generaliter maiora peccata, quæ fiunt cōtra Deum quam quæ cōtra proximum: infligebantur tamen sic istę pœnæ, quoniā Deus, qui fuit auctor veteris testamēti voluit, ꝙ illud obseruaretur in magno honore pro tempore suo, consistebat autem vetus testamentum præcipuè in cęremoniis, quæ Deo impendebantur, qm̄ per pręcepta moralia non differebant

I ab aliis gentibus, cum omnes gentes essent obligatæ ad hęc, per iudicialia autem quamquā aliqualiter differrent, nō tn̄ tantum, sicut per cęremonialia, quia aliquæ gentes habebant aliquas de legibus iudicialibus Hebręorum, sed non de cęremonialibus, ēt quia per cęremoniales leges dirigebantur in Deum, q erat auctor illius veteris testamenti, ꝑ iudiciales autē leges in proximos, iō voluit Deus, vt cęremonialia in veteri testamento sub magna diligentia obseruarent, nec ꝯtēneretur tota ipsa lex & status, & quia Iudęi erant indomiti iugo legis, oportuit, vt per pęnalem timorem ad hoc inducerentur, sed ista erant præcepta principalia in veteri testamento, in quibus magis ꝯsistebat status

K ille, ergo oportuit pro his poni maiores pœnas.

Non semper pœnæ sunt æquales, etiam si peccata sint æqualia, nisi quo ad homines, & in futuro seculo. Quæst. XIX.

ALITER aūt rn̄deri pōt negādo illam regulā, s. ꝙ qñcunq; aliqua duo peccata sunt ęqualia, dēnt ꝑ eis dari ęquales pęnę, & qñcūq; sunt inęqualia dēnt dari pęnę inęquales, & è ꝯrio, s. ꝙ ex pœnis inęqualibus, vel ęqualibus, dēt dari ęqualitas, vel inęqualitas in peccatis: dicendū enim, ꝙ ista rł'a est vł'is quantum ad iudices, qui sunt hoīes: si enim recte iudicent sp hoc stabit. In Deo aūt non sp tenet hoc, q̄q̄ sit iustissimus: tenet tn̄ q̄tū ad statū futuri sęculi, s. ꝙ si ī inferno aliq duo sunt, q ęqualr̄ peccauerūt, oportet eorū pęnas esse ęquales, & è ꝯrio.

Si

Si aliqui duo sunt in inferno, quorum pęnæ sunt inæquales, necesse est, vt arguamus eorum peccata esse inęqualia, & è contrario. In sæculo autem isto non est vniuersaliter verum, quia interdum pro peccatis æqualibus dantur pœnæ æquales, & interdũ pro inæqualibus dantur æquales, vel pro æqualibus dantur inæquales. Causa huius est, quia cum Deus punit hic aliquem, licet non det ei quantum meretur pro scelere suo: manet adhuc ei locus pęnalis ad hoc soluendum. s. gehenna, & si ibi non soluerit, saltem in purgatorio soluet: ideo interdum Deus dabit alicui hic pro peccato suo totam pęnam, quam meretur, vel quasi totam: alteri autem dabit modicum de illa relinquens cætera futuro tempori: ideo in istis quamq̃ pęnæ sint nimis inæquales, tamen peccata potuerunt esse ęqualia. In gehenna autem non est istud, quia post pęnalitatem illius loci non restat alia pęnalitas ideo cum Deus iustus sit, oportet ꝙ ibi det cuilibet tantum quantum meretur, ergo qui æqualiter peccauerunt æqualem habebunt ibi pęnam, & quorum pęnæ ibi inęquales sunt, necesse est fuisse inæqualia peccata.

Nunquam Deus punit supra id, quod meretur immo semper citra, & remunerat ultra. *Quæst.* XX.

CONSIDERANDVM autem circa hoc, quamquam Deus in hoc sæculo æqualiter peccantibus non det semper pęnarum æqualitatem, nec è contrario, nemini tamen dat supra id, quod meretur, sed ista inæqualitas pęnarum præter inæqualitatem peccatorum prouenit ex hoc, quia interdum Deus infligit minores pęnas homini, quàm mereatur, ideo vt communiter hic accidit, relinquit autem aliquid postea infligendum: iste modus non repugnat diuinæ iustitiæ, nec aliqualiter eã diminuit. Nam quamquam non det simul alicui omnia, quæ pro peccato meretur, cum postea inflicturus sit accedit ad æqualitatem iustitiæ, quia tamen alicui Deus infligeret maiores pęnas, quàm merebatur, nullo modo est reducibile ad iustitiam, quia iustitia semper æqualitatem exigit, iuxta Aristo. 5. Ethic. In iudicibus aũt, qui sunt homines, tenet ista regula. s. ꝙ pro æqualitate, vel inæqualitate delictorum tribuunt æqualitatem, vel inæqualitatem pęnalitatum, & è ꝯrio: si aliqua pęna ab eis iustè irrogetur, necesse est, ꝙ qñ fuerint æquales pęnæ arguantur fuisse delicta æqualia, vel è ꝯrio. Causa huius est, quia isti non possunt reseruare pęnam pro alio tp̃e in aliquo delicto, cum semel hoiem punierint, Deus autem licet hic non inferat omnẽ pęnam pro peccato, habet tñ locum infligendi postea in futurum, vel dat homini spacium, vt id quod tunc relinquitur ipse postea in se gratis suscipiat pęnitentiam agens, & sic poterat esse, ꝙ peccata, quæ fecit Dauid. s. homicidium, & adulterium essent maiora, quàm peccata Nadab, & Abiu: tñ non fuit pęna æqualis, scilicet quia fuit maior in Nadab, & Abiu, quàm in Dauid, & hoc quia tãtum forte puniti sunt Nadab, & Abiu, quantum meruerunt: Dauid autem solum pro parte, reliquum autem ad alia tempora translatum est, vel saltem relictum est, vt ipse postea in se gratis puniret, quod Deus non punierat.

Alia responsio ad quæst. præcedentem: *Quæst.* XXI.

ALITER adhuc responderi potest ad istam regulam, ꝙ nõ teneat verum, quia quamq̃ Deus pro aliquo peccato det totã pęnam hoĩbus, viuentibus tñ nõ dat simul, sed interdũ dat particulã relinquẽs cęteras pro alijs tp̃ibus, qđ patet. Nã sicut Deus nõ ĩmediatè punit pc̃tã hoĩs in ipso, sed interdũ reseruat vsq; ad tertiam, & quartã generationem: Exo. 34. & Deut. c. 5. ita in eodem homine interdum pęnam, quam pro vno scelere meretur non infert Deus immediatè, sed expectat correctionem: & si non corrigatur, infligit in alio tempore pro illo peccato, & pro reliquis: ita etiam interdũ Deus alicui peccanti infligit cum peccat partem pęnæ tanquã admonitionẽ recedendi a peccato, postea autem complet reliquum. Admonitio Dei qũo quandoq; fiat.

Aliter etiam hoc accidere potest, quoniam quamquam duo æqualiter peccauerint non sint pęnæ eorũ æquales, licet quælibet earum immediatè totaliter infligatur: & hoc quia forte aliquis eorũ doluit pro peccato suo, & ex hoc meretur iam magnam partem pęnæ sibi adimi: alius autem non doluit, ideo nihil adimetur; & sic quamquam isti priori infligatur tota pęna, quàm meretur, non erit tanta, quanta pęna alterius æqualiter peccantis: & sic quamquam peccata æqualia sint, pœnæ non videntur æquales. In iudicibus autem non est sic, quia non possunt ipsi partem pœnæ alicuius dare ipsi delinquenti, & reliquum reseruare vsque in tertiam, vel quartam generationẽ, sicut Deus. Etiam si aliquis conteratur de peccato suo nõ possunt iudices aliquid adimere de pęna: vnde lex æqualiter punit reos cõtritos, & nõ contritos. Pęnitẽtia multũ cõfert.

Ex prædictis igit, & multis similibus apparet, qualiter Deus nõ det semper in isto sęculo æqualitatem pęnarum pro æqualitate delictorum: & consequenter non poterit cognosci ex pęnis, quas Deus dat alicui, quis magis peccauit, vel quis minus. Cognoscit tamen in pęnis illatis a iudicibus, & sic non tenet argumentum istud, scilicet maiores pęnæ infligebãtur in lege veteri pro peccatis, quæ erant contra Deum, q̃ pro peccatis, quæ erant contra proximum, ergo maiora erant peccata contra Deum: & tamen quantum ad intẽtionem Heli sacerdotis nihil refert, quæ essent maiora, vel minora; quia ipse solum volebat inducere irremisibilitatem peccati contra Deum in præsenti, s. ꝙ si aliquis cõtra Deum peccaret in cæremonijs: & si illud peccatum non esset valde magnum, Deus non remitteret pęnã illius in præsenti; etiam si oraretur: cum tamen aliquis peccabat contra proximũ suum, Deus nõ infligebat immediatè pęnam nisi rarò: & si aliquis oraret pro remissione illius exaudiretur, sic patet in Saule, & in Dauid: nã Saul fuit inobediens Deo in destructione Amalecitarum, s. quia reseruauit viuentem regem ipsorum infra 15. c. Dauid autem peccauit contra Vriam Hetheum infra 3. lib. cap. 11. ideo q̃q̃ orauerit Samuel pro Saule, & luxerit nimis ne auferretur regnum ab illo, Deus tamẽ non exaudiuit; immo iussit Samueli, ne amplius super hoc oraret infra 16. cap. Dauid autem orauit pro peccato suo vt dimitteretur, & Deus transtulit ab eo mortem infra 2. lib. 12. cap. Hoc autem sufficiebat ad intentionem Heli sacerdotis dicentis, ꝙ cum filij sui peccarent contra Deũ, s. delinquendo in cæremonijs sacerdotij quod erat directè cõtra Deum, nullus posset pro eis sufficienter orare, vt remitteretur peccatũ eorũ, sed Deus puniret eos immediatè: si aũt fuisset peccatũ directè ꝯ proximũ fuisset Deꝰ placabilis per orationẽ. *Si autem peccauerit in Deum.* s. directè, vel in eũ solũ, qđ est qñ pc̃m̃ est ꝯ Deum, vt ꝯ singularẽ personã, & tanq̃ ꝯ legislatorẽ, vt supra declaratũ est. *Quis orabit pro eo.* Quasi dicat nullus poterit orare sufficienter: qm̃ ẽt si orauerit, Deus nõ remittet. *Et non audierunt vocem patris sui.* i. non obedierũt ei admonẽti, nec deseruerunt peccata sua, facientes semper vt prius. *Quia Deus voluit occidere eos.* Idest si isti filij Heli obediuissent sermonibus patris, cõuersi fuissent ab iniquitatibus suis prioribus, & tũc Deus nõ occideret eos,

F 2 nec

nec infligiſſet pęnam pro peccatis ipſorum, ſed Deus voluit occidere eos,quia peccauerunt, ideo noluit,ꝙ obedirent verbis patris. Iſte ſenſus videtur nimis durus,ſ.ꝙ Deus deſideret aliquem occidere, & ꝑꝑ hoc eum a peccatis non liberet, vel magis peccare faciat, litera tñ hoc vr̄ ſignificare.Intelligendū hoc mitius,ſ. ꝙ iſti merebantur mortem,quia nimis peccauerant, etiam merebantur non apponi ſibi gratiā Dei,ita nec Deus appoſuit dando eis cor docile ad obediendum ſalutaribus monitis patris, & quia ex hoc ipſi magis mortem promeruerunt, & Deus illis inflixit, dicitur ꝙ voluit occidere eos,& ob hoc non audierunt:multi enim ſimiles modi loquendi ſunt in ſacra Scriptura nimis duri,ſic patet Ioſue c.11.ſ.Domini enim ſententia fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pugnarent ꝯ Iſrael,atq; caderent:ſed oēs iſti modi reducendi ſunt ad ſenſum mitiorem,vt ibi declaratum eſt.

Puer autem Samuel proficiebat atq; creſcebat. Fuit enim caſus filiorum Heli,& totius domus eius occaſio magnificationis Samuelis, ideo ſimul ponūtur iſta duo. Dicitur autem, quòd Samuel proficiebat, ſ.veniens quotidie de bono in melius, & creſcebat, ſ.perueniēs ad magnam excellentiam, totum autem hoc de honore, & non de ętate intelligitur. *Et placebat tam Deo quam hominibus*. Scilicet opera Samuelis erant recta, ideo omnibus erat placens. Nam Deus acceptabat eum,quia non deuiabat a cęremonijs illius, ſicut filij Heli,populus etiam diligebat illum, quia non grauabat aliquem, nec faciebat abominationē in cęremonijs Dei,ſicut filij Heli. Non habebat igitur Samuel aliquid,propter quod apud quemquam odio dignus eſſet, & iſtud eſt donum quoddam Dei, ſ.vt ipſi, qui Deum diligunt, etiam ab omnibus diligantur.

Vir Dei venit ad Heli prophetizans mala quæ ventura erant.

Venit autem vir Dei ad Heli. Hic ponitur denunciatio prophetica de malis,quæ ventura erāt ſuper Heli, & domum ſuam.

Et primo ponitur denunciatio, ſecundo denunciationis impletio infra 4.cap.Prima in duas,quia primo fit denunciatio per hominem Heli non cognitum, ſecundo per hominem ei ſubditum, ſ.per Samuelem ſeq.ca.dicitur hic primo de viro Dei veniente ad Heli,vt nunciaret ei mala domus ſuæ,quod erat dum adhuc eſſet Samuel paruulus valde,nec eſſet conueniēs eum habere ſpiritum propheticum, poſtea autē perueniente Samuele ad ętatem diſcretionis quamquā adhuc puer eſſet,fuit iterum per eum reuelatus iſte caſus.

Quis fuerit iſte vir Dei, qui venit ad Heli, & an fuerit Phinees,vel Elias. *Quæſt.* XXII.

QVAERITVR de iſto viro Dei quis fuerit. Quidam Hebręi dicunt,quòd fuit Phinees filius Eleazari.Motiuum horum eſt, quia ille erat vir Dei cum zelo eius commotus occiderit principem tribus Simeon, & Madianitidē coeuntes ſimul. Deus autem reddit ibidem teſtimonium,quòd Phinees placauerit eum, & ob hoc fecit cum eo pactum de ſacerdotio ſempiterno, Numeri cap.25. Sed iſtud non ſtat,quia Phinees non erat tūc viuens, quod patet, quia ipſe erat ſummus ſacerdos ſuccedens patri ſuo Eleazaro, & deinde omnes poſteri eius fuerunt ſacerdotes. Si autem ipſe viuens eſſet gereret ſummum ſacerdotium, ſed manifeſtum eſt, quòd nunc non erat ſacerdos magnus ipſe, ſed Heli, & multi ſacerdotes magni interciderant inter eum, & Heli, ergo non viuebat tunc, vt aliquid nunciaret Heli. Item non potuit tanto tempore viuere Phinees filius Eleazari:nam ſecundū Ioſephum lib.5. Antiquitatum oportebat,quòd eſſet Phinees pluriū,

F quàm quingentorum annorū,quando iſta facta ſunt, nam ipſe ponit ab ingreſſu Iſraelitarum in terrā Chanaan ſub Ioſue vſquequo arca capta eſt, quod fuit tēpore Heli fuiſſe annos quadringentos 76. in ingreſſu tamen in terrā Chanaan eſſet Phinees plurium, quā vigintiquatuor annorum, cum ipſe occiderit principem tribus Simeon coeūtem cum Madianitide:Numeri 25.capit.Etiam ipſe fuit princeps in bello contra Madian:Num.ca.31.& iſtud fuit pauloante quam ingrederentur Iſraelitæ in terram Chanaan,non per dimidium annum ante cum fuerit ī fine anni 44.ab exitu de Aegypto, quia iſta opera erant cordis virilis,neceſſe erat,vt ipſe,cum hæc faciebat, eſſet vir perfectus ſ.vigintiquinque annorum,aut amplius,ita vt efficiantur quingenti anni,tanto tamen tempore nemo viueret poſt diluuium.Alius autem modus inducēdi hoc eſt per numeros poſitos in ſacra Scriptura: ipſa enim pauciores annos ponit quam Ioſephus,colligentur tamē ſaltem plures quam anni 330.vitæ Phinees, quod apparet inducendo per tempora omnium iudicum.

G De ipſo enim Phinees dicendum, quòd ipſe eſſet triginta annorum, aut amplius, quando ingreſſus eſt in terram Chanaan,vt patet ex dictis: deinde accipiātur quadraginta anni quibus dicitur rexiſſe populum Ioſue,& ſunt ſeptuaginta,accipiantur poſt hoc 40. anni quibus iudicauit Hothoniel Iſraelem:Iudic.ca.3.& ſunt 110.accipiantur etiam octoginta anni, quibus ꝑfuit Aod iudex Iſrael Iudicum.c.3.& ſunt 190.deinde

H accipiantur 40.anni ſub iudice Barac,& ſub Debbora Iudic.c.5.& ſunt 230.deinde accipiantur 40. anni ſub Gedeone iudice,& erunt 270.deinde tres anni ſub Abimelech rege: Iudi.c.9.& 23. anni ſub Thola iudice. eod.ca.eruntque.296.deinde accipiantur 22. anni ſub Iair iudice Iſrael Iudic.ca.10. & fiunt 318.anni: poſtea ſecundum quoſdam accipiantur anni 18. quibus afflicti ſunt Iſraelitæ a Philiſthijm, & Ammonitis anteꝗ liberaret eos Iephte,& erunt 336.de quibus Iudi.c.10. accipiantur poſt hoc ſex anni, quibus iudicauit Iephte Galadites, eruntque 342. poſt accipiantur anni ſeptem,quibus iudicauit Abeſan Iudic.cap.12. & erunt 349.deinde accipiantur anni decem quibus iudicauit Chalon Iudicum 12.c.erūtque 359. poſt hoc accipiā-

I tur anni octo, quibus iudicauit Abdon eruntque anni 367.Iudic.ca.12.poſt hoc ſ̄m quoſdam accipiantur anni 40.quibus fuerunt Iſraelitæ ſub poteſtate & afflictione Philiſthinorum,de quibus Iudi.ca.12.& erunt anni 407.deinde accipiantur anni 20.quibus iudicauit Samſon Iudi.c.16.& erunt anni 427.poſt hoc accipiātur anni 40.quibus iudicauit Iſraelem Heli,vt patet 1. c.4. & erunt anni 467. & hoc quaſi redit ad numerū, qui prius ponebatur ſecūdum Ioſephum.

Sed dubium eſt ſolum hic de decem octo annis,de quibus Iudicum cap.10.& de quadraginta,de quibus Iudicum cap.12. an computentur iſti ſub tempore iudicum,vel non:ſi autem computentur, ita quòd non

K differant ab annis iudicū, qui ibi enarrantur deficient de ſupra poſita enumeratione quinquaginta octo anni, & manebunt anni 460. ſi autem non computētur manebunt illi,quos ante enumerauimus,& ſic qualitercunque enumeremus erunt plures quam 400. anni vitæ Phinees ſi ipſe ſuperuixiſſet vſque ad tempus Heli ſacerdotis, quando iſta dicta ſunt illi circa mortem ſuam,ſed hoc nullus concedet,vt tanto tempore viuere potuerit, ergo non fuit Phinees ſacerdos vir Dei,de quo hic dicitur.

Alij autem de Iudæis dicunt, quòd iſte vir Dei fuit Elias:fundamentum eorum eſt,quia ipſe vocatur homo Dei inf.4. lib.c.1.vbi quinquagenarij regis Ochozię vocabāt eum hominem Dei,& hic dicitur, quòd venit vir Dei ad Heli.

Sed

Sed dicendum est, ꝙ non potest stare, quia de Elia solum legitur sub rege Israel, qui dicitur Achab, & sub Ioram rege Iuda: tempore. n. horum raptus est ipse in cęlum, & tempore horum prædicauit, vt colligit. ǯ. in fine tertij libri, & principio quarti vsque ad ca. 3. si tamen Elias viueret tpe Heli sest in cęlum adquartorum annorũ esset, qm̃ raptus acerdotis valde multam ætatem ad quam nemo poterat illis tpibus peruenire, nec in sæculis præcedentibus post diluuium, quod patet, quia si Elias hoc prædixisset, esset ad minus annorum. 20. vel quasi, qñ ista diceret, & quia nõ immediatè completa sunt, cum postea iterum ea p̄di xerit Samuel, forte transirent anni 10. aut amplius a tempore, quo prædixit ista vir Dei vsque ad consummationem eorum & mortem Heli: ita ut tunc esset iste Elias ad minus. 30. annorum: accipiantur postea anni 40. qui computantur sub Samuele, & sub Saule accipiendo tempus vtriusque siue illud, in quo simul ambo dominabantur, siue illud, in quo Samuel sine Saule, & Saul sine Samuele præfuerunt, & erunt anni 70. deinde accipiantur anni 40. quibus regnauit Dauid. ǯ. 3. lib. cap. 2. & erunt 110. post hoc accipiantur 40. anni regni Salomonis. ǯ. 3. lib. ca. 12. & erunt 150. postea accipiantur. 17. anni, quibus regnauit Roboã filius Salomonis. 2. Paralip. cap. 11. & 12. & erunt anni 167. deinde accipiantur anni tres, quibus regnauit Abias. 2. Paralipom. cap. 13. & erunt anni 170. postea accipiantur anni 41. regni Asa. 2. Paralip. 16. cap. & erunt anni 211. postea accipiantur anni 25. regni Iosaphat. 2. Paralip. 17. cap. & sunt anni 236. postea accipiantur anni octo regis Ioram. 1. Paralipom. c. 21. & sunt anni 244. tempore autem huius Ioram raptus est in cęlum Elias, vt dictum est. Si igitur fuisset Elias vir Dei, qui prædixit ista Heli sacerdoti, esset plurium quàm 240. annorum, quando raptus est: sed nullus hominum ad tantam, tunc accedebat ætatem, nec ad medietatem illius: erat tamen adhuc Elias vir fortis paulo tempore antequam raperetur, quia ipse iugulauit. 400. prophetas Baal, infra 3. lib. cap. 18. ideo non erat magnæ ætatis, & sic nõ potuit esse Elias iste vir Dei. Dicendum igitur, ꝙ iste vir Dei fuerit aliquis propheta in sacra scriptura incognitus: eo ꝙ pauca prophetauit, & nõ habetur de eo aliqua historia. Vel magis dicendum est, ꝙ iste fuerit aliquis angelus veniens in effigie viri ad Heli, vocatur autem vir Dei, q̃a a Deo missus erat, & quia in figura viri apparuit, dicitur vir: sic patet de angelo, q apparuit uxori Manue, & matri Samsonis, & illa dixit vir Dei venit ad me, & iterum dicitur obsecro domine, vt vir Dei, quem mi sisti veniat iterum: Iudi. 13. c. sic etiam apparuit Gedeoni angelus domini in figura viri: Iudic. cap. 6. & hoc est verisimilius, quia in tempore illo non erant prophetæ, cum dicatur sequenti ca. quòd in diebus illis sermo dñi erat p̄ciosus, & visio nõ erat manifesta.

Quare Deus iterum per Samuelem nunciauit Heli mala, quæ prius per Angelum nunciauerat.
Quæst. XXIII.

QVAERET aliquis cum Deus miserit hic angelum, seu virum ad Heli, qui ei nunciaret mala, quæ futura erant super domum suam, quare postea reuelatum est hoc iterum per Samuelem?

Aliquis poterit respondere, ꝙ hoc fuit ad confirmationem prophetiæ Samuelis: prophetauit enim Samuel, cum adhuc esset paruulus, vt patet sequenti capitu. & quia dubitaretur ab aliquibus de prophetia sua, præposuit Deus quoddam confirmatiuum, scilicet quòd ea, quæ reuelaturus erat Deus per Samuelem reuelauit primo per angelũ suum, & q̃a ista

A incognita erant, scilicet cum soli Heli reuelata essent per angelum, & postea illa declarauit Samuel nõ audiens ab aliquo viro: manifestum est, quòd intelligeretur Samuelem verũ dicere ex spiritu prophetico, quod aliqualiter rationabile videtur: forte autem dici poterit conuenientius, quòd vir Dei cum prædixit ista, quæ habentur hic Heli dixit ea comminatoriè: ita quòd si filij Heli cõuersi fuissent ab iniquitate sua, non fuisset eis inflicta pęna, quæ habetur hic. Cum autem permanserint post hoc magno tempore in vitijs suis, promeruerunt vt totaliter delerentur: & tũc certissimè pręnunciauit Samuel destructionem domus Heli.

Aliter adhuc dici potest, scilicet, quòd Deus sępe commonebat Heli, & filios eius, vt a malo recederẽt (Alia r̃nsio.)
B pęnarum comminatione, & ob hoc misit prius virũ Dei, de quo hic: & deinde Samuelem, & vtriusque prænunciatio fuit comminatiua, ita quòd non infligeretur pęna filijs Heli si immediatè vt Samuel ista prędixit, ipsi fuissent conuersi, sed quia non fuerunt moti per hæc, completa sunt in eis verba vtriusque prophetiæ: & iste modus vltimus videtur cõuenientior, quia sępe Deus mittebat prophetas ad populum Israel pręnunciantes pęnalitates futuras, non quidem determinatè, sed comminatoriè, ita vt si cõuerterentur nihil horum fuisset inflictum, sed quia nõ cõuersi sunt, impletę sunt poenæ denunciatæ. De hoc infra 4. lib. 17. cap. *Hæc dicit Dominus nunquid non apertè reuelatus sum?* Cum Deus intendat hic prænunciare Heli
C destructionem domus suæ præponit beneficia collata toti progeniei Aaron, & Leui: & hoc ad duo. Primum est ad improperãdum impensa beneficia, quia cum Deus eis specialiter benefecerit, debebant eum specialiter colere, sed ipsi magis illum ad iracundiam prouocabant, ideo indigni erant beneficijs impensis. Secundum erat ad excusandum promissionem suã antiquam: dixerat enim quòd isti ministrarent in æternum, qui nunc ministrabant, & semper in tribu illa, & familia maneret officium sacerdotale: nunc autem dicit quòd non sic erit, sed si omnes de tribu ista peccauerint, & nõ honorificauerint Dominum, ipse quoque non honorabit eos auferendo ab illis di-
D gnitatem sacerdotalem. Ideo dicit nunquid nõ aperte reuelatus sum, idest nunquid non manifestaui me huic tribui, & familiæ sacerdotum reuelãdo ei secreta mea, & dando eis maiora beneficia? pertinet enim reuelatio ad duo. Primo ad intellectum, & quantum ad hoc dicitur Deus se reuelare alicui quando ipse repręsentat secreta sua, & hoc pertinet ad prophetas, (Reuelatio pertinet ad duo.) sic fuerunt quidam de tribu Leui sicut Moyses fuit maximus prophetarũ: Aaron quoque propheta fuit, quia Deus sępe locutus est illi, vt patet Leuit. cap. 10. & 11. & Num. 18.

Alio modo accipitur reuelari quãtum ad collationem bonorum, & dicitur quòd Deus alicui se reuelat inquantum ei bona confert, & cui maiora bona confert magis se reuelat: sic etiam factum fuit in sa-
E cerdotibus: Deus enim maiora bona eis contulit q̃ reliquo populo, scilicet, quia ęis tribuit dignitatem sacerdotalem, & leuiticam, ad quam consequuntur multa iura percepta a populo, quæ non sunt in alijs tribubus, aut familijs: & hoc est aperte reuelari, idest multum. *Domui patris tui.* Idest domui Aaron: non enim potest accipi hic pro domo patris Heli, quia nõ fuit ipse in Aegypto, sed domus sacerdotalis accipit hic tanq̃ vna domus, nec etiã accipitur hic domus patris pro tota tribu leuitica; quia tunc Leui erat pater huius domus, sed non intelligitur de eo, cùm dicatur hic elegi eum mihi in sacerdotẽ, sed manifestũ est ꝙ Leui nõ fuit assumptus in sacerdotẽ, sed Aaron ante

ante quem nemo fuit sacerdos, ideo intelligitur solū de domo sacerdotali cuius pater est Aaron. *Cum esset in Aegypto in domo Pharaonis*. Prima reuelatio facta ad domum Leui fuit in Aegypto, quia ante hoc nō fuerat aliqua distinctio in tribubus, & familijs quantum ad hoc, quòd aliqua magis pertineret ad Deum quā alia, & fuit hoc in extremo tēpore, cum Israelitę exierunt de Aegypto, quia tunc reuelauit se Deus Moysi in monte Sinai iubēs, quòd iret coram Pharaone ad liberationem Iudæorum Exo.ca.3. reuelauit se etiam ipsi Aaron dicens ei, quòd iret in occursum Moysi, & iubens, quòd ambo loquerētur coram filijs Israel, & coram Pharaone: Exodi cap.4. Aaron tamen erat pater sacerdotum, ideo reuelatus est Deus ei in Aegypto. *In domo Pharaonis*. Non est sensus, quòd esset Aaron, siue domus sacerdotum in domo Pharaonis accipiendo domum proprie, quia habitabant omnes Israelitæ extra atrium Pharaonis, sed accipitur domus large pro tota Aegypto, quæ quia pertinebat ad Pharaonem, dicebatur domus eius: ideo idem est dicere, quòd esset in Aegypto, vel in domo Pharaonis.

Reuelationes seu beneficia a Deo facta domui Leui.

Et elegi eum ex omnibus tribubus filiorum Israel. Istud refertur ad patrem, & non ad domum, quia nō poterat eligi domus in sacerdotem, sed pater domus, s. Aaron cum ministratio pertineat ad personam, & non ad cōmunitatem, nō fuit autem ista electio in sacerdotem in Aegypto, sed in deserto, cum Deus iussit Moysi, vt assumeret Aaron, & filios eius in sacerdotes Exo. 29. & Leuitici 8.ca. est autem sensus, quòd Deus fecit plura beneficia sacerdotibus. Primum fuit, quòd reuelatus est patribus eorum, s. Aaron, & Moysi, & noluit reuelari alijs tribubus ad procurandum eductionem Israelitarum de Aegypto per eas, sicut per Moysen, & Aaron, in quo erat magnum beneficiū, & magnus honor. Secundum fuit, quia elegit patrem istorum in sacerdotem.

Vt ascenderet ad altare meum. Scilicet, vt iret ad ministrandum. Ponuntur hic officia sacerdotalia, ad quę eligitur aliquis, vt sacerdos: & ponitur primo de ministratione altaris, quia quamquam sint plures ministrationes sacerdotales, præcipue inter eas est ī altari, quæ autem sint ministrationes sacerdotales in veteri testamento declaratum est Numeri 8. Et dicitur de ascensione ad altare, quia altare semper erat sic dispositum vt versus illud esset ascensus, non tamen ascendebatur illuc per gradus: Exodi capit.20. scilicet. Non ascendes ad altare meū per gradus, ne reueletur turpitudo tua. Sed erat quidam alius ascensus continuus sine gradibus, de quo ibi dictum est. Intelligitur autem hoc de altari holocaustorum, quia quamquam essent duo altaria, s. holocaustorum, & thymiamatum: tamen quādocunque scriptura loquitur de altari absolute semper intelligitur de altari holocaustorū, quia illud erat præcipuum.

Vt adoleret mihi incensum. Istud potest legi subintelligendo copulam, vel sine copula, si intelligatur copula est sensus, quòd Deus elegit Aaron, vt ascenderet ad altare, & vt adoleret incensum, & tūc est sensus, quòd adolere incensum sit ponere thymiama, & pertinet ad aliud ministerium sacerdotale: si intelligatur sine copula est sensus, quòd acceptus est Aaron in sacerdotem, vt ascenderet ad altare, vt adoleret incensum, idest ad adolendum incensum, scilicet, quòd ad nihil aliud erat ascendere ad altare, nisi ad faciendum sacrificia, & illa vocantur incensum, idest res combusta, quæ incenduntur, & non incensum, idest thus, quia in isto altari holocaustorum nunquam offerebatur thus, sed solæ carnes cum libaminibus suis: & sic sacra Scriptura sepe dicit, quòd aliquæ carnes cremantur in incensum domino, idest incenduntur coram domino: sic

F patet Leui. ca.4. vterque autem sensus potest esse hic. *Et portaret Ephod coram me*. Idest dedi patri tuo Aarō, quòd portaret Ephod: hic accipitur proprie Ephod pro superhumerali, & est sensus, quòd Deus dedit Aarō, quòd esset summus sacerdos, nam vestes summorū sacerdotum, & minorum sunt distinctę: Exo. cap.28. inter vestes autem summi sacerdotis potissima est vestis, quę dicitur superhumerale, ideo ad signandū summum sacerdotem fuit expressa ista vestis, nec accipitur hic Ephod pro solo superhumerali, sed pro superhumerali, & rationali, ponitur tamen vnicum nomē, quia Ephod, & rationale erant cōiuncta, ita vt a se nullo modo separari possent: Exodi capit.28. Aliquando autem accipitur Ephod magis large, s. pro omni veG ste sacerdotali, & pro omni leuitica. De prima patet infra 22.c. cum dicitur, quòd Doeg, Idumæus trucidauit sacerdotes 85. vestitos lineo Ephod, sed manifestū est, quòd sacerdotes omnes non poterant indui superhumerali summi sacerdotis, cū vnicus esset summus sacerdos. Quòd accipiatur Ephod pro veste leuitica, apparet supra in litera, cum dicatur, quòd Samuel erat puer accinctus Ephod lineo, sed Samuel erat Leuita simplex, vt supra declaratum est, ergo non poterat indui veste sacerdotali: accipit ergo necessariò Ephod pro veste Leuitica. *Et dedi domui patris tui*. Idest omnibus sacerdotibus. *Omnia de sacrificijs Israel*. Idest omnia, quæ proueniebant de sacrificijs.

H *Iura sacrificiorum ad quos spectabant*. *Quæst. XXIIII.*

DICITVR autem de domo sacerdotum, quia ista sacrificia non pertinebant specialiter ad vnum sacerdotem sed ad omnes, quia siue pusilli, siue magni suscipiebāt de iuribus sacrificiorum immaculati etiam, & habentes maculas. Solum enim prohibebantur habentes maculam accedere ad ministrandum in aliquo iure sacerdotali, omnia tamen prouenietia sacerdotibus integre percipiebant, vt patet Leuitici cap.20. Et non solum erat hoc in masculis, sed etiam filiæ sacerdotum comedebāt de sanctificatis prouenientibus de sacrificijs, vt patet Leuitici cap.10. & Num.cap.18. s. pri-
I mitias, quas vouerint, & obtulerint filij Israel tibi dedi & filijs, ac filiabus tuis iure perpetuo: nec solum filij, & filiæ, sed etiam omnes, qui erant de familia sacerdotum poterant sumere de sanctificatis: dum tamen essent mundi: Leuiti. cap.22. principaliter tamen pertinebant ista iura ad filios, quoniam debebantur propter ministrationem, ministratio tamen in solis filijs masculis erat. Alii autem percipiebāt de iuribus sacerdotalibus non tanquam eis debita, sed quia eis licita erant in cibum.

Quæ erant hæc sacrificia. *Quæst. XXV.*

K DICITVR autem hic omnia de sacrificijs filiorum Israel, idest, quòd dederit Deus omnia, quę proueniebant de sacrificijs ipsis sacerdotibus, non est tamē intelligendum, quòd ipsi perciperent integraliter sacrificia, quia tūc nihil cremaretur coram Deo, sed percipiebant omnia iura quæcūque debebantur aliquibus hominibus de sacrificijs.

Pro quo sciendum, quòd sacrificia diuidebantur in tres partes, licet non semper, quia quantum ad aliquid pertinebant ad Deum, & quantum ad aliquid ad sacerdotes, & quantum ad aliquid ad offerentes: in holocaustis enim, quæ sunt prima sacrificia totum Deo cremabatur, quòd erat in carnibus animalis, & adipe, sola pellis proueniebat sacerdoti

immo-

immolanti: popularibus autem offerentibus nihil ꝓ-
ueniebat:de hoc Leu.cap.1.& 6.De sacrificio autem
pro peccato interdum proueniebat aliquid sacerdo-
tibus, & interdum non, scilicet quia cum offereban-
tur animalia, & de sanguine eorum introducebatur
intra tabernaculum, nihil proueniebat ad sacerdo-
tes, sed totaliter cremabantur illa animalia extra ca-
stra: Leuit. capitu. 4. Si autem de sanguine sacrificij
pro peccato nō introduceretur intra tabernaculum,
pertinebat totum ipsum animal ad sacerdotes præter
adipes, qui cremabantur in altari: popularibus au-
tem offerentibus nihil dabatur Leuit. capitulo sexto.
Si vero esset hostia pacifica adipes ꝑtinebāt ad Deū,
& pectusculum, & armus dexter ad sacerdotem fa-
cientem sacrificium,& reliquæ carnes ad offerentes:
Leuit.3. & 7. cap. & hoc modo distribuebantur sem
per iura.

Cum verò dicitur, quòd omnia de sacrificijs data
sunt sacerdotibus, intelligitur de iuribus,quæ assigna
ta sunt pertinere ad aliquem hominem,scilicet quòd
nulli alteri proueniebant aliqua iura de sacrificijs,ni-
si sacerdotibus.

Quare calce abiecisti uictimam meam? Conqueritur hic
Deus de Heli tanquam ipse fecisset iniquitatem istā:
ipse tamen non peccabat, sed filij sui, quia tamen ip-
se permisit filijs suis istud,dicitur ipse fecisse, & cum
filij Heli peccarent principaliter in duobus, scilicet in
officio sacerdotali,& quia dormiebant cum mulieri-
bus excubantibus ad ostium tabernaculi: Deus tamē
solum increpuit eum de præuaricatione in officio sa-
cerdotali, quia istud peccatum erat directe contra
Deum,vt supra declaratum est: aliud autem erat ma
gis contra proximum, & propter istud principaliter
fuerunt datæ omnes pœnæ,quæ infra habentur.Dici-
tur autem Heli calce abiecisse.i. cōculcasse victimam
Dei, scilicet quia despiciebat eam tanquam inter pe-
des conculcaret, & ista despectio erat,quia non obser
uabat in illa cæremonias a Deo iussas accipiendo a
popularibus partes sacrificij,quas ipse vellet,& come-
dendo quando vellet, vt patet supra. Et quoniam ea,
quæ erant in veteri testamento consistebant in qui-
busdam exterioribus cæremonijs, quia quantum ad
veritatem in seipsis paucam habebant vtilitatem, illi
qui despicerent cæremonias despiciebant omne, qđ
erat in veteri testamento, & dicitur hic de victima.i.
de hostia pacifica, quia filij Heli non præuaricabātur
in alio,nisi in hostia pacifica, in qua accipiebant par-
tem a popularibus, vt supra declaratum est. *Et mu-
nera mea*. Idest abiecisti munera mea. Ista est repeti-
tio eiusdem sententiæ, quoniam sacrificia sunt mu-
nera Deo oblata, & potest intelligi solum de hostia
pacifica, vt supra dicebatur, vel si voluerimus exten-
dere ad omnia alia sacrificia, & oblationes, quæ vo-
cantur munera,poterimus, sed oportet tunc, ꝙ non
solum dicamus filios Heli deliquisse circa hostiam
pacificam, sed etiam circa alia sacrificia & oblatio-
nes,supra tamen solum habetur de hostia pacifica, ꝙ
in ea delinquerent.

Quæ præcepi, vt offerrentur in templo. Idest ego præce-
pi,quòd munera offerrentur mihi in templo,scilicet
ad honorem meum: locus enim immolationis, &
oblationis alicuius sacrificij determinatus erat, scili-
cet in sanctuario, & si quis extra vellet offerre reus
erat sanguinis: Leui.cap. 17. & ponitur ista particula
ad aggrauādum delictum,scilicet ego præcepi, quòd
offerrentur sacrificia in templo determinando eis il-
lum locum, quasi specialiter pertineret ad hono-
rem meum: tu autem abiecisti illa, & conculcasti
præuaricando cæremonias: ideo magnum est de-
lictum tuum. *Et magis honorasti filios tuos quàm me.*

A In hoc consistit propriè delictum Heli: ipse enim nō
delinquebat in officio sacerdotali, quia iam non mi-
nistrabat,cum senex esset, & caligassent oculi eius,vt
patet sequen.cap.sed duo filij eius fungebantur: Phi-
nees autē pro patre fungebatur summo sacerdotio,
vt ait Iosephus 5.lib. Antiquitatum: sed fuit peccatū
Heli, quia cum debuerit filios suos corrigere effica-
citer,non correxit, dicitur autem honorasse magis fi-
lios quàm Deū,quia illum plus honoramus,pro quo
plura agimus,sed Heli ꝓ filijs suis fuit aduersus Deū,
& non fuit aduersus filios suos pro Deo: ergo magis
honorauit filios: patet hoc quia præuaricatio cære-
moniarum per filios Heli erat contra Deum: ergo
debuisset fortiter Heli increpare filios suos, sed cum
B leuiter eis proposuisset mala, quæ faciebant, vlterius
non curauit, & hoc quia videbatur sibi graui tædio
afficere filios suos: & hoc erat honorare eos plusquā
Deum.

Vt comederetis primitias omnis sacrificij Israel populi mei.
Accipitur & hic vt, dicens consecutionem: & non
causam finalem, s. quia Heli non honorauit filios ad
hoc, vt comederent primitias sacrificij; quia tunc in-
tētio Heli esset nequissima, & ipse peccasset grauius
quàm filij sui,sed est sensus,vt comederetis primitias,
idest vt comedistis primitias sacrificij. Refertur etiā
hoc ad Heli, quia quamquam ipse non ministraret,
comedebat tamē de iuribus sacerdotalibus,quæ pro-
ueniebant filijs suis: etiam de illis, quę illicitè acqui-
sita erant præuaricatis cæremonijs. Dicitur autem ꝙ
C comedebant primitias quod intelligitur dupliciter,
quia primitię duo signant. Primo modo primitiæ di-
cuntur secundum prioritatem temporis. Alio mo-
do secundum prioritatem dignitatis: quantū ad pri-
mum dicebātur isti accipere primitias, quia antequā
daretur Deo aliqua pars animalis cremando adipes
isti accipiebāt partes suas,vt patet supra: vnde in hoc
nimis conquerebantur Israelitæ de sacerdotibus: nā
cum peteret puer sacerdotis carnem crudam pro sa-
cerdote, dicebat immolans, incendatur primū iuxta
morē hodie adeps,& tolle tibi quantumcunque desi
derat anima tua: qui respondebat,nequaquam: nūc
enim dabis mihi,alioquin tollam vi. Erat igitur ma-
D gna præuaricatio, quia prius sacerdotes accipiebant
pro seipsis, quàm darēt aliquid Deo, & istæ sunt pri-
mitiæ.

Quo filij Heli comedebant omnes primitias.

Alio modo dicuntur primitiæ, vt important prio-
ritatem dignitatis,scilicet, quòd sacerdotes comede-
bant primitias sacrificij, idest id quod melius erat in
toto sacrificio: hoc patet supra quoniam puer sacer-
dotis veniebat ad offerentem portās fuscinulam tri-
dentem in manu, quam mittebat in caldariam, vel
ollam, & quodcunque leuaret fuscinula tollebat sibi
puer: & sic poterat eligere quidquid vellet, quæ au-
tem electa sunt,dicuntur primitiæ sicut aurum,& ar-
gentum quando eliguntur vocantur primitiæ: Exo.
cap.25. vbi iussit Deus separari sibi primitias: dicitur
etiam quòd comedebant primitias omnis sacrificij,
E idest de omni sacrificio pacifico: nam in alijs non le-
gitur: etiam declaratur hoc,quia dicitur istud sacrifi-
cium populi. In omnia autem tria nullum erat, ꝙ
vocaretur propriè sacrificium populi nisi pacificum,
quia de isto maxima pars pertinebat ad populum,sci-
licet ad offerentes: de alijs autem nihil pertinebat ad
eos,vt supra declaratum est.

Propterea ait Dominus Deus Israel. Supra ponebatur
iniquitas filiorum Heli. Hic ponitur pęnalitas, scili-
cet, quia fecisti ista supradicta permittendo filios
tuos peccare,ego delebo domum tuam. Quia enim
peccauit Heli & filij sui, tota domus perijt. Si ve-
rò peccassent filij solum, forte super eos venisset tri-

bulatio,

bulatio, & non periisset domus Heli tota, ipse tamen peccauit, licet non tantum quantum filij, vnde & ipse perijt morte acerbissima infra capitu. 4. *Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo.* Idest ego determinaueram, quòd omnes posteri tui, & patris tui ministrarent semper coram me in sacerdotio, sed nūc non erit sic, vt patet ÿ.

Quomodo intelligitur, quòd promissum est domui Heli, & domui patris eius, vt ministrarent in æternum.
Quæst. XXVI.

ISTA litera a quibusdam dupliciter exponitur, quia dicitur ibi domus patris tui. Potest enim accipi pater Heli ꝓ vero, & immediato patre eius, vel potest accipi pro Aaron, qui fuit pater omnium sacerdotum, & Heli potest vocari filius eius. Primo modo est sensus, quòd Deus promiserit, quòd filii patris Heli, & filii ipsius Heli ministraret coram Deo semper. Secundo modo est sensus, quòd Deus promisit, ꝙ domus Heli, & domus Aaron, quæ erat domus patris Heli ministraret semper. Istum secundum sensum dicunt quidam esse veriorem, quia dicitur hic, quòd Deus locutus fuerit, idest promiserat, vel determinauerat, quòd domus patris Heli ministraret, & tamen si non intelligatur de Aaron, non reperietur, quòd Deus hoc determinauerit, de Aaron etiam, & filijs suis patet, quòd Deus dederit eis sacerdotium, & iura sacerdotii in ęternum. Numeri cap. 17. Similiter fuit promissum hoc nepoti eius Phinees, quia occidit principem tribus Simeon cum Madianitide: Numeri capitu. 25. non erat tamen Heli de stirpe Phinees, sed de stirpe Ithamar, vt infra declarabitur, ideo nō reperietur domus alicuius patris sui, vel progenitoris, cui facta fuerit ista promissio vsque ad Aaron, & sic dicunt intelligi de Aaron.

Sed nō stat iste sensus, quia hic dicitur, quòd Deus determinauerat, quòd domus Heli, & domus patris sui ministraret coram eo, sed nunc nō erit sic, si ergo intelligeretur domus patris Heli, idest domus Aarō, necesse esset, vt a domo Aaron transiret sacerdotiū, sed falsum est, quia nunquam trāsiuit. Item patet hoc quia infra dicitur ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua. Ergo pręcisa fuit domus patris Heli, sed non fuit hoc in domo Aaron, quia semper mansit, ergo non vocatur ipse hic pater. Item non stat ratio istorum, s. quia non legitur facta promissio alicui progenitori Heli, nisi Aaron, nam etiam si non legatur alibi legitur hic, & satis nobis est, quòd hic dicatur. Etiam necesse est, quòd non reperiatur de omnibus istis scriptum alibi, quia non solum dicitur hic, ꝙ Deus determinauit de domo patris Heli, quòd ministraret, sed etiam de domo Heli, quamquam ergo reperiatur de domo Aaron, qui vocaretur pater Heli, tamen de domo Heli nō reperietur alibi, quòd fuerit facta promissio, ideo non oportet, quòd exponatur litera ista de domo Aaron, sed necesse est exponi de patre Heli immediato, & vocat domus patris Heli ipse Heli cum patribus suis, vocatur etiā domus Heli oēs posteri Heli, & his promisit Deus, ꝙ daret ministrationem, quia ante tps Heli sacerdotis sacerdotes magni erant de stirpe Phinees filii Eleazari, qa Deus promiserat summū sacerdotium Phinees, & filijs eius in ęternū: tpe autem Heli, cum iā essent aliquot sacerdotes magni de stirpe Phinees fecit Deus transire sacerdotiū magnum ad domum Ithamar, & hoc fuit in Heli: ipse.n. primo ministrauit de genere Ithamar: ꝑo stea autem ministrauerunt filii sui in summo sacerdotio vsque ad tempus Salomonis, cum erat sacerdos

F Abiatar de stirpe Heli, & amouit eum Salomon faciens sacerdotem Sadoc de genere Phinees filij Eleazari. De hoc infra 3. libro cap. 2. Quòd autem primus de sacerdotibus summis de stirpe Ithamar fuerit Heli declarat Iosephus. 8. libro Antiquitatum: & hoc significat litera ista, scilicet, quòd Deus promisit domui patris Heli, vt ministraret: pater autem Heli non computatur in ista domo, sed filij ipsius, ideo in Heli, vel in fratribus suis incępit ista promissio, & sic stat ista litera, scilicet, quòd Deus promiserat de domo Heli, & patris sui, ꝙ ministraret coram eo: & tñ iam non manebit, sed trāsibit ad aliam domū, s. ad Sadoc. *Ministraret in conspectu meo in sempiternum.* Ista ministratio intelligitur de summo sacerdotio, nam quan-
G tum ad sacerdotium minoris gradus non fuit facta aliqua promissio, nec mutatio, quia ante Heli omnes de stirpe Ithamar, de qua ipse erat, ministrabant in sacerdotio minoris gradus, & postea semper ministrauerunt: sed sacerdotium magnum nunquam fuit in stirpe Ithamar vsque ad Heli, & non permansit in ea, nisi vsque ad Abiathar tempore Salomonis, & de isto sacerdotio fuit facta promissio, & in isto est mutatio.

Promissiones Dei in æternum quomodo intelliguntur.
Quæst. XXVII.

DICITVR autem, quòd ministraret in ęternum domus Heli: sed postea non ministra-
H uit, eo quòd istę promissiones Dei quamquam absolute fiant, tamen semper intelliguntur cum conditione, scilicet, si permāserint in eodem statu illi, quibus fit promissio, & sicut est de bonis promissis, ita est de malis: sic patet Iere. c. 18. s. Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, vt destruam & perdam illud. Si pęnitentiā egerit gēs illa a malo suo, agam & ego pęnitentiam super malo, quod cogitaui facere ei, & iterū subito loquar de gente, & regno, vt ędificem, & plātem illud: si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam pęnitentiam agam super bono, quòd locutus sum, vt facerem ei: sic enim fuit circa domū Heli, quia si filij eius fuissent recti corde coram Deo permansisset sacerdo-
I tium magnum semper in illis, quia tamē aduersi sunt perijt sacerdotium de domo ipsorum. *Nunc autem dicit dominus, absit hoc a me.* Idest nullo modo seruabo hoc s. dimittēdo sacerdotium in domo Heli propter promissionem factam; hoc verum est, quia ista promissio intelligebatur secundum conditionem, si tamē Deus promisisset simpliciter intendens sic obseruare, nunquam perijsset sacerdotium de domo Heli quamquā filij sui multum delinquerent, sicut fuit in multis alijs promissionibus, quæ propter peccata non impeditæ sunt. De mutatione autem promissionum, & quādo fiant secundam certam Dei sententiam, & quando cum conditione intellecta vel sm statum rerum, de-
K claratum est satis Nu. c. 23. *Sed quicunq; glorificauerit me, glorificabo eum.* Quasi dicat ꝑp promissionem factam non ero alligatus ad semp bene faciendū vni domui, sed mutabo sicut videro, s. vbicunq; inuenero glorificantes me, glorificabo illos, & si illi rursus non glorificauerint me, ego nō honorabo eos, sed quęram alios me honorantes. Intelligitur autem ista glorificatio de summo sacerdotio: Deus enim glorificabatur ab Israelitis, inquantum ipsi ministrabant ei in corde perfecto sm cęremonias legis, ipse aūt glorificabat eos, s. dādo eis magnum honorē, huiusmodi erat summū sacerdotium, nullus erat enim maior honor, & redituum abundantia in toto Israel, q̄ esse summū sacerdotem, vt satis declaratū est Nume. cap. 25. Postea autem fuit principatus regalis institutus, qui erat maior prin-

principatu sacerdotali: & tamen tunc erant sacerdotes magni, quasi pares regibus, cum acciperent filias Regum in vxores: sicut patet de sacerdote magno Ioiada, qui accepit Iosabam filiam regis Ioram in vxorem. ȝ. lib. 4. capitu. 11. Est igitur sensus ego promisi summum sacerdotium esse in domo tua: sed nunc quia non honorasti me, ego dabo illud alteri honoranti me, & ipse erit honoratus habendo summum sacerdotium. *Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Idest, qui non honorant me erunt abiecti scilicet priuati honore summi sacerdotij, & sic fuit domus Heli: quoniam postea deuenit ad magnam abiectionem, cum nullus de illa esset princeps sacerdotum: sed erant sacerdotes simplices.

Ecce dies veniunt. Idest tempus in quo ego complebo ista, quæ dico non esse longe, sed iam venit: modico enim tempore post duo filii Heli iuerunt ad bellũ & mortui sunt simul, & Heli corruens de sella expirauit. ȝ. 4. cap. Et ibi cępit destructio domus Heli: postea autem consummata est tempore Saulis, & maxime tempore Salomonis.

Et præcidam brachium tuum, & brachiũ domus patris tui. Idest destruam domum tuam, vt non maneat: erat enim ista pręcisio quantum ad duo.

Præcisum esse brachium Heli quo ad secundum. Quæst. XXVIII.

PRIMO quantum ad ablationem sacerdotii. Secundo quantum ad occisionẽ posterorũ Heli. De primo patet, quoniam non mansit sacerdotium in domo Heli semper, sed post mortem filiorum suorum. s. Ophni, & Phinees successit Achitob: uiuente enim Heli sacerdote in senectute ministrabat filius eiꝰ Phinees, vt ait Iosephus. 5. libro Antiquitatum. Post hunc fuit sacerdos Achitob pater Achimelech. ȝ. 22. c. deinde successit Achimelech: hunc autem cum tota domo sua. s. cum. 85. viris sacerdotibus vestitis Ephod occidit Saul ꝓpter Dauid. ȝ. capit. 22. Iosephus autem dicit eos fuisse plures. s. 305. viros. lib. 6. Antiquitatum, & accidisse destructionem illã propter peccata Ophni, & Phinees: relictus est autem vnicus de hac stirpe. s. Abiathar, ꝗ confugit ad Dauid. ȝ. 22. capitu. qui fuit cum Dauid omni tempore: sed postea cum appropinquaret Dauid morti, & Adonias filius eius voluisset accipere regnum, fuit de complicibus eius Abiathar: Salomon, autem, qui tunc rex a patre institutus est, uolebat occidere Abiathar: sed dixit ei vade in Anatoth ad agrũ tuum: es quidem uir mortis: sed hodie non te interficiam, quia portasti arcam domini coram Dauid patre meo, & sustinuisti laborem in omnibus, in quibꝰ sustinuit pater meus: tunc autem summum sacerdotium datum est totaliter Sadoc sacerdoti, ipse enim erat de stirpe Phinees, & Eleazari, ut primo Paralip. capitu. 24. & iam vltra non fuit sacerdos de stirpe Ithamar, atque completa fuit pręnunciatio, quæ habetur hic. sic patet. ȝ. 3. lib. cap. 2. scilicet eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset sacerdos Dei, vt impleretur sermo domini quem locutus est super domum Heli in Silo. Secundum est quantum ad occisionẽ posterorũ. s. ꝗ omnes de genere Heli occisi sunt: non enim mansit, nisi Abiathar, quãdo occidit illos Saul. ȝ. capit. 22. & hoc significatur. ȝ. s. magna pars domus tuæ morietur cum ad virilem ætatem venerit.

Considerandum vlterius, ꝗ Heli non erat de genere Phinees, & Eleazari, ĩ qua domo Deus dixerat, ꝗ maneret sacerdotium in æternum, sed erat de stirpe Ithamar, ad quam non pertinebat summum sacerdotium: nam illud manere debebat in linea primogenitorum, sed primogenitus Aaron de duobus, qui relicti fuerunt erat Eleazarus: potissime, quia filio eius Phinees promissum fuit summum sacerdotium vsque in æternum. Num. 25. capit. transiuit tamen ad stirpem Ithamar aliquanto tempore, & hoc fuit, quã do habuit illud Heli: ꝗ autem esset Heli de stirpe Ithamar, patet quia Abiathar erat de stirpe illius, ut patet ȝ. tertio libro capitulo secundo.

Cum dicitur, ꝗ eiecto Abiathar de summo sacerdotio completus est sermo domini, qui fuerat factus super domum Heli: si tamen non fuisset Abiathar de filiis Heli non esset completus sermo domini propter abiectionem eius de summo sacerdotio, ꝗ vero Abiathar esset de stirpe Ithamar, apparet primo Paralipom. 24. ca ubi Dauid instituit duos principes sacerdotum. s. Sadoc de stirpe Eleazari, & Abiathar de stirpe Ithamar, Heli erat de stirpe Ithamar.

Quomodo pactum Dei cum Phinees seruatum est de dando ei sacerdotium in æternum, cum transierit ad domum Heli. Quæst. XXIX.

QVAERETVR circa hoc quomodo pactũ, ꝗ Deus fecit cum Phinees de dando ei sacerdotium sempiternum potest stare cũ transierit ad domum Heli.

Aliqui enim instabant ad hoc dicentes, ꝗ transierit summum sacerdotium ad Samuelem, qui non erat de stirpe Eleazari, & Phinees: sed ad hoc respõsũ est Numeri capitulo 25. ꝗ non fuit summus sacerdos Samuel, ideo nec fuit de minoribus sacerdotibꝰ.

Restat autem maius dubium de Heli, qui summꝰ sacerdos erat, & filii eius post eum: tamen non erat de hac stirpe, vt probatum est. In quo aliqui errauerunt existimantes Heli esse de progenie Phinees: iõ solum arguebant de Samuele.

Sed dicendum est, ꝗ Deus promisit summum sacerdotium in domo Phinees in æternum, & sic obseruatum est: nam vsque ad tempora Machabęorũ, ꝗ fuerunt non multo tempore ante Christi natiuitatẽ fuerunt semper sacerdotes de stirpe Phinees: sic. n. dixit Mathatias pater Machabęorum, ꝗ Phinees pater eorum propter zelum legis accepit sacerdotium eternum primo Machabeorum capitulo, secundo. Postea etiam vsque ad destructionem Ierusalem, in qua consummatus est status iudaicus manserunt sẽper sacerdotes de eadem stirpe, ut patet ex processu librorum Iosephi in antiquitatibus. Solum autem fuit paruum tempus, in quo cessauit summum sacerdotium de domo Phinees, & transiuit ad domum Ithamar: fuit enim principium huius in Heli sacerdote, & durauit vsque ad Abiathar, in quo tempore videntur fuisse quinque summi sacerdotes de stirpe Ithamar. Primus fuit Heli: deinde Phinees filius eius, qui in senectute patris accepit summum sacerdotiũ, vt ait Iosephus, postea Achitob filius Phinees: deinde Achimelech, postea uero Abiathar filiꝰ eius, quẽ amouit Salomon a sacerdotio. ȝ. lib. 3. capitu. secundo. Causa autem quare fuerit mutatum summum sacerdotium de domo Phinees a domo Ithamar nõ apparet in sacra scriptura, vel in historiis Iosephi, vel aliorũ chronographorum, satis tamẽ videtur, quod fuerit propter aliquod peccatum sacerdotum de domo Phinees, nam istæ mutationes nunquam fiebant sine meritis: & sicut nunc postquam semel sacerdotium datum est domui Heli nõ fuisset facta mutatio sine meritis, sic. n. dicit Deus hic, ꝗ ꝓ filios Heli trãsferet ad alteram domum, ita ergo credẽdum est, ꝗ fuerit in translatione de domo Phinees ad domum Ithamar.

Quis

Quis ordo fuit in successione summorum pontificum. Quæst. XXX.

QVAERETVR vlterius de ordine sacerdotum sūmorū. s.quō sibi successerint tā de domo Phinees,quam de domo Ithamar. Respondendum est, ꝙ primus summorum sacerdotum fuit Aaron,quem cōsecrauit Moyses Exod.capitulo 29.Leuit. 8. Hoc autem mortuo ī deserto anno.40.de Aegypto.s.quasi annis. 39. post consecrationem suam: Numeri capitul. 33.successit ei filius suus Eleazarus,qui consecratus est in monte Hor circa terram Edom:Nume.ca.20.

Iste autem introiuit in terram Chanaan cum Iosue , & vixit ibi magno tpe, cui successit filius eius Phinees, Iosue capitulo vlti. Nam promissum fuerat summum sacerdotium illi:Num.cap. 25.

Post hunc fuit sacerdos Abisue filius eius, deinde Bocci, deinde Ozi , deinde Zacharias, postea Meraioth.Alio aūt nomine vocatur Ioseph.De nominibus horum sacerdotum patet primo Paralipomenō capitulo 6.

In hoc vero mutatum fuit sacerdotium ad domū Ithamar,& accepit illud Heli,cui successerunt posteri sui vsque ad Abiathar, scilicet Phinees, Achitob, Achimelech,Abiathar.Tempore autem quo fuerūt isti quinque sacerdotes de domo Ithamar,caruerunt sacerdotio alii quinque de stirpe Phinees.s.Vocar filius Ioseph summi sacerdotis postea Ioatham, deinde Meraioth,postea Asophi,deinde Achitob , q̄ fuit pater Sadoc.De hoc Iosephus lib.8. antiquitatum . Sadoc autem factus est sacerdos magn⁹ tempore Dauid,sed fuerunt tunc duo summi sacerdotes scilicet Sadoc de domo Eleazar,& Abiathar de domo Ithamar:primo Paralipom.c.24.

Sic autem instituerat Dauid,vt semper maneret, sed Salomon filius eius priuauit Abiathar sacerdotio post mortem Dauid.ꝫ.tertio lib.cap.2.

Etiam vlterius semper erat sacerdos magnus vnicus,& ille erat de domo Sadoc de stirpe Phinees.fuerunt autem isti per ordinem suum vsque ad transmigrationem Babylonis,quorum nomina habētur primo Paralipom.capitulo 6.

Et ponuntur ibi.13. sacerdotes, quorum vltimus fuit Iosedech,qui translatus est in Babylonem:Iosephus tamen lib.decimo antiquitatum ponit 16.

Et forte hoc fuit, quia sacra scriptura reliquit aliquos non numeratos:nomina autem illorum, quos ponit Iosephus non sunt totaliter eadem eis,quæ habentur primo Paralipom.cap.6.

Sunt autem hęc Sadoc, Achimaas,Zacharias,Iorā Axioramus,Phidea,Subdeas, Hillus,Ioatham,Vrias Verias,Odeas,Salomi,Helchias,Sarath,Iosedech:ista nomina ex aliqua parte concordant cum eis,quæ habentur primo Paralip.cap.6.

Iosephus tamen minus curauit obseruare formā hebręam,quam Hieronymus in translatione nostra ideo in quibusdam nominibus quædam literę mutatæ sunt.

Alia autem totaliter sunt diuersa, ꝙ accidit, quoniam in sacra scriptura eadem res sæpe multis nominibus appellatur. Iste est ordo sacerdotum magnorum a principio veteris testamenti vsque ad captiuitatem Babylonicam, de ordine autem sacerdotum vsque ad destructionem Iudeorum per Romanos,a reditu de captiuitate Babylonica non habetur ita manifeste in sacra scriptura:sed inf. 22. declarabitur partim ex sacra scriptura, & partim ex libris Iosephi: & magis de hoc 1.Paral.6.c.dicetur.

Sciēdum,ꝙ cum dicitur hic, ꝙ scindetur brachiū

F Heli,& brachium domus patris eius idē significatur nā Heli erat domus patris sui, quia ipse,& alii fratres faciebant domum paternam.

Cum vero ablatum est summum sacerdotium de filiis Heli,brachium eius idest potestas,& honor ablata sunt, tam de domo eius, quam de domo patris sui.

Vt non sit senex in domo tua. Idest ego faciam, ꝙ nō maneat aliquis senex in omnibus posteris tuis, quod intelligitur dupliciter:vno modo,ꝙ senex accipiatur secundum ętatem,& tunc est sensus,ꝙ posteritas Heli saltem in magno tempore scilicet vsquequo fuit consummata ista pœnalitas in Abiathar moreretur in ætate iuuenili, sic patet de duobus filiis Heli, qui mortui sunt in bello. infra quarto capitulo.
G Et tamen illi erant iuuenes. Etiam patet, quoniam Saul occidit omnes de cognatione Achimelech sacerdotis magni,qui erat de posteritate Heli: de quo, infra capit.22.

Illi enim iuuenes erant, & hoc significatur infra cum dicitur:& pars magna domus tuę morietur, cū ad virilem ætatem venerit . Alio modo potest sumi senex secundum dignitatem, & sic dicuntur seniores illi,qui sunt maioris prudentiæ,& honoris in populo,& tunc est sensus,ꝙ non erit senex in domo Heli,idest non manebit aliquis summus sacerdos de
H stirpe illius:sic enim factum est.Nam post Abiathar in quo ista consummata sunt, non fuit aliquis sacerdos summus de stirpe Heli, sed omnes de domo Sadoc,quia erat de filiis Phinees. Hic tamen accipitur primo modo scilicet, ꝙ morerentur posteri Heli in iuuentute.

Et uidebis æmulum tuum in templo. Aemulus dicitur esse inuidus ab ęmulando idest inuidendo: accipitur autem hic pro illo,qui contendit super rem illam, q̄ alius habere vult: & isti proprie vocantur competitores.

Conuenit autem ęmulatio, vel inuidia competitoribus,quia ipsi in alterutrū inuident. Aemulus autē Heli erat Sadoc,sacerdos. Vocantur autem isti æmuli,quia ambo contendebant ad eandem rem.

I Nam Abiathar, q̄ erat de stirpe Heli, erat summ⁹ sacerdos simul cum Sadoc,vtrunque enim ordinauerat Dauid simul principē, unum de domo Ithamar, & alium de domo Eleazar.Primo Paral. c.24.

Erat autem pęna magna Heli,& posteritati suę,ꝙ prius habuissent ipsi summum sacerdotium,& deinde viderent translatum ad alios. Cum autem dicit, ꝙ videret ęmulum suum non intelligitur de ipso Heli in persona sua, quia nunquam fuit ei aliquis ęmulus usque ad tempus Sadoc, ad quem primo rediit sacerdotium in domo Eleazari, sed inter mortem Heli,& constitutionem Sadoc in summum sacerdotem transierunt. 80.anni. Nam post mortem Heli Samuel,& Saul prefuerunt quadraginta annis, ut cōmuniter computatur, postea autem Dauid regnauit
K aliis quadraginta.de annis Saul,& Samuelis,patet Actuum capitulo decimotertio: de annis Dauid patet infra tertio libro capitulo secundo .sed sacerdotium datum est Sadoc per Salomonem mortuo Dauid,ut patet præallega.capitulo, quamquam ante mortem Dauid Sadoc erat sacerdos summus, sed non solus, quia erat cum eo Abiathar,primo Paralipomenō capitulo 24.non uidit igitur hoc Heli, sed vidit posteritas sua,qua uidente dicitur uidere Heli. Nam pater manet in filiis iuxta illud Ecclesiastici capitulo 30. Scilicet mortuus est pater eius,& non est mortuus, reliquit enim filium similem sibi.

In uniuersis prosperis Israel. Idest ęmulus tuus Sadoc erit in tēplo in summo sacerdotio, & habebit omnia

nia prospera Israel scilicet maximos honores, & maximos redditus in toto populo, qui sunt prosperitates temporales. Non enim erat in toto Israel aliquis honor maior, vel redditus, quã esse summum sacerdotem præter honorem regalem, vt declaratum est Num. c. 25.

Et non erit senex in domo tua omnibus diebus. Idest nunquam erit senex in tota posteritate tua.

icolaum fellit. Nicolaus exponit hoc de senectute secundum ętatem, sed non consonat veritati: supra enim cum dicebatur, ut non sit senex in domo tua, poterat exponi de hoc, quia antequam compleretur totaliter ista prophetia tempore Abiathar sacerdotis moriebantur filii, & nepotes Heli in iuuenili ętate, consummata tamen ista prophetia non manebat aliqua pęna corporalis domui Heli, sed solum in priuatione summi sacerdotii, ideo litera superior, quæ poterat intelligi a tempore huius prenunciationis vsque ad tempus completionis eius in Abiathar, potest exponi de senectute secũdum ętatem, quia ante illam moriebantur posteri Heli, ut patet in filiis eius. infra capitulo quarto. Et in nepotibus, & pronepotibus eius infra capitu. vigesimo secundo. Ista tamen litera non solum est exponenda vsque ad tempus illud, sed etiam pro omni tempore post, cum dicatur, ꝙ non erit senex ĩ domo tua omnibus diebus. accipiendum est ergo hoc de senectute, vt importat honorem, & dignitatem scilicet non erit senex in domo tua omnibus diebus idest iam nunquam erit aliquis summus sacerdos de stirpe tua, qui uocatᷓ senex idest honorabilis, & hoc verum est, quia semper fuerunt sacerdotes postea de stirpe Sadoc, vt declaratum fuit præcedenti quæstione supra vsque ad Babylonicam captiuitatem, & etiã nunquam fuerunt ex eo tempore vsque ad mortem Christi, vt declarabitur infra 22. capitulo, & primo Paralipomenon sexto. Sic ergo debet exponi ista litera, & propter hoc fuit hic bis positum de senectute vt supra intelligeretur de senectute secunduum ętatem, & hic de senectute secundum dignitatem.

Veruntamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo. Idest quamquam auferatur summum sacerdotium de domo tua, non auferetur penitus omne officium sacerdotale eo, ꝙ manserunt ibi sacerdotes minores: cuncti enim, qui fuerunt de stirpe Heli fuerũt postea minores sacerdotes: istud enim non tollebatur propter peccata, quia non erat aliqua magna dignitas, sicut summum sacerdotium. Fuit autẽ dictũ istud, ut non crederet Heli, ꝙ omnes de stirpe sua perituri essent, ita vt nec vnus maneret. Aliter enim nõ videtur quomodo sibi tolleretur, ꝙ essent minores sacerdotes.

Sed vt deficiant oculi tui. Idest, ꝙ ego relinquam aliquos de filiis tuis ministrantes in altari, non est ad alleuiationem pęnę, sed ad augmentum. Nam cum quis fuit in magna prosperitate, & incidens in aduersam calamitatem uidet alium in honoris excellẽtia, quem prius ipse possederat: durius hoc, quam mortem tolerat: angustia igitur est sibi uiuere: sic enim conqueritur interdum Ieremias dicens, quare derelictus fuerit, ut uideret dolorem. sic enim fuit de filiis Heli tempore Sadoc, & aliorum successorum suorum, nam uidentes eos in summo sacerdotio, ꝙ olim progenitores sui tenuerant, angustiabãtur nimis: & hoc erat deficere oculos eorum scilicet præ amaritudine videndo ea, quæ nimis displicebant.

Et tabescat anima tua. Tabescere est deficcari putrefieri, vel deficere, s. ꝙ non poterant filii Heli sustinere tantam amaritudinem, vt uiderent ęmulos suos ĩ honore: ideo affligebantur nimis, & deficiebat anima eorum præ dolore tolerare non potens.

A *Et pars magna domus tuæ morietur cum ad virilem ætatẽ venerit.* In hebręo habetur tota domus tua: sed Hieronymus transtulit aliter, vt explanaret magis literã hebraicam, quia illa non intendebat, ꝙ tota domus Heli periret, cum non perierit, sed pars eius maxima, quod potest intelligi dupliciter. Vno modo pro domo Heli accipiendo stricte scilicet pro filiis immediatis, & tunc fuit istud consummatum cum iuerunt duo filii sui in bellum, infra. 4.

Alio modo intelligitur domus Heli largius scilicet pro sua posteritate, & tũc est uerum, ꝙ periit magna pars scilicet fere tota domus, quãdo occidit Saul octoginta sacerdotes de stirpe Heli relicto vno scilicet Abiathar infra uigesimo capitulo, & iste secundus est sensus literæ: fuerunt autem illi mortui in iuuenili ętate, quia ferro occiderunt, & non permissi B sunt accedere ad senectutem.

Hoc autem erit tibi signum, quod venturum est. Istud potest intelligi dupliciter. Vno modo, ꝙ accipiatur signum pro re signata, vel magis pro re magna, sicut dicimus Deum facere signum, cum facit aliquod miraculum, etiam si illud non sit signatiuum alicuius rei, & isto modo mors duorum filiorum fuit Heli signum idest res signata, vel miraculum, aut pęna a Deo inflicta.

Alio modo potest accipi signum proprie, & est sẽsus, ꝙ mors filiorum Heli, quę prænunciatur hic, est signum, ꝙ omnia alia, quæ prædixit Deus de stirpe sua complerentur, & tunc potest accipi ista litera scilicet. C

Quod venturum est. Dupliciter. Vno modo, ut ibi sit ꝙ relatiuum, & est sensus, ꝙ istud est signum, ꝙ venturum est: idest ista mors duorum filiorum est signum, ꝙ venturum est, scilicet ad significationem eorum, quæ postea complerentur.

Alio modo potest accipi, ꝙ ut coniunctio scilicet istud est signum, idest ista mors filiorum tuorum est signum, ꝙ uenturum est, idest quod ea, quæ prędicta sunt venient: scilicet per istam mortem duorum filiorum tuorum poteris ĩtelligere, ꝙ omnia alia, quæ annunciantur tibi futura sint.

Quare mors duorum filiorum Heli fuit posita hic tanquam signum, cum non esset certior re signata. D
Quæst. XXXI.

QVAERET aliquis quare mors duorum filiorum Heli posita fuit hic tanquã signũ, quia signum est notius ipsa re signata, & ponitur ad notificationem illius, sed hic tam mors filiorum duorum Heli, quam cętera, quæ annunciantur æqualiter incerta erant: ergo non erat conuenienter vnum signum alterius, quod patet, qa aut certitudo istorum debebat esse ex fide scilicet, qa a Deo prænunciabantur per aliquem prophetã, aut ex aliquo, ꝙ nobis notum esset. Primo modo ęqualiter erant certa hæc, quoniam omnia a propheta prænunciabantur. E

Si secundo modo, omnia erant ęqualiter incerta, quia nullum eorum præsens erat, nec erat aliqua ratio, quare magis vnum, quam alterum venire deberet.

Respondendum est, ꝙ fuit datum istud ad notificationem, vt esset certus Heli de totali destructione domus eius, quia Heli non erat visurus illud, scilicet quomodo auferretur sacerdotium de domo sua, & instituęretur Sadoc de domo Phinees: dubitaret forte, an ista uentura essent: ideo posuit Deus aliquid, ꝙ uideret Heli scilicet mortem filiorum suorum: ipse enim uidit eam, ut patet infra quarto capitulo. Poterat

terat igitur certificari ex hoc, ꝙ cętera euentura erãt nam cum iſta pręnunciata ſunt Heli erant æqualiter incerta: ſed quia ipſe vidit vnam partem pręnunciatorum compleri, exiſtimare debuit, ꝙ cætera complenda forent: & iſto modo loquendi vtitur Chriſtꝰ interdum ad diſcipulos, dicens ſcilicet. Hęc dixi vobis priuſquam fiant, vt cum facta fuerint credatis. Io. 14. capitulo. Fuit etiam conuenienter data iſta mors in ſignum, quia ipſa nimis attinebat ad reliqua, quæ futura erant: prænunciauerat enim Deus totalem deſtructionem domus Heli, cuius principium erat occidi duos filios eius in bello, ideo fuit conuenienter poſitum hoc in ſignum reliquæ deſtructionis ſcilicet, quòd morituri erant plurimi de domo Heli, cũ venirent ad ætatem virilem, & ꝙ auferendum erat ſummum ſacerdotium.

Duo filij tui Ophni, & Phinees in die uno morientur ambo.

Iſti erant, propter quos venerunt omnia mala hęc quę pręnunciata ſunt, ideo in eis cępit completio ꝓphetiæ: fuit autem hoc poſt paucum tempus cum ipſi portarent arcam domini ad bellum infra capitulo quarto, & factum eſt hoc ſatis pauco tempore poſtquam pręnunciatum eſt, quòd patet, quia quando facta eſt pręnunciatio, erat ſenex Heli, & caligauerant oculi eius ſequenti capitulo, ideo non multum diſtaret inde tempus, quo facta eſt completio.

Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem. Ideſt non manebit ſacerdotium in domo tua, ſed ego ſuſcitabo mihi ideſt pro me ſacerdotem: intelligitur de ſummo ſacerdotio, quia ſacerdotium minoris gradus nũquã fuit ablatum de domo Heli. Dicitur autem ſuſcitabo ideſt nouiter faciam ſcilicet, quia eum, qui ante non erat ſacerdos, fecit ſacerdotem: & iſte eſt Sadoc de ſtirpe Phinees, & Eleazari. Non eſt autem ſenſus, ꝙ immediate, ut morerentur duo filii Heli, mutaretur ſacerdotium, & ſuſcitaretur ſacerdos fidelis: nam adhuc manſit ſacerdotium in domo Heli in aliis tribus ſacerdotibus ſcilicet ĩ Achitob, & Achimelech filio eius, & in Abiathar nepote illius. De Achitob, & Achimelech patet infra capitulo uigeſimoſecundo. De Abiathar patet primo Paralipomenon capitulo uigeſimoquarto, ſed tempore huius ſacerdotium ablatum eſt de domo Heli, & factus eſt Sadoc ſacerdos, qui erat de domo Eleazari, & completus eſt ſermo domini ſuper domum Heli infra tertio libro capitulo. 2.

Vocatur autem iſte ſacerdos fidelis, quod intelligi poteſt propter fidem, vel fidelitatem aut firmitatẽ aliquando enim fidelis dicitur a fide, & tunc fidelem vocamus hominem, qui de Deo recte ſentit credendo: & non eſt iſte ſenſus, quia filii Heli, non fuerunt, quantum ad hoc infideles: recte enim de Deo ſentiebant, ſed errabant in operationibus.

Alio modo dicitur fidelis a fidelitate, & ille eſt fidelis, qui ueritatem obſeruat in promiſſis: ſic autem Sadoc obſeruauit, cum coluerit Deum iuxta omnes cęremonias legis: filii autem Heli non erant fideles in hoc: quia non obſeruabant cęremonias: dicitur enim ſupra, quod erant filii Belial neſcientes Deum nec officium ſacerdotale ſcilicet, quia non obſeruabant illud, ut patet ibidem. Alio modo dicitur fidelis a firmitate, & ſic appellamus fideles eos, qui non mu-

Verus ſenſus literæ.

tantur, & iſte eſt ſenſus literæ. Nam Heli, & filii ſui non fuerunt ſacerdotes fideles, cum ſacerdotiũ non permanſerit in domo eorum, niſi pauco tempore, poſtea autem in domo Sadoc ſacerdotium ſemper manſit: nam omnes ſacerdotes, qui fuerunt poſt ipſum vſq; ad captiuitatem Babylonicam erant de ſtirpe eius: etiam poſt captiuitatem fuerunt de eadem ſtirpe ſacerdotes. Nam primus ſacerdos magnus poſt

F captiuitatem fuit Ieſus Ioſedech: Zacha. capitulo tertio, & primo Eſdrę quarto, & ipſe eſt filius Ioſedech. Nam ob hoc vocatur Ieſus Ioſedech. Fuit tamen Ioſedech vltimus ſacerdos magnus ante captiuitatem, qui, & ductus eſt in captiuitatem, vt patet primo Paralipomenon capitulo ſexto, poſtea autem ſemper continuata eſt linea ſacerdotalis per ſtirpem iſtius vſque ad deſtructionem Iudæorum per Romanos: ut declarabitur. j. ca. 22. fuit igitur iſte fidelis ſacerdos i. immobilis.

Qui iuxta cor meum, & animam meam faciat. Propter hoc enim ſacerdos iſte erat futurus fidelis, quia obſeruaret Dei voluntatem iuxta omnes cęremonias, quas præuaricati fuerant filii Heli, & iuſte, quidem
G puniti ſunt ſcilicet, vt q in ſacerdotio peccauerant ipſo ſacerdotio priuarentur: faciebat autem Sadoc iuxta cor, & animam Dei, ideſt iuxta voluntatem Dei. In Deo enim nec cor, nec anima eſt, quia vtrunque eſt ipſius animalis, ſed Deus non eſt animal, ſcriptura tamen loquitur modo ſuo ad inſtructionem rudium.

Et ædificabo ei domum fidelem. Ideſt faciam, quod domus eius ſit firma. Nihil autem aliud eſt domum eius eſſe fidelem, niſi progeniem eius nunquam priuari ſummo ſacerdotio: quod factum eſt: domus autem nunquam accipitur hic pro aliqua re ędificata, ſed ſemper pro familia, vel progenie.

H *Et ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus.* Ideſt miniſtrabit coram rege a me inſtituto omnibus diebus vitæ ſuę. Hoc poteſt intelligi de ſolo Sadoc ſcilicet, quod ipſe ambulabit cunctis diebus, ideſt quandiu vixerit coram Chriſto ideſt coram rege: Chriſtus. n. ſecundum Gręcos vnctus dicitur: & ſic erant omnes reges: omnes enim vngebantur oleo ſancto: & iſte Chriſtus tunc fuit Salomon, quia tempore eius fuit ſacerdotium totaliter tranſlatum in domum Sadoc, cum ante hoc Abiathar, & Sadoc eſſent ſimul ſacerdotes tempore Dauid primo Paralipomenon capitulo uigeſimoquarto. Etiam patet, quia quando Dauid egreſſus eſt de vrbe Ieruſalem fugiens Abſolonẽ Abiathar, & Sadoc portabant arcam domini coram eo. infra ſecundo libro capitulo decimoquinto, &
I ibi vocantur ambo ſacerdotes ſcilicet ſacerdotes magni, ſed poſtea Salomon totaliter abſtulit ſacerdotium Abiathar tradens illud Sadoc infra tertio libro capitulo ſecundo, & poſtea miniſtrauit Sadoc coram Salomone omnibus diebus ſuis ſcilicet quibus vixit Sadoc.

Alio modo intelligitur non ſolum de Sadoc: ſed de omnibus poſteris eius ſcilicet, quod ambulauerunt ſemper in ſummo ſacerdotio coram Chriſto ideſt coram omnibus regibus: dicitur tamen ambulabit, quia miniſtrantibus omnibus poſteris Sadoc dicebatur miniſtrare ipſe Sadoc, quia illa erat domus eius, ſicut dicebatur ſupra de Heli, quod uideret æmulum ſuum in templo: ipſe tamen nunquam vidit: ſed poſteri eius, ut ibi declaratum eſt: tunc etiã
K accipietur Chriſtus non pro vnico rege, ſed pro omnibus ſcilicet, quòd illi, qui eſſent ſacerdotes de ſtirpe Sadoc ambularent coram Chriſto ideſt coram regibus, quia quicunque rex Chriſtus erat, & hoc erit cunctis diebus ideſt quandocunque fuerint reges: immo etiam maiori tempore, quia non fuerunt ſemper reges, vſque ad deſtructionem Iudæorum per Romanos: & tamen ſemper vſque ad illud tempus fuerunt ſummi ſacerdotes, & iſte eſt ſenſus literæ, quia iſta litera dicitur tanquam expoſitiuum ſuperioris, ſcilicet ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelẽ, ſed non vocaretur ſacerdos fidelis, aut domus eius propter hoc, quòd ipſe ſolus ambularet cunctis diebus

bus

bus suis coram Christo: sed quia omnes posteri sui ambularent: etiam quia dicitur hic cunctis diebus, in quo significatur totum tempus durationis status Iudaici, sed non ambulauit toto illo tempore Sadoc in sacerdotio.

Futurum est autem. Idest istud, quod prædicitur hic non erit immediate, sed futurum est scilicet post aliquanta tempora, quia istud pertinet ad tempus illud, in quo non est summus sacerdos in domo Heli, & istud nunquam erat futurum, vsque ad tempus Abiathar, qui fuit in quinta generatione ab Heli.

Vt quicunque remanserit in domo tua. Scilicet in progenie tua: quasi dicat pauci manebunt, quia omnes perierunt gladio simul per Saulem prçter Abiathar: postea autem non fuit ista domus multum augmentata.

B *Veniat, vt oretur pro eo.* In hoc significatur depressio domus Heli scilicet quia iam non erant futuri in ea summi sacerdotes, sicut prius fuerant, & ob hoc illi, qui manebant in domo illa, quamquam essent sacerdotes veniebant supplicantes, vt oraretur pro eis.

Hoc enim, est quia summus sacerdos orabat pro minoribus sacerdotibus, quando peccabant: & quia isti filij Heli non haberent iam de stirpe sua aliquem summum sacerdotem, oportebat, quod venirent ad illos, qui erant de stirpe Sadoc: erat enim inter iudæos lex, quòd quandocunque peccarent populares in quibusdam delictis determinatis a lege quicunq; sacerdotes facerēt pro eis sacrificium: de quo Leuitico capitulo quarto, & quinto, & Numeri quinto, C & in multis aliis locis: hoc autem erat præterquam in peccato totius populi, pro quo summus sacerdos facere debebat sacrificia, & non aliquis de minoribus. Leuitico capitulo quarto. Cum verò peccabant sacerdotes minores faciebat pro eis sacerdos magnus sacrificia: sic colligitur Leuitico decimosexto capitulo vbi summus sacerdos offerebat sacrificium, pro se, & pro domo sua, i. pro se, & omnibus aliis sacerdotibus.

Et offerat nummum argenteum, & tortam panis. In hoc significatur deiectio eorum, quia offerebant ipsi, sicut populares: non est tamen penitus differentia in hoc inter eos, & alios sacerdotes, quia quandocunque aliquis de aliis sacerdotibus peccabat offerebat D pro se sacrificium: & non immolabat ipse, sed alius sacerdos, sed alii habebant in stirpe sua summum sacerdotem, qui pro eis immolaret: isti autem non.

In hebræo habetur aliter. s.

Quicunque remanserit de domo tua veniat ad inclinandum pro se in obolo argenteo, & torta panis. Quod sic exponūt Hebræi, quod sacerdotes remanentes de stirpe Heli post ablatum summum sacerdotium de stirpe eorū, venirent, & humiliarent se coram sacerdote magno orantes, vt seruirent in templo quotidie pro precio vnius nummi argentei, & tortç panis: sed litera Hebraica non significat hoc, nam, cum dicitur veniant ad inclinandum pro se, est sensus, quod veniebat ad E alium sacerdotem, ut ille inclinaretur pro se idest oraret pro eo coram domino, etiam hoc in obolo argentei idest cum obolo scilicet, quod veniret cum obolo, ita habetur præcedenti capitulo scilicet, quod venit Anna in Silo ducens secum Samuelem in vitulis tribus, & tribus modiis farinæ, idest cum tribus vitulis, & iste est sensus literç nostræ scilicet, quòd veniret quilibet de stirpe Heli portans tortam, & nūmum argenteum, ut pro eo oretur.

Etiam non stat sensus ille, quia istud esset si sacerdotes de domo Heli priuati fuissent in minori sacerdotio, sed non fuerunt: quoniam ipsi erant de stirpe sacerdotum, & solum fuit ablatum summum sacer-

A dotium de domo eorum: ergo manserunt in minori sacerdotio, sed omnes huiusmodi sacerdotes habebant iura sua determinata tam in sacrificiis, quam in cçteris iuribus, cum dicatur Leuitico capitulo sexto, quòd æqualiter diuidentur illa per omnes filios Aaron, ergo filii Heli haberent iura sacerdotalia, sicut cæteri sacerdotes: & non orarent, vt daretur eis torta panis, & vnus denarius pro ministerio quotidiano: sed ponuntur ista duo, quia erat quoddam genus oblationis.

Interdum enim, qui peccabant, si pauperes erant, non offerebant animalia, sed modicum de simila, Leuitico capitulo quinto: ita etiam offerre tortam, & denarium erat genus oblationis.

Dicatque dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem vt comedam buccellam panis. Idest isti sacerdotes de domo Heli, quando offerrent pro peccato suo summo sacerdoti precabuntur, vt non haberent eos tanquam laicos, quibus non licebat comedere de his, quæ offerebant pro peccato suo: sed daret eis saltem vnam partem sacerdotalem, idest vnum, quid modicum de eo, quod offerebant, & pertinebat, ad sacerdotes: & hoc erat, ut comederent buccellam panis idest saltem, vt daretur eis minima pars de oblatione pertinente ad sacerdotes, & hoc erat, ut comederent buccellam panis, cum tamen isti filii Heli nō erant tanquam offerentes, sed tanquam sacerdotes percipiebāt iura sua integra, sicut cçteri, & non dicebant, dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem.

Alia secunda expositio cantici Annæ in gratiarum actione. Quæst. XXXII.

SEQVITVR alia expositio huius cantici Annæ, in quo ponitur gratiarum actio pro beneficio recepto, & diuiditur in tria.

Primo gratiarum actio redditur.

Secundo Anna cōtra superbam ingratitudinem inuehitur. Tertiò Dei magnificatio subditur. Secunda ibi. *Nolite multiplicare.* Tertia ibi. *Domini sunt cardines.* Circa primum dicitur, quod orauit Anna non dicitur hic, quod cecinit, licet enim ista oratio Annç sit metrica non tamen uocatur carmen, sed oratio. Ideo apud hebrços aliter legitur ista quam legantur ea, quæ uocantur carmina scilicet cāticum Moysi Exodi capitulo decimoquinto, & canticum Debboræ Iudicum capitulo quinto. Nam ibi dicitur cecinit: ideo Hebrçi legunt ista canendo: oratio autem ista legitur uoce depressa, & continua, sicut cçtera pure prosaica.

Exultauit cor meum. Gaudium proprie loquendo est delectatio uoluntatis in bono acquisito, vel presenti, & hoc est quando solum est in uoluntate.

Cum autem extra procedit per redundantiam vocatur exultatio, quasi extra saltatio scilicet, quia ab anima in corpus exit, sic enim dicitur vtrunq; gaudere iuxta illud Psalmi, Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum idest ex gaudio cordis prodiit exultatio carnis, & erat in Anna pro Samuele, quia non solum gaudebat in corde, sed etiam exterius monstrabatur in corpore.

In domino. Idest gaudium istud non est nisi de Deo scilicet non gaudeo de aliquo bono, quod habuerim quasi ex me ipsa, sed gaudeo de fçcunditate, quā a Deo miraculose accepi, ideo in Deo gaudeo.

Et exaltatum est cor meum. Aliquç Bibliæ habent hic cor meum, sed propria litera est cornu. Vocatur enim cornu in sacra scriptura quidam motus cordis tendentis ad arduum, & est quod nos consueuimus

voca-

vocare spem: quoniam spes semper est ad ardua, si autem iste motus careat ratione, & regula legis diuinæ, dicitur cornu superbiæ: & isto modo sępe dicitur quod Deus confringet cornua peccatorum idest frãget motus eorum, ita quod nõ possint venire ad magnitudinem, quam intendunt. Si vero motus iste subiiciat se legi Dei, & rationi, dicitur cornu magnanimitatis, quãdo animus ex Dei beneficio eleuatus ad maiora erigitur spem habens propter Dei liberalitatem, & sic dicit Anna exaltatum est cornu meũ, & desiderium meum, & motus ad magna amplificatus est: quia, cum nunc susceperim Samuelem ex Dei beneficio, adhuc maiora expecto scilicet, quod dentur mihi plures filii, vel quod magnificet Deus Samuelem faciendo magna propter eum.

Dilatatum est os meum super inimicos meos. Potest dupliciter intelligi. Vno modo, quod os Annę fuit dilatatum super inimicos suos idest contra eos quasi dicat ante hoc habebat os clausum, quia quamquam Phenenna æmula sua affligeret eam dicens, quod concluserat dominus vuluam illius, ipsa non audebat respondere non habens quid: sed flebat, & non capiebat cibum, ut patet præcedenti capitulo.

Nunc autem erat dilatatum os eius, quia poterat contra Phenennam obiicere, & respondere.

Alio modo potest intelligi, quod erat dilatatum os eius scilicet ad Deum laudandum, quia quamquã ante hoc laudare posset Deum pro beneficiis, quæ quotidie conferuntur scilicet saltem, quia uitam, & victum tribuebat: tamẽ nunc magis poterat, & debebat Deum laudare, quia susceperat speciale beneficium: & hoc erat super inimicos suos, idest propter inimicos, quia illud beneficium erat maius propter inimicos. Nam non solum Deus benefecerat Annæ dando ei filium, quia filium dabat, sed etiam, quia ab opprobriis hostium suorum eam liberabat. Affligebat namque nimis eam ęmula sua Phenenna, & filii sui pro sterilitate, ita ut conuerterent eam ad planctum, & non caperet cibum. Et uocantur inimici Phenenna, & filii sui, quia forte omnes eam affligebant, & non uocantur isti inimici Annæ, quasi ipsa illos exosos haberet, sed quia ipsi illam affligebant, vel, quia Anna habebat exosam eorum malitiam, licet non personas eorum, & ista notitia haberi potest secundum ordinem charitatis.

Quia lætata sum in salutari tuo. Idest, quia accepi lætitiam in salute a te causata scilicet tu sanasti me dãdo mihi filium, & propter gaudium de filio dilatatum est os meum siue ad magnificandum te, siue ad respondendum hostibus.

Non est sanctus, vt est dominus. Hic laudat Deum scilicet, quod Deus, qui benefecit ei est sanctus scilicet habens exosam malitiam, & non est aliquis, qui tantum eam exosam habeat: ideo uidens malitiam Phenennæ, & filiorum eius contra Annam dedit Annę filium. Vel dicitur non est sanctus, vt est dominus idest nullus est tam perfectus: sanctitias enim non dicit aliquam uirtutem specialem, sed dicit maximum statum omnium uirtutum, ut supra declaratum est: & hoc conuenit Deo, qui habet omnem perfectionem in summo.

Nec est alius extra te. Potest intelligi dupliciter.

Vno modo, quod non est alius idest alius Deus, vel dominus præter Deum nostrum, quoniam dii gẽtium non sunt dii, sed dæmonia, ut patet Psalmo 95.

Aliter intelligitur, quod non est alius præter dominum. s. nullus alius est sanctus.

Et non est fortis sicut Deus noster. Scilicet, quamquã aliqua fortitudo reperiatur in hominibus: nullus tamen est fortis sicut Deus, & accipitur fortitudo pro

F potestate, ut supra declaratum est.

Nolite multiplicare. Hic ponitur secundum, in quo inuehitur contra ingratam superbiam, quia Phenẽna de data sibi prole abundanti superbierat: de qua tamẽ magis debebat humiliari, quia beneficium istud a Deo erat. Et dicitur nolite loqui sublimia, scilicet demonstrando excellentiam vestram proferendo de vobis magna, & contemnendo alios, sicut faciebat Phenenna contra Annam: quia non solum contemnebat eam, sed etiam affligebat verbis duris præcedenti. cap.

Gloriantes. Idest accipientes gloriam in uobis ipsis scilicet non debetis proferre magnifica gloriando de uobis, sed si aliquando proferatis magna non

G gloriemini de illis in vobis ipsis, sed in Deo. Sic enim Apostolus ait secundo ad Corinthios capitulo decimo, scilicet. Qui gloriatur, in domino glorietur, non enim, qui seipsum cõmendat ille probatus est, sed quem Deus cõmendat. Ita faciebat Anna: nam quando Deus sibi dedit filium, quod pertinebat ad gloriam suam, non gloriabatur, vel exultabat in seipsa, sed in Deo dicens, exultauit cor meum in domino.

Recedant vetera de ore vestro. In Hebræo est nomen æquiuocum ad pinguedinem, & ad vetustatem hic, & sic potest intelligi recedant de ore vestro vetera, vel pinguia. Vocantur enim pinguia verba illa, quę

H pertinent ad magnam delectationem: & sic erãt verba Phenennæ, quæ gloriabatur in seipsa: vel dicantur vetera verba, quæ consueuerat dicere Phenenna Annæ, in quibus improperabat ei: & illa iã erant inueterata, cum multoties illa dixisset: istum sensum secuta est hic litera nostra dicens, recedant vetera de ore vestro idest uerba pungitiua, quę erant iam inueterata in ore Phenennæ, & filiorum eius recederent: quia iam non poterant vti illis verbis contra ipsam, quia non erat sterilis, vt prius.

Quia Deus scientiarum dominus est. Idest dominus noster est Deus scientiarum idest Deus sciens omnia, ideo abstinete ab istis verbis ueteribus, quia ipse scit iniquitatem cordis vestri. Et per hoc vos puniet.

Et ipsi præparantur cogitationes. Ad eandem senten-

I tiam pertinet scilicet, quod Deus omnia cognoscit. Nam etiam cogitationes nostræ sunt pręparatę coram ipso idest dispositę ad hoc, quod eas videat, & cognoscat. Nam omnia nuda sunt oculis Dei ad Hebręos capitulo quinto, & in omni loco oculi domini contemplantur bonos, & malos Prouerbiorũ decimoquinto capitulo.

Arcus fortium superatus est. Fortes vocantur hic, qui in seipsis confidunt, & isti erant Phenenna, & filii eius, qui reputabant se gloriosos, & Annam esse miserrimam: arcus ipsorum vocantur uerba dura, & pungitiua, quibus sagittabant Annam ducentes vitam eius in amaritudinem.

Et infirmi accincti sunt robore. Ista est Anna, quæ prius erat infirma, idest opprobriosa propter sterilitatem

K & nunc roborata est: quia accepit fęcunditatem, ut pareret multos filios.

Repleti prius pro panibus se locauerunt. Idest, qui prius erant abundantes locauerunt operas suas solum, vt daretur eis panis. Ista est metaphora, scilicet quod illi, qui prius erant abundantes in prole, postea defecerunt, sicut Phenenna, de qua dicũt Hebręi, quod moriebantur filii eius, cum nascerentur filii Annæ.

Et famelici saturati sunt. Scilicet Anna, quę prius erat famelica nullum habens filium, postea autem saturata est, quia habuit sex filios, ut patet. j.

Donec sterilis peperit plurimos. Sterilis est Anna, quę postea peperit plurimos idest sex, scilicet, quod

sterilis

ſterilis ſaturata eſt intãtum, quod peperit plurimos. ſ. ſex. In hebræo habetur hic. *Sterilis peperit ſeptem.*

Iſtud prouenit ex æquiuocatione, quia in Hebræo ponitur hic nomen, quod ſignificat ſeptem, vel ſaturitatẽ. ſ. *Seuoa.* Hebrẹi autem exponunt, ꝙ ſignificet ſeptem. Hieronymus autem accepit pro ſacietate: ideo dixit, plurimos: nam filij Annæ non fuerunt ſeptem ſed ſex ſcilicet quinque, qui habentur infra, & Samuel, vel vt alii computant fuerunt ſolum quinque, quia Samuel computatur inter illos. Hebræi autem ad hoc, quod accipiant hic Seuoa pro ſeptem dicũt, quod ponitur numerus certus pro incerto, ſicut ſæpe reperitur in ſcriptura, vt Leuitico capitulo uigeſimoſexto vbi ſẹpe dicitur addã correctiones veſtras ſeptuplum, vel, percutiam vos ſepties: ſed manifeſtũ eſt, quod ibi non accipitur pro ſeptem plagis, quia non ponuntur ibi tot, ſed dicuntur ibi ſeptem ideſt multæ.

Reijciuntur aliorum opiniones de numero filiorum Annæ. Quæſt. XXXIII.

RABBI Salomon, & quidam alii Iudæi dicunt, quòd habuit Phenenna filios decẽ, & duo illorum computantur inter filios Annæ, qui cum quinq; filiis Annæ faciũt ſeptem: dant autem modum ſcilicet, quia Phenenna fuerat infeſta nimis Annæ, ideo cum Anna pariebat vnum filium Deus occidebat duos filios Phenennæ, & ſic factum eſt vſque ad filium quartũ Annẹ in cuius natiuitate iam Phenenna ſepelierat octo filios de ſuis. Cum vero vidit Annam concepiſſe quintum filium timens, quod duo, qui relicti erant morerentur procubuit ante pedes eius orãs pro vita duorum filiorum manentium, & ſic eſt factum, quod illi uiuerent: ideo illi de cẹtero vocati ſunt filii Annẹ, quia precibus eius ſuperuixerunt: iſta poſitio non habet ex aliquo fulcimentum: nec eſt veriſimilis: Hebræi tamen illa ſicut multa alia confingunt. Alii autem dicunt, quod computantur hic ſeptem filii Annæ, quia ipſa peperit quinque, & filius eius Samuel genuit duos, vt patet infra capitulo octauo, & illi cõputantur cum filiis Annæ, quia Samuel habuit illos mediante Anna, ſed etiam hoc nihil eſt, quia eadem ratione nepotes Samuelis computarentur hic inter filios Annæ, ideo melius tranſtulit Hieronymus etiam ſi non ſemper acceperit verbum ex verbo, ſed ſenſum ex ſenſu: quia hoc pertinet ad optimum genus interpretandi, ut ait Hieronymus in epiſtola ad Pammachium de optimo genere interpretandi.

Et quæ multos habebat filios infirmata eſt. Scilicet Phenenna, quẹ a principio habuerat multos filios poſtea infirmata eſt, ideſt non fuit confortata in illa virtus concipiendi, ſicut in Anna, vel ſecundum Hebrẹos infirmata eſt ſcilicet in filiis, quia cum naſcerentur aliqui filii Annẹ, moriebantur filii Phenennæ, ut dictũ fuit.

Dominus mortificat. Scilicet pueros Phenennẹ.

Et viuificat. Ideſt viuere facit filios Annẹ ſcilicet, quia naſcentibus filiis Annẹ moriebantur filii Phenennæ, ut dicunt Hebrẹi. Aliter, & melius exponi debet ſcilicet, quod Anna laudet hic magnitudinẽ poteſtatis diuinæ: Deus enim poteſt ea, quẹ multum ſunt ſeparata ſcilicet ipſe poteſt hominem occidere, & uiuificare, quod non poſſunt homines: quia cũ aliquem occiderint non poſſunt eum amplius uiuificare: dicebat hoc Anna ꝑ ſeipſa, quia fuerat a principio ſterilis, & quaſi mortua: poſtea viuificata eſt da-

A tis ei multis filiis: & huic conſonat ſententia ſequẽs ſcilicet.

Deducit ad inferos, & reducit. Ideſt Deus poteſt aliquem ducere ad ſepulchrum, & poſtea uiuificare deducendo eum inde: nomen enim Hebræum, quod hic ponitur commune eſt ad inferos, & ad ſepulcrũ, & eſt ſenſus: Deus interdum alicui tantum langorem infligit, quod uideatur coniunctus ſepulchro, & poſtea ei vniuerſum aufert reducendo illum inde, ſic fuit de Ezechia rege, ut habetur infra quarto libro c. 20.

Dominus pauperem facit, & ditat. Ideſt Deus habet poteſtatem ſuper diuitias, & paupertatem, & poteſt quando voluerit mutare hominem de vno ſtatu in alterum.

B *Humiliat, & ſubleuat.* Ideſt deiicit aliquem de poteſtate ſua propter ſuperbiam, vel alia uitia, & alios deiectos interdum ſubleuat miſeratus eorum.

Suſcitans de puluere egenum. Ad idem pertinet ſcilicet, quod eos, qui ſunt in paruo ſtatu eleuat, & ante videbantur eſſe in puluere.

Et de ſtercore eleuat pauperem. Ideſt eos, qui erant nimis pauperes, & iacebant in loco viliſſimo ſicut in ſtercore: eleuat Deus interdum ad dignitatem.

Vt ſedeat cum principibus. Ideſt facit pauperrimos, q prius erãt nimis deiecti, eſſe ẹquales principibus, ꝙ eſt tranſire de extremo in extremum.

Et ſolium gloriæ teneant. Ideſt, ut habeant cathedrã magni honoris.

C *Domini enim ſunt cardines terræ.* Hic ponitur tertium Dei magnificatio. Et primum apparet quantum ad creationem, quod dicitur, quod domini ſunt cardines terræ ideſt ipſe creauit cardines terrẹ, uocantur cardines terrẹ fundamenta ſẹculi, Deus autem illa creauit.

Et poſuit ſuper eos orbem. Ideſt totus orbis locatus eſt ſuper cardines ſuos, ſicut ianua ſuper cardinem ſuum uoluitur, qui autem ſunt iſti cardines. ſ. declaratum eſt.

Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit. Hic magnificatur Deus quantum ad ſapientiam in actu gubernationis ſcilicet, quia ſeruat ſanctos non permittendo eos, ꝙ patiantur ab iniquis, nec ſaltem pedes eorum parũ lẹdantur.

D *Et impij in tenebris conticeſcent.* Iſta eſt magnitudo Dei in punitione malorum, & dicitur, quod mali cõticeſcunt ideſt tacent in tenebris ſcilicet in aduerſitatibus tenebroſis, & dicuntur tacere non quidem, ꝙ ore taceant, ſed quia nihil agere poſſunt. Eſt autem modus loquendi communis, quod dicamus aliquẽ tacere, quando nihil agit: ſic etiam accipitur ſæpe in ſcriptura Exodi capitulo decimoquarto ſcilicet Dominus pugnabit pro vobis, & uos tacebitis ideſt nihil agetis contra hoſtes: ſic enim fuit ibi, quia Deus ſubuertit currus Aegyptiorum in mari, & Iudẹi nihil egerunt, ſed ſolum reſpiciebant, quid Deus ageret.

E *Quia non in fortitudine ſua roborabitur vir.* Ideſt iſta accidunt de conſeruatione bonorum, & pẹnalitate malorum, quia homo non habet robur a ſeipſo ad ſe cõſeruandum, ſed ex Deo: ideo quẽ uoluerit deprimit, & quem uoluerit eleuat.

Dominum formidabunt aduerſarij eius. Scilicet, quia nõ eſt fortitudo hominis a ſeipſo, mali timebunt Deum quia ab illo poſſunt deprimi, & iſti uocantur inimici eius.

Et ſuper ipſos in cælis tonabit. Ideſt Deus mittet punitionem ſuam ſuper eos de cẹlo, non enim Deus ſolum punit homines inſtrumẽtaliter per alios homines

F mines, vel per feras, sed interdum de cęlo mittit punitionem sic patet Sapi. capitulo quinto scilicet, pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos: ibunt directe emissiones fulgurum, & tãquam habene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient, & a petrosa ira plene mittentur grandines, & candescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter.

Dominus iudicabit fines terræ. Scilicet ipse habet in potestate sua totam terram ab extremo vsque in extremum.

Et dabit imperium regi suo. Scilicet Messiæ, qui est rex, & de genere regum iude: hoc autem est regnum quia ipse iudicat omnes, & pater non iudicat quemquam: Io. c. 5.

G *Et sublimabit cornu Christi sui.* Vocatur Christus Messias, qui est vnctus oleo spirituali, cornu eius uocatur desiderium illius tendens ad ardua, & Deus sublimabit istud faciens opera eius esse mirabilia, & maxime sublimatus est post resurrectionem.

Tertia expositio cantici Annæ secundum translationem Chaldaicam. Quæst. XXXIIII.

SCIENDVM autem, quòd Ionathan filius Oziel in translatione Chaldaica aliter exponit
H istam orationem Annę: ideo etiam secundũ intentionem illius exponenda est: dicit enim quod Anna spiritu prophetico cognouit statum Iudæorum futurum tempore filii sui Samuelis, & aliquibus temporibus post: ideo prophetice in ista oratione, vel cantico protulit per modum laudis diuinæ.

Primum autem, ꝙ cognouit fuit, ꝙ Samuel filius suus futurus erat propheta magnus, & faceret signa in Israel: ipso namque offerente sacrificium pro filiis Israel Philisthiim inierunt prælium contra Israel dominus autem intonuit de cęlo fragore magno super Philisthiim, & exterruit eos: ut patet infra capitulo septimo. Deus etiam propter Samuelem dedit victoriam Israelitis eodem capitulo, etiam ad orationẽ Samuelis dedit tonitrua, & pluuias magnas in tem-
I pore, in quo alias dari non consueuerant infra capitulo undecimo. Cognouit etiam Anna, quod tempore Samuelis liberãdi erant Israelitæ de seruitute Philisthinorum, ideo pro omnibus his cõcepto magno gaudio dixit.

Exultauit cor meum in domino. Idest habui lętitiam tam intus, quam extra in Deo, qui dedit hæc.

Secundo dicit Ionathan, ꝙ cognouit Anna posteros Samuelis scilicet Hemam cum filiis suis quatuordecim futurum esse cantorem diuinæ laudis in templo: sic enim per Dauid statutum fuit primo Paralipomenon uigesimoquinto capitulo, ideo dixit exaltatum.

Et cornu meum in Deo meo. Idest desiderium meum
K & intentio ad magna amplificata sunt, & exaltata, q̃a non solum cognoui bona breuiter euentura de filio meo, sed etiam bona posterorum suorum.

Tertio cognouit Anna prophetice, quod Philisthiim propter captiuationẽ arcę, & deductionem in terram suam percutiendi erant a domino intantum, quod compellerẽtur remittere super plaustrum nouum honoratam muneribus suis: infra sexto capitulo.

Pro quo nimis gauisa est, & dixit dilatatum est os meum ad narrandum vindictam Dei.

Super inimicos meos. Idest super Philisthiim, qui erant inimici populi Israel.

Quia lætata sum in salutari tuo. Idest quia gauisa sum nimis in salute, quam fecisti cogendo redire arcam, nam putabant se Israelitæ esse infirmos, & inglorios tempore, quo non habebant arcam: sic patet infra c. 4. cum vxor Phinees sacerdotis magni dixit translata est gloria Dei ab Israel, eo ꝙ capta esset arca. Quarto cognouit Anna prophetice, ꝙ Sennacherib rex Assyriorum dicturus erat blasphemias contra Deum, uolens destruere Ierusalem, & templum, sed ab angelo domini per unam noctẽ occisa sunt de exercitu suo. 185. millia uirorum. rediitq; in terram suam quasi solus, & ibi occisus est a filiis suis. ꝗ. 4. lib. c. 19. & ꝓpter hoc dixit Anna.

Non est sanctus, ut est dominus. i. nullus de diis gentiũ, vel de hominibus est tam sanctus, sicut Deus noster.

Nec est alius extra te. i. nullus est Deus præter te.

Et non est fortis, sicut Deus noster. Idest nullus de diis gentium habet tantam fortitudinem, vt potuisset subito occidere tot millia virorum, sicut occidit Deus noster.

Quinto cognouit Anna prophetice, ꝙ Nabuchodonosor rex Babylonis destructurus erat ciuitatem Ierusalem, & templum, & captiuaturus Iudęos: de quo maxime gloriabatur putans, ꝙ omnia veniebãt propter magnam fortitudinem suam, ut patet Abacuc. c. 1. de quo redarguit eum hic Anna, dicens.

Nolite loqui sublimia gloriantes. i. nolite gloriari de magnitudine istarum rerum sublimium, quas fecistis, q̃a non venerunt propter fortitudinem vestram.

Recedant vetera de ore vestro. s. verba superbiæ, quæ sunt antiqua: eo ꝙ istud vitium ab initio fuit in hoĩbus, & in dæmonibus. s. iam nolite loqui magnalia de uobis in superbia, sicut antiquatum est. *Quia Deus scientiarum dominus est.* Idest dominus est cognoscens omnia: ideo nolite gloriari. Quasi dicat vos nescitis mala, quæ ventura sunt super uos, ideo gloriamini: si tamen sciretis ea, sicut Deus noster, qui est Deus sciẽtiarum non gauderetis. Fuit autem hoc, quia quamquam Nabuchodonosor tunc prosperatus fuerit: tamen postea filii eius perdiderunt regnum Babylonis tempore Balthasar, & transiuit ad Medos, & Persas, ideo non debuisset Nabuchodonosor gloriari iuxta illud ne glorieris in crastinum, quia nescis, quid dies futura pariet.

Et ipsi præparantur cogitationes. Scilicet homines solum cognoscunt ea, quæ exteriora sunt: Deus autẽ etiam cogitationes nostras speculatur infra capitulo decimo sexto.

Cognouit Anna sexto prophetice, ꝙ Gręci afflicturi erant filios Israel tempore Antiochi Epiphanis qui posuit idolum abominabile in Ierusalem, & coegit iudæos ad non obseruandum legem, ut patet primo Machab. capitulo primo. De his cognouit Anna, ꝙ per Mathatiam, & filios eius Machabęi destruẽdi erant: omnes enim illi reges, qui tunc afflixerunt iudæos erant de stirpe Græcorum. De his patet in libris Macha. ideo dixit Anna.

Arcus fortium superatus est. Idest debellati sunt græci, qui confidebant in fortitudine sua.

Et infirmi accincti sunt robore. Scilicet iudęi, qui tunc erant infirmi confortati sunt diuino adiutorio, ut colligitur ex processu librorum Machabæorum.

Septimo vidit Anna prophetice tribulationem futuram iudæis tempore Aman Agagitę, & filios Israel liberandos ab illa per Mardochæum, & Esther, vt patet in processu libri Esther: & pro hoc dixit Anna: Repleti prius, idest Aman, & filii eius, & tota progenies, qui prius fuerant repleti idest abundantissimi in pecuniis, & in honore.

Pro

Pro panibus se locauerunt. Ideſt fuerunt, tanquam locati pro ſola ſuſtentatione, ſcilicet, quòd ipſi libenter ſe ſubieciſſent ſeruituti, vel cuicunque labori pro ſeruanda vita, vnde Aman coactus eſt ſupplicare reginæ Eſther pro vita ſua, vt patet Eſther. c. 7.

Et famelici ſaturati ſunt. Ideſt Iudęi, qui tunc erãt pauperes, & impotentes liberati ſunt a morte per Mardochęum, & Eſther. *Donec ſterilis peperit plurimos*. Hic pręnunciatur ſecundum Iudęos quoſdam habitudo eorum ad regnum Romanorum, & vocatur ſterilis gens Iudęorum nunc, quia nihil fructificat, ſcilicet, quia per totum orbem diffuſa eſt, & diſperſa per bella Romanorum, ſed dicunt, quòd pariet plurimos. i. abundabit in prole tempore Meſſiæ, qui congregabit Iudęos de omnibus partibus mundi ad terram pmiſſionis, & faciet ſibi omnes nationes eſſe ſubiectas.

Et quæ multos habebat filios infirmata eſt. Iſtud intelligunt de regno Romanorum, quòd nunc habet plurimos filios. ſ. quia eſt in abundantiſſima poteſtate, ſed tempore Meſſię infirmabitur, & quaſi ad nihil deducetur per Meſſiam, ſed iſta nihil ſunt, quia pręſupponunt falſum. ſ. Meſsiam eſſe futurum.

Dominus mortificat. Hic ponitur ſecundum Ionathã (cuius eſt pręcedẽs expoſitio) vnde prędicta, quę pręnunciauit Anna prouenient, & dicitur, quòd a Deo, quia dominus mortificat, & viuificat. i. poteſt deducere ad mortem, & deinde reducere ad vitam populum Iudęorum, ſicut factum eſt in præcedentibus, & iſto modo exponitur tota litera.

Dominus pauperem facit, & ditat. Scilicet aliqñ Deus dat paupertatem regno Iudęorum, & aliquando diuitias, & ſicut de aliis regnis, etiam interdum eleuat, & interdum deprimit, & ſuſcitat pauperes de puluere, ac ſtercore, vt ſedeant cum principibus, ſicut factum eſt de Mardochæo, qui prius erat abiectiſsim⁹, poſtea autem factus eſt princeps in domo regis Aſſueri, vt apparet ex proceſſu libri Eſther.

Domini enim ſunt cardines terræ. Ideſt Deus habet poteſtatem ſuper omnia etiam ſuper cardines terrę.

Et poſuit ſuper eos orbem. Scilicet fundando ſecula in eis. *Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit*. Exponunt Iudæi de ſeipſis, qui ſunt ſancti, ſcilicet ſpecialiter pertinentes ad Deum, & dominus ſeruabit pedes eorum faciendo, ne etiam in minimis lędantur.

Et impij in tenebris conticeſcent. Exponunt de omnibus Gentilibus, & principaliter de Romanis, quos vocant impios, & iſtos dicunt in tenebris ambulaturos, ſcilicet tempore Meſsiæ, quia deducentur ad magnã calamitatem.

Quia non in fortitudine ſua roborabitur vir. Ideſt gentiles non poterunt habere robur cõtra Iudęos propter magnam fortitudinem ſuam, eo quòd homines non habent firmitudinem ex ſeipſis, ſed Deus dat, vel aufert.

Dominum formidabunt aduerſarij eius. Scilicet Romani, & alii gentiles ſecundum Iudęos, qui timebunt Deũ cum viderint Meſsiam in magna poteſtate pugnantem pro Iudęis.

Et ſuper ipſos in cœlis tonabit. Scilicet ad faciendum ſigna pro Iudęis ad deſtructionem Romanorum.

Dominus iudicabit fines terræ. Ideſt iſta fiẽt pro Iudęis, quia Deus eſt iudex totius terræ, & ipſe iudicabit, ideſt puniet fines terrę, ideſt omnes peccatores qui habitant etiam vſque ad fines terræ.

Et dabit imperium regi ſuo. Scilicet Meſsiæ, quãdo deſtruxerit regnum Romanorum ſecundum Iudæos.

Et ſublimabit cornu Chriſti ſui. Ideſt magnificabit honorem, vel deſideriũ Meſsiæ, qui eſt Chriſtus, ideſt vnctus: nam erit rex, & reges erãt vncti tempore Iudęorum. Hunc autem Meſsiam adhuc Iudęi expectant dominaturum totius orbis, & venturum in magna

A potentia temporali. Dicunt etiam, ꝙ iſte veniet circa ceſſationem Romani Imperii, ſed nullus talis venturus eſt, niſi Antichriſtus, ille namque in magna poteſtate temporali veniet, & circa ceſſationem Romani Imperii, iuxta Apoſtolum 2. ad Theſſ. c. 2. vbi ſignum pręcedens aduentum Antichriſti dicit eſſe ceſſationem Romani Imperij. ſ. Niſi venerit diſceſsio primũ, ideſt diſceſsio a ſubiectione Romani Imperii, & reuelatus fuerit homo peccati, filius pditionis. ſ. Antichriſtus, qui tunc reuelabitur. Circa pręđicta igitur ex loco, vbi Iudæi incęperunt exponere orationem iſtã de
B Romanis, & Meſsia ſuo: manifeſtum eſt, ꝙ falſa ſit expoſitio, quia Meſsias eorum iam venit. expoſitio autẽ Ionathan in litera Chaldaica de illis ſeptem, quæ dicit hic vidiſſe Annam propheticè, quamquam nõ ſit falſa, tñ non eſt multum veriſimilis. magis igitur tenendę ſunt duæ primæ expoſitiones, quę accedunt ad intentionem Annæ loquentis de eo, quod ſibi acciderat, & illę inter ſe in pluribus concordant, quaſi ad idẽ pertinentes.

CAP. III.

PVER autem Samuel miniſtrabat domino coram Heli, & ſermo domini erat precioſus. In diebus Infra 4.
C illis non erat viſio manifeſta. Factum eſt ergo in die quadam Heli iacebat in lectulo ſuo, & oculi eius caligauerant, nec poterat uidere lucernam Dei, antequam extingueretur.

PVER *autem*. In ſuperioribus deſcribebatur denunciatio facta Heli per hominem nõ ſibi ſubiectum: hic ponitur denũciatio per Samuelem ſibi ſubiectum, nam Samuel mini-
D ſtrabat coram Heli. Et diuiditur in tres partes. Primò deſcribitur reuelatio facta Samueli. Secundò huius reuelationis denunciatio ipſi Heli. Tertiò huius manifeſtatio toti Iſraeli. Secunda ibi. *Et Samuel timebat*. Tertia ibi. *Creuit autem Samuel*. Prima in duas, quia primò Samuel a domino vocatur. Secundò futura ſibi reuelantur ibi. *Et dixit dominus*. Circa primum. *Puer autem Samuel*. i. quando fuit facta iſta reuelatio Samuel erat puer: erat enim annorum 12. vt ait Ioſephus Antiquitatum. lib. 5. *Miniſtrabat domino coram Heli*. i. erat in miniſterio domus Dei. ſ. claudendo, & aperiendo portas, vt patet infra, & faciendo quęcunque imperata: ex hoc erat coram Heli, ideſt ad mandatum Heli, quia quidquid ille imperaſſet in cultu domus Dei faciebat Samuel: pręmittitur autem hoc propter duo. Primò
E ad deſignandum locum, in quo facta eſt reuelatio. ſ. in ſanctuario apud arcam vbi dormiebat Samuel ad mãdatum Heli. Secundò ad deſignãdum quomodo fuerit notificata iſta reuelatio prophetica Heli. ſ. quia denunciauit ei Samuel, cum eſſet miniſter eius faciens quidquid iuberet Heli. *Et ſermo domini erat precioſus*. i. inuſitatus. Nam, vt quidam dicunt, ceſſauerant reſpõſiones diuinæ, & prophetationes in illo tempore propter malitiam duorum filiorum Heli, & negligẽtiã patris in corrigendo eos. In hebręo dicitur.

Sermo domini erat obturatus. Ideſt abſconditus, ꝙ ad eãdem ſententiam pertinet, quia omne rarum pcioſum eſt. Et ponitur iſtud ad reddendum cauſam, quare Samuel non cognouit Deum loquentẽ ad ſe ter, ſed putabat ſe vocari ab Heli. ſ. quia erat ſermo dñi pcioſus,

ideſt inuſitatus, ita vt fortè tempore Samuel ipſe non audiuiſſet de aliquo quomodo loqueretur ei Deus. *In diebus illis non erat viſio manifeſta.* Ad eandem ſententiã pertinet, ſcilicet quòd viſio Dei in reuelatione prophetica non manifeſtabatur alicui. *Factum eſt ergo in die quadam.* Hoc accidit anno 12. Samuelis cum ipſe continuè miniſtraret in templo: ſicut dixit Ioſephus. *Heli iacebat in domo ſua.* Non eſt ſenſus, quòd eſſet in aliqua domo extra ſanctuarium, vbi morabatur familia ſua, ſed erat intra ſanctuarium in aliquo loco determinato ſibi, quod patet, quia ſi fuiſſet extra non putauiſſet ſe vocatum eſſe ter ab Heli, nec toties ad eum cucurriſſet, ſed immediatè, vt vocabatur currebat ad Heli, ergo erat Heli intra oſtia templi, ſed dicebatur eſſe in domo ſua, quia erat ibi aliqua domus ſpecialiter ſeparata pro ipſo, Samuel autem dormiebat vbicunque iuſsiſſet Heli.

Et oculi eius caligauerant. ſ. ꝙ Heli erat iam ſenex. (*Et non poterat videre.*) Nam fere annorum 98. erat, & ponitur iſtud ad ſignificandum ętatem Heli, in qua facta eſt iſta reuelatio : nec poterat videre, ſcilicet, quia nimis caligauerat.

Lucernam Dei antequam extingueretur. i. tantum caligauerat, ꝙ non poterat videre lucernam inceſſam, ideo quamquam eſſet in ſanctuario, & eſſent lucernę dñi, ideſt lucernę candelabri non extinctę ipſe videre non poterat, & ſecundum iſtum ſenſum aſsignatur ratio, in hoc, quare Samuel erat apud arcam cuſtodiendo, & Heli erat in domo ſua. ſ. quia quamquam Heli eo, ꝙ erat ſummus ſacerdos debebat magis cuſtodire arcam manens apud eam, quam Samuel, qui erat Leuita, quia tñ Heli penitus caligauerat, ita vt non videret etiam lucernam ardentem nihil proficiebat cuſtodia illius, ideo cuſtodiebat Samuel. In hebręo aliter eſt iſta litera pũctuata, & eſt alia ſignificatio. ſ. oculi eius caligauerant, nec poterat videre, & ibi eſt punctus: deinde incipit alius verſus. ſ. lucerna Dei, antequam extingueretur Samuel dormiebat in templo, & tunc iſta litera deſignat tempus in quo facta eſt iſta reuelatio. ſ. per noctem, antequam extingueretur lucerna. ſ. ꝙ nondum extincta, vel antequam extingueret lucerna, Samuel dormiebat, & Deus ſibi apparuit.

De ſenſu verborum, & non poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur. *Quæſt.* I.

IN quo conſiderandum, ꝙ in tabernaculo erat candelabrum aureum, in quo erant ſeptem lucernæ. Exod. cap. 27. & iſtę ardebant iugiter. ſ. die, & nocte coram domino, ſed non omnes, nam ſeptẽ per noctem ardebant, per diem autem quatuor: Sic vr̃ dicere Ioſephus tertio libro Antiquitatum. Extinguebantur autem tres iſtarum lucernarum ante aurorã, antequam facta eſt iſta reuelatio, ideo dicitur, quòd lucerna nondum erat extincta, & Samuel dormiebat. Quòd autem iſtę lucernæ in aurora extinguerentur manentibus aliquibus earum, patet Exod. c. 30. Cum dicitur, quòd Aaron componet lucernas ſuper cãdelabrum in mane, & ad veſperum. Hoc tamen non eſt niſi aliquæ lucernę incenderentur per diem, & aliquę per noctem, nam aliàs, extinctis omnibus in mane, nõ diceretur collocari in mane, ſed ſolum ad veſperum, quia collocari ſignificat diſpoſitionem, & iſta erat in lucernis, vt ſic diſponerentur, quòd arderent. Iſtũ ſenſum, qui apparet in cortice literæ hebraicæ, ſequitur Nicolaus dicens, quòd litera noſtra eſt vitiata per imperitiam ſcriptorum, qui duos verſus poſuerunt in vno, ſicut eſt in aliis locis Scripturę, & ob hoc poſuerunt lucernam in accuſatiuo referentes ad Heli, ſcilicet, quòd ipſe non poterat videre lucernam Dei, ta-

F men debebat eſſe in nominatiuo, ita vt inciperet ibi verſus, ſcilicet, & lucerna Dei, antequam extingueretur Samuel dormiebat. Arbitror tamen, quòd litera noſtra non ſit corrupta, quamquam verum ſit, ꝙ nũc alia punctuatio habetur apud hebręos, ſed Hieronymus ex induſtria ſic ſcripſit transferens ſenſum ex ſenſu, & non verbum ex verbo, quod eſt optimum gen' interpretandi, vt ipſemet Hieronymus ait in epiſtola ad Pammachium, & cauſa mutationis huius fuit, qa ſi iſta litera punctuetur, ſicut habetur nunc in hebręo, nequaquam videtur continuari ſuperiori, cum dicitur ſupra, quòd Heli iacebat in domo ſua, & oculi ei' caligauerant, & videre non poterat: accipiẽdo autem

G in ſenſu literæ noſtræ, ſcilicet, quòd oculi Heli caligauerant, & videre non poterat lucernam Dei, antequã extingueretur, conſonat tota litera, quamquã in hoc non nego eſſe conuenientem expoſitionem ſecundũ literam hebraicam.

Samuel autem dormiebat in templo domini. Quia dixit ſupra, ꝙ Heli dormiebat in domo ſua. non eſt tamẽ ſenſus ex hoc, quòd Heli dormiret extra templum, & Samuel in templo, vt ſupra declaratum eſt, ſed Heli iacebat intra templum in aliqua domo ſeparata a loco, in quo erat arca, cum ipſe nihil proficeret ad cuſtodiã, quia caligauerant oculi eius, Samuel autem erat in quodam loco magis coniuncto arcę ad hoc, quòd diligenter cuſtodiret eã, quæ erat in ſanctuario, & quan-

H tum ad hoc dicebatur eſſe in templo, ideſt magis intra templum, quam Heli, vbi erat arca Dei, nõ eſt ſenſus, quòd Samuel dormiret intra ſancta ſanctorum, vbi erat arca, quia non ſolum non licebat ei dormire ibi, ſed etiam nec manere aliquo tempore, aut ingredi illuc, quia ſoli ſummi ſacerdotes ingrediebantur illuc ſemel in anno in die propitiationis Leuitic. decimoſexto, & ad Hebręos capitul. 9. Nemo tamen ibi, vnquam dormiebat, nec etiam ſummus ſacerdos, quanto magis Samuel, qui erat Leuita ſimplex? Nec valet, quòd aliqui dicunt, ſcilicet, quòd Samuel erat adhuc puer, & ſine peccato, & ob hoc poterat ibi dormire. Nam etiam ſi eſſet ita immunis a peccato, vt angelus, inhoneſtum videbatur valde, & nimis contra

I Dei reuerentiam, quòd aliquis haberet lectũ, & dormiret in loco illo, vbi apparebat gloria domini. Dicebatur igitur Samuel eſſe, vbi erat arca. i. in aliqua cellula propinqua illi loco, vbi erat arca, quæ autem ꝓpinqua ſunt non iudicantur diſtare.

Et vocauit dominus Samuel. Hic ponitur reuelatio facta ad Samuelem, & dicitur quomodo Deus illum vocauerit: nam iſta prophetia facta eſt in reali locutione ſine aliqua figura apparente, & non per reuelationem intellectus, vel motum phantaſiæ, nec etiam apparuit Samueli aliqua figura loquens, ſicut apparebat interdum aliis prophetis, vt patet de Ioſue, cui apparuit angelus domini euaginato gladio in agro Iericho: Ioſue quinto. Et ſic apparuit Gedeoni loquens. Iudic. cap. 6. Sic matri Samſonis. Iudic. ca. 13. Samueli autem nulla

K figura apparuit, quia tunc quando vocatus eſt non cucurriſſet ad alium, niſi ad vocantem: cucurrit tamẽ ad Heli ter, vt patet infra. ſimilis autem locutio in ſola voce facta eſt populo Hebręorum in deſerto, cum data eſt lex, ſic patet Deuter. c. 4. Vocem verborum audiuiſtis, & formam penitus non vidiſtis. De iſtis differentiis reuelationum propheticarum declaratũ eſt Nu. c. 12. *Qui reſpondens ait, ecce ego.* Ideſt immediatè, vt audiuit reſpondit, dicens: ecce ego, ideſt ecce ego præſtò ſum ad ea, quæ iubes. Putabat tamen Samuel, ꝙ vocabat eum Heli, & ob hoc ſic reſpondebat, ſed angelus domini erat, qui vocabat, quamquam hic dicatur Deus, qa iſte eſt modus ſcripturę potiſsimè in veteri teſtamento. *Et cucurrit ad Heli.* Putauerat enim ſe vocari

vocari ab eo, ideo ad ipsum cucurrit, & hoc quia intra templum erat locus, in quo manebat Heli: potuit ad eũ cito venire de lecto suo: faciebat aũt hoc Samuel, quia non existimabat se potuisse vocari ab alio, nisi ab Heli, quia nullus propinquior erat, cuius vox ad ipsum peruenire potuisset, & hoc quia nõdum locutus fuerat ei Deus, alioquin magis existimasset esse vocẽ domini, sic patet infra. s. Porro Samuel, necdum sciebat dñm, nec reuelatus fuerat ei sermo domini.

Quare angelus non se statim manifestauit Samueli. Quæst. II.

QVAERET aliquis quare angelus domini loquens non se reuelauit immediatè Samueli, ita vt non cogeretur ire ad Heli putans se ab eo vocari. Aliquis respondebit, ꝙ hoc factum est, vt Samuel non videret aliquam figuram, ꝑ quam moueretur ad idolatriam putans eam eẽ Deũ, & postea assuefieret ad colendum idola, sic fuit de toto Israel, nam cum Deus dedit eis legem in mõte Sinai solum vox audiebatur, & non videbatur aliquis loquens, ne ipsi facerent aliquas similitudines loquentis, & errarent, sic patet Deutero. c. 4. s. Locutus est dñs ad vos de medio ignis, vocem verborum eius audiuistis, & formam penitus non vidistis, & postea subdit causa. s. Custodite sollicitè animas vestras, non vidistis aliquam similitudinem in die, qua locutus est dñs vobis in Horeb de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem. Dicendum est hoc nõ stare, quia ante hoc angelus domini sępe apparuerat in corpore assumpto, & locutus fuerat, vt patet de Iosue, & Gedeone, & matre Samsonis, vt supra dictum est, Samuel autem non erat minoris virtutis, quã mater Samsonis, vt deciperetur ex visione angeli, & idolatraret, potissimè autem, quia si apparuisset angelus ei in figura assumpta, non vocauisset se Deum, sed virum Dei, vel angelum, sicut factum est in aliis locis de Iosue, Gedeone, & matre Samsonis. Sed dicendum, ꝙ non apparuit ei angelus domini in figura, vt cogeretur ire ad Heli, si enim apparuisset in aliqua figura vidisset eum Samuel, & stetisset corã illo. Fuit tñ conueniens, ꝙ iret ad Heli: nam si Deus reuelasset ei aliquid, aut postea ipse diceret Heli sponte, aut non: si. n. ipse non dixisset, non quęsiuisset Heli ab eo, quia non existimabat aliquid esse sibi reuelatum: si autem ipse sponte dixisset, non credidisset Heli putans esse aliquẽ errorem somniorum accidentem ex defectu puerilis ætatis. Et apparet hoc, quia cum prima vice iuit Samuel ad Heli putans se ab eo vocatum dixit, ꝙ nõ vocauerat iubens redire ad dormiendum, sic etiam in secunda vice. In tertia autem dicitur, ꝙ Heli intellexit, ꝙ loqueretur Deus ad Samuelem, & tunc instruxit eum, vt patet infra: si igitur in secunda vice adhuc non intelligebat eum a Deo vocatum fuisse, quanto minus intellexisset, si nesciuisset eum fuisse aliquãdo vocatum, sed solum diceret Samuel, ꝙ Deus ei aliqd reuelauerat, & ex ista causa fuit opportunum, ꝙ Deus vocaret sępe Samuelem faciendo eum sępe ire ad Heli, quia in prima vice nihil fuit motus Heli putãs hoc accidere ex defectu somniorum.

Idem etiam de secunda, sed cum iam toties vocaretur puer non putauit hoc accidere ex errore somnii, sed ex alia causa, ideo tunc instruxit eum de respõsione, & in aurora quęsiuit ab eo quid Deus reuelasset, & quia Deus volebat notum fieri hoc Heli per Samuelem, fecit taliter, vt Heli crederet, quòd nõ accidisset, nisi Samuel sępe venisset ad Heli. Oportuit igit, quòd non appareret aliqua figura Samueli, & sic cogeretur venire ad Heli, & dixit ei. s. Samuel ad Heli. *Ecce ego.* i.

A ecce ego adsum tibi. *Vocauisti enim me.* i. hoc quia vidi, ꝙ vocares me, istud ponebat Samuel ad notadũ quare venisset ad Heli. Qui dixit: non vocaui te reuertere, & dormi: ista enim reuelatio facta est per noctem. Sic namque vt cõis fiebat apparitio prophetis, & tunc dixit Heli ad Samuelem, ꝙ rediret ad dormiendum: putauit enim hoc fuisse ex aliquibus accidentibus somniorum, non tamen increpuit Heli Samuelem, quia non erat ex hoc increpabilis, dato ꝙ esset error somnii, quia ista non sunt in potestate nostra: potissimè, quia Samuel adhuc erat puer, & nesciebat ex qua causa hoc aduenisset.

B *Et abijt, & dormiuit.* Scilicet, qa Samuel nõ putauit hoc sibi accidisse ex vocatione Dei, sed magis ex somnio, vel forte non attẽdit aliquid ad hoc, ꝙ erat puer, & non curant pueri aliquid de his distinguere cum ad tanta non sint. *Et adiecit dominus vocare rursum Samuel.* Idest iterum vocatus est post primam vicem. Consurgensque Samuel abiit ad Heli, erat enim Samuel valde obediens, ad quem pertinet executionem mandatorum non differre, ideo immediatè surrexit, vt sciuit se vocatum.

Quare Samuel secundo venit ad Heli, cum tamen in prima vocatione fuerit deceptus. Quæst. III.

C QVAERET aliquis, quare Samuel venit ad Heli iterum, cum sciuisset se fuisse deceptũ in priori vocatione. Respondendum est, ꝙ Samuel audiebat vocem, & vere audiebat, ita vt nequaquam posset dubitare, ꝙ eam audiuisset, ideo quamquam fuisset primo deceptus, venit ad secundam vocationem, sicut nos nequaquam dubitamus proferre ea, quę nos certissimè scire cognoscimus. Sic enim est in prophetis: nam prophetæ multoties in somnis recipiebant, tanquam verissima, ac si ea verè vidissent, ita de Samuele factum est, quia nõ erat illa immutatio, tanquam facta in somniis, sed magis, vt in vigilia, venit ergo sciens certissime se esse vocatum, quamquam nesciret a quo vocatus fuisset. *Ecce ego, quia vocasti me.* Hoc dixit in secunda vice ad repræ-

D sentandum causam sui aduentus putans se vocatum. *Qui respondit.* s. Heli. *Non vocaui te fili mi reuertere, & dormi.* Etiam ista secunda vice existimauit Heli, quòd Samuel errore somniorum deciperetur, ideo remisit eũ ad dormiendum, sed adhuc non increpuit eum, quia ex conditione naturę, & non ex arbitrio nostro accidere poterat, ꝙ aliquis sępe falleretur putans se audire voces, vel ab aliquo vocari.

Porro Samuel, nec dum sciebat dominum. Hic datur causa, quare Samuel toties recurrebat ad Heli audiẽs voces aliquas cum non vocaretur ab eo putans se vocatum. s. quia nondum cognoscebat dñm, nec putabat se ab eo vocari. Intelligitur aũt ista cognitio quantũ ad communicationem, quę est in reuelatione ꝓphetica, quia eo modo non cognoscebat dñm, quia nunq̃

E sibi quicquam fuerat reuelatum, cognoscebat tñ eũ per fidem veram, & per amorem, quia diligebat eum, & explebat ea, quæ iussa erãt propter ipsum. Dicit hic Nicolaus, ꝙ erat processus in Samuelis cognitione, sicut in operatione naturę, & artis, quę semper procedunt ab imperfectis ad perfecta, ita ẽt in omnibus ꝓphetis, quia posteriores ꝓphetę magis appropinquantes ad tps Christi habuerunt cognitionem clariorẽ, q̃ prophetę priores, ita ẽt interdum in eodem propheta accidit, ꝙ cognitiones eius de Deo a principio erant minus clarę, quam posteriores, ita in Samuele factũ est, quia a principio audiens vocẽ domini, putauit esse vocem hominis, quousque perueniret ad cognitionẽ manifestam vocis diuinę: sed non intendit litera istud hic, nec Deus faciebat ob hoc, sed vt cogeretur

venire sæpe Samuel ad Heli, vt sic crederet ei, quòd a Deo acceperat reuelationem: nunc n. incępit esse ꝓpheta. *Et adiecit dominus, & uocauit Samuelem tertio.* i. non cessauit in prima, & in secunda vocatione, sed adiecit tertiam: hoc autem erat ad maiorem certificationē, vt sic verè crederet Heli, ꝙ vocabatur Samuel a Deo, *Et consurgens abijt ad Heli.* Hoc fuit, quia semper intelligebat Samuel se esse vocatum ab Heli, quod erat propter duo: primo, quia nondum acceperat a Deo reuelationem, vt posset existimare istam esse diuinam vocationem. Secundo, quia erat Samuel puer, & nō poterat iudicare, an ei ista a Deo dicerentur, sed existimabat se ab illo vocari, a quo consueuerat semper vocari, *Intellexit igitur Heli, quia dominus uocaret puerum.* Hoc fuit, quia sæpe surrexerat, quasi vocatus, quòd non existimabat Heli posse fieri ex somnii errore, sed quòd aliquis eum vere vocaret: non existimauit autem aliū esse, nisi Deum. *Et ait ad Samuelem uade, & dormi.* Scilicet, quia non vocauerat eum ipse, sed Deus: instruxit tamen qualiter respondere deberet si Deus eum vlterius vocaret. *Et si deinceps uocauerit te.* Existimauit Heli, quòd Deus vocaturus esset vlterius Samuelem ad aliquid ei significandum: nō enim frustra eūm ter vocasset, ideo instruit illum qualiter deberet respondere ad hoc, ꝙ se haberet reuerenter ad Deum, erat enim Samuel inexpertus, ideo nesciret loqui reuerenter ad Deum, & hoc quia adhuc erat puer, erat autē Heli senex sciens qualiter ad Deum loqui deberemus cum reuerentia magna, sicut ad dominos temporales. *Dicens loquere domine, quia audit seruus tuus.* Ista sunt verba hominis significantis se esse attentū ad ea, quæ dicebantur, & orantis, vt aliquid sibi dicatur. *Abijt ergo Samuel, & dormiuit in loco suo.* Scilicet in cellula, in qua consueuerat dormire circa sancta Sanctorum.

Et uenit dominus. Scilicet angelus, quia non loquebatur Deus, loqui enim non potest, vt declaratum est. Exod. c. 23. & 25. sed angeli vocantur nomine Dei in veteri testamento. *Et stetit.* Scilicet circa Samuelem ad hoc, ꝙ sciret Samuel distinctè se vocari ab aliquo qui esset sibi propinquus loco. *Et uocauit sicut uocauerat primo, & secundo.* Ista litera potest dupliciter intelligi: vno modo ꝙ referatur ista determinatio, primo, & secundo ad istud verbum vocauit: aliter ꝙ referatur ad quoddam verbum. s. vocauerat. i. ꝙ vocauit dominus in ista vice Samuelem, sicut vocauerat primo, & secūdo. i. sicut vocauerat in prima, & secunda vice.

Primus sensus est verus. s. ꝙ vocauit Deus Samuelem: primo, & secundo. i. bis nominando nomē eius, & sic patet in litera, quia dicitur Samuel, Samuel. Simile etiam hr̄ Gen. c. 22. vbi Deus locutus est ad Abraham secundo. i. duabus vicibus. s. nominans nomen illius bis, cum dr̄ Abraham, Abraham, & tunc dr̄, ꝙ vocauit eum bis, sicut consueuerat vocare in aliis vicibꝰ, quia in qualibet aliarum vocabat eum, dicēs Samuel, Samuel. Secundus sensus non est verus, vel saltem cōueniens literę. s. ꝙ Deus vocauit Samuelem, sicut vocauerat primo, & secundo. i. prima, & secunda vice: nā non solum vocauit eum bis, sed etiam ter, vt patet. s. ideo teneatur primus sensus. *Et ait Samuel loquere domine, quia audit seruus tuus.* In ista quarta vice non cucurrit Samuel ad Heli, quia iam fuerat edoctus, quomodo responderet. In Hebręo non habetur hic nomen domini, sed dicitur loquere, quia audit seruus tuus. Dicit autem Rab. Sal. ꝙ hoc fuit, quia Samuel ignorauit an ille, qui loquebatur esset Deus, vel dęmō: ideo noluit eum vocare dominum: sed istud nihil est, quia cum dicatur audit seruus tuus, intelligebatur, ꝙ vocabat eū dominum, quia non est aliquis seruus, nisi dominum habeat, & consequenter cum quis vocat se seruum alterius, dicit eum esse dominum, quamquam expresse

F non vocarit eum dominum. Litera tamen hebraica in quibusdam non curauit multum exprimere, & ob hoc illi, qui in talibus volunt ponderare literā nimis, errant. *Et dixit dominus ad Samuelem.* s. angelus Dei qui hęc in persona Dei significabat. *Ecce ego faciam verbum in Israel.* i. ego faciam rem aliquam in populo Israelitarum, verbum enim accipitur hic pro re: sic etiam sępe accipitur in aliis locis, sicut cum quæsiuit Dauid, quod est verbum, quod factum est in castris. i. quid est quod accidit in castris, infra lib. 2. ca. 1. *Quod quicunque audierit, tinnient ambæ aures eius.* i. ita erit terribile istud, quod ego faciam, ꝙ omnes audientes erunt attoniti. Et est hic metaphora, quando enim aliquis audit verbum
G nimis forte, aures eius tinniunt, & interdum homo cadit attonitus: ita res illa, quam Deus facere debebat, erat fortis, ꝙ quicunque audiret eam, timeret nimis. Intelligitur autem istud secundum Nicolaum de captione arcę: nam fuit terribile in Israel, ꝙ arca capta esset, quia eo audito Heli corruit de sella, & fractis ceruicibus expirauit, vt patet sequen. c. Et nurus eius hoc audito irruentibus super eam doloribus partus mortua est. eod. cap. & hoc erat tinnire aures, scilicet, ꝙ veniret arca de tanta reuerentia ad tātam ignominiam. Prius enim Leuitis non licebat eā videre discoopertam, alioquin morerentur, Nume. cap. 4. nunc autem hostes eam ferebāt pro libito, & discoopertam habebant. Sed magis est hoc intelligendum de morte po-
H steritatis Heli, scilicet quando occidit Saul. 85. viros vestitos Ephod de domo Achimelech, & pertinebāt isti ad domū Heli. Et patet, quòd intelligatur de hoc, quia quamquam captio arcæ fuerit aliquid terribile, tamen non erat hoc pęnale soli domui Heli, sed toti Israeli. Si enim capta arca superstites fuissent filii Heli, & nunquam fuisset mutatum sacerdotium magnū de domo ipsorum, non videbatur ex hoc eis aliqua specialis afflictio. Hic tamen Deus intendebat ꝓnunciare afflictionem pertinētem ad domum Heli, vt patet ex tota litera, ideo referendum est ad mortem simultaneam omnium de familia Heli: fuerunt enim omnes simul pereuntes præter Abiathar, infra ca. 22.

In die illo suscitabo aduersum Heli omnia, quæ locutus sum super domum eius. Idest tunc faciam omnia, quæ dixi
I contra Heli. Non est autem intelligendum, quòd in aliqua vna die hæc fierent, sed accipitur dies pro omni tempore, in quo aliquid compleretur de his, quæ prænunciata sunt super domum Heli. Et dicitur hic, quæ locutus sum, quia non prędixerat nunc nouiter Deus mala super domum Heli, sed etiam ante hoc, quia vir Dei veniens ad Heli prænunciauerat ei multa, vt patet pręcedenti capitulo. potest autem aliqualiter ex ista litera accipi sententia Nicolai, scilicet, ꝙ verbum, de quo supra dicebatur, quòd faceret tinnire aures erat captio arcæ, & in ipsa die inciperet Deus complere, quæ dixit contra domum Heli, scilicet, ꝗa eodem die, quo capta est arca mortui sunt duo filii Heli, & in hoc incepit pęnalitas domus Heli, vt patet
K præcedenti cap. scilicet, quòd hoc est signum, ꝙ futurum est duo filii tui vna die morientur ambo. dicitur etiam. *Incipiam & complebo.* Si referatur ad diem, in quo capta est arca, non est sensus, quòd in ea die, qua cępit pęnalitas contra domum Heli finiret, quia multo post finita est, scilicet tempore Abiathar, quando expulsus est de summo sacerdotio, infra tertio libro, cap. 2. scilicet. Eiecit Salomon, Abiathar, vt non esset sacerdos domini, vt impleretur sermo, quem locutus est super domum Heli in Silo, sed estꝰ sensus incipiā, & complebo, idest quamquam non in eadem die finiam, in qua incipio: tamen ego finiam. *Prædixi enim, quòd iudicaturus essem domū eius.* Accipitur hic iudicare. i. pęnas infligere. Nam si accipiatur pro sentētia iudicis

non

non erat Deus iudicaturus, quasi non iudicasset, iã.n. iudicauerat, & ab æterno erat iudicium, sed pęna non inflicta fuit, nisi in tpe determinato, & post hoc, & de hoc dr, ꝙ Deus iudicaturus erat, & istud prędixerat. s. ꝑ virum Dei, de quo prece. c. ipsi. n. latius significatum est, quam Samueli. *In æternum.* i. ꝙ istud iudicium, vel pęna durare deberet in ęternum.

Pœna domus Heli an durauerit in æternum. Quæst. IIII.

SED dicet aliquis ꝯ, quia hoc tempore Abiathar sacerdotis in principio regni Salomonis finitũ est, ergo non durauit in ęternum. Rñdendum est, ꝙ pęna domus Heli fuit duplex, quedã in positione, & alia ĩ priuatione: pęna. n. positiua fuit, ꝙ oẽs de genere Heli perirẽt præter paucissimos, & ista solum durauit vsq; ad tempus Saulis. Nam ante hoc perierant duo filii Heli in bello. s. Ophni, & Phinees: seq. c. Et post eos incępit continuari in reliqua stirpe, quousque Saul occidit. 85. viros de stirpe Achimelech, qui vestiti erant Ephod, & oẽs isti erant sacerdotes relicto solo Abiathar, vt infra c. 22. Pęna aũt priuatiua erat ĩ priuatione summi sacerdotii, & ista durauit in æternum, qm̃ priuata est stirps Heli summo sacerdotio tpe Abiathar, & nũquã postea rediit ad ipsum, nec ad alios posteros suos, sed mansit in stirpe Sadoc, qui erat de filiis Phinees, de quo declaratum est prece den. c. Et de ista pęna priuatiua intelligitur hic, ꝙ Deꝰ iudicabit in ęternum. i. puniet domum Heli. *Propter iniquitatem, eo quòd nouerat indigne agere filios suos.* i. ista pœna inducetur ꝑꝑ iniquitatem Heli, quæ iniquitas non erat in aliqua commissione, quia ipse nihil commiserat, sed in omissione. s. quia nouerat filios suos agere indigne, & nõ corripuit eos, ista indignitas erat, quia errabant in opere sacerdotali, & dormiebant cũ mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi.

Sciendum tamen, ꝙ principaliter inducta fuit ista plaga ꝑꝑ peccata filiorum Heli, quam patris eorum, sed quia scriptura dixit de domo Heli, voluit tangere de iniquitatibus eius, & ista nulla erat, nisi quia corrigere omiserat: iniquitas aũt filiorum Heli manifesta erat. *Et non corripuit eos.* Aliquis dicet, ꝙ corripuit, quia increpuit illos pręced. c. dicens, non esse rem bonam quam faciebant filii sui.

Respondendum est, ꝙ correptio Heli fuit remissa nimis, quia solum dixit, quare facitis res huiusmodi: nolite facere filii mei, ꝙ autem inutile, vel parum est, nihil esse vr. Debuerat autem Heli pro tam enormibꝰ sceleribus nimis increpuisse filios suos, ideo dr, ꝙ nõ correxit. *Idcirco iuraui domui Heli.* i. ego promisi proposito iuramento, ꝙ punirem domum Heli, ponĩt istud ad certificandum, ꝙ ista denunciatio non est secundum continuationem, sed secundum certitudinem diuinę scientiæ, ideo nunquã mutabitur, etiam si posteri Heli boni essent, & quia illa, quæ homo sub iuramento asserit firmiora esse debent, quam ea, quę sine iuramento promittuntur, dixit Deus se iurasse. In Deo tamen, siue iuret, siue non iuret semper est certitudo, quid igitur proficiat iuramentum in promissis diuinis declaratum est Gene. c. 22. *Quod non expietur iniquitas domus eius.* i. progeniei illius, hoc solum intelligitur quantum ad pęnam a Deo determinatam, sed non ad culpam. Nam quacunque hora ingemuerit peccator Deus non recordatur vlterius peccatorum ipsius. Ezech. 18. ca. sed de pœna nihil impedit, quòd aliquis sit in magna charitate, & sit subiectus magnis pęnalitatibus, potissimè cum istæ pęnalitates sint satisfactoriæ, & peccator punitus magis satisfacit hic, quam in futuro seculo. Gratia ergo quędã est, ꝙ ho-

A mini peccatori non remittatur hic pęna. s. ꝙ non differatur pro futuro seculo, cum leuius, & velocius hic ab ea liberetur, quam in futuro, & sic in domo Heli, nunquam fuit expiata iniquitas. i. nunquam fuit ablata pęna, quia semper manserunt priuati posteri eius summo sacerdotio. *Victimis & muneribus.* i. nunquam expiabitur ista pęna etiam si offerãt multas victimas, & munera: vocatur victima sacrificia facta de animalibus: munera vocantur oblationes factę de rebus nõ viuentibus, & per vtrunque impendebatur Deo cultus. Ponitur autem hoc ad instruendum Heli, & po

B steros eius, quia ipsi erant sacerdotes, & diuites: ideo putantes Deum placandum esse per sacrificia laborarent, vt impenderent multa sacrificia, sed quia illa essent frustratoria, & nõ essent accepta Deo ex hac parte prænunciauit instruens illos, ꝙ non aboleretur peccatum per sacrificia, & ne isti laborent circa inutilia Deus arcet eos ab his, sic etiam est factum cum Deus pręnunciasset malum futurum contra Iudęos ꝓpter eorum iniquitates, & si niterentur tollere hoc per sacrificia, dixit ne frustra laborarẽt in sacrificiis. Isa. c. 1. s. Ne afferatis vltra sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi: Neomeniam, & sabbathum, & festiuitates alias non feram: iniqui sunt cętus vestri: calendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea, & cum extenderitis manus vestras auertam oculos meos, & cum multiplicaueritis orationem, non exau-

C diam. sic ẽt multoties qñ Deus non vult aliquid audire, denunciat, vt non oretur pro illo, sic patet Ierem. c. 15. s. si steterit Moyses, & Samuel coram me nõ est voluntas mea ad populum istum. Dicebatur autẽ de victimis. & muneribus, quia in lege determinata erãt specialiter aliqua sacrificia, quę vocantur pro peccato, & illa proficiebant aliquo modo ad remissionem peccatorum, ideo de illis putarent isti, ꝙ per ea liberarentur ab ista pęna, sed Deus pręnunciat, ꝙ nõ liberabuntur. quo autem sacrificia pro peccato proficiãt ad remissionem peccatorum, & an sint pro remissione pęnę, vel culpę, & si pro pęna, pro quo genere pœnę declaratum est Leui. c. 1. & 4. *Dormiuit autem Samuel*

D *vsque mane.* Scilicet postquam facta est sibi reuelatio iacenti in lecto dormiuit, vsque ad auroram, scilicet non iuit amplius ad Heli, sicut prius iuerat: fuit enim facta ista reuelatio per noctem iacente Samuele in lecto, vnde non surrexit, qñ facta est propter præsentiã angeli reuelantis, nec postea vsque ad aurorã, sed dormiuit. s. iacuit in loco suo vsque mane, siue dormierit, siue non. *Aperuitque ostia domus Dei.* s. in aurora, postquam consurrexit, aperuit ostia templi, ꝙ vocatur domus Dei: istud enim erat officiũ Samuelis, ipse namq; semper erat in tabernaculo nocte, & die, ideo poterat conuenientius aperire portas illius, quam cęteri. Etiã erat hoc conueniens gradui suo, scilicet ordini Leuitico: nam Leuitæ non habebant officia sacerdotalia, sed alia minora sicut aperire, & claudere portas, & ca-

E nere in voce, & organis in solennitatibus, & quando fierent sacrificia, vnde diuisi sunt Leuitæ in ianitores, & cantores. 1. Paralip. c. 6. ideo ei conueniebat. Ex hoc autem apparet, ꝙ supra dicebatur, scilicet, ꝙ Heli dormiebat intra templum, quia ista reuelatio fuit facta ꝑ noctem, & ter concurrit Samuel ad Heli putans se ab eo vocari, nunquam tamen aperuit ostia templi, nisi vsque mane, oportebat igitur, quòd Heli dormiret intra templum.

Et Samuel timebat visionem indicare Heli. Hic ponitur reuelationis diuulgatio facta ipsi Heli, fuerat enim ista prophetica reuelatio solum contra domum Heli, vt patet. s. ideo debebat sibi denunciari: ad hoc. n. facta est, vt scirentur ea, quę pręnunciabãtur: Samuel tamẽ timebat ista nunciare Heli. Erat autem iste timor

reuerentiç, quia Samuel nutritus erat ab Heli, & ministrabat coram eo. In reuelatione autem ista denunciata fuerant maxima mala, scilicet perditio honoris, & mors: ideo timebat talia nunciare Heli, & ob hoc proponebat tacere, nisi Heli eum incitasset ad dicẽdũ, & quasi coegisset. *Vocauit ergo Heli Samuelem.* scilicet in aurora ad sciendum, quid sibi reuelatum esset a domino. *Et dixit Samuel fili mi.* Vocabat ergo filium Heli prę amore, quoniam ministrabat diligenter nimis, & proficiebat in omnibus, & quia in custodia illius erat, habebat illum tanquam filium, quamquam non esset. *Qui respondens ait præstò sum.* Idest ecce adsum, iube quid vis. *Et interrogauit eum, quis est sermo, quem locutus est ad te dominus.* Ad hoc enim vocauit eum Heli, vt ista sciret ab eo.

Quomodo sciret Heli, quòd Deus locutus esset Samueli.
Quæst. V.

QVAERET aliquis quomodo Heli quęsiuit quis erat sermo, quem locutus Deus fuerat, cum nesciret Deum esse locutum: nam nõ poterat scire, an locutus esset. Forte tamen aliquis dicet, quòd audiuerat Heli voces domini ad Samuelem, cum essent ambo in eodem templo. Sed istud non stat, quia tũc sciuisset Heli quid Deus reuelauerat, & non inquireret illud a Samuele. Item si audisset voces Dei, quando facta est reuelatio: etiam potuisset eas audire, & audisset quãdo vocabat Samuel ab angelo, cum fuerit ter vocatus, vt patet supra, sed Heli non audiuit: nam quando ibat Samuel ad eum nesciebat quid hoc esset: nec intellexit, quòd Deus vocaret eum vsque ad tertiam vicem: si tamẽ ipse audisset voces vocationis, cognouisset, quòd a Deo vocaretur sciẽs, quòd nullus alius ibi erat, qui illas voces formare posset: sciens etiam, quòd Deus prophetis ꝑ somnium reuelare secreta solitus erat. Item non stat, quia si Heli audisset reuelationẽ, quę fiebat ad Samuelem, quando ei fiebat, non magis esset Samuel propheta, quam Heli, cum vtrique Deus reuelaretur, sed Samuel erat propheta solum, Heli autem non, ideo non audiuit ipse voces. Dicendum igitur, quòd non cognoscebat per certitudinem, an Deus apparuisset Samueli, credebat tamen, quòd apparuisset, quia cum eũ ter ante hoc vocasset, illa vocatio ad aliquid ordinabatur, cum Deus nihil agat frustra. Credidit ergo, quòd post illas vocationes iterum vocauerit, & locutus fuerit: volebat autem Heli cognoscere quid Deus reuelasset Samueli, quia licet nesciret, quòd reuelatio contra ipsum erat: tamẽ forte suspicabatur illud, quia iterum cõtra eum fuerat facta reuelatio per hominem Dei pręcedenti c. & quia nunc reuelabatur Deus in templo puero illi satis erat suspicabile, quòd contra ipsum esset reuelatio. Sed adhuc dato, quòd non crediderit contra se esse reuelationem, quęsiuit quid Deus dixisset, quia erat desiderans scire reuelata, quilibet enim sic desideraret, & hoc propter duo. Primo quia illa, quę reuelabantur erant futura, & homines afficiuntur nimis ad sciendum ea, quę futura sunt cum ista sola eis incerta maneant: nam pręsentia, & pręterita ab eis facillimè cognoscuntur, futura autẽ sola ignorãt. Tertio desideraret hoc nimis, quia a Deo fiebat ista reuelatio, ideo esset aliquid certissimum, & valde excellens, propter quòd, & desiderabile erat, sicut cupimus audire sententias magnorum virorum, & sapientum attẽti eis, quę dixerint, tanquam aliquid excellens dicturi sint, sed adhuc forte Deus incitabat Heli, vt ipse inquireret a Samuele, ne cogeretur Samuel cum rubore, & timore ista ei denunciare: nam timebat ei dicere, vt patet hic. *Oro te ne celaueris a me.*

Prima opi. · Alia opin. · Quare uoluit Heli scire, quid reuelatum esset Samueli.

F Hic rogat Heli Samuelem: nam quamquam esset famulus eius noluit imperare, & hoc propter duo. Primò, quia Heli erat maior Samuele in quantum erat summus sacerdos, Samuel simplex Leuita, & in quantum erat senior, & habens illum in potestate sua: poterat enim secundum hęc iubere illi: non erat tamen Heli maior Samuele inquãtũ propheta, quia Samuel erat propheta Heli autem non: & dato, ꝙ esset, tamẽ quantum ad hoc non fuit, ideo in opere prophetico nihil poterat iubere, sed orauit, vt sic flecteret eum. Secundo fuit hoc, quia dato, ꝙ Samuel esset simpliciter subditus Heli quantum ad omnia, tamen in hoc non decebat iubere, sed orare, quia iubere importat necessitatem, & violentiam, orare autem importat libertatem, sed cum dominus vult aliquid a seruo, in quo totaliter potest eum cogere iubere conueniens est, sed

G circa ea, quę occulta sunt iubere nihil prodest, quia seruus fallet dominum, si voluerit, nisi inducatur persuasoriè ad non fallendum, & sic tunc magis orandũ, quam iubendum est, ita autem erat in Samuele, quia ea, quę petebat Heli erãt futura, & reuelatio fuit facta abscondite: vnde poterat Samuel dicere Heli aliquid, quod Deus ei non reuelasset, vel de eis, quę reuelasset multa occultare, decuit ergo, vt oraret, nimis enim flectuntur, qui in minori gradu sunt, cum viros magnos sibi supplices, & ad aliquid orantes cernunt. *Hæc faciat tibi dominus, & hæc addat.* Iste est modus iurandi antiquus, vel magis imprecandi: nam Heli imprecabatur hic mala super Samuelẽ si aliquid celaret: dixit

H autem hęc faciat tibi dominus: per particulam hęc demonstrauit aliquid Heli, ꝙ hic non habetur. s. Deus faciat super te talia mala, & talia nominans illa. *Et hæc addat.* Idest non solum sit contentus his, sed etiam addat alia mala, scilicet talia, & talia, & ipse nominauit illa. *Si absconderis a me sermonẽ ex omnibus verbis, quæ dicta sunt tibi.* Satis credebat Heli, quòd Samuel reuelaret ei aliquid de his, quę Deus dixerat: etiam si solum iuberet illi, vt reuelaret, sed timebat, quòd aliquid abscõderet, & propter hoc inducebat super eum imprecationes. In quo aliqualiter patet, quòd Heli credebat istam reuelationem fuisse factam contra eum, & quia aliqua alia pręnunciata essent, credidit, quòd illa, vel

I plurima illorũ occultaret Samuel, ne eũ contristaret. *Indicauit, itaque ei Samuel vniuersos sermones domini.* Fuerat enim adiuratus, vt hoc faceret, etiam iusserat sibi dominus suus, cui peccatum erat mentiri, ideo respõdit nihil celando. *Et non abscondit ab eo.* Eadem sententia est cum pręcedenti, nã si omnes sermones domini denunciauit Samuel Heli, necesse erat, ꝙ nihil abscon deret ab eo, sed ista dicuntur per superabũdantiam, sicut interdum est mos sacrę Scripturę, & etiam est hoc in modo loquendi. *Et ille respondit.* Scilicet Heli auditis duris denunciationibus cõtra se, & domũ suã. *Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat.* Idest Deus, qui ista denunciauit est dominus omnium potens facere de nobis quidquid voluerit, ideo faciat, ꝙ bonũ

K videtur in oculis sus. q. d. si bonum videtur ei, ꝙ ista, quę pręnunciata sunt eueniant super me, & domum meam, eueniant. Ex hoc apparet, ꝙ Heli erat vir bonus, & ꝗꝗ ipse peccasset, quia, cum potuit, non corripuit filios suos, quantum debuit, tamen nunc patiẽter sustinebat, ꝙ Deus talia mala de eo pręnunciasset esse futura, ideo ex ista pęna sibi pręnũciata nemo arguere potest, ꝙ ęternaliter condemnatus sit, sed magis è cõtrario dicetur, ꝙ pęnituerit de peccato suo, cũ patiẽter pęnam sustulerit. Erat autem quędã pars pęnę audire mala, quę pręnũciabãtur, & credere, ꝙ euẽtura essent. Cum igitur audiret quis ista patienter quandã partem pęnę patienter tolerabat.

Creuit autem Samuel. Hic ponit reuelatio facta Israel toti,

toti, scilicet, quòd postea totus Israel cognouit, quomodo ista verba reuelata fuerant Samueli super domum Heli, & dicitur creuit Samuel. s. ętate, sapientia, & fama, & quantum ad omnem probitatem, sicut dr̄ de Christo. Luc. c. 2. ꝙ puer crescebat, & confortabat̄ plenus sapientia, & gratia, & iterum ibidem. s. & Iesus proficiebat ætate, & sapientia, & gratia apud Deum, & homines. *Et Deus erat cum eo*. Deus enim dicitur esse cum aliquo, quando specialiter cum eo est faciens per illum aliquid, quod per alios homines nequaquā facit. Si enim large accipiatur esse Deum cum homine, cū omni homine est, quia Deus est, in quo sumus, viuimus, & mouemur, Act. 17. c. nam etiam secundū modum loquendi naturalem causa. prima plus influit in causata, quam causę secundę, vt patet in prima propositione lib. de causis, & quia Deus est prima causa necesse est eum concurrere ad omnem operationem causarum causatorum: nam oēs philosophi in causis concatenationem ponunt. s. ꝙ nō operetur quęlibet causa per se, sed omnes causę vniuersales subordinatę sunt inter se concatenatę, & confluunt cum quolibet agenti particulari, & sic necesse est cum omni hoīe, & asino, & lapide, & quacunque re naturali Deum esse, cum ipse concurrat cum omnibus istis ad quamlibet operationem, necesse tamen est, ꝙ magis sit cum hominibus, q̄ cum aliis naturalibus entibus: cum ad plures actus, & perfectiores cum eis concurrat, sed nō accipitur hic iste modus, quia tunc nihil magis eēt Deꝰ cum Samuele, q̄ cum quocunque alio hoīe, & sic frustra dixisset scriptura, ꝙ Deus erat cum Samuele: ideo accipit̄ specialiter. s. ꝙ Deus faciebat, vel demōstrabat aliquid in Samuele, & sic dr̄ Deus esse cū aliquo hoīe qn̄cunque prosperat eum specialiter in aliquo ad qd̄ alii hoīes non attingunt, vnde si Deus alicui det augmentum bonorum tpalium taliter, qualiter non dat aliis hoībus, & quasi sine humana cura, Deus dicit̄ esse cum eo. Idem si faciat, ꝙ omnia negocia, quę aliqs inchoat per manus eius prospere expediantur. Ita ēt si alicui detur eminens sapientia qualem nō hn̄t alii, vel quęcunque operatio in eo sit mirabilis. De primo horum patet Gen. 26. c. vbi cum rex Gerare vidit, ꝙ Isaac subito ditissimus factus est, & quasi sine labore, dixit Deum esse cum illo. s. vidimus tecum esse dn̄m, idcirco diximus sit iuramentum inter nos, de secundo apparet Ge. 39. c. de Ioseph manente in domo Putipharis Aegyptii: nam, cum fecisset eum præpositum domus suæ, omnia prospere eueniebant per manus Ioseph, & ob hoc credebat dn̄s suus, Deum esse cum illo. s. fuitque dn̄s cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens, habitauitq; in domo dn̄i sui, qui optime nouerat dn̄m esse cum eo, & oīa quæ gereret ab eo dirigi in manibus illius. De tertio patet, vt in Samuele, de quo hic, quia cum esset puer accepit spiritum propheticum, per quem cognoscebat, quę alii hoīes ignorabant, ideo Deus erat cum eo, sic etiam cum Christo dicebatur esse. Luc. ca. 2. quia cum esset annorum 12. disputauit cum doctoribus legis cunctis admirantibus super prudentia, & responsis eius. *Et non cecidit ex omnibus verbis eius in terram*. Locutio metaphorica est. Nam verba non cadunt in terrā, cum verbum non sit aliquid graue, cui cōpetat cadere, sed dn̄r verba cadere in terrā qn̄ inania sunt, & non cadere qn̄ hn̄t firmitatem veritatis: verba. n. cū sint solum ad significādū, hn̄t firmitudinem, vel vacuitatē ex rebus signatis, ꝙ si res signatę sic se habeant, vt verba enunciant firmum est verbū: si aūt secus se habeant verba sunt inania, & cadūt in terrā: est aūt sensus, ꝙ de verbis Samuelis nullum fuit in vanū, sed oīa opere cōprobata sunt, qa sic euenit domui Heli, vt ipse prędixerat. *Et cognouit vniuersus Israel*. Hic ponit̄ diuulgatio noīs Samuelis ꝑ to-

A tum Israel ꝑꝑ prophetiam: nam in illo tpe forte nulli alii erant prophetę, quia sermo dn̄i erat preciosus, vt patet s̄. in lr̄a, & cum auditum esset, ꝙ Samuel ꝓphetauerat, fama eius, & laus fuit magna per totū Israel. *A Dan vsque Bersabee*. Dan, & Bersabee sunt noīa propria locorum, quę sunt in extremitatibus terræ Chanaan, & ponuntur ista noīa ad signādum, ꝙ ab vna extremitate terrę, vsque ad aliam maxime distantem innotuit fama Samuelis. Est. n. Dan in extremitate terrę Chanaan ad plagā aquilonis: Bersabee verò in extremitate eiusdem terrę ad plagam meridianam, & quia

Dan Bersabee & Gerara nomina ciuitatum.

B magis distant in terra Chanaan latus meridianum, & aquilonare, quam orientale, & occidētale, posita sunt loca, quę erant ad meridiē, & aquilonē. De Bersabee dicendum est, ꝙ sit locus in extremitate meridiana. quod patet ex duobus: primo, quia Isaac habitauit in Bersabee, & ibi ꝓprie est Gerara, vt colligitur Gen. 26. c. s. quia Isaac morabat̄ in Gerara, & quia odiosus erat Geraritis paululū inde declinans venit in Bersabee, & postea ad eū venit ibidem rex Gerarę. Est tn̄ Gerara in extremitate terrę Chanaan, & ponitur tanq̄ limes eius. Gen. c. 10. s. Facti sunt termini Chanaan venientibus a Sidone Geraram, vsque ad Gazā: sed Bersabee est apud Geraram, ergo est in extremitate terræ Chanaan, & ista est extremitas meridiana. Scd̄o patet, quia Bersabee est in sorte Iuda, Iosue cap. 15. & tn̄ sors Iudę est in extremitate lateris meridiani terrę Chanaan, cū

C ponant̄ ijdē termini terrę Chanaan, & termini sortis Iudę a parte meridiana, vt patet Nu. 34. c. iuncto 15. c. Iosue. Itē adhuc patet magis, quia licet tota sors Iudæ sit meridiana respectu aliarum sortium, tn̄ q̄dam ciuitates sunt in sorte illa magis meridianæ, q̄ alię, & inter istas maximè meridiana posita est Bersabee, scilicet apud latus terrę Edom Iosue c. 15. est aūt locus iste antiquissimus, qm̄ ibi habitauit Abraham, & plantauit nemus. Gen. c. 20. ibi quoque habitauit Isaac. Gen. 26. c. Ciuitas tn̄ vocata est Bersabee ab ipso Isaac ꝑꝑ euētum, quem habuit cū Abimelech rege Gerarę. Gene. 26. c. Dan est alia ciuitas magna, & opulentissima, quę est in extremitate terrę Chanaan in parte aquilonari

D versus Tyrū, & Sidonē, apud ipsam. n. oritur Iordanis fluuius cum ibi sint duo fontes. s. Ior, & Dan, qui postea in vnū confluentes procul inde Iordanē fluuium efficiunt, de quo declaratū est Iosue c. 3. & 11. Ista ciuitas prius vocabat̄ Lesen. Iosue c. 19. vel Lais: Iud. c. 18. fuit aūt postea vocata Lesendan ꝑ cōpositionem, qa obtinuerunt eam filii Dan. Iosue c. 19. noīantes ex nomine patris sui: deinde procedente tpe vocata est solum Dan, vt patet hic, & J̄. 3. lib. c. 13. Acquisierunt aūt locum istum filii Dan multo tpe post ingressum Israelitarum in terram Chanaan Iudi. c. 18. est autem locus iste in extremitate aquilonari terræ Chanaan. Nam est in regione Roob, vt patet pręalleg. c. sed Roob, & Emath sunt in parte aquilonari in extremo, vt patet Nu. c. 13. & ibi declaratum est. De Emath magis pa-

E tet Nu. c. 34. quia ibi ponitur, tanquam terminus aquilonaris. Ob hoc ēt Ieroboam cū voluit ponere duos vitulos in duabus extremitatibus regni sui, vt colerēt eos illi qui erant de toto regno, posuit vnū in Bethel, & alterum in Dan. J̄. 3. lib. c. 12. est aūt ista ciuitas, quæ nunc appellatur Cęsarea Philippi, apud quam Christus ambulans cum discipulis suis quęsiuit ab eis, quē dicerent eum homines. Matt. 16. c. De quo declaratū est Iosue 19. c. *Quod fidelis Samuel propheta esset domini*. i. istud innotuit ꝑ totum Israel. s. ꝙ esset Samuel propheta dn̄i, quia audierat ea, q̄ reuelauerat ei Deus. Etiā ꝙ esset fidelis. i. firmus. s. ꝙ omnia, quæ diceret essent vera. Hoc aūt innotuit ex completione eorum, quæ ꝑdicebat, & ponunt̄ hic ista ꝑ anticipationē, qa prius cōpleta fuerunt ea, q̄ ꝑnunciabat Samuel, vel saltem ali-

qua eorum, quam ipse cognosceretur propheta fidelis. *Et addidit dominus, vt appareret in Silo.* i. non solum apparuit dominus nunc Samueli, quando annunciauit ea, quæ futura erant super domum Heli, sed ẽt addidit, vt appareret. i. aliis vicibus postea apparuit. Quid autem in aliis vicibus Deus reuelauerit Samueli non apparet: non enim curauit scriptura illa describere, qa nõ pertinebant ad exaltationem Samuelis, & depressionem domus Heli, sicut ista, de qua depressione, & eleuatione hic principaliter intenditur, vt post eam cõtinuetur historia Regum, & dicitur, ꝙ apparuit in Silo, quia Samuel semper manebat in Silo ministrando, dum vixit Heli sacerdos, postea autem ipse assumpsit principatum Israel, quia fuit factus iudex, ideo procedebat per diuersas partes Israel, secundum quod patet infra 7. c. *Quoniam reuelatus fuerat dominus Samueli in Silo.* Idest innotuit Israeli, ꝙ reuelatus fuerat dominus in Silo Samueli, & hoc erat, ꝙ cognosceret totus Israel Samuelem esse prophetam. *Iuxta verbum domini.* Idest ista, quæ reuelata sunt in Silo acciderunt, iuxta verbũ domini, scilicet secundum quòd Deus prædixerat, ꝙ facit prophetam esse fidelem. Aliter est sensus istius literę, ꝙ Deus prędixerat, ꝙ appareret in Sylo, & sicut dixit, ita cõpleuit, sed ꝙ hoc dixerit, non apparet, ideo melior est sensus prior.

CAP. IIII.

ET factum est in diebus illis, conuenerunt Philisthijm in pugnam. Egressus est namq; Israel obuiam Philisthijm in prælium, & castrametatus est iuxta lapidem adiutorij.

ET *factum est.* Postquam in precedentibus descripta est Heli, & filiorum suorum præuaricatio. Hic consequenter subijcitur eorũ punitio, & diuiditur in duo, quia primo describit populi depressio propter Heli, & filiorum eius peccata: secũdo eius liberatio propter Samuelis merita, infra c. 7. Prima in tres, quia primo debellato populo Israel arca Dei capitur. Secundò arca capta per ciuitates Philisthinorum circunducitur. Tertiò ad terram Israel reducitur. Secunda infra sequenti capitu. Tertia infra 6. Prima in quatuor, quia primò describitur populi Israel debellatio, secundò arcę apportatio, tertiò ipsius per Philisthinos captiuatio, quartò pro arca capta lamentatio. Secunda ibi. *Dixeruntque maiores.* Tertia ibi. *Pugnauerunt ergo.* Quarta ibi. *Currens autem.*

An ista sequantur prophetiam Samuelis. Quæstio. I.

CIRCA primum aliquis quęret an ista bella, quę habentur in hoc c. habeant se ordine cõsequenti ad ea, quæ supra dicta sunt de prophetia Samuelis, vel sit anticipatio, aut recapitulatio. Respondebit aliquis, ꝙ litera ad hoc respondet cum dicat, quòd in diebus istis cõuenerunt Philisthijm in pugnam aduersus Israel. Sed dicendũ, quòd adhuc non patet sufficienter ex hoc: nam cum dicat hic, ꝙ in diebus illis conuenerunt Philisthijm, significatur, ꝙ non fuit magna distantia temporis inter prophetiam Samuelis, & ista bella, & tñ an precesserit ꝓphetia, vel bellum nihil patet. Aliquis ergo rñdebit aliter, ꝙ hic sunt duo bella. s. vnum, quod accidit anteq̃

F portaretur arca in bello, & caperetur a Philisthijm, & aliud in quo arca capta est, & mortui sunt duo filii Heli. De secundo bello istorum dicet, ꝙ manifestũ est, ꝙ fuerit post prophetiam Samuelis supra positam, quia ibi denunciatur de duobus filiis Heli, ꝙ non corrigebat eos Heli cum eos cognosceret indigne agere, & sic non erant mortui filii Heli, sed in illo secundo bello mortui sunt, vt patet infra in lrã, ergo pręcessit prophetia Samuelis adhuc ſm bellum. De primo bello, ꝙ fuerit ante captionem arcę dicet, ꝙ non cõstat, an fuerit ante, vel post prophetiã. s. vtrunque eorum satis esse poterat. Nos aũt respondebimus, ꝙ ista duo bella fuerunt necessariò post prophetiam Samuelis, quę hr̃ ptęc. c. De secundo eorum supra probatũ est. De primo

G autem satis patet, quia ista non fuerunt, tanquam bella duorum temporum, sed fuit vnum bellum continuatum: modus tñ fuit, ꝙ Israelitæ iuerunt ꝯ Philisthijm, & in prima die belli perierunt de Israelitis, quatuor millia virorum, & tũc non habebant arcam dñi secum in castris, putantes autẽ, ꝙ accidisset ista mors, eo ꝙ non erat arca domini cum eis miserunt pro ea, & sic non fuerunt dissoluta castra, cum missum est ꝓ arca. Nam immediatè post illam diem missum est ꝓ illa, & patet hoc, quia dicitur infra afferamus ad nos de Silo arcam fęderis: ergo non ibant ipsi cum illa, sed ipsi erant in castris, & faciebãt arcam ad se venire. Itẽ patet infra cum dicitur, cumque venisset arca fęderis

H Dei in castra vociferatus est Israel, ergo castra erant posita, antequã veniret arca, scilicet ex prima die, qua pugnauerant, & nõ præcesserat, nisi vna dies, aut duę de bello, quando venit arca. Quod patet infra cum dixerunt Philisthijm non fuit tanta exultatio heri, & nudiustertius, idest non gauisi sunt Iudæi tãtum in duobus diebus præcedentibus, sicut in illa: ergo solum ꝓcesserant isti duo dies, in quibus perierant de Israelitis, quatuor millia virorum. Non igitur fuerunt ista duo bella in duobus temporibus, sed in eodem tempore continuato, sed ſm fuit post prophetiã Samuelis, ergo vtrunque eorum, sed fuit istud bellũ pauco tpe post prophetiam, ideo dr̃ in diebus illis. *Et factum est in diebus illis.* s. pauco tpe, postquam Samuel prophe-

I tauit supra posita. Sciendum autem, ꝙ in isto bello, quod describitur in isto c. de captione arcæ finitur qntus liber Antiquitatum Iosephi, qui incipit a tpe, quo Iosue post mortem Moysi transiuit Iordanem. Continet aũt totam historiã libri Iosue, & Iudicũ, & Ruth, & istorum quatuor capitulorum. sunt aũt tp̃a harum historiarum anni 476. vt ipse dicit in principio ipsius libri. *Conuenerunt Philisthijm in pugnam aduersum Israel.* Erãt. n. Israelitæ, & Philisthijm magni hostes, & erat bellum quasi continuum inter eos.

Quare Israelitæ, & Philisthijm fuerunt magni hostes. Quæst. II.

K SED quęret aliquis quare Israelitæ, & Philisthijm erant hostes. Dicendum ꝙ causa huius est, quia erant Philisthijm in terra Chanaã, quam Deus promiserat totaliter filiis Israel: erat autem tota terra Philisthijm intra sortem datam Iudę: nam in terra Philisthijm solum erant quinque ciuitates principales, scilicet, Acharon, Geth, Azoton, Gaza, Aschalon, vt patet infra c. 6. sed istæ vrbes ponuntur omnes in sorte Iudę Iosue c. 15. & ibi magis declaratum est, ergo tota terra Philisthijm erat in sorte Iudę. Est autem ista terra tota ferè apud mare mediterraneum, & apud flumen Aegypti, vt patet Iosue capitulo 15. & sic est in confinio lateris meridiani, & occidentalis terræ Chanaan, scilicet in angulo: Iudęi aũt expugnabant terrã Philisthijm, vt expellerẽt inde Philisthinos & ha-

& habitarent ipsi terram: Philisthijm autem fortiter se defendebant, & inuadebant filios Israel, & quamquam Israelitę vellent pacificè viuere cū Philisthijm, non ꝑmittebātur, quia cum Philisthijm cognoscerēt Israelitas esse hostes suos, inquieti erāt quousque eradicarent eos de terra semper scientes sibi propinquū esse periculum: potissime autem incępit pugna ista ante tempus Samsonis. Nam tempore aliorum iudicum habebant Israelitę pugnam contra alias gentes, vt contra Moabitas, & Ammonitas, & reges Syrię, cōtra Philisthinos tamē incępit ante tempus Samsonis: tempore enim Iair Galaditis, cum vixissent Israelitę in pace, mortuo eo, peccauerunt Israelitę contra Deū, & tradidit eos in manu Philisthijm 18. annis: deinde liberati sunt Israelitę de manu eorum, & transierunt aliqui iudices, in quorum temporibus non fuit bellū contra Philisthijm, scilicet tempore Iethe, & Ebesan, & Chialon, & Abdon, de quo patet Iudi. c. 11. & 12. post mortem autem Abdon inceperunt Israelitę colere Deos alienos, & tradidit eos Deus in manu Philisthijm annis 40. Iudi. c. 12. Ex eo autē tempore semper bellum fuit inter Philisthijm, & Israel: nam finitis illis 40. annis incępit Samson iudicare Israel, & pugnare contra Philisthijm: omnia enim quę faciebat erant contra illos, & imperabant illo tempore Israelitis Philisthęi Iudic. 15. c. iudicauit autē Samson Israel annis 20. Iudi. c. 16. in quibus bellum, & inimicitię Philisthinorum contra Israelitas erant: post mortem autem Samsonis successit Heli sacerdos, qui fuit iudex Israel, nec fuerunt alia tempora media, quamquam ex ordine libri Iudicū aliter, appareat: hoc patet 5. li. Antiquitatum Iosephi, cum dicit post mortem verò Samson pręfuit Israelitis sacerdos Heli: hic autem iudicauit Israel annis 40. vt patet infra in litera: huius etiam tēpore dominabantur Philisthijm Israelitis, quamquā non erat pacificum dominium, cum Israelitę pugnarent aduersus Philisthijm, vt patet hic, quòd tamē seruirent aliqualiter Israelitę Philisthęis apparet ex verbis Philisthinorum hortantium se ad bellum infra in litera, scilicet confortamini, & state viri Philisthijm ne seruiatis Hebręis, sicut & illi seruierunt vobis, & non solum fuerat ista seruitus ante hoc, sed etiam tempore Saulis, quod fuit paulo post hoc habebāt Israelitę aliq̃ seruitutem, quia cauebāt Philisthijm ne fortè facerēt Hebręi gladium, aut lanceam: vnde faber ferrarius nō inueniebatur in toto Israel, sed descendebat omnis Israel ad Philisthijm, vt exacueret vnusquisque vomerem suum, & ligonem, & securim, & sarculum, vt patet infra c. 13. Ergo adhuc tempore isto erat seruitus quędam Israelitarum sub Philisthijm: durauit etiam bellum post tempora Heli temporibus Samuelis, vt patet infra c. 7. postea etiam tempore Saulis fuit bellū contra Philisthijm: tota enim vita eius fuit bellū durum, vt patet infra c. 14. scilicet. Et erat bellum potens aduersus Philisthijm omnibus diebus Saul: exigebant tamen semper aliqua tributa ab Israelitis Philisthæi, quod durauit vsque ad tempora Dauid, cū factus est rex super totum Israel: tunc enim abstulit potestatē eorum faciens, quòd non peterent Philisthijm tributum ab Israel, sed è contrario Israelitę accipiebant tributū a Philisthijm: de hoc infra 2. lib. c. 8. scilicet. Factū est autem post hoc percussit Dauid Philisthęos, & humiliauit eos, & tulit Dauid frenum tributi de manu Philisthijm: ab illo autem tempore cessauit bellū inter Israel, & Philisthijm, nec legūtur vltra pugnasse. Nūc aūt, q̃q̃ Philisthijm dominabantur Israeli, & exigebāt aliqua tributa: tñ conuenerunt in pugnam contra Israel, quia fortè non respondebant eis Israelitę integrè cum tributis impositis, vel quia volebant eos magis subijcere seruituti, vt imponerent maiora tributa.

A *Egressus est namque Israel obuiam Philisthijm in prælium.* scilicet, ꝙ cum senserunt Israelitę Philisthijm contra se venire ipsi quoque collectis agminibus suis exierunt eis obuiam prope terram Philisthijm: hoc autē erat ne permitterent eos vagari per terram suam, quia sic omnia vastarent: etiam fecerunt hoc ad excusandum timorem eorum, qui erant in terra, & non erant exituri ad bellum, quia si fęminę, & paruuli vidissent agmina Philisthinorum timuissent nimis: propter hoc etiam cum pugnarent Amalechitę ꝯ Israelitas iussit Moyses Iosue, ꝙ collecto exercitu exiret extra castra obuiam Amalech: immo inter pugnatores quidam inspiciunt hoc tanquam bonum augurium. s. ꝙ pręcedant in aggrediendo: sic patet de pugna Timothęi
B contra Iudam Machabęum 1. Macha. c. 5. cū dicitur cum appropinquauerit Iudas, & exercitus eius ad torrentem aquę: si transierit ad nos prior, vel poterimus sustinere eum, quia potēs poterit aduersus nos: si vero timuerit trāsire, & posuerit castra extra flumē trāsfretemus ad eos, & poterimus aduersus illum. Istū quoque modum secutus fuit Ionathas filius Saul, qñ iuit cum armigero suo contra Philisthinos. s. & ait Ionathas: Ecce nos transibimus ad viros istos, cumque apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos, manete donec transeamus ad vos: stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos: si aūt dixerint ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos dñs in manibus nostris.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

C *Bellum Philisthinorum, quod hic ponitur, an sit illud idem, de quo infra c. 7. Quæst. III.*

QVAERET aliquis circa istud bellū, de quo habetur hic, an sit illud, de quo habetur. ĩ. c. 7. nec aliquis dicat, ꝙ ideo nō est idē, quia illud scribitur post istud, quia multoties in sacra Scriptura idem repetitur: sicut patet in libris Parali. in quibus multa repetuntur, quę dicta fuerant in libris Regū. In libro quoque 2. Machab. multa repetuntur, quę habētur in 1. lib. Dicet aūt aliquis, ꝙ istud bellum, & illud sit idem, quia hic dicitur de castrametatione apud lapidem Adiutorij, & ibi eodem modo dicitur de lapide Adiutorij. Respondendum est, ꝙ ista bella non fuerunt eadē. Primò quia in isto bello victi
D fuerunt Israelitę &. ĩ. c. 7. vicerunt, & hic mortui sunt duo filij Heli, atque capta est arca. ĩ. aūt. c. 7. nequaquā. Item tempore huius belli Heli erat iudex Israel: nam iudicauit Israel 40. annis, sed non fuit mortuus vsque ad finem istius belli, vt patet. ĩ. in litera: ergo ipse tunc dominabatur, & iudicabat in Israel, sed tempore belli, quod hr̃ ĩ. c. 7. erat iudex Samuel, cum ipse vicerit bellum, & iam transierant anni 20. sub eius iudicatura, de quibus eo. c. ergo non est idem bellum. Item non est idem locus castrorum, quia in isto bello castrametati fuerant Israelitę apud lapidem Adiutorij. In bello aūt, ꝙ hr̃. ĩ. c. 7. erant in Masphat, sed persecuti sunt Philisthęos vsq; ad lapidem Adiutorij, vt patet. ĩ. c. 7.
E ergo fuerunt diuersa bella. *Et castrametatus est iuxta lapidem Adiutorij.* s. Israelitę posuerunt ibi castra sua expectantes aduētum Philisthijm, & ex hoc patet rñsio ad argumentum, ꝙ supra fiebat. s. ꝙ non est idem bellum, ꝙ hr̃ hic, & ĩ. c. 7. q̃q̃ vtrobique dicatur de lapide Adiutorij, quia hic ponitur tanq̃ locus castrametationis, ibi aūt tanq̃ locus, vsque ad quem durauit persecutio hostium, & vocatur locus iste lapis Adiutorij, quia Samuel posuit lapidem vnum erectum in loco illo, & vocatus est lapis Adiutorij. Sciendum aūt, ꝙ hic ponitur istud per anticipationē: nam qñ factū est istud bellum, non vocabatur lapis iste lapis Adiutorij, sed postea pluribus, q̃ 20. annis cum Israelitę essent in Masphat, & pugnarent ꝯ Philisthijm ꝑsecuti sunt

eos

eos occidentes plurimos de Masphat vsque ad vrbē, quę dicitur Bethacar, & apud ipsam cessante pugna erexit Samuel in signum victorię, & laudis diuinę lapidem magnum dicens, hucusque auxiliatus est nobis dominus: de quo infra ca.7. *Porro Philisthijm venerunt in Aphec*. Ista est quędam ciuitas, quę tunc erat in terra Philisthijm: pertinebat tamen ad sortem Iudę, & vocatur Aphec, vel Apheca: de hoc Iosue ca.15. Alia etiam ciuitas erat in terra Chanaan, quę vocabatur Aphec, ceciditque in sortem Aser, de qua Iosue cap.19. sed hic intelligitur de Aphec, quę erat in sorte Iuda, quia tota terra Philisthijm pertinebat ad sortem Iuda, vt supra dictum est: apud istam ciuitatē Aphec iterum castrametati sunt Philisthijm, quando occisus est in bello Saul, & Ionathas filius eius. De hoc ĩ. 29.c. *Et instruxerunt aciem contra Israel.* Ordinauerunt ibi pugnatores. *Inito autem certamine terga vertit Israel Philisthæis.* Exierunt Israelitę de locis castrorum, & Philisthijm de locis suis: commissa pugna in campo fugerunt Israelitę.

Quare Israelitæ verterunt terga Philisthæis.
Quæst. IIII.

HOc autem dicitur fuisse propter peccata filiorum Heli, & totius populi, nam cum filij Heli abuterentur sacerdotali officio, distrahebant homines a ministerio Dei, scilicet vt nō offerrent sacrificia, nec venirēt in sanctuarium supra ca.2. in quo, quamquam filij Heli essent occasio, tamen peccatum populi erat graue, ideo tam sacerdotes, quam populus puniti sunt. nam sacerdotes isti occisi sunt in bello, vt patet infra, & de populo perierunt in prima die belli quatuor millia virorum. In secunda autem congressione perierunt 30. millia, vt patet infra. In isto autem primo bello non multum restiterunt Israelitę Philisthęis, sed immediatè dederunt terga, & dispersi sunt per agros, hoc autem erat, quia dominus inducebat istam plagam propter peccatum, & sicut cum Iudęi erant in cultu Dei, cū paruo eorū labore, aut quasi nullo Deus conuertebat hostes eorum in fugam, & occidebat eos, ita cum Iudęi peccarent, Deus incutiebat timorem cordibus eorum, ita vt non possent sustinere vultum hostilem: sic enim promisit eis. De primo horum patet Exo.23.c.i. Terrorem meum mittam in pręcursum tuum, & occidā omnem populum, ad quem introieris cunctorūque inimicorū tuorum corā te terga vertam: sic enim accidit in mari rubro Exo.c.14. sic etiam Iosue pugnāte contra quinque reges Amorrhęorum: nam descēderunt lapides grandinis de cęlo, qui occiderunt plures de Amorrheis, quam Israelitę occiderant gladio, & quia nox festinabat, ne cōfugerēt hostes ad refugia fecit Deus stare solē quousque Iosue vltus est de hostibus suis: de quo Iosue c.10. Ita quoque paulopost hoc tempore Samuelis dū Philisthijm insidiarentur Iudęis in Masphat: intonuit Deus de cęlo super Philisthijm fragore magno, & fugati sunt atque percussi a facie Israel. De secundo patet. s. de timore, quem Deus daret in cordibus Israelitarum qn̄ peccarent: nā tunc ita timerent, vt etiam folia arborum incuterent eis timorem. De hoc Leu. cap.26. scilicet. Et qui remanserint de vobis dabo pauorem in cordibus eorū in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium: cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos, quasi bella fugiētes: nemo vestrum audebit inimicis resistere: peribitis inter gentes, & hostilis vos terra cōsumet. De hoc etiā multa Deute.c.18. Sic satis verisimile est fuisse in ista vice, ꝙ Deus incusserit eis timorē, & immediatè fu-

F gerint: hoc autem apparet ex verbis Hebręorum: nā
ipsi nō crediderunt se superatos fortitudine Philisthi-
norum, sed ꝙ Deus incusserit eis illam magnam pla-
gam cum dicitur: dixerūtque maiores natu de Israel,
quare pcussit nos Deus hodie corā Philisthijm. quasi
dicat non fecerunt hoc Philisthijm robore suo, sed
Deus. *Et cæsa sunt in ipso certamine*. s. in bello ipsius
diei, quod dicitur ad differentiam alterius pugnę, quę
immediatè secuta est: nam in ista prima perierunt. 4.
millia, & in sequenti 30. millia. *Passim per agros.* Idest
ista cęsio, vel mors fuit Passim, idest differenter, vel si-
ne ordine per agros. q. dicat non perierunt Israelitæ in
acie consistentes, sed inito certamine mox terga ver-
G terunt, & in ipsa fuga occisi sunt. In fuga autem non
seruabatur aliquis ordo aciei, sed quidam fugiebant
ad vnam partem, & alij ad alteram sine aliquo ordine
dispersi per agros. *Quasi quatuor millia virorum.* Non
occiderūt Philisthijm illa die plures, quia immediatè
fugit Israel de acie rediens in castra: Philisthijm autē
per agros in fuga occiderunt 4. millia: ad castra autem
non accesserunt, quia forte timuerunt illuc introire,
vel forte tempus erat importunum ad prosecutionē.
Et reuersus est populus ad castra. s. Israelitę redierunt ad
castra sua. Non enim erant castra apud locum belli,
sed procul inde initum est certamen: fugientes autē
reuersi sunt ad locum, in quo fixerunt castra, scilicet
apud Bethachar, vbi erat lapis Adiutorij: ibi autē mā-
H serunt dum miserūt pro arca ad templum, & rursum
initum est prēlium. *Dixeruntque maiores natu de Israel.*
Hic ponitur secundū. s. arcę in castra apportatio, quia
propter eius absentiam credebant se superatos a Phi
listhinis: ideo ea pręsente putabant, quòd vincerent,
quia cuius absentia est causa destructionis, eius pre-
sentia est causa cōseruationis, vt patet 2. Physicorum.
vbi ponitur exemplum de nauta, & naue. Dicitur autē
hic, ꝙ maiores natu de Israel dixerūt hoc, scilicet se-
niores, q natiuitate maiores, idest antiquiores sunt: isti
enim prudentiores sunt iuuenibus: ideo incęperunt
inquirere cur hoc malum euenisset eis, iudicaueruntque
hoc fuisse propter absentiam arcę: ideo diffinie-
runt eam ducendam esse in castra. *Quare percussit*
I *nos Deus hodie coram Philisthijm.* Idest nūquid est aliqua
iniquitas in nobis quare hoc acciderit? sciebat enim, ꝙ
quando ipsi peccabant Deus tradebat eos in manū
hostium, vt patet ex processu libri Iudicum, sed nunc
nō putabāt aliquod peccatū se habere, propter quod
traderentur in manus Philisthijm, ideo scribebāt hoc
absentię arcę: dixeruntque etiam quare percussit
nos Deus coram Philisthijm, scilicet nō percusserunt
nos Philisthijm, sed Deus, qui augmentauit vigorem
eorum, & animositatem, vt cito nos percuterent, vel
diminuit vires nostras, & incussit nobis timorem, vt
fugeremus a facie eorum. *Afferamus ad nos de Silo arcā*
fœderis domini. Sciebāt enim Israelitę, quod Deus suus
vbique potens est, & vbique est: nec. n. solum in arca
K erat intra sancta sanctorum, credebāt tn̄, ꝙ Deus erat
specialius in arca fęderis, q̃ in alio loco inter homines
eo, q ibi manifestabatur gloria sua inter duo cherubin
opinati sunt, igitur ꝙ pręsentia Dei specialis in arca
aliquid eis conferret, & sic verè futurum erat, nisi Is-
raelitę offendissent Deum, & demeruissent istud auxi-
lium: fuit igitur eis infelicior casus. Nam si iterum pu-
gnauissent contra Philisthijm non habentes inter se
arcam, fugissent a facie eorum cito, sicut in priori bel-
lo, & caderent pauci vulnerati: nunc autem adducta
arca confisi, quòd Deus propter arcam liberaret eos
diutius resisterent Philisthęis, & mortui sunt plures,
nam priori bello perierunt quasi quatuor millia, &
adueniente arca perierunt 30. millia, vt patet infra. Ex-
cęcauerat enim Deus Israelitas, vt traderentur in ma-
nus

nus Philisthijm. Nam cum ipsi percuterētur propter peccata eorum, scilicet desertarum, & præuaricatarū ceremoniarum attribuebant hoc absentię arcę, vt sic durius caderent. Dicitur autem, quòd ista arca erat in Silo, quia ibi erat tabernaculum domini, & semper erat arca intra tabernaculum, sicut iusserat Moyses. Patet etiam hoc pręcedenti c. quia dicitur, quòd Samuel dormiebat in loco, vbi erat arca, postquam autē arca venit in bellum cępit esse disiūcta a tabernaculo. Nam capta est a Philisthijm, & mansit in terra eorū mensibus 7. deinde cum reducta est in terram Israel nō fuit posita in loco sanctuarij, sed fuit in Cariathiarim in domo Aminadab in Gabaa: deinde fuit mutata per alia loca, nec reducta est ad sanctuarium quousque Salomō ędificato templo reduxit eam. De hoc patet infra c.6. & 7. & infra li. secundo c.6. & 2. Paralip. c.1. Vocatur ista arca fęderis, quia in ea continebatur fędus, scilicet duę tabulę legis, in quibus erat scriptū fędus, scilicet pręcepta decalogi, super quę principaliter initum est fędus. *Et veniat in medium nostri.* Idest veniat ad castra, vt sit inter nos, putabant enim, quòd ex hoc magis Deus liberaret eos saltē ꝓpter ipsam arcā, quia vt non periret arca, faceret Deus, quòd ipsi non perirent, sed neutrum saluatum est, nam arca ducta est in terrā Philisthijm, ipsi vero ex magna parte corruerunt vulnerati, reliqui autem fugerunt. *Vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum.* Idest assistentia specialis Dei in arca liberabit nos ab hostibus ne possint nocere. In quo patet magna confidentia Iudęorum circa sanctitatem arcę, nam cum fuissent victi priori bello nequaq̄ ausi fuissent iam congredi, nisi propter arcā.

An Israelitæ deberent tantum confidere in arca, & an semper in Deo sit confidendum. Quæst. V.

QVAERET aliquis an Iudęi recte agebant tātum confidentes de aduentu arcę, scilicet quòd ea adueniente, superarent hostes, etiā si alias ab eis superarētur. Respondebit aliquis, quòd stulta spes erat ista, sicut demonstrauit euētus rei, nam ipsi perierunt, & arca capta est. Item dato, quòd aliqualiter confidendum esset se bona habituros in aduentu arcę, hoc quidem foret, si ipsi non demererentur, tamen ipsi peccauerant, ideo frustra expectabant se liberandos per arcam. Sicut dicimus esse vanam spem eorum, qui semper peccant, & tamen putant, quòd Deus miserebitur eorum dando illis post mortem vitam ęternam. Respondendum est, ꝙ Iudęi rectè faciebant confidentes, quòd in aduentu arcę superarentur hostes eorum: Deus enim habitabat inter Iudęos speciali habitatione, scilicet super arcam, & volebat locum istum esse sanctissimum, ita vt Moyses pręponeret arcam in via propter defensionē ab hostibus, vt patet Nu. c.10. vbi arca pręcedebat Israelitas mouentes castra, & dicebat Moyses quando mouebatur arca: surge domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te a facie tua: cum autem deponeretur dicebat reuertere domine ad multitudinem exercitus Israel, & sic Moyses demonstrabat virtutem Dei ad liberandum ab hostibus esse in pręsentia arcę, alij ergo Israelitę sic existimare dēbāt, immo nihil erat, ꝙ ita esset Deo gratum, sicut ꝙ Israelitę nimis confiderent Deo, quia in hoc existimabant eum esse aliquid magnum, si de eo aliqua magna sperarēt, & sicut confidere ipsi Deo est de eo asserere potentiā ad faciendum, & bonitatem ad facere volendum, ita & confidere, quòd pręsente arca liberarentur Israelitę ab hostibus, erat adhuc magis meritorium. Nam arca, & cętera, quę erant in veteri testamento, siquis illa secundum se consideraret nihil esse videbātur, ꝙ igitur propter auctoritatē Dei aliquis illa honoraret credens aliquod esse bonum, erat magis de Deo confidere, & hoc Deo gratum est: nihil namque est, quòd magis facit nos indignos beneficiorum eius, quam si de illo magna non confidimus: sic patet Iacobi c.1. postulet autem in fide nihil hęsitans, qui enim hęsitat similis est fluctui maris, qui a vento mouetur, & circunfertur, non ergo existimet homo ille, quòd accipiat aliquid a domino. Deus igitur semper vult, quòd cōfidamus illi, quòd dabit nobis ea, quę petimus, etiā si ipse determinauerit non dare. Causa est, quia vel aliquando Confidendum est, vel nunquam, quòd autē nunquam confidatur absurdum est, si autē aliquādo ergo semper, valet consequentia, quia nos non cognoscimus voluntatē Dei, nisi per operationes, ideo quousque operetur incerta est, & sic dato, quòd non operetur nō constat quid faciat, ideo semper nobis cōfidendum est, quòd bona faciet, cum semper incertū sit quid faciet: alioquin nunquam confidendum est, quando aliquid a Deo petimus, quia nunquam determinatè scimus quid Deus facturus est: ponatur enim quicunque status noster, non potest ex illo concludi qualiter Deus petitionibus nostris respondeat, nam etiam si valde boni simus, fortè quòd petimus nō est nobis expediens, ideo non dabit, si autem mali aliquando fuerimus, & postea ad Deum redeamus, non est ex hoc arguendum, quòd Deus tanquam in vindictam pręteritorū peccatorū petitionibus nostris non faueat, nam nimis diuinę est bonitati detrahere, quòd existimetur nos ad Deum conuersos quantumcunque de pręteritis gementes non posse obtinere, quod petimus: quasi semper velit Deus pęnam peccatorum nostrorum, quia quanto maior est bonitas tanto plura remittere potest: Deus etiam sic vult semper, quòd speretur de eo, quòd faciet, quod petimus, quamquam facturus non sit: nam cum ipse sciat nos ignorare quid ipse velit, vult quòd de eo meliora pręsumamus, quę maximè bonitati suę cōueniunt, si aūt interdum non eueniunt quę nos expectamus, ad bonitatem Dei pertinet, qui concedere non vult ea, quę nobis nociua sunt, nos autem nescimus quid nobis vtile, aut nociuum sit: vnde si aliquando Deus nō cōcessit, quę petimus, & non subuenerit nobis sperantibus in se, non propter hoc minus iterum sperandum est, sed quotiescunque nobis euenerit petere debemus, & confidere, quòd recipiemus: nam quòd prius Deus nobis non fauerit nō fuit tanquam nō potuisset complere, quę petebamus: nec etiā quasi non fuerit tanta clementia sua, vt nobis non concederet, sed fuit ex immensa bonitate, quia nos imprudentes, quę nobis noxia erant, petebamus. Confidendum igitur est, quòd si iterum petierimus, quę nobis conueniant, faciet, & si iterum frustemur petitis, adhuc semper vlterius confidendum est ex ratione pręedicta. Accidit igitur ex hoc, quòd non debeamus Deum existimare minoris bonitatis, cum ea quę petimus, nobis non cōferret, quàm si contulisset: nam quòd nō contulerit non est ex defectu potestatis, aut bonitatis, sed ex superabundanti benignitate, qua nobis cōferre nō vult, quę nocent: nos tamen illa ignorantes petiuimus. De Iudęis igitur conformiter dicendum est, quòd meruerunt cōfidentes, quòd pręsente arca liberarentur, & hoc quomodocunque se haberet status eorum. s. siue tunc boni essent, & non offendissent Deum ante hoc: siue nunc incipientes boni esse ante hoc fuissent in prauitatibus: si primo modo inconueniens erat, ꝙ non confiderent, quia tunc non existimabant magnā esse sanctitatem arcę ex speciali pręsentia Dei, quod Moyses credendum admonuit. Si secundo modo nimis diffidebant bonitati Dei existimantes, ꝙ Deus eis sub-

Semper in Deo est cōfidendū.

Deus semper vult, ꝙ cōfidamus illi, & quare.

subuenire nollet, quia olim peccauissent. Quamquã igitur Deus non adiuuerit liberãdo eos propter arcã, tamen recte fecerunt confidentes: Deus autem non liberauit illos, quia iudicauit melius esse non liberare, quam liberare. Ad argumentum primum respondet:
Ad rõnem primę opi. cum dicebatur, quòd non erat recta spes, cum aduentus rei hoc demonstrauerit. Dicendum, quòd nõ erat spes eorum recta, vel nõ recta, quia id, quòd sperabãt euenit, vel non euenit, sed quia sperabãt ab illo a quo rationabile erat sperari, scilicet quia potẽs erat, & quia bonus, vt facere vellet, quòd autem non fecerit ex occulto Dei iudicio prouenit, & non ex habitudine spei nostræ. Ad secundum cum dicebatur, ꝙ Iudæi demerebantur liberari, ideo non recte sperabant se liberandos, dicendum nõ tenere, & hoc propter duo. Primo quia Iudæi non uidebantur sibi conscij, ꝙ propter aliquam iniquitatem eorum euenisset plaga, sed propter absentiam arcę, ideo rationabile erat, ꝙ pręsente arca confiderent se liberandos. Secundo quia dato, quòd Iudęi scirent se peccauisse contra Deum, nõ debebãt desperare de liberatione. Nam Deus tantę bonitatis est, vt pęnas nobis quantumcunque debitas remittat, si petimus, vel saltem ad alterum tempus differat: potissime cum etiam si non petamus interdum nos liberet: etiam si peccauerimus: quantomagis si deuote petierimus? Nõ enim est conditio Dei, vt semper pro
Exemplũ. peccatis immediatè puniat. Exemplum autem, quod adducebatur nõ est simile, scilicet de illo, qui semper peccat, & tamen expectat, ꝙ per Dei misericordiam habebit vitam ęternam. Nam hoc determinatum est, quòd quicunque decedat in mortali necessariò mancipatur gehennę. Contrarium ergo sperare temeritatis est, & infidelitatis magnę, cum nõ assentiamus determinationibus fidei. De temporalibus autem euentibus secus est, quia non est determinatum, quando nos petentes Deus exaudiat, vel quando non: semper igitur confidendum est, ꝙ exaudiet. Iudęi ergo meruerunt confidentes ex aduentu arcę futuram liberationem: licet eis ex Dei iudicio euenerit aduersa calamitas. *Misit ergo populus in Silo.* Scilicet populus Israel, qui erat in castris: diffinito, quòd venisset plaga propter absentiam arcę: misit pro illa in Silo, quia erat cum tabernaculo: pugnatores tamen non recesserũt de castris, sed expectauerunt futuram arcam, vt iterũ pugnarẽt. *Et tulerunt arcam fœderis domini.* Idest in qua erat fędus domini, scilicet duę tabulę legis, isti autem qui tulerunt sacerdotes erant. nam laici non auderẽt introire ad locum, in quo erat arca, scilicet in sancta sanctorum: immo nec Leuitę, nec sacerdotes minores, sed sacerdos magnus solus introibat in sancta sanctorum: populares namque non solum si tangerent, sed etiam si viderẽt vasa Dei discooperta morerẽtur, vt patet infra capi. 6. quando Bethsamitę mortui sunt, quia viderunt arcam: Leuitę autem si tangerent, vel si ex aliqua curiositate vellent videre vasa sanctuarij, morerentur: Nume. c. 4. Solus autem summus sacerdos hoc impunè faciebat. Educta est igitur arca domini de loco suo per sacerdotes, & ipsi duxerunt eam in castra, vt patet hic, cum dicatur, quòd duo filij Heli, scilicet Ophni, & Phinees erant cum arca.

Quomodo arca potuit educi de sanctuario, & an peccauerint educendo ad bellum. Quæst. VI.

QVAERET aliquis quomodo arca potuit educi de loco sanctuarij ad ducẽdũ in castra nam ipsa erat intra sancta sanctorũ, ad quẽ locum nunquam licebat intrare sacerdotibus minoribus, sed soli sacerdoti magno, & huic nõ semper, sed solum semel in anno, scilicet in die propi-
F tiationis, vt patet ad Heb. c. 9. idem patet Leu. c. 16. cũ dicitur, quòd Aaron, qui erat summus sacerdos non ingrederetur in sancta sanctorũ omni tempore, quo vellet, sed solum quando faceret ceremonias, quę habentur ibi, & illud erat semel in anno in die propitiationis, ergo non poterat introire in sancta sanctorum ad educendum arcam. Respondebit aliquis, quòd poterat ingredi summus sacerdos, quia fortè tunc erat dies propitiationis, in qua licebat ei ingredi illuc. Sed dicendum est, quòd istud non stat, quia dies propitiationis erat vna festiuitas maxima de quinque festiuitatibus Hebræorum, & in illa abstinebãt Iudęi ab omni opere: Leu. c. 23. ideo non portarent sacerdotes illa
G die arcam in castra. Item non iuissent Hebręi ad pugnam in tali festiuitate, quia ab omnibus operibus vacare debebant. Nec obstat, si dicas, quòd licebat eis pugnare in sabbathis, sicut fecerunt Macha. vt patet. 1. Macha. c. 2. quia hoc erat in defensione, sed non in expugnatione, ita enim apparet ex verbis ipsorum ibidẽ, & tam strictè obseruabant Iudęi, quòd si forte essent in cõgressu, & in diebus sabbathorum hostes facerẽt contra eos aliquas machinas, quibus viderẽt se Iudęi destruẽdos, etiamsi possent illas in diebus sabbathorũ infringere, vel exurere non exurebant, nec quidquam mouebant: vnde dicit Iosephus. 14. lib. antiquitatum, quòd pugnante Pompeio cõtra Aristobolum regẽ Iudęorum, & eos, qui erant in templo, construebant
H Romani munitiones in sabbatho ad introeundum in vrbem, & templũ, & si licuisset Iudęis illa die exurere munitiones Romanorum potuissent quidem, & nequaquam introissent Romani in templum, vt tamen obseruarent legem, passi sunt fieri munitionem, qua ipsi deleti sunt: dicit enim, quòd licet eis in sabbathis defendere se ab hostibus, sed non inuadere eos, nec oppugnare munitiones, sic ergo fuisset de istis Iudęis, si tunc esset dies propitiationis, quòd non irẽt ipsi ad bellum, nec congrederentur contra Philisthijm. Itẽ ꝙ maius est dato, quòd esset tunc dies propitiationis, & posset summus sacerdos introire in sancta sanctorum coram arca, tamen non poterat inde educere arcam, nunc autem eduxit. Respondendum est, quòd
I hic sunt duo dubia. Primũ est an possent sacerdotes ducere arcam de loco sanctuarij ad bellum. Secundũ an summus sacerdos pro illa posset ingredi in sancta sanctorum. Quantum ad primum dicendum, quòd Deus iusserat arcã esse in loco sacratissimo totius sanctuarij, ad quem nullus ingrederetur, nisi summus sacerdos, & non apparet aliqua causa expressa in lege, propter quam manente sanctuario arca posset inde educi, vt portaretur in aliũ locum, ideo nõ videbatur, quòd deberet educi: moto autẽ tabernaculo, necesse erat arcam moueri, & tunc ferebatur ipsa per viam, sicut alię partes sanctuarij, sic enim factum est in deserto, quotiescunque mouebantur castra: sic quoque in terra promissionis etiã contigit, vt cum arca por-
K tata est de Bethsames in Cariathiarim infra c. 6. & 7 & cum postea inde portata est in domũ Obethedõ Gethęi, & postea inde in domum Dauid infra 2. lib. c. 6. consistente autem tabernaculo non apparebat causa ex aliqua determinatione legis, ꝙ liceret educi arcam de sanctuario: Israelitę tamen, quia superati fuerant a Philisthijm credentes, quòd in nullo esset sibi auxilium, nisi in arca Dei, putauerunt licitum esse illam duci in castra: habebant autem ad hoc exempla primo. Nam tempore Iosue Deus dixit, ꝙ duceretur arca in bellũ cõtra Iericho: septem quippe diebus, quibus Israelitę lustrauerũt Iericho portabant secum arcam, & tubas sacras, & sic capta est vrbs. Crediderunt ergo Israelitę sibi hoc nunc licere, & verè licebat, quia egerunt illud non ex aliqua curiositate, sed ex necessitate.

An

An licuit summo sacerdoti ingredi sancta sanctorum pro arca. Quæst. VII.

QVANTVM ad secundum de summo sacerdote an licuerit ei intrare pro arca in sancta sanctorum. Respondendum est, quòd regulariter nō licebat ei intrare illud sub pęna mortis, nisi in die propitiationis. Leui.c.16. nunc tamen erat casus specialis, scilicet quia arca ducēda erat pro necessitate belli, ideo licet cum timore, & prius fusis precibus tamen introire licebat: timendum autē erat nunc magis, quam cum sacerdos introibat regulariter in die propitiationis, quia nunc non erat data lex de isto ingressu, & dubium erat, an Deus hoc acceptaret. Cum autem arguebatur, quòd non erat dies propitiationis, ita vt introire posset, cōcedendum est: nec istud obstat. Nam ingressus diei propitiationis nō erat ad educendum arcam de loco suo, sed ad aspergendum sanguinem coram propitiatorio: Leui.16. & ad Hebrę.c.9. Nunc autem ingrediebatur sacerdos ad educendum arcam, ideo non erat opus, quòd esset dies propitiationis. Cum autem dicitur, quòd etiam in die propitiationis non licuisset summo sacerdoti educere arcam de loco suo, concedendum est, quod regulariter non debebat educi, nunc tamen in tali casu, & ex determinatione totius populi educi licuit.

An summus sacerdos ingrediendo sancta sanctorum fecerit cæremonias legis. Quæst. VIII.

QVAERETVR vlterius, cum summus sacerdos ingressus fuerit in sancta sanctorum pro arca, an fecerit cęremonias, quę habentur Leui.16. & ad Hebrę.c.9. dicit enim Apostolus, vbi supra, quòd summus sacerdos introibat semel in anno in sancta sanctorum, non sine sanguine, quem offerebat pro sui, & populi ignorantia. Et Leui.16. ponuntur multę ceremonię tam in vestibus, quas tūc debebat habere summus sacerdos, quam in sacrificijs, quę primo immolabat, quam in thymiamatibus, quę introducebat secū illuc, & si aliquid istorum nō obseruaret, moreretur, vt patet ibidem. Respondendum est, quòd nō obseruauit tunc ista summus sacerdos, quia ista non fiebāt eo, quòd summus sacerdos ingressurus erat in sancta sanctorum, sed quia tunc fiebat expiatio populi, pro qua debebant offerri illa sacrificia: cum autem introiuit nunc sacerdos magnus pro arca, non erat dies expiationis, ideo nullum istorum sacrificiorum fieri necesse erat: immo nec debebat, quia Deus solum volebat semel in anno fieri festū propitiationis: peccarent autem Iudęi, si vellent illud pluries facere. Dicendum igitur, quòd sicut in motu castrorum quando sacerdos magnus introibat in sancta sanctorum ad operiēdum arcam, non faciebat aliquam illarū cęremoniarū sicut declaratum est Leui.c.16. & Nu.4. ita nunc cum egrederetur ad educendum eam inde, non oportebat aliquid fieri.

An sacerdos portauit thymiama quando introiuit ante arcam. Quæst. IX.

QVAERETVR specialiter, an quamquā nō oporteret, quòd sacerdos magnus faceret sacrificia nunc, quę faciebat in die propitiationis, quādo introibat ante arcam: an deberet saltem secum apportare thymiama, q apportabat in die propitiationis. Causa diuersitatis est in his, quia sacrificia, quę faciebat sacerdos in die propitiationis antequam introiret corā arca pertinebant ad expiationem populi, vt patet Leui.16. & ad Hebrę, c.9. Nunc autem non introibat ad

A expiandum, ideo manifestū erat, quòd non debebat illa offerre: de thymiamate autem, quod secum ferebat secus erat, quia illud offerebatur, vt nebula cōsurgens ex aromatibus operiret propitiatoriū, ne posset ibi aliquid videre summus sacerdos, alioquin moreretur: Leui.c.16. sed nunc videbatur consistere idem periculum, ideo debebat ferre secum thymiama sacerdos. Respondendum est, quòd nō erat necesse introduci thymiama: nam istud fiebat, quia super propitiatorium inter alas duorū Cherubin, erat quidam Angelus in corpore assumpto respōdens in persona Dei ad ea, quę quęreret summus sacerdos, & quia Deus iudicabat summum sacerdotem indignum esse illa

B visione, iubebat, vt ferret secum thymiama grossum: ex quo exhalans vapor operiret propitiatorium, & totum quicquid erat ante faciem summi sacerdotis, vt sic nihil videre posset, vt patet Leui.ca.16. Cum autē mouebantur castra sacerdos introiens in sancta sanctorum non ferebat secum thymiama, vt declaratum est Nume.c.4. eo, quòd non erat tunc aliquid super propitiatorium, quod videri illicitum esset: nam Angelus, qui ibi erat recesserat ad mouendū nubem, quę erat super tabernaculum. In die autem propitiationis cum introibat sacerdos, erat Angelus super propitiatorium ad respondendum summo sacerdoti, vel ad aliquid ei dicendum, & ad hoc necesse erat poni thymiama, vt nō videretur. Nunc autem cum ingressus

C est summus sacerdos ad educenddum arcam, quia nō erat Angelus ei aliquid locuturus: nec ipse quicquam quęsiturus non erat ibi, ideo non oportebat poni thymiama in ingressu, nec fieri aliquam cęremoniam.

An solus summus sacerdos eduxerit arcam de loco suo. Quæst. X.

QVAERETVR vlterius quomodo summus sacerdos poterat educere arcam de loco suo: nā arca erat magni ponderis, & ferebatur per vectes, vt patet Exod.cap.25. ideo erant ad minus quatuor viri necessarij ad mouendū eam, sed intra sancta sanctorū nō licebat alicui stare, nisi summo sacerdoti, ideo difficile videtur quomodo fuerit deducta. Respondendū

D est, quòd non solum introiuit summus sacerdos in sancta sanctorum ad eductionem arcę, sed etiam cū eo aliqui de sacerdotibus minoribus. Cum autem dicitur, quòd soli summo sacerdoti licebat introire, verum est in die propitiationis, eo quòd erat ibi Angelus loquens ad sacerdotem, & non solum non licebat minoribus sacerdotibus introire in sancta sanctorum, sed etiā non licebat eis manere in prima parte tabernaculi, eo tempore quo summus sacerdos ingrediebatur in sancta sanctorum, vt patet Leui.c.16. scilicet nullus hominum sit in sanctuario, quando pontifex ingreditur, vt roget pro se, & domo sua: hoc autem esse videbatur, quia loquebatur Angelus cū summo sacerdote, & illi q essent ī prima parte tabernaculi audirent: nunc autem non esset Angelus in sanctuario

E super arcam ad loquendum, quia non ingrediebatur illuc sacerdos summus ad orandum, nec interrogādū aliquid, sed solum ad educendum arcam: cum igitur nihil appareret tunc super arca, non solum summo sacerdoti, sed etiam minoribus ingredi licebat. Simile autem erat in motu castrorum per desertum: nam quandocunque mouerentur Aaron, & filij sui ingrediebantur ex mandato Dei in sancta sanctorum, & operiebant arcā apparantes eam, vt portaretur a Caathitis: Nume.capitu.4. ita igitur hic, quia sicut ibi non manebat Angelus super arcam, cū recessisset ad mouendum nubem in motu castrorum, ita & nunc non erat aliquis Angelus ibi, quia summus sacerdos nihil loqui

loqui debebat, & ingressi sunt cum eo minores educentes arcam: de istis introitibus in sancta sanctorum, scilicet quomodo interdum ingrederetur solus summus sacerdos interdum cum eo minores: diuersitatis ratio declarata est Leui.16.& Nu.c.4.

Quomodo portata fuit arca ante Hebræos, cum videndo eam morituri essent. *Quæst. XI.*

QVAERETVR vlterius quõo poterat duci arca in castra: nam videtur, quòd omnes Hebręi sic morerentur, quia tota multitudo Israelitarum viderent arcam, sed qui viderēt, morerentur, vt patet infra de Bethsamitis qui mortui sunt, quia viderunt.ca.6.

Respondendum est, quòd non morerētur omnes Israelitę, ideo nō oportebat, quòd aliquis moreretur, ex eo, quòd duceretur arca in castra: nam multoties Israelitę videbāt arcam extra sancta sanctorum: tamē nemo moriebatur, sicut erat in itinere per desertum, quando arca per se portabatur: aliquando enim per se ibat portata a Leuitis pręcedens castra, vt patet Nu.c.10. aliquandò etiam coram toto populo ad bella portabatur Iosue c.6. sicut fuit ibi in destructione Iericho sic etiam Dauid illam fecit portari de Cariathiarim in domum suam infra lib.2.c.6.& astabat totus populus: nemo tamē mortuus est, nisi Oza, qui tetigit arcam, vt patet ibidem. Cum autem arguitur de Bethsamitis mortuis, quia viderunt arcam, dicendū quòd hoc fuit, quia viderunt eam nudam: deposuerunt enim illam de plaustro suo ponentes eam super lapidē, & discooperientes eam, de quo infra c.6. ideo perierunt illi, qui non erant digni videre arcam discoopertam, de quo magis dicetur pręalle.c. Nunc autem arca ducenda erat in castra operta pallijs suis, & quandocūque portabatur sic ibat, ideo nulli erat periculum in videndo arcam: solum enim fuerit prohibitum videre illam discoopertam: Nu.c.4. vel tangi aliqua curiositate.

Domini exercituum. Vocatur ista arca domini exercituum, quia Deus Hebręorum, cuius erat ista arca, erat habens exercitus multos, scilicet angelorum iuxta illud Iob.c.25. scilicet nunquid est numerus militum eius? Et vocantur milites Angeli. Vel dicitur Deus exercituum, idest Deus potens in bellis, & exercitibus: ipse enim dat victoriam quibus vult, & vertit in fugā, quos vult: dicitur autem istud nomē hic de Deo, quia in pręsenti maximè sibi conueniebat eo, quòd ducebatur arca illius, vt adiuuaret in bellum. *Sedentis super Cherubin.* Idest Deus Israel sedet super Cherubin, ꝙ intelligitur de duobus Cherubin positis super arcam, & velantibus propitiatorium: nam in medio alarum illorum duorum Cherubin, dicitur Deus sedere, quia ex ipso loco audiebatur vox quędam: de qua Exo.25. & Nume.c.7. Erat autem illa vox cuiusdam Angeli in corpore formato de aere, & incluso inter alas Cherubin, vt non videretur: ille autem Deus vocatur, quasi Deus loqueretur. Nicolaus dicit, quòd ex hoc apparet esse veram illam opinionē, quę dicebat, quòd propitiatorium non sit opertorium arcę, sed quędam tabula aurea eleuata super arcam, & sustentatam in manibus Cherubin, in qua Deus sedebat, & tunc dicebatur sedere sup Cherubin. Dicendum est istam positionem esse falsam, nam propitiatorium opertoriū arcę est, vt colligitur, Exo.25.& 36.c.& ibi responsum est ab obiecta: dicitur tamen Deus sedere super Cherubin, quia inter eos sedebat, & eminebat.

Lyrani op. de propitiatorio reijcitur.

Erantque duo filij Heli cum arca fœderis Ophni, & Phinees. De istis duobus mentio agitur ad signandum, quòd isti duxerunt arcam in castra, vel erant principes in ducendo, eo, quòd erant filij summi sacerdotis, &

E vnus eorū, scilicet Phinees iam fungebatur summo sacerdotio pro patre, qui non poterat explere ritum cęremonialē pre senectute, & quia caligauerunt oculi eius. Sic ait Iosephus.5. Antiquitatum. Fit etiam principaliter mentio de his, quia isti duo mortui sunt in bello: propter peccata enim istorum venerūt omnia mala super domum Heli, & mors ipsorum iam prenunciata erat patri, scilicet quòd vna die morerentur ambo supra cap.2.& sciendum de istis duobus, quòd non venerunt a pugnandum, sed solum ad comitandum, & custodiendum arcā, cum dicatur, quòd erant cum arca fęderis duo filij, scilicet quòd quando populus erat in castris, ipsi manebant in Silo cum arca

G domini, & administrationes sacerdotales: postea autē venerunt in castra, quia misit populus pro arca, & habuerunt ipsi occasionem veniendi ad bellum: poterāt tamen etiam sine hoc ire ad bellum: nam semper necesse erat, quòd quando Iudei pugnarent contra alias gentes haberent sacerdotes in bello ad pręmonendū exercitum secūdum ea, quę habentur Deutero. c.20. Poterant etiam ire ad pugnandum: nam nō erat irregularitas eis occidere quempiam sicut sacerdotibus nostris, & sic omnes sacerdotes de genere Machabęorum erāt bellatores: Iudas enim, & fratres sui Machabęi fortissimi bellatores erant, & tamen ipsi tenuerūt successiuè sacerdotium summū, vt patet ex processu primi libri Machabęorum. Isti tamen non venerunt

H ad bellum ad pugnandum nec ad exhortandum, sed ad portandum arcam, & tamen ibi mortui sunt, quęrebat enim dominus occasionem, vt occideret eos. *Cumque venisset arca fœderis Dei in castra.* Idest Israelitę erant in suis castris, & miserunt pro arca in Silo, quę non multum distabat inde, & ipsi expectauerunt in castris vsque ad aduentum arcę. *Vociferatus est Israel omnis clamore grandi.* Scilicet adueniente arca omnes, qui erant in castris clamauerūt magnis vocibus, quod erat ad duo. Primò ad inuocationem Dei sui: omnes enim Israelitę vno animo inuocauerunt Deum, vt eriperet eos de manu hostium, sed non eripuit, quia peccata eorum demeruerunt. Secundo clamauerunt ad magnam exultationem confidentes, quòd in ad-

I uentu arcę vincerent Philisthinos: de ista voce lętitię dicitur infra, quòd audierunt eam Philisthijm, & dixerunt: non fuit tanta exultatio heri, & nudiustertius. *Et personuit terra.* Idest tota terra sonuit a clamore magno Israelitarum, cum omnia castra clamarent: dicitur autem terra personare, quia fiebat id, quod cōmuniter patimur, scilicet quòd cum nos clamauerimus audiamus extremas partes vocum nostrarum a quodam alio referri, & illud secundum Philosophum.2. de Anima, & secundum poetas vocatur Echo: fieret autem hoc maxime, quando totus populus clamaret. *Et audierunt Philisthijm vocem clamoris.* Procul enim distabant castra Philisthinorū a castris Israelitarū, quod patet, quia in pręcedenti bello vtrique de castris suis

K exierunt ad pugnandum in loco medio, & tamen fugiente postea Israel antequam peruenirent Israelitę in castra sua perierunt de eis quasi quatuor millia in fuga, quod esse non poterat si castra fuissent coniūcta loco, in quo pugnauerunt. Hic tamen potuerunt Philisthijm, qui erāt in castris audire vocem Israelitarum clamantium, quia clamor eorum fuit terribilis, & omnia castra simul clamauerunt, cū dicat, ꝙ vociferatus est omnis Israel clamore grandi, & personuit terra. poterat igitur ad satis magnā distantiā hoc audiri, vel potest dici aliter, ꝙ non audierunt clamorem istum illi qui erant in castris Philisthinorum, sed qui erant in custodia: mitterēt enim Philisthijm aliquos de suis ad castra Hebręorum ad videndum, quid fiebat, & vt scirent an ꝯ ipsos pararentur aliquę insidię, ne subito ir-

ruerent

ruerent contra eos Hebrȩi. Ipsi quoque Hebrȩi sic facerent mittentes aliquos de suis contra castra Philisthijm, ita enim consueuerunt facere exercitus hostiles, quando in campo manent, & isti de Philisthijm, qui venirent contra castra Israel poterant audire vocem, quȩ fiebat in castris. *Dixeruntque, quæ nam est hæc vox clamoris magni in castris Hebræorum?* Si dicamus, ꝙ illi qui erant in castris Philisthijm audierunt vocem clamoris huius, dicetur, quòd ipsi quȩsierunt hoc: nam non poterant scire ipsi cur accidisset, quia non videbant arcam venisse. *Et cognouerunt, quia arca Dei venisset in castris.* Quòd enim Philisthijm possent cognoscere Hebrȩos habere arcam, quȩ vocaretur arca Dei, scilicet in qua esset tota sanctificatio ipsorum, non est dubium, nec admirabile: nam Iudȩi, & Philisthijm erant B coniuncti locis, & poterant de se inuicem cognoscere cȩremoniales ritus, sicut nos cognoscimus ritus gentiũ a nobis nõ nimis distantium: potissimè quia id, ꝙ sanctissimum erat inter omnia, quȩ habebãt Hebrȩi erat arca. Sed quomodo cognouerint Philisthijm, ꝙ venerit arca in castra? dicendum quòd hoc cognouerũt illi, qui erãt in insidijs, quos posuerãt Philisthijm. Nam erant discurrẽtes vndique circa castra Iudȩorũ, vt viderent si quid moueretur contra Philisthijm. *Timueruntque Philisthijm.* Sciebant enim, quòd maxima sanctificatio Dei apud Israelitas erat, ideo timuerunt ibi esse aliquam virtutem, quȩ posset eos disperdere, potissimè cũ audiuissent magnalia de Deo Hebrȩorum, vt infra patet. *Dicentes venit Deus in castra.* In hoc C errauerunt Philisthijm, secundum quòd errabãt aliȩ gentes: putauerunt enim, quòd arca quam habebant Hebrȩi erat Deus eorum, vel aliqua virtus inclusa in illa arca, ideo antequam venisset arca putabant Deum non esse in castris. Cum autem illa veniret, dixerunt, quòd veniebat Deus in castra.

In aduentu arcæ quare crediderunt Philisthijm ibi esse Deum. Quæst. XII.

CAVSA huius erroris est ex eo, quòd opinabantur gentes circa Deos suos: aliquȩ enim existimabant, quòd ipsa idola lapidea, vel lignea erant dij eorum, prȩter aliquam aliam D virtutem, & ista erat opinio vulgaris, sic enim inter viros Azoti Dagon, qui erat ligneus, credebatur esse Deus eorum, & colebatur, & quando repertus est Dagon pronus ante arcam fractis manibus, dixerũt Philisthijm, quòd Deus Hebrȩorũ aggrauauerat manũ suam super Deos ipsorum, quòd necesse est intelligi de dijs, vt sunt simulachra lapidea, lignea, vel metallina. Alio modo accipiebant quidam inter gentiles ipsos Deos, & dicebãt Deos ipsorum non esse illa simulachra lapidea, vel metallina, sed quasdã virtutes spirituales latentes in eis, & ista erat opinio sapientissimorum inter Gentiles. Colebant tamen Deos suos faciẽtes eis illa simulachra, quia non poterant illos super seipsos cernere, ideo volebant saltem in quibusdam simulachris reprȩsentare illos facientes simulachra E in figura, & magnitudine secundum habitudinem ad illud, quòd reprȩsentare volebant, & ob hoc quando erant aliqui dij, quos colebant Gentiles, & non poterant proprie habere imaginem, q̃q̃ facerent eis templa: tamen non faciebant eis imagines: sicut patet de dea Vesta, per quam intelligebant purum ignem Gẽtiles, sicut ait Ouid. 2. Fastorum.

Cum dico Vestam, purum intellige ignem.

Ideo huic non faciebant imaginem, sed templum, & in penetralibus illius ponebãt ignem, qui semper ardebat atque per puellas virgines nutriebatur. Quocũque aũt horum modorum intelligerent Philisthijm:

A putabant, ꝙ Deus Israelitarum veniret in castra. Nam si ipsa arca esset Deus, illa nouiter veniebat: si autem aliqua virtus latẽs in arca, illa quoque similiter adesse non poterat, quousque arca veniret: non enim putabant Philisthijm, ꝙ Deus Hebrȩorum esset quędam virtus spiritualis infinita, quȩ vbique sit, & a nullo loco comprȩhensa, omnia quoque potens, & pro volũtate disponens. Nam etiam Philosophi, qui circa hoc acutissimi fuerant non putauerunt Deum, qui secundum eos erat prima causa esse infinite perfectum, sed solum dixerunt illum esse infinitum in duratione. Attribuerunt autem illi aliquam operationem maiorẽ omnibus, quȩ in habitu rerum omnium sunt, & ab hoc Gẽtiles trahebãt originem circa positionẽ suam de dijs, limitantes potentiam deorum ad singulas res. Quosdam enim dixerunt prȩsidere campis, alios vallibus, alios montibus, & sic in cȩteris, introducentes deorum pluralitatem secundũ numerum rerum. Et sic putauerunt Syri, qui habitabant prope Iudȩam, ꝙ Deus Iudȩorum erat Deus mõtium, & non vallium, nec camporum. Vnde quando Benadab rex Syriȩ victus fuisset a rege Acab rege Israel, dixerunt ei serui sui, quòd dij Israelitarum erant dij montiũ, ideo prȩualuerant contra eum in montibus, sed instauraretur bellum in vallibus, & ibi nõ prȩualerent dij Israelitarum. De hoc infra 3. lib. c. 20. s. Serui regis Syriȩ dixerunt ei: dij montium sunt dij eorum, ideo superauerunt nos, sed melius est, vt pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos: hoc igitur modo Philisthijm putantes Deũ Israel esse specialiter in aliquo loco, dixerunt, ꝙ veniẽte arca, veniebat Deus in castra. *Et ingemuerunt, dicentes væ nobis.* i. valde gemuerunt Philisthijm scientes venisse arcã, & dixerunt: vȩ nobis. i. malũ venit sup nos. s. qa Deus Israel veniebat sup eos in pugnam: hoc autem dixerunt Philisthijm pp duo. Primò quia ipsi audierant magnalia de Deo Hebrȩorum, vt patet immediate, scilicet hi sunt dij, qui percusserunt Aegyptum omni plaga. Timebant igitur, quòd sic faceret Deus Hebrȩorum super eos, quia ipsi erant hostes Israel, sicut Aegyptij. Secundo timebãt Philisthijm propter magnum gaudiũ, quòd fecerunt Hebrȩi in aduentu arcȩ: nam credebant ex hoc aliquod bonum eis euenisse: Philisthijm autem putabant nõ sine causa gauisos fuisse Hebrȩos, scilicet propter fortitudinem Dei sui, quantum autem boni accedebat Hebrȩis, tantum mali superueniebat Philisthijm, & dato, quòd secundum veritatem aduentus arcȩ nihil profecturus esset Hebrȩis, secundum quòd factum est, & tamen, ꝙ tantum gauderent Israelitȩ in aduentu eius erat durum Philisthȩis, quia fortius pugnarent Hebrȩi confidentes se prȩualituros propter Deum suum, & ob hoc siue Philisthijm vincerent siue vincerẽtur, durius cum eis agendum erat: est enim iste modus fortitudinis propter spem: cum aliquid sperantes de adiutorio, vel de experientia armorum confidunt in bello, & fortiter pugnant: sic patet per Ari. 3. Ethi. vbi ponit plures species fortitudinis. *Non fuit enim tanta exultatio heri, & nudiustertius.* Idest Israelitȩ non tantum exultauerunt in diebus prȩcedentibus belli, sicut in illo, cum venit arca: ex quo arguebant Philisthijm, quòd aliquod magnum adiutorium eis fuerat collatum in aduentu arcȩ, & quantũ illi adiuuabantur tantum Philisthȩi deprimebãtur, ideo tristabantur de aduentu arcȩ.

Dij plures quare posi ti sint a Gẽtilibus.

Væ nobis, quis nos saluabit de manu deorum sublimiũ istorũ? Dolebant Philisthijm timentes potentiam Dei Hebrȩorum, & existimabant, quòd nullo modo possent liberari in bello, quia non putabant aliquem ex parte ipsorum, siue Deum, siue hominem esse potentiorẽ Deo Hebrȩorũ. Nam si dij ipsorum essent ȩque potentes

tentes

tentes, non formidarent: putabāt enim Gentiles, quòd
dij sui inuicem pugnabant, habebāt enim singulę gen
tes singulos Deos, & de his dicebant, ꝙ sicut gens pu-
gnabant ꝯ gentē, ita & dij inter se pro cultoribus suis
pugnabant, sic inducit Virg. 10. Aeneidos pugnantes
quosdam Deos pro Troianis, & alios pro Gręcis. Idē

Deos inuicē pugnare opinati sunt antiq.

Homerus in Iliade dicens, ꝙ Venus pugnās pro Tro-
ianis percussa est in bello a quodā Gręco: sic quoque
inducit Augu. 3. de Ciui. Dei, q̄q̄ autem dij Philisthi-
norum congrederentur cum Deo Israel, putabant ni-
hil proficere, quia Deus Israel erat potentior, & sic
clamabant, ꝙ nullus posset eos liberare de manu Dei
Hebręorum. Dixerunt aūt de manu deorum istorū,
quia putauerunt apud Hebręos esse Deos multos, si-
cut erāt apud Gentiles, sic enim dixerūt Syri dij mō-
tium sunt dij eorum, & loquebantur de Deo Israel. j̃.
3. lib. c. 20. Vel potest dici, ꝙ Philisthijm existimaue-
runt Deum Israel esse vnum Deū, sed ex modo scri-
pturę ponitur hic in plurali. Nam tam insipientes, q̄
sapientes apud Philisthinos vocabant Deum Israel,
quasi vnum Deum, de sapientibus patet. j̃. c. 6. vbi sa-
cerdotes, & diuini dixerunt Philisthęis: dabitis Deo
Israel gloriam, si forte releuet manum suam a vobis.
Populares quoque Philisthinorum dicebant Deum
Israel tanq̄ vnum Deum, vt patet sequenti c. vbi sępe
dicit̄ de arca Dei Israel. Dixerunt ēt Philisthijm Deos
Israel esse sublimes. i. magnę potestatis. s. quia erant
potentes super aliarum gentium Deos. *Hi sunt dij, qui
percusserunt Aegyptum omni plaga*. Hic inducunt ꝯfir-
mationem. s. ꝙ Deus Israel erat fortis. Nā ipse destru-
xit Aegyptios, & Deos eorū, sic igitur poterat destrue
re Philisthinos, & Deos ipsorum: non solum enim
Deus Israel puniuit Aegyptios, sed ēt Deos ipsorum,
quia comminuit omnia idola Aegyptiorum. De hoc
Nu. c. 33. s. Nam & in dijs eorum exercuerat vltionē.
Fuerat aūt ista percussio cognita apud multas gētes,
quoniam fuit magna nimis, & sic Philisthijm potue-
runt cognoscere potissimè, quia Aegyptus est apud
terrā Philisthijm, sic enim patet Exo. c. 13. vbi dicitur,
ꝙ Deus noluit educere Israelitas de Aegypto per viā
terrę Philisthijm, quę vicina est, in quo innuit̄, ꝙ me-
dium inter terrā Chanaan, & Aegyptum sit ipsa terra
Philisthijm: dicitur hic, ꝙ percusserunt omni plaga.
i. inferendo multas plagas: intulit enim Deus decem
plagas Aegyptijs, vt patet Exo. c. 7. vsque ad 12. Et mul
tum vocatur quasi totū, vel omne. Sicut enim Deus
dixit ad Pharaonem. Hac vice mittam super te om-
nes plagas meas. i. mittam multas. *In deserto*. Non est
intelligendū, ꝙ plagę factę super Aegyptios fuissent
in deserto, quia fiebant in ipsa terra Aegypti, quę non
est desertum, sed vocatur desertū terra, quę est extra
Aegyptum versus mare rubrum. Nam ibi maxima
plagarum inflicta est. s. ꝙ Pharao, & omnes, qui ibant
cum eo, persequentes Hebręos, perierunt in mari ru-
bro: istud autē non computatur inter plagas, sed du-
rius fuit qualibet plagarum. *Confortamini, & estote viri
Philisthijm*. Hic ponuntur verba hortatoria ad bellū
ipsorum Philisthijm inter se dicentiū, ꝙ cōfortarent̄.
s. ad pugnandum fortiter, ne caperentur viuentes ab
Israelitis, & cogerentur seruire illis: existimabant. n. ꝙ
Deus Hebręorum faceret eos succūbere, iō magis vo
lebant mori viriliter pugnando, q̄ viuere Hebręis tur-
piter seruiendo. Credebant tñ necessarium esse alterū
istorum fieri, & hoc sonant verba sequentia. s. ne ser-
uiatis Hebręis: sunt aūt ista verba exhortatoria, velut
cū quis ex desperatione fortiter pugnat pręeligēs, q̄a
moriendū est magis viriliter, q̄ turpiter viuere. *Ne ser-
uiatis Hebræis*. Hoc dicebāt, quia ex virtute Dei Hebręo
rum caperent faciliter Philisthijm, quasi sine bello, &
cogerentur seruire, ideo exhortant̄ se inuicem, ꝙ ēt si

F Deus Israel subiecerit eos Hebręis nō permittant se
capi, vt seruiant, vel ꝙ nō tradant se sub aliquo pacto,
sed magis moriantur omnes viriliter, & quia hoc vi-
debat̄ eis esse sub potestate eorū, hortabant̄ se ad hoc.
Sicut, & illi seruierunt vobis. Reputabant. n. Philisthijm
pessimā ꝯditionē viri esse seruitutē: nec aliquid peius
fortunam inducere posse, & cū infęlicissima sors ista
sit, adhuc infęlicior est, cū quis efficitur seruus eius,
cuius añ erat dñs, & hoc propter duo. Primo quia gra-
uior seruitus est, cū illi qui serui fuerunt, & sunt dñi
recordati malorū, q̄ ptulerūt grauius affligāt afflicto-
res suos. Secundo quia ista seruitus est turpior: tanto
enim aliquis vilior est, quāto magis descendit, sed ne-
G mo videtur magis descendere, q̄ ꝙ efficiatur eius ser-
uus cuiꝰ dominus erat: Hebręi aūt seruierāt Philisthi-
nis tempore pręterito, & adhuc seruiebant, ideo gra-
uissimū videbat̄ eis, ꝙ subderent̄ seruituti Hebręorū.

Pessima Iudæorum conditio. Quæst. XIII.

IN hoc autem apparet melior conditio Philisthi-
norum, q̄ Hebręorum egredientium de Aegy-
pto: sępe enim dixerunt, ꝙ voluissent magis viue
re in seruitute Aegyptiorū, q̄q̄ illa esset grauissi-
ma, q̄ venire in terram Chanaan subijciendo se peri-
culis: sic patet Exo. c. 14. cū viderunt Pharaonē super
se venientem, & dixerunt: Nunquid non erant sepul-
H chra in Aegypto, &c. & Exo. c. 16. dixerunt: Vtinam
mortui essemus in Aegypto, qñ sedebamus super ol-
las carnium: simile Nu. 11. & 20. c. nec solum hoc, sed
ēt cum audiuissent, ꝙ Chananęi erat gens dura dispo-
nebant, vt redirent in Aegyptum iterum ad seruitutē.
Nu. c. 14. & dixerūt ibi vtinā mortui essemus in Aegy-
pto, & non in hac vasta solitudine: valde igitur erant
animi degeneris, & seruilis: Philisthijm autem erant
viriles corde, vt patet ex verbis eorum: pręeligerūt. n.
mortem gloriosam pugnando ꝯ Hebręos cōtra Dei
voluntatem, & potestatem etiam si crederent se supe-
randos, q̄ vitam miserrimam sub hebraica seruitute.
ꝙ autem Hebręi seruirent Philisthinis satis manifestū
est. Nam a multis temporibus ante hoc seruierant, &
I nunc quoque seruiebant. Nam 18. annis seruierunt
post mortē Iair iudicis Israel, de quo Iudi. c. 10. postea
autem erepti de manu eorum per quosdam iudices
inciderunt iterū in seruitutem ipsorum per 40. annos
de quo Iudi. c. 12. quo expleto Samson iudex incępit
aliqualiter liberare Israelitas de manu Philisthinorū
sed non valuit penitus, nam & Israelitę propter man-
datum Philisthinorum comprehenderunt Samsonē
& tradiderunt Philisthęis: Iudi. c. 15. & ibi dicitur, ꝙ in il-
lo tēpore Philisthijm dominabantur Israeli, post mor-
tem etiā illius 40. annis, quibus fuit iudex illi nō cessa-
uit seruitus, nec etiam tempore Samuelis, & Saulis
vt declaratum fuit. s̃. in prin. c. q̄q̄ Samuel tempore
suo diminuerit istam seruitutem quantum ad aliquid
K accipiendo quędam loca de terra Philisthijm, vt pa-
tet. j̃. c. 7. *Confortamini, & bellate*. Replicatio sententię
est semper exhortando se ad fortiter moriendum, &
non turpiter seruiendum.

Expositio Nicolai in literam refellitur. Quæst. XIIII.

NICOLAVS non videtur totaliter sequi illā
expositionem dicens, ꝙ non concordat
ista litera. s. confortamini &c. quia hoc non
videtur pertinere ad exprimendū timorē
Philisthinorū propter Deū Israel, sed magis cōfide-
bant, ꝙ Deus nō posset eis nocere, ideo dicit, ꝙ secūdū
Hebręos non exponit̄ sic ista litera, sed dicit, ꝙ quia
de exercitu Philisthinorū habebant reuerētiā ad an-
dominū.

Domini, & timebāt ꝙ aliqua mala eis infligi possent: erant enim deuoti circa arcam: & de istis exponunt primam partem literæ superioris dicentes: & ingemuerūt Philisthijm vsque ibi: Quis nos liberabit de manu deorum istorum: inclusiuè: alij autē de Philisthinis nullam habebant reuerētiam, nec timorem ad arcam, & isti contemnendo dixerunt: hi sunt dij, qui percusserunt Aegyptum omni plaga, idest omni plaga possibili induci ab eis, q.d. tunc dij Israelitarum induxerūt super Aegyptios omnes plagas, quas inducere poterant, sed non potuerunt eos delere, ergo q̄q̄ pugnent contra nos isti dij non poterunt nos subijcere Hebreis, & sequitur immediate verbum exhortatorium, s. confortamini &c. q.d. isti dij nō sunt potentes, ideo non timeatis de eis, sed habete spem bonam pugnando viriliter. Sed ista expositio non stat, quia diuidit in duos sensus istam literam, quæ manifeste pertinet ad vnum sensum: potissimè cum non sit aliqua causa diuidendi eam, & cum dicit Nicolaus ꝙ si exponatur ista litera de timore Philisthinorum non concordabit illa, s. cōfortamini &c. dicendum quòd immo multum cōcordat, quia Philisthijm gemebāt, & erant quasi desperantes propter fortitudinem Dei Hebręorum, ideo dixerunt quòd confortarentur, vt viriliter pugnarēt, quia etiam si succumbere necesse esset, melius erat hoc viriliter moriendo quàm seruituti se subijciendo: & hoc demonstrat litera, quæ dicit ne seruiatis Hebręis sicut illi seruierūt nobis, quæ non potest exponi aliter conuenienter, nisi dicatur ꝙ Philisthini credebāt se seruituti subijciendos, vel morituros: ideo pręeligebant viriliter pugnare, & mori magis q̄ subijci seruituti Hebręorum: & tamē si exponatur quòd Philisthini cōfidebant se non superandos, ista litera non agit ad propositum eorum: ideo redeundum ad primam expositionem.

Pugnauerunt ergo Philisthijm. Hic ponitur secundū, scilicet arcę captiuatio: nam succubuerunt Israelitę, & fugiētibus eis in tabernacula sua relicta est arca in castris, quam acceperunt Philisthijm: & dicitur pugnauerunt ergo Philisthijm, idest quia propter desperationem exhortati sunt se inuicē, vt fortiter pugnarent: pugnauerunt, etiam si putarent se morituros ꝓ potentiam Dei Israel: erat tamen potius è contrario: quia Deus Israël mouebat eos, vt fortiter pugnarent: & sic occiderent multos de Israelitis, alioquin si egissent remisse Philisthijm, & confortarentur cōtra eos Hebręi vincerent illos: Deus tamen volebat contrarium propter peccata populi, & filiorum Heli.

Et cæsus est Israel. Idest multum vulneratus a Philisthijm, & hoc non fuit extra aciem per agros, sicut in priori bello, sed in acie, quia confidebant Israelitæ propter aduentum arcę se præualituros esse contra Philisthinos, ideo tamdiu restiterunt, quousque viderunt Philisthinos multum superiores esse, & tunc fugerunt dimissis castris & arca. *Et fugit vnusquisque in tabernaculum suum.* Scilicet postquam multi perierunt de Israelitis videntes iam se non posse præualere.

Quare Hebræi nō redierunt in castra, vt iterū pugnarent contra Philisthinos sicut in præcedenti bello. *Quæst. XV.*

QVAERET aliquis, quare Israelitæ postquā cęsi sunt hic à Philisthinis non redierunt in castra, vt iterum pugnarent contra eos, sicut fecerunt pręcedenti bello: nam occisis quatuor millibus virorum cæteri redierūt in castra. Respondendum est quòd in priori bello Israelitæ modicum afflicti fuerant, quia mox, vt bellum initum est fugerūt, paucique occisi sunt in acie, sed passim per agrū in fuga, vt patet supra in litera. Nunc aūt plurimi perierant, s. triginta millia, vt patet infra, ideo

A erant nunc desperatæ res Hebręorum ad restaurādū bellum: redire autem ad castra est redire ad restaurandum iterum aciem meliori modo. Item pręcedenti vice redierūt Israelitæ in castra, quia cum multi essent putauerūt, ꝙ ibi se possent tueri a Philisthijm. Nunc aūt bis superati nō confidebant se posse tueri. Item in primo bello redierūt in castra proponentes restaurare bellum, quia credebant ꝙ adueniente arca esset eis firmissimum auxilium contra hostes: nunc vero cum pręsenti arca corruissent coram hostibus suis, & durius vulnerati essent q̄ prima vice, de reliquo nullum sperantes subsidium, fugerunt vnusquisque in domum suam. Item satis rationabiliter dici

B potest, ꝙ hoc fuerit ex quodam motu Dei, qui maximè operatur circa ista magna: ipse enim volebat ꝙ multi de Israelitis perirent propter peccata sua: & q̄a in priori bello perierant solum quatuor millia, mouit eos, vt redirent in castra ad hoc quòd iterum instaurato bello perirent multi, sicut & factū est: postq̄ vero in secundo bello perierunt triginta millia, de quibus in litera cum satisfactum esset Deo, noluit vt plures perirent: ideo mouit eos, vt redirent in tabernacula sua: nam si redijssent in castra, iterum instauraretur bellum: & sic perirent adhuc plures de eis, cū Philisthijm nimis confortati essent contra eos.

Et facta est plaga magna nimis. Dicitur hoc in comparatione pręcedentis belli, quia in alio perierūt quasi quatuor millia: & in hoc triginta millia: alia tamē maiora bella fuerunt inter Hebręos, in quibus plures corruerūnt de ipsis sicut cum pugnabat Abias rex Iu

C dæ, & corruerūt de Israel, cōtra quos pugnabat, quinquaginta millia virorum fortium, vt patet lib. 2. Paralipo. cap. 13. *Et ceciderunt de Israel triginta millia peditum.* Idest mortui sunt: nam cadere idem est quòd mori. Et non dicitur de peditibus, quasi de istis solis ceciderint triginta millia: & de equitibus ceciderūt aliqui alij, q̄ nō sunt numerati, vel ꝙ nulli ceciderint de eis.

An in Hebræorum exercitu aliquid aliud esset præter pedites. *Quæst. XVI.*

SED vocantur pedites, quia omnes Israelitę tūc erant pedites: non enim erat vsus eorum, in equis, & curribus pugnare, quamquā aliæ gentes vterentur isto genere pugnandi, sicut patet

D de Pharaone rege Aegypti, q̄ insecutus est Hebręos cum equis, & curribus contra mare Exo. cap. 14. Hebræi tamen non vtebantur isto genere pugnæ: ideo cum tempore Iosue acciperēt equos multos, & currus de spolijs populorum, quos debellabant, iubebat Deus, vt succenderent currus, & subneruarēt equos, vt patet Iosue cap. 11. quod videtur esse propter duo, scilicet, quia Israelitæ, si vterentur illo modo pugnandi, q̄ fortissimus erat crederēt sibi victorias prouenire robore suo, & armorū strenuitate: vnde alienarētur a Deo. Voluit igitur ꝙ taliter pugnarent, ꝙ victoria nō possit attribui robori eorū, nec apparatui bellico, sed bonitati Dei. Secundo dici pōt ꝙ hoc faciebat, q̄a

E Israelitæ erant inexperti circa ista, ideo non possent pugnare in curribus, & equis, sed pedites, vel forte q̄a erant pauperes, & nō possent habere equos: erant. n. magni precij, eo ꝙ non erāt in terra illa, sed emebant a negociatoribus aliarum terrarum, sicut patet de Salomone infra 3. lib. c. 10. cum dicitur; & adducebantur equi Salomoni de Aegypto, & Choa: negociatores enim regis emebant de Choa, & statuto precio perducebant: emebatur autem quadriga ex Aegypto sexcentis siclis argenti, & equus 150. Hebræi autem ante Salomonem erant pauperes præter Dauid, qui cōgregauit diuitias magnas ex multis victorijs, iō q̄q̄ vellet nō posset habere equos & currus ad ꝑationē

bellicam: & satis hoc rationabile est. Nam ante Salomonem non legũtur fuisse currus, & equi inter Iudæos, Salomon aũt cõgregauit numerum magnum equorum tam ad currus q̃ ad solam equitationem: sic patet infra 3. lib. cap. 4 s. & habebat Salomon 40. millia præsepia equorũ currilium, & 12. millia equestrium. Et eo. lib. c. 10. dr̃ cõgregauit Salomon currus & equites, & facti sunt ei mille currus 12. millia equitum: Saul aũt qui fuit primus rex Israel non legitur habuisse currus, & equites, nec habebat quin potius in principio regni sui ipse sequebatur boues in agro, vt patet infra c. 11. & postea procedente regno suo tã pauper erat ipse & ministri eius ꝙ in toto Israel non reperiebatur gladius, aut lancea ad bellum: preterq̃ arma ipsiusmet Saulis, & filius eius Ionathe, vt patet infra c. 13. De Dauid autem q̃q̃ diues fuit circa senectutem suam propter multitudinem bellorũ, in quibus acquisiuit spolia copiosa, tamen non legitur pugnasse in curribus & equitibus, sed pugna pedestri, Salomon aũt ad augmentandum gloriam regni Iudæorum assumpsit sibi equos multos, & currus, vt supra dictum est. Vocantur igitur hic triginta millia peditum, quia in exercitu non fuerunt nisi pedites sicut exeuntibus Israelitis de Aegypto dicitur fuisse numerus eorum quasi sexcentorum milliũ peditum: Exo. cap. 12. & tunc manifestũ est, ꝙ nulli equites ibi erant: sic etiam factum est hic. *Et arca Dei capta est.* Quia oẽs fugiebant in tabernaculo suo vrgente bello magno Philisthinorum, ideo nec potuerunt reducere arcam nec curauerunt aduertentes solum quomodo saluarentur per fugam. *Duo quoque filij Heli mortui sunt Ophni, & Phinees.* Isti duo erant in custodia arcæ, quia erant sacerdotes Domini, & portauerant eam de Silo, vt patet supra. Nunc autem cum forte ipsi vellent custodire eam, corruerunt simul: sic enim prędixerat vir Dei, ꝙ isti morerentur vna die supra cap. 2.

An duo filij Heli damnati vel salui sint. *Quæst.* *XVII.*

QVAERET aliquis de statu istorum duorum, s. an rationabiliter dici posset ꝙ isti æternaliter perirent, vel salui sint. Aliquis respondebit ꝙ perierint ęternaliter, qm̃ isti erant pessimi viri, vt patet supra cap. 2. cum delinquerent in cæremonijs Dei, & facerent peccare totum Israel. Item ꝓpter istos inducta est maledictio super totam domũ Heli vsque in sempiternum. Etiam de his prenunciatum est, ꝙ vna die morerentur ambo & sic factũ est: ideo videtur ꝙ isti nimis delinquẽtes ęternaliter perierint. Respondendum est non esse negandum, quin isti nimis peccauerint, sed non infertur ex hoc, nec apparet rationabiliter dictum ꝙ propter hoc perierint: quia postquam peccauerunt habuerunt tempora multa, in quibus de peccatis dolerent, & non perirent: potissimè quia isti vnr̃ mortui in actu virtuoso, s. in custodia arcæ, & non fugerunt de bello relinquentes arcã, cum fortassis a principio potuissent fugere, & euadere, in quo ipsi merebãtur moriẽtes in gloria Dei sui, & honore, populi Israel. Item quando arguitur ꝙ isti mortui sunt, sicut de eis prẽnũciatum est non sequit̃, ꝙ æternaliter perierint, vel ꝙ vsque ad tempus illud manserint in peccatis; multoties enim pęna inest homini nullam habẽti culpam, sed habuit alias: nec est inconueniens aliquod existentibus in magna charitate magnas inesse pęnas, quia pęna, & charitas non repugnant, sed malitia, & charitas: q̃q̃ ergo isti habuerunt tunc pęnam pro pręteritis sceleribus suis non arguit̃ eos tũc habuisse scelera, nec æternaliter perijsse. *Currens autem vir.* Hic ponitur quartum, s. pro arca capta lamentatio: nam q̃q̃ pro ruina magna facta in po-

Non est inconueniens existenti in charitate magnas inesse pœnas, quia charitas & pœna non repugnant.

F pulo nimis planxerint Israelitę, acrius tamen fleuerũt pro captiuata arca, quia tunc crediderũt omne bonũ recessisse ab eis: sic dicitur infra: Translata est gloria de Israel, eo ꝙ capta esset arca Dñi. *Currens vir quidam de Beniamin.* Iste vir fugit de acie, cum dicatur supra, ꝙ fugit totus Israel singuli in tabernacula sua: ita & iste vir fugit: non tamen fugit iste in tabernaculum suũ: quia iste erat de Beniamin, idest de tribu, & sorte Beniamin: & tamẽ venit in Silo, quę non erat in sorte Beniamin, sed in sorte Ephraim: hoc autem fecit, quia in vrbe illa erat tẽplum Domini, & sacerdotes, vt annũciaret eis si quid forte facere vellent, aut possent pro arca.

G *Fabulam de Saul, quòd acceperit tabulas de manu Goliath refellit.* *Quæst.* *XVIII.*

DE isto viro dicunt quidã Iudæi ꝙ erat Saul, & addunt ꝙ in bello iste vidit Goliath Philisthęum eduxisse tabulas testimonij de arca, & rapuit eas de manu illius adduxitque in Silo, sed istud valde est fictitium: non enim videt̃ ꝙ Saul tunc fuerit talis vir, vt posset in bello esse: quia adhuc esset paruus ætate: potissime, quia nõ auderet ipse, nec aliquis de Israel occurrere giganti viro, s. Goliath. Nam ipse temporibus Dauid exprobrauit omnibus Israelitis quadraginta diebus clamãs siquis auderet congredi cũ eo singulariter, & nemo audebat in toto Israel, sed ipse rex Saul timebat eum nimis, &
H dicitur, ꝙ oẽs Israelitæ cum vidissent virum fugerũt a facie eius timentes eum valde. De hoc infra cap. 17. quomodo igitur Saul auderet congredi cum viro ita potenti? Item quia q̃q̃ auderet congredi non videt̃ quomodo ipse potuisset eripere de manu illius tabulas: magni enim roboris erat vir ille Philistheus. Itẽ quia non posset fugere vir iste de bello, si portaret secum tabulas, quia illę erant lapideę, & aliquanti ponderis. Item non videtur verisimile, quòd immediate in bello aliquis aperiret arcam de Philisthijm: nam ipsi cum magno honore tractauerunt eam ponẽtes illam in templo Dei sui, & adhuc tunc percutiebant, quanto magis hoc accidisset si eam inhoneste tractassent aperientes eam? nihil igitur horum est verisimile, sed Hebraica fictio est. *Ex acie.* Idest iste vir cucur-
I rit fugiens de acie, sicut cæteri currebant fugiẽtes de bello.

Venit in Silo in die illa. Scilicet die, qua percussus est Israel a Philisthijm: hoc autem quia modicum distabat ciuitas Silo a loco belli.

Scissa veste, & conspersus puluere caput. Idest cum introiuit in vrbem annunciaturus calamitatem Israel, scidit vestimenta sua, & sparsit puluerem super caput suum. Hoc autem faciebat ad signandum magnũ dolorem. Erat enim consuetudo antiquis, vt quãdo audirent aliquid durum, scinderent vestimenta sua significantes maximum dolorem: sic enim patet sępe in his libris Regum, & Paralipomenon, alijsque historicis veteris testamenti: legitur etiam mansisse
K ista consuetudo vsque ad tempus Saluatoris. Nam cum duceretur Saluator noster coram Caypha principe sacerdotum, & ille dixisset, quòd viderent filium hominis in nubibus cœli, sacerdos magnus demonstrans se nimis dolere tanquam pro blasphemia, scidit vestimenta sua: Matthęi cap. 26. nec solum faciebant hoc Iudæi in signum doloris magni pro rebus temporalibus, & quæ ad ipsos attinebant, sed etiam si quando dolerent nimis de peccato, quod in Deum egerant, scindebant vestimenta sua, & induebant se sacco. Propheta tamen Iohel admonuit, vt scinderent corda sua, & non vestimenta sua quando

Mos ... dere ... vesti... p ... dolo...

quando lugerent pro peccatis, vt patet Iohel. cap.2. A
erat autē aliquid ſpeciale, quando denunciabatur de-
ſtructio bellica: quia nō ſolū ſcindebant̄ veſtimēta:
ſed etiã cōſpergebant̄ capita puluere: & hoc qa ſigni-
ficabat̄ adhuc durior dolor: ſic.n.iterū factum eſt, qñ
venit nuncius de bello ad Dauid nuncians ꝙ perijſſet
Iſrael in bello, vt patet infra 2.lib.c.1. *Cumque ille veniſ-
ſet Heli ſedebat ſuper ſellam contra viam ſpectans*. Poſtquã
enim arca Dñi ducta eſt de Silo in bellum Heli erat
ſemper ſollicitus pro arca, ne caperetur ab hoſtibus,
vt dicitur immediatè, ſ.erat enim cor eius pauēs pro
arca Dei, ideo ſedebat ſemper expectans ꝯ viam, qua
veniebatur de bello, vt audiret quid fieret de arca, &
de populo. *Erat enim cor eius pauens pro arca Dei.* Heli.n. B
cognouerat iniquitates filiorum ſuorum, & peccata
populi: ideo timebat, ne ipſis pereūtibus in bello ca-
peretur arca: vnde contra eius volūtatem educta eſt
de Silo, ſed præualuit ſententia populi, quia oēs iudi-
cauerant eſſe arcam ducendam in caſtra, erat igitur
pauens Heli pro arca; quia magis ſuſpicabatur malū
q̃ bonū: timebat enim pro filijs, de quorū periculo
adhuc certior erat: quia prænunciatum fuerat ſibi, ꝙ
vna die morerentur ambo ſupra c.2. nunc autē credi-
dit hoc maxime poſſe fieri in bello, ſed nō tm̄ pro eis
timebat, quia ſciebat mortem filiorum ſuorum eſſe
ineuitabilem, vel tunc, vel poſtea, nec quidem cōmu-
nem mortem, ſed violentam, quia aliàs non prænun
ciaretur, vt in pęnã: de arca autem Dei nihil prænun-
ciatum fuerat, ideo timebat, ne forte peccata populi
demererentur eã capi: potiſſimè quia etiam ſi vtrūq;
conſtaret ſibi, ipſe magis doleret pro arca, q̃ pro filijs: C
eo ꝙ in arca erat cōis ſalus, & gloria totius populi. In
duobus autem filijs ſuis nullum bonum Iſraelitarum
erat, ſed potius ipſi induxerant Iſrael ad peccandum,
& meritis eorum prouenerat magna pars calamita-
tis huius. Apparet autem iſtud, quia cum per nunciū
certiſſime cognouit occubuiſſe filios, & captam eſſe
arcam, audita morte filiorū nihil dixit, nec mutatus
eſt, mox tamen vt de arca dictum eſt totus tremefa-
ctus corruens de ſella expirauit, vt patet infra. *Vir autē
ille*. Scilicet ille, q fugerat de bello, & venerat in Silo.
Poſtquam ingreſſus eſt nunciauit vrbi. Scilicet anteq̃ veni-
ret ad Heli mox, vt intrauit in vrbem clamauit fuga-
tum eſſe Iſrael, & captam arcam eiulatu magno do-
lens pro cōi ſibi, & alijs calamitate. *Et vlulauit omnis* D
ciuitas. Erat enim iſtud malum vniuerſalis calamitas,
ideo oēs vlulauerunt in cęlū putantes ſe penitus fuiſ-
ſe conſumptos. *Et audiuit Heli ſonitum clamoris*. Erat.n.
Heli ſuſpectus de negocijs belli certior ad mala ſpe-
randum q̃ ſalutē, ideo erat attentus ſi quid nunciaret̄,
mox igitur, vt ciuitas clamauit ipſe cōmotus eſt. *Di-
xitque quis eſt hic ſonitus tumultus huius*. Audiebat enim
Heli tumultum eſſe magnū, & lugubrē: tota.n.plan-
gebat vrbs, & ſtatim credidit eſſe ſonitū pro aliquo
malo magis pertinente ad bellum, q̃ ad aliquid aliud,
diſtinctè tamen neſciebat: ideo quæſiuit. *At ille feſti-
nauit, & venit, & annunciauit Heli*. ſ.ille, q venerat de bel-
lo, venit ad Heli nunciaturus iſta tanq̃ principi Iſrael: E
prius tñ q̃ ad eum veniſſet nuncius, tota ciuitas vlula-
bat: quia mox vt ille ingreſſus eſt vrbē, clamauit bel-
licū infortuniū, & ad vocē eius tota ciuitas vlulauit.
Heli autem erat annorum 98. Iſtud ponitur ad deſignan-
dum conditionem Heli morientis, & audientis nun-
ciū, ſcilicet, ꝙ ipſe erat iam nimis antiquus ferè cen-
tum annorum, & non poterat videre; ideo cum ve-
nit nuncius ante ipſum, nō vidit eū, nec dixit ei Heli,
quis es, & vnde venis? ſed ipſe nuncius cognoſcens
cęcitatem Heli pręuenit eum in verbis, vt ſic ſciret
quis aderat, dicens: ego ſum, qui fugi hodie de acie.
Et caligauerant oculi eius. Iſta caligatio non erat ex ęgri-

tudine, ſed ex defectu ætatis, quoniam viſus per tem- A
poris longitudinem hebetatur: quia fit mutatio ma-
gna in humoribus contentis intra pelliculas oculi, in
quibus eſt viſus. *Et videre non poterat*. Scilicet, ꝙ iam
fere nihil videbat, ita vt nō diſtingueret quid ante ip-
ſum eſſet: nec enim aduenerat ſibi iſta caligatio no-
uiter, ſed ex aliquantis temporibus. Nam quando Sa-
muel puer exiſtens pręnunciauit malum iſtud futu-
rum in domo Heli, iam Heli videre non poterat lu-
cernam, vt patet præced.cap. Quotidie tamen magis
caligabat: vt ipſe non poſſet præoccupare in ſermo-
ne eos, qui ad ipſum veniebant tanquam non cogno-
ſcens, ſed illi pręueniebant eum, vt cognoſcerentur:
& ita factum eſt hic de iſto veniente de bello. B

Et dixit ad Heli ego ſum qui veni de prælio. Ideſt ſi ali-
quid vis inquirere de bello, inquire: quia ego ſum
certiſſimus nuncius calamitatis huius. *Et ego, qui de
acie fugi hodie*. Ideſt ego ſum, q nouiter receſſi de acie,
quoniam hodie inde receſſi: ideo poſſum ſcire quid
euenerit: duplicantur autem iſta verba hic ad plãctū.
In lamentationibus enim ad exprimendum miſeriã
abundantius, & ad permouendum paſſionaliter fit ta
lis repetitio per ſynonyma. *Cui ille ait: quid actum eſt fili
mi?* Captat beneuolentiam eius: vt enarret ſibi om-
nem veritatem. *Reſpondens autem qui nunciabat: fugit,
inquit, Iſrael*. Ideſt ille vir, qui venerat de bello: inqt,
ideſt, dixit fugit Iſrael. *Coram Philiſthijm*. Ideſt a facie
Philiſthijm: ſcilicet ꝙ non potuerunt Iſraelitę ſuſti-
nere faciem Philiſthinorum, & fugerunt ab eis ver-
tentes terga. *Et ruina magna facta eſt in populo*. Scilicet
corruerunt multi vulnerati, ſ. triginta millia, vt patet C
ſupra: non nunciauit autē iſte de bello priori, in quo
ceciderant quatuor millia virorum, quia de illo iam
cognoſcebat Heli cum ventū fuiſſet pro arca in Silo.

Inſuper & duo filij tui Ophni, & Phinees mortui ſunt. Iſti
perierunt cuſtodiendo arcam, & fuerat mors iſtorū
ſupra pręnunciata, c.2. *Et arca Dei capta eſt*. Hoc enim
reſtabat, vt fugientibus Iſraelitis arca Dei caperetur.
Nam a principio belli nō fuit reducta de caſtris cum
ad hoc ipſa ducta fuerit in caſtra, vt aſſiſteret bello: fu
gientibus autem Iſraelitis nemo eam ducere potuit,
nec curauit, quia erat impeditiua fugæ. *Cumque ille no-
minaſſet arcam Dei*. Scilicet, ꝙ immediate, vt audiuit
Heli de arca, corruit: non immediatè vt audiuit arcã
nominari, ſed vt audiuit ꝙ capta eſſet: nam nomina- D
tio arcæ, ſi nihil aliud adderetur, non erat ſibi grauis.
In quo apparet probitas viri huius Heli, qui vere erat
vir bonus atque laudabilis: nam quamquam a prin-
cipio ipſe fuiſſet aliqualiter remiſſus circa filiorum
correctionem, quia diligebat eos, & quia erat ſenex
non potens eos corrigere, erat tamen deſiderium
illius ſanctiſſimum circa Dei religionem: nam cum
audiuiſſet filios ſuos occubuiſſe, quaſi nihil motus
eſt: expectans quid diceretur de arca. Cum verò au-
diuit arcam captam fuiſſe elanguit cor eius, & non
remanſit in eo ſpiritus: atque totus velut palpitans,
defecit: prælegiſſet enim vir iſte ſibi mortem, etiã
ſi in ætate iuuenili fuiſſet, quàm arcam captam fore: E
ideo nemini dubitandum eſt circa ſtatum Heli, ſicut
de filijs ſuis, vel de quibuſdam alijs. Nam iſtud deſi-
derium & zelus maximus religionis, qui cum chari-
tate erat, eo quòd propter Deum erat, liberare pote-
rat illum ab omni crimine: quia charitas operit mul
titudinem peccatorum.

Cecidit de ſella retrorſum. Conſueuerat enim Heli ſe-
dere in loco iſto, ſcilicet apud oſtium templi. Nam
etiam quãdo Anna mater Samuelis introiuit ad ado-
randum corã Dño pro filio, ſedebat Heli iuxta portã
tēpli, ſicut nūc, vt patet ſupra c.1. Corruit aūt Heli de
ſella retrorſum, eo ꝙ iſtę ſedes eſſent malè fabricatæ:

erant enim altæ, & post tergũ nihil habẽtes, super quod sedẽs acclinare posset caput, aut aliqualiter incũbere: ideo cum Heli expauisset nimis, audita captione arcæ, destitutus viribus corruit per partem posteriorem sedis, cum nullum haberet retinaculum. Si verò sedes fuisset aliter fabricata, nõ potuisset corruere Heli, vel saltem corruisset per partem anteriorem sedis, quod non erat ita facile: hic tamen cecidit retrorsum, i. per partem posteriorem sedis: & hoc fuit iuxta ostium, s. tẽpli: quia apud portam templi sedere consuetus erat.

Obitus Heli. *Et fractis ceruicibus mortuus est.* Corruit enim Heli totus super caput suum, & fractæ sunt ceruices, atque ruptũ est caput, quod fuit quia sedes erat alta, alioquin non cecidisset totus super caput: etiam fuit hoc quia erat senex, & ponderosus paucas etiam vires habens: ideo suo pondere pressus occubuit. Et hic quidem fuit exitus Heli viri clarissimi sacerdotis magni, & iudicis Israel: non quidem tanquam ipse aliquid iniquum egisset, propter quod tam amara morte mulctandus foret, sed quia cum esset summus sacerdos, filiorum suorum in sacerdotio delinquentium nequitiam non correxit: quia ex officio sibi attinebat: Sic patet extra de Simonia. c. licet Heli. in quo satis apparet ex Dei vindicta, quod negligentia in prælatis nõ est de minimis criminibus, sed sicut quis reus mortis est, si ipse aliquid morte dignum egerit, ita & si cum prælatus fuerit male agẽtes non correxerit, eadem morte mulctandus est. *Senex enim erat vir & grandæuus.* Ista ponunt hic ad designandum modum mortis Heli, & causam propinquam, s. quod quamquam corruisset de sede, non sic cito mortuus fuisset, vel fortè non perijsset, si iuuenis fuisset, vel paruulus: erat tamen senex vir, & ponderosus atque viribus carens: ideo ipse a seipso occubuit. Dicitur aũt grandæuus quasi grandis æui, i. magnæ ætatis: erat. n. annorũ 98. vt patet in litera: & ipse iudicauit Israel quadraginta annis, i. Heli fuerat iudex in Israel per annos quadraginta. Dicitur hoc, quia tempore Heli adhuc durabãt iudices.

Iudices quo tempore cœperunt. *Quæst. XIX.*

INCAEPIT enim tempus Iudicum post Iosue: nã tũc non erant reges in Israel, sed iudices, qui non habebant tãtam potestatem, sicut reges: & isti nõ erant de aliqua certa tribu, vel familia, sed interdum de vna tribu, & interdum de alia vt apparet ex processu libri Iudicũ. Fuit autẽ Heli de istis iudicibus erat enim summus sacerdos, & iudex: & ex hoc erat honorabilior, quoniam pertinebat ad ipsum totũ regimẽ Israel tam in spiritualibus, quàm in tẽporalibus: fuit autem factus iudex Heli post Samsonem sicut dicit Iosephus 5. lib. Antiquitatũ. Et in diebus suis accidit id, quod enarratur de Ruth Moabitide: vnde quando aliquis voluerit cõputare tempora post viginti annos, quibus iudicauit Samson, de quibus patet Iud. cap. 16. dẽt apponere ann. quadraginta quibus iudicauit Heli. Alioquin si vellet computare aliqua tempora post Samsonem pro his, quæ enarrantur accidisse a c. 16. libri Iudi. vsque ad finem excedet in cõputatione temporum, quod patet si aliquis cõputauerit annos 480. qui dicũtur transijsse ab exitu de Aegypto vsquequo Salomon incœpit construere templum Dñi infra 3. li. cap. 6. de quo ibi magis declarabitur.

Heli qualis vir fuerit. Fuit autem vir satis clarus Heli inter Israelitas & ab ipsis satis honoratus: nam ipse erat de familia Ithamar filij Aaron, vt declaratum est supra c. 2. q. 27. & 30. ad quam non pertinebat summum sacerdotium, sed ad familiam Eleazari: Israelitæ tamen tribuerunt ei summum sacerdotium, & ipse fuit primus de domo Ithamar, qui suscepit sacerdotium summum, vt ait Iosephus lib. 8. Antiquitatum: nec solum hoc, sed etiam cum ante

F ipsum nemo fuisset iudex in Israel de tribu Leui, vt patet ex processu libri Iudicum, vbi de quolibet iudice dicitur, de qua tribu fuerit; Heli fuit factus iudex, vt sic tota gloria Israel transiret in eum; sed quãtum ipse fuit gloriosus, tantum filij eius fuerunt inglorij: quia non mansit eis summum sacerdotium, nec principatus iudicatiuus. De summo enim sacerdotio prænunciatum fuerat quod non maneret in domo eius, sed Deus suscitaret sibi sacerdotem fidelem. De principatu autem iudicatiuo nihil dictum est: & tamen adhuc minori tempore mansit, quam summum sacerdotium in domo Heli. Nã post ipsum de tribu sua, & stirpe fuerũt aliqui sacerdotes, s. Achitob, Achimelech, & Abiathar, vt declaratũ est supra cap. 2. Et tamẽ nemo fuit de stirpe sua iudex post eũ, quia immediate Samuel

G fuit factus iudex, vt patet ex cõtinuatione huius libri. Nam infra 7. c. agitur de principatu eius, non fuit tamen expressum tanquam in pœnã, quod filij Heli, & posteritas eius priuarẽtur principatu iudicatiuo, sicut fuit expressum de summo sacerdotio, cuius causa est, quia principatus iudicatiuus nunquam perueniebat propter genus, quia nõ erat determinatus ad aliquam familiã, vel tribũ, sed quẽ volebant Israelitæ facere super se iudicem, ille erat iudex, vt patet ex processu libri iudicum, ita vt nunquam reperiatur inter oẽs iudices Israel, siue boni, siue mali essent, quod aliquis filius succederet patri in principatu isto: præterquam in Gedeone, cuius filius Abimelech per tyrannidẽ tribus annis dñatus est super aliqua loca Israel: de quo Iudi. c. 9. ideo quamquam non peruenerit principatus

H iudicatiuus ad filios Heli nõ erat eis aliqua pœna, quia non priuabantur aliquo iure debito patri suo, vel familiæ suæ, quod aũt nõ trãsiret ad illos principatus sacerdotalis erat pœna, quia quamquam ad stirpẽ Ithamar non pertineret summũ sacerdotium, Deus tamen transtulerat in illã tribuẽs Heli, & filijs eius, & si illi nunquam peccauissent, mansurum erat sacerdotium in æternum in domo ipsorum: sed ablatũ est propter peccata, vt patet supra cap. 2. *Nurus autem eius vxor Phinees prægnans erat.* Hic ponitur mors nurus Heli, postquã descripta fuit mors Heli, vtriusque enim mors ex eadem causa accidit, scilicet, quia nunciata est calamitas Israelitarum, & captio arcæ: erat autem ista vxor Phinees: habuit autem Heli duos filios, & vterque habebat vxorem: Mors nurus Heli.

I sed vxor Phinees mortua est: erat autẽ iste Phinees summus sacerdos loco patris, & mortuo patre ad ipsum peruenire debebat & ad posteros eius, quod patet quia mortuo Heli & ipso Phinees ad filios Phinees peruenit summũ sacerdotiũ: nam Achimelech fuit summus sacerdos infra c. 22. & Abiathar filius Achimelech, 1. Paralip. cap. 24. sed Achimelech erat filius Achitob infra c. 22. & Achitob erat filius Phinees, vt patet infra c. 24. ergo ad filios huius Phinees peruenit summũ sacerdotiũ eo tempore, quo mãsit in domo Heli. *Vicinaque partui.* Ponitur cã mortis huius mulieris, s. quia erat propinqua partui: & dolores irruẽtes in eã simul cum ipsa amaritudine ex aduersitate fortunæ ei nũciatæ fecerunt eã occũbere: si aũt fuisset sola amaritudo ex eis, quæ audiuerat non potuisset mori: sed

K illa fuit causa minus propinqua: dolores aũt partus quod irruerũt in eã subito fuerũt cã immediata mortis eius. *Audito nuncio quòd capta esset arca Dei.* s. postquam audiuit, sicut audierat tota ciuitas, quæ vlulabat ad aduentum viri de Beniamin. *Et mortuus esset socer eius, & vir suus.* Ista enim omnia quasi simul nunciata sunt ipsi nurui Heli: ideo eam nimis permouerunt. Ponuntur autem hic tria, quæ principaliter eam mouerunt, quia quodlibet ad ipsam nimis attinebat: non enim ponitur hic de ruina magna populi, s. quòd perijssent triginta millia: quia alias bella acciderant, & mortui fuerant multi de Israel. Etiam quia illi respectu totius populi

populi Iſrael videbantur eſſe quaſi nulla pars, ſed in- A
tolerabiliter doluit pro captione arcę, quia illa capta
non ſolum videbatur ei perijſſe omnes, qui in bel-
lo corruerant, ſed etiam omnes, qui manebant, quia
bonum eorum erat in protectione Dei, quæ videbat̃
eis ineſſe ex prę ſentia arcæ, & quamquam alia duo, q̃
hic dicuntur nimis afflixerint iſtam mulierem, magis
tamen afflixit captio arcę: nam pro illa impoſuit no-
mẽ filio ſuo Icabod dicẽs trãſlata eſt gloria de Iſrael,
quia capta eſt arca Dei: & ab hoc nominauit filium
ſuum inglorium, quod ſignificat Icabod. Dicitur
etiã de morte viri ſui, quia pro hoc procul dubio fle-
ret: dicitur etiam de morte ſoceri, quia iſta nimis eã
contriſtauit, ſicut mors viri ſui. Nam viuente ſocero B
ipſa erat glorioſa, eo quòd ille erat ſummus ſacerdos,
& iudex in Iſrael: eo autem mortuo non manebat
illi, in quo gloriaretur.

Incuruauit ſe & peperit. Ideſt inclinauit ſe ad partum,
ſcilicet quia tunc nimis eam dolores tenuerant. *Irrue-
rant enim in eam dolores ſubiti.* Hoc poteſt dupliciter in-
telligi. Vno modo quòd antequã iſta fœmina aliquid
audiſſet occupata fuerat a doloribus partus, quia vt di
citur ſupra erat vicina partui, & licet illi dolores parui
forent, vt ex ipſis ei periclitandum non eſſet: tamen
increuerunt nimis auditis his, quæ dicuntur hic, ita vt
intolerabiles facti eam coegerint expirare. Alio mo-
do intelligitur, quòd iſta fœmina nõ habebat aliquos
dolores partus, quando audiuit ea, quæ habentur hic
quamquam eſſet vicina partui, quia tamen iſta erant
ſibi auditu duriſſima ſupra quàm dici poteſt nimio
dolore cõmota eſt: & tunc quia ipſa erat vicina par- C
tui, ex illo nimio motu dolores partus inſurrexerunt:
qui aliàs ita cito venturi non fuiſſent, & hoc eſt quod
dicit litera, ſcilicet, quòd irruerunt in eam dolores
ſubiti, quaſi dicat quòd aliàs venturi non fuiſſent: &
ob hoc erãt ſubiti, i. inſperati: & alij dolores coege-
rũt eam emittere partum, licet fortè non maturum,
& iſte eſt ſenſus melior.

In ipſo autem momento mortis eius. Ideſt dum ipſa expi-
rare vellet non quidem tunc moriebatur, quia adhuc
poſt hoc locuta fuit aliqua verba, quæ habentur im-
mediatè; ſed quia tunc erat morti propinquiſſima
dicebatur eſſe in momento mortis.

Dixerunt ei, qui ſtabant circa eam. Scilicet, quia irrue-
rant in eam dolores partus, aderant ſibi aliqui exhi- D
bentes miniſterium obſtètricum, & illi locuti ſunt,
quæ habentur hic.

Ne timeas, quia filium peperiſti. Iſta dicebant aſſiſten
tes huic mulieri, vt conſolarentur eam. Nimis enim
gaudent fœminæ cum pepererint filios, ideo quãquã
a principio dum periclitantur in partu nimis doleãt,
tamen poſtquam pepererint non recordantur ama-
ritudinis ſuæ: ſic dixit Chriſtus Ioan.16.cap. ſcilicet,
Mulier cum parit triſtitiam habet, quia venit hora
eius, cum autem peperit puerum, non meminit preſ-
ſuræ propter gaudium: quia natus eſt homo in mun
dum. Iſta eſt igitur cõſolatio fœminarum parientiũ,
ſic enim cum Rachel pariens Beniamin periclitaret̃:
dixit ei obſtetrix, noli timere, quia & hunc habebis fi- E
liũ: Gen.35. *Quæ non reſpondit eis, nec animaduertit.* Ideſt
quamquam intellexiſſet illa, q̃uo aſtantes conabãtur
eam conſolari, tamen non reſpondit eis, nec aduerte-
re voluit conſolari renuens, cum audierit tantam ca-
lamitatẽ Iſrael: erat enim iam ſibi amara vita ducen-
da: ideo q̃q̃ ei viuere daret̃, nõ elegiſſet ſuperuiuere,

Icabod quare ſic nominat' ſit.

Et vocabit puerum Icabod. Interpretatur Icabod inglo-
rius, i. ſine honore, quia tota gloria tranſierat ab Iſrael,
vt patet immediatè: & ipſa expreſſit hic cauſam no-
minis huius. De iſto puero Icabod non legitur an ſu-
peruixerit: ſit aũt mentio de ipſo infra c.14. cum dr̃

A ꝙ Achias filius Achitob fratris Icabod filij Phinees
portabat ephod: ſed ex hoc non apparet an ipſe ſu-
peruixerit, fortè dicetur ꝙ non ſuperuixit: quia erat
partus immaturatus: non enim tũc paritura erat ma-
ter eius, ſed præ anguſtia narratorum irruerant in eã
dolores ſubiti, vt patet hic: Tales autem non ſolent
ſuperuiuere: nec quidem arguitur iſtud, eo quòd ma-
ter in partu mortua eſt, quia aliæ fœminæ interdũ ma-
turum emittentes fœtum periclitari ſolent: & tunc
periclitatio matris ad filium nihil pertinet, ſicut patet
de Beniamin, in cuius effuſione propter difficultatẽ
partus Rachel mortua eſt, ipſe tamen ſuperuixit, vt
patet Gen. cap.35. Icabod tamen erat partus imma-
B turus: ideo ex hoc veriſimile eſt, ꝙ perierit. *Dicens
tranſlata eſt gloria de Iſrael.* Hic ponitur ratio huius no-
minis: ipſa enim cum vocauerit puerum nomine in-
ſolito, ſ. Icabod, i. inglorius aſſignauit cauſam, ſ. quia
trãſlata eſt gloria Dei ab Iſrael in alias gẽtes: ideo iã
iſte puer erat inglorius, q naſcebatur eo tẽpore quo
receſſerat gloria, & fuit iſta noĩatio ex accidentibus
tp̃alibus: ſic.n. Phaleg fili' Heber vocatus eſt Phaleg,
ideſt diuiſio, quia in diebus eius diuiſa eſt terra, ſ. diui-
ſa eſt lingua hominum, quę vnica erat per multas: ſic
patet Gen. cap.10. cum dr̃ ꝙ Heber vocauit filiũ ſuũ
Phaleg: quia in diebus eius diuiſa eſt terra, & vocauit
iſta mulier filium ſuum ex eo ꝙ ſibi præſens erat, ſ. ex
receſſu gloriæ: ſic enim Rachel moriens vocauit no
men filij ſui Benoni, i. filius doloris mei, q̃q̃ poſtea a
patre vocatus eſt Beniamin. i. filius dextræ. *Quia capta
eſt arca Domini.* Iſta eſt cauſa quare tranſijt gloria Dei
C ab Iſrael in alias gentes: erat.n. tota gloria & honor
Iſraelitarum ſuper alias gentes, ꝙ Deum ſuum habe-
bant inter ſe præſentem, & reſpondentẽ ad oĩa, q̃ ipſi
quærerent. Quòd aũt iſta eſſet gloria eorũ, patet Deu
tero.c.4. ſ. Vt audientes vniuerſi, dicant: en populus
ſapiens, & intelligens, gens magna: nec eſt alia natio
tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi,
ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus no-
ſtris. Prę ſentia aũt iſta Dei maxime manifeſtabat̃ in
arca, quia q̃q̃ ſacerdos magnus in rationali, quod por
tabat in pectore ſuo acciperet a Deo rñſionẽ oĩum,
quæ inquirebat, vt declaratũ eſt cap.28. & patet infra
23. & 30. tamen iſtud non fiebat in voce, nec erat ibi
aliqua ſpecialis Dei aſſiſtentia. In arca aũt erat ſpecia-
D lis Dei aſſiſtẽtia, qñ ſuper propitiatorium arcæ inter
duos Cherubin erat angelus Dñi in aſſumpto corpo-
re de aere: & reſpondebat ad omnia, quæ inquirebat
ſummus ſacerdos ingrediens in ſancta ſanctorum, vt
declaratum eſt Exo.c.25. & Leuit.16. Ideo inter He-
bræos in maximo honore erat arca Dei, quia erat in
loco ſecretiori ſanctuarij, ſ. in ſancta ſanctorum, & nõ
introibat illuc quiſquam, niſi ſummus ſacerdos; &
iſte non ſemper, ſed ſolũ ſemel in anno alioquin mo
reretur: & tunc quando ingrediebatur faciebat mul
tas cæremonias, de quo Leui.16. & ad Hebr.c.9. Etiã
nemo de toto populo debebat videre illã arcam nu-
dam, qñ produceretur extra ſanctuariũ, alioquin mo-
E reretur: vt patet de Bethſamitibus infra cap.6. Etiam
Leuitę non poterant eã tangere, nec videre, qñ erat
nuda alioquin morerent̃: Nu.c.4. Nũc aũt quia tran-
ſierat arca ad Philiſthinos dicebatur tranſiſſe gloria
Dei de Iſrael. Et iſtud nomẽ Icabod ſiue inglori' ma-
ximè cõueniebat huic puero, quia ipſe erat de gñe ſa-
cerdotũ magnorũ. Nã pater ſuus Phinees erat ſacer-
dos magnus pro patre, vt dictũ eſt: & reſpectu iſtorũ
erat maxime arca gloria Iſrael: quia ipſi erant, qui
ingrediebantur ſoli ad arcam in ſancta ſanctorum, &
ibi a Deo inquirebant quod volebant, & recipiebant
reſponſum. Iſte autem puer quamquam eſſet ſum-
mus ſacerdos, q̃a tñ iã nõ erat arca Dei in poplo, futu-

H 3 tus

rus erat inglorius, ideo vocatus est Icabod. *Et pro socero suo, & pro viro suo ait translata est gloria Dei ab Israel.* Aliqui exponunt istam literam dicētes quòd ista mulier dixit trāslatam esse gloriā ab Israel propter duo, scilicet propter arcam & propter socerum & virum suum: & hoc patet quia bis dicitur hic translata est gloria Dei ab Israel, & primo dicitur ꝙ capta est arca, & secundo dicitur quòd pro socero suo, & pro viro dixit translata est gloria Dei ab Israel.

Quare bis dixit translata est gloria Dei ab Israel, Quæst. XX.

SED ista expositio non stat: primò quia immediatè subditur causa huius, cum dicitur, eo ꝙ capta esset arca Dei, & sicut bis dicitur translata est gloria Domini: ita bis dicitur, eo ꝙ capta esset arca: ergo nō pro morte soceri, & viri dixit trāslatā esse gloriam. Item si pro his intellexisset, non dixisset trāslata est gloria Dei ab Israel, sed perijt gloria Dei in Israel: nam socer suus in Silo mortuus est ad ostium templi, vt patet supra: vir autem eius mortuus fuit in bello: & hoc fuit in terra Israel, ꝙ tamen trāslatum est de vno loco ad alterum mutatum est, ergo non intelligitur pro his. Item qn̄cunque aliquid trāsfertur, illud manet, q̄q̄ non in eodem loco, vbi prius erat, sed socer huius feminæ, & vir illius nō manebāt, quia mortui sunt, ergo non intelligitur de ipsis. Item quia, licet ista non starent, adhuc nō posset dici quòd trāsierit gloria Dei ab Israel propter mortē Phinees: de Heli enim aliqualiter posset dici, eo ꝙ ipse fuit vir gloriosus in Israel iudex & summus sacerdos, & sine crimine: de Phinees tamē filio eius nō dicitur, quin potius ipse erat dedecus Israel: peruerterat enim cæremonias sacerdotalis officij ipse cū fratre suo Ophni, & dormiebant ambo cum mulieribus excubantibus ad ostium tabernaculi, vt patet supra cap. 2. vnde propter eos omnia mala hęc venerunt. Exponitur igitur de arca Dei, s. ꝙ trāslata est gloria Dei ab Israel: ꝙ arca translata est ad Philisthinos. Cum autem dicitur pro socero suo, & pro viro, dixit translata est gloria Domini. Non est sensus ꝙ isti essent gloria Domini & isti trāsissent, sed ꝙ respectu istorum dicebāt transisse gloria: nō enim erat æqualiter arca Dei gloria Israelitarum respectu omnium, sed magis erat respectu illorum qui habebāt maiorem propinquitatē ad ipsam, & qui propter eam erant gloriosi. Istud autem conueniebat solis summis sacerdotibus, quoniā alij siue sacerdotes, siue nō sacerdotes, non introibāt in sancta sanctorum ad loquendum Deo sedenti super arcam. Etiam summi sacerdotes habebant maximam gloriam in toto populo, & abundantissimos redditus, vt declaratum est Exodi 25. cap. hoc autem solum erat propter arcam, quia in hoc differebant sacerdotes summi a minoribus, quia summus sacerdos poterat introire in sancta sanctorum, & facere cæremonias sacrificiorum diei illius, in quo ingrediebatur in sancta sanctorum. Cæteræ autem ministrationes communes erāt summo sacerdoti, & minoribus: de hoc Leuit. cap. 16. & satis latè declaratum fuit Num. 18. cap. Et sic erat gloria sacerdotum magnorum in arca. Nunc aūt quia translata erat arca ab Israel non manebat aliquid, in quo summi sacerdotes differrēt a minoribus quantum ad ministrationem sacerdotalem, ideo respectu ipsorum transierat gloria Dei ab Israel: ita vt intelligatur translata est gloria Dei ab Israel, idest a summis sacerdotibus, & quia socer huius feminæ, s. Heli, & vir eius Phinees erāt summi sacerdotes, pro eis dixit ꝙ translata erat gloria Dn̄i ab Israel, i. ab eis. Et etiam puer ille, qui natus est vocatus

F est Icabod, i. inglorius, quia licet susciperet summum sacerdotium post patrem suum, tamē inglorius erat, quia iam translata erat arca ab Israel, respectu cuius iste habiturus esset honorē. *Eo quòd capta esset arca Dei.* Ista mulier loquebatur tanq̄ arca nunq̄ reditura esset ad terram Israel, ideo propter captionē eius dicebat omnes sacerdotes magnos iam futuros inglorios: sed pauco tempore māsit arca in terra Philisthijm: quia coacti sunt eam reddere Philisthini cum fieret in eis plaga magna, vt patet seq. cap. Fuit autem ibi septem mensibus, vt patet infra cap. 6.

CAP. V.

G PHILISTHIIM autem tulerunt arcam Dei, & asportauerūt eam a lapide Adiutorij in Azotū. Tuleruntque Philisthijm arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerūt eam iuxta Dagon.

PHILISTHIIM *autem.* Cum descripta fuerit supra arcę captiuatio, hic subditur eius ꝑ omnes vrbes Philisthinorum deportatio: fiebat autem ista deportatio propter plagā magnā, quę erat super vrbes, in quas introibat arca.
H Desiderabant enim nimis Philisthijm tenere apud se arcam Dei: non quidem tanquam ipsi adorare cuperent Deum Hebręorum, sed quia audierant magnalia, quę fecerat Deus Hebręorum super Aegyptios, & sciebāt quòd in fortitudine Dei huius confidebāt nimis Israelitę contra alias gentes, & quia Philisthini erant hostes Iudęorum si detinerent apud se arcam Dei credebant quòd auferrēt Iudæis occasionē confidendi contra ipsos, & sic subijcerentur eis: ideo retinere arcā penes se erat Philisthinis aliquid preciosum: non potuerunt tamen, quia Deus aggrauauit super eos manum suam, & coacti sunt remittere illā, sicut patet hic: & secundum hoc diuiditur istud capitulum in tres partes. Primo describitur percussio
I Azoti, secūdò totius populi, tertiò super hoc congregatio consilij. Secunda ibi. *Videntes autem.* Tertia ibi. *Miserunt itaque.* Circa primum dicitur. *Philisthijm autem tulerunt arcam Dei.* Scilicet acceperunt eā de loco castrorum Israelitarum, & portauerūt in terram suā. Cum enim fugisset vniuersus Israel singuli in tabernacula sua, vt patet pręc. cap. māserunt castra eorum vacua, & cum inquirerent Philisthijm spolia inuentā arcā inter illa portauerūt in terrā suam: reputabant eā esse spoliū preciosissimū, quod patet ex honore, quē impenderunt ei. Nā nō posuerunt eam in aliquo loco ꝓphano, sed in tēplo maximi Dei eorū, s. Dagon, & apud ipsum Deū cōstituerunt eā, vt patet infra. *Et asportauerunt eam a lapide Adiutorij in Azotum.* Lapis adiutorij erat quidā locus in terra Israel, in quo
K erāt castra Israelitarū, vt patet præc. c. Et vocatur etiā iste locus hic lapis Adiutorij ꝑ anticipationē sicut ibi: quia nō fuit locus sic vocatus vsque ad tp̄a Samuelis, vt patet infra cap. 7. quia tamē ista scripta sunt multo tp̄e postq̄ gesta fuerunt potuit fieri anticipatio, vel recapitulatio. Dicitur ꝙ portata est arca in Azotū, quia ista est vna de ciuitatib⁹ nobilissimis totius terræ Philisthinorū: sunt enim quīque ciuitates principales in terra Philisthijm, q̄ hn̄r seq. c. de quibus est vna Azotum: erant enim istę ciuitates regales, qm̄ terra Philisthijm diuisa est in qnq; regulos, vt patet Iosue c. 13. & ponunt ibi istę qnq; ciuitates hn̄tes singulos reges.

Quo-

Quomodo Philisthijm accipiendo arcam non sunt mortui, cum nemini liceret eam tangere. Quæst. I.

QVAERET aliquis quomodo Philisthijm
non mortui sunt cum acceperunt arcam
Dei: nam nemini licebat eam tangere, nisi
his, qui ordinati erãt a Deo ad eam tangen
dum, & si illi aliter tangerẽt quàm constitutum erat,
morerentur, sicut cęteri, vt patet Num. cap. 4. & appa-
ret maxime, quia quando venit arca Dei de terra Phi
listhijm, & viderũt eam Bethsamitę mortui sunt plu-
Rñsio aliquorum. rimi, vt patet seq. c. ergo pariter mori debebant Phi-
listhijm cum eam acceperunt. Respondebit aliquis
ꝙ non perierunt: quia ipsi non discooperierunt arcã,
sed sicut inuenerunt eam velatam, ita portauerunt in
terram suam: Bethsamitę autem discooperierunt eã,
& viderunt nudam: ideo mortui sunt. Sed dicetur
quòd adhuc non stat istud: nam non solum si quis
videret arcam nudam moreretur, sed etiam si tange-
ret eam velatam portãdo illam, vel aliàs, dumtamen
non pertineret ad eum portatio: erant autem in po-
pulo Israelitico distincti Leuitæ ad portandum res
sanctuarij, & specialiter Chaatitæ erant determinati
ad portandum arcam: Num. cap. 4. si quis autem de
extraneis, s. de non Leuitis vellet portare arcam Dei,
vel quõcunque facere alia ministeria Leuitica mo-
riebatur: sic patet Nu. cap. 1. s. quisquis externorum
accesserit, occidetur: sed Philisthijm non erant de ge
nere Leuitarum, ideo ipsi morerẽtur si tangerent ar-
cam, etiam si esset velata: simile patet de Oza, qui te-
nuit arcam Domini, ne caderet, quãdo portabatur de
Cariathiarim in domum Dauid, & percussit eum Do
minus infra 2. lib. cap. 7. & primo Paralip. 13. de isto
autem Oza dicit Iosephus lib. 7. Antiquitatum, quòd
non erat de genere eorum quibus licebat tangere ar-
cam, ideo mortuus est. Philisthijm autem erant hu-
Rñsio auctoris. iusmodi: ideo mori debebant. Respondendum est
ꝙ Philisthijm non percussi sunt quando tulerunt ar-
cam, siue dicamus ꝙ eam nudam tulerint, siue oper-
tam: & loquendo rationabiliter non debebant ipsi
puniri a Deo quomodocũque portauissent arcam in
terram suam, quia ꝙ moreretur aliquis tangens nu-
dam, vel opertam arcam, vel videns eam nudam, solũ
erat ex lege Dei. Si enim nõ fuisset posita lex de cu-
stodia, & honore arcę, licuisset omnibus videre illam:
& nemo moreretur tangendo, vel videndo, sed quia
lex posita fuit nõ licuerunt ista; lex tamen posita nõ
obligat ad bonum, vel ad malum, nisi eos, super quos
ponitur: sic ait Apost. ad Roma. cap. 3. s. Scimus autẽ
quoniam quęcunque lex loquitur ijs, qui in lege sunt
loquitur, sed nõ fuerat data lex ista de custodia, & ho
nore arcæ Philisthinis: ergo qualitercunque ipsi teti-
gissent, aut vidissent illam eis nõ erat obligatio ad pu
nitionem. Item ex alia ratione non debuerũt puniri,
quia dato ꝙ ista lex obligasset Philisthinos, & oẽs gẽ-
tes, non agerent ipsi iniquum aliquid, & dignũ pęna
portando arcam, quia qñ aliquis agit quantum in se
est, vt sciat si peccat, & non põt stare, etiam si agat id,
quod in se est malum, non est ei ille actus imputabilis.
Philisthini autem erant huiusmodi, quia ipsi nescie-
bant leges Hebræorum de reuerentia, & custodia ar-
cæ; ideo q̃q̃ tractarẽt ab eis aliter quàm decebat, non
erant puniendi. Item Philisthini non erant digni pę-
na, quia erant nimis deuoti circa venerationem arcæ;
quod patet quia impenderunt ei maximum honorẽ,
quem impendere poterant, scilicet, quia posuerunt
eam in loco sacratissimo totius terrę suæ, scilicet,
in templo Dei magni Dagon: nec solum hoc, sed
etiam constituerunt eam æqualem Dagon, vt patet
infra in litera: vnde non poterant ipsi Israelitæ magis
A honorare arcã, q̃ honorauerunt Philisthijm: nõ fue-
runt igitur punibiles pro hoc. Item Deus ad hoc fe-
cerat deduci arcam in castra q̃q̃ Israelitæ non intelle-
xerant, vt traderetur in manibus Philisthinorũ, & ex
hoc sequeretur postea gloria Dei, sed hoc nõ poterat
esse, nisi Philisthijm arcam impune tractarent portan
tes in terram suam, ergo nõ debuit Deus eos punire
pro contactu arcæ. Ad rõnes aũt in ꝯrium rñdetur: Ad rõnes primæ opinionis.
& ad primam cum dr̃ ꝙ Philisthijm non erant de Le
uitis, quibus solis licebat tangere arcã: dicendum ꝙ
ista lex data fuerat Iudæis; ideo solũ obligabat inter
Iudæos, vt patet ad Roma. c. 3. & sic Philisthijm quo-
modocunque tractarent arcam non peccabant. Ad Ad secundam.
B secundam rationem, cum dr̃ ꝙ debuerant puniri, si-
cut Bethsamitæ: & fuit rñsum ꝙ Bethsamitæ vide-
rũt arcam nudam, & Philisthijm viderunt eã coper-
tam solum: dicendũ ꝙ hoc nihil refert: siue enim
vidissent illam nudam siue opertam nõ peccabant ex
omnibus rationibus supra datis: Bethsamitæ autem
peccabant, quoniam ipsis data fuerat lex, cum essent
de Iudæis, & ligabat illos: ideo non debebant videre
arcam, nec tangere eam, nisi sicut lex determinasset.
Item peccauerunt Bethsamitæ: quia tractauerũt ar-
cam irreuerenter, s. discooperiendo eã, vt colligitur
sequen. cap. vbi dr̃ ꝙ puniti sunt, quia viderunt arcã,
sed si vidissent eam opertam nemo percuteretur: q̃a
hoc licebat cuilibet de populo, sicut patet qñ duce-
batur per desertum in itinere: etiam postea in terra
promissionis quando portata fuit septem diebus in
circuitu vrbis Iericho Iosue cap. 6. & qñ fuit ducta de
C domo Aminadab de Gabaa in ciuitatẽ Dauid: quia
ibi totus populus erat, sed nemo mortuus est nisi
quidam, qui eam detegit infra seq. lib. cap. 6.

Quare Deus percussit Philisthijm plaga propter arcam cum ipse permiserit accipi eam. Quæst. II.

QVAERETVR vlterius cũ Deus permisit arcã
capi in bello a Philisthinis, & portari in terrã
ipsorũ, quare postq̃ fuit inter ipsos percutie-
bat eos plaga magna, vt patet ĩ litera: potuis-
set enim Deus aliter facere ꝙ arca dimitteretur a Phi
listhinis. Respondendum est ꝙ Deus voluit seipsum
demõstrare Iudęis, & Philisthinis vtrisque reddendo
D quod merebantur. Iudæi enim, qui colebant Deum
Israel, & tamen nimis offenderant eum, merebanẽ,
ꝙ traderentur in manus hostium, & nõ liberarentur
propter pręsentiam arcæ: alioquin eorum iniquitas
semper esset impunita, & nõ arbitrarẽtur se esse pec-
catores, cum vero pręsente arca ipsi percussi sunt, &
arca capta est, & ipsi sciebãt ꝙ potuisset Deus præsen
te arca liberare eos, cognouerunt manifeste, ꝙ fiebat
propter eorũ iniquitates, ideo quãtum ad hoc neces-
saria fuit captio arcę & destructio, vel ꝑcussio magna
Iudęorũ. Rursus autẽ fuit conueniens, vt Philisthijm
percuterentur existente arca in terra eorũ, & hoc ꝑꝑ
duo. Primo ne ipsi ascriberent victoriam contra Iu
E dæos, & arcã Dñi fortitudini suæ, & deorum suorum,
& ꝙ tenebant eũ captum: nam putabant illam arcã
esse Deum Israel, vel aliquid latẽs intra illam cum di-
xerint pręce. cap. venit Deus in castra, & iterum quis
nos liberabit de manu deorum istorum sublimium:
erat aũt ista magna ignominia Dei Israel, s. ꝙ Phili-
sthini crederent ꝙ habuerãt victoriam contra illum:
decuit igitur nimis, vt cũ ipsa esset in terra eorũ mon
straret potẽtiã suã ꝯ eos, & ꝯ deos ipsorũ: sic. n. fecit:
nam primo humiliauit corã se Dagon deũ Azoti, &
ad vltimũ confregit caput, & manus illius: postea in-
durauit manũ suã suꝑ viros Azoti ꝑcutiẽs eos plaga
magna, ita vt cogerent remittere arcã ad alias vrbes,

& confitebantur, quòd Deus Israel aggrauabat manum suam super eos, & super Deum suum. Secunda causa fuit, & potissima, vt Philisthini remitterent arcam Domini ad terram Israel. Nam licet Deus ad tempus deseruisset Israelitas nō adiuuans eos, tamen nolebat deserere in æternū, & quia sanctificatio sua inter Israelitas erat arca, voluit quòd reduceretur in terrā Israel, sed Philisthini nullo modo dimitterent arcam, nisi mors omnibus instaret, quia desiderabant eam nimis tenere, vt supra fuit declaratum: ideo decuit quòd punirentur a Deo ad hoc quòd cogerentur remittere arcam in terram suam; aliàs enim nunquam remisissent: sic autem factum est, quia cum omnibus Philisthinis mors instaret vulneratis singulis ciuitatibus consilio inito remiserunt arcam in terram suam, sicut patet sequen. cap. aliter autem nō potuissent eam habere Hebræi, quia non erant potentes destruere bello omnem terram Philisthinorum ad accipiendum inde arcam Dei sui. Sed adhuc dato quòd Deus vellet dare Iudæis totam fortitudinem, vt ipsi recuperarent arcam de terra Philisthijm per bellum: non conueniebat, vt infra declarabitur: ergo debuit punire Philisthinos cogendo illos ad reductionem arcæ.

Quare Deus permisit arcam portari in terram Philisthinorum Iudæis in bello superatis. Quæst. III.

QVAERETVR vlterius quare Deus permisit portari arcam in terrā Philisthinorum destructis Iudęis in bello: nam pręter hoc potuisset Deus ostēdere pręd̄icta duo, quæ ostēdit, scilicet potuisset punire Hebręos immeritos saluari pręsente arca, scilicet, quòd quamquam Hebræi deduxissent illam in castra, cęderentur a Philisthinis in pręsentia illius magis quàm cum ipsa non erat in castris, & quòd omnibus Hebræis partim occisis, & partim fugientibus ipsa maneret nullo custodiente eam in castris: ibi autē poterat rursus demonstrare magnitudinem suā Philisthinis, scilicet, quòd cum accederent aliqui Philisthini ad capiendum arcam, morerentur coram ea, ita vt cogerentur illam relinquere in castris. Respondendum est, quòd nō fuit iste modus conueniens ad demonstrandum duo pręd̄icta, scilicet peccatum Iudęorum, & potestatem contra Philisthinos. Nam licet primum cōuenienter monstraretur, tamen secundum non cōueniebat. Si enim sic morerentur Philisthini, & cogerentur dimittere arcā in castris, non patuisset magnitudo Dei cōtra Philisthinos respectu Iudæorum, nec respectu Philisthinorum. Patet primò respectu Iudæorum, quia licet morerentur multi de Philisthinis volendo capere arcam, & ad vltimum dimitterent: & Hebręi postea venientes inuenirent eam in loco castrorum non putauissent hoc accidisse, quasi non potuerint Philisthini eam portare, cum non viderent ad hoc sufficientem probationem; & dato quòd reperirent aliqui de Philisthinis mortui coram arca non argueretur sufficienter quòd illi perijssent, quia voluissent tangere arcā, sed ex alijs causis, & dato quòd Hebræi possent habere aliqualem præsumptionem; de hoc tamen sufficientem certitudinem non haberent. Itē dato quòd Hebræi credidissent ꝙ arca Dei sui hoc fecisset; tamen non constaret Philisthinis, quia aut omnes Philisthini morerentur volentes accipere arcam, aut aliqui eorum solum. Si aūt oēs cæteri, q manerent in terra Philisthinorum, qui non venissent ad bellum putauissent, ꝙ oēs gladio Hebręorū corruerant, & non ascripsissent hoc fortitudini Dei Israel. Si vero quidam ipsorum solum morerētur volentes capere arcā, alij aūt recederent in terrā suā relicta

F arca, adhuc non esset manifestum inter Philisthijm, ꝙ Deus Hebręorū occidisset illos, sed vt non darent gloriam Deo Hebręorū fingerēt illos perijsse bellicè. Itē qualitercunque aliquis de omnibus his æstimare velit, tamen adhuc manet ꝙ Deus non demonstrasset fortitudinem suam ita abundāter super Philisthinos, sicut monstrauit, si nō fuisset ducta arca in terrā eorū: Nā solū occidisset eos, qui erant in bello. Nunc aūt non solum eos, qui ad bellum iuerūt, sed etiā eos, qui manserant in singulis ciuitatibus: nam fuit plaga vniuersalis in tota terra Philisthinorū, vt patet seq. c. Item licet Deus mōstrasset mō pręd̄icto fortitudinē suam super Philisthinos, tamē non haberet occasionem ad monstrandum super Deos eorum. Nūc autē

G etiam super Deos ipsorū fecit magnalia, vt patet de Dagon, qui iacuit pronus corā arca, & postea manus cū capite abscissę sunt, ideo fuit cōueniētior iste modus ad demonstrandum duo pręd̄icta, q̄ aliquis alius.

Quare Iudæi non acceperunt arcam de terra Philisthijm pugnando. Quæst. IIII.

QVAERETVR vlterius, quare Iudæi non acceperūt arcam de terra Philisthijm pugnādo, s. ꝙ sicut Philisthijm pugnando acceperant eā de terra Israel, ita Israelitæ pugnando reducerent eā in terram suam. Respondendū est ꝙ Hebræi non erāt tanti roboris, vt possent expugnare totā terram Philisthijm ad recipiendum inde arcā, nec solū hoc, immo nec erant potētes ad defendendum seipsos in terra sua, vt patet in duobus bellis in cap. pręce.

H Sed dicet, ꝙ sicut Deus miraculosè coegit Philisthinos reducere arcam in terrā Israel, ita daret miraculosè vires Iudæis ad expugnandos Philisthinos & capiendum arcā. R̄ndendū, ꝙ nō conueniebat pp duo. Primo quia ad hoc ꝙ Hebræi pugnando caperent arcam, oportebat ꝙ delerent totā gentē Philisthinorū per bella, vel quasi: alioquin nullo mō illā eis darēt, sed Deus nolebat ꝙ perirēt oēs Philisthijm: illos. n. relinquebat ad hoc, ꝙ si aliqn̄ peccarent Israelitæ illi ingrauarent manum suā super eos: etiam relicti sunt ad exercitationem, s. vt Iudæi haberēt hostes, cū quib⁹ pugnarent, ne penitus in eis bellica virtus languesceret: istę. n. causę habentur in libro Iudicū. De prima

I patet Iud. c. 2. s. Quāobrē nolui delere eos a facie vestra, vt habeatis hostes, & dij eorū sint vobis in ruinā. Et iterū ibidē: Ego nō delebo gētes, quas dimisit Iosue, & mortuus est, vt in ipsis experiar Israel: vtrū custodiāt viā meā, & ambulēt in ea, sicut custodierūt patres eorū, an nō. Secunda causa patet Iudic. ca. 3. s. Hæ sunt gentes, quas Dn̄s dereliq̄t, vt erudiret in eis Israelē, & oēs, q nō nouerāt bella Chananæorū: & postea discerēt filij eorū certare cū hostibus, & habere consuetudinē pręliādi. Et subditur quinque satrapas Philisthinorū &c. Patet igitur ꝙ debuerūt dimitti Philisthijm ad exercitationē Iudæorum. Alia cā fuit, quia non erat cōueniens, ꝙ Israelitę eriperent Deum suū de manu hostium, sed magis ipse liberaret eos, reputabāt enim oēs gentes ꝙ arca Dei erat Deus Israel, &

K sic cū erat apud Philisthijm putabant Deū Hebręorū esse captiuū: si aūt Hebręi liberauissent eū bello, putauissent gentes, ꝙ Hebręi liberauerant Deū suū de manu hostili, in quo quantum ad ęstimationem gentiū appareret ꝙ nō erat maioris virtutis De⁹ Hebręorum, q̄ dij aliarū gentiū, s. ꝙ sicut dij gentiū egebant cultorū suorū ope, vt ab oībus incōmodis liberarentur, ita egeret Deus Hebręorū. Fuit igitur cōueniēs ꝙ liberaret seipsum Deus Hebręorū de manu hostiū premēdo illos, nec recipiendo opē cultorū suorū ad hoc, vt manifestè cognoscerēt gētes istū Deū differre, a cęteris in potestate: & ista est potissima ratio.

Quare

Quare Philistini tantum desiderabant tenere arcam Dei. Quæstio. V.

QVAERETVR vlterius quare Philisthini tãtum desiderabant tenere arcam Dei apud se, vt ꝑpter eam exponerent se amaræ morti, fieretque in regione eorum plaga magna.

Responderi poterit, ꝙ hoc faciebant, vt nimis dominarent̄ Iudæis: erãt enim Philisthijm hostes Iudęorum ab antiquo, ideo desiderabant delere totum genus eorum, vel subijcere illos in seruitutem, & qa Iudæi confidebant nimis in Deo suo, quem Philistijm putabant esse in arca, & verissimè, licet Iudæi scirent arcam non esse Deum suum, tamen ex præsentia illius magnam habebant fiduciam, quod probauerunt Philisthijm in præcedēti bello, quando adueniente arca vociferatus est, totus exercitus hebræorum, & ingemuerunt Philisthijm dicētes, non fuit enim tanta exultatio heri & nudiustertius, væ nobis. Credebant igitur Philisthim, ꝙ tenēdo arcam Dei apud se tollebant Iudæis duo bona. s. adiutorium, quod Deus Hebræis præstare possit, & confidentiam, quam ex præsentia arcæ possent habere Hebræi: existimabãt enim Philisthijm, ꝙ Deus Hebræorum adiuuabat eos in bello, & hoc verum erat, & quia putabant Deum Hebræorum esse illam arcam, vel virtutem quandã latentem intra illam arcam, vt declaratum est præcedē ti ca. q. 12. existimauerunt, ꝙ cum arca Dei esset apud eos, non posset adiuuare Hebræos Deus suus.

Et in hoc quidem rectè arguebant secũdum principia naturæ, si fundamentum eorum fuisset verum. Nam res naturales determinant sibi certa loca, in quibus operentur, & nõ possunt vbique operari, quia potentia earum nõ est infinita. Et hoc siue sint res corporales, siue spirituales: nam corporales causæ operantur in locis illis, in quibus sunt, & in toto spacio ꝑ quod continuè potest deriuari virtus earum, vt patet de rebus calidis, & frigidis, humidis, & siccis, quæ sũt principia immutandi secundum naturam. Patet etiã hoc de corporibus cęlestibus, quorum virtus per totum medium continuatur: nullius tamen istarum rerum est operatio vbique. Nam etiam corpora cęlestia, quorum est maxima causalitas in natura, nõ possunt operari vbique, quia eorum virtus non potest penetrare in terra, nisi vsque ad illum locum, in quo sunt venæ minerales, & atramentales: vlterius autem versus centrum non est aliqua operatio, ideo nec reperitur ibi generatio, nec corruptio. De substãtijs aũt spiritualibus, siue vnitæ sunt ut animæ, siue non vnitæ, vt angeli, satis apparet, ꝙ operatio ipsarum non fit in omni loco, sed in paruo. De animabus patet, quia illę non habent influentiam, nisi in corporibus quibus sunt vnitæ.

Res naturales non agunt, nisi in determinata distãtia.

Angeli autem solum habent influentiam in aliqđ paruum quod eis est coniunctum, quia illud possunt mouere. Cætera autem, quæ sunt in magna distantia non possunt mouere. Etiam nõ possunt portare, vel mouere corpus cuiuscunque ponderis, sed in determinata quantitate: sic enim vult philosophus. 12. Meta. vbi assignat intelligētias motrices orbium, & vult ꝙ quælibet sit proportionata orbi a se moto, ita quòd si esset maioris quantitatis non posset illum mouere, vel saltem non posset in eadem velocitatę, & per hũc modum facit regularitatem in motibus cęlestibus. s. quia intelligentiæ mouentes nõ possunt maiora, nec velocius mouere. Et rursus in mouendo nunquam fatigantur, quia non sunt potentiæ corporeæ organicæ, ideo manebit semper regularitas motus, & sic patet, ꝙ res naturales non habent operationem suam vbique, sed in determinatis locis, ideo cũ Philisthijm

A putarent Deum Hebræorum esse arcam, vel aliquã virtutem latentem in arca credebant, ꝙ quando esset arca in terra eorum, non posset adiuuare Hebræos, quia distabat ab eis, & non solum hoc, ideo etiam si esset arca in terra Hebræorum, & tamen non esset in castris, putabãt Philisthini, ꝙ modicum, vel nihil posset adiuuare Hebræos. Cum autem esset præsens eis in bello, credebant ꝙ nimis posset eos adiuuare, qđ patet ex verbis ipsorum Philisthinorum præcedēti c. Nam antequam venisset arca in castra insurgebant Philisthijm contra Israelitas nihil timentes. Cum autem venit arca in castra, timuerunt Philisthijm dicentes, venit Deus in castra, & ingemuerunt dicentes, vę nobis, nõ fuit enim tanta exultatio heri & nudiustertius, vę nobis.

B Secundo Philisthijm tollebant Iudęis confidentiã. Nam dato, ꝙ arca nihil adiuuaret Hebræos, tamen confidebant nimis, ꝙ in ꝑsentia eius vincere possent, & sic pugnabant confidenter contra Philisthijm ea præsente. ista tamen confidentia non poterat esse sine magno damno Philisthinorum, siue vincerent, siue vincerentur. Nunc autem manente arca in terra Philisthijm credebant ipsi, ꝙ Iudæi non confiderent pugnare iam contra ipsos, & hoc modo faciliter subijcerēt Israelitas in seruitutem durissimam. Adhuc autem erat magna utilitas in hoc Philisthinis, qa erat eis ablatus timor: credebant. n. ꝙ existente arca in terra ipsorum, dato ꝙ Israelitæ pugnarent cõtra eos, nõ possent nocere illis, si tamen esset arca inter Iudęos

C timebant nimis Philisthijm cõgredi cum Iudæis, qđ patet præcedenti cap. Nam antequam venisset arca in castra non putabant aliquod esse periculum in pugna. Cognito tamen, ꝙ venisset, dixerunt: Vę nobis quis nos liberabit de manu deorum sublimium istorum? hi enim sunt dij, qui percusserunt Aegyptum cum plaga: desiderabant igitur Philisthijm tenere apud se arcam Dei.

An philisthæi debuissent amittere fidem virtutis arcæ ex eo, quòd ipsa præsente Iudæi superati fuerant. Quæstio. VI.

D SED dicet aliquis, ꝙ iam ablata erat Philisthæis occasio desiderãdi tenere apud se arcam Dei, quia hoc erat, quia ipsi credebant, ꝙ arcą esset magnæ virtutis potens eripere cultores suos de manu hostili, & delere hostes. Nunc autem ipsi viderent, ꝙ Hebræi nimis confidentes in arca non liberati sunt, etiam ipsa arca non potuit se eripere, sed ipsi eam hostiliter cęperũt, ideo videtur, ꝙ iam nullius esset potentiæ, nec appreciabilis, vt ipsi desiderarent eam.

Respondendum est, ꝙ Philisthijm desiderabant tenere arcam apud se ex causis dictis, & iste casus nõ fecit eos existimare arcam esse minoris valoris: nam non crediderunt hoc euenisse ex impotētia Dei hebræorum, quia sciebant ipsi, ꝙ Deus hebræorum fe-

E cisset maiora his, vt ꝙ percusserit omnes Aegyptios, & aperuerit mare rubrum: diuisitque Iordanem ad transitum hebræorum, & subiecerit eis ferè totam terram Chanaan. Primam autem horum ipsi Philisthijm confessi sunt, vt patet præcedenti cap. s. hi sunt dij &c. De secundis non potuerunt ignorare, quia super eos venerunt ista mala, cum ab ingressu Iosue in terram Chanaan fuerunt bella Iudæorum tam contra Philisthijm, quàm cõtra omnes alios Chananęos.

Crediderunt igitur Philisthijm, ꝙ hoc accidisset Iudæis, quia Deus eorum erat iratus eis, quia forte non colebatur, vt iusserat, & istud est conuenienter dictum, quoniam gentiles credebant, ꝙ aliqñ Deus Hebręo-

Hebrçorum irasceretur hebræis, vt patet de rege Senacherib, qui mouebat Iudæos, ne cōfiderent in Deo suo annunciando, ꝙ esset iratus eis, qui abstulerant altaria illius. De hoc infra 4. lib. cap. 18. s. ꝙ si dixeris mihi in domino Deo nostro habemus fiduciam, nonne iste est, cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & præcepit Iudæ, & Ierusalem dicens ante altare hoc adorabitis in Ierusalem. Crediderunt igitur, ꝙ hoc acciderat, quia Deus erat iratus Hebræis: posset tamē eis iterum reconciliari, & si maneret arca apud eos adiuuaret illos, & redirent omnia inconuenientia, q̄ supra dicebantur contra Philisthijm, ideo quamquā accidisset iste casus, Philisthijm semper desiderabant apud se tenere arcam. Alia autem causa huius esse potuit. s. ꝙ Philisthijm hoc faciebant ad demonstrandum magnam gloriam suam inter gentes. s. quia bello superauerant Israelitas, & captiuauerant Deum Israel: erat autem ista magna gloria, quia Deus Israel habebatur tanquam potentissimus inter Deos gentiū. Cum ipse percusserit Aegyptū, & Deos Aegyptiorum: etiam percusserat omnes alias gentes, contra quas Hebræi pugnauerant: erat igitur eis gloriosum nimis captiuum tenere illum Deum.

An tempore, quo arca fuit in terra Philisthinorum, Iudæi fecerint aliquod ministerium coram arcæ loco.
Quæstio. VII.

QVAERETVR vlterius an tempore, quo steterit arca in terra Philisthinorum debuerunt Iudæi facere in terra sua aliquod ministerium coram arca, & an cessauerint ab eo propter absentiam arcæ.

Respondendum est, ꝙ quando arca erat in terra Iudæorum erat in tabernaculo intra sancta sanctorū, & illud nūquam ingrediebatur aliquis, nisi summus sacerdos, & hoc solum semel in anno. s. in die propitiationis, alioquin moreretur: Leui. 16. cap. Hoc autem fiebat, qa in die festo iusserat lex, ꝙ sacerdos magnus faceret expiationem pro se, & pro toto populo, & introibat in sancta sanctorum ferens secum sanguinem vituli, & hirci, aspergebatque septies intra sancta sanctorum coram propitiatorio: de hoc patet præalleg. ca. Si autem non esset arca intra sancta sanctorum, non poterat aspergi contra propitiatorium. Alijs autem temporibus nihil differebat, ꝙ arca esset in terra Iudęorum, vel non. Nunc autem manet dubium, an aliquod tempus fuerit, in quo Israelitæ debuerint facere ministrationem coram arca, & illa nō esset in terra eorum.

Respondendum est, ꝙ cum solum esset necessariū fieri ministrationem coram arca die propitiationis, erit dubium, an transiuit aliqua dies propitiationis, in qua non fuerit arca in terra Israelitarum. Respondetur ꝙ non, quia arca solum fuit in terra Philisthijm. 7. mensibus, vt patet sequenti c. sed in his septem mensibus nō fuit aliqua dies propitiationis, ergo non trāsiuit tempus, in quo arca necessaria esset in terra Israelitarum, & non esset inter eos.

An transiuit in eo tpe aliqua dies propitiationis

Sed aliquis dicet, ꝙ forte in aliquo istorum septē mensium fuit dies propitiationis. Sed dicendum, ꝙ non, pro quo considerandum est, ꝙ dies propitiationis semper celebratur die decimo mensis septimi, q apud nos vocatur September, vt patet Leu. 23. & Nume. 29. cap. isti tamen septem menses fuerunt præter Septembrem, ꝙ patet quia arca mansit in terra Philisthijm septem mensibus, & tamen illa venit in terra Israelitarum tempore quo colligebatur triticum, vt patet sequenti cap. s. Porro Bethsamitæ metebant triticum in valle, & eleuantes oculos viderunt arcā Dei,

F sed messis triticea non fiebat in terra Israelitarum ante principium tertij mensis, qui est Maius, incipiendo vt ipsi incipiunt a Martio menses suos: nam principiū messis ordeaceę in terra Israel erat post medietatem mēsis primi. s. Martij: nam prohibitum erat, ꝙ ne quis sumeret spicas aliquas ad comedendum grana, vel facerent pultes, aut polentam, vel panes ex segete vsq; ad secundum diem festiuitatis azymorum, qui est dies. 16. mensis primi, vt patet Leui. 23. & Nume. 28. cap. Erant autem tunc spicæ ordeaceæ adhuc virentes, vt patet Leui. cap. 23. ergo quando esset messis triticea, iam esset finis secundi mensis, & in tertio mense offerebant Iudæi primitias de panibus triticeis nouis: Leui. cap. 23.

G Computentur ergo septem menses cum ipso Maio, ante Maium reperiretur, ꝙ arca capta fuerit in principio Nouembris, qui est nonus mēsis apud hebręos, dies tamen propitiationis est in Septembri, vel si velimus non computare Maium. s. ꝙ tempus, quo venit arca erat tempus messis triticeæ, tamen erat in fine Aprilis, vel in principio Maij: dicetur, ꝙ arca fuerit capta in principio Octobris, & sic quomodocunque ponatur, necesse est, ꝙ semper dicamus fuisse captam arcam post festum ꝓpitiationis, & redijsse ante aliud festum propitiationis, cum solum manserit septem mensibus in terra Philisthijm, & sic non fuit aliquod tempus, in quo Israelitæ egerent arca, & ipsa esset in terra Philisthijm.

H *Si accidisset aliqua dies propitiationis, dum Iudæi erant sine arca, an celebrassent omnes cæremonias diei illius.*
Quæstio. VIII.

QVAERETVR vlterius quid si accidisset aliqua dies propitiationis, dum erant Israelitæ sine arca, an celebrassent omnes cæremonias diei propitiationis.

Respondendum est, ꝙ de quibusdam cæremonijs diei illius non est dubium, sed de alijs. Pro quo sciendum, ꝙ in die propitiationis erant triplices cæremoniæ. Primæ pertinebant ad vacationem a laboribus, secundę ad ieiunia, tertiæ ad sacrificia.

I De primis dicebatur, quòd illo die abstinerent Iudæi ab omnibus laboribus, & ab omni opere simpliciter: Leuit. 23. capit.

De secundis dicitur, quòd omnes in die illa affligerent animas suas a uespera in uesperam. s. ꝙ non comederent, nec biberent, & cessarent ab alijs delectationibus: quicunque autem non affligeretur die illo: periturus erat de medio Israel, vt patet Leu. 16. & 23.

De tertijs. s. de sacrificijs habetur Leui. capitu. 26. & Nume. 29. vbi ponuntur multa sacrificia pertinentia ad diem istum. De primis duobus generibus cæremoniarum dicendum est, ꝙ obseruarentur in die ꝓpitiationis, etiam si arca non esset in terra Israelitarū, quod patet, quia nunc Hebręi seruant ista, & tamen, nec habent arcam, nec sanctuarium, nec sunt in terra

K promissionis, in qua fieri debebāt ceremoniæ. De tertio genere cæremoniarum. s. de sacrificijs diei propitiationis dicendum est, ꝙ ista erant duplicia, quia q̄dā erant specialiter pertinentia ad illum diem inquantū erat dies expiationis, & ista erant, quæ fiebant ad cæremoniam expiationis pro peccato totius populi. Alia autem erant, quę offerebantur in die hac inquantum dies ista erat quædam magna solemnitas, sed non vt pertinebat aliquo modo ad expiationem. De primis sacrificijs habetur Leui. cap. 16. de secundis habet Nume. cap. 29. Erant autem prima, ꝙ offerret summus sacerdos vnum vitulum pro seipso, & domo sua, & totus populus offerret duos hircos, quorum vnus mitte-

mittebatur in solitudinem, alius autem immolabat, & tam sanguis ipsius quàm vituli ferebantur intra sancta sanctorum ad aspergendum. De his Leui.cap. 16.hæc autem sunt,in quibus fit expiatio.

Secunda autem sacrificia diei huius, quæ non pertinebant ad expiationem,erant vnus vitulus, & vnus aries,& septem agni anniculi in holocaustum,& vnus hircus pro peccato,vt patet Nume. 29. Nunc autem de his dicendum est, ꝙ quantum ad secunda sacrificia non est dubium, quin offerrentur in die propitiationis,etiam si non esset arca in terra Israelitarum:nã ista non pertinebant ad diem expiationis secundum, ꝙ erat dies expiationis, sed secundum ꝙ erat magna festiuitas, ideo sicut de alijs festiuitatibus non est dubiũ, quin possent celebrari sacrificia illarum, etiam si non esset arca in terra Israel, ideo nec dubitabitur de his. Quòd autem ista sit differẽtia inter sacrificia diei expiationis,apparet Num.29.ca. vbi cum fuerint posita sacrificia illa,quæ nos nominauimus supra:Secũda dicitur ibidem,ꝙ illa erunt absque his, quæ offerri solent pro delicto & expiatione, ergo necesse est distingui die illa,quædam sacrificia,quæ offerantur pro expiatione,& alia non.

Item patet hoc magis, quia arca non erat necessaria in die expiationis plusquam in alijs solennitatibus, nisi quia illa die sacerdos introducebat de sanguine vituli,& hirci intra sancta sanctorum:alijs autem diebus non,sed de sanguine sacrificiorum istorum, quæ vocabamus hic secunda, nihil introducebatur intra sancta sanctorum ad aspergendum coram propitiatorio.ergo nihil differebat arcam esse in sanctuario, vel non,quantum ad ista sacrificia.

De primis autem sacrificijs huius diei manet dubium,an possent offerri si non existeret arca in terra Israel intra sanctuarium. Ratio dubitationis est, quia quandocunque aliqua cæremonia de cæremonijs legis veteris determinabat sibi certum locum, vel instrumenta, si Iudæi non haberent illum locum, vel instrumenta non faciebant huiusmodi cæremonias, sicut patet nunc in cæremonijs, quas obseruant Iudæi:nam aliquas obseruant, alias vero non. Illæ enim quæ non determinant locum, obseruantur nunc, sicut circuncisio, & obseruatio Sabbathi, & vacatio a laboribus in alijs festiuitatibus & similia. Alia autem determinabant sibi locum sicut ea, quæ pertinebant ad sacrificia. Quomodo autem ista inter se differant, & quæ obseruentur nunc, & quæ non: declaratum est Exo.cap.19. Ita igitur dies propitiationis determinabat sibi certum instrumentum.s. fieri coram propitiatorio aspersionem, ergo quando Iudæi non haberent propitiatorium, non possent facere istam aspersionem.

[...]n arca nõ [...]xistente [...]ter Israe[...]tas sacri[...]candum [...]set.

Respondẽdum est, ꝙ siue esset arca in sanctuario, siue non,Iudæi poterant facere istam aspersionem,& cogebantur facere quolibet anno, dum essent in terra promissionis,nec requirebatur, ꝙ aspergeret sacerdos sanguinem coram propitiatorio.s. ꝙ esset propitiatorium intra sancta sanctorum,sed satis erat,quòd aspergerent coram loco illo,in quo erat,vel esse solebat propitiatorium, & sic ingrediebatur sacerdos in sancta sanctorum ferens secum sanguinem,& aspergebat septies coram loco illo, in quo esse consueuerat propitiatorium,quod patet, quia multa tempora transierunt.s.80.anni,vel quasi,in quibus stetit arca in terra Israelitarum,& tamen non erat intra sanctuariũ in sancta sanctorum, sed erat in diuersis locis: nam immediatè vt venit arca de terra Philisthijm, posita est in domo Aminadab sacerdotis in Gabaa, siue Cariathiarim,& postea in principio regni Dauid,super Israel translata fuit arca de Cariathiarim in ciuitatem Dauid,de hoc infra cap.7.& infra 2.lib. cap.6. deinde mansit arca in domo Dauid vsque ad tempus,quo Salomon transtulit eam in templum, quod ædificauit domino,vt patet 2. Paralipom.ca.1. & fuisset tempus plusquam.80.annorum.s.40. annis regni Saulis,de quibus Actuum. 13. cap. & 40. annis regni Dauid,vt patet infra 3.lib.cap.2.sed manifestum est, ꝙ in omnibus his temporibus Israelitę celebrauerunt omnes festiuitates suas & diem expiationis, quia ista erant præcepta necessitatis, & non habebant Iudæi aliquam causam excusantem, ergo certissime credendum est, ꝙ celebrauerint:potissime, quia in his temporibus fuit iudex Samuel infra 7.& 12. ca. qui valde erat zelator legis Dei:fuit etiam postea Dauid rex,qui nimis secutus est legem domini: ideo isti non permitterent aliqualiter præteriri aliquam festiuitatem, vel cæremoniam legalem. Constat tamen,ꝙ toto isto tempore arca fuit extra tabernaculum, ergo sacerdotes obseruabant cæremonias diei propitiationis ingredientes in sancta sanctorum, & fundẽtes sanguinem coram loco,in quo solebat esse propitiatorium.

An existente arca extra sanctuarium sacerdos in die propitiationis faceret omnes cæremonias,ac si ibi esset.

Quæstio. IX.

QVAERETVR vlterius, an cũ existeret arca extra locum sanctuarij, & sacerdos obseruans diem ꝓpitiationis introiret in sancta sanctorum,obseruaret omnes cæremonias,quę obseruabantur,quãdo aliàs introibat sacerdos in sancta sanctorum existente ibi arca.

Respondendum est,ꝙ cęremoniæ multæ requirebantur, cum sacerdos ingredi debebat in sancta sanctorum, quarum si aliquam omitteret, peccaret, & occideretur a Deo,vt patet Leui.16.vbi dicitur,quòd non introiret Aaron in sancta sanctorum omni tempore,sed solum quando fecisset ea,quæ habentur ibi alioquin moreretur. Erãt autem istæ cæremoniæ triplices.Primæ erant quantum ad vestes,quas tunc habebat sacerdos, secundę quantum ad sanguinẽ, quẽ aspergebat, tertiæ quantum ad thymiama, quod secum ferebat.

De primis dicendum,ꝙ summus sacerdos, quãdo introibat in sancta sanctorum accipiebat quatuor ornamenta solum de lino, quæ erãt minorum sacerdotum, scilicet fęminalia linea, & tunicam, & cidarim atque cingulum: Leuit.cap. 16.

De secundis cæremonijs dicendum, ꝙ cum sacerdos introiret in sancta sanctorum occidebat vitulũ, & hircum, de quorum sanguine introducebat secũ ad aspergendum coram propitiatorio: Leu.c.16.

Cæremoniæ quas faciebat sacerdos, quãdo ingrediebat sancta sanctorum.

De tertijs cæremonijs dicendum, ꝙ sacerdos implebat quoddam thuribulum prunis,& thymiamate, ferebatque secum intra sancta sanctorum, vt patet præalleg. capitu.

De primis duobus generibus cæremoniarum dicendum,ꝙ in die propitiationis fiebãt, siue sacerdos esset intrans ante arcam, siue non esset arca in sanctuario,quia supra declaratum est præcedenti q. ꝙ ẽt si non esset ibi arca obseruabatur expiatio, sed nõ poterat hoc fieri, nisi sacerdos introiret in sãcta sanctorum, ergo necesse erat, ꝙ hẽret vestes illas, quas lex iubebat habere ingredientẽ. etiam ꝙ ferret secum de sanguine hirci, & vituli alioquin non haberet qd aspergeret intra sãcta sanctorum:expiatio tñ fiebat ꝑ aspersionem sanguinis. De tertia cæremonia solum erat dubium. s. an introduceret secum sacerdos thymiama in sancta sanctorum non existente ibi arca.

Aliquis dicet, ꝙ sic,quia sicut in cæteris non est differentia,

rentia, an esset arca in sancta sanctorum, vel non, ita nec erit in hoc, sed dicendum est, ꝙ an istud factum fuerit, vel non, sciri non potest: non tamen obligabãtur Iudæi ad faciendum illud, quod patet, quia Leui. cap. 16. dicitur, ꝙ assumpto thuribulo de prunis altaris poneretur supra thymiama in igne, vt nebula thymiamatis, & vapor operiat oraculum, ꝙ est super testimonium, & non moriatur sacerdos, & sic causa introeundi cum thymiamate erat ipsum oraculum. s. propitiatorium, quia ibi erat aliquid, quod cõtegendum erat, ne videretur a sacerdote. & istud erat, quia angelus erat in corpore assumpto in propitiatorio inter alas duorum Cherubin, & in illo corpore aereo loquebatur, vt declaratum est Leui. 16. & Exo. 25. c. sed non erat propitiatorium intra sancta sanctorum, G quando nõ erat ibi arca, cum propitiatorium sit opertorium arcæ, vt declaratum est Exodi 25. & 27. ideo non oportebat introduci thymiama. *Tulerunt autem Philisthijm arcam Dei.* Scilicet accipientes eam de castris, nemine prohibente.

De numero annorum huius historiæ primi lib. Reg. ab hoc capite vsque ad finem libri. Quæst. X.

SCIENDVM autem, ꝙ in principio huius ca. incipit sextus liber Antiquitatum Iosephi durans vsque ad principium sequentis secundi libri Regum, & texitur in eo tota historia, quę habetur hic pauca verba addendo, de quibus interdum tangetur in locis suis. Et dicit, ꝙ ista historia continet tempus annorum 32.

Sed sciendum, ꝙ sacra scriptura dicit esse tempus annorum 40. Nam regno Saulis dantur anni 40. vt patet Actuum 13. sed computãtur ibi anni pro regno Saulis, & pro tempore, quo iudicauit Samuel. Fuit autem Samuel pluribus quàm viginti annis iudex, quibus non præfuit Saul, vt declarabitur infra 7. c. principatus autem iudicatiuus Samuel incępit a morte Heli summi sacerdotis. Ista autem quæ habentur hic fuerunt mensibus septem post illud, sed in hoc modicũ differt: multum tamen differt inter positionem Iosephi, & sacræ scripturæ, cum Iosephus dicat esse spacium 32. annorum ab isto tempore vsque ad principium regni Dauid: sacra autem scriptura dicit fuisse spacium annorum quadraginta, in quo non est dubium cui credi debeat, quia auctoritas sacræ scripturæ omnium scripturarum humanarum auctoritatẽ excedit.

Et intulerunt eam in templum Dagon. Scilicet non posuerunt in aliqua domo prophana, sed in sanctuario suo. Erat autem Dagon Deus Azoti, & ad hanc ciuitatem fuit arca ducta. Dicunt autem Iudæi, ꝙ istud idolũ Dagon habebat figuram piscis, vel saltem caput eius erat, sicut caput piscis. Quòd autem totus esset ad figuram piscis non stat, quia dicitur infra, quòd caput, & manus Dagon abscissa sunt: si tamẽ esset ad formam piscis non haberet palmas, ꝙ autem caput illius esset ad formam piscis, & cætera membra essent modo humano lineata satis stat, qm̃ alia idola pingebantur cum tota humana effigie, & cornibus arietis, sicut Ammon libycus, & multa alia figmenta similia fuerunt. Iudæi aũt solum dicunt hoc, quia Dagon videtur deriuari a quodam noĩe hebręo significante piscem Dag: sed hoc non est motiuum conueniens: esset. n. verum si ambo essent in eadem lingua, sed sũt in diuersis, quia Dag est idiomatis hebræi, Dagon aũt est idiomatis Philisthinorum, iõ satis stat, ꝙ significẽt diuersa, sicut ista dictio Leuaui in latino significat eleuare, vel extollere. In hebręo aũt significat cor meũ.

Dagon Deus Philistinorũ cuius figuræ esset.

Et statuerunt eam iuxta Dagon. Idest posuerunt Phili- F sthini arcam apud Dagon Deum suum, in quo videbantur eam satis honorare dupliciter: primò quia nõ posuerunt eam in loco prophano, sed in maximo sanctuario suo. s. in templo Dagon: secundo quia posuerunt eam apud Dagon, quasi facientes eam æqualem Deo suo Dagon.

Quare Philisthini posuerunt arcam in templo Dagon. Quæst. XI.

QVAERET aliquis circa hoc quare posuerunt Philisthini arcam in templo Dagon, & apud ipsum Dagon. Rñdendum est, ꝙ hoc poterat fieri ex duplici intentione. Primo quidem ad honorandum arcam Dei: nam sicut supra dictum est Philisthini credebant Deum hebręorum esse magnæ potentiæ, quia destruxerat Aegyptios, & Deos eorum, & sic fecit in multis alijs gentibus, ideo timebãt ne sic irasceretur eis, & deleret illos, quamobrem honorabant ipsum. Et quia si ponerent arcam Dei in aliquo loco prophano, erat dedecus, posuerunt eã apud Dagõ in templo suo, & ne irasceretur Deus hebræorum, ꝙ præponeretur ei Dagon, locauerunt eam iuxta Dagõ. s. in loco æqualiter honorato. Istud aũt quantum ad Philisthinos si ipsi exhiberent cũ intentione honorandi, honor erat. Nam nihil melius habebant Philisthini, q̃ ꝙ ponerent arcam Dei iuxta maximum deorum suorum. Apud Iudæos tñ nõ poterat maior offensa Deo fieri, q̃ si poneretur arca illius in aliquo templo idolorum inter idola. Ratio diuersitatis est disparitas cultus. s. q̃a alias cæremonias habebant Iudæi, q̃ Philistijm: vnde apud Philisthinos nihil melius erat q̃ Dagon, apud Iudæos aũt nihil peius esse poterat, quàm quodlibet idolum. H

Alia aũt causa huius esse potuit. s. hebręi superati fuerant a Philisthinis, & arca eorum capta quam putabãt Philisthini esse Deum hebræorũ, & quia Philisthini ascribebant gloriam victoriarum suarum dijs suis, posuerunt in templo arcam coram Dagon in signum, ꝙ Dagon superauerat Deum hebræorum.

Erat enim iste modus apud antiquos tam Iudæos, q̃ Gentiles, ꝙ cum haberent aliquem triumphũ magnum de hostibus, ponerent aliqua insignia in templo Dei illius, quem colebant: non quidem ad obstentationem gloriæ, sed ad laudem ipsius Dei, cuius erat illud templum. De Iudæis, ꝙ sic facerent apparet, q̃a Dauid qñ pugnauit contra Goliath Philisthęum abstulit gladium eius, & posuit in tabernaculo domini, quamquam cætera arma conseruasset pro se. De armis patet infra cap. 17. s. Assumens aũt Dauid caput Philisthęi attulit illud in Ierusalem: arma eius verò posuit in tabernaculo suo. De gladio, ꝙ esset in templo Domini, patet infra ca. 21. s. Gladius Goliath Philisthęi, quẽ percusisti est inuolutus pallio post ephod, si istum vis tollere tolle. Quòd aũt hoc facerent Gentiles apparet, quia qñ Philisthini occiderunt Saulem, & tres filios eius in monte Gelboe pręciderũt caput Saulis, & expoliauerunt eum armis, & miserunt in terram Philisthinorum per circuitum, vt annunciaretur in templis idolorum, & in populis, & posuerũt arma eius in templo Astaroth infra cap. 31. Sic igitur verisimile est, ꝙ posuissent Philisthini arcam Domini in templo Dagon in signum victoriæ, & laudem Dagon. *Cumque surrexissent diluculo Azotij.* Hic ponitur pęna, quæ secuta est super Deos Philisthinorum. Nã posuerant Philisthini arcam apud Dagon ad laudem Dagon. Deus aũt voluit ostendere Dagon nihil esse, & arcam suam esse gloriosiorem Dagon. Et dr̃ hic, ꝙ surrexerunt Azotij. s. sacerdotes Dagon, qui diluculo venerunt ad templum ad faciendum cæremonias I K

nias suas, & tunc inuenerunt Dagon iacentem.

Altera die. Idest sequenti die postquam arca posita est in templo Dagon, in quo nimis demonstratum est, ꝙ illud faciebat Deus Hebræorũ, quia si ibi mansisset arca multis diebus, & nihil factum fuisset, quamquam postea accidissent hæc non attribuissent Philisthini gloriæ arcæ, sed ꝙ venisset ex alia causa. Cum vero factum fuerit immediatè, vt venerunt Philisthini cum arca in templum Dagon, apparebat manifeste, quòd hoc factum fuisset propter præsentiam arcæ.

Quare Dagon tantum de nocte deiectus est in terram, & non de die. Et quare potius caput, & manus eius abscissæ sunt quàm alia membra. Quæst. XII.

Sed dicet aliquis quare cum Dagon hic fuerit bis in terrã deiectus non fuit factum per diẽ, sed semper per noctem, vt patet in litera. Respondendũ est, ꝙ hoc fiebat, vt non viderẽt Philisthini, quomodo fiebat miraculum, sed postea illud factum tenerent. Si enim per diem fieret oportebat, vt aliqui viderent saltem de sacerdotibus. Deus autem nolebat eis monstrare modum miraculi. Sic apparet factum fuisse etiam inter Iudæos, quia aliqua miracula Deus faciebat, quæ nolebat monstrari hebræis cum fiebant, sed cum facta erant, sicut patet de manna, quod per noctem descendebat in circuitu castrorum, & nemo hebræorum videbat: Nume. c. 11. Vnde prima die, qua cecidit manna hebræi non viderunt, quia fuit hoc per noctem, & deinde in aurora viderunt, & mirati sunt: Exo. cap. 16. Sic etiam patet de virgis frondentibus. s. quando positæ fuerunt virgæ. 13. in tabernaculo testimonij: Nume. 17. & ibi nullo vidente floruit virga Aaron: vidit autem eam populus cum iam floruisset.

Ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Dei. Idest sacerdotes inuenerunt Dagon iacentem in terra. s. nõ erectum, vel stantem, sed iacentem super pauimentum, & extentum toto corpore: dr̃ autem, ꝙ erat pronus, quia nõ solum erat iacens, sed etiam super os suũ iacebat, vt poneretur tanq̃ adorans arcam Dei: si tñ fuisset iacens, & non pronus, sed suppinato ore nõ videretur adorans: hoc autem magis exprimebat dignitatem arcæ. *Et tulerunt Dagon*. s. de pauimento, in quo iacebat ante arcam. *Et restituerunt eum in locum suum*. Scilicet posuerunt eum in altari, vel in loco eminenti, in quo ante erat. Hoc autem fecerunt sacerdotes diluculo anteq̃ veniret populus, ne videret Deũ suũ humiliatum coram arca, & crederent maioris pt̃atis esse Deum hebræorum, & quia isti sacerdotes occultauerunt gloriam Dei Philisthinis, addidit Deus signum, quod occultari non posset. s. abscindens caput, & palmas Dagon, vt patet infra. *Rursumque mane die altero consurgentes*. Scilicet, ꝙ in die sequenti postq̃ iacuit Dagon coram arca inuenerunt id, quod dicit hic: fuit aũt factũ hoc immediate, vt magis crederet Deus hebræorum fecisse. *Inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra*. Non potest propriè dici, ꝙ esset Dagon super faciem suam, quia caput eius & manus abscissa erant super limen sanctuarij, sed dr̃ esse super faciem suam. s. super partem illam, versus quã erat facies. s. super ventrem, & hoc erat, vt iterum significaretur iacens ad adorandum arcam Dei.

Caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen. Fuit istud factum, vt non possent occultare sacerdotes populo deiectionem Dei sui corã arca: nam etiam si vellent restituere eum in locum suum, vt prius nihil proderat, quia non habebat caput nec manus: ideo cognouerunt hac vice viri Azoti, ꝙ

A Deus hebræorum humiliauit Deum suum, vt patet infra scilicet, videntes autem viri Azoti, dixerunt nõ maneat arca Dei Israel apud nos, quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon Deum nostrum.

Quare magis caput, & manus Dagon abscissæ sunt, quàm alia membra. Quæst. XIII.

De manibus autem, & capite quare magis fuerunt abscissæ, q̃ aliæ partes non apparet aliqua causa, sed referendum est ad quandam similitudinem operum nostrorũ, ac si diceremus, ꝙ Dagon Deus Azoti peccauit male a-

B dorando Deum Israel, ideo abscissæ sunt illę partes, quæ ad adorationem pertinent. s. caput, quia illud nõ bene curuauit, & manus, quia illas non bene eleuauit coram domino.

Si autem dicas quare istæ partes repertæ sunt sup limen domus. i. templi Dagon. Dicendum, ꝙ hoc fecit Deus, vt maneret memoria miraculi eius in terra Philisthinorum: nam quia repertæ sunt istæ partes super limen domus, viri Azoti in reuerentiam Dei sui statuerunt, ne quis calcaret pedibus super limen, vbi steterũt partes Dei sui, & sic fuit obseruatum hoc inter Philisthinos, vt patet infra, & sic mansit memoria diuini miraculi. Si aũt fuissent istę partes in alio loco ipsius domus, non fieret ista obseruatio, nam bis Dagon iacuit ante arcam Dei, tñ non dicitur, ꝙ non cal-

C cant sacerdotes super locum, in quo stetit Dagon ꝑnus, sicut dr̃ de manibus, & capite in limine.

Porro Dagon truncus solus remanserat in loco suo. s. non manebat ipsi Dagon figura hominis, vel alicuius animalis, quia manus abscissæ fuerant, & caput, sed manebat truncus sine effigie, & cum dicitur, ꝙ mãsit in loco suo non est intelligendum de loco suo, in quo prius stabat, vbi constituerant eum Philisthini, quia dicitur hic, ꝙ inuenerunt Dagon iacentem super faciẽ suam, sed dr̃, ꝙ erat in loco suo. s. in quo fuerat deiect⁹ coram arca ad adorandum illam. *Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius*. Ponitur hic id quod secutum est ex illa de-

D iectione. s. quia cũ vidissent omnes viri Azoti, ꝙ manus, & caput Dei sui iacuerunt super limen domus crediderunt iniustum esse & magnæ irreuerentiæ, si ipsi calcarẽt post in loco, in quo iacuerat Deus eorũ, & ob hoc statuerunt, vt nemo ibi calcaret, & sic obseruatum est. Et dicitur, ꝙ sacerdotes non calcant super limen domus, nec alij viri ad signandum, ꝙ siue sacerdotes, q magnæ dignitatis sunt, siue populares, qui erant minoris dignitatis, non poterant calcare super limen domus Dagon. *Super limen Dagon in Azoto*. Idest istud obseruatur solum in templo Dagon, quia si essent templa aliorum idolorum nõ fiebat aliquid tale in eis, quia nihil acciderat huiusmodi, nisi super Dagon: dicitur etiam ꝙ hoc fit in Azoto, quia in alijs vrbibus, quamquam essent templa Dagon, non ob-

E seruabatur in eis aliquid tale, eo quòd ista deiectio Dagon coram arca solum accidit in Azoto.

Philisthini, an calcauerint vbi iacuit truncus Dagon, uel tantum non calcauerint, nisi super limen. Quæst. XIIII.

Quaeret aliquis quare solum, vt in templo Dagon in Azoto non calcarent intrantes sup limen: non etiã debuisset hoc obseruari quantum ad locum illum, in quo iacuit Dagon ꝑnus coram arca: bis enim fuit iacens Dagon coram arca, vt patet supra in litera, & non uidebatur esse minoris

noris dignitatis, immo maioris locus ille, in quo totus Dagon iacuit, & iterum trūcus eius quàm locus, in quo caput, & manus iacuerunt tantum.

Respondendum est, ꝙ non solum super limen tēpli Dagon non calcant intrantes, sed etiam super partem illam, in qua iacuit Dagon, quia causa eadem est: scriptura tamen expressit solum de limine, eo ꝙ ibi videbatur esse difficilius obseruari: nam locus, in quo iacuit Dagō coram arca, erat talis, ad quem prius fortè nullus de popularibus ascēdebat, eo ꝙ arca erat posita iuxta Dagon, & tamen Dagon erat proiectus ante arcam, ergo satis esset propinquus iste locus illi, in quo Dagō prius stabat, & sic quia iste locus esset multum sacer non accederent etiam ante hoc populares ad illum locum, & sic quamquam postea obseruaretur, ne quis accederet ad illum locum, quia tamē pri⁹ hoc idem quasi videbatur, & non erat aliquid speciale, nec difficile, scriptura nō expressit hic: De limine aūt secus est, q̄a omnes viri de vrbe Azoto introibant in templum Dagon per portam, & super limē, & difficile erat, ꝙ non calcarent limen: ideo ꝙ postea fuerit obseruatum erat aliquid speciale, & sic scriptum est. *Vsque in hodiernum diem.* Istud refert ad tp̄s scriptoris huius libri: scripsit aūt Samuel magnam partem libri huius a principio eius, & non scripsit immediate, vt facta sunt, sed magno tp̄e post, & quia toto tempore medio. s. ex quo istud accidit vsquequo liber iste scriptus est per Samuelem fuit obseruata cæremonia ista: dicitur vsque in hodiernum diem, & ita sæpe habetur in alijs libris tam Iosue, q̄ Iudicum alijsq; historicis, & semꝑ refertur ad tp̄s scriptorū. Quòd aūt Samuel istū librum scripserit, vel quis alius, declaratum fuit in prologo primo huius libri.

Aggrauata est enim manus Domini super Azotios. Hic ponitur percussio facta super populū: percussit enim Deus primo Deum Azoti. s. Dagon, vt sic vellent Philisthini dimittere arcam: noluerunt tn̄, quia indurati erant quousq; percuterentur ipsi nimis. Et dr̄ hic, ꝙ fuit aggrauata manus dn̄i super Azotios, i. ꝑcussit eos durè: de ista percussione infra habetur: erat aūt dura, quia super oēs veniebat siue super magnos, siue suꝑ paruos, vt patet infra, & horum plurimi moriebātur, qui aūt non moriebantur cruciabātur nimis, ita vt cogerentur clamare in cęlum, vt patet infra. *Et demolitus est eos.* Demoliri significat destruere: fuerunt aūt demoliti, quia plurimi eorum moriebantur hac plaga: alij aūt ita affligebātur nimis, ꝙ mortē sibi eligerent. *Et percussit in secretiori parte natium.* Fuit enim percussio ista turpis, quia erat locus inhonestus, sed omnes erāt in eodem loco percussi.

Qua infirmitate percussi sint Philisthini a Deo propter arcam, quam tenebant. Quæst. XV.

DICVNT autem Iudæi secundum literā hebraicam, ꝙ ista infirmitas erat hemorrhoidum, quę solet multis accidere, sed fuit ibi dura nimis, ita vt plurimi morerentur.

Sed magis dicendum est, ꝙ totum quicquid est ante secessum, s. in circuitu illius computrescebat, & intestina per partem illam prominebant. Quidam autē dicunt, ꝙ illis partibus putrescentibus, scatebant vermes, & erat fętor intolerabilis, sed s̄m ꝙ infra patet infirmitas ista erat in natibus, quia partem illam computrescebant intestina, & prominebant.

Causauit autem Deus de terra multos mures ebullientes, & isti ascendebant per crura Philisthinorum, & corrodebant intestina illa putrida ac pendētia, nec se poterant Philisthini defendere ab his muribus, q̄a isti fuerant dati a Deo in plagam, ideo potentissime

F cruciabant intantum, ꝙ Gethæi coacti sunt facere sibi sedes pelliceas, ne mures corroderent intestina eorum. Dicitur autem hic in parte secretiori natium, quia nulla pars est secretior, q̄ secessus, per quem prominebant intestina. *Azotum & fines eius.* Idest percussit dn̄s vrbem Azoti, & terram sibi propinquam: fuit enim ista prima ciuitas, in qua stetit arca, & ipsa primo percussa est: deinde aūt aliæ ciuitates, per quas ducebatur arca. s. Acharon, & Geth percussæ sunt, sed non percutiebatur solum ipsa ciuitas, in qua poneret arca, sed ēt omnia loca finitima, ita ꝙ qn̄ ad vltimum Philisthini remiserūt arcam in terram Israel nō erat aliquis locus, in quo non fuisset, vel tunc nō esset ista percussio in tota terra Philisthijm, vt colligitur seq. cap. Hoc aūt fuit, vt velocius remitteretur arca. s. ꝙ

G clamarent oēs Philisthijm non solum illi, in quorum vrbibus erat arca, sed ēt oēs alij: alioquin si solum fuisset plaga in vrbibus illis, ad quas transibat arca, voluissent Philisthijm transducere arcam dn̄i per oīa loca terræ suæ quousque caperent experientiam, an in oībus locis esset ista plaga, vel si esset aliquis, in quo ꝑsente arca nulla fieret plaga, vt ibi posset teneri.

Et ebullierunt villæ, & agri in medio regionis illius. Istud non hētur in hebræo, nec videtur posuisse Hieronymus, sed fuit hic tanq̄ glosa quædam, & aliqui scriptores nescientes distinguere inter textū, & glosam interlinearē miscuerunt illam literam textui: illa tn̄ vera est: nam seq. c. habetur de istis muribus erumpentibus de terra, & dicitur, ꝙ ebullierunt agri, & villæ. i.

H fiebant ebullitiones, vel eruptiones in superficie terræ. s. ꝙ de infra terram erumpebāt mures plurimi, vel dicebatur ebullire terra, quia ita erant mures multi super terram, ꝙ videbatur terra ebullire, sicut olla quando est in feruore suo. Et erat istud in villis & in agris, quia tam in locis habitatis q̄ non habitatis erant mures, ne possent Philisthini confugere ad aliqua, in quibus ægritudinū suarum haberent aliqua linimenta.

In medio regionis illius. Idest in medio terræ Philistijm. s. in vrbe Azoti, & finibus eius, quia ibi incepit ista plaga. *Et nati sunt mures.* Isti fuerunt supernaturaliter producti, quia licet esset aliquid naturale in terra, ex quo gignerentur, non erat tamen aliqua virtus naturalis, quæ tot mures, & ita velociter genuisset, sic

I enim factum est in locustis, & ranis, & in omni genere muscarum Aegypti, qm̄ ista a Deo solo fiebant, licet potuissent opere naturæ produci, sed nō fuissent tot, nec ita velociter gignerentur. *Et facta est confusio mortis magna in ciuitate.* Idest moriebantur multi in vrbe Azoto, & isti confusè. s. tam masculi, quàm fœminæ, tam magni quàm paruuli, vel erat confusio mortis. i. plaga, eo ꝙ ibi multi moriebantur, quod accidebat principaliter propter mures corrodentes intestina prominentia Philisthinorum, fuit enim ista plaga dura, & opprobriosa: dura quidem, quia multi moriebantur: opprobriosa verò, quia erat in turpi loco. s. in secretiori parte natium, quòd Deus faciebat ad ignominiam Philisthinorum, vt sic saltem cognoscentes

K potentiam eius, & opprobrium suum cogerentur remittere arcam. De ista plaga habetur Psal. 77. scilicet & percussit inimicos suos in posteriora: & opprobrium sempiternum dedit eis. Dicuntur autem percussi in posterioribus, scilicet in secretiori parte natium, & fuit opprobrium sempiternum, quia mansit memoria huius plagæ turpis inter Philisthinos, & alias gentes, & improperabant reliquæ gentes Philisthinis hanc plagam, scilicet, quòd Deus voluisset facere eos ignominiosos. Aliqui autem intelligunt versum illum de hebręis modernis, quòd sint percussi in posterioribus, idest, quòd fluat sanguis per secessum eorum in pœnam, quia ipsi dixerunt de Saluatore: Sanguis

Sanguis eius super nos, & super filios nostros, sed an verum sit, ꝙ ista passio accidat hebræis modernis omittatur: constat tamen ꝙ versus ille non intelligit, nisi de percussione Philisthinorum, vt patet ex consecutione literæ per illum Psalmum. *Videntes autem.* Hic ponitur ꝯm.s.percussio totius populi: nam postquam viri Azoti percussi fuerunt, fecerunt transduci arcam per alias ciuitates, & similiter in illis fiebat ꝑcussio. *Videntes autem viri Azoti huiuscemodi plagam.* Idest videntes, ꝙ incurrerunt istam plagam propter pręsentiam arcæ, quia antequam veniret arca nō tolerabant eam. In alijs quoque vrbibus Philisthinorū non erat ista plaga: voluerunt igitur a se excludere arcam Dei. *Dixerunt non maneat arca Dei Israel apud nos.* Ista dixerunt viri Azoti inter se inito consilio: nam ad eos tanquam ad nimis gloriosos in tota terra Philisthinorum translata fuerat arca de terra hebræorum: ipsi autem nunc volebant renunciare huic priuilegio suo concedentes, ꝙ transiret arca ad alias vrbes.

Quoniam dura est manus eius super nos. Hoc refertur ad Deum Israel. s. manus Dei est dura super nos grauiter nos affligens pro præsentia arcæ suæ. *Et super Dagon Deum nostrum.* Quia nō solum afflixit nos, sed Deū nostrum, qm̄ deiecit eum de loco suo bis, & abscidit caput, & palmas eius.

Credebant autem, ꝙ si maiori tp̄e apud eos esset, nemo maneret de oībus Philisthinis in terra Azoti, & confinium suorum. *Et mittentes congregauerunt omnes satrapas Philisthinorum ad se.* Postquam Azoti viri deliberauerant inter se non esse retinendam arcam in regione illa, ad sciendum quid de ea fieri deberet, voluerunt congregare oēs principes Philisthinorū: nolebant enim soli aliquid de arca diffinire, quia illa pertinebat ad totam terram Philisthijm.

atrapę q. icat.tur.

Fuerunt aūt congregati satrapę.i.principes, vel cōsiliarij, sed magis satrapa significat principem: dicit.n. satrapa, quasi satis potens: erant autem satrapæ Philisthinorum quinque ꝯm numerum quinque ciuitatū principalium terræ Philisthijm. De hoc patet seq. ca. Et quinque satrapæ Philisthinorum viderunt, & reuersi sunt in Acharon. Vocantur aūt isti satrapæ aliqn̄ reges: erat enim diuisa terra Philisthijm in quinq; reges, & quia parui erant, vocantur reguli: sunt autē denominati ab illis quinque ciuitatibus, quæ habent seq. cap. sic patet Iosue. c. 13. s. terra Philisthijm, quæ in quinque regulos diuiditur Gazæos, Azotios, Ascalonitas, Gethæos, & Acharonitas: vocātur aūt isti aliqn̄ satrapæ, vel principes vel reges: Sic patet infra cap. 29. s. Et satrapę Philisthijm incedebāt in centurijs & millibus. Sic etiam vocantur hic, & seq. cap. sic etiam est de quinq; principibus terræ Madian occisis tp̄e Moysi, qui aliquando vocantur duces, vel principes, vt patet Num. c. 25. & Iosue. 13. aliquando autem vocātur quinque reges, vt patet Num. 31. cap. Isti autem quinque satrapæ Philisthinorum conuenerunt in Azotū: fortè, quia illa erat ciuitas principalis, vel magis, quia ibi acciderat iste casus, propter quem vocandi erāt in consilium. *Et dixerunt quid faciemus de arca Dei Israel?* Istud dixerunt Azotij, & proposuerūt plagam quam sustinebāt, & quomodo propter arcam Dei illam patiebantur, ideo ꝙ prouideretur super ea, quia ipsi iam nolebant eam apud se tenere: scriptura tamen subticet hæc, quia intelligi possunt ex præcedentibus.

Responderuntque Gethæi. Idest respondit satrapa Gethæorum: erat enim Geth vna de quinque ciuitatibus Philisthinorum, quæ erat regalis habens satrapā, & princeps ciuitatis illius respōdit hęc. De ista ciuitate Philisthinorum fuit Goliath, contra quem pugnauit Dauid, ideo vocatur Gethæus infra cap. 17. Mansit quoque Dauid, cum rege huius ciuitatis nomine

A Achis quando erat profugus de Israel propter Saul, & dedit ei quandam ciuitatem paruam ad habitandum. s. Siceleg apud Geth infra 27. cap. *Circunducatur arca Dei Israel.* Idest non maneat in vna vrbe tantum arca Dei, sed ducatur per omnes vrbes terræ nostræ, vt videamus quid inde accidat.

Quare Philisthijm non remiserunt arcam Hebræis, cum reciperent propter eam tot mala. *Quæst.* XVI.

QVAERET aliquis quare cum Philistijm cognouissent, ꝙ Deus Hebræorum percusserat Deum suum Dagon, & plagam magnam fecerat super Azotum, non remiserunt arcam

B in terram Israel.

Respondendum est, ꝙ Philisthini desiderabant nimis tenere arcam Dei apud se, & quanto cernebant eam esse maioris potentiæ, tanto magis desiderabant eam apud se tenere, quia si apud hebræos esset, quanto potentior esset, tanto magis adiuuaret hebræos, & noceret Philisthinis. quamquam igitur percussi eēnt viri Azoti non remiserunt immediate arcam in terrā suam, sed decreuerunt ꝙ duceretur per omnes ciuitates ad experiendum, an aliqua esset, in qua nō posset plagam infligere, & in illa teneretur, & quamq̄ postq̄ transtulerunt arcam in vrbem Geth fuisset facta immediate plaga, non destiterunt Philisthini ab hac intentione, sed sustinuerunt nimis Gethæi istam plagā, quia ipsi dederant consilium, vt arca circūduceretur

C per vrbes, & non remitteretur in terram suam intantum, ꝙ conabantur inuenire quædam lenimenta cōtra istam passionem facientes sibi sedes pelliceas, ne mures ascendentes possent mordere intestina pro minentia, sed nec sic euadebāt: etiam cum venisset arca in vrbe Acharon, & illa quoque percuteretur, nō immediate remiserunt Philisthini arcam, sed cum fieret ista circunductio per urbes singulas, misit Deus plagā simul super omnes urbes, & loca Philisthinorum, & tunc coacti sunt clamare oēs Philisthęi, ꝙ arca remitteretur in locum suum. Causa aūt quare Philisthijm ista faciebant, erat: quia vt supra dictum est, Philisthini non credebant Deum hebræorum esse omnipotē

D tem, nec aliquis de Gentilibus, aut veteribus philosophis hoc credidit, sed putabant Deum hebræorū esse aliqđ corpus, vel virtutē latentem in corpore, & quia istæ uirtutes non hn̄t operationem suam vbique, sed in aliquibus locis, putabant ꝙ Deus hebræorum non posset ubiq; inferre plagam, nec solum intelligebant hoc Philisthini de loco, in quo non esset de hebræorum, sed ēt de loco, in quo esset: nam causæ naturales non solum non agunt in loco, vbi non sunt, sed etiā interdum non agunt in loco, in quo sunt, eo ꝙ locus ille est indispositus ad suscipiendam causalitatē agentis illius: actio tn̄ semper causatur iuxta dispositionē passi. Sic patet sermo de Aīa. s. Actus actiuorum sunt in patiente disposito. i. ꝙ agens agat depēdet ex dispositione passi. Putauerunt ergo Philisthijm, ꝙ reperirent aliquē locum in terra sua, in quo Deus hebręo-

E rum nihil agere posset, & in illo teneretur arca. Hunc aūt non poterant inuenire, nisi per experientiam circunducendo arcam per omnia loca, sed hoc non permisit Deus fieri, ne arca magno tempore esset apud Philisthinos, sed cum perduxissent eam per aliquot ciuitates, incepit Deus simul percutere omnes vrbes Philisthinorum, & tunc coacti sunt mittere arcam in locum suum cognoscentes, quòd nullus esset, in quo non posset agere Deus hebræorum.

Quomodo

Quomodo ista scita sunt a scriptore, cum esset hebræus. Quæst. XVII.

QVAERETVR vlterius quõ scriptor, qui ista scripsit cũ esset hebræus potuit scire oĩa ista, quæ fiebãt in terra Philisthijm tam in ꝯsilijs eorum, q̃ in cõgregationibus publicis, & manifestis plagis: nam Philisthini non reuelarent hoc Iudæis cum essent hostes eorum, & inter eos non esset communicatio.

Rñdendum est, ꝙ hoc dupliciter sciri poterat: vno mõ per famam, & per reuelationẽ ipsorum Philisthinorũ, qui hæc passi fuerant: nam q̃q̃ essent hostes Iudæorum, tñ interdũ aliqui ipsorũ cõicabant cum Israelitis: maxime quia descendebant Israelitæ in terrã Philisthijm ad acuendũ vomeres suos, & gladios, & quidquid ad fabros ꝑtinet: quia in toto Israel nõ erat aliquis faber ferrarius, cum Philisthini tunc dñantes super hebræos hoc prohibuissent, vt patet ĩ. cap. 13. & erat hoc tpe Saulis, & Samuelis: ergo tunc habebant cõicationem aliquã Israelitæ cum Philisthinis, ita vt possent ab eis cognoscere ea, q̃ acciderant existẽte arca in terra Philisthijm. Aliter aũt sciri poterat per ꝓphetam: nam iste, qui scribebat hæc. i. Samuel ꝓpheta erat, & poterat propheticè cognoscere res gestas, sic. n. Moyses scripsit ea, quæ gesta fuerant per Balaã, & Balac, cum maledicere voluerunt populo Israel, vt ea quæ gesta sunt in itinere Balaã, & in terra sua, vt patet Num. c. 22. & usq; ad finẽ 24. non tñ potuit Moyses illa scire per cõicationem alicuius Moabitæ, vel alterius, qui interfuisset oĩbus illis. Scripsit tñ illa spiritu prophetico, quia sicut prophetæ interdũ ea, quæ futura sunt ꝓnunciant & scribunt; ita ꝓnunciare ꝓterita, q̃ sciri non pñt, nisi reuelatione diuina propheticũ est, sic. n. nemo dubitat, ꝙ cum Moyses scripsit ea, q̃ acciderunt circa creationẽ rerum ꝓpheta fuerit: qm̃ illa, quæ ibi scripsit a solo Deo ei reuelata sunt, nec ꝑ aliquam historiã hæc cognoscere poterat: ita dicendũ est hic, ꝙ Samuel, q̃ ista scripsit, spũ prophetico egit: nam q̃q̃ potuissent hebræi cognoscere ea, q̃ acciderãt circa arcã in terra Philisthinorũ, tñ non completè cognoscerent, & aliquid falsitatis in cognitione illa admiscerẽt: vix. n. illi, qui res gestas vident veritatẽ de singulis scribere pñt, quãtomagis illi, qui ab alio relatas describunt? Et dato ꝙ potuissent hebræi plenã veritatẽ cognoscere de his per relationẽ Philisthinorũ, tñ Samuel, qui hæc scripsit nõ auderet describere aliqd, qđ ad sacram scripturã ꝑtinere deberet, nisi maiorem hñet certitudinẽ: istud aũt est per reuelationẽ propheticã, quæ certior est, q̃ quæcunq; alia cognitio, & debemus magis assentire prophetiæ q̃ eis, quæ videm⁹, vt patet 2. Petri. c. 1. Hoc aũt spiritu scripsit Samuel librum istum, & patet hoc, quia vocatur prophetalis: ponitur enim in secundo ordine scripturarũ canonicarũ, quæ vocãtur propheticæ, vt patet in prologo Galeato, qui ꝓponitur huic libro, & vocantur isti prophetales, quia a prophetis, & prophetice scripti sunt. Potuit igitur Samuel describere oĩa, quę hic habentur de statu arcæ apud Philisthinos, quamquam nullus Philisthinorum ei quicquam retulerit.

An arca, cum duceretur per multas ciuitates, in omnibus confringeret simulachra. Quæst. XVIII.

QVAERETVR vlterius circa prædicta cum arca Dei ducerẽt per multas ciuitates, an in omnibus illis confringeret simulachra, sicut confregit idolũ Dagon in Azoto, vel si factũ est, quomodo non exprimitur.

Rñdendum est, ꝙ Philisthini primo qñ duxerunt

F arcam in terram suam, posuerunt eam in templo Dagon, & ibi Deus monstrauit magnitudinem suã confringendo manus, & caput Dagon, vt reducerẽt arcã in terram suã, & quia non inclinati fuerunt Philistijm ex hoc ad mittẽdũ eam ꝑcussit Deus ipsos Philisthinos. Cùm aũt vidissent Philistini, ꝙ ex pñtia arcæ bis Deus eorum ad terram deiectus est & confractus, noluerunt tenere arcam in templo Dagon, quia iã quotidie faceret sic: quousq; cõminueret idolũ Dagon, & alia idola siqua ibi erant, & hoc patet esse verisimile, quia sicut cum Deus percuteret vnam vrbem ꝓp pñtiam arcæ Philisthini deducebant illam ad aliã vrbem, ita cum dij in templo, in quo erat arca cõfringerentur ꝓp eam, educerent eam Philisthini, & sic credendum est, ꝙ cum multis diebus mãserit arca in vrbe Azoto, & in duobus diebus primis fuerunt facta

G circa Dagon ea, quæ supra enarrantur, vt colligitur s. ex litera: non stetit arca in tẽplo Dagon, nisi illis duobus diebus: postea aũt stetit in vrbe Azoto in aliqua alia domo ꝓphana, ita ẽt cum deducerẽt arca ꝑ alias vrbes, cognito ꝙ destruxisset Dagon Deũ Azoti, non ponebatur in aliquo templo, sed in prophanis domibus, & sic nunq̃ postea disperdidit arca aliqua idola in alijs vrbibus, & ob hoc non fit mentio de eis: nõ est enim verisimile, ꝙ cum Philisthini sciuissent arcã destruxisse Deũ Dagon; ꝙ ponerent eã in aliquo alio tẽplo, ne sic destrueret reliqua idola. Sed argues, ꝙ eodmodo non esset verisimile, ꝙ cũ arca Dei fecisset plagam magnã super vnam vrbem ducerent eam Philisthini ad aliam, & tñ ducebant. Rñdendum est, ꝙ nõ

H est simile, quia necesse erat, ꝙ arca Dei ponerẽt in aliquo loco in terra Philisthijm, cum ipsi nollent dimittere eam ad terram suam, sed magnopere niterentur eam tenere in terra sua. De tẽplo aũt secus est, quia cũ noceret arca in tẽplo poterat poni in aliquo loco ꝓphano. & tñ dato ꝙ excluderetur de vna vrbe, necesse erat eam poni in alia, vel maneret in deserto, qđ non intendebant Philisthini, cũ vellent eã conseruare cũ magna diligentia: non igitur fregit Deus aliquod idolum in terra Philisthinorũ, nisi idolum Dagon, & ob hoc de alijs vrbibus nihil dr̃. Sed dicetur ꝯ, quia sequẽti c. dr̃: dabitis Deo Israel gloriam, si fortè releuet manum suã a uobis, & a dijs vestris, & a terra, ergo multi dij Philisthinorũ percussi fuerant, & quotidie percu-

I tiebantur. Rñdendum, ꝙ solum fuit percussus Dagõ Deus Azoti, vt s. declaratũ est. Dixerunt aũt sacerdotes, vt releuet manũ suam a dijs vestris, quia licet non noceret dijs Philisthinorũ postq̃ nocuit Dagon, q̃a tñ illum ꝯfregit sciebant, ꝙ poterat cæteros ꝯfringere, & quia semper plaga augebatur quousq; arca dimissa fuit, adhuc timebant Philisthini, ꝙ Deus Israel percuteret deos eorum, ꝙ aũt faceret eos securos de hoc, faciendo penitus cessare plagã populi, per qđ intelligeret, ꝙ ẽt postea nõ ꝑcuterẽt dij, dicebãt releuare manus a dijs eorum. *Et circunduxerunt arcam Dei Israel.* i. ducebant eam Philisthini per terram suã in circuitu de vna urbe in aliam. Primo aũt post urbẽ Azoti ducta

K est arca in urbem Geth, quia Gethęi fuerunt, qui rñderunt, ꝙ deberet arca circunduci, & q̃q̃ hic non dicatur, ꝙ immediatè uenerit in urbẽ Geth: tñ apparet ex eo ꝙ sequitur. ĩ. s. ꝙ Gethęi patiebãt nimis, & fecerunt sibi sedes pelliceas: fuit aũt hoc factũ, q̃a Geth erat alia de quinq; ciuitatibus principalibus Philisthinorũ hñs regẽ, vel satrapã, vt s. dictum est. *Illis autẽ circunducentibus eam.* i. ducentibus de vna ciuitate in aliã. s. ꝙ tunc fiebat plaga postq̃ introducebãt arca in aliq̃ ciuitatẽ, & manebat ibi. Cum aũt duceretur in itinere non percutiebantur, qui eã portabãt, quia tunc nõ faciebant eam stare, sed cum primũ inciperet detineri in aliqua vrbe. *Fiebat manus Domini super singulas ciuitates.*

tates. Ideſt poteſtas Dei ad vindictam erat in qualibet vrbe, cum ibi eſſet arca, & illa vocatur manus dñi: qa per manum ſignificatur operatio. *Interfectionis magnæ nimis*. Ideſt manus domini erat ad faciendum magnã interfectionem in populo: multi enim moriebantur eorum, qui ſic percutiebantur: alij enim lõga ægritudine vexabantur, quamquam non morerentur.

An ita percuterentur aliqui viri in aliqua ciuitate poſt exitum arcæ, ſicut quando erat ibi. Quæſt. XIX.

QVAERET aliquis circa hoc, an poſtquã exibat arca Dei de aliqua ciuitate Philiſthinorum percuterentur ibi aliqui viri plaga iſta, ſicut cum ibi exiſtebat: dum enim eſſet arca Dei in aliqua vrbe non percutiebantur confeſtim omnes de vrbe illa, nec omnes, qui percutiendi erãt, ſed ſucceſſiue: nam peccabant Philiſthini detinendo arcam, cuius dominus daret eis ſignum, ꝙ deberent eam dimittere, & quia quanto aliquis maiori tempore permanet in contumacia delicti, grauius eſt puniendus, percutiebat Deus ſemper plures, & grauius quouſque percuſſiſſet omnes, qui erant in vrbe a paruo vſque ad maiorem, vt patet infr. in litera, & poſtea ſi adhuc permanerent in cõtumacia occidebat Deus multos de illis. Reſpondendum eſt, ꝙ poſtquam arca recederet de aliquo loco, ſi manſiſſent aliqui non percuſſi non percutiebantur vlterius, & ſi aliqui percuſſi eſſent, poſtea non moriebantur, quamquam antequã educeretur arca de loco illo morerentur plurimi, qđ patet, quia ſi plaga maneret, & continue infligeretur recedente arca ſicut manente illa, nõ videretur, quòd plaga iſta eſſet propter arcam, quia non magis infligeretur vbi eſſet arca, quàm vbi non eſſet. Item ſi hoc fuiſſet, ſ. quòd non releuaretur ab occiſione illa ciuitas, de qua receſſerat arca, nõ curarent habitatores vrbis mittere arcam ad aliam vrbem ſciẽtes, ꝙ ſiue maneret ibi, ſiue recederet quomodocunque peſtis mãſura erat, & ſic poſtquam arca Dei ducta fuit de Azoto in vrbem Geth videntes Gethęi, quòd mãſiſſet peſtis apud Azotios, ſicut a principio erat, nõ curaſſent mittere arcam, ad Acharonitas, ſciẽtes, ꝙ quomodocunque peſtis apud eos futura erat: & tamen poſtquã manſit aliquanto tempore apud Gethæos, ipſi miſerunt illam in Acharon, ergo videtur ꝙ aliquam reuelationem viderant apud Azotios poſtquam inde receſſerat arca Dei. decebat etiam, vt ſic fieret, alioquin non pateret manifeſtè, ꝙ iſta plaga fiebat propter pręſentiam arcę Dei: de eo autem, ꝙ dicebatur, ſ. an immediate, vt receſſiſſet arca de aliquo loco omnes, qui percuſſi fuerant ibi ſanarentur: dicendum eſt hoc nõ patere, videtur tamen dicendum, ꝙ non ſanabantur immediate, nam tunc cognouiſſent manifeſte Philiſthini, quòd arca Dei faciebat iſtud, & tamen aliqualiter dubitabant, quod patet quia, quando ſacerdotes Philiſthinorum conſuluerunt, ꝙ remitteretur arca in locum ſuum, dixerunt, ꝙ ponerent in plauſtro eã iungentes duas vaccas fętas, quarum vituli relinquerentur in domo, & nullus dirigeret eas, ſi autem ipſę recte tenderent in terram Hebræorum, dicebant ſe cognituros, ꝙ arca Dei feciſſet malum iſtud: ſin autem dicebant, quòd a caſu veniſſet, & nõ tetigiſſet eos manus Dei, vt patet ſequenti capitu. Ergo nondum cognoſcebant plene, an arca Dei feciſſet hoc, ſi tamen mox, vt receſſiſſet arca Dei de aliquo loco, omnes quotquot percuſſi fuerant, ſanarẽtur: apparuiſſet manifeſtè, quòd arca Dei faciebat hęc, patet quia nimis differt inter inflictionem huius plagę, & ſanationem eius: quoniam ſi infligeretur, vt inflicta eſt poterat eſſe a caſu naturali, vel a Deo: nam quòd generentur

A hemorroides, vel fluxus ſanguinis, & ꝙ promineant ĩteſtina per ſeceſſum, ęgritudines naturales ſunt, quæ multoties, Deo non percutiente, accidunt: ideo dubitabant Philiſthini, an Deus hoc feciſſet, vel eueniſſet a caſu. Sanatio autem omnium iſtarum ęgritudinum ſubitanea, ſcilicet mox, vt receſſerat arca Dei de vrbe, erat miraculoſa, quia nulla cauſa naturalis agit ſubito, cognouiſſent igitur manifeſtiſſime, quòd fiebat ab arca Dei, ſed dubitauerunt. Satis ergo dicendum eſt, quòd non ſanabantur immediate, ſed mures pauliſper ceſſabant, qui comedebant inteſtina Philiſthinorum, & ipſe morbus hemorroidum, & prominentiũ inteſtinorum, atq; putridorum pauliſper curabatur.

Et percutiebat viros vniuſcuiuſque vrbis. Scilicet omnium vrbium, ad quas arca trãſiuit. Nam a principio

B ſolum percutiebantur illę ciuitates, ad quas tranſibat arca, ad extremum tamen cum eſſent Philiſthini nimis duri nolentes dimittere arcam, percuſſit Deus ſimul omnia loca terræ Philiſthijm, & ſic omnibus clamantibus coacti ſunt Philiſthini dare arcam. Quòd autem omnes percuſſi fuerint apparet, quoniam infra dicitur, quòd fiebat pauor mortis in ſingulis vrbibus, & aſcendebat vlulatus vniuſcuiuſque ciuitatis in cœlum: ſic etiam patet ſequenti capitu. cum dicitur, quòd oblati ſunt mures aurei, & ani pro quinque vrbibus Philiſthinorum, & pro omnibus alijs locis, tam muratis, quàm non muratis: ſed non offerretur mus aureus, nec anus pro loco, in quo non fuiſſet peſtis

C murium, & hemorroidum atque prominentium inteſtinorum: ergo in omnibus locis terræ Philiſthinorum accidit iſta plaga.

Dicitur etiam, quòd percutiebat Deus viros vniuſcuiuſque ciuitatis, quod etiam intelligendum eſt de fœminis. Nam cum iſta plaga accidiſſet propter peccatum totius populi, in omnes de populo redundare debebat.

Nec obſtat ſiquis dicat, quòd viri acceperãt arcam Dei in bello, & ipſi detinebant eam in terra ſua, fœminæ autem nihil horum faciebant, ideo non puniebantur, ſed non ſtat, quia ſi ſolum punirentur illi, qui ſpecialiter peccauerant in hoc, cum paruuli nihil peccaſſent in capiendo, aut detinendo, quia ipſi nondum

D habebant ætatem diſcretionis capacem non deberẽt puniri hac plaga, & tamen puniebantur, vt patet immediate, ſcilicet, quòd percutiebat eos a paruo vſque ad maiorem: ideo dicendum, quòd etiam fœminæ percuterentur, ſed hic intelligũtur nomine virorum.

A paruo vſque ad maiorem. Ideſt iſta plaga erat generalis in omnibus, qui erant in quacunque ciuitate in qua eſſet arca, ita vt nemo remaneret impunitus, ſed differebat, quia non percutiebantur omnes a principio, nec æqualiter, nec moriebantur omnes, ſed qui magis peccauerãt, & quos Deus nolebat mori ex alijs cauſis. Non enim Deus inflixit iſtam pœnam ſolum pro peccato detentionis arcæ, ſed cum in hoc peccauiſſent, & Deus vellet punire illos, puniuit etiam pro alijs veteribus peccatis, quoniam iſta eſt cõditio Dei,

E ſicut declaratum eſt Ioſue cap. 7. Paruuli autem aliqui puniebantur hic, qui forte nunquam peccauerãt, erat autem punitio iſta propter parentes, ſ. vt in punitione filiorum parentes magis punirentur. Nã Deus punit ſæpe peccata patrum in filios vſque in tertiam, & quartam generationem: Exod. cap. 24. & Num. 14.

Et computreſcebant prominentes extales eorum. Iſta eſt plaga, quam patiebãtur, ſ. ꝙ extales, ideſt inteſtina prominebant, ideſt egrediebantur a ventre pendẽtia per ſeceſſum: vocantur autem extales quędam magna inteſtina, vel omaſi peruenientia vſque ad os ani, per quæ ſtercora emittuntur, in quibuſdam autem interdũ ex infirmitate illa inteſtina prominẽt, in Philiſthinis aũt

erat generale, ꝙ prominebant, & multum dependebant: erat autem præter hoc aliud malum durius, s. ꝙ mures plurimi, & magni ebulliebant a terra, & mordebant intestina pendentia Philisthinorum, atq; plurimos occidebant: erat etiam aliud malum, s. ꝙ intestina istorum Philisthinorum pendentia computrescebant, atque mittebatur inde fœtor intolerabilis, & scatebant vermibus intestina, & multi quos mures non occidebant, putredine intestinorum perierunt. Dicit autem Iosephus de ista plaga, ꝙ Philisthini moriebantur crudeli passione dysenteriæ, & antequã velox eis interitus perueniret, antequam animę bona morte resoluerentur a corpore, intestina eorum corporis putredine corrupta ferebantur. Prouinciam eorum multitudo muriũ deuastabat, ita vt nec ab arboribus, nec a fructibus abstineret.

Iosephus lib.6.ca.1.

De istis muribus, an morderent Philisthinos in intestinis pendẽtibus Iosephus nihil dicit, sed solum, ꝙ mures deuastabant terram, hoc etiam videtur dicere litera seq.c.s. & multitudines murium, qui demoliti sunt terram, sed etiam præter hoc dicẽdum, ꝙ mures illi affligebant Philisthinos mordentes intestina eorum.

Inieruntque Gethæi consilium. Erat enim pestis ista in vrbe Geth: quoniam ad illam arca ducta est immediatè postquam fuit in Azoto, ideo ipsi inierunt consilium, quomodo possent euadere tanta mala. *Fecerunt sibi sedes pelliceas*. Idest fecerunt sibi Philisthini fœminalia de pellibus: hoc autem faciebant propter duo. Primo, vt intestina eorum non multum dependerẽt erumpentia de ventre, quia in hoc nimis grauabãtur, & tolerabant dolores acerrimos, nunc autem non pẽderent intestina, sed conseruarentur in pellibus. Secũdo faciebant istas sedes pelliceas propter mures, qui erumpentes de terra mordebant intestina pendentia, nunc autem licet ascenderent per crura Philisthinorum non poterant ex tales prominentes corrodere, & hoc modo fuit eis aliquod consilium doloris, nec tamen effugere valuerunt, quia secundum Iosephum, li.6. Antiquitatum, graui passione dysenteriæ tenebãtur tunc, quia cum sępe sedes pelliceas sibi auferre cogerentur, mures quasi ex industria insidiantes eorum pendẽtia viscera corrodebant. Præter hoc autem grauis eis in dolore viscerum tortura erat, ita vt cogerentur vlulare vsque in cęlum, vt patet ꝫ. non valebant ergo vsquequaq; hæc mala effugere, sed cum quędam euadere niterentur alia atrocius cruciabant, ita vt nõ esset alicubi vlla salus. *Miserunt ergo arcam Dei in Acharon*. Ista est tertia ciuitas de principalibus Philisthinorum, quæ regem habebat, vt patet Iosue c.13. & supra declaratum est, ad istam autem vrbem arca Dei venit tertio loco. Nam cum mansisset apud Gethęos, & illi grauiter afflicti fuissent, petierunt, vt trãsferretur ad alias vrbes, sicut petierant viri Azoti, & translata est arca ad Acharonitas. Et quamquam durum sibi esset suscipere arcam, quia timebant similem cladem, vt pertulerant aliæ vrbes, tamen coacti sunt recipere, sicut susceperant priores duæ vrbes. *Cumque venisset arca Dei in Acharon*. Non ponuntur hic aliæ vrbes Philisthinorum, ad quas peruenerit arca: Iosephus tamen libro 6. Antiquitatum scribit, quòd fuerit arca transducta per omnes quinque vrbes Philisthinorum, quod satis verisimile est, scriptura tamen propter breuitatem non curauit omnia enarrare: potissimum, quia easdem plagas Gazæi, & Ascalonitæ passi sunt, quas aliæ tres vrbes.

Exclamauerunt Acharonitæ, dicentes. Quamquam isti susciperent arcam Dei, quia coacti erãt, eo quòd alię vrbes sic susceperant, tamen ingemuerunt veniente arca dolentes pro morte, quam sibi adesse cernebant.

F *Adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, vt interficiat nos*. Clamauerunt Acharonitæ quasi pro malo regimine, dicentes, quòd arca Dei Israel ducebatur ad eos, non quidem quòd alij Philisthini ducerent arcam hac intentione, vt perirent Acharonitæ, quia magis alij desiderabant salutem eorum, tanquam contribulium suorum, sed est sensus, quòd ad præsentiam arcæ morerẽtur Acharonitæ, & sic, quamquam non conquererentur de mala intentione aliorum Philisthinorũ ducentium arcam ad eos, tamen conquerebantur de malo regimine regni, quia cum illa arca manifestè tãtas inferret clades, vbicunque esset, non debebat teneri in aliquo loco, sed mitti in terram suam, vel relinqui in aliquo deserto.

G *Et populum nostrum*. Refertur ad pręcedentia, scilicet, vt interficiat nos, & populum nostrum, quòd totum intelligitur de Acharonitis, quia loquentes intelligũtur hic in prima persona, alij autem de eis non loquẽtes intelliguntur nomine populi. *Miserunt itaque*. Hic ponitur tertium, scilicet super prædicta plaga congregatio consilij. Cum enim vidissent Philisthini, quòd tam durè affligebantur, conati sunt denuo inire consilium quid faciendum esset de arca Dei.

Et congregauerunt omnes satrapas Philisthinorum. Acharonitæ enim, qui nunc patiebantur ista mala, vocauerũt satrapas omnium prouinciarum Philisthinorum ad vrbem suam, vt ibi decernerent quid facto opus esset. Sic enim viri Azotij cum a principio periclitaren-
H tur vocauerunt ad vrbem suam omnes satrapas, vt patet supra, & sic iam fuit bis facta congregatio satraparum Philisthinorum super statu arcæ. Et primo decreuerunt eam circunducẽdam per omnes ciuitates. Secundo diffinierunt eam dimittẽdam esse in terram suam, omnes autem satrapę, qui hic dicuntur sunt quinque secundum numerum quinque ciuitatum principalium terræ Philisthijm: de quibus sequen. capitu.

Qui dixerunt. Scilicet omnes sattrapæ Philisthinorum diffinientes concorditer arcam reportandam esse in terram suam.

Dimittite arcam Dei Israel. Quilibet de satrapis Philisthinorum loquebatur hoc ad reliquos satrapas, & ad reliquum populum, qui conuenerat, quia in potestate omnium illorum erat dimittere arcam.

I *Et reuertatur in locum suum*. Idest in terram Israel, in qua ipsa esse solebat. & dicitur reuertatur, idest reducatur, quia non intelligebãt Philisthini, quòd ipsa per se reuersura foret. Nam quamquam postea sic accidit, quòd ipsa dirigebat vaccas eũtes per viam, nec patiebatur declinare ad dextram, vel ad sinistram, quamquam in domo vaccæ fętę reliquissent filios suos: Philisthini tamen non aduertebant ad hoc, quia non putabant sic esse futurum, sed postea consilio sacerdotum, & diuinorum ad capiendum experientiam, an ea quę facta sunt a Deo prouenissent, ingeniatum fuit hoc, vt patet sequen. cap.

K *Et non interficiat nos cum populo nostro*. Istud primum pertinet hic ad satrapas qui loquebantur: nomine autem populi intelliguntur omnes Philisthini, quia omnes habitantes in terra illa erant populus istorum satraparum, quia isti erant quinque reges, in quos tota terra Philisthinorum diuidebatur, vt patet Iosue cap. 13. Dixerunt autem hoc, quia existimabant, quòd si recederet arca in terram Israel, cessaret plaga de terra Philisthijm.

Fiebat enim pauor mortis in singulis vrbibus. Hic ponitur mors generalis in omnibus terris Philisthinorum, quòd fuit ad vltimum cum Philisthini morarentur in dimittendo arcam. Facta est enim tunc in singulis vrbibus magna plaga, & pauor mortis, quia omnes percutiebãtur a paruo vsq; ad maiorem,

vt

vt patet s̃.& horum plurimi moriebantur: omnes tñ mortem timebant. Aliquis vero exponet hoc de singulis vrbibus, per quas transibat arca, sed non solum istę vrbes plagam sustinebant, sed etiam omnes vrbes Philisthinorum, vt s̃. declaratum est. *Et grauissima valde manus Dei.* Scilicet, ĩ qualibet vrbe Deus inferebat magnas plagas, & hoc erat esse manum Dei grauem, q̃a non dicitur manus hic, nisi propter potentiam puniẽdi, & actualem punitionem. erat autem dura, vel grauis, quia in qualibet vrbe multi moriebantur, & omnes percutiebantur. *Viri quoque, qui mortui non fuerant.* Hic ponitur vniuersalitas plagę quãtum ad homines, sicut ponebatur supra vniuersalitas quantum ad loca, scilicet, quòd in loco quolibet, in quo erat plaga moriebantur plurimi. Cæteri autem percutiebantur, vt supra dictum est, & ita nullus manebat sine pœna, sic patet s̃. s. percutiebat viros vniuscuiusq; vrbis a paruo vsque ad maiorem. *Percutiebantur in secretiori parte natium.* Erat percussio ista in intestinis, quæ sunt in extremitate natium, s. ad os ani, quoniam putrescebant illa cum ipso secessu, & erat plaga durissima.

nfirmitas hilisthiorum, an uit plaga emorroi uni.

Hebræi autem dicũt istam fuisse plagã hemorroidum, quod satis videtur signare litera sua, sed nõ erãt proprie hemorroides, sed similitudinem quãdam habebant. Nam hemorroides dicũtur esse capita venarũ terminatarum ad os ani, ibi quippe multę venæ terminantur, & istæ ingrossantur atque replentur sanguine quodam tempore, qui non est verus sanguis, sed humor crassus sanguineus causatus ex aliquibus rebus indigestis. fit enim passio hemorroidum in illis hominibus, qui vt frequenter comedũt carnes insulsas, vel male digestibiles, ꝓpter quod magis accidunt hemorroides in Hebræis, quam ĩ cæteris hominibus, ex quo quidam habent occasionem erroris existimantes, ꝙ illi emittant sanguinem per secessum in maledictionem, quia petierunt sanguinem Christi super se, & filios suos, sed credo quòd isti errent quamquam viri alicuius auctoritatis hoc afferant. De morte autẽ istorum de quibus hic, non videtur dicendum, ꝙ perirent alia plaga, nisi quia percutiebant̃ in parte secretiori natium, sicut illi, qui non moriebantur: satis autem similatur passio hemorroidũ huic plagæ, quæ ponitur supra, s. ꝙ prominebant extales eorum, & putrescebant, quia ita etiã hemorroides, quę sunt capita venarum, sed non poterant esse vere hemorroides. *Et ascendebat vlulatus vniuscuiusque ciuitatis in cælum.* Idest quælibet ciuitas videns tanta sibi inesse mala, plangebat, & voces eius pertingebant vsque ad cœlum. Est autem hic hyperbole, vel hyperbaton, & est iste modus figuratus loquendi, quando transcẽdimus veritatem rerum ex modo loquendi, & cũ dicimus voces istius perueniebant vsque ad cęlum, idest erant nimis magnæ, & sic aliquando habetur in scriptura, vt patet Deuterono. cap. 1. Cum dicitur, quòd vrbes terræ Chanaan erant ad cœlum vsque muratę, idest habebant muros excelsos: poetę quoque vtuntur sæpe isto modo loquendi, quia cõuenit valde populari consuetudini. Sic habetur Alexandreidis. lib. 3. cum agitur de captione vrbis Tyri, & fœminarum ibi manentium clamore dicitur

Aurea fœmineus perstringit sydera clamor.

Idest clamor fœminarum percuꝗt astra, & sic de multis alijs.

emorroi es magis ecidunt ĩ udæis, q̃ n cęteris ominibꝰ, z quare.

CAP. VI.

FVIT ergo arca Domini in regione Philisthinorum septem mensibus. Et vocauerunt Philisthijm sa-

A cerdotes, & diuinos, dicentes: Quid faciemus de arca Dei? Indicate nobis quomodo remittamus eam in locum suum. Supra 5.

FVit ergo. Supra est descripta circunductio arcæ per terram alienam, hic consequenter describitur eius reportatio in terram suam: & diuiditur in quatuor partes. Primo enim de modo reducendi consilium quæritur: secundo iuxta formam dati consilij arca reducitur: tertio a Bethsamitis indiscrete suscipitur: quarto propter indiscretã susceptionem populus percutitur. Secunda ibi. *Fecerunt ergo.* Tertia ibi. *Porro Bethsamitæ.* Quarta ibi. *Percussit autem.* B

An quæ sequuntur se habeant consequenter ad præcedentia.

Quæst. I.

CIRCA primum de continuatione huius ad præcedentia, dubitabit aliquis, an habeant se ista in ordine consequenti, quod satis planũ est, nullam, scilicet mutationem ordinis recti hic esse. Nam supra descripta est mansio arcæ in terra Philisthijm, & hic portatio eius in terram Israel, quæ quidem habent se secundum ordinem rectum. de tempore etiam, scilicet, an transierint magna tempora inter ea, quæ dicta sunt præcedenti capitu. & ea
C quæ habentur hic.

Dicendum est, quòd paucum tempus fuit: nam totum tempus, quòd fuit, ex quo arca Dei portata est de terra Israel in terram Philisthijm, & iterum reducta est: fuit septem mensium, vt patet hic, in quibus mensibus septem facta sunt omnia, quæ habẽtur præcedenti capitu. & in fine illorum reducta est: ideo dicendum, quòd inter ea, quæ habentur præcedenti capitu. & ea quæ habentur hic nulla fuit temporis distãtia, cum poneretur supra consilium de reducenda arca, & hic ponatur executio eius.

Fuit ergo Dei arca in regione Philisthinorum. Scilicet nõ fuit in aliquo loco speciali terræ Philisthijm toto isto
D tempore, sed discurrebat per regionem, nam per omnes quinque magnas ciuitates Philisthinorum arca ducta est, vt vult Iosephus, & supra declaratum est. *Septem mensibus.* Istud fuit totum tempus, quo arca Dei absens fuit a terra Israel.

Philisthini libenter detinuissent semper arcam Domini, nisi Deus prouidisset. Et quòd Philisthijm nunquam aperuerunt arcam. *Quæst.* II.

SCIENDVM autem, quòd Philisthini voluissent eam semper apud se detinere, & semper detinuissent, nisi Deus percussisset eos, & quãquam percussit, adhuc detinuissent arcam maiori tempore circunducentes eam per omnia loca
E Philisthinorum ad capiendum experientiam, an aliquis locus esset, in quo Deus Hebræorum non possit percutere, & ad discurrendum omnia loca terræ Philisthijm exigebatur magnum tempus, sed Deus prouidit in hoc, quoniam hoc modo mansissent Israelitæ sine arca Dei magno tempore, ideo cum ipsi trãsduxissent arcam per aliquot de ciuitatibus Philisthinorum Deus misit simul plagam super omnia loca terræ Philisthijm, & sic coacti sunt dimittere arcam, vt supra declaratum est.

Sciendum autem, quòd in toto tempore isto, quo arca Dei fuit in terra Philisthijm, non fecerunt Philisthini circa eam aliquid inhonestum, s. vt caperent ex

ea tabulas aperiētes illam, vel vrnam cum manna, vel virgam Aaron, quæ intus posita erant: non enim aperuerunt arcam toto isto tempore, nec audebāt tangere eam, nisi cum magna reuerentia, & necessitate, scilicet, quando mouenda erat de loco ad locum, eo ꝙ timebāt eam nimis; quia manus illius durissima erat super eos, & Deos ipsorum, vt patet præcedenti cap. ob hoc igitur cum arca reducta est in terram Israel nihil inuenerunt Israelitæ circa eam fuisse immutatum nec quicquam defecisse de his, quę prius in ea fuerāt, nec etiam quisquam Prophetarum meminit aliquid fuisse ablatum, Apostolus quoque noster, qui fuit in fine status Iudaici describit ad Hebręo. cap. 9. omnia, quę erant in arca, s. tabulæ, vrna, manna, virga Aaron, in quo vult, quòd omnia ista manserint in arca, & sic nihil propter statum arcę in terra Philisthinorum circa hęc mutatum est.

Quibus mensibus arca domini fuit in terra Philisthinorum. Quæst. III.

QVAERET aliquis qui fuerunt isti septem menses quibus mansit arca domini in terra Philisthijm. Aliquis respondebit, quòd sciri nequit, quia scriptura de illis nihil exprimit, nec videtur quare magis hoc dicamus de quibusdam mensibus anni quam de alijs, sed respondendum est, quòd isti septem menses fuerunt incipiendo ab Octobri nostro, vel Nouembri vsque ad principium Maij, vel in finem eius. Quod patet quoniam infra dicitur, quòd arca domini venit in campū Bethsames, vbi erat ager Iosue Bethsamitæ, & tunc erant ibi viri metentes triticum, ergo a tempore messionis tritici sumenda est ratio computandi, s. ꝙ accipiantur septem menses immediate pręcedentes ad tempus messis triticeę. Est autem messis triticea in terra Chanaan circa finem Aprilis, & principium Maij: nā principium messis ordeaceę apud Iudæos in terra Chanaan erat post 16. diem mensis Martij, quia ante hoc nemo de Iudęis audebat tollere saltem vnam spicam, vel granum de segete: Leui. c. 23. duraret autem messis ista ordeacea vsque circa finem Aprilis, potissime cum dicatur, ꝙ adhuc spicę ordeaceę erant virentes in 16. die mensis Martij, quando adducebatur manipulus ad offerendum in Sanctuario. esset igitur messis ista triticea circa finem mensis Aprilis, vel per totum Madium. Si autem velimus computare totum Aprilem, s. ꝙ fuisset ista collectio messis triticeę in fine Aprilis, dicetur ꝙ isti 7. menses incęperunt in principio Octobris, s. ꝙ tunc fuit magna facta pugna Israelitarum cū Philisthijm, & capta est arca. Si autem voluerimus, ꝙ ista messis triticea esset per totum mēsem Maium, quia tunc etiam durabat, ita ꝙ fuerit in fine illius, oportebit dicere, ꝙ incipiant octo menses in Nouembri, & vltimus eorum sit Maius, non potest autem dici, ꝙ incipiant in Septembri, vel ante eū, quia tunc necesse esset, ꝙ messis triticea in terra Chanaan esset in principio Aprilis, vel in Martio, ꝙ nunquam est, quia tunc vix incipit messis ordeacea.

Messis triticea q̄n in terra Chanaan.

An liceret sacerdotibus minoribus introire sancta Sanctorum, non existente ibi arca. Quæst. IIII.

QVAERETVR vlterius de statu sancti Sāctorum eo tempore, quo māsit arca apud Philisthijm: dictum enim fuit præced. capi. An manente arca in terra Philisthijm celebratum fuisset festum expiationis, quātum ad omnes cæremonias suas si accidisset, & declaratum est, quòd sic requirebatur autem ad hoc, quòd introiret summus

F sacerdos in sancta Sanctorum ad aspergēdum sanguinem, etiam si non esset ibi arca. Nunc autem stat dubium, an isto tempore liceret sacerdotibus minorib⁹, vel Leuitis ingredi in sancta Sanctorum, cum non esset ibi arca. Respondendum est quantum ad Leuitas, ꝙ siue esset ibi arca, siue non, non licebat eis illuc introire, nam ingressus in sancta Sanctorum erat per primam partem tabernaculi, quæ vocatur sanctum, sed in hanc nunquam poterant introire Leuitę, ergo nec poterant in sancta Sanctorum, quod patet, quia Nu. ca. 4. dicitur, quòd cauerent sacerdotes ne Leuitæ aliquando viderent vasa Sāctuarij discooperta, alioquin morerentur: si tamen introirent in primam partē Sanctuarii, necessario viderent vasa discooperta, ergo nō

G licebat intrare. Patet hoc, quia in prima parte Sanctuarij erat altare thymiamatum, & mensa propositionis, & candelabrum aureum, quorum aliquod, vel omnia oportebat videre ingredientem, & hæc omnia discooperta erant dum manebant in Sanctuario, sed cum mouendum esset, sacerdotes introibant, & velabant illa: Num. ca. 4. nunquam igitur licebat Leuitis introire in sancta Sanctorum, cum nunquam liceret introire in primam partem Sanctuarij. De sacerdotibus aūt magis videtur dubium, nam sacerdotibus minoribus licebat introire in primam partem Sāctuarij, vbi erat candelabrum, mensa, & altare ad complendum quotidie cæremonias requisitas s̄m legem, vt patet ad Hebræ. c. 9. ideo non stat eadem ratio, quæ in Leuitis, &

H cum intra sancta Sanctorum non esset arca, non videt quare non liceret eis intrare illuc, quod apparet, quia prohibebatur summus sacerdos introire omni tp̄e in sancta Sāctorum, quia Deus apparebat in nube super oraculum, idest super propitiatorium: Leuit. ca. 16. & quando introiret debebat secum portare thymiamata exhalantia crassum fumum, vt nihil posset videre summus sacerdos de his, quæ erāt in propitiatorio, vt patet præalleg. cap. sacerdotes autem minores non solum non poterant tunc introire in sancta Sanctorum, sed etiam non poterant esse in prima parte tabernaculi eo tempore, quo summus sacerdos introibat in sancta sanctorum, alioquin morerentur: Leui. cap. 16. sed hæc omnia erant, dum esset arca intra sancta Sanctorum, vt pręal. c. patet. si igitur non esset ibi arca, & con-

I sequenter nec propitiatorium, super quod Deus appareret, videtur ꝙ quandocunque vellet, liceret summo sacerdoti introire etiam in sancta Sanctorum, etiam sacerdotibus minoribus. Respondendum est, ꝙ toto illo tempore, & postea per multos annos, quibus non fuit arca intra Sanctuarium, nunquam licuit sacerdotibus minoribus introire in sancta Sāctorum, & sacerdoti magno nunquam licebat, nisi cum erat dies propitiationis: in quo præsupponendum est, quòd quanquam non esset arca in Sanctuario semper erat facta domus, quæ vocatur sancta Sāctorum, quę distinguebatur velo quodam pendente ante quatuor colūnas, & erat ista domus vndique quadrata, s. habens 10. cubitos in altitudine, & totidem in longitudine, & in la-

K titudine totidē, vt patet Exo. 26. c. & habebat aliquam sanctificationem specialem, quoniam etiam si non esset ibi arca, sacerdos summus ingrediebatur in die, ꝓpitiationis ad aspergendum ibi sanguinem, vt declaratum est præcedenti cap. quęst. 8. & 9. Si tamen non habuisset aliquam sanctitatem specialem, nihil magis fuisset quare ibi aspergeretur sanguis, quam in prima parte tabernaculi, si autem erat aliqua sanctitas maior in loco illo, quam in prima parte tabernaculi, ergo non licebat sacerdotibus minoribus introire in illam partem. Etiam sacerdoti magno nō liceret quotidie introire, quia pro quotidiana ministratione erāt sibi licita illa loca, quæ communia erant.

Item

Item patet hoc magis per Apostolum ad Hebræ. cap.9. vbi volens aliquid differere de ritu veteris testamēti dixit, quòd tabernaculum erat diuisum in duas partes,& in primam earum licebat introire quotidie sacerdotibus, in secūdam autem ingrediebatur solus pontifex semel in anno: & hoc cum sanguine, sed ibi Apostolus tradidit regulam non solum pro aliquo tēpore speciali, sed etiam pro omnibus tēporibus, quibus durauit vetus testamentum, & quia magna pars status illius fuit post captiuitatem Babylonicam vsq; ad captiuitatem per Romanos, in quo tempore fuit Apostolus, constat etiam, quòd de isto tempore locutus fuerit, sed manifestum est, quòd in toto tempore, quod fluxit post captiuitatem Babylonicam vsque ad destructionem per Romanos non fuit arca in Sanctuario, quia ante captiuitatem Babylonicā Ieremias educens eam de templo abscōdit in sepulchro Moysi, ita vt hominibus ibi maneret incognita, vt patet 2. Machabę. capit.2. ergo tempore, quo non erat arca in Sanctuario, obseruabatur hoc, s. quòd solus summus sacerdos ingrederetur in sancta Sāctorum, & hoc semel in anno.

Item manifestum est in toto tempore, quo durauit status Iudæorum post captiuitatem Babylonicam, ꝙ non fuit arca in Sanctuario, vt patet ex dictis, & sciebant Hebræi, quòd nunquam habituri essent iam arcam, fecerunt tamen sancta Sanctorum, ergo videtur quòd præter arcam erat aliqua sanctitas in sancta Sāctorum, & sic non liceret introire illuc sacerdotibus minoribus. Quod autem fuerit sancta Sanctorum in tempore, quod fuit post captiuitatem Babylonicam vsque ad captiuitatem per Romanos, apparet quia in passione Christi dicitur: Velum templi scissum est in duas partes a summo vsque ad deorsum: Matth.27. ca. sed velum templi dicitur, quòd pendebat ante sancta Sanctorum, sicut etiam apparet ex fabricatione tabernaculi Moysi: Exodi cap.26. ergo tunc erat sancta Sanctorum, & consequenter erat vtilis domus illa ad aliquid, hoc autem erat, vt ibi esset quædam specialis sanctificatio, ad quam solus summus sacerdos semel in anno introiret. Nunquam igitur licuit minoribus sacerdotibus introire in sancta Sanctorum, siue esset ibi arca, siue non.

Post hæc vocauerunt Philisthijm sacerdotes, & diuinos.

Scilicet consummatis 7. mensibus, quibus steterat arca in terra Philisthijm vocati fuerūt sacerdotes, & diuini ad iudicandum de arca qualiter remittēda foret in terram suam.

Sciendum autem, quòd non vocauerunt Philisthini sacerdotes, & diuinos ad sciendum, vel deliberandum, an arca mittenda foret in terram suam, sed ad sciendum qualiter esset mittenda: iam enim satrapę Philisthinorum conuenerant in vrbem Acharon, & ibi cernentes tantis se obsessos malis, quæ non dubitabant euenire propter arcam, iudicauerūt arcam esse remittendam, vt patet præced. c. s. dimittite arcam Dei Israel, & reuertatur in locum suum, vt non interficiat nos cū populo nostro, circa modum tñ missionis satrapæ consuluerunt sacerdotes, & diuinos: nam isti peritiores erant circa ceremonias Deorum, sacerdotes quidem, quia sacra tractabant, diuini autem, quia secreta, quę ad Deos pertinent magis intelligūt, & isti censuerunt eam esse mittendam cum muneribus, quæ infra habentur.

Philisthini disputauerunt inter se antequam decernerent arcam esse remittendam. Quæst. V.

SCiendum tamen, quòd antequam hęc fierent satrapæ Philisthinorum inter se disceptabāt, quibusdam dicentibus, quòd arca Dei remittenda esset, quia ipsa inflixerat omne malum istud, alijs autem dicentibus, quòd istæ erant passiones naturales potentes accidere ex causis naturalibus secundum temporum varietatem, quòd arca nihil horum faceret, ideo quòd non esset remittenda, de hoc Iosephus 6. Antiquitatum ait: Et primum quidem placuit, vt arca remitteretur ad suos, cum Deus eam proprius vendicaret, & ob hoc pestes illis inferret, vrbesque vastaret. Erant autem, qui dicerent hoc fieri non debere, nec falli, vt arcæ passionum causas ascriberent, cum ei fortitudo, aut potestas huiusmodi non esset, quoniam si habuisset Deus curam eius, nequaquā tradita fuisset hominibus, sed quiescendum, & causam harum passionum dicebant leuiter tolerandam, quòd vtiq; non deberent, nisi solummodo reputari naturæ, quæ corporibus, & terræ, & arboribus, & omnibus, quæ ex ea consistunt per temporum cursus huiusmodi passiones ingenerat. De sacerdotibus autem, & diuinis dicit Iosephus ibidem, quòd isti erant viri, qui illis temporibus intellectu, & prudentia cęteros superabant: hi autem neutram prædictarum sententiarum tenuerunt non dicentes arcam esse tenendam, nec remittendā: sed dederunt mediā viam, qua sciri posset, an istę passiones venissent propter arcam, vel nō, quòd si venissent permitteretur arca redire ad suos, sin autem etiā durantibus plagis teneretur, cum ipsa causa non existeret.

Quare vocati sunt sacerdotes ad istud consilium potius, quàm alij de populo. Quæst. VI.

VOcati sunt autē hic sacerdotes propter duo. Primo, quia remitti arcam pertinebat per cęremonias Deorum: nā arca illa erat Dei Israel, ideo debebat remitti cum cæremonijs pertinētibus ad Deum. De his autem melius poterāt iudicare sacerdotes, quia ipsi magis quam cęteri excitati erant circa cæremonias Dei.

Secundo sacerdotes assumpti sunt, quia ipsi sapientiores cęteris erant: Antiquitus enim tam apud Gentiles, quam apud Iudæos sacerdotes erant cæteris peritiores, eo quòd ipsi magis vacabant sapientiæ quàm reliqui.

Alij enim agriculturæ, aut negocijs militaribus, aut alteri generi exercitationis, quo victus acqri posset, se tradebat, sacerdotibus autem dabantur expensę a cōmunitatibus, siue quantum ad iura sua, & oblationes, siue quantum ad aliquam pensionem, quæ imponeretur eis de arca publica. Patet hoc apud Aegyptios, nā Gen. c.47. dicitur, ꝙ omnes Aegyptij coacti sunt vendere terras suas pręter terram sacerdotum, quę a rege tradita fuerat eis, quibus statuta cibaria ex horreis publicis prębebantur, idcirco nō sunt compulsi vendere possessiones suas. De sacerdotibus autē apud Iudęos idem apparet, nam Deus statuerat eis, & Leuitis certa iura inter Israelitas, quæ sufficerent eis ad sustentationem, & non cogebātur quicquam proprijs manibus laborare, aut vacare agriculturę, vel alijs laboribus, immo vt ipsi propter cupiditatem forte non laborarent, Deus fecit, vt non daretur eis terra, in qua possent habere agros ad colendum, sed solum loca ad habitandum, vt patet Num. c.35. & Iosue 14. poterāt ergo isti nimis vacare sapientiæ cum nullam aliā occupationē haberent. De Aegyptijs enim sic fuit, nam ibi incęperunt ꝯsiderationes scientiarum, nam q̃q̃ Astrologia, & Arithmetica, & Geometria fm Iosephum 1. Antiquitatum fuerunt prius apud Chaldęos, deinde apud Aegyptios, tñ quod apud Chaldęos fuit de illis parū erat: postea aūt apud Aegyptios nimis claruerunt, & sic

Sacerdotes antiqt⁹ erant cæteris peritiores.

Sacerdotibus antiq. tus dabant expensæ a cōitatibus, tam apud Gentiles, q̃ Iudæos. Et ipsi fuerunt inuentores sciētiarum.

sic omnes, qui de sapientia huius seculi loquuntur originem sciendi Aegyptijs tribuunt, quasi ante eos nemo in aliqua arte clarus fuit. De sapientia autem apud sacerdotes Hebręorum, quòd ipsi vacare deberent illi patet Osee. cap. 4. cum dicitur, quia tu scientiam repulisti repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi, quasi dicat, quòd non est aliquid, ita sacerdoti conueniens sicut esse scientem, hoc idem habetur Malac. c. 2. scilicet. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est, debebat autem ista scientia, potissimum esse circa legem, sic patet Aggæi. capi. 2. scilicet interroga sacerdotes legem, vbi Deus iubet, quòd de omnibus quæstionibus grauibus, & occultis in lege quæreretur a sacerdotibus, apud alias autem gẽtes similiter G sacerdotes sapientiæ vacabãt, ideo apud Philisthinos, tanquam sapiẽtes sacerdotes vocati sunt, & istam causam magis sequitur Iosephus quam primam.

Diuini qui vocati sint. *Quæst. VII.*

De diuinis autem dicendum est, quòd vocauerunt eos Philisthini, quia isti non solum sciunt ea, quæ humanitus sciri possunt, sed etiam quædam quæ pertinent ad modum excellentiorem sciendi: vnde dicuntur diuini a Deo, quasi proprietatem Dei habeant, quia sicut Deus ea, quæ futura sunt, & incognita scit, ita & isti abscondita dicere conantur, & ob hoc vocantur dij. Sic patet Isai. 41. cap. scilicet. Priora, quæ fuerunt nunciate, & H ponemus cor nostrum, & sciemus nouissima eorum, & quæ ventura sunt iudicate, annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia dij estis vos. De his diuinis erant multi inter Philisthinos: sic patet Isa. ca. 2. vbi cum redarguuntur Iudæi de superstitione dicitur augures habuerunt, vt Philisthijm quasi illa gens magis haberet augures, & diuinos quam aliæ gentes: intelliguntur autem omnia genera hominum superstitiosorum, qui conantur dicere res occultas per augures, de quibus erant multi in terra Chanaan. ponũtur autem species aliquæ horum Deuterono. cap. 18. scilicet, non sit in te, qui lustret filium suum, aut filiã ducens per ignem, aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia, aut auguria, nec sit maleficus, nec incan- I tator, nec fictiones consulat, ne diuinos, & quærat a mortuis veritatem. De speciebus autem horum, & an aliquid naturaliter istę artes possint, vel sint pura superstitio declaratum est Leui. cap. 19. *Dicentes quid faciemus de arca Dei.* Non quærebant, an deberent remittere arcam, vel apud se retinere, quia iam diffinierant quinque Satrapę Philisthinorum eam esse mittendam, vt patet præceden. ca. sed quærebant quomodo eam dimitterent, s. si darẽt aliqua munera, vel nõ: vel si irent ipsi cum arca, vel dimitterent eam solam, sicut patet immediatè.

Indicate nobis, quomodo remittamus eam in locum suum. Idest, quæ sunt cæremoniæ quas facere debemus ad K hoc, quòd mittatur arca: dicebant autem hoc, quia timebant, ne mittendo eam prætermitterent aliquam cæremoniam honoris, propter quam offenderetur Deus Hebræorum, & rursus puniret eos: & quia isti erant sapientiores inquisierunt ab eis de modo cæremoniarum.

Qui dixerunt si remittitis arcam Dei Israel. Ex hoc apparet, ꝙ isti diuini & sacerdotes, nondum cognoscebãt manifestè, ꝙ ista calamitas Philisthinorum prouenisset ex actione arcæ, vel ex naturæ mutationibus, ideo neutram partem contradictionis diffinierunt dicẽtes eam retinendam, vel dimittendam, sed locuti sunt cõditionaliter, dicentes: si vultis eam dimittere non di-

F mittatis vacuam, & hoc tenet Iosephus sexto Antiquitatum. Patet autem hoc ex experientia, quam ipsi tradiderunt, vt cognosceretur, an Deus Israel hoc fecisset, vel esset naturę conditio. *Nolite eam dimittere vacuã.* Idest non dimittatis eam sine muneribus. Diceretur enim abire vacua si permitteretur ire, sicut venit nihil reportans. volebãt ergo isti, quòd darentur ei aliqua munera, quibus Deus Israel placaretur, ne vltra percuteret eos. *Sed quòd debetis reddite ei.* Idest date ei munera, quæ iustum est vos dare.

Quid tenebantur Philisthini reddere arcæ pro peccato, & vniuersaliter quæ pœna corresponderet peccato inter Iudæos. Quæst. VIII.

Qvaeret aliquis quid debebant Philisthini arcæ Dei. Respondendum est, quòd hic dicitur, quòd debebãt ei aliquid reddere pro peccato, vt patet in litera, sed tunc stat dubium quid tenebantur Philisthini reddere pro peccato. Dicendum est, quòd quicunque peccat in Deum agit, & tenetur ei ad aliquid, siue ille de Gẽtilibus sit, siue de Hebræis, quia omnium hominum Deus vnus est, quamquam ipsi in diuersas sectas ex errore, & iniquitate diuisi sint: tenetur enim homo ad mortem ęternam Deo pro peccato exigente hoc iustitia illius, & si illius veniam velit, tenetur dolere, quòd peccauerit, & ne rursus ei aliqua infligatur pęna, licet non ęterna, tenetur Deo in aliquo satisfacere, quod partim pertinet ad actiones laboriosas, & satisfactorias, & partim ad cæremonias: sed in alijs differt quantum ad eos, quibus lex posita est, & quantum ad illos, qui nullam præter legem naturæ habent: nam qui legem habent secundum legem satisfacere debẽt, qui vero nullam secundum dictamen conscientiæ agent: Hebræi autem habebant legem, ideo si peccarent satisfactio secundum illam fieri debebat.

Pro quo sciendum, quòd peccatum aut est contra proximum directe, aut contra Deum: si contra proximum, aut est in his, quæ requirunt satisfactionem, vt in furto, rapina, detentione, & lęsione rerum, & iniuria, atque similibus, aut de illis, quæ nullam requirunt restitutionem, sicut in adulterio cum vxore alicuius, vel in concupiscendo res eius, aut vxorẽ & similibus.

Si primo modo, aut ille, qui peccabat condemnabatur iudicialiter, tunc dicendum quòd reddebat id, in quo iudex condemnabat interdum quadruplum, interdum quintuplum, vel duplum secundum leges de furto, quæ habentur Exo. cap. 22. Similiter autem circa alias contentiones contractuum humanorum, in quibus condemnatus aliquid restituere debet de quibus ponuntur leges aliquæ in Exodo, & libro Numerorum, atque Deuteronomij, & in isto casu ille, qui condemnabatur nihil tenebatur Deo reddere secundum legem, s. nullum sacrificium, vel oblationem, aut similia. Si autem qui peccauerat nõ condemnabatur iudicialiter, sed latebat delictum, vt quia aliquis rapuisset bona alicuius, vel intulisset damnum negando depositum, vel aliquid extorquendo, aut calumniam faciendo, vel rem perditam inueniendo, & non reddedo: si postea iste, qui peccauerat conterebatur de peccato volens satisfacere proximo tenebatur reddere ei quantum abstulit, vel damnificauit, & quintam insuper partem: Deo autem tenebatur offerre vnum arietem pro peccato: Leuitici capitu. quinto. Et hoc est si viueret ille, cui damna illata sunt, vel aliquis hæres eius: sin autem dabantur omnia ista Deo, & pertinebant ad partem sacerdotum, vt patet Numeri ca. 5. scilicet. Confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput quintamq; partẽ desuper ei, in quẽ

pecca-

peccauerint:ſinautem non fuerit qui recipiat,dabunt A domino,& erit ſacerdotis.

Si autem eſſent alia peccata cõtra proximum,quæ non requirebãt ſatisfactionem, vt dicere falſum teſtimonium,vel adulterari cum vxore alterius,& ſimilia, aut ſunt talia, quæ in actu exteriori conſiſtunt, vt ea, quæ dicta ſunt,aut in ſola interiori operatione fiunt.

Si primo modo,aut peccatum cõuincebatur in iudicio,aut non:ſi primo modo inferebatur pęna ſtatuta per legem,ſ.pro adulterio mors,vt patet Leui.c.20. & 21.& Deuteronom.22. pro falſa teſtificatione infligebatur pęna talionis,ſ.per contra paſſum.Deuteron. 19.cap.pro occiſione inferebatur mors:Nume.35.ca. pro vulneratione inferebatur vulneratio,ſ.oculum ꝑ oculo,dentem pro dente, percuſſuram pro percuſſura quilibet ſuſtinere cogebatur: Exodi 21. & Leui.ca. 24.& hoc niſi ille,qui ſuſtuliſſet iniuriã, vellet remittere pęnam,ita quòd ſatisfieret ei in pecunia,ſicut declaratum eſt Leui.24.capitu.Et hoc tenet Ioſephus 4. lib. Antiquitatum, dicẽs quòd ſic obſeruabatur apud Iudæos,qui autem ſic iudicialiter condẽnabatur non tenebatur aliquid reddere Deo, ſ.nec oblationẽ, nec ſacrificium:erat enim hoc generale in veteri teſtamẽto,quòd in omni cauſa,quæ ciuiliter ageretur, ſ. iudicialiter,ſiue eſſet pure ciuilis,ſiue pure criminalis,vel mixta non tenebatur condemnatus ad aliquid Deo, vel ſacerdotibus.Quod patet, quia in nulla lege forali iubetur fieri aliquod ſacrificium in toto veteri teſtamento. Cum tamen delicta in contractibus humanis non deducerentur in iudicium, aliquando cum ſatisfactione imponitur ſacrificium,vt patet Leui.capit.5. & Nume.5.Si iſta delicta,ſ. homicidij, adulterij, falſæ teſtificationis,& ſimilia non examinarentur iudicialiter ille,qui peccauerat non tenebatur ad aliquid lęſo, quia non condemnabatur, & rurſus nõ tenebatur ad oblationes aliquas,vel ſacrificia, quia lex nihil tale iubebat.

ap.6.pa- ni poſt edium.

Si autem eſſent peccata, quæ eſſent in ſolo actu interiori,& tamen eſſent contra proximum, vt concupiſcere res eius,vel vxorem illius, non poterãt iſta deduci in iudicium,quia dato quòd confiteretur aliquis de ſe iſta,nulla lex foralis eum puniret,ideo nõ imponebatur pœna a iudice, nec etiam Deus iubebat ſibi fieri aliquam oblationem,vel ſacrificium pro his, ſed tam in iſtis quàm in præcedentibus, in quibus lex nõ imponebat aliquid Deo reddendum, ſatisfactio fieri deberet in ſola operatione noſtra,quia actus noſtri laborioſi facti propter Deũ ſunt ſatisfactorij, vel ſi hic non ſatisfiat, manebit ignis purgatorius.

ulla lex nit pro lo actu teriori.

Si autem eſſent delicta cõtra Deum, aut iſta eſſent circa cęremonialia:ſi ſecundo modo, ſicut eſt colere Deos alienos,vel non obſeruare diem ſabbathi,vel aſſumere nomen domini in vanum,quæ ſunt in prima tabula:ſiquis ĩ his delinqueret, aut erat delictum eius notorium,vel ſaltem quomodocunque conuinci poterat per teſtes,aut erat occultũ. Si primo modo peccans occidebatur: de colẽte Deos alienos patet Exo. 22.cap.& Deuteron.17. lapidabatur enim ſi eſſet vna perſona priuata,vel paucę, ſi autem eſſet vna ciuitas, vel populus infligebatur pœna durior:de qua Deute. cap.13.De non obſeruante ſabbathum dicendum, ꝙ lapidabatur: Numeri 15.& Exodi 35. Aſſumens autẽ nomen domini in vanum,vt fruſtra iurans, vel qualitercunque proferens inutiliter non habebat pœnam a lege determinatam,quamquam dicitur, quòd Deꝰ non habebit inſontem eũ, qui ſumpſerit nomen eius fruſtra,ideſt puniet eum tanquam delinquentẽ: Exo. ca.20.Hoc autem verum eſt,dum aliquis ex leuitate, vel mala conſuetudine, vel alias, dum tamen non ex contemptu hoc ageret.

Si autem ageret per contemptum quaſi negligens legem Dei,occidendus erat, quia iſtud erat generale, quòd quicunque ageret contra aliquod prçceptum legis,etiam ſi minimum, ex contemptu occideretur: Numeri 15.c.ſcilicet anima vero,quæ per ſuperbiam aliquid commiſerit, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus quoniam aduerſus dominum rebellis fuit, peribit de populo ſuo.in his autem, quia peccanti infligebatur pœna iudicialiter non exigebatur aliqua oblatio, vel ſacrificium, vt ſupra dictum eſt, ſi autem peccata iſta eſſent occulta,non infligebatur iudicialiter aliqua pęna,quia lex foralis non condemnat quem,niſi conuictum,vel ſponte confeſſum. Deo etiam non erat huiuſmodi peccans obligatus aliquid reddere, quia nihil lege cauebatur,ſed ſolum debebat dolere, quia peccauiſſet,& ſatisfacere in aliquibus operibus laborioſis.

Si autem eſſet peccatum circa cæremonialia, quæ multa erant in veteri teſtamento, ſiue hoc eſſet in omittendo,quod agendum erat, ſiue aliter agẽdo quã agendum foret, aut erat iſtud peccatum per ignorantiam,vel per contemptum,ſi per ignorãtiam, aut peccabat populus totus, aut ſacerdos magnus, aut princeps terræ,aut aliqua perſona priuata, ſi populus offerebat vitulum pro peccato iuxta legem,quæ habetur Leuitici cap.4.Si ſacerdos magnus offerebat vitulum ſicut populus eodem cap. Si princeps offerebat hircũ ſi perſona priuata offerebat capram, de his præallega. capit. hoc autem verum eſt cum peccans poterat iſta offerre.Nam ſi non poſſet, offerebat turtures, vel ſimilam,vt patet Leuitic.cap.5.Hoc autem verum eſt, quando in peccato contra cęremonialia pręcepta nõ fiebat iniuria alicui,ſed ſolum Deus offendebatur.

Si vero quis alius damnum acciperet, ſecus fiebat, vt patet, cum quis non pertinens ad familiam ſacerdotum comedebat de ſanctificatis, nã iſte peccabat: Leuitici cap.22.& ibi fiebat Deo offenſa,& ſacerdoti, ad quem pertinebant iſta ſanctificata, ideo peccãs debebat tunc reſtituere illi ſacerdoti tantum quantum comederet, vel vſurparet de ſanctificatis, & inſuper quintam partem. Deo autem offerebat pro peccato ſuo arietem:Leuit.cap.5.

Si vero quis peccaſſet in cæremonialibus per contemptum negligens legem,tanquam nõ bonam, vel non obligantem,aut erat manifeſtus iſte contemptus per rei euidentiam, vel aliàs,aut erat occultus. Si primo modo debebat occidi quicunque deliquerit Numeri 15.capit.ſcilicet anima quæ per ſuperbiam quidquam egerit &c.

Si ſecundo modo non debebat imponi pęna a iudicibus,quia non conſtabat delictum, nec rurſus debebat iſte offerre aliquid,vel facere ſacrificia, quia lex ſolum dicit de illis,qui per ignorantiam egerũt. alia autem particularius circa peccata, & ſatisfactionem ſecundum Hebræos declarata ſunt: Leuitici capitulo quinto, & Numeri capitulo quinto, & decimoquinto.

Secundum quam legem Gentiles tenerentur ſatisfacere pro peccato. Quæſt. IX.

SI autem qui peccabat erat Gentilis, ſicut Philiſthini non habebat aliquam legẽ datam a Deo, ſecundum quam deberet pro quolibet peccato ſatisfacere, quia ſolum dedit Deus legem Iudęis. Pſalmus 148.ſcilicet. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Recurrendum erat ergo ad legem naturæ ſecundum quam facimus ea,quæ deſunt legi ſcriptæ, vt patet ad Rom. c.2.ſcilicet.Gẽtes, quæ legem non habent naturaliter ea,quæ ſunt legis, faciunt: iſta autem lex eſt multum vni-

vniuersalis, & non applicatur sic ad agibilia, sicut lex positiua, eo quòd positiua in plurimis depēdet ex volūtate, naturalis autem lex ex principijs rationis, & sic Philisthini non habebāt distinctionem satisfactionis pro peccatis respectu Dei Hebræorum ex aliqua lege: requirebatur igitur primo, quòd dolerent ad hoc, quòd remitteretur in eis peccatum. Secundo, quòd ipsi facerent aliquid aliud tanquam satisfactorium, siue esset ieiunium, siue eleemosyna, vel laus diuina, aut quodcunque aliud, & potissimè ista duo, s. ieiuniū & eleemosyna: sic enim Daniel dixit regi Nabuchodonosor peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscet Deus delictis tuis: Daniel. cap. 4. Quodcunque autem facerent horum gentes ad honorem Dei, vel alia opera laboriosa satisfaciebant pro peccatis suis, si tot opera facerent, vt commensurarentur pœnæ, quæ tolerāda erat in purgatorio igne: alioquin quod residuum foret prædicto igne post mortem comburebatur: nō igitur erant obligati Philisthijm ad offerendum Deo aliquas victimas in terra sua, vel ad mittēdum eas, aut pecunias pro illis in terram Israel, vt offerretur pro eis nec etiam ad dandum aliqua munera arcę, sicut nunc dederunt quinque mures aureos, & quinque anos.

An Philisthini potuissent offerre aliud, quam quinque mures aureos, & quinque anos aureos. *Quæst.* X.

SED dicet aliquis videtur, quòd Philisthijm nō erant indeterminati ad offerendum quodcunque voluissent, sed erant obligati ad reddendū ista, quæ dederunt, quod patet, quia dicitur hic nolite dimittere arcam vacuā, sed quod debetis reddite ei pro peccato: responderunt Philisthei, quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Dixerunt autem sapientes iuxta numerum quinque prouinciarū Philisthijm quinque aureos anos facietis, & quinque mures aureos: ergo videtur, quòd diuini, & sacerdotes intelligebant Philisthinos obligatos esse ad reddēdum ista, & sic erat determinata obligatio.

Respondendum est, quòd esse aliquid debitum dupliciter accipitur. Vno modo pro esse necessarium. Alio modo pro esse iustum, vel rationabile. Cum autem dixerunt hic sapientes, quod debetis reddite ei: non intelligitur pro eo, quòd necessarium est vos reddere, vel obligamini, sed pro eo quod iustum est, & rationabile quod reddatis, erat autem rationabile, quòd Philisthini darent Deo quinque anos aureos, & quinque mures pro peccato: volebant enim Philisthini dare Deo Israel laudem, & gloriam, vt sic placatus alleuiaret ab eis manum suam, & ad hoc fecerunt quinq; anos aureos, & quinque mures mittentes illos cum arca, vt per hoc significarent se confiteri, quòd Deus Israel miserat mures in quinque prouincias Philisthinorum demoliētes illas: & miserat plagas in anis omnium Philisthinorum habitantium in quinque prouincijs, & quia nihil erat, ꝙ magis conueniret huic plagę inflictæ, fecerunt ista, ꝙ autem esset ista intētio Philisthinorum apparet ĩ. cum dicitur, facietisq; similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium, qui demoliti sunt terram, & dabitis Deo Israel gloriā: si forte releuet manum suam a vobis, & a dijs vestris, & terra vestra.

Reddite ei pro peccato. Idest peccauistis in Deū Israel: ideo reddite aliquid ei, tanquam in emendationem offensę. *Et tunc curabimini.* Scilicet, quando remiseritis arcam cum donis istis: ista erat curatio a plagis, quas Deus īferebat Philisthinis, & fieri debebat dupliciter. Primo cessando ab inflictione plagarum, s. ꝙ Deus vlterius non infligeret plagas illis, sicut semper infligebat, F dum maneret arca in terra ipsorum. Secūdo modo curabat si sanaret a plagis eos, qui iā vulnerati fuerant, & vtrunque eorum factum est post recessum arcæ de terra Philisthijm, quamquam non exprimatur hic: alioquin putarent Philisthini, quòd illę plagę accidebant naturaliter.

Sciendum autem, ꝙ cum dixerunt hic sapientes, ꝙ remissa arca curarentur non intelligebant indistinctè, sed cum conditione, s. si arca Dei fuisset causa horum malorum, & reuerteretur in terram suam, alioquin nihil sequeretur, ipsi autem dubitabant de vtroque eorum, vt patet ex verbis suis. ĩ. & ex experimento, quod dederunt ad cognoscendam veritatem, si autem certissime credidissent, ꝙ arca illa mala egisset, G nō posuissent illud experimētum, sed misissent eam in terram suam.

Et scietis quare non recedat manus eius a vobis. Idest, & scietis tunc, s. postquam remiseritis arcam, quare nūc non recedit manus Dei a vobis, quasi dicat, dum erat arca in terra Philisthinorum, semper premebātur plaga magna, & nesciebant, an hoc eueniret propter arcam, vel naturaliter: & dicitur, quòd postquam mitterent arcam cessaret plaga, & tunc cognoscerent manifeste, quare nunc, s. quando arca erat in terra Philisthinorum non recederet plaga, quia sic manifestum esset, quòd fieret propter arcam cum eius absentia esset causa sanitatis. Nam cuius pręsentia est causa ęgritudinis, eius absentia est causa sanitatis, & è cōtrario, iuxta Aristot. 2. Phys. *Qui dixerunt.* Scilicet Satrapę Philisthinorum. H *Quid est quod pro delicto reddere debeamus.* Idest quid est rationabile, quod demus arcę Dei pro delicto, quod in eam egimus: hoc enim magis scire poterant sapientes, scilicet sacerdotes, & diuini, ideo consuluerunt eos.

Quod est peccatum Philisthinorum pro quo volebant reddere aliquid arcæ. Et quòd Gentiles quamuis non obligarentur colere omnes Deos, sed solos Deos gentis suæ, tamen obligabantur Deorum nemini inferre iniuriam. *Quæst.* XI.

QVAERET aliquis, quod esset peccatum, pro quo Philisthini volebant reddere aliquid arcę Dei, I respondendum est, quòd istud potest considerari dupliciter, s. aut secundum intētionem Philisthinorum idest in quo putabant ipsi se peccasse, aut secūdum veritatem. Primo modo dicendum, quòd Philisthini existimabant Deum Israel esse sicut vnum de dijs gētium, in hoc tamen differre, quia ipse erat potētior alijs omnibus, vel saltem aliquibus eorum, nec existimabant Deum Israel esse Deum verū, s. quòd ipse solus esset Deus, & dij gentium essent figmēta. Nam quamquā scirent ipsum fecisse aliqua magnalia, tamen non ex hoc videbatur eis sufficienter esse inductum, ꝙ ipse solus esset Deus, nam sic ipsi arbitrabantur, ꝙ aliqui inter Deos gentium erant potentissimi, & alij minus potentes, & quòd inter eos erant pugnæ, & victoriæ, K ideo Philisthini quamquam tenerentur Deum verū colere relictis simulachris, tamen nō tenebantur specialiter colere Deum Hebræorum, quia ipsi non videbant satis manifeste, quomodo ille solus esset verus Deus, quamquam si diligenter attendissent hoc satis constaret: intelligebāt igitur Philisthini, quòd ipsi poterant offendere Deum Israel, quia ista erat opinio inter Gētiles, s. quòd nemo dehonorare deberet aliquē Deum dehonestando cęremonias illius, vel auferēdo aliquid pertinens ad ornatum eius, & templi sui, & quamquam nullus de Gentilibus secundum eos obligaretur colere omnes Deos, sed solum Deos gentis suæ, vel eos, quos vellet, tamen obligabatur Deorum nemini

nemini inferre offensam: sic.n. oẽs historici Gentiliũ, A
& conscriptores rerum antiquarum dicunt: sic enim
patet in historia Polibij Megapolitę, qui dixit, ꝙ An-
tiochus Epiphanes crudeli exitu vitam clausit, quia
templum Dianæ in Perside spoliare voluit. De isto tñ
dicitur 2. Machab. c. 9. quòd mortuus est sęuo dolore
propter mala, quæ intulerat Iudæis Ierosolymis, quã-
quam Iosephus 12. Antiquitatum improbat Polibiũ
dicens, quòd nihil peccauit Antiochus circa templũ
Dianæ, quia non spoliauit, cum non potuisset, sed so-
lum voluit spoliare, ista tamẽ increpatio multum in-
sipiens est, quia bonitas, vel malitia operationis huma
næ magis consistit in actu interiori, quam exteriori,
vt patet ex doctrina Christi: Matth. cap. 5. s. Qui vide-
rit mulierem ad concupiscendum eam iam męcha- B
tus est in corde suo. Item patet ex doctrina Arist. &
omnium Philosophorum, sic igitur Philisthini quã-
quam putarent se non obligatos esse ad colendum
Deum Hebręorũ, putabant tamen se obligari ad non
contẽnendum cęremonias eius, & non inferendum
aliquam contumeliam rebus illius, ideo quamquam
pugnarent contra Hebræos tanquã contra hostes cre
debant non licere sibi inferre aliquam violentiam tẽ-
plo Dei Hebręorũ demoliendo illud, vel aliquid eius
auferendo: sic enim & inter gẽtiles illi reges, vel prin-
cipes, qui aliqualiter religiosi esse videbantur, quam-
quam terram hostilem demolirentur, Deorum tem-
pla minime contingebant: Philisthini autem abstule-
rant arcam Dei, quæ erat potissimum sacrum Dei He
bræorum, & detinebant eam in terra sua, ideo crede- C
bant se peccasse, & pro hoc dabant munera.

Si autem secundum veritatem inquiramus de pec
cato Philisthinorum, dicendum quòd aut ipsi puta-
bant Deum Hebræorum esse verum Deum, aut non,
si putabant primum peccatum eorum, & maximum
erat, quòd non conuertebantur ad ritum eius, sed ma
gis aduersabantur cultoribus illius. Si autem non cre-
derẽt eum esse verum Deum, sed sicut vnum de dijs
Gentium, aut putabant se gerere iustum bellum con-
tra Hebræos, aut nequaquam. Si primo modo non
peccabant occidendo Hebræos, & spoliando eos etiã
capiendo arcam, nisi inquantum agebant contra con
scientiam, quia putabant esse inhonestum infringere
sacra alicuius Dei. Alioquin si Deus Hebræorum nõ D
esset verus Deus, nullum honorem mereretur ipse,
nec sacra illius, vnde contumeliam inferentes rebus
eius non peccarent, sicut nos nequaquam delinqui-
mus cum contemnimus ea quę ad idola pertinent,
quia illa non sunt dij.

Si autem gererent Philisthini contra Iudæos iniu-
stum bellum, non solum peccabant auferendo, & de-
tinendo arcam Dei, sed magis spoliando omnes He-
bræos, & demoliendo terram eorum, maxime autẽ
in occidendo eos. Nunc autẽ, cum dicitur, quòd Phi-
listhini dederũt Deo Israel munera pro peccato suo,
non est intelligendum pro eo, quod erat vere pecca-
tum, sed pro eo, quòd ipsi opinabantur.

Responderuntque illi. Idest diuini, & sacerdotes. *Iuxta
numerum prouinciarum Philisthijm*. Volunt dare conue- E
nientem satisfactionem, & dicunt, quòd sicut erant
quinque prouincię Philisthinorum, in quibus plaga
fuit vniuersalis, ita debuerunt esse quinque mures au
rei, & quinque ani aurei, mures quidem ad signandũ,
quòd quinque prouinciæ Philisthinorum per mures
a Deo missos disperditæ sunt, quinque autem anos,
vt signetur, ꝙ in omnibus quinque prouincijs erant
Philisthini percussi in posterioribus, quoniam intesti-
na eorum prominebant, & putrescebant. Dicitur au-
tem de quinque prouincijs Philisthinorum, quia to-
ta terra ipsorum diuidebatur in quinque regulos de-
nominatos a quinque ciuitatibus principalibus Iosue
ca. 13. & istę vocantur hic prouincię, nomina autem
earũ hñr ĩ. in litera. *Quinque anos aureos facietis, & quin-
que mures aureos.* Causa autem horum supra dicta est, &
ipsi sapientes eam immediate in litera expresserunt.
Quia plaga vna fuit omnibus vobis, & Satrapis vestris. Hic
ponitur causa horum munerum quantum ad figurã,
& numerum, s. quòd pro omnibus quinque ciuitati-
bus dati sunt singuli mures aurei, & singuli ani, nec
fuit aliqua diuersitas in plaga, ideo pro omnibus ea-
dem fuerunt munera.

Ex hoc autem apparet, quod supra dicebamus, s. ꝙ In c. 5. qõ. 18. & 19.
non solum fuerunt percussa illa loca, per quæ porta-
batur arca, sed etiam omnia loca terrę Philisthijm: nã
hic offerunt munera pro quinque prouincijs, & istę
erant solum in terra Philisthijm. Item dicitur hic, ꝙ
eadem plaga fuit omnibus vobis, & satrapis vestris,
idest, quòd omnes, scilicet tam Philisthijm quam sa-
trapę eorum, idest principes pertulerunt hanc plagã,
ita quòd nullus esset in terra eorum, qui hanc nõ fer-
ret. *Facietisque similitudines anorum vestrorum, & simili-
tudines murium*. Replicatio est eiusdem sententiæ, di-
citur autem de similitudinibus anorum, quia nõ pos-
sunt proprie figurari, sed loco istorum faciebant qui-
dam circuli aurei, quia in hoc confirmabantur in fi-
gura cum anis, erant autem omnia ista de auro, quod
non fiebat propter aliquam significationem, sed so-
lum propter valorem: volebant enim Philisthini ho-
norare Deũ Israel dando ei munera, & quia illa erant
paruæ quantitatis, si de alio metallo fuissent, parui ẽt
fuissent valoris, fecerũt illa de auro, quod est precio-
sissimum.

*An ista munera Philisthinorum satisfacerent pro peccato.
Quæst. XII.*

QVAERETVR nunc cum Philisthini obtu-
lerunt istos anos aureos, & mures pro de-
licto suo, an satisfacerent per hoc. Respõ-
dendum est, quòd cum nos quęrimus de
totali satisfactione pro aliquo peccato, oportet quęre
re de ipso peccato quantum, vel quale sit, vt secundũ
hoc possit fieri commensuratio: de peccato autẽ Phi
listhinorum diximus supra, quòd poterat dupliciter qõ. pced.
considerari, s. aut secundum veritatem, aut secũdum
intentionem eorum: si autem accipiatur secundum
intentionem Philisthinorum. Dicendum, quòd ipsi
satisfaciebant, existimabant enim quòd Deus Israel
non esset Deus verus, ita quòd ipse solus esset Deus,
sed quòd esset sicut vnus de dijs gẽtium, existimabãt
autem, quòd peccauissent faciendo ei quandam of-
fensam, s. quia acceperant arcam, quæ ad illum perti-
nebat, & quia ipsi existimabant Deum Israel nõ esse
iudicẽ vniuersalem delictorum, qui pro singulis deli-
ctis debeat infligere punitionem, de iniuria illius iudi
cabant, sicut de iniuria hominis priuati: fuerat enim
Deus aliqualiter dehonoratus in hoc, quòd arcam e-
ius Philisthini abstulerũt, ideo nunc dabant ei hono-
rem scilicet propter reuerentiam eius reducendo il-
lam in terram suam, & pręter hoc confitebãtur se ab
eo fuisse vulneratos, & offerebant ei anos aureos, &
mures aureos tã pro confessione plagę in quo Deus
nimis laudabatur quam pro lenimento Dei, s. vt cum
Deus videret sibi offerri munera, alleuiaret manum
suam ab illis: satisfaciebãt enim Philisthini Deo pro
offensa inflicta, sicut satisfit magnis viris pro iniurijs ir
rogatis: non enim exigit vir magnus pecunias mul-
tas pro satisfactione iniurię, sed satisfactio sua est, vt
peccantes humiliter veniam petant, & confiteantur
se deliquisse, quorum vtrunque faciebãt Philisthini:
nam

nam ipsi confitebãtur se a Deo vulneratos, & ob hoc faciebant ei anos aureos, & mures in signum, quòd ab eo susceperant plagas has, etiam supplicabant pro remissione offensę inquantum dicitur, quòd fecerũt ista ad gloriam Dei Israel, vt releuaret ab eis manum suam, & a dijs suis. Si autem accipiatur peccatum Philisthinorum secundum veritatem, dicendum est, si-
qõ.pced. cut supra dicebatur, quòd aut ipsi cognoscebãt Deũ Israel esse Deum verum, aut non, si primo modo nõ satisfaciebant in hoc, quia requirebatur, quòd ipsi relictis idolis conuerterentur ad cultũ vnius solius Dei, quamquam non obligarentur colere eum in ritu Iudaico, quia maius peccatum erat in Philisthinis viuere in idolatria quam rapuisse, & detinuisse arcam, & per hoc nihil satisfaciebant, quia solum erat conueniens satisfactio sibi redire ad cultum Dei. Dicẽdum, quòd secundum veritatem non satisfaciebant, si autẽ Philisthini non extimarent Deum Israel esse Deum verum, sed sicut vnum ex dijs gentium, aut gerebant bellum iustum contra Iudæos, aut non. Si primo modo, nequaquam peccauerunt faciendo hęc, ideo non requirebãt aliqua satisfactio, & si forte dicamus eos peccasse, quia agebant contra conscientiam, s. existimantes, ꝙ peccassent sufficiebat pro peccato extimato satisfactio quam ipsi impendebant.

Si autem Philisthini non gererent bellum iustum contra Iudæos, peccatum non solum fuit in rapiẽdo arcam, & detinendo eam, sed magis in spoliando terram Hebręorum, & maxime in occidendo ipsos, & tunc satisfactio ista nulla erat, quia debuissent rependere omnia damna, & siquid Iudæi petiuissent pro occisis in bello, sed nihil horũ fecerunt Philisthini, ideo secundum veritatem non fuit satisfactio.

Quid factum est ab Hebræis de anis, & muribus aureis Philisthinorum. Quæst. XIII.

QVAERETVR vlterius cum isti ani aurei, & mures venissent cum arca in terram Israel, quid factum est postea de eis. Respondendũ est, quòd dupliciter in hoc dici potest. Vno modo, quòd ista relicta sunt in Sanctuario domini, & posita sunt in aliquo loco, in quo ab omnibus viderentur ad laudem Dei, s. quòd per hoc significaretur miraculum de reductione arcę de terra Philisthijm, etiam significaretur potestas magna Dei percutiendo Philisthinos, & quia ista ad laudem magnã Dei pertinebant, debuit relinqui aliquod in signum, per quod ista semper cognoscerentur, & sic nihil fieret de istis muribus aureis, & anis, sed manerent ad perpetuam representationem in oculis posterorum.

Alio modo dici potest, quòd cum istud esset aurũ mundum, & non impensum in aliquos turpes vsus facerent inde Iudæi aliqua vasa pro Sanctuario domini. Sed primum istorum verisimilius est, s. quod non deberentur ista simulachra anorum, & murium aureorum distrahi, sed manerent pendentia in aliquo loco intra Sanctuarium, vt omnes videntes laudarent
K Dei magnum beneficium in reducendo arcã, & magnam eius potestatem in percutiendo hostes, & istud erat magnum inductiuum ad cultum Dei, ideo talia non delerentur, alia namque similia demonstratiua iustitiæ Dei, vel potestatis eius iubebat ipse reseruari ad memoriam posterorum. Sic patet de 250. viris, qui obtulerunt thymiama in seditione Core cõtra Moysen, & Aarõ, & ante completum ministerium suum combusti sunt a Deo, egresso igne de altari, & manentibus thuribulis in pauimento, de quibus iussit Deus Eleazaro sacerdoti, quòd produceret illa in laminas, & affigeret in altari holocaustorum ad ęternam me-

F moriam, vt omnes Israelitæ videntes hęc timerẽt accedere ad ministrandum in altari, si non essent de genere Aaron, de hoc Numer. ca. 16. simile quoque fuit de serpente ęneo, quem fabricauit Moyses in deserto, vt percussi a serpentibus respicientes illum sanarentur, quod sic factum est: Numer. 21. Ad memoriã autem huius beneficij Moyses conseruauit serpentẽ istum in toto deserto, & deinde reliqua posteritas Hebræorum, mansitque in templo Salomonis, vt per illum mouerentur Israelitæ ad magis colendum Deũ referendo gratias pro susceptis. sed quia postea incępit esse notius, cum multi de Israelitis illum colerẽt, Ezechias rex, qui nimis religiosus erat confregit illũ in partes minutissimas, vt patet infra 4. lib. cap. 18. mu-
G res autem isti aurei, & ani non poterant esse, ita nociui, s. vt Israelitæ colerent eos, quia non habebant aliquem colorem ad colendum eos, sicut erat de serpẽte ęneo. Nam serpens fuit ad sanitatem omniũ percussorum cum mox, vt viderent illum sanarentur, & quamquam serpens nullatenus conferret istam sanitatem, sed Deus, illi tamen qui rudes erant existimabant hanc sanitatem fuisse collatam a serpente, ideo impendebant ei cultum diuinum, muribus autem, & anis aureis nihil tale erat, quia sciebant Israelitę, ꝙ nõ fuerat factum per eos aliquod miraculum, sed solum fuerunt dati a Philisthijm Deo in munera, vt alleuiaret ab eis manum suam, poterant igitur manere semper isti mures, & ani sine offendiculo in Sanctuario ad memoriã gestarum rerum, quamquam si vo-
H luerimus dicere, ꝙ ex his facta sunt aliqua vasa pro Sãctuario Domini non erit inconueniens.

An fuisset licitum Iudæis facere vasa aliqua ex anis, & muribus aureis. Quæst. XIIII.

QVAERETVR vlterius, an de istis muribus & anis aureis licuisset Iudæis facere aliqua vasa pro ministerio domini. Respondetur quòd sic, quia istud erat aurum mundum non applicatum alicui turpitudini, ideo nihil impediebat quin ex eis fierent vasa sacra.

Sed dicetur, quòd non stat, quia istud aurum pertinebat ad idolatras, sed de idolatria nihil sumendum
I erat pro ministerio domini, & non solum pro ministerio, sed etiam ad vsus priuatarum personarum nõ licebat quicquam sumi, vt patet Deuterono. cap. 7. s. Sculptilia eorum igne combures, & non cõcupisces aurum, & argentum de quibus facta sunt, nec assumes tibi ex eis quicquã, ne offendas propter ea, quia abominatio est domini Dei tui. Nec inferes quippiã ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est, quasi spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentum ac sordes.

Simile patet ex eo, quod fecit Iacob: Gene. cap. 35. nam ipse cum cognouisset in familia sua esse aliqua idola, & ornamenta ipsorum accipiens liquefecit illa, & abscondit in terra cum dicitur, dederunt ergo ei omnes Deos alienos, quos habebant, & inaures, quæ erãt in auribus eorum, at ille fodit eas subter terebinthum, quę est post vrbem Sichen.

Item non solum non licebat accipere quicquam de idolo ad ministerium Dei, vel vsum priuatarum personarum, sed etiam de rebus idolatrarum nihil decebat sumi, sed quòd omnia perirent, vt patet Deutero. cap. 13. vbi iubetur, quòd occiderentur omnes idolatrę, & quicquid viuens erat in vrbe atque cremarentur omnia simul, & subditur, & non adhęrebit de illo anathemate quicquam in manu tua, vt auertatur dominus ab ira furoris sui.

Item si idolatrę, vel alienigenæ quicunque vellent dare

dare aliqua munera Deo gratis, non reciperentur, & A si illi venirent ad locum Sanctuarij, & peterent illa offerri, quia Deus vetuerat, sic patet Leuitici cap. 22. s. De manu alienigenę non offeretis panes Deo vestro, & quicquid aliud dare voluerit, quia corrupta, & maculata sunt omnia, non suscipietis ea. sed Philisthini erant alienigenæ, ergo non poterant recipere ista munera eorum ad faciendum inde aliqua vasa domino.

Respondendum est, quòd poterant licite inde fieri vasa, quia siue acciperent Iudęi aurum a gentilibus, siue ipsi gentiles tribuerent iam vasa facta poterant illa accipi ad diuinum ministerium. Quod autem de auro Gentilium idolatrarum possent fieri vasa domini, & illa essent sibi grata apparet Numer. c. 31. vbi cum Israelitæ pugnauissent contra Madianitas omne aurum, quod in præda captū est oblatum fuit domino, B & repositum in thesauris illius, simile patet Iosue ca. 6. vbi Iosue præcepit omnia, quæ erant in vrbe Iericho destrui, & comburi, præter aurum, & argentum vasa ęnea, & ferrum, quę consecrarētur, & reponerētur in thesauris domini, ex eo autem, quòd Deo consecratum erat, & repositum in thesauris illius nullus dubitat licere fieri vasa, ergo de auro, & argēto, quòd possederunt idolatrę poterant fieri vasa domini, nec solum hoc, sed etiam si Gentiles mitterent Deo in munus aliqua vasa aurea, vel argentea talia qualia assumebantur in ministerio eius sumerentur, & licitum erat ministrari in illis, sic patet in 12. lib. Antiquitatū Iosephi: de Ptolomęo rege Aegypti, qui fecit per 70. interpretes transferri Bibliam de Hebræo in Gręcū: C iste enim dedit mēsam auream mirę pulchritudinis, vt esset mensa propositionis, & quędam alia vasa, quę suscepit Eleazarus summus sacerdos, & posuit in ministerio domini, vt patet ibidem. Ad rationes in contrarium respondendum. Ad primam cum dicitur Deuterono. cap. 7. non esse quicquam accipiendum ex idolo. Dicendum est esse verum, quia siue esset aurum, vel argētum pro personis priuatis, siue esset pro Dei ministerio nō licebat sumi, & hoc faciebat Deus in quandam detestationem idolorum, s. quòd nō manerēt super terram in se, nec in aliquo materiali suo, maxime, quia Deus volebat strictissime vitare idolatriam, & quia si permitteretur Iudæis concupiscere aurum, & argentum idolorum ad faciēdum inde aliqua vasa etiam inducerentur ad colendum idola, cū D aliquis raperet idolum ad tollendum aurum, & argētum illius, & postea contingeret, ꝙ delectatus in pulchritudine eius coleret illud. Voluit igitur, quòd nullo modo idola pertinerent ad Israelitas, sed frangerētur, & cremarentur.

Ad secūdam cum dicebatur, quòd Iacob fodit sub terra Deos aureos, & inaures eorum. Dicendum, ꝙ hoc fecit ex præalleg. causa, s. ad magnam detestationem idolatriæ, vnde non voluit conflare Deos illos in massam, & inde fabricare alia vasa, vt signaret idolatriam quantum ad omnia esse exterminanda. Nunc autem non est simile de muribus, & anis aureis, quia non erat istud aurum de aliquo idolo: non enim confringerent Philisthini Deos suos, quos colebant, vt facerent hęc, ideo licebat accipere, si tamen cognouissent Iudæi, quòd illud aurum erat pars alicuius idoli, E quod conflatum fuerat, nequaquam recepissent, nec poterant inde vasa fieri domino.

Ad tertiam rationem, cum dicebatur, quòd nō solum de auro, & argento idolatrarum. Respondendum est, quòd illud non est vniuersale: nam de auro Madianitarum positū fuit in thesauris domini, s. quidquid de præda haberi potuit: Numeri ca. 21. & totum aurum Ierichontinorum in thesauris domini conseruatum est Iosue cap. 6.

Sed isti erant magni idolatrę, & Deus iubebat illos occidi, quòd autem dicitur Deut. 13. c. solum intelligitur de idolatris, qui erant Iudæi: nam in illis erat detestabilior idolatria, quam in gentilibus, ad cuius abominationem iussit Deus omnes huiusmodi occidi, & omnia, quæ ad eos pertinebant comburi, ne quicquā de illis maneret in orbe: ab idolatris tamen, qui erant gentiles, non erat illicitum accipi aliqua munera auri, & argenti, siue pro priuatis personis, siue pro vasis Dei, vt patet ex supradictis.

Ad quartam rationem, cum dicebatur Leuitici ca. 22. quòd nihil erat accipiēdum de manu alienigenę, dicendum est, quòd hoc intelligitur de illis, quæ pertinebant ad oblationem, s. quòd non acciperetur aliquod animal de manu ipsorum ad offerendum, nec panes, & aliqua alia, quæ deberent cremari super altaria, & de hoc intelligitur illa litera, s. de manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, si tamen vellent gentiles offerre pecuniam, de qua emerentur sacrificia suscipiebant illam Iudæi gratis, vt patet de Seleuco rege Asię, qui de redditibus suis præstabat omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes, sic patet 2. Machab. c. 3. Multi etiam de regibus Gentilibus hoc faciebant, vt patet 1. Macha. cap. 10. de his etiam Iosephus 11. & 12. Antiquitatum. Ratio autē diuersitatis, s. quare liceret dari pecuniam pro sacrificijs, & non liceret recipere de manu illorum ipsa sacrificia, satis declarata est Leui. c. 22. Sed istud, quod obtulerunt Philisthini non erat sacrificium, sed metallū, poterant igitur suscipere illud Iudæi ad faciēdum aliqua vasa Domini.

Qui demoliti sunt terram. Scilicet, quòd mures destruxerunt terram Philisthinorum: erat enim multitudo eorum maxima, quia terra ebulliebat, vt patet præcedenti c. ideo isti lędebant arbores, & fructus omnia consumentes, & hoc vult Iosephus Antiquitatum. lib. 6. lędebant etiam nimis viscera humana: nam cū prominerent extales Philisthinorum per posteriora mures ascendentes de terra mordebant eos, atque occidebant plurimos, & quamquam litera de hoc nihil dicat, tamen sic intelligendum est, quia alias frustra fecissent sibi Gethæi sedes pelliceas, & tamen pręcedēti ca. dicitur quòd in remedium horum malorum fecerunt sibi sedes pelliceas: erat enim de istis muribus, sicut erat in Aegypto de ranis, s. quòd non poterant Aegyptij abigere eas, sed introïbant in furnos eorū, & in vasa ciborum, & in lectos, & omnia supellectilia, vt patet Exodi cap. 8. nihil enim poterat eas prohibere. Ita isti mures erant in tanta multitudine, vt nemo posset ab eis sufficienter cauere.

Et dabitis Deo Israel gloriam. Idest dando istos mures aureos, & anos honorabitis Deum Israel, quia confitebantur Philisthini potentiam Dei Israel, & quòd ab eo fuerant percussi, cum facerent anos aureos, & mures, & mitterent cum arca illius: si enim imputassent istam percussionem causis naturalibus, sicut aliqui eorum a principio dixerunt, nō fecissent ista propter arcam tanquam non fuisset arca causa istorum malorum.

Si forte releuet manum suam a vobis. Idest forte tunc releuabit, dicitur hoc, quia Deus semper percutiebat Philisthinos, & moriebantur plurimi, dum maneret arca in terra ipsorum. Si autem Deus cessaret ab hac percussione, diceretur releuare manum. Dicebant autem isti sapiētes, & diuini, si forte releuet, quia nesciebant secundum certitudinem, an cessaret illa plaga dimissa arca in terram suam, dato quòd propter eam secuta fuissent ista mala, quia forte Deus Hebræorum non iudicaret istam esse sufficientem emendationē pro offensa, quā ei intulerant, & non cessaret a plaga, quam-

quamquam Philisthini remitterent arcam. Et in hoc recte dicebant, quia quamuis Deus omnibus ad se conuersis peccata remittat quantum ad culpam, tamen quantum ad pęnam interdum non remittit etiã si multum orauerimus, vel fecerimus alia opera bona, sicut patet de Moyse, qui peccauit ad aquas cõtradictionis: Numeri 20. & 27. capi. & postea sępe orauit Deum, vt remitteret ei pęnam peccati huius permittens intrare in terram vltra Iordanem, sed non permisit, quin potius dixit ei, sufficit tibi, nequaquam vltra loquaris ad me de hac re, vt patet Deuteronom. ca. 3. similiter quoque sępe orauit Samuel, vt Deus remitteret peccatum Saulis, & non auferret regnum de domo eius, sed non concessit, immo dixit ei, quid tu luges pro Saul, cum ego abiecerim eum? infra cap. 16. Sic autem poterat esse hic in Philisthinis, quòd per nullas preces Deus remitteret eis hanc pęnam, & sicut est de precibus, ita etiam de muneribus, s. quòd propter munera non releuaretur pęna, sic patet supra cap. 3. de pęna pręnunciata domui Heli, s. Iccircò iuraui domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis, & muneribus vsque in ęternum, idest, quòd quamquam semper offerant munera, ego nũquam remittam pęnam. Sapienter igitur locuti sunt sacerdotes, & diuini Philisthinorũ, Deus tamen mox, vt Philisthini dimiserunt arcam, relaxauit eis pęnam, & hoc, vt magis manifestaretur, quòd ista pęna infligebatur propter detentionem arcę, si autem non immediate tolleretur, maneret sub dubio.

De⁹ remissa culpa non sẽp remittit pœnam.

Et a dijs vestris, & a terra vestra. Non accipitur hic releuare manum totaliter, sicut supra, quia supra dicebatur releuare, idest cessare a punitione, quæ actualiter erat in ipsis Philisthinis, de dijs tamen eorum nõ erat sic, quia nullus ipsorum fuit punitus, nisi Dagon, vt declaratum est pręced. c. q. 18.

Sed quia Philisthini videbãt semper continuari plagam in seipsis, & augeri, putauerũt quòd sicut etiam cõtinue augeretur quousque ipsi omnes, & dij eorũ, & terra perirent, si autem faceret eos securos de hac plaga faciendo illos totaliter cessare, diceretur releuare manum a dijs a terra etiam releuaret manũ, quia terra quotidiana plaga disperdebatur, s. quia mures corrodebant omnes arbores, & fructus sic, vt perducerentur Philisthini ad magnam egestatem.

Quare aggrauatis corda vestra. Hic ponunt admonitionẽ sacerdotes, & diuini ad hoc, quòd satrapę Philisthinorum cito facerent ea, quæ ipsi hortabantur. In ista litera aliqui errant existimantes, quòd sacerdotes, & diuini iudicarent arcam esse remittendam, & cito hoc faciendum esse, sed falsum est, quia ipsi dubitabant, an arca esset causa horum malorum, ideo nolebant eam simpliciter dimittere, nec ad hoc hortabantur satrapas Philisthinorum, sed solum, vt facerẽt istam experientiam, quam ipsi dabant per quam cognosceretur, an propter arcam venissent pestes istę, vel naturaliter, & si cognoscerent, quòd propter arcã venirent dimitterent eam, sinautem retinerẽt penes se, etiam si pestes manerent semper, & ad hoc non debebant Philisthini ingrauare cor suum, sed immediate debebant experiri, quia poterat sequi bonũ ex hac experientia: malum autem nequaquam, si autem arca immediate esset dimittenda in terram Israel, non faciendo aliquam experiẽtiam, durum esset, quia forte non eminebant mala ista propter arcam, & viderẽtur Philisthini esse decepti. Dicebantur autem aggrauare cor suũ, quia videbantur iam pertinaces non inclinantes cor suum ad id, quod rectum erat, a principio namque istam experientiam facere debuissent.

Sicut aggrauauit Aegyptus, & Pharao cor suum. Inducunt exemplum ex rebus gestis, per quod deberent

F Philisthini moueri: Aegyptij enim percussi sunt, quia cũ sępe eis Deus diceret, quòd dimitterent Hebręos nunquam dimittere voluerunt, & percutiebãtur quousque tota Aegyptus quasi perijt: debuerant enim a principio Aegyptij, antequam ingrauarentur plagæ super eos facere aliquam experientiam, per quam cognoscerent, an Deus vellet educere Israelitas de Aegypto, vel an ipsi loquerentur hęc ex corde suo, & si appareret, quòd Deus hoc faciebat, permitti debebant, quia nemo contra Deum pugnare potest, si autem Israelitę loquerentur ex corde suo, detineri debebant. In Aegyptijs autem non oportebat, quòd fieret aliqua experientia ad cognoscendum, an a Deo infligerentur illę plagę: nam manifestum erat.

G Cum enim diceret Moyses, quòd aliqua plaga veniret, mox veniebat, & cum diceret, quòd cessaret, confestim cessabat, nulla ergo poterat esse maior certitudo. Quòd igitur Aegyptij a principio ista videntes antequam nimis percuterentur non dimitterent Hebræos, erat ingrauare corda eorum, quod est irrationabile. In Philisthinis autem non erat simile, quia ipsi non habebant aliquid, per quod totaliter cognoscerent, quod illę plagæ infligebantur naturaliter, vel propter arcam, quamquam haberent conuenientia motiua, quòd fieret propter arcam, ideo vt cautius agerent voluerunt experiri vnde hoc esset per modũ, quem dederunt sacerdotes, & diuini. Dicitur autem, quòd Aegyptus, & Pharao aggrauauerunt corda sua, quia vtrique erant tenaces ad non dimittendum Hebræos, magis tamen erat Pharao induratus, quia Aegyptij cum vidissent multitudinem plagarum, dixerunt Pharaoni vsquequo patiemur hoc scandalum? dimitte homines, vt sacrificent Deo suo, nõne vides, quòd perierit Aegyptus? Exodi ca. 10. sed adhuc Pharao induratus fuit, & inflictæ sunt post hoc aliæ plagæ, vt patet ibidem, & vsque ad finem 12. cap.

H

Nonne postquam percussus est tunc dimisit eos, & abierunt. Quasi dicat, non debetis ingrauare corda vestra sustinentes magno tempore pęnas, vt non dimittatis arcã domini, quia si Deus Israel ista agit, oportet vos ad extremum etiam inuitos dimittere arcam, & tunc eritis nimis puniti: sic enim factum est ĩ Aegyptijs, quia plurimas sustinuerunt plagas, vt non dimitterẽt Hebræos, sed ad vltimum coacti sunt dimittere, & iam erant nimis puniti, ita igitur non oportet vos contendere nimis contra Deum, sed facite experimentum istud, & videbit, an Deus ista infligat, quòd si ipse agit relinquenda est, alioquin reducemus eam antequam eat in terram suam.

I

Nunc ergo arripite. Hic ponitur, quid facere deberent Philisthini ad cognoscendum, an propter arcam ista fierent, vel non, & dicitur arripite, idest velociter facite: arripere enim pertinet ad aliquid, quod velociter, & quasi sine deliberatione fit, sic dicitur Leuitici 10. Arreptisque Nadab, & Abiu filij Aaron thuribulis posuerunt ignem, &c. idest illi fecerunt hoc indeliberate, & non respicientes, quod apparet ex opere ipsorum, scilicet, quòd obtulerunt ignem alienũ forte non respicientes quid agebant.

K

Et facite plaustrum nouum vnum. Hoc dicitur, quia arca portanda erat in plaustro, & dicitur vnum, quia cum arca esset vnica, non oportebat fieri plura plaustra, dicitur nouum ad reuerentiam arcę: intelligebant enim Philisthini se percussos a Deo Israel propter arcam, ideo volebant eam honorabiliter reducere in terram suam, ne Deus eis vlterius irasceretur, si aũt portaretur arca in aliquo plaustro antiquo, in quo fuissent portata aliqua alia, nõ esset tanta reuerẽtia, quia videbatur ęquari arca alijs rebus humanis. Conuenienter igitur plaustrum nouum factum est.

Quomo-

Quomodo portabant arcam Dei Israelitæ, & quomodo Philisthæi. *Quæst.* *XV.*

A CONSIDERANDVM autem, quòd Israelitę non portabant sic arcam Dei, sicut portauerunt eã Philisthijm, quia inter Israelitas portabant eam Leuitæ in humeris suis, vel aliquando sacerdotes, in plaustro autem non ferebatur. pro quo sciendum, quòd cum Sanctuarium factum fuisset in deserto, & portandum esset per mansiones suas in terram Chanaã, distinxit Deus Leuitas ad portandum diuersas partes illius, erant autem tres familiæ principales Leuitarum, scilicet Caathitę, Gersonitæ, Meraritæ, Caathitis autem data sunt omnia vasa Sanctuarij, quæ non erant partes Sanctuarij, sed supel- B lectilia eius, scilicet arca, altare thymiamatis, candelabrum, mensa propositionis, altare holocaustorum, labium ęneum, & omnia hæc cum vasculis suis: Meraritæ autem acceperunt de Sanctuario ea, quę pertinebant ad res duras, scilicet columnas Sanctuarij, & bases, tabulas, vectes, & paxillos: Gersonitæ autem portabant partes molles Sanctuarij, scilicet cortinas, tentoria, & vela, & reliqua operimenta, vt patet Numeri cap. 3. & 4. De his autem Leuitis diffinitum est, quòd Meraritæ, & Gersonitæ portarent onera sua in plaustris, Caathitę autem super humeros suos, vt patet Numeri capit. 7. sed arca pertinebat ad Caathitas: Numeri capit. 3. & 4. ergo portanda erat super humeros, & non in plaustro, & sic fuit portata per totum desertum, Philisthini autem super plaustrum eam porta- C uerunt.

Quarę Philisthini non portauerunt arcam super humeros, sicut Israelitæ. *Quæst.* *XVI.*

QVAERET aliquis quare Philisthini nõ portauerunt arcam super humeros suos in terrã Israel, sicut portabant Israelitę, quia hoc facile eis erat.

Aliquis respondebit, quòd factum est, quia Philisthini ignorabant leges Hebræorum: ista enim erant cęremonialia, & nimis particularia inter Hebræos, Philisthini autem non didicerant illa, ideo nec poterant scire. putauerunt autem quòd, quia arca magna D erat, cõuenientius duceretur super plaustrum quam super humeros hominum.

Alij respondebunt, quòd hoc factum est propter timorem, erant enim Philisthini hostes Iudæorum, ideo cum intrarent in terram ipsorum portantes arcã, timebant quòd comprehensi ab Israelitis necarẽtur, missa autem arca super plaustrum nullum erat periculum. Sed hoc non multum stat: non enim erat verisimile, quòd Philisthini, qui portarent arcam in terram Israel, necarentur ab eis, sed magis reciperent ab ipsis multa dona.

Primo quia ipsi erant legati Philisthinorum, & de iure gentium legati inter hostes securi sunt.

Secundo quia Israelitæ nullum maius bonum ha- E bebant quam arca, & hoc sciebant Philisthini, ideo cũ aliqui de Philisthinis reducerent arcam, nimis gauderent Israelitę, & darent eis dona plurima, nõ ergo propter hoc recusauerunt eam sic portare.

Item dato, quòd Philisthini portantes arcam timerent necari ab Israelitis, si caperentur, tamen poterant eam ducere secure, & non caperentur, scilicet, quòd portarent eam vsque ad agrum Bethsames, qui est locus coniunctus terrę Philisthinorum quousque viderent aliquos Israelitas, qui venirent pro arca, & tunc relicta ea ibi redirent in terram suam, sic namque fecerunt satrapæ Philisthinorum, quia quamquam ipsi non portarent arcam, tamen semper sequebantur eã quousque venit ad agrum Bethsames, & ibi steterũt respicientes quousque viderunt, quomodo Bethsamitę gaudentes nimis deposuerunt arcam, & immolauerũt vaccas, vt patet infra in litera, ita igitur potuissent portare eam humeris suis nihil formidantes.

Sed dicendum est, quòd non portauerunt eam humeris suis, quia ipsi volebant facere experimentum, quo cognoscerent, an Deus Israel fecerat hoc, vel naturaliter prouenerat, quod fieri non potuisset si homines portassent arcam: nam cognosci debebat hoc si vaccæ acciperent iter per seipsas, & non declinarẽt ad dextram, nec ad sinistram reducentes arcã ad terram, de qua exierant, vel euntes per aliam viam. Si autem homines portarent humeris suis, nihil de hoc pateret, ideo necesse fuit poni super plaustrum.

Quare Philisthini non sunt puniti portando arcam alio modo. quam debet portari. Et quare Philisthini posuerunt vaccas inassuetas ad trahendam arcam. *Quæst.* *XVII.*

QVAERETVR vlterius quomodo Philisthini puniti non fuerunt, quia portauerunt arcam Dei aliter quam portanda foret: debebat enim in humeris portari.

Respondendum est, quòd Philisthini non portauerunt, & conuenienter non fuerunt puniendi. Nam aut Philisthini sciebant Deum Israel, cuius erat arca, esse verum Deum, aut sicut vnum de dijs Gentium, si secundo modo nõ obligabantur portare eam, quia ille non esset Deus, & consequenter leges illius non possent obligare Philisthinos, nec peccarent agendo contra illas. si autem putarent eum esse verum Deũ, etiam non obligarentur ad portandum arcam humeris, quia ista lex fuerat data Israelitis specialiter, ideo nullam aliam gentem obligabat, & sic non peccabãt potissime, quia Israelitæ aliquando portauerunt arcã in plaustro, vt patet quando trãslata est de Gabaa in domum Obed Edom, vt patet infra 2. libro capitu. 6. & illud licite factum est cũ Dauid illud fieri iusserit. Quod autem Iudæis licebat, magis liceret Philisthinis, & sic non peccauerunt, nec puniendi fuerunt.

Et duas vaccas fœtas. Idest, quòd iungerentur duæ vaccę ad plaustrum illud. Vocantur autem fętæ, idest habentes fętus, scilicet quæ iam pepererunt. excogitauerunt enim hic sacerdotes, & diuini Philisthinorum aliquid, per quod posset apparere, vnde pestis eorum prouenerat: nam taliter arcam duci faciebant, quòd manifeste cognosceretur, an Deus illam moueret, vel ipsę vaccę per se mouerentur. Posuerunt ergo vaccas fœtas, quia illę nimis diligunt fœtus suos, illis igitur manentibus in domo non possent vaccæ recte moueri, sed conarentur redire in domum, nisi quis eas violenter duceret, cum igitur viderent eas directe euntes manifeste cognoscerent, quòd Deus mouebat eas.

Quibus non est impositum iugum. Hoc poterat esse propter tria. Primo ad honorem arcę Dei, s. quòd sicut fabricatum fuit ei plaustrum nouum, in quo nihil vnquam ductum fuerat, ita vaccæ iungerentur currui, quę nunquam fuissent applicitæ alicui ministerio humano.

Secundo poterat hoc fieri, vt non scirent viam: animalia enim bruta per experientiam accipiunt cognitiones viarum, & locorum, in quæ tendere deberent, ideo si acciperentur aliquæ vaccæ assuetę iugo forte illę assuetæ fuissent ire per iter Bethsames, & nunc nullo dirigente ascenderent, nec esset aliquod miraculum, si autem vaccę nũquam assuetę ad viam directe ten-

ćte tenderent, erat mirabilius. Tertio hoc fieri poterat, quia illæ vaccæ, quę assuetæ sunt iugo secure portant quodcunque eis imponitur non declinantes a semita, quæ autem indomitæ sunt recusant iugum, & non tendunt directe per viam, sed exorbitant. ad hoc autem fecerunt Philisthini vaccas non esse assuetas iugo, vt si viderent eas recto itinere tendere, crederēt esse Dei miraculum, & propter hoc exprimitur istud infra. s. ibant autem in directum vaccę per viam, quæ ducit Bethsames, & itinere vno gradiebantur pergentes, & mugientes, & non declinabant, nec ad dextrā, nec ad sinistram, & sic, quia hoc intendebant Philisthini, s. videre, an declinarent a via, vel non, exprimit scriptura, quòd non declinauerint.

Et recludite vitulos earum domi. Hoc dicitur quoniā si vituli ducerentur coram eis nō erat mirabile, quòd tenderent in directum: immo è contrario esset miraculum, si non tenderent directe, cum autem reclusi fuerunt in domo isti vituli inclinabantur vaccæ ad redeundum ad eos, nec poterant ab eis longe separari, nisi violenter, si igitur viderent Philisthini vaccas directe euntes crederent miraculum esse.

Tolletisque arcam Domini, & ponetis in plaustro. Scilicet, vt portetur ibi nemine dirigente eam: plaustrum enim accipitur hic pro quocunque vehiculo, sed proprie significat currus, qui in motu suo sonitus reddūt, vnde plaustrum a plaudendo dicitur.

Et vasa aurea, quæ exsoluistis ei pro delicto. Scilicet quinque mures aureos, & quinque anos, vocantur autem ista vasa multum large. Nam vasa dicuntur a proprietate continendi aliquid in se, scriptura tamen in idiomate Hebræo vocat vasa omnia supellectilia, & sic aliquando vocantur vasa belli, idest arma, vel vasa Psalmi, idest organa, & sic ista, quæ erant quædam supellectilia vocantur vasa, erant autem pro delicto, quia ista offerebant, vt Deus remitteret eis offensam, quam fecerant in accipiendo, & tenēdo arcam in terra sua.

Quare Philisthijm nō aperuerūt arcam, vt ponerent vasa in ea.

Ponetis in capsella ad latus eius. Scilicet ista vasa non fuerunt posita intra arcam Dei, quia Philisthini non ausi sunt aperire arcam, vt ponerent intus vasa: forte enim tenuerunt se morituros, cum manus domini esset grauis super eos, propter id, quod egerant, nec potuerunt etiam intus, quia tunc Iudęi nescirent, an aliqua munera obtulissent Philisthini cum Hebręi non essent aperturi arcam: nulli enim hominū phas erat vnquam eam aperire, aut saltem ad aperiendum tangere, nisi forte quis spiritu Deī moueretur ad hoc faciendum, vt si esset Propheta, sicut aliqui dicunt fecisse Ieremiam, s. quòd semel eduxit vrnam plenam mā na ad ostendendum Iudęis, quo cibo aluerat Deus patres eorum in deserto. Fecerunt igitur Philisthini capsellam, vt ponerent in ea vasa, & ista fuit posita ad latus arcę: nam super arcam poni putabant esse nefas nec etiam ipsa vasa nuda ponerent super arcam.

Et dimittite eam, vt vadat. Idest nullus dirigat vaccas in itinere. Nam siquis dirigeret illas, omnia supraposita nihil proficerent ad cognoscendum, quod volebant Philisthijm.

Et aspicietis. Idest ibitis sequentes eas, vt videatis q̄d faciunt: nam si non irent post eas nescirent euentum rei, posset enim euenire, quòd aliqui de Israelitis essent insidiantes circa locum, de quo arca missa est, s. circa vrbem Acharon: erat enim ista apud terminos Israelitarum, s. Acharon ex parte Philisthinorum, & Bethsames ex parte Israel. In confinibus autem hostium, quando illis non est pax, vt communiter vtrinque insidiantes sunt, & sic contingeret aliquos de Israelitis forte esse apud Bethsames, & illi raperent vaccas cum arca, ducerentque in terram suā, ideo si Philisthini non sequerentur arcam, nescirēt, an passi fuis-

F sent propter arcam, vel naturaliter. *Et siquidem per viam finium suorum ascenderint contra Bethsames.* Dicit Iosephus 6. Antiquitatum, quòd posuerūt Philisthini plaustrū in triuio, vt viderēt ad quam viarum declinarent vaccæ, & si nullo dirigente eligerent viam illam, qua tendebatur in terrā Israel mirabile esset, & hoc satis significat litera, nam si vnica via esset nihil mirum esset, quòd ascenderet arca per illam, & sic dicitur per viā finium suorum, quasi ad differentiam aliarum viarū, quibus non proueniebatur in terram Israel. & dicitur contra Bethsames, quia iste est primus locus terrę Israel ex illa parte Philisthinorum, s. apud vrbem Acharon, est autem duplex ciuitas Bethsames in terra Israel. Prima est in sorte Iudę, & ponit̄ in terminis eius,

G de qua habetur Iosue 15. c. Alia autem est in sorte Issachar, de qua habetur Iosue 19. ca. hic autem accipitur de illa, quę est in sorte Iudę, quia sors Iudę erat cō iuncta terrę Philisthinorum, immo quasi tota terra Philisthinorum cadebat in sorte Iudæ, vt declaratum est Iosue 15. cap.

Ipsa fecit nobis malum hoc grande. Idest intulit nobis istas plagas, non quidem ipsa, sed Deus Israel propter eam, stat autem probatio, quia si omnia ista existerēt, non poterat esse, quin vaccę ducerentur ab aliqua virtute spirituali dirigente, & compellente eas, alioquin redirent in terram suam, vel declinarent ad dextram, vel ad sinistram.

Sin autem minime sciemus, quòd manus eius non tetigit nos.

H Idest si non fuerit factum sic, quòd vaccæ a nullo directę eant in terram Israel, sciemus quòd Deus non percussit nos, ista particula nō est necessaria, sicut precedens, quoniam si illæ vaccę a nullo directę, existentibus omnibus prędictis, ascenderent in terram Israel, erat miraculum, quia necesse esset, quòd hoc fieret ab aliqua virtute dirigente, si tamen non tenderent vaccę directe in terram Israel, non sequeretur, quòd Deus non percusserat eos, quia poterat esse, ꝙ permitteret eas ire, quo inclinarentur ire, est tamen rationabiliter dictum, quia verisimile est, ꝙ si Deus intulisset plagam istam Philisthinis, quòd ad indicium eius, vt ipsi scirent se ab illo percussos faceret arcam directe redire in terram suam, potissimum cū ꝑꝑ arcam detentam inflicta fuisset ista percussio. *Sed casu accidit no-*

I *bis.* Idest ista plaga venit per accidens, non est sensus, quòd plaga venisset totaliter a casu, quia veniret naturaliter, vt isti extimabant, natura tamen non est causa per accidens, sed ab intentione, & inclinatione, dicitur tamen, quòd casu accidit, idest nō facta fuit ab aliqua substantia intelligente volente nobis hoc infligere, s. a Deo: natura enim quamquam non agat per accidens, tamen non agit libere volens huic, vel illi nocere, Deus autem libere agit, & sic intelligebāt, quòd id, quod libere fieret determinando ad eos, non erat a casu.

An Philisthini peccauerunt experiendo, an plagæ eorum essent ab arca, & volendo habere signum de Deo.

K *Quæst.* *XVIII.*

QVAERET aliquis, an isti sacerdotes, & diuini Philisthinorum peccauerint inquirentes hoc signum a Deo, & videtur, quòd sic, quia isti videbantur tentare eum, quia faciebant istud ad experiendū, an Deus dirigeret illas vaccas, vel non, & ista est tentatio proprie, sicut illi, qui volebant, quòd Deus educeret eis aquam de petra ad cognoscendum, an Deus esset inter eos, vel non, vt patet Exodi cap. 17. s. tentauerunt dominum dicentes, est ne Deus in nobis, an nō? tentatio autem Dei prohibita est, vt patet Matth. ca. 4. s. Non tentabis dominum Deum tuum.

Respon-

Respondetur, quòd isti Philisthini non peccauerũt quantum ad hoc, quia isti nesciebant, an Deus Israel esset Deus verus, sed existimabant eum esse, sicut vnũ de dijs Gentium, tentare autem tales Deos peccatum nullum est, quoniam illi dij non sunt, ideo nec offendi possunt, quòd autem Philisthini non existimarent Deum Israel esse Deum verum, sed esse arcam, vel aliquam virtutem latẽtem in arca, declaratum est supra cap.4.q.12.

Si autem Philisthini cognouissent Deum Israel esse Deum verum, erat ista tentatio, quia licet non inquirerent experimentum de Dei potestate, & bonitate, volebant tamẽ inquirere de eius actu, s. an ipse percussisset vel non, & an dirigeret vaccas, vel non.

Fecerunt ergo illi hoc modo. Hic ponitur executio consilij sacerdotum, & diuinorum, & dicitur fecerunt illi, idest satrapæ Philisthinorum, quia isti consuluerunt sacerdotes, & diuinos.

Et tollentes duas vaccas, quæ lactabant vitulos. Istas autẽ acceperunt, vt ex desiderio vitulorum nollent tendere directe in terram Israel, quia sic magis elongarentur a fętibus suis, si autem irent monstraretur miraculum. *Iunxerunt ad plaustrum.* Scilicet ad plaustrum, quod nunc nouiter fecerant ex causa supra assignata, quia non decuit in veteri plaustro portari.

Vitulosque earum recluserant domi. Idest in domo: est enim grammatica antiqua cum ponãtur quatuor nomina appellatiua aduerbialiter. Fuit hoc factum, quia si vituli irent cum matribus nullum esset miraculũ, quia illę rectam caperent viam. *Et posuerunt arcam Dei super plaustrum.* Scilicet disponentes eam, ne caderet colligantes ipsam: facile enim erat ipsam cadere, potissime cum vaccę essent nouiter iugo subiectę, & verisimile esset, quòd calcitrarent: sic enim cum conaretur Dauid portare arcam Dei de Gabaa in Ierusalẽ, atque portaretur in plaustro, boues calcitrantes declinauerunt eam, ita vt ruitura videretur: Oza autem volens eam tenere applicuit manum, & mortuus est infra 2.lib.c.6. Maxime autem nunc debebat conueniẽter ligari, quia nullus iturus erat cum arca, qui tenere posset eam si ruitura videretur, sed satrapę sequebantur eam retro distantes a plaustro, vt patet in litera infra. *Et capsellam, quæ habebat mures aureos, & similitudines anorum.* Istam posuerunt Philisthini ad latus arcę, vt patet supra: erant autem in ea quinque mures aurei, & quinque similitudines anorum, s. circuli de auro.

Ibant autem in directum vaccæ. In hoc significatur miraculum, quod Philisthini expectabant ad cognoscẽdum, an Deus fecisset super eos plagam, vel venisset naturaliter, s. quòd arca ascenderet directe in terram suam, vel non, & hoc dixerunt supra diuini, & sacerdotes, s. & si quidem per viam finium suorum ascenderit contra Bethsames ipsa fecit nobis malum hoc, & dicitur hic, quòd ibant vaccæ in directum, idest non acceperant aliud iter, nisi illud, quod ducit in terram Bethsames, fuerũt enim vaccæ cum plaustro positæ in triuio, vt ait Iosephus 6. Antiquitatum, vt videretur ad quam partem declinarent, ipsę autem tenuerunt viam mediam, quę ducit in Bethsames, & ascendebant per eam.

Et itinere vno gradiebantur. Hoc dicitur ad significandum, quòd quãquam istæ vaccæ essent indomitę, vtpote quæ nunquam suscepissent iugum, tamen non recusabant illud, nec tendebant in diuersa, sicut facere solent quæcunque iumenta iugo nouiter assueta. Diceretur autem non ambulare itinere vno, si forte vna vacca declinaret ad vnã partem, & alia aliorsum, & tunc non possent mouere currum, cum non esset eis impetus ad eandem partem.

Pergentes, & mugientes. Idest istę vaccæ pergebant simul itinere suo, & semper mugiebant, in hoc significatur id, quod expectabãt Philisthini, s. quòd istę vaccę eo, quòd erant fętæ, & relicti erant vituli earum in domo inclinarentur ad redeundum ad illos, quod si non facerent videretur esse miraculum, s. quòd inuitæ ducerentur ab aliqua virtute diuina, quod significatur hic cum dicitur pergentes, & mugientes, idest vaccę mugiebant significantes se inuitas trahi, cum vellent redire ad vitulos suos, tamen pergebant, idest semper procedebant directe, quasi non permitterentur redire ad vitulos.

Et non declinabant ad dextram, nec ad sinistram. Hoc dicitur propter duo, s. quòd non declinabant ad dextrã partem, vel ad sinistrã, vt redirent ad vitulos, ad quos erat eis magna inclinatio, declinassent ad aliquã partem viæ, s. ad dextram, vel ad sinistram, tamen non declinabant. Aliter intelligitur etiam, quòd istæ vaccæ erant non assuetæ iugo, ideo difficile erat, quòd ipsę tenderent itinere recto, sed declinarent ad vnam partem, vel aliam. Dicitur tamen, quòd non declinabãt ad dextram, nec ad sinistram, & quocũque modo est mirabile, & significatur, quòd inuitæ ducebantur, & virtute arcę.

Sed, & satrapæ Philisthinorum sequebantur vsque ad terminos Bethsames. Idest illi quinque satrapæ, vel reges Philisthinorum, qui conuenerant ad cõsilium de remittenda arca Dei in terram suam, sequebantur eam euntes retro, & hoc ad videndum ea, quæ dixerant sibi sapientes, & diuini, s. an semper arca ferretur directe in terram suam itinere Bethsames, vel declinarẽt vaccę, vt scirent an Deus hoc fecisset, vel aliter euenisset naturali operatione, & dicitur vsque ad terminos Bethsames, quia ille erat locus de terra Israel, & noluerunt satrapę Philisthinorum introire in terram illam, sed steterũt in confinibus terrę Philisthinorum, & Israel, maxime qa ex loco illo poterãt videre, quomodo iret arca in Bethsames, vel reciperetur a Bethsamitis, qui erant metentes triticum in agris, & sic infra dicitur, quòd viderunt.

Porro Bethsamitæ metebant triticum in valle. Hic ponitur secundum huius cap. s. de arcę receptione, & diuiditur in duo, quia primo describitur ista receptio, secundo interponitur cuiusdam dicti explicatio ibi. *Hi sunt autem.* Circa primum dicitur, quòd Bethsamitæ metebant triticũ in valle, s. apud terminos Bethsames, & Philisthinorum, & illos viderunt Philisthini, nec voluerunt vlterius transire, considerantes quid illi facturi essent de arca, & dicitur, quòd metebãt triticum, quia erat iam mensis Maius, vel quasi, in quo tempore in terra Chanaan metitur triticum, vt supra declaratum est, quæst.3. Et ex hoc patet, qui fuerunt menses, quibus stetit arca in terra Philisthinorum, quia stetit ibi septem mensibus, & isti finiti sunt tempore messis triticeę, ergo oportet, quòd fuerint 7. prę cedentes immediate.

Et eleuantes oculos viderunt arcam Dei. Cum enim esset prope eos cognouerunt, quòd illa esset arca Dei: cognouerunt autem per velamenta, quia arca quando ducebatur in itinere semper velabatur tribus velaminibus hyacinthinis, vt patet Numeri cap.4.

Et gauisi sunt cum eam vidissent. Hoc fuit, quia Israelitæ desiderabant nimis arcam Dei, cum tota gloria eorum esset in illa, vnde nurus Heli quando mortua est, dixit translata est gloria Dei ab Israel, eo quòd capta esset arca supra cap.4. videbant etiam Israelitæ, quòd erat difficillimum eripi arcam de manu Philisthinorum cũ essent Philisthini potentiores Israelitis, nunc autem cũ vidissent sine bello, & gladio arcam redijsse in terram suam, gaudebant nimis. Dicunt autem Iudæi, quòd ista lętitia fuit inepta, & procedens ex leuitate

uitate capitis, hoc autem inducunt, quia Bethsamitæ postea a Deo percussi sunt, sed nemo percutitã Deo nisi male agens.

Et plaustrum venit in agrum Iosue Bethsamitæ. Erant autem in illa valle multi de Bethsamitis colligentes triticum, venit autem arca in agrum vnius eorum, s. Iosue, & hoc forte, quia reputatus est ille a Deo vir iustior ceteris, vel quia ibi erat quidam lapis magnus, vbi posset poni arca, & immolarentur sibi hostię.

Et stetit ibi. Scilicet non processerunt vltra vaccæ sistentes in agro illo, hoc autem erat, quia iã arca erat inter suos, s. Israelitas, & non oportebat, quòd vlterius procederet contra Bethsames: ipsi enim Bethsamitę eam portarent aliter secũdum morem terrę suę, etiã fuit hoc, vt satrapę Philisthinorum viderent finem huius rei, s. quomodo veniebat arca ad Israelitas, & recipiebatur ab eis, quod ibi viderũt, si tamen iuisset semper vsque Bethsames non cognoscerent satrapę Philisthinorum quid fieret de illa, quia iam non possent eam videre, nec sequerentur ipsam.

Erat autem ibi lapis magnus. Hoc ponitur ad designãdum vbi arca locata fuerit: nam non decebat eam locari in solo humili cum cęteris rebus, sed posuerunt eam excelsiorem cæteris, s. super lapidem magnum, & forte etiam super partem illius lapidis cremauerũt holocausta: nam non fierent conuenienter sacrificia super pauimentum, sed semper fiebant super altare, idest super aliquid altum, vel eleuatum.

Et conciderunt ligna plaustri. Cum enim accessit arca, Leuitæ, qui ibi erant, de quibus infra dicitur deposuerunt arcam, & capsellam, quæ erat cum ea ponentes super lapidem magnum, tunc autẽ conciderunt plaustrum in multas partes ad cremandum, & vaccas occiderunt ad sacrificia, fecerunt autem hoc ex lętitia: nam tunc viderant arcam nouiter, ideo volebant eã honorare, & quia honor legalis, qui potissime Deo impendebatur erat in sacrificijs obtulerunt ei sacrificium, & quia nihil aliud sibi promptius occurrit quã plaustrum, & boues ferentes arcam immolauerunt vaccas, & cremauerunt plaustrum, etiam quia putabãt, quòd Deus perduxisset vaccas, & plaustrum, ideo volentes conuertere penitus in obsequium eius cum ad nihil vltra Deo possent famulari, immolauerũt vaccas, & conciderunt plaustrum.

Vaccasque imposuerunt super ea holocaustum domino. Scilicet primo fecerunt ignem magnum ex lignis plaustri, & postea posuerunt desuper carnes vaccarum obseruantes omnes cęremonias requisitas, s. quòd iugulauerunt, & decoriauerunt vaccas scindentes eas in partes, atque lauantes pedes, & intestina, & desuper ad cremandum ponentes, vt patet Leui. cap. 1.

An Bethsamitæ errauerint faciendo holocaustum Deo de illis vaccis. Quæst. XIX.

Quaeret aliquis, an isti Bethsamitæ errauerint in faciendo holocaustum Deo de vaccis, quę portauerant arcam.

Et respondetur, quòd sic, quia holocaustum nunquam debebat esse, nisi de masculo, siue esset de bobus, siue arietibus, siue capris, vt patet Leui. cap. 1. vaccę, tamen quæ portauerunt arcam erant fęmellę, quia erant fœtæ, vt patet supra, peccauerunt igitur.

Aliquis respondebit, quòd poterat quilibet ex deuotione immolare domino, quod vellet, quia quamquam animalia illa, quæ immolabantur ex voto, vel alias ex necessitate essent determinata ad certam legem, tamen illa, quæ offerebantur spontè poterant liberius offerri, sic patet Leui. c. 22. vbi quędam anima-

F lia recipiuntur sponte oblata, quamquam habeãt maculas, quæ non reciperentur ex voto, vel alias ex necessitate. Respõdendum est ad hoc, ꝙ siue holocaustum fieret ex necessitate, siue spontaneè, nihil mutabitur quantum ad hoc, ꝙ offerretur masculus, erãt autem aliæ cęremonię, in quibus poterat fieri mutatio, s. quãtum ad munditiam, vel immunditiam, sed non quantum ad sexum animalis.

Quæ animalia excludebantur a sacrificijs. Quæst. XX.

Pro quo sciendum, ꝙ animalia excludebantur a sacrificijs, si maculata essent, vt patet Leuitici c. 22. erãt autem istę maculę duplices,
G s. quædam, quæ simpliciter prohibebant ab omni sacrificio. Alię autem prohibebant a quibusdã. quòd enim animal esset cęcum, vel habens papulas, vel esset claudum, aut habens cicatricem, vel scabiẽ, aut impetiginem, & similia faciebat, ꝙ nullo modo posset immolari in aliquo genere sacrificij, siue spontanei, siue necessarij, aliæ autem erant maculæ, vt habere aures amputatas, vel caudam, & istę maculæ nõ prohibebãt ab omnibus sacrificijs, sed a quibusdam: nam voluntarie offerri poterant talia animalia, sed ad redimendum votum, vel complendum id, quod lege iussum est non suscipiebantur, vt patet pręalleg. cap. sexus autem non computatur inter hoc, ideo non poterat fieri mutatio circa illum, sed dicitur Leui. cap. 1. ꝙ holocaustum fieret de masculis in quacunque spe-
H cie fieret, ideo nõ poterat fieri de fęmellis, vnde si aliquis voueret Deo facere holocaustum, etiam si non determinasset, quòd vellet offerre masculum, tenebatur offerre illum, & si aliquis vellet offerre fęminam, non reciperetur, & si quis voueret offerre holocaustum, & tenuisset votum etiam si expressisset, ꝙ volebat offerre fęmellam, non reciperetur, quia obligabãt ad masculum ex lege holocausti: ipsum enim holocaustum per se determinabat sibi sexum animalis, etiam si nullus vouens hoc exprimeret, isti autem Bethsamitę obtulerunt vaccas in holocaustum, ideo peccauerunt, potuissent autem offerre eas in hostias pacificas, sed non obtulerunt.

I *An Bethsamitæ immolauerint sine sacerdotibus. Quæst. XXI.*

Quaeretur vlterius, an Bethsamitæ peccauerint per se immolando victimas, s. an ipsi Bethsamitę, qui erãt laici per se immolauerint, & in hoc peccauerint, in quo non quæritur, an ipsi peccarent, si per se immolarent, quia hoc manifestum erat, cũ ipsi essent populares, & immolare esset officium sacerdotum, vt patet Nume. 3. cap. s. Externus, qui ad ministrandum accesserit, morietur, & vocantur ibi externi omnes Hebræi præter Aaron, & filios suos.

Sed quæritur hic, an isti Bethsamitę per se immola-
K uerint, in quo credamus eos peccauisse. Respondebit aliquis, ꝙ sic, quia hic nõ dicitur, ꝙ essent aliqui sacerdotes, sed quòd Bethsamitę obtulerunt holocausta, & immolauerunt victimas, ergo ipsi per se fecerunt.

Item satis patet hoc, quia infra puniti sunt isti Bethsamitę tanquam peccassent coram domino, ideo verisimile est, quòd in hoc peccauerint.

In contrarium dicetur, quòd Bethsamitę non obtulerunt per se coram domino victimas, sed hoc fecerunt sacerdotes, qui licite facere poterant, & in hoc non peccauerunt Bethsamitę, sed in quibusdam alijs de quibus infra dicetur.

Cum autẽ dicitur, quòd hic non fit mentio, quòd esset

esset aliquis sacerdos, ergo ipsi per se fecerunt non stat ratio, quia multa subticentur in scriptura, & cum dicitur, quod Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolauerunt victimas: non intelligitur, quod ipsi per se obtulerunt, sed dicitur, quod obtulerunt holocausta, idest dederunt animalia ad offerendum, vel cremandum in holocaustis, & hoc erat offerre. Dicitur autem, quòd immolauerunt, idest dederunt ad immolandum: sic enim accipitur.

Ad secundum cum dicitur, quod hoc fecerint Bethsamitę, quia infra puniti sunt, dicendum, quòd non fuerunt puniti propter hoc, sed quia viderunt arcam, ut patet. j. in litera.

Sed adhuc aliquis dicet, quòd argumentum primum non stat, quia hic erant Leuitæ, vt patet infra, & sic non offerrent populares, sed satis erat, ꝙ offerrent Leuitæ.

Respondendum est, quòd nihil differebat, quòd populares offerrent per se victimas, vel Leuitę, quoniam istud erat officium pertinens solum ad sacerdotes, ut patet Numeri, capit. tertio, & decimooctauo, ideo siquis præter eos de hoc se intromitteret, peccabat: & sic Leuitæ non poterant offerre holocaustum, sicut nec populares, & sic si non fuerunt ibi sacerdotes nihil proficiebat esse Leuitas.

Aliquis dicet, quòd Leuitæ possent offerre sacrificia, quia Samuel erat Leuita simplex de Caathitis, ut patet primo Paralipomenon, capitulo sexto, & declaratum fuit, supra capitulo primo, tamen ipse offerebat sacrificia immolans, sicut sacerdotes, ut patet seq. c.

Respondendum est, quod Samuel non solum fuit Leuita, sed etiam propheta domini, ideo aliqua licuerunt sibi, quæ agebat diuina inspiratione, quæ non licuissent alicui alteri: Deus enim aliquando mandauit sibi sacrificare, ut patet infra decimosexto capitulo, & sic credendum est, quod in aliis vicibus, quibus sacrificabat agebat hoc mandato Dei, quia cognoscebat Deum hoc velle, & populus sic intelligebat: sciebat enim eum esse prophetam Domini: ideo quidquid faciebat, credebat populus, quod faceret a Deo inspiratus, vnde in nullo eum reprehendebat.

Alii autem, qui non erant prophetæ, non permitterentur hoc agere, & si facerent punirentur a Deo, & a populo: sic erat de Leuitis istis, qui fuerunt in Bethsames: nam non apparet, quod essent prophetę: ideo non liceret eis, quicquam de opere sacerdotali.

Sed adhuc dicet aliquis, quod quamquam Leuitæ non offerrrent, nec sacerdotes, sed ipsi populares Bethsamitæ, non sequitur, quod peccarent: nam Elias de popularibus erat, & tamen obtulit holocausta in monte Carmelo, ut patet infra, tertio libro, capitulo decimo octauo, quòd autem esset popularis apparet, quòd erat Tesbites, idest de vrbe, quæ uocatur Thesbes: tamen illa non pertinebat ad Leuitas, vel Sacerdotes, vt patet considerando omnia nomina vrbium, quæ datæ sunt Leuitis, & sacerdotibus, de quibus Iosue uigesimo primo capitulo.

Respondendum est, quòd licuit Eliæ offerre holocausta, quia ipse erat propheta Domini, & solus relictus fuerat contra prophetas Baalin, ideo vt ipse coram toto populo daret experimentum, an Baalin esset Deus verus, vel Deus Israel, fecit holocaustum, etiam quia ipse erat propheta, & mouebatur instinctu, & mandato Dei, ideo quæcunque ageret, licita erant, quia qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, populares autem Bethsamitæ non erant prophetæ, ideo non licebat sibi quidquam horum facere.

Dicendum, ergo quòd isti non obtulerunt sacrificia, sed erant ibi cum eis aliqui sacerdotes, & illi obtulerunt.

Leuitæ autem deposuerunt arcam Dei. Idest tulerunt eam de plaustro. & ponitur hic mutatio ordinis, quia manifestum est, quòd prius Bethsamitæ deponerent arcam de plaustro. quàm scinderent ligna plaustri, & facerent holocaustum, sed scriptura sæpe vtitur istis mutationibus. Dicitur autem, quòd Leuitæ deposuerunt arcam, quoniam non pertinebat ad populares eam tangere, vel deponere, & si tetigissent quomodocunque hoc facerent, morerentur, quia istud erat officium Leuitarum Numeri tertio, & quarto, capitulo. Leuitæ, autem poterant deponere, & portare de loco in locum, ut patet præallegatis capitulis, sed non poterant eam uidere nudam, ut patet Numeri, capitulo quarto: ideo in peccato Bethsamitarum, quando uiderunt arcam domini non solum poterant perire populares, sed etiam Leuitæ, quia ibi intelligitur de uisione, quæ erat arca existente nuda, sed hoc dato nulli licebat videre, nisi sacerdotibus, ut patet Numeri, capitulo quarto, ideo omnes alij morerentur, & secundum, quod dicitur hic de Leuitis, quòd erant aliqui ibi ad deponendum arcam, ita intelligendum est, quod erant aliqui Sacerdotes, qui offerrent, & immolarent sacrificia.

Et capsellam, quæ erat iuxta eam. Scilicet hanc deposuerunt Leuitæ, quamquam non erat de ista, sicut de arca domini, quoniam poterant quicunque populares istam portare, vel deponere, quia non erat ibi aliquid sacrum: Leuitæ tamen vtranque deposuerunt. Istam capsellam fecerunt Philisthini, ut patet supra ad ponendum ibi mures aureos, & anos.

In qua erant vasa aurea. Scilicet in capsella. Vasa vocãtur hic omnia simulachra anorum, & murium, quos miserunt Philisthini, qui non sunt proprie uasa, sed largè, secundum morem idiomatis Hebræi, in quo omnia supellectilia, vel huiusmodi vasa uocantur.

Et posuerunt super lapidem grandem. Scilicet tam arcam, quam capsellam: iste est lapis magnus, de quo supra dicebatur, quod erat in agro Iosue Bethsamitę: ibi enim arca posita est, quia honestius erat, quam in pauimento, quod ab omnibus conculcabatur, etiam vt esset in loco eminenti, coram quo hebręi possent flectere genua, & adorare dominum, non tamen erat arca intra Sanctuarium in aliquo eminenti, sed super pauimentum eo, quòd ibi non erant aliqui, qui deberent adorare, quoniam nullus introibat intra sancta sanctorum, nisi summus sacerdos semel in anno, ut patet Leuitico decimosexto, & ad Hebr. c. 9.

Viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta. Scilicet illi, qui erant in agro Iosue Bethsamitæ, & alii de Bethsamitis, qui erant in aliis locis: cum enim cognitum est uenisse arcam domini, confluxerunt omnes, qui erant in agris metentes triticum, & qui erant in loco ad obuiandum arcæ, & honorandum eam, & ibi obtulerunt sacrificia, quia istud erat, in quo magis poterant Deum honorare.

Et immolauerunt victimas in die illa domino. Idest antequam arca introiret in locum Bethsames die illa, qua uenit de terra Philisthinorum, Bethsamitę obtulerunt sacrificia multa in agro. Et fuerunt duo genera sacrificiorum scilicet holocaustum, &

hostia pacifica, erat autem holocaustum ad solam Dei laudem, cum Deo soli proueniret. Hostiæ autem pacificæ sunt ad Dei laudem, & ad lætitiam ipsorum offerentium, quia maxima pars carnium sacrificii pacifici proueniebat offerentibus, ut patet Leuitico capitulo septimo. De hostiis autem pro peccato nihil dicitur, & cum hic dicitur, quod viri Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolauerunt uictimas non est intelligendum, quod ipsimet immolauerunt, quia immolare est iugulare, vel occidere, quod non pertinebat, nisi ad sacerdotes. s. dicitur, quod immolauerunt. i. ad immolandum animalia præbuerunt.

Quare Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & non sacrificia pro peccato. Quæst. XXII.

QVAERET aliquis quare non obtulerunt isti sacrificia pro peccato sicut obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, cum non superesset nisi hostia pro peccato.

Respondendum est, quod Israelitæ obtulerunt hic sacrificia ad solennitatem arcę venientis: ista autem solennitas consistit in duobus.

Primo quantum ad aliquid speciale, quod Deo offertur.

Secundo quantum ad aliquid speciale, quod est inter homines. De primo pertinebat fieri oblationem holocausti, quia holocaustum solum est ad Dei laudem, quantum ad secundum pertinebat hostia pacifica, quia maxima pars illius pertinebat ad offerentes, & ipsi offerebant istud sacrificium ad Dei honorem, & ut ipsi gauderent epulando solenniter, sic enim dicitur Deuteronomio uigesimosecundo, & decimosexto capitu. cum agitur de oblationibus pacificis, quas faciebant populares in festiuitatibus, in quibus veniebant ad Sanctuarium scilicet, Lætaberis, atque reficieris coram Deo tuo in cunctis ad quę extenderis manum, & iterum epulaberis coram Deo tuo tu, & filius tuus, & cętera, quia nunc adueniente arca erat magnum gaudium Israel debebant Bethsamitæ ad quos venerat arca, gaudere totaliter scilicet quantum ad se: & quantum ad Deum, ideo decebat, vt offerrent holocausta pro Deo, & pro se hostias pacificas: de hostia autem pro peccato secus est: quia illa est non ad laudem Dei, nec ad lætitiam nostram: sed pro aliquo peccato, vt expiemur, & Deus non puniat nos: ideo ista est hostia mœroris.

Ad solennitatem autem pertinent ea, quæ iocunda sunt, ideo non conueniebant hic offerri hostiam pro peccato.

Item si offerretur hostia pro peccato, aut illa esset pro peccato totius populi, aut pro peccato Bethsamitarum: si primo modo non poterant isti offerre, quia totus populus debebat petere pro se offerri cum peccatum esset omnium, nec satisfaciebant Israelitę si Bethsamitæ pro eis offerrent, ergo non erat opportunum offerri pro peccato eorum: si autem esset pro peccato Bethsamitarum, & esset aliquod peccatum speciale non sufficiebat si ibi offerrent sacrificium coram arca: sed deberent offerre in loco, in quo erat Sanctuarium, & Sacerdotes, scilicet in Silo ubi tunc erat, vel in Nobe, vbi postea fuit, vt declarabitur sequenti cap.

Non igitur fuit causa vlla, pro qua offerrent hostiam pro peccato: sic enim in omnibus aliis solennitatibus erat cum aliqua solennitas fiebat, quæ solum esset ad lætitiam, sic patet in confirmatione legis in monte Sinai.

Nam illa confirmata obtulerunt Israelitæ holo-
F causta, & hostias pacificas solum, ut patet Exodi capitulo uigesimoquarto scilicet misitque iuuenes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta, immolaueruntq; victimas pacificas vitulos duodecim: sic quoque fuit iterum in solennitate confirmationis legis quando post introitum in terram Chanaan fuit lex confirmata in monte Hebal, & Garizim: nam tunc solum fuerunt oblata holocausta, & hostię pacificæ, vt patet Iosue capitulo octauo scilicet. Obtulit super eo holocausta domino, immolauitque pacificas victimas. Hic autem solum fiebat solennitas propter aduentum arcę: ideo solum conueniebat illi lætitiæ immolari holocausta, & hostias pacificas.

Et quinque satrapæ Philisthinorum viderunt. Isti erant,
G qui veniebant sequentes arcam, ut considerarent finem rei: dixerant namq; eis diuini, & sacerdotes eorum, quod ipsi aspicerent post arcam. Erant autem isti qnq; satrapę qnq; reges, vel principes quinq; ciuitatū metropolitanarū terræ Philisthim, quorū nomina habentur infra: isti autem quinq; decreuerunt arcam mittendam esse, quoniam conuenerunt in vrbe Acharon, ut patet præcedenti capitulo. venerunt et isti sequentes arcam propter duo. Primo ad honorandum magis arcam, non poterant autem Philisthini maiorem honorem impendere arcæ, quam vt quinque principes eorum, qui reges erant sequerentur arcam: ipsi autem uolebant dare honorem Deo Israel, eo quod percusserat eos, & adhuc percutiebat, & preca-
H bantur humiliter pro sanitate. Alia causa erat, quia ipsi Philisthini, & satrapę eorum uolebant certificari de euentu arcæ, ut pateret an ab ipsa percussi fuissent vel naturaliter, & quia nō poterant plene per aliquem certificari sicut per seipsos, iuerunt ipsi.

Causa autem immediata, propter quam isti iuerunt, fuit quia Philisthinorum sacerdotes, & diuini hoc dixerunt satrapis, ut patet supra. Causa autem quare diuini illud dixerunt, fuit aliqua de istis duabus. Dicitur autem, quod satrapę viderunt scilicet omnia, quæ faciebant Bethsamitæ cum receperunt arcam deponentes eam de plaustro, & offerentes sacrificia: hoc autem viderunt, quia manserunt in aliquo loco excelso apud terminos Beth-
I sames, & exinde speculabantur ea, quæ fiebant in valle, in qua recepta est arca in agro Iosue, ut patet supra.

Et reuersi sunt in Acharon in die illa. Scilicet postquam uiderunt satrapæ Philisthinorum ea, quæ faciebant Hebræi recipientes arcam, cognouerunt vere, quod Deus Israel deduxisset arcam, quia aliter non potuissent sic accidere ea, quæ facta sunt, & tunc certificati redierunt in terram suam, scientes, quod Deus Israel percusserat eos propter arcam. Et dicitur, quod redierunt in Acharon, quia ista est ciuitas propinquissima terræ iudæorum de vrbibus Philisthijm. Vnde in eadem die venerunt de
K vrbe Acharon vsque ad terminos Bethsames, & ibi stantes uiderunt, quę faciebant Israelitæ recepta arca, & eadem die iterum venerunt in Acharon: est autem ista ciuitas, in qua factum est consilium quinque satraparum Philisthijm, vt reduceretur arca in terram Israel, fuit enim vltimate in loco illo, & ibi est factum plaustrum, & inde cępit duci arca in terram Israel.

Hi sunt autem. Hic ponitur cuiusdam dicti explicatio. supra dictum fuerat, quod quinque prouinciæ Philisthinorum fecerunt quinque anos aureos, & quinq; mures.

Hic autem declaratur istud quantum ad duo.

Primo quātum ad nomina ciuitatum. s. quę essent istę vrbes.

Secun-

Secundo quantum ad alia loca particularia, an aliquid fecerint in istis quinque simulachris anorum & totidem murium: dicitur.

Hi sunt ani aurei, quos reddiderunt Philisthæi pro delicto. Scilicet isti ani aurei, & mures supra nominati, qui in capsella veniebant apud arcam, sunt quos obtulerunt Philisthini pro peccato suo: dicuntur autem obtulisse pro peccato scilicet, quia intelligebant se peccasse contra Deum Israel detinendo arcam illi⁹ in terra sua, & accipiendo de castris Israelitarum, & quamquam Philisthini non colerent Deum Israel tanquam Deum suum, tamen sciebāt, quod ipse percusserat eos, ideo honorabant eum in sacrificiis siue donis, vt placaretur, ne vltra percuteret.

Azotus unum. Idest vrbs Azoti dedit vnum annū aureum: ista erat vrbs, in quam primo ducta est arca, quia erat de principalissimis terræ Philisthinorum, & in ea erat Deus Dagon, qui bis deiectus est coram arca, ut patet præcedenti capitulo: erat autem ista ciuitas apud mare mediterraneum, quod uocatur mare magnum in scriptura, de quo Iosue cap. 15.

Gaza vnum. Ista est ciuitas in extremitate terræ Philisthim, & totius terræ Chanaan versus meridiē: ideo Genesis c. decimo vbi ponuntur termini terræ Chanaan ponitur Gaza in parte meridiana tanquā terminus: & Sidon in parte septentrionali: fuit autem ista ciuitas, in qua cepit Samson mulierem meretricem nomine Dalida, & portas huius vrbis super humeros suos portauit, & posuit in vertice montis: postea autem in hac vrbe excæcatus Samson mā sit in carcere multo tempore: & ibi deiecit totum tēplum Dagon super eos, qui intus erant, & occidit simul quasi tria millia hominum vtriusque sexus: Iud. cap. 16.

Aschalon vnum. Ista erat alia de quinque ciuitatibus principalibus Philisthinorum: de hac dicitur infra secundo libro capitulo primo scilicet nolite annūciare in Geth, nec annuncietis in compitis Aschalonis, ne forte lætentur filiæ Philisthiim, & exultent filiæ incircuncisorum.

Geth vnum. Idest dedit vnum anum aureum. De ista vrbe erant quidam Gigantes Philisthinorum: fuit namque de ea Goliath, cum quo congressus est Dauid infra decimoseptimo capitulo: in hac etiam ciuitate postea mansit aliquanto tempore profugus Dauid a facie Saulis, & fuit cum rege vrbis ipsius nomine Achis, sed postea data est ei quædā vrbs parua nomine Siceleg: de quo infra uigesimoseptimo capitulo.

Ad hanc autem urbem ducta fuit arca secundo loco, Gethæi namque consuluerunt, quod circunducer etur arca per terram Philisthijm, & ipsi resistētes nimium contra plagas fecerūt sibi sedes pelliceas, ut patet præcedenti. c,

Acharon unum. Ista est ciuitas maxime septentrionalis in terra Philisthiim, ut patet Iosue capitulo decimotertio, & ista est nunc Philisthinorum: sed ante hoc fuerat Hebræorum, postea autem tempore Samuelis reddita est ad terram Hebrçorum tam ipsa, quam multæ aliæ urbes, ut patet sequenti capitulo est autem ista ciuitas, in qua erat Deus Beelzebub, quem misit ad consulēdum rex Ochozias rex Israel an de egritudine sua conualesceret. 4. lib. c. 1. est autem ista ciuitas, in qua postea fuit ordo militum, qui nunc uocat ordo sancti Ioannis de Acie: mutato nomine antiquo. s. Acharon, & durauit ibi militia magna dum Christiani possederunt terram promissionis.

Et mures aureos. Idest etiam istę vrbes obtulerunt mures aureos. Causa autem fuit, quia in utroque pA cussi fuerant. s. ipsi in posterioribus, & terra eorum a muribus dissipata est, ut patet. s.

Secundum numerum vrbium quinque prouinciarum. Refertur ad mures, & anos aureos. s. q̄ fuerūt tot quot erant prouinciæ terræ Philisthim, & tamen denominati sunt a quinq; vrbibus principalibus istarum quinque prouinciarum, sed non est intelligendum, q̄ istę quinq; vrbes offerrēt solæ istos qnq; anos aureos, & totidem mures, sed qnq; ꝓuinciæ Philisthinorū, in quibus erant istę quinque vrbes: soluebanť aūt expensæ pro his muribus, & anis partim ab his ciuitatibus, & partim ab aliis minoribus prouincialibus suis, & hoc significat. j. cum dr̄. *Ab urbe murata vsq; ad villam, quæ erat absq; muro.* i. isti qnq; ani, & mures nō fuerunt solum dati ab istis qnq; urbib. supradictis, sed ēt ab oībus locis terræ Philisthim incipiendo ab vrbe murata vsq; ad villam absq; muro. i. a magnis vsq; ad minima, nullus. n. fuit locus in terra Philisthiim immunis ab hac dessolatione, eo q̄ non fuit aliquis locus ī quo non fuisset plaga: ideo pro plaga communi debuit esse oblatio communis. Vocantur autem hic uillæ absque muro, quia non accipiuntur sic villæ in sacra scriptura, sicut apud nos: uocantur enim ciuitates in scriptura omnia loca murata, siue magna, siue parua sint: villæ autem dicūtur loca parua non murata: nos autem non uocamus urbes omnia loca murata, sed diuidimus illa in uillas, & vrbes, loca autem sine muris vocantur rura, vel viculi.

Et vsque ab Abel magnum, super quem posuerunt arcam domini. Idest omnia loca terræ Philisthijm contribuerunt aliquid ad factionem anorum aureorum, & murium usque ad extremitatem regionis: & ponitur hic magnus Abel pro extremitate terræ Chanaan alias Philisthin: erat autem hoc quidam lapis magnus super quem posuerunt Leuitæ arcam in agro Iosue Bethsamitis, ut dicitur supra, & patet etiam immediate. Durabat autē terra Philisthijm ex parte meridiana contra aquilonem vsque ad Abel magnum idest vsque ad illum lapidem: & est sensus, quod omnia loca terrę Philisthijm vsque ad illum lapidem soluerūt pro expensis istorum valorum aureorum.

Nomen lapidis super quo posuerunt arcam quare vocatur Abel. Quæst. XXIII.

VOCATVR autem iste lapis Abel magnus quia forte nomen suum erat Abel, sicut interdum ponuntur alia nomina lapidibus, qui sunt in desertis, vel agris, ut patet Iosue capitulo uigesimoprimo scilicet miseruntque nuncios ad filios Beniamim, qui erant in petra Remon, sic etiam uocatur alius lapis magnus Zoeleth, qui erat apud Ierusalem, de quo infra tertio libro capitulo primo scilicet immolatis ergo Adonias arietibus, & vitulis iuxta lapidem Zoeleth, qui erat vicinus fonti Rogel &c. vocatur etiā iste lapis Abel magnus quia ipse uere erat magnus lapis cum dicatur supra, q̄ posuerunt arcam Dei, & capsellam super lapidem grandem, & ante hoc dicitur, erat autem ibi lapis magnus.

Alio modo dicit Nicolaus, q̄ uocat̄ lapis iste Abel quia fuit mutatum nomen: nā lapis in Hebrço dr̄ Aben, ut patet Iosue. ca. 18. cum dr̄ vsq; ad Aben Boen & exponit ibi. i. lapidem Boen filij Ruben: fuit autē facta mutatio aliqualis. s. N in L & cū dēret dici vsq; ad Abenmagnum siue lapidem magnū, dr̄ vsq; ad Abelmagnū. Ratio aūt mutationis est ex accidēti. nā in loco illo Bethsamitæ viderunt arcā, & Deus occidit multos, cęteri aūt fleuerūt illos, ut patet. j. & ob hoc positū est illi lapidi nomen luctus. s. Abel, qm̄ fuit ibi luctus *Opinio Nicolai.*

luctus magnus, Abel autem significat luctum vanitatem, uel nihil, quod autem termini terræ Philisthinorum essent apud lapidem illum apparet, quia dicitur supra, quod uenerunt satrapæ Philisthinorum vsque ad terminos Bethsames, & inde erant speculãtes, quid facerent Bethsamitæ in valle recepta arca, vt patet supra, sed lapis ille erat prope ad locum illũ, ĩ quo erant satrapæ Philisthinorum, ergo erant in ipso lapide termini Israelitarum, & Philisthinorum, vel prope ipsum, ita quod possent denominari ab ipso, eo quod lapis insignis erat: dicitur autem, quod ibi posuerunt arcam, quia quando Leuitæ deposuerũt arcam, & capsellam de plaustro, posuerunt super lapidem illum magnum, & propter hoc oportet, ꝙ nos vocemus Abel illum lapidem.

Conuenienter autem dictum est, quod sit mutata hic litera, ut dicatur Abel cum in hebræo habeatur Aben: & licet pręcedens ratio sit aliqualis tamen potest dici, quod hic sunt duę differẽtię a litera hebręa. Prima, quia translata cum deberet ponere nomen appellatiuum posuit hebræum velut proprium.

Secũda est, quia etiam mutatur litera hebraici nominis: nam cum deberet dici Aben dicitur Abel. de prima dicendum, quod translata, videtur fecisse hoc ex industria: nam licet apud hebręos planum sit quod Aben sit nomen appellatiuum, & significet lapidem, non putauit hic accipi, ut est nomen commune significans lapidem, sed vt est nomen proprium alicuius loci, quia frequenter nomina, quæ alias sunt appellatiua ponuntur, vt propria loci, sicut apud nos est: ut si aliquis locus uocatur capita ęnea, & alius locus caput hispidum, & huiusmodi, ita Aben licet lapidem significet, poterat esse hic nomen proprium loci, & hoc dupliciter intelligitur. Vno modo, quod ille locus vocaretur Aben inter hebręos, vel Philisthinos, & sit nomen proprium illius loci, & non significet lapidem, licet alias inter hebręos Aben significet lapidem, & hoc modo non debebat Hieronymus transferre lapidem magnum, sed Aben magnum: quia non ponitur ibi Aben, vt nomen commune, sed ut proprium, & sic facit Hieronymus alibi scilicet Iosue decimooctauo capitulo ubi ponuntur termini sortis Bethsamin, & dicitur, quod descendit vsque ad Aben Boen, & ibi exponitur idest lapidem Boen filii Ruben: quamuis enim Aben lapidem designaret voluit dicere descendit vsque ad lapidem Boen, quia credidit esse nomen proprium loci cum ponatur ibi, ut terminus sortis, & non quod sit nomen lapidis: & tamen ne uideretur ignorasse, quod illud apud hebręos esset nomen proprium adiunxit interpretationem eius dicens idest lapidem Boen: ita poterat esse hic, ideo non posuit nomen commune lapidis, sed reliquit nomen hebræum tanquam ꝓprium, & recte fecit, quia certum est, quod hic non significat lapidem absolute, ut commune nomen: sed nomen proprium loci, nam hic dicit litera, quod omnia loca terrę Philisthinorum contribuerunt expensas ad anos, & mures aureos ab urbe murata vsque ad uillam, quæ erat absque muro, & vsque ad Abel magnum: ergo non posuit pro lapide simpliciter, sed pro determinato loco, & sic non dixit lapidem, sed Aben, quod erat proprium. Alio modo poterat fieri quod esset locus aliquis, cuius nomen proprium esset aliquod nomen appellatiuum alterius rei, & uocaretur locus ille lapis siue petra, & in hebręo Abel signat petram, ideo ponitur Aben. Hieronymus autem poterat transferre petram, sed vt signaret esse ꝓprium dixit Aben: sic etiam in Arabia pręcipua ciuitas uocatur Petrus, ut dicit Iosephus libro Antiquitatum.

Petrus appellatur quędam ciuitas pręcipua in Arabia.

F Secunda mutatio est, quia si maneret nomen in hebręo deberet dici Aben: & non Abel, & hoc licet quidam putent ex industria mutatum, quia Abel significat luctum ad significandum magnum luctum qui fuit in Bethsames pro morte eorum, qui viderũt arcam, ut dictum est, uerius, & rationabilius puto, euenisse ex ignorantia librariorum, qui faciliter ĩ transcribendo corrumpunt: potissime in nominibus alienę linguę sicut hic, & maxime, quia facile erat istã mutationem fieri cum sit solum in una litera scilicet L pro N, & sic credo factum, & quod Hieronymus transtulerit Aben magnum, & librarij deinde corruperint dicentes Abel: superiora vera sunt ad excusationem Hieronymi quare posuerit Aben, &

G non lapidem, & tamen nihilominus dicendum, ꝙ potuisset si uoluisset, & bene ponere nomen appellatiuum dicendo vsque ad lapidem magnum, vbi dixit Aben, vel Abel, & verum est, quod Aben in Hebręo designat hic locum singularem, vel determinatum, & tamen non per modum nominis proprii, sed sub nomine appellatiuo, & patet hoc primo ex adiectione nominis adiectiui cum dicatur Aben magnum, & tamen si Aben esset nomen proprium non adiungeretur ei adiectiuum illud, quia adiectiua talia non determinant nomina propria, sed communia.

Secundo patet hoc ex relatiuo, quia dicitur, super quem posuerunt: quia relatiuum illud non refertur

H nomen proprium sub illa habitudine verbi. Tertio ex actu scilicet, quia dicitur, quod super illum posuerunt arcam.

Dicendum, ergo quod Aben significat lapidem, quia est nomen commune, & non erat Aben nomen proprium illius lapidis, sicut Zoeleth nomen vnius lapidis libro tertio Regum capitulo primo, & Ezel nomen alterius lapidis, vbi latuit Dauid infra libro secundo capitulo uigesimo, & Remon nomen alterius lapidis, vbi erãt filii Beniamin Iudicum uigesimo primo capitulo, sed erat nomen commune, & significabat lapidem magnum, qui erat in agro, & patet, quia dicitur in litera vsque ad Abel magnum, super quem posuerunt arcam domini, si autem esset

I nomen lapidis, non adiungerentur istę determinationes, maxime, quia significãt lapidem illum fuisse mobilem, cum dicatur, qui erat vsque in die illa in agro Iosue Bethsamitis, & ideo ibi potuit poni arca.

Sed dictum fuit sic, quia erat sensus, quod omnes vrbes, & loca, quæ erant in terra Philisthinorum cõtulerunt aliquid ad anos aureos, & mures, qui dati sunt in munera Deo Israel: cum dicatur ab urbe murata usque ad uillam, quæ erat absque muro, & ut intelligatur, quod generaliter fuit hoc in tota terra Philisthinorum dicitur usque ad Abel magnum, super quem posuerunt arcam idest omnia loca terræ Philisthinorum, quæ erant vsque ad illum lapidem con-

K tribuerunt ad expensas: nam ille lapis erat limitans tunc terram iudæorum, & Philisthinorum, ideo si vsque ad illum locum omnia loca contribuebant nullus locus relinquebatur in terra Philisthinorum, qui non contulissent ad expensas, & ita potuisset dicere Hieronymus usque ad lapidem magnum, super quem posuerunt arcam domini, qui erat usque in die illa in agro Iosue.

Qui erat vsque in die illa in agro Iosue Bethsamitis. Idest lapis ille magnus fuerat semper Iosue Bethsamitę vsque ad diem illum, quod etiam postea fuerit, similiter intelligendũ est: nisi forte, quis diceret, quod ille lapis magnus ĩde postea particulatim diuisus ablatus est propter religionem scilicet, quia ibi fuerat posita arca, sed hoc nõ est verisimile, quia eodẽ mõ oĩa loca,

ca, in quibus sedisset, oportebat propter religionis honorem abradi, & custodiri lapides, vel terram, quæ ibi fuerat, sed istud negocium infinitum esset, & nullius vtilitatis: ideo etiam de lapide isto sic intelligendum est, quod ante diem illum semper fuit ibi, & postea etiam semper: sed scriptura non curauit significare, quod ibi fuerit postea, quia non erat necessariũ scripturæ. Et ista est consuetudo scripturæ sacrę: iuxta illud Math. primo. Ioseph non cognoscebat Mariam donec peperit ei filium suum primogenitum: licet autem certum sit, quod nec postea cognouit, non dicit an postea cognouerit, vel non, quia istud non erat necessarium ad intentionem scripturę, scilicet quod Christus natus esset de spiritu sancto sine semine, quia etiam si postea cognosceretur a Ioseph quod falsum est, nihilominus natus esset iam Christus de spiritu sancto, & sine semine, ꝙ solum intendebat euangelista.

Percussit autem dominus de uiris Bethsamitibus. Hic ponitur tertium principale huius capituli scilicet percussio populi: uiderunt enim Bethsamitæ arcam, & quia non erant digni videre, percussi sunt: erant autem isti de Bethsamitibus scilicet de illis, qui habitabant in loco illo, vel qui conuenerant ex alijs locis, & erant tunc ibi coram arca.

An omnes, qui percussi fuerunt, essent populares, vel aliqui essent sacerdotes, & an sacerdotes, & Leuitæ poterant aliquo modo peccare videndo arcam.

Quæst. XXIIII.

QVAERET aliquis an isti, qui fuerunt percussi, quia viderunt arcam, essent omnes populares, vel aliqui de eis Leuitæ, vel sacerdotes.

Respondebit aliquis, quod solum erant populares, quia dicitur, quod percussit dominus de Bethsamitibus viris, sed Bethsames erat ciuitas pertinens ad tribum Iuda, & omnes de illa tribu erant populares, nec aliquis vnquam ministrauit in rebus sacris de illa tribu, ut patet ad Hebræos. capitulo, septimo, & ẽt ista ciuitas non erat de pertinentibus ad Leuitas, vel sacerdotes, vt patet ex vrbibus eis datis Iosue capitulo uigesimoprimo, ergo solum erant populares, qui percussi sunt.

Respondendum est, quod adhuc non stat istud, quia quamquam solum essent Bethsamitæ, qui occisi sunt, tamen poterant ibi esse aliqui sacerdotes, & Leuitę: quia præter vrbes, quæ datæ fuerant sacerdotibus, & Leuitis ad habitandum, ipsi habitabant adhuc in vrbibus Israelitarum, & hoc propter paupertatem: erant enim Leuitę pauperes, & quia, ut in plurimum eleemosynis Israelitarum erant gubernandi, & istas non poterant habere, nisi manerent dispersi per loca, in quibus habitabant Israelitæ: ideo multi de eis habitabant in his locis: sic patet Deuteronomio capitulo duodecimo, scilicet ibi epulabimini coram Deo vestro vos, & filii, ac filiæ vestræ, atque Leuites, qui in vrbibus uestris commorantur, ergo Leuitæ inter ipsos Israelitas morabantur: alioquin non possent eos ducere ad conuiuia sua: & aliquando dicitur, quod Leuitæ habitabant intra portas Israelitarum idest intra portas urbium, in quibus morabantur Israelitæ. De hoc Deuteronomio decimosexto capitulo, quod autem liceret sacerdotibus, & Leuitis exire de locis suis, vt irent ad habitandum in ciuitatibus Israelitarum, apparet de illo Leuita, qui exiuit de vrbe sua: & dixit vado, ut habitem, vbi potuero, & utile mihi esse prospexero, Iudicum capitulo decimoseptimo. poterant ergo habitare sacerdotes, &

A Leuitæ in Bethsames: ideo percutiendo de Bethsamitis satis poterat intelligi, quod percuterentur aliqui Leuitæ, vel sacerdotes, sed dicendum est, quod hic non apparet, de quibus isti percussi fuerint: satis tamen esse poterat, quod essent de popularibus Leuitis, & sacerdotibus, de popularibus manifestum est, quod ipsi poterant peccare circa arcam dupliciter.

Primo si eam tangerent, siue opertam siue nudam cum hoc pertineat ad officium Leuitarum.

Secundo poterant peccare, si uiderent arcam nudam, etiam si eam non tangerent.

De Leuitis etiam dicendum est, quod ipsi potuerũt hic peccare, quia Leuitæ licet possent tangere arcam velatam, & mouere eam de loco ad locum:
B tamen non poterant eam uidere nudam, quia morerentur, si uiderent, ut patet Numeri capitulo. 4. peccatum autem fuit hic in videndo arcam, ut patet in litera, cum dicatur, quod uiderunt arcam: poterãt igitur ipsi mori, de sacerdotibus autem erat magis dubium, quoniam ipsis licebat videre arcam Dei nudã, cum ipsi ingrederentur in sancta sanctorum ad operiendam eam cum portanda erat a Leuitis, ut patet Numeri capitulo quarto, & nemo moriebatur: ergo etiam hic de eis propter hoc nemo mortuus est, hãc positionem videtur sequi Iosephus sexto Antiquitatum dicens ira vero atque indignatio Dei septuaginta Bethsamitas, eo quod non fuissent digni arcã Dei, contingere, quia nec sacerdotes erant, qui ad eam ac
C cesserunt interemit, & sic videtur dicere, quod si isti fuissent sacerdotes, non periissent, sed dicendum, ꝙ etiam de sacerdotibus potuerũt aliqui mori. Primo quia quamquam sacerdotibus liceret uidere arcam domini nudam intra sancta sanctorum, quando eam velabant, tamen non licebat uidere extra. Nunc aũt videbant extra sanctuarium, ideo poterant occidi, potissime autem, quia sacerdotes poterant esse circa arcam irreuerenter scilicet si ipsi discooperirent eam, veniebat enim operta de terra Philisthim, & ibi discooperuerunt eam, qui autem hoc facerent, grauiꝰ quam cęteri peccarent, & ob hoc morerentur. De omnibus igitur potuit esse ista percussio.
D

Quare mortui sunt Bethsamitæ isti. Et an stent causæ quatuor Nicolai in hoc.

Quæst. XXV.

QVAERETVR vlterius, quare mortui sunt isti Bethsamitæ.

Nicolaus respondet, quod fuerunt quatuor causę.

Prima fuit lętitia inepta, quam conceperant aduenien te arca. Secunda holocaustum indebite oblatum, quia de fęmellis. Tertia fuit curiositas, qua moti fuerunt ad uidendum arcam nudã, quod erat prohibitum sub pęna mortis, Numeri capitulo quarto.
E Vltima causa fuit scilicet, quia dimiserunt arcam domini extra domum aliquam magno tempore sine luminaribus.

De istis causis dicendum est, quod non omnes conferunt ad hoc, de prima enim cum dicitur, quod Lętitia Bethsamitarum fuit ex leuitate, & non ex reuerentia, nimis dubium est, magis enim rationabile est contrarium, quia Israelitæ desiderabant arcam domini nimis, & quia perdiderant eam a septem mensibus, putabantque sibi impossibile esse recuperare illam uiribus suis, quando uiderunt illam lętati sunt nimis, & uerisimile est, quod lętarentur ex intimis, quia aliquid nimis gaudiosum eis aduenerat:

rat:quod apparet,quia immediate relicto opere suo in collectione segetum concurrerunt ad arcam facientes sacrificia,& dato quod ista lætitia esset ex leuitate non propter hoc debebant mori aliqui eorum, nisi forte irriderent arcã: quod non pertineret ad leuitatem,sed ad iniquitatem:maxime, quia non potest dici,quod ista lętitia esset leuis, quia tunc aliquis leuiter dicitur lętari quando lætatur de re, quæ non meretur gaudium eo,quod parua nimis est,vel qui circa omnia lætatur:istud autem,de quo hebræi lętabãtur non erat paruum, sed maximum bonum, quod ipsi pro pręsenti se habere posse extimabant: lętitia igitur eorum esset magna nimis, sed de secunda causa, quam ponebat Nicolaus dicẽdum,quod verum est, quod illa faciebat aliquem dignum morte,quia prævaricabatur cęremonias domini: sicut enim Nadab, & Abiu mortui sunt,quia obtulerũt de igne, quem non debebant Leuitico capitulo decimo,ita etiam, qui offerret in holocaustum animal illicitum morte plectendus erat:sed ista non poterat esse aliquo modo causa huius magnæ cladis, quia solum peccaret ĩ hoc ille,qui immolaret istas duas vaccas, quæ portabant plaustrum,& esset vnus iste, vel duo de sacerdotibus:reliqui autem de popularibus nihil ad hoc pertinerent. Quarta etiam causa, quę assignatur, nihil ad hoc videtur pertinere: quia aut peccabant Bethsamitę,quia magno tempore tenebant arcam extra aliquod habitaculum in agro, vel quia eam sine lumine ferebant. De primo nõ potest dici,ꝙ peccauerint Bethsamitę ex hoc,quia maiori tempore tenebatur arca extra Sanctuariũ,& aliqua habitacula,cum portabatur per desertum, quam cum ipsi tenuerunt eã ibi,& tamen nullus peccabat portando eam per desertum,ergo nec hic.similiter etiam portata fuit arca in circuitu Iericho septem diebus, & in septima die septies, ut patet Iosue capi. sexto: etiam portata est de templo domini in Silo in locum castrorũ supra capit. quarto:fuit etiam portata de Cariathiarim in Ierusalem infra secũdo libro capitulo sexto: tamẽ in his temporibus nemo peccabat,licet arca esset extra templum,& omnia habitacula. Si autem dicãt quod peccauerunt Bethsamitę, quia tenuerunt diu arcam domini sine lumine non stat ratio, quoniam non consueuerat poni lumen ante arcam domini, nam erat ipsa intra sancta sanctorum, & ibi non erat aliquod lumen, ut patet ex dispositione Sanctuarii Exodi a capitulo uigesimoquinto, vsque ad finem, sed solum ponebatur vnum candelabrum cum septem lucernis in prima parte tabernaculi, in qua nõ erat arca,de hoc patet Exod.26.c.

Sed dicet aliquis, ꝙ quamquam intra sancta sanctorum arca non deberet habere luminaria coram se,debebat tamen habere cum esset exterius.

Sed etiam hoc non stat,quoniam quando portabatur arca per desertum in itinere, nulla luminaria coram ipsa ferebantur, ideo nec poterant conueniẽter ferri: etiam quando arca septem diebus portata est in circuitu Iericho,non ducebantur coram ea luminaria,sed solum clangebant 7. sacerdotes in septem tubis argenteis,ut patet Iosue capitulo sexto. nec ergo erat hic necessarium,aut conueniens, ꝙ arca Dei existente in agro ponerentur luminaria coram ea, & sic istę tres rationes non conferunt ad illam magnam plagam,quæ habetur hic.Quarta aũt.s.quia uiderunt arcam est pp quam facta fuit ista plaga, & ista solum exprimitur in litera,fuit enim communis omnibus. *Eo ꝙ uidissent arcam domini.* s. isti Bethsamitę, q percussi sunt uiderunt arcam, & quia non licebat eis uidere, mortui sunt.

F *Viri Bethsamitæ quomodo uiderunt arcam,& fuerunt percussi Et non omnes, qui fueret arcam percussi fuerunt. Quæst. XXVI.*

Considerandum, ꝙ Bethsamitæ non viderunt arcam simpliciter,quia ex hoc solo,ꝙ erat videre arcam, non morerentur: nam licebat eis illam uidere opertam,sicut viderant omnes,qui erant in bello supra capitulo. 4. & viderãt omnes,qui erant in deserto cum mouebãtur per mãsiones suas,nemo tamen moriebatur:sed viderunt Bethsamitæ arcam nudam,fuit autem hoc, quia cum venisset arca Dei de terra Philisthim nouiter repleti magno gaudio discooperuerunt eam, ut
G viderent:& forte hoc facebant populares, quia nullus vnquam Israelitarum præter sacerdotes viderat arcam nudam, & quia ipsa erat, quid preciosissimũ apud Hebræos desiderabant nimis uidere illam,ideo nũc opportunitate captata discooperuerunt eam, ut viderent. hebręi autem dicunt,ꝙ non solum uiderũt arcam, sed etiam aperuerunt eam, ut uiderent,quid intra illam erat,& hoc dicunt,quia litera hebraica dicit hic,ꝙ percussit dominus Bethsamitas, quia uiderunt in arca idest intra arcam.s. aperientes eam: litera autem nostra nihil huius expressit, quia intellexit Hieronymus,quod nihil speciale dicebat illa præpositio scilicet uiderunt in arca: quia secundum modũ improprium loquendi sermonis hebraici interdum
H ponuntur aliqua,quæ nihil efficiunt: si tamen Bethsamitę hoc fecissent erat magna audacia, quoniam aperire arcam, & uidere, quæ intus erant,nunquam alicui licuit:etiam nec summo sacerdoti, sed solum cum ingrediebatur summus sacerdos in sancta sanctorum uidebat arcam discoopertã, si quid intra eã esset nequaquam uidebat.poterant tamen Bethsamitæ hoc inquirere ex magna curiositate, quia desiderabant scire,quid erat arca,& quid intra arcam reconditum erat:uel potuerunt hoc facere forte, quia ueniebat arca de terra Philisthiim, & dubitabãt an Philisthini abstulissent aliquid de illa, ob hoc inquirentes uolebant uidere an intus essent ea, quæ Moyses posuerat,& sciebantur posita esse: sed tanta audacia
I forte non fuit in Bethsamitis: magis autem credendum,quod ex curiositate,vel lętitia ipsi discooperuerunt arcam,sed non aperuerunt.

Sciendum ulterius, quod Deus percussit Bethsamites,quia uiderunt arcam,sed non est credendum, quod percussi fuerunt omnes,qui eam uiderunt: nã secundum communem expositionem solum perierunt septuaginta:verisimile tamen est, quod plures de Bethsamitis essent præsentes arcę ad honorandũ eam in sacrificiis, quando uenit de terra Philisthijm, & si arca ab aliquo discooperiretur, omnes qui præsentes erant,uiderent, quia non erat in potestate eorum nequaquam uidere: solum igitur dicendum,
K quod perierint illi, qui discooperuerunt: cęteri autem,quia nihil horum uolebant aut sciebant, sed aliis discooperientibus arcam uiderunt,non perierũt, quia nihil isti peccauerunt, poterat enim hoc modo quilibet occidere totum populum Hebręorum, aut ualde multos, utpote si ipsis stantibus coram arca,ille discooperiret eam ipsis nescientibus,nec iubẽtibus, solum igitur morerentur huius mali factores cum fautoribus suis.

Considerandum ulterius, quod Deus puniuit multos in Bethsames, quando uiderunt arcam, & hoc fuit conueniens ad monstrandum gloriam suam; sciebant enim Iudæi, quod arca Dei a principio inter ipsos fuerat aliquid nimis honorabile, quia tamen ducta fuerat a Philisthinis, & manserat

serat in terra ipſorum forte iam non crederetur digna tanto honore, ideo Deus uolu it monſtrare gloriam ſuam æqualem eſſe apud arcam nunc, & a principio, & ad hoc illos, qui incidenter eam uidere uoluerunt, occidit, ut ſic cęteris conſtaret, ꝙ ad arcam ſe nimis reuerenter habere deberent.

Et percuſſit de populo ſeptuaginta viros, & quinquaginta millia plebis.

Quot fuerunt percuſſi de videntibus arcam, & an litera iſta poſſit ſic ſtare. Quæſt. XXVII.

ISTA litera videtur eſſe difficilis propter duo. Primo quantum ad veritatem .ſ. quõ eſſe poterat, ꝙ occidiſſet Deus de videntibus arcam .70. viros: & quinquaginta millia: nã non vr̃, ꝙ tot eſſe poterant ibi pręſentes arcæ, qñ ipſa erat in agro. Nam hoc fuit die illa, qua venit arca de terra Philiſthiim: ſi n. ibi aliquot diebus arca fuiſſet detenta potuiſſent ꝯuenire multi de Iſraelitis, & vidiſſent eam ibi: quia tamen ſolum fuit ibi die ipſa, & non quidem tota die: ſed in quadam parte ipſius diei non poterant conuenire multi, ita vt eſſent ibi vltra quinquaginta millia virorum de occiſis. Item omnes iſti, qui mortui ſunt erant de Bethſamitis, cum dicat̃ hic, ꝙ percuſſit dñs de viris Bethſamitibus, ſed non poterant eſſe tot viri in vrbe Bethſames: nam Bethſames locus paruus erat: non .n. erat inſignis in terra Iſrael, & ꝑter hoc mãſerunt adhuc multi in loco ipſo, qui occiſi non fuerunt, cum dicat̃, ꝙ luxit populus eo, ꝙ percuſſit dñs plebem: ergo non erant quinquaginta millia percuſſi, quia non poſſent tot reperiri in vrbe Bethſames.

Secundo eſt iſta litera difficilis pp replicationem, quia dr̃, ꝙ percuſſit dñs de populo .70. viros, & quinquaginta millia plebis, & in hebræo hr̃ adhuc magis indiſtincte, qa dr̃: percuſſit dñs de populo 70. viros, et de populo quinquaginta millia: & ſic dato ꝙ tot fuiſſent mortui, videbatur nimis ſuperuacua iſta replicatio, ſed diceretur percuſſit dñs de populo quĩquaginta millia virorum, & 70. & ſic eſt ſignum, ꝙ aliquis error latet in litera, vel ſaltem aliqua magna improprietas loquendi.

Hebræorum ſententia de ſeptuaginta Bethſamitibus, ob uiſam arcam mortuis, improbatur. Quæſt. XXVIII.

IVDAEI autem communiter exponunt, ꝙ ſolũ fuerunt percuſſi .70. viri, ſed dicunt, ꝙ ẽt ponunt quinquaginta millia, quia iſti viri .70. tantum valebant ſicut quinquaginta millia, ſic .n. dr̃ de Dauid. ĩ .2. lib, c. 18. tu pro decem millibus computaris. Sed iſte ſenſus non eſt multum conueniens, nec etiam ſatis applicatur veritati: quõ .n. contingeret mori .70. viros ſolum, qui ualerent pro quinquaginta millibus, & non morerent̃ aliqui de popularibus, qui ſolum computabantur pro vno viro. Nicolaus tamẽ iſtum ſenſum tenet dicens, quod iſti, qui mortui sũt erant rectores populi, ideo valebant pro quinquaginta millibus: fuerunt autem ipſi mortui, quia non regulauerunt populum retinentes ne accederẽt ad arcam diſcooperientes eam.

Si tamen dici poſſet melius eſſet, quod diceremus in litera hebraica fuiſſe aliquid additum, ſcilicet per errorem ab antiquo ſecundum, quod aliqua deficiũt, vt patet in uigeſimo primo capitulo Ioſue, vbi in omnibus libris iudęorum deficiunt duo verſus, vt confitentur doctores eorum: ſic enim dicit Rabi Dauid Kimhi. ita ergo diceretur, quod quinquaginta millia eſſet hic ex ſuperabundanti, cum ſolum deberent eſſe ſexaginta, ſed iſta additio facta eſt valde ab antiquo: quoniam tempore Hieronymi iam erat, quia ipſe tranſtulit ſicut nunc habetur in Hebręo.

Ioſephus tamen, qui adhuc inter Hebræos antiquior fuit, quam Hieronymus inter nos tranſlator exiſteret: cum fuerit Ioſephus tempore, quo eſt capta Ieruſalem a Romanis ſcripſit ſexto libro Antiquitatum ſolum periiſſe de Bethſamitis ſeptuaginta viros quaſi in hebręo non haberentur plures: uel ſi dicamus literam ſemper ſic habuiſſe, dicetur, quod omnes hebræi ab antiquo per numerum hic poſitũ ſolum intelligebant ſeptuaginta viros, & hoc ex improprietate locutionis hebraicæ, quæ non ſolum hic ſed & alias eſt: & iſtud videtur magis tenendum: ſi quis tamen tenere voluerit, quod ponuntur quinquaginta millia eo, quod illi ſeptuaginta tantum valebant ſicut quinquaginta millia, non prohibeo. Non dicitur tamen rationabiliter, quod fuerint ſeptuaginta viri, & præter hoc .50. millia.

Luxitque populus. Scilicet populus Bethſamitarum luxit pro perſecutione magna, quam Deus fecerat apud eos, & erat iſte planctus totius populi, quia cũ eſſent ſeptuaginta viri mortui iſti forte attinerent in conſanguinitate, vel affinitate ad totum populum, ita ut rari eſſent in populo, qui ad aliquem horũ non attinerent: & tunc lugeret quilibet mortuum ſuum, ſic, ut nulli manerent in plebe, ad quos non extenderetur planctus.

Eo quod percuſſiſſet dominus plebem plaga magna. Plebs & populus pro eodem ponũtur hic ſcilicet pro Bethſamitis: populus enim ſcilicet Bethſamitarum luxit, quia percuſſit dominus plebẽ ſcilicet ipſorum Bethſamitarum.

Nam cum de aliquo populo occiduntur ſeptuaginta viri maxime ſi ille populus non eſt magnus ſatis poteſt dici percuſſus: dicitur autem plaga magna, quia multi fuerunt percuſſi, ex quo aliquis dicet literam ſuperiorem ſic intelligendam eſſe, ut iacet ſcilicet, quod perierunt quinquaginta millia virorum, & ſeptuaginta, ſic enim erat plaga magna. Dicendum quod non ſequitur ex hoc: nam etiam ſolum pereuntibus ſeptuaginta viris ſimul erat plaga magna; potiſſime, quia populus ille percuſſus non erat magnus.

Et dixerunt viri Bethſamitæ, quis poterit ſtare in conſpectu Dei ſancti huius. Quaſi d. iſte Deus noſter tantum eſt Sanctus, quod nemo poteſt coram ipſo ſtare ſcilicet, quia ſi ſteterit coram eo errabit in aliquo paruo, & morietur. Dicebant hoc Bethſamitę percuſſi magno timore, vel quaſi deſperatione. Nam poterant ipſi tenere arcam Dei apud ſe, & quod non morerentur, quamquam Deus nimis ſanctus eſſet, ſicut tenuerunt uiri de Cariathiarim, ſed ex percuſſione illa facta conſternati animo inceperunt magis timere, quã timendum erat, & deſiderauerunt arcam a ſe eiici in alium locum: dixerunt autem, quis poterit ſtare in conſpectu Dei ſancti huius ideſt iſte Deus noſter nimis ſanctus eſt ſcilicet ſegregatus a communicatione humana, & non ſicut alii dii, quia licet cultores eorum tractent ſacra ipſorum, & uideant quęcunque uoluerint, non moriuntur, Deus autem noſter vult maiorem ſanctitatem ideſt reuerentiam, & ſegregationem in ſacris ſuis, ideo quis poterit ſtare coram ipſo ſcilicet ad miniſtrandum ei, uel in loco, in quo fuerit arca q. d. nemo, quia ſi non attenderit nimis diligẽter, ne offendat, aliquando offendet, & morier̃, & eſt iſta querela non ex parte rationabilis, qualiter ſolent conqueri homines, quibus malum aliquod magnũ prouenit ex culpa ſua, nã leues colores q̃relarũ ĩquirunt,

runt, vt sic per querelas aliquam doloris sui consolationem habeant, vel vt non simpliciter ipsi sibiipsis malorum suorum causa existant. Sic conquesti sunt Israelitæ postquam occisis multis de populo: quia cõtenderant pro sacerdotio contra Aaron, & postea positis sortibus ex virgis arentibus frustrati sunt intentione sua ostenso, ꝙ sacerdotium manere deberet in tribu Leui apud Aaron, & filios suos. Nam tũc dixerunt: Ecce consumpti sumus, omnes perimus, quicunque accedit ad Sanctuarium domini morit̃: Num vsque ad internecionem omnes delendi sumus Numeri 17. & tamen ista querela erat, quia Deus repulerat eos a Sanctuario, dando honorem sacerdotii, & totius ministrationis tribui Leui. Vocabant aũt Bethsamitæ Deum suum tanquam existentem in arca, vel saltem habentẽ ibi specialem modum essendi nam cum arca recederet ab eis non dicebant se esse in conspectu Dei, sed quando habebant arcam præsentem.

Et ad quem ascendet a nobis arca Dei testamenti. Idest ad quem populum ibit arca testamenti Dei postquã stetit apud nos? quasi dicat nullus populus illam recipere volet intelligens, ꝙ & ipsi percutientur, sicut nos percussi fuimus. Intelligebant enim Bethsamitę, ꝙ acciderat Israelitis tale malum sicut Philisthinis. Nam primo arca cum magno gaudio portata est in Azotum, sed quia ibi fecit plagam magnam, aliæ vrbes nolebant recipere arcam nisi inuitę: sic enim Acharonitæ adueniente arca, dixerunt exclamantes: adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, vt interficiat nos, & populum nostrum, ut patet præced. c. ita arca veniens de terra Philisthiim cum magno gaudio recepta est a Bethsamitis: sed postquam ibi facta est plaga magna, putauerunt ipsi ꝙ omnes populi Hebręorum sic timerent, & nullus auderet recipere illam, & sic dicebant ista verba quasi per modum disperationis scilicet ad quem ascendet a nobis arca testamenti? quasi dicat nullus ẽst, qui velit eam recipere considerata ista plaga. vel potest intelligi, quod hoc dicerent per modum deliberationis scilicet inter se inq̃rentes ad quem populum mitterent arcam, & iudicauerunt eam mittendam esse in Cariathiarim.

Miseruntque nuncios ad habitatores Cariathiarim. Hoc fecerunt, ut scirent, an illi vellent recipere eam, alioquin frustra fuisset arcam illuc mitti.

Item fuit hoc, ut ipsi Bethsamitę excusarent se de portatione arcæ: sed habitatores Cariathiarim descẽderent in Bethsames, & portarent arcam ad se: est autem Cariathiarim q̃dam ciuitas nobilis, quæ nõ multum distat ab vrbe Bethsames, ut ait Iosephus, 6. Antiquitatum, est autem ista ciuitas in sorte iudæ, ut patet Ios. c. 15. & uocatur ibi Cariathiarim. i. vrbs syluarum, vel Cariath Baal. Alia autem est ciuitas, q̃ uocat̃ Cariath Sepher, s. ciuitas literarum, & est in eadẽ sorte, ut patet pręal. c. habitabant aũt Heuęi ibi, qui erant vnus de septem populis Chananæorum: erat autem vna de quatuor ciuitatibus Gabaonitarum, qui in dolo fecerunt pacem cum Israelitis: nomina autẽ eorum sunt Gabaon, Caphira, Beroth, Cariathiarim vt patet Iosue c. 9. Nunc aũt habitabant in hac vrbe viri de tribu iuda, & receperunt arcam inter se.

Cariathiarim ciuitas nobilis.

Dicentes reduxerunt Philisthæi arcam domini descendite, et reducite eam ad uos.

Volebant innuere Bethsamitæ, ꝙ Cariathiarim erat locus nobilior, & dignior ad habendum arcam, quam Bethsames: ideo honorabant illos ĩuitando ipsos, ut haberent arcam, forte etiam fingebant se suadere hoc, quia securius esset arca in Cariathiarim, q̃ in Bethsames, eo ꝙ Bethsames erat locus paruus, & magis coniunctus terræ Philisthinorum, quam Ca-

F riathiarim: unde periculose esset in Bethsames, quia aliqua die possent Philisthini subito irruere super vrbem Bethsames, & tollere inde arcam, quod non fieret in Cariathiarim, quia erat locus distantior, & maior, atque fortius munitus. Dicitur hic reduxerũt Philisthęi arcam: quia Bethsamitæ satis cognoscebant, ꝙ Philisthæi duxerũt eam, & ꝙ ipsa venit super plaustrum, & Satrapę Philisthinorum secuti sunt eam vsque ad terminos Bethsames: nam ibi constiterunt aspicientes, quid facerent Bethsamitę recepta arca, & sicut uiderunt ipsi Bethsamitas, ut supra dicitur, ita etiam Bethsamitæ uiderunt eos, & sic manifeste patebat, ꝙ non rapuisset Deus arcam de terra Philisthinorum per turbinem vel alias, sed ꝙ ipsi Philisthini G eam sponte duxerunt. Dicitur etiam descendite, eo ꝙ morabantur uiri Cariathiarim in loco excelsiori, quam Bethsamitę: nam dicitur Cariathiarim vrbs syluarum: erat enim forte in montibus altis, & Bethsames erat in loco humiliori. Dixerunt etiam reducite eam ad uos, quia ipsi Bethsamitę volebant se excusare a labore portandi, & intelligebant satis gratum esse uiris Cariathiarim, ꝙ Bethsamitæ permitterent eis portare arcam in terram suam propter honorem quem haberent ex arca tenentes eam.

CAP. VII.

H Venerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Aminadab in Gabaa. Eleazarũ autem filium eius sanctificauerunt, vt custodiret arcam Domini.

Venerunt ergo. In superioribus descripta deiectione Israelitarum propter filiorũ Heli peccata: hic consequenter describitur releuatio ipsorum per Samuelis merita. Et diuiditur in duo, quia primo ponitur ad prędicta cõ- I tinuatio: Secundo describitur ista reuelatio ibi. *Et factum est.*

De connexione huius textus cum superiori.
Quæst. I.

Circa primum dubitari poterat de habitudine eorum, quæ dñr hic ad p̃cedentia, an sit ordo continuatus, uel sit aliqua permutatio, satis tamen manifestum est hic esse continuatum ordinem, quia supra dicebatur quomodo miserunt Bethsamitæ ad viros Cariathiarim, ut reducerent arcam Dei ad se: hic autem immediate subdi- K tur quomodo venerunt, & duxerunt eam. s.

Venerunt ergo viri Cariathiarim. Ponitur hic ergo tanquam nota consequentię, vel tanquam aliquid continuatiuum. s. quia Bethsamitę miserunt ad uiros Cariathiarim: sequit̃, ꝙ uiri illi venirent ad ducendum arcam. Ista consequentia ualet rationabiliter, quia verisimile est, ꝙ quilibet recipiat gratiam, quam recipere potest honeste: sed magnam gratiã faciebãt Bethsamitę viris Cariathiarim permittendo illis, ꝙ ducerent ad se arcam, quia erant nimis honorati illi, penes quos arca Dei resideret: ergo verisimile erat, ꝙ viri Cariathiarim prompte irent ad suscipiendã gratiam, quam Bethsamitę eis faciebant dando illis arcam.

Quo-

Quomodo viri Cariathiarim susceperunt arcam domini cum tot percussi essent propter eius præsentiam.
Quæstio. II.

QVAERET aliquis, cum viri Cariathiarim scirent quãta mala accidissent Bethsamitis ex presentia arcę, & illi propter hoc eam a se reijciebant, quomodo voluerunt recipere ipsam. Confirmatur hoc quoniã in terra Philisthiim, quando arca primum recepta est in Azoto in templo Dagon existimauerunt viri Azoti factã fuisse sibi magnam gratiam, sed postquam ibi ex præsentia arcę facta est plaga magna, clamauerunt, vt arca eiiceretur de regione illa, & reducta est per alias ciuitates, & nolebant illę ciuitates recipere eam, nisi cum magna amaritudine, sicut patet de Acharonitis, qui clamauerunt dicentes: adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, vt occideret nos, & populum nostrum, supra capit. 5. sic ergo debuerant esse de viris Cariathiarim, quia licet a principio videretur magnus honor fuisse Bethsamitis, & gaudium, quia venerat ad eos arca Dei, quia tamen secuta fuit postea plaga magna, doluerũt, & conati sunt emittere arcam. dubium igitur videtur, quomodo viri Cariathiarim, qui non obligabantur suscipere arcã, volent suscipere eam.

Aliquis forte respondebit, quòd viri Cariathiarim nesciebant plagam, quę acciderat apud Bethsamitas, & quia tenere arcam dñi apud se erat aliquid honorabile, & tunc non cognoscebant aliquod inconueniẽs ex presentia eius, desiderauerunt eam.

Sed dicendum est, ꝙ hoc non est satis rationabile: nam plaga apud Bethsamitas fuit magna, Cariathiarim autem est apud Bethsames, ergo cognoscerent isti plagam, quę acciderat vicinis suis, precipue, qa magna erat: est autem Cariathiarim apud Bethsames, vt ait Iosephus 6. Antiquitatum. Item dato, ꝙ viri Cariathiarim non cognoscerent plagam cum essent in terra sua, saltem tamen cognoscerent eam cum ipsi venirent in Bethsames pro arca, & tunc recusarent portare eam, quia non obligabantur illam portare, sed portauerunt. ideo non fuit hoc ex ignorantia plagę.

Sed dicendum, ꝙ viri Cariathiarim cognouerunt magnam plagam fuisse inter Bethsamitas, tamen ex hoc non recusauerunt portare arcam, quia cognouerunt, quòd non accidisset ista plaga propter pręsentiã arcę, sed quia Bethsamitæ se habuerunt irreuerenter circa arcam videndo eam qualiter non licebat. s. discoopertam, vt declaratum est pręceden. cap. hoc autem sciebant lege esse cautum, ideo non mirati sunt de illa percussione, vnde gratum habuerũt, quòd daretur eis arca, quia intelligebant, quòd ipsi poterant apud se eam tenere, ita quòd non accideret aliqua plaga, sicut patet ex diligentia, quam circa eam fecerunt ponentes eam in domo Aminadab, quia erat vir valde iustus, vt ait Iosephus 6. Antiquitatum, sanctificantes Eleazarum filium eius ad custodiam illius. *Et reduxerunt arcam domini.* i. duxerunt eã de Bethsames in Cariathiarim, in ista autem ciuitate magno tempore fuit, vt infra declarabitur.

An quando arca fuerit in Cariathiarim, sacrificia fuerint facta coram arca, vel in sanctuario. Et an arca semper fuerit cum sanctuario, & in quibus locis erat arca, & in quibus sanctuarium.
Quæst. III.

QVAERET aliquis an tempore, quo stetit arca in Cariathiarim, fierent sacrificia in sanctuario, vel coram arca.

In quo præsupponendum est, quòd toto tempore A elapso a fabricatione sanctuarii in mõte Sinai sanctuarium, & arca erant simul, vel pergebant simul si mouerentur per viam, quod apparet de tẽpore, quo ambulauerunt Israelitæ per desertum: nam tunc quando mouenda forent introibat Aaron, & filii eius in sanctuarium ad operiendum arcã, & omnia vasa, & tunc Leuitę veniebant, & portabant illa, vt apparet Nume. c. 4. ergo semper erat arca intra sanctuarium, quando mouebantur castra, quia alioquin non possent in omni motu castrorum sacerdotes introire ad velandum arcam. De motu autem castrorum, quòd tunc arca præcederet sanctuarium diuisum per partes, vel è cõtrario modicum differt, aliquando autem legit, quòd arca præcesserit omnia castra, vt patet Numer. cap. 10. an vero semper sic fieret, eodem cap. declaratum est: B si autem non fieret semper sic oportebat illam portari in medio castrorum cum aliis partibus sanctuarii, quia illud in medio ibat, vt patet Num. ca. 2. & 10. sed quomodocunque ponatur, nihil refert: de tẽpore autem quo stetit tabernaculum post introitum in terrá Chanaan apparet, quòd semper fuerit cum eo arca: nam antequam poneretur in Silo, quòd fuit finitis bellis ferè anno septimo, post transitum Iordanis, vt declaratum est Iosue c. 14. arca, & tabernaculum semper fuerunt in Galgala, vbi prius Israelitæ illud posuerant introeuntes in terram illam, finitis autem bellis congregati omnes Israelitę cum Iosue posuerunt tabernaculum in Silo, vt patet Iosue ca. 18. mansit autẽ ibi vsque ad mortẽ Heli summi sacerdotis, arca quoque semper ibi fuit, quousque portata est in bellum C duobus, vel tribus diebus ante mortem Heli, de quo patet supra cap. 4. post hoc autem nunquam rediit arca in sanctuarium vsquequo Salomon ædificauit templum domini in Ierusalem, & tunc duxit arcam de loco quem pręparauerat ei Dauid, & sanctuarium de Gabaon, vt patet 2. Paralipom. c. 1. de sanctuario autẽ an immediatè post mortem Heli trãslatum fuerit de Silo in aliam vrbem, vel manserit ibi aliquanto tẽpore non patet, satis tamen apparet, quòd tempore Saulis qui regnauit quasi 20. ann. post mortem Heli erat sanctuarium in Nobe. Nam ipse occidit sacerdotes, qui ibi erant cum sacerdote magno, & omnes vestitos Ephod infra cap. 22. etiam cum venit Dauid ad ipsum locum dati sunt sibi panes propositionis ad co- D medendum, & illi erant ante faciem domini, ergo ibi erat sanctuarium, de quo infra cap. 21. stat igitur nunc dubium, quia manifestum est, quòd nunc quando reducta est arca de terra Philisthijm, non fuit posita in sanctuario, sed in Cariathiarim, vbi non erat sanctuarium: ergo quęretur, an coram ipsa, vel in sanctuario fierent sacrificia.

Aliquis forte dicet superuacuam esse quęstionem, quia sanctuarium erat in Cariathiarim, & cum illuc arca est ducta, erat in sanctuario, & sic non stat hic q̃stio an in sanctuario, vel coram arca fierent sacrificia. Dicendum quòd non erat locus sanctuarii in Cariathiarim, quod patet ex duobus: Primo, quia si ibi fuis- E set sanctuarium, non fuisset posita in eadem ciuitate arca in domo alicuius viri, sed in sanctuario: dicitur tamen, quòd intulerunt eam in domũ Aminadab. Secundo patet, quia si sanctuarium fuisset in Cariathiarim, & fuisset arca in sanctuario, non pręponeretur aliquis ad custodiendum arcã, quia tunc esset ipsa in sancta sanctorum, & ibi nemo eam custodiebat, quia nõ introibat aliquis illuc, nisi summus sacerdos, & hoc solum semel in anno, hic tamen dicitur, quòd sanctificauerunt Eleazarum filium Aminadab ad custodiẽdum arcam, ergo non erat ipsa in sanctuario, & hoc est necessarium.

Stabat ergo tunc quęstio de loco sacrificiorum, ad quam

Ad q̃onem r̃sio prima.

quam aliquis respondebit, quòd sacrificia fieri debebant coram arca, quod patet, quia quando venit arca de terra Philistijm, Bethsamitæ fecerunt sacrificia coram ipsa, præceden. capitu. & ibi non erat sanctuarium. Item quando portauit Dauid arcam de domo Obededon cum transirent, qui portarent arcam per sex passus, immolabat Dauid bouem, & ouem, & arietem, & saltabat ante dominum totis viribus, vt patet infra secundo libro capitulo sexto. ergo ante eam debebant fieri sacrificia.

R̃sio secũda auc.

Respondendum est, quòd aut quæritur hic de sacrificijs, quæ erant determinata a lege, & erant ordinaria, sicut sacrificia quotidiana, & illa quæ fiebant in festiuitatibus quæ ex nulla causa mutari debebant, aut de illis, quæ fiebant ex alijs casibus. Si primo modo dicendum, quòd omnia ista sacrificia debebant fieri intra sanctuarium, quia lex iubebat, quòd offerrentur in altari holocaustorum coram ostio tabernaculi: sed altare holocaustorum erat in ipso sanctuario, & ostiũ tabernaculi similiter, ergo ibi debebat fieri sacrificiũ: antecedens patet Leui. 1. & 3. cap. & quasi per totum Leuiticum.

Sacrificia ordinaria fiebant intra sãctuarium.

Item non solum sic fieri debebat, sed etiam sic factum est tempore illo, quo stetit arca diuisa a sanctuario: nam in vrbe Nobe erat tabernaculum domini tempore, quo regnabat Saul infra capitu. 21. & tunc non erat arca ibi, sed in Cariathiarim, cum postea Dauid fecerit eam inde portari, & tamen in vrbe Nobe fiebant sacrificia, & omnes aliæ cæremoniæ, quod patet, quia poni panes propositionis erat vna de cæremonijs, quæ fiebant in sanctuario cum deberent esse semper duodecim panes coram domino, vt patet Leui. 24. Quòd isti autem essent in Nobe in templo, patet infra cap. 21. quia Achimelech summus sacerdos dedit de illis Dauid, & pueris suis in cibum, & dixit, quòd illi tunc ablati fuerant a facie domini, sicut ergo fiebat ministratio in mensa propositionis, ita fieret in candelabro, scilicet quotidie lucernas incendendo: fieret etiam in altari thymiamatum, quia ista tria erant in prima parte tabernaculi, vt declaratum est Exodi 26. & 30. capitulo. si igitur vnum licebat, vel erat necessarium, & reliquum: sed vnum fiebat ergo & reliqua. De sacrificijs autem eodem modo dicendum est, quia sacrificia pertinebant ad ministrationem quotidianam, cum vocentur quædam sacrificia iugia, & alia non iugia, vt patet Numeri cap. 28. ergo ibi fieret sacrificium, vbi fiebant reliquæ ministrationes.

Item patet hoc, quia si sacrificia fierent coram arca, & non in sanctuario omnes sacerdotes conuenissent in locum illum, in quo erat arca, vt facerent ibi ministrationes quotidianas, sicut erat in sanctuario, quando arca, & sanctuarium erant simul, sed non erant aliqui sacerdotes coram arca in Cariathiarim, cum solum fuerit constitutus Eleazarus filius Aminadab ad custodiendum arcam, vt patet in litera, ergo non fiebant ibi ministrationes quotidianæ sacrificiorum. In loco autem sanctuarij Nobe erant sacerdotes omnes: nam dicitur infra capitulo vigesimosecundo, quòd vocauit Saul Abimelech, & sacerdotes domini de Nobe, & fecit occidere octogintaquinque viros vestitos ephod, & isti erant pertinẽtes ad domum Heli solum: nam de alijs ponit Iosephus sexto Antiquitatum, quòd fuerint plures, scilicet omnes simul 305. viri: ergo in Nobe erat locus, in quo fiebant omnes ministrationes quotidianæ sacrificiorum, & aliarum ceremoniarum, & non in Cariathiarim coram arca.

F

Sacrificia necessitatis debebant fieri in sanctuario. Quæst. IIII.

SI autem quæratur de sacrificijs, quæ fiebant ex alijs causis a personis priuatis, aut illa erant sacrificia necessitatis, sicut quædam determinata a lege, vt pro mulieribus parientibus, & pro mundatione leprosorum, & pro similibus, & in sacrificijs pro peccato, & de istis dicẽdum quòd debebãt duci in sanctuarium: quoniam iubetur, quòd offerrentur ad ostium tabernaculi: Leuit. 12. & 14. cap. & in similibus: si autem essent sacrificia necessitatis vt illa, quæ erant ex voto, quamquam non essent determinata a lege debebant offerri in sanctuario, & ob

G hoc, quia intelligebant Israelitæ, quòd ferè nullum sacrificium fieri deberet coram arca, non posuerunt ibi aliquem ordinem ministratiuum sacerdotum, sed solum fuit positus Eleazarus filius Aminadab ad custodiendum arcam, vt patet in litera.

Si autem esset sacrificium de spontaneis, respondetur quòd non erat illicitum fieri coram arca, sed non erant ibi aliqui sacerdotes, qui facerent: poterãt tamen vocari de locis suis, & quòd ibi immolarent, vt cõmuniter tamen fiebant sacrificia in loco sanctuarij. Solennitates quoque omnium festiuitatum fiebant in loco ipso, & nulla coram arca: nam oblatio-

H nes, quæ fiebant in die propitiationis, & pertinebant maxime ad arcam, cũ introiret summus sacerdos ad aspergendum sanguinem coram propitiatorio, pertinebant ad ipsum sanctuarium & fiebant ibi: vt declaratum est præcedenti cap. Ad rationes in contrarium infra respondebitur.

An licuit fieri aliquod sacrificium coram arca tempore, quo fuit in domo Aminadab. Quæst. V.

QVAERETVR vlterius an licuerit coram arca fieri aliquod sacrificium eo tẽpore, quo fuit in domo Aminadab. Respondebit aliquis q̃ sic, eo quòd licuit fieri corã ipsa, quando venit de terra Philisthijm: etiam faciebat Dauid sacrificia coram illa quando transtulit in domum suam in-

I fra 2. lib. cap. 7. In contrarium aliquis arguet: quia in Leuitico cap. 17. semper iubetur quòd sacrificiũ offeratur semper coram ostio tabernaculi, & ibi immoletur, sed nunc quãdo erat arca separata a sanctuario immolãdo coram ipsa non immolabatur corã ostio tabernaculi, ideo non licebat immolari.

Item dicitur Leuit. cap. 17. quòd quicũque immolaret aliquod sacrificium, & nõ duceret illud ad ostium tabernaculi, vt fundatur sanguis eius super altare, erit reus sanguinis, quasi sanguinem fuderit, sed non erat istud altare coram arca, quando ipsa erat separata a sanctuario, ergo non licebat offerri sacrificium ibi. Item Deus voluit in lege veteri, quòd esset vnicum templum, & vnicus locus sacrificiorum, vt Israelitæ non errarent putantes deos suos esse plures, cum in

K diuersis locis cultum diuinum impenderẽt: si tamẽ in loco sanctuarij liceret offerri sacrificia, & eodem modo in loco arcę existẽtibus his diuisis, daretur occasio ad intelligendum quòd erant plures dij Iudæorum, ergo non debuit hoc licere.

Ad hoc respondendum est, quòd de loco sanctuarij licet ibi non esset arca, nequaquam est dubitandũ, quin ibi possent fieri sacrificia, & omnes aliæ legales ceremonię: quod patet quia lex, quæ determinabat locum sacrificiorum solum tetigit, quòd fierent sacrificia super altare holocaustorum, & quòd fierent ad ostium tabernaculi, vt patet ex discursu totius Leuitici. Quòd autem fierent coram arca, scilicet existente

stente in Sanctuario, scriptura nihil tetigit, ideo nō videtur, ꝙ ipsa esset necessaria ad hoc, quòd fierent sacrificia. Item si necessarium esset, quòd arca esset in Sanctuario ad hoc, quòd fierent ibi sacrificia, non potuissent Iudæi facere aliquod sacrificium toto tempore, quo fuerunt in terra Chanaan post reditum de Babylone, cum illo tempore non habuerint arcam, quia Ieremias abscondit illam ante captiuitatem Babylonicam, vt patet 2. Machab. c. 2. constat tamen fuisse sacrificia multa facta in templo post reditum de captiuitate Babylonica, vt colligitur ex libro Esdræ, & Nehemiæ, & ex libris Machabę. ergo non requirebatur arca in Sanctuario ad hoc, quòd fieret ibi sacrificium. Item requireretur arca in loco sacrificiorum, si forte in quolibet sacrificio deberet fieri aliqua cæremonia coram arca: sed nihil horum requirebatur: ergo ad hoc, quòd fierent sacrificia in Sanctuario nihil magis erat necessaria arca quam cādelabrum. Nam & in die propitiationis cum introibat sacerdos in sancta Sanctorum coram propitiatorio ad aspergendum sanguinem poterat esse iste introitus, etiam si non esset ibi arca, vt declaratum est præceden. c. quæst. 4. ergo poterat a fortiori in omnibus alijs diebus fieri sacrificium, & non esset arca necessaria.

An posset fieri sacrificium coram arca, quando non erat in Sanctuario. Quæst. VI.

DE arca autem, an posset fieri sacrificium coram ea, quando ipsa erat separata a Sanctuario, secus est: nam omnes leges, quæ loquūtur de sacrificio directè determinant sibi altare holocaustorum, & ostium tabernaculi, & nihil dicunt de arca, & sic videtur ꝙ coram ea solum non posset offerri sacrificium. & quando Israelitæ posuerunt illam in Cariathiarim, non posuerunt ad hoc, ꝙ offerretur ibi aliquod sacrificiū, quod patet, quia tunc posuissent ibi aliquos ministros: neminem tamen posuerunt, nisi Eleazarum filium Aminadab, & iste erat Leuita, vt ait Iosephus 6. Antiquitatum: & sic non poterat offerre sacrificium, sed adhuc dato, quòd ipse esset sacerdos, constat quòd non fuit positus ad faciendum aliqua sacrificia coram arca, sed solum ad custodiendum illam, nec etiam ipsa arca erat taliter disposita, ꝙ coram ea deberent fieri sacrificia, quia non ponebatur ibi per modum solēnitatis in aliquo ornatu magno, sed in custodia, vt patet in litera, cū dicitur, quòd sanctificauerunt Eleazarum, vt custodiret arcam, & satis est verisimile, quòd toto tempore, quo fuit ibi arca in domo Aminadab, non fuerint coram ea facta aliqua sacrificia, sed semper in Sanctuario in Nobe, vel in alijs vrbibus, in quibus fuit.

An faciens sacrificia coram arca peccaret. Quæst. VII.

SED si aliquis magis inquirat dicens, quòd dato quòd non fuerit ibi factum aliquod sacrificiū, an licuerit fieri, ita quòd faciens non peccaret. Respondendum est, quòd aut ille, qui faciebat erat vir Propheta, de quo nequaquam dubitari posset an propter Deum, vel idolatriā faceret, sed magis putaretur, quòd ille ex mandato Dei faciebat: aut erat talis vir, de quo dubitaretur: si primo modo dicendum, quòd non solum coram arca, sed etiam vbicunque vellet, liceret ei facere sacrificium: sic patet de Samuele qui immolabat in Ramatha, & tamen non erat ibi Sanctuarium, nec aliquis hoc dicit, etiam immolauit in Bethlehem. j. c. 16. sed tunc Sanctuarium non erat ibi, nec fuit vnquam. Similiter autem patet de Elia, q immolauit in monte Carmelo. j. 3. lib. cap. 18. & tunc

A erat Sanctuarium in templo Salomonis. Si autem inquiratur de alijs viris, dicendum ꝙ regulariter non licebat eis immolare extra Sanctuarium, liceret tamen in isto casu propter arcam, quia quicunque vellet offerre coram arca, satis apparet, ꝙ non agebat ad cultū alicuius idoli, sed propter Deum, qui specialiter erat in arca: sic enim licuit Bethsamitis offerre coram arca, quando venit de terra Philisthijm, non tamen audebant communiter Israelitæ offerre coram arca sacrificia, cum non erat in Sanctuario, ideo non disposuerunt eam ad hoc, quòd possent coram ea fieri sacrificia, sed solum vt custodiretur in domo Aminadab.

Ad opiniones primæ rationis positæ superius in quæstio. 3. Quæst. VIII. B

CVM autē arguebatur supra, quòd licuit Bethsamitis offerre coram arca, quando venit de terra Philisthijm, dicendum ꝙ hoc fuit propter solēnitatem eius, quæ nouiter veniebat de terra hostili, si tamen ipsa mansisset in Bethsames magno tempore, sicut mansit in Cariathiarim, non immolassent coram ea. Cum vero arguitur de Dauid, ꝙ immolabat coram arca, quando portabat eam in domum suam: dicendum quòd non solum coram illa poterat immolare, sed etiam vbicunque vellet, quia ipse erat vir Propheta, de quo nequaquam dubitabatur, ꝙ secundum Dei voluntatem ageret: sic enim iterum C immolauit in areuna Iebusæi, vt patet j. 2. lib. ca. vlti. ibi tamen non erat templum, nec arca. Cum vero arguebatur in contrarium, ꝙ nequaquam liceret offerri coram arca sacrificia, sed coram ostio tabernaculi: dicendum quòd regulariter illud tenebat, aliquando tamen licebat extra immolari, sicut erat in viris ꝓphetis, qui a Deo concitati immolabant in diuersis locis, vt dictum est de Samuele, Elia, & Dauid: licebat ēt hoc propter arcam, quia sicut in Sanctuario licitum erat offerri sacrificia, quia ibi Deus specialiter repręsentabatur, ita etiam coram arca, quando separata esset liceret, eo quòd repręsentabatur ibi Deus specialiter, sicut in Sanctuario.

Ad rōnes in contrarium. q. 5.

Ad secundum cum dicitur, ꝙ quicunque immolauerit sacrificium, & nō duxerit illud ad ostium taber- D naculi, erit reus quasi sanguinem fuderit: dicendum, ꝙ hoc præceptum datum est ad tollendum sacrificia, quæ fiebant dęmonibus, quæ volebant offerētes facere in locis separatis, ne viderētur cæremoniæ eorum, & cognoscerentur immolare dęmonibus, fuit etiam hoc ad tollendum oblationes dubias, quia quamquā aliquis in loco separato vellet offerre Deo, tamen dubium erat, an offerret dęmonibus, & habebat occasionem ad offerendum quomodocunque vellet, quia a nemine videbatur ibi. Cum autem oēs offerrent ad ostium tabernaculi erant ista ablata, ideo datum fuit istud præceptum, sed ista duo tollebātur, cum quis offerret coram arca. Primum horum patet, quia ibi offe- E rēs ipsum offerebat in agris, vel in alijs locis separatis, in quibus posset fieri oblatio dęmonibus. Nam arca semper teneretur in aliquo loco honesto, & ibi essent viri nimis religiosi, qui conspicientes possent videre, an illę essent cæremoniæ sacrificij diuini, vel idolorū. Secundum etiam tolleretur eodem modo, quia suspitio poterat haberi de aliquo, quando non cognoscebatur factum illius, cum tamē cognoscitur, nulla est, sed manifesta veritas, sic autem cum quis coram arca offerret sacrificium, illud esset manifestum viris bonis existentibus coram arca, & illi non permitterent fieri aliquid, nisi secundum legem, sicut fiebat in Sanctuario. Quòd autem ad tollenda ista duo fuerit factū præce-

præceptum illud, patet Leu. c. 17. cum dr̄, & ideo offerre debent sacerdoti filij Israel hostias suas, quas occidunt in agro, vt sanctificentur dño ante ostium tabernaculi. Et iterum post hoc dr̄, & nequaquam vltra immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt. Ad tertiam rõnem, cum dicebatur, ꝙ Deus voluit vnicum esse locum sacrificiorū suorum, vt crederetur vnicus esse Deus, qđ non fieret si corā arca nō immolaret̄. R̄ndetur, ꝙ nō tollebatur ex hoc apud Israelitas extimatio de vnitate Dei, nec dabatur occasio ad extimandum ꝯrium, nisi in quolibet loco potuissent Israelitæ offerre sacrificia, vel concessisset Deus, qđ fierent sibi multa sanctuaria: poterat haberi ad hoc suspitio, cùm quodlibet illorū sanctuariorū ꝑ se esset perfectam hn̄s arcam, & oīa alia supellectilia
G sanctuarij, vel ēt si ab antiquo, ex quo factum est sanctuarium & arca, semper fuisset sanctuariū per se & arca per se, & coram quolibet eorū fierent sacrificia: poterat esse aliqua suspitio de pluralitate deorū. s. ꝙ arca pertineret ad vnum Deum, & sanctuariū ad alterum, cum tñ a principio arca, & sanctuariū fuerūt simul, & erat vnicus locus sacrificiorū, quāquā postea per accidens diuisa arca a sanctuario, fieret sacrificiū coram ipsa: non sequeretur extimatio de pluralitate deorum: licuit igitur aliqualiter fieri sacrificia coram arca, qñ erat separata a sanctuario. *Et intulerunt eam in domo Aminadab.* Idest qñ portata fuit arca in Cariathia
H rim fuit posita in domo Aminadab, non enim erat ibi sanctuarium, in quo poneretur: ideo oportuit poni in aliqua domo priuata.

Quis erat iste Aminadab, & quare fuit arca posita in domo eius potius quàm alibi. *Quæst.* IX.

FVit autem posita in domo Aminadab, qa vt ait Iosephus. 6. Antiquitatum iste Aminadab erat Leuita, & valde iustus, atq; vita religiosus, ideo visum est domum suam esse locum dignum Deo, in quo arca eius habitaret. Quòd autem Aminadab esset Leuita satis verisimile est, qa magis poneret̄ Israelitæ arcam in domo illius, ad quē pertinebat ex lege officium portandi arcam, & cõseruandi eam, quàm in domo illius, ad quem nihil pertineret, quia fortè crederet̄, ꝙ sequeretur aliqua plaga.
I Apparet hoc: nam officium portandi arcam, & alia vasa sanctuarij pertinebat ad Leuitas: Deus aūt præcepit, ne quis se intromitteret de officio eorum, aliquin moreretur, vt patet Num. c. 1. & 4. Ne igitur accideret plaga viris Cariathiarim, sicut acciderat Bethsamitis verisimile est, ꝙ ipsi adhibuissent valde magnam diligentiam assignando custodiam arcæ ei, cui magis conueniret ex lege. Cùm autem dicitur, ꝙ erat iste vir iustus, etiam hoc verisimile est: nam viri Cariathiarim vellent assignare virum sanctissimum ad custodiam arcæ, & in cuius domo staret, quia nihil sanctius erat arca testamenti in toto statu legis veteris: non ergo egissent reuerenter, si eam assignassent cuicunque viro custodiendam. *In Gabaa.* Idest fuit posita
K arca in Gabaa.

Gabaa q̄d significet. Accipitur hic Gabaa non prout est nomen proprium vrbis, sed vt est nomen commune significans collem, vel celsitudinem. Primo enim est nomen vrbis, vt patet Iosue capitu. decimooctauo, & est ista ciuitas in sorte Beniamin, vt patet præallegat. c. in hac autem ciuitate habitabat rex Saul, qui erat de stirpe Beniamin, vt patet infra cap. 10. hic autem accipitur Gabaa pro celsitudine, vt vult Iosephus sexto Antiquitatum, scilicet, quòd cum posita est arca domini in domo Aminadab erat in Gabaa, idest celsitudine, scilicet qa domus illa erat in loco altiori totius ciuita-

F tis, & hoc apparet 1. Paralipo. cap. 13. vbi dicitur quòd ascendit Dauid, & omnes viri Israel ad collem Cariathiarim, qui est in Iuda, vt afferrent inde arcam Dñi: & ibi ponitur in Hebræo Gabaa, vbi nos dicimus collem: & sic non sunt hic duo nomina locorum propriorum Gabaa, & Cariathiarim, sed vnū eorum est proprium & alterum commune: & propter hoc idē importatur, cùm dicitur, quòd arca reducta est de Cariathiarim, vel de Gabaa.

An arca Dei vel tabernaculum fuerit aliquando in Galgala, vel Masphat: aut in Nobe, vel Gabaon. Et an positio Nicolai de Lira possit stare, & de erroribus eius circa hoc. *Quæst.* X.

SCiendum autem quòd Nicolaus aliter dicit, scilicet, quòd ista quæ dicuntur hic de ductione arcæ in Gabaa non fuerunt facta immediatè, sed successiuè, & per multum tempus: scriptura tamen mutat ordinem: vnde dicit quòd arca ducta fuit de Bethsames primo in Cariathiarim: & ibi mansit aliquanto tempore, & inde translata fuit in Masphat: postea autem in Galgala, deinde in vrbe Nobe tempore Saulis, vt patet infra 21. cap. & postea in Gabaa in domum Aminadab, vt hic dicitur: & de loco illo Dauid transtulit eam in domum Obededō: inde in ciuitatē Dauid, vt patet infra lib. 2. c. 6. Ratio autem positionis Nicolai est, quia in omnibus illis locis reperit quòd facta fuerunt sacrificia, & ex hoc existimat necesse esse quòd ibi fuerit arca cū sanctuario. De vrbe Nobe, & domo Obededon, & ciuitate Dauid videtur sibi quòd probauerit, de Galgala autem satis potest apparere, qm̄ ibi fecit sacrificia Saul, vt patet infra cap. 13. etiam ibi dicebatur esse omnis Israel coram Domino, & immolauerunt hostias infra c. 11. de Masphat autem apparet infra in litera cum fecerit ibi sacrificium Samuel: etiam quia Israelitæ existentes ibi dicebantur esse coram Domino, & ibi consuluerunt eum infra cap. 10.

Quæret ergo aliquis circa hoc an ista positio Nicolai sit vera. Dicendum autem quòd non potest stare, principium autem errandi est in duobus, primo
I quia ipse non distinguit loca, in quibus fuerit arca, & in quibus fuerit tabernaculum, sed accipit quòd ista semper simul fuerint præterquam modico tempore cum stetit in Cariathiarim. inde autem fuit translata in Masphat, vt ipse dicit, incępit esse simul cum sanctuario. Dicendum tamen ꝙ arca nunq̄ fuit in Masphat, nec in Galgala, nec in Nobe aut Gabaon, sed solum in Cariathiarim, & in domo Obededon: postea autem in domo Dauid vsquequo Salomon transtulit eam in templum, quod ędificauerat: fuit autem totum istud spacium annorum ferè 91. nam arca cępit esse extra sanctuarium quando portata fuit ad bellum, & inde in terram Philisthijm. Incępit autem hoc a morte Heli sacerdotis: eodem enim die, quo arca capta est a Philisthinis mortuus fuit Heli, vt pa-
K tet supra cap. 4. vbi iuuenis nunciās ei captam arcam dixit, ego sum, qui fugi hodie de bello, & immediate coram eo cadens de sella mortuus est Heli: ille tamē in eadem die fugit de bello, in qua capta est arca, scilicet quando vulnerati sunt omnes Israelitæ: ab eodem autem die mortis Heli incipit computari principatus Samuelis, & Saulis, & computantur tempora vtriusque quasi fuerint tempora Saulis, & de isto dicitur quòd regnauerit quadraginta annis: Actuum c. 13. post hūc autem regnauit Dauid, qui etiam quadraginta annis regnauit, vt patet infra 3. lib. cap. 2. postea autem anno quarto regni Salomonis inchoatum est templum, vt patet infra 3. lib. cap. 6. Durauit autem

autem ędificatio eius annis septem, vt patet infra 3.libro capit.7. fuerunt igitur anni de regno Salomonis 11.elapsi quando templum consummatum est, tunc autem posuit ipse arcam, & altare in illo, vt patet 2. Paralipom.cap.1.transierunt igitur anni 91. a tempore quo arca cępit esse separata a Sāctuario quousque iterum reunita est.

In quibus locis fuit arca, quando erat extra Sanctuarium. Quæst. XI.

IN isto autem tempore fuit arca in his locis, qui sequuntur, s.primo in terra Philisthijm mēsibus septem, vt patet præcedenti cap. deinde adducta est in Bethsames, & cum ibi noluissent eam tenere viri Bethsamitæ saltem die vno remiserunt illā ad viros Cariathiarim, vt patet hic, & tunc posita est in domo Aminadab in Gabaa, idest in celsitudine, vel colle ciuitatis, vt patet hic, postea autem māsit ibi arca multo tempore, s.vsque ad annum septimum regni Dauid: ipse enim regnauit super Iudam in Hebrō solum annis 7. deinde incępit regnare super totum Israel, & regnauit annis 33. vt patet infra 2. libro cap.6. & tertio libro cap.2.

ca 'fuit ra Sanariū an fere.91. In eodem autem anno, quo incępit regnare super Israel congregauit Israelitas, & adduxit arcam de Cariathiarim de domo Aminadab, & cum vellet portare in domum suam propter mortem illius, qui præcedebat eam, fecit illam poni in domo Obed Edom Gethęi, vt patet infra 2.libr.cap.6.hoc autem factum est 47. annis postquā arca posita est in Cariathiarim, & istud fuit totum tempus, quo mansit ibi arca, quod patet, quia māsit toto tempore Samuelis, & Saulis, in quo sunt quadraginta anni, mansit etiam septem annis, quibus regnauit Dauid super Hebrō, qui sunt 47. a quibus debent tolli 7. menses, quibus mansit arca in terra Philisthinorum, vt patet præced.c. deinde mansit in domo Obed Edom Gethęi mensibus tribus, & post hoc transtulit eam Dauid in domum suam, vt patet ĵ.2.lib.c.6.& primo Paral.c.13. deinde autem māsit in domo Dauid vsquequo posita est in templo Salomonis. Nam de ipso loco tulit eam Salomō, vt poneret in templo, vt patet 2.Paral.c.1. Fuit aūt tempus quo mansit in domo Dauid arca 44. annorū, quod patet, quia totum tempus, quo stetit separata a Sanctuario fuit annorū.91. vt s̃.dictum est, & de his fuit annis 47. in Cariathiarim, vt probatū est, ergo residuo tpe fuit in domo Dauid pręter tres menses, quibus fuit in domo Obed Edom, & sic erit illud tp̄s 44. annorum.

a māsit domo uid an. 44.

Sed, ꝙ arca solum steterit in his locis, & non fuerit ducta per alia loca apparet ex hoc, qa cū portata est de terra Philisthijm fuit ducta in Bethsames, & inde in Cariathiarim, cum non potuisset ibi manere saltem per vnū diem, vt patet pręced.c. & hic postea mansit in Cariathiarim, deinde mutata est in domum Obed Edom Gethęi: cum dicatur ĵ.2.lib.c.6. ꝙ Dauid tulit arcam de domo Aminadab in Gabaa, & posuit eam in domo Obed Edom, & sic postq̃ fuit in Cariathiarim, siue Gabaa in domo Aminadab, non transiuit ad alia loca, sed immediate iuit in domū Obed Edom, de ipso autē loco iuit in domum Dauid, vt patet pręalleg.c. & de domo Dauid ducta est in templum Salomonis.2. Paralip.c.1. non fuit igitur in aliquibus alijs locis, s. non in Masphat, nec in Galgala nec in Gabaō, vt ait Nicol.

Ratio Lyrani dissoluitur. Quæst. XII.

CIRCA probationem autem præcedentem deficit Nicolaus, quia cū ducta fuerit arca in Cariathiarim in domum Aminadab in Gabaa, dicit, ꝙ non fuit hoc totum idem, sed primo ducta est arca in Cariathiarim, deinde in Masphat postea in Galgalam, & deinde in Gabaa ī domū Aminadab, & est error, quia putat ꝙ Gabaa nō sit in Cariathiarim, sed alius locus: est tamen idem, quia Gabaa non significat hic nomē loci, sed est nomen commune significans collem, & quando dicitur infra 2.lib.ca.6. ꝙ portauit arcam Dauid de domo Aminadab de Gabaa, putat ꝙ non fuit portata de Cariathiarim, sed de alio loco, eo ꝙ ibi nihil dicitur de Cariathiarim, sed idem est portari de Gabaa, & Cariathiarim, quia Gabaa non est locus, sed solum collis excelsus in Cariathiarim, vt patet 1.Paralipom.c.13.cum dicitur: Congregauit Dauid cunctum populum, vt adduceret arcam Dei de Cariathiarim, & ascendit Dauid, & omnes viri Israel ad collem Cariathiarim, vt afferrent inde arcam dn̄i: imposuerūtque arcam domini super plaustrum nouū de domo Aminadab. Apparet igitur, ꝙ Cariathiarim, & domus Aminadab idem sunt, ergo quando portata fuit arca de Gabaa de domo Aminadab, portabatur de Cariathiarim, & non fuit in alijs locis intermedijs, quæ nominat Nicolaus. Item patet hoc 2.Paralipo.c.1.s. arcā autem Dei adduxerat Dauid de Cariathiarim in locū quem præparauerat ei: toto ergo præcedenti tempore mansit in Cariathiarim quousque Dauid portauit eam inde. Item adhuc erat error magnus in ista probatione Nicolai, quia dato ꝙ Gabaa esset nomen proprium, hic non poterat dici, ꝙ fuerat portata arca in Gabaa, nam ipse istud arguit, eo ꝙ credit ibi fuisse tēpore, quo fuit ibi Sanctuarium, de quo patet 2.Paralipom.ca.1. Nam inde duxit Salomon tabernaculum domini, & altare in templum, quod construxerat, vt patet præalleg.c. ibi tamen non dicitur Gabaa, sed Gabaon: differunt autem ista duo loca: ambo enim sunt in sorte Beniamin, & ponuntur tanquam duæ ciuitates distinctę, vt patet Iosu.c.18. Et si forte aliquis dicat ꝙ ponitur ibi Gabaa, & Gabaō, & quamquam sit idē replicatur idem nomen per alias literas. Dicendum, ꝙ non stat, quia eodem cap. dicitur, ꝙ ciuitates tribus Beniamin fuerunt 26. quę numerantur ibi, si tamen Gabaon, & Gabaa non ponantur tanquam vrbes distnctę solum erunt ibi 25. erat igitur Gabaon alius locus quam Gabaa, & in Gabaon mansit aliquāto tempore tabernaculum domini, in Gabaa autem nunquā mansit arca, nec sanctuarium.

Cariathiarim, & domus Aminadab idē sunt cōtra Nicol.

Error magnus Nicolai.

De alijs duobus erroribus Nicolai. Et quòd arca nunquam fuit in Masphat. Quæst. XIII.

DEINDE dicebat Nicolaus, ꝙ arca fuit ī Masphat, s. post Cariathiarim, & est error in duobus. Primo, quia non est sufficiēs argumentum, secundo quia falsum dicitur. Primo enim mouetur Nicolaus ad dicendum, quòd fuit arca in Masphat, quia ibi fuit factum sacrificium agni lactentis. ĵ.in litera, & quia dr̄, ꝙ hauserunt aquam, & fuderunt in conspectu dn̄i, vult autem ꝙ dicatur in ꝯspectu dn̄i, idest coram arca, super quam erat Deus, qa loquebatur in illa de medio duorum Cherubin in ꝓpitiatorio, vt patet Exod.25.& 30.& Nu.c.7. primum motiuum de sacrificio non est sufficiens, quia non solum fiebant sacrificia coram arca, sed etiam in atrio tabernaculi, dato ꝙ non esset ibi arca, vt s̃.declaratū est in hoc c.q.1.& non solū in atrio tabernaculi, sed ēt in alijs locis, in quibus nec erat arca, nec tabernaculum, sicut Elias in monte Carmelo immolauit corā sacerdotibus Baal.ĵ.3.lib.c.18. Samuel quoq; in Ramatha vrbe habitationis suę ꝯstruxit altare, qđ erat ad sacrificandum dn̄o, vt patet ĵ.in litera: sed ibi non erat arca, nec

nec tabernaculum,nec aliquis hoc confitetur. Item
sacrificauit in Bethlehem.j.c.16. sed ibi non erat ta-
bernaculũ,vel aliqua pars eius. In multis ẽt locis alijs
hoc fecit: populus quoq; idem faciebat in vrbe He-
bron:nam ibi totus populus,vel magna pars sacrifica-
bat dño,vt colligitur.j.2.lib.c.15.Nam ibi Absalon sa
crificauit,& maxima pars Israel:nõ est ergo verisimi-
le,aut aliqualiter inductum,ꝙ vbi esset locus sacrificij
esset arca,vel tabernaculũ:in Masphat, ergo licet ste-
terint Israelitæ & sacrificauerint dño, non tñ fuit ibi
arca,quia solum conuocauit eos Samuel,vt iudicaret
eos ibi,& incepit orare pro illis,& postea sacrificauit.
Istud aũt fuit factum accidẽtaliter: nam qñ ibatur ad
bellum, vel ad similes insultus, fiebat sacrificiũ dño
prius,vt patet infra c.13. cum dixit Saul ad Samuelẽ,
nunc descendent ad me Philisthijm in Galgala, & fa-
ciem dñi non placaui:necessitate cõpulsus obtuli ho-
locaustũ,& sic dicit se necessitate ꝯpulsum: quia itu-
rus erat ad hostes. Cum aũt dr̃ amplius, ꝙ hebræi exi
stentes in Masphat hauserunt aquam, & fuderunt eã
coram dño: non sequitur ex hoc quicq̃, quia non dr̃
solum stare coram dño,qui stat coram arca, sed etiã
qui stat coram altari holocaustorũ, quia sicut dñs rñ-
debat Moysi inter duos Cherubin super arcã, & ꝑ
hoc dicebatur ibi esse,ita ẽt rñdebat super altare holo
caustorũ,vt patet Exo. c. 29.s. ad ostiũ tabernaculi te-
stimonij coram dño,vbi constituam, & loquar ad te,
ibiq; præcipiam filijs Israel. & apud istud ostiũ erat al-
tare, & subditur ibi qñõ intelligatur de altari sacrifi-
ciorum, cùm dr̃, & sanctificabit altare in gloria mea,
ideo non solum in illo altari sacrificiorũ, sed vbicun-
que conuenirent israelitæ,& fieret sacrificiũ ab eo, q
illud facere poterat ibi licitè dicebantur stare corã do
mino,quia singulariter repræsentabatur Deus per al-
tare,in quo fiebat ei spãlis cultus: sic ẽt qñ conuene-
runt Israelitæ ad eligendũ regem in Masphat,dicebã-
tur esse coram dño, vt patet j.c.10.cum dr̃: Nunc er-
go state coram dño per tribus vestras, & iterum dicit
conuocauit Samuel oẽm populum in Masphat corã
dño,sic ẽt cum cõfirmauerunt israelitæ regẽ Saul cõ
gregati sunt in Galgala, & dicebantur ibi esse coram
dño,vt patet infra 11.c.cum dr̃,& fecerunt ibi regem
Saul coram dño in Galgala, & immolauerunt victi-
mas pacificas coram dño. Et seq.cap.s.12. dr̃, ꝙ dixit
Samuel: Loquimini de me coram dño, & corã Chri
sto eius,& sic ẽt ibi erant coram dño,ideo argm̃ istud
nõ est sufficiens ad probandũ,ꝙ ibi fuerit arca. Secun
dum erat.s. ꝙ falsum dicebatur: nã arca nunq̃ fuit in
Masphat. Nam, sicut supra probatum est,postq̃ arca
fuit in Cariathiarim ducta fuit per Dauid in domum
Obededom, & deinde in domum suam,ergo nõ fuit
in Masphat,nec in alijs locis.

Arca nunquam fuit in Galgala postquam fuit in Masphat contra Nicolaum. Quæst. XIIII.

DICEBAT quoque Nicolaus arcam fuisse
in Galgala postq̃ fuit in Masphat, eo ꝙ di-
citur infra c.11. ꝙ erant Israelitæ corã dño
in Galgala,ẽt quia ibi immolauerunt victi-
mas:simile patet infra capitulo decimotertio. Eadẽ
tamen dicenda sunt hic, quæ dicebamus de Masphat
scilicet, quòd non probatur ex hoc fuisse ibi arcam:
nam in multis alijs locis fuerunt facta sacrificia, &
non erat ibi arca, nec tabernaculum; dicebantur ta-
men esse coram domino, qui ibi erant, vt supra in-
ductum est. Etiam falsum est, quòd ibi fuerit arca:
nam de Cariathiarim transiuit in domũ Obededom,
& in domum Dauid nullo alio dato medio loco, in

F quo steterit: ergo non stetit in Galgala: hoc autem
supra probatum est.

Arca non fuit in ciuitate Nobe contra Nicolaum. Qõ. XV.

DEINDE dicebat Nicolaus quòd stetit arca
in ciuitate Nobe, sed etiam ibi non stetit.
Mouetur autem ipse ad dicendum hoc,
quia infra c.22.dicitur,ꝙ cum Dauid fuge-
geret a facie Saulis venit in ciuitatẽ Nobe ad Achi-
melech sacerdotẽ,& petiuit ab eo panes,qui respon-
dit non habeo panes laicos ad manum, sed tantum
panem sanctum: & postea sequitur nec enim erat ibi
aliquis panis,nisi tantum panis propositionis, qui su-
G blati fuerant a facie Domini,vt ponerentur panes ca-
lidi. In quo est triplex motiuum ad prædicta.Primũ
quia dicitur ibi coram Domino, scilicet, ꝙ isti panes
erant coram Domino,quod significat ibi esse locum
sanctum. Secundum,quia dicitur,quòd erat in No-
be sacerdos Achimelech, & iste erat princeps sacer-
dotum,vt patet infra cap.22.Tertium motiuum erat,
quia dicitur ꝙ erant ibi panes propositionis, sed isti
non erant nisi in loco sancto, ergo erat ibi sanctuariũ
& arca. Respondetur ꝙ ista motiua non sufficiunt.
Ad primũ enim iam respõsum est, scilicet, ꝙ in quo-
cunque loco,in quo erat altare,& offerebantur sacri-
ficia, dicebãtur homines esse coram Domino, sed in
H Nobe offerebantur sacrificia, & erat ibi altare holo-
caustorum, vt patebit infra cap.21. ergo ibi rectè di-
cebantur esse coram Domino, dato ꝙ non esset ibi
arca. Secundum motiuum de mansione sacerdotũ
ibi non valet: nam isti nesciunt distinguere inter lo
cum arcæ, & locum tabernaculi: erat autem in No-
be locus tabernaculi,quod patet, quia erant ibi panes
propositionis,qui ponuntur in mensa, quę erat intra
tabernaculum: Exo.cap.26.& Leuit.24. Quòd autẽ
fuerunt ibi sacerdotes,nõ arguit ibi fuisse arcam, sed
potius tabernaculum: nam cum essent diuisa in tem
pore illo arca,& tabernaculum, sacerdotes sequeban
tur tabernaculum,& non locum,in quo esset arca,vt
declarauimus Exod. cap.23. & in loco sanctuarij fie-
bat congregatio omnium Israelitarum ter in anno
I in festo azymorum & pentecostes,& tabernaculorũ,
vt patet Exo.cap.23.& 34.& Deuter.16. Et faciebant
ibi multa sacrificia, de quibus Nu.28. & 29.cap. Hæc
autem conuenientius fieri poterant in tabernaculo,
vbi erat altare holocaustorum, & thymiamatum, &
cætera vtensilia quàm coram sola arca: pręcipuè cũ
Leuit.cap.17. iussum fuerit quòd omne sacrificium,
quod fieret offerretur ad ostiũ tabernaculi,s.in altari
holocaustorum, quod erat ad ostium tabernaculi, vt
patet Exo,cap.29.in loco arcæ non erant aliqui sacer-
dotes,cùm non fieret ibi aliquid cultus diuini, quãdo
separata erat a tabernaculo, sed totum custodiebatur
in vna domo,& deputabatur vnus vir,qui eam custo-
diret, vt patet in litera,s.Eleazarũ filium Aminadab
sanctificauerunt, vt custodiret arcam Domini, & sic
K Dauid cũ portauit eam de domo Aminadab, posuit
eam in domo Obededom, infra 2.lib. cap.6. Nec fit
mentio ꝙ aliqua alia solennitas fieret, posita ibi arca.
In ciuitate autem Nobe erat Achimelech princeps
sacerdotum, & tota domus eius,s.omnes sacerdotes,
qui tunc ministrabant,vt patet infra cap.22.Nam 85.
sacerdotes venerunt de Nobe cum Achimelech co-
ram Saule,& omnes trucidati sunt coram eo eo. cap.
Tertium motiuũ de panibus propositionis nõ arguit
ibi fuisse arcam,sed potius fuisse tabernaculum: nam
panes propositionis ponebantur in mensa corã Dño
Leui.c.24.ista tamen mensa erat intra tabernaculum
in latere aquilonari,vt patet Exod.cap.26.

Cum

Cum ergo ponerentur panes in mensa, oportet vt ipsa staret intra tabernaculum; nam alias non dicebatur stare corã domino: coram arca autem sola poni non debebat. ergo in Nobe ciuitate non erat arca, vel saltem non arguebatur ex hoc debuisse ibi esse arcã. A

Item non stat, quòd arca fuerit in Nobe, quin si ibi fuisset aliquando hoc fuisset tempore Saulis: nam postea esse non potuit, quia Saul deleuit ciuitatem infra cap. 22. & tamen tempore isto erat arca in Cariathiarim. Nam Dauid quando voluit eam ducere in domum suam, duxit de Cariathiarim, vt patet primo Paralipom. ca. 1. & consequenter non potuit esse in Nobe aliquo tempore ante, nec post.

Arca nunquam fuit in Gabaon contra Nicolaum.
Quæst. XVI. B

Dicebat vlterius Nicolaus, quòd post destructionem ciuitatis Nobe translata fuit in Gabaa arca, & hoc volũt accipere ex eo, quod habetur 2. Paralip. c. 1. s. quia Salomõ duxit tabernaculum domini de Gabaon. Sed hic est error, quoniam aut accipiet pro Gabaa, in qua erat domus Aminadab, & de ista tenet hic, quòd trãslata fuerit arca in Gabaa in domum Aminadab postquam fuit in Nobe, aut accipit pro Gabaon, & sic intelligit Deuterono. cap. 13. vbi ponit, quòd fuerit arca in Gabaon. Primus sensus non stat, quia innuit, quòd domus Aminadab in Gabaa non erat in Cariathiarim, sed hoc falsum est, vt patet 1. Paralip. cap. 13. & supra probatum est. Secundus sensus etiam non stat, quoniam quando Dauid transtulit arcam de Cariathiarim, posuit eam in domo Obededom, & inde transtulit eam in domum suam, vt patet prælleg. c. Et quando Salomon duxit eam in Sanctuarium, adduxit de domo Dauid, vt patet 2. Paralip. c. 1. stetit tamen tabernaculum domini in Gabaon, & inde duxit illud Salomon in templum, quod ędificauit. & quia non distinguũt isti loca tabernaculi, & arcę putant, quòd cum fuit in Gabaon tabernaculum, quòd etiam fuerit ibi arca. C

Arca non fuit portata de Gabaon in domum Obededom.
Quæst. XVII. D

Vltimo autẽ dicit Nicolaus, quòd de Gabaa, siue Gabaon portata fuerit arca in domum Obededom, quòd si accipiatur Gabaa pro quodã colle, qui erat in Cariathiarim, verum est, sicut patet primo Paralipomen. capit. 13. Sed tunc non est verum, quòd fuerint factę istæ mutationes per media, scilicet per Masphat Galgalã, & Nobe.

Si autem accipiatur Gabaa pro Gabaon, falsum est, quòd fuerit arca ducta de Gabaon in domum Obededom, quia supra declaratum est præcedenti quęstione, quòd nunquam fuit arca in Gabaon, patet igitur ex prędictis, in quibus locis arca steterit, dum nõ fuit coniuncta tabernaculo. E

Tabernaculum, siue Sanctuarium, in quibus locis fuerint.
Quæst. XVIII.

Nunc autem de Sanctuario dicendum est, in quibus locis fuit, & sciendũ, quòd non est tanta certitudo quantum ad Sanctuarium, in quibus locis fuit, sicut quantum ad arcam, quia non fuit aliquod tempus, in quo esset arca separata a Sanctuario, & nesciretur de ea vbi esset, de Sanctuario autem secus est, quia nõ habemus pro toto tempore certitudinem: fuit enim ab introitu in terram Chanaan Sanctuarium modico tempore in Galgala, dum Iosue faciebat contra Chananęos, & tunc non erat fixum ad manendum, sed erat quasi depositum, vt finitis bellis figeretur alicubi stabiliter, & finitis illis positum fuit in Silo per Iosue, & totum Israel, & mansit in Silo vsquequo mortuus est Heli sacerdos: nam tunc erat ipse ibi ad ostium domus domini, quando corruit de sella, vt patet supra ca. 4. postea autem, an fuerit immediate mutatum inde Sanctuarium ad alium locum, vel manserit ibi aliquanto tempore, non patet, solum autem constat, quod pauco tempore post, s. quando regnabat Saul erat tabernaculum in Nobe, vt patet infra 21. cap. Nam ad ipsum locum iuit Dauid, & petijt panẽ, & datus est panis sacer, vt supra inductum est, etiam erant ibi sacerdotes, vt patet infra ca. 22. omnes enim illos fecit Saul iugulari. legimus autem postea fuisse Sanctuarium in Gabaon: ibi enim erat tempore Dauid, & post mortem illius cum voluit ducere Salomon altare, & omnia vasa Sanctuarij in templum, quod ipse construxerat, dicitur quòd portauit de Gabaon libr. 2. Paralipomenon cap. primo. Dicendum igitur rationabiliter, quòd in his locis fuit Sanctuarium, & non in aliquibus alijs, scilicet, quòd post mortem Heli sacerdotis per monitionem alicuius prophetæ, quòd non esset Deo accepta habitatio in Silo, translatum fuit tabernaculum in ciuitatẽ Nobe, postea autem mansit ibi toto tempore, quo fuit iudex Samuel in Israel, & aliquanto tempore in regno Saulis, postea autem Saul destruxit ciuitatem Nobe propter sacerdotem Achimelech, qui videbatur dedisse fauorem Dauid, & tũc quia erat ipse rex de tribu Beniamin transtulit templum in sortem Beniamin, & posuit in vrbe Gabaon, quæ est de illa tribu, vt patet Iosue cap. 18. postea autẽ mansit ibi semper toto tempore regni Saulis, & Dauid: Salomon autem transtulit de illa vrbe in ciuitatẽ Ierusalem in templum, quod construxerat, vt patet 2. Paralipom. cap. 1.

Sanctuarium non fuit in Masphat, neque in Galgala.
Quæst. XIX.

Si autem dicat, quòd fuit in Galgala, & in Masphat, & similibus locis non habet aliquam apparentiam: hoc enim quidam dicunt, sicut de arca dixerunt, scilicet, quòd esset in Masphat, & Galgala, quia in his locis offerebatur domino sacrificium, vt patet infra cap. 10. & 11.

Sed dicendum, quòd ex hoc nõ sequitur, quia etiã in Ramatha offerebat Samuel sacrificia, quia constituerat ibi altare, vt patet infra, tamen nullus dicit ibi fuisse tabernaculum.

Si autem aliquis dicere voluerit non stat, quia eo tempore, quo sacrificabat in Ramatha Samuel, sacrificabatur in Galgala, & in Masphat, quia in Ramatha sacrificabat, & mansit hoc toto tempore Samuelis, cum ibi habitaret, vt patet infra: aliquando tamen ipse immolabat in Masphat, & Galgala, vt patet infra capitu. decimo. & vndecimo. non poterat tamen esse simul tabernaculum in his locis. ergo in aliquo istorum non erat.

Item patet hoc, quia solũ in Ramatha erat, quòd Samuel ędificauerit ibi altare, vt patet infra in litera, si tamen fuisset ibi Sanctuarium, non oporteret cõstrui altare, quoniam in Sãctuario erat altare, in quo possent offerri sacrificia.

Item nõ est verisimile, quòd fuerit tabernaculum in Masphat, & in Galgala, quamuis ibi fierent sacrificia, quoniam Samuel, & totus Israel elegerunt regem

gem in Masphat infra capit. 10. & ibi immolauerunt F
hostias, & immediatè post hoc facto vno bello contra Ammonitas confirmatum est regnum Saulis in Galgala, & ibi fuerunt oblata sacrificia infra vndecimo cap. & sic velocissima esset mutatio sanctuarij, quod non est concedendum. Etiam quia paulopost hoc sanctuarium erat in vrbe Nobe, ergo non est credēdum, ꝙ in Ramatha, aut Masphat, vel Galgala fuit sanctuarium, sed immediatè post vrbem Silo fuit in Nobe: patet igitur de sanctuario, & arca, in quibus locis fuerint.

Eleazarum autem filium eius sanctificauerunt. Scilicet filium Aminadab: dicitur quòd sanctificauerunt eum, idest disposuerunt, vel ordinauerunt ad custodiendū arcam. Non accipitur autem hic sanctificatio pro ali G
qua consecratione, siue pro illa, quæ requirebatur in Leuitis, de qua Num. cap. 8. siue pro illa, quæ requirebatur in sacerdotibus Leui. cap. 8. & Exodi capitu. 29. Nam non debebat facere aliquam ministrationē coram arca ad hoc, quòd exigeretur sanctificatio, vel consecratio, sed dicitur sanctificatus quicunque ad aliquid est dispositus, vel sanctificatus, idest mundus, vel sanctificatus, idest Deo applicitus; hic autem pro quocunque potest accipi: quoniam Eleazarus filius Aminadab fuit ab Israelitis assignatus ad custodiendum arcam: fuit etiam applicitus Deo ad cultum quendam, scilicet ad hoc, quòd custodiret arcam illius: etiam satis potest accipi sanctificatus, idest puri H
ficatus, quia non decebat aliquem virum immundū custodem esse arcę: sed in primis duobus melius accipitur.

Vt custodiret arcam Dei. Idest non fuit ad aliquam operationem, vel ministrationē aliam ordinatus Eleazarus, nisi vt custodiret arcam: hoc autem erat, quia non fiebant aliqua sacrificia coram arca, nec aliæ cæremoniæ legales, sed omnia hæc pertinebant ad sanctuarium: patet enim de alijs cæremonijs sacerdotalibus, vt declaratum est Num. capitulo decimooctauo, sed ista fiebat in sanctuario in urbe Nobe, quando erat ibi sanctuarium solum, & arca in Cariathiarim, vt patet infra vigesimoprimo capitulo, ergo etiam fierent aliæ ministrationes, quæ erant ita quotidianæ, sicut ista, scilicet incensio lucernarum, & crematio I
thymiamatis, & oblatio holocaustorum: coram arca autem nihil fiebat, quia solum dicitur, quòd erat ad custodiam, & non erat ibi ad aliquam solennitatem, vt patet in litera, & ista fuit causa quare solum fuit assignatus vnus minister, scilicet Eleazarus filius Aminadab, alioquin enim multi fuissent, sicut erat in tabernaculo in vrbe Nobe, de qua fuerunt trucidati octogintaquinque viri vestiti ephod, vt patet infra capitulo vigesimosecundo.

An festum expiationis fieret coram arca, quando erat in Cariathiarim. Quæst. XX.

QVAERET aliquis circa hoc, an qn̄ erat arca in Cariathiarim, coram ea fieret festiuitas in K
die expiationis. Respondebit aliquis, quòd non fiebat, nec poterat fieri, quia sicut non fiebant alia sacrificia, nec cæremoniæ coram ea, sed in sanctuario in Nobe: ita quoq; nec ista festiuitas, quę requirebat sacrificia. In contrarium dicet aliquis, ꝙ fieri poterat, & debebat coram arca, erat aūt spāle de solennitate ista, & de alijs, quia in nulla aliarū introibat aliquis sacerdos in sancta sanctorum coram arca, sed in ista introibat ad aspergendum sanguinem coram propitiatorio, vt patet Leui. cap. 16. sed hoc non poterat reperiri, nisi vbi erat arca, ergo illuc videbatur eundum ad celebrationem huius festiuitatis.

Respondendum est quòd de festiuitate expiationis, an fieret in sanctuario, quando arca, & sanctuarium erant disiuncta, declaratum est pręcedenti cap. quæst. 4. quòd sic, sed adhuc dubitaretur, an posset fieri solennitas ista coram arca, & respondendum quòd nō: multa enim impediunt. Primo quia dies expiationis erat dies multorū sacrificiorum, vt patet Leuit. c. 16. & Nu. 29. ista autem sacrificia debebant fieri in altari holocaustorum ad ostium tabernaculi Leuit. 16. cap. & hoc nō erat corā arca, sed in sanctuario, ergo oportebat, quòd fieret ista festiuitas in sanctuario. Item dicitur quòd debebat summus sacerdos illa die offerre duos hircos ad ostium tabernaculi mittens duas sortes super eos, scilicet vnā sortem Domino, & aliam capro emissario: Leui. cap. 16. sed non erat istud coram arca, ergo non poterat ibi obseruari ista cæremonia. Itē dicitur quòd ista die introibat summus sacerdos in sancta sanctorum portās secum sanguinem & thymiamata, sed cum arca separata erat a sanctuario non poterat aliquis introire ibi in sancta sanctorum, ergo non poterat obseruari ibi ista cæremonia.

Cùm autē erat sanctuarium sine arca, poterat obseruari ibi ista cæremonia, quia manebat ibi sancta sanctorum, scilla domus occulta, in qua consueuerat esse arca, & illuc introibat summus sacerdos ferēs sanguinem, & quia in arca nihil fieri debebat, sed solum in sancta sanctorum aspergendo sanguinem, etiam si non esset ibi arca, aspergebatur sanguis, & complebatur cæremonia expiationis. Apparet igitur ꝙ coram arca, quando erat separata a sanctuario, non fiebat aliqua solennitas, nec etiam cæremoniæ expiationis.

An Eleazarus quando introibat ad arcam, ferret secum thymiamata. Quæst. XXI.

QVAERETVR vlterius an iste Eleazarus qui custodiebat arcam, quando introibat ante eam ferret secum thymiama. Ratio dubij est, quia Leuit. cap. 16. dicitur, quòd Aaron nunquam introiret in sancta sanctorum coram arca, nisi prius faceret quasdam cæremonias oblationis, & duceret secū thymiama: ita ergo cum introiret iste Eleazarus ante arcam, videtur quòd deberet eadem portare thymiamata.

Respondendum quòd iste Eleazarus non debebat quicquam cæremoniale facere in thymiamate, vel sacrificijs ad hoc quòd introiret coram arca: quoniam arca erat in sancta sanctorum discooperta, & sacerdotes si illuc introirent sine thymiamate viderent arcam nudam, & ea, quæ apparebant inter Cherubin. voluit ergo Deus quòd sacerdos ingrediēs portaret secum thymiama: Eleazarus autem non debebat videre arcam discoopertam, sed velatam pallijs suis, quia ibi non erat intra sancta sanctorum, sed sicut quādo erat in itinere, sed quando Israelitæ videbāt eam velatam pallijs suis, non faciebant aliquam cæremoniam coram illa, ita nec Eleazarus, quāquam sępe staret coram arca, non oportebat, quòd aliquid secum ferret: nam si necesse esset portari thymiama nō solum esset hoc, sed etiam requireretur, quòd fierent sacrificia multa de quibus Leuit. c. 16. Et solum esset hoc in die expiationis, & quòd iste ingrediēs esset summus sacerdos, sed hoc falsum est, quia ista solum obseruabantur ad arcam, quando erat intra sancta sanctorum: nunc aūt erat extra, ergo nulla cæremonia obseruāda erat.

An Eleazarus custos arcæ esset popularis, leuita, vel sacerdos. Quæst. XXII.

QVAERETVR vlterius de isto Eleazaro custodiēte arca an esset popularis leuita vel sacerdos. Respon-

Respondendum est, quòd Iosephus.6. Antiquitatum dicit, ꝙ Aminadab pater eius erat Leuita, ergo oportebat ipsum esse Leuitam, quia in veteri testamento omnes filij Leuitarum erant Leuitę, & omnes filij sacerdotum erant sacerdotes: hoc autem videbatur satis rationabile, scilicet ꝙ Aminadab non fuerit laicus, quia tunc filijs eius nō competeret aliqua ministratio circa res sacras. Sed tunc stat dubium an necesse esset istum esse sacerdotem, vel sufficeret eum esse Leuitā: aliquis dicet, quòd oportebat eum esse sacerdotem: nā ad Leuitas solum pertinebat portatio arcę per viā, sed custodia illius quando manebat pertinebat ad sacerdotes, quòd ipsi ingrediebantur in sanctuarium tā in atrium quam in primam partē tabernaculi, & potissimè ad summum sacerdotem, qui aliquando introibat in sancta sanctorū, ergo debebat esse iste sacerdos. Item quando arca manebat, vel cum erat in sanctuario nemo poterat apparere coram illa, nisi sacerdos, sed iste Eleazarus habens custodiam arcę poterat apparere corā illa: ideo videtur, quòd erat necesse eum esse sacerdotem. Respondendum est, quòd sufficiebat esse Leuitam istum custodem arcę: nam arca, qñ erat velata pertinebat ad Leuitas, & ipsi eam portabāt atque custodiebant, quādo autē erat nuda pertinebat ad sacerdotes: nunquam autem erat nuda, nisi quādo portabatur intra sanctuarium: ideo tūc ad sacerdotes pertinebant: qñcunque autem erat extra sanctuarium iam pertinebat ad Leuitas, sed nunc quando erat in domo Aminadab erat extra sanctuariū, & erat velata, ergo pertinebat ad Leuitas: nā sicut si arca portanda fuisset per multa terrarū spacia, & magno tēpore, nūquam autē interim poneretur in sanctuario semper pertineret ad Leuitas: ita autem nunc erat arca, quasi esset in via, quia nondum venerat ad locum, in quo mansura erat, sed ꝙ ipsa esset intra sancta sanctorum: ergo ad Leuitas pertinebat, alioquin.n. si habuisset ibi aliquē spaliorem modum, q̃ qñ erat in via, & portabāt a Leuitis, non solū iste Eleazarus qui custodiebat eā, & ingrediebāt corā illa debebat esse sacerdos: immo debuisset esse summus sacerdos, quia soli summo sacerdoti licebat introire in sancta sanctorum: Leuit.c.16. & ad Heb.9. cōstat tñ, ꝙ iste Eleazarus filius Aminadab non erat summus sacerdos, quia non esset ipse Pontifex viuēte patre suo: nisi forte pp maximam senectutem, sicut est factū in Heli, & filio eius Phinees, fuit.n. Phinees sacerdos magnus patre suo viuente, & hoc iubente, vt ait Ioseph.6. Antiquitatum. Sed etiam hoc non stat, quia hoc tpe erāt summi sacerdotes de stirpe Heli vsq; ad Abiathar tpe Salomonis: ibi enim
29. & cessauit sacerdotium istorum, & rediit ad aliam stirpem, vt declaratum est supra cap.2. quia tunc nouiter mortuus fuerat Phinees summus sacerdos filius Heli, & successit Achitob filius Phinees, vt ibidem, & supra declaratum est: iste autem vocatur hic Eleazarus filius Aminadab: ergo nullo modo erat iste summus sacerdos, & tñ custodiebat arcam, & introibat coram illa, ergo non requirebatur aliqua ceremonia: nec ēt ꝙ esset iste custodiens sacerdos, quia nihil magis poterat facere sacerdos respectu arcę, q̃ Leuita, nisi esset summus sacerdos: satis igitur erat, ꝙ iste Eleazarus esset Leuita, sicut ponit Iosephus: immo ēt si dicere velimus sufficiebat eum esse popularē, dum tñ non tangeret arcam nudam, vel velatam, sed solum custodiretur in domo eius: sic.n. patet de Dauid nam tenuit magno tpe arcam dñi in domo sua. j.2.lib.c.6. s. annis 44. vt declaratum est. s.q.10. & tamen ipse erat de tribu Iuda, & non de Leuitis, vel sacerdotibus. Sed aliquis respondebit, ꝙ aliqua licuerunt Dauid, quæ non licebant aliis, eo ꝙ ipse erat propheta dñi, & quęcūq; ageret, credebāt agere illius voluntate: si tñ esset alius

A laicus non liceret ei. Sed adhuc respondebitur, quòd etiam licuisset ponere arcam ad custodiā in domo alicuius alterius laici, qui non esset propheta: sic enim factum est antequam poneretur arca in domo Dauid: nam fuit posita in domo Obededon Gethei: iste tamen non poterat esse nisi laicus, quia erat Gethęus.i. alienigena de Philisthinis de vrbe Geth: sicut dicebatur Golias Gethęus: fuerat tamen iste conuersus ad iudaismum, & erat vir bonus: ideo in domo eius arca posita est: istud namque concedi poterat, nec erat expressum inconueniens, ꝙ in domo laici poneretur ar-
B ca: dato ꝙ ille non esset propheta, immò ēt si esset cōuersus ad Iudaismum: dum tñ esset vir bonus, & approbatæ vitæ, licet non esset valde honestum: & tñ ad pręsens quantum ad Obededon, licet aliqui voluerint ꝙ esset Philisthinus natione de vrbe Geth conuersus ad Iudaismum non est concedendum: immo erat verè de Israelitis ex genere, & erat Leuita, & ipse assignatus est cum cantoribus per Dauid ad canendum corā arca lib.1.Paralip.15. & 16.c. & declarabitur magis sequenti lib.c.6. Ad rationes in contrarium respondetur, & ad primam cum dicebatur, ꝙ portare arcam in itinere pertinebat ad Leuitas, custodire tamen eam manentem pertinebat ad sacerdotes, dicendum est, ꝙ si arca esset manens in sanctuario in apparatu suo ad solos sacerdotes pertinebat custodia eius: si tamen custodiretur in aliquo alio loco priuato non in appa-

In q.11. Solutio ad rōnes in oppositum.

C ratu suo erat ibi velut in itinere, & sic pertinebat ad Leuitas: ita autem fuit hic. ergo sufficiebat, ꝙ eēt Eleazarus Leuita. Ad secundam rationem cum dr̄, ꝙ nemo poterat apparere coram arca, nisi sacerdos, sed iste apparebat coram illa, quia erat in custodia eius, ergo erat sacerdos. Respondendum ꝙ apparere coram arca, aut erat quando erat in apparatu suo, & nuda, aut qñ erat vestita alias velata: si secundo modo dicendū, ꝙ quilibet poterat coram ipsa apparere non solū Leuita, sed etiam laicus, sicut quando ducebatur in itinere oēs eam videbant, & accedebant iuxta illam, dum tamen non tangerent ipsam: si autem accipiatur pri-
D mo modo.s. quando erat arca nuda intra sancta sanctorum, dicendum ꝙ aut istud erat in tempore, quo mouendum erat tabernaculum, aut aliis temporib', si primo modo licebat summo sacerdoti, & minoribus introire ad velandum arcam, vt patet Nu. ca.4. si autē aliis temporibus solum licebat summo sacerdoti.s. in die propitiationis, vt patet Leu.c.16. & ad Heb.9. Nūc autem arca in domo Aminadab erat sine aliquo apparatu, quia non erat in sancta sanctorum, & erat velata, ideo licebat cuicunque ēt laico coram illa apparere, non igitur requirebatur, ꝙ Eleazarus esset sacerdos, quia custodiebat arcam. *Et factum est.* Hic consequenter declaratur releuatio populi a iugo Philisthinorū sub Samuele, quę facta est propter conuersionem ad Deum per solicitudinem Samuelis, & diuiditur in
E tres partes. Primò describitur dicta conuersio: secundò Philisthinorum debellatio: tertio populi pax, & bona ordinatio. Secunda ibi. *Et audierunt.* Tertia ibi. *Facta est itaque.*

Quando, & quō Samuel de libertate Israel tractare cœperit. Quæst. XXIII.

CIRCA primum considerandū, ꝙ qñ mortu' est Heli Samuel non erat magnę ętatis, quia tñ erat propheta dñi cognitus in toto Israele, vt patet.s.c.3. acceptus fuit in iudicem ab Israelitis: nā cū hoc tpe non essent reges in Israel, eligebant Israelitę aliquē, q inter eos cæteros excelleret, quantum ad hoc, ꝙ posset liberare illos de manu hostiū, & hoc siue ille excederet sāctitate, & cognitione

Dei ſicut Samuel, ſiue viribus, vt Samſon, ſiue induſtria,& extremitate pugnę,vt Iephte, Galadites, & ſic de ſimilibus,tales enim iudices eligebantur, ſic.n.vult Ioſephus 6. Antiquitatum.

Cum autem mortuus fuit Heli ſuſcepit principatũ Samuel, & in tempore eius Iſraelitæ ſecuti ſunt dñm magis quam priori tempore, Nunc autem cum tranſiſſent aliquanta tempora. ſ. 20. anni ab illo tempore, quo mortuus eſt Heli,videns Samuel,ꝙ populus eſſet iam aliqualiter manu ductus ad colendum Deum toto animo,conuocauit eos in Maſphat,& ibi fecit ſacrificium, atque hortatus eſt ad abijciendum oẽs Deos alienos, & reſumendas vires contra hoſtes promittẽs illis bonam ſpem,& dicitur. *Et factum eſt ex qua die manſit arca domini in Cariathiarim.* Hic intẽdit ſcriptura enarrare quantum fuit tempus, quod tranſiuit ab initio principatus Samuelis,vſque ad diem,qua facta eſt iſta exhortatio,& dicitur,ꝙ fuerunt anni 20.dr̃ autem de tempore quo manſit arca in Cariathiarim.ſ.quando viri Bethſames ad ſe ductam miſerunt ad viros Cariathiarim, & incipitur ab hoc tempore computatio 20. annorum,eo ꝙ hic incepit principatus Samuelis, nã ipſe fuit princeps poſt mortem Heli.Reductio autem arcę in Cariathiarim fuit ſeptem menſibus poſt mortem Heli, totidem enim manſit arca in terra Philiſthijm,vt patet præced.c. *Multiplicati ſunt dies.*i.tranſierũt multi dies.ſ.quòd ab illo tempore,quo poſita fuit arca in Cariathiarim, vſque ad ea, quæ dicuntur hic tranſierunt multi dies:nam immediatè dicitur, quòd iam erat 20.annus. ſ. ab initio principatus Samuelis.

*Erat quippe iam annus vigeſimus.*Hoc ponitur ad declarandum pręcedentia. ſ. quòd tranſierant dies multi a tempore poſitionis arcæ in Cariathiarim: nam iã erat 20.annus, ponitur autem iſtud tempus ad declarationem eorum, quæ ſequuntur.ſ.quòd requieuit omnis domus Iſrael poſt dominum.i.in iſtis 20.annis curauerunt Iſraelitę colere Deum, hoc autem fuit, quia docebat eos tunc Samuel cum fuiſſent iſti 20. anni ſub principatu eius, non ponitur autem in toto iſto tempore quid fecerit Samuel, vel populus Iſraelitarũ: de Iſraelitis autem ſatis apparet cauſa.ſ.quia non acciderunt aliqua bella,vel aliqua alia notabilia, quę ſtilo digna forent. De Samuele autem ex litera poteſt colligi quid fecerit in iſtis 20,annis.ſ.ꝙ docuit Iſraelitas colere Deum,& recedere ab idolis, ꝙ prioribus temporibus non faciebant,& hoc apparet, quia dicitur, ꝙ in iſtis 20.annis requieuit domus Iſrael poſt Deũ colendo eum,ergo ante hoc non erat ſic: alioquin non poneretur hic tanquam aliquid ſpeciale, ꝙ Iſraelitæ requieuerint poſt Deum.ẽt dicendum eſt, ꝙ in iſto tp̃e fecerit Samuel ea, quæ ꝟ. hñr.ſ.ꝙ in ſingulis annis diſcurrebat per tria loca,ſ.Galgalã, Maſphat, & Bethel, & in his iudicabat Iſraelitas, deinde reuertebat̃ in vrbem ſuam Ramatha,& etiam iudicabat Iſrael, atque morabatur, vt patet in litera. *Et requieuit omnis domus Iſrael poſt dominum.* i. omnes Iſraelitæ curauerunt inquirere Deum: vocatur autem omnis domus Iſrael omnes 12. tribus, quia nulli alij deſcendebant de ſtirpe Iacob.Et dr̃,ꝙ requieuit omnis domus,quia ante hoc magna pars Iſrael ſequebatur dominum, & magna pars ſequebatur idola, ſicut fuit poſt tẽpora Salomonis,diuiſum enim regnum Iſrael fuit,& decem trib⁹, quæ vocabantur Iſrael pro maiori parte colebãt idola:duę autem tribus pertinentes ad regnum Iuda colebant Deum: nunc autem fecerat Samuel doctrina ſua,quod omnes Iſraelitę conuerterentur ad Dei cultum,& hoc erat requieſcere poſt dominum,id eſt requieſcere in Deo non diuertendo,vel ambulãdo poſt idola.In hebręo ponitur hic verbum, quod ſignificat feſtinare, vel parare ſe,ſ.ꝙ omnis domus Iſrael feſti-

F nauit poſt dñm ad ſequendum eum, ſed iſtud verbũ ab illo,quod ſignificat quieſcere differt ſolum in vnica litera,ideo ſatis facile eſt, ꝙ ex corruptione aliquorum librorum hebręorum nũc accidit,ſed ẽt ſi ſic eẽt veritas hebraica,ſnĩa nihil differt, quia ꝙ hebræi quieſcerent poſt dñm, vel feſtinarent ad idem redit. Nam dicebantur quieſcere inquantum non intendebãt ad cultum idolorũ,ſed manebant in cultu Dei, dicebantur etiam feſtinare poſt Deum,vel parare ſe inquantũ nimis afficiebautur ad cultum Dei, & non ſequebantur eum iam remiſſe,ſicut prius,ſed feſtinando, quod notat deſiderium.

G *Quomodo verum ſit, quòd omnis domus Iſrael requieſceret poſt dominum, cum multi haberent Deos alienos. Quæſt. XXIIII.*

QVAERET aliquis quomodo dicitur hic,ꝙ omnis domus Iſrael requieuit poſt dominum, quia infra dixit Samuel ad Iſraelitas, ſi in toto corde veſtro reuertimini ad dominũ, auferte Deos alienos de medio veſtri Baalim, & Aſtaroth, ſed dum ipſi haberent inter ſe Deos alienos,non poterant eſſe conuerſi ad Deum, ergo nõ requieuerat tota domus Iſrael poſt dominum.

Aliquis reſpondebit,ꝙ Samuel loquebatur hoc generaliter,ſicut prędicatores faciunt,qui interdũ redarguunt aliqua peccata,quæ in populo non ſunt, & ſic H quamquam non haberent aliquos Deos alienos admonuit Samuel,ꝙ eos abiicerent.

Sed dicendum eſt,ꝙ iſtud non ſtat,quia ꝟ.ſequitur quõo Iſraelitę hoc fecerint.ſ. abſtulerũt ergo filii Iſrael Baalim,& Aſtaroth,& ſeruierunt Deo ſoli.

Ideo dicendum eſt,ꝙ q̃q̃ toto tp̃e 20. annorũ pręcedentium Samuel prędicaſſet Iſraelitis non fuerat penitus excluſa idolatria de terra,ſed aliqui manebãt, qui colebant Deum Iſrael, & tamen adhuc colebant idola:iſti tamen erant pauciſſimi in comparatione ad alia tempora pręterita, in quibus magna pars populi colebat idola,ideo dicit̃ nunc, ꝙ omnis domus Iſrael requieuit poſt dominum.ſ.ꝙ pauciſſimi erant,qui toI taliter non ſequerẽtur dominum, ita vt ſm̃ modum ſcripturæ recte dici poſſet, ꝙ oẽs Iſraelitę ſequebãtur dominum. *Ait autem Samuel ad vniuerſam domum Iſrael.* Dr̃ dixiſſe iſta ad omnem domum Iſrael, qm̃ ipſe diſcurrebat per totum Iſrael,atq; loquebatur eis exhortando,& iudicabat illos in Bethel, Galgala, Maſphat, & Ramatha,& in quolibet loco annunciabat illis verba hęc, ſcilicet ſi in toto corde veſtro reuertimini ad dominum.

Quando Samuel hortatus eſt hebræos ad conuerſionem ad dominum. Quæſt. XXV.

ISTA verba non locutus fuit Samuel in principio exhortationis ſuæ.ſ.in illis 20,annis,ſed ad finem, nã tunc quando iam erat annus 20. vt dicitur hic: K quia facta ſunt ea,quæ hñr hic,& ratio huius fuit.quia iſta ſunt verba magnę confidentię. ſ. quando aliquis videt eos,ad quos loquitur nimis diſpoſitos,& loquitur quodcunque vult: a principio aũt exhortationis Samuelis Iſraelitę erãt multum alienati a domino: ideo pauliſper eos reducere conabatur, & ſi dixiſſet illis, ꝙ totaliter excluderent a ſe Baalim, & Aſtaroth a principio,nihil feciſſent: fuit ergo modus, quod Iſraelitæ ab initio ducatus Samuelis non colebant Deum, ſcilicet non aſcendentes ad ſanctuarium, nec facientes ſolennitates aliquas legales,ſed totaliter vacabant cultui idolorum,& erant iſta duo mala.ſ. quòd Deum verum non colebant,& ꝙ idola adorabant: Samuel aũt a prin-

a principio exhortationis suę, reduxit illos a primo malo faciendo, quòd Deum colerent: ad vltimum autem admonuit, quòd etiam non colerent idola, sed solum Deum, & hoc significat litera sequens. s. si in toto corde vestro reuertimini ad dominum. s. ad colendum eũ, auferte Deos alienos de medio vestri, & seruite illi soli: tunc autem Israelitæ receperunt admonitionem, quia iam satis suasi verbo Samuelis, abiecerunt Deos: de ista admonitione dicit Iosephus 6. Antiquitatum, quòd Samuel videns fiduciam Israelitarum locutus fuit eis dicens: O viri quibus adhuc hostes sunt grauissimi Palesthini, & Deus iam incępit esse propitius, & amicus: non solum concupiscenda libertas est, sed etiam faciendum per quod vobis eius bona peruenirent, non enim optare debetis ab hominibus liberari, & agere pro quibus potius seruiatis, sed estote iusti, & malitiam depellentes ab animabus vestris, easque purgantes totis mẽtibus inuitate Deũ: eumque bonis actibus honorate, hęc. n. vobis oĩbus facientibus, bona prouenient: seruitusque fugabitur, & de hostibus repente triumphus afferetur, quem ꝓmereri non armis poteritis, non robore corporũ, non multitudine populorum, nõ. n. malis Deus se promittit talia prębiturum, sed bonis existentibus, atque iustis. Ego autem vobis digna gerentibus huiusmodi promissorum stipulator adero. In quibus verbis non expressit Iosephus, ꝙ colerent Iudęi idola, sed ꝙ erãt in aliquibus peccatis nolens tamen infamare gẽtem suam. *Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum.* Iam enim Israelitæ conuersi fuerãt ad dominum colendo illum, sed nondum penitus abiecerant idola, ideo hortabatur, vt penitus abiicerent, & dicit si in toto corde vestro reuertimini. Ille enim dicitur conuerti in toto corde, qui ab omnibus vitiis, in quibus erat recedit: ille autem non conuertitur toto corde, qui vitiis qbusdam abiectis, aliis immoratur: sic erat de Israelitis, habebant enim duo peccata, scilicet, quòd Deum Israel non colebant, & ꝙ idola colebant, ab vno eorum iam auersi fuerant, scilicet, ꝙ colebant Deum, sed ab alio non penitus, quia adhuc colebant idola, ideo dixit si in toto corde vestro, scilicet non solum debetis conuerti ad dominum, sed etiam abiicere Deos alienos, si in toto corde conuertimini: alioquin Deus talem conuersionem non acceptat, sic enim dixit Elias propheta ad omnem populum Israel in monte Carmeli, scilicet vsquequo claudicatis in duas partes? si dominus est Deus, sequimini eum, si autem Baal sequimini illum infra 3. lib. c. 18. *Auferte Deos alienos de medio vestri.* Dii alieni vocantur, quia ad alias gentes ptinebant, & non ad Israelitas, nec fecerant eis vllum bonum, aut dederant legem. *Baalim, & Astaroth.* Isti duo dii erant multum communes inter Gentiles, de Baalim patet, quia tota domus Israel in decem tribubus colebat Baalim, sicut improperauit eis propheta Elias & Eliseus, & alii prophetæ, & sępe habetur in 3. & 4. lib. infra. Astaroth autem erat Deus Gentium, quia erat Deus Philisthinorum, vt patet infra c. vltimo. s. & posuerunt arma eius in templo Astaroth, corpus vero eius miserunt in muro Bethsan. De hoc etiam apparet 1. Paralipom. c. 10. *Et præparate corda vestra domino.* Id est disponite vos ad colendum eum solum: nam ante hoc, cum diuisi essent in duos Deos, cultus ille nihil valebat, nec Deus acceptabat. Cum autem præpararent se ad dominum acceptaretur. *Et seruite illi soli.* Id est non colatis cum eo alios Deos, quia sicut iniuriosum est Deo, ꝙ non colatur cum Deus sit: ita iniuriosum est, ꝙ aliquis alius cum eo colatur, cum nullus cum eo Deus sit: sic autem faciebant Samaritani, qui Deum cęli timebant, nihilominus tñ Deos suos colebant. ꝟ. 4. li. c. 17. *Et eruet vos de manu Philisthinorum.*

[Margin: n toto de con ti quis itur.]

A Toto. n. tpe pręcedenti Iudęi erant nimis depressi a Philisthinis, & Deus hoc faciebat, quia alienati erant ab ipso, si autem conuerterentur ad dominum in toto corde eriperet eos de manu tribulantis.

An Israelitæ liberati fuerint de manu Philisthinorum immediatè, vt conuersi sunt ad dominum.
Quæst. XXVI.

QVAERET aliquis an Israelitæ liberati fuerint a Philisthinis immediatè, vt conuersi sunt ad dominum. Respondebit aliquis, ꝙ
B sic, quia Deus promisit hic, ergo compleuit adueniente conditione, Iudęi tamen toto corde conuersi sunt, & abiecerũt Deos alienos, vt patet hic, ergo digni erant, vt liberarentur. Item patet, ꝙ liberati fuerint, quia immediatè ponitur bellũ, in quo Deus perterruit Philisthinos fragore magno de cęlo, & ꝓsecuti sunt illos Israelitę, atque fecerunt plagam magnam in eis, vt patet in litera. Item dicitur infra, ꝙ tẽpore Samuelis redditæ sunt ciuitates, quas tulerant Philisthęi ab Israel ab Acharon vsque Geth, & terminos suos, & facta est manus domini super Philisthęos cunctis diebus Samuelis. Sed adhuc videtur, ꝙ nõ fuerint penitus liberati a Philisthinis Israelitæ: nam tempore Samuelis, & Saulis erat semper bellum potens inter Israelitas & Philisthinos. ꝟ. c. 14. & non solũ erat
C bellum inter illos, sed ẽt seruitus quędam erat imposita hebręis. Nam in principio regni Saulis cum ẽt Samuel regeret populum, Philisthini imposuerant legẽ, ꝙ hebręi, non haberent in terra sua fabros ferrarios, sed cum aliquis de eis deberet parare aliquod instrm agriculturę descendebat in terram Philisthijm ad parandum. ꝟ. 13. c. fuerunt etiam post hoc bella magna, nam Saul, & filii sui mortui sunt in bellis Philisthinorũ. ꝟ. c. vlt. Dicendum igitur, ꝙ nunquam fuerunt penitus liberati Israelitę de manu Philisthinorum, vsq; ad tempora regni Dauid, quia añ hoc semper fuerunt tributa super eos: Dauid aũt hęc cõuertit, qm ipse deiecit nimis Philisthinos, & imposuit eis tributum: de *Responsio auct.*
D hoc. ꝟ. 2. lib. c. 8. s. factum est post hoc percussit Dauid Philisthęos, & humiliauit eos, & tulit Dauid frenũ tributi de manu Philisthijm: nunc aũt dicebatur, ꝙ liberaret Deus Israelitas de manu Philisthijm si conuerterent ad Deũ, ꝙ quidem non intelligebat ꝓ plenaria liberatione, sed ꝙ releuaret eos, ne tm̃ grauarent, sicut prius, semper tñ voluit illis relinquere hostes ad hoc ꝙ exercitarent, & si aliqñ peccarent, haberent a qbus punirent, vt patet Iudic. c. 2. & 3. *Abstulerunt ergo filij Israel, Baalim, & Astaroth.* s. confregerunt eos proponentes, nunq̃ vlterius hr̃e illos in Deos, & si aliqui alii dii erant in terra illa noĩe istorum intelligentur. *Et seruierunt Deo soli.* s. non habentes alium Deum, nisi Deum verum, qui erat Deus eorũ, & istũ cultum acceptabat Deus, nam ipse est Deus zelotes. Exo. c. 34. s. ꝙ nõ vult
E alium coli, nisi se solum. *Dixit autem Samuel congregate vniuersum Israel in Masphat.* Istud erat in anno 20. ducatus sui, postq̃ oẽs Israelitę conuersi erant ad colendũ Deum solum: nã tunc voluit eos admonere ad maiora. s. quo se haberent contra Philisthinos, quia certissime Deus esset auxiliator eorũ, qa iam cõuersi fuerãt, qđ Deus voluit ibi ostendere: nã Israelitis non aduertentibus ad pugnam congregati sunt super eos Philisthijm, & perterruit dñs Philisthinos, vt patet infra. *Vt orem pro vobis dominum.* Volebat enim facere ibi reconciliationem Samuel inter Deum, & Israelitas: ideo. n. ipsi cessauerant a malo, quod faciebant, & dolebant, quia fecerant, solum igitur superat, vt Samuel oraret pro eis ad dñm, vt auerteretur ab ira sua: & sic factum est. Nã cõgregatis omnibus in Masphat Israelitæ ge-

mebant, dicentes. Tibi peccauimus domine,& ieiunauerunt affligentes se, & tunc Deus cõuersus est ab indignatione sua. Intendebat enim Samuel exhortari eos quantum ad aliqua præcepta viuendi: ideo faciebat omnes congregari, vt omnes audirent. *Et conuenerunt in Masphat.* ſ.omnes Israelitę venerũt illuc, sicut dixerat Samuel. Non est autem intelligendum, quòd omnes iuissent illuc nullis manentibus in vrbibus, sed de quolibet loco ibant multi, ita vt posset dici, ꝙ omnes Israelitæ cõuenerant, & fuit factum hoc in Masphat, quia iste erat vnus de tribus locis, in quibus consueuerat iudicare quolibet anno Samuel Israelitas, est autem Masphat in terra Galaad, & in hoc loco habitabat Iephte iudex Israel qui dicebatur Galadites, vt patet Iudicum ca.11. & non est intelligendum, quòd in hoc loco fuerit tabernaculum, vel arca, quamquã ibi Samuel obtulit sacrificium, quoniam in aliis locis offerebat, de quibus erat manifestum, ꝙ non esset ibi sanctuarium, sicut patet de Bethlehem infra capi.16. Etiam quamquam dicatur, ꝙ erant coram domino: nõ sequitur ꝙ esset ibi aliqua pars sanctuarii, quia vbicunque essent congregati in nomine domini multi dicebatur esse Deus inter illos: sic enim dixit Christus Mat.c.18. vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum, sed isti Israelitæ erant congregati in nomine domini. ſ. ad cultũ Dei, vt confiterentur peccatum suum, & oraretur pro eis, ideo Deus erat inter illos, & sic est de multis aliis locis, in quibus dicitur aliquid factũ esse corã domino. *Hauseruntque aquam, & effuderunt in conspectu domini.*

Hebræi ad significandum se humiliatos, & ad Deum conuersos effuderunt aquam. Ad vere pœnitendum quatuor requiruntur. Quæst. XXVII.

DICIT Rab.Sa. ꝙ istud erat ad significandũ se nimis humiliatos ab hostibus suis, quia sicut aqua ista effusa ad nihilũ valet vltra, sic in conspectu tuo nihil sumus, nec valemus. In translatione autem Chaldaica aliter exponitur, scilicet de conuersione vera ad Deum, qua cor cõteritur, & per istas aquas intelliguntur lachrymæ contritiones exeuntes a corde, & effusę per oculos.

Considerandum autem, quòd hic ponitur vera pęnitentia, & perfecta Israelitarũ. Primum enim, quod requiritur ad verè pęnitendum est, ꝙ a peccatis pręteritis recedamus: hoc fecerunt Israelitę, quia dicitur supra, quòd abstulerunt Baalim, & Astaroth, & seruierunt Deo soli. Secundò requiritur, ꝙ aliquis de peccato doleat, & hoc fecerunt Israelitæ, quòd signatur in eis, quæ fecerunt, & dixerunt. Tertio requiritur, quòd peccatum confiteamur, & hoc fecerunt similiter, qa dixerunt tibi peccauimus domine. Quartò requiritur satisfactio pro preteritis, & hoc fecerũt Israelitę, quia dicitur hic, ꝙ ieiunauerunt die illa coram dño: ideo nihil deerat ad hoc, ꝙ verè peniterēt, & ob hoc Deus acceptauit pęnitentiam eorum atque liberauit de manu Philisthijm, vt patet infra.

Effusio aquæ ad quod genus sacrificij pertineat. Quæst. XXVIII.

QVAERET aliquis ad quod genus oblationis, vel sacrificii pertineat effusio aquæ, quã fecit hic Samuel coram domino. Pro quo sciendum est, ꝙ in muneribus, quę Deo dabantur, de quibus aliqua pars proueniebat Deo, quædam vocabantur sacrificia, & quędam libamenta, vel oblationes. Prima autem erant illa, quæ fiebant de animalibus, & vocabantur sacrificia, atque erant in tri-
F bus generibus. ſ. holocaustum, hostia pacifica, & hostia pro peccato, de quibus per totum Leuiticum, & ista erant semper de tribus generibus animalium. ſ. de bobus, capris, & ouibus, nec licebat offerri alia. vocabantur autem oblationes, vel libamenta, quę non fiebant de animalibus, sed de quibusdam aliis rebus, & ista erant quinque. ſ. farina, oleum, vinum, thus, & sal, de quibus patet Leui.c.2. & Numer. 15, horum enim partes quædam cremabantur super altare, sicut partes sacrificiorum, vt patet pręalleg. cap. de aliis autem rebus nihil pertinebat ad oblationem super altare, qa quamquam offerrentur sacerdotibus, tamen nihil de eis cremabatur super altare: aqua autem non erat aliquid horum, ideo non pertinebat ad sacrificium, vel
G ad libamenta, ideo cum q̄ritur ad quod genus sacrificii pertinet, dicendum ꝙ ad nullum, quia sacrificia solum fiunt de animalibus. Si etiam dicatur ad quod genus oblationum, & libamentorum pertinet: etiam dicendum, ꝙ ad nullum, quia illa solum fiunt de farina, oleo, vino, thure, & sale: aqua tamen poterat hic dupliciter corã domino fundi. Vno modo, ꝙ fieret hoc in modum orationis, & ad significationem. ſ. quòd ꝑ effusionem aquę significabant se nimis humiliatos a Philisthinis, & nihil valentes, ideo precabantur Deũ, vt eriperet eos. Alio modo potest intelligi, ꝙ offerrēt aquam coram domino, tanquam aliquid gratum ei: quodcunque.n. esset Deo gratum posset offerri illi, li-
H cet non offerretur super altare: sic.n. siquis aliq̄d desiderat, vt in cibo, vel in potu, & cum possit illo frui ꝑꝑ Deum cessat effundens, vel disperdens: dicitur offerri illud domino: sic enim semel fecit Dauid cum esset in Ierusalem desiderauit aquam de cisterna, quę erat ad portam Bethlehem, erant autem castra Philisthinorum apud Bethlehem: dixitque Dauid, quis daret mihi potum aquę de cisterna, quę est ad portã Bethlehem, & tunc tres viri fortissimi irruperunt acies hostium, & introeuntes in Bethlehem duxerunt inde aquam, quam, cum accepisset Dauid, noluit bibere, sed libauit coram domino, dicens: nunquid sanguinem istorum hominum, qui profecti sunt bibam, & periculum animarum? vt patet infra 2.lib.ca.23. illud autem Deo gratum fuit forte magis, quam sacrificium, quã-
I quam non esset sacrificium: hic autem Israelitæ effuderunt aquam. Primo modo coram dño. ſ. ad significandum humiliationem suã. *Et ieiunauerunt in die illa.* Istud fuit tanquam pars satisfactionis peccatorũ suorum, & fuit ad signandum dolorem, quem conceperant pro peccatis pręteritis. Ieiunium autem Iudęorũ erat, ꝙ in die illa, qua ieiunarent nihil comederent ꝑ 24. horas ieiunantes, sicut patet de die expiationis, in qua iubentur affligere animas suas. Leuiti.c.16. & 23. In hac autem die vsque ad Solis occasum, & a principio pręcedentis noctis nihil gustant. *Et dixerunt tibi peccauimus domine.* Totus Israel confitebatur hic delictũ suum, qm̃ omnes erant in amaritudine cordis sciētes, ꝙ peccauerunt, & nunc peccatum suum publicè con-
K fitebantur, ideo cõfessionem istam Deus acceptauit, quia fiebat amaro animo. Deus autem non despicit cor contritum, & humiliatum spiritum Psalmo 50. *Iudicauitque Samuel filios Israel in Masphat.* Istud iudiciũ fuit reconciliatio Israelitarum inter se, quia non solũ reconciliauit Israelitas domino, sed etiam inter seipsos. ſ. vt iniurias sibi remitterent, vel fortè iudicauit inter eos, sicut iudex dirimendo causas eorum: maximè quia iste erat vnus de locis, in quibus Israelitas iudicabat Samuel, vt patet infra, & quia ibi cõgregati fuerant, vt oraret pro eis dominum, visum est ei opportunum, vt diffiniret in causis eorum, tam in ciuilibus, quàm in quibuscunque.

Quod

Quod fuit iudicium, quod dedit Samuel Israelitis in Masphat, & an cognouerit peccata eorum dando illis aquam consecratam. Quæst. XXIX.

A Liqvi exponunt istam literam aliter ab illo loco, & conuenerunt. s. ꝙ Samuel volebat cognoscere, qui de Israelitis habuerant idola ad hoc, vt puniret eos secundum legem, voluit autem ad istud vti experimento, quo lex vtebatur ad alias causas. s. in Zelotipia, nam tunc congregabantur maledictiones super aquam, & dabat̃ in potum mulieri, ꝙ si illa peccauisset computrescebat B fęmur eius, & fluebant viscera: sin autem, manebat libera, & faciębat prolem, ita dicunt, ꝙ voluit Samuel hic dare omnibus Israelitis aquam illam, vt per eã cognosceretur quis coleret idola, & postea puniretur: sic.n. fecit Moyses Exo. c. 32. proijciens puluerẽ vituli combusti in torrentem, & bibentibus inde omnibus Israelitis, cognitum est, qui peccassent. Sed ista expositio non stat rationabiliter, qm̃ Samuel hortabatur hic Israelitas, ꝙ abiicerent idola, & magis erat hoc ꝑ modum beneuolentię, quam per modum rigoris, exercere tñ istam probationẽ pertinebat ad magnum rigorem, potissimum ꝯ̃ totum populum, ideo non faceret hoc Samuel. Item quia dr̃ hic, ꝙ cõgregauit Samuel populum ad orandum pro illo, & sic non ad faciendũ istam experientiam. Item quia dicit̃ effuderunt aquã istam coram dño: si tñ debuisset fieri istud experimen C tum daretur in potum, & non effunderetur: etiam qa dr̃, ꝙ ieiunauerunt in die illa, & dixerunt tibi peccauimus dñe: si autem fieret ista experientia, & sic fuissent cogniti peccantes puniti fuissent, & alii manentes nõ ieiunarent, nec dicerent tibi peccauimus, quia Deus monstrauerat eos immunes a crimine: teneatur ergo expositio pręcedens. *Et audierunt Philisthijm.* Hic ponitur secũdum huius secundę partis, in quo describitur Philisthinorum debellatio, & dicitur.

Et audierunt Philisthijm, quòd congregati essent filij Israel in Masphat. Non est intelligendum, ꝙ audierint hoc Philisthini, postquam congregati fuerunt Israelitæ in Masphat, nam solum steterunt ibi vna die, & hac qui- D dem non plena, quoniam cũ ipsi starent ibi irruerunt super eos Philisthini, & factum est bellum, quod habetur infra. Non poterant tamen Philisthini in eadẽ die audire, & congregari, & venire, & ꝙ postea fieret bellum, sed est sensus, ꝙ audierunt Philisthini, ꝙ congregabantur Israelitę in Masphat, nam Samuel prędixerat per aliquot dies ante hoc, ꝙ congregarent̃ de omni terra Israelitarum in Masphat, & dum hoc mandatum fuisset datum, audierunt Philisthini, qui etiã congregati sunt parantes se ad bellum contra hebræos, ita vt in eadem die, qua erant Israelitæ congregati in Masphat irruerent super eos Philisthini, quasi ex insidiis. Sciendum autem, ꝙ istud ideo est factum, quia postquam Philisthijm subiecerunt Israelitas maxima subiectione cum capta est arca propter peccata filio- E rum Heli, decreuerunt, ne Israelitæ haberent aliquas congregationes, & hoc vt non haberent opportunitatem ad iniendum consilium, vt rebellarent illis, ideo nunc scientes, ꝙ congregarentur irruerunt super eos ad delendum ipsos, vel subiiciendum maiori seruituti, Deus autem liberauit eos. Hoc autem quamquam non habeatur ex litera: tamen satis verisimile est, ꝙ istud erat consilium sanum pro Philisthinis, vt dominium eorum in terra hebręorum maneret: alia autẽ similia fecerunt, nam statuerunt, ne esset aliquis faber ferrarius in toto Israel, & hoc vt non possent fabricare sibi arma Iudæi, vt patet infra c. 13. intantum autem hoc factum est, ꝙ in die, in qua pugnare debuit Saul contra Philisthijm non inuentus est gladius, aut lancea, vel aliquod genus armorum in toto Israel, nisi arma Saul, & filij eius Ionathæ, vt patet eod. c.

Et ascenderunt Satrapæ Philisthinorum ad Israel. Isti erãt principes, vel reges in terra Philisthijm, & erant quinque secundum numerum quinque prouinciarum terræ illius Iosue. c. 13. & pręceden. c. Isti omnes conuenerunt cum magna multitudine armatorum contra Israel. i. contra omnes Israelitas, qui erant congregati in Masphat. *Quod cum audissent filij Israel.* s. illi qui erant in Masphat, nam cum introierunt satrapę Philisthinorũ in terram Israel, alii Israelitæ, qui manebant in locis ascenderunt velociter ad nunciandum hoc omnibus Israelitis, qui erant congregati in Masphat, ne pręuenirentur incauti a Philisthinis.

Timuerunt a facie Philisthinorum. Timebant Israelitæ nimis Philisthinos, quia sciebant venire illos cum magna multitudine parata ad bellum, ipsi autem nõ erãt parati, quia non venerant ad pugnandum, sed ad orandum, ideo magis tunc timuerunt, quam alias timere solebant, etiam quia intelligebant, ꝙ Philisthini vellẽt eos penitus delere eo, ꝙ putarent, ꝙ conuenerant ad consilium contra eorum prohibitionem ad rebellandum eis. *Dixeruntque ad Samuelem ne cesses pro nobis clamare ad dominum Deum nostrum.* Hoc fecerunt, quia spes eis nulla erat, nisi in opere Dei: nam cum essent inermes, & Philisthini armati, nulla habitudo pugnę poterat esse inter vtrosque, & dixerunt, ne cesses, quasi dicat si cessaueris orare destruent nos Philisthini: hoc erat ad exemplum Moysi, quando pugnauerunt Israelitæ in deserto contra Amalechitas, quia tunc fuit dux belli Iosue, & Moyses orabat ad dominum, dum pugnabant Israelitæ erectis manibus in cœlum, & dũ relaxaret eas vincebant Amalechitæ Israelitas, cũ autem haberet erectas vincebantur Amalechitæ, quia tunc videbatur instanter orare, & cum deprimebat manus vincebantur Israelitæ eo, ꝙ tunc videbat̃ cessare ab intercessione pro eis, vt patet Exo. c. 17. sic autẽ volebant isti, ꝙ nequaquam cessaret Samuel orare ꝓ eis. *Vt saluet nos de manu Philisthinorum.* Idest vt nõ deleant nos hic Philisthini cum simus inermes.

Tulit autem Samuel agnum lactentem vnum. Samuel.n. videns, quòd non erat eis auxilium, nisi in Deo, acceptauit eorum petitionem, scilicet, vt oraret pro eis, & quia Deus placatur sacrificiis, cum hostiæ iustorum placabiles sint, noluit Samuel offerre sacrificium pro Israel, obtulit autem holocaustum, quia nullũ est inter sacrificia, quod magis conueniat ad Dei laudẽ: alia autem fiunt ex aliis causis specialiter, accepit aũt agnũ lactentem. i. qui adhuc erat in lacte. s. erat tener, quia Deus acceptat ea, quę tenera sunt: nam sicut nos pro cibis nostris eligimus ea, quę sunt sapidiora, & teneriora, ita Deus vult, ꝙ in sacrificiis suis ponerentur ea, quæ erant meliora, ideo si quis offerret animal macilentum, vel morbidum, aut habens maculam Deus non acceptabat, sic patet Mala. c. 1. vbi conqueritur, ꝙ offerebantur ei animalia, quę si offerrẽtur principib⁹ terrenis non acceptarent ea. vel fortè dicetur, ꝙ obtulit animal valde tenerum, & paruum ad hoc, quòd cito cremaretur, quia hostes instabant, sed prima ratio melior est, quia Samuel non ponebat aliquam spem in opere humano, sed solum in Deo: potissimum cũ Israelitę, tunc inermes essent, & per hoc ad bellum ineptum. *Et obtulit illum in holocaustum.* i. fecit sacrificiũ, quod vocatur holocaustum de illo agno, erant enim tria sacrificia, quę poterant fieri de hoc agno. s. holocaustum, hostia pacifica, & hostia pro peccato: fecit tamen holocaustum, quia istud erat magis conueniens ex ratione supradicta.

Quare sacrificia Deo placerent.

Samuel quare sacrificauit, cum non esset sacerdos. Quæst. XXX.

QVAERET aliquis quõ Samuel obtulit sacrificium, cum immolare esset officium sacerdotum. ipse aũt erat simplex Leuita: potissime, cum Deus dixisset, ꝙ quicunque externus accederet, moreretur. s. quicunque nõ de semine Aaron immisceret se in officio sacerdotali. Nu. c. 3. & 18. populus quoque debuisset eum occidere, tanquã manifestum legis præuaricatorẽ. Rñdendum est, ꝙ Samuel, quamquam esset simplex Leuita, potuit hoc facere: non quidem, quia Leuita erat, quia nulli Leuitæ hoc licebat, sed qa ipse erat propheta dñi, & Deus mouebat eum ad faciendũ hęc, quęcũque aũt hoĩes agũt Deo impellente bona sunt, & quamquam illa videantur esse ꝯ legẽ non sunt, quia qui hmõi sunt non sunt subditi legi, iuxta illud. Qui spiritu Dei aguntur non sunt sub lege. Quòd autem Deus moueret eum ad faciendum hoc, apparet quia interdum hoc exp̃sse mandabat, vt patet infra 16. c. vbi iussit, ꝙ iret ad immolandum in Bethlehem, populus quoq̃ intelligebat, ꝙ ista ageret Samuel motus a Deo, quia sciebat eũ esse prophetam, ideo quamquam esset ꝯ legem cõem nõ putabat eum dignum redargutione, sed obediebat in singulis, quæ ille facere vellet. Aliquis aũt forte vellet aliter rñdere. s. ꝙ Samuel erat sacerdos, & licebat ei facere sacrificium, sed hoc falsum est: qm̃ supra c. 1. declaratum est, ꝙ erat Leuita simplex, erat quippe de Caathitis, vt patet 1. Parali. c. 6. *Integrum domino.* i. obtulit illum agnum integrum in holocaustũ, non est sensus, ꝙ esset integer. i. ꝙ cremaretur cum pelle carnib⁹, & fimo nullo dempto, quia hoc solum competebat quibusdam speciebus sacrificiorum pro peccato. s. qñ offerebantur pro peccato populi, vel summorum sacerdotum, vt patet Leu. c. 4. in holocaustis aũt nũquã hoc fiebat, nam primo iugulato aĩali tollebatur pellis, & deinde lotis intestinis, & pedibus, diuidebantur oẽs carnes in frusta, & ponebantur super altare, vt patet Leui. c. 1. sed dicit obtulit integrum. i. obtulit oẽs partes carnium nihil inde demendo, & hoc dr̃ ad differẽtiam aliorum sacrificiorum, quia in sacrificio pacifico nihil proueniebat domino, nisi adipes: cętera autem pertinebãt ad sacerdotes, & ad offerentes, vt patet Leuit. c. 3. & 7. ibi aũt non offerretur agnus integer. Dr̃ ẽt hoc pp̃ sacrificiũ pro peccato, quia in eo solus adeps dño offerebatur. Cętera autem pertinebant ad sacerdotes solos. Leu. c. 4. & 6. ideo non offerebant ibi carnes integræ: hic aũt sic, & ideo dr̃, ꝙ obtulit integrũ: non tñ est adhuc intelligẽdum, ꝙ obtulerit integrũ. i. oẽs carnes simul, quia quodlibet animal immolatum in holocaustum debebat diuidi in frusta, & istę partes ponebantur postea super altare, vt patet Leuit. c. 1. sed quia nulla istarum pertinet adimebatur de sacrificio, dicebatur integer offerri. *Et clamauit Samuel ad dominum pro Israel.* s. cum offerret sacrificium orauit pro Israel, vt liberarentur de manu Philisthinorum, & iste erat clamor suus. Erat autem hoc generale, quòd quandocunque sacerdotes offerrent sacrificia, semper orarẽt pro illis, qui dabant animalia illa ad offerẽdum, vt patet ex discursu Leuitici, & maxime 9. capit. & quia totus Israel faciebat nunc offerri sacrificium, orauit pro toto Israel.

Et exaudiuit eum dominus. Orabat namque Samuel, vt liberarentur Israelitę de manu Philisthinorũ, & Deus hoc concessit faciens miraculum, sicut infra patet.

Factum est ergo, cum Samuel offerret holocaustum. i. nõdũ cõsummato sacrificio, qđ offerebat Samuel Philisthini incęperunt pugnare: intelligit aũt hoc de cõbustione sacrificii, quia iã Samuel immolauerat agnum, & F carnes conscissas posuerat super altare, tñ nõdũ erant crematæ: holocaustũ aũt durabat quousq; oẽs carnes cremarentur. *Philisthæos inire prælium contra Israel.* i. incęperunt Philisthęi pugnare, quía cum ipsi accessissent ad locũ, in quo conuenerant Israelitæ, mox inierunt bellum timentes, ꝙ alias fugerent, cũ essent inermes. *Intonuit autem dominus fragore magno.* Hic ponit̃ diuinum miraculũ. s. ꝙ misit Deus magna tonitrua super Philisthinos, & terruit illos, aliqui ẽt volunt, ꝙ venerint fulmina, & multi mortui fuerint: simile aũt fuit tp̃e Iosue cum persequeret̃ Iosue quinq; reges Amorrhęos fugientes in descensu Bethoron, misit Deus lapides grandinis, & perierunt plurimi. Iosue c. 10. de isto tonitruo dicit Ioseph. 6. Antiquitatum, ꝙ non solũ fuit G tonitruum, sed ẽt terręmotus, & coruscationes magnæ inquiens Palestinis Deus primitus terrã mouit, eamque tremere fecit, & eis dubia demonstrauit, ita vt eis basis subtrahi videretur, & scissa in diuersis apertionibus solueretur, deinde tonitruis increpantibus, & igneis coruscationibus longe micantibus, velut incendens eorum vultus nimis eos affecit, & ex eorũ manibus arma diripiens nudos in fugam conuertit. Hoc aũt satis est verisimile, quia alioquin durum esset Israelitis pugnare ꝯ eos, cum non haberent ipsi arma, & Philisthęi essent armati. *Et exterruit eos.* Scilicet fragor magnus tonitrui terruit eos, sed adhuc magis terruit motus terrę, quia videbatur subtrahi pedibus eorum, & coruscationes, quæ videbãtur incendere vul- H tus ipsorum. *Et cæsi sunt a filijs Israel.* Idest percusserũt eos Israelitæ.

Quomodo Israelitæ terruerunt Philisthinos cum essent sine armis. Quæst. XXXI.

ALIQVIS dicet, cũ Israelitæ non haberent arma, quia nõ venerant ad bellum, qũo poterant cędere Philisthinos? Respondebitur, ꝙ aliqua arma portabant, quamquam non essent ita muniti, sicut si irent ad bellum, vel saltẽ lapidibus eos occidere poterant cum Philisthini exterriti nihil resisterent, sed magis vr̃, sicut dicit Iosephus, ꝙ I diripuit dñs omnia arma de manibus Philisthinorũ, illa autem arriperent Israelitæ, & pugnarent contra Philisthinos. *Egressique filij Israel de Masphat persecuti sunt Philisthæos.* Ista est sententia duplicata, erant autem Israelitæ in Masphat, quia Masphat erat ciuitas, & cum vidissent, ꝙ dñs exterruisset Philisthinos, & hoc in fauorem suum factum esse crederent, exiuerunt persequentes illos versus terram Philisthijm. *Et percusserunt eos vsque ad locum, qui erat subter Bethchar.* Ista fuit longitudo itineris, nam persecuti sunt Israelitę Philisthinos vsque in terram suam. Erat autem Bethchar quidam locus terrę Israel, & circa illum accesserunt Israelitę persequentes Philisthinos, ideo posuerunt lapidẽ circa ipsum locum. noĩauit autem hic scriptura Bethchar eo ꝙ locus, in quo fuit positus lapis non erat ali- K quis locus cognitus, cum non esset ciuitas, nec villa, ideo positũ fuit nomen illius loci, qui erat apud lapidem: est autem ille lapis circa terram Philisthinorum quoniam vsque ad illam persecuti sunt Israelitę Philisthinos. *Tulit autem Samuel lapidem vnum.* Iste lapis erat magnus ad hoc, ꝙ nõ faciliter moueretur, & maneret in memoriam æternam in locum illum, vsque ad quem Israelitę accesserant persequentes Philisthinos, & cum dicitur, ꝙ tulit illum Samuel, nõ est intelligendum, ꝙ ipse mouerit, sed fecit, ꝙ Israelitę mouerent, dicitur tamẽ aliquis ea facere, quę fieri iubet: sic enim in multis aliis habetur. *Et posuit eum inter Masphat, & inter Sen.* Ista sunt duo loca, inter quæ fuit persecutio & plaga Philisthinorum: Masphat enim est

est locus, de quo egressi sunt: Sen autem est locus, vsque ad quem accesserūt, & inter ista duo loca, scilicet apud Sen erat Lapis ille. *Et vocauit nomen loci illius Lapis adiutorij*. Idest fecit, ꝙ vocaretur ille Lapis adiutorii: causa subditur immediatè: multa autem memorialia reliquerunt Israelitę in positione Lapidum, sic.n. fuit apud Iordanem, & in Iordane, nam 12. lapides abstulerunt Israelitæ de ripa Iordanis, & posuerunt intra flumen erectos, vt posset cognosci, ꝙ per ipsum locum transierāt Israelitæ: totidem quoq; Lapides duxerunt de Iordane, & posuerunt eos in Galgala, vbi primo castrametati sunt in introitu terræ Chanaan, de hoc Iosue cap. 4. & 5. sic etiam fecerunt altare apud montem Hebal, & Garizim de Lapidibus magnis calce superlitis, & scripserunt ibi totum Deuteronom. vt patet Deuteronom. 27. cap. & Iosue 8. *Dixitque hucusque auxiliatus est nobis dominus*. Ex hoc appellatum est nomen Lapidis illius Lapis adiutorii, & dixit hucusque, qa nō persecuti fuerunt Israelitę Philisthinos vlterius, cum ibi esset iam terra Philisthinorum, quam non ausi fuerūt introire: de isto Lapide adiutorij habetur. s̄. c. 4. vbi dicitur, ꝙ ibi castrametati sunt Israelitę qn̄ pugnauerunt contra Philisthinos, & capta est arca: tunc tn̄ non erat ibi Lapis ille, nec sic vocabatur locus, sed est dictum per anticipationē, post aūt per 20. annos fuit impositum istud nomen, isti enim 20. anni, de quibus supra dicitur inceperunt ab illo tempore. s. a septē mēsibus post, quando arca posita est in Cariathiarim.

Et humiliati sunt Philisthæi. i. deiecti, vel diminuti ab honore suo, & potestate magna, quam exercebant super hebręos: non tamen fuerunt penitus deiecti a potestate illa, quoniam postea tempore Saulis adhuc habebant dominium super Israel, & imponebant eis leges: nam faciebant, ꝙ nō esset faber ferrarius in Israel j. cap. 13. etiam semper exigebant tributa ab Israelitis vsque ad tempora Dauid, qui abstulit hęc, vt patet infra 2. lib. c. 8. sed fuerunt humiliati quantum ad aliqd, quia ante hoc nimis dominabantur. *Nec apposuerunt vltra, vt venirent in terminos Israel*. i. post hoc iam non veniebant ad terram Israelitarum ad pugnandum cōtra eos, sicut ante faciebant.

Quomodo Philisthini post istud bellum non venerunt amplius ad terram Israelitarum. Quæst. XXXII.

NON est autem intelligendum, ꝙ nunquā postea venerint, sed ꝙ steterunt aliquanto tempore, quo non venerunt: nam postea non multo tempore venerūt iterum. s. in principio regni Saulis, & ingressi sunt terrā Israel, atq; destruebant eam distincti in tres cuneos, postea ēt tēpore Saulis erant semper bella contra Philisthinos, nā j. 14. c. dr̄, ꝙ erat bellum potens aduersus Philisthijm omnibus diebus Saulis: postea etiam in bello, in quo mortuus est Saul introierunt Philisthijm in terram Israel, vt patet infra 29. c. & 31. Simile autem habetur j. 4. lib. ca. 6. s. Et vltra non venerunt latrones Syriæ in terrā Israel, & tn̄ immediatè in eo. c. dr̄, qūo venerunt Syri cum rege Benadab in Israel, & obsidebant Samariam. Ob hoc aūt sunt multoties aliqua obscura in ꝓphetis ꝑ tales terminos, & tn̄ debent exponi, vt nunc dixi. Sic. n. Iudęi arguunt, ꝙ Christus non fuerit Messias, quia Isa. c. 2. dr̄ de Messia non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad præliū, & tn̄ post Christi aduentum fuerunt multa bella. Dicendum ꝙ aduerbium (vltra) non stat pro omni tpe, sed pro aliquo tempore coniuncto natiuitati Christi, in quo non fuerunt bella, ꝙ satis apparet, quia ante natiuitatem Christi aliquanto tempore totus orbis placatus est, ita vt omnes obedirent Octauiano Imperatori, ꝙ nunquam ante hoc fuerat. s. ꝙ totus orbis obediret Romanis, & tunc iussit ad sciendum numerum subiectorum suorum, ꝙ oēs irent in ciuitates natales, & ibi profiterentur se subiectos Romanis, atque soluerent singuli aliquid in professionem, tunc contigit, ꝙ Ioseph & Maria mater dn̄i, qui morabantur in Nazareth venirent in Bethlehem ad professionē, qa erat oriundus Ioseph de Bethlehem, & ibi contigit Saluatorem nasci, cum ipse conceptus fuisset in Nazareth, de hoc Luc. c. 2. *Facta est itaque*. Hic ponitur tertium. s. populi pax, & bona ordinatio, & hoc sub regimine Samuelis, nam ipse erat vir Dei non inclinatus ad auaritiam singula recte disponens, ita vt nullus de eo conqueri potuisset, sicut ipse declarauit coram omnibus Israelitis, infra 12. c. Rursus autem erat vir valde diligens circa singula, nam quolibet anno circuibat totū Israel iudicans in tribus locis, s. in Bethel, Galgala, & Masphat. j. in litera. *Facta est itaque manus domini super Philisthæos*. i. Deus posuit terrorem suum super Philisthinos: fieri. n. manum dn̄i super aliquem est, quòd Deus operetur aliquid speciale super illum, & qa Deꝰ interdum operatur super nos aliquid, qđ est bonū nobis, & pertinens ad excellentiam nr̄am, interdū vero aliquid, qđ malum est, vtroque modo fit manus dn̄i super nos, de bono patet. j. 4. li. c. 3. s. cumque caneret psaltes facta est super eū manus dn̄i. i. irruit super illū ſpūs propheticus: sic. n. dr̄ de aliis prophetis, ꝙ fuit super eos manus dn̄i. Quòd aūt accipiatur in malū apparet hic, quia manus dn̄i erat super Philisthinos deprimens eos, vel non permittens exire in bellū ꝯ Israelitas, sicut faciebant prioribus tꝑibus. *Cunctis diebus Samuelis*. i. istud accidit toto tꝑe Samuelis. s. propter merita eius. Cum aūt Israelitę regebantur per alios non erat sic magna prosperitas rerum, sicut tempore Samuelis, & intelligitur cunctis diebus. i. multis: non tn̄ tota vita Samuelis, quia non multum post hoc fuerūt bella Philisthinorum ꝯ Israelitas, vt infra 13. & 14. c. & aliud bellum tempore Goliath Gethęi. j. cap. 17. & tn̄ tunc viuebat Samuel, nam multo post hoc mortuus est de cuius morte patet j. 25. ca. Vel p̄t dici, ꝙ cunctis diebus Samuelis fuit hoc. i. cunctis diebus, quibus ipse mansit in principatu, postquam vero suscepit principatum Saul, facta sunt bella multa, & iste est ꝯueniens sensus. Nā post hoc vsquequo Saul factus est rex, non fuit aliquod bellum inter Israelitas, & Philisthinos, & isti dicebantur dies Samuelis, nam postquam fuit factus rex Saul, iam non fuerunt dies Samuelis, sed Saulis, quia computabantur tempora per annos Saulis, & non per annos Samuelis, quamquam scriptura totū tp̄s Samuelis, & Saulis dedit Sauli, vt patet Act. ca. 13. vbi dicitur, ꝙ regnauit Saul 40. annis, maior tamen pars illorum fuit Samuelis. *Et redditæ sunt vrbes, quas tulerant Philisthæi ab Israel*. s. ꝙ Philisthæi tulerant pręterito tēpore de manu Israelitarum multa loca, quæ ad eos pertinebant, & ista erant coniuncta terræ Philisthijm: fuerat autem istud per bella magna, quæ ab antiquo habuerant Philisthini cum Israelitis, & per magnam potestatem, quam super eos exercuerant: nunc autem Philisthini timore Israelitarum reddiderunt eis loca, quę a principio tenuerant. Vel forte fuit hoc factum sub conditione pacis, quia volebant Israelitæ nunc cum superiores essent, pugnare contra Philisthinos, vt redderent eis loca, quæ antiquitus possederant. *Ab Acharon, vsque Geth, & terminos suos*. Ista litera potest intelligi dupliciter, quòd ista prępositio (ab) potest dicere exclusionem, vel inclusionem: si dicat exclusionem est sensus, quòd erant aliquę vrbes cum terminis suis inter Acharon, & Geth, & pertinuerunt olim ad Israelitas: nunc autem reductæ sunt: vel pōt accipi inclusiuè. s. ꝙ cum illis vrbibus essent

Acharon, & Geth, quę erant vrbes magnæ, & capita prouinciarum duarum Philisthinorum, & tūc est sensus ꝙ antiquitus Israelitæ ceperāt Acharon, & Geth: postea autem Philisthini receperunt hęc loca superātes bello Israelitas. Nunc autem rursus pertinere inceperunt ad Israel, & sic tenēt aliqui, vt declarauimus Iosue 15 c. forte tamen rationabilius est, ꝙ accipiatur ista litera exclusiue, & quòd ciuitas Acharon, & Geth semper pertinuerunt ad Philisthinos, & nunquam ad Israel: nam etiam post hoc reperiuntur istę vrbes pertinere ad Philisthinos, vt apparet interdum in lib. Machabęorum, solum igitur redditæ fuerunt Israelitis vrbes, quæ erant inter Geth, & Acharon, & dicitur hic, & terminos suos, idest vsque ad terminos Acharon, & Geth. *Liberauitque Israel de manu Philisthinorum.* i. fecit ꝙ toto tempore ducatus sui non premerent Philisthini Israelitas bello, sicut premebant prioribus temporibus. *Eratque pax inter Israel & Amorrhæum.* i. tempore Samuelis erat pax inter Israelitas, & Philisthinos, quoniam vocantur hic Amorrhęi: accipiuntur autē Amorrhęi dupliciter. Vno modo pro quodam populo speciali inter septem populos Chananęorum: alio modo pro omnibus Chananæis. Primo modo est sensus, ꝙ Philisthini erant Chananęi, & pertinebant ad illum populum, qui vocatur Amorrhęus. Aliter pōt accipi, ꝙ erant isti Amorrhęi. i. Chananęi de vno de septem populis Chananęorum, siue Hethęi, siue Iebusæi, & sic de aliis populis. Dicitur autem, ꝙ erat pax inter eos, & Israelitas, quia ante hoc cum Philisthini essent superiores viribus pugnabant contra Israelitas, quandocunque volebant, & nolebant facere pacem cum eis, tanquam nimis essent impares. Nūc autem, quia Deus fecerat Israelitas superiores, timuerunt nimis Philisthini, & iam ipsi pro pace supplicabant, qđ patet, quia sub conuentione pacis reddiderunt Philisthini omnes ciuitates, quas ceperant de terra Israel, vt patet supra.

An Philisthini reddiderint tributa Iudæis post victoriam habitam contra illos tempore Samuelis.
Quæst. XXXIII.

NICOLAVS dicit, ꝙ Philisthini habuerunt pacem cum Israelitis, & reddebant eis tributa. Et hoc falsum est, nam magis è contrario semper Israelitæ soluebant aliqua tributa Philisthinis, nam nunquam ablata sunt de terra Israel vsque ad tēpus Dauid, ipse enim penitus exterruit Philisthinos, & deleuit, atque tulit frenum tributi de manu eorum, vt patet ꝭ. 2. lib. c. 8. Non igitur poterant Israelitę imponere tributa Philisthinis: motiuum autem Nicolai esse potuit, quia Philisthini, cū nunc superati fuerunt a Samuele, coacti sunt reddere ciuitates Iudęorum, quas tenebant: ita ergo putat verisimile, quòd coacti fuerunt ad reddendum tributū. Sed non est sufficiens argumentum: nam manifestū est, quòd post istud bellum non fuit aliquod inter Israelitas, & Philisthinos, vsque ad principiū regni Saulis, de quo infra c. 13. & 14. ꝙ fuit modico tēpore post hoc, & tamen illo tempore adhuc erant quædam seruitutes super Israelitas: ergo non penitus fuerant abolitę per Samuelem. Patet hoc, quia ordinauerunt Philisthini, ne esset aliquis faber ferrarius inter Israelitas, & sic obseruabatur, vt patet infra c. 13. alioquin autē non obseruauissent hoc Israelitæ, ita vt deberent pro qualibet factione instrumentorum agriculturę descēdere in terram Philisthijm, nisi ad hoc coacti essent ꝑ Philisthinos, ergo quamquā esset pax, & redditę fuissent vrbes, non erat penitus ablata seruitus Israelitarū quantum ad Philisthinos. *Iudicabat quoque Samuel Israel.*

F Esse iudicem dicit hic iurisdictionem, & dñiū quoddam. Nam nullus alius erat dñs in toto Israel eo tpe, quo Samuel erat iudex, & ipse congregabat populū, qñ volebat, iubens ire ad bellum, vel facere quodcūque voluisset. Habebat ēt iurisdictionem quantum ad omnes causas, tam ciuiles, quàm criminales: ipse. n. iudicabat in toto Israel. Non est autem intelligendum, ꝙ ipse solus iudicaret, quoniam non sufficeret ipse ad omnes causas, cum Moyses a principio Israelitici populi hoc attentauerit, sed non pręualuit, vnde immediate secundum consilium Ietro regulauit politiam distribuens per multos iudices, ita quoque tēpore isto multi iudices erant in singulis vrbibus, sed principalis eorum in tota terra Israel erat Samuel: sic. n. de omnibus

G aliis iudicibus Israel, qui nominantur in libro Iudicū intelligendū est, scilicet, quòd ipsi essent iudices principales, sed præter eos in qualibet vrbe erant viri septem iudices, & vnicuique dabantur duo Leuitę, tanquam ministri ad cognitionem legis. De hoc Iosephus lib. 4. Antiquitatum dicit, scilicet principes autem sint in vnaquaque ciuitate viri septem, qui & virtute, & iustitię studio sint experti, vnicuique vero principatui duo viri ministri præbeantur ex tribu Leuitarum: his tamen non obstantibus iudicabat Samuel, quoniam per appellationem ad eum deuoluebantur causę, etiam quia ipso volente iudicare cessabat officium aliorum minorum iudicum, vt autem diligentius res fieret ipse

H se per seipsum iudicabat.

Cunctis diebus vitæ suæ. i. omnibus diebus, quibus vixit in principatu, nam postquam Saul factus est rex transiuit ad ipsum potestas, & ideo Samuel non iudicabat. Etiam intelligitur hoc de tempore illo, quo fuit Samuel potens ad discurrendum per totam terrā Israel: nam postquam factus est senex posuit filios suos iudices in Bersabee, & ipse iam non iudicabat, vt patet seq. c. & hoc fuit antequam fieret Saul rex: immo illa fuit causa quare Israelitę petierunt regem. s. quia habebant iudices iniquos, vt patet seq. c. ideo dr̄ cunctis diebus. i. cunctis diebus, quibus fuit in principatu, & potens fuit ad iudicandum: isti. n. sunt dies vitę eius.

Et ibat per singulos annos circuiens. i. quolibet anno circuibat Israelem ad iudicādum: in quo apparet magna

I diligentia illius circa regimen populi, & cultum Dei, faciebat. n. hoc, ne daretur locus minoribus iudicibus pręuaricandi in iudicio, si nullus iudex superior frequenter se intromitteret de causis populi. Etiam faciebat hoc ꝑꝑ cultum Dei, vt videret an in aliqua vrbe essent idolatræ. In hoc aūt aliquale exordiū habuit in ecclesia, ꝙ prelati semel in anno visitarent prouinciam suam, vt sic scirent de qualitate subditorum, & eorū, quę fiunt. *Bethel, & Galgala.* i. circuibat Israelem ꝑ ista tria loca: erant. n. ista tria, in quibus ipse principaliter sedebat ad iudicandum, est autem Bethel ciuitas quędam in sorte Beniamin, vt patet Iosue c. 18. de hac vrbe fuit vnus de regibus, quos occidit Iosue, vt patet Iosue cap. 12. Galgala autem a principio non erat ciui-

K tas, nec aliquis locus, sed postea factus est ibi aliquis locus habitationis: erat enim Galgala nomen castrametationis in qua Israelitę primo sederunt post transitum Iordanis, vocatus fuit autem locus ille a Iudeis Galgala, quia ibi omnes circuncisi sunt, distat autem ab vrbe Iericho stadiis 10. vt ait Iosephus 5. Antiquitatum, ibi autem posuerunt Israelitæ lapides 12. quos tulerant de Iordane, vt manerent in memoriam ipsorum. De hoc Iosue cap. quarto, & quinto. *Masphat* autem erat alia ciuitas in terra Galaad, vt patet Iudicum cap. 11.

Creditur autem pertinuisse ad tribum Gad. *Et iudicabat Israelem in supradictis locis.* Scilicet in istis tribus, quia licet totum Israel circuiret, tñ nō poterat sedere in

in quolibet loco ad iudicandũ, quoniam sic per multos annos non potuisset circuire totam Israel, sed in istis tribus locis sedebat ad iudicandum,& omnes,qui in circuitu aliquas causas habebant veniebant ad illa loca, & ne venirent Israelitę de vltimis finibus Israel ad Samuelem, si ipse semper esset in vno loco determinato: releuabat eos a magnitudine expensarum, quas facerent si venirent ad ipsum, cum ipse discurreret per tria loca Israel,quę inter se erant satis distantia, vt cum esset in vno illi,qui erant de vna prouincia venirent ad eum: cum autẽ in alio venirent illi,qui erãt de alia prouincia,& sic de tertio loco,& postea de vrbe Ramatha, in qua habitabat Samuel,& ita quęlibet terra Israel haberet sibi propinquum iudicem secundum tempora, quibus iudicabat in locis illis. *Reuertebaturque in Ramatha.* Scilicet quolibet anno circuibat Israelem, & iudicabat in tribus locis prędictis, quod cum fecisset redibat in vrbem suam Ramatha, vt aliquanto tempore refocillaretur a labore itineris, non tamen refocillabatur a labore iudicandi, quoniã etiã in eodem loco iudicabat:ista autem vrbs,quę vocatur hic Ramatha vocata fuit postea Arimathia: de ea nãque dicitur fuisse ille Ioseph nobilis decurio, qui sepulchrũ dedit corpori Redemptoris nostri in tumulo suo nouo, vt patet Marci.c.15. *Ibi enim erat domus eius.* Idest morabatur Samuel in Ramatha: hoc autẽ fuit,quia ibi erat hęreditas patrum suorum. Nam ibi habitabat pater suus Elcana, vt patet supra c.1.& 2.cũ dicitur:Reuersitque sunt, & venerunt in domum suã in Ramatha. *Et ibi iudicabat Israelem.* Sicut in tribus locis supradictis iudicabat populum,ita & nunc in vrbe sua iudicabat, vt nullũ ei tempus a laboribus vacaret. *Aedificauit etiam ibi altare domino.* Idest in vrbe sua Ramatha ędificauit altare, vt coleret dominum in illo faciendo sacrificia: nam altare ad nihil aliud erat. Nemo autẽ existimat ex hoc, quòd sanctuariũ fuerit aliquando in vrbe Ramatha, sed magis è contrario colligitur ibi non fuisse,ex eo quod habetur hic. Nam altare fiebat ad immolandum domino, si autem fuisset sanctuarium in vrbe Ramatha fuisset ibi altare,& non oportuisset,quod aliquis altare ibi cõstrueret,sed quia ibi non erat sanctuarium,construxit Samuel altare, vt non vacaret a Dei cultu aliquo tempore.

An licitum fuerit construi altare in Ramatha, & an factum est ex dispensatione. *Quæst.* XXXIIII.

QVAERET aliquis circa hoc, an licite potuerit construi altare in vrbe Ramatha. Et videtur,quòd non, quia siue ibi esset sanctuariũ, siue non, minime licebat: si enim non esset ibi sanctuarium, non licebat offerri victimas aut fieri altare, quoniam iussum erat,ne quis offerret victimas suas in quocunque loco vellet,sed in alio loco,quem dominus elegisset Deutero.12.c.& iste erat locus sanctuarij, ergo extra illum non licebat offerri victimas, vel fieri altare: si autẽ esset sanctuariũ in ipso loco non poterat fieri altare, quia erat aliud altare in sanctuario ad ostiũ tabernaculi, in quo iubebat dominus offerri, & si quis immolaret victimam, & non adduceret eã ad locũ sanctuarij ad hoc, quòd offerretur ad ostium tabernaculi,& immolaretur apud altare,reus erat sanguinis Leui.c.17. Respondendum est, quòd contra legem communẽ erat fieri altare in aliquo loco extra locum sanctuarij,vel alibi immolari victimas: potuit tamen facere illud licitè Samuel, quoniam viris Prophetis, qui a Deo mouebantur ad agendum ea, quę agebant, multa licuerunt,quę alijs hominibus nõ licebant:ęqualiter enim erat cõtra legẽ, quòd aliquis non sacerdos immolaret, vel ꝙ extra locũ debitũ fie-

A rẽt sacrificia, Samueli tñ licuit sępe facere sacrificia, quoniam Deus illi iussit, vt.s.declaratum est: ergo ẽt liceret ei facere illa vbi vellet: ꝯstituerat.n. Deus vnũ locum sacrificiorum.s.in sanctuario, vt tolleretur occasio opinandi esse plures Deos, & illa duo inconuenientia, quę supra assignata sunt. In Samuele autem manifestum erat,ꝙ nihil ageret ad idolatriã pertinens etiam, ꝙ omnia, quę ageret ex Dei voluntate ageret, ideo nemo eum reputabat culpabilem constituendo altaria, vbi vellet.sic enim alij Prophetę fecerunt. Nã Elias construxit altare in monte Carmelo ad cõuincendum Prophetas Baal, & totum populum Israel,ꝙ Deus ipsorum erat verus Deus,& non Baalin,vt patet B infra 3.li.18.c.Similiter quoque Dauid Propheta erat, & admonitus ab Angelo cõstruxit altare in Areuna Iebusęi, vt patet infra 2.li.c.vlt.sed nemo istorum reprehenditur, ideo nec Samuel poterit reprehendi, qui similiter erat Propheta.

Nicolai opinio de sacrificio Samuelis reijcitur. *Quæst.* XXXV.

NICOLAVS autem dicit, ꝙ istud licuit ex dispensatione:nam hoc modo poterat ibi, & alibi fabricari:dicit etiam,quòd poterat hoc esse quãtum ad legem communem, scilicet ꝙ omnibus Israelitis licuisset facere similia,& hoc,quia a tempore,quo capta est arca,vsque ad tem- C pus, quo fuit iterum posita in sanctuario in templo Salomonis, arca non habuit stabilem situm, quia frequenter deportata est de loco ad locum, vt patet ex prędictis ab eo in hoc c.etiam portata fuit ad bellum infra c.14.ideo sacrificia votiua, & alia spontanea, ad quę non tenebantur homines, sed ex deuotione fiebant, poterant fieri vbicunque secundum deuotionẽ offerentis:sic etiam dicit,ꝙ licuit in deserto fieri,quia tunc arca nõ habebat stabilem situm, sed mouebatur quotidie. Cum autẽ fuit arca in Silo cum sanctuario non fuit licitum, ꝙ immolaretur alibi nisi in sanctuario:postquam vero arca inde semota est, licuit iam fieri oblationem vbicunque. Sed ista non possunt stare, & primo cum distinguitur,ꝙ licebat quodam tẽpore D offerre vbicũque, & alio tempore nõ, falsum videtur. Nam ratio quare Deus fecit, quòd esset vnicus locus sacrificiorum, fuit ne existimarentur plures dij, si in pluribus locis sacrificia fierent. Alia cã erat ad hoc,ꝙ nõ daretur Israelitis opportunitas sacrificandi dęmonibus, ꝙ fieret si liceret eis vbicunque vellent facere sacrificia, quia nemo videret eorum cęremonias, & possent facere cęremonias idolatrarum: cum aũt eẽt vnicus locus immolandi non poterat hoc fieri, quia omnes videbant, quas cęremonias quisque faceret in sacrificijs. Tertia cã erat, vt tolleretur suspitio, q̃m dato, ꝙ aliquis offerret Deo vero in mõtibus, vel in secretis locis adhuc dubitaretur, an iste Deum, vel dęmones colebat. Istud ãt tollebatur cũ oẽs immolabãt E in loco vno, quia ibi cum quilibet immolans videret ab omnibus nõ poterat esse suspitio. Si aũt ꝯcederet, ꝙ tpe, quo erat arca separata a sanctuario immolarẽt Israelitę vbicunque vellent,oĩa ista tria ꝯuerterent ad ꝯriũ. Primo, quia cũ liceret cuicunque immolare vbi vellet, putarent esse plures dij cũ in multis locis fierẽt oblationes. Secũdo quia isto tpe possent Israelitę immolare dęmonibus, cũ ꝑmitteret cuilibet vbi vellet immolare, & ibi poterat quilibet facere cęremonias, quas vellet, siue Deo siue dęmonibus. Tertiũ ẽt staret, quia dato, ꝙ aliq immolãtes Deo in locis segregatis recte se haberẽt, tñ adhuc erat de eis suspitio, an dęmonib⁹ immolarẽt, non ergo magis debuit isto tpe, quam alio permitti Israelitis immolare vbi vellent.

Quare tñ vnic⁹ erat locus sacrificandi.

Dictum

Dictum Nicolai de sacrificijs votiuis refellitur. Quæst. XXXVI.

ITEM cum dicit, ꝙ sacrificia votiua, & illa, quę erant spontanea poterant immolari vbicunque vellent offerentes, & non alia sacrificia necessitatis, non stat quoniam si liceret offerri aliqua extra sanctuarium, omnia offerri liceret. Ratio aũt diuersitatis poterat fortè sumi secundum Nicolaum, quia omnes sacerdotes conueniebant in locum sanctuarij ad ministrandum ibi, & non ministrabant exterius, ideo ea, quę erant de necessitate, debebant adduci ad locum, in quo erant ministri, sed ēt hoc non stat, quia dato, ꝙ aliquo tēpore licuisset offerri sacrificia extra locum sanctuarij, tñ non licuisset ob hoc cuilibet illa immolare, sed soli sacerdoti. & ob hoc quicunque deberet sacrificium, & vellet illud facere extra locum sanctuarij, oportebat, vt vocaret aliquem de sacerdotibus, qui illud faceret: quo dato etiam sacrificia, quę erant necessitatis poterant fieri extra sanctuariũ. Itē non stat ista distinctio, quia nō solum sacrificia necessitatis iussit Deus offerri in sanctuario, sed ēt dixit, ꝙ siquis vellet offerre hostiā pacificam, vel holocaustũ, & non portaret ad ostium tabernaculi, vt ibi offerret esset reus sanguins, vt patet Leui. c. 17. & de omnibus sacrificijs siue spontaneis, siue necessarijs dr̃ ꝑ totum Leuiticum, ꝙ quicunque offerret illa deberet offerre ad ostium sanctuarij. Item ista distinctio. s. ꝙ arca existente in sanctuario non licebat offerri extra sanctuarium, sed qñ illa erat exterius, licebat, non stat, qm̃ arca nihil faciebat ad sacrificia: nō. n. iussum est ꝙ aliqñ aliqua sacrificia fierent corā arca, vel ꝙ qñ fierent aliquę cęremonię fierent coram arca, sed omnia fiebāt in altari holocaustorum, sed istud semper erat in sanctuario, siue ibi esset arca, siue nō, ideo non est aliqua ratio, quare magis liceret absente arca offerri extra sanctuarium, q̃ illa pręsente. Item dato, ꝙ arca aliquid faceret ad sacrificia, & illa absente a sanctuario liceret offerri extra sanctuarium, hoc quidē esset quantũ ad locum illum, in quo erat arca, sed ꝙ in alijs locis vbicũque vellent offerentes liceret offerre irrationabile valde est. Item cum dr̃, ꝙ arca mutata fuit ꝑ diuersa loca postq̃ separata fuit a sanctuario, pręsupponit ea, quę dixit in prin. c. s. ꝙ fuit arca in Cariathiarim, deinde in Masphat: postea in Galgala: deinde ī Nobe, & postea in domo Obededon, sed hæc improbata fuerunt. s. q. 10. vsque ad 18. Item dicit, ꝙ arca fuit ducta in exercitũ, qñ pugnauit Saul ꝯ Philisthinos, de quo. j. c. 14. Quidam rñdēt, ꝙ falsum est, quia nō apparet ibi, ꝙ arca ducta fuerit. Nicolaus tñ intelligit, ꝙ fuerit ducta arca, eo, ꝙ dr̃ ibi, ꝙ accesserunt ad dominũ, & Saul consuluit ibi dñm, sed non stat, quia satis apparet, ꝙ ducta fuerit in castra, quia dicitur ibidē, & ait Saul ad Achiam applica arcam domini, erat enim ibi arca dñi die illa cum filijs Israel. Sed dicendum, ꝙ non sequit̃ ex hoc, ꝙ arca erat instabilis, quia qñ erat in Silo, dicebatur stabilis, tñ tunc mota fuit, & portata in bellum. s̃. 4. & tñ fuit capta a Philisthinis, id aũt, ꝙ fiebat corā dño putat Nicolaus fieri coram arca, sed falsum est, quia in multis alijs locis dr̃ aliquid fieri corā arca, vt s̃. declaratum est.

Aliud dictum Nicolai, quod offerebantur sacrificia in deserto, vbicunque vellent confutatur. *Quæst.* XXXVII.

ITEM dicit, quòd sic fuit in deserto, scilicet quòd licuit Israelitis offerre vbicunque vellent, & offerebant non curantes, an in sanctuario, vel extra, & istud Nicolaus inducit, quia dicitur Deutero. capi. 12. Non facietis ibi, quę nos hic facimus hodie

F singuli, quòd sibi rectum videtur: nec enim vsque ad pręsens venistis ad requiem, & possessionem, quam Deus daturus est vobis, & quia ante hoc dicebatur ibi de sacrificijs, & etiam post hoc refert Nicolaus ad sacrificia dicens, quòd in deserto offerebat quilibet vbi volebat, postea autem in terra promissionis non erat sic futurum. Sed istud non stat, quoniam in deserto Israelitę non immolabant nō solum spontanea sacrificia, sed etiam nec sacrificia necessitatis, quia non poterant habere ea, quę requirebantur ad sacrificium, & propter hoc non obligauerunt cęremonię in deserto. Cum autem dicitur, quòd quilibet faciebat id quod sibi rectum videbatur, non intelligitur quantũ
G ad locum immolationis, sed quantum ad obseruationem omnium cęremoniarum, scilicet quòd in deserto non obligabantut Israelitę ad obseruandum cęremonias: ideo quilibet faciebat id, quod sibi rectum videbatur. In terra autem promissionis non erat sic futurum, quia obligabantur Israelitę ad obseruandum cęremonias. Item ratio Nicolai nō applicatur ad propositum in illo casu. Nam dicit, quòd cum arca erat extra sanctuariũ, & mouebatur de loco in locum, licebat Israelitis offerre vbi vellent. In deserto tamen non erat sic quoniam, quamquam moueretur arca semꝑ erat in sanctuario: nam dum figebatur erat intra sanctuarium: cum autem mouerentur castra, mouebatur cum sanctuario, & tunc nemo offerebat sacrificium,
H quia omnes proficiscebātur per desertũ motis castris, sed cum erant castra fixa, & poterant Israelitę offerre si vellent, erat arca intra sanctuarium, ergo tunc ibi debebant offerre, & non extra, nō ergo possunt stare ista, quę dicta sunt. Sed dicendum in proposito, quòd Samuel construxit altare, & potuit facere sacrificia extra sanctuariũ, quia erat vir Propheta, & Deus mouebat eum ad faciendum omnia hęc. Cum autem arguebatur, quòd siue esset sanctuarium in Ramatha, siue nō, nequaquam licebat ibi fieri altare: dicendum, quòd ibi nō erat sanctuarium, & ob hoc Samuel cōstruxit ibi altare, vt haberet locum, in quo immolaret. Et cum dicitur, quòd non licebat, verum est de lege communi, sed iste erat vir Propheta, & instinctu Dei
I faciebat, ideo licebat sibi quęcunque huiusmodi faceret, sic enim licuit, quòd ipse faceret sacrificium, licet non esset sacerdos.

CAP. VIII.

FACTUM est autē cum senuisset Samuel, posuit filios suos iudices in Israel. Fuitque nomen filij eius primogeniti Ioel, & nomen secūdi Abia iudicum in Bersabee. Et non ambu-
K lauerunt filij illius in vijs eius, sed declinauerunt postea ad auaritiā: acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium.

F*Actum est.* In superioribus descripta nequitia filiorum Heli, per quam perijt summum sacerdotium de domo ipsorum, hic describitur iniquitas filiorum Samuelis, quę fuit occasio, vt mutaretur principatus Israelitarum: si enim filij Samuelis secuti fuissent viam patris, non declinantes ad auaritiam, sicut Samuel fuerat iudex, ita filij eius, & posteri ipsorum, nunquam fuisset mutatus iste principatus de Israel, quia tamen fuerunt mali habuerunt Israelitę occasionem petendi regem, & sic mutatus fuit

fuit principatus Iudicū in principatum Regum. Et diuiditur in tres partes. Primò describitur filiorum Samuelis transgressio: secundo populi petitio: tertiò domini diffinitio. Secunda ibi. *Congregati ergo.* Tertia ibi. *Et orauit Samuel.*

Ordo huius literæ eſt continuus ad præcedentem. Quæſt. I.

CIRCA primum de habitudine literȩ huius ad prȩcedentem an sit consequens ordo, dubium videbitur, sed respondetur, quòd hic est ordo continuatus, quoniam supra dictū fuit de vita Samuelis, & actibus, quos habuit vsque ad senectutem, scilicet quòd iudicabat semper Israel, & B discurrebat per tria loca. Hic autem dicitur, quid egit postquam fuit senex, scilicet quòd instituit filios suos iudices, quia ipse non poterat iam discurrere per loca. Inter hȩc autem medium nullum est, ideo ordo iste est continuatus. *Factum eſt autem cum senuiſſet Samuel.* Istud erat antequam esset Saul rex: nam si non fuisset sua senectus, propter quam impeditus fuit a iudicādo, nunquam Israelitȩ petiuissent regem.

Quantæ ætatis erat Samuel, quando inſtituit filios ſuos iudices, & quanto tempore vixit. Quæſt. II.

DE ȩtate autem Samuelis, scilicet quantum vixerit, non habetur expressum: constat ta- C men, quòd iam erat senex, ita ꝙ non posset iam cōmode discurrere per loca, sicut prius faciebat. Post hoc tamē vixit tempore magno: fuerūt enim.20. anni in principatu Samuelis, vt patet prȩcedenti c. scilicet, ꝙ ab eo tempore, quo posita est arca in Cariathiarim vsque ad tempus, quo factum est bellum prȩcedens contra Philisthinos transierant anni 20. incȩpit tamen principatus Samuelis, quando posita est arca in Cariathiarim, scilicet septem mensibus ante, vel quasi. Immediate autem fuerūt facta ea, quȩ habentur hic. s. ꝙ petiuerunt Israelitȩ regē, & Samuel illum sibi dedit, cū quo vixit Samuel annis 18. s. post constitutionem Saulis in regem, vt ait Iosephus.6. antiquitatum. Saul autem duobus annis solum superui- D xit Samueli, vt ait idem Iosephus, & sic sunt 38. anni ab initio principatus Samuelis vsque ad mortem eius, ante hoc autem quantum vixerit nō apparet. Hebrȩi autem dicunt, ꝙ solum vixit 52. annis, & inducunt ex verbis matris eius, quȩ vouit illum domino vsque in sȩculum, sed sȩculum est spatiū annorum 50. scilicet a Iobelȩo in Iobelȩum, & quoniam ipsa non duxit eū coram domino immediate, vt natus est, sed postea aliquanto tempore. s. post duos, vel tres annos, quibus super addendum est vnum sȩculum, scilicet 50. anni. Sed ista positio nulla est, quia nō prȩsciuit mater eius dies illius, ita quòd taxaret, quòd staret coram domino solum per vnum Iobelȩum, sed dixit quandiu vixerit etiam si viueret centum annis: sic enim ipsa ex- E posuit supra c.1. Item non significabat hoc, quòd Samuel viuere deberet per quinquaginta annos coram domino, quia poterat stare coram domino vsque in sȩculum, & tamen, quòd solum esset ibi quinque annis, vtpote si transissent 45. anni a prȩcedenti Iobelȩo quando nasceretur Samuel, manebant 5. anni solum vsque ad Iobelȩum, quibus si staret Samuel corā domino, diceretur stetisse vsque in sȩculum coram domino. Sic enim erat de seruis, qui quādo volebāt educere secum filios, & vxores, manebant vsque ad annū Iobelȩi, & siue ille cito veniret, siue post longa tēpora dicebantur stetisse isti serui vsque in sȩculum, vt patet Exo.21.c.& Leui.25. Item non stat, quia cum ab

ræorū nio de Samue mpro. r.

A initio principatus Samuelis vsque ad mortem suam transirent anni 38. vt supra declaratum est. fuisset solū 12. annorum Samuel, quando incȩpit principari, sed hoc inconueniens est, quia nemini per electionem tribuitur principatus in tam parua ȩtate: Samueli autē per electionem datus est principatus iudicatiuus totius populi, quia nemo de stirpe sua ante eum fuerat princeps, sed Heli summus sacerdos: esset igitur ad minus 25. annorum, vel amplius, nam adhuc in illa ȩtate nō sunt homines maturi. Item sequeretur aliud inconueniens, quia in primo anno regni Saulis dixit Samuel: senui & incanui, vt patet infra c.12. sed adhuc postea superuixit 18. annis secundum Iosephum: ergo erat 32. annorum, quando dicebat se senuisse, quod est incōueniens. Item nō stat, quia Samuel ante principium regni Saulis fecit duos filios suos iudices: ergo illi iam essent viri maturȩ ȩtatis. s. 25. vel 30. annorum, & tamen modo prȩdicto Samuel solum esset in principio regni Saulis 32. annorum, vel quasi, ergo nō posset habere filios ad plus, nisi 15. vel 16. annorum, & tamen manifestum est, quòd isti non assumerentur in iudices. Et sic dicendum est, quòd fuerit maioris ȩtatis, scilicet 70. annorum, vel plurium, & sic quando cōstitueret iudices filios suos esset annorū 50. vel quasi, ita vt posset habere filios idoneos ad accipiendum in iudices. *Posuit filios ſuos iudices ſuper Iſrael.* Duos. n. filios habebat, & ambos iudices instituit, vt melius expedire possent iudicia, quamquam ipse solus tēpore C suo iudex fuerat. *Fuit nomen filij eius primogeniti Ioel, & nomen ſecundi Abia.* Istos duos solum habuisse legitur & ambos iudices ordinauit. pertinebāt autem ambo ad genus Caathitarum, sicut pater eorum Samuel. *Iudicum in Berſabee.* Idest isti ambo erant iudices in ciuitate Bersabee, est autem Bersabee, quȩdam ciuitas in terra Chanaan in latere meridiano, & est quasi in extremitate terrȩ illius, ideo quando scriptura vult ponere terminos terrȩ Chanaā ponit Dan, & Bersabee, vt patet supra c.3. s. Cognouit vniuersus Israel, quòd fidelis Samuel Propheta esset domini. Accepit autē ista ciuitas nomen ab Isaac, vt vocaretur Bersabee. i. puteus septem, vel puteus iuramenti, vt patet Gene. c.26. est autē ciuitas ista in sorte Iudȩ, vt patet Iosue. D 15.c. in hoc autem fecit Samuel filios suos variare a moribus suis, quia ipse discurrebat quolibet anno iudicans Israel in Bethel, Galgala, & Masphat, ipsi autē stabant solum in Bersabee. Iosephus autē dicit.6. Antiquitatum, ꝙ vnus istorum erat iudex in Bersabee, & alius in Bethel, & ꝙ pater eorum diuisit eis populum dans vni partem vnam ad obediendum, & alteri alteram: litera tñ vult, ꝙ ambo in Bersabee iudices fuerunt. *Et non ambulauerunt filij eius in vijs illius.* Idest in vijs Samuelis. Potest dupliciter intelligi ista lr̃a. Vno modo de vijs materialibus. s. quòd non circuibant filij Samuelis Israel singulis annis iudicantes in tribus locis, sicut pater eorū, in quo nimis gaudebant Israelitȩ cum ipsi releuarentur a magnitudine expensarū E Samuele discurrente per terram. Nunc autē filijs eius existentibus in vno loco compellebantur venire litigantes ex longinquis partibus, & fatigabantur expensis, vnde ex hoc poterant isti iuuenes non placere populo. Alio modo intelligitur, ꝙ non ambulauerunt in vijs patris. i. non secuti sunt mores illius. Nam ipse iudicauit Israelem iustè, & a nullo vnquā accepit munera, nec quicquam per calumniam, aut violenter extorsit, vt patet ĩ. c.12. isti aūt iuuenes accipiebant munera, & peruertebāt iudicium, & hoc intelligebat populus ista dicēs, vt patet ĩ. *Sed declinauerunt poſt auaritiam.* Idest non declinauerunt post iustitiam, ita vt ad illud declinarentur ad ꝙ iustitia inclinabat: sed ad ꝙ auaritia, & desiderium possidendi. *Acceperuntque munera,*

Bersabee situs, & nomen.

Cap. 3.

munera, & peruerterunt iudicium. Duo mala fecerunt filij Samuelis. Primum, quia acceperunt munera. Secũdum, quia iudicium peruerterunt propter pecuniam: vtrunque enim per se malum est, & tñ si vniantur aliquid peius efficitur. Accipere enim munera per se ipsum malum est, ideo si iudex accipiat munera, etiam si propterea non peruertat iustitiam, male agit. Nam litigator videns, ꝙ iudex ab aduersa parte munera susceperit suspectus redditur de causa sua, ideo potius vult sine litigio perdere, quam litigando succumbere cum longe maius sit dãnum succumbere, quam nõ litigare. Etiam ille, a quo iudex munera recepit, audacior fit ad quęcunque litigia, & ad calumniandum expectans venalem sententiam, potissime, quia rarus est qui ad pecunias non moueatur, ideo totaliter, vel ex parte animus iudicis accepta pecunia concutietur, ideo lex nimis vetuit acceptionem munerum in iudicibus, vt patet Exo. 23. & Deutero. 16. c. s. non accipies personam, & munera, quia munera excęcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum: peruertere etiã iudicium per seipsum sine acceptione munerũ malũ est, si tñ quis accipiat munera, & peruertat iudicium deterior est: isti autem vtrunque fecerunt.

Congregati ergo vniuersi maiores natu Israel, venerunt ad Samuelem in Ramatha,
Ose. 13. dixeruntque ei: Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in vijs tuis, constitue nobis regem, vt iudicet nos sicut & vniuersę ha
Act. 13. bent nationes. Displicuitque sermo in oculis Samuelis, eo ꝙ dixissent: Da nobis regem, vt iudicet nos.

Congregati vero vniuersi maiores natu Israel. Hic ponitur secundum. s. populi petitio de habẽdo regem, desiderabant. n. iam transire ad aliud genus politiæ.

Quare Israelitæ moti sunt ad petendum regem. Quæst. III.

FVIT tamen eis multiplex causa ad petendũ regem. Prima quia filij Samuelis non ambulabant in vijs patris sui, & grauabant populũ. Secunda fuit, quia volebant habere super se vnum ducem, qui posset ante eos ire ad bellum: audierant namque, ꝙ rex Ammonitarum moueret exercitum ꝯ illos, ideo volebant regem. Ista causa non exprimitur hic, sed. ĩ. c. 12. cũ dixit Samuel vidẽtes aũt ꝙ Naas rex filiorum Ammon venisset aduersus vos, dixistis mihi, nequaꝗ, sed rex imperabit nobis. Tertia causa fuit, quia videbatur Israelitis, ꝙ erant minores in honore cęteris gentibus: oẽs. n. alię gentes habebãt regem, ipsi aũt nõ: sic dixerunt. ĩ. cõstitue nobis regẽ, vt iudicet nos, sicut & vniuersę habẽt nationes. Dicit aũt hic, ꝙ cõgregati sunt omnes maiores natu Israel. i. omnes seniores dicuntur maiores natu. i. natiuitate: isti autem venerũt ad Samuelem, vt non crederet Samuel, ꝙ mouebantur ex aliqua leuitate iuuenili, sed quia status rei sic exigebat: isti. n. propter senectutem melius iudicant, quia prudẽtia ꝗ est de particularibus exigit magnam experientiam: non est aũt experiẽtia sine tẽporis magnitudine, ideo non est facile iuuenes esse prudentes iuxta Aristo. 6. Ethi. Dicitur aũt, ꝙ conuenerunt vniuersi ad hoc, ꝙ Samuel crederet istam esse intentionem totius populi: etiã vt plus eum honorarent cum multi venirent. *Venerunt ad Samuel in Ramatha.* Erat. n. locus habitationis eius in Ramatha, vt patet pręcedenti c. Nam ẽt qñ erat iunior, & pote-
F rat per totum Israel discurrere ad iudicandum, ad vltimum redibat in vrbem suam Ramatha, & ibi manebat. In hac quoque ciuitate postea sepultus est, vt patet. ĩ. 25. c. *Dixeruntque ei: ecce tu senuisti.* Istud ponunt Israelitę ad excusandum petitionem suam, ne offenderent Samuelem. Dixerunt. n. tu senuisti. i. iam non potes exercere actus iudicãtis, qui sunt nimis laboriosi, potissimum discurrendo quolibet anno per totum Israel, sicut consueuisti, ideo petimus regem. q. d. si tu posses nos iudicare, sicut a principio iudicabas nõ peteremus regem, vel alium iudicem. *Et filij tui non ambulant in vijs tuis.* Hoc adiunxerunt, quia primum nõ sufficiebat: nam licet non posset eos iudicare Samuel
G diceret, ꝙ filij sui iudicarent: ipsi aũt adiunxerũt, ꝙ nõ expediebat hoc, quia filij eius non sequebantur vias ipsius. Hoc autem dicebant, quia declinauerunt post auaritiam accipientes munera, & ꝑuertentes iudiciũ.

An esset sufficiens causa Israelitis ad petendũ regem, quòd iudices sui erant iniqui. Quæst. IIII.

QVAERET aliquis quare Israelitę petiuerũt sibi regem eo, ꝙ filij Samuelis erant iniqui iudices: nam non erat ista sufficiens causa petendi regem: si. n. erãt iudices iniqui poterant deponi, & cõstitui alij iudices, & hoc quidem libenter, vel non cum tanta amaritudine acceptasset
H Samuel, quia cum ipse vir iustus esset non curasset nimis de filiorum suorum deiectione, dum tñ prouideretur publicę vtilitati. Et hoc patet. ĩ. quia cum audiuit ista Samuel, displicuit sermo iste in oculis eius eo, ꝙ dixissent da nobis regem. q. d. si dixissent da nobis alios iudices, dum tñ non peterent regem, nõ displicuisset sermo ille. Respondendum est, ꝙ ista causa. i. iniquitas filiorum Samuelis nõ fuit, quę impulit Israelitas petere regem, sed ipsi desiderabant nimis habere regem, & nũc habita occasione petiuerunt, & sic iniquitas ista non fuit causa, sed occasio. Causa autẽ erat, quia videbatur eis indecorum esse, ꝙ cum ipsi essent magnus populus non haberent regem. Putabant. n. magnum esse honorem populi, & ꝙ ipsi priuarentur
I hoc honore, erat eis graue: è contrario tñ fit, qm̃ honorabilior est populus, qui non habet regem, dum tñ possit alias bene regi per quemcũque politicum principatum, ꝗ si regem habeat. Nam habentes regem quoddam genus magnę subiectionis tolerant, Israelitę tñ non attendebant ad hęc. Item filij Samuelis erãt duo, & sic neuter erat princeps populi insolidum, ideo nullus eorum ageret curam de bellis populi, tanꝗ de re sua: ipsi aũt volebant aliquẽ, qui haberet curã de eis, sicut de re sua: hoc aũt pertinebat ad regem, qui est dñs subditorum. Iudices aũt nõ habebant tam absolutã potestatem sup populum sicut rex, ideo videbatur Israelitis, ꝙ hñdo iudices nullũ dñm habebant, & istud potissimè mouit eos. Nam cum viderunt, ꝙ
K rex Ammonitarum venerat sup eos, petierũt regẽ, vt patet. ĩ. 12. c. volentes aliquem, qui ita haberet curã de eis, sicut rex Ammonitarum de Ammonitis, & q saluare posset eos de manu hostium: vñ postꝗ Saul cõstitutus est in regem quidam de Israelitis dixerunt, & nũ num saluare nos poterit iste, & despexerunt eũ, & nõ attulerunt ei munera. ĩ. c. 10. q. d. nos petebamus aliquem, q saluaret nos, & iste non poterit: desiderabant igitur Israelitę regẽ. Nũc aũt videntes opportunitatẽ petendi ꝑp iniqtatem filiorum Samuelis, petierunt: noluerũt aũt petere aliquẽ iudicem, quia ille haberet similem habitudinem ad populũ sicut pręcedẽtes, & nõ esset rex, ꝙ illi intẽdebant. *Constitue nobis regẽ, vt iudicet nos.* Nõ petebãt principaliter regẽ ad iudicãdũ eos, quia ad hoc poterant petere iudicẽ, sed petierũt ad hoc, ib. c. 4.

hoc, ꝙ imperaret illis, & ageret bella ipsorum, ipsique haberent honorem regalem, sicut cęterę gentes.

Quare petierunt Iudæi regem a Samuele, & non constituerunt ipsi per se. Quæst. V.

QVAERET aliquis cum Israelitę nimis desiderarent regem, quare petierũt illum a Samuele? poterãt.n.ipsum per se constituere cum totus populus hoc vellet. Respondẽdum est, ꝙ hoc fecerũt propter duo. Primo ne offenderent ipsum Samuelem, ipse.n.iam iudicare nõ potens filios suos iudices constituerat, si aũt Israelitę eo inconsulto deponerent filios eius a principatu ordinantes regem, nimis iniuriosè agerent in Samuelem, ꝙ recusabant, quia eis benefecerat nimis, & erat vir Dei: eum igitur consuluerũt. Secundo fecerunt hoc, quia intelligebant, ꝙ cum esset Samuel Propheta, si ipse non diceret esse constituendum Deus nõ admoneret, ideo quamquam Israelitę constituerent alias regem, non duraret, ꝑꝑ hoc aũt voluerunt, ꝙ ꝑ manus eius fieret, ne ipsi incurrerẽt in magnam pęnã a Deo infligendã. *Sicut vniuersæ habent nationes.* Ista litera põt dupliciter accipi. Vno modo, ꝙ esset causa motiua Iudęorum ad petendum.i.omnes gentes habent regẽ, & est honor earum in rege suo, ideo ipsi concupierũt regem. Vel potest accipi tanꝙ̃ istud sit excusatiuum petitionis eorum.i.nõ petimus aliquid irrationabile, nec nouum, aut inauditum, quia omnes gentes regẽ habent, nos aũt soli priuamur hoc honore. Dixerunt aũt, ꝙ vniuersę gentes habebant regem, non quidem, ꝙ nulla esset gens, quę non haberet regem, quia aliꝙ̃ gentes vtebantur tunc alijs generibus principatus, sicut democratijs, aristocratijs, oligarchijs, & sic de alijs generibus principatuum, sed plurimę gentium erant, quę habebant regem, ideo dixerunt, ꝙ omnes gentes habebant regem, sic etiam nunc plures gentes habent regalem principatum, sed aliquę habent aristocratiã: rarę tñ sunt. *Displicuitque sermo in oculis Samuelis.* i.verba ista fuerunt dura in conspectu Samuelis, quia nunꝙ̃ ipse aliquid tale sperauerat a populo ꝓponẽdũ.

Tribus causis tristatus est Samuel quando petierunt regem. Quæst. VI.

FVIT autem tristitia ꝑꝑ verba ista in Samuele tripliciter. Primo qa innotuit sibi malitia filiorum, quę hactenus occulta fuerat: nec quidẽ doluit, quia innotuit ei malitia, sed quia ipsi iniqui erãt. Secundum fuit ꝑꝑ honorem diuinũ, quia Deus in hoc contemnebatur, vel honor eius minuebatur: eo, ꝙ hactenus Deus tenebat in populo Israel nomen regis, ꝙ est nomen magni honoris, & nullus de Israelitis istud nomen sibi assumpserat pręter quẽdam sacrilegum, qui breuiter mortuꝰ est, de quo Iudi. cap.9. noluerat igitur Deus, ꝙ istam excellentiam darẽt Israelitę alicui nisi ipsi, & ꝙ ipse dominaretur immediate super eos. Quòd aũt honor Dei diminueretur, erat grauissimum Samueli. Hoc patet, quia dicit. ĩ.dixit Deus ad Samuelem: Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Tertio contristatus est Samuel, quia volebant Israelitę assimilari cęteris gentibus: dixerunt.n.constitue nobis regem, sicut habent cęterę nationes. Sciendum, ꝙ Iosephus dicit populũ Hebręorum petiuisse a Samuele, ꝙ faceret regẽ aliquem de filijs suis, quia ipsi desiderabãt habere regẽ. In hoc aũt putantes, ꝙ nõ grauiter ferret, quia non auferebatur principatus de domo eius, sed augmẽtabat. Dicit tñ, ꝙ hęc verba grauiter ꝯcusserũt Samuelẽ ꝑꝑ insertã ei iustitiã circa odiũ regis, optimã.n.illius

A tunc ꝯuersationis electionẽ diligebat valde, ꝗ dũ sancta esset beatos ẽt ciues vtentes se faciebat: nimiaque cogitatione his dictis afflictus, nec cibi memoriam habuit, nec somni, sed facta nocte rerũ cogitationes euoluens, sine sopore permansit quousque Deus illũ responsione sua consolatus est. *Eo, quòd dixissent da nobis regem, vt iudicet nos.* q. d. nõ fuit tristatus principaliter, quia mala enunciabantur de filijs suis, & quia ipsi merebantur perdere principatum, sed quia petiuerũt regem, ꝙ militabat ꝯ̃ Dei honorẽ. Libenter.n.tulisset ꝙ filij sui ꝑderent principatũ, & transiret dignitas ad extraneos dum tñ Israelitę nõ petiuissent regem: erat .n.sibi odiosum nomen istud tum ꝑꝑ honorẽ Dei, tũ

B ꝑꝑ bonum statum populi: sic.n. Romani habuerunt nimis exosum nomen regiũ in vrbe eo, ꝙ cum a principio reges habuissent grauiter ab eis afflicti sunt propter iniquam dominationem.

An Iudæi peccauerint petendo regẽ, & an teneatur quilibet velle viuere sub optimo genere principatus. Quæst. VII.

QVAERETVR circa ꝑdicta an Israelitę peccauerint petendo regẽ suꝑ se. Aliquis dicet, ꝙ non, quia cum quis petit ea, ꝗ ẛm se bona sunt nõ peccat, sed Israelitę petendo regẽ petebant aliquid, ꝙ est ꝑ se bonũ, & ẛm dictamẽ rõnis, ergo ñ peccabant. patet hoc, qa Arist. distinguit

C tres politias bonas, & tres peruersitates politiarũ. tres bonę sunt: regalis, aristocratica, & mocratica. tres malę sunt tryannica, oligarchica, democratica, & harũ meliorẽ dicit regalẽ: pessimã vero tryannidẽ. vt patet. 8.Ethi.&.3.Poli. petendo ergo optimum principatũ non peccabant. Itẽ desiderium rationis debet esse ẛm desideriũ naturę eo, ꝙ natura nõ errat, quia entia vniuersi nolunt male disponi, iuxta Atisto.12.Meta. sed natura desiderat vnitatẽ principatus, vt patet ibidem cum dr̃: mala est pluralitas principũ, bonus est ergo vnus princeps. Debẽt igitur desiderare hoĩes vnitatẽ principatus, sed istud est in politia regali, ergo licitũ est petere regem, immo valde rationabile. Itẽ, ꝙ lege diuina datur, iustũ est, sed in lege dr̃ de constitutione

D regis, quia Deutero.c.17.dr̃ quid agere deberet rex cõstitutus, & dr̃ constitues in regẽ eum, quem dñs Deus tuus elegerit, sed si Deus eligeret aliquem in regem, rectum erat, ꝙ acciperetur, ergo nõ peccabant petẽdo regem. Itẽ si habere regẽ fuisset peccatum Israelitis, Deus non permitteret eis, ꝙ haberent regem, sed ipse dixit Samueli, ꝙ audiret vocem Israelitarũ, & daret eis regem, ergo non peccabant petendo regem. In ꝯ̃riũ vr̃, ꝙ peccauerint, qm̃.ĩ.12.c.dixit Samuel: videbitis, quia grande malum feceritis in ꝯspectu dñi petentes super vos regem: ergo nõ solum erat peccatũ, sed adhuc magnum. Item Samuel dixit, ꝙ Deus faceret mirabilia coram Iseaelitis mittendo pluuias, & tonitrua ad manifestandum, ꝙ peccauissent petendo

E regem, sed Deus misit immediatè, vt locutus fuit Samuel, & Deus non approbat aliquid falsum, ergo peccauerũt. Item patet, quia dr̃ in eodem 12.c. vos fecistis vniuersum malum hoc, & ibi dr̃ de regis petitione, ergo petere illum erat malum. Item dr̃ hic, ꝙ displicuit sermo in oculis Samuelis, eo ꝙ dixissent da nobis regem, vt iudicet nos, si tñ non fuisset malum non displicuisset ĩ oculis Samuelis, quia erat vir iustus, ergo erat malum. Item contemnere Deum iniquitas est, sed contempserunt illum Israelitę petendo regem, ergo peccabant. Hoc patet, quia dr̃ hic. Non.n.te abiecerunt, sed me, ne regnem suꝑ eos. Item Deus computat istud opus Israelitarum inter alia opera mala Iudęorum, & dicit istud esse sicut illa, ergo peccauerũt.

Patet

Patet hoc, quia dicitur hic iuxta omnia opera sua, quę fecerũt a die, qua eduxi eos de Aegypto vsque ad diē hanc: sicut dereliquerunt me, & seruierunt dijs alienis sic faciunt, & tibi, sed opera illorum erant mala in derelinquendo Deum ab antiquo: ergo ēt istud erat malum. Ad quęsitum respondetur, ꝙ Israelitę peccauerunt petendo super se regem, pro quo sciendũ, ꝙ politia regalis ſm naturã suam, vel genus est melior omnibus alijs politijs, q̃q̃ nulla est periculosior, quia difficile est committere omnia vnj iuxta Aristo. 3. Poli. ideo in eodem libro magis suadet principatum democraticũ, vel timocraticum ciuitatibus, q̃ regalem, eo ꝙ non sint tantum periculosi, q̃q̃ non sint ęqualiter boni. Quod autem aliqua gens statuat super se istũ, vel illum principatum peccatum nullum est, quia nõ obligantur naturaliter ad aliquem eorũ, ideo possunt eligere quem voluerint. Et dato, ꝙ eligant principatũ non conuenientem non peccant, nisi hoc aliqui fecerint ex intentione peruersa. s. vt inde cõsequantur honorem vel lucra: potissimè aũt circa principatũ bonũ, & fere toti orbi communem nullus peccaret eligendo illum, & ideo in gentilibus peccatum non erat, ꝙ acciperent super se regem. In Iudęis aũt fuit peccatũ, quia Deus volebat, ꝙ non eligerent regē, & ipsi ꝯ intentionem Dei accipere voluerunt, ergo peccauerũt: Deus. n. acceperat Israelitas in populum peculiarem de cunctis populis terrę Deutero. c. 7. & ipse volebat regnare super eos, vt patet Exo. c. 19. s. Mea est omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gēs sancta. Israelitę aũt voluerunt accipere alium regem super se petẽtes de seipsis regem, ideo abijciebãt Deũ a principatu regnatiuo, sic autem ipse conqueritur. ĩ. Non te abiecerunt, sed me ne regnem super eos. Et nõ excludebatur principatus Dei regnatiuus super Israelitas per sumptionem alterius regis, sed excludebat principatus immediatus, quia non poterat esse Deus rex immediatus si alius eligeret inter Israelitas: volebat aũt Deus, ꝙ Israelitę haberẽt principes paruę potestatis, sicut erant iudices, vt non haberent aliquem: quem vocarent dñm pręter Deum, nunc aũt cũ haberent regem, quia ille habebat magnam potestatē vocarent eum dñm, & regem, & quantũ honori adderent tanto diuino honori subtraherent. Erat ēt hoc vtilius Israelitis, quia cũ non haberent regem, erant liberi a magna subiectione. Erant ēt a tributis immunes, quia nemo erat cui soluerẽt tributa in toto Israel. Iudices namque non tm̃ dominabãtur, vt tributa exigerent, sed siquid pp honorem populus impendebat suscipiebant. Reges aũt imponebant tributa, & multas alias oñones graues, de quibus. ĩ. ergo fuisset vtilius esse sine rege, peccauerunt igitur Israelitę petendo regem, & fuit peccatũ principaliter, quia restiterũt diuinę ordinationi, cũ Deus vellet, ꝙ ipse solus esset rex. Ad rationes in contrarium respondet̃. Ad primã, cum dicebatur, ꝙ petere id, ꝙ iussum est, & ſm dictamen rationis, non est peccatum, & sic erat de rege. Dicendum est, ꝙ ſm se petere regē non erat peccatũ: erat tñ peccatũ hoc Israelitis, quia Deus volebat dominari inter eos, & ꝙ esset rex immediatus, ꝙ notificatum fuerat Israelitis: ipsi aũt hoc nõ obstãte petierunt regē, iõ peccauerunt agentes ꝯ diuinã prohibitionem, & ꝑ hoc est responsio ad primam, & secũdam rationē. Ad tertiã rõnē cum dicebat̃, ꝙ hoc dat̃ in lege diuina, ergo est iustum. Dicendum, ꝙ Deus nõ dixit Israelitis, ꝙ haberent regē, sed dedit legē, ꝙ si eũ habere vellent qualiter haberent. s. ꝙ nõ acciperent de alijs gẽtibus, & quid rex cauere deberet, cũ tñ ipse significauerit, ꝙ nolebat alium esse regē, sed ipse eēt rex immediatus eorũ non erat sibi illicitũ ꝑ aliq̃ legē petere regē. Ad quartã rationē, cũ dr̃, ꝙ Deus ꝓmisit

Rñsio auctoris ad qõnem.

F Israelitis hr̃e regē dicens Samueli, ꝙ audiret eos. Rñdendũ ꝙ ꝑ hoc nõ tollitur, qn peccauerint, quia multa Deus ꝯcedit hominibus iratus, q̃ placatus nõ ꝯcederet: ipse. n. signauit volũtatē suam Israelitis: s. ꝙ ipse volebat dominari suꝑ eos, & pp hoc iussit Samueli, vt recitaret corã populo mala, q̃ reges eorũ facturi essent eis, vt ꝑ hoc distraherẽt a petitione regis, sed noluerunt. Nã dr̃. ĩ. noluit populus audire vocē Samuelis, sed dixerunt, nequaq̃, rex. n. erit super nos, & erimus nos sicut oẽs gentes: peccauerunt igit̃ petẽdo regem.

Arguit contra prædictam quæstionē probando, quòd nõ peccauerint petendo regem. Quæst. VIII.

G SED adhuc obijciet̃, ꝙ nõ erat malum, ꝙ peterẽt regē. Nõ solum. n. Deus permiserat regē in Israelitis tanq̃ nõ malũ, sed ꝓmiserat eis reges tanq̃ bonũ: Geñ. 17. c. Sarai vxorē tuã nõ vocabis Sarai, sed Sarã: bñdicam ei, & ex illa dabo tibi filiũ, cui benedicturus sum, eritque in nationes, & reges populorũ orient̃ ex eo. Hoc dicebat Deus ad ostẽdendam maximã fęlicitatē, & honorē Abrahę, ergo Iudęi tanq̃ bonũ sibi ipsis, & a Deo eis ꝓmissum petere poterãt. Secundo, quia necesse erat, ꝙ Iudęi hr̃ent aliqñ regē. quia sic prophetauerat Iacob moriens. s. ñ auferetur sceptrum de Iacob, nec dux de fęmore eius, donec veniat, q mittend⁹ est: Gen. 49. ergo ipsi petẽdo, ꝙ Deus
H volebat, & necessario venturũ erat, nõ peccabãt. Tertio patet, quia minus erat petere regē, q̃ ꝯstituere, sed licebat Israelitis ꝓpria auctoritate ꝯstituere regē, ergo a fortiori licebat petere eũ a Samuele, & ita nõ peccarent. Patet hoc, quia Deut. 17. c. dr̃ nõ poteris alterius generis regē suꝑ te ꝯstituere, q nõ sit frater tuus, ergo a ꝯrio sensu hominē generis sui poterant ꝯstituere in regē, quia ꝙ de vno negat̃ de alio ꝯcedit̃: iuxta illud c. nonne. extra de Pręsumptionibus. Quarto ꝙ ēt motiuũ petendi regē erat conueniens. s. ꝙ alię nationes regē habebant, quia istud ponit Deus Deute. 17. s. cum ingressus fueris terram, quã dñs Deus tuus daturus est tibi, & possederis eam: habitaueris que in ea, & dixeris ꝯstituam super me regem, sicut oẽs hñt per circuitum
I nationes, &c. & tñ hoc motiuo petiuerunt nunc Iudęi: ergo non peccauerunt, sed in omnibus fecerunt legitime. Dicendum, ꝙ Iudęi peccauerunt nunc petendo regē super se, & non licebat eis ꝯstituere regē s. se, & tñ licebat eis nunc petere regē. Primum patet ex dictis pręcedentis quęstionis. Secũdum patet, quia ꝯstitutionem regis inter Israelitas Deus sibi soli reseruauerat, ideo peccarent Israelitę, siue totus populus, siue aliqui in speciali conarent̃ regē ꝯstituere, & hoc erat ad omne tp̃s, vt nullo. s. tꝑe hoc liceret Israelitis auctoritate propria, sed ex mandato Dei, vt ipse esset qui ꝯstitueret, & non Israelitę, & hoc patet Deutero. 17. c. s. cum ingressus fueris terram, quã dñs Deus tuus daturus est tibi, & dixeris ꝯstituam super me regem,
K sicut oẽs hñt per circuitum nationes eum constitues, quem dñs Deus tuus elegerit de medio fratrũ tuorũ, & ita per hoc astringebat eos ad tenendum istũ modũ in ꝯstitutione regis, & nõ alium. Tertium patet, quia Deus innuit, ꝙ Israelitis licebat petere regem, ꝙ patet, quia posuit quid agendũ esset cum ipsi peterent Deu. 17. c. s. & dixeris cõstituam super me regem, sicut oẽs hñt per circuitũ nationes nõ poteris ꝯstituere, nisi eũ quē Deus elegerit de vno fratrũ tuorũ, & tñ si malum esset petere, & nũq̃ liceret petere nõ poneret Deus q̃ agẽdũ esset, qñ peterẽt, sed ꝓhiberet petere sicut simpliciter vetabat, ꝙ ipsi eligerent regē, ergo voluit, q̃ aliqñ liceret Iudęis petere regē. Secundo patet, quia determinauit tẽpus qñ hoc agẽdum esset. s. qñ essent in terra Chanaã, eo. c. s. cũ ingressus fueris terrã, q̃ tibi Deus

Deus tuus daturus est tibi, & dixeris constituā super me regē &c. & tñ si simpliciter esset malum petere, & nunq̃ liceret, non limitaretur tempus, & locus in quo posset peti, sed simpliciter vetaretur, vel taceret: ergo licebat peti aliq̃n regem, & tñ nō licebat semp, sed solum postq̃ Iudęi possederāt pacificè terrā Chanaan. Et ita dicendum est, ꝙ seniores Iudęorum, qui petiuerunt super se regem bene informati erant in lege, & non recesserunt a diffinitione legis. Nam quia sciebant, ꝙ non licebat eis constituere regem, non constituerunt, licet valde cuperent, sed iuerunt ad Samuelem, & ista fuit causa potissima, quare ab eo petiuerunt regem, erat quippe Propheta dñi Samuel, & nullus alius eo tpe erat in Israel, qualis Samuel, ideo ad sciendum voluntatem dñi, iuerūt ad eum, & sicut, si essent in conspectu dñi, peterent ab eo, dicētes dñe constitue nobis regem, ita dixerunt Samueli constitue nobis regem, qui iudicet nos, & hac intentione Samuel accepit verba Israelitarum, quasi ad eum venirent, vt ipse consuleret Deum super hoc, quem vellet regnare super illos, & ita egit, quia consuluit dñm, & ille respondit, ꝙ habetur hic, & Israelitę scientes sibi licere petere regem petiuerunt illum, sed scientes ꝙ non poterant constituere propria auctoritate, non constituerunt, sed iuerunt ad Samuelem loco Dei existentem, vt eis constitueret regem, & sic omnia fecerunt secundū ordinem legis.

Quare Israelitæ peccauerunt petendo regem cū nemo peccet in eo, quòd sibi licet. Quæst. IX.

SED tunc quęretur, cum liceret Israelitis petere regem quare peccauerūt, vel dicimus eos peccasse? Aliquis dicet, ꝙ fuit, quia petiuerunt, q̃n nō licebat petere, cum sit circumstantia actus ipsum tempus. Dicendum, quòd non est verum, quia petiuerunt q̃n licebat: solum enim erat illicitū anteq̃ intrarent in terrā Chanaan, & possiderent eam. Sed nunc possidebant eam, & a multis annis possederant: ergo licebat petere nunc. Sed dicendum, ꝙ peccauerunt Israelitę primo, quia ex desiderio volebant accipere principatum terrenū, vt se subtraherent a diuino, quia nunc cum regem non habebant, Deus erat immediatus rex, & dñs eorum: cum aūt acciperent regē, haberent prętet Deum alium, quem vocarent regē, & dñm: in quo licet non possent auferre Deo supremam potestatem, q̃ est sibi naturalis in omnes res, auferebant tñ sibi immediationē dñij, cum alium immediatum dñm, & regem cognoscerent, & ita ipse dixit ad Samuelem. Non te abiecerunt, sed me, ne regnē super eos, sed velle subtrahere Deo istū principatū, & honorem, quem ipse haberet, erat malum: ideo peccabant petentes sic regem. Secundo quia per hoc Samueli pręiudicabant, ipse enim erat iudex: nam licet filij sui iudicarēt pp eum iudicabant qui constituerat eos loco sui iudices: petendo aūt nunc regalem principatum auferre volebāt principatum Samuelis, & ita pręiudicabant ei. Tertio peccabant fm ingratitudinē, quia Samuel contulerat multa bona Israelitis liberādo eos ab hostibus, vt patet pręcedenti c. & pp sanctitatē eius bñfaciebat Deus Israelitis, & ipse cū multo labore atque difficultate corporis sui iudicabat totū Israel quolibet anno lustrans totā terrā Israel, vt alleuiaret labores, & expensas Israelitarū, vt patet pręcedēt. c. & seruauit omnibus iustitiā nullū calumniādo, nec accipiēdo munera, nec aliquē opprimēdo, ꝙ solēt facere iudices, qui magnę potestati pſunt. ỹ. 12. c. pro hoc ergo debebāt Israelitę ei multū honorē, & gloriā; quia ista sunt pmia rectę principātus, vt dicit Aristo. 5. Ethicorū: auferre aūt principatū de domo eius non solū erat nō retribuere ei, sed ēt reddere malū p bono, ꝙ erat ingratitudo: iō valde peccabāt, & hoc signauit Deus hic. Nā q̃n Israelitę petiuerūt regē displicuit valde sermo Samueli, & Deus cōsolādo ipsum quasi sup malū, ꝙ ei inferebāt Israelitę, & ingratitudine, q̃ cōmittebāt, dixit: nō te abiecerūt, sed me, ne regnē sup eos. i. nō affligaris, ꝙ petāt regē, & p hoc te abijciāt de principatu, quia nō abijciūt te principaliter, sed me ne regnē super eos: tu āt potes consolari, q̃n aliqua iniuria ē cōis tibi, & mihi. Et apparet magis ex verbis sequētibus, ꝙ sint hęc ad ꝯsolationē Samuelis, cū ait: Iuxta. n. opa sua, q̃ fecerūt a die, qua eduxi eos de Aegypto vsque ad diē hanc, sicut dereliquerunt me, & seruierunt dijs alienis: sic faciunt ēt tibi. i. nō affligaris, quia ꝯsuetudo ē istius gentis sic facere, quia ego bene feci eis liberando eos de Aegypto, & deinde semper continuaui, & ipsi ex opposito derelinquebant me, & seruiebant dijs alienis ingrati existentes mihi, ita nūc fecerunt tibi, q̃a pro oībus bonis, q̃ pstiteras, & laboribus, quos pro eis sustuleras reddunt tibi hanc vicissitudinem, vt derelinquant te petētes alterū genus principatus. Sed dicet aliquis, ꝙ Israelitę poterāt hoc iustè facere sine ingratitudine, quia si Samuel bñ gubernaret, vel filij sui, nō poterant petere alterum principatū extra domū Samuelis quin incurrerēt ingratitudinē, sed nunc filij Samuelis male regebant declinantes ad auaritiam, & puertentes iudicium, vt dr̄ in īfa, ideo nō erant ingrati hoc petendo, & patet, quia q̃n petiuerūt regē prępofuerūt hoc tanq̃ cām. s. ꝙ filij eius nō ambularent in vijs eius, vt dr̄ hic. Dicendum ꝙ hoc non obstante erāt ingrati. Primo, quia licet filij Samuelis nō bñ gubernarent aliquid tolerare deberent pp honorē Samuelis, qui eis tanta bona ꝯtulerat, & fecerat. Secūdo, quia si Samuel mortu⁹ esset, & nemo posset filios eius corrigere, vel auertere a vijs malis, erat aliquis color ad auferendū eis principatū, ne lęderetur status populi: viuebat tñ nunc Samuel, qui poterat filios suos coercere, & reducere ad bonū, iō non licebat hoc petere. Tertio, & pręcipue, quia petitio fuit mala: nā quantumcūque filii Samuelis mali essent, non debebāt Israelitę añ oīa petere alterū principatū extra domū Samuelis: nunq̃. n. añ hoc querelā proposuerant corā eo de filiis eius: ideo petere debebant primo, ꝙ castigaret filios suos, ne iniustè iudicarēt, sicut hactenus fecerāt, & q̃n ipsi essent incorrigibiles, vel Samuel nō curaret eos auertere a malo, possent hoc petere, ꝙ fieret eis rex. Ita. n. fecit Deus quantū ad Heli sacerdotē pdecessorē Samuelis: nā ille cum senuisset ꝯstituit filios suos ad ministrandū, q̃ prauè agebant, & Deus admonuit eū per virū Dei, & ille non correxit filios suos, neque illi cessauerunt a peccatis, & sic ablatus est honor de manu eorum. s. 2. c. sed Samuelē nōdū admonuerant, neque corā eo proclamauerant, & ꝙ statim peterent expoliationē principatus durum erat. Quarto, quia ēt si Israelitę crederent filios Samuelis incorrigibiles esse in malo, non licebat eis petere hoc, sed poterant dicere Samueli, ecce filij tui non sequuntur vias tuas, peruertunt iudicium, accipiūt munera, prouide nobis, vt populus iste nō pereat iniustè oppressus: hęc erat petitio honesta, & tunc Samuel poterat p seipsum gubernare, licet esset ei difficultas, vel filijs assistere, aut aliquem alium de cognatis suis in iudicē pręficere, qui iustè gubernaret, & sic maneret principatus in domo Samuelis, aut si Samuel non videret alium modum, ipse illis regem constitueret, non petentibus eis, & istud nō erat dedecus ei, cum ipse sponte faceret non petentibus Israelitis. nunc tñ petiuerunt iudicantes eum, & filios suos insufficientes ad regēdū, ideo ingrati erant ꝯ Samuelē. Quinto quantum ad principale peccabant, quia sine causa

Honor & gloria sūt præmia rectè principatus, & non pecunia.

Peccatum, & ingratitudo Iudæorū probatur.

causa

causa petebant amoueri principatũ de domo Samuelis, & hoc probauit Samuel, quando, contendit corã toto populo post constitutionem regis infra 12.c.nã si existente illo principatu vellent alium principẽ, hoc esset propter alterum duorum, scilicet quia male administrabatur iustitia, vel quia non erat potens princeps ille, aut genus illius principatus ad illos liberãdũ de manu hostium, quia hęc duo sunt summe necessaria populo, sed istas duas causas exclusit Samuel: primam quidem, quia dixit, ꝙ neminem oppresserat, iudicium non peruerterat, munera nõ acceperat, quòd & ipsi Israelitę confessi sunt. Secundam exclusit, quia dixit, ꝙ Deus miserat eum, sicut alios iudices, & liberauit Israelitas de manu Philisthinorum, sicut alij iudices, & tamen nunquã tempore alicuius iudicis petiuerant Israelitę regẽ, ergo valde pręiudicabant nũc Samueli contemnentes eum petendo regem eo existente iudice, & ita peccabãt, & hac sola argumentatione vsus est Samuel contra Israelitas ad ostendendum eos peccasse, petẽdo regem. ĩ.12.c. Sexto peccabant, quia expresse faciebant ꝯ voluntatem Dei: nam si Israelitę solum semel petiuissent regem, & postea dissuadente Samuele ex parte Dei cessarent, non viderentur peccare saltem ꝯ Deum: aut essent multum excusabiles, & tamen non fuit sic, sed cum primum hoc petiuerunt, retulit Samuel causam istam ad eum, & ille dixit, ꝙ Israelitę malum faciebant, & ꝙ diceret eis omnia mala, quę venirent eis, si regem haberent, Samuel autem dixit omnia hęc populo, & populus contempsit ea, atque animo obstinato petiuit regem, ideo in hoc expresse fecit ꝯ voluntatem Dei. Et hoc apparet infra in litera cum recitat omnia mala, quę illis ventura erant cum rege, & concludens ait: Greges quoque vestros decimabit, vosque eritis ei serui, & clamabitis in die illa a facie regis vestri, quem elegistis vos, & non exaudiet vos, quia petistis vos regem. Et sequitur: Noluit autẽ populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt, nequaꝗ: rex erit super nos, & erimus nos sicut omnes gentes. i. non curamus de eo, ꝙ comminaris, sed volumus regem, & ista est manifestior cã ad ostendendum, ꝙ peccauit populus petendo regẽ cum expresse ꝯ voluntatem Dei manifestatã sibi peterent regem.

Quomodo poterat adimpleri promissio Dei de rege si peccabant petendo regem. Quæst. X.

Sed quęretur, quomodo ergo possent Israelitę petere regem, aut quomodo poterat cõpleri verbum Dei super regibus promissis, ita quòd non peccarent Israelitę petendo regẽ? Dici põt ꝙ facile erat hoc: nã Deus, qui ꝓmiserat Iudęis reges, poterat illos eis dare sine peccato illorũ, & hoc ipsis nõ petẽtibus: nã ita ipse dabat eis alios principes: sic. n. constituit eis Moysen, & Iosue, eis non petentibus, sic & ipse suscitauit iudices in saluatores, vt patet Iudi. 3. & 4. c. Et de regibus idem fuit aliqñ: nam non petẽtibus Iudęis misit Deus Samuelẽ ad vngendũ Dauid in regem. ĩ. c. 16. ergo etiã si nullos peterẽt reges Deus eis aliqñ illos daret, & sic impleretur verbum Dei, & ipsi non peccarent ꝯ Deũ abijcientes eum, ne regnaret super eos, & non essent ingrati contra Samuelem, aut contra aliquem alium petendo regem. Et istum solum modum dicunt quidam esse licitum ad hoc, ꝙ oĩa ista cõplerent, & Israelitę haberẽt regẽ. Sed non stat, quia aliquo mõ licebat petere regẽ, cũ Deᵘ dixerit illis: cũ ingressus fueris terrã, ꝗ dñs Deᵘ tuus dabit tibi, & dixeris ꝯstituã sup me regem &c. & ita ĩnuit, ꝙ aliqñ Israelitę ista dicturi eẽnt, & iustè, cũ Deᵘ ibi det eis modũ ꝓuidẽdi. s. quia nõ ꝯstituerẽt, nisi quẽ Deus

Opin. quorundã impugnatur.

F elegerit: ex quo apparet, ꝙ petere nõ erat malũ, quia vetuit ibi, ꝙ ipsi ꝯstituerent regẽ, & hoc tanꝗ malũ. Si ergo petere esset malũ, ita eis iuberet nũꝗ petere, nisi qñ Deus daret, vel eum, quem Deus daret: sicut iussit non constituere: nisi quem Deus eligeret, & tamen vetuit constituere regem, & non vetuit: petere ergo vnum iudicauit malum, & alterum nõ: potissime quia dixit quid agendum esset cum regẽ peterent, & sic dictum est. s.

Dicendum ergo est, ꝙ non solum licebat Israelitis recipere regem a Deo sibi datum, sed etiam petere regẽ sibi dari, & tñ ad hoc, ꝙ petendo non peccarent sicut nunc peccauerunt, oportebat, ꝙ cauerent duo.

G Primum ꝙ ꝯ neminẽ committerent ingratitudinẽ, vel ꝙ nõ pręiudicarẽt alicui. Secundũ ꝙ nõ se subtraherent Deo in aliquo: ꝗtum ad primum oportebat, ꝙ si aliqñ petituri essent regem, nõ peterent nunc, quia nunc viuebat Samuel, qui multa bñficia pręstiterat Israelitis, & habebat hũc honorẽ præsidendi, vñ nõ poterat peti rex sine prędiudicio eius, & ingratitudinẽ ꝯ ipsum, sed ad hoc, ꝙ nemini prędiudicaretur petendũ erat istud qñ nullus iudex erat, sicut fiebat tempore præcedentium iudicũ: nã mortuo vno iudice, nõ statim surgebat alius iudex, sed transibant aliquot anni inter vnum, & alterum, sicut qñ mortuus est Hothoniel primus omnium iudicũ manserunt Israelitę decẽ, & octo annis sine iudice, in quibus oppressit eos Eglon

H rex Moab, & Ammonitę. Iudic. ca. 3. & clamauerunt ad dominum, qui suscitauit eis saluatorem nomine Aod. e. c. Illo aũt tpe potuerant illi petere regem sine alicuius prędiudicio, quia nemo pręsidebat, & ita fuit de tpibus medijs inter alios iudices. Quantũ ad secundũ oportebat, ꝙ Israelitę nõ peterent regẽ a Deo pertinaciter, sed quasi sub ꝯditione. s. si placeret Deo dare eis hoc genus principatus, vel alterum, & si Deus ostenderet, ꝙ nõ placeret ei dare cessare debebãt, & in hoc peccauerunt nunc: petiuerunt. n. pertinaciter, nã a Samuele petiuerũt regẽ loco Dei, & ille retulit causam ad Deum, qui ostendit eis mala, ꝗ ventura eẽnt eis cum regibus suis, & ꝙ nõ exaudiret eos, qñ clamarent oppressis malis illis, ĩ quo valde dissuadebat eis accipere

I regẽ, sed hoc nõ obstãte petiuerũt regẽ ꝑtinacissime, dicentes nequaꝗ, sed rex erit sup nos. ĩ. in lrã. Et dicitur noluit populus audire vocẽ Samuelis, & tñ ille loquebatur eis ex pte Dei, iõ peccauerũt in hoc: si tñ petiuissent leuiter, & mox, vt viderẽt intẽtionẽ Dei, cessassent petere, nõ peccassent, sed nũc ĩ vtroque peccauerũt. s. quia ingrati fuerunt ꝯ Samuelẽ, & qa ꝑtinaciter petiuerunt, licet Deus eis dissuaderet ꝓ tunc regẽ habere.

Respondit ad rationes factas supra q. 8. Quæst. XI.

Sed nũc rñdendũ est ad rõnes factas. s. & dicendum ad primã, ꝙ principatus regalis põt ꝯsiderari dupliciter, vel quãtũ ad eos, ꝗ hunc principatum

K hñt, vel ꝗtũ ad eos, ꝗ subdũt huic principatui. ꝗtũ ad primũ est principatus regalis aliqd valde bonũ, qa ẽ magnus honor. Nã nõ inuenit inter hoĩes maior status, ꝗ regalis, qa est magnę potestatis & dñij, & quãto maior honor est, tãto maius bonũ ẽ habẽtibus huiusmodi principatũ, & his, qui sunt de genere illorũ, ꝗ bonũ corũpticipãt, & sic dixit Samuel ad Saulẽ, qñ voluit eũ ꝯstituere regẽ sequẽti c. s. & cuius erunt optima quęque Israel nonne tibi, & domui patris tui? Alio modo potest considerari quantũ ad subditos, & tunc dicendũ ꝙ licet sit principatus regalis optimus fm nãm, quia magis ꝯcordat principatui naturę. 12. Meta. tamen est valde periculosus propter tyrannidẽ cõmittendo oĩa vni: vnde nullus principatus quantum ad hoc est magis oppressiuus subditorum, ꝗ regalis, siue monarchicus,

eus, qui subito verti pōt in tyrannidē, & hoc malū il-lius significauit hic Deus dissuadēdo Israelitis hunc principatum.s. ꝙ rex decimaret greges eorum & armenta, & acciperet domos eorū, & possessiones, & filios, & filias manciparet seruitio suo, & ipsi clamarēt aduersus regē suum ad Deum pp duram oppressionem. In quo innuebatur, ꝙ in principatu iudicum, q vsq; nunc fuerunt nihil tale erat, neq; poterat verti in tyrannidē, quia licet iudex vnus esset ptās sua parua erat, quia neq; dñs, nec rex, vnde non exigebat tributa, nec opprimere poterat subditos, sicut rex, qui hēt amplissimā ptātem sicut dñs. Et ita dicendū, ꝙ principatus regalis pro regnante est aliquid valde honorabile, sed pro subditis est aliqd valde onerosum aliàs periculosum, & est minus eligibile q̄ alia genera principatuum: nam honorabilior erat Abraham, si de progenie eius reges nascerent, quā si solū nascerent alij minores duces, ideo Abraham petere debebat, ꝙ cōpleretur istud.s. ꝙ regnarent aliqui de progenie eius: sic etiā fuit de Dauid, cui Deus promisit, ꝙ de semine eius semper essent reges: sequenti lib. c. 7. Ille autē orare debebat & orabat, vt Deus cōpleret istud dādo reges de semine suo. e. c. & 1. Paral. 17. c. sic ēt fuit de tribu Iuda, de qua prenunciatum est, ꝙ reges non deficerent de illa Gen. 49. cap. nam in hoc erat illa trib⁹ honorabilior cæteris, ꝙ ista hēret reges, & aliæ non: si aūt consideremus Israelitas, quibus reges pliderent, si essent, non erat bonū simpliciter respectu illorū hēre regem, quia si aliquo modo erat bonū erat valde periculosum, & ideo quantū ad illos non deberet esse desiderabile cum hrent aliū principatū, quo sufficienter gubernātur, & qui erat minus periculosus, & hoc admonuit eos Deus inquantū dissuasit petere regem ostendēdo mala, quæ ex principatu regali oriuntur, vt patet hic in litera, & etiam Samuel ostēdit eos male petiuisse, quia sine causa petiuerant cum haberent principatum sufficientem ad iustitiæ ministrationem & ad liberationem ab hostibus infra 12. c. ergo petēdo nunc regem non petiuerunt bene Iudæi. Ad fm dicendum, ꝙ necesse erat, ꝙ aliqñ israelitæ hrent regem, & tñ non ex hoc sequitur, ꝙ licebat Iudæis petere nunc regem.

Primo quia illud non erat mandatum de petendo, vel procurando regem, sed prophetia designans euentū futurum: onus autem implendi diuina mandata incumbit nobis, sed onus implendi prophetiā nō incumbit nobis, sed Deo, ideo ꝙ impleret, vel nō impleretur, aut qñ impleretur nihil ad Iudęos attinebat, ita vt aliquid facere dērent. Scdo, quia ēt si implenda esset poterat Deus implere ponendo regē non petētibus Israelitis, imò istud videbatur ꝯuenientius.s. ꝙ sicut non licebat Israelitis eligere sibi ipsis regem, sed accipere illum, quem Deus sibi elegisset Deuteronom. 17. capitu. ita posset ipse solus nemine petēte constituere.

Tertio quia dato, ꝙ rex constituendus esset petentibus israelitis non sequit, ꝙ nunc non peccarent petēdo: poterant quidē aliqñ petere illum, & tñ nūc petendo peccauerunt, sicut ostensum est præcedenti q. Ad tertiū dicendū, ꝙ si liceret Iudæis cōstituere regē propria auctoritate, liceret petere illum, quod minus erat, & tñ non sequitur, ꝙ nunc non peccarent, quia si liceret cōstituere tunc, qñ liceret cōstituere liceret petere, sed non semper liceret constituere, nec etiam semper liceret petere.

Aliter dicendum, & melius, ꝙ falsum præsupponitur.s. ꝙ liceret israelitis constituere regē, quia expresse negatur Deut. 17. c.s. eum constitues, quē dñs De⁹ tuus elegerit de medio fratrum tuorū, ergo non poterant accipere, nisi quem Deus eis daret. Cum autem

A obijcitur, ꝙ dr̄ non poteris super te regē alterius gñis constituere, qui non sit frater tuus: dicendum ꝙ hic non innuitur, ꝙ licebat Iudęis constituere quemcunque vellent, dum tamen esset de fratribus suis, sed ponitur ad doctrinam quandam, vt scirent ꝙ non poterat aliquis esse rex super eos, nisi de eis, & istud erat ad maiorem honorem eorum, ne putarent, ꝙ Deus vellet imponere eis reges alterius gentis. Etiam poterat istud esse ad tollendum errorem, quia reges non poterant constitui, nisi qui electi essent a Deo, sed qa Deus non loquebatur per se ad populum, sed per ꝓphetas suos, & aliquis vt propheta poterat mentiri, dicens se accepisse aliquid a Deo, quod non acceperat, quia multi tales erant Deuteron. cap. 13. & Ezech. 14.

B ideo dabat Deus signum ad sciendum, quando propheta loquebatur ex parte Dei, & quando non Deu. 18. cap. Et quia constituere regem erat res maxima, circa quam magis aliquis mentiri vellet: tradidit De⁹ istam doctrinam, scilicet quòd non poterat constitui in regem aliquis, qui non esset de genere Iudæorum: vnde de conuersis ad iudaismum de gentilitate non poterat cōstitui aliquis in regem, & ita si aliquis propheta diceret, quòd Deus iubebat sumi in regem aliquem, qui non erat de semine Israel, planum erat, ꝙ mentitus erat ille propheta, & non locutus fuerat ei Deus.

Ad quartum dicendum vno modo, quòd Deus non dixit illud, quasi iuberet israelitis sic regem petere, sed quia prænunciauit, quòd quando peterent, ita

C peterent: sciebat enim ꝙ hoc mō peterent, & sic petiuerunt. Nam vnum de motiuis Israelitarum erat, vt non viderentur ipsi minores alijs nationibus, & forte ipsi scientes illa verba legis, ita petiuerunt, nec tamen ex hoc sequitur, quòd bene petiuerunt, quia Deus non significabat ibi quid fieri liceret, sed quid ipsi facturi erant.

Secundo potest dici, quòd dato, quòd Deus iuberet illis, quòd quando peterent regem, ita peterent non sequebatur, quòd non peccauerant nunc petendo, sed quòd liceret eis aliquando sic petere, & tamen nunc male petiuerunt, vt ostensum est præcedenti quæst.

Quando Iudæis licuit petere regem sine peccato. Quæst. XII.

D

SED quia dictum fuit supra, ꝙ licebat Israelitis aliquando petere regem, sed non semper, est dubium quando licebat, & quare tunc, & non aliàs. Dicendum, ꝙ Israelitis licebat petere regem, qñ essent in terra Chanaan, & quamdiu erant in deserto, vel non obtinuerant terram Chanaan nō licebat regem petere: hoc patet Deut. 17. cap.s. cū ingressus fueris terram, quam dominus Deus tuus daturus est tibi, & possederis eā habitaueris q; in ea, & dixeris constituam super me regem, sicut omnes hñt in circuitu nationes. Inquantum aūt dr̄: cum ingressus fueris: signat ꝙ quamdiu manerent in deserto, nō

E licebat petere, sed post transitum Iordanis, quia tunc erant in terra, quam daturus erat eis Deus; dr̄ etiam possederis eam, quia non sufficiebat intrare in terrā, cum nihil possiderent de ea, sicut qñ transierunt Iordanem anteq̄ caperent Iericho, quia tunc nihil possidebant de terra, additur habitaueris que in ea ad ostendendum pacificam māsionem. Nam statim, vt introierunt, & ceperunt aliqua terræ Chanaan loca non licebat petere regem, sed qñ essent in pace. i. qñ ipsi cessarent a bellis. Et non intelligitur de possessione totali terræ promissæ, quia terra omnium septem populorum Chananæorū fuit promissa Israelitis Deu. 7. c.

sed ista tota nunquam venit in potestatem Israelitarum, vel saltem nunquam vsque ad tempora Salomonis. lib.2. Paral.8.c.& tamen ante tpa illa habuerũt Iudæi regē petentibus eis, & Deo ēt sponte dante, ideo non intelligebatur de tali possessione, sed solũ de possessione illius terræ, quæ sufficiebat eis ad habitandũ, quia non occupauerunt Israelitæ a principio totã terram Chananæorum, quia non poterant illam implere, sed occupauerunt tm̃ quantũ illis suffecit, quia ita Deus promisit, ꝙ non daret eis subito totam terram, sed paulisper, quia ita Iudæis expediebat: Exo.23.c.s. Non eijciam eos a facie tua anno vno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiæ: paulatim eos eijciam de conspectu tuo donec augearis, & possideas terram.

Etiam nõ intelligitur de pacifica possessione Israelitarum, quasi ita manerent in terra, ꝙ nullus contra eos insurgeret, aut qõnem moueret super terra illa, qa istud nunq̃ fuit inter Israelitas: omni.n.tpe habuerunt bella cum nationibus finitimis, & potissime cũ Chananæis habitatoribus regionis illius. Nam Deus ex industria reliquit aliquos populos Chananęorum, vt in eis experiretur Israelitarum gentem, & hr̃ent hostes, contra quos pugnarent Iudic.3.c. sed intelligitur de illo tempore, quo Israelitæ cessauerunt a prælijs habitantes confidenter in locis, quæ ceperant de manu hostium.

Qñ fuit, ꝙ Israelitæ essent in pacifica possessione in terra Chanaan.

Circa quod sciendum, ꝙ Israelitæ mox, vt Iordanē transierunt cum Iosue, incęperunt pugnare ꝯ Chananęos occupando loca, quę illi possederant, & nunquã cessauerunt ab hoc, nec consederunt in locis, quę bello ceperunt quousq; occupauerũt tm̃ de terra, quantum putabant sufficere illi toti multitudini, & aliqd amplius, & tunc Iosue, & Israelitæ cessauerunt a prælijs, & diuiserunt terram per sortes, habitaueruntq; in ea, & ipsum sanctuarium dñi, quod adhuc erat in Galgala, adduxerunt in Silo Iosue.18.c. & ibi mansit vsq; ad tpa Heli, & Samuelis, & tunc remisit Iosue fratres suos viros de duabus tribubꝰ, & dimidia, vt irēt in terrã suã, q̃ erat ad orientē Iordanis, qa toto hoc tpe bellorum fuerãt cum Iosue, & alijs Israelitis in bello Iosue.22.cap. post hoc aũt non fuit aliqua exercitatio in bellis Israelitarum ad acquirendã terram, licet interdum qđ rarum erat acquirebant aliqua loca, sed non pugnabat totus Israel: hoc igitur tp̃s, quo a bellis cessatum est sub Iosue fuit illud, quo Israelitæ dicebant possidere terram, & pacifice in ea morari, ideo ante illud non licebat petere regē: post illud autem licuit, quia erat impleta dispositio legis.

Quare ante istud tempus non licuit petere regem post vero sic. Quæstio. XIII.

SED quæretur quare ante tp̃s istud non licuit, & postea licuit. Aliqui dicunt, ꝙ fuit, quia prius non erant necessarij reges, & postea fuerunt necessarij. Sed istud non est verum, immo potius ē ꝯrio, quia rex duo facit. s. gubernat statum politicum ministrando iustitiam, & bella facit ꝯ hostes, vel tuetur ab hostibus, sicut significauerunt Israelitæ, qñ petiuerunt regem a Samuele dicentes. ĩ. in litera: Nequaq̃, sed rex erit super nos, & erimus nos quoq; sicut oēs gentes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nr̃a pro nobis: & tñ scd̃m est magis necessariũ, vel quod magis petitur in rege q̃ primum, quod patet infra 10. c. qñ fuit Saul assumptus in regem, quia quidam de Israel non aspexerunt, an Saul sciret, aut posset ministrare iustitiam eis in causis, sed an posset liberare eos de hostibus. s. & abijt cum eo pars exercitus, quorum Deus tetigerat

F corda: filij autem Belial dixerunt: Num saluare poterit nos iste, & despexerunt eum in corde suo, & nõ attulerunt ei munera, & tamen antequam Iudæi intrarent in terram Chanaan, & qñ introierunt quousque possederunt terram pacificè fuit sibi minor vsus bellorum, q̃ in omnibus tpibus posterioribus, ergo tunc erat sibi magis necessarius rex q̃ alijs tpibus: si autem iudicia respiciantur non erat minor necessitas ante introitum, & post introitum q̃ postea, immo videtur ꝙ plus, qñ cum tota multitudo Israelitarum simul esset occurrerent eis plures materiæ contendendi. Et hoc apparet in Moyse, qui fuit Iudex in deserto, nam sedebat toto die audiens lites, & non finiebat quousque ad consilium Iethro sacerdotis Madiã diuisit populum in decanos, quinquagenarios, centuriones,
G & tribunos, & illi ēt audiebãt causas subditorum: Exo. 43. ca. ergo magis erat rex necessarius prius quã post ingressum, & pacificam possessionem.

Dicendum, ꝙ non fuit pp hoc, sed quia Deus constituerat duces pro his tpibus, ideo volebat, ꝙ illis viuentibus non solum non peterentur reges, sed neque etiam duces quicunque. Nam in exitu de Aegypto Deus constituit Moysen in ducem populi Israel, quia ipsum misit ad populum, vt loqueretur eis de exitu de Aegypto: Exo.3.c.& loqueret deinde Pharaoni, vt dimitteret Israelitas: Exo.5.c. & ipse constitutus fuit ad faciendum signum Exo.ca.3. & ipse postea eduxit illos, & Deus voluit, ꝙ Moysen audirent, & ei crederent in omnibus Exo.19. & Deut.5. & 18. iste aũt vi-
H xit, & gubernauit Iudæos per 40. annos, quibus in deserto fuerunt & pugnauerunt contra aliquas gentes quousque ad Iordanem accederet: nam mortuus est in campestribus Moab. i. iuxta illa Deuteron. 34. cap. ad introeundum autem in terram Chanaan, & subiciendum eam capiendũ in bello electus fuerat a Deo Iosue antequam moreretur Moyses Num. cap.27. & præcepit Deus, ꝙ omnes ei obedirent, & voluit Deus ꝙ iste viueret quousque caperet totam terram, quæ necessaria erat habitationi Iudæorum, & diuideret eã sorte, atque pacificè sedere faceret gentem illam, quod & factum est, vt colligitur ex ꝓcessu libri Iosue, ideo voluit Deus, ꝙ pro his temporibus nullos alios gubernatores peterent, quia Deus illis prouiderat: Illis
I autem defunctis permisit, quòd peterent sibi reges quando vellent, & ita ipsi fecerunt, quia multo tempore post mortem Iosue petiuerunt regem.

Quare Deus noluit, quòd Israelitæ possent sibi constituere regem, nisi quem Deus elegisset. Quæst. XIIII.

SED quæretur circa id, quod Deus iussit Israelitis. s. ꝙ non possent constituere sibi regem nisi quē Deus eis eligeret quare hoc fuit Deuteron.17. capitulo.

Dicēdum, quòd iste populus erat spãliter subditus Deo, & magis pertinens ad ipsum q̃ omnes populi, peculium eius vocati sunt, vt patet Exo.19. & Deuteron.7. capitulo, ideo dedit eis leges, & iudicia specialia, in quibus viuerent, quod non fecit quantum ad
K alios populos Psal.147. scilicet. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Et non solum voluit dare leges, sed etiam præsidere illis, & hoc non solum quantum ad præsidentiam generalem, qua omnia gubernat, & est Deus & Dominus omnium, sed quantum ad specialem modum, vt esset rex particularis illius gentis, & ob hoc a principio non volebat, quòd gens illa haberet regem aliquem, vel principem talem, qui vocaretur dñs, vt ipse esset dominus immediatus Israelitarum, sed quia aliqñ regem habituri erant, voluntate eius voluit, vt & in illo potestas

potestas sua ostenderetur, & voluit primo ad hoc, ꝙ si populus sibi ipsi regem cõstitueret viderentur illi liberi esse, & non habere dñm, nisi illum, quem ipsi sibi facerent. Cum aūt non permisit eis regem cõstituere, sed ꝙ illum solum in regem acciperent quē ipse eis daret, ostendebat eos sibi oĩno subditos, & magis eum illis præsidere quam præsideret is, quem in regem a Deo acciperent.

Secundo ad ostendendum potestatem super regē: nam si populus sibi ipsi constitueret regē, videretur rex supremam ptātem hr̄e, eo ꝙ non respiceret aliū dñm superiorē, cum vero non poterat esse rex nisi is, quem Deus in regē daret, non videbatur ille rex, sed potius vicarius regis quasi De⁹ esset immediatus rex illius populi, & qui constitueretur in regē, gereret vices illius, sicut vicarius, ideo sic fuit conueniens.

Tertio fuit, vt prouideret illi populo qualiter opus erat: nam cum specialem curam illius gentis ageret, volebat bonum statum illorum, & quia bonus status populi pendet ex bono rectore, & Iudæi nescirent prouidere sibi de rectore, quia forte eligerent eum, qui esset ad hæc ineptus: Deus qui cognoscebat interiora eligere potius debebat, sicut apparuit in assumptione Dauid in regē. Nam Samuel propheta, cum debuit vngere vnum de filijs Isai voluit primogenitum vngere, quia magnus statura erat, & Deus dixit non respicias vultum eius, nec altitudinem staturæ eius: qm̄ abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico infra 16. cap. ideo propter hoc Deus melius eligeret regem ad vtilitatem populi, q̄ ipse populus eligeret.

Quarto ad certificationē, ꝙ erat iste populus multum dubius, & petebat signa in omnibus, sicut dixit Apostolus: Iudęi signa petunt. & si ipsi regem constituerent sibi non essent certi, an ille esset, quem Deus regnare vellet, & ideo timerent, ne eius actus dirigerentur, ad hoc ergo vt nulla suspitio eis maneret conueniebat, vt Deus eis regem eligeret.

Quinto proderat ad tollendum discordiam, quia cum esset populus multus, & principatus regalis erat magnus, contenderent omnes de habendo illo, & sequerentur inde scandala: ad Deum autem pertinebat scandala illius populi vitare, vt esset bonus status illi⁹, ideo debuit ipse regem eligere, in quo tollerentur scandala.

Sexto ad tollendam inuidiam, & hoc maxime a principio institutionis regalis principatus: nam cū nemo ante rex esset, sed de nouo creādus esset poterat creari, de qualibet familia, & si de vna crearetur inuiderent omnes aliæ familię, ideo Deus debuit eligere, quia cum ipse eligeret rationabiliter deberet quisq; tacere, quia id quod Deus faceret esset optime factū, de quo nullus posset conqueri, & ista fuit causa magna, vnde nō solum Deus elegit regem Israelitis, sed etiam ad magis tollendum inuidentiam tenuit illum modum, qui minus posset causare inuidiā. s. ꝙ ꝑ sortes eligeretur rex, & simul existentibus oĩbus tribub⁹ posita est sors inter omnes, & cecidit sors super tribū Beniamin, & illa diuisa est per familias, & domos, vsque ad uiros, & sic cecidit sors super Saulem, qui in regem sumptus est, vt patet infra 10. cap.

An iste modus eligendi regem, scilicet quòd Deus regem eligeret, debuit manere semper in omnibus electionibus, uel tantum in prima. *Quæst. XV.*

Sed quæretur, an iste modus eligendi regem. i. ꝙ semper Deus eligeret regem, debuit semꝑ manere, vel quamdiu. Aliqui dicunt, ꝙ non debuit semper manere, & patet, quia si semꝑ obligarentur Iudæi ad accipiēdum sic regem peccarent quando aliter acciperent, & tamē communiter fiebat ɔ̄rium. s. ꝙ non expectabat̄ diuina electio, sed filij regum vngebantur in reges, & interdum aliqui qui non erant de progenie regia, sicut in regibus Israel, vt patet ex processu tertij, & quarti regum. & nō est conuenienter dictum, ꝙ in qualibet assumptione regis cuiuslibet peccarent, quia cum multi boni viri essent in Israel, non permitterent hoc semper fieri, licet aliqñ fieret: etiam Deus pęnam inferret pro hac violata lege, circa rem tam arduam, & totiens violatam, cum ēt circa minora puniret desertores legis, & præuaricatores.

Dicendum, ꝙ Deus iussit Israelitis non accipere regem, nisi quem ipse eligeret, & ista lex non potest intelligi, nisi dupliciter. s. aut pro solo primo rege, aut pro oĩbus: nam ꝙ in quibusdam deberet seruari, & in alijs non, nulla ratio patitur, sed ꝙ in primo solum fieret, vel in omnibus erat satis ratio dubitandi. Alia opin.

Satis rationabiliter dici potest ſm̄ quosdam. s. ꝙ in primo rege eligendo tenerentur Iudæi illud obseruare, & non in alijs. Primo quia circa electionem primi regis occurrebat multa difficultas, cum nondū institutus esset principatus regalis in aliqua familia, & ob hoc posset cuilibet prouenire, ideo cupientibus oĩb⁹ principatum illum essent scandala, & inuidiæ in constitutione regis, nisi Deus ipse cõstitueret, de quo nullus posset conqueri. Sed circa posteriores electiones, & constitutiones regum nō erat sic, cum Deus semel dedisset principatum regalem cuidam genti, vel familiæ, & non alijs, ideo non oportebat, ꝙ in singulis constitutionibus regum ipse eligeret. Cõclusio.

Secundo quia hoc conuenit ei, ꝙ factum est: nam in prima constitutione regis inuenimus Israelitas petentes a Deo regem, sicut hic petiuerunt a Samuele, & ēt ꝙ Deus in conspectu totius populi elegerit Saulem in regem per sortes infra 10. cap. & in alijs vicibus non inuenimus hoc. s. ꝙ vel israelitæ peterent a Deo regem, quia nunq̄ petiuerunt, aut etiam ꝙ Deus illis regem eligeret, ergo ita intelligi debuit: nam si aliter lex intelligeretur, aliter eam Iudæi seruassent.

Tertio patet ex ipsis verbis legis, in qua hic electio præcipitur. Nam dr̄ Deut. 17. c. Cum ingressus fueris terram, quā dñs Deus tuus daturus est tibi, & dixeris constituam super me regē, sicut oēs hn̄t per circuitū nationes, constitues eum, quem dñs Deus tuus elegerit, & ita ista electio Dei esse debebat, qñ Israelitę dicerent constituā super me regē, sicut nunc hn̄t oēs nationes. i. aliæ nationes hn̄t regē in circuitu, sed manifestum est, ꝙ hoc solū in prima vice dicerent, qa hoc significat eos ante nō habuisse regē, cum dicant sicut oēs habent nationes. i. aliæ nationes hn̄t regē, & nos non: cõstituamus ergo regē. Nam ēt si postea in qualibet sumptione regis venirent Israelitæ ad petendū regē a Deo, non dicerēt constituam mihi regē, sicut hn̄t aliæ nationes, quia ēt iam ipsi habebant, sed dicerent da nobis regē, sicut ante dedisti, & ita apparet, ꝙ solū hoc intelligit̄ de prima vice, & hoc mō sublatū est argm̄. s. ꝙ Iudæi non peccabant in alijs assumptionibus regum, licet Deus non eligeret eis regem.

Dici pōt alio mō. s. ꝙ Iudæi nulla vice poterant eligere regē, sed qñcunq; aliquē assumerent in regē debebat Deus illum eligere. Primo quia si reges semper facturi essent de eadem familia poterat tolerari, quòd in prima sola vice Deus eligeret, & tamen fuerunt diuersæ familiæ, quia prius fuerunt reges de Beniamin, & postea de Iuda, ideo oportebat, quòd etiam alijs vicibus Deus eligeret reges Iudæorum. Secundo, quia causæ illæ, quas diximus præcedenti qō. quòd Deus deberet eligere regem Iudæis, manebant quantum ad alias vices, quia esset discordia & inuidia, Responsio secunda.

inuidia,& scandala,& incertitudo circa constitutũ in regem, nisi Dei intentio esset nota Iudæis, circa constitutum in regem,ideo conueniens erat, ꝙ Deus eligeret in omnibus vicibus. Cum autem dicitur, quòd nõ fuit sic obseruatum. Dicendum vno modo,quòd istud parum arguit, ꝙ quædam præcepta fuerunt Iudæis data,quæ sæpe violabantur.

Tertia responsio.

Alio modo dicendum, & melius,ꝙ istud fuit quasi semper obseruatum: nam in primo rege,qui assumptus fuit inter Iudæos.i. Saule fuit hoc, quia Israelitæ petiuerunt illum a Samuele loco Dei, & Deus elegit eum.ĩ.10.c.deinde fuit Dauid rex, quẽ Deus elegit, & fecit vngi per Samuelem antequam moreretẽ Saul ĩ.16.c. & post Dauid elegit Deus Salomonem in regem.1. Paralip.21.c. & deinde omnes reges Iuda fuerunt de stirpe Dauid, & illi licet non eligerentur, qñ assumebãtur in reges per aliquem actum expressum Dei,sicut fuit in Saule,qui per sortem fuit electus: tñ notificata erat volũtas Dei de illis,ꝙ regnarẽt,& hoc faciebat ad tollenda omnia inconuenientia,& illa vocabatur electio, & patet istud, quia Deus promiserat Dauid,ꝙ de stirpe eius essent reges in æternũ.2.Reg. 7.c.1.Parali.17. c, ideo quandocunque succedebat filius patri apparebat expresse, ꝙ Deus illum elegerat, quia Deus prædixerat, ꝙ sic volebat, ꝙ succederent semper in regno posteri Dauid,sicut in summis sacerdotibus erat, in quibus primogeniti succedebant patribus,vt patet Leui.6.& 21.& Exo.29.cap.& manifestum est,ꝙ si regnum per successionem esse debebat in posteris Dauid,quia primogeniti succedebant, qa primogeniti erant maiores in honore,& imperio Genes.49. & ipsi habebant excellentiam in bonis paternis Deut.21.c. si autem non diffiniuisset Deus vnam progeniem,de qua reges esse deberent, elegisset De⁹ qualibet vice regem, & manifestasset illum populo, sicut fuit in Dauid post Saulem, qui non fuit de eadẽ tribu:fecit Deus vngi Dauid per prophetam infra 16, cap.in quo manifestabat intentionem suam.

Sed tunc obijcietur, ꝙ in quibusdam nõ fuit istud obseruatum,sicut in Isboseth filio Saulis, Nam vnct⁹ est in regem.s.sequenti lib.cap.2.& non fuit electus a Deo:etiam fuerunt postea reges Israel diuiso regno, qui non eligebantur a Deo.

Dicendum,ꝙ quidam reges fuerunt, qui non fuerunt per Deũ electi, & ideo male regnauerũt, & hoc non est inconueniens,quia ipse ita dixit Oseæ.7. c.ipsi regnauerunt,& non ex me, principes extiterunt non cognouit. Et cum dicitur de regno Isboseth. Dicendum,ꝙ nõ fuit electus a Deo,cum potius Deus repulerat Saulem,ne regnaret,dum adhuc viueret, & totã eius posteritatem,faciens vngi Dauid in regem, & tñ non oportet,ꝙ peccauerit Isboseth sumendo regnũ, neque qui eum vnxerunt.s. Abner, & Israelitæ,quia ille erat filius regis, & forte non erat eis nota voluntas Dei,de constituendo Dauid in regem, & repellendo progeniem Saulis,de quo magis dicetur seq.lib.c.2.

An reges Israel fuerint ꝑ successionem uel per electionẽ Dei.

Circa reges aũt Israel,qui fuerunt post diuisionem regni dicendum, ꝙ aliqui illorum fuerunt per electionem Dei, sicut fuit de Ieroboam primo rege Israel: nam propheta Ahias Silonites denunciauit ei, quòd futurus esset rex super decem tribus Israel infra libro tertio cap. 11. De sequentibus etiam aliqui fuerunt a Deo electi sicut Iheu,ad quem vngendum in regem Deus misit prophetam infra libro quarto Regum capitulo nono, plures tamen de regibus Israel fuerunt per quandam vsurpationem & tyrannidem: nam quidam occidebant alios & regnabãt pro eis,vt patet ex ꝓcessu tertij & quarti libri infra, & de istis regibus Israel, qui erant reges Samariæ locutus est Oseæ. cap.8.dicens: Regnauerunt & non ex me.i.

F non habuerunt a me auctoritatem, quia ego non elegi eos:reges autem Iuda omnes regnauerunt ꝑ Dei[…] quia erant de posteris Dauid,de quibus dixerat,quod regnarent in æternum.

Ex quo Deus decreuerat, quòd de stirpe Iuda futurus esset rex cur dixit de constitutione regis. Deutero. 17.
Quæstio. XVI.

SED quæretur ad quid Deus dixit loquens de constitutione regis Deuter.17. cap. constitues eum, quem dominus Deus tu⁹ elegerit de medio fratrum tuorum,quia inde electi videbantur esse reges,cum Deus prędixisset, de qua stirpe futuri
G erant Gen.49.s. Non auferetur sceptrum de Iuda, & Dux de Femore eius, donec veniat qui mittẽdus est, & ita designauit ibi, de qua stirpe futuri erant reges, & quamdiu duraturi:vnde non oportebat aliam electionem fieri.

Dicendum,ꝙ certum erat futuros esse reges de tribu Iuda, quia Deus illud prædixerat, & non poterat verbum Dei vacuum esse,& tamen non sufficiebat illud ad constituendum reges,vt scirẽt illos esse de voluntate Dei.

Primo,quia ex illa prophetia constabat futuros esse reges de tribu Iuda,tamen non constabat,quando illi regnare inciperent: nam de fine regni dixit propheta.s.ꝙ non deficerent reges de Iuda, quousque veni-
H ret Messias, & tamen non dixit quando inciperent, vnde poterant esse multo tempore ante reges de aliis tribubus,& illos Deus eligeret, sicut in primo Reg. i.Saule fuit, quia ille fuit de tribu Beniamin seq. cap. & infra 10.& filius eius post eum, & tamen Saul fuit per electionem Dei, sic.n. potuerant longo tempore de illa tribu,vel de alijs esse reges,& non essent de tribu Iuda,ideo pro illis necessaria erat electio Dei.

Secundo quia licet notum esset futuros esse reges de tribu Iuda:non tamen erat certum de illa sola tribu Iuda futuros,quia poterãt simul esse reges de aliis tribubus,sicut fuit post Salomonem:nam erãt reges de alijs tribubus,dum essent reges de Iuda, & tamen illa diuisio a Deo facta est, & ꝙ duo reges essent infra
I lib.4.13.cap.& 2.Paralip.12.& primus illorum.s.Ieroboam a Deo electus est, vt dictum est præcedenti, & ita de talibus non constabat ex illa prophetia: nam ibi dictum est,quòd reges essent de Iuda, sed non ostensum est ibi,an super totum Israel illi reges essent vel super aliquam partem, ideo debuit Deus reges eligere.

Tertio quia dato,quòd de sola tribu Iuda reges futuri essent, & nulli alij eos præcederent, erant multæ familiæ in tribu illa,& multi viri, non constabat autem quem illorum Deus vellet, sed de omnibus dubitari poterat antequam esset prima institutio regis, cum nullus esset ibi de progenie regali, & hoc apparuit in primo rege de tribu Iuda,qui fuit Dauid. Nam Deus misit Samuelem prophetam ad vngẽdum vnum de
K filijs Isai in regem, & Samuel nesciuit quem illorum vncturus erat quousque Deus ostendit ei Dauid infra decimosexto capitulo, a fortiori ergo dubitaret Samuel,si iuberetur vngere vnum de tribu Iuda,& non exprimeretur quis esset, ideo debuit Deus eum expresse eligere.

Quarto quia adhuc postquam Dauid esset vnctus in regem non constabat, an aliqui de posteris suis futuri essent reges,vel alij de tribu Iuda, quia licet Saul fuit rex non successerunt ei posteri sui, sed repulit illos Deus,iõ circa singulos post Dauid oportebat, ꝙ De⁹ daret aliq̃ notificationẽ, & istã dedit in[…] dixit quòd

quòd volebat, ꝙ posteri sui succederent ei in regno in perpetuum, ut patet in seq. lib. c. 7. & 1. Paral. 17. c. & sic conueniens fuit, ꝙ Deus eligeret reges Iudæorum, quia non sufficiebat illa prænunciatio de regno tribus Iuda.

Et orauit Samuel ad dominum. Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi: nō enim te abiecerunt, sed me, ne regnem sup eos. Iuxta omnia opera sua, quæ fecerunt a die, qua eduxi eos de Aegypto vsque ad dié hanc. Sicut dereliquerunt me & seruierunt B dijs alienis, sic faciunt etiam tibi. Nunc ergo uocem eorum audi. Veruntamen contestare eos, & prædic eis ius regis, qui regnaturus est super eos. Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum, qui petierat a se regem, & ait: Hoc erit ius regis, qui imperaturus est uobis: Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites & præcursores quadrigarum suarum, & constituet sibi tribunos, & centuriones, & aratores a- C grorum suorum, & messores segetum, & fabros armorum, & curruum suorum.

a tha- rbs cō r.

Et orauit Samuel ad Dominum. Hic ponitur tertium. s. domini diffinitio: Samuel. n. noluit quicquam rñdere immediate, vt proposuerant Israelitæ dicens, ꝙ referret domino, & postea responderet eis: ipsi tñ manserunt in vrbe Ramatha: nam nō recesserunt seniores petentes regem de loco illo, quousque Samuel rñdit eis determinate, & proposuit omnia quæ habentur hic, & ad vltimum consensit ꝙ haberent regem, quia tamen hoc non erat immediate expediendum, remisit singulos in terram suam, vt patet infra. s. dixit dñs ad Samuelem audi vocem eorum, & constitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Israel vadat vnusquisque in ciuitatem suam, & sic oratio ista Samuelis solum fuit per vnum diem, aut duos: nam magno tempore non expectassent seniores Israel in Ramatha. Et dicit Iosephus, ꝙ postquam audiuit ista verba fuit tantū afflictus, ꝙ nec cibi memoriam habuit, nec somni, sed facta nocte rerum cogitationes euoluens sine sopore permansit. Dicitur autē, ꝙ orauit Samuel ad Dominum. s. vt responderet ei quid in hoc iudicaret: Deus autem per noctem ei apparens significauit ista quæ infra habentur. *Dixitque Dominus ad Samuelem.*

Quomodo locutus sit Dominus ad Samuelem de rege constituendo. Quæst. XVII.

QVOMODO autem ista locutio facta sit, non apparet: poterat tamen fieri multipliciter. s. ꝙ per apparitionem alicuius angeli in forma assumpta, sicut apparuit angelus quidam Iosue euaginatum habens gladium: Iosue cap. 5. vel poterat esse, ꝙ fieret ad eum aliqua vox formata ab angelo, sed non apparet quis loquebatur, sicut fiebat Moysi, cui loquebatur dominus interdum de columna nubis ad ostium tabernaculi, & nemo ibi apparebat, vt patet Nume, cap. 12. sic etiam factum est in datione legis in monte Sinai: nam audiuerunt voces Is-

A raelitæ, & nullam figuram omnino viderunt, vt patet Deuteron. cap. 4. poterat etiam fieri alio modo. s. per somnium, & immutationē phantasticam, quæ vocatur visio imaginaria, & ista communiter accidebat prophetis, sic patet Nume. 12. cap. s. Si quis fuerit inter vos propheta domini in visione apparebo ei, aut ꝑ somnium loquar ad illum: poterat esse alius modus. s. per solam mutationem intellectus, ita ꝙ propheta eleuaretur ad cognoscēdum aliqua quæ aliter cognosci nō poterāt, nisi infuso aliquo supnaturaliter lumine, & hoc poterat fieri, vel per ecstasim, vel sine ecstasi. De his magis declaratum est Num. 12. cap. modus autem communior erat, vt fieret per somnia: fuit tamen a principio Samueli facta reuelatio per noctem non per somnium, sed per veram vocem ad eum missam, quam ipse audiuit: vnde ter surrexit de cubili suo putans se vocari ab Heli, vt patet supra ca. 3. sic etiam dici potest, quòd fuerit hic. *Audi uocem populi.* Idest facias, quod petunt: accipitur autem hic audire, idest exaudire, quoniam audire nihil proficiebat: etiam Deus hoc nō iuberet, quoniam iam audierat Samuel vocem populi.

In omnibus, quæ loquuntur tibi. Idest fac omnia quæ loquuntur. s. cōstituendo eis regem, vt volunt. *Non. n. te abiecerunt, sed me.* Hoc dicit Deus, vt Samuel hoc expediret sine vlla difficultate non respiciens, an aliqualiter grauaretur ipse in hoc: videbatur enim quoddā dedecus ei inferri, quia ipse, & filij sui habebant principatum iudicatiuum populi: nunc autem, si institueretur rex, non maneret vllus principatus in domo Samuelis: dicit tamen Deus, ꝙ non grauetur in hoc Samuel, quia non contemnitur ipse principaliter, sed Deus, & tamen Deus tolerat, ergo ipse tolerare dēt. *Ne regnem super eos.* Idest Israelitæ abiecerunt me, ne habeam regnum super eos: ante hoc autem nemo regnabat super Israelitas, sed Deus ipse erat rex immediatus: nunc verò, quia volebant alium eligere regē nolebant super se Deum immediate regnare.

Iuxta omnia opera sua quæ fecerunt a die qua eduxi eos de terra Aegypti usque ad diem hanc. Quasi dicat nō est admirandum ꝙ hoc faciant, qm̄ non est opus nouum, sed est sicut omnia alia quæ fecerunt a die, qua eduxi eos de terra Aegypti. s. semper ab illo die peccauerunt, & nunc etiam peccant.

D Non tamen est intelligendum, ꝙ semper peccarēt, quia aliquando sequebantur dñm, vt patet supra. s. tēpore Samuelis: etiam Iosue cap. vlt. Dicitur & Iudic. 1. ꝙ Israelitæ seruierunt Deo Israel cunctis diebus Iosue & seniorū, qui longo tempore vixerūt post Iosue, ergo non semper operati sunt praue Israelitæ ex die, qua egressi sunt de Aegypto. Quō intelligitur, ꝙ Iudæi semper peccauerunt.

Respondendum est, ꝙ accipit hic scriptura vniuersale, vt in plurimum ſm modum cōem scripturæ: rarissime. n. Israelitæ Deum colebant ꝯferendo ad tp̄a, in quibus non colebant, ideo illa tp̄a, quibus colebāt reputantur quasi nihil: sic. n. dr̄, ꝙ israelitæ toto tēpore, quo fuerunt in deserto. s. 40. annis peccabant, & tñ E non semper peccauerunt: aliqñ. n. recte agebāt, & habebant affectum in Deum cōuersum, ita vt Deus laudaret intentionē eorum, vt patet Deu. c. 5. s. bene oīa sunt locuti: quis det eos talem habere mentem, vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea: dicebantur tñ semper peccasse dum fuerunt in deserto, vt patet Psal. 94. s. 40. annis proximus fui generationi huic, & dixi, semper hi errant corde, sic igitur hic dicitur, ꝙ semper opera eorum fuerunt talia. i. vt communiter. *Sicut dereliquerunt me, & seruierunt dijs alienis.* Hoc enim sępe fecerunt: nam in deserto parum postquam egressi sunt de Aegypto, scilicet, nondum completis tribus mensibus fabricauerunt Iudæi maxime dediti fuerunt idolatriç.

deos Aegypti facientes vitulum aureum, & iste erat Deus Aegyptiorum, qui vocabatur Apis. De hoc apparet declaratum Exo. 33. cap. postea etiam anno 40. ante introitum in terram Chanaan plurimi Israelitarum coluerunt deos Moab, vt patet Nume. cap. 25. & perierunt ibi multi Israelitæ: postea etiam cum fuerũt in terra Chanaan multoties conuertebantur ad idola, sicut patet per processum libri Iudicum, & tunc tradebat illos in manus diuersarum gentium, & deinde cum conuerterentur suscitabat Deus iudices, qui liberabant eos. *Sed faciunt etiam tibi.* In hoc Deus consolat̃ Samuelem, ne doleat, ꝙ principatus auferatur a domo eius, qm̃ non est mirum, ꝙ hoc faciant illi, cũ sic etiam Deo fecerint ab initio relinquentes eum, & colentes deos alienos. *Nunc ergo audi uocem eorum.* i. exaudias, quæ dicunt, vt facias s̃m voluntatem ipsorum. s. cõstituendo regem. *Veruntamen contestare eos.* Quamq̃ Deus sciret, ꝙ Israelitæ semper vellent regem hr̃e: tñ Deus voluit, vt circa hoc adhiberetur quęcunque diligentia adhiberi posset, vt desisterent ab hac peruersa intentione: nam non erat eis salubre ꝙ regem peterent, quia aliquo tempore tm̃ affligerętur a rege suo, ꝙ ipsi nollent habere regem, & si hoc non fuisset eis prænunciatum a Deo habuissent aliquam occasionẽ ad dicendũ, ꝙ ipsi non acceperant regem si præsciuerant, quæ mala inde consecutura erant: voluit Deus eis prænunciare ista per Samuelem, & hoc est ꝙ cõtestaretur. i. testificaretur illis, ꝙ multa mala ventura essent si eligerent regem, & hoc est, ꝙ contestaret̃ eos. *Et prædic eis ius regis, qui regnaturus est super eos.* i. prænuncia illis quantum poterunt super eos reges, quos constituent, & vocantur hic iura regis ea, quæ reges ab eis exigere poterant.

Et dicitur hic de rege regnaturo: nõ quidem, ꝙ intelligantur oĩa ista de illo rege, qui immediate regnaturus erat sup Israel, quia ille non afflixit Israelitas s̃m oĩa, quæ habentur hic: ille. n. fuit rex viuens in simplicitate. s. ꝙ non habuit magnitudinẽ exercitus, nec equites, & præcursores quadrigarum, & multitudinẽ possessionis s̃m qđ habetur hic: sed accipitur hic rex pro omnibus regibus futuris, qm̃ aliqui eorum grauauerunt nimis populum in tributis & accipiendo ab illis, sicut apparet de Salomone, qui habendo magnitudinem diuitiarũ grauauit populum suum, ita ut in principio regni filij eius dicerent Israelitæ: pr̃ tuus durissimum iugum imposuit nobis: tu itaque nunc minue paululum de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo, qđ imposuit nobis, vt patet ĩ. 3. lib. ca. 12. & quia noluit filius Salomonis minuere aliquid de iugo, qđ imposuerat pater suus, diuisum est regnũ illius & recesserunt. 10. tribus ab eo, vt patet eo. c. sic quoq; alij reges, qui praui erant grauabãt populum magnis impositionibus, ita vt iam Israelitæ magis se putarent seruos q̃ liberos.

Quis erat rex, cuius iura descripsit hic scriptura.

Dixit itaque Samuel omnia uerba Domini. Ista verba sũt ea, quæ habentur infra de iure regis, & Deus dixerat illa Samueli. s. nocte præcedenti cum apparuit ei. *Ad populum qui petiuerat a se regem.* Iste populus erat multitudo seniorum, qui conuenerant de toto Israel in Ramatha ad Samuelem, vt constitueret eis regem: vocantur isti populus, quia multi erant, cum dicatur supra, ꝙ cõgregati sunt vniuersi maiores natu Israel: vel vocantur populus, quia nomine totius populi illi veniebant ad Samuelem, & isti petebant regem a se. i. a Samuele. s. quia iste erat ꝓpheta dñi, & erat princeps eorũ, volebãt ꝙ ipse institueret eis regem: eo aũt nolente nolebant facere quicq̃, quia dato ꝙ vellent, & facerent, putabant ꝙ non cederet eis in prosperum.

Hoc erit ius regis, qui imperaturus est uobis. i. quicunque rex fuerit super vos constitutus, vt imperet, poterit fa-

F cere omnia, quæ sequuntur hic. *Filios uestros tollet, & ponet in curribus suis.* Tollere significat violentiam, & est sensus, ꝙ inuitis ipsis rex acciperet filios eorum ad seruiendum sibi. Et dicit, ꝙ poneret in curribus suis, qđ intelligitur dupliciter. Vno modo de curribus qui sunt plaustra, & pertinent ad agriculturã, & opera rustica. s. ꝙ rex acciperet de filijs Israelitarum aliquos ad seruiẽdum sibi in opere rurali, & poneret eos in curribus. s. ad regendum plaustra, & huic consonat, quod infra habetur. s. filios vestros faciet aratores agrorum suorum, & messores segetum, & fabros armorum: & infra dr̃, ꝙ auferet seruos & ancillas, & iuuenes optimos, & poneret in opere suo. s. ꝙ faceret eos cessare ab operibus familiarib⁹, & poneret illos in opere suo. s. regali. Alio modo accipiuntur currus pro curribus

G falcatis, qui pertinebant ad genus belli: erant aũt isti currus habentes in rotis gladios curuatos in modũ falcis, & extensos in trãsuersum. Cum aũt currus moueretur impetu magno quicunque prope currum esset discerpebatur, ideo oẽs fugiebant a curribus. portabantur aũt isti currus ab equis quatuor, qui ẽt armati erant aliquo gñe leuis armaturæ, ne læderentur ab hostibus incursantibus, & super currum erat vnus vir armatus, qui pugnabat, alius aũt erat super equos, qui vertebat eos quocunque vellet: fuit aũt istud antiquissimum genus armaturæ, eratq; ꝑciosum, quia erat magnorum sumptuũ, ideo ẽt si essent reges potẽtes paucos currus habere poterant, & de istis intelligitur hęc: quoniã hic a principio agit̃ de opere bellico, &

H dicitur, ꝙ faciet eos sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum, & tribunos, & centuriones.

Currus falcati non fuerunt apud hebræos in introitu terræ Chanaan. Quæst. XVIII.

ISTI currus a principio inter hebræos non fuerunt: nam cum introierũt Israelitæ in terrã Chanaã pugnaueruntq; ꝯ multos Chananæos simul acceperũt currus, & equos: iussitq; Deus, vt currus igne comburerent, & equos subneruarent, ita vt ipsi nihil vtilitatis ab eis acciperent: de hoc Iosue cap. 11. Postea autem Israelitæ nunquam habuerunt currus, tum quia Deus vetuerat: tum quia erant ipsi pau-

I peres, & non poterant emere, nam in terra Israelitarũ rarissimi equi erant, sed emebantur de Aegypto, & Choa: vnde Salomon, qui habuit multitudinẽ equorum & currũ partim emebat de Aegypto, & Choa & partim offerebantur ei a regibus, & prouincijs, vt infra 3. lib. cap. 10. reges autem, qui immediatè præfuerunt Israeli nihil horum habuerunt, potissimum rex Saul, qui primus fuit: nam iste pauper fuit, & non habuit currus, & equites, nec solum hoc, sed etiam non habebat arma ad bellum, quia in primo bello quod ipse fecit contra Philisthinos non inuenta sunt arma in Israel, scilicet nec gladius, nec hasta, nisi in manu eius, & filij sui Ionathę, vt patet infra capitulo decimotertio. Dauid autem qui successit huic in regnum nimis fuit diues, quia fecit bella multa contra

K gentes, in quibus ditatus est: ita vt ipse reliquerit aurum, & argentum. & ęs, quæ necessaria erant ad ædificationem templi domini, vt patet primo Paralipo. capit. 13. relicta sunt etiam multa inuolucra pecuniarum in sepulchro eius: nam ferunt ibi, vt ait Iosephus libro septimo Antiquitatum octo loculos argenti, & auri mechanicè absconditos, ita vt nullus hebræorum regum, nec aliarum gentium moriẽs tot pecunias reliquerit: iste tñ non habuit currus, & equites: non. n. de eo aliquid tale legitur, nisi de paucis sequenti li. c. 8. sed filius suus Salomon, qui præcellit in gloria regali super omnes reges Iudæorum, multiplicauit

cauit sibi currus,& equites : nam habebat Salomon quadraginta millia præsepia equorum currilium.i. ptinentium ad currus, & habebat duodecim millia psepia equestrium,vt patet infra 3.li.c. 4. multiplicauit etiam post hoc sibi currus,& equites,quia emebat de Aegypto, & Choa, & offerebantur sibi a prouincijs, & gentibus terræ : in his aũt curribus, & equis ponebat filios Israelitarum, & quantũ ad hoc cogebat eos ad quoddam genus seruitutis : alij autem reges, qui post Salomonem fuerunt eodẽ modo fecerunt,quãquam non accesserunt ad magnitudinem gloriæ Salomonis. *Facietque sibi equites.* Scilicet homines armorum pugnãtes in equis : rara enim erat apud antiquos equestris pugna,& tamen reges,qui fuerunt gloriosi habuerunt equites,& assignabant sibi pro equis de filijs ipsorum Israelitarum viros industrios,& potentes ad bellum:sic nanque Saul,licet non habuerit currus & equites, tamen pro militia sua accipiebat de filijs Israelitarum quoscunque volebat. Sic patet infra c.14. s. Quemcunque videbat Saul virum fortem, & aptũ ad prælium sociabat eum sibi. *Et præcursores quadrigarum suarum.* Vocantur præcursores aurigæ. s. qui dirigebant currus: nam in pugna currili erat super currũ vnus vir armatus,qui pugnabat contra hostes:alius autem erat super equos dirigens eos,& iste non pugnabat,sed dirigebat currum.Hi autem vocantur præcursores quadrigarum, quia faciebant eas currere quocunque vellent, & de his etiam accipiebant reges Israelitarum ab Israelitis ascribentes eos illi operi,& vocantur præcursores quadrigarum, quia in præcursu earum currebant.s.præcedentes ad armatos, qui erãt in curribus, quia auriga erat in anteriori parte curr⁹. i.temone, & armatus vir super ipsum currum.

Et constituet sibi tribunos, & centuriones. Idest ẽt de filijs vestris faciet tribunos: isti erunt principes armatorum in bello : nam diuidebatur semper exercitus in duces,vt non essent omnes immediatè subditi vni viro,sed cum diuisi essent in plures per subordinationẽ facilius fieret, & melius res bellica ageretur : isti autẽ principes tenent multiplicem gradum secundũ pluralitatem & paucitatem subiectorum sibi. Vocantur autem quidam tribuni.i.millenarij,quoniam mille viros habebant sub ducatu suo. Alij vocabantur centuriones, quia quilibet eorum habebant centum viros sub se,& sic erant alij quinquagenarij,& ſm alios numeros : hos autem accipiebat rex de filijs Israel ascribendo eos exercitui suo. Istud aũt non erat grauamẽ Israelitis, quia ꝙ aliquis constituatur in principẽ excellentia est, & non seruitus : potest tamen istud aliqualiter pertinere ad subiectionem inquantum aliq nolentes vacare operi bellico, sed magis manere in ocio quieto,ascribebantur militiæ, vt essent duces,& haberent magnam curam exercitus. *Et aratores agrorum suorum.* Idest accipiet rex filios vestros, & assignabit eos ad arandum agros suos: vacabant enim reges agriculturæ, & volebant quòd subditi impenderent eis famulatum etiam quantum ad hoc.

An omnia ista iura regis, quæ hic ponuntur sint debita regibus, ita quòd possint illa sine peccato exigere.
Quæstio. XIX.

Qvaeret aliquis an ista, quæ habentur hic sint iura debita regibus, ita ꝙ ipsi licitè possint exigere illa a subditis. Aliquis respondebit, ꝙ sic,quoniam si ista non possent reges petere a subditis superfluè ponerentur hic, quia si de eis,quæ iniustè agere possunt contra subditos dicatur non erit numerus,quia non solum hęc mala, sed etiã quæcunq; alia hoĩes excogitare pñt reges poterunt subditis facere, ergo ista quæ habent̃ hic debita sunt.

Item patet, quia dicitur hic hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis,sed quæcunque iure fiunt iustè fiunt,ergo reges iustè ista poterunt exigere.In ꝯrium videtur,ꝙ non possint ista iustè petere : quoniam hic ponuntur aliqua quæ pertinent ad rapinam, sed rapina iniusta est.De hoc apparet infra,cum dicitur agros quoque vestros,& vineas,& olíueta optima tollet,& dabit seruis suis.

Item quia dicit filios vestros faciet aratores agrorũ suorum, & messores segetum, & fabros armorum: sed ista aut fiebant sine pecunia,aut data pecunia,si sine pecunia pertinebat ad violentiam, & defraudationem laborum,quæ grauia peccata sunt : si autem data pecunia pertinebat solum ad violentiam inquantũ rex cogebat eos laborare in opere suo contra voluntatem ipsorum.

Item dicitur infra segetes vestras,& vinearum redditus addecimabit,vt det eunuchis, & famulis suis,& seruos vestros,& ancillas, & iuuenes optimos, & asinas auferet, & ponet in opere suo, sed ista manifestè sunt iniusta,ergo non erant debita regi.

Item patet,quia dicitur infra vos eritis ei serui, sed ꝙ rex deducat in seruitutem eos,quibus præest,est iniustissimum:ergo non poterit ista facere.

Item dicitur infra Clamabitis in illa die a facie regis vestri,quem elegistis, & non exaudiet vos dominus,quia petistis regẽ : si tamen ista iustè imponerentur non habebant israelitæ cur clamarent ad Deum, nec cur Deus non exaudiret eos : dr̃ tamen ꝙ nõ exaudiet,quia petiuerũt regem, ergo pręsupponitur,ꝙ ipsi iniusta patiebantur : Deus tamen non liberabat eos,quia ipsi meruerant.

Respondendum ad quæstionem ſm quosdam: dicit.n.Nicolaus, ꝙ aliqua sunt de iure regis in necessitate positi propter bonum cõmune regni. Et sic oĩa, quæ inferius scribũtur a Samuele sunt de iure regni, quia in tali casu omnia sunt regis,vel principis expendenda pro bono communi.Sicut & in corpore naturali videmus,ꝙ manus, vel alia pars corporis naturali instinctu exponitur pro conseruatione vitę ipsius corporis. Si autem accipiatur alio modo ius regis extra necessitatem sic plura exprimũtur a Samuele,quę nõ pertinent ad ius regis,vtputa oĩa,quę reddunt populũ subditum seruilem,& quæ non respiciunt bonũ cõe, sed hominis in regno positi voluntatem, & talia prædixit eis Samuel ad retrahendum eos, ne peterent regem,quia non expediebat eis, cum faciliter regnum conuertatur in tyrannidem propter magnitudinem potestatis vni commissę.

Opinio Lyrani de iure Regum confutatur. *Quæst.* XX.

Sed dicendum est, ꝙ ista,quæ ponunt̃ hic,non sunt iura regũ.i.eis debita, vt ipsi exigere possint illa a subditis. Nec stat distinctio, ꝙ quædã illorũ pertineant ad regẽ existentẽ sine necessitate, & oĩa pertineãt ad regẽ existentẽ in necessitate: nam nulla necessitas regis esse põt, pro qua licitũ sit, ꝙ ipse reducat in seruitutẽ subditos suos.ꝯ.tñ dr̃:Vos eritis ei serui,& clamabitis, ergo non poterat rex aliquo mõ ista exigere,nam rex illa iustè exigit, q̃ ptinẽt ad principatũ regalẽ manentẽ in viribus suis. Cum autẽ transierit principatus regalis in tyrãnidem est iam peruersissima politia, ergo nõ poterit rex exigere ea, quæ pertinent ad tyrãnidem, sed nulla maior potest esse species tyrannidis, quàm quòd rex seruos efficiat subditos suos,ergo nullo casu hoc licet.

Item multa alia sunt hic, quæ pertinent ad iniuriã, & non prosunt ad commune bonum regni. s. ꝙ rex

Secundũ argumẽtũ. In oppositum pro ueritate.

Hæc opin. Nic. ẽ multũ falsa satis,& periculosa aiab⁹, quia pstat principib⁹ incentiuũ rapinæ & tyrãnidis.

Tribunus quid. Centurio quid.

Prima opinio. Primũ argumentũ.

faceret filios Iſraelitarum aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum, ſed iſta fieri non poſſunt, niſi ad vtilitatem priuatam regis, & cum graui damno ſubditorum, ergo nullo modo iſta rex poteſt exigere.

Item exemplum Nicolai non applicatur ad propoſitum. ſ. ꝙ ſicut in corpore naturali quælibet pars ſe exponit pro toto corpore, ita quoque pro bono communi omnia bona priuatorum exponēda ſunt, quod quidem verum eſt. Sed hoc nihil pertinet ad ea, quæ dicuntur hic de iure regis, quoniam omnia, quæ habentur hic pertinent ad bonum priuatum regis, cum ipſe pro ſeipſo accipiat omnia hoc a ſubditis, & non pertinent ad bonum commune, ergo nō poterit rex in quacunque neceſſitate iſta accipere.

Item Deus vetuit in lege aliqua iſtorum, ergo non poterant reges illa iuſte petere: patet quia infra dicit, ꝙ rex tolleret agros & vineas, & olиueta optima, & dabit ſeruis ſuis, & ſegetes veſtras addecimabit, vt det eunuchis, & tamen Ezechiel. cap. 46. dicitur: Non accipiet princeps de hæreditate populi per uiolentiam, & de poſſeſſione eorum, ſed de poſſeſſione ſua hæreditatem dabit filijs ſuis, vt non diſpergat populus meꝰ vnuſquiſque a poſſeſſione ſua.

Item infra dicitur, quòd Iſraelitæ efficerentur ſerui regis ſui, & tamen Deut. ca. 17. prohibetur iſtud: nam dicitur: Cumque fuerit conſtitutus non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Aegyptū eqtatus numero ſubleuatus. ſ. non habebit rex magnā potentiam, ita vt per hoc reducat ſubditos ſuos in ſeruitutem, ꝙ eſt reducere eos in Aegyptum. ſ. in talem ſeruitutem qualem patiebantur in Aegypto. Et non ſolum non licebat regi reducere in ſeruitutem ſubditos, ſed etiam non licebat, ꝙ ſuperbiret ſuper eos. Sic patet Deut. cap. 17. ſ. ꝙ non habebit rex immenſa pōdera auri & argēti, & ſubditur poſtea ne eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, ergo non erat licitum regi iſta petere.

Dicendum igitur, ꝙ omnia quæ habentur hic fuerunt poſita non quidem tāquam iura regum, ſed tanquam mala, quæ poterant facere reges ſuper ſubditos propter magnitudinem poteſtatis, & ponuntur hic multa grauiſſima, vt per hæc intelligantur multa alia mala, quæ reges excogitare poterant, & imponere ſubditis ſuis, cum hic ponatur id, quod grauiſſimū eſt. ſ. ꝙ ſubijcerentur in ſeruitutem.

Rationes primæ opinionis quæſt. 19. ſoluuntur. Quæſtio. XXI.

AD rationes in contrarium patet rñſio. Ad primam cum dicitur, ꝙ iſta aut ponebantur tanquā iura debita, aut tanquam mala, quæ infligere poterant reges ſubditis. Dicendum, ꝙ ponebantur iſta tanquam mala, quæ reges poterant infligere per poteſtatem, & non tanꝗ iura debita. Et cum dicitur, ꝙ iſta ſuperflua ſunt, quia plurima alia infligi poterant. Reſpondendum, ꝙ ponuntur iſta, vt per ea ſignificentur omnia alia quæcūque mala, quę infligi poſſent, quia hic ponitur omniū peſſimum, ſ. ſeruitus, in qua poſſunt oīa alia colligi.

Ad ſecundam, cum dicitur, ꝙ iſta ſunt iura regis, vt patet in litera. Reſpōdetur, ꝙ non accipitur hic ius pro eo, ꝙ debitum eſt, ſed large pro omni, quod impoſitum eſt, & reddi ſolitum eſt, & ſic omnes impoſitiones principum, vel locorum, ſiue iuſtę, ſiue iniuſtę ſint, iura vocātur principū, vel locorum, ideo quamquam hic Deus dixit, ꝙ iſta erant iura regis, qui imperaturus erat, non attribuitur aliquod ius regibus ad petendum aliquid horum, cum ſolum vocentur

F hic iura, ideſt impoſitiones.

Cauſa autem quare iſta poſita ſunt hic fuit, vt Iſraelitæ timore malorum ſibi futurorum deſiſterēt a petitione regis, quod apparet ex principio literæ: veruntamen conteſtare eis ius regis, qui imperaturus eſt, & prædic eis, quę mala reges facient eis, imponendo eis quæcunque voluerint per magnitudinem potentiæ, ideo eo modo quo poſita ſunt omnia debent exponi ad iniquitatem.

An rex poſſit licitè aliquos inuitos facere armigeros ſuos, vel qualitercunque militantes ſibi in bello. Quæſtio. XXII.

G POSSVNT tamen aliqua horum trahi ad æquitatem, ita vt liceat regibus illa petere: ſic patet de primo. ſ. filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, & faciet ſibi equites, & pcurſores quadrigarum.

Sed pro his conſiderandum eſt, ꝙ aut eſt neceſſitas rei publicæ, vt habeat militantes ad defenſionem ſuam, aut non eſt neceſſitas: ſi eſt neceſſitas, aut illa eſt præſens. ſ. quia hoſtes inſtant, vel eſt neceſſitas de futuro, ad quam vult ſe parare reſpublica per prouidentiam antequam veniat, qm̄ ſm̄ Gregorium minus iacula feriunt, quæ præuidentur: ſi ſit neceſſitas præſens poterit rex aſcribere militiæ ſuę quoſcunque uiderit opportunum eſſe ſcribi obſeruatis duobus. Primo ꝙ hoc non repugnet profeſſioni perſonæ. Secundo ꝙ H prouideatur ei de ſufficienti ſalario. Quantum ad primum patet, quia etiam pro neceſſitate hoſtium non poterit rex aſcribere militiæ ſuæ ordinatos in ſacris, qm̄ hos ad bellum ire, vt pugnet iniuſtum eſt, quia occidendo aliquem efficerentur irregulares. Idem autem eſt quantum ad monachos, etiam ſi non ſint in ſacris, quoniam ad hos non pertinet bellum, ſed orationes, vel lachrymæ. Ita autem erat in veteri teſtamento, quia licet non contraheretur irregularitas in ſacerdotibus illis eo modo, quo nunc contrahitur, tamen ſacerdotes non pertinebant ad bellum, quod patet Numeri capitulo primo, quia cum ibi computati fuiſſent omnes Iſraelitæ procedentes ad bellum, dixit Deus Moyſi: tribum Leui nolli numerare, nec I ponas ſummam eorum cum filijs Iſrael: ſed conſtitue eos ſuper tabernaculum, & uaſa eius, quaſi dicat, quòd eo, quòd habebant curam ſanctuarij non cogebantur ire ad bellum: ideo ſacerdotes, & Leuitæ non poterant a regibus Iudæorum adſcribi in militia.

Secundum quòd requirebatur erat, quòd prouideretur ſufficienter adſcriptis ad militiam de bonis cōmunitatis, vel de bonis regis, quia nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare primo ad Corinth. cap. 9. hoc autem uerum eſt ſi rex vel communitas haberent vnde ſoluerent ſtipendia: alioquin pro bono communi tenebatur quilibet ſtipendijs ſuis militare quātum poſſet, & in iſto caſu debent bona priuatorū exponi pro cōitate, ſed pro rege non: qa rex eſt pp cōitatem, vel regnū, & cōitas non eſt pp regem, ſed ſolum ipſe eſt K membrū nobilius illiꝰ. Potiſſimè aūt ſi ſit talis cōitas, quæ nihil hēat in cōi, ſed oīa in ſingulari, ſicut erat inter Lacedęmonios, vt patet 2. Poli. c. de politia Lacedęmoniorū, q̄q̄ talis modus politiæ vituperabilis eſt, ſicut ibi Ariſt. redarguit. Si aūt neceſſitas militādi nō eſſet pro pn̄ti, ſed p futuro dicendū, qđ iuſtum eſt, & rōnabile, ꝙ aliqui ſint militantes, & eruditi ad bellū antequam hoſtilis neceſſitas ingruat: alioquin facile eſt ſuperari quoſcunque pugnātes, nihil enim magis eſt, ꝙ ad bellum conferat, quàm armorum exercitium, & aſſiduitas, ſic enim dicit Vegetius, lib. 1. de re militari, ꝙ Romani omnes gentes ſola armorū exercitatione

citatione vicerunt: nam Græci prudentia superiores erant: Africani autem dolositate maiores: Hispani autem viribus, & fortitudine sine dubio superabant, sed has omnes gentes sola exercitatione vicerunt, iõ dicẽdum ꝙ oportet quòd respublica semper habeat aliquos, qui armorum peritiam, & consuetudinem habeant: & quantum ad hoc rex, vel populus potest ascribere militiæ quos voluerit prouidendo sicut in superioribus, s. quòd professio personæ nõ repugnet: & de competenti stipendio prouideatur.

Si autem non sit necessitas militantium, sed quòd rex ad gloriam, & excellentiam suam velit multos a scribere militiæ erit iniustum accipere aliquem inuitum ad militiam, etiam si status personæ non repugnet, & de sufficienti stipendio ei prouideatur: hæc autem omnia intelliguntur quantum ad omnia gña hominum militantium. s. quãtum ad equites, & præcursores quadrigarum tribunos, centuriones, & similes. *Et messores segetum*. Ista pertinent ad opera agriculturę: interdum enim principes cogunt subditos suos famulari eis in opere agriculturæ, vel in constructione domorum, & similibus nulla data pecunia: qđ pertinet ad tyrãnos qui vtilitatem suam quærunt nõ curantes de vtilitate subditorum: & sic subditos, vt seruos arbitrantur imponentes eis omne genus seruitutis.

Et fabros armorum, & curruum suorum. Idest etiam reges cogent filios vestros famulari eis, vt sint fabri ferrarij ad fabricandum regi omne genus armaturę etiã ad fabricandum currus. Vocantur quoque fabri respectu curruum: quia faber est nomen generale ad omnem operantem manualiter in rebus duris, siue in metallis siue lapidibus siue lignis. Reges autem ad gloriam suam volebant habere omnia hęc, & cogebant subditos ad faciendum eis illa: sic patet de Salomone, qui fabricauit sibi currus multos, & arma ad quæ cogebat filios Israel: vnde ipsi dixerũt quòd erat eis impositum graue iugum à Salomone seruitutis magnæ, & petierunt illam a filio eius minui infra 3. li. cap. 12.

An rex possit imponere licitè subditis, quòd sint messores agrorum suorum, & aratores, & fabri armorum.
Quæst. XXIII.

QVAERET aliquis an reges aliquo modo imponere possint subditis suis ea, quę habentur hic, s. quòd sint messores agrorum suorum, & aratores & fabri armorum. Respondendum est quòd aut reges imponunt ista subditis nullo dato precio, vel tanto non quantum iustum est: aut dato precio rationabili: si primis duobus modis iniustum est, & nequaquam imponere possunt nisi forte reges nimis pauperes essent, non vt nunc sunt, sed vt a principio erant cum principatus regalis erat aliquid paruum sicut patet de Saule, qui licet rex esset, tamẽ sequebatur boues veniens de agro, & vacabat agriculturæ, vt patet infra 11. cap. Nam die, qua nunciatum est ei de iniuria regis Ammon contra viros Iabes Galaad veniebat de agro: arauerat enim & cum duceret coram se duos boues ira concitatus occidit vtrunque & diuisit in particulas: si huiusmodi autẽ reges vacantes agriculturæ, vt prouiderẽt aliqualiter statui suo propter inopiam non possent abũdare cultoribus agrorum suorum, poterant imponere subditis suis quòd essent aratores agrorum suorum, & messores segetũ, sicut poterant imponere alia tributa cum essent in inopia. De fabris autem armorum, & curruum nõ est sicut de messoribus segetum, & aratoribus agrorum, quoniam etiam si nõ sit rex in inopia posset subditis suis, quos videret ad hoc ĩdustrios imponere, ꝙ fabricarent arma, & currus: dato tamen precio rationabili.

In alijs autem duobus, etiam si rex daret precium sufficiens non poterat aliquos inuitos facere aratores agrorum, & messores segetum. Ratio diuersitatis est, quia fabri armorum pertinẽt ad vtilitatem reipublicæ, & vtilitatem regis: quilibet autem qui est in republica, cum sit pars ipsius vrbis tenetur vrbi, & debet impendere quicquid habet, & potest, & etiam seipsum pro vtilitate eius si res exigat: esse aũt messorem agrorum regis, & aratorem non tangit aliquo modo vtilitatem publicam, sed personam priuatam, scilicet regem: ipsi autem non tenentur ad omnia, q̃ sibi vtilia sunt sicut reipublicæ, eo quòd cum aliquis agit pro republica agit pro seipso cum bonum suum sit pars boni publici: cum autem agit pro rege & bonum illius non tangit bonum publicum, est facere ꝓ persona priuata, ideo rationabiliter dato precio põt cogi in vrbe aliquis ciuis ipsius, vt sit faber armorum pro republica si ad hoc industrius sit: & sic de alijs, q̃ tangunt vtilitatem reipublicæ: cogetur tamen aliqs etiam dato sibi precio quòd sit arator agrorũ regis, & messor segetum illius, ideo si vellet rex ad aliquid istorum cogere subditos suos grauaret eos.

Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas.

Sicut rex redigebat in famulatum suũ viros Israelitas: ita etiã redacturus erat filias eorum, ita vt nullus vacaret a seruitio regis: erant autem fęminæ seruituræ in aliquibus officijs, quæ ad earũ ministrationem pertinent: sic autem est esse vnguentarias: istud autem pertinet ad omnem compositionem, quæ fit ex speciebus ad delectamenta humana: est autem dupliciter. Fiunt enim quædam compositiones liquidæ, & molles ex rebus diuersis, & istę propriè vocantur vnguenta, quia sunt ad vngendũ corpora, & condelectant carnem humanam per tactum. Aliæ autẽ sunt compositiones de rebus siccis, & aromaticis, & istę pertinent ad odorem, vt inde condelectentur homines: istud autem non vocatur proprie vnguentũ, sed pigmentum: scriptura tamẽ vtrunque vocat vnguentum, & componentes vocat vnguentarios: sic patet Exo. cap. 30. vbi datur modus componendi vnguentum ex diuersis speciebus ad vngendum summum sacerdotem, & alios, & vasa sanctuarij, & dicit ibi quòd erit compositum opere vnguẽtarij: ibi etiã ponitur de compositione thymiamatis, quod pertinet ad bonum odorem & fit ex rebus siccis, & aromaticis: dicitur tamen quòd erit factũ opere vnguentarij. Vocãtur ergo fęminæ vnguentarię illæ, quæ parant quascunque commixtiones ex speciebus ad varia delectamenta tactus & gustus. Has autem reges accepturi erant, nam licet a principio seculum rude fuerit, & reges non multum curarent de his delectationibus, sed communem cum alijs vitam ducerent, tamen cum incęperũt habere magnam illam potestatem regiam, incęperunt se tradere omni delectamẽto, & habuerunt curam, vt nihil præteriret eos, quod delectationẽ aliquam afferre posset: sic enim fecit Salomon, qui fuit tertius rex Iudæorum, vt patet Ecclesiastices cap. 2. s. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum scyphos & vrceos ad vina fundendũ in ministerio: & omnia, quæ desiderauerunt oculi mei non negaui eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his, quę pręparaueram: ad hoc tamẽ necessarium erat ministeriũ fœminarum: ideo filias Israe-

Israelitarum subijceret reges eorum ad cultum suũ. *Et focarias.* Vocantur focariæ mulieres parantes cibos: omnes enim cibi igne digeruntur: ideo paratrices pulmentorum a foco denominantur: & per hoc intelligitur omnis modus cõfectionis ad delectationem, quæ est in gustu, sicut vnguentariæ erant ad delectationem quæ est in tactu & odoratu.

Aliquando autem accipiuntur focariæ pro concubinis: sic enim nos accipimus, & dicuntur focariæ a foco, quia ad eundem focum manẽt, s. in eadem domo cum illo cuius concubinæ sunt: hic autem accipitur primo modo pro pulmentarijs quamquam etiam in isto secundo modo accipi posset, quoniam reges accipiebant de filiabus Israelitarum eas, quæ placebant in oculis eorum in concubinas: sic enim fuit de Salomone, qui accepit concubinas octoginta, & adolescentulas, quarum non erat numerus, vt patet Cant. cap. 6. vel sicut habetur infra 3. lib. cap. 11. Fuerũt concubinæ trecentæ. Has igitur acciperet rex de filiabus subditorum suorum, & in hoc grauaret eos.

Et panificas. Idest etiam faciet filias vestras pistrices suas ad diuersa genera panum. In omnibus enim reges exquirebãt delectamenta, ideo etiam in panibus faciebant sibi varietatem, & ad hoc accipiebant multas filias Israelitarum in panificas.

An regibus, & quibus ius alijs in lege naturæ, & Moysi, & generaliter ante legem Christi liceret habere plures vxores simul. Et an vxorum pluralitas sit contra ius naturale, vel rationem matrimonij. Et de differentijs circa matrimonium inter nouum, & vetus testamentum.

Quæst. XXIIII.

De concubinatu dr̃ inf. q. 205. vbi ista q. deciditur. Et ad ista quatuor argumẽta respondet̃ intra a qõ. 206. vsque ad q. 235. quia fieri sic fuit necesse vt a fundamentis qõ ventilaretur.

QVAERET aliquis an aliquid istorum trium possent reges facere licitè. Ad quod respondendum specialiter de focarijs, quòd aut accipiuntur pro concubinis, aut pro pulmentarijs: si primo modo dicendum, quòd nullo modo licebat regibus accipere filias subditorum suorum in concubinas, siue eis volentibus, siue inuitis, siue data mercede, siue non: quoniam concubinatus peccatũ est, & semper fuit peccatum, cum præter legem matrimonij omnis experientia actus venerei sit illicita. Sed obijcietur, quòd liceret, quia concubinatus erat in veteri testamento: nam habuit Abraham concubinas Agar, & Ceturam: Gen. 25. c. Salomon habuit concubinas multas infra lib. 3. 11. cap. & Canti. cap. 6. Dauid habuit concubinas: sequenti lib. c. 5. & lib. 1. Paralipom. 3. cap. Leuita de monte Ephraim habuit concubinam: Iudi. 19. cap. Dicendum quòd illicitus erat concubinatus in veteri testamẽto, & semper fuit illicitus, quia est contra ius naturale, & rationem: neque potuit vnquam alicui licere, vt magis declarabitur Matth. cap. 5. ideo nec regibus licebat habere cõcubinas.

Aliquis autem dicet hoc efficaciter probari, quia regibus Iudæorum erat vetita multiplicatio vxorum ergo a fortiori habere concubinas. Patet hoc Deut. 17. cap. non habebit rex vxores plurimas.

Dicet aliquis quòd ista non est conueniens probatio: nam vetatur pluralitas vxorum, eo quòd est de se mala, & contra rationem matrimonij, sed ideo nõ sequitur inde a fortiori esse vetitum concubinatum: nam si de se pluralitas vxorũ est mala, peior est pluralitas vxorum quàm habere vxorem & concubinam: sicut grauius peccaret sacerdos, qui aliquam fęminã acciperet in vxorem, quàm si acciperet in concubinam, & grauius peccaret, qui monialem acciperet in vxorem, quàm in concubinam.

Sed dicendum quòd non est ista conueniens re-

F dargutio probationis: & quòd non est verum quòd pluralitas vxorum sit contra ius naturale, vel rationẽ matrimonij, sed est nobis illicita, quia vetita, & non teneret matrimonium.

Sed obijcietur, quòd sit de se illicita, quia Papa dicit illud extra de diuor. cap. gaudemus, quòd pluralitas vxorum nulli vnquam licuit, nisi ex diuina reuelatione, ideo in pluralitate vxorum excusabantur patriarchę ab adulterio: sicut Iacob a mendacio, Israelitę a furto, Samson ab homicidio.

Dicendum quòd vxorum pluralitas non est de se contra rationem, aut institutionem matrimonij: sed solum est mala inquantum est prohibita, sicut nunc

G est mala quia prohibetur: in lege autem naturæ non erat vetita, in lege autem Moysi nõ vetabatur immo ex ipsa lege significatur quòd licebat sicut ostensum est supra cap. 1. & dicetur Matth. cap. 19. ideo tunc satis videbatur valere argumentum quòd si pluralitas vxorum, quę de se non est illicita vetatur regibus a fortiori vetabitur concubinatus, qui est de se illicitus.

Sed dicendum quòd de hoc aliter est in nouo testamento aliter in veteri: erant enim duę differentię circa matrimonium inter nouum, & vetus testamentum. Prima quia in veteri testamento licebat fieri diuortium ex quacunque causa etiam ex sola voluntate dumtamen daret vxori libellum repudij, nam per diuortium illud dissoluebatur matrimonium, & licebat viro accipere quamcunque aliam in vxorem, & mulieri quemcunque alium in virũ: Deuter. 24. cap. immo fiebãt personæ illæ illegitimæ ad contrahen-

H dum matrimonium: nam mortuo secundo viro, nõ licebat primo viro istam in vxorem resumere, etiam ambobus consentientibus, vel antequam illa transiret ad alium virum, non licebat viro primo pœnitere, iam dato libello repudij, eam ad se reducendo inuitam, aut volentem vetante hoc lege: Deut. 24.

In nouo autem testamento non licet dari libelli repudij, aut fieri diuortium, & si fiat, non tenet, sed manet vinculum matrimonij: & si vir accipiat aliam, non est matrimoniũ, sed adulterium: sic patet Matt. 5. cap. vbi Christus ponit differentiam in hoc inter nouum, & vetus testamentum dicens dictum est antiquis quicunque dimiserit vxorem suam, det illi libellum repudij: ego autem dico vobis, quia omnis, qui dimi-

I serit vxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam męchari; & qui dimissam duxerit, adulterat: & tamen per diuortium absoluetur matrimonium, & esset mulier soluta a lege viri, & non iudicaretur adultera, etiam si cum alio inueniretur, vt patet ad Roma. 7. Et sic vir abijciens eam non daret ei occasionem adulterandi, cum nõ posset iam esse adultera quamdiu virum non habebat, & ille, qui acciperet eam in vxorem non adulteraretur, quia non accipiebat alienam vxorem.

Secunda differentia inter nouum & vetus testamentum, s. quòd ante legem Christi semper fuit licita vxorum pluralitas.

K *Quæst.* XXV.

SECVNDA differentia est, quia in veteri testamento, & ante illud licita erat vxorum pluralitas, in nouo autem testamento non licet. Primum patet, quia de se non est contra substantiam matrimonij, & Deus non vetuit eam, quando instituit matrimonium, aut post vsque ad legem Moysi, ergo non erat illicita. Secundò, quia sancti patres leguntur habuisse plures simul: nam habebat Abraham Saram in vxorem, & accepit Agar in vxorem: habebatque ambas simul: Gen. 16. cap. vbi vocatur Agar vxor Abrahæ: Etiam habebat Iacob quatuor

tuor vxores simul Liam, Rachel, Balam, & Zelphā: Gen.29.& 30.cap.& non redarguitur aliquis horum: de hoc ergo non erat illicitum tunc haberi plures vxores.

Tertiò patet de tempore legis Moysi, quòd esset licita vxorum pluralitas, quia non erat aliqua lex, quę hoc vetaret & quod non est vetitum est licitum.

Quartò quia tempore legis Moysi viri sancti habebāt plures vxores, sicut Dauid habuit multas sequenti lib.cap.3.& 5,& lib.1.Paralipom.3.cap. & non cōputantur inter peccata Dauid, de quo dicitur, quòd non declinauerat ab operibus, quæ mādauerat Deus omnibus diebus vitę suę excepto sermone Vriæ Hethæi: ergo accipiendo plures vxores non fecit cōtra ea, quæ Deus mandauit: etiam Elcana pater Samuelis laudatur, vt vir sanctus supra 1.cap. & tamen ipse habebat duas vxores simul: eod.cap. & sic de multis alijs.

n lege oysi nō it vetitū abere lures xores.

Quintò, quia potius scriptura videtur significare, ꝙ licet tenere plures simul in vxores: nam Leuit.18.c. dicitur, Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, neque reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente, & sic vetat Deus, quòd accipiat quis sororem vxoris suę in vxorem viuente illa: ex quo vr̄, quòd non erat illicitum accipere aliquam aliā vxorem viuente vxore sua: nam si illicitum est tenere multas simul in vxores, nō oportebat specialiter hoc vetari de sorore vxoris, sed de illa specialiter vetitum est, ergo videtur quòd de alijs licebat habere multas simul.

Sexto patet ex ratione quam ibi dat Deus, scilicet quòd quis non habeat simul duas sorores in vxores, ne vna sit pellex alterius: quia inhumanum videtur, quòd vna soror affligat aliam: de alijs autem mulieribus non videtur hoc esse ita illicitum inter se, cum non teneantur tanto debito amore: & sic de alijs videbatur licitum, quod quis haberet multas simul.

Septimò patet quia Leuit.20.cap. dicitur: Qui supra vxorem filiam, duxerit matrem eius, scelus operatus est: viuus ardebit cum illis. Et sic ponit pœnā, quando quis habēs aliquam in vxorem, acciperet insuper matrem illius in vxorem, ita vt ambas simul haberet: ergo innuit, quòd licebat de alijs mulieribus habere duas, aut plures simul: nam si non liceret aliqualiter habere duas, non solum nullus acciperet matrem, & filiam simul, sed nullus haberet aliquas duas simul, & sic non oporteret istam legem dari: quia tamen licebat habere plures simul, putaret quis quòd liceret accipere quascunque duas: ideo interdixit lex quasdam personas cum appositione pęnę, scilicet, ꝙ non acciperet quis duas sorores simul, neque matrē, & filiam.

Octauò patet, quia Deut.17.cap. dicitur non habebit rex vxores plurimas vbi specialiter ponuntur ea, q̄ ad reges pertinent: si tamē vetitum esset generaliter habere multas vxores simul, nō oporteret hoc repeti quantum ad reges, quia quod alijs esset illicitum, esset quoque regibus illicitum, & non oportebat specialiter vetari, quia aliàs omnia alia, quę cæteris hominibus erant illicita, deberent ex speciali mandato repeti circa reges: quod est falsum.

Nonò, quia nō vetuit ibi lex absolutè multas vxores, sed solum multitudinem effrenatam, vt quòd haberet rex vxores triginta, vel quadraginta, quia dicit non habebit rex vxores plurimas, ergo licitum præsupponitur esse accipere multas, dum tamē non sint plurimæ.

Decimò patet ex causa ibi assignata, scilicet nō habebit rex vxores plurimas, quę alliciāt animum eius, & sic non vetatur ibi vxorum pluralitas quasi mala,

A sed quia vxores allicerent animum regis ad malum: sicut Apostolus dixit nolite inebriari vino, in quo est luxuria, idest non bibatis vinum, non absolutè, sed solum inquantum ex vino luxuria prouenit, scilicet qn̄ multum est, aut immoderatè bibitur: si tamen vxorum pluralitas de se mala esset, vel aliàs per legē prohibita, non exprimeretur ista causa, sed solum diceretur non habebit rex vxores plurimas, aut plures: ergo innuitur, quòd non erat vetita ista pluralitas.

Vndecimò patet, quia scriptura posuit istud inter alia, quæ vetantur regibus, neque sunt de se mala, neque alijs hominibus vetita: regibus tamen fuerunt specialiter vetita propter aliquam causam: nam dicitur eod.cap. Non multiplicabit sibi rex equos: etiā

B dicitur: Non habebit rex auri, & argenti immensa pondera, & tamen multiplicare equos non erat illicitum alijs hominibus, aut habere argenti, & auri immensa pondera; & ista fuerunt vetita regibus ꝑpter causas speciales, quę in eis concurrebant. Nam dicitur non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Aegyptum equitatus numero subleuatus. Sic etiam vetātur multiplicare pondera auri, & argenti, ne eleuetur super fratres suos, sed timeat Deum. Etiā vt non detur occasio puniendi populum: nam si liceret ei habere pondera immensa auri, & argenti cuperet illa habere, & vt haberet opprimeret subditos. Cum autem sciet non licere sibi habere immensa pondera auri non cupiet illa: & sic erit sublata cupiditas, & occasio opprimendi subditos: & tamen inter

C ista vetatur habere vxores plurimas: & apponit causa pro hoc, sicut pro alijs, scilicet, ne alliciant animum regis, ergo videtur quòd istud non erat de se illicitum, sicut neque alia duo: & ideo causa prohibitionis posita est.

Duodecimo patet, quia si vxorum pluralitas esset de se mala, vel contra legem Dei, non poneretur tanquam beneficium Dei pluralitas vxorum, quia Deus non dat mala, sed dat solum bonum petentibus se: Matth.7.cap.& tamen Deus posuit in Dauid pluralitatem simultaneam vxorum pro beneficio, sequenti lib. 12.c.s. Dedi vxores Domini tui in sinu tuo: ergo illas habere licitum erat.

Tredecimo patet quia sancti doctores mouēt istā

D questionem, & tenent, quòd non erat illicitum tunc habere plures vxores: sic dicit August. libro de bono coniugali, & Magister lib.4. Senten. dist.33. Antiquis iustis non fuit peccatum quòd pluribus feminis vtebantur, neque contra naturam hoc faciebant, cū nō lasciuiendi hoc causa, sed generandi facerent: neque contra morem, quia eo tempore ea faciebant, neque contra preceptum, quia nulla lege erat prohibitum. Et sic apparet quod supra dicebatur, quòd pluralitas vxorum non erat contra ius naturale, nec contra rationem matrimonij: etiam apparet quòd pluralitas vxorum erat aliquid quod per consuetudinem poterat licitum fieri: & tamen si esset contra ius naturale, nulla consuetudine posset licitum fieri: immo tanto

E grauiora essent peccata, quanto diuturniora essent: & nullo tempore posset contra illud præscribi. Extra de consue. cap. cum tanto. Etiam dicitur quòd nullū præceptum erat datum tempore legis naturæ contra pluralitatem vxorum: ergo non erat illicitum alicui toto illo tempore, quod fuit a principio seculi vsque ad legem Moysi habere plures vxores, & non erat aliqua dispensatio Dei necessaria, quia dispensatio nō est, nisi vbi ius resistit actui: cum dispensatio sit iuris relaxatio, & tamen hoc non erat, vt ait Augu. contra naturam. Etiam non erat contra preceptum, quia ipse dicit, quòd nullum præceptum contra hoc datum erat, ergo nulla dispensatio necessaria erat,

nec

nec possibilis, & ridiculum est dicere, ꝙ sine dispensatione Dei nō licebat tūc alicui habere multas vxores.

Quartodecimo patet, quia Aug. idē dicit, & habet in Decre. 32. q. 4. c. obijciuntur, s. Obijciuntur Iacob quatuor vxores, quod quando mos erat, peccatū non erat, & ita non erat peccatum tunc plures accipi: & adhuc manifeste apparet nō fieri hoc ex aliqua dispēsatione Dei: nam si ex dispensatione licitum fieret, nō diceretur, quòd nō erat peccatum, quia mos erat: ergo consuetudo faciebat rem istam licitam, & non dispensatio: ergo generale esset omnibus tunc quòd accipiendo plures non peccarent.

Quintodecimo quia idem Augustinus alibi asserit illud, & allegatur lib. 4. Sent. dist. 33. Antiquis temporibus, cùm ad hoc mysteriū nostrę salutis velaretur iusti officio propagandi nuptias contrahebāt non victi libidine, sed ducti pietate, qui multo facilius continere possent, & vellent: vtebantur tamen coniugibus, & plures vni viro habere licebat, & absolutè dicit, quòd vni viro licebat: ideo licita erat vxorū pluralitas simultanea.

Decimosexto patet, quia idem tenet Ambrosius lib. de Patriarchis: & habetur in Decre. 22. q. 4. cap. dixit Sara, s. Dixit Sara ad Abraham: ecce conclusit me Dominus, vt non pariam: intra ergo ad ancillam meam. Et sequitur ibi: considera ergo primum, ꝙ Abraham ante legem Moysi, & ante euāgelium fuit: non ergo in legem commisit Abraham, sed legem preuenit: nondum enim interdictum videbatur: & sic dicit quòd Abraham nō potuit peccare, quia nondum erat euāgelium, quod ista prohibuit, neque lex Moysi, quę licet non prohibuit poterat vetuisse. Etiā apparet ex intentione Ambrosij, quòd istud non erat de se malum, vel contra naturam, sed solum vt prohibitum, quando non erat prohibitum erat licitum.

Pluralitatem vxorum non fuisse prohibitam sub lege Moysi, ostenditur. Quæst. XXVI.

DICENDVM etiam vltra rationes prçcedentes quòd sicut non fuit hoc illicitum ante legem Moysi, ita neque erat illicitum tempore legis Moysi: & est ratio decimaseptima, quia sicut dicit Augus. & Ambrosius, & supra tactum est quando mos erat, peccatum nō erat, sed tēpore legum Moysi mos erat, idest cōsuetudo accipere plures simul in vxores, vt fuit ostensum, ergo non erat peccatum.

Decimaoctaua quia Augustinus dixit quòd non peccauit Abraham plures accipiendo vxores, quia ꝯ præceptum non fecit: nam tunc prçceptum nullum erat, quo hoc vetaretur, sed tēpore legis Moysi nullū etiam præceptum erat vetans hoc, etiam si tota lex Moysi quæratur: immo è contrario inuenietur in ea ꝙ licebat accipere plures, & quòd cōsuetum erat tūc plures accipere vt ostēsū est supra: ergo nō erat pctm̄.

Decimanona, quia Ambrosius lib. de Patriarchis excusando Abraham, quòd habuerit plures vxores, dixit ꝙ fuit ante legem, & euangelium, s. tunc pctm̄ non erat, cum nulla lex erat, quæ vetaret, aut vetare potuisset: nam per legem naturæ non erat vetitum, quia innuitur, quòd non sit ꝯ naturam, vt dicit Augu. sed etiam lex Moysi superueniens non vetuit: illud ergo manebat tunc licitum.

Vicesima, quia Magister lib. 4. Sen. dist. 33. quærit specialiter de hoc, an tēpore legis Moysi licitū esset habere plures vxores, & respōdit ꝙ sic cùm dicit, sed nunquid licebat sub lege plures habere vxores? audi quid scriptum est in Deuteronomio: Non habebit rex vxores plurimas, quæ alliciant animū eius. Super

F quem locum August. dicit manifestum est Salomonem hoc præceptum transisse: Dauid autem plures habuit, neque prçceptum prçterijt: permissum est. n. plures habere, non plurimas, quæ alliciant animam. Et ita manifestum est, ꝙ dicit licitum esse tunc vxorū multitudinem, quia ait permissum est plures habere non plurimas, & sic multitudo enormis, vel effrenata solum vetatur, non quæcunque pluralitas. Etiam quia dicit ibi August. Dauid plures vxores habuit, sed prçceptum non prçterijt: quia non habuit plurimas, & sic ad tantam pluralitatem quantam Dauid habuit licitum erat habere vxores, sed non ad tantam, quantam habuit Salomon, qui plures septingentis habuit

G infra lib. 3. 11. cap. Sed obijcietur, ꝙ non sit ista intentio Augu. ibi nec Magistri, sed solum ꝙ liceat hoc regibus specialiter: alijs autem hominibus sit vetitum generaliter habere multas vxores. Nam dicit ibi litera Augustini sequens: cum tamen additur, vt non eleuetur cor eius, propter alienigenas prohibitū esse videtur: verumtamē multiplicatio vxorum generaliter prohibita est: permissum est autem regi plures habere, sed non multiplicare: & ita apparet ꝙ solis regibus hoc permittitur. Dicendum ꝙ non est verum, nec est ista intentio Augustini, nec Magistri: nam vt per prçcedentia patet, non erat aliquod præceptum vetans hoc in lege Moysi, ideo s'm ipsum Augustinū non erat illicitum. Etiam ex verbis allegatis apparet intentio eorum, ꝙ non vetetur, nisi immoderata pluralitas: nam dicitur verumtamen multiplicatio vxorum generaliter prohibita est, i. omnibus hominibus

H prohibita erat: tamen multiplicatio non accipitur p quacunque pluralitate, sed pro effrenata, quod patet ibi, quia, cum dicitur: verūtamen multiplicatio vxorū generaliter prohibita est, sequitur, permissum est autem regi plures habere, sed non multiplicare, & ita multiplicatio & pluralitas non sunt ibi idem, & permissa est pluralitas, vetita autem multiplicatio, & sic licet in veteri testamēto esset generaliter vetita multiplicatio, nō erat illicitū habere plures vxores simul.

Vicesimaprima, quia Magister expressè vult. lib. 4. dist. 33. cap. 1. ꝙ omnibus Iudæis tempore legis Moysi licuerit habere vxores multas, vt multiplicarentur in prole, & idē Gratianus 32. q. 4. super his ita, s. postea vero cum iam penè omnes homines falsis dijs seruirent, paucis in cultu Dei permanentibus, consultum

I est a Deo plures in matrimonium copulare sibi: ne illis paucis deficientibus, cultus & notitia Dei deficeret. Vnde viuente vxore Abraham ad ancillam intrauit, & ex ea genuit: Iacob etiam liberis, & ancillis se copulauit, & filiæ Loth patre ebrio vsę sunt. Cum enim cęteris in idolatria relictis Abraham, & filios eius in peculiarem sibi populum Dominus elegisset: ritè multarum fęcunditate mulierum multiplicatio quærebatur: quia in successione sanguinis erat successio religionis: vnde etiam in lege erat maledicta sterilis, quæ non relinquebat semen super terram. Et ita tam Gratianus, quàm Magister ponunt ꝙ tēpore

K legis Moysi erat licitū habere plures vxores ad multiplicandum valde cultum Dei: & non solum dicūt ꝙ erat licitum, sed etiam ꝙ erat cōsultū a Deo, quasi Deus ad illud incitaret, velut ad magnum bonum. Et apparet maximè, quia dicunt in lege scriptum esse maledicta sterilis, quę non reliquit semen super terrā, ergo tēpore legis Moysi incitabat Deus ad multiplicationē, ergo licita erat tūc vxorū pluralitas gn̄aliter.

Vicesimasecunda, quia Deu. 25. c. ponitur, qn̄ vnus illorum de fratribus moreretur, relicta vxore, & non liberis, alius frater illius acciperet illam in vxorē, & primogenitum ex eo vocaret nomine defuncti, vt nō deleretur nomē suum in familia sua, & hoc erat remediū gn̄ale:

le: & ponebatur quasi remedium sufficiens, ne deleretur nomen eius, qui fratrem habebat: & tamen si habens vnam vxorem, non posset accipere aliam, parum prodesset remedium istud, quia contingeret quòd alij fratres defuncti haberent vxores: & ita non possent accipere vxorem defuncti ad suscitandum semẽ eius: ergo intelligitur generaliter siue haberẽt, siue non haberent quòd cogebatur vnus eorum accipere vxorem defuncti. Item patet quia eod. cap. datur regula generalis, quia si requirente vxore defuncti fratrem defuncti ille nollet accipere eã, discalciaret mulier illum corã senioribus populi, & spueret in faciẽ eius, vocareturque domus eius domus discalciati in Israel: ergo siue haberet vxorem, siue non, erat locus huic regulæ: & ita habẽti vxorẽ licebat accipere aliã.

Vicesimatertia, quia Deut. 21. c. dicitur: Si habuerit homo vxores duas vnã dilectam, & alteram odiosam: & ita innuit ꝙ põt aliquis habere duas vxores simul. Nam licet posset cauillare quis, quòd intelligatur de vxoribus, quas quis haberet successiuè: magis innuit litera ꝙ intelligatur de simultate vxorum.

Vicesimaquarta, quia Deu. 21. cap. dicitur si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deꝰ tuus in manu tua captiuosq; duxeris, & in medio captiuorũ videris pulchram mulierem, & adamaueris eam, voluerisque vxorem habere introduces in domum tuam. Et sic generaliter ponitur, quòd quicũque vellet captiuam accipere in vxorem, acciperet solum quod adamaret: & tamen ita poterat amare captiuam pulchram, qui haberet vxorem, sicut qui nõ haberet: ergo cum daretur hoc in remedium contra concupiscentiam, licebat cuilibet tam habenti vxorem, quàm non habenti accipere captiuam in vxorem. Multæ aliæ rationes ad hoc ostendendum haberi poterunt. Dicendum ergo ꝙ tam in statu legis naturæ quàm sub lege Moysi licuit generaliter omnibus habere plures vxores, & hoc ex lege communi sine vlla dispensatione. Et sicut licuit Iudæis ita licebat Gentilibus, & adhuc multofortius, cum nullam legẽ positiuam isti suscepissent a Deo: etiam quia gentiles vsque ad tempus Christi semper fuerunt sub lege naturæ, eo ꝙ nulla alia lex eos ligabat: superuenit autem lex Christi, quæ obligauit omnes, & tamen in statu naturæ licita erat vxorum pluralitas, vt dicunt August. & Ambrosius, & patet illud supra. ergo Gentilibus quamdiu durauit lex Moysi, semper licitum fuit pluralitas vxorum.

Quare in nouo testamento non est licita vxorum pluralitas. Quæst. XXVII.

ERAT autem aliud ꝙ tempore noui testamẽti non est licita vxorum pluralitas ex aliqua causa neque aliquo modo: & ista est differentia inter vtrunque testamentum: nam sicut in veteri licebat repudiare vxorem, & dissoluebatur matrimonium: in nouo autem non licet repudiare, nec potest solui matrimonium Matth. 5. ita in veteri erat licita vxorum pluralitas, vt ostensum est præcedenti q. in nouo autem non est licita: Matth. 19. cap. cum dicitur: Dico autem vobis ꝙ quicunque dimiserit vxorẽ suam, nisi ob causam fornicationis, & aliã duxerit, mæchatur, idest committit adulterium: & tñ iste facit hic duo, s. dimittit vxorem, & accipit aliã. Dimittẽdo priorem non põt dici adulterari, sed solũ iniustè abijcere: ergo dicitur adulter accipiendo aliã: & tamen dato, ꝙ per illud repudium non dissolueret matrimonium, quasi esset ꝯ ius factum, & maneret illa repudiata vt vxor, non committeret adulterium vir eius, si liceret habere duas vxores, sed statim vt aliã

A accipit est adulter, vt Christus dixit, ergo secũda non potest esse vxor, & ita est adulter vir accipiendo eam. Et Marci 10. cap. dicitur: Quicunque dimiserit vxorẽ suam, & aliam duxerit adulterium committit super eam: & si vxor dimiserit virũ suum, & alij nupserit, mæchatur. Et Lucæ cap. 15. dicitur: Omnis qui dimittit vxorem suam, & ducit alteram, mæchatur. Secundo patet, quia ista est vna de differentijs noui, & veteris testamenti, quia in nouo fit vnitas vxoris in veteri pluralitas: sic dicit Isidorus lib. de differentia noui & veteris testamenti, & habetur 34. dist. c. Christiano, s. Christiano non dicam plurimas, sed nec duas habere licitum est, sed vnam tantum vxorem, & ita innuit ꝙ Christianis propriè hoc competit, ꝙ quisq;

B vnam tantum habeat vxorem, & dixit non dicam plurimas, neque duas, q. d. de veteri testõ vetitum erat haberi plurimas, sed non duas, aut paucas. Deut. 17. cap. vt supra declaratum est: Christiano autem homini q. præced.

non solum sunt vetitæ plurimæ: quod etiam in veteri testamento erat vetitum, sed etiam duas habere est vetitum: vnam enim tantum habere licet ei. Tertiò patet, quia Ambrosius lib. de Patriarchis, & habetur in Decretis 32. q. 4. c. dixit Sara: excusando ipsum, de pluralitate vxorum, dicit considera primum, ꝙ Abraham ante legem Moysi, & ante Euangelium fuit: & sic innuit quòd in Euangelio fuit vetita vxorum pluralitas. Quartò patet, quia istud tenet Magister 4. lib. Sent. dist. 33. demonstrans tempore legis fuisse licitã

C pluralitatem vxorum, & non tempore Euangelij: permissum est enim plures habere, nõ plurimas, quæ alliciãt animam, multiplicare. Et postea sequitur veniente autem tempore plenitudinis, quo Christi gratia vbique est dilatata, reducta est lex nuptiarum ad puriorem, honestiorẽque institutionem vt vnus vni in figura Christi, & Ecclesiæ iungatur, & ita dicit ꝙ in tempore plenitudinis, i. noui testamẽti vna vni iungi: & sic non est licita vxorum pluralitas: & ex eadẽ litera apparet ꝙ in veteri testõ erat licita pluralitas vxorum, cum dicatur reducta est lex nuptiarum ad puriorem honestioremque institutionem: ergo nõ erat tempore legis Moysi hæc institutio, vt vna vni iungeretur. Nam si hæc institutio fuisset non fieret aut reduceretur institutio ad honestiorem modum:

D ergo non erat idẽ modus nuptiarum in vtroque testamento, sed dicit in nouo testamẽto esse honestiorem modum, s. ꝙ vnica est vnici quãdiu viuit: in veteri autem vnius viri erant multæ vxores.

Impugnat Innocentium 3. in c. gaudemus de diuortijs, dicentem quòd tempore legis naturæ & Moysi nulli vnquam licuit vxorum pluralitas, nisi ex diuina reuelatione. Et vtrum infideles arctentur constitutionibus canonicis sicut arctantur lege Christi. Quæst. XXVIII.

SED nunc redeundum est ad respondendũ ei, quod dicitur ꝙ pluralitas vxorum nunquam licuit: & dicendum ꝙ licuit absolutè tam tpe legis naturæ, q̃ veteris testamenti. Ad auctoritatem Innocentij extra de diuor. c. gaudemus. est respondendum, & quia illa cõtinet plures partes, quibꝰ

E nititur ille probare pluralitatem vxorum esse illicitã, ponetur tota litera illa, vt postea videatur, qũo singulis partibus rñdemus: dr enim sic. Quia vero pagani circa plures insimul fœminas affectum diuidunt coniugalem vtrum post conuersionem oẽs, vel q̃ ex omnibus retinere valeant, non immeritò dubitatur. Et respondet statim dicens: verum absonum hoc vr & inimicum fidei Christianæ cum ab initio vna costa in vnam fœminam sit cõuersa: & scriptura diuina testet ꝙ pp hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit

Verba Innocẽtij in Decretali quæ p singula tantũ examinantur infra q. 184. vsq; ad q. 205.

hærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: non dicit tres vel plures, sed duo, neque dixit adhærebit vxoribus, sed vxori: neque vlli licuit vnquam plures vxores habere insimul, nisi cui diuina fuit reuelatione concessum, quæ mos quandoque, interdum fas censetur, per quã sicut Iacob a mẽdacio, Israelitæ a furto, & Samson ab homicidio, sic patriarchæ, & alij viri iusti, qui plures sic leguntur habuisse vxores ab adulterio excusantur. Sane veridica hæc sententia probat etiam testimonio veritatis testãtis in euãgelio: Quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, mœchatur: si ergo dimissa vxore duci alia de iure nõ potest, multofortius & ipsa retenta, per quod euidenter apparet pluralitatem in vtroque sexu cum nõ ad imparia iudicentur circa matrimonium reprobandam. Ista sunt verba Innocentij. Sed dicendum, ꝙ duo intendit Innocen. in verbis prædictis: vnum est asserere, ꝙ pluralitas vxorum est ꝯ legem noui testamẽti, aliud est illud probare auctoritatibus & rationibus. De primo dicendum est, ꝙ verum est, vt ostendimus q. precedente: & ista est intentio principalis Innocentij: nam petebatur de paganis, qui plures habent, vt vxores, an qñ conuertantur possint plures retinere, s. oẽs, vel vnam: & rñdet ꝙ non poterit retinere oẽs, quia est ꝯ legem noui testamẽti, ꝙ aliquis habeat plures vxores: & tamen iste transit ad nouum testm̃, & tenetur iam illius leges, & cæremonias obseruare: ergo non licebit ei plures habere vxores. Secundũ est probare istud auctoritatibus & rõnibus: & quãtũ ad hæc dicendum, ꝙ aliquid inducit Innocentius, quod plene probat intentionẽ suã: & aliquid inducit, quod non probat illã plenè, sed adiuuat eã: & aliquid inducit, qđ non satisfacit ad propositũ, sicut applicabuntur
Et maxime a qõ. 184. vsque ad q. 205.
ista statim q. sequentibus. Et tñ vr̃ Innocentio necessarium esse non solum ostẽdere, ꝙ non licet in nouo testamento habere plures vxores simul, sed etiam ꝙ nunq̃ licuit sine speciali reuelatione Dei: aut, vt alij dicunt, sine dispensatione Dei. Et hoc est, quia paganus conuersus ad Christum non potest retinere multas vxores, obstante lege noui testamenti. Quæritur tunc an iste prius potuit istas habere in coniuges an non: si non tenuit eas in coniuges, neque potuit, dabitur ꝙ etiam extra legem Christi non est licita vxorum pluralitas: ideo nõ solum tpe Christi non licuit, sed & nunquã licuit. Si detur ꝙ iste licite habuit eas in vxores, dabitur ꝙ matrimoniũ tenuit cum oĩbus eis, & erant legitimę vxores, & hoc erit inconueniẽs: quia tũc lex Christi dissolueret illa matrimonia, quæ fuerunt vera, & tenuerant, quod falsum est & ꝯ canonum instituta. Et patet, quia qñ aliqui infideles conuertuntur ad Christum, qui manentes in infidelitate ꝯxerunt in gradibus a canonibus prohibitis, non coguntur dimittere vxores, sed manẽt cum eis sic conuersi ad Christũ, siue conuertantur mulieres, siue nõ; quod patet extra de cõsang. & affinit. c. de infidelib. s. De infidelibus ad fidem conuersis vtrũ, si ante cõuersionem suam s̃m legis veteris instituta circa gradus consanguinitatis a canone denotatos coniuncti fuerint, separari debeant post baptismum. Consultationi tuæ diximus respondendum, ꝙ matrimonium sic ꝯctum non est post baptismi lauacrum separandum. Et redditur ibi cã, s. Quia inter Iudæos est verum matrimoniũ: & tñ baptismus non soluit matrimonium, ideo non dissoluitur per baptismum matrimonium, qđ ante tenebat, cũ dr̃ eo. c. Cũ a Iudæis Dñs req̃situs, si liceret vxorẽ ex quacũque cã dimittere: ipsis rñdit: Quos Deus coniunxit, hõ non separet, innuens esse matrimoniũ inter eos. Etiã hoc patet extra de diuor. c. gaudemus. vbi eadẽ qõ mouetur de matrimonio infideliũ conuersorũ ad fidẽ: & rñdetur ꝙ nõ dissol-
F uitur, & redditur ibi cã, s. fideles huiusmodi matrimonialiter copulati licitè possunt & liberè remanere coniuncti: cum per sacramentum baptismi non soluuntur coniugia, sed crimina dimittantur. Supposito hoc ꝙ lex Christi non soluat matrimonia, quæ prius erant matrimonia, & tamen soluit coniunctionem infidelis ad multas fęminas, qñ conuertitur, innuit necessario ꝙ non erat prius inter eum, & illas matrimonium: & sic non solum in lege Christi non est licita vxorũ pluralitas, sed etiã extra legem Christi: & ꝯñr oĩ tpe fuit illicita: & ob hoc Innocẽtius putat necessarium esse ostendere ꝙ nullo tpe licita fuit vxorum pluralitas, nisi ex speciali dispensatione, aut reuelatione Dei:
G & ad hoc inducit aliquas auctoritates & rõnes pro se.

Soluuntur rationes Innocentij quæst. præcedentis. Qõ. XXIX.

SED dicendum ꝙ hoc nõ est verum neque est hoc necessarium Innocentio probare. Nam sicut ostensum fuit supra fuit licita vxorũ pluralitas toto tpe legis naturæ, & toto tpe legis Moysi, sed solum fuit illicita tpe legis Christi, ex quo ipse incępit statuere, vel ex quo cępit lex ab eo data obligare. Et ideo ad argumentum istud dicendum, ꝙ verũ est ꝙ baptismus non soluit matrimonium, qđ erat verum matrimonium, sed solũ tollit crimina, vt dicitur extra de diuor. c. gau. & ideo si inter infideles esset verũ matrimoniũ, qñ vnus vir accipit fęminas plures, qñ postea conuerteretur non cogeret dimittere aliq̃ illarum, sed teneret oẽs & tñ innuitur ꝙ nõ
H fuit matrimoniũ, sed adulterium, ideo qñ cõuertitur non permittitur manere cum oĩbus, sed solum cum prima: quia cum illa potuit esse verum matrimonium: nam & inter infideles verũ est matrimonium. extra de consan. & affin. c. de infidelibus, sed non est sacrum: & ob hoc cõuersio ad fidẽ non aufert ei oẽs vxores, sed solum posteriores relicta prima. Cũ aũt dr̃ ꝙ hinc sequitur non solum in lege Christi esse illicitam vxorum pluralitatẽ, sed etiã oĩ tpe. Dicendum ꝙ non est verum, quia ante Christi legẽ non fuit alicui illicita vxorũ pluralitas: & tñ data Christi lege fuit vetita illa pluralitas, & illicita oĩbus nõ solũ Christianis, sed etiã alijs, qui nõ hñt legem Christi: & ideo sicut si aliquis Christianus ꝯheret cum duabus aut pluribus non te-
I neret matrimoniũ: ita si inter infideles fiat talis ꝯctus non tenet. Et qñ arguitur, ꝙ si infideles ꝯhãt matrimonium in gradibus inter nos vetitis, & conuertantur ad Christum, non soluitur matrimonium. Dicẽdum ꝙ non est simile quia ibi tenuit matrimoniũ qñ ꝯctum est, licet inter nos sit talis gradus prohibitus: ideo postea in conuersione nõ dissoluitur, quia matrimonium qđ tenuit semel, nunq̃ dissoluitur ex aliqua cã superueniẽte quãtũcũque sit magna: secus est qñ ꝯhit infidelis matrimoniũ cũ multis, quia nunq̃ illud tenuit, sed fuit adulteriũ: ideo qñ conuertitur infidelis ad legẽ Christi, in qua non permittuntur pctã, cogitur dimittere oẽs pręter primam, cũ qua potuit esse verum
K matrimoniũ. Cã aũt diuersitatis inter hęc est, q. a qñ infideles ꝯhunt in gradibus vetitis inter nos, nõ agũt ꝯ aliqđ mandatũ Christi, sed solũ ꝯ canonum statuta, & qñ aũt ꝯhit infidelis cum multis agit ꝯ mãdatum, & determinationẽ Christi: ideo primũ tenet: quia infideles non astringuntur regulis canonicis: s̃m autem non tenet, quia obligantur mandatis Christi: & patet hoc quia gradus, in quibus nõ liceat ꝯhi matrimonium non sunt determinati per Christũ, nec etiam p Apostolos ex noĩe Christi cũ Christus de hoc nihil fuerit locutus, sed per canones ecclesiasticos. Nam a principio determinatum est, vt intra septẽ gradus consanguinitatis nõ liceret ꝯhere sed inciperet ꝯct⁹ in octauo gra-

ūo gradu 35.q.4.c.de affinitate: postea vero ex aliqb⁹ causis reduxit vsque ad quartum gradū, vt iam liceat copulari in quinto.extra de consan.& affini.c.non debet. Ex hoc ergo sequitur quòd inter infideles licitè ꝯhatur matrimoniū in gradib⁹ vetitis inter nos: quia non sunt isti gradus vetiti nisi per cōstōnē canonicā: infideles aūt non arctātur cōstitutionibus canonicis. extra de diuor.c.gaud. ideo ita in illis ꝯhūt, ac si nulla lege vetante ꝯherent, sed cum nulla lex vetat, est matrimoniū licitè ꝯctum: ergo inter infideles licite ꝯhit̃ in talibus gradibus. Et ista est rō quare non dissoluit̃ matrimonium in conuersione ad Christum: vt patet extra de Diuor.c.gau. vbi ponitur ista q.s.vtrū pagani vxores accipientes in secundo vel tertio vel vlteriore gradu sibi coniunctas sic cōiuncti debeant post conuersionē suā insimul remanere, vel ab inuicem separari: edoceri per rescriptum apostolicum postulasti: sequetur respōsio, s.super quo taliter rñdemus: cum sacr̄m cōiugij apud fideles, & infideles existat quemadmodum cum dicit Apostolus dicens: siquis frater vxorem infidelem habet, & hæc consentit habitare cum illo, non illam dimittat: & in præmissis gradib⁹ a paganis, quo ad eos matrimonium licitè sit ꝯctum, qui constitutionibus canonicis nō arctantur: fideles hmōi matrimonialiter copulati libere pñt, & licitè remanere coniuncti. Et ita nō redditur alia cā, quare possint remanere coniuncti in gradibus illis, nisi quia sunt vetiti solum a canone, & infideles non arctātur constitutionibus canonicis: ista etiam ratio significat̃ extra de consan. & affin. c.infidelibus. vbi eadem qō mouetur. & respōdetur, ꝙ manebūt innuendo cām esse, quia gradus isti sunt a canone vetiti, s.de infidelibus ad fidem conuersis, vtrum, si ante conuersionem suā ſm legis veteris instituta citra gradus cōsanguinitatis a canone denotatos coniuncti fuerint, debeant separari post baptismum. Et respondetur ꝙ non. Sed non dixit ibi ꝙ ꝯxerant absolutè ꝯ vetitum sibi: quia ꝯxerant in gradibus a canone vetitis. Secus aūt est de eis, quæ Christus statuit, quia oēs tam fideles q̄ infideles tenentur legibus eius, ideo quicquid fiat ꝯ statutū eius est inualidū. Patet hoc, quia Christus erat verus Deus, cui oēs subiecti sunt, ideo nemo pōt esse exemptus a mandato eius: etiam patet quia alias posset aliquis saluari non baptizatus, neque fidē habens: Christus tamen iussit oēs credere dictis suis, & baptizari Matth.28.& quia ipse hoc dixit nō pōt aliquis saluari sine hoc: sicut ipse dixit Mar.16. qui non crediderit condemnabitur.& Ioan.3.cap.qui non fuerit renatus ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnū Dei: & tñ si non obligarentur oēs mādatis Christi, possent saluari sine baptismo, & fide: ergo oēs obligantur mandatis Christi, & ita sicut obligabuntur his mandatis obligabuntur oībus alijs cum oīa mandata Christi sint eiusdē virtutis obligatiuè cum procedāt ab eodem, sed Christus mandauit ꝙ nō esset vxorum pluralitas simultanea: immo diffiniuit ꝙ quicunque habēs vxorem acciperet aliam committet adulteriū: Matth.19.& Mar.10. & Luc.15. ergo oēs hoīes post illam Christi diffinitionem obligātur ad non habendū plures vxores: & quicūque plures acceperit adulteratur. Et si aliquis posset excusari a pęna adulterij, vel peccato per ignorantiam huius legis, quod neque etiam nunc asserimus: tamen saltem in nullo casu ēt per ignorantiam poterat effici licita vxorum pluralitas cum esset ꝯ Christi determinationē. Ob hoc igit̃ qñ infidelis habens multas in vxores conuertitur ad Christum, non permittitur manere cum eis, sed cum prima sola, eo ꝙ cum alijs nunq̄ tenuit matrimoniū, nam si matrimonium tenuisset, nō solueretur per ipsum, sed maneret cū omnibus alijs, sicut dr̃ extra de

nfideles conuer- ntur an ebeāt re- nquere xorē sibi oniunctā secūdo, el tertio radu.

A diuor.c.gaudemus.ꝙ per baptismum non so'uuntur coniugia, sed crimina remittuntur. Simile autem est de libello repudij. in veteri enim testamento licebat repudiari vxorē dato libello, & dissoluebatur: Deut. 24.c. In nouo aūt testō nō licet; quia diffiniuit Christus ꝙ non licet: Matt.5.& 19.cap. ideo per hoc oēs hoīes obligati fuerunt ad non repudiandum vxores: & siquis illas nūc repudiet, peccat, cum omnes obligentur legi Christi: & siquis repudiauerit vxorem accipiendo aliam, illa secunda non est vxor sua, sed adultera.

B *An post conuersionem infidelium dissoluantur eorum matrimonia contracta in infidelitate contra legem Christi. Et generaliter conuersi ad fidem quid facere debent circa vxores infideles, & quam formam tenere debent. Quæst. XXX.*

Ex hoc sequitur quòd si infidelis aliquis repudiet vxorem, & transeat postea ad fidem: nō poterit tenere aliam viuente priore. Nam si accepit aliā tenebitur illam dimittere, quando alia viuit in cuiuscunque potestate sit illa: si autē nullam accepit, tenebitur non accipere quamdiu alia vixerit: sic dicitur extra de Diuor. c. gaudemus. qui autem ſm ritum suum legitimam repudiauit vxorē cum tale repudium veritas in euāgelio reprobauerit, nunquam ea viuente licite poterit aliā etiam ad fidē Christi conuersus habere, nisi post cōuersionem ipsius illa renuat habitare cum ipso, aut si contemnat, C non tamē absque contumelia creatoris, vel eum pertrahat ad peccatum mortale. Ex hoc etiam sequitur, ꝙ post conuersionē dissoluentur matrimonia. s. si qs repudiauit vxorem, & aliam accepit si cōuertitur ad Christum cogitur dimittere illam: & si alius accepit eam, quam iste dimisit & conuertitur ad Christum, similiter cogitur dimittere illam. Et hoc est, quia in neutro fuit verum matrimonium, nam si fuisset non dissolueretur per baptismum: si tamen aliquis repudiauit vxorem, & conuertitur, poterit hic fieri ē contrario q̄ in veteri testō. Nā in veteri lege, qñ quis repudiauit vxorem, nō potest ad illam redire siue alius eā accipiat, siue non: etiam si ambo consentiant, quia Deus illud vetabat: Deut. 24.cap. cum matrimoniū ibi dissoluatur: tpe autem noui testamenti ē ꝯrio.
D Nam non licet alicui repudiare vxorem: ideo si de facto repudiet, nō valet, neque dissoluitur matrimoniū & ob hoc poterit redire, immo cogetur redire ad illam. Nam siquis Christianus repudiaret vxorem, cogetur iudicio Ecclesiæ illā tenere, & etiam si ambo consentiant separari, & transire ad alia matrimonia non licebit, sed ambo cogerentur iudicio Ecclesiæ manere simul, vel saltem non transire ad alia matrimonia. Si autem infidelis repudiet vxorem legitimam, & accepta alia conuertatur ad Christum, cogit̃ dimittere istam, quā postea accepit, quia nō est vxor, sed adultera: repudiata autem ab eo, quæ est infidelis si vult ad fidem conuerti, manebit cum viro qui conuertitur, s. redibit ad ipsum, & manebit cum eo: &
E hoc siue illa transiuisset ad alium virum manendo in infidelitate, siue nō. Et si vir fidelis nollet recipere eā sponte conuersam teneretur iudicio Ecclesiæ illam recipere non solum si cōuertitur, immo etiam si nō conuertitur, dum tamen velit cohabitare viro fideli sine contumelia creatoris.extra de Diuor.cap.gaudemus. Vnde circa hoc forma, quę debet teneri in conuersione infidelium, est si infidelis conuertitur, & habet vxorem debet requirere eam an velit cōuerti; si autem vult simul conuerti, tenebūtur simul habitare, & licitum non erit transire ad alia matrimonia: si autem illa non vult conuerti, vel illa conuertitur, & ille

An si infidelis postquā repudiauit vxorem fuerit baptizatus teneat̃ redire ad illam sc̄da dimissa.

Post conuersionem infidelis dissoluet̃ matrimoniū factū in infidelitate cōtra legē Christi.

Infidelis baptizatus tenet̃ recipere mulierem primā q̄ repudiauit etiā si ipsa i infidelitate maneat.

Nota formã obseruandam in cõuersione infidelium coniugatorum quantũ ad cohabitare vel non cohabitare simul.

ille non vult conuerti: debet ille qui conuertitur requirere eum, qui non cõuertitur an velit cohabitare ei sine contumelia creatoris: & si consentiat tenetur qui conuertitur manere cum eo, qui non cõuertitur, quia baptismus non soluit matrimonia, sed crimina dimittit, & ista forma innuitur ex intentione Apost. 1. Corin. 7. c. & extra de diuor. c. gaudem⁹. & qđ dictũ est de coniugibus qui manebant tpe quo alter eorũ conuertitur. Dicẽdum est qñ repudium interciderat, & vir acceperat aliam & fęmina alium siue non acceperat. Si enim vir cõuertitur, & repudiauerat vxorẽ, quæ nondum ad aliũ virũ transierat, neque ille aliam acceperat, debet requirere eam an illa velit conuerti ad Christum, vel saltem sequi ipsum conuersum ad Christum, si aliquid istorũ velit cogetur vir eam recipere, & tenere in matrimonio iudicio Ecclesię: & si eam non requisierit non poterit illa viuente accipere aliam in vxorem, quia illa fuit legitima eius: si autem requisierit eam, & illa neque vult conuerti, neque cohabitare ei, poterit licite ille trãsire ad alia vota, quia per hoc dissoluitur matrimonium inter eos volente Deo, quòd dissoluatur, quia in his non est frater subiectus aut soror, idest fidelis vir, aut fęmina, vt dicit Apost. 1. Corin. 7. si fides Christi eũ liberat. Quòd si semel mulier dixerit se non velle transire, neque conuerti etiam si postea pęniteat, & velit cõuerti aut manere cum viro, non cogitur vir eam recipere, qa per dissensum illum fuit solutum matrimonium: & quod solutum est, non potest iam resumere vires ad obligandum. Si tamen vir nondum accepit aliam in vxorem potest accipere illam, sed iam non resumit vt priorem coniugem, sed vt de nouo, & per nouum consensum. Si autẽ fęmina infidelis repudiata transiuit ad alium virum, & qui repudiauit eam vult conuerti ad Christum tenetur siue acceperit iam aliam, siue non requirere illam, an velit conuerti, vel saltem sequi ipsum an non: si vult conuerti, & sequi ipsum, vel saltẽ vult sequi ipsum, & manere cum eo in matrimonio, etiã si non conuertatur: tenetur illam accipere iudicio Ecclesiæ: si aũt non requisierit eam nõ poterit ea viuente accipere aliam in vxorem. Si autẽ vir infidelis conuertitur & repudiauerat vxorem, & illa acceperat alium virum, & repudians acceperat alterã in vxorem, tenetur similiter requirere eã qñ conuertitur, & si illa vult conuerti cum eo, tenetur eam accipere & dimittere aliam, quam acceperat: & si illa nolit conuerti, sed solum sequi illum in matrimonio, tenetur illam resumere, & abijcere aliam, quam assumpserat, etiam si illa velit conuerti ad fidem cum illo, quia prima est vera, & legitima vxor & secunda non. Si autem requisita sic mulier repudiata nolit conuerti, neque virum sequi, poterit vir libere transire ad Christum, & licet postea illa pęniteat, & velit virum sequi aut conuerti, non cogitur vir eam recipere, sicut supra dictum est.

Conuersus an debeat vel possit retinere mulierem acceptam post repudiatam. Quæst. XXXI.

SEd quid in hoc casu de muliere, quam iste acceperat post repudiatam primam manens in infidelitate: an debeat eam requirere, vel cogatur cum ea manere, aut possit iam conuersus ad Christum. Dicendum quòd vir non cogitur requirere eam, quòd transeat vel conuertatur, quia ista non est vxor eius, sed fornicaria, ideo nullo vinculo tenetur ad eam requirendã. Sed quid si illa sponte velit cum eo transire nõ requisita? Dicendum ꝙ siue velit manere cum eo siue cõuerti cum ipso, nõ cogitẽ eam retinere, quia illa nõ est, neq; fuit vxor, ideo nul-

F lo pacto cogitur eam retinere. Sed quid si velit illam retinere an liceat. Aliqui putant ꝙ non, quia est adultera, vel fornicaria. Dicendum ꝙ aut ambo consentiunt aut solus vir, vel fęmina: si ambo consentiunt possunt remanere, non quidem ex priori vinculo, quia nullum erat inter eos, sed solum ex nouo, quia cum ambo sint liberi ab omni vinculo, possunt de nouo ꝯhere matrimonium, cum non sint personæ de iure impeditæ ꝯhere: si autem vir non consentiat, non cogitur illam retinere, vt dictũ est. Etiam si illa nõ consentiat non põt vir eam cogere ad commanendũ, quia nullum vinculum est inter eos, sed de nouo debet induci, si esse debet. Et tñ nouum vinculum matrimonij non potest causari sine mutuo consensu duorum:

G ergo non poterunt commanere, nisi ambo de nouo consentiant: nã tunc incipiet esse nouum matrimonium. Sed est speciale in hoc casu, quia non poterunt cõmanere, nisi ambo conuertantur: si enim fęmina velit sequi virum in matrimonio, & tamen non velit sequi Christum, i. conuerti: non licebit eis cõmanere. Rõ diuersitatis est, nã qñ fuit matrimonium inter infideles, inter quos est verum matrimoniũ, si vnus cõuertitur, & alius vult sequi ipsum, etiam si non conuertatur tenetur fidelis retinere infidelem, quia alias per conuersionẽ soluerentur matrimonia: qđ falsum est extra de diuor. c. gaudem⁹. Secus aũt cum accipit infidelis aliã vxorem repudiata prima: nã ista secunda non fuit vera vxor, sed adultera: & ideo non põt esse inter eos matrimonium, nisi per nouum consensum postq̃ requisierit iste priorem, & illa recusauerit

H ipsum sequi. Et tamen iste cum sit iam fidelis nõ potest de nouo contrahere matrimonium, nisi cum fideli, ergo non poterit contrahere cum ista si nõ conuertatur: alias enim esset cõtrahere cũ infideli, quod non licet fideli. In priore autem vxore secus est, quia illa non retinetur quasi ex nouo consensu, sed de vinculo antiquo veri matrimonij, quod vinculum non soluitur per conuersionẽ: ergo tenetur vir retinere priorem, etiam non conuersam, sed in tali statu quali eam accepit: dum tñ illa cõsentiat habitare sine contumelia creatoris: quia alias fides liberat a vinculo matrimonij.

I *Conuersus ad fidem quid facere debeat circa vxorem. Quæst. XXXII.*

SEd adhuc attendendum circa conuersionem ad Christum de infidelitate, quia dicta supra habent locum, quãtum ad liberandum eos ab onere coniugum: non aũt quantum ad totũ quod facere possunt: nam põt cogere eos transire, siue cohabitari in matrimonio. Et dicamus primo de viro, qui de infidelitate conuertitur, ꝙ si habet vxorẽ debet requirere eam, & si illa velit conuerti, vel saltẽ sequi ipsum in matrimonio tenetur eam retinere, & non licet ei aliam accipere: si autẽ illa non velit conuerti, neque sequi ipsum in matrimonio est liberatus

K vir, i. ꝙ põt aliam ducere fidelem relicta illa. Et si tñ vir velit ꝙ illa sequatur ipsum, coget eã sequi, & compelletur iudicio Ecclesiæ, vel per dños tpales illa manere cũ illo: & si non velit manere sine contumelia creatoris cogetur manere sine contumelia. Et hoc patet quia inter infideles est matrimoniũ verum, sicut dr extra de consan. & affi. c. de infidelibus, & tamẽ per conuersionẽ & baptismũ non soluitur vinculũ matrimonij extra de diuor. c. gaudemus. ergo manet matrimoniũ qñ vnus conuertitur licet alius maneat, sed quãdiu manet matrimoniũ, non licet alicui coniugũ transire ad alia vota, aut denegare alteri debitũ carnis & obsequia mutua: ergo tenebitur mulier infidelis sequi

sequi virum, & cogetur si non velit. Hoc verum est, nisi forte ex speciali dispensatione Dei, qui prouidit in tali casu, nam potest Deus supra matrimonium, & in omnibus cum omnia fiunt ab ipso, & ipse dedit licentiam fidelibus conuersis, non commanendi vxoribus infidelibus, quando non volunt illę conuerti, neq; cō manere vllo modo, aut saltem non sine contumelia creatoris: ideo possunt tunc conuersi ex speciali dispē satione Dei facta in fauorem fidei, & per Apostolum promulgata transire ad alia vota, vel non manere in matrimonio, & tamen istud priuilegium non est datum in fauorem infidelium, qui non transeunt, quia illis nullum priuilegium datur: ergo possunt illi compelli ad manendum in matrimonio. Apparet istud ex verbis Apostoli. 1. Corint. 7. siquis frater vxorem hēt infidelem, & hęc consentit habitare cum illo, non dimittat illam, & si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, nō dimittat virum: si enim infidelis discedit, discedat: non est enim seruituti subiectus frater, aut soror in huiusmodi. Et sic de fratre, & de sorore dixit, ꝙ non erant subiecti seruituti, & non dixit hoc de infidelibus: ergo manet infidelis obligatus ad sequendum eum qui ad fidem cōuertitur propter hoc, ꝙ adhuc matrimoniū tenet, & non dissoluitur. fidelis aūt non obligatur sequi infidelem, quia Deus eximit eum tunc ab onere matrimonij, dissoluendo vinculum matrimonij inter eos in casu, in quo infidelis non vult sequi fidelem, aut non vult cō sentire ei sine contumelia creatoris. Et fuit conueniēs ista dispensatio quam Deus fecit in matrimonio, eo ꝙ tunc infideles nō erant subiecti fidelibus sicut nūc, sed potius fideles erant subiecti infidelibus, & si vellēt fideles cogere infideles ad sequendum eos, qui cōuerterentur, non possent, quia non habebāt iudices, nisi infideles, quia infideles non aduerterent ad fauorem fidei, sed potius erant eis fideles odiosi, non iudicarēt, ꝙ infidelis sequeretur conuersum, sed potius ꝙ fidelis conuersus sequeretur infidelem manentem in infidelitate, ideo fuit cōueniens modus. Nam ex vna parte procurabatur pax, ex alia parte dabatur releuatio oneris infidelibus. Si enim fidelis conuersus vellet dimittere manentem in infidelitate, sequeretur scandalum, si autem non posset transire ad alia vota fidelis dimissus ab infideli, esset difficultas manendi sine coniugio. De primo patet, quia si conuerteretur fœmina ad Christum, & non maritus eius, & si requisito per eam viro, vt conuerteretur, non vellet conuerti, licet posset illa accipere alium virum fidelem non permitteretur a viro suo, & si acciperet de facto accusaretur, tanquam adultera, quia dimiserat virum: fœmina autem non poterat repudiare virum, sed vir fœminam: & ideo puniretur, vel saltem cogeretur manere cum viro. Ad procurandum ergo pacem iussit Apostolus, ꝙ si fœmina haberet virum infidelem non recederet ab eo, ꝙ ita non esset scandalum. Similiter si conuerteretur vir, & maneret fœmina in infidelitate, & ex hoc vir vellet accipere aliam (nam licet ſm leges humanas posset vir aliquando repudiare vxorem) non permitteretur hoc trāseuntibus ad fidem, quia fides erat odiosa infidelibus, ideo non permitterent viris dimittere vxores, vel sequeretur ex hoc maius odium contra fideles, ideo ad procurandum pacem, mandauit Deus, ꝙ conuersus ad fidem non recederet ab infideli quandiu consentiret infidelis cohabitare ei. Secundū erat releuatio oneris fidelibus, quę releuatio fidelium fiebat sine scandalo, nam si ad faciēdum, ꝙ matrimonium esset indissolubile faceret Deus, ꝙ nolente infideli cohabitare fideli, teneretur fidelis nō transire ad alia vota, possent sic omnes fideles a principio semper manere innupti, quod erat magnum inconueniens,

Dispēsatio Apostoli fuit conueniens, quia ex illa sequebantur duo, pax, & releuatio oneris.

A ideo in hoc casu dispēsauit Deus dissoluendo vinculū matrimonij, vt liceret fidelibus transire ad alia vota.

Apostolus ob pacem, & releuationem oneris declarauit, quando fidelis cum infideli cohabitare posset. Et quòd cum contumelia creatoris etiam tenebatur cohabitare fidelis cum infideli tempore quo domini temporales non erant Christiani: hodie tamen non, nisi vbi principes sunt infideles.

Quæst. XXXIII.

ET hæc duo apparent ex verbis Apostoli, cum dicitur non est enim subiectus frater, aut soror in huiusmodi. In pace autem vocauit nos
B Deus. Cum enim dixit non est subiectus frater, aut soror, prouidet contra onus fidelium, si manerent innupti, & hęc erat magna seruitus, s. quòd nolēte infideli manere ī matrimonio teneretur fidelis manere innuptus, & hoc erat secūdum. Erat primum, ꝙ non dimittat fidelis infidelem nolentem cohabitare. cum dicitur in pace vocauit nos Deus, idest voluit, ꝙ fideles viuerent in pace, & non haberēt occasionem scandali cum infidelibus, quod cum sequeretur, & fideles discederent ab infidelibus nolentibus cohabitare. Sciendum etiam, ꝙ non attendebatur tunc ad hoc ꝙ fidelis deberet manere cum infideli, nisi ꝙ vellet infidelis cohabitare fideli: & non requirebatur, ꝙ vellet habitare sine contumelia creatoris. Nam etiam cum contumelia creatoris tenerentur cohabitare. Et patet
C ratio, quia si cōuerteretur mulier ad Christum, cui vir infidelis vellet habitare maledicendo tamen quotidie Christo, & suadendo mulieri redire ad infidelitatem, quod est eam trahere ad peccatum mortale; ob hoc liceret mulieri transire ad alia vota, accusaret eam vir suus, quasi adulteram per leges imperatorum vel humanas, per quas non licet mulieri a viro recedere, & sic vt adultera puniretur, & sequeretur magnum scādalum contra fidem, sed Christus voluit auferre istud scandalum. Cum dicat Apostolus, quòd vocauit nos Deus in pacem: ergo tenebatur manere fidelis cōuersus cum infideli & cohabitare, etiam si cohabitaret cū contumelia creatoris.

D Quod vero dicitur, quòd potest transire fidelis ad alia vota si infidelis non vult cohabitare, vel saltē non sine contumelia creatoris, intelligitur de hoc tempore, in quo non est scandalum, etiam si recedat fidelis ab infideli, quia fideles dominantur infidelibus. Et si conqueratur vir infidelis volens cohabitare, quòd recedit ab eo vxor, audietur quæstio apud iudicem Christianum, qui iudicabit recte factum esse cum sit in fauorem fidei, & possunt nunc iudices impedire, vt non fiat contumelia creatoris, quod non poterat fieri, quando erant fideles subiecti infidelibus, sicut in Ecclesia primitiua tempore Apostoli. Vnde non proderat tunc, quòd recederet fidelis conuersus ab infideli propter contumeliam creatoris, quia etiam si discederet, non poterat vitari contumelia creatoris, cum
E infideles essent potentiores fidelibus, & pręsentibus eis maledicebant quotidie Christo, & etiam eis suaderent publice redire ad indefilitatem; immo sæpe per pœnam, & damna ad id cogerent, ideo cum non possent euitare contumeliam creatoris, non proderat, quòd fidelis recederet ab infideli, aut quòd suggererit ei ad infidelitatem redire.

Nunc vero prodest, quòd fidelis conuersus trāseat ad alia vota, quando infidelis non vult cohabitare sine contumelia creatoris, quia cum fideles dominentur, possumus euitare publicas blasphemias Christi inferendo pœnam infidelibus. Et similiter si suaserint alicui conuerti ad infidelitatem, punientur.

Cum vero manent fidelis & infidelis simul, est maior opportunitas peruertendi infidelem, & minor copia probationis contra infidelem, quod contumeliam faciat creatori, ideo est conueniens, quod liceat tunc recedere fideli, & fit hoc ex dispensatione Dei dissoluentis tunc matrimonium, & hæc licentia intelligitur data esse fidelibus a principio: non tamen, vt ea tunc vterentur, nec vtebantur, sed solum, vt ea nunc vtatur: tunc vero nunquam discedebant, nisi quando non volebat infidelis cohabitare fideli, & istud patet quia. 1. Corint. 7. c. vbi Apostolus hoc posuit solum dixit, si quis frater vxorem infidelem habet, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat eam, & si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa nõ dimittat virum: & ita non distinxit, an vellet habitare cũ contumelia, vel sine contumelia creatoris: & ideo nec aliquid aliud erat considerandum, nũc vero secus est: & ideo Papa exposuit aliter verbum Apostoli seruandum esse nunc, s. quòd siue velit cohabitare infidelis fideli, siue non, sine cõtumelia creatoris, liceat fideli in fauorem fidei trãsire ad alia vota. extra de Diuor. cap. gaudemus.

Fidelem esse obligatum recipere infidelem, & simul manere, si fieri possit sine creatoris contumelia. Quæst. XXXIIII.

REDEVNDO ad præcedẽtia dicemus, quòd quando infidelis non vult cohabitare cum conuerso ad fidem, vel non sine contumelia creatoris, licet fideli transire ad alia vota ex dispensatione Dei absoluẽtis fidelem ab onere matrimonij dissoluendo matrimoniũ, & tñ infidelis non est liberatus ab onere matrimonij, immo manet obligatus ad sequendum fidelem, cum priuilegium illud non sit datum in fauorem infidelium, sed solum fidelium, & ob hoc, qñ conuertitur fidelis, & requirit infidelẽ, neque ille vult cohabitare, habet fidelis duas vias quarum vtranque potest eligere. Prima est, quod transeat ad alia vota, si voluerit, cum habeat licẽtiam a Deo ad hæc. Alia est, quod agat ad compellendum infidelem seq. ipsum, & cogetur infidelis per iudicem Ecclesiasticũ, vel temporalem commanere fideli cõuerso, quia matrimonium non est iam dissolubile, neque est licitum repudium, & tamen fuit verum matrimonium inter istos, quando erant infideles, & non potest dissolui in fauorem infidelis: ergo cogetur manere in illo si petat fidelis, & ideo si vir conuertatur, & fœmina velit sequi ipsum cogetur, si vir petat, cohabitare ei, similiter si conuertatur fœmina, & non vir, cogetur vir, si illa petat, retinere illam. Non quidem cogetur infidelis conuerti ad fidem, quia ad hoc non debet esse coactio absoluta, nec conditionata in Decre. 45. dist. c. qui sincera. & ca. de Iudæis. & extra de Bapt. & eius effec. c. maiores. sed cogetur cohabitare fideli, quia istud nõ est inconueniẽs aliquod cum sit verum matrimoniũ inter illos, & non læditur fidelis ex commixtione infidelis, sed potius infidelis sanctificatur per fidelem cũ sit ei occasio conuersionis, istud probat Apostolus. 1. Corin. 7. c. cum dicitur: si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum: sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelẽ, alioquin filij vestri immundi sunt, nunc autem mundi sunt. Sed obijcietur, quod nollet cohabitare infidelis fideli sine contumelia creatoris, vel sine hoc, quòd eum trahat ad peccatum mortale suadendo, quod conuertatur ad infidelitatem. Dicendum verum esse, quòd in hoc casu, licet fideli transire ad alia vota dimittendo infidelem. extra de Diuort. c. gaudemus. & tamen non cogitur præcise hoc facere, sed po-

Principes nõ pñt cogere infideles cõuerti ad Christũ infr. q. 182.

F test cogere infidelem, vt cohabitet sine contumelia creatoris, nam infideles sunt subditi dominio fidelium: de his enim loquitur, quia in non subditis fiet, sicut fiebat in Ecclesia primitiua tempore Apostoli, vt iã diximus: sed de infidelibus, qui sunt subiecti dominio fidelium, est dicendum, quòd cogunt fideles cessare a contumelijs Christi, & pertinet ista cura ad dominos temporales Iudæorum. extra de Iudęi. & Sarac. c. & si Iudæos, & debent eos cogere ad hoc per pœnas graues. eod. titu. cap. in nonnullis. & ideo si cogeretur infidelis cohabitans fideli cessare a contumelijs Dei, vel fidei, etiam si infidelis velit trahere fidelem ad infidelitatem, vel ad peccatum mortale, per pœnas cogetur cessare ab hoc, nam si Iudæus alicui nocuerit, quia cõuersus est, aut cõuerti vult ad fidem Christianam, sta-

G tim cremabitur. C. de Iudæ. & reli. l. Iudæis, & maioribus, & si ipsi circunciderint aliquem, vel circuncidendum mandauerint, puniuntur præscriptione bonorũ. & perpetuo exilio. eodem tit. l. Iudæi, & bonorum. Ergo nullum inconueniens est si conuersus ad fidem faciat cogi infidelem commanere sibi in matrimonio.

Infidelis baptizatus potest repetere vxorem in infidelitate repudiatam etiam si transierit ad alium virum. Quæst. XXXV.

QVOD autem diximus de eo, qui cõuertitur habens vxorem, & illa non vult cõuerti: dicendum est de illo qui habuit vxorem, &

H repudiauit illam, siue habeat illa iam virum siue non, nam potest habere duas vias circa eam. Vna est, quod requisita ea si noluerit sequi ipsum cohabitãdo aut non sine contumelia creatoris, quòd ad alia vota transeat, & iam non cogetur suscipere illam, licet redeat ad eum.

Alia via est, quòd cogat eam sequi ipsum, quod fiet per iudicem Ecclesiasticum, nã verum matrimonium fuit inter istos, & repudium non potuit intercidere, & non tenuit de iure, ideo potest eam repetere, sicut vxorem suam. Vnde si nondum est ab alio ducta, cogetur sequi virum petentem eam, si autem transierit ad alium virum, tenebitur dimittere illum, quia neque ille habet ius retinendi eam, cum non sit vxor eius.

I Nam cum repudium non tenuerit de iure, nunquam cessauit illa esse vxor prioris, & nunquam potuit incipere esse vxor sequẽtis, & ideo neque ille habebit ius retinendi, sed transibit coacta ad priorem, sicut sponte transire posset.

Si conuersus infideli nolit sine creatoris contumelia ei cohabitare transeat ad alia vota, an teneat matrimonium. Et quòd conuersus si infidelis nolit sibi cohabitare, & nubat, tunc etiam infidelis poterit contrahere matrimonium, alias non. Quæst. XXXVI.

K SED quid si infideli conuerso nolit infidelis cohabitare ei, vel non sine cõtumelia, & per hoc transeat ad alia vota, an peccet, & non teneat matrimonium?

Putant quidam, quòd nõ, eo quòd matrimonium est indissolubile, nisi illud Deus dissoluat dispẽsatiuè, & tamen non facit hoc Deus in fauorem infidelium: ergo tenebit matrimonium, & non poterant transire ad alia vota.

Dicendum, quòd cum conuertitur aliquis infidelium, & alius non vult cohabitare ei, aut non sine contumelia creatoris, peccat agens iniustum: Nam cum matrimonium teneat, & non possint coniuges ab inuicem separari, peccat qui recedit.

Sed dicendum, ꝙ infidelis, qui noluit cohabitare, aut statim contraxit matrimonium aliud, antequam conuersus ad fidem contrahat, aut non: si non ɔ̃hat ipse primum, sed fidelis, cui noluit cohabitare infidelis: & postea infidelis contrahat tenebit matrimonium, quia fidelis potuit dissoluere matrimonium transeundo ad alia vota per dispẽsationem Dei expressam per Apostolum 1. Corin. 7. c. sed statim, vt solutum est matrimonium sunt coniuges liberi, ita vt possint cuicunque misceri sine pęna, & peccato adulterij: ad Rom. 7. c. ergo infidelis poterit iam contrahere matrimoniũ: nam nõ potest matrimonium ex vna parte tenere, & ex alia non, sed fidelis solutus est vinculo matrimonij illius, cum licite transierit ad aliud matrimonium: ergo & infidelis solutus est, & poterit ad aliud matrimonium transire. Si autem infidelis nolens cohabitare fideli conuerso, statim contrahat matrimonium, antequam contrahat fidelis: dicendum, ꝙ non tenet matrimonium ab eo contractum, & peccat, quia adhuc non est solutum pręcedens matrimonium cum fideli conuerso.

Sed dicet aliquis immo solutum est, nam per hoc, ꝙ noluit cohabitare infidelis fideli, vel non sine cõtumelia, iam est solutum matrimonium, quod patet, quia statim potest transire fidelis ad alia vota, & tamen soluto matrimonio, iam non obligatur vnus coniugum alteri, ergo quilibet eorum potest trãsire ad alia vota. Dicendum, ꝙ nõ fuit solutum statim matrimonium, ideo non potuit statim transire infidelis ad alia vota. Nam ex eo, ꝙ infidelis non vult cohabitare fideli, hẽt fidelis licentiam recedendi & transeundi ad alia vota: nõ tñ statim est matrimonium dissolutum, sed dissoluetur, qñ actualiter fidelis transierit ad alia vota. Et patet hoc, quia alias si postquam infidelis dicit nolle cohabitare, vel non sine contumelia, manerent saltem p vnum diem, & commiscerẽtur essent fornicarij, quia ibi esset commixtio carnis, & non inter coniuges: sed falsum est, quia nemo dicit eos fornicari. Etiam patet, quia licet fidelis potest recedere ab infideli, quãdo ille non cohabitat sine contumelia creatoris, non tñ cogitur recedere, sed potest manere: & tamen si manserit nemo dubitat, quin coniuges maneant: ergo non soluitur matrimonium per hoc, ꝙ infidelis non vult cohabitare, vel non sine cõtumelia creatoris, sed solum quando fidelis conuersus propter aliquam istarũ duarum causarum transierit ad alia vota: tunc enim soluitur matrimonium, & potest infidelis transire ad alia vota, si tamen ɔ̃xerit infidelis antequam fidelis non tenet matrimonium, sed sunt ibi coniuges, vt adulteri, & tamen si infidelis postea contraxerit per hoc, quòd contraxit fidelis soluitur matrimonium, & tunc infidelis posset licite contrahere, vel poterit incipere valere matrimonium, quod prius cõtraxerat, quasi ex nouo conuersu coniugum. Sicut autem diximus de coniugibus, qui actu manent in matrimonio, quando alter eorum conuertitur ad fidem: ita dicemus de vxore repudiata, s. si conuertitur vir, qui repudiauerat vxorem, & illa transierat ad alium virum, dẽt requirere eã vir fidelis, vt conuertatur, vel redeat ad ipsum cum illa sit vera vxor, aut manere innuptus quandiu illa vixerit. si autem illa requisita sequi ipsum noluerit, vel non sine contumelia creatoris, poterit ipse ad alia vota transire: si tamen non transierit, sed expectat, vt illa conuertatur, & tenet illam in animo vt cõiugem, semper illa est, vt adultera, cum autem fidelis contraxerit cum alia, potest illa incipere esse vxor illius ad quem transierat cum repudiaretur, & idem est de fœmina repudiata si conuertitur, & repetit virum repudiatorem.

A *Si mulier infidelis repudiata contraxit cum alio infideli, & ambo conuertantur ad fidem. An mulier hæc manere debeat cum secundo viro fideli, vel redire ad primum infidelem. Et an primum matrimonium semper teneat. Quæst. XXXVII.*

SED quid si mulier repudiata est apud infideles, & accepit alterum virum infidelem, tandem ambo compuncti conuertuntur ad fidem, an manere debeant, vel possint in suo coniugio. Aliquis dicet, ꝙ sic in fauorem fidei, quia multum attenditur fauor fide in coniugijs. extra de Diuort. capi. gaudemus. & tamen nunc vir, & vxor sunt fideles. Si autem teneretur illa requirere infidelem a quo repu-
B diata fuerat, rediret ad infidelem, & cohabitaret subdita infideli, quod videtur inconueniens.

Dicendum, ꝙ in hoc casu ambo coniuges, qui conuertuntur non sunt coniuges neque vnquam fuerunt sed semper adulteri, fides autem non efficit matrimonium vbi nullum erat, pręcipue dissoluẽdo matrimonium præexistens, vt dicitur in allega. cap. gaudemus. quòd per baptismum non soluuntur coniugia, sed crimina dimittuntur, & tamẽ ista mulier repudiata fuit legitima vxor repudiatoris: ideo viuente eo, nunquã potuit effici alterius vxor, propter quod nunc in conuersione, quia non licet manere in peccato mortali, illa tenetur requirere virum infidelem, an vult illam sequi, si autem velit cohabitare ei sine contumelia creatoris redibit ad illum, & relinquet virum fidelẽ, quẽ
C videbatur habere, si autem ille noluerit cohabitare ei poterit illa ex tunc esse legitima vxor viri, quem tenebat, & cum quo conuertitur.

Si autem obijciatur, ꝙ hic non seruatur fauor fidei dicendum ꝙ fauor fidei seruandus est, quantum permittit conditio fidei, & non vltra, sed ad fidem non ptinet dissoluere matrimonia, ideo in fauorem eius nõ dissolueretur. Et patet hoc, quia quando conuertitur mulier ad fidẽ, & non vir, maius fauor fidei erat, quòd posset illa accipere statim virum fidelẽ, quàm quòd maneret subdita infideli, & tamẽ tenetur manere subdita illi, si vir velit habitare cum ea, vt dicit Apostolus 1. Corin. in 7. c. ergo non debet seruari fauor fidei, nisi
D quantum fides vult, & ita est in præsenti.

An si mulier repudiata conuertitur, quæ habet virum infidelem post repudium teneatur commanere ei volenti, vel redire ad repudiatorem. Et quòd infideli conuerso, licet in matrimonium accipere eam, quam polluit per adulterium. Quæst. XXXVIII.

EX hoc etiam apparet quid dicẽdum sit si mulier repudiata conuertitur, quæ habet virum infidelem, qui eam accepit post repudium, an teneatur commanere ei volẽti cohabitare sine contumelia creatoris. Dicendum, quòd aut cũ ista mulier conuertitur viuit repudiator, aut mortuus est: si viuit, nunquam potuit esse matrimonium inter eã,
E & secundum virum, sed adulterium, ideo ipsa non tenetur, immo non potest cohabitare ei cum conuertitur, sed debet requirere repudiatorẽ, an velit eam sequi, & si ille velit ei cohabitare, tenetur stare cum eo. si autem ille non velit, aut non sine contumelia creatoris soluta est a lege eius, vel potest ad alia vota transire: & tamen si tunc velit cum ea cõuerti ille qui eam accepit post repudium, non tenetur illa manere cum eo, quia nullum vinculum fuit vnquam inter eos, aut est, sed adulterium, ideo non obligatur illa cohabitare: potest tamen de nouo eum accipere in cõiugem, si voluerit sicut potest accipere quemlibet aliũ ex nouo consensu.

Sed obijcietur, ꝙ non liceat eis copulari, quia non licet alicui in matrimonium accipere eã, quã ꝑ adulterium polluit, vt patet extra de eo, qui duxit in matr. &c. per totum, & tamen ista viuẽte priore marito polluit per adulterium istam mulierem, quia quandiu cohabitauerint tandiu fuerunt adulteri, ergo non licebit eam accipere in vxorem. Dicendum licitum esse accipere illam in vxorem, & non obstat, ꝙ eam per adulterium polluerit. Primo quia istę sunt constitutiones canonicæ, & non sunt de iure diuino, cum sint decretales Epistolę: & tñ infideles constitutionibus canonicis non arctantur. extra de diuort. c. gaudemus. ergo neq; illis constitutionibus, ideo poterunt non obstante tali adulterio, coniuges effici. Secũdo & præcipuè, quia licet ſm veritatem iste vir polluerit mulierẽ per adul-
G terium, erat tamen in tali statu, vel secta, in qua nõ putabatur adulterium, sed legitimum matrimonium, & ita publice permittebatur, & in his opinio pręualet veritati; & ideo quantum ad infligẽdum eis pęnam pro tali cõcubitu potius sequemur opinionem quam veritatẽ, potest igitur iste accipere illam de nouo in vxorem. Sed quid si mortuus est repudiator, quando mulier ista cõuertitur, & manet ipsa cum illo, qui eam acceperat post repudium? Aliquis dicet, ꝙ tenebitur manere cum illo, si ille vult cohabitare ei sine contumelia creatoris, cum iam sit vxor eius post mortem viri prioris. Dicẽdum, ꝙ si præsupponatur esse vxor illius, tenetur cohabitare illi, si vir consentit: & tamen hoc non est concedendum, quia quandiu vir repudians vi-
H xit, isti duo erant adulteri, & non erat neque poterat esse inter eos matrimonium, mors autem prioris viri non potest istos efficere coniuges, quia non est inductiua vinculi, sed cum matrimonium solo consensu ꝯhatur, necesse fuit hic de nouo esse consensum ad causandum de nouo matrimonium, & tamen inter istos non constat de nouo fuisse cõsensum, immo certum est, ꝙ nunquam esset, quia hunc consensum de nouo præstant illi, qui putant priorem consensum non sufficere, & se credunt prius non fuisse coniuges, sed adulteros, & tamen isti infideles credunt se legitimos esse coniuges cum inter eos licitum reputetur repudium, ideo nunquam de nouo consentiunt, vt sint cõiuges,
I & tñ ſm veritatem non potuit prior consensus efficere eos coniuges: ergo non sunt coniuges, ergo nec tenebitur ista mulier ꝯuersa ad fidem requirere illũ virum, vt conuertatur, aut cohabitet ei: immo ẽt si ille velit cohabitare, vel conuerti non tenebitur illa suscipere eum: põt tñ si voluerit eum de nouo accipere in virum, quia non est vetita illum accipere, & tñ si accidisset, ꝙ isti duo manentes in infidelitate post mortẽ repudiatoris de nouo cõsensissent, quasi de nouo matrimonium ꝯhentes, certum est, ꝙ efficerentur ꝑ hoc coniuges, iõ si illa conuerteretur teneret̃ eum regrere, & si ille vellet cohabitare nõ posset illa transire ad alia vota. Cum aũt dicebatur, ꝙ posset fęmina accipere de nouo in virum, cum conuertit̃, istum infidelem cuius erat, vt vxor post repudiũ. Dicendum ꝙ est verũ
K si ille conuertatur, alias non potest. Et rõ est, quia in casu dato, qñ isti manserunt in infidelitate non erant cõiuges, sed adulteri: & ob hoc ista fęmina non cogitur cohabitare illi, sed potest si voluerit de nouo eum accipere in eum consentiendo, sed ipsa est iam fidelis, & non potest contrahere cum infideli, aut consentire in eum, ergo necesse est, quòd ille conuertatur ad hoc, quòd ipsa possit consentire in eum, & cohabitare ei: secus autem est, quando manentes in infidelitate, erãt veri coniuges, quia non est tunc nouus consensus, sed ex matrimonio prius cõtracto tenetur mulier manere cum viro etiam infideli, quia infidelis ille erat, quãdo cum eo contraxit.

F *An inter infideles sit verum matrimonium ratum & firmum, ac legitimum. Et an tale sit sacramentum.* *Quæst.* XXXIX.

OMnia prædicta sunt vera tenẽdo, ꝙ inter infideles sit matrimonium verũ & ratum nam alias non fierẽt ista, vt statim dicetur. Circa, quod occasione eorum, quę in materia ista dicuntur est aduertẽdum, ꝙ inter infideles est matrimonium, & est verum, & aliquo modo sacramentum & est ratum, idest firmum. De primo, ꝙ inter ĩfideles sit matrimoniũ patet, quia ibi inuenitur id, quod nomine matrimonij nos significamus. Nã nos noĩe matrimonij significamus maris, & fęminæ coniunctionem, & hoc inuenitur inter infideles: ẽt patet, quia non solum inuenitur ibi matrimonium sumptum generaliter, quod est absolute maris, & fęminæ coniunctio sicut accipitur in Instituta de Iure naturali, in principio. Nam non vocat propriè matrimonium oĩs coniunctio maris, & fęminę, sed certo modo, & ad certum finem, nã matrimonium est ꝯiunctio maris, & fęminæ nõ cuiuslibet maris, & fęminæ, sed approbatorum per legem, quæ vocantur legitimæ personæ, nam coniunctio patris, & filiæ, vel matris, & filij nõ est matrimonium, sed scelus vel abominatio, & nefas. Etiam coniunctio maris, & fęminæ quantumcunq; legitimarum ꝑsonarũ si solum sit ad vnum actum, vt venereis fruant̃, non vocat̃ matrimonium, sed solum qñ fit aĩo commanendi per vitam, & iõ solemus dicere, ꝙ matrimonium sit maris & fęminæ legitima coniunctio indiuiduæ vitę consuetudinem retinens. Dr̃ legitima coniunctio ꝑꝑ personas, vt sint tales, quæ non sint vetitę conuenire per legem: dr̃ indiuiduæ vitæ consuetudinem retinẽs, idest ꝙ fiat ista coniunctio aĩo manendi per totam vitam. Ista aũt omnia inueniunt̃ inter infideles, nam ibi non conueniunt oẽs personę matrimonialiter, quia nulla gens est, nisi sit oĩno bestialis, quæ quarundã personarum non vetet commixtionem, vt patris, & filiæ: matris, & filij: fratris & sororis, & ſm varietatem infidelium sunt varij gradus liciti, vel prohibiti: tñ cum nulla gens sit, quæ nõ vetet quasdam personas ꝯhere erit inter oẽm gentem coniunctio legitima personarum & est ibi indiuidua consuetudo vitæ, quę licet ſm infideles liceat repudium, tñ qñ conueniunt matrimonialiter non conueniunt aĩo diuertendi, sed manendi per totam vitã, licet postea accidat, ꝙ diuertant. Et apparet hoc, quia si aliquis vir in quacunq; gente diceret mulieri: ego te accipio in vxorem vsque ad duos annos vel menses non reciperetur talis contractus, neq; putaretur esse matrimonialis, sed potius ꝯ substantiã matrimonij; ideo matrimonium de se dicit ꝯctum ad totam vitã, ꝙ vero postea cõiuges diuertant ꝑ accidens est, & non tollitur ex hoc quin de se ꝯctus sit ꝑpetuus.

Matrimonium infidelium esse verum matrimonium. *Quæst.* XL.

SEcundum erat, ꝙ sit verum matrimonium inter infideles. istud apparet, quia si ĩter eos est matrimonium erit verum, quia matrimonium non verum non est matrimonium, sicut aurum falsum non est aurum, & tñ matrimonium diximus esse inter infideles, ideo est verum.

Secundo patet, quia veritas rei simplicis significatæ per terminum est diffinitio sua, cuicũq; ergo competit diffinitio, competit vere vocari id, quod importat terminus, vel nomen diffiniti, sed diffinitio matrimonii inuenitur inter infideles, quia est ibi coniunctio legitima personarum retinens consuetudinem indiuiduæ vitę, vt ostensum est, ergo est ibi verum matrimonium.

monium. Tertio quia omnis concubitus inter perso-
nas, quæ non sunt coniuges, est fornicarius, & tamen
non dicimus omnes infideles esse fornicatores, ergo
confitētur inter eos esse matrimonium. Quarto quia
omnem prolem non natam ex legitimis nuptiis vo-
camus illegitimam: sed non vocamus omnes infide-
les illegitimos, ergo iudicamus aliquos eorum ex ma
trimonio natos.

Quinto, quia copulatio, quam fecit Deus in Paradi
so, quæ est maris, & fœminæ, vocatur matrimonium,
cum dixerit propter hanc dimittet homo patrem, &
matrem, & adhærebit vxori suæ: Gen. 2. & Matth. 19.
cap. sed hoc fit nunc inter infideles, quòd dimittat ho
mo patrem & matrem, vt adhæreat fœminæ, & sunt
duo in carne vna, ergo est matrimonium inter eos.

Sexto apparet, quia Apostolus expresse dixit esse
verum matrimonium inter infideles. 1. Corinth. 7. ca.
f. siquis frater vxorem habet infidelem, & hęc consen
tit habitare cum illo non dimittat illam, & si qua mu-
lier virum habet infidelem, sed vir, & vxor sunt nomi
na matrimonij, ergo inter infideles est matrimoniū.

Septimo patet, quia iura asserunt esse matrimoniū
inter infideles ex auctoritate domini extra de consan.
& affinita. capit. de infidelibus. vbi respondetur matri-
monium contractum inter infideles in gradibus veti-
tis apud nos non debere solui post conuersionem ad
fidem, & redditur ibi causa, s. consultationi tuæ taliter
respondemus, quòd matrimonium sit contractum,
nō post baptismi lauacrum separantur, cum a Iudæis
dominus requisitus, si liceret vxorem ex quacunque
causa dimittere, respondit ipsis: quos Deus cōiunxit,
hō non separet, innuens matrimonium esse inter eos.

Octauo patet, quia non solum apud Iudæos, de qui-
bus minus videbatur dubitandum, sed etiam apud pa
ganos iudicatur esse verum matrimoniū, vt asseritur
extra de diuort. c. gaudemus. & inducitur ibi testimo-
nium Apostoli, etiam cum dicitur: Super quo taliter
respondemus, ꝙ cum sacramentum coniugij apud fi-
deles, & infideles existat, quemadmodum ostendit
Apostolus, dicens: si quis frater infidelem habet vxo-
rem &c.

Nono, quia Magister lib. 4. Sent. distin. 39. quęrit de
infidelibus, an inter eos sit matrimonium, & tenet, ꝙ
sic, quod multiplici auctoritate sanctorum probatur,
quæ ibi inducuntur.

...guit ex ...uerso.

Sed aliqui obijciunt, ꝙ non sit verum matrimoniū
inter infideles, quia copula eorum nō est legitima, cū
Apostolus dicat omne, quod non est ex fide, peccatū
est: ad Rom. 14. c. & tamen copula infidelium non est
ex fide: ergo peccatum est, & sic non erit legitima, ma
trimonium tñ est legitima coniunctio personarum.

Secundo, quia coniunctio coniugalis est cum pudi
citia, sed inter infideles nō est pudicitia, sicut dicit Au-
gust. quia non est vera pudicitia infidelis cum infideli.

Dicendum, quòd ista duo argumēta facit Magister
distin. 39. & soluit illa.

Ad primum dicendum est, ꝙ est copula legitima
inter infideles: nam vocatur legitima, si est inter perso
nas legitimas, & tamen conueniunt interdū inter infi
deles personæ legitimæ; ergo non impeditur ibi esse
matrimonium. Vnde loquendo ibi de legitimo ma-
trimonio dicit legitimum est, quod legali institutio-
ne, vel prouinciæ moribus non contra iussionem dñi
contrahitur, sed multoties infideles contrahunt secū-
dum leges, aut mores prouinciæ suæ, qui non sunt cō
tra legem domini, ergo erit ibi copula legitima. Cum
autem obijciebatur, ꝙ copula infidelium est semper
peccatum, negandum est, & dicendum est, ꝙ illud di-
ctum Apostoli nō probat omnem actum infidelium
esse peccatum, sed solum eum, qui est contra fidem, i.

...egitimū ...uocat:

A conscientiam, vnde ait Magister illud Apostoli oē qđ
non est ex fide peccatum est, non ita intelligendū est,
vt quidquid fit ab infidelibus peccatum sit: sed omne
quod fit ꝯ fidem, i. conscientiam male fit, & ad gehen
nam ædificat. Ad s̄m dicendum, ꝙ matrimonium est
copula pudica, & talis copula reperitur inter īfideles.
Cum autem August. dicit, ꝙ non est ibi pudicitia: īn-
det Magister: vera pudicitia negatur esse, non ꝙ infide
lium coniugium non sit verum, sed quia nō hēt illud
triplex bonum, quod excusat coitum, & meretꝰ p̄miū.

Vtrum infidelium matrimonium sit sacramentum. Quæst. XLI.

B TERTIVM erat, an matrimonium infidelium
sit sacramentum: & dicendum ꝙ sacramētū
dupliciter accipitur circa matrimoniū. Vno
modo, vt est bonum matrimonij, & tunc nō
prædicatur de matrimonio, nec est ipsum matrimo-
nium, sed aliquid eius. Alio modo accipitur sacr̄m a
ratione signandi, inquantum dicitur, ꝙ est sacrę rei si-
gnum, & sic matrimonium est sacr̄m, vel saltem ali-
quod matrimonium, cum dicatur ꝙ sacramētum est
genus ad septem sacramenta. Accipiendo primo mo
do sacramentum est vnum de tribus bonis matrimo-
nij, vt dicit Aug. lib. de Bono coniugali, s. Nuptiale bo
num tripartitum est, s. fides, proles, sacramentum, &
tunc sacramentum signat indissolubilitatem ꝯctus. In
fide attenditur, ne post vinculum coniugale cū alio,
C vel alia coeatur: in prole, vt amanter suscipiatur, & reli
giose educetur: in sacramento, vt coniugiū non sepa-
retur, & dimissus vel dimissa, nec causa prolis alteri cō
iugatur. Et licet isto modo aliqualiter dicatur bonum
matrimonij sacramentum a quadam significatione:
non tamē est matrimonium sacr̄m, sed aliquid matri-
monij. Sic dicit Magister lib. 4. Sent. dist. 31. s. & atten-
dendum, ꝙ tertium bonum coniugij dr̄ sacramentū,
non quia sit ipsum coniugium, sed quia eiusdem rei
signum est, i. spiritualis, & inseparabilis coniunctionis
Christi, & Ecclesiæ. Et quia isto modo sacr̄m dicit in-
dissolubilitatem vinculi, & ista indissolubilitas facit re
ctum matrimonium eadem est q̄stio: an sit matrimo
D nium inter infideles ratum, & an sit sacramētum, vel
habeat sacr̄m. Accipiendo autem sacr̄m secundo mo
do, vt est sacræ rei signum, dicēdum ꝙ aliquod matri- Quod matrimoniū infidelium non sit sacramentū.
monium est sacr̄m, quia saltem matrimonium nostri
tp̄is est sacr̄m. Sed aliquis dicet tunc, ꝙ mr̄imoniū, vt
est inter infideles, nō est sacr̄m. Primo quia matrimo-
nium ponit vnum de sacr̄is legis nouæ, sed inter infi-
deles nō sunt sacr̄a legis nouę immo nō sunt, nisi post
q̄ data est lex noua: ergo matrimonium nunq̄ fuit sa-
cr̄m, nisi tunc. Scđo, quia sacr̄m confert gratiam, & tñ
inter infideles non est aliquid qđ gratiam ꝯferat: ergo
non est matrimoniū eorum sacr̄m. Tertio, q̄a sacr̄m
est sacræ rei signū, & tñ ea, quæ sunt inter infideles nō
sunt signum alicuius rei sacrę: ergo nec est matrimo-
nium eorum sacr̄m. Quarto, quia ꝓpriū est sacr̄m esse
E in matrimonio, quod est in nouo testō, vel inquātum
istud significat rem sacrā: sic dicit Apostolus ad Eph.
5. c. cum de matrimonijs loqueretꝰ adiunxit sacr̄m aūt
hoc magnum est: ego autem dico inter Christum, &
Ecclesiam, sed ꝙ inter Christum, & Ecclesiā est, non
significatur, nisi per id quod est in Ecclesia: solū ergo
matrimonium noui testī erit sacr̄m. Dicendum, ꝙ oē
matrimonium est sacramentum, eo ꝙ sacr̄m dr̄ sacræ Oē mr̄imonium esse sacr̄m.
rei signum, & tñ matrimonium vbicunque est nō est
sine ista significatione sacrę rei, ergo semper est sacra-
mentum. Et apparet hoc, quia extra de Diuort. c. gau-
demus. dr̄ sacramentum coniugij apud fideles, & infi-
deles existit, ergo apud omnes vocatur sacramētum.

N 3 Etiam

Etiam patet, quia quòd in nouo testamento sit sacramentum matrimonium, non est mirum, quia omnia, quæ in nouo testamento sunt, a Christo instituta sunt, qui Deus erat: omnia autem, quæ sunt ab eo sacra sunt, & cõsequenter possunt dici sacramenta si signẽt: similiter de eis, qui apud Iudęos sunt, nam licet nunc Iudęi infideles sint, quondam fuerunt fideles, & ea, quæ nunc habent tunc a Deo acceperunt, & ideo propter institutorem, qui potuit dare vim significandi, potuerunt esse sacramenta. sed de matrimonio, vt est apud paganos, vel gentiles erat dubium, an esset sacramentum cum illa, quæ apud illos sunt, non sint a Deo instituta, & tamen matrimonium etiam, vt est apud paganos, dicitur esse sacramentum, vt patet in al leg. ca. gaudemus. vbi agitur de matrimonio paganorum, & dicitur quòd est sacramentum: ergo nullum est matrimonium, quod non sit sacramentum.

Alia ratione ostenditur omne matrimonium etiam Paganorum esse sacramentum. Quæst. XLII.

AMPLIVS considerandum, ꝙ sacramentũ dicitur sacrum, & significans: & hoc potest conuenire omni matrimonio: nam omne matrimonium, cuiuscunq; gẽtis sit, a Deo est institutum. Nam Deus in primis hominibus instituit matrimonium dicens: Propter hanc dimittet homo patrem & matrem, & adherebit vxori suę, & erũt duo in carne vna: in quo non determinauit ad matrimoniũ, nisi quòd coniungerentur vir, & fęmina non solum carnaliter, sed & ad cohabitationem, & permanentiam, & tamen in quacunque gente contrahatur matrimonium fit istud, quia conueniunt vir, & fœmina secundum determinatum modum legum, aut cõsuetudinum illius gentis, & ob hoc facit esse legitimũ matrimonium, sicut dicit Magister. lib. 4. Senten. dist. 39. Legitimum coniugium est, quod legali institutione, vel prouincię moribus non contra iussionem domini contrahitur: ergo cuiuscunque gentis sit matrimonium, illud est a Deo institutũ, & ideo ex hac parte potest esse sacrum, & nõ solum, quia Deus illud instituit, quia tũc omnes creaturæ essent sacræ, quia omnes a Deo sunt institutę, sed quia a Deo habet quandam sanctificationem. Nam post peccatum non poterat fieri concubitus sine quodam peccato, cum ex ardore concupiscentię fieret, prouidit Deus contra hoc instituens matrimonium, vt illud esset remedium cõtra morbum, s. vt vtentes venereis non peccarent, & tamen non dicitur absolute, idest perfecte sacramentum, nisi in nouo testamento, vnde inter infideles est sacramentum, sed non secundum rationem perfectã sacramenti. Nam habet diuersas institutiones, vnam ante peccatum in Paradiso Genes. 2. s. Hoc nunc caro de carne mea. Alia post peccatum in lege naturæ: Gene. 9. crescite, & multiplicamini. Aliam in veteri testamento, aliam in nouo, aliam in iure ciuili, vel humano. Prima institutio fuit in officium, & ad prolis procreationem. Secunda fuit contra vulnus peccati in remedium. Tertia fuit ad idem remedium addendo determinationem personarum: Leui. 18. & 20. cap. Quarta fuit ad significationem coniunctionis Christi, & Ecclesiæ ad Ephes. 5. capit. Quinta est ad vtilitates humanas, vt amicitiam, & obsequia mutua a cõiugibus impensa, quæ considerant leges humanæ. Quantum ad primam & quintam significationem solet dici, quòd non est sacramentum, sed quantum ad primam est in officium, quantum ad quintam similiter.

Inter infideles non est mrimonium secũdum rõnẽ perfectam sacramẽti.

Matrimonii habet diuersas istitutiões.

Sed prima est ad officium naturæ, idest multiplicationis speciei. Secunda est ad officium ciuilitatis. In secundo & tertio, & quarto modis dicunt, quòd est sa-

F cramentum, ita tenent communiter Doctores lib. 4. Sentent. distinct. 26. & tamen licet in his tribus modis dicatur matrimonium sacramentum: potissimum dicitur in vltimo: & hoc apparet, quia Apostolus dixit sacramẽtum hoc magnum est, ego autem dico inter Christum & Ecclesiam, & ita in alijs modis sacramẽtum est. Sed in tertio est sacramẽtum magnum, idest magna significans, quia est ad significandum vnionẽ Christi, & Ecclesiæ, vt Apostolus dixit, & tamen vnio Christi, & Ecclesiæ fuit in nouo testamento, ideo matrimonium huius testamenti est plenius sacramentũ, quam vt erat in veteri testamento, vel in lege naturę.

G

Matrimonium infidelium quomodo potest dici sacramentum, & quomodo non. Quæst. XLIII.

SED obijcietur, quòd non sit matrimonium sacramentum inter infideles, quia ita illud dicunt Doctores cõmuniter, scilicet, quòd matrimonium inter infideles non est sacramentum, sed officium.

Dicendum, quòd non debet negari simpliciter matrimonium inter infideles esse sacramentum, cum extra de diuort. capit. gaudemus. dicitur, quòd sacramẽtum cõiugij existit, tam inter fideles, quam infideles: sed quia non est ibi secundum perfectissimam rationem sacramenti, dicimus interdum, quòd non est ibi sacramentum.

Pro quo sciendum quod matrimonium, quod infi-
H deles tenẽt, institutum est a Deo, qui illud instituit generaliter pro toto genere humano, & tamen considerari potest dupliciter. Vno modo inquãtum illud matrimonium, quo vtũtur infideles, est ab eis institutum legibus suis ac consuetudinibus determinatum. Alio modo inquantum a Deo est secundum primariam institutionem. Accipiendo primo modo non est matrimonium illud sacramentum, sed institutum in officium naturæ, vel ciuilitatis, & quia est ab hominibus institutum, a quibus non potest esse sacramẽtum, sed a solo Deo, non erit, vt sic sacramentum. Accipiendo secundo modo certum est, quòd est illud idem matrimonium, quod a Deo institutum est, nã si esset aliud,
I non excusaretur in eo actus concubitus, sicut in matrimonio sacramentali, quod est datum in remediũ, & tamen in omni matrimonio legitime cõtracto excusatur concubitus: ergo est a Deo illud matrimonium institutum, & quantum ad hoc, rationem sacramenti habet, quia sanctificat actum, reddendo eum excusabilem, qui esset aliàs culpabilis. Infideles tamen vtẽtes matrimonio, non habent illud, vt sacramẽtum, & maxime Pagani, quia non vtuntur illo, vt a Deo, sed vt a seipsis instituto, & non, vt per illud sanctificatur actus, quia istud ignorant: vnde quantum ad eorum intẽtionem nulla ratio sacramenti inuenitur in matrimonio eorum. Aliter potest dici, ꝙ sacramentum dupliciter accipitur. Vno modo stricte, vt est sacrę rei signum cõ-
K sistens in dispensatione sacrorum ministrorum, & sic nihil est sacramentum, nisi ꝙ per ministros Ecclesiæ confertur. Alio modo largius sacr̃m est, ꝙ aliquid sacrum continet, vel efficit, cum sacramentum a sacris dicatur, etiam si per Ecclesiæ ministros non dispensetur. Accipiendo primo modo sacr̃m est matrimoniũ in nouo testamento, quia p̱ Ecclesiæ ministros dispensatur, quantum ad aliquid sui, quod sacrum est, matrimonium autem inter infideles non est sic sacr̃m, quia per Ecclesię ministros non dispensatur. Accipiẽdo secundo modo ẽt est sacr̃m, quia rem sanctam continet vel efficit, s. sanctificat actum coniugalẽ, qui aliàs non posset excusari, & huic modo loquendi ꝯsonant multi sancti. Matrimonium etiam non est tm̃ institutum in

in sacramẽtum, sed etiam in naturæ officium, & ideo infidelibus non competit matrimonium, inquãtum est sacramentum in dispensatione ministrorum Ecclesiæ consistens, competit tamen eis inquantum est in officium naturæ, & tamen etiam matrimonium tale est aliquo modo sacramentum habitualiter, quamuis non actualiter, quia actu non contrahunt in fide Ecclesiæ.

Ad rationes probantes matrimonium infidelium non esse sacramentum quæst. 41. Et quam virtutem habeat sacramentum matrimonij apud infideles.

Quæst. XLIIII.

EX dictis responderi poterit ad dicta in contrarium. Dicendum, quòd matrimonium est vnum de sacramentis legis nouę sumẽdo in quarta institutione, accipiendo autem in alijs institutionibus non est sacramẽtum nouę legis, licet sit sacramentum. matrimonium autem prout est inter infideles potest esse sacramentum, prout est institutum a Deo in remedium contra vulnus peccati, & concupiscentiæ: & hoc sufficit, vt dicatur sacramentum, licet non secundum plenissimam significationẽ. Ad secundum dicendum, quòd sacramentum cõfert gratiam: hoc tamen non est generale, sed est proprium sacramentorum noui testamenti. Nam in veteri testamento quædam sacramenta, aut sacramentalia fuerunt: illa tamen gratiam non conferebant: similiter & sacramenta, vel sacramentalia legis naturæ. Verumtamen est dicendum, quòd matrimonium, tam inter fideles, quàm infideles habet hoc commune, ꝙ aliquid sanctum efficit, scilicet peccatum excusare, nã actus concubitus non poterit esse sine peccato, nunc vero in matrimonio sine peccato exercetur, talis autem excusatio non potest esse, nisi a Deo respectu cuius actus nostri boni, vel mali, meritorij, vel demeritorij iudicãtur, & hoc facit omne matrimonium, quòd concubitum licitum reddit: ergo omne matrimoniũ efficit aliquid sanctum, & quantum ad hoc habet rationem sacramenti, & licet hoc non sit conferre gratiam, tamen habet locum gratiæ inquantum actum facit licitum, qui aliàs licitus non esset. Matrimoniũ autem noui testamenti non solum reddit concubitũ excusabilem, sed etiam inquantum in fide Christi cõtrahitur, confert gratiam adiuuantem ad illa operandum, quæ in matrimonio requiruntur, ideo si in matrimonio infidelium non confertur gratia, non probatur inde, quòd non sit sacramentum, sed ꝙ non sit sacramẽtum legis nouæ, & hoc verum est. Ad tertium dicendum, quòd omne sacramentum est signũ sacræ rei, vel illam continet, & sic est de matrimonio infidelium. Cum autem dr̃, ꝙ inter infideles nõ est aliquid, ꝙ signet rem sacram, verum est, si illud sit ab institutione infidelium: aliquid tamen est inter infideles, qđ est a Deo institutum: ideo non est incõueniens, vt sic ꝙ signet aliquid sacramentum, & ita est de matrimonio infidelium, nam inquãtum accipitur, vt ab eis institutum non est sacramentum, neque aliquid signat sacrum, sed inquãtum illud matrimonium a Deo est institutum cõtinet sacrum aliquid, vel illud significat. Ad quartum dicendum, ꝙ significare istam vnionem Christi, & Ecclesiæ competit matrimonio noui testamenti soli, & tamen non tollitur quin matrimonium tam in veteri testamento, quam inter infideles, inquã tum est a Deo institutum sit sacramẽtum, cum competat ei signare aliquid sacrum, vt dictum est: nã prę ter istam vnionem Christi ad Ecclesiã sunt aliæ vniones, s. Dei ad animam sanctam, & verbi diuini ad carnem, quæ vniones signantur per matrimonium, vt tãgitur per Magistrum, li. 4. Sent. di. 26. & possunt istę ꝑtinere ad matrimonium, qđ nõ sit spãliter noui testã.

A

Matrimonium infidelium, an sit ratum. *Quæst.* XLV.

ERAT postea quærendum, an matrimoniũ inter infideles sit ratum. Solet ad hoc responderi, ꝙ non: & fit ista distinctio inter matrimonium fidelium, & infidelium, quia dicitur, ꝙ inter fideles est verum, & ratum matrimonium, inter infideles autem est verum, sed nõ ratum: sic dicit Magister, lib. 4. Sen. di. 39. Sunt tamen nonnulli, qui inter infideles asserunt non esse coniugium, quia neque rata, nec legitima est eorum copula: rata nõ est, quia solui potest. Dicendum, ꝙ vtrunque concedi potest, & ꝙ sit matrimonium non ratum inter infideles, & ꝙ sit ratum, & vterq; modus loquendi inuenitur apud doctos, & tñ magis proprie dẽt dici, ꝙ sit ratum, quàm ꝙ non sit ratum. Est. n. ratum, ꝙ non dissoluit, sed nullum matrimonium põt dissolui, ergo oẽ matrimoniũ est ratum. Et hoc patet, quia Christus voluit oẽ matrimonium esse ratum, nam lex Christi obligat oẽs homines, sed in lege Christi diffinitur matrimoniũ esse indissolubile, qa vetuit Deus dari repudium Matt. 19. & 5. & Mar. 10. & Lu. c. 15. ergo nulli fideli, aut infideli, licet repudiare vxorem, & si repudient de facto, nõ valet repudiũ, sed manet matrimonium: hoc aũt est esse ratũ matrimoniũ. ergo oĩa matrimonia sunt rata: & iõ non magis differt inter fideles, q̃ infideles, quia oĩum sunt matrimonia indissolubilia. Sed aliqui dñt matrimonium infidelium non ratũ, qđ verum est ẜm intellectum eorũ, sed põt dupliciter accipi. Vno mõ, vt accipiatur ante tp̃s legis Christi, nam tunc erãt matrimonia non rata, cum tam Iudęi, q̃ Gentiles darent repudia. Alio modo pro tp̃e legis Christi, & hoc nõ ẜm veritatẽ, sed ẜm eorum opinionem, & consuetudinem, nã cum sint post legem a Deo datã de indissolubilitate matrimonij Matt. 19. c. tenent ad seruandam indissolubilitatem, & tñ ẽt si illi non seruent eã nihilominus matrimonium apud eos manet vere indissolubile: ipsi tñ non seruant indissolubilitatem, sed repudiant vxores, quia non putant aliquam legem esse de indissolubilitate matrimonij, aut saltem se non obligari illi. Sed secundo modo istorum melius dr̃ matrimonium non ratũ inter infideles. Nam primo mõ non bene accipiuntur infideles cum ante Christi legẽ Iudęi non vocarentur infideles: immo ipsi soli habebãt plenã fidem. Gentiles quoq; non vocabant infideles: quia non obligabantur ad tenendũ alium statum quã illum. nunc vero vtriq; vocantur infideles, quia nõ tenent fidem Christi, ad quã obligabantur, & ideo intelliguntur nunc matrimonia infidelium non rata, i. matrimonia Iudeorũ, & paganorum qui repudiant vxores: matrimonia autem fidelium, i. Christianorũ sunt rata, quia nec de iure, neq; de facto sunt inter eos repudia, & in isto sensu accipit Magister, lib. 4. Sent. dist. 39. cũ ait. Copula igitur maritalis, quæ est inter infideles coniugium est legitimum, sed non ratum, & ibi adiũgitur tunc legitimum, quia est inter legitimas ꝑsonas, sed nõ ratum, quia sine fide. Quod vero supradictum fuerat ex litera Magistri coniugia infidelium, neq; legitima, nec rata esse. Dicendum, ꝙ non est de intẽtione Magistri, sed aliorum: nam ipse asserit legitima esse coniugia. Et patet, qa dixit sunt tñ nonnulli qui inter infideles asserunt nõ esse ꝯiugium. est ergo potius absolute asserendum, ꝙ ꝯiugia tã apud fideles, q̃ infideles sunt rata, nisi fortè accipiatur in vno casu, s. qñ alter infidelium conuertitur, & alius neq; cõuerti vult, neque cohabitare sine contumelia creatoris. Nam fidelis potest transire ad alia vota, & ita dissoluitur matrimonium, quod fuit contractum inter infideles.

De hac re vide inferius in qõ. 94.

B

Quid appellamus ratum.

C

An opin. Magistri Sent. possit stare.

D

E

Matrimonium autem cõtractum inter fideles in nullo casu dissolui potest, ita quòd liceat alicui transire ad alia vota, ideo est ista parua differentia. Magis autẽ solet intelligi, quòd sunt matrimonia infidelium non rata, scilicet de facto, quia ipsi ea non seruãt rata, cum repudient vxores, licet contra ius diuinum.

Epilogus regularum de matrimonio infidelium in infidelitate existentium. Et regulæ matrimonij de eisdem conuersis ad fidem circa retentionem plurimarum vxorum.

Quæst. XLVI.

Regulæ de conuersis, circa retentionẽ multarum vxorum quas in infidelitate acceperunt.

RESVMAMVS, nunc per modum epilogi regulas superiores datas de infidelibus, qñ vnus conuertitur, & alter non. Et dicendũ quòd matrimonium vbicunque contrahatur, siue inter fideles, siue infideles, dum tamen sint personæ legitimæ semper est ratum, s. si personæ sunt habiles ad contrahendum non vetitæ legibus, vel consuetudinibus illius gentis in qua fit contractus: omne autem tale matrimonium ex sententia Christi efficitur indissolubile. Et ideo si infideles manserint in sua infidelitate est matrimonium ratum. Et non licet eis repudium, aut trãsire ad alia vota, & si transierint de facto, non tenet repudium, neque contrahitur secundum matrimonium, nec dissoluitur primum. Si autem ad fidem trãsierint etiam permanet matrimonium, & non licet alteri coniugum dimisso priori cõiuge accipere alterum, eo quòd ad fidem transit quasi fides dissoluat præcedens matrimonium. Et ex hoc sequebatur illa diuersitas duorum casuum, de quibus arguebatur supra, in quæst. 29. s. siquis apud infideles contrahat in gradibus vetitis apud nos, & postea transeat ad fidem manebunt ambo coniuges in suo cõiugio, licet apud nos sint illi gradus vetiti, & ratio est, qa apud infideles potuit contrahi in talibus gradibus, & cum sic contrahatur est legitimum coniugium, sed coniugium semel legitimum est indissolubile, ideo non dissoluitur per baptismum, sed transeuntes infideles ad fidem sic manebunt copulati. extra, de consanguin. & affinitat. cap. de infidelibus. Et redditur ibi causa, s. quia fuit verum matrimonium inter infideles, & matrimonia non dissoluuntur per baptismum, vt dicit Ambrosius: crimina enim in baptismo soluuntur, non coniugia, & idem Leo Papa. 26. di. c. de Iudæ. & Innoc. Papa extra de diuor. c. gaudem⁹. Alius casus erat quando habuit infidelis multas in vzores, dum erat, infidelis si conuertitur, an habebit omnes illas. Respondebatur, quòd non, quia Christus instituit matrimonium contrahi cum vna tantum, & illa viuente non posse esse matrimonium cum alia, & quia ista lex obligabat omnes, tam fideles, quam infideles, sicut siquis inter fideles postquam accepit vnã, accipit alias nõ tenet matrimonium, ita si fiat inter infideles, ideo cum prima potuit tenere matrimonium, & non cum alijs, sed sunt illæ, vt adulteræ, vnde cum ad fidẽ Christi transierit cum mulieribus illis, non poterit tenere illas, quia non sunt vxores, sed solum prima, quæ fuit legitima vxor. Et ita ex illo eodem fundamento, s. ꝙ matrimonium etiam apud infideles contractum est indissolubile, sequuntur ista duo, s. quòd in primo casu non possit dimitti mulier, licet in gradibus vetitis, quia est vxor. In secundo autem casu nõ possint retineri fęminæ illæ, quia nunquam fuerunt vxores. Similiter autem est siquis infidelis repudiauit vxorem, & accepta altera conuertitur cum ea ad fidem non licebit ei retinere istam secundam, etiam ad fidem cõuersam, quia ista secunda, nũquam fuit vxor, cum prima, quæ repudiata est, maneat semper vxor. Vnde illa vi-
F uente non poterit aliam habere iste, qui conuertitur
ad fidem.

Quæstio. XLVII.

ET ob hoc possunt dari istę regulę de conuersis ad fidem, quia qui conuertitur vir, vel fœmina, aut habet coniugem, aut habuit aliquãdo, aut nunquam habuit. Si neque habet neq; vnquam habuit, licitum est sibi de fidelibus accipere coniugem, sicut ei placuerit, quia nullo præcedente vinculo impeditur ad hoc. Accipiet tamen iam coniugem secundum regulas, & cõsuetudines fidelium, ad quos transit, & non infidelium, a quibus recessit. Si
G autem habuit coniugem, & non habet, aut obijt, aut
viuit. Si obijt, siue habuerit vnam, siue multas, siue simul, siue successiue, nullum impedimentum pręstat quin possit iste libere contrahere, cum qua voluerit, eo quòd per mortem illarum liberatus est a lege earum, siue legitime, siue illegitime illas habuerit, vtpote si plures habuerat simul, quod non potuerat licite facere.

Si autem vxor viuit, aut habet eam vir, vel nõ, vtpote, quia repudiauit eam, vel illa recessit ab eo, & manet cum aliquo adultero, aut nulli copulata. Si non habet eam vir, vtpote quia repudiauit potest vir vnũ de duobus facere, aut quòd requirat eam, quòd cum ipso cõuertatur, vel saltem cohabitet, aut quòd nõ requirat: si autem non vult requirere, poterit licite transire ad
H fidem sine illa, & tamen illa viuente nunquam poterit aliam accipere in vxorem extra de diuor. c. gaudemus. & ratio est, quia cum matrimoniũ semel tenuerit cum illa muliere, quandiu illa vixerit erit legitima vxor, & non licebit viro accipere alteram eod. cap.

Si autem vult requirere eam, vt cõuertatur, vel cohabitet ei, & requisierit. Aut illa volet aut non, si illa vult conuerti cum eo ad fidem, cogitur vir eam recipere ad cohabitationem, & non poterit ei obijcere, quòd fornicata est cum alio viro, & ideo quòd nõ tenetur eam recipere, quia ille dedit ei causam fornicandi, s. quia repudiauit eam, & ideo non solum si cum illo viro commixta fuit a quo accepta est in vxorem, cum fuit repudiata, sed etiam si cum alio quandiu ma-
I nebant ambo in infidelitate nõ poterit ei obijcere istã fornicationem, sed cogetur eã recipere ac si non fuisset fornicata, quia ille pręstitit occasionem fornicandi. Si autem illa vult sequi eum ad cohabitationem, & tamen non vult conuerti ad Christum, aut vult cohabitare ei sine contumelia creatoris, aut non. Si non vult cohabitare sine contumelia poterit quidem vir eam retinere, si confidit aut sperat, quòd ipsam conuertet per consuetudinem vitę, & hoc est supererogationis, potest autem si vult nõ retinere, sed etiam abijcere, & non solum abijciet a cohabitatione, sed etiam poterit transire ad alia vota, & hoc est speciale, quia vt ait Ambrosius contumelia creatoris soluit matrimo-
K nium circa eum, qui relinquitur ne accusetur alij copulatus, & idem 26. dist. c. deinde.

Si autem vult mulier cohabitare cõuerso ad fidem sine contumelia creatoris etiam si ipsa non conuertatur, est in electione viri quid agat, s. an retineat eam in cohabitatione vel non, nam si vult retinere beneagit, & sequitur consilium Apostoli. Si autem non voluerit vtitur rigore iuris: nam cum illa permaneat in infidelitate, quæ est fornicatio spiritualis, non tenetur cohabitare ei, sicut nec teneretur cohabitare vxori adulterę, & tamen si non voluerit eam retinere, non poterit ea viuente accipere aliam, quia inter eos fuit verum matrimonium, ideo obligat ad semper cum nõ sit aliqua causa dissoluens, s. contumelia creatoris. Et

Et isto modo debent intelligi omnia, quæ supra diximus. Et solent dicere doctores, quòd quando vxor vult cohabitare viro sine cōtumelia creatoris, etiam si non velit conuerti tenetur vir non abijcere eam, vel retinere, idest tenetur eam, vt coniugem habere non accipiendo aliam quandiu illa viuit, non tamen tenetur cohabitare ei, & reddere debitum: nam illa est in culpa cum non velit cōuerti: ideo poterit ei subtrahi cohabitatio, & actus coniugales, sicut vxori adulteræ, quia propter culpam suam ista subtrahuntur.

Si tamen vir non requisiuit vxorem repudiatam, quando conuertebatur, & illa postea conuertitur, tenetur illam recipere ad cohabitationem, quia illa nō fuit in culpa aliqua ad hoc, quòd possit eam abijcere a cohabitatione, vel non admittere. extra de diuor. ca. gaude. Si autem vir eam requisiuit, vt conuerteretur, & illa noluit conuerti, nec sequi virum, aut non sine contumelia creatoris, statim habet vir licentiam contrahendi cum alia, quia vt Apostolus dicit non est in huiusmodi frater, aut soror seruituti subiectus 1. Corinth. 7. cap. idest non tenetur manere sine coniugio si infidelis, non vult ei cohabitare, vel si vult cum cōtumelia creatoris, quia illa dissoluit matrimonium, vt dictum est. Si tamen vir non contrahat statim, & interim pęniteat mulier, & velit conuerti cum ipso, antequam ille accipiat aliā in vxorem, tenebitur vir illam recipere ad cohabitationem, & ratio est, quia licet erat viro licentia dissoluendi matrimoniū, quia tamen de facto non dissoluit, illud manet, & si interim recessit mulier, quia adhuc illa vera est vxor habet ius petendi cohabitationem, & isto modo debēt accipi per nos dicta, & alios, s. quòd si vxor nolit conuerti, vel cohabitare requisita a viro, quòd postea si pęniteat nō tenetur vir eam recipere. Verum est si iā aliā receperit, quia cum sit iam dissolutum matrimonium legitime per licentiam, quam a Deo vir habebat, & aliud sit legitime contractum, non solum non obligabitur vir recipere illam, sed nec etiam poterit recipere, cum iam habeat legitimam vxorem. Etiam intelligebatur, quod cum mulier requisita recusaret conuerti, aut sequi virum, statim illa per hanc recusationē pręiudicabat iuri suo, si tamen vir de facto non accipiat aliā, quia res est integra, & est locus pęnitentiæ, & poterit petere virum, & ille cogetur eam recipere ad cohabitationem. De his omnibus habetur in alleg. capi. gaudemus. Qui autem secundum ritum suum legitimam repudiauit vxorem, cum tale repudium veritas in Euangelio reprobauerit, nūquam ea viuente licite poterit aliam etiam ad fidem Christi ɔuersam habere, nisi post conuersionem ipsius illa rēnuat habitare cum ipso, aut etiam si consentiat, non tamen sine contumelia creatoris, vel vt eum pertrahat ad mortale peccatum, in quo casu restitutionem petenti quamuis de iniusta spoliatione obstaret, restitutio negaretur, quia secundum Apostolum frater, aut soror non est in huiusmodi subiectus seruituti, quòd si conuersum ad fidem, & illa conuersa sequatur antequam propter causas prędictas legitimam ille ducat vxorem, eam recipere compelletur.

Declara- intētio s auct.

rba tex s.

Quando vir requisiuit vxorem repudiatam, & ab alio ductam, quando conuersus est ad fidem, & illa noluit conuerti, nec sequi eum, dicta pœnitentia ducta illa requirit eum asserendo se velle ei cohabitare sine contume. creat. an teneatur eam recipere.

Quæst. XLVIII.

SED quid, si quando vir requisiuit vxorem a se repudiatam, & ab alio ductam, quando conuersus est ad fidem, quòd illa conuerteretur, & illa neque conuerti voluit neq; ipsum sequi: & postea pœnitentia ducta antequam ille aliam ducat in vxorem requirat eum, quòd vult cohabitare ei sine cōtumelia creatoris manendo in fidelitate priori, an teneatur eam recipere, vel poterit accipere aliam.

Dicendum, quòd nec tenetur eam recipere, nec potest accipere aliam. Primum patet, quia etiam si vir habens vxorem non repudiatam conuertetur, & illa cōuerti non velit: non tenetur cohabitare ei quantumcunque illa velit cohabitare sine contumelia creatoris, quia infidelitas liberat ipsum ab onere cohabitandi, si tamen vult cohabitare potest, quia non vetatur de iure, immo potest esse meritorium si vir eo animo agat, vt vxorem per ɔsuetudinem ad fidem deducat: & ideo multo minus tenebitur in hoc casu cohabitare cum illa recusauerit conuerti, & cohabitare primū requisita. Secūdo patet, quia matrimonium, quod semel tenuit inter infideles, non potest dissolui, nisi aut per mortem alterius coniugum, aut per nolle cohabitare sine contumelia Dei, & tamen hic viuit vxor, & vult cohabitare sine contumelia creatoris: ergo non soluitur matrimonium. Nisi forte obijciatur, quòd iā ista mulier requisita fuerat, & recusauit conuerti, & etiam cohabitare.

Sed dicendum, quòd non obstat, quia si vxor repudiata erat, vel quomodolibet in infidelitate manens requisita a viro conuerso nolit conuerti, neque cohabitare sine contumelia creatoris: & postea antequam vir conuersus accipiat aliam velit conuerti, & eum requirat, quòd illam recipiat: cogitur eam recipere extra de diuort. c. gaudemus. Cum dicitur, quòd si conuersum ad fidem, & illa conuersa sequatur antequam propter causas prædictas ille legitimam ducat vxorē eam recipere compelletur, sed sicut cōuerti vxorem habet se ad hoc, quòd vir recipiat illam, ita velle cohabitare sine cōtumelia creatoris habet se ad hoc, quòd non possit vir contrahere cum alia, sicut dicitur eodē cap. gaudemus. quòd qui secundum ritum suum legitimam repudiauit vxorem, cum tale repudiū veritas in Euangelio reprobauerit, nunquam ea viuente licite poterit aliam etiam ad fidem Christi conuersus habere: nisi post conuersionem ipsius illa renuat habitare cum ipso, aut etiam si consentiat non tamen absq; contumelia creatoris, ergo quando sine contumelia creatoris vult cohabitare etiam si non conuertat non poterit vir ea viuente habere aliam in vxorem: & tamen si a principio renuit infidelis mulier cōuerti, & postea antequam vir illam accipiat velit conuerti, cogitur eam accipere, vt dictum est: ergo similiter si mulier a viro requisita, nec voluit conuerti, nec cohabitare, & post pœnitentia ducta antequam ille aliam accipiat requirit ipsum, quòd vult ei cohabitare, licet non vult conuerti, tenebitur vir nō accipere aliam, sed vel ipsam tenebit sine contumelia cohabitantem, vel manebit innuptus.

De muliere adultera quid vir facere teneatur.

Quæst. XLIX.

AD inchoata redeundo dicendum, quòd si vir non habet vxorem habuit tamen eam, & viuit, sed non cohabitat, vtpote quia est cū adultero, vel recessit a viro propria auctoritate, & non fornicata est, & vir suus cōuertitur, potest requirere eam aut non, si non vult requirere poterit transire ad fidem, & tamen non poterit accipere aliam quandiu illa vixerit quantumcunque fuerit fornicata eo, quòd matrimonium non dissoluitur quod semel tenuit.

Sed quid, si viro non requirente illa velit conuerti & manere cum viro, an teneatur vir eam recipere.

Dicen-

Dicendum, quòd si voluerit potest, non tamen cõpellitur, quia illa fornicata fuit, & potest opponere de fornicatione, licet alij contrarium sentiãt, de quo postea dicemus veritatem. Idem autem est, quando illa sponte recessit a viro contra voluntatem viri, licet non fuerit fornicata, quia cum ipsa spoliauerit virum, non cogitur vir eam recipere. Et tamen quomodocunque non recipiat eam, non licebit ei accipere aliam, quandiu illa viuit. Si autem vir illam requirat, vt conuertatur, & illa conuertitur per hoc vir renunciat exceptioni fornicationis: ostendens quòd illam vult recipere, & sic cogetur recipere ad cohabitationem. Si autem illa nolit conuerti, velit tamẽ sine contumelia creatoris cohabitare, poterit vir eam recipere, sed non cogitur, & tamen si nõ receperit, manebit innuptus, illa viuente. Si autem illa cohabitare consentiat, & tamen non sine contumelia creatoris, posset vir cohabitare, sed non tenetur, immo non est tutũ, quòd cohabitet, & per hoc liberatã ille a vinculo matrimonij, & poterit aliam accipere in vxorem.

In q. 53. & 58.

Habens plures vxores si omnes etiam conuertantur non potest habere, nisi primam: deficiente autem prima nullam illarum tenetur tenere. Quæst. L.

VLTIMVM est, quòd si is, qui couertitur habet tunc vxorem, & tunc, aut habet vnam, vel multas, sicut pagani habent, si habet multas est dicendum, quòd illę non sunt vxores, sed vna tantum, idest prima, quia sicut vetante Christo nulli homini fideli, aut infideli licet repudiare vxorem, ita eodem vetante non licet alicui plures vxores simul habere. Cum autem contrahens cũ vna habeat eam, vt veram coniugem, non poterit cũ alia contrahere, & si contraxerit nõ est matrimoniũ, sed fornicatio. Hoc supposito dicendum, quòd cum conuertitur vir habens plures in vxores, aut omnes conuertuntur, vel quędam, aut nulla, si autem omnes sponte conuertantur, dicendum quòd non potest habere omnes, nec duas, sed vnam tantum, cum pluralitas vxorum in matrimonio reprobetur in alleg. capit. gaudemus.

Sed dicẽdum, quòd aut inter illas est ea, quam primo accepit, aut non, vtpote quia obijt. si est ibi prima, illa est legitima vxor, & illam tenetur retinere ad cohabitationem, sicut vxorem, reliquas autẽ velut adulteras tenetur abijcere. Si autem nõ sit ibi prima, quia obijt, dicendum quòd non tenetur aliquam istarum retinere, vt vxorem, quia omnes fuerunt vsque nunc adulterę: nam sicut viuente prima vxore erãt omnes istę adulterę, ita ea mortua, quia nullam earum specialiter accepit in vxorem, erant omnes fornicariæ, ideo nullam earum tenetur accipere. Si tamen voluerit aliquam de nouo accipere, & ambo consenserint, erit vxor eius per illum nouum consensum, & non potius teneretur vnam quam alteram accipere, cum omnes fuerint fornicariæ, & ad nullam earum teneatur aliquo vinculo. Si autẽ conuertuntur quædã, & omnes non, aut inter conuersas est prima vxor, aut non, si est ibi prima, illam tenetur accipere, & illa quoque compelletur manere cum eo, cum sit fidelis, omnes autem alias abijciet. Si autem prima non conuertatur, non poterit capere aliquam de alijs, nisi primam requisierit, & si illa requisita conuerti voluerit, cogetur eam habere, si autem noluerit conuerti, sed voluerit cohabitare sine contumelia creatoris, licebit viro tenere eam, si voluerit, si autem noluerit non poterit accipere aliquam de cõuersis, nec vllam aliam quandiu ista vixerit. Si autem ista requisita nolit conuerti, nec cohabitare sine contumelia creato-

F ris, soluitur vir a vinculo matrimonij, & potest accipere quam voluerit de suis conuersis, vel aliquam aliã, quam voluerit.

Si autem nulla vxorum prædictarum vult conuerti, aut prima earum est viuens, aut non. Si non viuit non tenetur requirere alias, vel aliquã earum, vt conuertantur, quia non est aliqua earum coniux eius, vnde etiam si conuerterentur non cogeretur cohabitare alicui earum. Si autem prima viuit potest illam requirere, vel requisita conuerti, si non vult requirere eam, manebit sine coniuge quandiu illa vixerit, si autem requirit eam, vt conuertatur, & cõuertitur, tenetur eam, vt coniugem tenere. Si autem non vult conuerti, vult tamẽ cohabitare viro sine contumelia creatoris, poterit vir eam retinere, si vult, & si non vult nõ

G licebit ei capere aliam, viuente illa. Si autem requisita nolit cõuerti, neque cohabitare sine cõtumelia creatoris, licebit ei accipere aliquam de alijs, aut quamcunque aliam nisi illa ducta penitentia velit conuerti antequam vir aliam ducat, quia tunc cogetur eam vir accipere, vt in alleg. cap. gaudemus.

Repetitio superium de acceptanda vel reijcienda vxore infideli. Quæst. LI.

SI autem vir vnicam habet vxorem aut est illa, quam legitime accepit, aut est vna de multis, quas simul habuit, & aliæ iam obierũt: si enim sit vna de pluribus in prædicto casu, aut est illa

H prima, quam accepit, aut aliqua de alijs, si sit prima legitima vxor est, & idem iuris est, ac si istam solam habuisset, si vero sit vna de alijs, dicendum quòd nõ est vxor, ideo potest conuerti, siue illa conuertatur, siue non, & etiam si illa conuertatur, non tenetur eam retinere, quia non est vxor, sed potest accipere de nouo quam voluerit quasi nullam haberet vxorem. Si autem ista sit vnica vxor, quam non habuit simul cum alijs, dicendum quòd aut viro conuerso vult illa conuerti, aut non: si vult conuerti cum eo tenetur eam retinere in vxorem, si autem non vult cõuerti, aut vult sequi virum cohabitando ei, aut non, si non vult sequi eum habet ille statim licentiam accipiẽdi aliam, q̃ voluerit in vxorem de fidelibus, & secundum ritum fi-

I delium, nisi forte antequam ille de facto accipiat aliã peniteat illa, & conuertatur, quia tunc illam cogetur accipere, si vero velit sequi virum conuersum non tñ vult conuerti, aut vult cohabitare viro sine contumelia creatoris, aut sine illa, si sine contumelia est in potestate viri tenere eam, vel non, si tamen noluerit tenere non poterit aliam accipere ea viuente. Si autem non sine contumelia cohabitat, licentiam habet vir accipiendi aliam, nisi forte antequã de facto accipiat illa conuertatur, quia tunc cogetur vir eam accipere extra de diuort. cap. gaudemus. & plenius ista ponuntur eod. titu. capit, quanto. cum dicitur: Si enim alter infidelium coniugum ad fidem catholicam conuertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia

K diuini nominis, vel vt eum pertrahat ad mortale peccatum ei cohabitare volente, qui relinquitur, si voluerit, ad secunda vota transibit, & in hoc casu intelligimus, quod ait Apostolus: Si infidelis discedit, discedat: frater enim, vel soror non est seruituti subiectus in huiusmodi, & in canone dicitur: contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eũ, qui relinquitur.

Regulæ matrimonij circa mulieres conuersas ad fidem, quid facere debeant circa maritos infideles. Et an possint noua contrahere matrimonia, & quando, & quomodo. Quæst. LII.

SICVT autem diximus in præcedentibus quid faciendum, quando vir conuertitur ad fidem circa vxo-

vxorem, idem dicendum est si vxor conuertatur fa-
ciēdum esse de viro, quia vir, & vxor in matrimonio
ad paria iudicantur in alleg. ca. gaudemus, & Aposto-
lus, quando loquitur de conuersione infidelium cō-
iugum ad fidem idem dicit de fęmina, & viro, §. Non
est in huiusmodi subiectus seruituti frater, aut soror
1. ad Corinth. 7. capi. & iura indifferenter loquuntur
de viro, & fęmina extra de Diuor. cap. quanto. & cap.
gaudemus. & tamen propter aliquos minoris inge-
nij, qui non facile applicant vniuersale particulari, di-
cemus breuiter de fęmina. Si mulier infidelis cōuer-
titur, aut habet virum, aut non, si nō habet, idest quia
nunquā illum habuit, vel quia est defunctus nihil dif-
fert, sed est pure liberum; & poterit conuerti quando-
cunque voluerit, & conuersa poterit accipere in virū,
quem voluerit, & non refert, quòd sit in potestate pa- B
rentum, quia inuitis parentibus potest conuerti: hęc
enim est regula, siue sit masculus, siue fęmina cuius-
cunque ętatis, dum tamē habeat vsum liberi arbitrij,
quòd cum patuerit voluntas eius, de conuersione ad
fidem Christi conuertetur, sed & parentes, in quorū
potęstate est non poterunt prohibere, immo eis inui-
tis auferentur filij extra de Iudæi. & Saracen. cap. sicut
Iudæi, §. Statuimus, vt nullos inuitos, vel nolentes Iu-
dęos ad baptismum venire compellat, siquis autē ad
Christianos causa fidei confugerit, postquam volun-
tas eius fuerit patefacta, Christianus absque calūnia
efficiatur. Ipsos autem filios paruulos Iudęorum, quo
rum voluntas non est patefacta, an fidem velint, non
licet nobis inuitis parentibus eorum baptizare, sicut C
neque ipsos Iudæos, aut infideles adultos inuitos, vel
nolentes, non licet nobis baptizare, extra de baptis. &
eius effec. ca. maiores, & 45. di. de Iudęis. Cum autem
filij infidelium sunt grandiusculi, quorum voluntas
potest apparere, & constet, quòd fidem volunt, sunt
inuitis parentibus baptizandi, immo & si parētes per
cutiant ipsos, quia hoc nolunt, sunt cremandi cum
omnibus suis participibus. C. de Iudæi. & cęlicolis. l. Iu
dæis, & maioribus.

Si autem mulier virum non habet, & tamē habuit
eum, & viuit, vtpote, quia repudiauit eā, vel quomo-
dolibet abiecit eam, vel ipsa eum, dicēdum quòd mu
lier potest dupliciter se habere. Vno modo, quòd con
uertatur, & non requirat virum, quòd conuertatur,
& licebit ei sic manere, & dato, quòd vir repetat eam D
ad cohabitationem, non tenebitur cohabitare ei si il-
le non conuertitur, quia istud est generale, quòd cō-
uersus ad fidem non cogitur cohabitare infideli, &
tamen quandiu vixerit vir illius non poterit illa acci-
pere alium in virum, quia ille est vir legitimus.

Si autem velit requirere virum, vt conuertatur tūc
differt, an illa repudiata fuit a viro, vel fornicata est, vel
recessit a viro. Si autem illa repudiata fuit a viro, aut
nunc habet illa alium virum post repudium, aut nō;
si non habet alium virum, idest quia non accepit eū
sed māsit, vt vidua, vel accepit virum, & mortuus est.
Aut repudians requisitus ab ea vult conuerti, aut nō.
Si vult conuerti, & sequi eam tenetur ipsa cohabitare E
ei, eo quòd matrimonium adhuc manet, & ambo ef-
ficiuntur fideles.

An repudians vxorem, & accipiens aliam; sit fornicator, & possit ei obijcere prima mulier fornicationem istam. Quæst. LIII.

SED circa hoc dubium est, quia aliqui volunt, ꝙ
non tenetur illa recipere eum, etiam si conuer-
tatur: nam ille fornicatus est accipiendo aliam
vxorem, & hanc fornicationem potest ei obij-
cere mulier ad non cohabitandum. Dicendum, ꝙ

A non potest obijcere fornicationem istam ad repellen
dum a cohabitatione. Et volunt aliqui, quòd ideo nō
possit obijcere, quia non est fornicatio, sed concubi-
tus matrimonialis cum aliam acceperit coniugē au-
ctoritate legis, cum qua videbatur esse licitus concu-
bitus. Dicendum, quòd non est verum, sed est vera
fornicatio cum Christus dixerit Matth. 19. quòd qui
dimiserit vxorem, & aliam superduxerit, męchatur,
& tamē dato, quòd sit vera fornicatio nō potest vxor
viro illam obijcere. Sic etiam est si vxor repudiata vi-
rum alium accipiat vere fornicatur, & tamen potest
vir ei obijcere fornicationem istam ad non recipien-
dum ad cohabitationem, si illa conuertatur, sic dici-
tur in alleg. cap. gaudemus. in fine, §. quamuis quoque
secundum Euangelicam veritatem, qui duxerit di-
B missam, męchatur: non tamen dimissor poterit obij-
cere fornicationem dimissę pro eo, quòd nupsit alij
post repudium, ita ergo nec repudiata poterit obijce-
re viro fornicationem, quia aliam accepit vxorem, &
illa erat fornicatio.

Obijcietur, quòd non est simile, quia in veteri te-
stamento, immo & inter gentes vir repudiat vxorē,
& non vxor virum, & ideo si mulier repudiata acci-
piat alium virum, cuius concubitus est fornicatio, nō
poterit vir obijcere hoc vxori, quia ipse eam repulit,
& spoliauit iure coniugali, secus autem est, si vir acci-
piat aliam, quia ipse nō repudiatur ab vxore, ita vt ne-
cesse sit ei, vel aliam accipere, vel manere innuptum,
immo videtur, quòd vxor possit ei obijcere fornica-
C tionem, quia voluntaria est, fornicatio autem vxoris
repudiatę non est voluntaria, sed quasi necessaria cū
vir eā repulerit, & pręcipue, quia vir præstitit causam,
huic fornicationi vxoris, ideo cū sit ipse in culpa non
potest illam obijcere, mulier autem non præstitit cau
sam fornicationi viri cum non repudiauerit eum, iō
poterit illam obiicere viro.

Dicendum, quòd si vir repudians vxorem suam le
gitimam aliam superducat, non potest vxor repudia-
ta in conuersione ad fidem obiicere ei hanc fornica-
tionem, sicut neque vir obiicit fœminæ repudiatę, ꝙ
alteri nupserit, & tamen potiorem causam habet fę-
mina, vt non possit obiicere ei vir fornicationem istā,
quam habeat vir contra fęminam, vt non possit repel
D lere eum a cohabitatione.

Quando vir non possit obijciendo fornicationem repudiare vxorem. Quæst. LIIII.

SVNT autem duæ causę vxori contra virum, vt
non obiiciat ei fornicationem. Prima est, quia
ipse causam præstitit abiiciendo eam, idest re-
pudiando, & quia ipse est in culpa non potest
hanc fornicationem obiicere, quemadmodum si vir
traderet vxorem suam alteri cognoscendam, nō pos-
set ei obiicere hanc fornicationem, cum ipse lenoci-
nium exercuisset. Secunda causa est, quia mulier ista
repudiata accepit virū, qui putabatur esse legitimus
E eique commixta est, & non alteri, ideo non vt forni-
caria egit, sed vt vxor, licet in veritate fornicaria fue-
rit. Vir autem contra vxorem non habet, nisi secun-
dam causam: nam non præstitit illa viro occasionem
fornicationis cum non repudiauerit eum, sed solum,
quia ille per legem hoc egit, & non possunt ista con-
tra virum multum aggrauari ad hoc, quòd obiiciat
ei vxor fornicationem: nā cum dicitur, quòd vir præ-
stitit occasionem vxori fornicandi non præstitit di-
recte, quia poterat illa repudiata non accipere alium
virum, sed manere in viduitate.

Item quando vir repudiauit vxorē, & per hoc præ-
stitit occasionem fornicandi, non egit sicut leno, qui
directe

[Margin notes, partly cut off: "diuort." … "ūt non cōuer cetur q. 56."]

directe tradit vxorem suam alteri cognoscendam cui potius debet imputari quam vxori, nec etiam egit, sicut vir Christianus, qui abijcit vxorem de domo, quia licet non iubeat illi fornicari tradit tamen occasionē fornicandi indirecte, & peccat in hoc, quia non habuit ius abiiciendi eam de domo: secus de viro infideli, qui repudiat vxorem, quia repudiando non videtur malum agere, sed auctoritate legis vti. Nam sicut lex concedit, quòd mulier repudiata alium virum accipiat, ita permittit, quòd vir possit repudiare vxorem.

Et ista est causa præcipua pro vtroque, vt non reputet eis fornicatio, licet vera sit fornicatio, sed reputetur, vt concubitus legitimus cū talis iudicetur apud ipsos infideles, qui repudio vtūtur, & hic prævalet opinio veritati, & hoc est, quia inter infideles pro vera lege habetur lex repudij, ideo quidquid auctoritate illa agitur, non est peccatum, cum nullum peccatum fiat auctoritate legis, sed omnia contra auctoritatē legis, vt ait August. contra Petilianum, & habetur 23. quęst. 4. cap. qui peccat. Similiter auctoritate iudicis agens nemo peccat, quia ius, & iudex pro eodem habentur, & ita licet quis non habeat iustam causam possidendi si auctore prætore possidet iuste possidet. ff. de acqren. possess. l. iuste possidet. Et ideo cum isti tam repudians quam repudiata putarent se iuste agere, etiam si vere fornicarentur, non iudicātur, vt fornicarij, sed vt legitime agentes quantum ad hoc, quòd ipsos tangit. Est simile extra de Frigi. & male. cap. fraternitatis. vbi mulier videbatur non cognoscibilis, quod & matronę inspicientes testatę sunt, & sic prolata sententia diuortij inuenit mulier aliquem qui eam cognosceret, & alteri nupsit, ibi si vir eius prior alteram accepisset iudicaretur esse verum matrimonium, & tamen erat adulterium, quia prima erat vere vxor eius cum matrimonium tenuerit cum illa, sicut ibi dicitur sententiam diuortij per errorem, licet probabilem esse probabilem, & restituitur mulier primo viro, sed non iudicatur ille fornicatus, quia auctoritate Ecclesię aliā acceperat. Ita ergo dicendum hic, quòd nec repudiator repudiatę, neq; repudiata repudiatori poterit obijcere fornicationem prædictam ad non recipiendum eam, vel eum ad cohabitationem cum neutrius eorū reputetur fornicatio, sed legitimus concubitus, licet esset vere fornicatio.

Qn̄ opinio prævalet veritati.

Quando mulier conuersa teneatur accipere virum. Quæst. LV.

SI autē mulier quando conuertitur non habeat virum, s. quia recessit ab eo, & fornicata est, vel recessit, & non fornicata est. Dicendum de primo, quòd si conuertatur ipsa, & non vir, vel si conuertatur, non tenetur eam tenere in vxorem. Vnde si illa cōuersa ille conuertatur, & illa petat eum ad cohabitationem non cogetur iudicio Ecclesię ipsam accipere, quia obijciet ei vir fornicationem verā non factam auctoritate legis, quæ neque potuit reputari licita, ideo repellet eam a cohabitandi iure. Si tamen ipse non acceperit eam, non poterit accipere aliam viuente ea, quia illa fuit legitima vxor, & licet fornicatio fuit sufficiens ad excludendum eam a cohabitatione, non est tamen sufficiens ad accipiendū aliam ea viuente, nam sola contumelia creatoris soluit matrimonium inter infideles extra de diuor. ca. quanto. & 28. quęst. 2. ca. si infidelis, ideo vel reconciliabit sibi vxorem, vel manebit innuptus.

Si autem ille non conuertatur requisitus ab ea distinguunt aliqui, ꝙ aut neque vult conuerti, neq; sequi eam, aut vult conuerti, si non vult conuerti neq; sequi eam dicunt, quòd licebit mulieri accipere aliū

F virum, vel si vult sequi eam cohabitando, tamen non sine contumelia creatoris. Sed dicendum, ꝙ non est verum, sed siue conuertatur, siue non, siue cohabitare velit, siue non, nunquam poterit, illo viuente, mulier etiam ad Christum conuersa alium virum accipere: nam etiam si ille conuerteretur non tenebatur eā recipere ad cohabitationem, & sic tenebatur illa manere vidua, quandiu ille viueret, ergo & nunc quando non conuertitur tenebitur a fortiori contineri, quia etiam si petat iudicio Ecclesię illum non adiudicabitur ei ad cohabitandum, quia illa perdidit ius cohabitandi per hoc, quòd fornicata est. Dicendum ergo, quòd siue conuertatur, siue non conuertatur, non potest mulier accipere alium virum illo viuente. Et nō

G prodest, quòd requisitus nolit conuerti, quia etiam si conuertatur non obligaretur eam recipere, sed maneret illa innupta.

Sed obijcietur, quòd contumelia creatoris soluit matrimonium, & tamen iste non vult cohabitare sine contumelia creatoris, ergo soluta esset mulier a lege eius, & posset accipere alium virum.

Dicendum, quòd contumelia soluit matrimoniū in cohabitante, s. si quis tenetur cohabitare, & nolit cohabitare sine cōtumelia creatoris, secus in eo, qui nō tenetur cohabitare, & ideo nō cohabitat, neque vult cohabitare sine contumelia, aut cum contumelia. Nam nō est minus vllo modo cohabitare, quam cohabitare cum cōtumelia creatoris, immo videtur esse maius, quia istę duę causę ponuntur ad dissoluendū

H matrimonium inter fideles, & infideles extra de diuort. cap. gaudemus. & ponitur, vt prima causa nolle cohabitare, & adiungitur postea quasi minus principalis non cohabitare sine contumelia creatoris.

Sed istud verum est, quando vir in hoc casu nondū incępit cohabitare, secus autem si cępisset cohabitare, & non cohabitaret sine cōtumelia creatoris, quia tunc dissolueretur matrimonium: nam si iste infidelis, cuius vxor fornicata est, dicat requisitus ab vxore, quòd non vult conuerti, nec cohabitare ei cum contumelia, neque sine contumelia creatoris non dissoluitur matrimonium, neq; potest illa accipere alium, quia fornicata est. Si tamen vir iste manens in infidelitate eam iam conuersam recipiat ad cohabitationē,

I & postea non cohabitet sine contumelia, dissoluetur matrimonium. Ratio est, quia per hoc, quòd iste admisit mulierem ad cohabitationem remisit ei fornicationē, & abdicauit a se ius exceptionis huius, ideo iam non potest abijcere eam, nisi prętextu nouæ fornicationis, simile extra de iureiuran. ca. quemadmodum, sed mulier habens ius cohabitādi viro infideli si non cohabitet sine contumelia, potest dimittere eū, & accipere alterum, ergo poterit ista tūc hoc facere.

An mulier quæ relinquerat virum anuersa teneatur recipere eum. Quæst. LVI.

K ERAT autem dicendum, quando mulier non habebat virum, quia dimiserat eum, non tamen adulterando, sed recedendo ab eo auctoritate propria, & viuendo caste. Aliqui putant tunc distinguendum, s. an mulier requirit virum illum, quando conuertitur, vt cohabitet ei, vel non, si non requirit, manebit illa perpetuo innupta, s. illo viuente, si autem requirit, aut conuertitur, aut non, si conuertitur habebit eam in vxorem, si non conuertitur aut vult cohabitare, aut non, si nō vult poterit mulier conuersa ad alia vota transire, si vult cohabitare, aut cum contumelia, aut sine illa, si sine contumelia manebunt simul, sin autem poterit illa accipere alium virum.

Sed

Sed dicendum, quòd nō stat, quia ista distinctio teneret si vir teneretur recipere mulierem ad cohabitationem; & tamen non tenetur, licet ista mulier nō fornicata sit, spoliauit tamen virum propria auctoritate, & se priuauit consortio viri, ideo si petat restitutionem, non auditur, quia vir non spoliauit eam, sed ipsa virum; & ideo cum ipsa conuertitur etiam si cōuertatur vir, non tenetur cohabitare ei, quia sicut si mulier fornicata fuisset, quę conuerteretur, non teneretur vir conuersus recipere eam in alleg. cap. gaudemus. opponendo ei fornicationem, ita nunc obijciet ei, quòd sponte recesserit a viro, ideo quòd nunc redeuntem non teneatur admittere.

Si autem non conuertatur vir, & mulier prefata eū requirat, nec etiam requisitus cohabitare velit non licebit ob hoc mulieri accipere aliū virum, quia hoc esset si teneretur vir cohabitare ei, sed non tenetur vir recipere eā, quia ea virum spoliauit, & sibi ipsi ius ademit cohabitationis, ideo etiam si non consentiat cohabitare non licebit mulieri accipere alium virum in hoc casu.

Alia distinctio de nouo in casu in quo ipsa habeat virum. Quæst. LVII.

Si autem mulier, quæ conuertitur habet virum viuentem, aut ille est vir primus, vel legitimus, aut ille, qui eam accepit ab alio repudiatam, si fit vir primus potest mulier requirere virū, vt conuertatur, vel non, si non requirit manebit non cohabitans viro, & tamen nō poterit accipere alium eo viuente. Si tamen vir non requisitus, vel requisitus ꝯuertatur, tenebitur eam recipere, & ipsa eum in alleg. ca. gaudemus. nisi vnus alteri fornicationem obijciat, ita vt eum abijciat a iure cohabitandi eod. cap. Si autē vir requisitus non conuertatur, aut consentit cohabitare aut non. Si non consentit, licebit mulieri trāsire ad alia vota, quia per hoc soluitur matrimonium. Si autem consentit habitare, aut cum contumelia, aut sine contumelia, si sine contumelia poterit mulier fidelis cohabitare viro si voluerit, & si noluerit manebit innupta illo viuente. Si autem non cohabitat sine cōtumelia soluitur matrimonium, & poterit mulier accipere alium virum fidelem.

Si autem vir ille erat, qui accepit eam repudiatam ab alio. Dicendum, quòd aut viuit vir ille, qui repudiauit vxorem, aut non. si viuit illum debet requirere, quia ille est legitimus vir, & si vult conuerti, illum tenebitur accipere mulier in alleg. ca. gaudemus. Si non vult conuerti, aut vult cohabitare, aut non. Si nō vult soluitur matrimonium. Si vult cohabitare, & tamen cum cōtumelia, soluitur eodem modo matrimoniū, & licebit in vtroque casu mulieri transire ad alia vota. Si autem vult cohabitare, sine cōtumelia, est in potestate mulieris, an velit cohabitare viro, si vult manebunt, vt coniugēs, si autem manebit illa sine viro eo viuente. De viro autem, qui accepit eam repudiatam non est attendendum, neque est requirendus, quia etiam si ille vellet conuerti, non posset mulier eū recipere in coniugem, quia ille, qui repudiauit eam vir, & est legitimus vir, & eo viuente nunquam poterit alium habere. Sed quid si mulier habeat virū qui accepit eam repudiatam, & qui repudiauit eam mortuus sit, quando conuertitur mulier? Dicēdum, quòd non tenetur mulier illum requirere, sed cōuertetur, & poterit accipere quemcunque voluerit in virum, quia nullum habet, & si vir iste voluerit conuerti nō tenetur eum recipere mulier, quia nō est vir suus, sed verum est, quòd potest eum recipere in virum, si voluerit, sicut quēcunq; alium, cum nullū virū habeat.

A *Si vir, & mulier conuertantur, & mulier dum esset infidelis fornicata fuerit, an vir teneatur eam recipere, vel possit obijcere fornicationem in infidelitate perpetratam. Et quam fornicationem poterit obijcere. Quæst. LVIII.*

Circa precedentia relinquitur primo dubiū iuxta casum tactum, si mulier conuertitur ad Christum, & vir suus, & fornicata fuerat mulier, quando erat infidelis, an teneatur vir conuersus eam recipere, vel poterit obijcere fornicationem. Aliqui dicunt, quòd si mulier, vel vir post cōuersionem fornicantur, potest hoc vnus obiicere alteri, & tamen si ante conuersionē non poterit obijcere. & ista est opinio aliquorum theologorum, & B etiam iuristarum, & supra eam tetigimus recitando. Motiuum autem istorum est, quia crimina tolluntur per baptismum omnino, ideo non manet aliquid, qđ obijci possit, secus si post conuersionem fornicentur, quia tunc crimina manent, & obiici possunt. *Primū dubium circa supradicta in q. pced.* *in qō. 53.*

Sed dicendum, quòd non est istud rationabile, neque iuri consonum. Pro quo sciēdum, quòd apud infideles est quædam fornicatio, quæ excusatur auctoritate legis, & iudicatur esse legitimus concubitus, sicut quando repudiatur mulier a viro, & accipitur ab alio: nam vir accipiens aliam fornicatur, & ipsa transiens ad alium fornicatur, Matth. 5. & 19. ca. ista tamē fornicatio non putatur apud infideles fornicatio, immo legitimus concubitus, quia auctoritate legis ipsorum fit. C Alia fornicatio est, quæ nullius legis auctoritate velatur, sicut si mulier recedens a viro alium accipiat, vel si vir cognoscat vxorem alterius non repudiatam ab eo. *Apud infideles aliqua fornicatio pōt obijci aliqua vero non.*

De prima fornicatione dicendum, quòd vnus de coniugibus non potest eam opponere alteri, cum nō iudicaretur inter eos fornicatio, aut aliquid illicitum: nam forte hoc non fecissent, si illicitum iudicaretur, & de hoc dicitur in alleg. cap. gaudemus. quamuis secundum Euangelicam veritatem, qui duxerit dimissam mechatur, non tamen dimissor poterit obijcere fornicationem dimissæ pro eo, quòd nupsit alij post repudium. De secunda fornicatione dicendum, ꝙ cum nullius legis honestate veletur, aut excusetur, potest opponi, & ideo quicunque coniugum post ꝯD uersionem potest obijcere talem fornicationem alteri volēti cohabitare, similiter infidelis posset hoc obijcere fideli, & si peteret fidelis conuersus cogi infidelem coniugem ad cohabitationem, compelletur, si tamen obiiciat fornicationem non compelletur. Et ob hoc etiam si conuersus ad fidem requirat coniugem infidelem, & ille neque conuerti velit neque vllo modo cohabitare non licebit fideli transire ad alia vota, quia non facit ei iniuriam infidelis nolendo cohabitare, si conuersus ad fidem fornicatus fuerat, & hoc patet in alleg. cap. gaudemus. in fine cum dicitur. Non tamē dimissor poterit obijcere fornicationem dimissæ pro eo, quòd nupsit alij post repudiū, nisi alias fueE rit fornicata. *Declarō c. gaudem⁹. de qua fornicatione intelligaт, quia de secunda.*

Ex hoc patet primo, quòd intelligatur de fornicatione commissa ante conuersionem, cum specialiter excipiat istam fornicationem, quę est accipere alium virum post repudium, quę fornicatio est ante cōuersionem: nam si intelligatur, quòd nulla fornicatio ante baptismū cōmissa posset opponi exprimeretur ista, sed diceretur, quòd conuersus non posset obijcere ei, qui conuertitur, fornicationem.

Secundo quia dicitur non poterit obiicere fornicationem dimissor dimissę pro eo, quòd nupsit alij post repudium, nisi alias fuerit fornicata, & ita apparet, ꝙ de omnibus fornicationibus istam solam excipit, ergo om-

go omnem aliam fornicationē poteſt obijcere vnus coniux alteri.

Tertio apparet, quia diuerſitas rationis iſtud oſtēdit: nā iſta ſola fornicatio, quę eſt cum repudiata ab alio accipitur, vel repudiator aliam accepit eſt, quę velatur quadam honeſtate legis, & iudicatur nō eſſe fornicatio apud infideles, ideo propter errorem debuit excuſare, ſaltem quantum ad eos, vt vnus alteri illam obiicere non poſſit, omnes aliæ fornicationes iudicantur etiam inter eos fornicationes, ideo omnes illę obiici poſſunt.

Quarto patet, quòd non poſſit vllo modo intelligi de fornicatione quę eſt poſt baptiſmum, ſed ante: nā ſi de primis non eſſet dubium, fruſtra eſſet dicere, ꝙ non poſſet obiici fornicatio, quæ eſt accipere alium virum per repudium, & adiungitur, niſi alias fuerit fornicata, & ita fornicationes iſtæ ſunt vnius temporis, vel modi, ſed fornicatio poſt repudium eſt ante conuerſionem, ergo alię etiam fornicationes intelliguntur ante conuerſionem.

Quinto adhuc magis patet, quia in alleg. capi. gaudemus. dicitur, quòd ſi vir, qui repudiauit vxorem cōuertatur, & repudiata velit eum ſequi, tenebitur eam recipere, neque poteſt ei obiicere fornicationem eo tunc cum conuertitur dicitur, quòd non poterit obijcere, ergo non poteſt intelligi, niſi de fornicatione ante conuerſionē, quia tunc conuertitur, quando iſtud debet obiici, vel non obiici.

Sexto quia glo. vlti, in alleg. cap. gaudemus. tangit iſtam opinionem, exponendo particulam illam, niſi fuerit fornicata alias, & dicit, quòd intelligitur de forcatione ante conuerſionem, & in fine dicit, vel expone, quod dicit, niſi fuerit alias fornicata, ſcilicet alias, ideſt in alio tempore poſt baptiſmum, ſed primū verius eſt, & ita dicit verius eſſe, quòd intelligat de fornicatione, quæ eſt ante baptiſmum.

Cum per baptiſmum tollantur omnia delicta, & etiam pænæ debitæ, quomodo manet ius obijciendi contra fornicantem coniugem. Et quare per pœnitentiam et baptiſmum, & per omnia ſacra tolluntur crimina ſolum quo ad Deum, & non quo ad homines.
Quæſt. LIX.

Infidelis conuerſus ad fidē poterit accuſari de oī crimine, ſicut poterat prius ī īfidelitate.

SED manet dubium circa prędicta, cum per baptiſmum ad plenum tollantur omnia delicta tam quātum ad maculam, quam etiam pęnas debitas pro eis, quomodo ex fornicatione ante baptiſmum commiſſa, quæ fuit ſublata per baptiſmum manet ius obiiciendi contra coniugem fornicantem?

Dicendum, quòd per baptiſmum tollūtur omnia crimina formaliter, ideſt quantum ad maculam, & quantum ad reatum totius pęnæ, ſed hoc eſt quantū ad Deum, ſ. quòd homo baptizatus non manet debitor Deo in aliquo propter quęcunque a ſe commiſſa, & tamen crimina non tolluntur inquātum ad homines inuicem attineat per baptiſmum, neque per aliquod ſacramentum. Et ratio huius eſt, quia baptiſmus non habet tollere crimina ex natura, ſed ex inſtitutione, ergo quantum ad illum fiet criminum abolitio per baptiſmum, qui baptiſmum ad hoc inſtituit, eſt autem baptiſmus a Deo inſtitutus, ſicut & omnia ſacramenta, & ideo per baptiſmum remittuntur hominibus crimina inquantum ex criminibus erant homines debitores Deo, ſed baptiſmus nō eſt ab hominibus inſtitutus, ſi autem homines inſtituiſſent baptiſmum, vt ablatiuum criminum inter eos, cum aliquis baptizaretur, iam non relinqueretur alijs aduerſus ipſum actio ex crimine. Et ſic eſt de fornicatione

F commiſſa in infidelitate, quia per baptiſmum deleta eſt quantum ad Deum, ita vt nullius pęnæ debitor ſit qui fornicatus eſt, tamen quantum ad virum non tollitur fornicatio, quin competat ſibi ex illo ius, quod prius competebat, ſiue quo ad pęnam corporalē infligendam ſecundum leges humanas, ſiue excipiendo quantum ad repellendum a cohabitatione. Sic etiam tolluntur crimina per pęnitētiam, vnde ſi mulier fornicetur, per pęnitentiam tollitur fornicatio, quātum ad Deum, tamen poſt quantamcunque pęnitentiam poteſt maritus illam accuſare 33. quæſt. 2. ca. admonere, neque compellitur recipere vxorem fornicatam, etiam poſt completam pęnitentiam. extra de cōuer. coniug. c. gaudemus. eſſet enim valde iniquum, ꝙ ba-
G ptiſmus tolleret beneficium, quod alicui competit, quia tunc baptiſmus redundaret ad iniuriam. Et ſicut eſt de fornicatione, ita eſt de omnibus alijs delictis, vt homicidio, furto, rapina, ſacrilegio, crimine leſæ maieſtatis, & quocunque alio tam in proximum, quā in rem publicam commiſſo: nam pro quolibet illorū accuſari, & puniri poteſt conuerſus poſt baptiſmum, & nullam immunitatem, aut idemnitatem ab his præſtat ei fides, aut ſacramentum baptiſmi: ſic enim diffiniunt tam theologi, quàm iuriſtæ, & tangit illud gl. vlti. extra de diuor. c. gaudemus.

An matrimonium diſſoluatur per conuerſionem ad fidem, ſicut per mortem. Quæſt. LX.

H QVAERETVR circa ſupra dicta cum aſſeruimus, ꝙ ſi conuertatur alter coniugū de infidelitate, & alter velit ſequi ipſum ad fidē, ꝙ cogetur recipere eum, & cohabitare: nā videtur, ꝙ ſit diſſolutum matrimonium in infidelitate per tranſitum ad fidem, cum ſit alius ſtatus, ſicut matrimonium in viuētibus diſſoluitur per mortem vnius, vel amborum ad Rom. 7. ca. vnde etiam ſi ambo poſtea reſurgerent, & redirent ad iſtam vitā mortalem, poſſent quidem matrimonio vti vir accipiendo vxorem, & mulier virum, tamen non tenebuntur inter ſe cōmanere, vt coniuges, quia vinculum, quod ſemel diſſolutum eſt nunquam poteſt idem redire, ſic autem eſt de ſtatu fidelitatis, & infidelitatis, ergo
I per tranſitum huiuſmodi ad fidem ſoluitur inter eos vinculum matrimonii, ergo videtur, ꝙ etiam ſi ambo conuertantur ſimul non teneātur manere, vt coniuges, ſed poſſent alijs copulari.

Dicendum, ꝙ ſi ambo conuertuntur ſimul tenentur manere ſimul, vt coniuges, ideſt neuter poterit ad alia vota tranſire, & etiam tenebuntur ſimul manere, ideſt vnus non poterit aliū abijcere occaſione conuerſionis, niſi forte obiiciat ei fornicationem cōmiſſam tempore infidelitatis, quia tunc nō tenebitur ad cohabitationem ille, qui non eſt fornicatus: extra de Diuor. c. gaude. Et ratio huius eſt, quia baptiſmus, & fides non ſoluunt aliquid de iure matrimonij: nā per baptiſmum crimina, & non coniugia ſoluuntur 28. di. c. deinde. & in alleg. c. gaudemus. Ideo ſicut iſti, dū
K erant infideles, manebat inter eos matrimoninm, ita vt non liceret viuente vtroque trāſire alteri ad alia vota, & etiam non licebat vni abiicere alterum a cohabitatione, niſi propter fornicationem, ſic cum ad fidē tranſeunt eadem manebūt, cum fides nihil mutet de fędere matrimonij. Cum autem obijciebatur, ꝙ diuerſitas ſtatus ſolueret vinculum matrimonij. Dicendum, ꝙ non eſt verum, nam tranſitus de ſeruitute in libertatem, vel è contrario mutat ſtatum, & tamē matrimonium, quod contractum eſt inter ſeruos, manet inter eos factos liberos, vel alterum liberum, & alterum ſeruum, vel ſi contractum eſt inter eos liberos ma-

fos manet inter ipsos seruos, ita ergo de fide. Itē tran-
situs ad fidem nihil mutat, nisi quantum ad animam
non autem ad ea, quæ respiciunt corpus, & etiā quan-
tum ad animam solum mutat respectu Dei, & non
proximorum: nam omne vinculum, & omnis actio
manet contra conuersum ad fidem, qui manebat cō
tra ipsum infidelem existentem, vt præcedenti quęst.
ostendimus, vinculum tamē matrimoniale est respe-
ctu proximi, quo sibi coniuges tenentur ad debitum
reddēdum, & mutua obsequia, & ad fidem thori ser-
uandam, ergo multo minus tolletur per conuersio-
nem ad fidem vinculum matrimonij.

Exemplum aūt, quod inducebatur de resurgenti-
bus, non est simile, quia resurgentes, aut resurgūt ad
vitam mortalem, aut immortalem, si ad immortalē
vitam non resumunt vxores, quia non erit amplius
talis actus, neque inter beatos, neque inter damnatos,
sicut Christus dixit Matth. 22. capit. in resurrectione
neque nubunt, neque nubentur, sed sunt, sicut Ange-
li Dei, & ideo non solum non resument illas, immo
neque aliquas alias habebunt. Si autem resurgant ad
vitam mortalem, sicut Lazarus, & illi, quos Christus
& Apostoli suscitauerunt, dicendum quòd vtebātur
cibo, & potu, & veste, & actu coniugali, quia & mane
bit in eis desiderium ad hoc, & naturalis dispositio ad
hęc efficienda, & tamen vinculum matrimonij per
mortem solutum erat, quia moriente altero eorum
is, qui viuebat, poterat ad alia vota transire, & cū tran-
siret si resurgeret defunctus certum est, quòd nō po-
terat repetere vxorem, quia desierat esse vxor, & legi-
time fuerat alij copulata, ideo non relinquebatur viro
ius repetendi illam. Similiter si ambo simul morian-
tur, & simul resurgāt, vere vinculum matrimonij dis-
solutum est per mortem, ideo non manet ius vni cō-
tra alterum. Verum est enim, quòd resurgentes pote-
runt redire ad actus coniugales, non tamen quasi ex
priori iure, sed quasi ex nouo consensu, sicut poterāt
de nouo cum alijs contrahere, & tamen si aliquis ho
rum dissentit, vel non consentiret, de nouo non pos-
set cohabitare. Simile est si defuncto vno de coniugi-
bus superuiuat alius, & nō transeat ad alia vota, resur-
gatque defunctus, non potuit viuens compelli ad co
habitandum resurgenti, cum fuerit vere solutum vin
culum, sed poterit cohabitare si voluerit ei nouo cō-
sensu. Quantum ad transitum ad fidem non solui-
tur matrimonium, ideo manebūt qui conuertuntur
coniuges, sicut prius.

resur... tes ad ... morta ... vt Laza- ... & alij ... Chr̄o su... tati pos ... t repete ... vxores ... s, q̄ fue... nt alijs ... pulatę.

Tertia ratio. Matrimonium inter morientes, & conuersos ad fidem quomodo diuersimode se habent. Quæst. LXI.

Et non solum est hoc de iure, sed etiam satis apparet ratio diuersitatis quantum ad matrimonium inter morientes, & transeuntes ad fidem. Nam in mortuis extinguuntur actiones personales quę competūt contra defunctum, vnde si poterat agi de crimine contra viuentem, & moriatur atque resurgat, nō poterit iam contra eum de crimine agi, quia crimina morte extinguntur. Et tamen de transeunte ad fidem non est sic, quia omnis actio, quę contra eum competebat infidelem existētem, competit contra eundem fidelem factum. & de omni crimine potest accusari, de quo poterat prius, sicut iam dictum est. Et ideo manebit vinculum matrimonij, & actio, quæ competit coniugibus mutuo ex illo.

Item fides solum est in anima, & per susceptionē eius solum immutamur in anima: mors autē in vtroque facit immutationem. In anima quidem, qui sepa-
ratur a crimine. in crimine autem, quia illud resolui-
tur, & desinit esse in corpus humanum, & adhuc ma-
ior transmutatio est circa corpus per mortem, quam
circa animam, & ita quantum ad hoc habet se è con-
trario mors quam ad fidem transire. Etiam matrimo-
nium magis pertinet ad corpus, quam ad animam, nā
licet matrimonium solo consensu contrahatur, tamē
non contrahitur ad finem spirituale, sed corporalē, s.
ad prolem procreandam, s. erunt duo in carne vna, si-
cut Christus dixit Matth. 19. secunda Corint. 6. Etiam
actus coniugales non sunt spirituales, sed corporales
in redditione debiti, & mutuorum obsequiorum: &
ideo ad esse personas legitimas, inter quas contraha-
tur, non requiritur habitudo aliqua ex parte solius ani
mæ, requiritur autem aptitudo quædam ex parte cor-
poris. Nam si vir non habet membrum genitale non
potest contrahere matrimonium. Similiter si mulier,
tam arcta est, vt a nullo cognosci possit extra de Frigi.
& malefic. cap. fraternitatis. ergo matrimonium ma-
gis attenditur ex parte corporis, quā ex parte animæ,
sed per conuersionem ad fidem nihil mutatur de cor
poralibus, sed solum de spiritualibus, ergo nihil varia-
tur circa matrimonium. Per mortem autem fit corpo
ralis variatio, ita vt desinat esse corpus vtriusque con-
iugis, neque potest esse maior transmutato: ergo ces-
sabit per mortem matrimonium, & non per transitū
ad fidem.

Item patet, quia matrimonium est vinculum per-
sonale contractum inter personas, sed per mortē desi
nunt esse personæ illæ: ergo non potest manere vincu
lum. per conuersionem autem ad fidem non desinūt
esse personæ, ideo non cessabit matrimonium. Ista est
ratio potissima, quia quantumcunque transmutatio
fieret circa corpus, vel animam, si manerent personæ
semper maneret vinculum, sed desinente persona nō
est, cuius possit esse vinculum, neque in quo. Istud pa-
tet, quia non potest contrahere matrimonium, q nō
habet membra genitalia, vel potentiam coeūdi, vt ex-
tra de frigid. & malef. per totum, & tamen si contra-
cto matrimonio incidatur vir, vel maleficium incidat
in impotentiam coeundi perpetuam, non soluitur ob
hoc matrimonium. extra de iureiurand. cap. quemad-
modum. & de diuort. capi. quanto. Et hoc est, quia ad
causandum vinculum matrimonij, quod non erat re-
quirebatur ista aptitudo in viro, & tamen contracto
matrimonio, quia est causatum vinculum non est ne-
cessaria aliqua aptitudo, sed manebit vinculum quan
diu fuerint illi quorum est, idest qui sunt extrema hu-
ius obligationis, sunt autem extrema personæ cōtra-
hentes, ideo manentibus illis manet matrimonium,
sed per infidelitatem non cessant esse personæ, p mor
tem autem cessant, ideo per conuersionem ad fidem
non soluitur matrimonium, & soluitur per mortem.

Per redditionem debiti tollitur uiro ius accusandi vxorem de fornicatione. Quæst. LXII.

Dicendum ergo, quòd si coniuges con-
uertantur simul ad fidem, tenebitur vnus
cohabitare alteri, & non poterunt transire
ad alia vota, de cohabitatione autem verū
est, nisi vnus obijciat alteri fornicationem, quia p hāc
repellet a iure cohabitandi. Sed in hoc aduertendum
est, quia quando coniuges conuersi sunt simul, aut co
habitant, & mutuo reddebant debitum, aut non; si co
habitabant, & reddebant debitū, quæcunque fornica-
tio præcessisset inter eos remissa est per redditionem
mutuam debiti, ideo non potest amplius vnus alteri
obijcere fornicationem hanc etiam post cōuersionē.
Si autem non reddebant mutuo debitum, quando
conuer-

conuersi sunt ab illo tempore, quo alter coniugũ sciuit alterum fornicatum, manet ius obiiciendi hãc fornicationem etiam post conuersionem, ideo qui non fornicatus est non tenebitur cohabitare fornicatori, sicut si fornicatio fuisset commissa post conuersionem, quia non refert, an ante, vel post fuerit fornicatio. Si autem non fuerint coniuges simul conuersi, & tamen si quando is qui vltimo conuertitur non transierat prior conuersus ad alia vota, tenebitur prior recipere posteriorem ad suam cohabitationem, & actus coniugales, nisi forte ei obiiciat fornicationem. extra de diuort. cap. gaudemus. in fine.

An si vnus conuersorum statim vult transire ad religionem, an possit alio coniuge inuito.
Quæst. LXIII.

SED quid si conuersorum vnus vult statim trãsire ad religionem, an nolente alio possit id facere? Dicendum, quòd aut ambo simul cõuertuntur, aut vnus prius, si ambo simul nõ potest vnus transire ad religionem inuito alio, quia præiudicaret ei: nam non posset alius transire ad alia vota, & cogeretur continere, ideo requiritur consensus amborum, & quòd ambo transeant, nisi alter eorum esset non suspectus de incontinentia, & ita maneret in seculo, vt dicitur extra de conuers. coniug. capit. cum sis. & ca. vxoratus. Et hoc verum est, nisi alter eorum fornicatus esset, quia licet simul conuertantur poterit, qui non fornicatus est transire ad religionem irrequisito alio, & cogetur ille continere. Nam simile est de fidelibus, si fornicatur vxor, potest vir ea inuita transire ad religionem, & illa cogitur continere extra de conuers. coniug. c. constitutus. Etiam si vir trãseat ad monasterium, sine licentia vxoris, vel non habita sufficienti licentia, & illa postea fornicetur, non poterit repetere virum, sed ea inuita, manebit in monasterio, & illa cogetur continere eod. tit. c. veniens. Si autem non conuersi sunt simul, aut ille, qui prius conuersus est monuit infidelem, vt cõuerteretur, vel saltem cohabitaret ei, aut non. Si non admonuit, & conuersus vult intrare religionem, non potest intrare, nisi priusquam intret infidelis requirat eum, quòd vult conuerti ad fidem, quia tunc cogitur conuersus illam recipere in alleg. ca. gaudemus. si autem requisiuerat eum, & ille non voluit cõuerti neque cohabitare, vel saltem non sine contumelia creatoris, dicunt quidã, quòd si conuertatur, aut conuerti velit antequam trãseat alius ad religionem, quòd non poterit ille transire, sed cogetur recipere illum ad cohabitationẽ. Alij dicunt, quòd poterit impedire transitum eius ad religionem.

Dicendum, quòd circa hoc est opinio duplex. Quidam dicũt, quòd si requisitus vnus coniugum ab alio non voluit conuerti, neque cohabitare, vel non sine contumelia creatoris, etiam si postea pœnitentia ductus velit conuerti ad fidẽ, non poterit impedire transeuntem ad religionem, sic tenet gl. penul. in alleg. c. gaudemus per cap. mulier extra de conuers. coniug.

Quomodo transitus ad religionem vnius coniugum impediatur per conuersionem alterius.
Quæst. LXIIII.

SED dicendum videtur, quòd taliter cõuerti volens impediat alterum ingredi religionem, & reducat eum ad suam cohabitationem, quia extra de Diuort. cap. gaudemus. dicitur, quando conuertitur vnus coniugum, & alius non vult cõuerti, nec cohabitare, aut saltem non sine contumelia

F creatoris, quòd conuersus potest ad alia vota trãsire, & tamen si antequam iste transeat ad alia vota, conuertatur alius, cogetur eum recipere ad cohabitationem, ergo similiter si conuertatur antequam iste transeat ad religionem, cogetur eum recipere, & nõ transire, cum ęquale pręiudicium fiat volenti conuerti de infidelitate, siue per aliud matrimonium, siue per transitum ad religionem.

Sed obiicietur de capitu. mulier extra de conuers. coniuga. vbi vir transiens ad infidelitatem relicta vxore in fide, si reuertatur ad fidem, & repetat vxorem, potest vxor non obstante illo ingredi religionem, ergo ita altero coniugum ad fidem conuerso, & altero manente infideli, non poterit infidelis etiam si con- G uerti velit, impedire, quin alius transeat ad religionem.

Dicendum, quòd non est simile, primum quia hic agimus de infideli qui nunquam fuit ad fidem conuersus. in capitu. mulier agitur de fideli, qui transit ad infidelitatem, & postea reuertittur ad fidem. Et est hic multa diuersitas: prima quia grauius nimis peccauit, qui de fidelitate ad infidelitatem transiuit, quam qui in infidelitate, in qua natus est manebat conuersa vxore sua ad fidem, vt patet extra de diuor. capitu. quanto. melius enim est viam Domini non agnoscere, quam post agnitam retroire secunda Petri capitu. secundo. & extra de Aposta. capit. quidam, ergo minus fauorabiliter agerent iura cum isto, qui redit ad fidem, de qua recesserat, quam cum illo, H qui de nouo venit ad fidem, in qua nunquam fuerat.

Altera est, quia iura multum benigne agunt erga infideles, qui conuertuntur ad fidem quantum ad vxores suas, vt illas retineant, sic dicitur extra de Diuort. capitu. gaudemus, vbi respondetur, quod infideles copulati in gradibus apud nos vetitis remanent cum vxoribus post conuersionem in fauorem fidei, cum dicitur in fauorem pręsertim Christianæ religionis, & fidei a cuius perceptione per vxores se deserentes viri possunt facile reuocari, fideles huiusmodi matrimonialiter copulati libere possunt, & licite remanere, & tamen circa fideles, qui transeunt ad infidelitatem nõ seruatur iste fauor, cum iura circa eos I non expresserint talem fauorem, immo potius pęnas apostatarum. C. de Aposta. per totum, ideo non erit idem circa eorum vxores.

Tertia est, quia illa mulier erat separata a viro illo iudicio Ecclesiæ, & ita exprimitur in allegat. capitu. mulier, scilicet mulier, quæ in fide remansit potest nolente viro, qui ab infidelitate reuertitur, propter quam ab eo fuerat iudicio Ecclesiæ separata, ad religionem libere conuolare, vnde a contrario sensu, si mulier non fuerit a viro illo separata iudicio Ecclesiæ, cogetur redire ad virum, & non intrare religionem, si eam petat, & hoc expresse patet extra de diuort. capitu. illa. vbi dicitur, quòd si mulier labente viro in hęresim, vel infidelitatem recessit ab eo pro- K pria auctoritate, bona tamen intentione, scilicet, vt ille rubore affectus citius ad fidem rediret, cogetur ad eum reuerti, si ille redierit ad fidem, & eam petierit.

Si autem lapso eo in hęresim fuerit ab eo iudicio Ecclesiæ separata, non cogetur ad illum redire, etiam si reuertatur ille ad fidem, & eam repetat.

Et tamen circa istos infideles non est facta separatio iudicio Ecclesię, ideo veniente ad fidem eo, qui manebat in infidelitate, cogetur ei cohabitare vxor si nondum transiuit ad religionem.

Dubie-

Dubietates aduersus iam determinata superius auferuntur. Quæst. LXV.

SVNT autem prædicta rationabiliter dicta, nisi quis dicat, ꝙ istud fit in fauorem religionis, est enim religio fauorabilior quam matrimoniũ, & ideo licet infidelis de nouo conuersus compelli faciat alium coniugem prius factum fidelem, vt non transeat ad secunda vota, sed cohabitet; non faciet eum cogi, vt non transeat ad religionem, quia religio est fauorabilior quam matrimonium. Sed hoc non stat, quia licet sit fauorabilis religio, fauorabilior est cõuersio infidelis ad fidem, quia sine religione est salus, & non sine conuersione ad fidem, & tamen si non concedantur vxores infidelibus conuerti volentibus, distraherentur a conuersione, ergo concedendæ sunt eis præcipue cum permittat etiam infideles conuersos ad fidem manere in gradibus apud nos vetitis, vt non distrahantur a conuersione, cum dicitur præsertim in fauorem Christianę religionis, & fidei a cuius perceptione per vxores se deseri timentes viri possunt facile reuocari, fideles huiusmodi matrimonialiter copulati libere posũt, & licite remanere. Sed obiicietur, ꝙ etiam est fauor quantum ad virum, qui de fide transiuit ad infidelitatem, & postea reuertitur. Nã poterit esse, ꝙ gratia, vel desiderio vxoris redeat, & si sciat non esse sibi dandam, non redibit, & sic etiã deberet hic pręferri fauor reuersionis ad fidem relictum est, ille vir grauius peccauit, ideo nõ est sibi seruandus tantus fauor quantus infideli. Secundo, quia ibi intercidit iudicium Ecclesiæ: nam si ibi nõ fuisset separata iudicio Ecclesiæ, sed propria auctoritate, cogeretur redire ad virum in cap. mulier, &c. de illa supra allegatis, quod tamen non est in casu conuersionis infidelium ad fidem cum ibi non fiat separatio iudicio Ecclesiæ, sed per requisitionem, vel auctoritate iuris. Tertio, quia facilius est trahi infideles ad fidẽ per vxores quã apostatas redire ad fidẽ, qui iam in illa fuerunt: nam apostatę cũ fuerint in fide, & cognoscant eam, est verisimile eos magis in conscientia sua ad redeundum quam infideles compungi ad veniendum, qui nunq̃ in fide steterunt, & ideo infideles trahentur per vxores, & leuia adminicula, cum è ɔ̃rio per leuia offendicula auerterentur ab ea. apostatas autem non oportet per vxores trahi, sed magis a conscientia sua compuncti trahẽtur. Quarto & principalius, quia apostatas possumus cogere ad fidem redire per illationes pęnarum: infideles autem non possumus compellere ad fidem, sed per liberam voluntatem venire debent, extra de Aposta. c. quidã, §. vt quos Christianę religioni liberę voluntatis arbitrium obtulit salutiferę coactionis necessitas in eius obseruatione conseruet, & sic circa infideles non conuersos debet attẽdi multus fauor ad hoc, ꝙ conuertantur, quantum ad apostatas non fauor, sed pęnæ, ideo circa infideles cogẽtur vxores cohabitare viris posterius conuersis, & non transire ad religionem si viri conuerti voluerint, & eas petiuerint. Circa apostatas viros de apostasia redeuntes non erit sicut.

[left margin: ...fideles ...orib' ...postatæ ...ns tra- ...ndi sunt ...fidem.]

Si alter coniugum conuertatur, & ingrediatur religionem, eo tamen nondum professo. alius conuertitur, an teneatur reuerti ad sæculum. Quæst. LXVI.

SED quid si alter coniugum conuertitur, & alter non statim conuertitur, conuersus autem transit ad religionem: alius autem postea conuertitur anteq̃ ingressus religionem profiteatur, an tenebitur non ꝓfessus reuerti ad sęculum, & cohabitare ei qui cõuer-

A titur? Aliqui dicunt, ꝙ cogetur redire ad sæculum, & cohabitare. Simile apparet per id quod dicitur in cap. gaud. ꝙ si infidelis coniux requisitus a fideli conuerso non vult conuerti neque cohabitare, aut non sine contumelia creatoris, potest transire fidelis ad alia vota: & tamen si antequam trãseat ad aliud matrimoniũ conuertatur coniux infidelis tenebitur prius conuersus recipere illum, & non transire ad aliud matrimonium, & ita si iam ad aliud matrimonium transierat fidelis alius, qui conuertitur nõ potest repetere ipsum, quia dissolutum est primum matrimonium: si autem nondum transierat ad alia vota non erat dissolutum primum matrimonium, ideo cõpellitur recipere eũ, qui cõuertitur. Sed ita est per introitum religionis, & professionem, quia introitus solus non obligat aliquẽ ad manẽdum in religione, professio autem legitimè emissa obligat: ideo dicunt, ꝙ si fidelis conuersus intrauit, & nondum professus est, non est solutum matrimonium prius, & sic alter coniugum conuersus de infidelitate poterit petere coniugem, si autem erat emissa professio dicunt, ꝙ soluitur matrimonium, & non potest repeti qui religionem intrauit. Sed dicendum, ꝙ non est verum, immo si manens in infidelitate requisitus est per alterũ coniugum, vt conuerteret, vel cohabitaret, & noluit, quo nolente conuersus transit ad religionem, si postea conuertatur alter coniugũ & repetat religiosum nondum professum, non tenebitur exire religionem, vt cohabitet. Est tamen verũ, ꝙ poterit exire, & cohabitare, si voluerit: sed non compellitur, nam non solum petente coniuge, sed etiã sine vlla causa poterat libere, cum non est emissa professio, & tamen si noluerit, nõ cogetur exire, & hoc est, quia cum iuste potuit religionem intrare nullo prohibente, nullus potest inde cogere exire. Cum autẽ obiicitur, ꝙ nondum est obligatus intrans religionem ad aliquid, ideo res est integra, quia non est solutum matrimonium, & ideo cogetur cohabitare, sicut in eo, q nondum transiuit ad aliud matrimonium. Dicẽdum, ꝙ non est simile, quia per hoc, ꝙ vnus coniugum fidelis factus requisiuit alium infidelem, vt conuerteretur vel cohabitaret, & ille neutrum voluit, perdidit ius cohabitationis: & tamen qñ cõuertitur antequam alius coniux ad aliud matrimonium transeat, & est in habitu seculari est res integra, & non est ille indispositus cohabitare, ideo compellitur cohabitare ei, qui cõuertitur, secus quando coniux, qui alterũ requisiuit transsiuit ad religionem, quia iam se indisposuit ad cohabitationem coniugalem, ideo non tenetur retrocedere inuitus, sed potest spontaneus.

[right margin: Solu. hui* qõnis poni tur inf. qõ. 73.]

B

C

D

Per introitum religionis non dissoluitur matrimonium, nec per professionem solum. Quæst. LXVII.

E ET cum dicitur, ꝙ nõ est dissolutum matrimonium per introitum religionis, dicendum, ꝙ nec per introitum neq; per professionẽ dissoluitur matrimoniũ, nisi aliquid aliud accedat, immo interdum si vnus coniugum altero ignorante, vel nesciente monasterium intrat, & profitetur, & postea repetitus ab altero coniuge, cogitur inde exire, & cohabitare alteri. extra de Conuer. coniu. capit. ad audientiam, & capit. placet. & ita per professionem non fuerat dissolutum matrimonium, quia alias non cogeretur repetitus ab altero cõiuge redire ad sęculum.

Est tamen dicendum, quòd etiam si per ingressum religionis vnius coniugum nõ fuisset dissolutum matrimonium, cum alius conuerteretur, non poterat repetere eum, qui religionem fuit ingressus, quia qui religionem ingressus est duo habuit.

Primum est, ꝙ tũc ingredi potuit, & nullus poterat prohi-

prohibere, quia iste requisierat alterum coniugum infidelem, qui conuerti noluit neque cohabitare, & per hoc perdidit infidelis ius cohabitationis. & fidelis liberatus est a iure cohabitationis illius, tunc autem quando liber erat poterat religionem ingredi, & non poterat impedire istum ingressum alter coniux, quia manebat in infidelitate, ideo liberè & licitè intrabat: secus si infidelis sciens, ꝙ fidelis volebat ingredi religionem, conuerteretur ante introitum illius in religionem, quia tunc recuperaret ius cohabitandi ex cō cessione iuris, & posset impedire introitum religio-
Q. pce. & 63. nis, vt dictum fuit supra. Et tamen si non fecit sic, nō poterat impedire introitum manens infideIis, & sic licitè intrabat fidelis religionem.

Secundum erat, ꝙ se indisposuit ad cohabitandum coniugi, nam religiosi non possunt exercere actus cō iugales: his duobus coniunctis, cum iste licitè transierit ad illum statum, qui status repugnat matrimonio, & non potuit aliquis eum impedire, ne transiret, nō poterit cogere ad exeundum. Et in hoc differt ab illo casu, in quo dicitur de transeundo ad alterum matrimonium: nam ibi perdiderat infidelis ius cohabitandi, & tamen quia conuersus est re integra antequam coniux transiret ad statum contrarium huic statui cō iugali subuenitur ei, & cogitur cōiux cohabitare, sed cum transiuit alter cōiugum ad religionem non est res integra, quia constituit se in tali statu, in quo manens non potest reddere debitum, vel exercere actus coniugales, ergo non cogitur dimittere statum istū, & cohabitare coniugi conuerso.

Et cum dicitur, ꝙ non fuit dissolutum matrimonium per introitum religionis, ideo possit cogi ad exeundum: nihil probatur, quia etiam si non dissoluitur matrimonium potest coniux negare alteri cohabitationem. Sicut si alter coniugum fornicatur non dissoluitur matrimonium per fornicationem, & tñ qui non fornicatus est potest abijcere fornicatū a sua cohabitatione. Et sic est de ingressu religionis: nam regulare est, ꝙ vnus coniugum non possit intrare religionem, vel accipere sacros ordines sine licentia vxoris certo modo. extra de conuer. coniug. c. coniugatus. & c. sane & vxoratus. Si tñ fornicatur vxor potest vir sine licentia eius ingredi religionem, & ipsa neq; prohibere poterit ingredi, neque ingressum repetere. e. ti. c. constitutus, & dato ꝙ posset vxor impedire virum, ne ingrederetur religionem si fornicata non fuerat: si tamen fornicatur post ingressum illius non poterit repetere eum. e. tit. c. veniens, & ita ad hoc, ꝙ vnus coniugum intret religionem altero inuito, & maneat in religione, quam intrauerit, non requiritur ꝙ sit dissolutum matrimonium, sed ꝙ alter eorum perdiderit ius cohabitandi: sed hic perdiderat infidelis ius cohabitandi, quia requisitus conuerti noluerat, & tunc quando vxor intrauit religionem non poterat impedire, nec reclamare cum maneret infidelis, ergo licet post ingressum conuerteretur ante professionem, non potuit compellere vxorem ad exeundū cum iam non esset res integra, & ille perdiderat ius cohabitandi.

Dria inter ingressum & professionem.

Sed hoc differt inter ingressum, & professionem, quia si non sit emissa professio, non potest quidem cogi vxor ad exeundum, sed potest libere exire, & cohabitare, quia ipsa nondum est quantum ad se ligata. Si autem emissa est professio, nec vir potest eam cogere ad exeundum, neque ipsa sponte exire potest, qa iam ligata est: sic erat si contractum esset matrimonium secundum, antequā coniux de infidelitate con uerteretur, nam non poterat tunc ille repetere eam, nec illa ad eum redire, quia erat solutum matrimonium in alleg. c. gau.

F *Si mulier conuersa accepit virum alterum: deinde vir infidelis conuertatur, poterit, accipere vxorem. si tamen ingrediatur religionem non potest vxorari. Quæst. LXVIII.*

SED differūt adhuc in his duobus casibus, quia si mulier conuersa transeat ad aliud matrimonium antequam vir conuertatur: poterit vir accipere aliam vxorem, cum solutum sit matrimonium & non sit aliqua causa impediens: si autem mulier ad religionem transiuit, siue sit professa, siue non, non poterit vir illa viuente accipere aliam vxorem. Causa diuersitatis est, quia in primo casu solutum est matrimonium, Et ideo potest vterque ad alia vota transire, & transiuit iam mulier; ideo ni-
G hil impedit virum quin transeat. In secundo casu secus est, quia nō est matrimonium solutum, ideo non licebit alicui coniugum transire ad alia vota. Nā est speciale in hoc, quia mulier religionem intrans licet ante professionem non sit obligata religioni & possit exire: si a viro tamen requiratur, vt cohabitet, cogetur vel cohabitare, vel manere in religione: nam si ad seculum redierit tenetur virum recipere: ideo vt vir possit deliberare quid facere debeat, tenetur mulier statim vel infra datum sibi tempus a iudice deliberare an velit manere ī religione, vel regredi ad virū: & illud qđ deliberauerit tenebitur facere: si aūt
H mulier noluerit recipere virū ad cohabitationē, neq; ēt determinare se ad religionē, sed manere in seculo nō permittetur, sed alterū eorū tenebiť facere, vt patet extra de cōuer. ꝯiu. c. mulier, & de diuor. c. quāto.

Et non est sicut in fornicatione corporali pro qua perdit fornicator ius cohabitationis: nam ibi si vxor conuertatur ad fidem, & postea conuertatur vir non tenebitur eum recipere ad cohabitationem si fornicatus fuerat: & patet hoc de diuor. cap. gaudemus. in fi. vbi conuerso vno coniugum ad fidem si alter conuerti non vult neque cohabitare, potest transire alius ad alia vota: & etiam si cohabitare velit, dumtamen non conuertatur, perdit ius cohabitationis, quia non tenetur fidelis cohabitare infideli: & tamen si cōuertitur recuperat ius cohabitationis. Vnde non solum non licet alteri coniugi iam transire ad alia vota, sed
I etiam cogitur cohabitare conuerso ad fidem, qui tamen iam perdiderat ius cohabitationis cum conuertitur per hoc; quòd non simul conuerti voluit cum vxore. Et non potest vxor obijcere ei, quòd non vult cohabitare ei, vel non tenetur; quia ille iam perdidit ius cohabitationis. Nam dicitur ibi quòd compellitur eum recipere. Additur nisi forte obijciat ei fornicationem: quia tunc non tenetur eum admittere. Sic colligitur etiam eod. tit. cap. de illa. & c. quanto. & ideo in fornicatione corporali poterit alter cōiugum non recipere alterum, quando conuertitur: & tamen nō cogitur propter hoc intrare religionem, sed libere potest in seculo manere. In fornicatione spirituali, idest infidelitate distinguiť sicut infra dicetur: & ita magis obstat fornicatio corporalis fornicatori quātū
K ad legē ꝯiugalē q̃ fornicatio spūalis, vt dicem⁹ statim.

Quare est quòd si alter coniugum conuertatur, altero manente in sua infidelitate, deinde cogitur eum recipere si conuertatur, antequam transeat ad alia vota. Quæst. LXIX.

SED statim insurgit dubiū cū conuertitur aliquis cōiugū ad fidē altero nolēte cōuerti, & p hoc pdat ius cohabitationis: quare cogiť cōuersus recipere aliū, si cōuertať anteq̃ iste transeat ad alia vota, cū post cōuersionē vni⁹ maneat alius in fornicatione spūali quæ est infidelitas: & p fornicationē perditur ius cohabitationis in alleg. c. gaud. Dicendū ꝙ fornicatio in presenti accipiť multiplr: est fornicatio

tio carnalis per commixtionem illegitimam. Est for- A nicatio infidelitatis, qñ vno coniuge conuerso ad fidem, alius manet in infidelitate. Et est fornicatio apostasiæ, qñ ambo coniuges sunt fidéles, & alter eorum trãsit ad heresim, vel ad errorem paganismi. Et in his quantum ad legem matrimonij non fit vno modo, sed reputatur grauior fornicatio carnalis, minus grauis fornicatio apostasiæ, & adhuc minus grauis fornicatio infidelitatis. Vnde fornicatio carnalis semper repellit a cohabitatione tam inter infideles, quam ad fidem conuersos. Nam inter fideles si vnus coniugum fornicetur alius non tenetur ei cohabitare. de cõuer. coniug. ca. gaudemus. & hoc, nisi ambo fornicati essent, quia tunc paria delicta tolluntur compensatione quadam. de diuor. c. significasti. ita ẽt si erant coniuges infideles, & alter eorum fornicatus est, & con- B uertuntur ambo, non tenebitur, qui non fornicatus est recipere fornicationẽ, siue simul, siue diuerso tpe conuertantur de diuort. c. gaud. De infidelitate apostasiȩ sic dr̃, ꝙ lapso altero coniugum in heresim, vel in errorem gentilitatis potest qui relinquitur cohabitare, sed ĩ hoc nõ relinquitur (alias vtitur) iure suo. Potest autem repellere alterum a sua cohabitatione, sed si repellat, aut hoc facit iudicio Ecclesiȩ, aut propria auctoritate, si propria auctoritate cogetur redire ad virum si ille redierit ab hæresi, vel errore. de diuor. c. de illa. si autem iudicio Ecclesiæ separatur non cogetur redire ad virum, qñ conuersus fuerit ille ab errore eod. c. de illa. & tamen si non vult redire ad virum tenebitur intrare religionem, & non poterit manere C libere in seculo, etiam nõ transeundo ad alia vota. de conuers. coniug. c. mulier in tex. & gl. De fornicatione infidelitatis dicẽdum, ꝙ ista reputatur minor alijs. Vnde quandiu manet alter coniugum in hac fornicatione, non tenetur alius cohabitare ei, & tamen cessante fornicatione, idest qñ conuertitur ad fidem nihil impedit quin vnus alteri cohabitet: nam si vnus ꝯuertatur post alium tenetur prius conuersus recipere posterius conuersum si non requisiuit eum de conuersione, quia illo non requisito, non poterat transire ad alia vota. Si autem requisiuit eum, & conuersus est, tenetur eum recipere, si autẽ noluit conuerti neq; cohabitare, poterat qui conuersus est transire ad alia vota, & tamen si antequam ille transeat conuertatur alter coniugũ, tenetur eum recipere ad cohabitatio- D nem. in alleg. c. gaud. & sic fornicatio infidelitatis nõ impedit, nisi quandiu quis in illa manet, & non post, & in hoc est ista minor alijs duabus, quia aliæ ambæ post plenam emendationem repellunt a cohabitatione secundum modum supra positum, & ista non repellit post emendationem.

Quare fornicatio carnalis reputatur grauior alijs, s. apostasiæ, & infidelitatis. Quæst. LXX.

Nunc quæritur quare istud fiat, & quia fornicatio carnalis reputatur grauior amba- E bus, de illa dicemus in comparatione ad multas, & dicendum, ꝙ ista magis repellit a cohabitatione q̃ aliæ duæ. Primo quia ista infert speciale damnum, vel malum viro, quod non inferunt aliæ, quia si vir cognosceret vxorem suam carnaliter postq̃ illa fornicata esset, nõ poterat mortua illa transeundo ad religionem promoueri ad ordines sacros, quia censetur bigamus 34. di. c. si laici. si autem non fornicaret mulier, poterat vir promoueri ad sacros, quia non incurrerat notam bigamiæ etiã viuente vxore, si illa det licẽtiam, poterit vir promoueri ad sacros cum illa continentiam vouerit. de conuers. coniug. c. coniugatus.

Si autem vxor fornicetur, & vir non cognoscat eã post fornicationem, poterit ad sacros promoueri, & tanto facilius, quia iam non exigitur licẽtia illius, sed illa nolente poterit vir ordinari, vel intrare monasterium, & illa cogitur continere. de conuers. coniug. c. constitutus. Fornicatio autem spiritualis non infert hoc damnum, quia ẽt si vir cognoscat vxorẽ post fornicationem spiritualem non efficitur bigamus, nec impeditur a promotione, ideo non compellitur recipere fornicatam carnaliter, & compelletur recipere fornicatam spiritualiter aliqñ. Scd̃o quia per fornicationem carnalem corpus & aĩa polluitur, per spiritualem aũt sola anima, ideo aliquid grauius fit in carnali. Tertio quia cũ carnalis fornicatio sit in crimine, magis displicet viro, qui corpus attendit, & nõ animam in femina, & femina quoq; in viro suo, cũ actus coniugales corpore, & non anima exerceãtur. Quarto pp maius scandalum, nam tam vir quam mulier magis scandalizantur de fornicatione corporali quam spirituali, & magis abhorret vir feminam fornicantẽ carnaliter, quã incidentem in heresim, vel gentilitatem, vnde importabilis forte ei esset cohabitatio eius. non est aũt sic de fornicatione spirituali, quia non tam dure coarctatur vir pp illã fornicationem, & ista est potissima causa, vnde generaliter repellit fornicatio carnaliter, spiritualis autem non generaliter, vt dictũ est. Et ista est causa quare istum solum casum expressit dominus ad repellendum a cohabitatione, cum dicat, quòd vir nõ dimittat vxorem, nisi propter solam fornicationem: Matth. 19. c. istæ causȩ tanguntur per gl. de conuers. coniug. c. mulier.

Quare Chrs expſ sit cõiuges tolli repelli a cohabitatione pp solam fornicationẽ.

Fornicatio apostasiæ quare sit grauior quam infidelitatis. Quæst. LXXI.

Nunc dicendum est de duabus alijs fornicationibus, quare fiat grauius ĩ fornicatione apostasiæ quam infidelitatis. Et dicendum, ꝙ in omnibus eis rationabiliter statutum est, nam fornicatio corporalis omnino a cohabitatione, & iure coniugali excludit propter rationes supra positas, fornicatio autem apostasiæ non habet ius repellendi a cohabitatione, nisi inquãtum est facta iudicio Ecclesiȩ. Vnde si ꝓpria auctoritate mulier recessit a viro labente in heresim, vel errorẽ Gentilitatis, cogitur ad eum redire, qñ ille fuerit emendatus. Et ratio est, quia ex parte mulieris, & viri cõcurrit causa ad hoc, ex parte mulieris, quia ipsa non habuit ius recedendi a viro cum non potuerit propria auctoritate diuortiũ facere, & quod iniuste factum est, reuocari debet: ex parte viri ꝯcurrit, ꝙ ille emẽdatus est qñ redit ad fidẽ, & ita iã non manet aliqđ scãdalum, vel malũ in viro, qđ displiceat vxori, & ẽ ꝯrio, iõ succurritur ei, vt restituat̃ ad ius cohabitationis, qua nõ fuerat iuste spoliat᷒, sed in fornicatione carnali nõ fiet istud: nã ẽt si vir diuerterit a muliere, negãdo reditionẽ debiti ꝓpria auctoritate pp fornicationẽ, nõ coget̃ cohabitare ei, sed ẽt sñia Ecclesiȩ approbabit̃ diuortiũ si ꝯstiterit de fornicatione, & tñ interim dũ pẽdet iudiciũ de fornicatione, si vxor spoliata petit se restitui, & vir non obijcit, nisi fornicationẽ, & maxime si nõ habet ꝓbationes incontinenti paratas, restituet̃ femina quo ad thorũ, & cohabitationẽ, iniũgendo viro, ꝙ debitum reddat, qđ si nõ reddat excõicabit̃. Et tñ si vir nouit vxoris fornicationẽ, & vult nõ ꝑiudicare sibi, potius debet sustinere excõicationis sñiam q̃ debitũ reddere, ꝯstito aũt de fornicatione, absoluetur ab illa sententia quam constat per ignorantiam veri contra eum esse latam argumento eorũ, quæ dicunt̃ extra de resti. spoli. c. literas, & de sen. excõmun. c. inquisitioni.

Vir potest excõicari, si non reddat debitũ vxori.

Sed est in hoc considerandum, ꝙ si pendente iudicio de fornicatione, nōdum probata, & restituta vxore per sententiam Ecclesiæ vir commisceatur vxori carnaliter præiudicat sibi in aliquo, & in aliquo non: nam si inuenitur vxorem fornicatam, pronunciabit diuortium & absoluetur vir a cohabitatione, neque præiudicabitur ei per carnalem copulam reddendo debitum, quia hoc non fecit volens, sed compulsus mandatis Ecclesiæ: secus si ipse peteret debitum, quia per hoc renunciaret exceptioni fornicationis, & reconciliaret sibi vxorem: p̄iudicat tamen vir sibi quantum ad legem promotionis, quia etiam si ex mandato Ecclesiæ reddat debitum vxori fornicatæ incurrit bigamiam, & iam non potest promoueri. 34. dist. cap. si laici, & ecclesia non potest sibi succurrere in hoc, quia non potest dispensare in his, quæ inducunt defectum sacramenti, vel significationis, & ideo si habet animum ascendendi aliquando ad ordines sacros, & nouit fornicationem vxoris: potius debet sustinere sn̄iam excōmunicationis quàm commisceri ei iuxta illud c. literas. & cum constiterit de fornicatione absoluetur vir ab vtroque tam ab excommunicatione quàm cohabitatione.

Vxor hæretici quomodo potest separari ab hæretico, & intrare religionem, & an postea viro reconciliato possit eam repetere, nondum professam. Quæst. LXXII.

SI autem diuortium factum est auctoritate Ecclesiæ lapso viro in hæresim, vel errorem gentilitatis, & vir emendatus redit postea ad fidē ex parte viri est aliquid, vt restitui debeat, sed ex parte mulieris est aliquid, vt non debeat restitui. Nam quia vir emendatus est, non manet scandalum aliquod, aut aliqd, quod in viro displicere possit vxori, cum ille error fuerit solū ex parte animæ, ideo deberet restitui. Sed obstat, quod est ex parte vxoris. s. quia iuste recessit cum iudicio Ecclesiæ recesserit, qđ autem iuste factum est non est reuocandum, ideo est hæc via, si qn̄ vir redit de hæresi mulier iam intrauerat religionem, siue sit professa, siue nō, nequaquam poterit vir quicquam petere contra eam, & tn̄ si non sit professa religionem, & vult redire ad sęculum cogetur ad virum redire. Si autem nondum intrauerat, aut non vult intrare, aut vult, si vult intrare non poterit vir eam impedire, & tamē tenebitur profiteri, vel ad virum redire: si autem non vult intrare religionem cogetur cohabitare viro, sic colligitur de conuer. coniug. cap. mulier. Sed in fornicatione corporali, nec cogitur nō fornicatus recipere vxorem fornicatam, nec religionem intrare, & ista est differentia, & ratio prædictorum est, quia quādo Ecclesia fecit diuortium inter mulierem, & virum lapsum in hęresim, non dedit sibi licentiam manendi absolute sine viro, sed transeundi ad religionem, vel redeundi ad virum si rediret, ita enim intelligebatur, ideo redeunte viro cogitur mulier alterum istorum eligere.

Est autem adhuc minor fornicatio infidelitatis, quia illa non nocet, nisi quamdiu manet, cum autem emendatur quis de illa non potest repelli. Vnde conuerso altero coniuge ad fidem, & alio manente in infidelitate nō tenetur fidelis cohabitare fideli, si autem conuertatur statim tenetur ei cohabitare, nisi iam transiuisset ad alia vota in casu permisso, vt extra de diuort. capitu. gau. Ratio diuersitatis inter istas duas fornicationes spirituales est. Prima est, quia fornicatio apostasiæ nunquam est sine nouo crimine, & valde graui. nam quòd fidelis labatur in hęresim, vel in errorem Gentilitatis est grauissimum peccatum, ꝙ aūt qui infidelis natus est nō ꝯuertatur ꝑ hoc, vel illo

Dr̄ia fornicationū spiritualium.

F tempore, aut non est peccatum, aut saltem non est de nouo pct̄m; & ideo aliter iudicabitur in apostasia, aliter in infidelitate. Secunda est, quia etiam si delictum sit, non potest illud obijcere alter coniugū alteri, quia sunt ambo nati infideles, & fuerunt longo tp̄e infideles, & si fornicatio debet vocari erit in vtroque, & tamen qn̄ vterque coniugum fornicatur non potest vnus obijcere alteri fornicationem, quia paria delicta quadā compensatione tolluntur de diuor. c. significasti. Nec obstat si vnus conuersus est ad fidem ante alium, quia hoc est prius de fornicatione emendari: & tamen hoc licet faciat aliquid quantum ad Deum ad delictum esse grauius, vel leuius: tamen quantum ad vim repellendi a cohabitatione nihil mutat vel G addit. sicut in fornicatione carnali si vnus coniugum fornicatus est semel tantum, & alius decies millies æqualiter potest vnus alterum, & alius alterum accusare: siue quantum ad pęnam criminis, siue ad diuortium faciendum inter eos: ergo idem erit de fornicatione spirituali. Tertia est quia licet aliqua sit vera fornicatio non habet vim repellendi, nisi reputetur fornicatio inter eos, quibus ex ea debet cōpetere ius excipiēdi. sicut in fornicatione corporali facta inter infideles si vir repudiet vxorem accipiens aliam, & illa aliū accipiat vterque vere fornicatur, vt dixit Christus Matth. 19. & tamen non reputatur inter infideles H istud fornicatio, sed legitima copula facta auctoritate legis suæ, ideo qn̄ cōuertitur ad fidem, neuter potest alteri obijcere istam fornicationem. de diuor. c. gaud. in fine. Sic est & a fortiori de fornicatione spirituali, quę est infidelitas: nam licet sit fornicatio spiritualis non reputatur ab ipsis infidelibus fornicatio: immo bonus status, & salutaris, ideo de hac fornicatione infidelitatis neuter pōt alteri obijcere: & istę rationes sunt non in fauorem fidei, sed etiam de rigore iuris.

Quarta est in fauorem fidei nam si infideli, qn̄ vult conuerti non daretur vxor prius conuersa, vel ē ꝯtrario retraherentur per hæc a conuersione, sed iura debēt tollere offendicula conuersionis, ergo debet coniux conuersus ad fidem recipere alterum coniugē quandocunque conuertatur ad fidem, nisi iam transierit ipse ad alia vota ex aliqua de causis iuris, vt statuit in I alle. c. gau. & ibi redditur causa. s. in fauorē pręsertim fidei, & Christianę religionis, a cuius perceptione per vxores se deseri timentes viri possunt facilius reuocari: fideles hmōi matrimonialiter copulati libere possunt, & licitè remanere. Et sic apparet ex prædictis, quę sit differentia inter has tres fornicationes. s. carnalis repellit a cohabitatione tam fornicantē perseuerantem, q̃ etiam plene emendatum: & hoc in oī casu. fornicatio autem apostasię repellit fornicatum non emendatum, & etiam emendatum repellit in aliquo casu, s. quando facta est iudicio Ecclesiæ separatio, & vult transire ad religionem, qui mansit in fide: fornicatio autem infidelitatis solum repellit fornicantem & non emendatum.

K *Soluit quæstionem 66. de mente propria postquam confut. … primam opinionem. Quæst. LXXIII.*

REDEAMVS nunc ad id quod supra dicebamus, s. si mulier transiuit ad religionē, & nondum professa est, quando vir suus de infidelitate reuertitur, an possit eam repetere. Et dicendum ꝙ non, sicut supra diximus, siue. n. viro manente in infidelitate reqsito, vt cōuertat̄ siue nō reqsito, si mulier ꝯuersa trāseat ad religionē ēt si nō sit professa, nō tenet̄ redire ad virū, q conuertitur. & tn̄ si vult ad sęculum redire, tenetur cohabitare viro cōuerso. Cū aūt obijcitur de professione … quòd

quòd per illam firmatur religio, ideo ꝙ mulier, quæ non est professa debeat exire,& cohabitare viro, non tenet ratio: nam istud est si peteremus, an posset cohabitare voluntarie, nam non professa potest libere exire,& professa non potest, sed non probat quãtum ad hoc, quod est cogi cohabitare viro: nam in hoc aliqua est professa, quæ cogitur cohabitare, & aliqua est non professa quę non cogitur cohabitare, cum professio non liget, nisi profitentem, & non possit esse in præiudicium alicuius alterius. Istud patet si mulier fornicetur vir poterit intrare religionem, vel accipere ordines sacros, & etiam si vxor repetat eũ ante introitum, vel professionem, aut promotionem non auditur. extra de conuers. coniug. c. constitutus, si tamen alter coniugum altero ignorante, vel non habita legitima licentia religionem intret,& profiteatur repetente eum altero coniuge cogetur redire ad cohabitationem, de conuers. coniug. c. placet: non enim potuit hic professio, & votum continentię solennizatũ nocere alteri coniugi qui non cõsensit, sed ipsum vouentem ligauit, ideo defuncta vxore vir ille, qui sic ꝓfessus fuerat, & ad sęculum petente vxore redierat, tenetur reuerti ad monasterium, & continentiã seruare eod. c. placet:& c. ex parte abbatis. Et ideo q̃tum ad hoc, ꝙ alter coniugum repetat alterum religionẽ ingressum,& ille teneatur exire, & cohabitare nõ attenditur, an professio sit emissa, vel non, sed solum, an qui intrauit religionem intrare potuit, vel non: nã si potuit, siue sit professus, siue non, non poterit eum repetere alter coniux. Si aũt non potuit licite intrare nõ differt, an professio emissa sit, vel nõ, quia petente alio reuocabitur, sed in proposito sic est, ꝙ quocũq; mõ infidelis conuersus ad fidem intret religionem manente altero coniuge in infidelitate, licite intrat, ergo siue professio sit emissa, siue non, non reuocabitur, patet: nam si vnus coniugum conuertatur, & alter non ẽt si non requiratur vt conuertatur, non habet ius cohabitandi cũ fideli q̃diu infidelis est, si fidelis hoc non consenserit, ergo q̃diu potest fidelis coniux repellere infidelem potest eo inuito intrare religionem, & si ingressus est licitus non est aliqua causa, vt reuocari possit, a fortiori autem si alter coniux ad fidem trãsiens requisiuit alium, vt cõuerteretur, & ille noluit, & post hoc alius intrauit religionem, ideo si conuertitur alius postquam iste religionem intret non poterit istum repetere, ideo siue profiteatur, siue non huiusmodi conuersus, non poterit alter, quando conuersus fuerit ad fidem, repetere eum.

Quando nouiter conuersus repetit iam prius conuersum, quid agendum sit. Quæst. LXXIIII.

SED differentia ista est, qñ vnus coniugum nouiter conuersus repetit alium coniugem iã prius conuersum, aut ille transiuit ad aliud matrimonium ac ingressus est religionẽ, & professus est, aut non professus est, sed solũ ingressus, aut nihil istorũ fecit, sed manet liber in sęculo. In primo casu, nec nouiter cõuersus potest repetere coniugem, nec ille potest ad cohabitandum redire, quia dissolutũ est matrimoniũ primum,& celebratum legitime ſm. In secundo casu etiam non potest nouiter conuersus aliũ repetere, neq; alius ad ipsum redire. Non quasi sit dissolutum matrimonium, sed quia legitime intrauit religionem qui intrauit, & astrinxit se ei per professionem,& iam non potest reuerti ad sęculum. Non est autem verum, ꝙ per religionis professionem, vel per susceptionem sacri ordinis soluatur matrimonium, quia si solueretur non cogeretur alter coniugum qui religionẽ professus est altero ignorante, redire ad seculum,& tamen cogitur, extra de conuers. coniug. c. placet. Sed dicet aliquis, ꝙ in isto casu non tenuit professio, ideo reuocatur, si autem tenuisset non reuocaretur,& saluaretur matrimonium. Dicendum, ꝙ falsum est, quia ibi professio obligauit professionem facientem. Vnde ille tenetur seruare continentiam: nã si vxor eum repetit, tenetur ei reddere debitum, sed non potest petere,& illa mortua, tenetur castitatẽ seruare,& non licet ei transire ad alia vota eod. c. placet. Verum est tamen, ꝙ professio non tenuit totaliter, sicut votum solennizatum, sed tenuit votum simplex de continentia emissum, ideo mortua vxore, tenetur iste continẽtiam seruare, sed non tenetur intrare monasterium eod. tit. ca. quidam,& tñ si professio tenuit in modum professionis iam si per professionem efficiatur quis religiosus determinati ordinis, teneretur saltem mortua vxore ingredi illum ordinem, sicut tenetur continẽtiam seruare. Adhuc amplius apparet, quia in casu, in quo tenet professio corporaliter non dissoluitur matrimonium, vt si fornicata fuit vxor, licet ea inuita viro suo intrare religionem, vel promoueri ad sacros,& non potest ipsa impedire de conuer. coniug. c. constitutus. ꝙ professio teneat patet, quia non potest ibi vxor virum repetere ingressum, vel impedire ne introeat, & tamen ibi non dissoluitur matrimonium, sed tenet, quod patet, quia si dissolueretur liceret vxori transire ad alia vota viro professo religionem, vel promoto ad sacros, quia nõ est aliquid, quod impediat contrahere,& tamen falsum est, ꝙ talis vxor teneatur ad continentiam perpetuam seruãdam, immo detruditur in monasteriũ eod. tit. ca. gau. vbi omnes mulieres adulterę si non volũt eas viri sui sibi reconciliare, retruduntur in monasteria ad agendam perpetuam pęnitentiam, ergo non soluitur matrimonium per sacrum ordinem susceptum neq; per religionis professionem. Et ob hoc dicendum est, ꝙ in casu prædicto fidelis conuersus intret religionem,& profiteatur, & tunc si alter coniux de infidelitate conuertatur, non poterit qui conuertitur de nouo ad aliud matrimonium trãsire, quia adhuc primum matrimonium tenet cum non sit dissolutũ per professionem, & existente matrimonio inter aliquas personas non potest aliqua earũ cum alia ꝯhere. In tertio casu, s. qñ vnus coniugum iam intrauerat religionem, qñ alius conuersus est, licet non professus fuerat, non potest repetere illum, vt ad cohabitandum redeat, qui tamen intrauit religionem potest ad cohabitandum redire. In quarto casu dicendum, quòd primo cõuersus compellitur ad recipiendum de nouo cõuersum ad cohabitationem, cum non sit aliquid, quod impediat, aut quòd obiici possit de nouo cõuerso ad repellendum eum a cohabitatione de diuort. capi. gaudemus. Cum autem conuertitur ad fidem alter infidelium coniugum manẽte alio in infidelitate in electione conuersi est, an velit cohabitare infideli, vel non, si vult habitare, licite habitabit, si vult diuertere ab eo, licite recedet, & non poterit reclamare infidelis, vt cogatur sibi cohabitare conuersus.

Vtrum fidelis possit cohabitare infideli. Et an si fidelis viderit obstinatam vxorem,& perseuerantem in infidelitate, seu fornicatione carnali teneatur, & obligetur eam dimittere, aut peccet mortaliter manendo cum illa. Quæst. LXXV.

CIRCA primum, quòd fidelis possit cohabitare infideli, dubitatur a quibusdam. Et primo, quia fidelis non potest contrahere cum infideli,& è contrario. C. de Iudæ.& reli. l. ne quis Christianam,& tamen vnus conuersorum est iã Christianus, ergo non poterit cohabitare infideli.

Secundo, quia ideo vetatur fidelibus contrahere cum infidelibus ne peruertantur, sed fidelis nunc manens cum infideli poterit peruerti, & tanto facilius, quantomagis nouus in fide est, ergo non licebit cohabitare.

Tertio quia dicitur 28. quæstio. 1. Iudæi, non potest infidelis in eius permanere coniunctione, quæ iam translata est in fidem Christianam, ergo non licebit fideli conuerso cohabitare infideli.

Quarto, quia qui conuertitur iam est fidelis, sed non licet fidelibus coniũgi, circa quartum gradum consanguinitatis: extra de consanguinitat. & affinitat. capitulo non debet. infideles tamen coguntur in gradibus istis, ergo non licebit fideli in tali matrimonio permanere.

Quinto, quia infideles accipiunt plures vxores, quod nobis non licet, ideo infidelis multas habens conuersus non poterit manere in earum cohabitatione.

Sextò, quia infideles cõtrahunt cum repudiatis ab alijs, nobis autem neutrum licet, ergo si conuertitur infidelis non licebit ei manere in tali coniugio.

Determi. auct.

Dicendum, quòd licitum est fideli manere, cum infideli in matrimonio illo, quod inter eos contractũ est quando ambo erant infideles, & ratio est: actus matrimonialis non est illicitus, sed inter infideles est verum matrimonium, extra de diuor. cap. quanto, ergo qui contraxerunt matrimonium in infidelitate, quamdiu illud manserit poterunt licite commisceri, sed per conuersionem alterius ad fidem non soluitur matrimonium, ergo licite cohabitant, & commiscẽtur carnaliter: istam indissolubilitatem significauit Christus Matth. decimonono dicens, quos Deus coniunxit homo non separet, & quòd homo non recedat ab uxore propter aliam causam, nisi propter fornicationem.

Secundo idem patet, quia extra de consanguinit. & affinita. capitu. de infidelibus dicitur, quòd matrimonium cõtractum inter infideles permanet etiam inter ipsos fideles factos, quia baptismus non tollit cõiugia, sed crimina: de diuort. cap. gau. ergo conuerso vno ad fidem, & altero adhuc manente in infidelitate erit matrimonium, & licebit fideli commisceri infideli, quia coniux est.

Tertio quia Apostolus consulit hoc. prima Corinthio. 7. quòd si vir fidelis habet vxorem infidelẽ non dimittat eam, & similiter si vxor habet virum infidelem non recedat ab eo, ergo licitum est fideli manere cum coniuge infideli.

Opi. S. Th. 4. sen dist. 39. ar. 2.

Sed dicit circa hoc Beatus Thom. quòd non soluitur matrimonium per conuersionem vnius coniugis, manente alio coniuge in infidelitate, ideo non licet conuerso transire ad alia vota, tamen manente vinculo interdum vnus coniugum potest alium repellere a cohabitatione, sicut est in fornicatione, quæ currit pari passu cum infidelitate: si ambo sunt contra bonũ prolis. Vnde sicut vir hẽt in potestate dimittẽdi adulterã, vel cohabitãdi ei, ita ꝯuersus ad fidẽ hẽt in ptãte cohabitãdi infideli, vel dimittendi: põt. n. uir innocens libere cum adultera remanere, spe correctionis: non autem si in adulterij peccato fuerit obstinata, ne videatur patronus turpitudinis, quamuis etiã cum spe correctionis possit eam libere dimittere: similiter fidelis conuersus potest libere cum infideli manere, cum spe conuersionis, si eam obstinatam non viderit in infidelitate, & benefacit commanendo: tamen nõ tenetur commanere, in quo innuitur, quòd si viderit eam in infidelitate obstinatam, non debet manere cum illa.

F *Opinio D. Thomæ circa superiora expenditur.*

Quæst. LXXVI.

DICTA autẽ huius beati Doctoris vera sunt cum limitatione si bene intelligãtur. Cum primum dicit non solui matrimonium inter infideles conuerso altero ad fidem verum est, sicut iam probauimus: cũ verò dicit, quòd manente vinculo matrimoniali interdum non admittitur vnus coniugum ad cohabitationem sicut in fornicatione corporali, etiam verum est: cum autem fit comparatio de adulterio & infidelitate quantum ad cohabitationem, est verum, sed cũ dixit quòd innocens potest cohabitare mulieri fornicatæ cum spe G correctionis est verum, vnde siue vxor sit emendata siue non, & tamen de sua emendatione speretur, põt licite cohabitare illi vir: & tamen si vult non solum nondum emendatam, & de qua speratur emendatio põt abijcere, sed etiam eam, quæ perfectè emendata est, quia in nullo casu cogitur habitare adulteratę per rõnes supradictas: & tamen ad officium prẹlatorum pertinet diligẽter admonere & rogare maritos talium mulierum iam emendatarum, vt eas ad cohabitationem recipiant, sic patet extra de conuer. coniug. cap. gaudemus. si autem mariti nolunt eis recõciliari debent illę retrudi in monasterium ad pẹnitẽtiam perpetuam agendam. eod. cap. Si autem non speratur de H emẽdatione vxoris fornicarię, dicit ꝙ non debet vir manere cum ea, ideo debet non manere ne videatur patronus turpitudinis. Sed de hoc dicendum ꝙ nõ est sic intelligendum ꝙ vir teneatur dimittere vxorẽ si non emendatur de fornicatione: nam non tenetur vir recedere ab vxore dando ei diuortium, nõ solum si non emendetur, immo etiam si fiat publica meretrix. Et hoc patet primo, quia si vir teneretur dimittere talem vxorem, ergo peccaret mortaliter manendo cum ea, quod est absurdum, quia illa est coniux & cum coniuge licitus est actus commixtionis; ideo nunquam peccabit per hoc ꝙ ei miscetur: & tamen mixtio coniugalis habet cohabitationem, ergo non peccat cohabitando, & sic non tenetur eam abijcere a cohabitatione. Secundo quia si teneretur talem I coniugem dimittere, teneretur absolutè ad cõtinentiam; hoc est fasum, quia continentia nunquam est nisi ex voto, vel peccato, & nũquam ex prẹcepto: de voto patet sicut in religiosis, & promotis ad sacros ordines, de peccato patet sicut in mulieribus adulteris, quas viri non volunt sibi reconciliare; nam tenentur ad pẹnitẽtiam perpetuam agendam & continentiam seruandam in monasterijs, de Conuer. coniu. c. gaudemus. sed iste vir non peccauit, quia non adulteratus est, ergo non tenetur ad continentiam seruandam, & tamen teneretur ad illam, si teneretur dimittere vxorem: ergo nõ tenetur illam dimittere quantũcunque fornicetur, vel efficiatur publica meretrix.

Rationes diui Thomæ de abijcienda adultera tolluntur.

K *Quæst. LXXVII.*

SED obijcietur, quòd teneatur eam dimittere, quia si tenet eam est patronus turpitudinis, & hoc est peccatum: extra de iureiur. c. queniam super admodum, & dicit hoc Chrisostomus super Matth. & habetur 32. q. 1. c. sicut. §. Sicut crudelis & iniquus est, qui castam dimittit, ita fatuus & iniquus est, qui retinet meretricem: patronus enim turpitudinis est, qui celat crimen vxoris: ideo peccat retinendo, quia iniquitas peccatũ est: ergo si est iniquus retinendo peccat retinendo. Item patet extra de adult. c. si vir. §. Si vir sciens vxorem suam deliquisse, quæ ... egent

egerit pęnitentiam, sed permanet in fornicatione, & vixerit cũ illa reus erit, & eius peccati particeps, sed non potest non viuere cum ea, nisi abiiciendo, ergo tenetur repellere a cohabitatione. Dicendum sicut supra, quòd vir non tenetur vxorem abiicere quantũ cunque sit adultera, etiam si fiat meretrix, quia sibi in hoc pręiudicaret, vt dictum est, & tamen nemo tenetur sibi pręiudicare. Et patet hoc clarius, quia si abiicere deberet, hoc esset per Ecclesię sententiam: nam ꝓpria auctoritate non licet coniugi abiicere coniugem extra de diuor. cap. significasti, & cap. de illa ad sententiam præcedit accusatio, ergo teneretur vir accusare vxorem ad diuortium faciendum, & tamen non est verum, quòd vir teneatur accusare vxorem adulterã, quia si teneretur accusare iuramentum præstitum de non accusando vxorẽ super adulterio, non posset seruari, sine interitu salutis, & ita non obstante prædicto iuramẽto teneretur accusare. Sed falsum est, quia qui sic iurauit melius facit nõ accusando, quam accusando, vt dicitur de iureiuran. cap. quemadmodum. ergo non est necessarium, quòd vir accuset vxorem fornicariam de adulterio, & ita non est necessarium, quòd abiiciat.

...ir qñ te- ...eſt accuſa ...vxorem ...e adulte- ...o.

Ad illud de dicto Chrisostomi in capitu. sicut crudelis. Dicendum, quòd fatuus est, qui retinet meretricem, & iniquus, s. si ipse pręstat patrocinium adulterio. nam ita intelligunt aliqui, & ad hoc adiuuat, qđ additur ibi, s. patronus est turpitudinis, qui celat crimen vxoris: nam celare in malam significationem accipit, quod est operire, vt non sciatur, sic accipit ibi glo. dicẽs, quod verbum celat, vitium notat, aliud est enim celare, aliud non indicare. ff. de furtis. l. qui vas. §. primo. Etiam adiuuat ad hoc, ꝙ ibi dicitur, patronus est autem turpitudinis, qui causam directe præstat ad faciendum turpe, & sic intelligeretur, ꝙ maritus erat leno occultando vitium vxoris, s. occulte tradendo eã alijs cognoscendam, vel saltem consentiendo, ꝙ ipsa se aliis traderet pro quęstu, & hoc operiendo, vt non infamaretur, & in hoc sensu certum est, quòd fatuus est circa se, & iniquus circa Deum qui taliter se habet ad vxorem. Alio modo potest accipi, quòd vir non det operam, vt fornicetur mulier tradendo eam fornicatori, vel consentiendo, quòd ipsa se tradat alicui, sed solum, quòd nõ conatur ad correctionem ipsius verbo, vel opere per se, vel per alios, & tunc etiam verum est, quòd est iniquus, quia cum ad eum spectet correctio eius, si cõtemnit, peccat, & iniquus est, & iste sensus magis cõuenit illi literę, s. fatuus, & iniquus est, qui retinet meretricem: nam non facit iste nisi retinere eam; & tamen quãtum ad primum sensum nõ solum iste retinet, sed potius ipse efficit eam meretricem, ideo dicendum, quòd sic intelliguntur verba illa, & sic faciendo peccat vir. Primo quia vxor est subdita viro, & ad ipsum pertinet eam corrigere verbo, & opere moderate. Si autem hoc contemnat vir, siue sit fornicatio occulta, siue manifesta peccat, & hoc si commode illud facere potest, s. quòd non timeat mortem, vel graue damnum ex tali correctione: nam nõ se tenetur exponere talibus potissime periculo vitę. Secundo peccat inquantum vxor est proximus, & tenemur proximis ad correctionem fraternam, s. si peccauerit proximus inter te, & ipsum Mat. 18. cap.

...ſio intel ...gitur fa- ...us,& ini ...us eſt q ...tinet me ...tricem.

Secunda ratio D. Tho. soluitur. *Quæst.* LXXVIII.

AD aliud d. c. si vir extra, de adult. dicendum, ꝙ videtur aliqualiter magis vrgere cum dicatur, si vir sciens vxorem suam deliquisse, quæ non egerit pœnitentiam, sed permanet in fornicatione, & vixerit cum illa, reus erit, & eius peccati particeps, & tamen dicẽdũ ꝙ non ex hoc cogitur vir dimittere vxorem. Et pro hoc sciendum, ꝙ aut fornicatio vxoris est nota viro, aut non, sed ignorat eam: vel suspicatur, & non scit veritatem. Si ignorat vel suspicatur, nõ tenetur ad aliqd, quia neque ad admonitionem fraternam, cum de peccato non cõstet ei. Si autem vir nouit fornicationem vxoris, aut est ita manifesta, ꝙ potest eam probare iudicialiter, aut non: si non est tam nota non potest eam a se abijcere, nec debet: quia non licet sine iudicio Ecclesiæ celebrari diuortium, & si vir ab ea discederet, & illa repeteret eum, cogeretur iudicio Ecclesiæ recipere eam, quousq; probaret fornicationem extra de restitu. spol. c. literas. Si autem potest probare fornicationem poterit eam accusare, & fiet diuortium, nec cogetur vir eam recipere de conuers. coniug. c. constitutus. & cap. gaudemus. & tamen non tenetur vir accusare: sed est distinguendum, ꝙ aut mulier se corrigit de fornicatione aut non: si se corrigit, non solum vir non tenetur eam accusare, sed neque etiam est necesse denunciare, vel admonere, sed poterit licite retinere, immo bene & meritorie facit retinẽdo: sic dicitur in alleg. c. si vir, ꝙ si mulier egerit pęnitẽtiam, & voluerit ad virum suum reuerti, debet recipere peccatricẽ, vt 32. q. 1. c. de benedictio. & idem dicit Aug. in epistola ad Pollentium, & habetur 32. q. 1. c. quod autem. & c. non erit. Si autem non emendatur, aut est spes emẽdationis, aut non: si est spes licitum est tolerare patienter sub spe, si aũt non est spes, aut saltem est perseuerãtia in fornicatione, tenetur vir eam moderate corrigere & admonere, & tenetur eam denunciare Ecclesiæ, ꝭm correctionem fraternam, ꝙ si nõ facit, peccat mortaliter, vt dicitur in alleg. c. si vir. in gl. Sed dicendum, ꝙ non tenetur eam accusare ad diuortium faciẽdum. Ratio diuersitatis est, quia hoc quod est corrigere, & admonere, vir põt facere sine præiudicio sui, & illud tenetur facere, nam alias cum ipse possit occurrere huic malo, & non faciat, non caret scrupulo societatis occultæ. De accusatione quãtum ad diuortium secus est, quia in hoc vir præiudicat sibi, nam per diuortiũ non desinunt esse coniuges, de diuor. cap. quæsiuit. & ita vir viuente illa nõ poterit accipere aliam, vnde cogeretur continere, sed nullus cogitur cõtinere, nisi ex voto, vel ex delicto, & hic neutrum est, ergo non tenetur iste accusare vxorem ad diuortium.

Sed adhuc obijcietur quia. 32. quæst. 1. c. siquis vxorem, dicitur ꝙ qui inuenerit mulierem suã esse adulteram, & commixtus fuerit cum ea, quando non pœnituit de crimine, pœnitebit vir per duos annos, & in alio. c. siquis vxorem. dicitur quòd qui nõ vult dimittere adulteram vxorem pęnitebit per tres annos, sed non imponitur pęnitentia nisi pro peccato, ergo peccat qui cognoscit mulierem adulteram, tenebitur igitur dimittere eam.

Replicatio ꝓ opi. S. Thõ. remouetur.

Dicendum, quòd intelligunt aliqui ista. ca. duo, de muliere adultera, cuius adulterium per sententiam effectum est notorium, nam tunc pronunciatur diortium, & si tunc post sentẽtiam cognoscat eam vir, dicunt, quòd debet pęnitere, & ita iudicatur peccatum, quia videtur aliquo modo approbare adulterium illiꝰ redeundo ad illam. Alio modo potest dici ad ista iura, & omnia illa, quæ dicunt, quòd sit vir patronus turpitudinis, qui retinet talem vxorem, & quæ ostendunt eum peccare, quòd intelliguntur, quando vir nõ corrigit fœminam, & admonet quãtum est in se vsque ad denunciandum eam Ecclesiæ non ad diuortiũ, sed ad pœnitentiam agendam, nam quandiu ista non faciẽs retinet eam recte creditur consentire peccato, cum non detestetur illud q̃tum potest, nã non caret scrupulo societatis occultæ, qui ei facinori cui põt, desinit obuiare.

uiare. De homic. c. sicut dignum. postquam autem iste egit quantum potuit non imputatur sibi aliquid ad culpam, ꝙ autem eam accuset non est necesse cũ sibi p hoc vir p̄iudicet, iõ tenetur adulteriũ vxoris denunciare Ecclesiæ ad hoc, ꝙ cogatur agere pęnitentiam: non aũt tenetur accusare ad diuortium faciendum, sic colligitur de iure iuran. c. quemadmodum in textu, & glosa. Maxime quia vir iste non agit, vt adulterium approbet vxoris, nec vt misereat̃ illi, sed vt sibijpsi non præiudicet, & tñ si vir vellet in hoc casũ accusare vxorem ad diuortium, & ipse posset continere, melius ageret quàm cum illa manere.

Impugnatio alterius dicti S. Tho. *Quæst. LXXIX.*

DICEBAT vlterius beatus Thomas, quòd fidelis conuersus potest manere cum infideli cum spe conuersionis, si non viderit eam obstinatam in infidelitate, & benefacit, tamen non tenetur.

Quantũcunque vnus coniugum sit in infidelitate obstinatus licitũ est alteri cohabitare illi contra s.Tho.

Est verum, ꝙ fidelis vir, vel vxor conuersus ad fidẽ potest manere cum infideli coniuge, quia matrimonium nõ est dissolutum, ideo actus commixtionis est licitus inter eos, & non solum est licitum sic manere, sed ẽt est meritorium si fidelis agat eo animo, vt per continuam quotidianamq; assuetudinem ducat infidelem coniugem ad fidem, & ita Apostolus cõsulit. 1. Corin. 7. ꝙ fidelis non discederet, & tñ consiliũ est de potioribus bonis: maius ergo est & melius manere cum cõiuge infideli, quàm recedere, & dat ibi causam Apostolus, quia per virum fidelem sanctificatur mulier infidelis, & per mulierem fidelem sanctificatur vir infidelis. i. poterit ad fidem conuerti, quod est fieri sanctum.

Cum aũt dicit, ꝙ non tenetur fidelis manere cum infideli verũ est, vt postea dicetur, sed melius est manere, q̃ non manere. Sed cum dicit, ꝙ bonum est manere, si est spes de conuersione innuit, ꝙ malum est manere si credatur mulier obstinata in infidelitate, & ꝙ non licet. Sed nõ est sic intelligendum; nam quantumcunq; sit vnus coniugum in infidelitate obstinatus licitum est alteri cohabitare illi, & patet primo, qa matrimonium nõ est dissolutum inter istos, sed q̃diu aliqui sunt coniuges est semper actus commixtionis licitus inter eos, ergo licitè isti manent.

Secundo quia nullo iure vetatur, ꝙ coniuges cohabitent quorum vnus fidelis factus est, & alter manet infidelis, ergo licitum est cohabitare.

Tertio patet, quia si teneretur fidelis recedere ab infideli cogeret̃ seruare continentiã q̃diu alius viueret, cũ sint legitimi ꝯiuges, vt colligit̃ de diuor. c. gaudemus, sed nullus debet astringi ad seruandũ cõtinentiam, vt dictũ est, ergo non coget̃ fidelis dimittere infidelẽ. Sed est dicendũ, ꝙ qñ nulla spes est de conuersione infidelis, melius est recedere q̃ manere, & hoc maxime, qñ infidelis conat̃ subuertere fidelẽ trahẽdo ad infidelitatẽ, quia pp tale periculũ est tutius nõ cohabitare, ideo est melius: non tñ pp hoc fit illicitũ, ꝙ cohabitet fidelis infideli, cum iure suo vtatur.

Ad rationes positas. q. 75. *Quæst. LXXX.*

SVPPOSITIS his rñdebimus ad rationes in cõtrariũ: erat prima, ꝙ fidelis non possit hẽre coniugem infidelẽ. Dicendũ, ꝙ aliud est accipere de nouo coniuges aliud est tenere eas, q̃ iam acceptæ sunt: non licet alicui fideli accipere vxorem infidelem, vel hæreticam aut apostatam, nec ẽt infideli accipere fidelem in uxorem: nam neque Iudæus Christianam, nec Christiana Iudæum accipere

F valẽt in virum. C. de iudę. & reli. l. ne quis Christianã: & generale est hoc quantum ad omnes infideles, vt dicit Ambrosius lib. de Patriarchis. & 28. q. 1. scilicet, Caue Christiane gentili, aut Iudæo filiam tuam tradere. Caue inquit gentilem aut Iudæam, & alienigenam hoc est hæreticam, & omnem alienam a fide tua vxorem non accersias tibi, qui autem fidelis accipit infidelem vxorem, vel è contrario præter legales pęnas in alleg. l. ne quis Christianam, debent secundum canones excommunicari. 28. q. 1. cap. si quis Iudaicę, s. si quis Iudaicę prauitati cõiugali societati iungitur, siue Christiana Iudæo, siue Iudæa Christiano mulier carnali consortio misceatur: quicunque eorũ tantum nefas admisisse cognoscitur a Christiano cętu atque conuiuio, & a communione Ecclesiæ protinus segregetur:

G secus autem est retinere vxorem legitimè acceptam: nam inter infideles est matrimonium verum, & legitimum. de diuor. c. quanto. & 28. q. 1. §. ex his itaque. Matrimonium autem legitime contractum non dissoluitur, ideo licebit fideli conuerso manere cum infideli, cum qua legitime contraxit cum ambo erant infideles, & non contraheret nunc, si de nouo contrahendum esset.

Ad secundum dicẽdum, quòd fidelibus non permittitur contrahere cum infidelibus nõ solum propter periculum, sed etiam propter ignominiam, quia est confusio quædam fidei, & religionis Christianæ quòd mulier fidelis sit subdita viro infideli. Et quòd

H Ecclesia aduertat ad istum honorem fidelium appa ret, quia propter hoc iubetur, quòd Christiani non manducent cum Iudæis inuitando eos, nec ab eis recipiant conuiuia. 28. q. 1. cap. omnes deinceps. cum dicitur omnes deinceps clerici, siue laici Iudæorum conuiuia vitent, neque eos ad cõuiuium quisquã excipiat: quia cum apud Christianos communibus cibis non vtantur indignum atque sacrilegium est eorum cibos a Christianis sumi: cum ea, quæ apostolo permittente nos sumimus ab illis iudicentur immunda ac si inferiores incipiant esse Christiani, quàm Iudæi si nos, qui ab illis apponuntur vtamur: illi vero a nobis oblata contemnant, & ob hoc cum magis sit iniuria religionis Christianę cum Christianus nubit infideli, quàm si Christianus accipiat infidelem in

I vxorem magis permittitur, vnum quàm alterum saltem quantum ad hæreticos. 28. quæst. 1. cap. nõ oportet. s. Non oportet cum omnibus hæreticis miscere connubia, vel filios vel filias dare, sed potius accipere, & ideo quia de nouo contrahere cum infidelibus est ignominia Christianæ religionis, nõ permittitur: contrahentes autem dum erant infideles, ꝙ postea sic maneant vno eorum ad fidem conuerso, non est ignominia, ideo permittitur.

Aliter potest dici quòd etiam si sit periculum aliquod fideli non prohibetur manere: maxime si est spes de conuersione infidelis, & non est simile de eo, qui iam est fidelis quòd contrahat cum infideli. Nã multa tolerantur postquam sunt facta, quæ non permitterentur de nouo fieri: est causa potissima, quia

K cum contractum fuerit matrimonium inter istos infideles existentes manet postquam facti sunt fideles: & si fidelis vellet discedere ab infideli cogeretur seruare continentiam illo viuente. de diuor. c. gaudemus. ideo vt non cogatur ad hoc permittuntur manere fidelis, & infidelis: secus de fideli qui cum infideli contrahere vult, quia etiam si non contrahat cũ illa potest contrahere cum alia & non cogetur seruare continentiam, ideo non permittitur contractus de nouo cum infideli.

Tertium

Tertium argumentum q. 75. tollitur, & improbatur responsio D. Tho. ad idem. Quæst. LXXXI.

AD tertium respondet prefatus B. Thomas quòd in primitiua ecclesia tempore Apostolorum indifferenter conuertebantur ad fidem Iudęi, & Gentiles, & ideo tunc vir fidelis poterat habere spem probabilem de conuersione vxoris, etiam si conuersionem non promitteret, postmodum vero tempore procedente Iudęi obstinati erant magis, & Gentiles intrabant ad fidem, sicut tempore Constantini Imperatoris, & circa tempora illa, ideo non erat tutum tunc, vt fidelis cum Iudæo infideli cohabitaret, nec erat de eius cõuersione spes, sicut de conuersione Gentilis, & ideo tunc fidelis cõuersus poterat habitare cum Gentili, sed non cum Iudęa, nisi de conuersione promitterer, & secundũ hoc loquitur decretum illud, sed nunc pari passu ambulant vtrique. s. Iudæi, & Gentiles, quia vtrique obstinati sunt, & ideo nisi vxor fidelis conuerti velit, non ꝑmittitur ei cohabitare, siue Iudęa, siue Gentilis sit.

Sed intellectus huius beati doctoris ad decretum illud habet satis magnam difficultatem, quia nõ multum videtur conuenire iuri, neque intentioni illius literę, neque expositorum, cum enim dicit, quòd in ecclesia primitiua, tam Gentilibus, quam Iudęis vxoribus cohabitabant viri fideles, verum est immo erat bonum sic fieri, & Apostolus hæc vult. 1. Corinth. 7. c. vbi non distinguit Iudęos, & Gentiles, sed generaliter dicit infideles vxores, vel infideles viros non debere dimitti, quòd vero addit ꝓcedente tempore, vt circa tempora Constantini induratos Iudęos, & tunc non debere cohabitare eis, nisi expresse de fide promitterent. Gentiles vero non obstinatos, ideo cohabitandũ eis sine expressa promissione, & de hoc tempore dicit intelligendum decretum illud: motiuum aũt suũ est, quia de Iudęis dicitur ibi, & non de Gentilibus.

Sed dicendum, quòd hoc non multum conuenit, quia non inueniuntur iura facere differentiam inter infideles circa hęc, sed idem de omnibus illis decernitur, sed ibi dicitur de Iudęis, quia forte istud magis accidebat circa Iudęos, quam circa Gentiles, sed intelligitur ius extendi ad omnes infideles, sic patet extra de Iudę. & Sara. c. cum sit nimis: vbi de Iudęis statuitur, quòd non præsint officiis publicis, in quibus aliquid agere possint contra christianos, & in fine dicitur hoc idem extendimus ad paganos, maxime quia hic causa est communis, ideo non vr̃ aliquid accipiendũ de Iudęis, quod non extendatur ad omnes infideles.

Cum autem dixit, quòd nunc pari passu currũt omnes, quia omnes ęqualiter obstinati sunt, hic dicit eos currere pari passu, quia iura nõ distinguunt de eis, sed generaliter loquuntur de infidelibus. Sed cum addit, quòd nunc non permittitur fideli habitare cum infideli, nisi de conuersione promittat, debet intelligi cõtra voluntatem coniugis fidelis, nam non tenetur fidelis cohabitare infideli, si noluerit etiam si infidelis illud petat, nisi infidelis statim promittat de conuersione, & tamen si fideli placet cohabitare infideli, etiã si ille non promittat de conuersione non facit illicitum, & poterit sic manere per totam vitam, licet coniux infidelis nunquam conuertatur, ita iura volunt, & ita de facto seruat ecclesia, & hoc patet, quia alias iura frustra distinguerent, quando infidelis vult cohabitare fideli cũ contumelia, aut sine contumelia creatoris, si nunquam liceret fideli cohabitare infideli, & tñ istę distinctiones fiunt de iure nouo, vt de diuor. c. quanto, & c. gaudemus.

Glo. Ioannis glosatoris decretorum.

Sed de intellectu decreti illius variè sentitur: Ioannes enim in glo. dicit vno modo, quòd illud decretũ correctum est per ius nouum. de diuor. ca. quanto. vbi non soluitur matrimonium inter tales infideles.

Secundo dicit, quòd potest intelligi non generaliter, sed solum in casibus specialibus. s. cum non vult cohabitare sine contumelia creatoris, vel cum trahit fidelem ad peccatum mortale, & tamen dicit, quòd non est tunc speciale in Iudęo, sed extenditur ad Gẽtiles.

Tertio dicit intelligi in casu, in quo ambo isti fuerũt primo christiani, & postea alter factus est Iudęus, nam tunc tenetur Iudęus reuerti ad fidem, quia est apostata, & si non fuerit reuersus, debet mulier ab eo recedere, vt dicit Aug. lib. de Adulterinis coniugiis, & habetur 28. quęst. 1. cap. non solum. Immo si postea rediret vir iste ad fidem priorem non redderet ei mulier, si foret iudicio ecclesiæ ab eo separata, sed posset intrare religionem eo inuito. de conuersione coniu. cap. mulier. si autem non fuisset iudicio ecclesiæ separata cogetur redire ad virum, de diuort. cap. de muliere. & ita est in c. isto Iudęi, quia ibi admonentur, quòd priuabuntur consortio vxorum, nisi ad fidem catholicam transierint.

Quartus sensus est, quòd intelligatur specialiter in vxore, & non in viro: dicit enim aliud est si vir cõuertitur ad fidem aliud si mulier; nam si mulier conuertitur ad fidem ipse debet recedere a viro, ne vir eam reuocet ad priorem errorem: secus si vir conuertitur, quia facilius possunt viri reuocare mulieres, quam è contrario, & tunc deberet intelligi generaliter hoc de omnibus mulieribus conuersis ad fidem, siue sint Iudęę, siue gentiles.

Et tamen iste sensus nõ satis cõuenit, quia Apostolus sciebat periculi differentiam inter virum, & mulierem, & tamen sicut dixit non debere recedere virũ fidelem a muliere infideli: ita dixit, quòd vxor infidelis non recedat a viro infideli. 1. Corin. 7. c. Contra Ioannem.

Secũdo quia dedit ibi causam huius, dicens, quòd sicut vir fidelis debebat manere cum vxore infideli, quia sanctificatur mulier infidelis per virum fidelem, ita dixit, quòd non recederet vxor a viro, quia sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem. Istud autem sanctificari est conuerti secundum vnum sensum: ergo ita speratur, quòd vxor cohabitando deducat virũ ad fidem, sicut vir vxorem, & etiam iura non faciunt differentiam inter virum, & vxorem.

Omnibus autem istis expositionibus relictis dat glo. ibi aliam dicẽs, sed melius credo, quòd intelligat quando Iudeus existens Iudeus contrahit cum christiana, & tunc conuenit iuri, quòd fiat separatio nõ solum quantum ad cohabitationem, sed etiam quantũ ad vinculum: nam etiam inter tales non potuit tenere matrimonium, cum essent disparis cultus, quando cõtraxerunt, & secundũ humanas leges puniri debebat vterque, sed Ecclesia, quę non irrogat tales pęnas admonet viros, vt conuertantur ad fidem, quòd si fecerint permisit eos cohabitare, quia tunc ex nouo consensu inducitur inter eos matrimonium. Si autem noluerint viri conuerti, cum nullum vinculum matrimoniale sit inter eos, separat eos Ecclesia, & habebat tunc mulier licentiam accipiendi alium virũ. Iste sensus satis videtur conuenire literę inquantum dicitur Iudęi, qui christianas mulieres in coniugio habẽt: ac si diceretur Iudęi, qui acceperunt christianas in cõiuges, & tunc idem fieret de omnibus infidelibus viris, si accepissent christianas vxores, nam aut conuerterentur ad fidem, aut vxores perderent. Alia rñsio glo.

Dicendum ergo, quòd vel ille est sensus decreti huius, vel intelligitur quomodocunque vxor infidelis conuertatur ad fidem, quòd vir teneatur aut ad fidem conuerti aut dimittere illã. Si primus sensus teneatur tenet Determinatio auctoris.

tenet verum etiam hodie decretum illud: si autem secundus sensus: dicemus, ꝙ est reuocatum per ea, q̄ dicuntur de diuor. capitulo quanto &c. gaudemus. s. ꝙ non cogatur fidelis mulier dimittere infidelem virum si conuerti noluerit, immo potest ipsa cohabitare ei, licet ille non potest eam cogere ad cohabitandum.

Ad quartum argumentum, quæstionis septuagesimæquintæ. Quæst. LXXXII.

AD quartum dicendum, ꝙ infideles contrahūt in gradibus vetitis apud nos, & tamē non sunt vetiti apud illos, & postquam efficiuntur fideles manent in talibus coniugiis, eo ꝙ matrimonium uerum contractum fuit inter eos, quando infideles erant de diuor. c. quanto: sed matrimonium verum, & legitimum non dissoluitur per fidem, & baptismum superuenientem, qa baptismus crimina tollit non coniugia. eodem titu. capitulo gaudemus, & 28. q. 2. c. siquis habuerit: ideo manebunt taliter copulati libere postquam conuersi fuerint. eodem capitulo gaudemus. de consang. vel affinitate capitulo de infidelibus. Cum autem arguitur, ꝙ isti sunt fideles aut alter eorum: & fideles non possunt in talibus gradibus habere coniuges. Dicendum, ꝙ interdicitur fidelibus accipere coniuges in talibus gradibus, & non habere: vnde si isti fuissent fideles, quando contraxerunt non permitterent contrahere in talibus gradibus, sed quia erant tunc infideles, & licite contraxerunt, licet eis postea ad fidem transeuntibus manere in eo, quod non erat eis peccatum, quando infideles erant.

Ad quintū arg. q. 75. Ad quintum dicendum, ꝙ quidam infidelium accipiunt multas vxores, & isti si conuertantur non manebunt cum eis, sed an cum aliqua, vel cum qua quis maneat iam supra declaratum est, hoc autem certū est, ꝙ non licebit viro manere cum pluribus, aut cū duabus saltem. de diuor. capitu. gaudemus. & ita est, ꝙ fidelibus non licet contrahere cum multis, & infidelibus conuersis ad fidem non licet manere cū multis: non quasi sit hoc contra aliqua statuta, vel mores christianæ religionis, sed quia infidelibus ipsis, quando erant infideles non licebat cum pluribus contrahere sed cum vnica: ergo cum ad fidem redeunt in qua illicita non permittuntur non licebit eis manere cum pluribus mulieribus, vt supra diximus.

Ad sextum arg. Ad sextum dicendum, ꝙ nobis non licet repudiare vxores, neque accipere repudiatas ab aliis: & ita si infideles ad fidem conuertantur, non licebit hoc eis post conuersionem: ante conuersionem autem hoc faciebant velut licitum sibi ex legibus suis: & tamen non erat licitum, ut magis supra declaratum est: ideo

In q. 29. & 30. si repudiauerit infidelis vxorem, & post conuertitur non poterit illa uiuente aliam habere, & sic quando conuertitur habet aliam non licet ei cum illa manere, sed reconciliabit sibi aliam: quod si non fecerit, vel aliquo casu illa non redierit ad eum, non poterit aliam accipere ea uiuente, nisi si illa non vult cohabitare viro: aut non sine contumelia creatoris: in alle. capit. gaudemus. de his, quæ pertinent ad hæc tria argumenta adhuc. j. tangemus.

Cum fideli conuerso liceat manere cum coniuge infideli, an possit eam abijcere, vel cogetur habitare ei, quandiu illa vult habitare sine contumelia creatoris. Quæst. LXXXIII.

EST etiam dubium supposito, quòd fideli conuerso liceat manere cum infideli coniuge: an potest abiicere illam, vel cogetur habitare ei quan-

F diu illa vult cohabitare sine contumelia creatoris.

Aliqui dicunt, ꝙ cogitur cohabitare, quia apostolus videtur hoc mandare, ꝙ vxor non discedat a uiro infideli consentiente cohabitare: & similiter vir fidelis a coniuge infideli.

Secundo, quia maius est vinculum vxoris ad virū, quam serui ad dominum: sed seruus non soluitur a vinculo seruitutis etiam si ipse sit prius infidelis, & postea efficiatur fidelis primo Corinth. 7. ergo multo minus soluetur vinculum matrimoniale, ergo cohabitabit fidelis infideli ex necessitate.

Tertio, quia nullus potest præiudicare alteri sine suo consensu: sed vxor infidelis habet ius in corpus viri infidelis: si ergo viro conuerso ad fidem non haG beret idem ius, prẹiudicaretur ei, ergo aut habet idē ius, aut non: si habet, ergo cogetur cohabitare vxori eo modo, quo prius cogeretur: & sic non poterit discedere fidelis, si autem post conuersionem non habet infidelis idem ius, quod prius in corpus coniugis sequitur ꝙ post conuersionem præiudicatur manenti in infidelitate, ergo nō licebit coniugi infideli transire ad fidem sine consensu coniugis manentis in infidelitate: sicut non licet viro intrare religionem, aut ascendere ad ordines sacros sine consensu uxoris, qa per hoc præiudicatur ei, cum cogatur continere, & tamen absurdum est, ꝙ non liceat vni coniugi transire ad fidem sine consensu alterius. Ergo dabitur, ꝙ maneat idem ius cohabitationis, ꝙ prius infideli ad fidelem.

H Quarto siquis contrahat scienter cum ancilla, siue ipse liber sit, siue seruus, non licebit ei recedere ab ea propter diuersitatem conditionis: sed infidelis qñ contraxit cum infideli sciebat ipsum infidelem, ergo etiam si postea efficiatur disparis cultus non licebit recedere.

Quinto uidetur ex parte viri, ꝙ si factus sit ipse fidelis non liceat ei recedere ab vxore infideli, quia potestis habere filios communes, & quia partus sequitur uentrem, si uir fidelis recederet ab vxore infideli manerent filii cum matre in periculum satis, ergo vt filii non pereant tenebitur fidelis non dimittere infidelem.

I Sexto, quia adulter non potest dimittere adulteram, etiam antequam agat pnīam de adulterio, sed de infidelitate, & adulterio idem est iudicium, ergo non poterit dimittere vir fidelis infidelem.

Dicendum, ꝙ qñ alter coniugum infidelium cōuertitur ad fidem manēte alio in infidelitate potest fidelis cohabitare īfideli si uoluerit: maxime si hoc faciat sperans de illius conuersione, ut s. diximus: & tñ non cogitur manere cum eo, sed liberum est sibi cohabitare, vel recedere: sic patet. 28. q. 1. c. siquis gētilis. s. si quis gentilis gentilem dimiserat vxorem ante baptismum, post baptismum in potestate eius erit habere, vel nō habere, intelligendo, ꝙ repudiauerat eam

K sine cā, nam tunc si illa maneat infidelis cōuerso eo ad fidem, manet libertas viro cohabitandi ei, vel nō. Et si uelis calumniari contra intellectum huius habes. e. cā, &. q. 2. §. hic distinguendum est, ubi dr̄ nolētem. n. cohabitare, licet quidem dimittere, sed nō ea viuente aliam ducere.

Causa aūt quare liceat fideli cohabitare, vel recedere est, quia infidelitas est fornicatio quędam, & tñ pro fornicatione licet uiro abiicere vxorem, vel retinere eam cohabitantem sibi de conuer. coniuga. ca. gaudemus, ergo de infidelitate idem erit, qñ actualiter manet alter coniugum in infidelitate, quia non est tunc emendatus de fornicatione. Quod sit infidelitas fornicatio dicit illud August. lib. de Adulterinis coniugiis. & 28. q. 1. ca. non solum. s. non solum mœchatio

Pro... S. T... con... nen...

chatio est illius, qui carnem suam coinquinat, sed etiã qui simulachrum facit, mechatur. Etiam causa est diuersitas vitę, quando quis transit ad aliam vitam, absoluitur ab eis, quę erant vitæ prioris, sicut transiẽs ad religionem absoluitur a votis omnibus, quæ emisit in seculo, & non tenetur exequi aliquod illorum, de voto, & voti redemp. c. scripturę, sed transiens de infidelitate ad fidem mutat vitam, quia moritur priori statu, ideo non tenebitur cohabitationi ad infidelem, cui prius tenebatur, ista ratio est Beati Thomæ, & aliorum.

Sed non multum satisfacit, quia si per mutationẽ vitę huius absolueretur ab omnibus prioribus obligationibus, quas inciderat in statu, vel vita infidelitatis, cum ibi contractum fuisset matrimonium, alias solueretur a vinculo illius, & ita posset cum alia contrahere. Sed falsum est, quia si fidelis recedit ab infideli, non potest aliam accipere etiam ad fidem Christi cõuersam, vt dicetur: ergo non absoluitur propter conuersionem ad fidem generaliter ab omnibus obligationibus, & ideo licet absoluatur a necessitate cohabitandi non absoluitur propter hoc, sed propter aliquid aliud.

Secundò patet, quia si per conuersionem ad fidem absolueretur fidelis ab omnibus obligationibus quibus prius tenebatur, cum actio, vel obligatio extincta non resurgat, non teneretur ille fidelis ad cohabitandum coniugi etiam si conuerti vellet, & tamẽ quñcunque conuertatur, postea antequam fidelis trãseat ad alia vota, tenetur ei cohabitare. etiam si culpa præcessisset, vtpote, quia requisitus noluisset conuerti, de diuor. ca. gaudemus, ergo non fuit extincta obligatio iuris cohabitandi per conuersionem ad fidem.

Probatio auct. ad cõclusionẽ.

Aliter ergo dicendum est, ꝙ infidelis cum conuertitur manente altero cõiugum in infidelitate, statim ille habet ius manendi cum infideli, vel recedendi ab eo, & si reclamet qui manet in infidelitate, vt restituatur coniux ei ad cohabitandum, non auditur.

Primò, quia manet in fornicatione non correctus, ergo non cogitur coniux ad eo habitandum.

Secundò, quia ex culpa sua priuatur iure cohabitãdi infidelis. s. quia conuerso altero coniuge, ipse nõ cõuertitur, & ideo non mirum si ex culpa pereat ius cohabitandi, & tamen si pęniteat, & conuertatur re integra remanet ei ius cohabitãdi, quia tenetur fidelis recipere illum ad cohabitationem.

Tertiò propter periculum, quia nemo debet cogi se exponere periculo, & maxime periculo fidei, cum istud sit maximum periculum, & tamen aliquis conuersus ad fidem est ita tener, ꝙ si aliqualiter competatur a coniuge infideli peruertetur, debet ergo dari licentia conuerso ad fidem, vt cohabitet, vel non, sicut viderit sibiipsi expedire.

Argumenta quæstion. superioris soluuntur.
Quæst. LXXXIIII.

NVnc respondendum est ad ea, quę dicuntur in contrarium. Ad primum dicendũ, ꝙ de dicto Apostoli quõ accipiatur, infra quęretur specialiter. Ad secundum dicit dictus B. Tho. ꝙ non est sic de obligatione serui, sicut coniugum, quia seruire non repugnat perfectioni christianæ, quæ consistit in humilitate cum seruire sit humilitatis, sicut aliquo modo repugnat vsus matrimonii, ideo magis absoluitur a matrimoniali opere, quam a seruitute.

Aliter dicit, quòd non est simile, quia seruus obligatur domino, sicut possessio eius, vt dicit Arist. quinto Ethicorum, & libro primo Politic. vel sicut pecunia possidẽti, quia seruus est pecunia domini sui. Exodi 21. coniuges non obligantur sic, sed habent velut contractum societatis mutuæ, cum vocent eos iura socios humanę, & diuinæ domus, & ista societas dissoluitẽ p hoc, ꝙ alter eorũ manet in ĩfidelitate, cũ nõ sit societas luci ad tenebras, nec fideli ad infidelẽ. Sunt aũt vera præcedentia, & maximè secundũ, quia nõ p̃t iudicari idem de seruo, & coniugibus, quia seruus cũ sit res possessa, non est ad eum iustum, vel iniustum, vt dicitur libro quinto Ethicorum, vnde neque attenditur quid ei bonum, vel malum sit, sed quid domino, & ob hoc neque per conuersionem ad fidem mutatur aliquid de seruitute, coniuges vero sunt, vt liberi, & iudicantur ad paria, de diuort. capitulo gaudemus. ideo inter eos consideratur quid iustum, & quid iniustum sit, & competit vnius contra alterum, Vnde conuerso ad fidem competit contra infidelem, quòd eum excludere possit a cohabitatione propter causas supra positas.

Sed adhuc quantum ad seruum dicendum, quòd aliquid facit fides, nam infideles non possunt habere seruos fideles, siue eos qui fideles sunt, siue eos, qui erant infideles, & volunt effici fideles, & possunt christiani redimere illos inuitis possessoribus, & tenentur eos dare pro certo precio, scilicet quemlibet seruum pro duodecim solidis, & si Iudęi voluerint, vel alii infideles eos retinere exeunt in libertatem extra de Iudæis, & Saracen. capitulo pręsenti, & capitulo multorum, & adhuc adstringitur Iudæus nullum fidelẽ seruum habere causa seruitii, nam si habuerit, statim efficitur liber nullo precio dato: si autem emerit seruos baptizatos, vel baptizari volentes, tenetur exponere eos venales infra tres menses, quod si non fecerit, nõ licet iam ei vendere illum, nec alicui eum emere, sed nullo dato precio exibit in libertatem, & quando vẽdiderit tales seruos, cogetur quemlibet dare pro duodecim solidis, eodem titulo, capitulo nulli Iudęo, & ideo dicendum, ꝙ circa seruitutem multum immutat fides, nam fides superueniens liberat a seruitute, non quidem a seruitute, qua tenebatur fidelis fideli, sed qua tenebatur fidelis infideli, & ab illa non absolute, sed in modo supradicto.

Solutio D. Thom. ad tertium argumentum q. 83. reijcitur.
Quæst. LXXXV.

AD tertium dicit idẽ Beatus Thomas, quòd vxor non habebat ius in corpore viri, nisi quandiu in vita illa manebat, in qua contraxerant, quia mortuo viro soluta est mulier a lege viri, ad Rom. septimo capitulo, ideo si postquam vir mutat vitam moriens priori vitæ ab ea discedat nullum fit ei preiudicium, transiens autem ad religionem moritur spirituali morte, & non corporali, & ideo si matrimonium sit consummatum non potest vir sine consensu vxoris ad religionem transire, potest tamen ante copulam carnalem, quando est tantum copula spiritualis, sed ille, qui ad baptismum accedit corporaliter Christo consepelitur in morte, & ideo a debito reddendo absoluitur etiã si post matrimonium consummatum. Et concludit aliter, vel quòd dicendum est vxorem pati ex sua culpa, scilicet, quia non conuertitur, & ita non est pręiudicium.

Confuta. S.Tho.

Dicendum, quòd prior ratio D. Thomæ non multum est iuridica, quia pertinet ad metaphoras. Et primò, quia dicit, quòd non habebat ius mulier in corpore viri, nisi quandiu manebant in vita illa, in qua contraxerant, nam si hoc esset cum vir mutat vitam, per conuersionem, expiraret ius cohabitationis, & actuum

actuũ matrimonialium, sed ius, quod extinguitur semel, non reuiuiscit, ergo postea non competeret, sed competit, quia statim, vt conuertitur infidelis, tenetur fidelis prius conuersus admittere eum ad cohabitationem in alleg. c. gaudemus. ergo non fuit extinctum ius, vel non est verum, ꝙ solum in illa vita competebat, in qua contraxerant.

Secundo patet, quia si solum in illa vita competeret cohabitatio materialis, sicut non competeret infideli cohabitare fideli: ita neque competeret fideli, cohabitare ĩfideli, qa iã nõ erãt ĩ ea vita, in qua prius & tñ hoc ẽ falsum, qa fideli licet cohabitare ĩfideli si voluerit: & licet ei cogere infidelem ad cohabitationem, vt supradictum est: & infidelis peccat recedendo, quando vult fidelis cohabitare vt infra dicetur: ergo non est verum, ꝙ propter diuersitatem vitæ sit ista mutatio: & sic ex hac parte non tollitur aliquod pręiudicium coniugis.

In q. 86. & 67.

Tertio, quia allegat in similitudinem, quia mortuo viro soluta est mulier a lege viri, & ideo si postq̃ vir moriens priori vitę discedat non fit præiudicium vxori. Hoc non stat, quia illud dictum apostoli intelligitur de morte corporali & vera, ĩ qua soluitur omnis obligatio pure personalis, sed ista uita, & mors accipiuntur spiritualiter, vel ciuiliter, ideo non tollitur aliqua obligatio personalis huiusmodi, & ratio est, quia matrimonium habet actus personales ex parte corporis, & non animę: mutatio autem secundum fidem est spiritualis, & non corporalis: ideo manente vita corporali, secundum quam sunt actus matrimonii non soluitur obligatio materialis per mutationẽ vitæ spiritualis, quæ ad matrimonium nihil facit.

Ratio S. Tho. quare mřimonium dissoluitur p conuersionẽ ad fidẽ non tñ per ingressum religionis, impugnat.

Deinde dare vult rationẽ dictus Beatus Thomas, quare infidelis coniux possit conuerti ad fidem sine alterius coniugis consensu: & non possit vir ad religionem transire sine consensu coniugis: & dicit, ꝙ transiens ad religionem moritur morte spirituali, & non corporali, ideo non potest post consummatum matrimonium transire ad religionem sine consensu coniugis, sed ad fidem transiens moritur morte corporali, quia consepelitur Christo corporaliter in morte: ideo in debito reddendo liberatur.

Sed ista non stant, quia non videtur hic differentia quantum ad mortem, ꝙ vna sit corporalis alia spiritualis: sed videtur vtraque spiritualis, cum homo viuat adhuc vita naturali, & ideo idem debet fieri in vtroque: quia & ista est quarta ratio.

Quinto, quia cum dicitur, ꝙ conuersi moriuntur morte corporali, quia consepeliuntur corporaliter Christo in morte. Dicendum, ꝙ conuersi dicuntur consepulti Christo ad Rom. 6. capitu. per baptismũ, inquantum, sicut Christus moriens occultatus est ĩ sepulchro, ita conuersi baptizantur, in quo baptismo merguntur corporaliter in aqua, & absconduntur: fit autem baptismus ad hoc, ꝙ moriamur peccatis. i. in nobis peccata moriantur: non tamen conuersi vere Christo sepeliuntur corporaliter, quia neque corporaliter moriuntur, ideo neque erunt in eis ea, quæ competunt vere morientibus, quale est solui ab obligationibus personalibus. Et tamen ad distinguendum iter mortem spiritualem, & corporalem, oportebat, ꝙ poneretur vera mors corporalis, ideo dicendum, ꝙ vtrobiq; est mors spiritualis, & mutatio uitæ spiritualiter, & non personaliter cum maneat eadẽ persona.

Sexto quia si conuersio iudicaretur mors corporalis non solum absolueretur fidelis a debito, & cohabitatione, sed etiam a vinculo matrimonii sicut mortuo uiro soluta est mulier a lege eius, & potest alium uirum accipere, & etiam si ille resurgat, & illa

F nondum acceperit alium non cogitur accipere illũ, sed potest accipere alterum, & tamen non absoluta vinculo, quia non potest ille accipere aliam ea viuente, vt in c. gaudemus, ergo non accipitur ut mors naturalis,

Responsio auctoris ad tertium argum. quæst. 83.
Quæst. LXXXVI.

DICENDVM igitur aliter ad argumentum, ꝙ nullus potest facere alteri præiudicium sine eius consensu, vel culpa, aut etiam cã: cum autem hic duo infideles coniuges ꝯiunt: ius habent mutuo in corpora sua, & istud ius
G non perdit aliquis eorum sine consensu, culpa, aut cã: hic autem ex parte infidelis coniugis non fuit consensus, est autem culpa, & causa, culpa quidem est duplex. Prima, quia quando vnus transit ad fidem, manet alius in infidelitate, quę est fornicatio spiritualis: de qua non vult purgari inquantum non vult desere re illam, ideo iustum est, ꝙ perdat ius cohabitandi, sicut qñ alter coniugum fornicatur carnaliter perdit ius cohabitandi alteri coniugi, sine consensu, & tñ p culpam. s. fornicationem.

Secundo consideratur culpa, quia etiam si infidelitas non iudicaretur fornicatio, est tñ quidam status malus, in quo nemo manere debet, sed quilibet tenetur de illo exire. Cum autem alter coniugum exit
H de illo, & alius non est in culpa, qui non vult exire, & stade illo, & alius non est in culpa, qui non vult exire, & sta- pręiudicaret coniugi conuerso manendo in illo statu si cohabitaret pp disparitatem cultus, ideo cũ nolit recedere a culpa ista, non est ei præiudicium si recedat coniux fidelis ab eo. Cã ẽt est hic, ꝙ sæpe aliq priuantur iure suo sine culpa, & si non sine cã extra de diuor. c. quanto. s. Nec obstat, ꝙ a quibusdam forsan obiicit̃, ꝙ fidelis relictus non debeat iure suo sine culpa priuari, cum in multis casibus hoc contingat: & circa matrimonium, & sponsalia hoc tenet, de sponsalibus patet, vt si fiat mulier, cum qua de futuro sũt contracta sponsalia, leprosa, vel paralytica, vel nasũ, aut oculos amittat, dissoluuntur sponsalia extra de iureiuran. c. quemadmodum. & tñ in hoc p̃iudicat̃ mu-
I lieri, q̃ perdit sponsum, & forte non recuperabit aliũ & tñ non intercidit ibi culpa vxoris, cui præiudicat̃: fuit tñ cã aliqua ex parte eius. s. quia incidit in hęc mala. Similiter ĩ matrimonio si uir transeat ad ĩfideles, cum essent ambo fideles qñ contraxerunt, non poterit vxor relicta accipere alium uirum, sed cogitur ꝯtinere de diuor. c. quanto. s. Nec obstat, ꝙ a quibusdã obiicit̃. ꝙ fidelis relictus non debeat iure suo sine culpa priuari, cum in multis casibus hoc contingat, ut si alter coniugum incidatur. Et tamen hic dato, ꝙ coniũx infidelis nullam culpam haberet in non transeundo ad fidem, vel in remanendo in infidelitate, in qua natus est: adhuc esset causa ex parte eius, q ꝯuertitur
K scilicet, ꝙ non cohabitat fidelis secure infideli cum habeat magnum offendiculum ad recedendum a fide, in qua adhuc tener est: & quia fides est magni priuilegii, eo ꝙ ibi est tota salus, quia sine ea non est possibile placere Deo. ad hebræ. 11. c. absoluitur a Deo fidelis a cohabitatione cum infideli.

Cum autem postea addebatur dicendo, ꝙ non p̃t præiudicare vir vxori, sine cõsensu eius in eo, qui trãsit ad religionẽ, vel vult ꝓmoueri ad sacros ordines: nã non põt fieri sine ꝯsensu vxoris, ita ergo erit, ꝙ nõ possit transire alter coniugum a fide sine consensu alterius, uel si potest transire, non debet præiudicari non transeunti: & ita manebit ei ius cohabitandi.

Diceneum, ꝙ ad transeundum ad fidem, non requiritur aliqua licentia coniugis: immo qui non diuit- ut

tit patrem, & matrem vxorem, & filios propter Chri A
stum non habebit partem cum Christo, & ita dimis-
sio est maxime, quando illi obstant conuersioni ad fi
dem, quia tunc relictis illis, & contra voluntatem eo
rum ad fidem ueniendum est, & ita non exigit con-
sensus vxoris. Cum dicitur non requiritur cõsensus
coniugis: ergo non potest ei præiudicari. Dicendum
verum esse nisi culpa, vel cã intercidant, & tamen qñ
conuerso altero coniugum alius non cõuertitur est
in culpa, qui non conuertitur sicut. s̃. ostendimus, &
etiam si culpa non intercideret est ibi cã: ergo non p̄-
iudicatur manenti in infidelitate, sed priuatur iure
cohabitandi cum iuste id fiat.

Et cum dicitur de transeunte ad religionem, vel
sacros ordines non est idem, nam non recipitur vir
in monasterio, nisi de licentia vxoris in certo modo, B
vel si ipsa pariter ingrediatur. de conuer. coniu. capit.
cum sis, &. capit. vxoratus. Etiam ad ordines non p̄-
mittitur promoueri, nisi de consensu vxoris eodem
tit. cap. coniugatus, & si aliquis vir laicus in episcopũ
promouendus est, non potest id fieri si vxor eius nõ
profiteatur religionem: eodem tit. cap. sane si coniu-
gati, requiritur autem prædictus consensus, quia est ĩ
præiudicium vxoris: nam cogitur mulier, quæ dedit
viro licentiam intrandi religionẽ, vel ascendẽdi ad sa
cros ordines intrare monasterium si est iuuencula,
& de ĩcõtinentia suspecta eodem tit. ca. significauit,
& si est non suspecta, vt quia antiqua cogitur saltem
continere. e. ti. c. cum sis. & c. vxoratus, & c. significa-
uit, & propter istud pręiudicium magnum, ꝙ ei fie- C
ret, requiritur consensus eius.

In conuersione ad fidem nõ requiritur cõsensus uxoris in transitu uero ad religionem sic.

Sed in conuersione ad fidem non requiritur con-
sensus coniugis aut alicuius personę, quia Deus obli
gauit ad istum transitum. In transitu ad religionem,
vel ascensu ad ordines sacros est aliud, quia neutrum
istorum est necessarium ad salutem, quia sine isto est
salus, & non est sic de fide, ideo in vno exigitur con-
sensus coniugum, in altero non exigitur.

Secundo, quia siquis velit ad religionem transire
non est propter hoc vxor eius in culpa, si non trãseat
ideo non debet priuari iure suo. Etiam quia non ĩsur-
git ibi aliqua causa, quare hoc fiat, p̄p̄ ꝙ unũ de duo-
bus fiet. s. ꝙ aut in transitu vnius coniugis ad religio-
nis statum, vel ascensum ad sacros alter coniugum D
non priuabitur iure cohabitationis, & operum con-
iugalium, aut non poterit transire sine alterius con-
sensu. Primum non potest dari, quia status religionis
& ordinum sacrorum de se importat continentiam
perpetuam, vel ex voto expresso, vel ex tacito, immo
per ista sola duo solennizatur votum castitatis, ut pa-
tet de uoto, & uoti redemp. c. ꝙ uotum. lib. 6. ideo da
bitur secundum. s. ꝙ non liceat vni sine consensu al-
terius transire ad religionem, & in tantum non licet,
ꝙ si fiat transitus etiam si transiens profiteatur reuo-
catur ad sęculum inuitus petente altero coniugum.
de conuer. coniu. c. quidam. & capi. placet, & sicut fit
hoc, quando vnus sine licentia alterius intrat, utpote
si ignorante alio, vel inuito eo, ita etiam fit si de licẽ-
tia alterius ingrediatur, & sit licentia non legitima vt E
pote extorta per metum, vel dolum. eodem tit. c. ac-
cedens. Secus autem in eo, qui ad fidem conuertitur
quia neutrum istorum duorum datur. s. ꝙ consensus
requiratur, vel non pręiudicetur ei, immo consensus
non requiritur, & pręiudicatur manenti. De primo
est causa, quia conuersio ad fidem est de rebus maxi
me necessariis, & ita non debet pendere ex volunta-
te alicuius alterius.

De secundo est causa, quia transeunte vno coniu-
gum ad religionem christianam alius est in culpa, si-
ue non transeundo; siue quia est in fornicatione, &

A nõ corrigitur, & ista est ratio diuersitatis, ut sine con
sensu agatur, cum ei præiudicetur.

Ad quartum argumentum quæstionis 83. solutio.
Quæst. LXXXVII.

AD quartum dicendum, ꝙ non est sic de cõ
iugio seruorum, vel serui, & liberi sicut ĩ-
fidelium, quia cõditio seruitutis nisi igno
retur non facit personam illegitimam ad
contrahendum, disparitas autem cultus, siue sciatur,
siue non, semper facit personas illegitimas, & adhuc
magis illegitimas, quando hoc scitur: & ideo sicut se
habent ista à principio cõtractus, ꝙ non eodem mo
B do impediunt, ita se habebunt post contractum, sed
ad contrahendum non impedit disparitas conditio-
nis, uel seruitus in altero, siue vtroque, nisi ignoretur
ideo contracto semel matrimonio non habet ratio-
nem impediendi in uinculo, vel cohabitatione: de di
spari cultu secus, quia siue sciatur, siue non, semper
sunt personæ illegitimę, sed differt, quia si scienter
contrahunt, puniuntur, si non scienter, dissolui-
tur contractus, & non puniunrur, ergo si contra
xerunt existentes vnius cultus, & postea facti sunt di
sparis cultus, utpote altero ad fidem conuerso, licet
non tollatur vinculum, mutatur aliquid circa cohabi
tationem contra eum, qui conuerti non vult.

Ad quintum argumentum quæstionis. 83.
C *Quæst. LXXXVIII.*

AD quintum dicendum, ꝙ non cogitur fide
lis cohabitare infideli propter prolem su-
sceptam ne sit ei periculum salutis animę
nam etiam sine ista cohabitatione proui-
sum est de iure hoc. Circa ꝙ dicendum, ꝙ si infidelis
quorum alter conuersus est ad fidem habeat filios
cões, aut illi nati, vel concepti sunt, quando parentes
erant fideles, vel qñ infideles. Si primo modo etiam
si parentes ambo, vel alter ipsorum ad infidelitatem
transeant, debent esse filii christiani, & illis inuitis de-
bent baptizari. Vt si duo erant fideles nati, & tales
manentes contraxerunt filiosq; susceperunt, etiam si
D ambo parentes labantur in errorem paganorum. i.
fiant Saraceni, vel Iudæi cogentur filii ipsorum esse
christiani, quia sunt filii christianorum iuxta. ca. mu-
lier. de conuer. coniu. &. c. quãto. de diuor. vbi fidelis
transit ad infidelitatem, & verum est, ꝙ quantum ad
istos non est distinguendum de filiis eorum natis an
te lapsum in errorem, vel post, quia per lapsum non
desierunt isti esse christiani, & cogentur per pęnas re
dire ad fidem extra de aposta. c. quidam sicut. ideo na
ti ex eis, siue ante lapsum, siue post sunt filii christia-
norum: & nati eo tempore, quo parentes erant chri-
stiani, ideo sine dubio tam inuitis parentibus, quam
inuitis ipsismet ad fidem trahentur. Nam si paruuli
educantur apud tales parentes lapsos in errorem, eri-
E pi debent de manibus eorum, & baptizari, ne eos p̄-
uertant.

Filij infidelium quorũ alter sit cõuersus an debeât baptizari. Et si sunt filij hmõi adulti an possint cogi, ut recipiât baptismũ.

Si autem contingat eos venire ad ætatem adultã,
& uelint manere in errore infidelium, in quo nati sũt
vel educati, & nolint baptizari, cogentur ad suscipiẽ-
dum baptismum, uel occidentur per potestates sęcu
lares cum filii christianorum sint, quemadmodum
siquis natus esset de parentibus christianis, & inter
christianos, & per negligentiam parentum, aut ali-
quo casu non baptizatus fuisset, & postea veniens ad
ætatem adultam cognito, ꝙ non esset baptizatus,
nollet baptizari, deberet baptizari inuitus, vel occidi,
& tenetur iste ad penas apostatarum, nam nihil aliud
est,

est, quòd aliquis postquam christianus fuit recedat a fide miscens se ritibus iudæorum, vel paganorum, quam quod aliquis natus de parentibus christianis, & ideo debitus fidei christianæ nolit illam profiteri recusando baptismum, vterque enim recedit ab eo ꝙ tenetur seruare: ideo ambo incurrunt crimen apostasiæ, & velut apostatæ sunt puniendi: & ideo circa filios talium nulla distinctio est habenda.

Si autem infideles sunt ex origine, & filios genuerunt manentes in infidelitate, & postea conuertantur ambo ad fidem, vel alter eorum, dicendum quod aut quando conuertuntur ipsi, sunt filii eorum adulti idest, qui iam vsum rationis habẽt, aut non. Si adulti sunt nihil differt de parentibus an ambo conuertãtur, vel alter ipsorum, quia nihil pertinet ad filios: nam cum illi sui iuris sunt quantum ad spiritualia, sicut poterant sponte conuerti inuitis parentibus: ita possunt manere in infidelitate inuitis parentibus, & non cogentur illi ad fidem, licet parentes ambo conuertantur, & proclament conuersionem filiorum.

Erant autem aliqui ĩ hoc dicentes, quod si filii huius sunt adulti est in eorum potestate sequi parentẽ conuersum, vel manentem in infidelitate, ac si dicãt ꝙ alterum oportet sequi: sed liberum est sequi hunc vel illum. sed hoc falsum est primo, quia tunc quando ambo conuerterentur, tenerentur filii conuerti: ꝙ falsum est, quia si isti sunt adulti cogerentur ad fidem, quod non stat: ad fidem enim non susceptam nemo cogitur assumendam. susceptam autem cogitur obseruare: de aposta. c. quidam sicut.

Secundo, quia si sequerentur filii aliquem parentum, aut esset hoc quasi necesse esset sequi hunc, vel illum, aut quia possunt sequi pro voluntate sua: si est secundus modus, sicut datur, quòd sequantur filii parentes, ita dabitur, quòd non sequantur si neutrum sequi volunt. Si autem sequerẽtur eos, quia necesse esset sequi alterum ipsorum: oporteret sequi semper patrem, & nunquam matrem, cum mater non hẽat filios in potestate, sed solum pater. Insti. de patri. pote. per totum. & de conuer. infideli. c. ex literis. Et tñ falsum est, quia potest quem voluerit sequi: ideo non est intelligendum, ꝙ potest sequi alterum parentem quasi teneatur vnum sequi, cum possit sequi neutrũ: nam si ambo manent in infidelitate, & ipse vult conuerti neutrum sequitur filius, & si ambo conuertantur, & filius nolit conuerti, neutrum sequitur.

Altero parentum conuerso an filij baptizari debeant. Quæst. LXXXIX.

Circa adultum ergo dicendum, ꝙ non est alia regula, nisi quod pro arbitrio suo conuertetur, vel manebit in infidelitate, & uocatur adultus, q habet vsum rationis cuiuscunque sit ætatis: nam licet maneat tũc in prima potestate nihil nocet, quia quantum ad ea, quę Dei sunt quilibet est sui iuris: ut ad fidem, & ad intrandum religionem, & ad contrahendum matrimonium, & nõ potest arctare ad aliquid patria potestas, colligit hoc extra de Iudæis, & Sarace. c. sicut Iudæi. §. statuimus, vt nullus inuitos, vel nolentes iudæos ad baptismum venire compellat: siquis autem ad christianos causa fidei confugerit, postquam uoluntas ipsius fuerit patefacta, christianus absque calumnia efficiatur: & ita cuiuscunque uoluntas patuerit, ꝙ Christianus esse vult efficietur christianus: sed volũtas patefit per verba, & signa in quocunq; perueniente ad ætatem, qua ratione vtitur, ergo cum ostendit, ꝙ christianus effi-

F ci velit, non obstabit contradictio parentum, & ideo dr̃ absque calumnia. i. nullus dissẽsus, vel ptãs possit in hoc impedire, è ꝯrio ergo quantum ad eum, qui iam ratione vtitur sola volũtas sufficit ad hoc, ꝙ maneat in infidelitate, nam sicut parentes infideles non possunt obstare, ꝙ ille conuertatur ad fidem, ita ipsi conuersi ad fidem non possunt compellere filiũ ad fidem, si ille vult manere in infidelitate. Si autem sit filius paruus, qui nondum venit ad vsum rõnis, est dicendum, ꝙ aut ambo parentes conuertuntur, aut alter tantum. Si ambo conuertuntur manebit filius cum eis, si aũt alter tantum conuertitur, est dubium in cuius ptãte manere dẽat filius. Aliqui dicũt, ꝙ aut est filius maior triennio, aut minor, si maior dicũt,
G ꝙ apud patrem manere dẽat, si aũt est minor apud matrem, quia talis est distinctio apud iura humana, apud quem parentum manere dẽt filius, qñ diuortium fit. C. de patri. pote. l. neque filium. Sed dicendũ ꝙ in hoc casu est absolute dicendum, ꝙ manebit filius penes parentem fidelem, & cessat hic rõ ętatis, & patrię potestatis ob fauorem fidei, extra de cõuer. infide. c. ex literis. Rõ ętatis cessat, quia ẽt si sit infans trium, vel quatuor mensium, vel vnius diei, & cõuertatur pater tñ, manebit apud patrem, rõ patrię potestatis cessat, vt si sit filius quadriennio maior si conuertatur mater tñ eam sequetur, cum tñ deberet sequi patrem sub cuius patria potestate est, & de familia patris est, & non matris in alleg. c. ex literis. Ista regula apertius traditur. 28. q. 1. c. Iudęi. vbi agitur de na-
H tis ex patribus Iudęis, & mulieribus christianis, filii aũt qui ex talibus nati sunt fidem, atque conditionẽ matris sequantur, similiter illi qui procreati sunt ex infidelibus mulieribus, & fidelibus viris, christianam sequantur religionem non Iudaicam superstitionẽ. Et sicut hi sequuntur semper parentem fidelem, qñ non cohabitat, ita si manentibus parentibus in infidelitate filius, qui peruenit ad vsum rõnis cõuerti velit, auferetur de potestate eorum, & perdit pater tũc patriam potestatem, & per officium iudicis auferentur filii parentibus, & constituentur apud honestos viros, vt ibi discant mores, & fidem. 28. q. 1. c. Iudæorum. §. Iudęorum filios, vel filias ne eorum inuoluan-
I tur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus deputãdos, aut monasteriis, aut christianis mulieribus, ac viris Deum timentibus, vt sub eorum cõuersatione cultum in melius distant, atque in melius instituti, tam in moribus, quàm in fide proficiant.

De paruulis qui manent apud conuersum. Quæstio. XC.

Redevndo autem ad paruulos filios infidelium quorum alter cõuertitur, & manent filii apud conuersum, est dubium de illis quãdiu sunt citra annos discretionis
K quid agi debeat. Dicunt aliqui, ꝙ expectandum est quousque veniant ad ętatem discretionis, & siue eligant tunc esse fideles, siue infideles, hoc sequentur. Sed dicendum, ꝙ istud non est necessarium, immo poterit parens ille, apud quem manet filius paruulus facere illum statim baptizari, nam paruulo non fit iniuria, ꝙ baptizetur, immo procuratur ei salus, etiã non fit contra legem, quia lex est, extra de Iudę. & Saracen. cap. sicut Iudæi, quòd nemo compellat venire Iudęos inuitos, vel nolentes ad baptismum, & tamen paruulus non est inuitus, aut nolens, quia nõ est inuitus, neque nolens, qui non habet velle, vel nolle, vnde si nos cessamus baptizare filios Iudæorũ, vel infidelium paruulos, hoc est, vt non inferamus iniuriam

iniuriam parentibus in quorum potestate sunt: hoc sentiunt communiter doctores, quando quęrunt an filii infidelium inuitis eis sint baptizandi, & respondet, quòd non, neque ponunt aliam causam, nisi quia fieret iniuria parentibus, qui perderent patriam potestatem, quam habebant in eos cum conuerterentur ad fidem, & tamen in hoc casu nõ perditur patria potestas, ergo baptizari potest statim. Istud patet, quia vt dictum est filius sequitur parentem conuersum ad fidem, siue patrem, siue matrem, si pater conuertitur nullum præiudicium fit matri infideli, quia neque in potestate eius de iure cõmuni potest esse filius, ideo pater fidelis in cuius potestate filius paruulus est, tam de iure communi, quàm in fauorem fidei in hoc casu, poterit statim eum facere baptizari: si autem mater cõuertatur filius sequetur eam, & pater perdit ius potestatis, quod in matrem transfertur, ideo potest ipsa facere filium suum baptizari, & non fit præiudicium patri, quia non habet ille iam patriam potestatem, qua priuatus est per hoc, quòd noluit conuerti conuersa vxore, sicut priuatus fuit iure cohabitationis ad coniugem, quia ipsa potest eum repellere si voluerit, vt supra dictum est, & ideo dicendum, ꝙ non est expectandum, quòd paruulus veniat ad tempus, quo ratione vtatur, vt eligere possit, quod placuerit, sed statim ille, qui conuertitur ad fidem pater, vel mater potest eum facere baptizari, & hoc potius faciendum est, quam expectandum, & hoc concordat sententiæ illius ca. ex literis. de conuer. infide. in fine, vbi patre conuerso, & matre manẽte in infidelitate, filius quadriennis iubetur manere apud patrem, & innuitur, ꝙ debeat ille transire ad fidem christianam, cum dicitur: Materque pueri si eum remanere contingeret apud ipsam, posset illum adducere ad infidelitatis errorem, in fauorem maxime christianę fidei respondemus patri eundem puerum assignandum.

ie S. Th. 2.q.10. t.12.

In q. 83.

Cum ergo dicat, quòd non maneat apud matrem, quia posset illum adducere ad infidelitatis errorẽ, innuit ꝙ debeat ille ad fidem conuerti, nam si dubium esset quid de illo fieret, & deberet expectari ętas adulta, vt videretur quid ille vellet, non haberetur pro inconuenienti, quòd ille adduceretur ad infidelitatem, cum in illa sit natus, & tamen habetur hoc pro inconuenienti, ergo innuitur, quòd ille ad fidem determinate pertineat. Secundo patet magis inquantum dicitur, quòd si contingeret puerum manere apud matrem, posset ipsum ad infidelitatis errorem adducere, qui adducitur ad infidelitatẽ non est in infidelitate, sed de puero dicitur, quòd poterat adduci ad infidelitatem, ergo significatur, quòd ex eo, quòd sequitur parentem conuersum ad fidem, non est in infidelitate, sed pertinet ad fidem, & ad illam deduceretur, si permaneret cum matre, quę esset infidelis.

Dicendum ergo, quòd in paruulis nõ est aliud spectandum, sed statim, vt conuertuntur parentes eorum ambo, vel alter parentum, quem ipsi paruuli sequuntur baptizandi sunt cum nulli fiat iniuria, nam pater perdidit patriam potestatem in tales, licet ipsi nõ perdant patriam successionem, quia conuertuntur extra de Iudæis, & Sarace. cap. Iudęi, siue Saraceni, & si parentes conuersi tales filios paruulos circunciderent punirentur, de consecratione, distinctione quarta, capit. plerique.

Ad sextum argumentum, quæstionis 83.
Quæst. XCI.

SExta ratio erat de adultero, ad quam dicẽdum, quòd adulter non potest dimittere adulteram, ẽt postquam ipse egerit pœnitentiam, & tamen infide-

A lis conuersus potest dimittere infidelem, postquam ille conuertitur, & illa non, & dicendum, quod non est simile, adulter enim potest repellere adulteram, & è contrario, si tamen vterque adulteratus est tollitur adulterium mutua compensatione, & vnus non potest alteri obiicere adulterium ad repellendum a cohabitatione. de diuort. capitulo significasti, & nõ differt quis pluries, aut grauius adulteratus est, quia quãtum ad hoc ęquum ius repellendi est per vnicam fornicationem, sicut per mille, sed inter fornicationem, & infidelitatem differt, quia de fornicatione, siue qs

B sit emendatus, siue non, semper repelli potest a cohabitatione, vt extra de conuer. coniu. capitulo gaudemus. Infidelitas non repellit, nisi quãdo est, ideo quãdo quis emendatur de ea non obest ei, fornicatio autem etiam siquis de ea emendetur oberit illi, & ideo maritus si non commisisset adulterium poterat accusare vxorem ad diuortium, siue emendatam, siue nõ emendatam, si autem ille fornicatus est etiam si emẽdatus est non potest repellere vxorem, vel accusare, quia quantum ad repellendum æqualiter operatur adulterium, de quo quis est emendatus, & de quo non est emendatus, & ideo quantum ad compensationẽ eodem modo, vnde vxor compensare poterit adulterium suum, de quo non est emendata cum adulterio viri, de quo emendatus. sed si vterq; esset adulter non emendatus neuter posset repellere alterum, vel accu-

C sare, quia vterque posset compensare, ergo & nunc quando vir est emendatus, & non fęmina, non poterit vir fœminam repellere, quia illa poterit compensare. Secus est in infidelitate, quę est fornicatio, nam illa non nocet, nisi quando est, & non cum quis est emendatus, & patet quia si conuertatur alter coniugum ad fidem, & alius non, poterit conuersus repellere infidelem. Si autem ille postea conuertatur cogetur statim, qui prius conuersus erat, accipere ipsum. de diuor. capitulo gaudemus, & ita non nocuit illi infidelitas, nisi quandiu mansit in ea, & non postquam de ea emendatus est: similiter est quantum ad repellendum, nam infidelis non potest repellere infidelem

D a cohabitatione, quia ambo sunt in fornicatione, & obstat compensatio, cum autem conuersus fuerit alter ipsorum emendatur de fornicatione spirituali, ideo non nocebit ei ad hoc, quòd possit compensari, & tamen si non obstet ei ad compensandum poterit infidelis conuersus obiicere infideli infidelitatem, ergo potest obiicere, & ita potest repellere, & ita nõ est simile de fornicatione carnali, & de infidelitate, quare autem non sit simile declaratum est latè. s. In q. 58.

An infidelis conuersus possit accipere vxorem fidelem relicta infideli. Et quomodo intelligitur, quòd matrimonium fidelium est verum ratum ac legitimum, matrimonium infidelium est verum, & legitimum, sed non ratum, & quare.
Quæst. XCII.

E EST adhuc dubium si infidelis conuersus recedat ab vxore infideli, vel vxor a viro an possint transire ad aliud matrimoniũ. Et videt, quod in nullo casu liceat, quia indissolubilitas est in matrimonio, sed inter infideles est verum matrimonium, ergo nullo modo potest solui, sed manente matrimonio ad vnam non potest quis accipere aliam, ergo fidelis recedens ab infideli non potest alterum coniugem sumere.

Secundo, quia crimen superueniens non dissoluit matrimonium, & tñ si altero coniugum cõuerso ad fidẽ alius ꝯsentiat ei habitare sine ꝯtumelia creatoris, non dissoluitur matrimonium, sed nolle sine contumelia

melia cohabitare est crimen vxoris: ergo ꝓpter hoc
non dissoluetur, & ita fideli recedenti propter istam
contumeliam non licebit aliam vxorem accipere.
Tertiò quia vir, & vxor ad paria iudicantur de diuor.
c. gaudemus. & tamen si fidelis discedit, cum conuer-
titur, non licet coniugi infideli transire ad alia vota:
ergo neque licebit fideli discedēti ab infideli accipe-
re aliam coniugem. Quartò quia fauorabilior est sta-
tus religionis, quàm matrimonij; sed viro fideli con-
uerso, cuius vxor manet infidelis non videtur quòd
liceat transire ad religionem, quia fraudaretur vxor,
si conuerterēt postea, multo minus ergo licebit tran
sire ad aliud matrimonium. Quintò si patre infideli
conuerso ad fidem maneat filius in infidelitate, amit
tit ius paternæ hereditatis in aliquo casu: & tamen si
postea conuertit̄ recuperat ius succedendi, & restitui-
tur ei, quod ex paterna successione debebatur, vel
deberi poterat, etiam si alius bonorum possessionem
teneat, ergo similiter si alter coniugum conuersus
transiuerit ad alia vota, & postea qui manebat in in-
fidelitate conuertatur restituetur ei, licet ab alia con-
iuge possideatur, ergo non licet transire ad alia vota.
Respondendum quòd cum infidelis conuertitur ad
fidem, & discedit ab infideli, aliquando licet accipere
alteram coniugem, & aliquando non: & hic non est
difficultas, aut dubitatio vlla, nisi quando habet vxo-
rem aliquam legitimam viuentem. Nam si nullam
vxorem habet, vtpote, quia nūquam habuit, aut quia
habuit, & defuncta fuit, liberum est accipere fidelem
coniugem: similiter si habeat vxorem, sed non legiti-
mam, vt si repudiauit vxorem, & accepit aliam, repu-
diata erat legitima, quæ postea superducta est non est
legitima, sed fornicaria; ideo ista non pręstat impedi-
mentum, ac si nullam haberet. sed potest conuersus
ad fidem accipere, quam voluerit, vt supra satis decla
ratum est. Si autem habet vxorem legitimam viuen-
tem, siue eam habeat actu, siue repudiauerit, & ma-
neat illa apud alium, vel in viduitate, est dubium an
possit qui conuertitur accipere aliam. Et dicendum
quòd aut conuertitur vxor simul cum viro, aut alter
manet in infidelitate: si ambo conuertuntur neutri
licet accipere alium coniugem in nullo casu, sed ma-
net matrimoniū inter illos indissolubile: si vero vnus
conuertitur, & alius non, aut ille qui conuertitur re-
quirit alium, vt conuertatur aut non, si non requirit,
etiam si ille nunquam cōuertatur, nunquam licebit
conuerso ad fidem transire ad aliud matrimonium,
de diuor. cap. quanto. & cap. gaudemus, & 28. quęst.
2. cap. si quis habuerit, scilicet, Si quis habuerit vxorē
virginem ante baptismum viuente illa post baptis-
mum aliam habere non potest: crimina enim soluū-
tur in baptismo non coniugia. Et cum dicitur ibi de
vxore virgine, nihil differt, etiam si corrupta fuerit,
sicut ibi probat glo. Si autem vir requirit fœminam,
vel fidelis conuersus infidelem manentem, vt con-
uertatur; aut vult, aut non: si vult non solum matri-
monium manebit firmum, ita quòd non possit tran
sire effectus fidelis ad alia vota, sed etiam non pote-
rit fidelis repellere a cohabitatione eū, qui tunc con-
uertitur, nisi fortè obijciat ei fornicationem in alle.
cap. gaudemus. Si autem non vult conuerti, aut vult
cohabitare coniugi conuerso ad fidem, aut non: si
non vult vllo modo cohabitare dissoluitur matrimo
nium, & licitum est fideli ad alia vota transire, si au-
tem cohabitare vult fideli, aut cohabitat cum iniu-
ria creatoris, aut sine illa: si cum iniuria creatoris, &
non aliter soluitur matrimonium, & licet fideli tran-
sire ad alia vota: si sine iniuria, aut trahit coniugem
ad peccatum mortale, aut non, si trahit ad peccatum
etiam dissoluitur matrimonium, & licet fideli transi-

F re ad alterum matrimonium, si autem sine contu-
melia vult cohabitare, & non trahendo ad peccatum
mortale non soluitur matrimonium; ideo non licet
fideli transire ad alterum matrimonium, & tamen
quia infidelis non vult conuerti poterit repellere eū
a iure cohabitationis, vel potest cohabitare, quia ex
eius arbitrio pendet. Si tamen repulerit a cohabita-
tione non poterit illo viuente trāsire ad alterum ma-
trimonium, sed cogetur continere. ex dictis colligū-
tur tres casus, in quibus dissoluitur matrimoniū tran-
seunte altero coniugum ad fidem, de quibus dicetur
post solutionem argumentorum.

Argumenta quæst. superioris dissoluuntur.
Quæst. X C I I I.

G

AD primum dicēdum ꝙ tam inter fideles,
q̄ infideles est matrimonium verum, &
legitimum, & indissolubile: & tamen ma-
trimonium fidelium in nullo casu solui-
matrimonium autem infideliū potest solui in aliquo
casu, & sunt tres casus supra nominati, de quibus po-
stea magis rationem reddemus, & tamen nō tollitur
ex hoc simpliciter indissolubilitas matrimonij, & q̄a
soluto vinculo matrimonij nihil impedit, quin con-
iux absolutus transeat ad aliud matrimonium, sicut
mortuo viro mulier soluta est a lege viri, & licet ei
accipere alterum, tamē in tribus casibus dictis dissol-
uitur matrimonium: ergo poterit fidelis transire ad
H aliud matrimonium. Ad secundum dicendum, ꝙ
crimen superueniens nō dissoluit matrimoniū inter
fideles, & etiam inter infideles non dissoluit illud re-
gulariter: interdum tamen dissoluit, & sunt duo cri-
mina, in quibus dissoluitur, s. contumelia creatoris, &
quando vxor trahit virum ad peccatum mortale, &
quare in his fiat hoc infra dicemus. Ad tertium di-
cendum, ꝙ vir & vxor ad paria iudicantur in matri-
monio, & ideo quod vni non licet alteri non licet, &
verum est, ꝙ si discesserit fidelis ab infideli, & non ac-
ceperit aliam, non licet fideli transire ad aliud matri-
monium, si tamen discessit infidelis cohabitare fide-
li licitum est fideli accipere aliam etiam si infidelis
non transiret ad alia vota: quare autem plus liceat
I hoc fideli, quàm infideli in matrimonio ratio reddi-
tur infra. Et dicit hic beatus Thomas de Aquino,
quòd postquam fidelis contraxit solutum est vincu-
lum matrimonij ex vtraque parte, quia matrimo-
nium non claudicat quantum ad effectum. Vnde in
pœnam vxoris infidelis ei indicitur, quòd non possit
cum alio contrahere magis, quàm ex necessitate ma-
trimonij præcedentis: si tamen postea conuertitur,
potest ei concedi dispensatiuè, vt alij nubat, si vir eius
aliam vxorem duxerit, sed an hoc sit verum, vel quo-
modo infra tangetur.

Ad quartum dicendum, ꝙ fauorabilius est votum
continentiæ, quàm contractus matrimonij, & ita ser-
uatur in conuersione infidelium: nam altero conuer
so ad fidem, & altero manendo non licet conuerso
K transire ad aliud matrimonium alio viuente, nisi in
tribus casibus præcedentibus, & tamen licet conuer-
so transire statim ad religionem non requisito infide
li, nec facta alia re, vt dictum est; & ideo conceditur
argumentum, s. ꝙ si non licet vouere castitatem non
licet transire ad aliud matrimonium.

Sed dicit hic pręfatus beatus Thomas, ꝙ si post cō-
uersionem viri sit aliqua spes probabilis de cōuersio
ne vxoris, non debet vir votum continentiæ emitte-
re, nec ad aliud matrimonium trāsire, quia difficilius
conuerteretur vxor sciens se priuatam viro suo, si au
tem non sit spes de cōuersione vxoris, pōt ad sacros
ordines

ordines ascendere, vel religionem intrare prius requi
sita vxore, ꝙ conuertatur, & tunc non est sibi vir suus
reddendus, sed debet sibi imputare in pęnã tardę con
uersionis, ꝙ viro suo priuatur. Ad quintum dicendũ,
ꝙ si conuertatur vnus coniugum ad fidem, & propter
aliquam causam de tribus fidelis transeat ad aliud ma
trimonium, & postea conuertatur alter cõiugum ad
fidem, non restituetur coniux cum dissolutum sit vin
culum matrimonij, & superinductum ad nouum,
& non est de filio simile, quantum ad successionẽ pa-
ternam, quia ius paternitatis, & filiationis non tollit̃
per disparem cultum, sicut matrimonium, ideo qñcũ
que conuertitur filius recuperat ius successionis pa-
ternæ, ẽt si alius bonorum possessionem intrauerit: de
vxore non est sic, quia cum petierit vinculum mr̃imo
nii primum, & inductum sit aliud de nouo inter alias
personas, non habet locum restitutio.

An matrimonium infidelium dicatur ratum, & legitimum de quo etiam supra q. 45. Quæst. XCIIII.

NVNC redeamus ad omissa, dicebatur.n.ꝙ
in tribus suprapositis dissoluebatur ma-
trimonium inter infideles, & quia istud vr̃
prouenire, ex eo quod dicunt quidam nõ
esse firmum, vel ratum matrimonium inter infide-
les, & est ratũ inter fideles, est prius de hoc quęrendũ
postea dicẽt de ipsis tribus casibus. Et dicẽdum est, ꝙ
vocatur inter fideles matrimonium verum, & ratum
atque legitimum: inter infideles aũt est matrimoniũ
verum, atque legitimum, sed non est ratum, vt cõiter
dr̃, & ẽt iura sic dicunt, vt extra de diuor. c. quãto. s. nã
& si matrimonium verum inter infideles existat, non
tñ est ratum, inter fideles aũt verum, & ratum existit.
Sed qũo istud intelligatur, non accipitur vno modo.
Quidam dicunt, ꝙ vocatur non ratum matrimoniũ
inter infideles, quia quondam licitum erat eis repudia
re vxores ẽt sine causa, sicut Iudęis tẽpore legis Moy-
si, & Gẽtilibus eodem tẽpore. Alio modo põt accipi,
ꝙ non sit ratum. s. secundum opinionem ipsorũ infi-
delium, licet secundum veritatem sit ratum, sicut nũc
infideles, tam Iudęi, quàm Pagani repudiant vxores,
& si liceret repudium non esset matrimonium ratũ,
& tamen infideles putant sibi hoc licere, & non pec-
care aliquo modo in repudio, licet secũdum veritatẽ
peccent, ideo potest dici matrimonium inter eos nõ
ratum. s. ſm eorum opinionem, licet ſm veritatem sit
ratum cum in nullo casu liceat repudium. Tertio mo
do potest accipi, ꝙ sit matrimonium infidelium ratũ
quantum ad veritatem, qm̃ postquam ꝯtum, & con
summatum est, nõ põt in aliquo casu dissolui, matri-
monium aũt infidelium non est ratum, quia accipien
do verè adhuc non est firmum, cum sint tres casus, in
quibus dissoluitur matrimonium ꝯtum inter infide
les, & tamẽ nullus casus est, in quo dissoluatur matri-
monium contractum inter fideles.

Quomodo matrimonium infidelium non est ratum. Quæst. XCV.

SED nunc est dubium in quo istorum trium modo-
rum loquendi, vel exponendi debeat accipi, ꝙ ma
trimonium fidelium est ratum, & non infidelium.
Dicendum, ꝙ quãrum ad matrimonium fidelium
non est dubium, cum nullus sit casus, in quo dissolui
possit, sed de matrimonio infidelium est dubium, in
quo modo istorum trium melius dicatur non ratum,
& potest dici, ꝙ quilibet triũ modorũ poterat satis ap-
plicari ad propositum, aut saltem sustineri, & tñ ter-
tius modus est magis proprius, & verus.

A Primo patet, quia iste non hẽt calumniã, & alii sic,
nam primo modo est calumnia, quia dr̃ ꝙ matrimo-
nium apud infideles non est ratũ, ideo vr̃ intelligendũ
de eo, quod nũc est, quia alias diceretur, ꝙ mr̃imoniũ
inter infideles non erat ratum quondã, licet sit nunc
ratum, & tamen dicitur, ꝙ non est ratum: ergo non
intelligitur de eo, quod tunc erat, nisi extẽdatur ad
nunc etiam.

Secundo, quia dr̃, ꝙ inter infideles non est ratũ ma-
trimoniũ: ergo necesse erat dicere, ꝙ eo tp̃e, quo non
erat matrimonium ratum inter eos, vocarent ipsi in-
fideles, & tunc non poterant dici infideles, quia hoc
erat ante Christi prędicationem, nã añ ipsum nõ erat
matrimonium ratum, sed licebat Iudęis accipere vxo-
B res alias repudiatis prioribus, ita etiam erat inter Gen-
tiles, fuit autem matrimonium factum indissolubile
& repudiũ vetitum per mandatũ, & diffinitionẽ Chri
sti. Mat. 5. & 19. ergo tp̃e, quo matrimonium erat non
ratum. i. dissolubile inter istos nondum Christus prę-
dicauerat, & tñ tunc non erant Iudęi infideles, neque
Gentiles, ergo non bene dr̃, ꝙ matrimoniũ inter infi-
deles non erat ratũ. Patet hoc, quia Iudęi ante Christũ
natum non solum non erant infideles, immo ipsi so-
li erant tunc perfecte fideles: gentiles etiã non erãt in-
fideles, cum nõ obligarentur tenere aliũ statum fidei,
cum non obligarentur ad legem mosaycam, & ita
primus modus accipiendi non est conueniens.

Secundus etiam non est satis conueniens: nam eo
C sensu non est verum, ꝙ matrimonium apud infideles
non sit ratum, sed quia ipsi putant, ꝙ non est ratum,
& sic non conuenienter dicitur, quòd non sit ratum,
sed potius deberet dici, quòd ipsi nõ putant illud esse
ratum. Nam apud Iudęos, & paganos, qui nunc sunt
infideles, matrimonium est indissolubile, cum omne
matrimonium legitime contractum ex auctoritate
Christi sit indissolubile, & non recipiat repudium, &
tñ ipsi putant esse dissolubile, & repudium dant, ideo
ad hoc significãdum nõ deberet dici, ꝙ matrimoniũ
apud infideles non sit ratum, sed ꝙ ipsi non putant il-
lud esse ratum. Tertius sensus est magis conueniens,
quia nõ recedit a veritate verborum, & proprietate. s. In q. 92. tactis de quibus latius infra.
ꝙ matrimonium apud fideles est ratũ, quia in nullo
D casu recipit dissolutionẽ: apud infideles aũt nõ est ra-
tũ, quia in aliquo casu recipit dissolutionẽ. s. in tribus
casibus supra positis, & istud intelligitur de tempore
pręsenti, quia nunc Iudęi, & Pagani sunt infideles, &
nunc matrimonium inter eos dissoluitur ex tribus
causis supra positis, & ista dissolutio nõ est secundum
opinionem ipsorum, sed secundũ veritatem, cũ verè
cesset ibi esse matrimonium, & sit licitum transire ad
aliud matrimoniũ. Secundo & efficacius patet istud,
quia, qñ dicunt iura, quòd matrimonium est ratum
inter fideles, & non ratum inter infideles, istum sen-
sum dant, vt patet extra de diuor. c. quanto. vbi distin
guitur de matrimonio disparis cultus. s. quando duo
E infideles contraxerunt, & alter conuertitur, alius ue-
rò neque conuerti vult, nec cohabitare, nec saltem si-
ne contumelia creatoris, põt transire ad alia vota fide-
lis, si tamen duo fideles ꝯxerunt, quorum vnus labitur
in errorem gentilitatis, vel in Iudaicum, licet ille nolit
cohabitare sine ꝯtumelia creatoris, vel nullo mõ, sed
recedat, nõ licet fideli trãsire ad aliud mr̃imoniũ, licet
sit hic maior ꝯtumelia creatoris, q̃ in pcedenti casu.
Et reddit ibi cã diuersitatis. s. qa inter fideles est ma-
trimoniũ ratum, & inter infideles non est ratũ. Cum
dr̃ si vero alter fidelium coniugum, vel labatur in hę
resim, vel transeat ad Gentilitatis errorem, non credi
mus, quòd in hoc casu is, qui relinquitur viuente al-
tero possit ad secũdas nuptias conuolare, licet in hoc
casu maior appareat contumelia creatoris, nam

& ſi matrimonium verum inter infideles exiſtat, tñ non eſt ratum: inter fideles autem verum, & ratũ exiſtit, & ita dicendum in hoc caſu, ꝙ non ſit ratum matrimonium inter infideles.ſ.quia in aliquo caſu diſſoluitur, poſtquam verè contractum eſt.i.in tribus caſibus ſupra poſitis.

Cum matrimonium ex ſententia Chriſti ſit factum ſimpliciter indiſſolubile, tam apud infideles, quàm fideles, quõ apud infideles quandoque diſſoluitur, apud nos vero nunquam? Quæſt. XCVI.

SED tunc eſt dubium cum matrimonium ante Chriſtum eſſet ſolubile, & licitum eſſet repudium, & ex Chriſti mandato, atque ſententia factum eſt indiſſolubile, quõ in aliquo caſu manet matrimonium diſſolubile. Nam videtur, ꝙ matrimonium ſit ſimpliciter indiſſolubile, aut ſi eſt in aliquo caſu diſſolubile erit illud, tam inter fideles, ꝗ infideles cum ab eodem Deo ſit indiſſolubilitas mrĩmonii, & non ſit per aliam legem illis factum indiſſolubile, quam nobis: quõ ergo poterit dici, ꝙ inter infideles non ſit ratum, quaſi diſſoluatur in tribus caſibus, & inter nos ſit ratum.i.in nullo caſu diſſolubile? Solet reſponderi, ꝙ hoc fit ꝑꝑ ſacr̃m fidei.ſ.quia Chriſtus confirmat ſacr̃m coniugii, & quia in infidelibus nõ eſt fides, nec fidei ſacr̃m non fit ratum matrimonium, ita reddit cãm huius Papa in alleg.c.quanto. cũ dixiſſet, ꝙ inter infideles licet ſit verum matrimonium nõ eſt ratum: inter fideles aũt verum, & ratum exiſtit. Addit cauſam dicens, ꝙ ſacr̃m fidei, quod ſemel eſt admiſſũ nunquam admittitur, ſed ratum efficit cõiugii ſacr̃m, vt ipſum in coniugibus illo durante perduret. Et iſtud accepit Innocentius tertius ex eo, quod dicit Auguſt. lib. de Adulterinis coniugiis, & hr̃ 32.q.7.c.licitè.ſ.Sicut aũt manente in ſe ſacro regenerationis excõicat̃ quiſquis eſt reus criminis, ita quæ ſeparatur a viro, nũquam carebit coniugii ſacrõ, & ſi non reconciliet̃ vir eius: carebit aũt ſi mortuus fuerit vir eius, ẽt ex eo qđ Aug. dicit ad Parmenianum, & hr̃ 1.q.1.c.quod quidam. vbi dr̃, ꝙ ſacr̃m acceptum non amittitur.

Sed obiicietur, ꝙ iſtud non ſit cauſa conueniens, quia ſi per ſacr̃m confirmatur coniugiũ, deberet tunc matrimonium non conſummatum per copulam eſſe firmum, cum id quod ad ſacr̃m, & gratiam pertinet ſine copula carnali ſit, & tñ non eſt firmum, quia diſſoluitur ergo ſacr̃m fidei. i. baptiſmus non firmat omnia alia ſacrã, neque coniugium. Secundo, quia ſi confirmatio matrimonij eſſet per ſacr̃m fidei, cũ inter infideles non ſit ſacramentum fidei, nunquã eſſet firmum matrimonium, & ita poſſet quis infideliũ accipere vnam vxorem, poſtquam tenebat aliam, ſed nõ licet hoc, quia Chriſtus illud vetuit Matth. 5. & 19. c. ergo matrimonium eſſe indiſſolubile ex mandato Chriſti prouenit, & non ex conditione ſacramenti baptiſmi.

Vnde matrimonium habeat indiſſolubilitatem. Quæſt. XCVII.

DICENDVM ergo vr̃ aliter ſine pręiudicio veritatis, ꝙ matrimonium de ſe non habebat indiſſolubilitatem, ita ꝙ tenerentur homines ad ſeruandam indiſſolubilitatem in illo, & peccarent mortaliter, ſi non ſeruarẽt illam, ſed prouenit ei indiſſolubilitas ex mandato Chriſti iubentis, ꝙ non ſepararentur illi, quos Deus coniungebat, ex iſto mandato fit indiſſolubile matrimonium, tam fidelium, quam infidelium, ita vt non liceat repudiũ dari, & recedere ab vxore, aut aliam accipere, ſed ſi in

F aliquo caſu vr̃ diſſolui matrimonium, tam inter fideles, quàm infideles prouenit ex quadam interpretatione verborum Dei, quaſi Deus illud ſic intelligi voluerit, & quia per iſtas interpretationes contingit de iure diſſolui inter infideles, & non fideles dicimus inter fideles matrimonium eſſe ratum. Circa quod conſiderandum, ꝙ ſponſalia de præſenti ſunt verum matrimonium, ſm̃ iura, & ideo ſi matrimonium eſt indiſſolubile ẽt debent indiſſolubilia eſſe illa, & tamen falſum eſt, quia contractis illis licet alteri ſponſorum tranſire ad religionem, ẽt ſine licentia alterius, & manenti licitum eſt ad aliud matrimonium tranſire. de conuer.coniu.cap.verum. Sed aliqui dicunt, ꝙ matrimonium illud eſt ratum, licet alter ipſorum tranſeat

G ad religionem, nam omnes aſſerunt matrimoniũ conſummatum per copulam eſſe ratum, & indiſſolubile, & tamen poteſt vir intrare monaſterium, vel promoueri ad ſacros ordines.eo.tit.c.cum ſis, & c.cõiugatus. Dicendum ꝙ iſtud nihil valet, nam poſt copulam matrimonialem ſi alter coniugum tranſeat ad religionẽ non diſſoluitur matrimonium, ſed manent cõiuges, licet ſint abſoluti a debito coniugali, cum neq; vni petere liceat, neque alter reddere cogatur, tamen in ſpõſalibus de pręſenti cum non interuenit copula, vere diſſoluitur matrimonium per introitum in religionem, & hoc apparet in duobus. Primo, quia in ſponſalibus ſi alter ſponſorum vult intrare religionem non

H requiritur, ꝙ licentiam petat ab alio, ſed etiam eo inuito poteſt intrare in alle.c.verum, & tamen ſi copula interuenerit non licet vni ſine licentia alterius intrare monaſterium.eod.ti.cap.pręterea. & cap. vxoratus. Secundo, & pręcipue, quia altero ſponſorum intrante religionem, licet alteri tranſire ad aliud matrimonium, eo.tit.c.verum, & ſic non manet vinculum matrimonii, nam ſi maneret adulter eſſet, qui ad alias nuptias tranſiret, cum teneretur priori vinculo, ſic Apoſtolus ſignificat ad Rom.7.cap. ꝙ mortuo viro ſoluta eſt mulier a lege viri, ita vt non iudicetur adultera ſi cum alio fuerit inuenta, & ita ſignificatur, quòd ſi mulier non eſſet ſoluta a lege viri iudicaretur adultera, ſi cum alio inueniretur, & tamen ſi intrante ſponſo religionem ſponſa alii nubat, non iudicatur adultera.

I eo.c.verum, immo licet ſibi alium accipere, ergo non manet vinculũ prius ex matrimonio, ſed prorſus diſſolutum. Dicendum ergo, ꝙ veritas eſt matrimonium per verba de pręſenti non conſummatum per copulã non eſſe firmatum, & ideo poteſt diſſolui, & tamẽ nõ poteſt diſſolui abſolute, ſed ſolum in caſu aliquo, & iſta diſſolutio non habet locum, niſi inquãtum videtur conſonare verbis Dei, & hoc cõcurrentibus duobus. Primum eſt, ꝙ Deus dicit eſſe matrimonium indiſſolubile, quod eſt conſummatum per copulam, & hoc apparet ex inſtitutione Gen.2. c. & melius Matt. 19.cap. vbi Chriſtus ponit indiſſolubilitatem, dicens: Erunt duo in carne vna, itaq; iã non ſunt duo, ſed vna caro: quos ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Et ſic ꝑꝑ vnitatem ipſorum non dẽt eſſe ſeparatio, & tñ vnitas illa eſt per copulam carnalem. ergo qñ matrimonium non eſt conſummatum per copulam nõ accipit indiſſolubilitatem. Et iſtã rõnẽ circa hoc reddit Alexander tertius in alleg.c.verum.ſ.ꝙ cũ nõ fuiſſent vna caro ſimul effecti, ſatis poteſt vnus ad Deum tranſire, & alter in ſęculo remanere, & idem latius dicit idem Alexander. eo.ti.c.ex publico, vbi reddit rationem quare non conſummato matrimonio poteſt vnus tranſire ad monaſteriũ, altero inuito, dicẽs: ſane quod dñs in euangelio dixit nõ licere viro, niſi ob cauſam fornicationis vxorem ſuam dimittere: intelligẽdum eſt ſecundum interpretationem ſacri eloquij de his quorum matrimoniũ eſt carnali copula cõſummatum,

matum, sine qua confirmari non potest, & ita cum Christus dixerit de indissolubilitate matrimonij, nemo auderet sponsalia de pręsenti, quę iudicantur matrimonium, dicere posse dissolui, nisi hoc appareret ꝯcordare intentioni Christi, quia summi pontifices, & tota Ecclesia non possent statuere aliquid cōtra id, ꝙ Christus dixisset, nec illud limitare, nisi quantū acciperet esse de intentione Christi, & ita Alexander ad limitandum verba Christi in hoc casu dixit, ꝙ hoc erat interpretatio sacri eloquij. i. expositio, quę colligit̄ ex alijs locis sacrę Scripturę, & illa est, quę poterit limitare dictum Christi, quia illa est tota a spiritu sctō, & nemo minor spiritu sancto potest verbum Christi limitare ad hunc, vel illum casum, nisi quatenus ex ipsis verbis apparuerit.

Sponsalia non possunt dissolui nisi per religionem. Quæst. XCVIII.

SEcundum debet addi, ꝙ istud primum non sufficit: nam si diceretur simpliciter, ꝙ matrimonium non consummatum per copulā non erat firmatum, ergo posset quomodolibet dissolui, vnde liceret cuilibet relicta sponsa accipere aliā, & hoc falsum est, ideo limitatum est ad vnum casum, in quo spōsalia possent dissolui, scilicet per ingressum religionis cum professione. eo. ti. c. verum, & c. ex publico. Nam quandocunque sint alij casus fauorabiles non permittitur dissolutio matrimonij in illis, vt si sint sponsalia non consummata inter aliquos. & ex dissolutione illorum dando licentiam transeundi ad alias nuptias, sequeret̄ magna pax, vel vtilitas Ecclesię aut conuersio multorum ad fidem. Nō potest adhuc dari licentia, vt dissoluantur. Etiam status continentię fauorabilis est, sicut status religionis, & per assumptionē sacri ordinis est tacitum votum continentię: nam per istos duos modos solos solennizatur votum continētię, scilicet per professionem religionis approbatę, & per sumptionem sacri ordinis: de voto, & vo. redemptione. c. ꝙ votum. lib. 6. & tamen per assumptionem sacrorum ordinum non absoluitur aliquis a sponsa sua: eo ꝙ solum ponitur iste casus, in quo dissoluātur, scilicet per professionem religionis. c. verum, &. c. ex publico. Vnde si quis habens sponsam, quam nōdum cognouit, accipiat ordinem sacrum sine licentia illius non obstante ordine sacro compelletur ille redire ad sponsam, & tractare eā coniugaliter, nisi ad religionē transire voluerit ille, vel illa, sicut est in coniugatis si ignorante vxore, vel inuita, aut licentiam non dante intrauerit vir religionem, & profiteatur, cogit̄ redire ad vxorem. c. quidam. & c. placet, & tamen non licet ei petere debitum, sed reddere, & mortua vxore tenebitur seruare continentiam, licet non teneatur redire ad monasterium in alle. c. quidam. sic qui habens spōsam accepit ordines sacros tenebitur aut religionem intrare, aut ad spōsam redire, si illa non intret religionem, & si illa petente redierit, tenebitur reddere debitum, sed nō poterit exigere cum per ordines sacros acceptos, se ad seruandam castitatem tacitè se obligauerit, quia ibi solennizatur votum. Si aūt moriat̄ sponsa, vel religionē intrare voluerit, tenebit̄ ille ꝯtinere, & non poterit aliam accipere, nec ipsam impedire ab introitu in religionē ēt matrimonio consummato cū ille non hēat ius petendi debitum, neque cohabitādi ius ab ea exactus, ergo qn̄ illa voluerit licitè poterit intrare religionē, & ille non poterit eā impedire, nec repetere. Et ita apparet, ꝙ solus iste casus introitus in religionem soluit sponsalia, & non ausi sunt cōditores iurium alium casum ponere. Causa est, quia sicut non ausi sunt conditores iurium dicere, ꝙ matrimonium

A non consummatum per copulam non esset firmatū: nisi quia hoc vr̄ expresse conuenire verbis Christi, ita non auderent dicere quis est casus, quo tale mr̄imonium soluebatur, nisi scirent talem casum esse de voluntate Dei, qui dedit matrimonio indissolubilitatē, & ita fuit in pręsenti. Nam ꝙ posset dissolui mr̄imonium non consummatum cōuenit verbis Christi ex expressa interpretatione scripturę, sicut dr̄. eo. tit. c. ex publico. §. Intelligendū est s̄m interpretationem sacri eloquii de his quorum matrimoniū carnale est copula consummatum, ita ꝙ dissoluatur in transitu ad religionem, conuenit ex tacita interpretatione significata per reuelationem, quę nobis patefacta est ex operibus eorum, qui spiritu Dei ducebantur, de quibus
B non dubitamus, quin instinctu diuino agerent, nā talium exempla, sicut regulas sequimur. ista rō ponitur per eundem Alexandrum. eod. tit. c. verum. tn̄ reddit causam, ꝙ sponsalia de pręsenti dissoluantur per ingressum religionis. §. verum post cōsensum legitimū de pręsenti licitum est alteri altero ēt repugnante eligere monasterium, sicut sancti quidam de nuptiis vocati fuerunt, dummodo carnalis commixtio non interuenerit inter eos.

Dicendum autem, ꝙ sicut in matrimonio non cōsummato nemo ausus est dicere, ꝙ poterat dissolui, nisi quatenus conueniebat intentioni Christi, vel videbatur conuenire, ita circa matrimonium consummatum, siue inter fideles, siue infideles, dicemus ꝙ gene-
C raliter sit indissolubile, nisi in casibus illis, in qbus apparuerit, ꝙ Deus vult, ꝙ dissoluatur, & sic non dissoluit potius inter infideles, quam fideles, nec ēt ex cōditione sacramenti baptismi, sed solum ꝙ Deus vult, ꝙ in quibusdam casibus dissoluatur.

Ista regula apparet per id, ꝙ dicit iste Innocentius tertius. de conuer. coniu. c. ex parte tua, scilicet. Nos cōsultationi tuę. taliter respōdemus, ꝙ ex quo matrimonium per verba de pręsenti inter legitimas personas ꝯhitur illis viuentibus in nullo possit casu dissolui, vt viuente reliquo alter ad secunda vota transmigret, etiam si vnus fidelium, inter quos est ratum coniugiū fieret hęreticus, & nollet permanere cum altero sine contumelia creatoris, nisi forte secus fieret ex reuela-
D tione diuina, quę superat omnem, legem sicut a quibusdam sanctis legitur esse factum. Et sic apparet, ꝙ generaliter voluit de matrimonio siue cōsummato, siue non consummato, cum solum dicat ꝯcto inter personas legitimas per verba de pręsenti, & omne tale matrimonium dicit esse indissolubile, nisi quatenus appareat de reuelatione Dei, qui, si non interueniret, iudicaretur matrimonium indissolubile: reuelationes autem fuerunt factę quibusdam viris sanctis, ꝙ habētes sponsas, quas nondum cognouerant, dimitterent eas transeundo ad religionem, qui allegantur in c. verum. & c. ex parte tua, ideo conditores iurium coniecturantes voluntatem Dei eē hāc sic licere statuerūt.

E *Quando possit matrimonium dissolui. Quæst.* XCIX.

SEd obijcietur, ꝙ talia non sunt ad consequētiā trahenda, cū fiant ex speciali Dei reuelatione, & talia non licet alijs nisi eis, quibus fiūt. de diuor. c. gaudemus. Dicendum, ꝙ reuelationes diuinæ fuerunt non quibus hoc licuit, sed quibus significatum est licere, vnde si aliquibus ex reuelatione fuisset datum illis solis liceret: tamen omnibus licet ꝓ regula generali. de conuer. coniu. c. verū. & c. ex publico. §. qa vltra hoc. apparet ex interpretatione sacrę Scripturę, quòd matrimonium sine copula non est confirmatum, quę ratio allegatur in ca. ex publico, & tamen quia nesciretur in quo casu posset dissolui iudi-

 caue-

cauerunt conditores iurium in illo casu posse dissolui, in quo Deus per reuelationem aliquibus ostendit, ꝙ dissoluerent illud recedendo, & dimittendo sponsas. Sicut autem dr̄ de non consummato, ꝙ non licet dissolui illis, nisi in casibus, qui sunt ex diuina reuelatione, ita dicetur de consummato, & a fortiori, ꝙ illud est indissolubile absolutè, nisi ex diuina reuelatione intelligitur, tam per expressam sacræ Scripturę interpretationem, quam per occultam Dei admonitionem. Inuenimus autem istos tres casus, in quibus matrimonium contractum, & consummatum inter infideles dissoluitur esse huiusmodi. s. ex speciali Dei dispensatione, vel prouisione in fauorē fidei, & ideo in his putamus licere dissolutionē, & non in aliis. Et apparet de istis casibus, quia sicut Christus ostendit simpliciter indissolubilitatem coniugii, ita Apl̄s, qui per spiritum Sanctum loquebatur exposuit licere trāsire ad aliud matrimonium in alleg. casu. 1. Cor. c. 7. dicens non esse dimittendam vxorem infidelem, quandiu illa habitare consentit. Postea autem dicit, ꝙ si infidelis discedat, non est enim frater, aut soror in huiusmodi seruituti subiectus. i. etiam si recedat non sit nobis curę, ꝙ nullum damnum inde prouenit, eo ꝙ nō est frater, aut soror seruituti subiectus. i. fidelis vir, vel mulier non teneretur sequi infideles in matrimoniis, ēt non sunt subiecti seruituti. i. non tenentur continere illis non continentibus, subiecti autem essent si infideles nolient sequi fideles, nec cohabitare, sed recederent, & copularentur aliis: tamen tenerentur abstinere fideles non transeuntes ad aliud matrimonium.

Tres casus, in quibus secundum Apostolum licet matrimonium etiam consummatum dissolui, altero coniuge infidele manente. s. discessio, contumelia creatoris, & coactio ad peccatum. Et quid sit vnumquodque istorum. Quæst. C.

EX negatione autem istius seruitutis colliguntur isti tres casus, in quibus liceat fideli transire ad alia vota viuente coniuge, & dissoluatur coniugium. Primus est, quando fidelis nullo modo vult cohabitare, nam teneretur tunc fidelis ad seruitutem. s. quòd teneretur continere, & careret actibus coniugalibus propter voluntatem alterius: seruitus autem est, quando quis tenetur sequi alienam voluntatem iustam, vel iniustam, & sic est, ꝙ fidelis teneretur cohabitare volente infideli cohabitare, & ꝙ infideli recedente non liceret fideli recedere, sed seruare continentiam, & fidem thori, sicut coniugi permanenti in cohabitatione, sed dr̄ ꝙ non est seruituti subiectus. i. non tenetur continere illo recedente, neque ei fidem seruare, quam ille non seruat, ergo licebit transire ad aliud matrimonium, quia alias semper seruaret fidem, & teneret̄ continere. Secundus casus est qn̄ infidelis vult cohabitare, sed non sine cōtumelia creatoris, nam tunc cōtumelia soluit ius matrimonii, & rō est, quia sicut discedēte infideli, quia nō vult cohabitare dissoluitur matrimonium, quia nō est fidelis seruituti subiectus, ita si non vult habitare sine contumelia creatoris, quia vnus casus redit in alterum, nam infidelis nō vult hic cohabitare simpl̄r, sed cum contumelia creatoris: fideles aūt non debent sustinere contumeliam creatoris in quantum possunt, sed potius mortem sustineant, & tn̄ infidelis nō vult sine contumelia cohabitare, & qn̄ cogitur desistere a contumelia recedit, ideo idem est, ac si simpl̄r recederet nolendo cohabitare, & tn̄ recedendo simpl̄r non tenetur seruituti subiectus fidelis. s. vt fidem thori seruet, ergo licebit ēt hic transire ad alia vota. Et idē est si infidelis in contumelia creatoris perseuerat, & ad-

F monitus a fideli cessare non vult, & fidelis recedat, qa melius est recedere, quam manere, nam fidelis non dēt sustinere contumeliam creatoris, ideo si p̄t cogere infidelem cessare a contumelia, & cogat manere licet: si aūt non p̄t, non maneat, sed recedat, si aūt tunc recedit, quia tunc infidelis coegit ipsum recedere, est idem ac si infidelis recederet, & ideo non est ei seruāda fides coniugii, sed transire licet ad alia vota. Tertius casus est, qn̄ infidelis trahit fidelem ad pc̄tm̄ mortale, nam tunc fidelis non tenetur manere cum infideli, immo non dēt si sentit, aut timet, ꝙ non poterit resistere suadenti, & trahenti ad pc̄tm̄, cū nihil sit, ꝙ magis debeamus vitare, q̄ pc̄tm̄ mortale. Cum aūt recedat in hoc casu ex necessitate, quasi compellente eū
G in fuga, infidelis si teneretur cōtinere, esset subiectus seruituti pp infidelem, & tn̄ Apl̄s dicit, ꝙ nō est fidelis seruituti subiectus in hmōi. i. circa actus coniugales, & statum matrimonii, ergo non tenebitur in hoc casu continere, sed licebit ei transire ad alia vota.

Probantur magis superiora. Quæst. CI.

ET sic apparēt tres casus, in quibus dissoluitur matrimonium inter fidelem, & infidelem, licet sit consummatū per copulam: vnus apparet expressè ex litera Apostoli, alij duo se-
H quuntur ex eo, nam quòd nolēte infideli cohabitare liceat fideli ad alia vota trāsire, ex litera Apostoli patet quòd vero soluatur matrimonium per contumeliam creatoris, & quando infidelis trahit fidelem ad peccatum mortale sequitur ex illo: nam necesse est fideli in his casibus recedere si contumeliam euitare non potest, & peccatum mortale euitare non valet cohabitando, & tamen seruituti subiectus esset si postq̄ recederet cogeretur continere, sed Apostolus dicit nō esse seruituti subiectum, ergo licet ei ad alia vota trāsire. Et non potuerunt alij casus esse, in quibus fideli liceret transire ad alia vota, nisi hi tres, quia non habemus, ꝙ matrimonium possit dissolui infidelium nisi ex illa declaratione Apostoli, sed nulli alij casus p̄nt includi sub verbis Apostoli, ideo non licet in aliquo
I alio casu dissolui matrimoniū, patet quia ibi Apostolus dicit, ꝙ frater, & soror nō est in huiusmodi. i. circa matrimonium seruituti subiectus, & tn̄ in his tribus casibus esset seruituti subiectus, si nō liceret fideli trāsire ad alia vota: in nullo autem alio est subiectus seruituti, ēt si matrimonium non dissoluatur, ideo non licet dissolui in alijs. Apparet enim, ꝙ quando alter coniugum conuertitur alio manente infideli, licet fideli recedere, si vult, deserendo infidelem nolentem conuerti, & tn̄ si ille vult cohabitare sine contumelia creatoris nō deserit fidelem, neque cogitur fidelis eū deserere cum ille nihil mali faciat, quia neque contumeliā infert creatori, neque fidelem ad peccatum trahere conatur, & sic cū fidelis libertatem habeat ma-
K nendi, vel recedendi fidelis non est seruituti subiectus, ideo nō potest iste casus includi sub verbis Apostoli, quia non est aliqua seruitus fideli: in tribus autē precedentibus secus est, quia ibi cogitur fidelis recedere, & nō manere cum infideli, si autem non liceret ei ad alia vota transire, esset seruituti subiectus cum teneretur ex necessitate continere, ideo licet in his tribus solis dissolui matrimonium.

Non quasi hoc instituerint legum conditores aut canonum, qui nullam super hoc habent potestatem: cum Christus dixerit matrimonium indissolubile, sed quia hoc cōstat ex intentione Apl̄i, q declarauit ea, q Christus dixerat codē spū Sc̄tō, quo Christus, q Deus erat, loquebatur. Istud apparet ex verbis Innocentij tertij

tertij de diuor.c.quanto, vbi ostendit casus, in quibus licet dissolui matrimonium contractum inter infideles, & ponit istos tres, nõ tamen quasi eos statuat, sed quasi ex verbis Apostoli hoc inferri ostẽdat cum ait: si.n.alter infidelium coniugum ad fidem catholicam conuertatur altero, vel nullo modo, vel non sine blasphemia diuini nominis, vel eum pertrahat ad peccatum mortale ei cohabitare volente qui relinquetur, si voluerit ad secunda vota transibit: in hoc casu intelligimus, quod ait Apostolus si infidelis discedit, discedat. Frater.n.vel soror non est seruituti subiectus in hmõi, & canonem ẽt in quo dr̃ contumelia creatoris soluit ius matrimonii circa eum, qui relinquitur.

Et aduertendum, ꝙ in his tribus casibus dicit Innocentius fidelem relinqui ab infideli, vt habeat locũ dictum Apostoli si infidelis discedit, discedat, non.n.est seruituti subiectus frater, aut soror, nam si non recederet infidelis non haberet locum dictum Apostoli, qñ aũt discedit infidelis relinquitur, vel deseritur fidelis, si autem ipse non relinqueretur, ipse recederet, ideo vt locum habeant verba Apostoli, debet dici in his tribus casibus, ꝙ fidelis relinquitur, ideo soluitur matrimonium, & licet ei ad secunda vota transire. Si autẽ dicatur quõ relinquitur fidelis, quia solum in primo casu relinquitur, qñ discedit infidelis nolens cohabitare, in aliis autem duobus casibus potius recedit fidelis, & deserit infidelem, ne ab eo trahatur ad peccatum mortale, vel vt non audiat blasphemiã creatoris. Dicendũ, ꝙ in oĩbus his casibus deseritur fidelis, qa in primo casu absolute deseritur, in aliis duobus cogitur solus manere cũ infidelis talia circa ipsum agat, vt cogat fidelis solus manere, & ita solus dimittitur, ideo recte dr̃, ꝙ relinquitur in omnibus tribus casibus. Et adhuc apparet magis, quia in contumelia creatoris fidelis recedit, quando infidelis non vult cohabitare sine contumelia creatoris, & tamen dicitur tunc relinqui fidelis, & non recedere, vt patet in allega.c.quanto.§.& canonem in quo dicitur contumelia creatoris soluit ius matrimonii circa eum, qui relinquitur, & taliter habẽtur verba illa per Gregorium in canone 28. q.2.c.si infidelis.

Conueniens fuit, vt matrimonium inter fidelem, & infidelem posset dissolui in his tribus casibus.

Quæst. CII.

ET adhuc prędicta apparent, quia Christus est Deus coniugiorum christianorum. 28.q.2.c. si infidelis, coniugia aũt q̃ sunt in fide nõ sunt maiora fide, ideo potius Deus faciet, ꝙ soluat coniugium, quam ꝙ pereat fides, sed impedirẽt fides si matrimonium inter infideles contractũ nunquam posset dissolui, ergo debuit Christus facere, ꝙ in aliquo casu dissolueretur, patet quia si nolente cohabitare vxore infideli cum viro fideli, teneret matrimonium, non liceret conuerso accipere aliam vxorem, sed obligaretur seruare perpetuam continentiã, quãdiu viueret vxor, sed istud erat difficillimum, ideo vt non cogerentur viri continere nolent viri conuerti, nisi qñ conuerterentur vxores, & è contrario nolent conuerti, nisi qñ conuerterentur viri, & ita impedirẽt pro maiori parte conuersio ad fidem, ergo debuit tũc matrimonium dissolui, vt liceret fideli transire ad alia vota. Secundo, quia Christus noluit obligare oẽs ad ea, quę sunt perfectionis, sed solum volentes, sicut dixit Matth.19.cap. Si vis esse perfectus, non enim dixit esto perfectus, sed si vis, & patet magis, quia eod. cap. illi quęrenti dederat Christus formam, & regulã habendi vitam ęternam, scilicet, quòd seruaret mandata, & quia ille aspirabat ad maiora, dixit ei Christus, si

A vis esse perfectus, quasi dicat hoc non est necessariũ, & tamẽ inter opera maxime difficultatis posuit Christus esse continentiam perpetuam non habendo vxorem, ergo nollet obligari omnes ad hoc, patet quia Matth.19.cum Petrus diceret Christo, si ita est causa hominis cum vxore sua, non expedit nubere, dixit Christus non omnes hoc capiunt, sed quibus datum est, & ita significauit esse magnam difficultatem, & non esse ponendum in lege, & tamen Christus, quasi poneret hoc in legem cogeretur ad continentiã perpetuam, si non dissolueretur matrimonium, quando
B infidelis nollet cohabitare fideli. Ergo vel cogeret ad continentiam, vel impediret conuersionem ad fidẽ, sed neutrum Christus voluit, quia nullum ad continentiam obligauit, etiam fidem maxime procurauit cum ista esset summè necessaria. Ergo firmitas matrimonii, quæ huic conuersioni obstaret, dissolueretur ab eo.

Tertio patet, quia iura asserunt, quòd viri timentes se deseri ab vxoribus retrahuntur a conuersione ad fidem, de diuor.c.gaudemus, a fortiori ergo retraherentur, si cogerentur seruare perpetuam continentiam, quia hoc est durius, quam deseri ab vna vxore, & aliã accipere, ergo debet tolli firmitas matrimonii in hoc casu, ne impediatur conuersio ad fidem.

Quarto, quia fideles iudicarent se pessimę cõditionis si ipsis ad fidem transeuntibus nollent vxores eorũ
C cohabitare eis, sed acciperent alios viros infideles, & fidelibus non liceret accipere alias vxores, sed tenerẽtur seruare continentiam, & fidem illis, quę contempserant eos, & transierant ad alios viros, & ita retraherentur valde a conuersione ad fidem, ne subirent istã, tam grauem conditionem, sed Christus debuit amouere omnia offendicula conuersionis illis, qbus promptius erat manere infideles, quam conuerti ad fidem, ergo debuit facere matrimoniũ indissolubile, & dissolui in tali casu.

Quinto patet, & clarius, quia istud videtur de intentione Christi ex verbis suis. Nam ipse per conuersionem ad fidem volebat separare viros ab vxoribus, &
D vxores a viris. Et tamen nolebat cogere eos ad continentiam, quam dixit non conuenire omnibus. Matt.19.c. ergo voluit, ꝙ fideles, qui sic diuiderentur ab infidelibus coniugibus non tenerentur ad cõtinentiã, & tamen tenerentur si nõ liceret eis transire ad alias nuptias, ergo licere debuit, & hoc non potuit licere, nisi dissoluto primo matrimonio, ergo Christus voluit, quòd dissoluerẽt in tali casu matrimonium. Patet præsuppositum de separatione quam Christus facere intendebat Mat.10. Nolite arbitrari, ꝙ veni mittere pacem in terram, non veni pacem mittere, sed gladium, veni separare hominem aduersus patrẽ suũ, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam. & Luc.12.dicitur. Putatis, ꝙ pacem veni dare in terram, non dico vobis, sed separationem,
E erunt autem quinque ex hoc in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres diuidentur, pater in filium, & filius in patrem suum, mater in filiam, & filia in matrem, socrus in nurum suam, & nurus in socrum suã. Istam autem separationem Christus voluit facere, qa iubebat fidem præponi amori coniugali, & paterno, & cuicunque cognationi, vel gradui attinentiæ, sicut dixit Matth.10. Qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus, & Luc.14.apertius illud dixit. Siqs venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, adhuc aũt aĩam suam non pt̃ eẽ meus discipulus, & sic Christus voluit facere separationem magnam inter homines eiusdem domus, & attinẽtiæ ꝑ fidem, ergo induceret cõtinentiã ꝑpetuã multis si non liceret ad alia vota transire, & tñ noluit aliquẽ ad con-

Probatio maioris.

continendum obligare,vel manendum ſine cōiuge,
ergo conceſſit matrimonium generaliter diſſolui, qn̄
Matrimonium. fieret diſceſſio ab inuicem propter fidē.ſ.non cohabi
tantibus infidelibus. Et ex his ſententiis dn̄i habuit lo
cū Apoſtolus,vt diceret: ſi infidelis diſcedit,diſcedat:
non eſt.n.frater, aut ſoror in hmōi ſeruituti ſubiect⁹.i.
non obligatur continere propter receſſum infidelis,ſi
poteſt tranſire ad aliud matrimonium.

Matrimonium nunquam diſſoluitur, niſi ex diſpenſatione Dei, etiam apud infideles. Contra Innocentium iterum inſurgit, de quo ſupra,quæſtione 96.

Quæſt. CIII.

EX prędictis apparet,ꝙ matrimonium ſimpli-
citer eſt indiſſolubile, & nūquam diſſoluitur,
niſi ex ſpeciali diſpenſatione Dei, & qa in his
tribus caſibus inuenitur, ꝙ Deus illud diſſol-
uat,vt apparet ex verbis Apoſtoli:dicimus illud diſſol-
ui.In aliis autem caſibus, quos non inuenimus eſſe de
voluntate Dei dicimus matrimonium indiſſolubile.
Et non prouenit hæc diſſolubilitas inter infideles, qa
ibi non eſt ſacramentum fidei.i.baptiſmus cōfirmãs
matrimonium,& inter fideles ſic in omni caſu ratum
eſt matrimonium, quia eſt ibi ſacr̄m fidei firmans il-
lud,ſed dicendum,ꝙ ſolum prouenit ex diuina diſpē-
ſatione,& quia Deus in his trib⁹ caſibus ſic diſpoſuit,
diſſoluitur, quia vero non inueniuntur alii gn̄aliter,
non diſſoluitur in aliis,& tn̄ non eſt ratū,quia eſt fide-
liū,& diſſolubile,quia eſt infideliū, ſed quia accidit,ꝙ
Deus diſpoſuit circa iſtos tres caſus, q pertinēt ad ma
trimoniū infidelium diſſoluit matrimonium ꝯctum
inter infideles, ſi aūt diſpoſuiſſet in aliquo caſu qui p-
tineret ad matrimonium infideliū diſſolueret matri-
monium fidelium, & non conuenit plus vni mr̄imo-
nio,q̃ alteri ex ſeipſo diſſolubilitas. Et patet primo,qa
prius oē matrimonium erat diſſolubile, tam inter fi-
deles,quàm infideles,fuit autem oē matrimoniū eſſe
ctum indiſſolubile per ſententiam Chriſti,ergo nō fit
diſſolubilitas aliquando,niſi per Deum,cum Chriſtus
dixerit Matth. 19. Quos Deus coniunxit,homo non
ſeparet,ergo ſiue matrimoniū infideliū interdū ſepa-
retur,ſiue fidelium,non fit hoc, quia eſt matrimoniū
fidelium,vel infidelium, ſed quia Chriſtus illud diſſol
uit. Secundo patet, quia ſi matrimoniū infidelium,
quia eſt infidelium non eſſet ratum, & matrimoniū
fidelium,quia eſt fidelium,eſſet ratum,non poſſet vn-
quam diſſolui matrimonium fidelium, & tn̄ diſſolui-
tur.ſ.matrimonium non conſummatum per copulã,
& non fit hoc per ſtatutum hoīum, ſed per reuelatio-
nem Dei,de conuer.coniu.c.verum, & ca.ex publico,
ergo ēt matrimonium fidelium in aliquo caſu diſſol-
uitur per diſpenſationem, vel diſpoſitionem Dei, &
apparet clare, quia indiſſolubilitas illa intelligitur de
oī matrimonio contracto inter legitimas perſonas,ēt
non conſummato,& illud nunquam diſſolueret, niſi
ex reuelatione Dei:eo.tit. c. ex parte tua.ſ.ex quo ma-
trimonium inter legitimas perſonas per verba de prę
ſenti ꝯhitur,illis viuentibus,nullo pōt caſu diſſolui, vt
viuente altero alter ad ſecunda vota tranſmigret, &
additur poſtea, niſi ſecus fieret ex reuelatione diuina.
Tertio patet, quia ſicut eſt de matrimonio non con-
ſummato,ꝙ non p̄t diſſolui. niſi in caſu a Deo reuela
to,ita matrimoniū conſummatum poterit diſſolui,&
diſſolueretur ex diuina reuelatione, cui ſimpl̄r eſſet
ſtandū,& tunc diſſolueret in illo caſu, quē Deus reue-
laret,& ſi in multis reuelaret, in multis diſſolueret,&
ſic non eēt dr̄ia de matrimonio fideliū, & infidelium.
Quarto,quia ſi matrimonium infidelium, ex eo ꝙ eſt
infidelium,eſſet diſſolubile, quia non firmat̄ p ſacr̄m
F fidei.i.baptiſmi, poſſet diſſolui inter ipſos infideles in
aliq̄bus caſibus,& liceret dari repudiū, ſed falſum eſt,
cū ſolū diſſoluatur in tranſitu ad fidē:ergo eſt diſſolu
bile,quia non eſt confirmatum per ſacr̄m fidei.Quin-
to,quia matrimonium inter infideles dr̄ non ratū, &
illud eſt diſſolubile,ergo ſi ex eo, ꝙ eſt infidelium eēt
diſſolubile, diſſolueretur quando manent ambo infi
deles,quia illud eſt infidelium, quod inter infideles
eſt potius quã cum alter eſt factus fidelis,& alter infi-
delis, & tn̄ inter ipſos infideles in nullo caſu diſſoluit,
ſicut inter fideles non diſſoluitur,ergo non eſt diſſolu
bile,eo ꝙ infidelium eſt,ſed ſolū diſſoluitur, qn̄ vnus
ad fidem tranſit, & alius non,in tribus caſibus ſupra-
poſitis, & iſtud eſt in fauorem fidei eo, ꝙ fidelis non
G debet eſſe ſubiectus ſeruituti infidelium, ergo nō diſ-
ſoluitur, niſi quia ſpecialiter Deus in illis caſibus di-
ſpenſauit,& non eo ꝙ eſt infidelium. Sexto iſtud ad-
huc magis apparet, quia ſi matrimonium infidelium
eſſet diſſolubile,inquantum eſt infidelium, & non ha-
beret eandem firmitatem, quam matrimonium fide-
lium, cum in matrimonio vir, & vxor ad paria iudi-
centur, de diuor. cap. gaudemus,in caſu quo diſſolui
poſſet in fauorem vnius coniugis diſſolueretur in fa-
uorem alterius, alias non diſſoluitur inquantum ma-
trimonium,& tamen non fit ſic, quia quãdo alter in-
fidelium conuertitur,alio manente in infidelitate,ne-
que volēte cohabitare fideli,diſſoluitur matrimoniū,
H 1. Corinth. 7. & iſte eſt pręcipuus caſus diſſolutionis,
& tamen ſi fiat è contrario non diſſoluitur, vt ſi in di-
cto caſu velit infidelis cohabitare fideli, & nolit fide-
lis,ſed recedat,non diſſoluitur matrimonium, nec li-
cet fideli tranſire ad ſecundas nuptias, quandiu vixe-
rit infidelis,& continet, & tamen ſi matrimoniū infi-
delium eſſet indiſſolubile, quando alter coniugū no-
let cohabitare, ſicut diſſolueretur recedente infideli,
ita diſſolueretur nolente cohabitare fideli, & tamen
non eſt verum, quia in vno caſu diſſoluit, in alio non,
ergo non diſſoluitur quaſi ipſum inquantum eſt infi-
delium ſit infirmum, ſed quia Deus diſpenſauit in ca-
ſu illo in fauorem fidei, vt fidelis non ſit ſubiectus in-
fideli ad ſeruitutem, & ita nolente cohabitare infideli
diſſoluitur, ſed infidelis ſeruit fideli, quia ſi recedit fi-
I delis nolens cohabitare non licet infideli tranſire ad
aliud matrimonium quandiu fidelis continet,qa ma-
trimonium adhuc non eſt diſſolutum,vt infra tange-
tur,& ideo dicendum,ꝙ omne matrimonium eſt de
ſe ſimpliciter indiſſolubile per indiſſolubilitatē, quã
accipit ex ſententia Chriſti, & non eſt potius matri-
monium contractum inter fideles, quam contractū
inter infideles diſſolubile de ſe,ſed vtrunque diſſolui-
tur in caſu diuinæ reuelationis. Et quia de matrimo-
nio fidelium reuelauit Deus vnum caſum in quo diſ-
ſoluatur in illo ſolo diſſoluitur, & ſi plures reuelaſſet
in pluribus diſſolueretur. Matrimonium autem con-
tractum inter infideles diſſoluitur in tribus caſibus,qa
iſtos tres Deus reuelauit in verbis Apoſtoli, vt indu-
K ctum eſt,& hoc in fauorem fidei. Si autem plures re-
uelaſſet,aut pauciores in illis ſolis diſſolueretur, & nō
diſſoluitur matrimonium infidelium,quaſi infirmius
ſit,& matrimonium fidelium tanquam firmius, per
ſacramentum fidei non diſſoluatur.

Sed obijcietur,quia aliter dedit cauſam Innocētius
tertius,in c.quanto.de diuor.ſ.Quia licet matrimoniū
verum inter infideles exiſtat, nō tn̄ eſt ratū:inter fide-
les autem verum,& ratum exiſtit,quia ſacr̄m fidei,qđ
ſemel admiſſum eſt,nunq̃ amittit. Dici p̄t duob⁹ mo-
dis. Vno modo,ꝙ iſte idē Innocentius tertius poſuit
aliam veriorem rōnem ad hoc, & illam ſequimur.ſ.
ꝙ omne matrimonium legitime ꝯctū ſit indiſſolubi-
le,niſi obſtet diuina reuelatio,quam ſeq debemus, &

quia

quia quantum ad illos tres casus est diuina dispensatio quòd dissoluatur, dissoluitur. Istud patet de côuer. coniug. cap. ex parte tua, vbi dicitur ex quo matrimonium inter legitimas personas per verba de præsenti contrahitur, illis viuentibus in nullo potest casu dissolui, vt viuente reliquo alter ad secunda vota transmigret. Et ista decretalis ex parte tua est Innocentii tertii, sicut illa decretalis quanto: in qua posuit aliam supradictam responsionem, quam non sequimur. Sed quia aliquis dicet, quòd inter verba eiusdem nōn sit repugnantia, poterimus dicere, quòd id quod asserit Innocentius ibi, verum est, & tamen causa, quam dat non est vera, aut proprie assignata. Nec istud est incōuenienter dictum, aut contra iura, quod magis infra, in simili dubio declarabimus respondendo ad argumenta, quę facit iste idem Innocentius in capitu. gaudemus.

Infidelis quando dicatur discedere a fideli, tribus enim modis, iuxta primum casum dicitur. Quæst. CIIII.

NVNC redeamus ad tres casus suprapositos, in quibus dissoluitur matrimoniū altero coniugum. s. infideli discedente. Dicendum autem, ꝙ infidelis discedere dr̄, quando nullo modo vult cohabitare fideli post cōuersionem, & hoc fit tribus modis, vnus est qn̄ ante cōuersionē ambo coniuges cohabitant, & qn̄ vnus conuertitur alter statim transit ad alia vota. Secundus est qn̄ infidelis non transit ad alia vota, sed manens velut in viduitate. Tertius est qn̄ vno coniugum conuerso ad fidem alius habebat alterum coniugē. s. qn̄ vir infidelis repudiat vxorem, & illa accipit aliū virū, & ille aliā vxorem, & post hoc alter de illis conuertatur est legitimus coniux suus in alio matrimonio, nam neuter eorum legitime coniungitur ei cui coniunctus est, si in hoc casu conuertatur vir, & requirat vxorē repudiatam, q̄ iā transiuit ad aliū virū, ꝙ cohabitet sibi, & illa non vult, dr̄ discedere: similiter si vxor conuertat̄, & requirat virum repudiantem, ꝙ cohabitet ei iam conuersę, & ille non vult dicitur discedere, de omnibus. n. his casibus, vel modis intelligendum est, ꝙ infidelis discedit, & ideo in omnibus dissoluitur matrimoniū. Cum dicat Apostolus si infidelis discedit, discedat. i. si non vult cohabitare, non est curandum, neque pp hoc fidelis dēt deserere fidem, vt illum sequatur, sed dissoluetur matrimonium, & quia in nullo istorū triū vult cohabitare in oībus eis dr̄ discedere, & dissoluit̄ matrimonium. Cā aūt, quare dissoluatur tunc matrimonium, est fauor fidei, cū dicit Apl's nō est in hmōi frater, aut soror seruituti subiectus, seruiret aūt, si nolēte infideli cohabitare, teneret̄ manere continens. Et est fauor, nā de rigore indissolubilitatis ēt si alter coniugū discedat, quandiu vixerit, manebit matrimoniū, & tenebit̄ qui relictus est continere, sed hic si fieret sic eis, qui cōuertebant̄ cū multi viri in conuersione separent̄ ab vxoribus, & vxores a viris, sicut dr̄ Luc. 12. s. quia in eadē domo erunt quinque duo diuisi in tres, & tres in duos: esset necesse multis eorū, qui ꝯuertebantur, continere: quod magnum impedimentum pręstaret conuersioni, ideo debuit dispensari, quòd dissolueret̄ matrimonium, & ita factum est, sicut supra diximus. In q. 102.

Cum aūt dixit Apostolus non est frater, aut soror subiectus seruituti: intellexit de continendo s'm alienam voluntatē, ꝙ si infidelis velit cohabitare teneret̄ fidelis cohabitare, & si infidelis nollet cohabitare, sed ad alia vota transire, ꝙ teneretur fidelis pp ipsum contínere, ideo non tenetur, sed liber est, ꝙ si transierit infidelis ad alias nuptias, vel noluerit cohabitare statim

A liceat fideli transire ad aliud matrimonium. Aliter p̄t ēt intelligi. Non est subiectus frater, aut soror, idest si recesserit infidelis nollens cohabitare, non tenetur fidelis redire ad infidelitatem, vt maneat cum cōiuge, quasi teneatur ex lege coniugii ad cohabitandum, & quia non p̄t cohabitare manendo in fide tenetur cohabitare redeundo ad infidelitatem, nam tūc fortior esset lex coniugum, quam necessitas fidei, cum cogeretur a fide recedere pp indiuisibilitatem coniugii, & tñ maior est necessitas fidei, q̄ indiuisibilitas mr̄imonij, ideo dissoluitur matrimonium, vt nō pereat fides, B sic exponit Ambr. ad Hilarium, & hr̄ 28. q. 1. ca. si infidelis. s. Si infidelis discedit, dicit Apl's, discedat, nō est subiectus frater, aut soror seruituti in hmōi. i. si infidelis noluerit esse cum coniuge fideli, hic cognoscat fidelis suam libertatem, ne ita se subiectum putet seruituti, vt ipsam dimittat fidem, ne cōiugem amittat infidelem. Sed adhuc aliquid debet addi ad istum intellectum. s. non solum est liber fidelis, ita ꝙ non debeat redire ad infidelitatem, vt maneat cum vxore, sed ꝙ intelligat non esse necessarium, aut nullam vxorem habere, aut reuerti ad infidelitatē cum vxore, quę nō vult cohabitare fideli, nam non est isti seruituti subiectus, sed pōt non perdendo fidem nō perdere vxorē. s. quia si illa noluerit cohabitare poterit accipere aliam fidelem, quę cohabitet, & hoc est dissolui matrimonium. Et istud patet, quia de primo nullum dubium C erat, cum non solum fidelis factus non dēat reuerti ad infidelitatē pp vxorem, sed potius admonente Chro dēt qui infidelis est dimittere vxorē, vt fidelis efficiat̄: Mat. 10. & Luc. 12. & 14. Alius quoque sensus esse poterat. Non est subiectus fidelis seruituti. s. vt redeat ad infidelitatem pp infidelem coniugem, sed est subiectus necessitati continendi, cum sit melius vxorem perdere, q̄ fidem. Sed adhuc iste sensus non satisfacit, quia redit in pręcedentē. s. ꝙ non est obligatus fidelis redire ad infidelitatem pp vxorem, & tñ istud iam Christus dixerat plane. Ideo accipi debent verba Apl'i in casu, in quo seruiant de dubio, & dicemus, ꝙ nō est subiectus frater, aut soror seruituti recedēte infideli. s. D ꝙ sicut non tenetur dimittere fidem pp voluntatem alterius, ita neque cogetur cōtinere, sed licebit ad alia vota transire, sic exponitur de iure, de diuor. c. quāto, & iste est verus sensus.

Fidelis ad alia vota transire potest, cum infidelis a se recedit, & quomodo. Quæst. CV.

Quęst. præced.

DIXIMVS autem, ꝙ tribus modis dr̄ infidelis recedere a fideli. Dicendum, ꝙ in omnibus licet fideli transire ad alia vota, quia in omnibus illis dr̄, ꝙ non est seruituti subiectus. Est tñ aduertendum, ꝙ licet discedat infidelis nolens cohabitare, dēt prius a fideli admoneri, vt cohabitet, & si non vult tunc licet fideli transire ad alia E vota, & hoc fit pp duo. Primò, vt fidelis sit certus, ꝙ ei licet transire ad alia vota, nam tunc licet ei transire, qn̄ infidelis non vult ei cohabitare, sed discedit, & tamen non constat plene de voluntate infidelis coniugis, quousque sit requisitus an velit discedere, quia potest primum dicere, ꝙ vult discedere, & quando fuerit requisitus, quòd cohabitet, alioquin ꝙ transibit fidelis ad alia vota, fortè pęnitebit tractus ex consuetudine prioris vitæ, & dicet, ꝙ vult cohabitare. Ad hoc ergo, ꝙ plenè constet an cohabitare velit, vel non, debet requirere eū. Scd̄ò, vt securior sit, si ad secunda vota trāsierit, nā si transiret, poterat ei obijcere, ꝙ nō licuisset ei transire cū hoc non posset, nisi nolente infideli cohabitare, de quo non erat certitudo, ideo nō licuit trāsire, vt aūt hoc obijci non posit dēt fidelis admonere

infidelem, vt cohabitet, & adhibere testes huius requisitionis, vt si ille responderit, quòd non vult, habeat fidelis testes, qbus probet, quòd possit ad alia vota transire, sic dicit glo. in cap. quanto, de diuor. super patre, qui relinquitur, scilicet. Sola contumelia creatoris soluit matrimonium, quando non vult cohabitare, & ꝑuenit ad notitiam alterius, debet tamen adhibere testes, ꝙ non vult illi cohabitare ne impediatur postea ꝯhens: istud. n. sufficit de rigore iuris in omnibus his modis ad dissoluendum matrimonium, & tñ de equitate non debet idem fieri in omnibus, sed in quibusdam potius quã in aliis expectari: si. n. sit primus modus, ꝙ ambo coniuges cohabitabant, qñ alter eorum conuersus est, licet infidelis requisitus dicat nolle cohabitare non conuenit, ꝙ statim trãseat fidelis ad alia vota, quia infidelis cum adhuc contineat non accipiẽdo alterum coniugem potest pẹnitere, & etiam conuerti, atque ad hoc dispositus est quandiu non trãsit ipse ad alia vota, neque fidelis: si autem fidelis trãseat ad aliud matrimonium ablata est infideli spes de habendo priorem coniugem, ideo non transibit iam ad fidem. Vnde aliquandiu quandiu infidelis non transit ad aliud matrimonium melius est, & magis ad charitatem pertinens, ꝙ fidelis, neque aliam coniugem accipiat, neque ad religionem transeat quousque ex ꝑseuerantia agnoscatur mens infidelis obstinata in infidelitate, quia tunc ẹquum est, ꝙ nõ amplius expectet fidelis, sed vel aliud matrimonium transeat, vel ascendat ad ordines sacros, vel intret religionem.

Si autẽ sit secũdus modus. s. ꝙ infidelis statim post conuersionem alterius coniugis ad fidem transeat ad aliud matrimonium, videtur mens eius in infidelitate obstinata, & abstulisse sibi occasionem conuersionis, inquantum accepit alium coniugem, ideo ꝯiugi fideli statim licet transire ad alia vota, sed adhuc dẽt requirere infidelem, an debet cohabitare, alias non dẽt trãsire ad alia vota. Aliquis dicet istud non esse necessarium, neque conueniens: nã ex eo, ꝙ infidelis trãsiuit ad alia vota, vr̃ dissolutum esse matrimoniũ inter fidelem, & infidelẽ, & iam non esse possibilẽ cohabitationem coniugalẽ inter eos. Dicendũ ꝙ est vtilis reqsitio, quia si fidelis conuersus trãsiret ad alia vota dissolueretur matrimonium prius, & ideo nõ erat vtilis requisitio, quia ẽt si infidelis conuerteretur nõ posset cohabitare ei, & tñ si infidelis transiuit ad alia vota nõ dissoluitur matrimonium, quia est ibi, sicut qñ infideles se repudiant, & non soluitur matrimoniũ, sed manent legitimi coniuges, & iõ licet eis redire ad primũ matrimoniũ, & non licet manere in scđo. iõ admonẽdus est infidelis, qui sic transiuit ad alia vota, vt cohabitet fideli: nam p̃t cohabitare, & si voluerit tunc ꝯuerti non poterit fidelis accipere aliam coniugẽ, sed tenebitur recipere illam ad cohabitationẽ, si aũt cohabitare velit, & non conuerti, non tenebitur fidelis cohabitare, licet possit: & tñ non licebit ei transire ad aliud matrimoniũ, sed si adhuc infidelis, q ad alias nuptias transierat conuertatũ, anteq̃ fidelis transeat ad aliud matrimonium, tenebitur illum recipere ad cohabitationẽ. de diuor. c. gaudemus. Si aũt sit tertius casus est dicendum, sicut de primo, nam si vir repudiauerat vxorẽ, & accepta alia postea conuertatũ, dẽt requirere eam, q̃ repudiauit an velit conuerti, & si voluerit conuerti tenetur eam accipere, & si non vult conuerti, vult tñ cohabitare tenetur vir, aut ei habitare, aut nullam aliam accipere ea viuente, quia est legitima eius in allega. c. gaudemus. Si aũt illa dixerit, ꝙ neque conuerti vult, neque cohabitare, sed manere cum viro, ad quem trãsiuit, licet fideli coniugi statim transire ad aliud matrimonium, & tñ si anteq̃ transeat conuertatur vxor repudiata cogetur eam recipere. eo. c. gaudemus, si autẽ

Requisitio ifidelis est necessaria.

In 3. casu quid.

F requirit tunc virum, ꝙ vult ei cohabitare, sed non cõuerti, non licebit viro accipere alteram.

Contumelia creatoris, quæ dicatur iuxta 2: casum. Quæst. CVI.

Est nunc dicendum de secundo casu. s. de cõ-
tumelia creatoris, & primo quid vocatur con
tumelia creatoris. Dicendum ꝙ contumelia
creatoris dupliciter accipitur. Vno modo in
agendo aliquid ꝯ Deum. Alio mõ non tolerando lau-
des Deo debitas. Primo mõ est contumelia blasphe-
mia, si infidelis dicat malum de Christo, vt quia nõ est
Deus, vel aliquid malũ falsum, aut turpe, qđ in iniuriã
G eius cedit, & tunc contumelia, & blasphemia conuer
tuntur, sic accipitur de diuor. c. quanto. Cum dr̃ alte-
ro vero non sine blasphemia diuini nõis cohabitare
volente, & tñ eo. c. postea dr̃ cõtumelia creatoris sol-
uit ius matrimonii, & in c. gaudemus. vocatur contu
melia, & ideo blasphemia pro contumelia accipit.
Alio modo accipitur pro nõ sustinere laudes debitas
Deo, quod ẽt redundat in blasphemiã, nam sicut non
dicere de Deo falsum, aut malum est Deo debitũ, qa
in eo malum non est, ita dicere de Deo bonũ est Deo
debitum, quia ipse summus bonus est, & oĩbus bene-
faciens, sicut ergo dicere de Deo malũ, & falsum est
blasphemia, quia hẹc sunt Deo indigna, ita non susti-
H nere de eo bonũ dici est blasphemia, quia sunt ei lau-
des debitæ, & ideo vtrunque vocatur ſm iura contu-
melia creatoris, de isto secundo loquitur Ambrosius,
& Greg. & hr̃ 28. q. 2. c. si infidelis discedit. s. contume-
lia quippe creatoris soluit matrimonium circa eum, qui
qui relinquitur, nec est fides seruanda coniugii ei, qui
propterea discessit, ne audire Christum esse Deum
christianorum coniugiorum. Sicut autem accipitur
de ista laude Christi, est accipiendum de oĩbus aliis,
quia quamcunque nollet audire infidelis facit contu-
meliam, cum Christus sit maior oĩ laude, & superior
ea; & in isto modo infidelis nihil mali dicit de Chri-
sto, & tñ non vult audire laudẽ Christi, quod facit, qa
valde odit Christũ. eo. ti. si infidelis. s. Si infidelis disce-
dit odio fidei christianẹ, discedat. Est aũt dr̃ia inter
I istos modos contumeliæ, quia in primo modo disce-
dit fidelis ab infideli, ne audiat contumeliam creato-
ris. i. blasphemiam, & non recedit tunc infidelis. In se-
cundo mõ recedit infidelis, quia non sustinet audire
laudes Christi, & non recedit tunc fidelis. Sed dicet
qũo hẽt locum hic dictũ Apostoli, ex quo matrimo-
nium dissoluitur. s. si infidelis discedit, discedat, nã nõ
discedit infidelis in primo modo, sed fidelis. Dicendũ
ꝙ infidelis dr̃ discedere, non ꝙ ipse verè discedat, sed
quia fidelẽ discedere cogat, nam fidelis non dẽt susti-
nere blasphemiam Christi, sed vel eam tollere si p̃t ca-
stigare blasphemum, vel saltem fugere ne audiat illã,
& ideo potens castigare blasphemantem dẽt discede-
re, sed blasphemans coget ipsum a se discedere, ergo
K idem est, ac si infidelis discederet a fideli, quia ipsum a
se fugat, sic accipit Aug. lib. 1. de sermone dñi in mon
te, & ibi 28. q. 1. c. idolatria. s. Sed quisquis eam quoq;
vxorem dimittit a qua ipse cogitur fornicari cã vtiq;
fornicationis dimittit velut si aliquem vxor cogat sa-
crificare idolis, qui talem dimittit causa fornicationis
dimittit, non tantum illius, sed & suẹ: illius, quia for-
nicatur, suæ ne fornicetur. In secundo modo infidelis
discedit propter contumeliam creatoris. s. faciendo ei
contumeliam, nolendo audire laudes illius, & tunc
propriè reducitur in primum modum, qui est Apo-
stoli, scilicet. Quando infidelis discedit nolens cohabi
tare fideli, & non est distinctus modus contumeliẹ a
primo modo.

Sed

Sed dicendum, quòd quãdo loquitur de contumelia creatoris communius accipimus in primo modo: A patet per diſtinctionem, quę fit de diuor. c. quanto. & c. gaudemus. Cum dicitur de coniuge infideli: Aut vult cohabitare fideli, aut nullo modo, aut non vult ſine contumelia creatoris: ergo non habitare ſine cõtumelia creatoris eſt habitare, & non diſcedere, quia alias non diſtingueremus inter nullo modo velle cohabitare, & cohabitare non ſine contumelia Dei. Secũdo patet, quia diſtinguimus iſtos tres caſus, ſcilicet diſcedere, habitare cum cõtumelia creatoris, trahere ad peccatum mortale, c. quanto. & c. gaudemus, & tñ ſi accipiatur contumelia creatoris ſecundo modo. i. nolle audire laudes Dei, & ideo deſcedere, non differũt tres caſus ſuprapoſiti, quia ſecundus incidit in primum, ergo potius debet accipi, & accipitur contu- B melia creatoris primo modo, quam ſecundo.

Trahere ad peccatum mortale quomodo intelligitur iuxta tertium caſum. Quæſt. CVII.

TERTIVS caſus eſt quando infidelis cohabitat fideli coniugi, & tamen trahit eum ad peccatum mortale, & aliter non vult cohabitare, eſt tamen dubium quomodo intelligit̃ trahere ad peccatũ mortale, ꝙ diſſoluit matrimoniũ. Dicendum, quod hoc maxime intelligitur ſi infidelis ſuadeat fideli reuerti ad infidelitatem iam dimiſſam. Hoc autem eſt mortale peccatum, & grauiſſimum C quidem, & maxime periculoſum: cum ſit enim fides maxime neceſſaria, & fundamentum omnium virtutum acceptarum Deo, nullum peccatum eſt grauius, quam infidelitas, quę tollit omnem virtutem negãdo fundamentum, vel tollendo illud, & licet infidelitas ſit mala, eſt deterior quando quis venit ad fidem, & poſtea retrocedit: melius enim fuerat viam domini non cognoſcere, quam poſt agnitam retroire. 2. Petri 2. c. & de apoſta. c. quidam ſicut. Alio modo poteſt intelligi de quocunque peccato mortali, ad quod fidelis impellit̃ ab infideli, & maximè ſi eſt aliquid, quod ſapiat infidelitatem, vt ſi infidelis non ſuadeat infideli reuerti ad infidelitatẽ priorem, ſed ſuadeat obſeruare aliquam cęremoniam, vel ritum prioris infidelitatis: D nam hoc eſt redire in infidelitatem, licet indirecte, & tales vocantur apoſtatę quaſi a fide receſſerint: in alle. c. quidã, ſicut & agitur ibi de quibuſdam infidelibus iam conuerſis ad Chriſtum, qui aliquas cæremonias prioris infidelitatis obſeruãt, cum dicitur cum prioris ritus reliquias retineant chriſtianę religionis decere tali commixtione confundunt, & circa tales de infidelitate conuerſos dicit Apoſtolus ſine cauſa laboratum eſſet, ideſt inutiliter: ſicut dicitur ad Gala. 4. Dies obſeruatis, menſes, tempora, & annos: timeo ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis. Hoc dixit, quia Galathę erant Iudęi, & conuerſi fuerant ad Chriſtum prędicante Paulo: Nunc vero iterum redibant ad obſeruandas ferias Iudęorum, quę ſunt cęremonię legales, ideo dicit Apoſtolus, quòd ſine cauſa, ideſt inutiliter laborauit in eis, quia idem erat nunc, ac ſi non cõ- E uerſi fuiſſent. Etiam de omnibus alijs peccatis mortalibus poteſt intelligi, ad quę vnus coniugũ aliũ trahit, vt eſt furtum, adulterium, idolatria, & huiuſmodi: nã ſi non poſſit fidelis coniux euitare iſta peccata, diſcedet, & diſſoluetur matrimonium: ſic dicit Aug. lib. de fide, & operibus, & habetur. 28. q. 1. c. vxor. l. vxor legitima ſocietate coniuncta ſine culpa relinquitur, ſi cum viro chriſtiano permanere noluerit, attenditur eo modo eam rectiſſime dimitti ſi viro ſuo dicat, non ero vxor tua, niſi mihi de latrocinio diuitias congreges: aut niſi ſolita lenocinia, quibus domũ noſtrã trãſigebas etiam chriſtianus exerceas, aut ſi aliquid aliud A flagitioſum, aut facinoroſum in viro ſuo nõ erat, quo delectata, vel libidine explebat, vel facilẽ vitã hẽbat, vel ẽt ornatior incedebat. Dicẽdũ aũt, ꝙ iſte caſus eſt multum terribilis ad diſſoluẽdũ matrimoniũ, quia cã fidei eſt fauorabilis valde, & ideo cõceſſit Deus, ꝙ recedente infideli poſſet fidelis tranſire ad aliud matrimonium, ne timore continentię ſeruandę non conuerterentur, qui viderent ſe deſerti ab vxoribus. ſ. quia parũ erat conuerti, ſi conuerſi redirent iterũ ad infidelitatem, melius erat nunq̃ fuiſſe conuerſum, 2. Petri 2. c. debuit concedi id per ꝙ fideles conuerſi non traherentur ad infidelitatem, & tñ poterat vnus coniux infidelis peruertere fidelem incitando ipſum ad pec- B catum mortale, ergo debuit licere dimittere talem coniugem, & tranſire ad alia vota.

Caſus terribilis.

Quomodo infidelis dicatur diſcedere a fideli cogendo eũ peccare mortaliter. Quæſt. CVIII.

SED tunc dicetur qũo pertinet hoc ad modum literę Apoſtoli ex qua licet fideli tranſire ad aliud matrimonium. ſ. ſi infidelis deſcedit diſcedat: nam hic non deſcedit infidelis, ſed fidelis dimittit infidelem. Dicendum, ꝙ ad illud dictum Apoſtoli pertinet, & dr̃ diſcedere infidelis: nam licet non diſcedat cogit diſcedere infidelem a ſe eum effugando: nam fidelis tenetur fugere peccatum mortale, ſi ergo infidelis coniux ſuadet ad peccatum mortale, & fidelis non põt aliter illud effugere, niſi pariter C effugiendo a coniuge tenetur fugere, & ita qui p̄ſtat cauſam fugiendi ipſum fugat, & ſic ab ipſo, quem fugat fugere dr̃, & tñ fidelis recedens ab infideli cã fidei non tenetur manere ſine coniuge, quia non eſt in his frater aut ſoror ſeruituti ſubiectus, ergo licet tranſire ad aliud matrimonium, & ideo ſoluitur primum matrimonium. Sed adhuc dicendum, ꝙ cum in c. quãto. & c. gaudemus. dicitur, ꝙ non vult cohabitare ſine hoc, ꝙ pertrahat ad peccatum mortale: intelligit̃ de inductione, quaſi neceſſaria ad peccandum: cũ vtrobique dicatur pertrahat: verba aũt trahendi ſignificãt neceſſitatem, vel violẽtiam. Ducere autem ſignificat D rem volũtariã, ſicut dixit Seneca: ꝙ animus hominis generoſus melius ducitur, quam trahatur. Etiam quia non dicitur ſolum trahat, ſed pertrahat, & iſta prępoſitio per ſignificat complementum, vt dicatur pertrahere alium, qui compleuit ipſum trahere. Ex hoc apparet, ꝙ ſi infidelis coniux ſuadeat fideli coniugi aliquod peccatum mortale, non pp̄ hoc ſtatim diſſoluit̃ matrimonium, aut diſcedere põt fidelis, qui ſuadetur ad malum, ſed ſolum qñ illa ſuaſio, vel ſolicitatio eſt talis, vt fidelis nõ poſſit vitare peccatũ mortale cohabitando, nam tunc licebit recedere. Et patet hoc primo ex ſignificatione verbi pertrahere, ꝙ inducit violentiam, vt dictum eſt: Leuis aũt ſuggeſtio non facit violentiam: ideo non eſt verum, ꝙ qũocunque coniux coniugi ſuadeat malum facere, ſoluatur matri- E monium.

Secundo, quia iſtud dẽt reduci ad verbum Apoſtoli. ſ. ſi infidelis diſcedit, & tñ per leuem ſuggeſtionem non põt dici, ꝙ diſcedat infidelis, quia neque diſcedit, neque compellit diſcedere fidelẽ, ſed cum eſt magna ſuggeſtio, quę quaſi violenter adducit, nam tunc licet non diſcedat infidelis cogit diſcedere fidelẽ, cum ſibi ſit neceſſarium, aut ſubuerti, aut recedere, & ſic qui eum a ſe fugat cogendo recedere dr̃ ab eo diſcedere. Iſtud aũt eſt qñ ſuggerit quis alteri faciẽdum, qui aliquo modo cogere pot, ita vt nõ ſit ſola ſuggeſtio, ſed mandatum, vel coactio, vel eſt tanta ſollicitudo, & p̄ſeuerantia inducẽtis ad malum, ꝙ vix poſſit euadere

quin

quin turbetur,& concipiat,ꝙ ſuadetur, licet in prima oblatione non placeat, quod ſuggeritur.

Coniugem nolle cohabitare niſi trahendo ad peccatū mortale duobus modis eſſe poteſt,& in vtroque matrimonium diſſoluitur. Quæſt. CIX.

SED adhuc dicendum, ꝙ dupliciter poteſt intelligi, ꝙ infidelis coniux nolit cohabitare, niſi trahendo ad peccatum mortale. Vno modo,ꝙ coniux dicat,ego non manebo tecum, niſi facias talia,& talia,& iſta ſunt peccatum mortale.Secūdo modo, ꝙ non cohabitet ſine peccato.i.quandiu cohabitat non vult ceſſare a ſuggerendo malum cōiugi, vel inducendo ad malum. De primo loquitur Aug.lib.de fide,& operibus,vt habetur.28.q.1.c.vxor.ſ.Vxor legitima ſocietate coniuncta, ſine culpa relinquitur. Et ſequitur: attenditur eo modo eam rectiſſimè dimitti ſi viro ſuo dicat,nō ero vxor tua,niſi mihi de latrocinio diuitias congreges, aut niſi ſolita lenocinia, quibus domum noſtram tranſigebas ēt chriſtianus exerceas, & ita iſta vult cohabitare trahendo virū ad iſta crimina, quibus ſi vir nō conſentit illa recedit. De ſecundo modo patet qn̄ fęmina incitat valde virū ad peccatum:non enim ipſa tunc diſcedit, ſi non ſuaſerit viro peccatum, ſed quandiu manet ſemper ad peccatum mouet, & vir, vt non trahatur finaliter in peccatum, fugit. Sic dicit Augu.lib.1.de ſermone dn̄i in monte,& habetur.28.q.1.c.idolatria.ſ.Sed quiſquis eam quoque vxorem dimittit, a qua habere cogitur fornicari, cauſa vtique fornicationis dimittit, velut ſi aliquem vxor cogat ſacrificare idolis,qui talem dimittit cauſa fornicationis dimittat, non tantum illius,ſed & ſuę, illius quia fornicatur, ſuę, ne fornicetur.Et ita dicit recedēdum eſſe ab vxore,quę ad peccatū trahit. Sed tūc eſt dubium in quo caſu horum eſt verum, ꝙ diſſoluatur matrimonium. Dicendum ꝙ in vtroque caſu, & ambo ponūtur pro vno. ſ.cum infidelis trahit fidelem ad peccatum mortale. Dici tn̄ poteſt, ꝙ primus modus magis cōuenit ad intētionem Apoſtoli, cum dicat ſi infidelis diſcedit, diſcedat,& in iſto modo recedit infidelis, cum dicat non ero vxor tua, niſi mihi de latrocinio diuitias congreges. i.non manebo tecū,ſed recedam, nec intelligitur de tpe contrahēdi, quaſi iſta ſit cōditio appoſita matrimonio, ſed intelligitur de cōuerſione ad fidem.ſ.ꝙ cum ambo cōiuges erant infideles, & vir exercebat aliquod peccatū quo vxor delectabatur. Nunc vero factus fidelis non vult exercere peccatum illud, dicit vxor non ero vxor tua. i.non manebo tecum ſi hoc nō facias, & patet hoc ex litera ipſa. Nam cum dr̄ ſi viro ſuo dicat non ero vxor tua, niſi mihi de latrocinio diuitias cōgreges, aut niſi ſolita lenocinia,quibus domum noſtram tranſigebas ēt chriſtianus exerceas, ergo cum prius habitabant ambo infideles exiſtentes vir exercebat iſta delicta, & quia nunc fidelis factus ea exercere non vult, deſerit eum vxor ſua. Sed tunc dicēdum, ꝙ iſte caſus redit in primū caſum.ſ.illum, quem ponit Apoſtolus.ſ.ſi infidelis diſcedit,diſcedat: nam vir non recedit hic.i.fidelis,ſed infidelis.Cum dicat non ero vxor tua,ideſt non manebo tecum,& tunc recedit,& hoc modo omnes tres caſus ſunt vnus, & ideo, ſcilicet ſi non vult vllo modo cohabitare.ſ.non ſine contumelia creatoris:ſi non niſi trahat ad peccatum mortale,quia in omnibus tribus diſcedit infidelis a fideli iuxta verba Apoſtoli. Et tn̄ circa iſtum receſſum differt, quòd aut recedit infidelis non pro aliqua cauſa ſpeciali, ſed quia non placet ſibi cohabitare cōuerſo ad fidem, & hoc ſignificatur,cum dicitur ſi nullo modo infidelis vult cohabitare. Contumelia, & peccatum mortale ſunt duo F modi, in quibus diſcedit infidelis ex aliqua cauſa ſpeciali,nam contumelia hoc modo eſt,quando infidelis non potens tolerare laudes Chriſti recedit, vt non audiat illas: peccatum mortale,aut trahere ad peccatum mortale eſt, quādo infidelis conatur trahere fidelē ad peccatum mortale, & quia non vult fidelis ad illud trahi recedit fidelis. Aut poſſunt alio modo diſtingui iſti tres caſus tenendo hoc pręſuppoſitum,ſcilicet aliquando infidelis nullo modo vult habitare cum fideli. Aliquando autem vult,ſed cū certis modis. Primū ſignatur in illo caſu quo dicitur, ꝙ nullo modo vult cohabitare infidelis fideli, ſed diſcedit. Secundum applicatur duobus caſibus,nam aliquando vellet infide- G lis cohabitare coniugi fideli, vtpote quia diligit eam, & tamen nollet audire laudes Chriſti contra conditionem ſuę infidelitatis. Tunc ſi non ceſſante fideli a laudibus Chriſti, diſcedat infidelis, quia nō pōt ſuſtinere nomen Chriſti, dicitur diſcedere pp cōtumeliā creatoris. Si autem vellet cohabitare infidelis fideli,& tamen retinere priora vitia, quibus delectabantur manentes, vel ditabātur,quę nō cōueniunt ſtatui chriſtiano, & quia fidelis non vult illa exercere quantumcunque ſolicitetur ab infideli recedere infidelis quaſi non placeat ſibi conuerſatio illa, & huic modo concordant allegata verba Auguſtini, ſcilicet ſi viro ſuo dicat non ero vxor tua,niſi mihi de latrocinio diuitias congreges, aut niſi ſolita lenocinia, quibus domum H noſtram tranſigebas, ēt chriſtianus exerceas, aut ſi q̄d aliud,vel facinoroſum aut flagitioſum in viro ſuo nouerat,quo delectata,vel libidinem explebat,vel facilē victum habebat, vel etiam ornatior incidebat.

Recedere infidelem à fideli quo ſenſu ſit accipiendum. Quæſt. CX.

SED dicendum,ꝙ licet iſte modus videatur magis conuenire verbis Apoſtoli non eſt iſte quē ſequuntur iura,quia iſta non poſſunt differre a primo, vnde ſecundum communem expōnē iuriū in primo modo recedit infidelis a fideli. In duobus autem modis alijs recedit è cōtrario fidelis ab in- I fideli.Et patet hoc de diuor.c.gaudemus:cum dr̄:Nūquam ea viuēte licitè poterit aliam ēt ad fidē Chriſti conuerſus habere, niſi poſt conuerſionem ipſius illa renuat habitare cum ipſo,aut etiam ſi conſentiat non tamen abſque contumelia creatoris, vel vt eum pertrahat ad peccatum mortale, in quo caſu reſtitutionē petenti etiam ſi de iniuſta ſpoliatione conſtaret reſtitutio negaretur, quia ſecundum Apoſtolum ſoror aut frater non eſt hmōi ſubiectus. Et ita apparet primo diſtinctio in his, quia in vno dicitur,niſi poſt conuerſionem renuat habitare cum ipſo, vbi ſignificat ꝙ ſimpliciter non vult cohabitare. In alijs autem ſignificatur,ꝙ vult cohabitare non tn̄ ſine contumelia. i.non alio modo, niſi blaſphemando de Chriſto, aut K trahendo ad peccatū mortale, & ob hoc fidelis diſcedit ab infideli. Secundo apparet manifeſtius cū dr̄: In quo caſu reſtōnem petenti,ēt ſi de iniuſta ſpoliatione conſtaret reſtitutio negaretur,& tn̄ hoc non pōt intelligi,niſi, quia fidelis receſſit ab infideli volente cohabitare,& ſic ſpoliauit eū iure cohabitationis, & redditione coniugalium obſequiorum,& eſt iniuſta ſpoliatio.i.ſaltem non facta ordine iuris, & tn̄ petente infideli reſtitutionem denegabitur in fauorem fidei: de infideli nō pōt intelligi ſi ſpoliaſſet fidelem recedēdo, quia tunc fideli petente reſtitutionem concederetur reſtitutio,& ita pręſupponitur,ꝙ fidelis recedat ab infideli. Tertiò qa additur ibi cā ex dicto Apoſtoli. ſ.qa frater,aut ſoror non eſt in hmōi.i.in his tribus caſibus ſubiectus ſeruituti:neceſſe eſt enim de illis tribus intelligi,

ligi, quia illi tres prȩcesserant, & in his non est seruitu-
ti subiectus. i. nõ tenetur cohabitare cum contume-
lia, & cum ptractione ad peccatum mortale, & ita si-
gnat, ꝙ potest recedere spoliando infidelem, quia in
his casibus non est subiectus seruituti. i. nõ obligatur
manere, cum sit in detrimentum, & periculum fidei.
Quartò patet, quia etiam hoc conuenit literȩ Augu.
supra positȩ in c. vxor: nam etiam in casu, in quo illa
dicit: Nõ ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias
congreges: non recedit illa, licet dicat se recessuram,
sed vir deserit eam: cum ibi in principio dicat vxor li-
gitima societate cõiuncta sine culpa relinquitur. Etiã
quia sequitur eo modo eam rectissimè dimitti, si viro
dicat: Non ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diui-
tias congreges, & ita etiam, quando illa dicit: Non ero
vxor tua nõ dimittit ipsa virum, sed a viro dimittitur.

In duobus casibus dissoluitur matrimonium apud conuersos ad fidem. Quæst. CXI.

DICENDVM ergo, ꝙ in his duobus casibus,
scilicet de contumelia, & peccato mortali,
siue infidelis recedat, siue a fideli deseratur:
licitum est fideli ad aliud matrimoniũ trã-
sire. De contumelia, vt si vxor infidelis non potens to-
lerare Christi laudes, recedat, licet fideli accipere aliã,
vel si vxor infidelis maledicebat Christo, & non vult
desistere, licet fideli cõiugi aliam accipere. Sed est dif-
ferentia in hoc, quia accipiendo primum reducitur
ad primum modum, scilicet quando habitare renuit
illa, & discedit, accipiendo secundum pertinet ad aliũ
modum, qui est contumelia creatoris pp quã fidelis
recedit ab infideli. Etiam differt, quia accipiendo pri-
mo modo non est requisitio aliqua necessaria, aut sal-
tem adhiberi testes, sicut in secundo modo, vel non tã
necessarium adhoc, ꝙ fidelis transeat ad aliud matri-
monium: nam si infidelis recedat spoliat fidelem, &
cum iam constet, quòd voluit dissoluere vinculum, li-
In q. 105. cebit fideli transire ad aliud matrimonium, vnde nõ
est tam necessaria requisitio, & si fiat est ad maiorem
securitatem fidelis, sicut supra tetigimus. Similiter si
infidelis trahat fidelem ad peccatum mortale, & fide-
lis non vult trahi, ideoque recedat infidelis, licitũ est
fideli ad alia vota transire, vel si infidelis non vult desi-
stere, quin solicitet, & trahat ad mortale, potest rece-
dere fidelis, & alteri copulari. Et differt sicut supra, qa
in primo modo reducitur ad primum casum. s. qñ in-
fidelis tenetur cohabitare. In alio reducitur ad tertiũ
modum, qñ infidelis vult cohabitare, & tñ non nisi
trahendo ad peccatũ mortale. Etiam quia in primo
non est necessaria, aut parum est necessaria requisitio:
in secundo casu est necessaria. Est autem modus, vt si
cohabitet infidelis iam fideli, & tñ cum contumelia,
Modus soluendi matrimoniũ. vel solicitando eum ad peccatum, quòd fidelis adeat
iudicem, & ille statuat terminum infideli, vt desistat
ab his, quòd si non destiterit lapso termino iudicabit
non solum diuortium inter eos, sed etiam declarabit,
quòd liceat de cętero fideli transire ad alia vota: si aũt
desistat infra terminum datũ nõ iudicabitur diuortiũ,
sed manebit fidelis cũ infideli, si vult, & si nõ vult nõ
licebit ei transire ad aliud matrimonium, cum non sit
ibi aliquis de tribus casibus, q dissoluũt matrimoniũ.
Considerandum tamen, quòd cum fideli coniugi
liceat recedere, quando infidelis suadet ad peccatum
multum solicitando, ita vt sit trahere, tanto magis iu-
dicabitur licere fideli, quantomagis verisimile est ip-
sum posse trahi ab infideli, & ideo, quia facilius ẽ vxo-
rem posse trahi a viro ad peccatum, quam è cõtrario:
tum, quia vir potest cogere fęminam sibi cohabitãtẽ
ad aliquid: tum quia fęmina est viro subdita, cum vir

A sit caput mulieris 1. Corin. 11. & illa iubetur a Deo,
aut prȩnunciatur, quòd viro suo erit subiecta: Gene. 3.
c. tum, quia illa est corpore infirmior, & vir potest eã
viribus cogere: tum quia consilio, & prudentia minor
est, & potest eam decipere facilius, quam ab ea deci-
piatur, ideo si mulier asserat, quòd a viro infideli soli-
citatur ad peccatum, facilius licebit ei recedere ab
eo, & transire ad alia vota, q̃ viro si trahatur ab vxore
ad malum, cum vxor minus possit virum trahere ad
malum, quam ab eo trahatur. sed quia ad fidem con-
uersi sunt faciles ad redeundum in priorem errorem,
etiam ex leuibus suggestionibus debet quilibet talis
fidelis, siue vir, siue fęmina considerare, an putet se p̃-
B ualiturum contra talem suggestionem, aut non, si pu-
tat se prȩualiturum potest cohabitare, si autem putat
se infirmum ad resistendũ discedat, neque expectet,
vt succumbat, quia forte tunc resurgere non poterit
de peccato, & tamen in viro erat hoc, quòd poterat
fęminam castigare verberando, ne talia ei suggerat, &
ita est ei facile euadere suggestionem, si tamen nihi-
lominus mulier perseuerat, & vir putat se posse allici
aut aliquo modo trahi, potius debet recedere, quam
permanere, mulier autem minus credere potest de
seipsa, quam resistere poterit suggestionibus viri, ideo
consultius est ei, quòd non diu expectet si vir perseue-
rat suadendo ei malum. Et ob hoc iura disposuerunt
separari conuersos de infidelitate ab ipsis infidelibus,
quia sunt faciles ad subuersionem si cohabitent: nam
C si filij adulti conuertantur ad fidem iubentur a paren-
tibus infidelibus separari 28. q. 1. c. Iudęorum, scilicet
Iudęorum filios vel filias ne parentum vltra inuoluã-
tur erroribus ab eorũ consortio saparari decernimus,
deputatos aut monasterijs aut christianis mulieribus
ac viris timentibus Deũ. Similiter de alijs infidelibus
conuersis iubetur, quòd nullo modo conuersentur
cum infidelibus eiusdem sectȩ ne subuertantur 28. q.
1. c. sępe malorum, scilicet Sępe malorum consortia
bonos mores corrumpunt. Quantomagis eos, qui ad
vitia proni sunt? Nulla igitur vltra commissa Hebrȩis
ad fidem christianam translatis cum his, qui adhuc in
veteri ritu cõsistũt: ne forte eorũ participatione sub-
uertantur. Sed hęc dicta sunt de illis, quibus nulla
D necessitas est cohabitandi: nam illi non debent aliquã
suggestionem expectare, vel quòd ad peccatum tra-
hantur. de coniugibus secus est, quia eis est necessitas
cohabitandi, ideo nõ debent discedere statim: nam si
infidelis in nullo facit contumeliam Christo, neque
incitat ad peccatum mortale, melius est cohabitare
sola spe, conuersionis, sicut Apostolus dicit, quam
recedere.

Quare non licet apud fideles christianos soluere matrimonium in tribus casibus Apostoli supradictis: sicut apud infideles conuersos. Quæst. CXII.

SED nunc redeundo ad priora, dicet aliquis cũ
asseras matrimoniũ, ita esse indissolubile apud
E infideles sicut apud fideles, quare licet fidelib⁹
conuersis recedere in tribus casibus supradi-
ctis ab infidelibus, & non licet sic de matrimonio cõ-
tracto inter fideles, quia cum duo fideles cotraxerint,
& postea alter eorum labatur in errorem, & cohabi-
tare nolit manẽte paganismi infideli, vel non sine cõ-
tumelia creatoris, aut trahendo ad peccatum mortale
non licebit ob hoc manenti in fide transire ad alia vo-
ta: hoc enim verum est, quia ita distinguitur de diuor.
capi. quanto, vbi fideli conuerso in his tribus casibus
licet transire ad alia vota, & non licet manenti in fide.
Aliquis dicet, quòd hoc est, quia cum cohabitat infi-
delis fideli in duob⁹ casib⁹, vel recedit ab eo in primo
casu:

casu: est maior cõtumelia Dei, quam cum hoc facit, qui natus est fidelis, & maioritas contumeliç facit solui matrimonium, & non facit illud minor ɔtumelia. Sed dicendũ, quòd falsum supponitur: nam e.c.quãto dicitur, quòd maior est contumelia creatoris, quãdo alter fidelium effectus infidelis blasphemat, vel non vult cohabitare, vel ad peccatum trahit, quam qui facit hoc, qui nondum conuersus est, etiam causa manifesta est cum grauius sit recedere a via domini, quam nunquam cognouisse eam: cum è contrario melius sit viam domini non cognoscere, quam post agnitam retroire. 2. Petri. 2. c. & de Aposta. c. quidam sicut. ergo ex hac parte potius debebat dissolui matrimonium, quando alter fidelis factus est infidelis, quam cum infidelis non cohabitat fideli, vel non sine contumelia creatoris, aut trahendo ad peccatum mortale. Dicendum, quòd si fideles duo contrahant, potest quidem postea aliquis casus accidit, vt fiat diuortium inter eos quantum ad cohabitationem, & iura coniugalia, scilicet propter fornicationem, sicut Christus dixit Mat. 19. c. & tamen quantum ad vinculum nunquam fiet diuortium, neque transire vni licebit ad aliud matrimoniũ, & sicut in his est, ita fiet si duo erant infideles, & contraxerũt in infidelitate, & postea cõuersi fuerũt ambo ad fidem: nam matrimonium perseuerat inter eos, & tũc licebit in aliquo casu, vt in fornicatione superuenienti fieri inter eos diuortium, nunquam tamẽ licebit alteri eorum transire ad alia vota, alio viuẽte: dicitur autem ad hoc de diuor. c. quanto, quòd istud fit, quia inter infideles est matrimonium non ratum, ideo potest dissolui in aliquo casu, inter fideles autem est matrimonium ratum, idest indissolubile, ideo in nullo casu licet inter eos dissolui postquam legitime contractum est.

Causa redditur cum matrimonium fidelium in his casibus non dissoluitur, sicut matrimonium infidelium. Quæst. CXIII.

SED dicendum, quòd matrimonium fidelium non dissoluitur in his casibus, & matrimoniũ infidelium in his dissoluitur: nõ tamen propter causam ibi signatam, scilicet quia per sacramẽtum fidei confirmatur matrimonium sicut supra declaratum est, sed dicendum, quòd vera causa est, quç
In q. 96.
supra tãgebatur: matrimonium est indissolubile simpliciter vbicunque legitime contrahitur, siue inter fideles, siue infideles, & nunquam dissoluitur, nisi ex diuina reuelatione: in matrimonio autem contracto inter fideles inuenimus ex diuina reuelatione solui, qñ non est consummatũ per carnis copulam, ideo in illo casu iudicamus esse dissolubile in casu, quo ad religionem transitur, & non aliter, quia etiam hoc ex reuelatione Dei patuit, vt supra ostensum est: in matrimonio vero infidelium inueniuntur tres casus, in quibus ex diuina reuelatione soluat, scilicet ex verbis Aposto li. 1. ad Cor. 7. c. vt supra declaratum est: ideo iudicamus esse dissolubile illud in illis casibus, sed inter fideles non inuenimus aliquem casum ex diuina reuelatione, in quo soluatur de regula communi: ideo non iudicamus illud dissolubile postquam consummatũ est. Et hoc est, quod facit illud vocari ratum, & tamẽ si reuelatio fieret specialiter in aliquo casu quantum ad aliquas personas, quia dissolueretur matrimoniũ, vel dando aliquem casum, in quo dissolueretur fieret sic, ita patet de conuer. coniu. c. ex parte tua: vbi datur regula generalis, scilicet ex quo matrimonium inter legitimas personas per verba de prçsenti contrahitur illis viuentibus, in nullo potest casu dissolui, vt viuente reliquo alter ad secunda vota transmigret: etiam si

In q. 103.

In q. 98.

In q. 99. & 100.

F vnus fidelium, inter quos est ratum coniugium fieret hçreticus, & nollet manere cum altero sine contumelia creatoris: nisi fortè secus fieret ex reuelatione diuina, quç superat omnem legem, sicut a quibusdam sanctis legitur esse factum, & ita inter fideles asserit matrimoniũ dissolui ex reuelatione Dei, & aliquãdo factum esse: ergo in hoc çqualiter se habet matrimonium fidelium, & infidelium. Et quia in tribus casibus tactis inuenitur ex diuina reuelatione ostensum esse, quòd dissoluatur matrimonium inter infideles, & nõ inuenitur aliquis casus horum inter fideles natos, vel iam factos fideles, ergo non dissoluitur in his matrimonium fidelium, & ista est vera causa.

G Secundo autem dicendum adhuc, quòd est causa, vt statueretur a Deo hoc circa infideles, qui conuertuntur, & non circa fideles natos, aut iam conuersos, & totum hoc fit, vt non obstruatur, vel non arctetur via conuersionis ad fidem, quç fides est maxime necessaria, ideo causa fidei debet esse maxime fauorabilis. Et primò, quia si altero infidelium ad fidem conuerso, alius nollet conuerti neque cohabitare fideli, si matrimonium illud esset indissolubile, cogeretur fidelis conuersus perpetuo continere, quòd erat durũ: scientes autem hoc infideles non vellent conuerti, nisi, quando vir, & vxor simul conuerterentur, ne cogerentur continere, & ista esset maxima arctatio conuersionis, ideo dispensauit Deus, quòd liceret cõuerso ad fidem transire ad alia vota. Non est autem idem
H de illis, qui nati sunt in fide, quia non arctatur eis via conuersionis, cum in fide nati sunt, vel saltem ambo sunt infideles, quando contrahunt: ergo non debet concedi idem in eis, & idem est etiam, si ambo cõtraxerunt infideles existentes, & ambo conuersi sunt ad fidem: nam licet postea alter eorum transeat ad infidelitatem, & non cohabitet, non est periculum de altero coniugum, etiam si contineretur, quia nõ impedietur propter hoc conuersio sua cum iam cõuersus sit, aut in fide natus: sicut in priori casu. Secundo quia inter infideles, qui conuertuntur si hoc non concederetur, vterque coniugum periret: vnus quia non vult conuerti, alius quia conuerti timeret, vt non cogeretur continere: in altero autem casu etiam si alter con-
I iugum conuertatur ad infidelitatem neutrum coniugum perdimus: nam vnus eorum manet in fide, alterum eorum cogere possumus redire ad fidem, cũ semel illam acceperit. extra de Aposta. c. quidã sicut. In prçcedenti autem casu neuter cogi potest, quia cõuersi nondum sunt: ideo vt non impediatur cõuersio concessit Deus in vno casu, & non in alio, & ista est causa prçcipua. Sic etiam est de contumelia creatoris, & retractione ad peccatum mortale: nam in fauorem fidei debuit dari, vt non cohabitet fidelis cum blasphemo, nec cum eo, qui ipsum nititur ad mortale peccatum pertrahere, sed recederet ab ipso, & tamen si recedenti nõ liceret transire ad alia vota cogeretur
K conuersus continere, quod etiam scientes infideles timerent conuerti, ne cogerentur continere, si talia eis accidерent: ideo debuit concedi, quòd dissolueretur matrimonium in his casibus. Secus de natis fidelibus, vel iam conuersis, quia ibi non arctatur via conuersionis, ergo non debet idem licere. Secundo quãtum ad hoc, quòd facilius est per contumeliam, & suggestionem subuerti fidelem manentem cũ infideli nondum conuerso, quam in alio casu. Primò quia natus fidelis propter longam conuersationem in fide, & pp nunquam habuisse aliam consuetudinem, firmior est in fide, & non potest ita faciliter subuerti suggestionibus infidelis facti, sed qui nouiter cõuertitur facilis est ad subuersionem. 28. q. 1. c. sçpe malorum. Et hoc tam pp primam radicationem in fide, q̃ pp longam consuetu-

consuetudinem in contrario, scilicet in infidelitate: ideo huic licebit aliquid, quod nõ alteri. Secũdo quia infidelis factus non audebit blasphemare, aut trahere ad peccatum alium cõiugem, sicut infidelis natus: nã qui fidelis existens factus est infidelis, non audebit manere inter fideles cohabitãdo vxori suę fideli, vel manebit secretus, ita vt se infidelem non manifestet, & ob hoc non suggeret vxori mala, ne perdat eum, sicut infidelis natus cui libet cohabitare coniugi fideli manendo in sua infidelitate, & sic cũ sit magis periculũ fideli conuerso, quam fideli nato, licebit in vno casu, quod in alio non licebit. Tertiò quia fidelem, qui in errorem infidelitatis labitur, magis possumus cogere ad non blasphemandum, & non trahendum ad peccatum mortale, quam infidelem, tamen & nondum conuersum: nam primum non solum possumus cogere desistere a malo blasphemię, & prauę suggestionis, sed etiam cogere ad bene agendum ea, quę secũdum conditionem christianę religionis agenda sunt: infidelem natum possumus cogere desistere a contumelia, & suggestione, sed non possumus compellere ad bonum agendum, nec ad cessandum ab operibus infidelitatis, ideo maius periculum est in vno casu, q̃ in alio, & sic non debuit idem licere. Causa ergo diuersitatis fuit diuersa prouisio Dei, qui ex reuelatione in vno prouidit faciendo, ꝙ dissolueretur. In alio autem non prouidit, sed reliquit sub generali regula matrimonij, ꝙ sit firmum vel ratum, istę autẽ causę postea datę sunt, & diuersa ratio statuendi Dei, quia rationabiliter Deus in vno fecit, quòd non in alio.

Quomodo soluitur matrimonium inter fidelem conuersum, & infidelem, an immediatè, vt discedit, vel quando transit ad alia vota, & an opi. Innocentij possit stare.
Quæst. CXIIII.

Cum autem dictum sit, ꝙ soluitur matrimonium inter fidelem conuersum, & infidelẽ in tribus casibus supra tactis, est dubium qñ soluitur. s. an statim, vt non vult cohabitare infidelis, vel contumeliam facit Christo cohabitãdo, vel suggerit fideli malum, vel quando postea transit fidelis ad alia vota. Dicendum ꝙ circa hoc sunt duę opiniones, quidam enim dicunt, ꝙ matrimoniũ statim soluitur, si non velit cohabitare infidelis fideli, & ita in alijs duobus casibus. Hoc patet, quia de diuor. c. quanto. & 28. q. 2. c. si infidelis: dicitur contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur, ergo si illa soluit matrimonium, statim soluet, vt fuerit, & idem de alijs. Secundo quia hoc signatur ex versibus positis in glo. c. quãto. extra de diuor, sup parte contumelia. s. Iuxta illud.

Desere spernentem, vel blasphamare volentem,
Vel te credentem scelus ad mortale trahentem.
Nam sunt absque mora sic vincula rupta priora.

Ergo statim, vt aliquis istorum trium casuum interuenerit soluitur matrimonium, & non expectatur, quòd accipiat fidelis coniugem aliam. Alia opinio est, ꝙ nõ dissoluatur matrimonium statim, sed solum quando fidelis trãsierit ad aliud matrimonium, quia de diuor. c. gaudemus ad finem dicitur, ꝙ si conuersum ad fidẽ, & illa conuersa sequatur añq̃ ꝓꝓ causas prędictas legitimã ille ducat vxorem, eam recipere compelletur, & tñ nõ reciperet eam inuitus, nisi maneret primũ matrimonium, ergo non fuit dissolutũ. Postquam aũt accepit aliam, non cogitur conuersam, aut conuerti volentem recipere, immo non potest: ergo tunc verè fuit dissolutum matrimonium, & non prius. Illi qui tenent primam opinionem respondent ad c. gaudemus, scilicet quòd non compellitur recipere eam,

opi. Ioã. ... is glosa... oris.

opi. glo... in cap. gaudem'.

quasi ibi maneat prius matrimonium, sed quia restituitur cum petiuerit, re integra, & non subueniretur ei si non esset res integra. Opinionem primam tenet Ioan. glosator decretorum, sicut refert glo. in. c. gaudemus super parte compelletur, scilicet Ioannes dixit, quòd ipso iure solutum est matrimonium contumelia creatoris ea cohabitare nolente, vt in c. quanto, de diuort. & licet matrimonium sit solutum restituitur quasi iure postliminij. argumentum. 34. q. 2. cap. cum per bellicam, sicut heretico reuerso restituuntur bona. C. de hereticis in authentico. Idem est de Nestorianis, & licet non sit matrimonium inter eos eã recipere compelletur ex cõsequentia prioris matrimonij in fauorẽ fidei. Adhuc potest alia ratio addi huic, quia non licet alicui, qui semel est a vinculo matrimonij ligatus, transire ad aliud matrimonium, quousque soluatur ad illo vinculo, vt colligitur ad Roma. 7. c. & tñ post contumeliam creatoris, vel cum infidelis cohabitare non vult, aut trahit ad mortale peccatum, licet fideli transire ad alia vota, ergo solutum est iam vinculum matrimonij, & ita ante transitum soluitur. Cõtrariã opinionem tenet Glo. in. c. gaudemus sup parte compelletur, scilicet ex hoc videtur, ꝙ cõtumelia creatoris non soluit ius matrimonij ipso iure, aliàs si solutum esset ius matrimonij non compelleretur eam recipere, & postea inducit glo. ipsa alios idem tenentes in fauorem suum, dicẽs: Alij dicunt, quòd matrimonium non soluitur ipso iure, sed ius matrimonij soluitur, idest ius petendi debitum, & hoc satis videtur litera dicere capit. quanto. s. contumelia creatoris soluit ius matrimonij, & tunc primum vere soluitur matrimoniũ, quando contrahit cum secunda, & non aliter quia si esset ex toto solutum non compelleretur eam recipere, & est argumentum ad hoc, ꝙ dicit in fine, ꝙ potest ei obijcere fornicationem, quia si matrimoniũ esset omnino solutum non posset ei obijcere fornicationem precedentem de Iureiu. c. quemadmodum. Etiam dicendum, ꝙ Hostieñ. & alij iuristę tenẽt aliqd simile cum opinione prima, quę est Ioannis. Dicunt .n. ꝙ quantum ad fideles nunquam soluitur matrimonium. de diuor. c. quanto. quantum ad infideles etiam non soluitur, nisi quando iudex ecclesiasticus assignat terminum infideli infra quem conuertatur, vel conuerso cohabitet sine cõtumelia creatoris, quo elapso nisi infidelis obediat est fidelis absolutus ab eo. argumentum extra, qui filij sunt legi. c. lator vbi lapso termino assignato non relinquitur vltra remedium excipiendi, vel agendi, sed dicunt isti, ꝙ etiam si sit terminus lapsus, & conuerso data licentia contrahendi auditur infidelis si cõuertatur re integra. Addunt aũt isti, ꝙ non dissoluitur matrimonium per contumeliã ipso iure, sed per lapsum termini, & in hoc conueniũt cum opinione secunda, quę est Glo. Et tamen inquãtum dicũt, ꝙ dissoluitur per laspum termini antequã contrahat fidelis cum alia, concordant cum opinione prima, quę est Ioannis.

In glo. decretorum.

Glo. opin.

In casibus tribus superioribus quomodo soluatur matrimonium. Quæst. CXV.

Dicendum videtur in hoc dubio, ꝙ nõ soluitur matrimoniũ ipso iure ꝑ aliquẽ istorũ triũ casuum, & tñ statim ipso iure in quolibet istorum trium casuum habet fidelis licẽtiam dissoluendi illud transeundo ad aliud matrimonium, si voluerit, & hoc modo stabũt iura, & cessabunt inconuenientia, nam sic non cogetur aliquis recipere in vxorem eam, quę non est vxor sua, neque restituetur mulier, sed iure suo aget, vt reuertatur ad maritum, & non fornicabitur manendo cũ illo postquam

quam incepit ex parte infidelis esse contumelia creatoris, & tunc applicabũtur dicta vtriusque opinionis, vel omnium, q̃ omnia hñt verum in aliquo sensu. Primum.n.est, ꝙ contumelia creatoris soluat matrimonium.i.dat potestatem fideli, vt recedat a coniuge trãseundo ad alterum matrimonium, & statim, vt est ꝯtumelia est ista potestas recedendi, sed non est statim solutum matrimonium. Nam si solutum esset statim non solum posset fidelis recedere ab infideli, sed teneretur, quia maneret alias cũ non coniuge, & omnis eorum conmixtio esset fornicatio, sed hoc non cõcedet aliquis. Nisi forte diceretur, ꝙ soluitur matrimonium ipso iure p contumeliã creatoris, & tñ ex nouo consensu est inter illos matrimonium ſm: sicut qñ infidelis habebat vxorem ab alio repudiatã non erat illa vxor illius, quia erat legitima vxor eius, qui eã repudiauerat, si tñ conuertatur, ipse post mortem viri prioris, & illa cõuertatur, velintque cohabitare licebit eis non quasi semper fuerint coniuges, sed quia nũc ex nouo consensu incipiunt esse ꝯiuges, similr in eo, q multas hebebat vxores iuxta ꝯsuetudinem infideliũ nulla est eius vxor nisi prima, si tñ illo ꝯuerso ad fidẽ non velit prima cohabitare, & velit aliqua de alijs, poterit habere illã non tanq̃ fuisset ante hoc vxor, sed quia ex nouo ꝯsensu est vxor. Dicendum ꝙ iste modus nõ stat. Primo quia valde est irrationabilis: immo impossibilis de iure. Nam si cõtumelia creatoris soluit matrimonium ipso iure in eis, q erãt legitimi ꝯiuges, a fortiori reddet illegitimas personas, vt cum talibus ꝯhi nõ possit q̃diu tales manent, quia circa matrimonia ista est regula, ꝙ omne, ꝙ dirimit ꝯctum impedit ꝯhendũ, sed multa sunt, q̃ impediunt ꝯhendũ, & non dirimunt iã ꝯctum, ideo si cum coniuge blasphemante creatorem solutum est matrimoniũ, nõ poterit cũ eadem manente in ꝯtumelia creatoris per tacitum, vel expressum ꝯsensum ꝯhi matrimonium. Secundo ẽt est impossibile, quia tũc ꝯheret fidelis cum infideli, sed istud est de iure vetitum, & si ꝯctus fuit non tenet, ergo si p consensum expressum non potest ꝯhi matrimonium a fortiori non poterit p tacitum, vel interpretatiuum, & tñ qñ vnus coniugum cõuertitur ad fidem, & alius manet infidelis, & non vult cohabitare sine cõtumelia creatoris, si soluitur matrimoniũ, & p nouum consensum incipiant esse coniuges, incipiet fidelis habere de nouo coniugem infidelem, & ita matrimonium ꝯhetur inter fidelem, & infidelẽ, ꝙ est incõuenienter, & absurde dictũ, ideo manet argumẽtũ. s. ꝙ si solueretur ipso iure matrimonium p cõtumeliã creatoris, si post ꝯtumeliam cohabitarent eẽnt fornicarij, ꝙ falsum est, & nemo illud ꝯcedit: ẽt verũ est, ꝙ dicunt versꝰ illi.

Opi. quorundam impugnatur.

Nam tunc absque mora sunt vincula rupta priora.

Intelligitur enim, quòd sunt rupta vincula, non quòd desinat esse matrimonium, sed quòd incipiat coniux fidelis habere licentiam transeundi ad alterum matrimoniũ, & dissoluendi istud quasi nullũ matrimoniũ existeret, & tñ non est ablatum, vel abolitum matrimoniũ pręcedens, & tñ satis dr̃ rumpi vinculum cum liceat nunc transire ad alterum matrimonium, quòd nõ liceret vllatenus si maneret firmum matrimoniũ, sicut prius.

Dicta secundæ opinionis de matrimonio soluendo inter conuersos ad fidem quomodo vera sunt. Quæst. CXVI.

ALTERIVS etiam opinionis applicabũtur dicta, quę etiã in aliquo casu sunt vera. Et dicit ista opinio, quòd non dissoluitur matrimonium, quousque fidelis transeat de facto ad alia vota: nã si nõdũ transierit, licet recesserit

F ab infideli, vel infidelis ab eo propter aliquem de tribus casibus, & voluerit infidelis redire ad fidẽ, antequam fidelis transeat ad alia vota, cogitur fidelis admittere infidelem, & cohabitare ei velut coniugi, & tamen si iam transierit non cogitur dimittere eam, ad quam transiuit, vt recipiat eam, quę nunc redit de infidelitate in allè.c.gaudemus. Et ista ratio sufficiẽter probat, quòd matrimonium non fuerit dissolutum, quia alias non cogeretur fidelis recipere infidelem, cum cõuertitur, & patet hoc, quia cogeretur tũc aliquis de nouo contrahere matrimonium, & ꝙ plus est cum persona determinata, sed istud est falsum, quia de iure nullus compellitur contrahere cum aliqua persona determinata, nisi ex delicto, vt si quis virginem non desponsatam seduceret, & defloraret, teneretur dotare eã, & accipere in vxorem, extra de adul. & stupro, c. si seduxerit, & tñ iste fidelis in nullo deliquit, immo bene egit, quia ad fidem conuersus est, non ergo tenebitur ꝯhere cum illa femina, quę nunc conuertitur, quę iã non est sua vxor. Secundo quia ẽt illud non est verũ, ꝙ quis compellatur pręcise, vel absolute contrahere cum aliqua, quãtumcũque deliquerit, vt in casu dato: nam de rigore veteris testamenti tenebat, ꝙ compelleretur vir pręcise eam accipere in vxorem: Exo. 21. & Deut. 22. c. & illo modo translatum est, & canonizatum e. ti. & tñ postea fuit moderatus iste rigor. s. vt non cogatur absolute vir accipere illam in vxorem, sed est ei
H ius eligendi, an velit eam habere in vxorem, vel sustinendi aliam pęnam, sic dicitur. e. ti. c. peruenit, vbi dr̃ nos autem aliquatenus legis duriciam molliẽtes hoc modo disponimus, vt aut, quã stuprauit vxorem habeat, aut si renuendum putauerit, corporaliter castigatus excomunicatusque in monasterio, in quo pęnitentiam agat, retrudatur: de quo nulla sit ei egrediẽdi sine licentia pręceptione facultas. Et ita imponit viro pęna, quòd fustigetur, & retrudatur in monasterium, non vt religiosus sit, sed vt pęnitentiam agat ad tempus, quousque placuerit superiori, & tamen postquam inde exierit non cogitur illam habere vxorem. Sic etiam Glo. limitat in alle.c. si seduxerit, & c. peruenit: ergo nõ est aliquis casus nunc de iure, in quo quis compellatur accipere aliquam in vxorem, si non erat vxor sua, & tñ
I in c.gaudemus. compellitur, ergo non desierat esse vxor, & tunc manente inter eos vinculo matrimonij bene cogetur vnus ad recipiendum alium ad cohabitationem. s. qñ ablatum est impedimentũ, vt quia vnus, qui erat blasphemus, vel cohabitare nolebat desinit eẽ blasphemꝰ, & cohĩtare vult, & ad fidẽ ꝯuertitur.

Impugnatio confirmationis alterius opinionis. Quæst. CXVII.

CONFIRMABATVR alia opinio prima, & respondebat ad c. gaudemus, quia licet solutum erat matrimonium si conuertatur mulier cogitur vir eam recipere, quia illi subue-
K nitur per beneficium restitutionis cum sit res integra. Sed hoc non est conuenienter dictum: nam si solutũ est matrimonium non remanet aliquod ius mulieri, quę conuertitur contra virum iam fidelem, aut viro contra mulierem, ideo non est locus restitutioni: non enim potest quis restitui in eo, quòd ad ipsum nullo modo pertinet, & tamen in casu, quo vir transiuit ad aliud matrimonium antequam conuerteretur vxor infidelis, licet illa conuertatur postea, non cogitur eã recipere, quia tunc cogeretur dimittere vxorem legitimam.

Dicit tamen Innocentius extra de diuor. capi. quãto, quòd si transiuit iste vir ad aliud matrimonium, non cogetur recipere vxorẽ, quę conuertitur, & tamẽ mortua

mortua secunda vxore cogetur recipere primam.s.si tunc, quando conuertitur infidelis vxor, esset iā mortua vxor secunda, q̄ acceperat vir conuersus ad fidē, & ipse vult hoc accipi ex §.vltimo.c.gaudemus. Sed ego valde miror de sapientia Innocentij, qui profectò fuit vir nimium in iuris peritia abundans, quia non solū in hoc coutradicit iuri, sed etiam sibijpsi. Quod sibi ꝯdicat, patet, quia ipse tenet in c.quanto.de diuor.ꝙ contumelia creatoris soluit ius matrimonij ipso iure, etiam sine iudicio Ecclesię, ergo cum matrimonium esse desierit necesse est, ꝙ si illam mulierem accipiat, ꝙ de nouo ꝯ̄hatur matrimonium, & tn̄ nullus cogit̄ ad nouiter ꝯ̄hendum matrimonium cum aliqua, vt ostensum est, ergo nō cogetur istam accipere postea. Etiam quia ipsemet, ēt Innocent. extra de adulte. c.si seduxerit.tenet, ꝙ ibi est casus specialis, ꝙ aliquis cogitur ꝯ̄here matrimonium, & ita non cogetur hic ꝯ̄here. Etiam apparet, ꝙ iuri repugnet: nam dato, ꝙ nō dissolueretur matrimonium ipso iure, sed accipiendo aliam vxorem, esset iam solutum, ideo si mortua secū da vxore, cum qua fuit verum matrimonium, teneret̄ ad illam redire, quę conuertitur ad fidem, cogeretur quis de nouo contrahere cum illa, cum qua vinculū nullum pręcedebat. Etiā manifeste videtur repugnare iuri: nam in alle.c.gaudemus.§.vltimo.dicit litera, ꝙ si conuersum ad fidem, & illa conuersa sequatur, anteq̄ propter causas prędictas legitimam ille ducat vxorē, eam recipere compelletur, ergo si iam ille acceperat aliam vxorem, non compelletur, & tamen dato, ꝙ tē pore conuersionis vxoris primę erat defuncta secūda vxor iam acceperat iste vxorem legitimam, ergo non compelletur recipere primam, cum qua nullum vinculum manet. Etiam patet hoc, quia manifeste intētio illius c.gaudemus est, ꝙ maneat matrimonium inter fidelem, & infidelem non obstante ꝯtumelia creatoris, quousque trāseat fidelis ad alia vota legitimè: quādiu autem non transiuit, quia non est dissolutū matrimoniū, licet iustè vir recesserit ab vxore, & illa priuata est iure cohabitādi, restituitur ei vir, illo impedimēto priori ablato, cum maneat matrimonium, ex quo cōpetit ius cohabitandi, & hoc signatur inquantū dicit̄ eam recipere compelletur, quia non dicitur cōpellet̄ eam accipere, ꝙ signat de nouo cōtrahere, sic innuit̄. extra de frigi. & male.c.accepisti.s.accepisti mulierē, & per aliquod tempus habuisti, sic etiā sumit̄ Deute. 24.c.s.si acceperit homo vxorem, & habuerit eam.i.si contraxerit cum ea matrimonium, & tenuerit eam in domo cohabitando, recipere aūt significat reducere, scilicet qn̄ vxor est repulsa a viro, aut è contrario q̄tū ad cohabitationem, & postea redeūt ad cohabitādū: sic accipitur de diuor.c.illa: vbi dicitur si mulier iudicio Ecclesię separata est a viro lapso in hęresim, si ille reuertatur, non cogitur mulier illum recipere. Et tn̄ ibi certum est, ꝙ manet vinculum matrimonij, cū illa non possit transire ad aliud matrimonium.e.ti.c.quāto. Ita ergo hic dicitur eam recipere compelletur.i. non de nouo in vxorem accipere, sed ad cohabitationem recipere, cum maneat adhuc matrimonium. Et tamen dictum Innocentij poterat pręcedere in vno sensu, scilicet si daremus, ꝙ aliquis cogeretur ꝯ̄here cum aliqua de nouo, quia tunc conuersa muliere ad fidem vir, qui iam conuersus erat si accepit aliquā, & erat defuncta, non erat impeditus accipere illam, qui nunc conuertebatur, & ideo cogeretur eam accipere: si autem aliam habebat nō cogebatur, quia esset pręiudicium matrimonij, & etiam vxoris, quæ legitimè accepta fuerat, & tamen falsum est, quod pręsupponitur, scilicet quòd cogatur quis accipere in vxorem eam, quę non est vxor eius. Et ideo dictum Innocētij non videtur verum, sed quomodocunque fidelis acA ceperit aliam in vxorem antequam sua vxor infidelis relicta ex aliqua de tribus causis conuertatur, non cogitur eam recipere, ideo quia defuncta secūda vxore, iam acceperat vxorem legitimam non compellitur recipere tunc redeuntem, quia hoc esset de nouo ꝯ̄here, ad quod nullus cogitur.

Opinio Ioannis Glosatoris de dissoluendo matrimonio inter conuersos ad fidem improbatur.
Quæst. CXVIII.

ETIAM isti, qui tenebant hanc opinionem, ꝙ ipso iure dissolueretur matrimonium, dicūt, quòd licet sit dissolutum restituitur mulier quasi iure postliminij 34.q.3.c.cum per bellicam, & hoc tenet Ioannes Glosator decretorum. Sed dicendum, quòd istud non stat: nam in iure postliminij putabatur aliquis perdidisse ius, & non perdiderat, ideo si res suę ad alium transierant reintegrantur ei, sic & in c.cum per bellicam: per bella ducti fuerāt viri in captiuitatem, qui putabantur perijsse, vnde vxores suę acceperant alios in viros, postea reuersis illis coguntur vxores ad eos reuerti, sed istud est, quia verè inter illos māsit matrimonium, quod non potuit, nisi morte solui in c.quanto, & c.gaudemus, ideo redeuntibus viris, redduntur eis vxores suę. Hic verò nō est sic, quia verè soluitur matrimonium si altero infidelium conuerso, alius maneat in infidelitate in vno C de illis tribus casibus, & fidelis transeat ad aliud matrimonium, ideo non restituetur vir vxori, idest mulieri conuersę, & repetenti illum etiā si secunda vxor obijt, quia prima desijt esse vxor, & hoc est contra Innocentium in casu, quem ille supra asseruit, sed etiam si nondum transiuit fidelis ad aliud matrimonium, si solutum est matrimonium ipso iure per contumeliā creatoris, sicut tam Io. quam Innocentius tenent, nō cogetur vir recipere mulierem conuersam ad fidem, quia iam desierant esse coniuges, & non est ibi sicut in c.cum per bellicam, vbi nunquam desierant esse coniuges. Addunt etiam isti, & Ioan. aliud dictum, ꝙ licet non sit iam matrimonium inter istos ex consequentia prioris matrimonij, & in fauorem fidei cogit̄ vir illam recipere. Sed dicendum, quòd illud non est D rationabiliter dictum. Nam consequentia prioris matrimonij nihil est, quia si esset, omnino desinit matrimonium, ita ꝙ licitè transeatur ad aliud, non manebit ibi aliquod ius, ex quo dicat̄ ꝯsequentia ad hoc, ꝙ compellatur vnus alium accipere. Et si vocetur consequētia matrimonij, idest quòd ex eo, quòd isti prius fuerunt coniuges, quod nunc debeant esse coniuges nihil valet, quia tunc si moriatur alter coniugū, & resurgat ad istam vitam mortalem, antequam vxor sua alium accipiat, vel postquam acceperit, & moriatur secundus teneretur accipere priorem in virum illo petente, quia ibi est consequentia matrimonij, & tn̄ hoc est falsum, quia non cogitur cum semel sit dissolutū matrimoniū oīno, & mulier sit soluta a lege viri ad E Roma.7.c.ergo neque hic. Et siquis vellet ꝓteruire, ꝙ fœmina cogeretur recipere virū resurgētem, arguet, ꝙ illa duos habuerit viros successiue, & ambo simul resurgant, & simul eam petant, quem tenebitur recipere? nam si aliquem teneretur recipere ambos tenerēt recipere, quia ambo fuerunt legitime coniuges, ideo ius eorum est ęquale, & tamen nunc concurrūt in petēdo: ergo neutrum posset mulier repellere, vel ambos. Et ita rediret casus ille insolubilis, quem Saducęi posuerunt contra dominum: probando impossibilem resurrectionē per mulierem, quę habuit septem viros: Matth.22.capit.& tamen ibi fuit solubilis, & solutus, quia vt Christus dixit in resurrectione non

B

non nubunt neque nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei. Mat. 22. c. & Lucę 20. Nunc vero esset insolubilis, quia resurgētes resurgunt ad vitam mortalē, & vtunt nuptijs sicut cibo, & potu: ideo dicendum, quòd nullum tenetur mulier accipere de resurgentibus, siue plures resurgant, & simul petant, siue vnus solus: nam poterit non admittere illos, sed manere in viduitate, vel non admissis illis accipere aliquem alium, & illi non habent ius querelę cum sit soluta a vinculo ipsorum. Etiam non est verum, quòd propter fauorem fidei hoc fieret: nam fauor fidei magnus est, & tamen non est tantus, ꝙ legitimū matrimonium dissoluat, vel ad contrahendum aliquos compellat, quia tunc daretur, ꝙ si aliqua potens mulier infidelis, vt domina alicuius terrę infidelium vellet conuerti ad fidem cū tota terra sua, si daretur ei aliquis christianus iuuenis in virum, qui erat solutus, idest neque vxorem hn̄s, neque votum continendi, neque sacrum ordinem: deberet Ecclesia compellere illum ad accipiendum illam vxorem, sed hoc nō fecit Ecclesia, etiamsi sciat, quòd tota infidelitas simul conuertetur, quia preiudicabit illi iuueni, sed solum orabit apud eum, vt illud facere dignetur, tamen non compellet eum ad illam accipiendum, ergo multominus hic in fauorem fidei, scilicet vt conuertatur vna mulier non cogetur vir fidelis eam accipere in vxorem, & ideo non est verū, ꝙ cogeretur vir eam accipere si esset solutum iam matrimonium, sed ideo cogitur, quia non erat solutum matrimonium, & est ratio cogendi virum, quia non cogitur tūc ad contrahendum matrimonium, sed ad cohabitandum ei, quę est legitima vxor eius ablato impedimento, ꝑꝑ ꝙ non habitabant. Item patet hoc efficacius, quia non est tantus fauor fidei, vt cogatur quis retinere vxorē, quę est adultera ēt si sit emēdata, ergo multo minus sufficiet iste fauor ad hoc, vt cogat̄ quis de nouo accipere in vxorem eam, quę non est vxor, nam multo maius est accipere de nouo vxorē, q̄ retinere prius acceptam: nam ad accipiendum vxorē de nouo non cogitur quis etiam si deliquerit, vt si seduxit, & deflorauit: nam tunc non cogitur accipere illam in vxorem, vt patet de adulte. c. peruenit, & supra declaratum est. Etiam quòd siquis cū aliqua ꝯxit per verba de futuro, & fidem ēt iuramento firmauit, ꝙ aliam non acciperet non compellitur accipere illā, sed si acceperit aliam tolerabitur: extra de sponsa. c. prçterea, & c. requisiuit, & tamen propter delictum cogitur quis manere cum vxore, quam alias poterat repudiare eo, ꝙ propter fornicationem potest dimitti vxor sicut Christus dixit. Mat. 19. c. & tamen si etiam vir fornicatus est propter istud delictum punitur, alias priuatur iure repellendi vxorem, quia fit criminum compēsatio. de diuor. c. significasti, ergo est difficilius cogi aliquē ad contrahēdum de nouo, quam cogi ad manendum cum adultera emendata, & tamen fauor fidei non sufficit ad hoc. Nam si conuertantur duo cōiuges infideles ad fidem, & fornicata fuerit vxor, etiā si conuerti velit, non cogitur eam vir retinere, de diuor. c. gaudemus, ergo multo minus cogetur eam de nouo in vxorem accipere, si conuerti vult ille accipiat aliam vxorem, ergo innuitur, quòd manebat adhuc matrimonium, & ideo cogitur eam recipere ad cohabitationem, & ratio compellendi est, quia vir iuste recesserat ab ea, quantum ad cohabitationem, & ita videbatur, quòd etiam si illa pęniteret, non teneretur illam recipere, sed ius diffinit, quòd sic, eo quòd illud impedimentum est ablatum, sed fornicatio est maior causa non cohabitandi: ideo licet duret matrimoniū, non cogit Ecclesia virum ad accipiendam vxorem, etiam si sciat, quòd propter hoc illa manebit in infidelitate, & alias ad fidem cōuerteretur: nam fauor fidei

F seruari debet sine prçiudicio alieno, & ita non est ve- rum, quòd fuit solutum matrimonium ipso iure.

Alijs rationibus superiorem opinionem refellit.
Quæst. CXIX.

ADHVC alia ratio ostendit istud, quia cum canō dicit, quòd ꝯtumelia creatoris [...] ius matrimonij non dixit absolutè, q[...] soluit ius matrimonij, sed quòd illud [...] circa eum, qui relinquitur, & ita non soluitur circa terum, & tamen si simpliciter tolleretur matrimo- G ipso iure, solueretur quantum ad vtrunque, quia n[...] poterat manere vnus ligatus, & alius solutus, cum [...] contra rationem vinculi contractus matrimonij. S[...] est sensus, quòd soluitur ius matrimonij quantum [...] eum, qui deseritur, scilicet quia ille licentiam h[...] transeundi ad aliud matrimonium, si voluerit, S[...] relinquit eum non habet ius transeundi: immo si [...] lier, quę contumeliam fecit creatori velit alium [...] delem accipere, si voluerit vir fidelis coget eam [...] nere secum cum contumelia, si ita illam pati vult, [...] tamen si vir fidelis velit transire ad alia vota, quia [...] lier non vult cohabitare sine contumelia crea[...] non habet ius mulier impediendi eum, & istud [...] circa vnum soluitur ius matrimonij, & non circa [...] H & tamen si simpliciter tolleretur vinculum matri- nij, ita vt non maneret, non solum solueretur qu[...] ad eum, qui deseritur, sed etiam quantum ad de[...] tem, & ideo ius illud non voluit, quòd matrimon[...] ipso iure dissolueretur, sed quòd ipso iure licen[...] haberet fidelis ad illud dissoluendum, & dicitur [...] iure, quia non requiritur ad hoc iudicium, vel [...] Ecclesię. Addidimus aliam rationem ad confir- dum istorum opinionem, scilicet quia non licet [...] deli transire ad aliud matrimonium si primum [...] solutum. Ad qd̄ dicendum, ꝙ non licet transire q[...] non est solutum matrimonium, aut non haberet [...] centia soluendi illud: hic verò, & si non sit solutu[...] de facto habet tamen licentiam soluendi illud fide- I quandocunque voluerit in aliquo istorum trium [...] suum, simile apparet in libello repudij: nam quan[...] dabat quis libellum repudij in veteri testamēto lic[...] dabat, & tamen nondum erat matrimonium solu[...] sed licitum erat soluere illud quando uellet, & h[...] sufficiebat ad hoc, quòd licite repudiaretur uxor. N[...] uerò non licet alicui repudiare uxorem, quia sicut [...] est solutum matrimonium q̄diu uir, & uxor uiu[...] ita neque licentiam habet aliquis illorum dissol[...] illud, ideo non licet uiro repudiare uxorem: in ta[...] casu quamuis nō sit solutum matrimoniū, pōt solu[...] re illud fidelis, ideo licite transit ad aliud matrimo[...] quandocunque uoluerit, quia transeundo soluit. A[...] modo potest dici, quòd quādo fidelis transit ad a[...] K matrimonium, est solutum pręcedens matrimoniū [...] quia in ipso transitu soluitur, nam quandiu nondum [...] transiuit ad secundum matrimonium manet primu[...] transeundo aūt ad s[...]m non manet primum, sed disso[...] uitur, ita ꝙ pro nullo instanti manet primum matri- moniū cum secundo. Sicut est in generatione, & cor- ruptione, ꝑ generationē aduenit forma de nouo, & ꝑ corruptionem tollitur forma prçexistens: sunt autem ista simul, quia non corrumpitur forma prçexistens antequam introducatur forma noua: neque tamē introducitur forma noua antequam corrumpatur prç- existens, quia nullo tempore stant istę duę formę simul: etiam nullo tempore manet subiectū spoliatū utraque forma, ideo manet, & ꝙ in eodem instan- ti vna forma corrumpatur, & alia generetur. Ita in

præ-

præſenti in eodem inſtanti deſinit eſſe primum matrimonium, & incipit eſſe ſecundum : & non deſineret primum eſſe, niſi inciperet eſſe ſecundum ; & tamen in nullo aliquo inſtanti ſunt iſta duo matrimonia ſimul : & illud erat inconueniens, quod inducebatur in argumento : ſicut ſi quis habens nunc vxorẽ non poteſt ea viuente cõtrahere cum altera, quia tũc manerent ſimul duo matrimonia, quia primum non diſſoluitur & ſecundum introducitur : & iſtud eſſet inconueniens : & ideo non ſequitur, quòd inferebatur, ſcilicet, quòd ſoluatur matrimonium ante trãſitum ad ſecundas nuptias ipſo iure per contumeliam creatoris: quia ſatis eſt, quòd diſſoluatur in ipſo trãſitu, ſic quòd non maneant ſimul ambo matrimonia. B

Gloſa cap. gaudemus. de Diuor. declaratur, & approbatur; ac alia gloſemata eiuſdem reijciuntur. Quæſt. CXX.

QVOD verò Glo. in alleg. c. gaudemus. tenet non ſolui matrimonium ipſo iure, ſed per tranſitum ad ſecũda vota. Verum eſt, quia ideo cogitur vir fidelis recipere mulierem, quæ conuertitur antequam ipſe tranſeat ad alia vota, & poſtquam tranſierit non cogitur : & tamen debet intelligi, quòd licet non ſit ſolutum matrimonium eſt licentia fideli ad ſoluendum illud, & hoc ſufficit. Cum autem additur diſtinctio quorundam, quòd eſt ſolutum ius matrimonij, & non eſt ſolutum matrimonium volunt reſpondere ad canonem illum, qui dicit cum contumelia creatoris ſoluit ius matrimonij : & ideo dicunt quòd matrimonium nunquã ſoluitur quouſque ſit tranſitus ad ſecundas nuptias. C Dicendum quòd iſta diſtinctio inquantum aſſerit matrimonium non ſolui, niſi per tranſitum ad ſecundas nuptias, verum dicit : & ideo quouſque ſit tranſitus non licet repellere vxorem ſi velit conuerti ad fidẽ : immo tenetur vir eam recipere, quia manent coniuges : facto tranſitu ſoluitur matrimonium, & non manent coniuges : ideo tunc non cogitur recipere tranſeuntem. ſed cum faciunt iſti diſtinctionem inter matrimonium, & ius matrimonij, dicendum quòd non ſtat. Primo quia non eſt aliud ius matrimonij, & matrimonium, ſed accipitur ibi ius matrimonij tranſitiuè, id eſt ius quod eſt matrimonium: ſicut dicitur ego vidi perſonam Petri, id eſt perſonam, quæ eſt Petrus : D & ſic idem erit ſolui ius matrimonij, & matrimoniũ. Secundo non ſtat, quia iſti male exponunt de iure matrimonij, ſcilicet, pro iure petendi debitum, & intelligunt ſic, quòd fidelis, qui relinquitur etiã eſt ſolutus a iure matrimonij, id eſt a neceſſitate reddendi debitũ infideli, ſed infidelis, qui non conuertitur non eſt ſolutus a iure matrimonij, ſed manet obligatus ad reddendum debitum fideli, quamdiu petiuerit, ſic etiam tenet Io. Gloſator Decretorũ. 28. q. 2. c. ſi infidelis. in Glo. iſtud non eſt bene dictum, quia ſi ſolum tollerẽt hoc ius per contumeliam creatoris abſolueretur fidelis ab onere reddendi debitum : tamen nunquam liceret ei trãſire ad alia vota, ſicut dicitur extra de Diuor, c. quæſiuit. de muliere, quę ſeparatur a viro ſuo, E quia eam trahebat ad infidelitatis maleficium, ſ. poterit a viro ſuo ſeparari, ita ꝙ alij nubere ei non licebit : & ſequitur cauſa, ſcilicet, quia licet ſeparentur ſemper tamen coniuges erunt : ſimile eo. tit. c. quanto. & tamen propter contumeliam creatoris, & alios duos caſus licitum eſt fideli tranſire ad alia vota. in alleg. c. quanto. & c. gaudemus. ergo contumelia creatoris non ſolum diſſoluit ius matrimonij, i. petẽdi debitũ, ſed etiam ipſum vinculum matrimonij tollit, licet non ipſo iure, ſed facit ꝙ fideli liceat diſſoluere illud tranſeundo ad aliud matrimonium. Tertio patet, q̃a

[Margin note, partly cut off:] ...us matri-... onij qd ... ſignificat,

A ſi ablatum eſt ei ius petendi debitũ ab infideli, & abſolueretur fidelis ab hoc debito videretur eſſe fornicatio ex parte infidelis: quia commiſceretur quando peteret debitum ei, ad quem nullum ius mixtionis haberet, & iſtud eſſe fornicatio. Ideo dicendum quòd non poteſt accipi ius matrimonij, niſi pro iure, quod eſt matrimonium, quia matrimonium eſt nomẽ vinculi, & iſtud ſoluitur per contumeliam creatoris non ipſo iure, ſed quòd habet licentiam diſſoluendi illud fidelis, & non competit ſibi niſi ex contumelia creatoris : & ita illa eſt, quæ dicitur hoc diſſoluere. Determinatio.

Sed cum addebant iſti aliam rationem, ſ. quòd matrimonium maneat, eo quòd licet viro obijcere mulieri fornicationem, quòd non liceret, niſi eſſet coniux. B Dicendum quòd verum eſt, quia ſi deſijſſet eſſe matrimonium, & nunc de nouo deberet alterum contrahi cum haberet ius opponendi vir aliquã fornicationem, quia ſolum poteſt obijci fornicatio ſequens matrimonium, vel deſponſationem : non autẽ illa, quę præceſſit. extra. de iureiur. c. quemadmodũ, & tamen conceditur viro obijcere fornicationem ; ergo manet adhuc illud matrimonium contra cuius legem per fornicationem peccatum eſt.

Opinio Hoſtien. & aliorum de ſoluendo matrimonio apud conuerſos ad fidem expenditur. Quæſt. CXXI.

ALII autem Iuriſtæ tenebant viam mediã, vt Hoſtiẽ. & alij, ſcilicet quòd nõ ſoluitur matrimonium per contumeliam creatoris, ſed per lapſum termini poſiti a iudice Eccleſiaſtico ipſi infideli ad hoc quòd cohabitet ipſi fideli ſine contumelia: C iſtud licet in aliquo ſenſu poſſit teneri, eſt tamen verius quod ſupra dictum eſt, quia cum dicat canon ille, quòd contumelia creatoris ſoluit ius matrimonij, oportet quòd dent aliquid ſolui per contumeliam creatoris, & tũc vel ſoluetur vinculum, vel ius debiti : non vinculum, quia ipſi cõcedunt quòd etiam lapſo termino ſi eſt res integra, auditur infidelis : non etiam ius debiti, quia volunt ꝙ ante lapſum termini non ſpolietur infidelis, ideo non ponunt per contumeliam creatoris ſolui aliquod ius matrimonij. ſed poterunt dicere quòd ſoluitur ius matrimonij non ipſo iure, ſed per lapſum termini, & D quòd hoc ſit ſubaudiendum, ſed iſtud non ſatis ſtat, quia alij tenẽt quod ipſo iure, ſ. ſine Eccleſiæ iudicio ſoluatur ius matrimonij per contumeliam creatoris : ſic tenet Innoc. de diuor. c. quanto. & hoc rõnabilius eſt. Primo quia cum non ſit cautum in hoc caſu, ꝙ per iudicium Eccleſiæ in his tribus caſibus ſoluatur matrimonium : non debemus aſtringi ad hoc dicendum. Secundo quia c. lator. extra qui filij ſunt legi. nõ loquitur in ſimili caſu: nam matrimoniũ inter fidelẽ, & infidelẽ diſſoluitur auctoritate Dei per id, qđ Apl's dicit 1. Cor. 7. c. ſi infidelis diſcedit, diſcedat: ad quam literam applicantur oẽs tres caſus, in quibus diſſoluiẗ matrimonium, vt patet ex prædictis : ideo cum ꝑ ius E humanũ nõ diſſoluat, nõ potuit ius humanũ diffinire tp̃s aliqđ, in quo ſolueretur, ſed videẗ ꝙ ſtatim adueniẽtibus illis caſibus ſoluebatur cũ ſine miniſterio iuris humani ſoluatur : & hoc eſt ſolui ipſo iure : ſecus in c. lator, vbi nõ agitur de ſoluẽdo vinculũ aliqđ ſed ꝑfigiẗ alicui tp̃s ad ꝓpoñdũ exceptionẽ in caſu purè formali, quo lapſo perijt ius excipiendi: & talia pñt per ius humanũ diffiniri. Iſtud aũt quod dr̃ de impoſitione termini, & lapſu eius licet non eſſet de neceſſitate iuris ad hoc, ꝙ diſſoluatur matrimoniũ facit tamen ad cognoſcendum, & eſt probatio quædam, vt non poſſit infidelis obijcere aut aliquis alius, quòd fidelis non potuit tranſire ad ſecundas nuptias, quaſi nul-

nullus casus interuenerit de illis, qui soluunt matrimonium: nec tamen ad istam probationem est necessaria termini præfixio, sed satis est, quòd fidelis adhibeat testes, quomodo admonet infidelem, vt cesset a contumelia creatoris, & ille non vult, vt dicit glo. cap. quanto, de diuor. Isti tamen non conueniunt cũ vtraque de duobus opinionibus, nam inquantum dicunt de lapsu præfixi termini discordãt a prima, quæ dicit quòd dissoluitur matrimonium ipso iure, & nõ concordant omnino cum secunda, quòd illa ponit solum solui per transitum ad secundas nuptias, & tamen quia dicunt isti quòd tunc habet licentiam ab ecclesia contrahendi, videntur conuenire cum secunda quæ non ponit solutum matrimonium, sed posse dissolui: sed inquantum dicunt, quòd post lapsum termini adhuc auditur infidelis si conuertatur, re integra, videntur concordare isti cum prima opinione, quæ ponit solui matrimonium: & tamen restitui infidelem, si conuertatur.

Cõclusio, In q. 115. Concludẽdum ergo sicut supra dicebamus, quòd ipso iure in quolibet horum trium casuum habet fidelis licentiam transeundi ad secundas nuptias, & nõ requiritur aliqua licentia Ecclesiæ super hoc: tamen matrimonium adhuc manet, & nunquam erat solutũ quousque fidelis transeat ad secundas nuptias; ideo quãdiu nõ trãsiuit fidelis ad aliud matrimoniũ, si cõuertatur infidelis ad fidem, recuperat coniugem: si autem iam transierit non recuperat, quia in primo casu est manens matrimonium, in secundo est solutum; & tunc ad canonem de contumelia creatoris dicimus, quòd illa soluit matrimonium: & ipso iure soluit sine auctoritate, vel sententia Ecclesiæ: non tamen soluit faciendo quòd non sit matrimonium: quia tunc etiam si vellet fidelis non liceret ei cohabitare, sed soluit, i. dat potestatem fideli soluẽdi illud transeundo ad alia vota.

Cum inter fideles sola fornicatio dissoluat matrimonium, & quodlibet peccatum sit fornicatio, quæ animam a Deo recedere facit: an pro quolibet peccato mortali possit dimitti vxor, & fieri diuortium, vt Augustinus, & Innocentius dixerunt, vel solum pro infidelitate, vel hæresi.

Quæst. CXXII.

DICEBATVR supra, quòd non liceret fideli recedenti ab vxore infideli propter contumeliam creatoris transire ad aliud matrimonium, quia crimen superueniẽs matrimonio non dissoluit illud. Dicendum quòd inter fideles nullum crimen superueniens matrimonio soluit ipsum quantum ad vinculum, ita ꝙ liceat transire ad alia vota, sed bene dissoluit quantum ad thorum, & sunt duo crimina, s. fornicatio, & infidelitas. de fornicatione Dominus dixit Matth. 19. cap. ꝙ non liceret viro in alio casu dimittere vxorem, nisi causa fornicationis: & tunc etiã solum separarentur quantum ad cohabitationem, & non quantum ad vinculum. Alius casus est infidelitas, siue error circa fidẽ, quia pro illo etiam datur diuortium. Sed aliquis dicet quomodo istud stat cum dixit Christus non licere in alio casu, nisi in fornicatione dimittere vxorem: ecclesia autem non potuit statuere contra id, quod Christus dixit. Dicendum quòd licitum est dimittere vxorem causa erroris in fide, eo ꝙ sic Ecclesia statuit. de diuor. c. quæsiuit. & cum dr̃ ꝙ non potuit statuere, dicendum ꝙ non statuit contra Christum, sed declarauit statutum Christi, siue legem ostendens, ꝙ infidelitas sit quædam fornicatio; fornicari dicitur, qui idola colit vt sępe ponit Ezechiel: & dicitur Psal. 72. Perdidisti omnes qui fornicantur abs te, idest qui colunt idola recedendo a te; & ideo locum ha-

Fornicari quid sit.

F bebit lex Christi in infidelitate, siue errore in fide.

Sed tunc est dubiũ, an pro quolibet peccato mortali possit dimitti vxor; nam quodlibet peccatum videtur esse fornicatio, quia animam a Deo recedere facit. Dicendum ꝙ ita quidam tenent, ꝙ pro quolibet peccato mortali diuortium fieri possit: quod vr̃ tenere Aug. lib. 1. de sermone Domini in mõte: & habetur 28. q. 1. c. idolatria, cùm dicit: si infidelitas fornicatio est, & idolatria infidelitas, & auaritia idolatria non est dubitandum, & auaritiã fornicationem esse: quis ergo iam quamlibet illicitam concupiscentiam potest recte a fornicationis genere separare si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur ꝙ per illicitas concupiscentias non tam quæ in stupris cum alienis viris, aut
G feminis committuntur: sed omnino per quaslibet q animam corpore male vtentem a lege Dei aberrare faciunt, & perniciosè turpiterque corrumpi possit sine crimine, & vir vxorem suam dimittere potest & vxor virum, quia exceptam facit Dñs causam fornicationis: & sic apparet manifeste de intentione Augustini, ꝙ pro quolibet peccato possit vir dimittere vxorem, & vxor virum, & istud etiam tenent aliqui Iuristæ: sic Innocentius, extra de diuor. c. quæsiuit. vbi dicitur de errore infidelitatis. Et ipse dicit idem esse de quolibet alio peccato: & idem in c. de illa, eo. titu. & dicit in cap. de illa, ꝙ nullam aut vilem cãm inuenies, quare nõ fit idem de quolibet peccato, & de infidelitate. Dicendum tamen quòd hoc non est verũ quia non potest fieri diuortium pro quolibet peccato, sed solum pro infidelitate, vel hæresi, vel aliquo
H quod ad errorem in fide pertinet: sic patet de diuor. c. quæsiuit, vbi dicitur: Nos itaque taliter respondemus, quòd mulier pro furto, vel alio crimine viri sui nisi fidei suę religionem corrumpere velit ab eo separari non debet: verum si coniugem suam ad infidelitatis maleficia traxerit a viro poterit separari. Est dicendum vno modo quòd cap. idolatria, quod est dictum Augustini intelligitur de rigore iuris. & c. quęsiuit intelligitur de æquitate: nam cum omnia peccata sint fornicationes quædam, vt dicit August. in c. idolatria. pro omnibus posset vir dimittere vxorem, & vxor virum, & ita tenet Innocentius. cap. quæsiuit. de diuor. & cap. de illa, eo. titu. dicit, quòd nullam aut
I vilem causam inuenies, quare non fit idem in omnibus alijs peccatis, sed quia durum videbatur, quòd pro quolibet crimine fieret diuortiũ, quia quotidie fierẽt diuortia in omnibus matrimonijs, Ecclesia restrinxit hoc ad infidelitatem, quia ibi videtur ratio specialis, scilicet, quia est maius periculum, quàm in alijs peccatis: nam fides est fundamentum, & manente illa potest quis emendari de alijs peccatis, si autem fides pereat non est locus redeundi ad virtutem, & istud verum est nisi illud peccatum vrgeret in periculum alterius coniugis, vt si mulier machinata est in mortem viri, vel vir in mortem mulieris; nam fit diuortium, & qui sic machinatus est manet sine spe coniugij: de diuor. cap. si qua mulier.

Secundo potest dici, quòd nõ licet dimittere vxo-
K rem excepta causa fornicationis, & intelligitur de fornicatione corporali cum alio viro: nam si de spirituali intelligeretur cum omne peccatum sit fornicatio pro quolibet peccato daretur licentia a Christo dimittendi vxorem, & tunc videretur inconueniens ter dictum excepta causa fornicationis, cum velit esse velut vnam causam tantum: & tamen quod pro infidelitate fiat diuortium non est, quasi intelligatur nomine fornicationis; sed quia Apostolus specialiter de infidelitate dixit, scilicet, si infidelis discedit discedat, & sic significauit, quod pro infidelitate recedi possit ab vxore quantum ad cohabitationem.

Non

Non licet pro quolibet peccato fieri diuortium. Quæst. CXXIII.

SED dicendum, quòd quicquid dicatur hic asserendum est, quòd nō licet pro quolibet peccato fieri diuortium, sed pro fornicatione, & infidelitate. alleg. cap. quæsiuit. Sed cum dicatur, quòd pro errore infidelitatis soluitur matrimonium quātum ad cohabitationem est dubium si hoc sit pro infidelitate, in quam alter coniugum incidit vel pro illa, ad quam alterum inducere conatur, quia differt multum inter hec. Aliqui dicunt, quòd solum datur diuortium, si alter coniugum nitatur alterum ducere in errorem infidelitatis, & non si ipse erret. Et dicunt esse causam, quia si vnus coniugum erret in fide, & alterum ad id non inducat, non nocet illi, ideo non est diuortij causa, secus si nitatur inducere ipsum in errorem, quia tūc est periculum: ideo non debet cohabitare.

Secundo quia ita videtur ius disponere de diuor. c. quæsiuit. scilicet respondemus, quòd mulier pro furto, vel alio crimine veri, nisi fidem siue religionem corrumpere velit ab eo separari non debet; verum si coniugem suam ad infidelitatis maleficia traxerit a viro poterit separari. ergo solum fit quando vir trahere nititur vxorem ad infidelitatem.

Tertiò patet quia multo maius est, quòd alter coniugum in aliquo peccato quantumcunque paruum velit trahere alterum coniugem, quàm quòd ipse sit in magno peccato: sicut patet in matrimonio infidelium quando alter eorum ad fidem conuertitur: nam pro eo, quòd alter manet in infidelitate non fit dissolutio matrimonij, & tamen si alter eorum nitatur alterum trahere ad peccatum mortale, separantur etiam quantum ad vinculum: de diuor. c. quanto. & c. gaudemus: ergo multo maius est ad peccatū trahere quàm in peccato esse.

Dicendum quòd vtroque modo inter fideles fit diuortium, si vnus coniugum alterum nitatur trahere in errorem soluitur matrimonium, idest datur diuortium. Sic dicit August. lib. de sermone Domini, & habetur 28. q. 1. cap. idolatria. Sic extra de diuor. c. quæsiuit. Etiam si alter coniugum labatur in errorē infidelitatis, vel hæresis, dato quòd nō nitatur ad hoc trahere alterum, fit diuortium, vt de diuor. c. quanto. & de conuer. coniu. c. mulier. sed aliqui putant istud esse quando alter cōiugum propter errorem infidelitatis recedit ab alio non cohabitans, quia tunc fidelis potest ab ecclesia impetrare diuortium. *(Opi. Aug.)*

Sed dicendum quòd non stat, quia etiam si infidelis, vel hæreticus cohabitare velit profertur cōtra eū diuortium. c. de illa. vbi mulier propria auctoritate recessit a viro lapso in heresim, vt ille sic confusione affectus ad fidem citius rediret: & Augustinus ista duo æquiparat, scilicet, quòd quis in fide erret ad errandū alium inducat. lib. de sermone Domini in monte, & habetur 28. q. 1. cap. idolatria, s. non enim fornicātem tantum vir vxorem dimittere conceditur, sed quisq; eam quoque vxorem dimittit a qua ipse cogitur fornicari, velut si aliquem vxor cogat sacrificare idolis, qui talem dimittit causa fornicationis, dimittat non tantum illius, sed & suę: illius quia fornicatur, suæ ne fornicetur.

Ex prędictis autem aliqui volebant facere talem distinctionem, an pro quolibet mortali posset fieri diuortium: dicunt quòd aut vir est in peccato, aut trahit vxorem ad peccandum, scilicet primo modo dicunt, quòd non datur diuortium nisi pro infidelitate, & ita intelligitur. c. quæsiuit. de diuor. sic. & c. de illa, si autem vir nititur trahere vxorem ad peccatum *(Distinctio quorūdā,)*

A aut vxor virum dicit quòd non solum pro infidelitate, sed etiam pro quolibet peccato mortali datur diuortium, quia in quolibet est periculum alteri coniugum, & patet quia maius est soluere matrimonium, quantum ad vinculum, quàm quantum ad cohabitationem: & tamen quantū ad vinculum soluitur per hoc, quòd alter coniugum si est infidelis, trahit fidelem ad peccatum mortale. de diuor. c. quanto. & cap. gaudemus. ergo pro hoc dabitur diuortium quantū ad cohabitationem inter fideles. Dicendum quòd de rigore iuris, ita fieri debuisset cum hoc sit maius, q̄ in peccato esse, & quia est periculum coniugi manere cum tali coniuge, sicut datur diuortium in his, in B quibus vnus coniugum alteri præiudicat, sicut si fornicetur, quem casum Dominus expressit, vel si vnus in mortem alterius machinatur. de diuor. c. siqua mulier. & tamen dicēdum, quòd de quadam iuris æquitate reductum est ad solum errorem in fide, & ideo si ad alia peccata trahere nitatur vnus coniugum alterum non dabitur diuortium. cap. quæsiuit, cum ibi dicatur solum quando vnus trahit alterum ad infidelitatis maleficiū: & ita si trahat ad alia peccata nō datur diuortium, sed istud est verum de diuortio perpetuo: nam de temporali, scilicet, quamdiu vnus coniugum persistit alterum trahendo poterit dari diuortium. Ita videtur dicere Innocentius. cap. de illa. de diuor. & sic poterit intelligi verbū Augustini. lib. de sermone Domini. & 28. q. 1. c. idolatria. vbi pro qualibet illicita concupiscentia, quæ animam a Deo separat, fiat diuortium, scilicet, si traxerit coniux coniu-C gem ad illud, quia pro eo, quod est alter coniugum in aliquo peccato, horum non est dandum diuortium temporale, neque perpetuum, sed solum quando nititur alterum trahere ad illud. *(Verus sensus Augu.)*

Quomodo matrimonium inter infideles dissolubile sit. Quæst. CXXIIII.

SI autem de matrimonio infidelium agatur est dicendum quòd aliquādo dissoluitur propter crimen superueniens, sed est dicendum, quòd aut consideratur de illis, quando ambo infideles manent, aut quādo conuertitur alter ipsorum, vel ambo ad fidem. Si primo modo dicendum quòd nō D curat Ecclesia de obseruantijs matrimoniorum Iudæorum, quia infideles cōstitutionibus canonicis nō arctantur: ideo an in tali vel tali gradu contrahatur, & de quibusdam huiusmodi Ecclesia non aduertit: quia hoc esset cogere infideles ad constitutiones canonicas: quod fieri non debet. eod. cap. gaudemus. Considerabit tamen quantum ad eos, si in lege matrimonij aliquid agant contra legem Christi, quia tenentur subditi legi Christi & obligantur eam obseruare. de quo magis dictum fuit supra, & adhuc infra tangetur.

Et in hoc est dicendū, quòd inter infideles sic manentes matrimonium est dissolubile, sicut inter nos, E & non est licitum vllo modo repudium, & nullum crimen superueniens matrimonio etiam si sit fornicatio carnalis dissoluit matrimonium illorum quantum ad vinculum. Si aūt considerentur infideles inquantum conuertuntur ambo coniuges, vel alter eorum. Dicendum ꝙ si ambo cōuertuntur siue simul, siue nō simul, dum tñ primò cōuersus nōdū trāsierit ad alia vota, nō pōt vnus alium dimittere, inuito alio: immo etiam si consentiant non licebit alteri eorum, altero viuēte, ad aliud matrimoniū trāsire: & etiā nō poterit vnus alterū repellere a cohabitatione, ꝑ quocūq; crimine p̄cedēte, qđ inciderit durante m̄rimonio, vel prius, nisi sit fornicatio cōmissa tp̄e matrimo-

nij constantis, de diuor. cap. gaudemus. si autem vnus conuertitur, & alius non, aut petitur de diuortio, quantum ad cohabitationem, aut quantum ad vinculum. Si primo modo dico ꝙ fit diuortiū, si fidelis velit, quia generale est, ꝙ nunquam teneatur fidelis cohabitare infideli: & licet non sit istud crimen superueniens est præcedens, & non repellitur alter eorum a cohabitatione inquantum crimen præcessit, sed inquantum nunc manet postquam alter eorum emendatus est de illo. sicut infidelitas repellit inter fideles, si alter eorum labatur in hæresim, vel infidelitatem altero non lapso. Si autem petitur quātum ad vinculum, dicendum ꝙ dissoluitur in tribus casibus, s. quando nullo modo vult cohabitare infidelis fideli, aut qn̄ nō sine cotumelia, aut qn̄ trahit ad pctm̄ mortale. in c. quanto. & c. gaudemus. Et istud est speciale in matrimonio infidelium: nam matrimonium contractum inter fideles nullo horum trium casuum soluitur, in alleg. cap. quanto. Ratio autem differentię supra posita est: siquod autem aliud crimen superuenerit matrimonio, siue sit machinatio in mortem coniugis, siue adulterium, non soluit matrimonium istorum inquantum ad vinculum. (In q. 113.)

Quomodo intelligitur quòd vir, & vxor ad paria iudicantur. Et an altero coniugum existente fideli, & altero infideli aliquid liceat vni, quod non alteri.

Quæst. CXXV.

DICEBATVR supra ꝙ cum vir, & vxor ad paria iudicentur. in c. gaudemus. non debet vni licere quod alteri nō liceat, ideo cū non liceat infideli contrahere cum alio infideli recedente ab eo coniuge fideli, neque debet licere fideli accipere coniugē, recedente infideli, idest nolente cohabitare. Est dicendum ꝙ vir, & vxor iudicantur ad paria in redditione debiti, & in ligatione vinculi matrimonialis, sed non in cæteris: nam vir est maior in honore q̃ vxor, quia vir est caput vxoris, sicut Christus est caput viri, prima ad Corin. 11. cap. ideo non iudicatur ad paria, sed vir imperat, & vxor obedit; & Deus istud statuerat in lege matrimoniali obseruandum: nam Gen. 3. c. in maledictionem mulieris dixit, in dolore paries filios tuos, & sub viri potestate eris; vnde non est principatus tyrānicus, quasi per violentiam obtentus, quem habent viri super fœminas, sed est rationabilis cum sit a Deo ordinatus, & rationi congruat, quia vir abūdantior in iudicio pręsideat, fęmina vero, quæ naturaliter est minor in prudentia, obediat, & obsequatur: ideo in hoc non petit̄ aliqua paritas; si autem petatur quantum ad debitū coniugale, sunt pares eo ꝙ vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier; & mulier non habet potestatem sui corporis sed vir. prima Corin. 7. c. Et ideo sicut viro petenti debitum non licet vxori negare illud, ita & vxore petenti, non licet viro negare si potēs sit, & commode id possit, quia impossibilia non cadunt sub debito: etiam ad legem matrimonij sunt æquales, s. in seruanda fide priori: quia sicut mulier tenetur non commisceri alteri viro, ita vir tenetur nō commisceri alteri fęminæ, neque in hoc aliquid adiuuant leges humanæ, quæ puniunt mulieres adulteras in omni casu, viros autem non: nam apud Deum non sunt ideo immunes, nec minus iudicantur: sic dicit Ambrosius lib. de Patriarchis, & 32. q. 4. cap. nemo. s. nemo sibi blandiatur de legibus hominum: oē stuprū adulterium est, neque licet viro quod mulieri non licet: & eadem a viro, quę à fęmina debetur castimonia quicquid in ea, quæ non sit legitima vxor commissum fuerit adulterij damnatur crimine. Etiā

F sicut tenetur vxor ad prolem educandam, ita & vir: immo magis vir, quia ipse debet supportare omnia onera matrimonij, & ideo secundū iura humana ipse lucratur fructus dotis. Etiam tenentur ambo æqualiter ad indissolubilitatem matrimonij, s. ꝙ sicut non licet vxori accipere alterum in virum, i. transire ad secūdas nuptias, ita neque licet viro viuēte vxore: hoc enim pertinet ad indissolubilitatem, quæ importatur noīe sacramenti quod est vnū de bonis matrimonij.

Alteri coniugum existente fideli, & altero infideli aliquid licebit vni quod non alteri. Quæst. CXXVI.

G EST tamen dicendum ꝙ hic licet vni quod nō licet alteri, non quia vir est, aut vxor: sed quia vnus est infidelis alter fidelis: vnde conuerso ad fidem licet facere, quod non licet manenti in infidelitate, siue conuersus sit vir, siue mulier: & hoc est quia matrimonium de se est indissolubile: quia fecit illud Christus indissolubile. Matth. 19. & quia oīs gens obligatur legi Christi tam apud fideles, q̃ infideles debet esse indissolubile, ita ꝙ neque repudiari liceat, neque recedere: quia tamen matrimonium est minus fide, ipse Deus, qui matrimonium indissolubile fecerat, voluit illud reddere dissolubile in aliquibus casibus in fauorem fidei. Et sunt tres casus, s. si recedit infidelis nolēs cohabitare aliquo modo fideli, & si habitare vult tamen cum contumelia creatoris, aut si nititur trahere ad mortale peccatū, qui omnes tres H casus accipiūtur ex verbis Apostoli. prima ad Corin. 7. cap. s. Si discedit infidelis, discedat: non est enim in huiusmodi seruituti subiectus frater aut soror: qui casus quomodo ex illis verbis accipiantur, iam declarauimus. Etiā quare a Deo ita institutū est dissolui matrimonium in his casibus, & ꝙ fuit conueniens. Hoc supposito dicendum, ꝙ quantum ad vinculum vel indissolubilitatem matrimonij non licet viro, quod non liceat vxori, & è contrario. Et tamen licet fideli, quod non licet infideli, & hoc est, quia ille, qui matrimonium instituit illi dedit indissolubilitatem: dedit fidelibus, idest conuersis ad fidem ꝙ possent dissoluere matrimonium, & non concessit infidelibus: vnde dicendum ꝙ si nolente cohabitare infideli recedat I fidelis, & transeat ad aliud matrimonium non peccat fidelis, & tamē si infidelis recedat, peccat, siue solum recedat quantum ad cohabitationem, siue trāseat ad alias nuptias: nam si recedat a cohabitatione peccat, quia subtrahit debitum, & potest fidelis facere ipsum cogi per iudicem, vt redeat ad cohabitandum petendo restitutionem. Si autem recesserit & alteri nupserit committit adulterium, & nō tenet contractus matrimonij, sed cogitur redire ad fidelem, si ille petat: si autem fidelis recedat quātum ad cohabitationem deserens infidelem, non potest ille petere restitutionem, etiam si cohabitauerit, & cohabitare velit sine contumelia creatoris, quia non cogitur fidelis cohabitare infideli: si vero cohabitet infidelis cum contumelia, & fidelis transeat ad alias nuptias, non K potest obijcere ei aliquid infidelis: similiter in aliis duobus casibus, idest si cohabitāte infideli cum contumelia, vel trahendo ad peccatum mortale, recedat fidelis ad aliud matrimonium, & nō potest illud impedire infidelis: & tamen si è contrario fieret non liceret hoc infideli, scilicet si fidelis cohabitaret infideli cum contumelia maledicendo Deo, & infidelis sine contumelia non liceret infideli transire ad alias nuptias, quia non est concessum ei hoc priuilegium, nam si fideli aduersus fidelem lapsum in hæresim, vel errorem infidelitatis non conceditur hoc: de diuor. c. quanto. eo quòd non fuit a Deo datum, multo minus

minus licebit infideli cōtra fidelem, quia infidelibus nullum priuilegium Deus concessit, cum infidelitas, non sit fauorabilis: etiā si fidelis niteretur trahere ad peccatum mortale, & infidelis cohabitaret pacificè, non trahendo ad peccatum, non liceret infideli recedere à fidelitate: quia hoc concessum fuit ad fauorē fidelium, & non infidelium, & ita multa licent fideli, quæ non licent infideli, tam quantum ad diuortium, vt non cohabitent, quàm etiam ad dissoluendum vinculum matrimonij.

An fideli transeunte ad secundas nuptias maneat obligatus infidelis ad non contrahendum, vt S.Tho.dixit.

Quæst. CXXVII.

SED tamen dicit canon ꝙ contumelia creatoris soluit ius matrimonij, idest ipsum matrimonium circa eum, qui relinquitur de diuor. c.quanto.& ob hoc putāt aliqui, quòd fidelis, qui deseritur sit solutus a vinculo matrimonij, & possit transire ad secundas nuptias, & infidelis maneat obligatus matrimonio, & ita velut coniugatus existēs non potest transire ad aliud matrimonium. Sed dicēdum ꝙ istud est falsum, quia impossibile est cōtractum matrimonij tenere ex vna parte, & ex alia non: cum ex natura sua sit contractus mutuæ seruitutis in corpus, ideo si soluitur quantum ad fidelem soluitur etiam quantum ad infidelem. Sed quia canon dicit solum circa eum, qui relinquitur: dicit B.Thom. ꝙ postq̃ fidelis contradixit, solutum est vinculum matrimonij ex vtraque parte, quia matrimonium non claudicat quantum ad vinculum, claudicat tamen interdum quantum ad effectum. Vnde in pęnam vxoris infidelis ei indicitur, ꝙ nō possit cum alio contrahere magis q̃ ex necessitate matrimonij pręcedentis: si tamen postea conuertatur potest ei concedi dispensatiuè, vt alij nubat si vir eius aliam duxerit. Quod verò primum dixit matrimonium claudicare nō posse quantum ad vinculum, verum dixit, quia necesse est, ꝙ vel ex vtraque parte teneat, & tenet si matrimoniū est, aut ex neutra tenet, & ita non est matrimonium. Inquantum verò dicit ꝙ potest claudicare quantum ad effectum, ex vna parte verum est, & istud quando vni coniugi licet quod alteri non licet, cū vir & vxor ad paria iudicētur. de diuor.c.gaudemus, & istud accidit tripliciter. Primo quando vni licet petere debitum, & alteri non, & sunt multi casus de iure, vt quando quis coniugatus sine licētia vxoris religionem ingreditur, & profitetur sine legitima licentia vxoris, si repetat eum vxor cogitur exire monasterium, & cohabitare vxori cui tenetur reddere debitum, & non licet ei exigere: extra de conuer.coniu. c.quidam intrauit.& c.placet. Alius casus est si aliquis coniugum cognoscit cōsanguinitatem vel affinitatem ad suum coniugem non debet petere debitum, nec exigere: si autem compellatur iudicio Ecclesiæ per sententiā excommunicationis, & non possit istud probare, neque sit certitudo, sed credulitas non vana, debet talis debitum reddere, sed non licet exigere, quia contra conscientiam agit: extra de sent.exc. c.inquisitioni. Alius est quando quis cognoscit consanguineā vxoris suæ post matrimonium cōtractum: nam tenetur reddere vxori debitum: extra de eo, qui cog.consan. vxoris suę.c.transmissa.& similes alij casus sunt de iure, in quibus omnibus claudicat matrimonium quantum ad effectum, quia ex vna parte est facultas petendi debitum ex alia non. Secundo modo claudicat quando licet alteri coniugum recedere a cohabitatione & alteri non, vt si alter coniugum fornicatur potest innocens discedere petito diuortio, & alter nō

Opinio S.Tho.in 4. Sent.

Matrimonium qñ dicit claudicare tribus modis.

A potest: sed tenetur cohabitare, si voluerit innocens. de diuor.c.significasti.& c.ex literis. Etiam si alter labatur in hęresim, vel in errorem infidelitatis, licet fideli recedere ab eo, & non licet lapso recedere.eo.tit. c.de illa.& c.quanto. Et postquam factum fuerit diuortium potest innocens reconciliare sibi adulterantem, & tenebitur ille redire, & ipse adulterans non potest cogere innocentem, vt eum sibi reconciliet de conuer. coniu. c.gaudemus. etiam si in hæresim, vel in infidelitatem lapsus redeat ad fidem non cogitur fidelis reconciliare eum sibi, si factum erat diuortium iudicio Ecclesiæ: potest autem reconciliare si voluerit de conuer.coniu. c.mulier. & de diuor. cap. B illa. si tamen non vellet iam adulterans, vel lapsus in hæresim, & emendatus redire ad coniugem, quia alter coniux coegit ipsum recedere iudicio Ecclesiæ, dico, quòd cogetur ad redeundum.

Et ratio est, quia sententia diuortij solūm prodest ei, pro quo lata est, sed lata est in fauorem innocentis, ideo ille habet perpetuam exceptionem ex illa sententia ad non recipiēdum adulterantem, sed quia nō fuit data ista sententia in fauorem adulterantis, sed in odium, non poterit ei prodesse, sed obesse solum. Si tamen posset propter hoc manere liber, vt non cogatur reuerti ad cohabitandum petente innocente prodesset adultero, & obesset innocenti, quod est inconueniens. Etiam cum ista sententia sit lata solum in fauorem innocentis, quātum ad adulterum, ita est ac si nunquam lata esset: & tamen si nō esset lata nō liceret alteri ab altero discedere, & quandocunque C discederet cogeretur reuerti, ergo & nunc quandocunque innocens adulterum repetere voluerit ad cohabitationem reconciliando sibi poterit cogere, vt redeat.

Item Innocentius tenet hoc de diuor. c.de illa. dicens: Fieret autem contra sententiam, si muliere fornicata petente virum post sententiam fieret eius restitutio, sed si vir pro quo lata est sententia petat mulierem, non fiet contra sententiam, immo iuramentum esset, si esset sententia, & prodesset cōtra quam lata est sententia. ff.de excep. rei iudi. l.euidenter. Si autem viro iustè accusante mulierem adulteram sententia lata est diuortij, quia tunc non potest vir iuste absolui, quia agit, tunc locum habet hęc decretalis D quamuis iudicem illum crederet prudenter sententiare, qui sic diceret sentētiam diuortij inter vos proferimus propter adulterium quamdiu viro iusto accusatori placuerit: & ita etiam claudicat quantum ad effectum inter fidelem, & infidelem, quia si alter conuertitur, & alter manet in infidelitate, etiam nulla alia causa existente potest fidelis repellere infidelē a cohabitatione, & tamen infideli, non licet abijcere fidelem, si nulla alia causa existat, immo inter infideles mulier non recedit a viro, sicut neque repudiat illum, & ita vni licet, quod alteri non licet. Tertiò modo claudicat, vt quando licet vni coniugum recedere ab alio, & transire ad secundas nuptias, & alteri non E licet. Istorum trium modorum duo secundi inueniuntur in matrimonio infidelium quando alter cōuertitur, & alter non: nam licet recedere infideli ab infideli, si infidelis velit cohabitare sine contumelia creatoris, & infideli non licet recedere a fideli quantum ad cohabitationem si fidelis cohabitare velit, & ita claudicat matrimonium quantum ad effectum. Etiam est hic sequens casus, si infidelis non cohabitet sine contumelia, licite est recedere fideli transeundo ad aliud matrimonium, & tamen non est licitum infideli. Primus modus trium non stat, scilicet, quòd liceat fideli petere debitum, & non cogatur reddere: non enim posset hoc fieri, nisi fortè vnus fornicaretur

Opin.Inn.

retur alius poterat non reddere debitum, & poterat petere: infidelis autem si cohabitet fideli consentiente fideli, sicut licet fideli petere debitum, ita tenetur reddere exactus, quia nihil est ibi quare priuetur infidelis hoc iure.

Dictū D. Thō. reijcitur.

Quod vero dicebat præfatus B. Thomas, ꝙ fideli licet accipere aliam vxorem, sed infideli non, & hoc dicit potius factū esse in pęnam q̃ ex necessitate præcedentis matrimonij: non videtur verum, quia cum verè & totaliter sit solutū vinculum matrimonij non videtur esse causa, quare non liceat cuilibet coniugū transire ad alia vota, & patet hoc primo, quia non vr̄ conuenire ista sententia illi literę, s. contumelia creatoris soluit matrimonium circa eū, qui relinquitur: & sic videtur ꝙ si alteri non licet contrahere, nō ideo sit quasi ei sit datum in pęnam, sed quia ius matrimonij non est solutum ex parte eius.

Secundo non stat, quia tunc sequeretur ꝙ daretur pęna infidelibus per Ecclesiam, quia non conuerterentur, quod est falsum, quia sic cogerentur ad fidē, & tamen non sunt pęnis trahendi, sed ratione, & beneficijs inuitandi 45. dist. cap. qui sincera.

Tertio, quia tunc infidelis cōtrahēs peccaret mortaliter, & consequenter non deberet permitti eis sed puniri debent, quia iudices, & Dn̄i temporales debent infideles sibi subiectos punire pro transgressionibus, in quibus peccant mortaliter: & tamen Ecclesia nō punit infideles sic contrahentes, ideo videtur, ꝙ non iudicat eos peccare.

Cum autem dicitur, ꝙ si talis infidelis conuertatur dispensatiuè conceditur ei, ꝙ contrahat: dicendum ꝙ istud est consequens ad præcedentem errorem, nā si tali infideli non licet contrahere, si debeat contrahere postquam conuersus fuerit, hoc erit ex dispensatione, & ista dispensatio esset rationabiliter facta in fauorem fidei, & tamen falsum est, quod præsupponitur, quia tali infideli licet propria auctoritate contrahere, postquam fidelis contrahit, & ideo a fortiori si prius conuertatur, quàm transeat, licebit ei sine vlla dispensatione contrahere.

Considerandum autem circa hoc, ꝙ tripliciter accidere potest istud. Vnus modus est, vt infidelis recedat a fideli nolens ei cohabitare, & contrahat statim. Alius est modus si fidelis recedat ab infideli propter contumeliam creatoris, vel quia eum nititur trahere ad peccatum mortale, & infidelis relictus contrahit antequam fidelis cōtrahat. Tertius modus est quando fidelis recedit ab infideli propter aliquem præcedentium modorum & contrahit, postea verò infidelis contrahit.

De duobus primis modis dicendum ꝙ peccat infidelis contrahendo, & non tenet matrimonium: in tertio autem, neque peccat, neque est inualidum matrimonium. De primo patet quia cum inter istos fuisset verum matrimoniū non potuit dissolui, quia non fuit aliqua causa dissoluendi, & ideo manente primo matrimonio non potuit transire infidelis ad aliud. Vnde si peccat fidelis, dissoluetur illud, & cogetur redire ad cohabitandum: immo poterit de adulterio accusari. In secundo casu similiter, quando recedit fidelis ab infideli, etiam si propter contumeliam creatoris recedat, vel quia nititur eum trahere ad peccatū mortale non dissoluitur matrimonium quousque fidelis transeat ad aliud matrimonium: & ideo si interim transeat infidelis ad alia vota, peccat, & nō tenet matrimonium, quia non est dissolutum quantum ad aliquem eorum, & si petat fidelis dissoluet matrimonium, neque debet Ecclesia permittere talem cōtractum. In tertio casu dicendum quòd licitè contraxit infidelis: nam quando contraxit fidelis solutum fuit

F matrimonium, & ita absolutus fuit infidelis ab onere eius, quia iam non tenetur cohabitare fideli, nec commisceri, quia essent iam adulteri, & ideo infidelis manens tunc liber, ac si nunquam cōtraxisset, potest libere contrahere, & non imponitur ei pęna aliqua, ne contrahat, nec inuenitur talis pęna a iure imposita.

Confirmantur autem præcedentia, quia ita tenet glo. in Decretis 28. q. 2. cap. si infidelis: vbi dicitur ꝙ contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eū, qui relinquitur. Nam dicit, quòd soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur: & nihilominus circa relinquentem: vnde & relinquens contrahet sine peccato si conuersus cōtrahat: non enim potest claudicare matrimonium cum sint duæ relationes. Vnde si vna est vxor, reliquus est vir.

G Sed dicentes oppositum mouentur, quia dicitur ibi, quòd soluitur matrimonium circa eum, qui relinquitur, & non dixit simpliciter, vel circa ambos.

Secundo, quia dicitur ibi infidelis autem discedēs & in Deum peccat, & in matrimonium: & sic inferunt quòd contrahendo matrimonium secundum, peccet infidelis.

Sed dicendum, quòd istud nihil valet. De primo patet, quia dicitur soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur. Nam non debuit dici simpliciter solui matrimonium, sed circa eum, qui relinquitur: quia solui matrimoniū non est ibi, quod desinat esse matrimonium statim per contumeliam creatoris, & per illa duo, sed quòd in illis casibus habet statim fi-

H delis licentiam soluendi matrimonium transeundo, & tunc erit de facto solutum: infidelis autem non habet licētiam istam, quia priuilegium non cōceditur, nisi fideli, cùm dicat Apostolus: Si infidelis discedit, discedat: non est enim in huiusmodi frater aut soror seruituti subiectus. Qui autem non est subiectus est liber, ideo fidelis absoluitur, & ita dixit Ambrosius in verbis illis, quòd soluitur matrimonium circa eum, qui relinquitur, & non circa infidelem, qui eū relinquit, quasi ille non habeat licentiam recedendi, & transeundi ad aliud matrimonium, & iste est sensus verus.

Sed glo. in alleg. cap. si infidelis dicit vno modo, ꝙ fit mentio de solo fideli, quòd circa eum soluatur,

I ius matrimoniū, quia licet soluatur circa alium, idest infidelem tamen de illo dicere non curauit, quia de his, qui foris sunt nihil ad nos. Alio etiam modo dicit quòd circa fidelem soluitur, & non circa infidelem, quia infidelis manet obligatus ad reddēdum debitum fideli si petat, & fidelis nō tenetur reddere debitum infideli, a quo recessit, vel qui ab eo recessit, & dicit quòd istud est conueniens, quia hic sunt duæ seruitutes, & vna potest esse sublata, non sublata alia.

Dicendum quòd hoc verum est, quia siue fidelis recedat ab infideli, vt propter contumeliam creatoris, siue quòd nititur eum deducere ad peccatū mortale, potest petere debitum ab infideli, & reconciliare eum sibi, siue pęnitentem de contumelia, siue manentem in ea, & ita exigi debitum, & tamen infide-

K lis non potest cogere fidelem ad cohabitandum ei, aut ad debitum reddendum, & tunc textus ille non intelligitur de hoc, sed solum sicut supra exposuimus, scilicet in casu quo infidelis recedit a fideli nolens cohabitare, vel non cohabitans sine contumelia creatoris, & fidelis tunc transit ad aliud matrimoniū, nam soluitur matrimonij ius circa eum, idest non obstante priori matrimonio potest transire ad aliud, quia illud soluitur, sic patet ex litera eod. cap. si infidelis. §. Si infidelis discedit odio Christianæ fidei, discedat: non est enim frater aut soror subiectus seruituti in huiusmodi: non est enim peccatū dimisso propter Deum,

Deum, si alij se copulauerit: contumelia quippe creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur, & ita istud ponitur, vt causa ostendens quòd licitum sit fideli transire ad aliud matrimonium, & non ostenditur ibi quòd liceat petere debitum ab infideli qui recessit. Ad secundum dicendum ꝙ infidelis peccat in matrimonium non quidem in sequens matrimonium, sed in pręcedens: pro quo sciendum ꝙ cum infidelis recedit a fideli, siue nolens cohabitare siue in alijs duobus casibus, siue matrimoniũ contrahat, siue non cõtrahat, semper peccat in matrimonium, & est peccatum in matrimonium præcedens: nam si contrahat anteq̃ ↄ̃hat fidelis, peccat in matrimonium, s. quia priori matrimonio præiudicat, cum non teneat secũdum, sed sit adulterium, & tamen in pręiudicium primi contrahatur: si autem non contrahat, sed solum recedat, adhuc peccat in matrimonium, quia ex debito matrimonij tenebatur cohabitare cõiugi nihil peccanti, recedendo ergo peccat contra legem matrimonij, ex qua competit ius cohabitandi, & reddendi exigendique debitum: etiam dicitur ꝙ peccat infidelis in Deum, hoc non est speciale, sed generale est in omni peccato, qđ fit ↄ̃ Deum cum sit trãsgressio alicuius diuini præcepti. Cum autem dictum est, ꝙ peccabat in matrimonium exprimitur specialis rõ peccati huius: & hoc nõ est potius, si ↄ̃hat, q̃ si nõ ↄ̃hat: si tamen recesserit infidelis a fideli, & non ↄ̃xerit infidelis, quousq; ↄ̃hat fidelis, non peccat ↄ̃hẽdo postea, neque ↄ̃ Deum neque ↄ̃ matrimonium, vt dictum est, quia licitè ↄ̃hit, sed peccauit prius contra matrimonium recedendo a fideli, in quo ei præiudicabat.

Quomodo intelligitur dictum Apostoli: Si infidelis recedit, recedat. Et quare dixit ego dico, non Dominus. Et an bene dixerit hoc exprimendo. Quæst. CXXVIII.

Vide infra q. 132.

DECLARATIS pręcedentibus est nunc dicendum de illo dicto Apostoli prima Corinth. 7. cap. s. Si recedit infidelis, recedat: & illud: Siquis frater vxorem habet infidelem, & hęc consentit habitare cum illo non dimittat illam: & si qua mulier virum habet infidelem, & hic consentit habitare cum ea, non dimittat eum. Et dubium prouenit circa hæc dicta, quia Apostolus ibidem cum ista diceret, ait: Ego dico, non Dominus. Aliqui dicũt in hoc quia istud dixit Apostolus, & nõ Dñs, non esse istud bonum, neque obseruandum, & ideo ꝙ fidelis conuersus statim recedere deberet ab infideli. Et allegant aliam rationẽ, s. Deus vetuit tam in veteri, q̃ in nouo testõ nõ manere in coniugio homines diuersę fidei, aut cultus, ergo cum infidelium vnus conuertitur, quia incipit iam esse alterius cultus quàm alter coniux manens in infidelitate, non debet ei cohabitare. Ista fuit positio Pollentij, qui duo incompatibilia asseruit, s. malum esse, & contra mandatum Christi, ꝙ conuerso altero infidelium ad fidẽ, maneant in coniugio ambo: alterum est ꝙ Apostolus istud asseruit mandans, ꝙ manerẽt copulati. Contra Pollentium Augustinus arguit in epistola ad Pollentium, & habetur. 28. q. 1. cap. Iam nũc, &c. sic enim destruens vtramque partem positionis eius. Est autem dicendum ꝙ vtraque pars assertionis Pollentij est falsa. Nam non est verum ꝙ Christus iusserit fidelem ab infideli recedere, quia si Christus vetuisset, non liceret vllo modo fieri ↄ̃rium: etiam non est verum ꝙ Apostolus pręcipiendo dixit, ꝙ fidelis nõ recederet ab infideli, sed manet libertas ad vtrumque: nam quia Deus dedit licentiam conuerso ad fidem recedendi ab infideli, licitum est recedere, quia tamẽ

Opinio Pollentij cõfutatur, de quo latius infra q. 140.

A non iussit recedere nõ est necesse dimittere, sed liberum manet facere, quod placuerit: similiter Apostolus non præcepit, sed cõsuluit, ideo nõ est necessariũ fieri quia non est præceptum: est autem expediẽs, & bonum fieri, quia illud fieri est consilium, & consiliũ est de meliori bono. Sed est sciendum, ꝙ cùm Christus dedit licentiam fideli recedendi ab infideli dedit quantum ad cohabitationem, vt non teneatur ei cohabitare, si tamen infidelis voluerit cohabitare sine contumelia creatoris, non dedit licentiam transeũdi ad aliud matrimonium, vnde nec Ecclesia permittit: vt patet 28. q. 2. Siquis habuit, & de diuor. c. quanto. & c. gaudemus. Et quantum ad istam cohabitationem
B separandam, in qua Christus dedit licẽtiam fideli, nõ negauit eam neque astrinxit ad manẽdum, & ꝙ Apostolus non astringeret ad hoc seruãdum apparet manifeste ex verbis suis cùm dixerit: Ego dico, non Dominus. Nam si intenderet absolutè obligare, sicut in alijs, quæ loquitur, nõ exprimeret istam limitationẽ, sed similiter diceret, ꝙ fidelis nõ recederet ab infideli, sed inquantum illud dixit, significauit non esse pręceptum, quia Deus non astringebat ad istud, sed significauit esse cõsilium suum. Apostolus aũt tenet talem modum loquendi, qñ significat aliquid esse nõ de necessitate, sed est consilium, aut permissio: sic. n. dicit prima Corin. 7. c. De virginibus pręceptum Dñi non habeo, consilium autem do, & ita ibi subiunxit bonum esse manere in virginitate, & non nubere, ad quod tñ significauit non esse obligationem. Etiã eo. cap. cum loqueretur de habitudine cõiugatorum in
C redditione debiti, a quo non se fraudare debebãt, adiunxit, & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos Sathanas propter incontinentiam vestram. Et qa per hoc videbatur astringere coniugatos ad vacandũ operi carnis post conuersionem, quod tñ est falsum, addidit: Hoc aũt dico ſm indulgentiam, non ſm imperium, i. non putetis, ꝙ vos obligo ad redeundũ ad opus carnis, sed solum indulgeo vobis id facere, si volueritis. Etiã non credatis ꝙ hortor vos ad hoc, velut ad maius bonum: cum enim maius bonum sit virginitas, vel nõ habere vxorem, ad hoc hortarer vos, sed neque istud facio, quia non credo, ꝙ omne istud possitis: & hoc apparet in verbis sequentibus, s. hoc autẽ dico ſm indulgentiam, non ſm imperium: volo aũt
D oẽs homines esse sicut meipsum, i. vellem, quòd omnes manerent sine coniugio, sicut & ego maneo, sed addidit; sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo, vnus sic, alius sic, idest non poteritis omnes hoc facere, quia non habent omnes homines istud donũ, & tamen istud sine speciali dono non fit.

Modus loquẽdi Apostoli, quando notat aliqd esse de cõsilio, & aliquid de præcepto.

Quare Apostolus dixit: Ego dico, & non Dominus. Et quando vtitur isto modo loquendi; & quando loquitur vt præcipiendo, vel vetando. Quæst. CXXIX.

SED adhuc dicetur quare Apostolus sic dixit: nam sequitur, ego dico, non Dominus: siquis
E frater vxorem infidelem habet, &c. Dicendũ quòd hoc dixit ad signandum non esse præceptum, sed consilium: nam si Dominus illud diceret præceptum esset, & non consilium: si autem Dominus illud vetaret, nullo modo fieri liceret, sed quia Dominus non pręcepit nõ cogitur quis ad illud, quia Dominus nõ vetuit licet cuilibet illud facere, & quia istud indifferens manebat, Apostolus dixit, quòd non recederet fidelis ab infideli volente cohabitare, & hoc est consilium. Est autem sciendum, quòd Apostolus vtitur hoc modo loquendi, vbi enim Christus aliquid præcipit, aut vetat, ipse illud dicit absolutè præcipiendo, vel vetando: & non addit

Dominus iubet, vel ego iubeo, quia tunc in singulis dictis suis, oportebat istam clausulam repeti, quod esset superuacuum, ideo subintelligitur: & hoc verum est, quãtum ad omnia, quę Christus præcepit, aut vetuit, tam ad ea, quæ legũtur expresse dicta testimonio euangelistarum, quàm quantum ad ea, quæ non inueniuntur scripta per eos: nam sicut multa signa fecit Christus, quæ scripta non sunt in libro Euangelij Ioannis, vt patet Ioan. 20. cap. ita & multa erunt, quæ non sunt scripta in Euangelijs aliorum, cum dicatur Ioan. 21. cap. quòd si facta Christi per singula scribantur, mũdum non capere posse eos, qui scribendi sũt, libros: de dictis autem ita est sicut de factis: ergo cũ non sint scripta omnia gesta Christi, nec etiam erunt scripta omnia eius dicta. Item hoc patet Actuũ 20. c. vbi dicit Apostolus Ephesijs: Ostendi vobis qm̃ sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Dñi Iesu, qm̃ ipse dixit beatius est magis dare, q̃ accipere. Et ista ratione vtitur Innocentius Tertius de celeb. missa. c. cum Marthæ. vbi dat rationem de verbis canonis in cõsecratione corporis, & sanguinis Domini: & dicit ꝙ licet Euãgelistę non expresserint omnia illa: tamen Christus dixit ea, quia multa alia Christus dixit, quę tacuerunt Euangelistæ: & inducit ibi verbum istud, & alia similia. De his ergo omnibus tam de expressis per Euangelistas, q̃ de non expressis quandocũque Apostolus aliquod ponit, siue illud sit pręceptum, siue prohibitio absolute, & simpliciter loquitur non dicens: Ego pręcipio, sed Dominus præcipit, Vbi tamen nõ fuit pręceptum Dñi, sed dictum Apostoli ne putaret̃ dictũ Dñi, dixit Apostolus: Ego dico, non Dñs. Sed obijcietur ꝙ etiã quando Christus aliquid iubet, exprimit illud Apostolus: sicut prima Corin. 7. cap. dicitur. His autem, qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, sed Dñs vxorem a viro non discedere, & ita non vr̃ ad quid similia dicat. Est dicendum ꝙ illa regula est vera. s. ꝙ vbi ponit ea, quæ Christus præcepit, vel vetuit nõ exprimit aliquid, sed absolute loquitur: & tamen hic cum dixit: Præcipio non ego, sed Dñs: dixit ex causa, s. ad tollendum dubium: nam si hoc non dixisset fortè putaretur, quòd non diceret illud Paulus tanquam dictum a Christo, sed a seipso per modum cõsilij. Et ista dubitatio erat propter duo. Primo propter ipsam rem, quæ dicebatur, quantum crederet quis potius esse de consilio q̃ de pręcepto. Nam rem quasi similem posuit ibi de solo consilio, s. quòd si haberet fidelis vxorem infidelem, non dimitteret eam, quod non erat de necessitate, sed cõsilium, ita cum ipse diceret his, qui matrimonio cõiuncti sunt pręcipio vxorem a viro non discedere, ꝙ si discesserint pręcipio manere innuptam, aut reconciliari viro suo: putaretur, ꝙ de consilio loquebatur, cũ ambo ad eandem materiam pertineãt, & ferè sint eadem res, ideo cum vnum sit vere præceptum, & alterum consilium, fuit conueniens exprimi esse pręceptum id, quod pręceptum erat, ne consilium putaretur: ideo dicitur: Præcipio his, qui matrimonio coniuncti sunt, non ego, sed Dominus: & ita pręceptum est, si Dominus pręcipit. Secundò fuit propter locum, in quo istud dicitur, s. prima Corinth. 7. cap. vbi Apostolus magis mutat modum locutionis quàm alibi: nam ponitur quædam pertinentia ad pręceptum, quędam ad consilium, quædam ad indulgentiam: & ista mixtim ponit: vt ergo sciatur qd secundum quemlibet modum dicatur expressit illud Apostolus: nam cum dixit redeundum esse ad opus carnis post orationem de indulgentia, & non de præcepto, neque de consilio locutus est, ideo ait: Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundũ imperium. Cũm verò locutus est de virginitate ser-

F uanda, quia non erat hoc pręceptum, vt Christus dixit: Matthęi 19. Nec etiam erat indulgentia, vel permissio cum sit de maioribus bonis, sed fuit consilium. & ita dixit eodem cap. de virginibus pręceptum Domini non habeo consilium autem do: similiter cum dixit de fideli, quòd non recedat a coniuge infideli, consentiente ei cohabitare, quia non erat hoc præceptum, sed consilium, significauit per illa verba esse consilium, s. Nam cæteris ego dico, non Dominus: & ita non est præceptum, cũm Dominus non dicat.

Obiectiones aduersus supradicta remouentur. Quæst. CXXX.

G SED adhuc dicet aliquis, quòd Apostolus non bene dixit hoc exprimẽdo, quia aut Christus hoc pręcipiebat, aut hoc vetabat, aut Christus de hoc tacebat nihil exprimens, idest neque iubens, neque vetans. Si primo modo tunc falsum diceret Apostolus, scilicet pręcipio ego non Dominus, cum etiam Dominus hoc pręciperet. Si autem secundo modo, etiam male diceret: nam si Christus vetabat, sicut non licebat Apostolo contrarium præcipere, ita neque contrarium consulere, aut signare licitum esse. Si autem tertio modo poterat Apostolus præcipere, vt fieret: & ita non oporteret dicere: Pręcipio non ego, sed Dominus: quod patet, quia non erant Apostoli minoris potestatis quàm prælati, sed possunt prælati statuere aliquid seruandum ad
H quod tenebuntur subditi, dum tamen non sit contra præceptum Christi, ergo & Apostolus poterat talia præcipere, & obligarent simpliciter sicut ea, quę a Christo præcepta sunt.

Dicendum quòd Apostolus istud conuenienter dixit neq; poterat aliquid male dicere cum Spiritus sanctus loqueretur in eo, cum ipse dixerit: An experimentum quęritis eius, qui in me loquitur Christi? 2. Corinth. 13. cap. & ideo est dicendum quòd non erat primus modus, nam tunc non liceret fideli recedere ab infideli, & Apostolus falsum diceret asserens, quòd non dixisset illud Dominus cum illud præcepisset: ecclesia quoque erraret, quæ contra pręceptum Domini permitteret recedere fidelem ab
I infideli. Secundus etiam modus nõ stat: nam si Christus non vetuit hoc, sicut credidit Polentius: nam si vetuisset tenerentur omnes ad illud: & tunc non liceret alicui conuerso ad fidem cohabitare coniugi infideli: & Apostolus non posset non solum præcipere contrarium, quia neque consilium daret ad illud; quia quicquid Christus fieri vetat, malum est fieri, & tamen Apostolus de hoc aut præceptum, aut consilium dedit: ergo non vetuerat illud Christus. Tertius modus stat, s. quia Christus non tangit illud tanquam iubẽs aut vetans, & ideo quicquid Apostolus in hoc diceret, siue pręcipiendo, siue vetando, non ageret contra præceptum, aut prohibitionem. Sed est dicendum, ꝙ Christus istud tetigit, aut expresse, aut tacitè non præcipiendo, neque vetando, sed dando
K licentiam fidelibus non manendi cum infidelibus coniugibus. Et quando obijcitur, ꝙ Apostolus potuit præcipere, cum Christus non vetuerit, neque præcęperit, sicut prælati faciunt statuendo ea, quæ a Christo non sunt statuta, dum tamen non sint contra statuta eius statuta. Dicendum vno modo, ꝙ Apostolus nõ poterat statuere, quod Christus non statuerat, quia se ... habebat ipse, sicut prælatus statuens modum viuendi Ecclesijs, sed sicut relator diuini verbi, & ideo non licebat ei significare obligatos Christianos ad id, ad quod Christus non obligauerat eos. Secus autem est de prælatis, qui quantum ad Ecclesias suas non habent

habent locum solum prædicantium, sed etiam prę-
sidentium:quibus est auctoritas, ꝙ fuerit ad salutem
animarum subditorum suorum instituendi. An verò
quilibet apostolorum, vel aliqui eorum habebant po
testatem instituendi aliquid nouum super totam Ec-
clesiam.i.ꝙ ab omnibus fidelibus obseruādum esset
non tractamus nũc, quia alius erit locus discussionis.
Et tamen hoc certum est,ꝙ nullus Apostolorum p̃di
cans, dixit fideles ad aliquid obligatos esse, ad quod
Christus non obligauerat eos, quia Christus miserat
eos ad prædicandum,& non ad statuendum, & ideo
siquid dicebant quod a Christo non accepissent, nõ
dicebant illud, nisi per modum consilij, vt non pu-
tarent se fideles obligatos esse, ad illud obseruan-
dum, sicut ad ea, quæ dicebantur nomine Christi.
Patet hoc ex modo loquendi Apostoli, cum dixit
prima Corinthio.6. De virginibus præceptum domi-
ni non habeo consilium autem do,ac si diceret,ꝙ nõ
audebat ipse dare præceptum aliquod, nisi vbi Chri-
stus dederat præceptum: hic vero, quia nullum de-
derat, non audebat ipse illud dare, sed solum con-
silium.

ullus A- ostolorū rędicauit deles ad liquid o- ligatos es e ad qđ Christus non obli- gauerat eos.

Secundo potest dici etiam si Apostoli haberēt po-
testatem constituendi præcipiendo,& vetando,non
ꝯstituerēt hoc, quia si ꝯstituissent fuisset preceptum,
& tunc esset contra Christum. Nam licet Christus
hic nõ p̃ceperit manere,neque vetuerit, dedit licen-
tiam recedendi. Si autem Apostolus præciperet ma-
nere arctaret ad hoc, vt tunc sublata esset licentia da-
ta a Christo de recedendo:hoc autem nulli licebat.
Nam Apostoli receperunt potestatem in cõstructio-
nem Ecclesiæ, & non in destructionem : si autem o-
bligarent ad id,a quo Christus absoluebat, iam face-
rent in destructionem, & ad hoc non se extendebat
potestas eis tradita a domino.2. Corin.10.cap.

Tertio potest dici,ꝙ etiam si Apostolis liceret sta-
tuere aliquid, quod Christus non statuerat, dum ta-
men non esset contra eius statutum, vel legem:tamē
in præsenti saltem non liceret statuere iubendo, quia
istud est de maiori bono, & de talibus non est præce-
ptum,sed consilium, quia ad talia non debemus arcta
ri,sed exhortari: quemadmodũ de virginitate seruan-
da non dederat Christus præceptum, ideo si Aposto-
lus voluisset dare non fecisset contra preceptum do-
mini,& tamē arctasset homines ad id, quod est supra
vires eorum,& prouenit ex solo dono Dei, ideo nõ fe
cit statutum: sed solum dedit consilium : similiter in
præsenti non recedere fidelem ab infideli erat de ma
ioribus bonis: habens tamen difficultatem quandam
ideo ad illud non debuit arctare, sed præcipua causa
est secunda.s.quia dominus ad non manendum dede
rat licentiam,& repugnaret statutum Apostoli licen
tiæ Christi.

An Christus dederit licentiam dissoluendi matrimonium inter fidelem, & infidelem, & vbi, & quando. Quæstio. CXXXI.

QVAERETVR cum dicat Apostolus, ꝙ dominus non præcipit hoc, in quo innuit, ꝙ licentiam dedit ad non manendum, vbi fuit.
Aliqui dicunt, ꝙ Christus non dedit licentiā
sed solum non vetuit, neque præcepit, sed omnino ta
cuit, & pro talibus non potest dari locus, quia neque
esse posset.

Alij dicunt, ꝙ Christus dedit licentiam recedendi
in illo verbo:non veni mittere pacem in terram, sed
gladium : Matth.10.cap. & apertius dicitur. Luc.12.
cap. Putatis,ꝙ pacem veni mittere in terram, non di-
co vobis, sed separationem: erunt autem ex hoc qn-

A que in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres di
uidentur: pater in filium, & filius in patrē suum, ma-
ter in filiam,& filia in matrem suam. Ista autem sepa
ratio intelligebatur ob causam fidei. s. quando intra
eandem domum quibusdam credentibus, alij crede-
re nolebant, quia tunc fiebat discessio, sic autem acci
debat alterum coniugum credere,& alterum mane-
re infidelem,& manebat separatio, cui Christus de-
derat causam, & ita dabat licentiam fideli recedendi
ab infideli.

Alij dicunt,ꝙ ista licentia fuit data quando Christ⁹
dixit Matth.10.& Math.5.ꝙ non licet dimittere vxo
rem, nisi propter fornicationem, & nomine fornica-
tionis dicunt, ꝙ intellexit ibi non solum carnalem,
B sed etiam spiritualem, & in casu fornicationis cõces-
sit Christus recedere.i.licentiam dedit, sed non præce
pit, sic dicit Augustinus libro de sermone domini in
monte,& 28.q.1.ca. idolatria.s. dominus autem per-
misit causa fornicationis vxorē dimitti, sed quia per-
misit non præcepit, ꝙ vero causa fornicationis debue
rit fidelis absolui ab infideli,& ꝙ infidelitas intelligat̃
nomine fornicationis vult August. in epistola ad Po-
lentium,& 28.quæstio.1.cap.sic neque cum ait, cum
cepisset euangelium gentibus prædicari iunctos Gen
tiles Gentilibus comperit cõiugibus, ex quibus si nõ
ambo crederent, sed vnus, aut vna,& infidelis cum fi-
deli consentiret habitare, neque prohiberi a domino
debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi id.s.nõ
prohiberi, quia iustitia permittit a fordicante discede
C re,& infidelis hominis fornicatio est maior in corde,
id autem neque iuberi debuerunt fideles ab infideli-
bus separari, quia non contra iussionem domini Gē-
tiles fuerunt ambo coniuncti. Et sic dicendum est,ꝙ
quicunque modus præcedentium teneatur Christus
licentiam dedit fidelibus recedendi ab infidelibus,
ideo non debuerunt ab Apostolo arctari ad cohabi-
tandum.

Declaratio uerborum Apostoli: Ego dico, non Dominus. Quæstio. CXXXII.

EST nunc dicendum, quomodo accipiantur ista verba Apostoli: Ego dico, non dominus.
D Dicendum,ꝙ per hoc importatur cõsilium,
& non præceptum: nam si uoluisset ostende
re obligatos esse fideles ad manendum cum infideli-
bus, non addidisset istud, sed diceret absolutè. Si quis
frater vxorem habet infidelem, & consentit habitare
cum illo, non dimittat eam. Et ideo dicendum est,ꝙ
fidelibus conuersis licitum est recedere a cõiugibus,
si voluerunt, vel manere cũ eis, quia Christus neq; ius
sit, neq; vetuit: Apostolus aũt nõ p̃cipiẽdo, sed admo
nendo, dixit: sic Aug. exponit in epistola contra Polē-
tium,& 28.q.1.ca.Iam nunc.s. mihi videtur eum mo-
nendo dixisse, quia coniux fidelis relinquere licitè po
test coniugem infidelem, ideo hoc fieri nõ domin⁹,
sed Apostolus prohibet, quod enim dominus prohi-
bet fieri omnino non licet; monet ergo Apostolus,
E ꝙ potest esse multorum occasio lucrandorum, & in
c.sic eni.s.sic.n.neq; recedere ab vxoribus infidelib⁹,
vel maritis fideles viri, vel fęminæ non prohibentur a
domino, vt neque iubeantur : nam si dimittere tales
coniuges iubentur nullus locus esset consilio monē-
tis Apostoli ne hoc fieret ; nullo enim modo, quod
dominus iubet seruus bonus prohibet.

Est tamen intelligendum, ꝙ licet Apostolus mo-
nendo,& non præcipiendo dixerit, voluit illud serua-
ri tanquam præceptum in Ecclesia primitiua, & ita
seruabatur ; nunc verò non est necesse sic seruari. In
quo dicto Apostoli dicendum, quòd duo facit.

Primo tollit motiuum illorum, quo incitabantur ad recedendum a coniugibus infidelibus. Secundo ostẽdit, ꝙ non debeant recedere. Motiuum autem recedendi erat, quia putabant conuersi ad Christum infideles esse immundos, ideo omnis commixtio, cum eis esset immunda, ideo recedere volebant, ne contaminarentur. Hoc verò rationabiliter putabant, quia Apostolus dixit in infidelibus omnia esse immunda; & mentem, & conscientiam: fidelibus autem omnia munda fieri, & 2. Corin. 6. cap. dixit Apostolus nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ participatio iustitiæ cum iniqtate, aut quæ societas lucis ad tenebras? quæ autem conuentio Christi ad Belial? quis autem consensus templi Dei cum idolis? aut quæ pars fidelis cum infideli? Et signat ibidem recedendum esse ab infidelibus, ne per eos fideles polluantur cum ait, ꝓpter quod exite, & separamini de medio eorum dicit dominus, & immundum ne tetigeritis. Sed Apostolus ostendit, ꝙ per conuersationem domesticam, & quod plus est, per carnalem commixtionem fidelis cum infideli non polluitur fidelis, immo quod maius est sanctificatur infidelis. i. mundus efficitur. Vnde ex tali commixtione nihil immundum prouenire potest, & hoc significauit Apostolus, dicens: Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. i. immunditia infidelium tollitur per contactum fidelium, ideo non respuant fideles in hoc contingere infideles, & contingi ab eis, quia non solum ipsi nō polluuntur per immunditiam infidelium, sed tanta est efficacia fidei, ꝙ ipsi contactu suo infideles mundos reddunt. Et quia aliquis istud non bene susciperet, probauit illud Apostolus apparenti ratione. s. alioquin filij vestri immundi essent: nunc autem sancti sunt. i. si commixtio fidelis cum infideli coniuge esset immūda, filij inde geniti reputarentur immundi, quia essent nati de damnato coitu, sicut nunc si quis nascatur ex coitu mulieris Christianæ cū viro Iudæo, vel cognatorum, aut monialium, & huiusmodi. Tales enim proles illegitimas, & sine honore iudicamus, immo cum multa ignominia & confusione. Sic dicit Apostolus Corinthijs: illi enim manebant in coniugio fideles cum infidelibus, & filios genuerant sic manendo: si autem talis concubitus esset immundus, essent filij inde nati immundi, illegitimi, & sine honore, & tamen Corinthij non iudicabant eos tales, sed mundos, & honorabiles, ergo contactus infidelium nō est immundus, sed potius infideles sanctificantur per tactum fidelium.

Qua ratione Apostolus fideles ab infidelibus non esse recedendos ostendebat. Quæst. CXXXIII.

SECVNDVM quod faciebat Apostolus erat ostendere, ꝙ fideles non deberent recedere ab infidelibus coniugibus, & hoc dupliciter ostẽditur. Primo ex vtilitate mansionis.

Secundo ex damno, vel malo, quod sequitur ex discessu. Primum patet, quia fidelis manens cum infideli poterit ipsum ad fidem trahere suadendo verbis, & quotidiana conuersatione, & hoc patet, cum dicit Apostolus ibidem, vnde scis mulier si virum saluum facies, aut vnde scis vir si mulierem saluam facies, ac si dicat non scis, an saluum facies, vel non. Certum est autem, ꝙ recedendo non potes saluum facere, quia nulla occasio manet ad hoc post discessum: cohabitando autem potes saluum facere, ideo manere debes, vt hoc facere possis, quia fortè Deꝰ sic disposuit, vt alter coniugum per alterum conuertatur ad fidẽ: & hanc causam reddit Augustinus, quare recedere

F non debeat fidelis ab infideli coniuge in epistola ad Pollentium. & 28. quæst. 1. cap. Iam nunc. s. Monet ergo Apostolus, quod si possit esse occasio multorum lucrandorum, vt fideles coniuges in relinquendis fidelibus permissa licentia non vtantur. Cum ergo dicam licere, quia hoc non vetat dominus, non tamen dico expedire, quia hoc ne fiat monet Apostolus, qui reddidit etiam rationem, cur fieri non expediat, quamuis liceat. Quomodo enim scis, inquit, mulier, si virum saluum facies? aut vnde scis vir, si mulierem saluam facies? Sic ad lucrandos coniuges & filios Christo exemplis quæ iam prouenerant, videtur hortatus. Cur ergo non expediat etiam infideles coniuges dimittere ab vxoribus, causa euidenter expressa est: non enim pro-
G pter vinculum cum talibus coniugale pactum seruandum est, sed vt quærantur Christo recedere ab infidelibus coniugibus vetat Apostolus.

Secunda causa quam tangit Apostolus est propter scandalum. s. scandalum fieret si fideles statim conuersi recederent a coniugibus infidelibus: esset autẽ scandalum istud. Primo, quia videntes Gentiles talem discessum fieri in omnibus, qui conuertebantur, abominarentur illam fidem aut sectam, quæ omniū coniugiorum faceret discessionem.

Secundo & principalius, quia sequeretur periculum contra fideles, & contra totum statum eorum: nam si conuerteretur vxor, & non vir, & illa recederet ob hoc a viro accusaret eam vir ad pęnas legales, & sic puniretur, & hoc modo omnes fęminæ coniugatæ
H quæ ad Christum cōuerterentur punirentur legibus Gentilium: nam fideles tempore Ecclesiæ primitiuæ subiecti erant infidelibus, cum fideles pauci essent, & non haberent principes temporales Christianos.

Sed vtrunque horum erat magnum inconueniēs, ideo neutrum fieri licebat, & ideo non licebat illo tẽpore recedere fidelis ab infideli coniuge: nam debemus omnino cauere scandalum pusillorum Matth. 18. cap. omnes autem ignorantes vocantur pusilli, & tales nunquam licet scandalizare, sed est peccatum mortale, cum Christus dicat expedire potius alicui suspendi asinariam molam ad collum, & in mare mergi, & hæc est pęna mortis, quæ pro peccato mortali infligitur, & hoc verum est, nisi quando non po-
I test euitari scandalum, nisi faciendo contra legem Dei, & quia tunc vtilius nasci scandalum permittitur quàm veritas relinquatur. extra de reg. iur. c. qui scandalizauerit, & tamen non recedere ab vxore infideli non est contra præceptum domini, quia Deus nō iussit recedi ab ea, ergo non est recedendum, ne sequatur scandalum, & circa talia Apostolus præcipit, vt vitaremus scandalum omnium: prima Corin. 9. c. Sine offensione. i. scandalo estote Iudæis, & Gentilibus, & Ecclesiæ Dei, sicut & ego ꝑ omnia omnibus placeo, non quærens, quod mihi utile est, sed quòd multis, vt salui fiant.

Et circa talia si quis videat, ꝙ ex eo, quod sibi licet, alij, qui sunt infirmi. i. ignorantes scandalizantur, de-
K bet non vti cōcessa sibi potestate, ne scādalizet alios, sicut Apostolus significat de manducantibus res immolatas idolis: prima Corin. 8. cap. Similiter dicit, ꝙ licebat ei accipere, vel exigere ab eis, quibus prædicabat sustentationem temporalem, & tamen non faciebat, vt non impediretur cōuersio ad fidem: prima Corin. 9. cap. s. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum non est si carnalia vestra metamus, si alij potestatis vestrę participes facti sunt, quare nō potius nos? sed non vsi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus euangelio Christi. Et istud idem inducit Augustinus in epistola ad Pollentium. & 28. quæst. 1. cap. Iam nunc. & tamen ii

fideles

fideles conuersi recederent statim a coniugibus, non solum non conarentur ad eorum salutem, sed etiam alios non coniuges scandalizarent dando eis occasionem odio habendi fidem, aut vitam aliam, in qua statim discessio matrimoniorum fiebat.

Secunda ratio erat magis principalis, ne poneretur totus status fidelium in periculo, quia si vxores dimitterent viros infideles punirentur legibus Gentilium, quibus subditi erant tunc: nam licet viri possent repudiare vxores secundum leges Gentilium, vxores non poterant recedere a viris, si ergo recederent punirentur, ideo non debuit tunc licere illis recedere a viris infidelibus. Istã causam tetigit Apostolus prima Corinth.7. ibidem.s. In pace enim vocauit nos Deus.i. non vocauit nos ad fidem suam, vt per transitum ad illam faciamus alijs scandalum, vel constituamus nos in periculo, sed vt simus in pace, & tamen per recessum fidelis coniugis ab infideli sequeretur turbatio, & periculum, ideo non debet recedere fidelis ab infideli.

ntellect⁹ uctoris d dicta su ra qõ.53. um alijs.

Et secundum hoc accipi volo, quod supra dixi.s. ꝙ non licebat fideli recedere ab infideli, quamdiu infidelis cohabitare vult sine cõtumelia creatoris, & nõ trahendo ad peccatum mortale: Dupliciter intelligo: Vno modo, ꝙ tenetur manere.i. non transire ad alterum matrimonium, licet possit cessare a cohabitatione: si autem infidelis discedat, licitum est tũc fideli recedere a cohabitatione infidelis transeundo ad aliud matrimonium. Alio modo intelligo, ꝙ non licebat etiam recedere a cohabitatione infidelis, quamdiu ille sine contumelia cohabitat.s. tempore Apostoli in principio Ecclesiæ, quia tunc si recessus esset coniugum, turbaretur status fidelium, vt diximus: tenebãtur autem ipsi ad euitãdum turbationem status fidei, & ad non dandum offendicula conuersioni ad fidẽ.

Dicendum ergo, ꝙ tempore Apostoli erat illud, quasi præceptum, & obseruabatur, sicut præceptum: nec tamen per hoc dicimus, ꝙ quicunque fidelis recederet ab vxore infideli, vel è cõtrario peccaret mortaliter tunc, quia poterat esse aliquis casus, in quo nullum scandalum esset, neque turbatio status fidelium, & quia nullum erat præceptum domini de non recedendo, nec Apostolus hoc præceperat, ideo taliter recedens non peccaret, sed hoc erat rarissimum, ideo quasi regulare & præcepti modum habens erat pro tunc, quòd non recederet fidelis ab infideli.

Nunc licet fidelem discedere ab infideli in terris principum Christianorum, secus principum infidelium, quia tunc fiet, sicut in primitiua Ecclesia.
Quæst. CXXXIIII.

SECVS autem est de tempore isto, quia illud nunc habet solum locum consilij, & non modum præcepti, quia cessant causæ, quæ erant tempore Apostoli in Ecclesia primitiua: vnde nunc licet cuilibet fideli statim, vt conuertitur recedere ab infideli, quantum ad cohabitationem nõ trãseundo ad aliud matrimonium, & tamen melius facit non recedendo, quia potest conuertere infidelẽ per suam cohabitationem.

Sed in hoc distinguendum est, ꝙ si vnus conuertatur ad fidẽ manente alio infideli, aut ille infidelis vult cohabitare sine contumelia creatoris, & non trahendo ad peccatum mortale, aut non vult cohabitare sine his, aut aliquo horum. Si primo modo dicendum, ꝙ licebat fideli statim recedere, & tamen melius est cohabitare, & Deus imputat sibi hoc in præmium, qa facit bonum cum non teneatur, sic dicit Aug. in epistola ad Pollentium, & 28. quæstio. 1. cap. Iam nunc.s.

A Multa autem sunt facienda, non iubente lege, sed libera charitate, & ea sunt in nostris officijs gratiora, ꝙ cum liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Aliqui tamen distinguũt in hoc.s. aut est spes de conuersione infidelis coniugis, aut non: si est spes, manendum est: si autem nõ est spes melius est recedere. Sed huic distinctioni nõ est multum standum, eo ꝙ non possumus nos scire, an conuertetur infidelis, vel nõ. nam ille, qui videtur durus ad cõuersionem interdum conuertitur, & qui videtur mollis ad conuersionem manet interdum perpetuo in infidelitate, & hoc dicit Apostolus prima Corin.7. cap. Vnde enim scis mulier si virum saluum facies, & vnde scis vir, an mulierem saluã facies. q.d. B quia interdum tibi est debes permanere, aut bonum quòd maneas.

Et hoc puto verum esse, nisi quando fidelis aliquãdiu cohabitaret infideli, neque ille tamen cõuerteretur, aut in eo appareret ad conuersionem promptitudo, quia tunc si fidelis cuperet transire ad statum perfectionis, vt ad religionem, fortassis melius esset quã cohabitare infideli: si tamen nollet trãsire ad religionem, vel ascendere ad ordinem sacrum, sed solũ manere in habitu laicali inter fideles: videtur magis ad charitatem facere manere cum infideli, etiam sub dubio conuersionis, dum tamen hac sola intẽtione fiat, vt conuertatur infidelis: si autem nõ cohabitat sine contumelia creatoris, aut trahendo ad mortale peccatum, aut fidelis putat se posse resistere suggestioni- C bus prauis infidelis coniugis, aut non, siue est dubius de hoc. Si dubitat debet recedere, & nõ curare, an infidelis conuerti possit, an non, quia charitas suadet potius sibi esse quam alteri consulendum: sic dicit Apostolus ad Galat.6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis instruite eum in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris.

Si autem putat, ꝙ poterit resistere suggestionib⁹, bonum est cohabitare ei, vt fidelis eum ab illa praua intentione abducat deducens in fidem: si tamen diu ille in hoc perseuerat tutius est illum relinquere, ne accidat fidelem ab infideli subuerti, & hoc magis faciendum est circa eum, qui non sine cõtumelia creatoris cohabitat, quia si ille cito non conuertitur dese- D rendus est: nam licet fidelis non trahat ad contumeliam per infidelem est tamen incõueniens, quòd audiat contumeliam creatoris, ideo vel corripere debet blasphemantem, vt si uir sit fidelis, & mulier infidelis, vel recedere si non potest corripere, vt quando fœmina est fidelis, & vir blasphemus.

Quare non est simile nunc, sicut in primitiua Ecclesia de diuortio fidelium ab infidelibus. Et quare Apostolus uoluit istud tradere per modum consilij, cum tamen esset tunc præceptum
Quæstio. CXXXV.

SED dicet aliquis si tẽpore Apostoli erat quasi ꝓceptum, ꝙ fidelis nõ dimitteret infidelem, si- E militer videtur & nunc, quia eædẽ causæ sunt, quia licet non sit causa secunda, est causa prima nunc.s. quòd scandalizantur infideles si fideles recedant.

Dicendum, ꝙ nunc neutra illarum duarum causarum scandali stat, sed solum stat vtilitas, vel acquisitio infidelis per fidelem, & ideo quia cessat scandalum, cessat illud habere locũ præcepti, & obseruari, sicut præceptum, quia tamen manet lucrum fidei, manet istud vt consilium, & de maiori bono. De scandalo patet, quia vt dictum fuit supra duo modi erant scandali, secundus, & præcipuus erat, quia ponebantur in periculo

riculo fideles ex hoc maxime mulieres, quę si recederent a viris infidelibus accusarentur, & punirētur per leges Gentilium, & tamen istud valde cauēdum erat fidelibus: nam tales se debebant constituere, & taliter viuere, vt nullus posset eos punire, nisi fortè, q̄a Christiani, quia pro hoc debebant esse parati ad sustinendum omnem pœnam, sic patet prima Petri. 4. cap. s. Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem vt Christianus non erubescat: glorificet autem Deū in isto nomine. & tamen si mulier puniretur per legem Gentilium, quia recesserat a viro, non puniebatur, vt Christiana, aut quia Christiana, cum lex Christi non iubeat fidelibus recedere ab infidelibus, ergo mulier debebat non recedere, vt non puniretur recedens. Sed nunc non stat ista ratio, quia fideles habent temporales dominos fideles, & non reguntur legib⁹ Gentilium, sed legibus fidelium, per quas non puniētur mulieres conuersæ ad fidem, quia conuersæ sunt, sed potius de hoc laudabuntur, & viris non licebit per hoc punire eas saltem leuiter, quia si facerent, cremādi essent cum omnibus participibus suis, vt patet. C. de Iudæi. & reli. l. Iudæis, & maioribus. s. Iudæis, & maioribus eorum, & patriarchis volumus intimari, ꝙ si quis post hanc legem aliquem, qui eorum feralem fugerit sectam, & ad Dei cultum respexerit, saxo, aut alio furoris genere, quod & nunc fieri cognouimus ausus fuerit attentare, mox flammis tradendus est. Fiūt autem ista, quia nunc nō sunt subditi fideles infidelibus, sed è contrario, & datur magnus fauor conuersis ad fidem, & ideo ista causa scandali non stat. Sed alia & prima videtur stare, quia infideles nunc scandalizabuntur, & oderint fidem si conuersi ad eā statim discedant a coniugio. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia ideo non discedere debebat fidelis ab infideli, ne scandalizarentur infideles, & odio haberēt fidē Christi: nunc autem non stat ratio istius scandali: nā scandalum pusillorum vitandum est: non est aūt curandum de scandalo Pharisæorum, sicut neq; Christ⁹ de illo curauit, vt patet Mat. 15. & dixit cauēdum esse scandalum paruulorum: Mat. 18. & t̄n ignorantes vocantur pusilli, qui ideo scandalizantur, quia ignorant: tales erant infideles ab initio: nam nesciebant conditionem fidei Christi, & ideo de illa scandalizabant: vnde inquantum poterat erat euitandum scandalum eorum. Nunc vero infideles, qui morantur in medio fidelium satis cognouerunt conditionē fidelium, & fidei Christi, & non scandalizātur circa aliquid, quod ad eam pertinet, nisi ex iniquitate. s. quia fideles oderunt: tale vocatur scandalum Pharisæorū, de quo dn̄s non curat, & non curandum esse dicit. Vnde neque nunc esset ita curandum de scandalo infidelium, q̄d iam non veniret ex ignorantia, sed ex iniquitate.

Sed obijcietur adhuc, ꝙ manet alterum inconueniens. s. fidelis recedens ab infideli dabit ei occasionē fornicandi transeundo ad alterum matrimonium, & istud allegat August. in epistola ad Pollentium inter cæteras causas, propter quas Apostolus vetuit fidelibus recedere, & habetur 28. quæstio. 1. cap. sic enim. s. sed prohibet Apostolus consilio charitatis, quia infidelibus affert impedimentum salutis: non solum, q̄a perniciosissimè scandalizantur offensi: verum etiam, quia cum in alia coniugia ceciderint viuentibus eis, a quibus dimittuntur adulterinis nexibus colligati difficile resoluuntur, & tamen nunc manet ista ratio, ergo non licet fideli recedere ab infideli.

Dicendum, ꝙ non manet ista causa, quę tunc erat, quia nunc infideles, qui conuertuntur, sunt vt plurimum in dn̄io Christianorum, & non habet locum istud, quia si fidelis recederet ab infideli, aut trāsit ad

F aliud matrimonium, aut non: si transit licet quoq; in-
fideli alteri se copulare, quia solutū est matrimoni-
vt supra diximus: si autem fidelis non transit ad alte-
rum matrimonium, neque infideli hoc licet, & si ille
vellet transire non permitteretur, quia ecclesia puni-
ret tales velut peccantes mortaliter, sicut pro alijs su-
excessibus, & ita non haberet locum istud inconue-
niens: habuisset autem locum in Ecclesia primitiua,
quando erant fideles sub potestate infidelium, & ad-
huc tempore Augustini, quādo infideles erant mul-
ti, & non poterat Ecclesia subijcere eos sibi, aut do-
minari illorum.

Quare Apostolus voluit istud tunc dicere, per modum consilij, cum tamen esset, tunc præceptum.

G *Quæstio. CXXXVI.*

SED quæretur, cum tempore Apostoli serua-
retur istud præceptum, quare Apostolus dix-
ego dico, non dominus ostendens istud c-
consilium.

Dicendum, ꝙ fuit primo, vt veritatem diceret: n-
Christus dederat licentiam recedendi fidelibus ab in-
fidelibus coniugibus, & ideo non poterat Apostolus
neque aliquis alius obligare fideles ad nullo mo-
recedendum ab infidelibus, quod tamen videretur
fieri, si Apostolus non dixisset istud per modum con-
silij, ideo debuit sic dicere. Secundo quia licet tem-
pore Apostoli istud seruaretur, quasi præceptum re-
H gulariter propter causas supra positas, quæ tunc exta-
bant: tamen poterat esse aliquis casus, in quo fidelis
recederet ab infideli, & non peccaret, & tamen si præ-
ceptum esset nunquam liceret fieri. Casus autem, in
quo tunc liceret, esset, si aliquando sine scandalo infi-
delium, & periculo fideliū recedere posset fidelis ab
infideli, & licet hoc rarum esset, tamen interdum fie-
ri poterat, ideo debuit manere, vt consilium, licet ita
strictè seruaretur, sicut præceptum.

Tertium quia dictū Apostoli omni tempore man-
surum erat, & licet tunc expediret seruari, sicut præ-
ceptum, non esset eadem necessitas seruādi illud alijs
temporibus, sicut nunc, quando non existunt eædem
causæ, & tamen si maneret in forma præcepti, etiam
nunc seruandum esset sub necessitate, vel fidelis ab
I infideli non recederet, & tamen nunc non est tanta
necessitas, sicut tunc, ideo debuit dari in modum co-
silij: hoc modo seruaretur, tunc in modum præce-
pti, licet esset consilium: non quia præceptum ess-
sed quia causæ tunc suberant tales, quales ad præce-
ptum: nunc vero non existētibus eisdem causis, qui-
in modum consilij positum erat, in modum consi-
seruaretur.

Quare Apostolus sub eadem forma non posuit consilium de virginitate, & de recedendo ab infideli coniuge, sed de primo dixit præceptum domini non habeo, de secundo dixit: Ego dico, non dominus.

K *Quæst. CXXXVII.*

QVÆRETVR cum Apostolus prima Corin.
7. cap. posuerit, ꝙ fidelis non recederet ab in-
fideli coniuge tanquam consilium, etiam de
seruanda virginitate posuerit tanquam con-
silium, quare non posuit sub vna forma, sed de primo
dixit: ego dico, non dominus: de secundo dixit præ-
ceptum domini de virginibus non habeo, consilium
autem do.

Dicendum, ꝙ licet vtrunque sit consilium. i. non
præceptum, t̄n magna differentia est inter ea. Pri-
ma est, quia de virginitate seruanda est propriè consi-
lium,

lium, cum sit de maiori bono, & difficili: nam seruare virginitatem melius est quàm nubere, & tamen est difficile, ita vt non possint hoc, nisi illi, quibus specialiter a Deo tale donum concessum est. Mat. 19. cap. s. non omnes hoc capiunt, sed quibus datũ est, & Apostolus prima Corin. 7. ca. dixit. volo autem omnes homines esse, sicut meipsum, sed vnusquisq; proprium donum habet ex Deo. vnus quidem sic alius vero sic: dimittere autem vxorem non est difficilius quã manere, immo facilius est manere, quia qui recedit cogitur cõtinere. e. c. qui autem manet exercet opus cõiugale: vnde hoc est contra conditionem consilij, qa facilius est, quod hic pertinet ad consilium, quàm oppositum, sed quantum ad hoc est consilium, quia melius est ipsum facere quàm oppositum, licet non sit difficilius.

Secundo differunt, quia in consilio proprie dicto, quale est de seruanda virginitate vtraque pars est bona, & vtraque expedit. s. bonum est seruare virginitatem, & bonum est nubere, sed melius est virginem esse: etiam nubere expedit, & virginem esse expedit: nam dicitur. e. c. qui matrimonio iungit virginẽ suã, benefacit, & qui non iungit, melius facit, sed non est sic de non dimittendo infidelem, quia non dimittere est bonum, dimittere autem non est bonum, quia non est ad charitatem, & etiam vnum expedit, alterũ vero non expedit.

Tertio differunt, quia circa virginitatem seruandã neutrum est malum, aut vetitum circa fideles, an dimittant coniuges infideles est vnum prohibitum, ita Apostolus hortatur non dimittere, & vetat dimittere: nam seruare virginitatem alicui est bonum expediens. s. potenti, vel habenti donum a Deo: alteri autem est bonum non seruare virginitatem, sed nubere. s. non potenti continere: sed dimittere vxorem infidelem, si consentit cohabitare, non est bonum maxime tempore Apostoli, non dimittere autem eam erat bonum, ideo hortatur non dimittere, & vetat dimittere. Quæ dicta sunt, ponit aliquo modo August. in epistola ad Pollentium, & 28. quæstio. 1. cap. sic enim. s. ideo hic, vbi quod licet non expedit non potest dici si dimiserit infidelem bene facit: si non dimiserit melius facit, sicut dictum est, qui dat nuptui virginem benefacit, & qui non dat melius facit, quoniam non solum illud, sed vtrunque pariter licet: vnde ad nihil horum præcepto domini quisquã compellitur, sed vtrunque expedit: aliud minus, aliud amplius: vnde ad id, quod amplius expedit consilio Apostoli quicunque potest capere prouocatur: hic autem vbi de dimittendo, vel non dimittendo infidelis, cum fideli, coniugio quęritur, vtrunque quidem pariter licitum est per iustitiam, quæ coram domino est, & ideo nihil eorum prohibet dominus: sed non vtrunq; expedit propter infirmitatem hominum, & ideo id, quod non expedit, Apostolus prohibet, dante domino sibi liberum prohibendo locum. Etiam post hoc dicit ibidem dissimile est in his duobus, quia de nubendo, vel non nubẽdo dici potest hoc fieri bene potest illud melius potest, quoniam vtrunque expedit vnum minus aliud magis. At verò de coniuge infideli dimittenda, vel non dimittenda, quoniam vnum horum non expedit, aliud expedit, dici non oportet, qui dimittit bene facit, & qui non dimittit, melius facit: sed dici oportet non dimittat, quia scilicet nõ expedit. Sic ergo possumus dicere, melius esse infidelem coniugem non dimittere, quamuis liceat, & dimittere, quemadmodum recte dicimus melius esse, quod licet, & expedit quàm id, quod licet, & non expedit.

Cur D. Paulus, de matrimonio contrahendo, dixit: Dico ego non Dominus. Quæst. CXXXVIII.

SED nunc reuertamur ad id, quod incœperamus. s. quare in vno dicitur, dico ego: non dominus. Aliqui dicunt, ꝙ iste modus loquendi est ad ostendendum, ꝙ Paulus dicat a seipso, & non est præceptum Dei, & ita est hic, ꝙ non est præceptum Dei, sed Apostoli consilium. Sed istud nõ est absolutè verum: nam alicubi dicitur: Ego Paulus dico, & tamen non dicit illud Paulus a seipso, sed a Deo, & obligat ad Galat. 5. cap. Ecce ego Paulus dico vobis, ꝙ si circuncidimini Christus vobis nihil prodest, & tamen certum est illud a Deo esse, & veritatem firmam, per quam obligamur non circuncidi.

Secundo non est verum, ꝙ dominus ista non dixerit. Nam Apostolus Paulus, quando vetuit fidelibus recedere ab infidelibus Deo suadente, & dictante in corde eius ista dixit: idem enim Deus erat, qui instruxerat discipulos suos, quæ iubenda & vetanda erant, & qui inspirabat eis, quæ cõsulenda erant: nam sicut Paulus non auderet aliquid præcipere, nisi quod dominus ꝓcepisset, ita non auderet aliquid consulere, nisi quod ei Deus consulendum dictaret: sed significatur in hoc differentia præcepti, & consilij: nam si De* præcepisset non dimittere vxorem, nullo modo liceret eam dimittere, & Apostolus istud absolutè dixisset. Si uero præcepisset dimittere, nulli liceret retinere, nec Apostolo liceret hoc admonere, sed qa Christus non vetuit, neque præcepit, sed dimittendi licentiam dedit, licuit Apostolo admonere non dimittere vxorem infidelem: inspirante illud Deo, & suadente charitate. Vnde dixit: Non dicit dominus i. non pręcipit retinere coniuges infideles, quia per rigorem iustitiæ, quæ est secundum legem bonam, & iustam a Deo datam nemo cogitur retinere infidelem coniugem, & tamen quia dimittendo præstatur occasio cõtra conuersionem ad fidem, & talis occasio conuersionis debet semper procurari: impedimenta autem contra istam conuersionem sunt contra charitatem, ideo debent illa auferri. Et ob hoc eodem Deo suadẽte Apostolus vetat dimittere coniugem infidelem: vnde sicut Apostolus quando pręcipit significat se loqui a Deo edoctum, ita cum consilium dat significat se a Deo inspiratum, sicut cum dicitur prima Corin. 7. cap. De virginibus præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Deo. Et sic Apostolus in eo, in quo dixit se non habere præceptum Dei. s. quia præceptum nullũ erat a Deo super hoc datum, dixit se habere consiliũ a Deo inquantum ait consilium autem do tanquam misericordiam consecutus a Deo. i. consilium do, qđ a Deo accepi per misericordiam eius. Et adhuc apertius patet, quando dat consilium de viduitate seruanda: nam dicit, ꝙ licitum est mulieri nubere mortuo viro suo, & tamen melius est non nubere, hoc est cõsilium suum, & ne quis putet, ꝙ hoc erat leue, & contemnẽdum, quasi ab humano iudicio dixit, ꝙ etiam hoc consilium erat a Deo, vt patet. e. c. cum ait: Mulier alligata est legi quamdiu vir eius viuit, ꝙ si dormierit vir eius liberata est: cui vult nubat in domino tm̃: beatior aũt erit si sic permanserit ſm meum consilium: puto autem, ꝙ ego spiritum Dei habeam.

Et hoc etiam dicit Aug. ad Pollẽtium. e. c. sic enĩ. s. Quoniam ergo ab infideli discedere non prohibet, nec iubet dñs, ideo vt non discedat Apostolus dicit, non dñs, hñs vtique spiritũ sanctum, in quo dare posset vtile & fidele consilium: vnde cum dixisset de muliere, cuius uir mortuus fuerit: Beatior erit si sic permanserit ſm consilium meum, nequis hoc consiliũ

tanquam

tanquam humanum non diuinum contemnendum putaret, adiecit puto autem, ꝙ & ego spiritum Dei habeam. Proinde intelligendum est etiam ipsa, quæ a dño non iubentur, sed a sancto eius famulo vtiliter suadentur eodem modo dño inspirante suaderi: absit enim, vt quisquam catholicus dixerit, quod suadet spiritus sanctus non dñm suadere, cum & ipse dñs sit, & inseparabilia sint opera trinitatis. Dicit enim Apostolus: De virginibus præceptum dñi non habeo, cōsilium autem do, vt consilium alienum hunc existimemus a domino, cum continuo sequatur, & dicat tanquam misericordiam consecutus a Deo, vt sim fidelis, sm ergo Deum dat consilium fidele in eodē spiritu, de quo ait puto autem, ꝙ & ego spiritum Dei habeam.

Amplius autem dicendum, ꝙ cum dicit Apostolus: Ego dico non dominus, significatur esse consiliū, ac si diceret non præcepit hoc dominus, sed consiliū vobis do: sic dicit Augustinus ad Pollentium, & in alleg. c. sic enim, s. proinde in his duabus causis vna de nubendo, vel non nubendo altera de infideli coniuge dimittenda, vel non dimittenda aliquid est simile in verbis Apostoli, & aliquid dissimile: simile quidē est illud, quod & ibi dicitur: præceptum domini non habeo consilium autem do, & hic dicit consilium autem do.

Sed alio modo dici potest, ꝙ dicitur in vno consilium do: in altero: Ego dico non dñs, quia & si in vtroque importetur consilium largè sumptum inquantū non est præceptum, tamen nō est consilium propriè sumptum, & vbi Apostolus nominauit consilium, est consilium propriè sumptum.

Consilium præceptum admonitio quomodo differunt, & conueniunt. *Quæst.* CXXXIX.

CIRCA quod intelligendum, ꝙ cum aliquid agendum, vel non agendum proponitur tripliciter se habet. Quædam enim sunt necessaria, ꝙ fiant ita ꝙ illicitum est, si non fiant, & de his est præceptum. Quædam sunt necessaria, vt non fiant, ita ꝙ si fiant illicitum est, & talia pertinēt ad prohibitionem, & ista sunt in vno gradu, quia in vtroque est licitum, & illicitum.

Alia bonum est fieri, & etiam bonum est non fieri, sed melius est, si fiant, ꝙ̄ si non fiant; & in talibus nihil est illicitum, siue fiant, siue non fiant, quia neutrū est necessarium fieri, & ideo neutrum est illicitum, siue fieri, siue non fieri, & tamen vnum est bonum fieri, & alterum non est bonum fieri, & vnum expedit alterum non expedit, quamuis vtrunque liceat, talia non sunt proprie præceptum, sed vocantur admonitio. In primis tam Deus quàm Apostolus illa dicūt, quia necesse est, sic fieri, aut sic non fieri qualiter significatur. In secundis nec Deus dicit, neque Apostolus, quia neuter præcipit, aut vetat, sed vterque consulit, quia Apostolus cōsilium dat, quod a Deo accipit.

In tertijs Deus non dicit, sed Apostolus dicit, quia non est præceptum secundum legis necessitatem, sed est quod fieri debeat secundum liberam charitatem, & si non fiat, impedimentum affertur charitati. Et ita differunt ista tria secundum rationem necessitatis, quia primum habet necessitatem simpliciter ad fieri vel non fieri, secundum nullam habet necessitatem in fieri, vel non fieri, sed æqualem in vtroque libertatem. Tertium habet ad vnum aliquam necessitatē, quia licet non sit necessitas iustitiæ vel legis, est necessitas charitatis, ne saluti proximi impedimentum præstetur.

Igitur habent ista nomina tria. s. præceptum, consi-

F lium, admonitio, & nomen vnius non conuenit alteri, & ob hoc Apostolus distinguit illa in modo locutionis. Nam in primis absolutè dicit nō addens (dico ego) vel (dicit dominus) quasi intelligatur tam dominus quàm ipse dicere. In secundis autem ponit nomen consilij. In tertijs vero dicit (ego dico non dñs). Conueniunt autem magis primum, & tertium quàm primum & secundum, & aliquando videtur Apostolus ponere nomen vnius pro altero, vt ponat admonitionem vbi debeat ponere præceptum, & tamen tūc non ideo præceptum perdit vim suam obligandi, & necessitatis, quia per modum admonitionis prolatum est, sed ideo fit, vt condescendatur infirmitati eorum, quibus hoc dicitur. Non tamen vt minuantur vires

G præcepti.

Etiam aduertendum, ꝙ in talibus nō omnino vtitur simili forma locutionis: nam in admonitione aliquādo autem dicit Ego dico non dominus, sicut hic: aliquādo autem dicit, ego dico præceptum, & dicit: Ego dico, sed non dicit, ego dico non dominus, vt patet ad Galat. 5. c. s. Ego Paulus dico vobis, ꝙ si circuncidimini Christus vobis nihil proderit, & tamen illud secundum necessitatem dicebatur, ideo non dixit: Ego Paulus dico, & nō dominus, quia per illud designaret non esse præceptum, sed dixit solum: Ego Paulus dico. De his dicit Augustinus in epistola ad Pollentium, & in alleg, c. sic enim, s. in ad quæstionem de coniugibus dimittendis, vel nō dimittendis adhibuerim ab Apostolo non præceptum domini, vbi ait: cæteris autem, ego dico nō dominus,

H monens eos, qui habent coniuges infideles, vt contemnentes habitare secum non dimitterent, quod vtique ideo monendum fuit nō iubendum, quia nō tanto pondere prohibentur homines facere licita, quamuis non expediant, quanto pondere prohibēdi sunt illicita. Si autem alicubi Apostolus illa etiam, quæ iubenda sunt, monere dignatur, hoc facit parcendo infirmitati, non præiudicando iussioni: vnde sic dixit: Non vt confundam vos, hæc scribo, sed vt filios charissimos moneo. Quid igitur habet quæstionis vbi ait, ego dico non dominus?

Item vbi ait: Ecce ego Paulus dico uobis, quia si circuncidimini Christus vobis nihil proderit, nunquam etiam hic dixit, ego dico non dominus, non sunt illa

I similia, quia etiam illa, quę iubet dominus non est indignum, vel contrarium si eadem monet Apostolus: monemus enim, qa caros habemus, vt faciāt dominica præcepta vel iussa. Cum verò dicit: ego dico non dominus: satis ostendit dñm non prohibere, quod ipse prohibebat: prohibuisset autem si esset illicitum, ergo secundum ea, quæ supra diximus multumq; vera minus licitum erat per iustitiam, sed licitum non erat faciendum propter liberam beneuolentiam.

De secundo & tertio dicendum, ꝙ inter se consilium & admonitio multum differunt, & non ponit Apostolus nomen vnius in altero: nam admonitio non habet rationem consilij, quia in consilio non est determinatum quid agamus, & in admonitione est determinatum. Etiam consilium est de maiori bono,

K ad quod regulariter non sufficiunt homines: admonitio autem non est de tali bono. Etiam quod consulitur est semper difficilius, quàm suum oppositum, sed ad quod admonemur non est semper difficilius, sed interdum facilius. Etiam oppositum eius, quod consulitur non prohibetur. Oppositum verò eius, quod admonemur prohibetur. Et aliæ differentiæ etiam sunt, quæ colliguntur ex suprapositis, & ob hoc Apostolus quando locutus est de virginitate seruanda, dixit: De virginibus præceptum domini non habeo cōsilium autem do. Quia seruare virginitatem est de difficilibus, & similiter, quando dixit de tenenda viduali castitate,

castitate, ait, ꝙ fœmina potest nubere in domino: beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium, & ita ibi consilium dixit esse, & non admonitionem, quia vtrunque bonum est, & ad neutrum determinat magis Apostolus, quàm ad aliud. Et ratio potissima est, quia cum dixit de non dimittenda vxore infideli determinatè dixit, & non ait, ꝙ dimitteretur, aut non dimitteretur, & ꝙ vnum erat bonum alterum melius, sed determinatè dixit nō esse dimittendam, & vetuit dimitti: ista tamen prohibitio non facit rem illicitam, cum illa secundum legē liceat, sed ostendit non esse secundum charitatem, sed præstare offendiculum saluti proximi, & in talibus vti concessis peccatum est, quia lex non concessit aliquid ad hoc, ꝙ contra charitatem militaret.

De hoc dicit Augustinus, vbi supra. s. veruntamen aliud est domini iubentis imperium, aliud serui secūdum misericordiam charitatis, quæ illi a domino est inspirata, atque donata fidele consilium: aliud enim ibi facere non licet, hic autem licet, ita sane, vt ipsum licitum partim quidem expediat, partim verò nō expediat: expedit tunc quando non solum propter iustitiam, quæ coram Deo est permittitur, sed etiam hominibus nullum ex hoc impedimētum salutis infertur: velut cum dat consilium non nubendi Apostolus virginibus: vnde præceptum domini se non habere testatur, licet aliud facere. i. nubere, & minus cōtinentiæ bonum tenere in nuptijs: ipsum quoque licitum etiam expedit: quoniam in vetita & illicita ruituram carnis infirmitatem sic expedit honestate nubēdi, vt neminem impediat ad salutem, quamuis magis expediret, magisque honestum esset, si virgo consilium, quo præceptum eam nō compellit arriperet: tunc autem non expedit id, quod licitum est, quando permittitur quidem, sed vsus illius potestatis alijs affert impedimentum salutis, sicut est: vnde iam diu loquimur discessio coniugis fidelis ab infideli, quā non ꝓhibet dominus præcepto legis, quia coram illo iniusto non est, sed prohibet Apostolus consilio charitatis, quia infidelibus affert impedimentum salutis.

An opinio Pollentij dicens, quòd sit contra doctrinam sanctam noui & ueteris testamenti conuersos ad fidem manere, cum coniugibus infidelibus, & quòd Paulus in hoc scripsit contra Christum, sit vera. Quæstio. CXL.

NVNC autem redeundum est ad ea, quæ tetigimus supra de opinione Pollētij, qui duo asseruerat: vnum erat, ꝙ malum erat manere conuersos ad fidem cum coniugibus infidelibus: alterum erat, ꝙ Apostolus præcepit aliquid contra præceptum domini. Constat autē, vt dictum est, ꝙ vtrunque horum est inconueniens, & ideo in vtroque impugnat eum Aug.

De primo cum dicit, ꝙ est malum manere fideles cum infidelibus: ostendit illud, dicens: quia est cōtra doctrinam sanctam noui & veteris testamenti, & qa est contra præceptum domini. Sed primo dicimus nunc, ꝙ non est contra doctrinam veteris testamenti: nam in hoc argumentum Pollentij nimis erat infirmum, quia ea, quæ præcepta, vel vetita fuerunt in veteri testamento, quantum ad iudicialia & ceremonialia iam cessauerunt omnino, ita vt non obligent, & si quis se putaret obligari illis nihil prodesset illi Christus, sicut dixit Apost. ad Galat. 5. c. si circuncidimini Christus vobis nihil proderit, & iterum. e. c. dicitur euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini a gratia excidistis, & tamen ea, quæ pertinent ad matrimonialia sunt de cæremonialibus, ergo &

A illa cessauerunt, & sic licet esset vetitum in veteri testamento accipere mulierem infidelem in vxorem: non sequitur, ꝙ esset nunc peccatum illud facere, & vere non esset peccatum, nisi de hoc noua præcepta in Ecclesia essent data, quibus idem prohiberetur, sicut multa alia erāt iudicialia in veteri lege, & omnia cessauerunt: instituit tamen Ecclesia quædam illorū obseruari & seruantur, vt ext. de furtis & adult. & de stupro, & de iniuri. & damno dato. ponuntur quædam leges iudiciales earum, quæ habentur Exo. 21. & 22. ca. Et ibi obseruatur, non quia in veteri lege statuta erāt, sed quia de nouo Ecclesia canonizauit ea.

Aliter autem respondere possumus secūdum Augustinum in epistola ad Pollentium, ꝙ præceptū veteris legis erat de non contrahendo cum infidelib⁹, B sed non erat de dissoluendo matrimonia iam cōtracta, & ita etiam est nunc: nam non licet alicui fideli contrahere cum infideli, & tamen matrimoniū contractū inter infideles non dissoluitur postea per aduētum ad fidem, quia sacramentum baptismi soluit crimina, sed non coniugia. 28. q. 2. ca. si quis habuerit. & de diuor. c. gaudemus. Apostolus autem non iussit contrahere fideles cum infidelibus, sed matrimonia contracta inter infideles non dissolui per aduentum ad fidem, & ita Apostolus non iussit contra id, quod dominus vetuerat in ueteri testamento.

Sed objicietur, ꝙ secundum doctrinam veteris legis non solum vetatur ꝯhi matrimonium cum infideli, sed etiā si ꝯhatur separabitur. De primo patet E- *Obiectio tollitur.*
C xo. 34. cap. s. Neque uxorem de filiabus eorum accipies filijs tuis, ne postq̄ fuerint fornicatę fornicari faciant filios tuos. Idem patet Deutero. 7. cap. de secundo patet, quia Esdras separauit uxores, & uiros ab inuicem, quia quidam de Israelitis acceperant uxores de alienigenis. 2. Esdræ. vltimo cap. ergo idem erit in dissoluendo, quod in ꝯhendo de nouo: non ergo licebit permanere postquam sic fuerint copulati, igitur iubendum est, ꝙ separentur, & tñ Apostolus iussit, ꝙ non separarentur, immo potius, ꝙ manerent, ergo ꝯ legem ueterem dixit.

Est dicendum, ꝙ nihil dixit Apostolus in hoc ꝯ illam, sed omnino nunc obseruatur, sicut tunc obseruabatur, sed est considerandum, ꝙ aliud est, ꝙ ꝯhat fidelis, cum infideli, aliud ꝙ ꝯhant duo infideles, &
D vnus eorum conuertatur ad fidem: nam in primo casu est vetitum s'm legem veterem, & quia tunc Iudei soli reputabantur fideles, vel populus Dei nō licebat eis contrahere cum mulieribus gentilibus, quæ iudicabantur infideles, & si ꝯherent non tenebat mr̄imonium, sic autem nunc fit, & tñ nunc soli Christiani reputantur fideles: Iudęi aūt, & cæteri iudicant̄ infideles, ideo non licet Christiano ꝯhere cum Iudæa, aut Gentili, nec Christianæ cum Iudæo; sic dicit Ambrosius lib. de patriarchis, & 28. q. 1. c. caue. s. Caue Christiane Gentili, aut Iudæo filiam tuam tradere: caue inquit Gentilem, aut Iudæam, aut alienigenam; hoc est oēm hæreticā & alienam a fide tua vxorē non accersas tibi. Idem patet ibid. c. non oportet, & si quis ta-
E lia facit separatur a cōione fidelium, e. cā. & q. ca. siqs iudaicę. s. Siquis Iudaicę prauitati coniugali societate coniugatur, siue Christiana Iudęo, siue Iudæa Christiano mulier carnali consortio misceatur, quicunq; eorum tm̄ nefas admisisse cognoscitur, a Christiano cętu atq; cōuiuio, & a cōione Ecclesiæ ꝓtinus segregetur. Sed est notandum circa hoc, ꝙ talis ꝯtus matrimonij non tenet, quia personæ sunt illegitimæ ad ꝯhendum, nec ēt pōt manere eorū matrimonium. Sed tunc est videndū, an infidelis velit conuerti ad fidem, an non: si non vult conuerti, separabuntur, quia sicut matrimonium nunquam tenuit, ita nec nunc tenet.

Cōtrahere fidelem cū infideli nō licet, nec tenet matrimoniū.

tenet. Si autem infidelis coniux vult conuerti ad fidẽ non per hoc ratificabitur matrimonium, quod nullũ fuit, ſed per nouum conſenſum poterit contrahi, & erunt coniuges, ſic patet 28.q.1.ca. Iudæi. ſ. Iudæi, qui Chriſtianas mulieres in coniugio habent admoneantur ab epiſcopo ciuitatis illius, vt ſi cum illis permanere cupiunt, Chriſtiani efficiantur, quòd ſi admoniti noluerint ſeparentur.

De Iudæis ita erat in veteri teſtamento: nam q̃uis liceret eis accipere coniuges de Gentilibus ſi acciperent eas, & conuerterent ad ritum Iudaicum licitè retinebant: ſic patet Deuter.21.c. de illis, qui accipiebãt in bello mulieres Gentiles, quas ſi vellent poterãt hr̃e in vxores factis quibuſdam cæremonijs circa eas, de quibus eo.c. Hoc verum erat, niſi mulieres illæ eſſent de ſtirpe Chananæorum.i. illarum ſeptem gentium, quæ habitabant in terra Chanaan, quia cum illis non erat habenda pax, neque componendę amicitiæ cum eis, neque in ſeruitutem recipiendi, ſed omnes in ore gladij occidendi erant: Deut.20.c. & Num.34.c. ideo cum mulieribus de ſtirpe hac, ſicut non erat licitum contrahere matrimoniũ, ita non poterat permanere etiam ſi mulier vellet conuerti ad Iudaiſmum, quia neque talis ad ritum Iudaicum recipienda erat, ſed omnes occidendæ.ſ. viri, & fœminæ, & paruuli: Deut. 20.cap. Nam ſi liceret retinere eam conuerſam ad ritum Iudaicum, liceret in vxorem tenere, ſed cum primum non liceret, neque ſecundum licebat.

Si autem accipiatur de duobus infidelibus, qui cõtraxerunt, & poſtea alter ad fidem conuertitur: dicendum eſt, ꝙ licitum eſt fideli manere cum infideli in cõiugio, & ratio eſt, quia inter iſtos matrimonium tenuit, quando contractum eſt: fuit enim legitimum, cum non eſſet inter perſonas a lege vetitas contrahere, ſed poſtea fides ſuperueniens non ſoluit matrimonium legitimè contractum. 28. quæſtio. 2.cap. ſi quis habuerit, ideo ſicut prius licitè manebãt ambo coniuges, ita & manebunt poſt conuerſionẽ alterius ad fidẽ, & non ſolum licebat manere, ſed etiã expediebat, ꝙ fidelis non recederet ſi infidelis cohabitare conſentiret, vnde & Apoſtolus vetuit fidelibus recedere ab infidelibus coniugibus quamdiu illę cohabitare vellent. De hoc nihil dixit lex Moyſi, ſed ſolum de non contrahendo cum infidelibus. i. gentilibus, vnde non aliter ibi agendum videbatur, ſi enim duo gentiles coniuges conuerterẽtur ad legem Moyſi, non diſſoluebatur inter eos matrimonium, etiam ſi alter ipſorum conuerteretur non impediebatur cohabitare infideli, cum nulla lex hoc vetaret, etiã præſtaret hoc impedimentum cõuerſioni gentilium ad iudaiſmum, & tamen Iudęi nimis nitebantur conuertere gentiles ad iudaiſmum, vt patet Mat.23. cum dixit Chriſtus Phariſæis, & ſcribis circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proſelitum. i. vt conuertatis gẽtilem vnum ad legem.

Refellitur Pollentius aſſerans dictum D. Pauli de matrimonio eſſe contra mandatum Chriſti. Quæſt. CXLI.

ASSERVIT quoque Pollentius eſſe contra mandatum Chriſti id, quod Apoſtolus dixit. In quo ſupponendum, ꝙ Pollentius intellexit prauè tam dictum Pauli, quàm ſententiam Chriſti, & ideo faciebat, ꝙ inter ſe repugnarent: nam uoluit ꝙ ſnĩa Chriſti eſſet, ne fideles manerent, cum infidelibus in coniugio, ſed ꝙ ſtatim, vt cõuertebatur ad fidem, aliquis teneretur recedere a coniuge infideli. Voluit autẽ, ꝙ Paulus intelligeret fideles debere manere copulatos infidelibus in matrimonio, & nullo modo ab eis recedere potius q̃ ſi eſſent

F fideles, & ideo ꝙ eſſet præceptum, & nõ admonit[...] Et ita contraria eſſent mandata. Ex quo inferebat[...] ꝙ Apoſtoli mandatum nõ eſſet ſeruandum, cũ eſſe[t] contra mandatum Chriſti.

Sed vtrunque eſt falſum: nam ꝙ Chriſtus hoc vo[...]luerit oſtendit Pollentius primum, quia ſic in vete[ri] teſtamento idem ipſe inſtituerat, & ita nunc non d[...] ſcreparet a ſeipſo. Secundo quia Apoſtolus dixit: eg[o] dico non dominus, & ita videtur ſignificaſſe, ꝙ aliu[d] ipſe diceret, aliud dominus, & tamen Apoſtolus dic[it] non eſſe recedendum ab infideli, ergo dominus dic[e]ret recedendum eſſe. Sed dicẽdum, ꝙ falſum eſt; Chri[...]ſtus enim neque vetuit recedere, nec iuſſit: nam ſi [...]tuiſſet, idem diceret dominus, quòd Apoſtolus. ſ. no[n] eſſe recedendum a coniuge infideli, & tunc non dic[e]

G ret Apoſtolus: Ego dico non dominus, ſed diceret: [...] Ego dico & dominus, vel abſolute illud diceret, ſic[ut] ſolet alia dicere, quæ Deus præcepit. Si autem Chr[iſtus] iuſſiſſet recedere non auderet Apoſtolus, nec iube[re] nec admonere, quia quod vetat Deus fieri, malum [...] fieri, & ad malum nemo debet cogi, nec ſuaderi, [...] non erat aliqua cauſa quare fidelis vetaretur mane[re] cum infideli, quia non prohibetur aliquid a Chriſto, niſi malum, ſed manere cum infideli quando am[bo] veri coniuges ſunt, nõ eſt malum aliquod, ergo Chri[...]ſtus illud non vetaret.

Motiua autem Pollẽtij ad hoc nihil faciunt: de p[ri]mo patet, quia licet Deus inſtituiſſet aliquid in vete[ri] teſtamento non ſequitur, ꝙ illud idem manere deb[e]

H rat in nouo, quia multa Deus mutauit de eis, quę p[...] ſtatuerat: nam tranſiuit lex, & tranſlatum eſt ſacerdo[...]tium, & omnia fuerunt innouata: ad Heb.8.c. ſic dic[it] Innocentius tertius: de conſang. & affini. c. non debe[t] ſcilicet non debet reprehẽſibile iudicari ſi ſm varie[...] tatem temporum ſtatuta quoque variẽtur humana[...] quoniam ipſe Deus de his, quæ ſtatuerat in veteri te[...]ſtamento nonnulla mutauit in nouo, ita & potera[t] iſtud mutari.

Aliter dicendum, ꝙ nihil circa hoc mutatum eſt, ſed procedit hoc ex prauo ſenſu Pollentij: nam non erat ſtatutũ in veteri lege, ꝙ fidelis non maneret con[...]iunctus infideli, cum qua contraxerat ante tranſitum ad fidem, ſed quòd fidelis nõ cõtraheret de nouo ma[...]

I trimonium cum infideli, & hoc etiam in nouo teſta[...]mento vetitum eſt, vt ſupra diximus.

Secundum motiuum non tenet: nam licet Apoſto[...]lus diceret non eſſe recedendum ab infideli nõ ſeq[ui]tur, ꝙ dñs diceret recedendum eſſe, ſed ſolum, ꝙ d[o]m[inus] hoc non iuberet. Nam etiam ſi Chriſtus nihil de ho[c] loqueretur præcipiendo, aut vetãdo erat verũ iſtud: [...] Ego dico non dominus. i. dominus non dicit hoc, [...]cet non dicat contrarium. Nam iſtud motiuum ſup[...]ponit duo falſa. Primum ꝙ Apoſtolus iuberet mane[...]re, vel non recedere, Secũdum ꝙ Chriſtus aliquid [...] hoc iuberet, & tunc cum Apoſtolus diceret, ego d[i]co non dominus, videretur ſequi, ꝙ aliquid dixiſſe[t] Apoſtolus contra Chriſtum, ſed nunc neutrum iſto[-]

K rum eſt verum.

An opinio alia Pollentij dicens, quòd Paulus in hoc contra Chriſtum ſcripſerit poſſit aliqua uia ſuſtineri. Quæſtio. CXLII.

ALIVD dictum Pollentij erat, ꝙ Apoſtolus iuſſerat fidelibus manere, cum infidelibus, & quòd nullo modo recederent ab eis. Sed dicendum, quòd hoc non eſt verum: ſi enim hoc Paulus voluiſſet, hoc ſeruaret etiam eccleſia, ſed non ſeruat: nam fidelibus licet manere in infidelibus, & licet recedere.

Secundo

Secundo, quia Apostolus non poterat obligare cōtra licentiam Dei, nam sicut non licebat Apostolo aliquid præcipere contra id, quod Christus vetuerat, ita non licebat astringere aliquos in eo, in quo Christus contrarium faciendi licentiam dederat, nam in vtroque reuocabatur voluntas Christi, & derogabatur ei, siue statuendo, siue obligando contra eius licentiam, & tamen Christus licentiam dederat fidelibus recedendi: ergo non astringeret Apostolus ad manendum.

Tertio, quia Apostolus significat, quòd non voluerit hoc, nam si absolute præcipere voluisset, ita vt obligaret, diceret simpliciter, quòd fidelis non recederet ab infideli, vel diceret: ego Paulus dico, & non adderet (& non dominus) sicut dixit ad Gala. 5. c. Si circuncidimini Christus vobis nihil proderit, & tamen hic addidit (& non dominus) ideo per hoc voluit aliquid significare, scilicet diminuere de ratione præcepti, qa illa adiectio minuit, vel distrahit, sicut cum dicitur homo mortuus, vel homo pictus: nam distrahit a ratione hominis. Si enim diceret, ego Paulus dico nullo addito præceptum esset, sed cum additum est, & non dominus, signatum est, quòd Deus nō astringebat ad istud, ideo non erat præceptum, sed Paulus illud dicebat eo modo, quo ipse dicere poterat, quando dominus non dicebat, quia non diceret, nisi admonendo quid ex charitate agi expediret, quamuis aliud per iustitiam legis Dei agi liceret: illud tamen non esset expediens.

Paulus nō potuit loq. cōtra Christum.

Cum vero Pollentius voluit, quòd Paulus contra Christum diceret, fuit multum insanus, & tamen sequebatur hoc ex dictis prioribus, nam si Christus iubebat non manere cum infidelibus, & Paulus iubebat manere, vere contrarium dicebat.

Sed istud non stat, quia Paulus erat seruus Christi, sicut ipse gloriatur in omnibus epistolis suis, & tamē seruus non potest aliquid contra dominum, aut supra illum, & si facere conetur illud est malus seruus. Nō ergo faceret istud Paulus, sic dicit August. ad Pollentium, & in alleg. ca. sic enim, scilicet. Sic enim, nec recedere ab vxoribus infidelibus, vel mariti fideles viri, vel fœminæ non prohibentur a domino, vt neque iubeantur. Nam si dimittere tales cōiuges iubentur nullus locus esset consilio monentis Apostoli, ne hoc fieret: nullo enim modo, quod dominus iubet, seruus bonus prohibet.

Secundo, quia infideliter se habet seruus ille, vel nūcius, qui missus est ad aliquid nunciandum, & contrarium dicit, & tamen Paulus dicit se fidelem ministrū, & idoneum 1. Cor. 7. c. de virginibus pręceptum dn̄i non habeo, consilium autem do tanquam misericordiam cōsecutus a Deo, vt fidelis essem, idest fidelis minister, & ideo vbi non erat præceptum non dedit pręceptum, quia tunc erat infidelis nuncius. etiam 2. Corint. 3. vbi Apostolus de seipso loquēs, dicit: fiduciam habemus per Christum, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, sed non est idoneus minister qui contra voluntatem eius agit pro quo ministrat.

Tertio, quia Apostolis erat data potestas in ædificationem, & non in destructionem, de qua dicit Paulus, ꝙ si gloriatus fuerit in ea non erubescet. 2. Corint. 10. cap. & tamen non poterat esse manifestior destructio, quàm quòd Paulus, vel aliquis aliorum loqueretur contra id, quod Christus volebat, & dixerat: ergo Paulus hoc non fecerat.

Quarto, quia dato, quòd Paulus esset pręuaricator, & aliquis volens peruertere doctrinam Christi, aut illā peruertens non sic diceret, nam si cōtra doctrinam Christi diceret, aut hoc ignorans faceret, aut sciens, & volens, si autem ignorans non diceret: Dico ego non dominus, sed potius putaret se id dicere, quod dominus dicebat. Si autem scienter ageret, nō diceret, dico ego non dominus, quia per hoc sibijpsi fidem adimeret, & nemo etiam ei crederet, cum ipse significaret se cōtra Christum dicere, sed potius taceret, aut diceret dico ego, & dominus: sed dicit, dico ego nō dominus ergo per istam expressionem non voluit signare se dicere contra Christi doctrinam.

Quinto, quia in eodem loco dixit iterum per contrarium, scilicet his qui matrimonio iuncti sunt pręcipio non ego, sed dominus: sed illud nō dixit ad signādum se contraria Deo dicere, ergo nec istud sensit in his verbis, sed solum sunt modi locutionum ad signādum quid per imperium, quid per consilium, vel admonitionem indicatur. Nam cū dixit de illis, qui matrimonio coniuncti sunt, quòd nō discedant, putaret aliquis solum hoc dictum ab Apostolo, vt consilium, & ideo non seruandum ex necessitate, ideo dixit pręcipio, non ego, sed dominus, idest non est consilium meum, sed pręceptum Dei: vnde ex necessitate seruādum est: è contrario autem cum de fidelibus, ꝙ non recederent ab infidelibus dixit: putaret aliquis, ꝙ hæc Deus dixerat, sicut præcedens, quod ad eandem materiam pertinebat, & sic ex necessitate obligaret, ideo ad tollendum errandi causam dixit, dico ego non dominus, idest non est pręceptum, quòd simpliciter obliget, sed ego dico vobis, idest admoneo vos ad hoc qđ expedit istud fieri, & non contrarium, ad quod faciendum Deus licentiam dedit, & ideo nō manet difficultas, cui dicto standum sit, nam si Christo diceret Paulus contrarium indubitatum erat, quòd Paulus contēnendus erat, Christus autem adorandus, & dictum suum tenendum. De his satis loquitur Aug. in epistola ad Pollentium, & in alleg. c. sic enim.

Quod fuit principale motiuum, & causa erroris Innocentij Tertij in c. gaudemus. de diuortijs. ad tenendum, quòd in lege naturæ, nec Moysi, nulli vnquam licuit vxorum pluralitas sine speciali dispensatione Dei. Et an matrimonium contractum inter infideles in gradibus prohibitis a canone, secundum tamen consuetudinem, & leges suas, etiam ipsis conuersis teneat. Quæst. CXLIII.

OMNIA autem præcedentia fuerunt inducta propter ea, quæ diximus supra quest. 28. & 29. Nam Innocentius Tertius, de diuort. cap. gaudemus. dixit pluralitatem vxorum semper fuisse illicitam, nisi alicui concederetur ex speciali reuelatione, aut dispensatione Dei.

Vide ēt supra q. 28. & 29. & de ꝓbationibus ad istū motiuum qualiter non cōcludant inf. a q. 184. vsq; ad 205.

Et hoc putauit sibi necessarium esse asserere, quia si ante Christi legem non esset illicita vxorum pluralitas, sed solum in nouo testamento, per transitum ad fidem non dissoluerentur matrimonia, quæ prius vera essent: nam inter infideles non esset licita ista pluralitas: & ideo quando conuerterentur ad fidem non cogerentur dimittere illas coniuges, quia per fidem, & baptismum remittuntur peccata, sed non soluuntur matrimonia, vt patet 28. questio. 2. ca. siquis habuerit, & de diuort. cap. gaudemus, & tamen per conuersionem ad fidem coguntur infideles dimittere istas plures vxores relicta vna tantum: ergo significatur, quòd inter infideles etiam non fuerat matrimonium vnius viri cum multis mulieribus simul, sed id quod inter infideles est, semper fuit, quia non fuit eis de nouo lex data a Deo, per quam obligarentur, ergo semper fuit tam quantum ad fideles, quam infideles, quòd non licuerit vxorum pluralitas.

Nisi forte aliquis diceret, ꝙ in sola lege Christi est vetita pluralitas vxorū, inter infideles autem non erat

vetita, & tamen in transitu ad Christi legem dissoluit matrimonium taliter contractum, quia non permittitur aliquid tale in lege Christi.

Dicendum, quòd non stat, quia si inter infideles esset verum matrimonium non dissolueretur per aduentum ad legem Christi, quia vt dictum est baptismus sola crimina tollit non coniugia. Etiam patet hoc, quia inter fideles non potest contrahi matrimonium in secundo gradu, idest inter filios duorum fratrum, & si contrahatur non tenet obstante consanguinitate. extra de consang. & affin. c. non debet. Et tamen si cōtraxerint infideles in his gradibus, & postea conuertantur non separabuntur, sed manebunt copulati. eodem tit. c. de infidelibus, & de diuor. c. gaudemus: ergo similiter vxorum pluralitas si in sola lege Christi esset illicita, & liceret inter infideles, licite sic copularentur, & quandiu ad Christum conuerterentur non dissoluentur matrimonia, quæ vera fuerant, & tamē dissoluitur talis copulatio, ergo non licuit pluralitas vxorum etiā inter infideles, & ideo nunquam licuit.

Pluralitas vxorū non semp fuit illicita.

Dicendum, quod pluralitas vxorum non fuit semper illicita, immo è contrario semper fuit licita ante Christi prędicationem, & licebat generaliter, tam Gentilibus quàm Iudęis, & nō erat dispensatio aliqua, sed iure suo quilibet poterat habere multas vxores, vt supra fuit ostensum. q. 25. vsque 29. sed Christus fecit esse illicitam pluralitatem vxorum, quia hanc vetuit Matt. 19. c. & quia lex sua omnes homines obligabat, cum ipse esset Deus, fuit de cętero inter omnes homines illicita vxorum pluralitas, siue fideles, siue infideles essent, & siue eis notificata esset ista diffinitio Christi, siue non, quia esse eis ignotam solum proderat ad excusandum eos a peccato contrahendo cum multis, non tamen ad faciendum matrimonium tale tenere, & iō nunc, quando infideles contrahunt cum multis, illud non est matrimonium, sed fornicatio, vel adulterium, in lege autem Christi non permittūtur peccata, cum potius per eam remittātur præterita peccata, ideo qui taliter contraxerunt non permittuntur simul manere. Et ob hoc duo matrimonia, quæ reputantur ab infidelibus, soluuntur in conuersione ad fidem Christi, vnum est quando infidelis contraxit cum multis, qualis est consuetudo Paganorum, & Saracenorum: nam quia matrimonium non tenuit cum omnibus, sed solum cum prima, cogetur conuersus ad Christum omnes alios relinquere. in alleg. c. gaudemus. Alius casus est, quādo inter infideles quis repudiat vxorem, quod infideles licere sibi putāt, nam si accipiat infidelis aliā, & postea conuertatur non permittetur tenere quam tunc habet, quia non est vxor eius, sed illa, quam repudiauit: vnde illam sibi reconciliabit, & tenebit in vxorem, si autem noluerit illam recipere cogetur manere sine coniuge, illa viuente. eo. c. gaudemus.

Matrimonium contractum ab infidelibus etiam in gradu vetito a Canone ipsis conuersis tenet. *Quæst.* CXLIIII.

SECVS autem est de illis infidelibus, qui contraxerūt in gradibus apud nos vetitis, nam quamuis non liceat nobis, aut eis iam conuersis in talibus gradibus ꝯtrahere, licebit tamen eis post conuersionem manere in illis gradibus, in quibus cōtraxerunt de consang. & affinit. c. de infidelibus: ratio autem diuersitatis est, quia matrimonium cum pluribus mulieribus simul nūquam potuit tenere, quia est contrarium legi Christi, & ideo in conuersione ad fidem Christi coguntur separari illi, qui neque coniuges fuerunt, neque esse potuerunt. similiter de illo, qui repudiauit vxorem, & accepit aliam: nam & ista non potuit esse vxor, quia lex Christi vetat repudiū, sicut

F vxorum pluralitatem, & ostendit non esse vxorem eā
quæ secundo ducitur. Matth. 5. & 19. cap. ideo in con-
uersione cogitur dimittere istam secundam, & redi-
re ad repudiatam, vel manere sine coniuge. De illis
vero, qui in gradibus vetitis contraxerunt, non est sic,
quia matrimonium inter ipsos tunc tenuit, cum illud
Christus non vetuerit: nam Christus non distinxit gra-
dus aliquos, intra quos sit illicitus contractus, sed solū
canones ecclesiastici hos distinxerunt, sed infideles
quandiu infideles sunt non arctantur cōstitutionibus
canonicis. de diuort. cap. gaudemus, ideo nō obstat ca-
non contractui ipsorum, & ita licite cōtrahunt, & ma-
trimonium tenet, cum autem matrimonium semel
tenet non dissoluitur, quia quos Deus coniunxit ho-
G mo non separet: Matth. 19. cap. omnes autem coniun-
guntur a Deo, qui non coniunguntur contra legem
Christi, vt innuit August. in epistola ad Pollentium:
& tamen tam fideles quam infideles, qui secundum
consuetudines suas aut leges iungentur, non iungun-
tur contra legem Christi, quia ipse nullos gradus in
matrimonio distinxit: ergo omnes tam fideles, quam
infideles coniunguntur a Deo, & sic non debent sepa-
rari ab homine: non ergo coget Ecclesia eos separari.
Et hoc non solum est quantum ad Iudęos, qui con-
uertuntur, sed etiam quantum ad Paganos, quia licet
contraxerint in casibus vetitis inter nos permittentur
manere copulati post cōuersionem. De Iudęis patet.
de consang. & affini. cap. de infidelibus. De Paganis pa-
tet. de diuort. ca. gaudemus. Et sicut est hoc quantum
H ad gradus consanguinitatis, etiam est quantum ad gra-
dus affinitatis inter nos prohibitos, quia tam Iudæi,
quàm alij infideles si in eis contrahunt, & postea con-
uertantur permittētur manere copulati. de Iudęis pa-
tet, nam secundum ritum veteris legis, licebat alicui
accipere sororem fratris sui post mortem eius ad su-
scitandum semen: immo erat necessarium, aut incide-
ret non faciens in pœnam: Deuteronom. 25. cap. ideo
cum matrimonium istud teneret Deo iubente post-
quam ad fidem venirent, non sępararentur. Idem erat
de Paganis: nam Liuonienses tarde conuersi sunt ad
fidem, & quandiu infideles erant, cōsuetudo ipsorum
erat, vt defuncto fratre viuēs frater acciperet vxorem
eius ad suscitandum semen, sicut faciebant Iudæi, ta-
I libus autem conceditur, quòd cum conuersi fuerint
maneant cum eisdem coniugibus, sed post cōuersio-
nem non licet eis de nouo sic contrahere etiam ex-
stente eadem causa, idest, quòd vnus fratrum moria-
tur sine semine. de diuort. cap. Deus qui.

Sed prędicta de matrimonio contracto inter infide-
les, quod in conuersione ad fidem non dissoluitur, in-
telliguntur quando infideles contraxerūt in gradibus
licitis secundum leges eorum communes, aut muni-
cipales, aut consuetudinem regionum suarum. Nam
tale matrimonium quantumcunque sit in gradibus
inter nos vetitis valuit cum contraheretur, & non sepa-
rabuntur sic copulati. si autem coniuncti sint cōtra le-
K ges, aut consuetudines ipsorum, non tenuit matrimo-
nium cum contraheretur: ideo quando ad fidem re-
dierint non permittuntur manere copulati, quia sicut
baptismus, vel fides non tollit matrimonia, quæ fue-
runt, ita non facit esse matrimonia ea, quæ non fue-
runt ante conuersionem. Prędicta autem patent per
id quod dicitur, de diuort. cap. gaudemus, §. Vtrum Pa-
gani vxores accipientes in tertio, vel in secundo, vel in
vlteriori gradu sibi coniunctas sic coniuncti manere
debeant post conuersionem suam, vel ab inuicem se-
parari. Et ita non dixit vtrū Pagani accipientes vxores
in gradibus a canone vetitis: sed solum dixit in secun-
do, & tertio, & vlteriore gradu ac si diceret, si fue-
rint infideles copulati in primo gradu, vt frater cum
sorore,

sorore, vel ante omnem gradum, s. mater cum filio, vel pater cum filia post conuersionem non manebūt sic copulati, & hoc est, quia contraxerunt contra proprias leges, nam inter Paganos, & Iudæos est secūdus gradus, & quilibet sequens licitus ad contrahendum, sed non primus, ideo si contraxerint in primo, non pmittentur manere copulati post conuersionē. Et hoc patet, quia eodem ca. gaudemus. dicitur, & in premissis gradibus a Paganis quo ad eos matrimonium licitè simul contractum, & sic in secundo, & tertio, & vltra gradibus dicitur, quòd est matrimonium licitè cōtractum inter eos, & non ante, idest non in primo, similiter de consan. & affini. cap. de infidelibus. dicitur: De infidelibus ad fidem conuersis vtrum si ante conuersionem suam secundum legis veteris instituta citra gradus consanguinitatis a canone denotatos coniuncti fuerint separari debeant post baptismum, & sic dubium agitur de illis, qui contraxerunt in gradibus concessis secundum legem Moysi, & vetitis a canone: unde innuitur, quòd in his nō separentur. Si autē contraxerint in gradibus etiam secundum legem Moysi vetitis dissoluetur matrimonium, idest nō permittentur permanere, quia nō fuit vere matrimoniū.

...atrimo- ...um inter ...fideles, ...non te- ...t, & qñ ...

Est autem ratio præcedentium, quia matrimonium, quod vere fuit ante transitum ad fidem non dissoluitur per transitum ad fidem, quod vero non tenuit inter infideles, nec permittetur permanere post baptismum, & illud erit adulterium, vel saltem fornicatio. quòd vero inter infideles teneat, vel non teneat matrimonium, non pendet ex alio, nisi quòd contrahatur secundum leges, vel consuetudines ipsorum infidelium, quæ leges, vel consuetudines quantum ad illud faciunt contractum licitum inquantum non sunt cōtra legem Dei. Cum autem infideles non seruant leges, vel consuetudines suas, non habet actus aliquid secūdum quòd sit licitus, ideo tale matrimonium nō tenebit: erat igitur illicitus concubitus, vnde in transitu ad fidem dissoluetur: quicunque enim contractus non tenuit inter infideles, multo minus tenebit inter fideles, inter quos sunt plures gradus vetiti, quam inter infideles. Et tamē si accideret aliquos infideles esse, inter quos plures gradus essent vetiti in matrimonio quam inter fideles, vt si essent aliqui inter quos non liceret contrahere vsque ad sextum gradum, sicq; infidelium eorum contraherent in quinto gradu nō teneret matrimonium, ideo etiam in conuersione ad fidem non teneret matrimonium: poterat tamen de nouo contrahi cum tales personæ essent legitimæ ad contrahendum de nouo in nouo testamento.

Opinio quorundam contra præcedentem dicentium, quòd matrimonium contractum inter infideles, non manet in nouo testamento nisi quando copulatum est in illis gradibus, qui secundum legem veterem erant liciti. Quæst. CXLV.

SED aliqui dicunt, quòd matrimonium contractum inter infideles non manet in nouo testamento, nisi quando copulatum est in illis gradibus, qui secundum legem veterem erant liciti, alias dissoluetur.

Et patet primo, quia de diuort. capitu. gaudemus. dicitur accipientes vxores in secundo, vel tertio, vel vlteriore sibi gradu coniunctas, & tamen isti sunt gradus qui permittuntur in veteri testamento: Leuitici decimo octauo capit. ergo in alijs si contraxerint dissoluetur contractus.

Ad istud argumētum rñdetur inf. qō. 148.

Secundo patet, quia de consanguin. & affinita. cap. de infidelibus petitur, an matrimonia infidelium dissoluentur per conuersionem ad fidem: & dicitur, ꝙ non, si fuerunt contracta secundum statuta veteris legis, scilicet vtrum, si ante conuersionem suam secundum veteris legis instituta citra gradus consanguinitatis a canone denotatos fuerint cōiuncti, separari debeant, & dicitur, quòd non, & sic ad hoc, quòd infideles conuersi ad fidem non separētur in suis matrimonijs ponderatur ibi, quòd contrahant secundum statuta veteris legis, ac si dicat, quòd si cōtrahant in gradibus vetitis a veteri lege, non tolerabuntur copulati, & hoc dixit de omnibus infidelibus.

Tertio patet, quia de diuort. capit. Deus qui, dicitur circa Paganos qui conuertebantur de Liuoniensibus ad fidem, quòd permitterentur manere cum relictis fratrum suorum, idest vxoribus si illud facerent secūdum legem Moysi ad suscitandum semen fratrū suorum, scilicet, dispar est ritus Liuoniensium ad fidem conuersorum, ac ratio, propter infirmitatem gentis eiusdem concedimus, vt matrimonijs cōtractis cum relictis fratrum: si tamen fratribus sine prole decedētibus, vt semen defuncti iuxta legem Mosaycā suscitarent cum talibus contraxerunt, & sic ponderatur ibi, quòd contraxerint secundum legem Moysi, & tamē isti Liuonienses non erant Iudæi, nec Saraceni, sed Pagani quidam, ideo etiam circa infideles non Iudæos conuersos ad fidem, vt matrimonia eorum teneant, requiritur, quòd contrahant secūdum legem Moysi.

Ad istud argm̄ rñdetur inf. qō. 165.

Quarto patet, quia videtur, quòd cum talibus ex dispensatione agatur, vt eodem capitu. Deus qui. Cum dicatur concedimus, vt matrimonijs contractis cum relictis fratrum vtantur, ista concessio est dispensatio.

Ad istud argm̄ rñdetur inf. qō. 166.

Etiam ponitur ibi causa dispēsationis, cum dicatur propter infirmitatem gentis eiusdem, ac si dicat aliter non permitteretur, ergo non est verum, quòd quandocunque gentiles contrahunt secundum leges suas, aut consuetudines iuste contrahunt, quia alias non attenderetur, quòd contraherent secundum instituta legis Moysi, etiam non permitterentur manere ex dispensatione, sed iure proprio.

Matrimonium contractum inter infideles secundum leges, vel consuetudines suas, etiam ipsis conuersis, tenet. Quæst. CXLVI.

DICENDVM, quòd vera est regula supra posita, scilicet, quòd illud matrimonium maneat pòst conuersionem ad fidem, quod valuit, vel valere putabatur, quando contraheretur inter ipsos infideles, & non plus est de Iudæis, quam de alijs infidelibus, sed inter quoscunque eorum contractum fuerit secundum leges, & consuetudines gentis, est matrimonium, ideo in conuersione non dissoluitur. Et ratio huius est, quia per fidem non soluuntur matrimonia, sed crimina remittuntur 28. qō. 2. si quis habuerit, & tamen inter infideles non Iudæos contrahuntur matrimonia aliqua, quæ reputantur vera matrimonia. de diuort. c. quanto. & c. gaudemus. Ergo illa non dissoluuntur per transitum ad fidem. Secundo, quia illud vere dicitur matrimonium, quod est legitimum, & tamen inter infideles non Iudęos sunt matrimonia legitima, quia legitimum dicitur, ꝙ legali institutione, vel prouinciæ moribus contrahitur, vt habetur 28. q. 1. §. item illud: & idem dicit Magister lib. 4. Sent. dist. 39. & tamen aliqua matrimonia contrahuntur inter Paganos legali institutione, i. secūdum leges ipsorum, vel prouinciæ moribus, idest iuxta consuetudines regionis suę, ergo illa erunt legitima, & sic non soluentur in transitu ad fidem.

In qō. 144.

Tertio, quia Apostolus prima ad Corinth. septimo capitu. dixit: Si frater habet vxorem infidelem, & illa consentit habitare cum illo, non dimittat illam: dixit

autem de infidelibus generaliter, in quo tam Iudęos quam Gentiles accepit: & adhuc potius Gentiles, quia quando Apostolus loquebatur, plures conuertebantur de Gentilibus quam de Iudęis: ergo matrimonium contractum inter infideles Gentiles non dissoluebatur.

Quarto patet in alleg. ca. gaudemus. vbi de paganis loquitur expresse litera, & nō de Iudæis, & tamen inter illos dicit matrimonia aliqua contrahi, quæ nō dissoluantur per transitum ad fidem, immo coguntur fideles facti tales retinere vxores, vel sine coniugibus manere eodem cap. ergo fuerunt matrimonia contracta inter paganos, non igitur requiritur, quòd contrahant secundum legem Moysi, & hoc maxime patet ex ratione secūda supra posita, scilicet matrimonium legitimum non dissoluitur per transitum ad fidem, & tamen ad hoc, quòd sit legitimum non requiritur, ꝙ sit contractum secundum legem Moysi, sed est satis, ꝙ sit contractum secundum cōsuetudinem regionis contrahentium, ergo etiam non contractum secundum legem Moysi tenebit, si contrahatur secundum morem ipsorum paganorum.

Ad alterius opinionis rationes positas supra quæst. 145. respondetur. Quæst. CXLVII.

ET secundum hoc respondebitur ad rationes in contrarium factas supra: prima erat de ca. gaudemus: vbi dicitur de contractu in secundo, tertio, & in vlteriori gradu, quòd ibi non dissoluantur matrimonia, & talis contractus est secūdum legem Moysi. Dicendū, quòd verum est Iudęos sic contrahere per legem sibi quondam datam, & tamen ibi non agitur de istis gradibus, inquantum sunt concessi in lege Moysi, sed solum inquantum pagani etiam illis in matrimonijs suis vtuntur, cū dicatur eodem cap. gaudemus, & in præmissis gradibus a paganis quo ad eos matrimonium licite sit contractum, & ita non referuntur ibi isti gradus secundus tertius, & vlteriores, inquantum a Iudęis tenentur, sed inquantum pagani illos seruant, vel ex lege, vel ex consuetudine.

Multę ceremonię, & leges Iudęis, & paganis sunt cōes, & vnde hoc euenit.

Circa quòd sciēdum, quòd multæ cęremonię sunt Iudæis, & paganis communes: immo non fuerunt cōcessæ Iudęis, nisi quia illas habebant Pagani: nam quādo Deus dedit legem Iudęis erant ipsi consueti in legibus, & consuetudinibus Gentilium, & si voluisset Deus arctare eos negando quædam, quæ Gentilibus licebant non sustinerent Iudæi legem, tam arctam, & recederent: ob hoc ergo concessit eis Deus ea, quibus Gentiles vtebantur, licet non essent omnino bona, solum tollens idolatriam, & quæ ad illam pertinere poterant, nam circa hanc ita districte se habuit, quòd nō solum ipsam, sed etiam occasiones ad illam vetuit, & ob hoc sunt quędam in lege Dei permissa Iudæis, quæ in se videntur mala, vt dare libellum repudij: & ita dixit Christus Matth. 19. cap. Ad duritiam cordis vestri libellus repudij datus est, idest non erat bonus, sed vos non poteratis tolerare legem meliorem, & hoc propter duritiam cordis vestri, sed hoc concessum est Iudæis, quia vtebantur libello repudij, & repudiatione, vt Gentiles, & Pagani nunc vtuntur. Et apparet etiam in legibus Romanorum, quæ erant communes, in q. bus habetur diuortium, & repudium. Similiter erat inter Gentiles dare ad vsuram, vt patet ex legibus Romanorum, quæ vsuras certo modo permittunt, pagani quoque licitas putant vsuras, Iudæi autem non possent tolerare legem vetantem vsuras, ideo cōcessit eis vsuras arctando aliquo modo, quia pagani omnibus

F dant ad vsuram, siue cognatis, siue alienis: Deus concessit Iudęis, vt darent ad vsuram gentilibus, aut conuersis de Gentilitate, sed nō Iudæis, qui sunt de genere Iacob. Deuteronom. 23. c. Ita autem erat de gradibus matrimonij: nam Gentiles contrahebant in omnibus gradibus cōsanguinitatis, nisi in primo, s. frater & soror non contrahunt, cęteri autem cōtrahunt, & ideo concessit Deus Iudæis istum ritum circa gradus cognationis Leuitici decimo octauo, & vigesimo capitu. quia si non concederet nō sustinerent legem: & affinitate: similiter quosdam gradus, aut personas vetuit, in alijs concessit Leuitici decimo octauo capitu. & hoc similiter faciebat iuxta consuetudinem Gentilium: & patet, quia vxor fratris mei est mihi in primo G gradu affinitatis affinis, & non licet eo mortuo contrahere cum illa, & tamen in veteri testamento non solum non erat illicitum, immo erat necessarium, quando moriebatur vnus de fratribus habens vxorem, & sine semine, alius eius frater accipiebat vxorem mortui ad suscitandum semen defuncto: Deuteronom. vigesimoquinto capit. Et hoc fieri iussum est Iudæis quia sic obseruabant illud Gētiles antequam daretur lex Moysi, & quando data est: & nollent ipsi aliter habere, patet hoc Gene. trigesimo octauo capitu. vbi Iudas filius Iacob accepit pro filio suo primogenito nomine Her vxorem nomine Thamar, & illo mortuo sine semine iussit Iudas secūdo filio suo nomine Onan, quòd acciperet Thamar vxorem fratris sui ad suscitandum semen: accepit eam, & ipse mortuus est H sine semine: supererat tertius filius, scilicet Sella, & hunc petiuit Thamar sibi dari ad suscitandum semen eodem cap. & sicut erat ista lex suscitationis seminis inter gentiles tunc, & ob hoc Iudæi susceperūt eam, ita de omnibus alijs iudicialibus fere credendum est, & potissime de illis, quæ aliquid mali continere videbantur, quòd ideo Iudęis datæ sunt, quia Gentiles tūc eis vtebantur, & nō possent Iudæi assuefieri ad legem arctiorem, vel duriorem, quam esset illa, in qua prius viuebant.

Sicut autem istę leges erant prius apud Gentiles, quàm apud Iudæos, ita & postea fuerunt continuatæ inter Gentiles, nam suscitatio seminis prius fuit apud I Gentiles quàm daretur lex Moysi, vt nūc dictum est, & postea mansit vsque ad tempora Innocentij Tertij inter Liuonienses, nam illi accipiebant vxores fratrum suorum defunctorum ad suscitandum semen. de diuort. capit. Deus qui. & hęc talia matrimonia iussit Ecclesia in conuersis non dissolui, & tamen iste Innocentius Tertius nouus est, nam incępit pręsidere anno a natiuitate Domini 1197. & præfuit annis decem octo scilicet, vsque ad annum 1215. cui successit Honorius, & ita ab obitu huius Innocentij vsque ad tempus nostrum non sunt ducenti triginta septē anni, & tunc perseuerabat lex ista de suscitando semine inter Liuonienses, & mansisset vsque nunc, nisi ad fidem conuersi fuissent, nam post conuersionem non permittitur, K quòd de nouo accipiant vxores fratrum ad suscitandum semen in alleg. capit. Deus qui. Sicut autem fuit de hoc, ita de gradibus consanguinitatis, quos videtur accepisse Iudæi a Deo, quia talibus gradibus vtebantur Gentiles ad matrimonia, scilicet, quòd isti gradus manserunt in vsu Paganorum, ita quòd in omnibus gradibus consanguinitatis contrahant, nisi in primo, & ita in secundo tertio, & vlterioribus gradibus iudicatur matrimonium secundum eos legitimum, & hoc significatur in alleg. c. gaudemus, s. & in præmissis gradibus a Paganis quo ad eos matrimonium licite sit ꝯctum, & ita nō reputatur illicitum ab Ecclesia, quia Iudęi in illis gradibus sm legem suam ꝯhunt, sed quia a Paganis secundū suas consuetudines iudicatur tale

tale matrimonium licitè eſſe contractum, pagani tamen de lege Moyſi nihil curant, neq; aduertunt quid in ea ſcriptum ſit.

Secunda ratio quæſt. ſuperioris 145. diſſoluitur. Quæſt. CXLVIII.

SECVNDA ratio erat ſupra ꝙ extra de conſan. & affini. c. de infidelibus, dicitur quòd infideles cõuerſi ad fidem maneant copulati, ſicut prius inſpicitur, ſi contraxerunt ſecundum ſtatuta veteris teſtamenti in gradibus vetitis a canone: nã tunc tenet matrimonium; ſi autem contraxerint in gradibus a canone vetitis, & non ſecũdum ſtatuta veteris legis, non permittuntur copulati: dicendum ꝙ aliud c. ſolum intelligitur de Iudæis: nã licèt dicatur de infidelibus nõ intelligitur de omnibus infidelibus, ſed reſtringitur ad infideles, qui ſunt Iudæi, & de illis verum eſt, ꝙ ſi contrahant ſecundũ ſtatuta legis Moyſi permittentur manere in ſuis matrimonijs poſt conuerſionem, quia hoc ſolum putatur ab eis licitum, quod ſit ſecundum legem Moyſi: ergo ſi contra legem Moyſi contraxerint, quia illud matrimonium, neque poteſt ſecundum eos, neque ſecũdum nos licitum reputari, quia nullo modo eſt licitum; ideo nõ permittentur taliter copulati, qui conuertũtur. Secus autem eſt de infidelibus paganis, a quibus lex Moyſi non putatur eſſe lex, ſed ſolum illa, quibus ipſi vtunt, ideo iudicatur ab eis contrahi matrimonium licite, quando ſecundum leges ſuas contrahitur, etiã ſi non ſit ſecũdum legem Moyſi. Quod vero de ſolis Iudęis intelligatur ca. illud, de infidelibus, licet poſtea per ſimilitudinem rationis extendatur ad paganos, ſicut fit in alijs: extra de Iudęis, & Sarac. cap. cum ſit nimis, patet in cauſa, quæ redditur eodem cap. de infidelibus, ſ. conſultationi tuę duximus reſpondendum, quòd matrimonium ſic contractum non eſt poſt baptiſmi lauacrum ſeparandum, cum a Iudæis dominus requiſitus, ſi liceret vxorem ex quacunque cauſa dimittere, ipſe reſpondit, quos Deus coniunxit homo non ſeparet, per hoc innuens eſſe matrimonium inter eos, & ſic inter Iudæos oſtendit ibi eſſe matrimonium, & de eis reſpondet applicans ad eos ſolum tunc verba domini, & tamen Iudæi non aliter licite putant contrahere neque contrahunt, niſi ſecundum legem Moyſi contrahant, ideo de illis intelligitur, & non de paganis, & ſic paganorum erit matrimonium, licet non ſit ſecundum legem Moyſi.

Pro ſolutione huius rõnis uide inferius in q. 146.

Mátrimonium paganorum eſt matrimonium etiã ſi non contrahant ſecundum legẽ Moyſi.

Secundo patet, quia Pagani non obligantur ad legem Moyſi, ideo ad hoc, quòd matrimonium ab eis contractum ſit legitimum non oportet, ꝙ ſit ſecũdũ legem Moyſi, nam illa nec illos obligat nũc, nec etiã Iudęos, ideo multo minus gẽtiles ad hoc, quòd ſecũdum eam reddantur illorum matrimonia legitima.

Tertio, quia non ſolum non obligat, immo nõ eſt licitum illam obſeruari iuxta illud ad Gala. 5. ca. Si circuncidimini Chriſtus nihil vobis proderit, ergo non erit neceſſarium illam ſeruari ad reddenda matrimonia paganorum legitima.

Quarto, quia ſi obſeruatio alicuius legis, præterquã legis paganorum, eſſet eis neceſſaria ad reddenda eorum matrimonia legitima, maxime eſſet obſeruatio legis Chriſti, cum hæc ſola ſit, in qua eſt ſalus, & tamẽ etiam ſi non contrahant pagani in gradibus licitis nobis, eſt legitimum matrimonium, ergo non requiritur, quòd contrahant ſecundum legem Moyſi.

Quinto patet, quia ſi contrahere in gradibus legis Moyſi ſit licitum alicui, non erit hoc, quaſi lex illa de ſe habeat vim faciendi matrimonium legitimum, cũ illa non ſit iam lex, ſed inquantum putatur ab obſeruatoribus eius, quòd illa ſit lex, & facta ſecũdum eam ſint legitime facta, & tamen pagani non putãt legem Moyſi eſſe legem, aut ſe teneri ad illam, ergo non fiet aliquis actus legitimus eis operantibus per illam.

Primum patet, quia talis opinio facit aliquid licitũ, extra. qui filij ſunt legiti. cap. ex tenore. vbi natus ex adulterio reputatur legitimus, & gaudet iure legitimæ prolis, quia genitus eſt ex muliere ducta in facie Eccleſiæ, licet illa non eſſet vxor, quia vir eius illam habebat in vxorem, & de iſto caſu dicitur eodem titulo. capitu. gaudemus. ſcilicet prolem de infidelium con iunctionibus natam cum ſecundo, vel tertio, vel vlteriori gradu ſecundum opinionem illorum matrimoniali contraxerint affectu, poſt fidem receptam vtilitate publica ſuadente legitimam volumus reputari. Et ita dicit matrimonium tenere ſolum, quia ipſi opinantur, quòd teneat, & tamen pagani non reputant tenere matrimonium contractum ſecundũm legem Moyſi, aut ſaltem exigi ad hoc, quòd teneat, quòd cõtrahatur ſecundum legem illam, ergo non tenebit ſecundum eos contrahendo per legem Moyſi.

An matrimonium contractum in gradibus prohibitis lege diuina, ſcilicet Moyſi (vtputa in primo gradu conſanguinitatis, & affinitatis, & inter aſcendentes, & deſcendentes primi gradus, inter quos nullus eſt gradus) teneat. Et an Papa poſſit diſpenſare in omnibus his gradibus lege diuina prohibitis, & in quibus etiam ſi poteſt, non debet, nec expedit. Quæſt. CXLIX.

SED aliqui putant aliter, ſcilicet, quòd non valeat matrimonium ſi ſit contractum in alijs gradibus, quàm in illis, qui ſunt diuina lege conceſſi: in prohibitis autem quòd nunquam teneat, & hoc volunt, non quaſi lex Moyſi nunc obliget, ſed quia Deus diffiniuit illos gradus non licere, & cęteros licere, & ita ex hoc apparebat poſſe contrahi in illis, vel nõ eſſe illos de ſe illicitos, cùm Deus illos concederet: de cęteris autem, quos Deus vetabat nõ apparebat aliquo modo an eſſent liciti, & ideo non concedit, quòd in illis iudicentur matrimonia licita, vel legitima.

Opin. quorundã tollitur.

Et patet hoc aliquo modo ex eo quod dicitur de reſtit. ſpo. capit. literas, ſcilicet quando aliquis gradus conſanguinitatis opponitur, in quo ſedes apoſtolica diſpenſare non poteſt, nec etiam conſueuit, & infra eod. cap. dicitur opinioni autem vltimæ, videtur non incongruè adaptari, vt in gradibus conſanguinitatis diuina lege prohibitis reſtitutioni aditus præcludatur, ſed in interdictis cõſtitutione humana locum habeat reſtitutio cum effectu, cum in illis diſpenſari non poſſit, in illis valeat diſpenſari.

Et ita innuitur, quòd cum diſpenſari non poſſit in gradibus illis non teneat vllo modo matrimonium, & ideo in conuerſis ad fidem ſolum iudicabitur matrimonium tenere, ſi non ſit citra gradus diuina lege prohibitos.

Sed dicendum, quòd hoc non ſtat. Primo quia non eſt verum, quod præſupponitur, ſcilicet, quòd non poſſit diſpenſari in gradibus diuina lege prohibitis, quia quamdiu illa lex durabat, cùm eſſet lex Dei non poterat aliquis in ea diſpenſare, cum inferior non poſſit diſpenſare circa mandatum ſuperioris, ſed nunc illa lex non manet, nec eſt lex Dei, quia prorſus ceſſauit: ergo non ſolum non eſt verum, quòd non poſſit in ea diſpẽſari, immo non indiget diſpenſatione cum non obliget. Apparet dictum, quia lex Moyſi non fuit generalis, ſed ſolum data Iudæis, ideo alios non obligat: pagani igitur non obligabuntur illo ſtatuto.

Secundo, quia id, qđ de gradibus conſanguinitatis, & affinitatis expreſſum eſt circa mr̃imonium in lege Moyſi, fuit cęremoniale, ſed cæremonialia omnia, & iudicialia ablata ſunt, nam lex translata eſt, & ſacerdotium ſimul ad Hebręos. 8. cap. ergo non obligat, & ita non indiget diſpenſatione.

Niſi aliquis dicat, ꝙ eſt de iure naturali determinatio illorum graduum, & in lege naturali non ſit diſpẽſatio, nec factum contra eam tenet. Sed dicendum, ꝙ non ſtat, nam ſi de lege generali eſſet, nũquam licuiſſet contrarium, & tamen licuit, quia aliquando cõtrahebant fratres, qui erant in primo gradu, ſ. a principio mundi. Et ſi dicatur, ꝙ erat propter neceſſitatem, quia non erant tunc aliæ perſonæ, cum quibus contraheretur: dicendum quòd ex hoc apparet non eſſe ſecundum ſe malum, quòd fratres inuicem cõtrahant, quia ſi malum eſſet, feciſſet Deus ſimul multos viros, & fęminas, & nati ab illis contraherent, & tamẽ non fecit, ideo oſtendit, quòd non erat ex ſe malum, quòd fratres contraherent.

Et adhuc a fortiori apparet hoc in gradibus affinitatis, nam in conſanguinitate vetatur ſolum primus gradus, & id quod eſt ante gradum, ſ. aſcendentes, & deſcendentes, vt non contrahant filij cum matribus, & patres cum filiabus, & de his aliqua ratio videri poterat, quòd ad naturam pertineret prohibitio propter nimiam coniunctionem, ſed de affinitate non eſt ſic: ſunt enim multi gradus prohibiti, de quibus non apparet cauſa, quòd pertineãt ad naturalem prohibitionem, ſ. nouerca, ſoror matris, ſoror patris, vxor patrui, vel auũculi, nurus, ideſt vxor filij, vxor fratris, filia vxoris, ſoror vxoris ſimul cum vxore: inter has enim non eſt aliqua attinentia, niſi mediantibus alijs perſonis, ꝙ attinentia magis eſt ſecundum rationem, quã ſecundum naturam, cum non communicent in ſanguine, & radice, ſicut cognati: ergo prohibitio contrahendi cum his non eſt de iure naturæ, ſed de legali inſtitutione, & ideo pertinuit iſtud ad quandam cæremoniam honeſtam, & non ad præcepta de lege naturæ, ſed omnia talia ceſſauerunt manẽtibus ſolis moralibus, ergo non obligamur nunc ad ſeruandos illos gradus.

Prohibitio graduũ partim eſt de iure naturę partim de iure poſitiuo.

Eſt tamen aduertendum, quòd circa prohibitionẽ graduum eſt aliquid de iure naturæ, & aliquid de iure poſitiuo. De iure naturę eſt, quòd inter aliquas perſonas vetitus ſit coitus propter reuerentiam, eſt autem poſitiuum determinatio harum vel illarum. Primum patet, quia in coitu fit quædã irreuerentia, quia diſcooperitur turpitudo fęminæ cum qua eſt coitus, ſed ꝗbuſdam perſonis debemus tantum reuerentiam, vt nihil illarum turpe videre debeamus, ergo a talium cõcubitu eſt abſtinendum, ſed vbi eſt illicitus concubitus eſt illicitum matrimonium: ergo quędam perſonæ ſunt, inter quas non debet eſſe matrimonium. Primum patet, quia quando Deus vetat matrimonium, & concubitum inter perſonas aliquas in omnibus illis dicit turpitudinem talis, vel talis maris non reuelabis, & non eſt aliqua perſona cuius concubitus prohibeatur, de qua non dicatur non reuelabis turpitudinẽ eius Leui. 18. ca. & tñ certum eſt quibuſdam perſonis debitam eſſe reuerentiam, ita vt non liceat aliquid turpe illarum manifeſtare, ergo quædam perſonę ſunt, cum quibus non debet eſſe commixtio. Secũdum apparet, quia determinatio tot, vel tot perſonarum, aut talium, vel talium graduum nõ eſt a natura, quę dicit dictamen rationis in vniuerſali, ſed ſolum a poſitiuo ſicut Ariſtot. exemplificat libro 5. Ethic. eſſe quædam de iure naturali ſacrificare Deo, ſed ſacrificare Ioui, vel Braſide, vel offerre capram, aut duas oues eſt de iure poſitiuo, & hoc vocatur legale. Ideo cum Deus diffinierit certa genera perſonarum, tam in cõſanguini-

F tate, quam affinitate, cum quibus non debeat eſſe c
mixtio, videtur ꝙ ſit hoc de iure poſitiuo, & non pe
tineat ad ius naturale, & ideo cum omnia pure poſit
ua, ideſt cęremonialia, & iudiciaria ceſſauerint, vide
quòd iſta prohibitio graduum non obliget nunc. E
patet, quia de lege Moyſi, nihil nũc obligat, niſi id q
etiam ſi nõ poneretur obligaret, ſicut eſt de pręceptu
decalogi: nam etiam ſi Deus non dediſſet pręceptum
de non adorando Deos alienos, & de non occidend
& non dicendo falſum teſtimonium, obligarẽtur ho
mines ad hoc. Nam alias daretur, quòd antequam d
ta eſſet lex Iudęis, non eſſet peccatum colere idola, &
occidere homines: ſed falſum eſt, quia Cain in princ
pio ſęculi maledictus eſt, quia occidit fratrem ſuum
G Gen. 4. cap. & tamen nemo diceret, quòd ſi Deus no
dediſſet illam legem prohibitionis certarum perſon
rum, eſſet quilibet homo obligatus ad cauẽdum illo
gradus, ergo nõ eſt verum, quòd ſit illa determinat
de iure naturæ, & ideo nec nunc obligabit.

Confirmatur iſtud, quia etiam inter mandata dec
logi fuit aliquid, quod nõ erat pure de iure naturę, ſe
ex quadam determinatione poſitiua, ſicut erat obſer
uare diem ſabbati, nam propter Deum abſtinere a
alijs operibus, vt Deo vacetur, eſt de iure naturali, q
autem in tali, vel tali die, aut toties fiat iſta vacatio eſt
de iure poſitiuo, ideo ceſſauit obſeruatio ſabbati, ad
quam non obligamur nunc, & ſucceſſit dies Domin
ca ex conſtitutione Eccleſiæ. Ita igitur cum determ
natio horum graduum ſit poſitiua, & non obligaſſet
H niſi Deus illam poſuiſſet, expreſſe videtur, quòd non
obliget nunc, & conſequenter non ſolum poteſt fieri
diſpenſatio: immo non eſt neceſſaria cum nõ obliget
lex illa.

In Eccleſia ſunt noua inſtituta obligantia, non inquantum a Deo ſint, ſed ab ipſa Eccleſia. *Quæſt. CL.*

ECCLESIA tamen, in qua debuerunt eſſe no
ua inſtituta viuendi, & debuit prouidere cir
ca gradus conſanguinitatis, & affinitatis, in
quibus liceat contrahi, & in quibus nõ vidẽs
honeſtum eſſe abſtineri in omnibus illis gradibus, in
I quibus Deus iuſſerat Iudęis abſtinere, iuſſit quoque
abſtineri, & quia non putauit hoc ſufficere addidit
alios gradus. Iſta patent, nam multa alia ſtatuta fue
runt in lege veteri, & ceſſauerunt: poſtea tamen Ec
cleſia videns illa conuenire nobis, ſtatuit illa ſeruari, &
non obligant illa inquantum a Deo fuerunt ſtatuta,
ſed inquantum de nouo Eccleſia illa ſtatuit, ſicut pa
tet extra de homicid. capitu. ſiquis per induſtriam. &
de adulterijs. capitu. ſi ſeduxerit. & de furt. capitu. qui
furatur. & de iniu. dam. capitu. ſi rixati. & capitu. ſiquis
foderit. & capitu. ſi vos aliena. & capitu. ſi lęſerit, & ca
pitu. ſi egreſſus. quę habentur Exodi vigeſimoprimo.
& vigeſimoſecundo capitu. & multa huius de manda
tis iudicialibus veteris teſtamenti ſunt in Decretis ca
K nonizata per nouam inſtitutionem. Sic ergo fuit de
prohibitione graduum ad contrahẽdum, quia Eccle
ſia vidit ſtatutum illud honeſtum eſſe, & conuenire
legi Chriſti, ideo ſtatuit de nouo illos gradus obſerua
ri, & non ſolum hos, ſed & addidit alios gradus, nam
iuſſit vſque ad ſeptimum gradum conſanguinitatis
incluſiue non licere contrahere matrimonium, vt pa
tet trigeſimaquinta quæſt. tertia. capit. de affinitate. &
hoc diu obſeruatum eſt, ſcilicet vſque ad tempora In
nocentij Tertij, qui in concilio generali ſtatuit ſolos
quatuor gradus conſanguinitatis eſſe vetitos, in cæte
ris autem licere contrahere, & ideo ſtatuit quantum
ad affinitatem ſolos quatuor gradus eſſe vetitos, de cõ
ſang. & affinit. cap. non debet.

Cauſa

Causa autem quare Ecclesia vetuit plures gradus, quàm vetuisset Deus in veteri testamento, fuit, quia Deus iussit in illis gradibus abstineri propter reuerẽtiam debitam quibusdam personis, ita vt non reueletur turpitudo earum, & circa plures personas fuisset iustum seruari reuerentiã istam: si tamen Iudæis plures gradus interdicerentur non tolerarent illud; ideo Deus solũ istos vetuit: ecclesia autem voluit quicquid honestum erat fieri imponere tanquam lex imponeretur illis, qui ex charitate possent tolerare quicquid imponeretur, & ita vsque ad septimum gradum se extendit prohibitio.

Alia causa erat ad dilatãdam charitatem: homines in veteri testamento paucam charitatem habebant, quam extendere non poterant ad extraneos, sed solũ ad cognatos suos, & valde propĩquos, vnde de his accipiebantur coniuges, vt ijdem essent cõiuges, qui cognati. In nouo autem testamento debuit charitas extendi ad omnes, quæ magis extenditur quanto sunt plura nomina necessitudinum, & attinẽtiarum: ideo debuerũt matrimonia esse extra cognationem, vt alij essent cognati alij affines. Et ad hoc satis fuit conuenienter statutum, vt vsq; ad septimum gradum inclusiue abstineretur, quia vltra illũ vix ab aliquo cognoscitur cognatio. Postea autem ecclesia reduxit vsque ad quartum gradum, tam cognationem, quam affinitatem in allé. c. non debet. & causa reductionis fuit, q̃a non poterat prohibitio vltra quartum gradum seruari, sine magno damno, nam laqueus parabatur animabus, & erat quasi impossibilitas, aut difficultas magna vbique istos gradus posse distinguere, & maxime fiebat hoc circa genera duo affinitatis, i. secũdum & tertium, & circa sobolem ex secundis nuptijs procreatã progeniei viri non copulandum: nam secundũ & tertium genus affinitatis non obseruatur nũc, sed solum primum, & istud solum vsq; ad quartum gradum. Et tamen cum tota hac reductione, adhuc mansit maior prohibitio in nouo quam in veteri testõ, nam ibi inter ascendentes non licebat contrahi, & descendẽtes, & inter transuersales in primo gradu, i. inter fratrem, & sororem non licebat. In cęteris autem gradibus licebat, i. in secundo, & tertio, & consequentibus, in nouo autem testõ est prohibitio vsque ad quartum gradum cõsanguinitatis inclusiue. De affinitate similiter maior est prohibitio nunc, quam in veteri testõ, quia ibi solum vetantur personæ, quæ sunt in primo genere affinitatis, & tñ vsque ad tpa Innocentij Tertij erat prohibitio trium generum affinitatis. in alleg. ca. non debet. Postea manet prohibitio solum primi generis, sed ista extenditur vsque ad quartum gradum. eod. c. & tamen computãdo omnes personas inter quas vetatur contractus inueniẽtur esse omnes in primo gradu affinitatis, vel sunt de ascendentibus, vel descendẽtibus, Leuiti. 18. cap.

Solutio quæstionis 149. quod Papa potest dispensare in omnibus gradibus, non tamen expedit, nec debet.

Quæst. CLI.

SVppositis his dicemus, ꝙ Ecclesia statuit circa gradus id obseruari debere, quod in veteri testõ erat statutum extendẽdo adhuc prohibitionem illam ad plures gradus, & tñ per hoc non fuit ablata potestas dispensandi in illis gradibus, quia lex non manet, quæ obliget: nam ꝙ nunc obseruemus gradus istos prouenit ex solo statuto Ecclesiæ, & non ex lege Dei, quia illa iam cessauit: & tñ Ecclesia nullum statutũ fecit, in quo non possit dispensare: immo ꝙ nõ possit cassare & tollere: ergo poterit Ecclesia dispensare etiam in gradibus, tam cognationis quam affinitatis lege diuina prohibitis, in quocunque aũt potest dispensare Ecclesia potest dispensare Papa cum ipse sit summus hierarcha in Ecclesia, ergo nullus gradus consanguinitatis, aut affinitatis est, in quo Papa dispensare non possit.

Est tamen verum, quòd non expedit dispensare, quia multa licent, quæ tamen non expediunt, sicut dixit Apostolus. prima Corinth. 6. capitu. omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Et istud est propter duo.

Primum, quia de se est honestum propter quandam reuerentiam cognationis: non enim debet neq; licet auferri omnem reuerentiam cognationis, sed ista auferretur si in omnibus gradibus liceat contrahi, ergo non debet licere per legem, neque per dispensationem.

Secundũ, quia Deus significauit honestum esse caueri ab his personis, & esse inhonestũ cõmisceri illis: nam istam honestatem, & inhonestatem posuit pro causa legis illius: ideo licet non maneat iam illa dispositio legis, quia erat cęremonialis, manet saltem ratio legis, s. honestas illa, quæ significata fuit per Deum, & ista honestas, & inhonestas non tollitur, quia non insurgit ex lege, sed ex ipsa natura graduum illorum: ideo non debet, aut non expedit in illis gradibus dispensari.

Est autem aliquid, in quo videtur nullo modo fieri posse dispensationem, vt inter ascendentes, & descendentes, inter quos nullus gradus computatur, sed solum inter transuersales, vt inter patrem & filiam, auũ & neptem, filium & matrem, nepotem & auiam: nã si inter hos dispensari posset, vt fieret matrimonium tolleretur omnis reuerentia debita cognationi, & nulla persona esset cuius turpitudinem non liceret reuelari, quia nulli sibi magis attinerent quam isti, & tñ de iure naturę est, ꝙ seruetur reuerentia cognationi, & ꝙ quarundam personarum turpitudo non reueletur: ergo vr̃ quòd iuste fuit, & ita de iure naturæ erit non posse contrahi cum his, quia si cum his, licet tolletur ius naturæ cum nullæ personæ relinquentur, cum q̃bus non liceat contrahere, & cum hoc videatur esse generale inter omnes ascendentes, & descendentes, maxime videtur esse illicitum, siquis de descendentibus accipiat vxorem de ascendentibus, vt si filius accipiat matrem in vxorem, vel nepos auiam, maior quippe irreuerentia cognationis est, si filius accipiat matrẽ in vxorem, quàm si pater filiam, licet modus attinentiæ sit idem, quia in cõcubitu reuelatur turpitudo mulieris, & non viri: principaliter ergo ibi debet hoc magis vitari, vbi debetur maior reuerentia, sed maiorem reuerentiam debet filius matri, quam pater filię ergo magis illicitum est, quòd accipiat filius matrem, quã quòd pater accipiat filiam. In his autem non videtur posse dispensari, non quidem quasi sit contra legem Dei, sed quia est contra legem naturę, secundum quã debetur quędam reuerentia cognationi. Et si in his non debeatur, in nullis debebitur.

Papa nullo nõ põt dispensare inter ascendentes, & descẽdẽtes primi gradus cõsanguinitatis, inter quos nullus gradus cõputatur, bene tñ põt dispensare ĩter trãsuersales, & q̃ est causa diuersitatis.

Sed in transuersalibus non videtur, quare non possit fieri dispensatio tam in cognatione, quam in affinitate, & a fortiori in affinitate, quia affines non attinẽt sibi, nisi propter cognatos, in cognatione non relinquitur, nisi primus gradus, qui solus vetitus est per legem Moysi, qui est fratrum inter se, & inter hos licet non debeat dispensari, vt possit esse coniugium, nõ ideo negatur, quin aliquis talis casus accidere possit, in quo liceret dispensari, aut saltem non videtur vnde ligata si potestas dispensandi: non enim videtur hic aliud dicendũ, nisi ꝙ licet, & nõ expedit, s. licet q̃dem s̃m rigorẽ iustitiæ, non licet tñ s̃m honestatem.

In affinitate facilius est dispensari, s. vt accipiat quis in vxorem eam, quæ fuit fratris sui, vel nurum suam, vel sororem vxoris suæ, & vxorem patrui, vel auũculi sui defuncti, quia in his non est attinentia secundum naturam, sed secũdum rationem, in cognatis autem est attinentia secundum naturam, quia naturale est id secundum quòd attinent sibijpsis, inter has personas est nouerca: nam ad affinitatem pertinet, & non cognationem, & tamen non est aliqua persona, cum qua minus dispensetur, nam siquis nouercam suam in vxorẽ accipiat reuelando turpitudinem illius reuelat turpitudinem patris sui: Leui. 18. cap. nam ista est causa ibi posita, quare non liceat illam accipere, & tamen nulli tenetur quis in tota cognatione tantam reuerẽtiam seruare quantam patri, ergo a nulla affinitatum abstinere debet quantum a nouerca. Et ob hoc Apostolus in Ecclesia primitiua arguit quendam Corinthium, qa acceperat nouercam suam in vxorem tradẽs eum Sathanę prima Corint. 5. c. s. Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis, nec inter gentes nominatur, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat.

Quare Papa non pôt dispensare inter ascẽdentes, & descendentes primi gradus.

Causa autem quare Ecclesia non possit dispensare inter ascendentes, & descendentes, vt inter patrem & filiam, auum & neptem, filium & matrem, nepotem & auiam: & tamen possit dispensare in omnibus gradibus cognationis, & affinitatis videtur esse Prima, qa si inter ascendentes, & descendentes non est necessaria prohibitio non erit necessaria inter aliquas personas, cum istę sint quibus maior reuerentia debeatur: & tamen falsum est, quia tolleretur omnis reuerentia cognationis. tamen aliqua reuerentia est de iure naturæ, & quod est determinate de iure naturæ non est dispensabile, & tamen inter fratrem, & sororem, q sunt in primo gradu cum non se habeant, vt ascendens, & descendens, sed vt æquales, non debetur talis reuerentia, ideo non est simile, & ita in hoc posset dispensari promptius si aliqua sufficiens causa occurreret, de affinibus a fortiori dispensabitur adueniente causa, vt dictum est.

Secundo quia inuenimus in his gradibus contra factum & licuisse, & tamen in ascendentibus, & descendentibus, nunquam inuenimus factum: nam in principio sęculi frater & soror inter se contrahebant, nam nulli alij erant, qui possent contrahere: si tamẽ fuisset de se malum coniũgi fratrem, & sororem instituisset Deus genus humanum in quatuor indiuiduis, s. duobus viris, & duabus fęminis, & filij istorum coniungerentur, & non esset commixtio fratrum, de ascendentibus, autem nunquam inuenimus factum cũ descendentibus, quin reprehendatur, sicut quando Loth cõcubuit cũ duabus filiabus, & geniti sunt inde Moab, & Ammon: Gene. 19. cap. Nam ibi excusatur Loth, s. quòd non vidit, quãdo filias cognouit carnaliter, quia eum inebriauerant, ac si dicatur si sciens egisset, esset res detestabilis nullam recipiens excusationem, quia tamen ipse fuit ignorans propter ebrietatem, aliqualiter excusatur non tamen omnino, quia vt dicit Aug. contra Faustum tantum est culpandus Loth, quantũ ebrietas illa meruit non quãtum incestus, & habetur 15. quęst. 1. cap. inebriauerunt. Inebriauerunt Loth filiæ eius, & se nescienti miscuerũt, qua propter culpandus est quidem, non tamen quantum ille incestus, sed quantum ebrietas illa meretur. Filias autem excusari non est opus, sed dicere, quòd peccauerunt: nam de Loth est necessaria aliqua excusatio, aut saltem expediens eo, quòd sacra scriptura vocat eum virum iustũ secunda Petri. 2. cap. Et iustum Loth oppressum a nefandorum iniusta ac luxuriosa conuersatione eripuit, aspectu enim & auditu iustus erat. De filiabus autem non constat, quòd essent iustæ; ideo non est necesse

F eas excusari a peccato, cum & in alijs possemus cõ-
dere eas peccasse, sed aliqua alleuiatio peccati ea...
est inquantum putauerunt, quòd nullus homo ...
to orbe manebat, nisi ipsę, & pater suus, & sic a...
ret genus humanum, aut necesse erat eas com...
ri patri suo. Hac intentione egerunt: Gen. 19. cap. ...
xit maior ad minorem: pater noster senex est, & n...
lus virorum remãsit in terra, qui possit ingredi ad ...
iuxta morem vniuersæ terræ: veni inebriemus eu...
vino dormiamusque cum eo, vt seruare possimus ...
patre nostro semen.

In primo gradu, & in cæteris consanguinitatis, & affinitatis ...
pa potest dispensare. sed non debet, nisi cum maxima ne-
G *cessitate, & maxime non debet dispensare in*
gradibus in quibus Iudæi, & infideles
abstinent, & quare. Qõ. C LII.

CIRCA dispensationem ergo dicẽdum, qu...
inter ascendentes, & descendentes non p...
sit fieri ex causis dictis: in gradibus autẽ c...
nibus consanguinitatis, & affinitatis fieri p...
sit, & tamen non expedit fieri, nisi interdum ma...
causa subesset: simile dicit Leo Papa, & habetur ...
cap. sicut quędam, s. Sicut quędam sunt, quæ nulla ...
sunt ratione cõuelli, ita multa sunt, quę pro necessi...
te tempore, aut consideratione ętatum oporteat te...
perari.

Sed vnum aduertendum est, quòd Ecclesia nõ d...
H bet dispensare, licet possit, vt contrahatur in illis gra...
bus, in quibus infideles Iudęi, & pagani abstinent a...
iugio. Et ratio est, quia abstinere a quibusdam pers...
nis videtur pertinere ad quandam sanctitatem, & ca...
tatem, quanto a pluribus autem abstinetur, tãto ap...
ret maior sanctitas, sed turpissimũ est, quòd inter in...
deles appareat maior castitas, & mũditia quam in E...
clesia Dei, ergo non debet dispẽsari, vt aliqui Christia...
ni contrahãt in illis gradibus, tam affinitatis quam co...
gnationis, in quibus infideles putant illicitum esse si...
bijpsis coniungi, quia Ecclesia Christi debet eminere
in omni sanctitate super infideles, nam Christus acce...
pit Ecclesiam sanctificans eam in lauacro spiritus, ita
vt non haberet maculam, & rugam, aut aliquid huius...
I modi: ad Ephe. 5. cap. Et ista sanctitas licet debeat esse
in omnibus, ita vt infideles admirentur conuersatione...
Christianorum. prima Petri. 2. cap. s. Conuersationem
vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quò...
detractant de vobis, tãquam de malefactoribus, ex bo...
nis operibus vos considerantes glorificent Deum in
die visitationis: tamen principaliter debebat esse in ab...
stinentia ab operibus carnis. secunda Petri. 2. c. s. Obse...
cro vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere ...
carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam.
Et hoc ita seruabant Christiani in primitiua Ecclesia:
tanta enim erat eorũ continentia ab operibus carnis,
quòd gentiles de hoc mirabantur, sic patet prima Pe-
K tri. 4. c. s. sufficit enim præteritum tempus ad volunta-
tem gentilium consummandam, qui ambulauerunt
in luxurijs, desiderijs, vinolentijs, comessationibus, &
potationibus, & illicitis idolorum cultibus, in quo ad-
mirantur non concurrẽtibus vobis in eadem luxuriæ
confusione blasphemantes.

Et ideo peccatum esset siquis istam puritatem de...
Ecclesia tolleret dispẽsans, vt in illis gradibus cõtrahi
possit, in quibus infideles non putãt esse matrimoniũ,
sed fornicationem, vel incestum; ideo licet non defi-
ciat potestas Ecclesiæ ad dispensandum si expediret,
non debet dispensare, quia regulariter non expedit.

Et patet istud fundamentum, quia Apostolus eru-
bescit, quod sit inter fideles aliquod peccatum, quod
non

non sit inter gentiles, quasi maior sanctitas appareat inter infideles, quam in Ecclesia, & ex hac parte dure arguit, vt patet prima Corinth. 5. cap. s. omnino auditur fornicatio iter vos, & talis fornicatio, qualis neque inter gentes nominatur, ita vt vxorem patris aliquis habeat. Et ita ex illa parte Apostolus ostēdit peccatum esse graue, quia non erat adhuc inter gentiles talis fornicatio, sed hoc fieret si apud Christianos dispensetur, vt aliqui in illis gradibus cōtrahant, in quibus infideles, & gentiles reputabant esse illicitū coniungi, & ita non solum in primo gradu consanguinitatis dispensari non debet, sed neq; etiam in hoc modo affinitatis, vt quis accipiat nouercam suam in vxorem post mortem patris.

De sensu verborum D. Pau. 1. Corinth. 5. Omnino auditur inter vos fornicatio &c. Quæst. CLIII.

SEd objicietur, quòd Apostolus non arguit ibi contractum matrimonium cum nouerca, sed fornicationem, sine matrimonio, cum dicatur auditur inter vos fornicatio qualis neque inter gentes nominatur.

Dici potest vno modo, quòd agitur ibi de matrimonio, accepit enim eam in vxorem, & tamen istud vocatur fornicatio, quia cum contrahatur matrimonium inter illas personas, quibus non est licitum cōiungi non est matrimonium, sed fornicatio, vel incestus, & quia non licebat accipere nouercam in vxorem, si acciperetur, esset fornicatio.

Secundo patet idem, quia dicitur auditur fornicatio inter vos, qualis neque inter Gentes nominatur, & ita inter Gentiles istud habebatur, vt fornicatio si fieret, & tamen Gentiles non iudicabāt peccatum esse fornicationem simplicem, sed adulterium, vel incestum, aut huiusmodi, s. siquis cognoscat volentem illam mulierem sine fœdere matrimonij, quam neq; in coniugem, licet accipere: ergo sicut cum nouerca malum esset fornicari, sine fœdere matrimonij inter Gentiles, ita esset illicitum eam accipere in vxorem, & ideo semper procedebat argumentum, quia si inter Gentiles reputabatur illicitum contrahere cum nouerca, multo magis illicitū reputabitur inter Christianos.

Alio modo potest dici, quòd argumentum procedit etiam si intelligamus, ꝙ non erat matrimonium, sed fornicatio, etiam si diceretur, quòd aliquis cognosceret vxorem patris sui, idest nouercam, illo viuente, sicut Ruben cognouit Balam vxorem patris sui Iacob, Gene. 35. cap. propter quod Iacob in morte maledixit ei. Gene. 49. cap. s. non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius: isto enim modo non ostendetur, quod non liceat accipi nouercam in vxorem, quasi sit illicitum inter Gētiles, quia hoc non concluditur, sed inferetur illa regula generalis, quia illud, quod inter infideles, vel Gentiles reputatur illicitum, debet multo magis inter fideles reputari. Et ita manebit, quòd si aliqui gradus reputantur illiciti ad contrahendū inter Paganos, & Iudęos, multo fortius inter nos debent reputari, & ideo in illis non debet dispensari, quia tunc ostenderetur Ecclesia minoris sanctitatis, & puritatis quam sit status infidelium, quod Apostolus reputat magnū inconueniens. nō igitur debet in talibus dispensari licet Ecclesia potestatem habeat ad hoc. Secundo patet illud principaliter, quia potestas data est ministris Ecclesiæ ad ædificationem, non ad destructionem, sicut Apostolus dixit, sibi ipsi traditam secunda Corinth. 10. cap. & ideo solet dici, quòd Papa non potest dispēsare in his, in quibus decoloratur status Ecclesię, siue contra vniuersalem statum Ecclesiæ, vt dicit Glo. de restitutio. spoliato. capi. literas super parte non potest dispensare, & solet ad hoc allegari illud cap. sunt quidam. 25. q. 1. & tamē si fiat aliquid, in quo Ecclesia appareat minoris sanctitatis, quam infidelium status, decoloratur valde status Ecclesiæ, sed tale est si dispensetur, vt contrahant aliqui fideles in gradibus, in quibus ipsi infideles non contrahunt, & iudicant illicitum esse contrahere, ergo non debet in illis gradibus, aut cū talibus personis dispensari.

[ma]rgin: ...ecunda ratio ad secundā partem conclusionis positæ, q. 152.

Solutio ad motiuum primæ opinionis positæ, supra quæst. 149. dicto cap. literas, de restitutione spoliatorum. Quæst. CLIIII.

NVnc redeundum ad respondendum ei, quod dicebatur in cap. literas, extra de restitut. spol. cum dicitur: quando aliquis cōsanguinitatis gradus obijcitur, in quo sedes Apostolica dispensare non potest, neque consueuit. Dici potest vno modo, quòd Papa non asserit ibi esse aliquem gradum consanguinitatis, in quo nō possit dispensare, sed illud ponitur ibi iuxta verba proponētis quæstionem, quod patet, quia dicitur rescripto apostolico postulas edoceri, vtrum quādo aliquis gradus &c. & etiam postea eod. cap. dicitur, cum in illis dispensari non possit, & in his valeat dispensari. Nam illud non dicitur secundum intentionem Innocentij condentis illam decretalem: sed est opinio quorundā quam ipse ibi inducit, nam duas opiniones ibi inducit, & neutram quantum ad principale approbat, neq; reprobat: & patet, quia dicitur, opinioni autem vltimę non incongruè videtur adaptari.

Secundo potest dici, & melius, quòd ista verba sunt de intentione Innocentij Tertij conditoris illius Decretalis, & hoc est verum, quia quando ipse vult ostendere secundum opinionem esse quantum ad aliquid rationabilem, dicit: opinioni autem vltimæ non incōgrue videtur adaptari, vt in gradibus consanguinitatis diuina lege prohibitis restitutioni aditus præcludatur si in constitutione interdicti humana restitutio locū habeat cum effectu, & sequitur ratio cū in illis dispensari non possit, & in his valeat dispensari.

Sed tunc dici potest, quòd Innocentius dixit ibi, ꝙ non poterat dispensare Papa, idest, nec decebat, neq; expediebat, & hoc colligitur aliqualiter ex verbis eius in principio cap. cum dicitur, quando gradus consanguinitatis obijcitur, in quo sedes Apostolica dispensare non potest, nec etiam cōsueuit: Nam si poneretur ibi propriè non potest superuacuum esset, quod additur, neque consueuit: nam si non potest, nullo modo faciet, quia velle hoc facere esset aperte errare, & tamen non debet poni aliquid superfluum in verbis iuris, ideo debet alio modo intelligi, s. vt non sit superuacuum aliquid.

Et erit sic, quòd intelligatur non potest, s. honeste, & tamen potest de plenitudine potestatis, cum nō sit arctata in hoc casu potestas Papæ, & tamen Papa non vult facere, nisi quod est honestum, & expediat, & qa stante honestate nō potest fieri dispensatio in talibus, dicitur, quòd Papa non potest dispensare, & tunc conuenienter additur, nec consueuit, quia licet non esset honestum, vel expediens, quòd in hoc dispensetur, cum tamen Papa hoc possit, interdum tamen dispensaret, & si hoc fecisset aliquando præsumeretur, quòd alibi facere vellet in similibus casibus, & tunc non haberet tantam difficultatem quęstio illius. c. literas. sed esset sicut, quando obijcitur solum gradus vetitus humanæ constitutionis, & in illo casu respōdet ibi Papa,

quòd

quòd non peccat, qui in hoc articulo ad mandatum Ecclesiæ reddit debitum coniugale. Ideo vt excludatur ille casus,& fiat questio difficilior, dicitur de gradibus, in quibus non potest Sedes apostolica dispensare,s.non potest seruata honestate,& eo, quod expedit,neque etiam consueuit,s.quia nunquam voluit in talibus vti plenitudine potestatis. Nam tunc etiam si Papa iubeat mulieri commisceri viro suo,non intelligitur dispensare in impedimento matrimonij, quod inter eos est,& alter coniugum, vel vterque esse scit: nam si consueuit circa talia dispensari,posset credi, q̃ & tunc dispensabat, & ita manerẽt licite coniuges in actu matrimoniali,& potius deberet, qui tale impedimentum non erat reddere debitum, quam sustinere sententiam excommunicationis,quia tamen in casu illo Sedes apostolica nunquam consueuit dispensare,non debet credi, quòd dispenset iubendo reddere debitum. Et ita manet questio difficilis, & respondetur postea,quòd sciẽs impedimentum istud potius debet humiliter sustinere sententiam excommunicationis, quam debitum reddere eod.c.literas.

Quæ sunt illa,in quibus Papa,seu Ecclesia non potest dispensare,etiam si vtatur plenitudine potestatis. Et quæ sunt, in quibus potest dispensare,sed non decet,vt dispenset, & quando Papa abutitur potestate sibi concessa, & peccat, & nihil prodest dispensatio,& quando errat clauis, & quando non.

Quæst. CLV.

CIRCA prædicta sciendum,quòd quidã sunt, in quibus Papa,aut Ecclesia dispensare nullo modo potest,etiam de potestate plenissima, vel absoluta, & in talibus Papa dispensando nihil facit,sed potius errat, & peccat mortaliter, & nõ prodest dispensatio ei, cui fit quantum ad Deum neque quantum ad Ecclesiam militantem. Alia sunt,in quibus Papa dispensare potest,sed nõ decet,vt dispenset,neque expedit,& si in talibus de facto dispẽset poterit quidem tenere dispensatio,& tamẽ Papa peccat abutendo potestate sibi concessa.

Collige hic, qñ errat clauis Papæ.

De primis patet,sicut in his, quę dixit Christus, & in his quę Apostoli dixerunt ex Christi mandato, nõ faciẽdo statuta cęremonialia, & in illis, quę Christus aperte non dixit,aut Apostoli, & tamen doctores sacrę Scripturę subtiliter inquirentes ostendũt ea fuisse de intentione Christi: nam si in his vellet dispensare faceret contra mandatum Christi, in quo nullus potest dispensare,nisi ipsemet Christus, cũ cęteri sint eo inferiores,aut minores, sic dixit Vrbanus Papa,& habetur 25.quæst.1.sunt quidam,s.Sunt quidam dicẽtes Romano pontifici semper licuisse nouas leges cõdere, quod & nos non solum non negamus, sed etiã valde affirmamus,sciendũ vero summopere est, quia inde nouas leges condere potest vnde Euangelistę aliquid nequaquam dixerunt,vbi non aperte dominus, nec eius Apostoli, & eos sequentes sancti patres sententialiter aliquid diffinierunt,ibi non nouam legem Romanus pontifex dare,sed potius, quod prædicatũ est vsque ad animã, & sanguinem confirmare debet, si enim, quòd Apostoli docuerunt, & prophetę,destruere(quod absit)niteretur non sentẽtiam dare, sed magis errare conuinceretur.

An Papa possit contra dicta Apostolorũ dispẽsare, & q̃ in dictis pure moralibus aut in his q̃ sunt de

Sed quod dicitur de dictis Apostolorũ, quòd non liceat contra illa dispensare est intelligendum, quando continerẽt doctrinam moralem, secus si cęremonialem, quia tunc potius ipsi instruebant Ecclesias illas,quibus scribebant, quam darent documentũ omnibus catholicis, & in talibus Papa potest dispensare, sicut Apostolus dixit non esse ordinandum bigamũ, nec homicidam. Prima ad Timo.3.cap.& tamen cer-

F tum est,quòd Papa potest in his dispensare,& alio... do dispẽsauit,& dispẽsat. Causa huius est, quia ... non potest dispensare in lege superioris,equalis ... potest dispensare in lege sui ęqualis, quãdo in eade... iurisdictione, vel potestate succedit. Christus autem ... est maior omnibus,ideo siue mandaret aliquid mo... le,siue iudiciale, siue cęremoniale non erat dispen... bile. Secus de Apostolis, quia illi non sunt in pote... te maiores summo pontifice,licet sint maiores in ... ctitate, quia summus pontifex est Petro equalis in p... testate, & tamen Petrus non erat minor aliquo Apo... stolo in potestate,sed aut maior omnibus, aut saltem ... ęqualis, ideo Papa nõ erit minor aliquo Apostolo ... potestate,ideo poterit Papa dispensare in dictis Apo...

G stoli, si illa non continent doctrinam moralem, ... tunc non est illud dispensabile, cum talia sint de ... naturę,& lex naturalis nõ est dispensabilis per ali... quia est lex a Deo data in cordibus nostris, ad Ro... 2.c.in lege autem Dei nemo potest dispensare, ... ille est superior.

Etiam si Apostolus poneret mãdatum aliquod ... remoniale,& constaret, quòd illud dicebat de inte... tione Christi,non erat dispensabile, hoc voluerunt ... telligere quidam iuristę, licet non ita aperte dixe... forte nescientes distinguere,sicut 25.quęs.1. sunt ... dam. iam allegato, vbi dicitur, quòd potest Papa ... tuere legem non dicendo contra Apostolos, sed ... tra eos non potest, dicit ibi Ioannes in Gl. potest ... sustineri, quòd Papa contra Apostolum dispensat ...

H tamen in his,quę pertinent ad articulos fidei. De... set autem melius dicere, non tamen in moralibus ... aut in his,quæ sunt de voluntate Christi: nam si ... sit pure morale, etiam si constaret,quòd Christus ... dixisset illud,& diceret Apostol⁹, teneremur ad il... & non esset dispensabile, quia tale etiã si neque Ch... stus, neque Apostolus diceret obligabat indispensa... biliter,sicut est de illis, quæ continentur in decalogo ... antequã daretur a Deo. Sic etiã si aliquid dicat Apo... stolus,quod pateat de intentione Christi esse, ... Apostolus hoc significat,est indispensabile, ... cunque sit cęremoniale,modum tamen supra posi... loquendi tenent communiter iuristę, sic patet in ... cap.literas.de resti.spol.

I

An Papa possit dispensare in dictis sanctorum doctorum ... & contra ... clesiæ sacram Scripturam interpretantium, & de intellectu mirabili capi... cta eorum dare legem,et de intellectu mirabili capituli quidam 25.quæst.1.

Quæst. CLVI.

QVOD autem dicebatur, & eos sequentes sancti patres sententaliter aliquid diffini... runt, aliqui male intelligunt dicentes ... ctos patres, idest summos pontifices se... tes eos,s.succedentes Petro,& tunc esset sensus ... Papa non posset dispensare in cõstitutione fac... aliquem suum antecessorem, cum omnes illi ... tres sequentes,idest successores Petri. Sed istud est ...

K sum,quia par in parem non habet imperium: om... enim summi pontifices sunt ęquales in potestate, ... quisque eorũ tempore suo sit vicarius Christi in ... ris,ergo non potest aliquis eorum prescribere legem ... alteri,a qua non liceat ei recedere. poterit igitur vnus ... in lege alterius dispensare immo eas cassare.

Ex hoc etiam apparet error quorundã qui putant ... quod Papa non dispensare possit contra statutum ge... nerale Ecclesiæ: nam potest dispensare immo tollere ... illud in totum: sic enim Innocentius Tertius cassauit ... constitutionem totius Ecclesiæ, s.de non contrahen... do in septem gradibus cognationis reducendo vsque ... ad quartum gradum. extra de consang. & affini.c.nõ debet.

debet.&ita dicit Glosa 25.quæst.1.cap. sunt quidam.

Secundo patet, quòd non sit ille intellectus literæ, quia tunc, quando ratio redditur etiam de hoc diceretur, sed non dicitur, immo solum de Apostolis, & prophetis, s. si enim, quod docuerūt Apostoli, & prophetæ destruere (quod absit) niteretur non sentētiam dare, sed magis errare conuinceretur. Et ita non dicitur ibi de successoribus Petri, s. alijs pontificibus prædecessoribus suis.

Ideo dicendum, quòd sensus literę est, quòd sancti patres vocentur omnes sancti doctores, vt Hieronymus, Hilarius, Ambro. August. Gregorius, & alij, qui exposuerunt dicta Christi, & Apostolorum in sensu sano, & catholico, nam quando isti ostendunt aliquid sensisse Christum, vel Apostolos ratione, vel scripturis illud deducētes aperte, licet Christus, aut Apostoli istud expresse non dixerint, Papa non potest dispensare, aut legem condere contra id, quod isti dicunt, quia illud esset legem cōdere contra dicta Christi, & Apostolorum, cum illud necessario sequatur ex dictis Christi, & Apostolorum, & tūc exponitur litera illa, scilicet, quòd sancti patres, idest; & doctores, qui vocātur patres, quia nos doctrina gignunt formādo in nobis Christum. Vocantur isti sequentes eos, idest Christum, & Apostolos, & sequuntur quantum ad sententiam exponendo illorum dicta. Et bene dicitur sequētes eos, quia si doctores aliquid dicant, quod non manifeste deducant ex dictis Christi, aut Apostolorum non est necesse stare eis, sed potest Papa legem cōdere contra dicta eorum, quia in hac parte Papa est superior eis, cum a se dicant, & non ostendāt maiorem auctoritatem. Cum autem probant ex dictis Christi, vel Apostolorum, quod volūt, sunt superiores Papa, quia non ipsi dicunt, sed Christus, ideo sicut nō potest Papa legem condere contra dicta Christi, nec dispensare in eis, ita neque potest contra dicta horum dare legem, & tunc bene applicatur id, quod redditur eod.c. pro causa, s. Si enim, quod docuerūt Apostoli, & prophetæ, quod absit, destruere niteretur, non sentētiam dare, sed errare conuinceretur. Non dixit ibi de dictis Christi, sed de dictis Apostolorum, & prophetarum, quia de dictis Christi nulli dubium erat, quòd nemini licebat contra ea quicquam dicere. De dictis autem Apostolorum, & prophetarum poterat magis dubitari, ideo de illis dixit. Nō dixit autem de dictis sanctorum patrum, quia intelligebatur ex pręcedentibus. nam dicta illorum non accipiuntur hic, vt firma, nisi inquantum ipsi sequuntur Christum, & Apostolos, s. ex dictis eorum concludunt, quod dicunt, & tunc cōtra eorū dicta dispensare non est, nisi cōtra dicta Christi, & Apostolorum dispensare, sed si contra hæc doceat, vel statuat Papa ostendit seipsum errare, ergo idē erit si cōtra doctrinam istorum doctorum aliquid dicatur, ideo non oportuit in redditione causę exprimi de illis. Hęc igitur sunt, in quibus Papa nullo modo potest dispensare, neque bene neque male, quia potestas sua non se extendit ad hoc: nam dispensaret in lege sui superioris, quod non potest.

Quæ dispensabilia sunt per Papam, tamen dispensari non debent. Quæst. CLVII.

ALIA sunt, in quibus Papa dispēsare potest, idest potestas sua extendit se ad illud, & tamen non expedit, quòd dispenset, quia dispensando male faceret, & peccaret, sicut si Papa vellet tollere omnes constitutiones suorum antecessorum reuocando omnia, quæ sunt scripta in libris iuris, & omnia statuta quibus reguntur Ecclesiæ, faciendo alia statuta non ita bona, certum est, quòd

A potestas sua ad hoc sufficit: nam nullus predecessor suus fuit maioris potestatis, ergo nullius lege potuit obligari, & sic omnes eorum leges, aut statuta quantumcunque bona, dū tamen sint pure positiua, potest reuocare introducendo alia non tam bona, neq; tam vtilia Ecclesiæ Dei.

Dixi autem de statutis pure positiuis, quia aliquid iusserunt pontifices, & scriptum est in iuribus, quod non est pure positiuum, sed vel est dictum a Christo, vel ab Apostolis, vel est de lege naturę, in talibus non potest aliquid immutari, & hoc licet recitentur in constitutionibus factis a pontificibus, non habent auctoritatem ab eis: nam etiam illis non statuentibus seruarentur, & necesse erat seruari. Sed pure positiua B statuta, vel statutorum partes dicuntur ea, quæ ita cōstituta sunt ab aliquo pontifice, quod si ab eo non cōstituerentur, nullo modo obligarent, & de his est verum, quòd quilibet pontifex potest reuocare omnia, quę statuerunt prædecessores sui, quia nullius eorum lege obligari potuit cum non sit in potestate minor.

Si tamen aliquis Papa reuocaret omnia, quæ scripta sunt in libris iuris statuta a suis pontificibus prędecessoribus nihil super his statuendo, vel faciendo non tam bonas leges, certum est, quòd peccaret mutādo bonum in malum, & reducendo Ecclesiam ad deteriorem statum: peccaret enim iste per malam administrationem, & tamen quandiu pontifex esset, potestatem haberet ad hoc. De his ergo dicitur, quod potest dispensare, sed non debet, quia non expedit, immo, C ꝓhibitum est pontifici in talibus dispensare, sicut prohibitum est ei peccare mortaliter. Simile est de retinēdis, vel non retinendis coniugibus infidelibus post ꝯuersionem alterius coniugis ad fidem, nam non est illicitum abijcere recedendo ab infideli cum dominus non vetuerit, sed licentiam dederit recedendi, nō expediebat tamen recedere, aut dimittere maxime in Ecclesia primitiua, quia quamuis liceret per legem iustitię non expediebat per legem charitatis, & tantarū virium fuit hoc non expedire, quia Apostolus vetuit recedere, vel dimittere prima Corinth.7.ca. quia non expediebat quamuis non esset illicitum dimittere, sic dicit August. in Epistola ad Pollētium, & habetur 38. D quæst.1.cap. iam nunc. & cap. sic enim. Ita est nunc de gradibus vetitis in veteri lege: nam magna honestas est, quòd seruentur illi gradus, vt non contrahatur in eis, tum quia Deus etiam illi populo rudi, & imperfecto ostendit non licere coniungi in illis gradibus, & multo fortius erit nobis inhonestum in illis coniūgi, quibus debet inesse maior honestas. Tum quia infideles communiter abstinent ab illis gradibus, & reputant fornicationem esse commixtionem in his gradibus, & tamen in nobis maior puritas debet apparere quam in alijs, ideo non debemus in his gradibus coniungi, & dispensari in hoc nihil aliud est quam Ecclesiam reddere minus honestam quam statum infideliū, & in isto sensu optime dixit Innocentius Tertius in alleg. c. literas, quòd occurrit gradus consanguinitatis, in quo nō potest Sedes apostolica dispensare, idest E poterat per potestatem, sed non potest per honestatem. — Intellectus ad ca. literas. de restitu. spoli.

Et quia hoc vult posse, quod seruata honestate, & bona administratione potest, dicit sedem Apostolicam non posse in his dispensare, & in isto sensu optime dicit, & ita etiam exponetur alia particula eiusdē capitu. literas, scilicet in his non valeat dispensari, idest non possit seruata honestate, & tamen ex plenitudine potestatis poterit dispensari.

Non est necesse quicquid Papa asserit esse verum, immo in decisionibus causarum sæpe inueniuntur errasse, & contrarias opiniones habuisse. Quæst. CLVIII.

SI tamen diceret aliquis, quòd intentio Innocētij est, quòd nullo modo Papa possit in his dispensare, idest nō sufficiat potestas eius ad hoc. Dicendum esset, quòd non erat verum, quòd ille putaret, sed deciperetur nesciens quantum se extenderet potestas sua, & istud non est inconueniens, quia non est necesse verum esse quicquid asserit pontifex Romanus. Et patet primo, quia habuerunt circa eandem rem contrarias opiniones diuersi pontifices, & tamen non possunt contraria, vel contradictoria simul esse vera, ergo aliquis illorum tunc errabat. Patet hoc, vt in allegat. cap. literas de resti. spo. & in c. quanto. de diuort. vbi ponuntur contrariæ opiniones pontificum circa eandem rem.

Secundo, quia licet Romanus pontifex habeat maiorem potestatem a Deo quam aliquis de viuētibus, tamen non habet ampliorem cognitionem veritatis, ideo si diceremus, quòd aliquis homo esset condens legem, in qua non posset dispensare Papa, esset error, quia ostenderemus esse alterum maioris potestatis q̃ sit Papa. etiā si diceremus, quòd aliquis homo esset, qui posset dispensare in quacunque lege, quam faceret Papa, esset error, quia ostenderemus esse aliquem æqualem Papę in potestate. si tamen dicamus, quod aliquis homo est, qui scit abundantius quā Papa quantum se extendat potestas eius, non est inconueniens, quia in hoc non damus ei maiorem potestatem, sed maiorem scientiam, & tamen dare maiorem scientiā alteri quam Papæ non est inconueniens. De mortuis manifestum est, quia quilibet de beatis certum est, ꝙ plenius cognoscit ea, quæ ad Papam pertinent quam Papa, & quam quilibet viuentium, & tamen nullus de beatis habet potestatem vllam in Ecclesia. De viuentibus etiam patet, quia multi alij sunt doctiores, quam Papa, siue per studium literarum, siue per diuinam illuminationem.

Tertio, quia potestas Papę non est ex statuto Papę, sed ex concessione Christi, Papa quidem potest dare potestatem magnam, vel paruam prælatis alijs inferioribus, sed sibiipsi non potest dare potestatem: si enim sibiipsi potestatem dare posset, nunc immēsam potestatem daret. & tūc verum esset, quòd nemo melius potestatem Papæ nosset, quam ipsemet, & standum esset simpliciter dicto eius de magnitudine, vel paruitate potestatis suæ, & erraret siquis diceret non esse talem, aut tantam potestatem quantum ipse diffiniret, sed potestas Papę quę est potestas Petri est a Christo, quæ ostenditur ex verbis eius in Euangelio, & tamen literam Euangelicā alij intelligunt melius quam Papa, & difficultates, quæ circa illā sunt. ergo aliquis poterit de potestate Papę loqui verius, & certius quam ipse qui Papa est, sicut aliquis est non Episcopus, qui melius nouit Episcoporum potestatem quam aliquis Episcopus.

Quarto patet, quia ista est regula, quòd circa ea, quæ sunt iurisdictionis magis est standum Papę quā alicui viuenti, & tamen quātum ad determinationes veritatis etiam in sacra Scriptura magis est standum dictis virorum doctorum, quam Papæ, sic diffiniuit Gratianus 20. dist. c. decretales. in fi. dicens: Apparet, quòd diuinarum scripturarum tractatores, & si scientia pontificibus præemineant, tamē quia dignitatis eorum apicem non sunt adepti, in sacrarum Scripturarū expositionibus eis præponuntur, in causis vero diffiniendis secundum post eos locum merentur. Et ita tenet ibi Glosa in principio summę, scire tamē de po-

F testate Papę nō pertinet ad diffinitionem causa[rum]
quia Papa non tribuit sibi potestatem per senten[tiam]
suam, sed pertinet ad cognitionem sacrę Scrip[turæ]
in qua habetur cōcessio potestatis datę Petro, c[uius]
accipiunt omnes successores sui æqualiter, ergo c[irca]
hāc magis poterit dicere veritatem aliquis vir doct[us]
expositor sacrę Scripturæ, quam aliquis Papa, qui [non]
est tam doctus, & magis credemus ei.

An sit magis standum dicto Papæ, quam cuiuscunque alterius doct. circa cognitionem Scripturæ sacræ. Quæst. CLIX.

G SED obijcietur, quòd etiam circa ea, quæ [...]
in veritatis cognitione magis sit stādum P[apæ]
quam alicui viuenti: nam non sunt diffi[ciliores]
res dubitationes, quam circa fidem, & ar[ticu-]
los fidei, & in quibus maius vertatur periculum, [&] ta-
men in his diffinire pertīnet ad Papā, & non ad a[lios]
sic patet extra de baptismo, & eius effectu. cap. m[aiores]
res, s. Maiores Ecclesiæ causas præsertim articul[os]
dei contingentes ad Petri Sedem referendas in[telli-]
git, qui eum quęrēti domino, quem discipuli di[cerent]
ipsum esse, respondisse notabit, tu es Christus f[ilius]
Dei viui, & pro eo dominū exorasse, ne deficia[t fides]
eius. Idem patet 24. quęst. 1. cap. quotiens, s. Quoti[ens]
ties fidei ratio ventilatur arbitror omnes fratre[s &]
omnes coepiscopos vestros non nisi ad Petrum, [id est]
ad sui nominis, & honoris auctoritatem debe[re re-]
H ferre.

Dicendum, quòd in discussione duriorum, quę [cir-]
ca articulos fidei, aut alia pertinentia ad sacram S[cri-]
pturam veniunt, duo possunt cōsiderari, vnum e[st in-]
uentio, & diffinitio veritatis, aliud est coertio ad [...]
dum id, quod determinatum fuerit, vt verum. Q[uan-]
tum ad primum, dicendum quòd multi sunt, qu[i fa-]
cilius, & verius determinare possint dubia circa ar[ti-]
culos fidei, quam qui Papa est, quanto maiori sc[ientia]
literarum, vel diuino lumine vigent, sed quantum [ad]
secundum, nemo est, qui facere possit, nisi Papa, qu[ia]
ea, quę sunt fidei, debent teneri ab omnibus fidelibus
sicut fides omnibus est necessaria, sine qua nō est p[os-]
sibile Deo placere, ad Hebrę. 11. cap. & tamen nem[o]
I est, qui habeat auctoritatem super omnes fideles, [nisi]
Papa, ideo nemo poterit coercere omnes ad tenen[dum]
aliquid pro vero, & articulo, nisi ipse, & in hoc [...]
verum est, quòd ad solam Sedem apostolicam p[erti-]
net in dubijs talibus diffinire, s. quod diffinitum [...]
rit, iubere ab omnibus teneri, & tunc non est Pap[a]
qui veritatem inquirit, sed viris peritis in diuini[s]
ris istam discussionem cōmittit. Quod vero p[er]
inuentum fuerit, vt verum, & sacrę fidei con[so-]
diffinit Papa esse veritatem catholicam, & iube[t om-]
nibus illam tenere, vt veritatem catholicam, quod [pe-]
riti viri facere nō possunt, sed ipse solus. Et iste est [sen-]
sus in alleg. capitu. quoties, s. quoties fidei ratio ven[ti-]
latur arbitror omnes fratres, & coepiscopos nost[ros]
K non, nisi ad Petrum, idest ad sui nominis, & hono[ris]
auctoritatem referre debere, veluti nūc retulit ve[stra]
dilectio, quòd per totum mundum possit Eccle[siis]
omnibus prodesse. Quasi dicat, ista fuit causa dicendi [...]
quòd referri debet ad Sedem apostolicam, scilicet, [quia]
id, quod de fide determinaretur posset prodesse om-
nibus Ecclesijs per mundum, quod non fieret, si p[er]
aliquem alium determinaretur, cum nulli subijcian-
tur omnes particulares Ecclesiæ, nisi Papæ. Sic autem
esset in pręsenti de potestate Papę in dispensando: si
enim in dubium verteretur, an Papa posset dispensa-
re in gradibus consanguinitatis vetitis in veteri lege,
& ipse super hoc habita diligente discussione, quem [...]
admo-

admodum consueuit in determinando ea, quæ sunt fidei, determinaret hoc, vel illud, magis staremus determinationi suę, quam alicuius viri periti, & tamen quãdo aliquid tale Papa inducit, non de principali intentione, sed accidẽtaliter, vel in confirmationem alicuius, quod intendit, non est inconueniens, quòd erret, nesciens veritatem, & ita in præsenti in cap. literas de resti. spo. non intendebat Papa disffinire, an esset aliquis gradus consanguinitatis, in quo ipse dispensare non posset, neque de hoc quærebatur, sed solum quãdo obijcitur aliquis gradus consanguinitatis diuina lege prohibitus ei, qui petit restitutionem coniugis, an debeat fieri restitutio, vel non, hoc ibi quęrebatur, & ob hoc Papa dixit ibi incidentaliter esse aliquos gradus, in quibus non possit Sedes apostolica dispensare, talia autem non sunt ibi, quæ diffiniuntur, sed quæ inducuntur in pręsumptionem, vel cõfirmationem eorum, quæ diffinienda sunt, & in illis aliquando errant summi pontifices, non sufficienter intelligendo scripturas sacras, manet tamen eis semper saluum, & liberum, quod potestatis est, quia id, quod ex potestate iubent non est verum neque falsum, sed bonum, aut malum, & ideo semper obligat mandatum eorum, quia in illo non errauerunt, quia fecerũt, quod potuerunt, & forte bene, & iuste, sed errauerunt in assertione quorundam, quæ ipsi non iubent.

An decimæ hodie sint de iure diuino, vel positiuo, et an nunc maneat obligatio eas soluendi, & quo iure seu obligatione soluuntur, & de nouo intellectu capituli parochianos de decimis. Quæst. CLX.

SIMILE patet extra de decimis capit. parochianos. vbi Alexander Tertius vult ostendere, vel supponere decimas esse nunc de iure diuino, dicens: Cum decimę non ab homine, sed ab ipso Deo sint institutę tanquam debitum exigi possunt. Ibi Alexander vnum supponit tãquam verum, aliud iubet tanquam bonum, & iustum: supponit tanquam verum, quòd sint decimę de iure diuino, & hoc non est verum, vt statim dicemus, iubet autem, vel statuit, quod tanquam debitum exigi possint, & hoc bonum est, & iustum, & ita tenentur ad eas soluendas fideles, sicut si essent vere debitę, immo sunt vera debita, quę populus Christianus debet Christo pro ministris suis, aut debet ministris pro ministerio, quod Deo pręstãt loco totius populi Christiani. Cum autem dicitur, quòd decimæ non sunt ab homine, sed a Deo, non est verum: nam per hoc vult inferre Alexãder, quòd sint de iure diuino, & nõ de iure positiuo, & cum dicitur quòd sunt a Domino institutæ petitur, an intellexit Alexander de nouo, aut veteri testamento, si accipiatur de institutione in veteri lege, confitemur illud, & tamen non sequitur inde, quòd in nouo testamento debeant solui, sed solum in veteri, ad hoc autem, vt concludat nunc esse debitas decimas tanquam a domino institutas, quod intendit Alexãder, necesse est, quòd dicat esse factam institutionẽ aliam de decimis in nouo testamento, aut illa, quæ tunc facta est duret nunc. Non stat primum, neque in Euangelijs, neque in verbis Apostolorum istud inuenitur, etiam siquis diligenter legat, nisi quis obiecerit de verbis Christi. Matth. 23. capitu. scilicet. Vę vobis scribæ, & Pharisęi hypocritæ, qui decimatis mentam, & anethum, & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis iudiciũ, misericordiam, & fidem, hæc oportuit facere, & illa non omittere. In quibus Christus videtur dicere decimas nunc deberi.

Decimæ ... n sunt ... odie de ... re diui- ... o.

Sed dicendum, quòd hoc non stat. Primo quia ibi non est institutio aliqua decimarum: nam dato, quòd

A asseremus eas debitas in testamento nouo, non posset dici, quòd per illa verba institutę erant, quia ille non erat modus institutionis, sed simplex relatio de eo, quod faciebant Pharisęi.

Secundo, quia neque per ista verba Christi ostenditur obligatio aliqua ad dandum decimas in nouo testamento, sed solum refertur ad statum veteris testamenti, in quo Pharisęi, & Scribę manebant, quibus Christus loquebatur, & tunc erant decimæ de iure diuino, & erat necessitas soluendi illas, & quia Christus arguebat eos, quòd attendebant ad minima, & contẽnebant grauissima, erant autem minima decimatio anethi, & mentę, putaret aliquis, quòd Christus asserebat nõ teneri Iudęos ad decimas, dixit oportuit hęc

B facere, idest decimare, & illa non omittere, scilicet misericordiam, iudicium, & fidem.

Tertio patet, quia adhuc ex verbis Christi ostendebatur, quòd illud referebatur ad tempora pręterita veteris legis, & non ad tempora sequentia noui testamẽti, cum dixit: Oportuit hęc facere, idest decimare: non enim dixit, oportet, quasi etiam nunc, & de cętero maneat ista obligatio. Et ad maiorem confirmationem apparet, quia soli duo Euangelistę hoc dixerunt, scilicet Matthęus, & Lucas, & sicut Matthęus 23. dixit oportuit, ita & Lucas 11. Vę vobis Pharisęi, qui decimatis mentam, & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium, & charitatem Dei, hęc autem oportuit facere, & illa non omittere.

C *Non solum circuncisio, sed etiam tota obseruatio legalis veteris legis cessauit. Quæst. CLXI.*

NEQVE etiam dici potest, quòd obligatio maneat ad nunc soluendum decimas ex illa Dei institutione in veteri testamento, quia etiam maneret obligatio ad soluendum ius primogenitorum, & ad circuncisionem, & ad obseruationem testamentorum, quia omnia ista a Deo simul in lege data sunt, sed omnia hęc cessauerunt, immo est peccatum ista obseruare ad Gala. 4. & 5. Si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit.

D Neque prodest, siquis dicat, quòd cessauit circuncisio, sed non omnia. Falsum est. n. qa tota obseruatio legalis cessauit. Primo quia sicut dicitur ad Gala. 5. ca. Si circuncidimini Christus vobis nihil proderit. & c. 4. dicitur de festiuitatibus Iudæorum non colendis. & cap. 5. dicitur generaliter de tota lege Moysi euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini a gratia excidistis, idest non habetis partem aliquam in Christo, neque in gratia, quę facta est per eum. Ioan. 1. s. in lege putatis aliquid boni esse ad iustificationem vestram.

Secundo, quia in principio Ecclesiæ primitiuę diffinitum fuit ex nomine spiritus sancti non obligari fideles ad obseruandum aliquid de lege Moysi, nisi quod abstinerent a sanguine, & suffocato. Actu 15. quod ẽt postea ablatum est, vt neque ad illam obseruantiam obligemur, ergo etiam tunc non manebant alia lega-

E lia, & sic ablatum erat pręceptum de decimis, quod erat vnum de illis.

Tertio, quia tota lex vetus ab eodem, & simul data est, ideo ablato vno omnia ablata fuerũt, sic Apostolus arguit ad Hebre. 7. trãslato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat. Sic dicitur extra de constit. c. trãslato. & sunt verba Augustini super Epistolam ad Hebręos, scilicet translato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat, quia enim simul, & ab eodem, & sub eadem sponsione vtraque data sunt, quod de vno dicitur necesse est, vt de alio intelligatur.

Quarto patet adhuc applicãdo specialiter ad ipsum pręceptum de decimis, nam si illud nunc duraret nõ daren-

darentur decimæ aliquæ sacerdotibus, quia Deus iubebat, quòd multę decimę darentur sacerdotibus, sed omnes darentur Leuitis, ipsis vero sacerdotibus dabantur quædam alia iura: Numeri 18. sed nunc sacerdotes pro maiori parte decimas percipiunt, scilicet qui beneficia ecclesiastica habent, ergo nō manet illa institutio.

Quinto quia si illa institutio maneret, necesse esset, quòd quilibet de fructibus decimarum suarū daret decimam Papæ: nam Leuitæ, qui omnes decimas recipiebant ab Israel dabant decimam decimæ summo sacerdoti, idest centesimam omnium fructuū totius Israel, Numeri 18. ca. & tamen non est nūc talis obligatio, neque fit talis solutio, ergo non manet illa institutio Dei nunc, neque propter illam soluuntur nūc decimę.

Quare nunc debeant solui decimæ, & quo iure seu obligatione. Et ꝙ iuristæ etiā velint nolint ex principijs suis tenentur concedere, quòd decimæ sunt hodie de iure positiuo, quamuis Alexander Tertius in decretali parochianos de decimis dicat, quòd sunt de iure diuino. Quæst. CLXII.

SED dicendū est, quòd decimę soluuntur nunc, & sunt nunc debitæ non quidem ex diuina institutione in veteri testamento, neque ex aliqua institutione facta in nouo per Deum, sed solum ex institutione Ecclesiæ, quę ad hoc legitime, & sufficienter potuit obligare, maxime cum habeat causam, & originem ex iure diuino, scilicet sicut illis Leuitis dabantur decimę pro ministerio, quod tunc exercebant, quod erat valde minoris dignitatis, quam sit istud, erit multo iustius dari decimas ministris noui testamenti, qui exercent nobilius ministerium. Secundo quia Apostolus dicit prima Corinth. 9. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum non est si temporalia vestra metamus. Et alias rationes multas, ibi inducit ad ostendendum, ꝙ prędicans debet sustentari de bonis eorum, quibus prędicat, & tamen ministri Ecclesiæ vtrunque faciunt, quia & in fide instruunt, & spiritualia ministrant, & loco totius populi Deo laudes offerunt, ideo debent sustentari de fructibus bonorum reliquorum fidelium.

Apparet igitur, quòd non est verum id, quod Alexander voluit, s. quòd decimæ essent nunc de iure diuino, siue ex diuina institutione, sed solum sunt ex iure positiuo per Ecclesiæ institutionem, & tamen non minus, ideo sunt debitæ, quia Ecclesia potuit obligare & obligauit omnes fideles ad solutionem earum, & ideo tanquam debitum exigi possunt, quia ius fecit eas sibi debitas, sed vere de iure diuino non possumus eas dicere. Et tacite id concedunt iuristæ, licet ad id non aduertunt: nam ipsi asserunt, quòd circa præstationem decimarum habet locū præscriptio non quidem, vt nihil soluatur, sed circa quotam, s. vt non soluatur decima, sed vicesima, aut alia quota: & tamen si de iure diuino essent decimæ, non haberet locum in contrarium præscriptio, neque consuetudo quātum ad aliquid, cum ius diuinū sit maius iure naturali, aut ęquale saltem: & cum contra ius naturale nulla admittitur consuetudo, aut pręscriptio. extra de consue. ca. cum tanto. ergo nec curret contra diuinum: nam ius pręscriptionis ex humanis positionibus inductū est, & sicut minor non potest dispensare in legem superioris, ita neque poterit condere legem, per quam illi derogetur. Apparet ergo, quòd si circa solutionē decimarum locum habet præscriptio, quòd verum videtur, quòd sint decimę de iure positiuo, & non diuino.

Secundo, quia si de iure diuino essent nūc decimę,

F sicut non posset contra eas currere in aliquo præscripto, ita neque valeret quis in illis dispensare, & sic manifestum est, quòd omnes populi non prestantes decimas essent in aperto peccato mortali, & nulla toleratio Ecclesię, aut concessio, vel remissio eis prodesset, hoc tamen est durum cum multi Christianorum & gentes sint, in quibus decimæ nō soluuntur, & non solum non soluuntur integre, sed & de eis nihil prestatur, sicut in Italia fit, & apud alias gentes Orientis, & non iudicamus illas gentes esse in peccato mortali, neque condemnat eas, aut statum eorum Ecclesia, ergo non sunt decimę de iure diuino, sed de positiuo in quo potest fieri remissio, vel derogatio, aut contraria concessio, aut quòd nūquam introducta fuerit

G seruatio illius legis apud gentes illas. Et sicut est error dicendo, quòd decimæ sunt nunc de iure diuino, quòd a Deo sunt institutæ, & tamen hoc putauit Alexander: ita est error circa quædam alia, quę supponunt pontifices conditores canonum in ipsis statutis, vt tet in positionibus, quas allegat Innocentius Tertius in capit. gaudemus. de diuort. sicut infra ostendetur.

Ex prędictis apparet, quòd nullus gradus prohibitus consanguinitatis, aut affinitatis est, in quo Papa dispensare non possit cum potestas sua ad illud sufficiat, sed non est honestum, quòd in illis omnibus dispenset præsertim in illis, in quibus inter infideles non contrahitur matrimonium, & ita dicitur, quòd Sedes apostolica non potest in illis dispensare, scilicet non potest seruata honestate, licet possit de plenitudine

H potestatis.

Nullus gradus contrahendi matrimonium est hodie vetitus lege diuina sed omnes sunt vetiti lege positiua. Quæst. CLXIII.

SED obiicietur, quòd adhuc non possit vllo modo Papa in gradibus his dispensare, quia illi sunt diuina lege prohibiti, & contra ius diuinum non admittitur dispensatio, & istud est fundamentum, vt videtur, Innocentij Tertij in cap. literas. de resti. spo. cum dicitur opinioni autē vltimę videtur non incongrue adaptari, vt & in gradibus consanguinitatis diuina lege prohibitis restitutioni aditus prę cludatur, sed in hu-

I mana constitutione interdictis restitutio locū habeat cum effectu, cum in illis dispensari nō possit, & in illis valeat dispensari.

Dicendum, quòd siquid vetatur lege diuina nemo potest in illo dispensare, sed solus Deus, qui legem dedit, quia inferior non potest dispensare in lege superioris. Sed dicendum, ꝙ nullus gradus consanguinitatis, vel affinitatis est nunc diuina lege prohibitus. Quod vero obiicitur de lege Moysi dicendum, quòd fuit illa quondam lex, sed nunc non est lex, quia translato sacerdotio lex quoque transijt, idest, cessauit ad Hebręos 7. c. vnde mādata illius legis, ita nunc sunt ac si nunquā fuissent instituta a Deo, & ita etiam innuitur extra de consan. & affini. ca. non debet. quoniam non statuerat

K Deus ex his, quæ in veteri testamento statuerat nonnulla, quia nulla mutauit in nouo. Dixit autē nonnulla, quia non fuit mutatum quicquid erat scriptum in libris veteris testamenti. Nam moralia, quæ ibi scripta sunt nō fuerunt mutata, quia sunt de iure naturę, sed sola iudicialia, & cæremonialia, quę erant pure legalia, vnde & ipsi iuristę qui minus in his participant notant hęc mutata esse in cap. translato. de const. sed gradus contrahendi matrimonium pertinent ad cæremonialia mandata, ergo isti cessauerunt, nullus ergo gradus est nūc vetitus de lege diuina cum illa lex, quę hęc prohibuit, & erat quondam diuina, nunc non solum non est diuina, sed etiam non est lex.

Sed

Sed dicendum, ꝙ quicunque gradus cognationis A
proprie dicti sint nunc vetiti, sunt vetiti de iure positi-
uo, & non de iure diuino, sed cũ iura dicunt esse quos-
dam gradus diuina lege prohibitos intelligitur, quòd
erant quondam prohibiti de lege diuina, & nunc illi
ijdem gradus manent vetiti, sed non de lege diuina.
Cum autem dicitur, quòd minus dispensatur in eis,
quam in vetitis constitutione humana, intelligẽdum
est, ꝙ non fiat hoc quasi lex diuina ad hoc aliquid cõ-
ferat, sed quia absolute est maior inhonestas dispensa-
re in illis, quam in vetitis sola humana constitutione,
quia illi sunt gradus maioris propinquitatis, & etiam
inter infideles sunt vetiti, quod nõ fit in gradibus pro-
hibitis sola humana constitutione. Vnde etiã si Deus
nunquam istos gradus vetuisset, nihilominus istud fie- B
ret, cum ex natura proueniat, ꝙ tanto maior reueren-
tia, & amor debeatur propter cognationem, quanto
est in gradibus propinquioribus.

Soluuntur argumenta quæst. 154. & 148. Quæst. CLXIIII.

EX prędictis apparet, ꝙ non tenet argumentũ
illud, quod fiebat de cap. literas. de resti. spo. s.
ꝙ non possit dispensari in gradibus diuina le-
ge vetitis, immo nullus gradus est nunc in
quo non liceat Papæ dispensare, si vti velit plenitudi-
153. ne potestatis, qua tamen vti non expedit, sicut supra
diximus.

Secundo etiam non tenebat argumentum factum C
supra quæst. 148. quia dato, ꝙ Ecclesia non posset di-
spensare in his gradibus quondam diuina lege prohi-
bitis, vt contrahatur, licebit tamen recipere eos, qui
iam contraxerunt, & ad fidem veniunt, simile est de
fideli, & infideli: nam dispensari non potest cũ aliquo
fideli, vt de nouo cõtrahat cum infideli, & teneat ma-
trimonium, & tamen si duo infideles contrahunt, &
postea alter eorum ad fidem conuertitur altero ma-
nente in infidelitate, licitum est fideli manere cum in-
fideli, & non dissoluitur matrimonium, prima Co-
rinth. 7. cap. & istud exemplum inducit Augustinus
contra Pollentium, & habetur 28. quæst. 1. c. sic enim.
Tertio patet, ꝙ si infideles redeuntes ad fidem nõ de- D
berent tolerari, nisi contraxissent in gradibus conces-
sis in lege Moysi, hoc exprimeret pro causa ad hoc,
ꝙ non dissolueretur matrimonium, vel ꝙ permitterẽ-
tur copulati in conuersione ad fidem, & tamen non
ponitur hoc pro causa, sed solũ, ꝙ non contraxerunt
in gradibus diuina lege prohibitis, vel ꝙ contraxerũt
secundum legem Moysi, ergo non est necesse, ꝙ secũ-
dum illam contraxerint. Patet in cap. gaudemus de di-
uort. s. & in pręmissis gradibus a paganis, quo ad eos
matrimonium licite sit contractum, qui constitutio-
nibus canonicis non arctantur, ergo ad hoc, ꝙ licite
contraxerint, non redditur causa, nisi ꝙ non arctantur
constitutionibus canonicis, & ita etiam si in illis gra-
dibus cõtraxerint, qui apud nos sunt illiciti, matrimo-
nium contractum tenet, quia constitutio nostra non E
arctat eos, & tamen edictum de contrahendo est pro-
hibitorium, & in tali edicto omnis, qui non prohibe-
tur per consequentiam admittitur extra de spon. cap.
cum apud. erit autem de gradibus, sicut de personis.
De personis autem est prohibitorium, quia dicitur ta-
les personę, & tales non contrahãt, quia inter eas non
ponitur surdus, aut mutus, aut cęcus admittitũ ad ma-
trimonium surdus, & mutus eod. cap. cum apud. ita
edictum de gradibus prohibitorium, quia dicebatur
quondam nullus contrahat intra septimum gradum
cognationis 35. quæst. 3. c. de affinitate, & nunc dici-
tur, ꝙ nullus contrahat intra quartum gradum. de cõ-
sang. & affini. c. nõ debet. ergo cum nulla constitutio
harum obliget Paganos, admittentur ipsi ad contra-
hendum in quocunque gradu, qui non sit vetitus le-
ge prouinciæ suę, aut statuto municipali, aut consue-
tudine patriæ. Etiam si ille gradus esset vetitus lege
Moysi cum illa non obliget Paganos.

Respondet ad alia duo argumenta, s. tertium, & quartum posita supra quæst. 145. Quæst. CLXV.

AD tertium argumentum supra quęst. 145.
factum de c. Deus, qui. est respondendum,
& quidam putant, ꝙ illi Liuonienses erant
Iudæi, ideo illud matrimonium solum in-
ter eos licitum, aut legitime cõtractum reputabatur,
quod erat secundum legem Moysi, & sic erat accipe-
re vxores fratrum suorum defunctorum ad suscitan-
dum semen, quia hoc non solum concedebatur in le-
ge Moysi, sed etiã sub pęna fieri iubebatur Deutę. 25.
c. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat, certum est enim gẽ-
tem Liuoniensium non fuisse Iudęorum, sed Pagano
rum, qm̃ gens illa nota est in regionibus Europæ. Se-
cundo, quia ex illo c. Deus qui. notum est, ꝙ Liuoniẽ-
ses essent Gentiles, & non Iudæi, quia dicitur concedi
mus, vt matrimonijs contractis cum relictis fratrum
vtantur, si tamen fratribus sine prole decedentibus,
vt semen defuncti secundum legem Mosaicam susci-
tarent cum talibus contraxerunt, & tamen si suppone
retur Liuonienses esse Hebręos diceretur, si tamẽ fra-
tribus sine prole decedentibus suscitarẽt iuxta legem
suam cum talibus contraxerunt, quia ista esset lex eo-
rum si Iudęi erant: ergo non erant Iudęi, sed Pagani.
Dicendum ergo aliter, ꝙ non expressit Papa ibi de le-
ge Moysi, quasi necessarium esset ad hoc, ꝙ matrimo
nium inter Paganos legitimum esset contrahi ſm le-
gem Moysi, sed ad magis ostendendum esse licitam
talem coniunctionem. Et causa dubitandi poterat es-
se hęc, s. de Iudæis non dubitamus, an matrimonia
eorum legitime contrahantur: nam licet ipsi contra-
hant nunc in gradibus canonica constitutione prohi
bitis, contrahunt tñ in illis gradibus, quos eis Deus in-
dulsit. Certum est autem, quod omne, quod Deus
concessit, vel indulsit licitum erat, s. quia vel ſm se lici
tum erat, & absolute, vel quia ipse concedendo fecit
licitum esse illis, quibus concessit. Cum igitur Deus
in illis gradibus, qui habentur in lege Moysi conces-
serit Iudæis copulari, certũ erat licitam esse talem co-
pulam. De gentilibus aũt nõ est sic, quia non est neces
se, ꝙ quicquid ipsi agunt, aut legibus suis agẽdum de-
cernitur, licitum sit, cum multa ꝯ ius naturę leges eo
rum concedant, immo iubeant, sicut est idolatria, sic
ergo poterat esse circa matrimonium, vt si concede-
rent ꝯhere cum quacunque persona nullam excipiẽ-
do, sicut regina Semiramis vxor Nini regis defuncto
illo legem tulit licere matribus accipere filios in ma-
ritos, & patribus accipere filias, nullo personarum de
lectu neq; cognationis seruata reuerẽtia, vt dicit Pau-
lus Orosius lib. primo de Ormesta mundi. Ex hoc au-
tem insurgebat ratio dubitandi, quia dato, ꝙ leges gẽ-
tilium concederẽt ꝯtum matrimonium cũ quibus-
dam personis, cum quibus ſm se non esset illicitum
ꝯhi, putaretur forte, ꝙ non erat talis gradus ſm se lici
tus, aut saltem dubitaretur, si autem ille gradus redu-
catur ad gradus legis Moysi, iã erit certum, ꝙ ille gra-
dus non erit ſm se illicitus, cum Deus talem gradum
cõcesserit in matrimonio, sic autem fuit nunc de Li-
uoniensibus: illi enim erant Pagani, & ꝯhebant cum
vxoribus fratrũ suorum defunctorum, quod quis pu-
taret ſm se illicitum. Respondet Papa, ꝙ non cum ta-
lis gradus ſm legem Moysi esset concessus, & cõces-
sa a

ſta à Deo erant licita. Sed obiicietur, ꝙ hoc nõ ſtet, quia in alleg. c. Deus qui. ponitur vt conditio, ꝙ ita ꝯxerint, ſ. iuxta legem Moyſi ad ſuſcitandum ſemẽ, cũ dicit, ſi tamen fratribus ſine prole decedentibus, vt ſemen defuncti iuxta legem Moyſi ſuſcitarent cum talibus contraxerunt. Ergo innuitur, ꝙ ſi aliter contraherent cum eis, ſ. non ad ſuſcitandum ſemen defunctorum non teneret matrimonium, & in conuerſione ad fidem non permitterentur manere copulati. Dicendum, ꝙ non eſt verum, neque debet ſic intelligi, ſed accipiendum eſt tamẽ pro maxime, ſ. maxime ſi contraxerunt ad ſuſcitandum ſemen, quia etiam ſi non contraxiſſent hac intentione, dum tamen talis eſſet lex, aut conſuetudo prouincię, teneret matrimonium, & tamen ſi iſto fine contraherent magis notũ eſſet, ꝙ liceret contrahi. Aliter poteſt adhuc dici, & clarius, ꝙ Liuonienſibus Paganis lex erat, aut conſuetudo generalis, ꝙ frater acciperet vxorem fratris ſui defuncti ad ſuſcitandum ſemen defuncti, & ideo etiã inter eos non concedebatur fratri accipere vxorem fratris ſui defuncti, quando non erat neceſſaria ſuſcitatio ſeminis, vtpote ſi ille filios reliquit moriens, & illi ſuperſtites erant, ſi autem aliquis de Liuoniẽſibus acciperet vxorem ſui fratris, quando non erat neceſſaria ſeminis ſuſcitatio, non erat licitus contractus ſecundum eos, ideo quando conuerterentur ad fidem non permitterentur manere copulati, quia inter eos matrimonium non tenuerat, quando infideles exiſtẽtes contraxerunt, & ꝙ non tenuit, dum fieret, non cõfirmatur per tranſitum ad fidem.

Quare infideles conuerſi, qui erant copulati in gradibus conſtitutione canonica vetitis, permittuntur permanere copulati ipſo iure ſine diſpenſatione, & an proles inde iam nata, & naſcitura ſit legitima ipſo iure. Quæſt. CLXVI.

AD quartam rationem factam ſupra quæſt. 145. eſt nunc reſpondendum, & dicẽdum, quod qñ infideles conuertuntur, qui erant copulati in gradibus vetitis conſtitutione canonica permittuntur permanere copulati, & non eſt hoc ſecundum diſpenſationem, ſed ipſo iure, & de rigore, quia potius contrarium faciendo male fieret.

Primo quia quos Deus coniunxit homo ſeparare non poteſt neque debet, ſed omnes illi dicũtur a Deo coniuncti, qui non ſunt contra eius mandatum, vel prohibitionem copulati, vt dicit Auguſtinus in Epiſtola ad Pollẽtium. & habetur 28. queſt. 1. c. ſic enim. Pagani autem contrahentes in gradibus vetitis apud nos, non contrahunt contra dictã legem, quia illa nihil horum vetat, ergo non licet alicui homini illos ſeparare, quia a Deo coniũcti ſunt, ergo neque cum eis diſpenſatur, vt maneant copulati, quia diſpenſatio eſt iuris communis relaxatio, & illi cum quibus diſpenſatur, vt maneant, non debent manere de rigore iuris. Secundo idem magis aperitur, quia iſti quibus eſt talis contractus, aut contraxerunt in gradibus ſola conſtitutione humana vetitis, aut in ills, qui quondã erãt diuina lege vetiti: ſi enim in primis, non impeditur matrimonium, quia infideles non arctantur conſtitutionibus canonicis in c. gaudemus. ergo non obſtantibus conſtitutionibus illis, ita contrahunt legitime ac ſi nullę tales conſtitutiones fuiſſent, quia vt diximus edictum de contrahendo eſt prohibitoriũ, & per conſequentiam, quæ non excluditur, admittitur: ſed per conſtitutionem canonicam de gradibus non arctantur infideles, ergo admittuntur ad legitimè contrahendum in illis gradibus, ſi autem eſſent illi gradus diuina lege quondam vetiti, non arctantur infideles illa lege cũ iam illa ceſſauerit, quia etiã tempore, quo il-

F la manebat, non obligabantur Pagani ad illam ſe[…] dam, ſed ſoli Iudæi, ergo nullus gradus eſt Pagan[…] licitus per has leges. Tertio patet, quia Pagani ſi[…] traxerunt ſecundum legem ſuam, aut conſuetu[…] patriæ legitimè ꝯtraxerunt: ſic enim dicitur 28.[…] 1. ca. ſi quis. §. item illud, ſ. legitimum coniugium[…] quod legali inſtitutione, vel prouincię moribus[…] trahitur, & tñ qui legitimè cõtraxerunt, ſuo iure[…] manent copulati, ergo non indigent diſpenſation[…] qua. Quarto quia de diuort. c. gaudemus. de iſtis[…] nis, qui contraxerunt in gradibus illicitis inter no[…] citur libere poſſunt, & licite remanere coniuncti[…] go nulla diſpẽſatione opus eſt ſi libere poſſunt re[…] nere: nam ſi diſpenſatione opus eſſet non poſſe[…]

G bere remanere copulati, ſed prius diſpenſationem[…] tent. Quinto patet ex ratione, quę redditur eod.[…] demus. in hoc caſu, ſ. cum per ſacramentum bap[…] non ſoluantur coniugia, ſed crimina dimittantur[…] idem patet 28. quęſt. 2. c. ſiquis habuerit. ergo ſi[…] do inter Paganos cõtractũ eſt matrimonium[…] tenebit in conuerſione, neque poterit diſſolui[…] men qñ inter aliquos eſt matrimonium, licitu[…] eis manere ſimul, & coniugalia opera exercere[…] ſi erant infideles prius coniuges licebit eis con[…] ad Chriſtũ ſimul manere, & diſpenſatio nulla e[…] ceſſaria. Ad ſciendum autem, ꝙ matrimonium[…] eos tenuerit non requiritur aliud, niſi ꝙ legibus[…] conſuetudinibus prouincię contractum fuerit[…] cum taliter fuerit contractum etiam ſi ſit in grad[…]

H apud nos vetitis, ſuo iure, & ſine diſpenſatione m[…] bunt copulati.

Ad punctum argumenti quarti quæſt. 145. Quæſt. CLXVII.

CVm autem dicebatur, ꝙ erat diſpẽſatio, q[…] in alleg. c. Deus qui. de diuort. dicitur con[…] dimus, vt matrimonijs contractis cum re[…] ctis fratrum vtantur, quæ ſunt verba diſpen[…] ſationis. Dicendum quòd videtur eſſe diſpenſatio, & […] nõ eſt, & hoc, quia ſi inter nos talis copula deberet e[…] ſe licita, non poterat fieri, niſi ex diſpenſatione, quia[…] tum ad infideles autem ſm̃ ſe eſt licita, quia illi tñ[…] I fideles futuri erant fideles, & tñ vr̃, ꝙ ꝯformandi e[…] nobis in omnibus, quicquid autem eſſet, in quo no[…] confirmarentur, videretur eſſe ex conceſſione Ec[…] ſiæ, & hæc conceſſio ſonat in modum diſpenſation[…] tñ non eſt proprie diſpenſatio. Cum autem conti[…] tur adhuc iſtud, quia ponitur ibi cauſa diſpenſation[…] ſ. pp infirmitatẽ gentis eiuſdem ꝯcedimus, & c. in[…] vr̃, ꝙ de rigore iuris aliter agẽdum eſſet, tñ pp infirm[…] tatem gentis de nouo conuerſę, quæ non ſuſtinet[…] gorem, ſed manſuetudinem, conceditur. Dicendũ e[…] ꝙ ſi de rigore ageretur liceret manere taliter contr[…] ſis copulatis in matrimonio, quia tñ ex hoc videt[…] ſequi ſcandalum alijs, qui iam in fide erant, non de[…] bat permitti, quia multa ſunt alias licita, quæ pp ſc[…] K dalum fieri vetantur, & non ſolum ſunt licita, quib[…] licet vti, & non vti, ſed pp ſcandalum ab eis ceſſatur[…] ſed ẽt quędam ſunt fieri neceſſaria, a quibus ceſſatur[…] pp ſcandalum, & patet circa iſtos eoſdem Liuonien[…] ſes nouiter conuerſos, de quibus hic dr̃: nam in Ecc[…] ſia Dei, ſicut ſunt multę religiones, ita eſt diuerſitas[…] habituum in figura, & colore. Incęperunt autem in[…] religiones eſſe apud Liuonienſes in conuerſione ſua[…] quia religioſi veniebant aliunde, vt plantarent religio[…] nem in terra illa, & fundarent monaſteria: Liuonien[…] ſes autem videntes eos in diuerſo habitu ſcandaliza[…] bantur, quaſi nõ eſſent omnes vnius fidei cum diſcre[…] parent in habitu, ideo iubet ibi Papa, omnes religio[…] ſos,

ſos licet ſint diuerſarum profeſſionum conuenire in A vnam veſtem ſuperiorē extra de vita, & hone. cleri. c. Deus qui. & eſt pars huius c. Deus qui. de diuor. vt patet ex ſuperſcriptione: ergo ſicut ibi ad tollendum ſcādalum Liuonienſium nouiter conuerſorum, & eorum, qui conuertendi erant religioſi cogebantur eundem habitum habere cum alias tenerentur habere diſtinctos, ita nunc propter ſcādalum fidelium de diſparitate morum nouiter conuerſorum debebant nouiter conuerſi non manere copulati in gradibus illis, in quibus contraxerant, & tamen quia pręualuit infirmitas nouiter conuerſorum, quàm ſcandalum fidelium antiquorum, conceſſum eſt nouiter cōuerſis, vt manerent in gradibus, in quibus contraxerant, in quibus ſecūdum rigorem matrimonij manere licebat, & ſecundum ſcandalum non licebat. Aliter B poſſet dici, ꝙ erat vera diſpenſatio, & non liceret niſi ex diſpenſatione, vt ſi intelligamus, ꝙ nouiter ꝯuerſis Liuoniēſibus liceret tenere vxores, quas acceperant dum eſſent infideles, & de nouo etiam alias accipere poſt conuerſionem, hoc tamen non niſi in nouitate conuerſionis, poſtea verò non liceret pręcedente tēpore, quia tunc matrimonia eorum, qui contraherēt poſt conuerſionem non tenerent, niſi diſpenſaretur, vt ſic contrahere poſſent. Simile fecit B. Gregorius circa Anglicos, qui tempore ſuo fuerūt conuerſi: nā erat tunc vetitum omnibus Chriſtianis cōtrahere in quarto gradu, & ipſis conceſſit ſpecialiter, vt contraherēt in quarto gradu, & hoc ſolum quādiu durabat in eis illa nouitas, & infirmitas, poſtea autem iuſſit, vt non ꝯtraherent in illis gradibus, ſed ſicut cęteri Chriſtiani. 35. q. 3. c. quod ſcripſi. & ponitur ibi eadē cauſa, quæ de Liuoniēſibus: nam dicitur ibi, ꝙ iſtis propter C infirmitatem cōcedebatur vti matrimonijs cōtractis in Paganiſmo gradu apud nos vetito, ſ. ne ſi non permitteretur hoc facere retrocederēt a fide, ſic Gregorius dixit de Anglicis, quod ſcripſi Anglorum gēti, quę nuper ad fidem venerat, ne a bono, qđ incęperat metuendo auſteriora recederet ſpecialiter, & non generaliter certiſſimè me ſcripſiſſe cognoſcas, ſi iſtud teneamus eſſet propria diſpenſatio: ſed non eſt verū, quia Liuonienſibus fuit cōceſſum, vt poſt cōuerſionem aliquanto tempore liceret eis accipere vxores fratrum ad ſuſcitandum ſemen, ſed ſolum ꝙ vterentur matrimonijs taliter contractis ante conuerſionē, D & fuit expreſſe vetitum taliter copulari poſt conuerſionem, cū dicitur: Concedimus vt in matrimonijs contractis cum relictis fratrum ſuorum vtantur, ſi tñ fratribus ſine ꝓle decedētibus, vt ſemē defuncti iuxta legem Moſaycam ſuſcitarent cum talibus contraxerunt, ne tales ſibi de cęterò poſtquā ad fidē venerint copulent prohibentes: & ideo prior ſolutio teneatur.

An licebat infidelibus conuerſis ſine diſpenſatione manere copulati, vt prius ſi non ſequeretur ſcandalum. Quæſtio. CLXVIII.

SED adhuc quæretur quid ſi non attenderetur infirmitas gentis nouiter conuerſę, & non cōcederetur eis aliquid ꝑꝑ infirmitatē, an manerent copulati, vel diſſolueretur matrimonium propter ſcandalum. E

Quæſt. præcedenti.

Dicendum ſicut ſupra declaratum eſt. ꝙ ſm rigorem licebat his manere in matrimonijs ſic cōtractis cum legitime ꝯxiſſent, ſm ſcandalum aūt ſi attenderetur non licebat manere, & tñ quia ꝑꝑ ſcandalū nō eſt veritas relinquēda. de reg. iur. c. q ſcādalizauerit, & ibi fuit, & adhuc manet verum mr̄imonium non diſſoluetur, ſed recedent a cohabitatione. Primū patet, quia legitime contraxerunt in hoc gradu, dū eſſent infideles, matrimoniū aūt legitimum nō diſſoluitur per conuerſionē ad fidem. 28. q. 2. c. ſiquis. ideo A quantumcunque ſcandalū eſſet, non dirimeret mr̄imonium: nam ſi dirimeretur, liceret vtrique eorum tranſire ad alia vota, & illud eſſet adulterium, cum neuter poſſet verè ſolui a lege alterius. Secundū patet, quia ſępe manente vero mr̄imonio inter aliquos fit diuortiū quantū ad cohabitationem, & actus coniugales, neque iō ceſſat mr̄imonium, & licet ſeparentur ſemper ſunt coniuges, vt dr̄ de diuor. c. quæſiuit, ita & nunc ꝑꝑ ſcandalum licet eſſent veri coniuges ſepararent, non tñ daretur eis licentia tranſeundi ad alia vota, cum eſſet inter eos adhuc verū mr̄imoniū: ideo cogerentur continere. Et quia iſta eſt magna difficultas, non ſeparantur, ſed permittuntur cohabitare ēt ſi de hoc ſcandalizentur alii. Nam multum ꝓiudicaretur eis per conuerſionē, ſ. ꝙ cogerentur continere, qđ eſt opus perfectorum, & hoc innuit litera eo. c. Deus qui, cum dicit ꝑꝑ infirmitatem gētis eiuſdem concedimus, vt mr̄imonijs ꝯctis cū relictis fratrum ſuorum vtātur, i. ſi hoc non concedemus ad vitandū ſcandalum aliorum fidelium, debent cogi taliter conuerſi ad contrahendū, ſed ad hoc eſt in eis magna infirmitas: nam continere corporaliter eſt opus virorū perfectorū, & in charitate ſolidatorū: iſti autē ſunt infirmi ꝑꝑ nouitatem conuerſionis, ideo nō debuimus eos cogere ad hoc, & tñ neceſſe erat ſic fieri ſi non permitterentur manere copulati, ergo ſic debuerunt ꝑmitti manere nō obſtante ſcādalo aliorū.

Argumenta contra ſuperius dicta ponuntur, quæ deinde in quæſt. 172. & 173. diſſoluuntur. Quæſt. CLXIX.

SED adhuc obijcitur, ꝙ ex diſpenſatione ꝑmitātur permanere copulati oēs, qui cū infideles ſint cōtrahunt in gradibus inter nos vetitis, & poſtea conuertunt, quia ſimiliter ex diſpenſatione cenſentur filij eorum legitimi, & nō ipſo iure, extra qui filij ſunt legi. c. gaudemus. ſ. prolem de infidelium coniunctionibus natā, qui in ſecundo, vel tertio, vel vlteriori gradu ſm opinionem illorum matrimoniali contraxerunt affectu, poſt fidem receptā vtilitate publica ſuadēte legitimam volumus reputari. Ex hoc apparet, ꝙ non erat matrimonium inter eos D legitimum: nam de legitimo matrimonio proles eſt legitima, & nullus alius eſt proprie modus faciendi legitimam prolem, niſi cum ex legitimo mr̄imonio naſcitur, & talis proles eſt in patria poteſtate, quę ex legitimis nuptijs procreatur, & tamen iſta proles nō eſt legitima, ergo nō eſt matrimonium legitimum. Primò patet, quia dicitur legitimam volumus reputari, inquantum dicit volumus, ſignat ꝙ eam legitimam efficit, & ꝙ non erat de ſe legitima. Scđò, quia dicitur reputari ac ſi dicat credatr̄ legitima, vel teneatr̄ ſic: quemadmodum legitimatus nō eſt legitimus, & tñ quantum ad ea, quæ iuris ſunt, vt legitimus hr̄, & pari iure gaudet. Tertiò, quia dr̄ vtilitate publica ſuadente, & iſtud magis facit, qa iſta eſt cauſa motiua ad E legitimandum: nam ſiquis eſt legitimus, ſiue vtilitas publica ſuadeat, ſiue non, debet haberi, vt legitimus, & iſti non reputantur legitimi, niſi ſuadente publica vtilitate: ergo non erant legitimi, ſed legitimanī beneficio iuris ſuperuenīente fide, ſicut ſiquis non cōiugatus ex ſoluta ſuſcepit filios ſunt illegitimi, ſi autem cum ea poſtea contrahat ſuperueniente matrimonio efficiunī legitimi. eod. titu. cap. tanta eſt vis. Quartò, quia dicitur: Qui in ſecundo, vel tertio, vel vlteriori gradu ſecundum eorum opinionem matrimoniali contraxerunt affectu: & ita vides, ꝙ nō erat ibi verum matrimoniū, ſed ſolum ſm eorū opinionem,

nem, ergo neque licebit manere sine dispensatione. Quintò quia dicit ibi Glo. talis opinio non legitimat, sed legitimandi occasionem prestat, ergo non erant legitimi, sed legitimātur a beneficio iuris, & ita inter eos non fuerat matrimonium.

An proles nata de conuersis copulatis in gradibus prohibitis sit legitima. Quæst. CLXX.

DICENDVM ꝙ quandocunque inter infideles cōtractum est matrimonium, qđ inter eos tenuit, & fuit legitimum, ꝓles inde nata legitima fuit inter eos, & ideo per ꝯuersionem, neque legitimātur, neque legitimatione indigent cum iam legitimi essent, sicut si prius fuit matrimonium non soluitur per conuersionem ad fidē, neque ēt de nouo firmat̄, sed manet sicut prius erat, & tñ inter infideles, q̄ ꝯxerunt in gradibus vetitis cōstitutione canonica fuit verū mr̄imoniū, qñ ꝯxerūt, & quādiu erant infideles, de consan. & affini. c. de infidelibus: ergo & postea manet. eo. cap. & de diuor. c. quāto, & c. gaudemus. Et qa ex mr̄imonio legitimo effecit̄ ꝓles legitima necesse est prolē inde natam esse legitimā, & qñ ad fidem redierint tā parentes, q̄ filij non legitimari, sed legitimos iā existere. Cum aūt arguebat̄ proles nata de tali copula non erat legitima, sed postea legitimabat̄, ergo non erat mr̄imoniū; cōceditur argumentum, sed falsum est antecedens: nā non legitimatur de nouo proles illa. Ad decretalem illā dicendū, ꝙ pōt dupliciter intelligi. Vno modo de mr̄imonio ꝯcto ī gradibus vetitis apud nos: alio mō de mr̄imonio ꝯcto cum repudiatis, vel cū pluribus. In primo casu est proles ipso iure legitima, qa nascit̄ de legitimo mr̄imonio, & non legitimat̄ bn̄ficio iuris. In secundo casu non est legitima, sed suadēte vtilitate publica legitimat̄ bn̄ficio iuris. Circa qđ considerādum ꝙ istud. c. gaudemus. est pars alterius. c. gaudemus. de diuor. & alterius gaudemus. de conuersi. coniu. vt patet ex suprascriptionibus eorum: iō istud est exponendum iuxta sensum illius. c. gaudemus. de diuor. vbi ponuntur tres casus dubitabiles de matrimonio infideliū, an sic copulati debeant manere post conuersionem ad fidem. Primus est si infideles contraxerint in secundo, tertio, vel vlteriori gradu, q̄ gradus sunt apud nos vetiti constitutione canonica, & in hoc respondetur ibi, ꝙ licite & liberè manebunt copulati significādo, ꝙ si matrimoniū verum fuerit ante conuersionem, quod per baptismum nō dissoluitur. Secundus casus est, quando infidelis habet simul multas vxores, & conuertūtur omnes, an manebit cum omnibus illis, & respōdetur ꝙ non, quia nō potuit tenere matrimonium cum omnibus, sed cū vna tm̄; & ideo illam solam habebit in conuersione. Tertius est, quando quis infidelis habens vxorē legitimā repudiauit eam, & accepit aliā, de qua suscepit filios, & conuertuntur ambo ad fidem, an manere simul poterunt. Et respondetur, ꝙ non quādiu vixerit repudiata, quia illa est legitima vxor, nisi illa renuat cohabitare conuerso, aut non sine contumelia creatoris, aut vt eum pertrahat ad mortale peccatum. In primo casu horum est matrimonium verum, de diuor. cap. quanto: ideo proles inde nata ipso iure est legitima, neque indiget alia legitimatione, & in isto casu non intelligitur. c. illud gaudemus. In secundo autē casu, & tertio matrimonium non tenuit, sed fuit adulterium, ideo proles inde nata erat illegitima, & tamen in fauorem fidei legitimatur per conuersionem ad fidem ipso iure, & hoc est verum, quòd fit legitimatio suadente publica vtilitate, idest fauore fidei; quia si non iudicarentur legitimi illi, qui prius

F inter infideles reputabantur legitimi, distraherentur ꝯuersione ne putarent̄ deterioris ꝯdōnis, & nō est ꝯ randum, ꝙ hoc concedat̄ ꝯuersis ad fidē, cum ēt nō conuersis maiora concedant̄. s. ꝙ siquis ex concubina genuit filios ꝑ subsequens matrimonium cum ea efficiuntur illi legitimi. eo. ti. c. tanta. Sed considerandum, ꝙ licet fauore fidei reputentur legitimi, qui nō erant: non tñ reputabunt̄, nisi illi, q̄ tales esse credebantur dū infideles essent: nā in illis duobus casibus putatur inter infideles esse matrimoniū. s. si vnus accipiat plures vxores, quia talis est ꝯsuetudo Paganorū in c. gaudemus. ēt repudiata vxore accipere aliam licitū reputat̄ non solū ſm Paganos, sed ēt apud Iudæos, ideo ꝓlem inde natā putant ltīmam, quia de matrimonio G veris non p̄t esse, nisi proles legitima. Si tñ infideles suscipiant proles, q̄ ſm eos non reputent̄ legitimæ, vt de ꝯcubinis, vel ex illis, cum quibus ſm eos ꝯherere nō licet, non legitimabuntur in conuersione ad fidē. Et patet, quia istud ponderat̄ in alle. c. gaudemus. s. qui in secundo, vel tertio, vel vlteriori gradu ſm opinionem istorum matrimoniali ꝯxerunt affectu: ergo illa proles infidelium, q̄ per aduentum fidei dēt legitimari putari, debet esse nata de matrimonio, aut vero, aut credito, secundum intentionem eorum, qui contrahunt, aliàs semper manebit illegitima.

De legitimatione prolis priuilegium in cuius fauorem detur. Quæst. CLXXI.

H SED obiiciet̄, ꝙ sit inconueniens, quia sic maior fauor seruaret̄ eis, qui non conuertuntur, q̄ eis qui conuertunt̄, cum inter infideles ltīmi efficiant̄ non nati ex matrimonio superueniente matrimonio in alle. c. tanta, & inter infideles non legitimantur, nisi ex matrimonio nati. Dici p̄t vno mō, istud priuilegium, qđ fidelibus conceditur de legitimando prolem illegitimam dat̄ in fauorē matrimonii, & item extenditur ad infideles per ꝯuersionē: nā si infidelis genuit filios ex concubina, & postea ꝯhit cū ea, erunt illegitimi, qñ conuersi fuerint, idem si in infidelitate geniti essent illi ex concubina, & post conuersionem acciperet eam in vxore vir ille legitimarentur filii, si tñ infidelis existens ex concubina prolem gignat, & cum ea contrahat postea manens in infidelitate non legitimatur proles. Et ratio est, quia beneficiū illius c. tanta, non extenditur ad infideles: causa est, quia sicut qui sentit onus debet sentire emolumentum, ita qui non sentit onus non debet sentire emolumentū. sed infideles non sustinēt onus ꝯstōnum canonicarū, non arctant̄ in de mr̄imoniis, nā ꝯstōnibus canonicis non arctant̄ in c. gaudemus. de diuor. ergo neq; participabūt in emolumentis, vel bn̄ficiis earundē ꝯstōnum. sed ltīmatio illegitime ꝓlis superueniente mr̄imonio est bn̄ficium illius ꝯstōnis canonicæ tanta. ergo non participabunt infideles hoc bn̄ficio. Alr̄ p̄t dici ad argm̄ principale, ꝙ maior est fauor fidei, q̄ mr̄imonii: nā seruat̄ ī ꝯuersione ad fidē illud, qđ in superuenienti mr̄imonio: nā K illi qui non sunt ltīmi, neq; ex mr̄imonio nati sunt legitimi in ꝯuersione, qa natus de scđa vxore post repudiatam primā illa viuente non nascit̄ de mr̄imonio, & tamen legitimatur per conuersionem, sir̄ nati de pluribus vxoribus simul habitis ab eodem viro nō nascuntur de matrimonio, & tamen legitimi sunt secundū sensum supra datum. Secundo & prçcipuè, qa aliquid fit, quod non est inter infideles: si quis non ꝯiugatus accipiat ꝓlem de soluta legitimat̄ illa ꝑ sequens matrimoniū cum eadem, si tñ ille sit coniugatus, & viuente cōiuge prolem suscipiat de soluta, cū qua ꝯhat, mortua vxore non legitimat̄ proles. eo. c. tanta. Eodē mō si non esset cōiugatus, & de ꝯiugata acciperet prolem,

lem, cum qua mortuo viro illius contraheret, non efficeretur proles legitima, & tamen inter infideles iſtud ſit ſuperueniente fide, vt ſi quis habebat multas in vxores ſimul, aliquę illarum erant non vxores, & tamen omnium legitimantur proles. Idem ſiquis repudiata legitima accepit aliam, vel repudiatam ab alio accepit, & habuit inde prolē, in omnibus his caſibus legitimatur proles, & tamē in omnibus his caſibus accipitur proles de vxore aliena, vel coniugatus gignit ex non ſua: ergo maior fauor eſt hic, q̃ inter fideles per beneficium illius cap. tanta.

Sed poteſt obijci, ꝙ non ſit hic maius, quàm inter fideles: nam iſtud prouenit propter ignorantiā, quia infideles putant eſſe in his caſibus matrimonium, & ideo cōſequenter prolem legitimam, ſi autem acciperent prolē, quæ apud eos putaretur nō legitima, non legitimaretur per conuerſionem, vt ſupra dictū eſt. Ignorantia tamen etiam inter fideles fecit prolē legitimam, vt ſi aliqui contraxerunt in gradu affinitatis, vel conſanguinitatis vetito neſcientes, vel aliquis putans mortuam vxorem veriſimiliter contraxit cū alia, & in ſimilibus, in q̄bus poteſt interuenire error, licet matrimonium non ſit proles inde nata reputatur legitima, qui filij ſunt legi. c. ex tenore, ꝙ pro tūc reputabatur illud eſſe matrimonium. 34. q. 2. cum per bellicam. Sed diceretur, ꝙ non eſt idem, ſed ſemper maior fauor ex parte infidelium conuerſorum, quia in infidelibus eſt error iuris in caſibus dictis: in ipſis autem fidelibus in caſibus datis eſt error facti, error autem iuris non excuſat, error verò facti excuſat, & tamē in errore iuris legitimatur proles conuerſorū, ergo maior fauor eis datur.

Dici poteſt, ꝙ non eſt verum, ꝙ non eſt iſte in infidelibus error iuris, ſed potius facti, cum ſecundū ſtatum illorum non cenſeatur illud ius, vel ſi dicamus, ꝙ illud eſt ius, & ideo ignorant ius: dicendum ꝙ eſt error inuincibilis pro illo ſtatu cum cognitio huius iuris dependeat ex cognitione fidei, qua non habita, non poſſunt ſcire ſe errare; ideo quantum ad hoc excuſantur, & iudicatur proles legitima. Poteſt igitur dici, ꝙ primū dicebatur, ſ. ꝙ diſparata ſunt priuilegia illarum duarum conſtitutionum, ſ. c. tanta, & c. gaudemus, & vtraque gaudent infideles in conuerſione ſecūdum modum ſupra datum, ideo maior eſt fauor conuerſionis ad fidem, quàm matrimonium.

Ex prędictis apparet, ꝙ ſi infideles contrahant ſolū in gradibus inter nos vetitis non legitimatur proles ſua per aduētum ad fidem, ſed prius erat legitima ipſo iure. Si autem infidelis ſimul multas habuerit vxores, aut contraxerit cum repudiata ab alio, vel ipſe repudiata legitima cōtraxerit cum alia ea viuente ꝓles hinc natę ſunt illegitimę, & per aduentum ad fidem legitimantur beneficio canonis illius gaudemus, & hoc in fauorem fidei. Iſtud tenet Glo. eiuſdem cap. gaudemus, ſic & doctores Iuriſtę.

Intentionem, & verum intellectum cap. gaudemus exprimit, & argumenta ſuperiora ſoluit. *Quæſt. CLXXII.*

DICENDVM autem ꝙ iſtud eſt verum ſine dubio, & tamen non videtur iſta eſſe intētio illius cap. gaudemus, ꝙ diſtinguant iſti caſus, ſed ꝙ in primo caſu, ſ. quando infideles contrahunt in gradibus a canone vetitis, & hoc patet ex litera, quia ad exprimendum illum ſenſum deberet litera eſſe generalis, vt nullus caſus in ea exprimeretur, ſed diceretur prolem de infidelium coniunctionibus natam cum ſecūdum ipſorum opinionem matrimoniali contraxerint affectu poſt fidē receptam vtilitate publica ſuadente legitimā volumus

A reputari, & tunc comprehenderentur omnes caſus, in quibus infideles matrimonio inter eos credito ꝓlem ſuſcipiunt, ſed dicitur prolem de infidelium cōiunctionibus natam cum ſecundo, vel tertio, vel vlteriori gradu ſecūdum illorum opinionē m̄rimoniali cōtraxerunt affectu legitimam volumus reputari, ergo videtur quòd ad illū caſum, quo in his gradibus contrahitur extendat̄ diſpoſitio huius c. gaudemus.

Eſt dicendum ꝙ præcedentia vera ſunt, ꝙ in omnibus tribus caſibus ſupra poſitis proles infidelium ſit legitima, in primo ipſo iure, in alijs duobus per beneficium huius c. gaudemus, eo modo, quo doctores illud intelligunt, & bene, licet litera de ſolo primo caſu in cortice ſonare videatur, accipiendo tamē literā eo modo, quo iacet dicendum, ꝙ non concludūt argumenta facta ſupra q. 169. Ad primum dicendum, *Ad primū argumētū.*
B ꝙ verba ibi poſita ſonant in diſpenſationem, & tamē nō eſt diſpēſatiua legitimatio, ſed ipſo iure legitima eſt talis proles. vtitur tamen Papa ibi illis verbis non ad ſignandum, id quod vere fit, ſed ad oſtendendum id, quod nobis fieri videtur: nam nos ſi in talibus gradibus cōtraxiſſemus non poſſet, inde nata proles eſſe legitima, niſi legitimaretur. Cum igitur infideles trāſeant in noſtrum ritum, videtur ꝙ idem de eis debebat iudicari, & ſic dicitur volumus legitimam reputari, non quidem legitimam faciendo, ſed legitimam oſtendēdo eis, qui de hoc dubitare rationabiliter poterant. ſi tamen acciperetur in duobus ſecundis caſibus bene diceretur volumus, quia per hoc legitimaretur cum non eſſet ipſo iure legitima. Ad ſecūdum *Ad ſecundum argumentum.*
C dicendum, ꝙ reputari eſt verbum iuris, & ſignat id, quod ius confert, etiam ſi natura non contuliſſet, & eſt ꝙ non legitimus habeatur pro legitimo, vt ſi non ſit legitimus quantum ad veritatem, & habeatur, vt legitimus quātum ad iura legitimorum, & hic propriè accipitur quātum ad duos caſus vltimos, in quibus non eſt proles legitima, & legitimatur beneficio iuris, quod eſt legitimam reputari. Accipiendo quātum ad primum ſenſum, vel caſum per hoc verbum reputari tollitur dubium, & nō confertur ius, ſed dubitatur a fidelibus an tales deberent haberi, vt legitimi, & reſpondetur ꝙ ſic, ſcilicet, quia ipſo iure ſunt legitimi cum de legitimo ſint matrimonio nati, ideo vt legitimi habebuntur. Ad tertium dicendum, ꝙ *Ad tertiū argumētū.*
D iſtud maxime ſignat legitimationem cū dicitur vtilitate publica ſuadente, quia eſt cauſa motiua ad concedendum hoc, & ideo accipitur melius in ſecundo, & tertio caſibus, in quibus non erat proles ipſo iure legitima, quia, non de matrimonio nata, ideo legitimatione eget quam æquum eſt dari in fauorē fidei, & hoc eſt ſuadere vtilitatem publicam, ſ. vt facilius conuertantur.

Et tamen dico, quòd adhuc in primo caſu poteſt hoc accipi: nam licet eſſet matrimonium, & ideo ipſo iure proles inde nata eſſet legitima, vtit̄ Papa his verbis quantum ad nos: nam ſecundum noſtram cō-
E ſuetudinem non poterat talis proles ipſo iure legitima eſſe, ſed ex beneficio iuris, & quia cōuerſi debēt nobiſcum eundem modum viuendi habere, ſicut fidem eandem acceperunt, videtur etiam quòd inter eos non poterat talis proles eſſe legitima, niſi legitimaretur, & ad ſatisfaciendum, vel condeſcendendum huic modo credendi, dicitur quòd reputatur legitima ſuadente vtilitate publica, i. conuerſione ad fidem. Et patet hoc, nam etiam in his quæ ipſo iure talia ſunt ſignificat Papa aliquid cōcedere in fauorē fidei, ſicut de diuor. cap. gaudemus, vbi eſt iſte idem caſus, quia illa decretalis, & iſta ſunt eadem. Simile ponitur, ſcilicet, quòd matrimonium ſit verū, quod ꝯtrahit̄ inter infideles in gradu ſecundo, tertio, & vlterioribus,

terioribus,& ꝙ non poteſt per aduentum fidei diſſolui,& tamen dicitur, ꝙ in fauorem fidei permittũtur tales copulati,cum dicitur, & in præmiſſis gradibus a paganis matrimonium,quo ad eos licitè ſit cōtractũ, qui conſtitutionibus canonicis non arctantur.In fauorem præſertim chriſtianæ religionis,& fidei,a cuius ꝑceptione per vxores ſe deſeri timentes,viri poſſunt facilè reuocari: fideles huiuſmodi matrimonialiter copulati liberè poſſunt,& licitè remanere coniuncti, cũ per ſacramentum baptiſmi non ſoluantur coniugia, ſed crimina dimittantur.Nam hic multa ſunt,quę ſignificant matrimonium de ſe eſſe legitimum,vt cum dicitur, quòd licitè eſt contractum ab illis, qui in illis gradibus non impediuntur contrahere, vtpote nulla conſtitutione canonica arctante eos. Etiam quòd eſt matrimonium legitimum concluditur ibi, quia poſſunt licitè,& liberè remanere copulati, quod ſignificat ipſo iure licere,& non per diſpenſationem, vel fauorem aliquem. Et quòd plus eſt,quia non ſolum licitè tales manent iure ſuo copulati, immo nullus poteſt eos ſeparare,cum dicatur,quod per baptiſmũ tollantur crimina,& non coniugia,& tamen cũ his omnibus addidit,quaſi rem impertinẽtem, immo potius aduerſam, quòd in fauorem fidei præſertim hoc permittitur,vel fit;& tamen certum eſt, quod hic nullus fauor erat neceſſarius.Sed dicendum eſt,quòd his verbis vtitur Papa ad ſignificandum,quòd etiam ſolus fauor fidei faceret, quòd manerent copulati iſti conuerſi, ſi alię cauſæ ſufficientes non occurrerent, & tamẽ occurrunt, ideo nõ eſt multum neceſſarius ibi fauor fidei:in pręſenti autem, ita eſt quantum ad iſtum caſum,quia cum matrimonium verum ſit inter infideles eſt proles ipſo iure legitima, & ideo in conuerſione non indiget legitimatione aliqua,& tñ ſi indigeret legitimatione, decerneret eam legitimam per ꝯuerſionem ſuadente ęquitate,vel vtilitate publica.

Ad quartum argumentum quæſtionis 169.
Quæſt. CLXXIII.

AD quartum dicendum, ꝙ matrimonium inter infideles verum,& legitimum eſt, cũ contrahitur in ſecundo, & tertio, & vlterioribus gradibus, & ideo proles inde nata legitima eſt. Cum autem dicitur ſecundum eorum opinionem: dicendum quòd iſtud nihil minuit de veritate matrimonii. Nam verè contrahitur matrimonium inter infideles,de diuor.capit.quanto. & in iſtis gradibus,ſcilicet ſecundo,& tertio, ſi contrahatur inter eos eſt verum, & licitum matrimonium. eodem titulo,capitul. gaudemus.vbi primum dicitur: vtrum Pagani vxores accipientes in ſecundo, vel tertio, vel vlteriori gradu ſibi coniunctas, ſic coniuncti debeãt poſt conuerſionem ſuam remanere, vel ab inuicem ſeparari, & poſtea additur, & in præmiſsis gradibus a Paganis licitè ſit contractum,qui conſtitutionibus canonicis non arctantur.& ita oſtenditur,quòd ibi ſit legitimum matrimonium,non ſolum quantum ad opinionem infidelium, ſed etiam quantum ad veritatẽ, cum oſtẽdatur ibi cauſa huius veritatis,ſcilicet, quòd infideles non arctantur conſtitutionibus canonicis,& ideo illis non obſtantibus, ita licitè contrahunt in his gradibus,ac ſi nullo modo eſſent vetiti,& tamẽ ſi nullo modo eſſent vetiti, tam apud nos, quàm apud eos in his gradibus eſſet legitimum matrimonium.Ergo cum apud eos non ſint vetiti,quia cōſtitutionibus canonicis non arctantur,erit vere legitimum matrimonium,vnde non dicetur,ꝙ ſit matrimonium ſecundũ eorum opinionem, quaſi non ſit ſecundum veritatẽ: immo eſt ſecundum veritatem.

F Sed quia dicitur ibi, ꝙ ſecundum ipſorum opinionem matrimonialiter contraxerunt, eſt conſideran[dum] ꝙ aliqñ infideles contrahunt ſ̃m veritatem,aliqñ ſ̃m eorum opinionem. Primum eſt,qñ contrahunt gradibus, in quibus nos contrahimus: nam nulli nobis illicitum eſt ꝯhere in gradibus, in quibus fideles contrahunt eo, ꝙ fideles in pluribus gradibus abſtinent quam infideles,vnde matrimonium, quod apud nos reputatur legitimè contractum, reputabitur a fortiori inter omnes alias gentes.Etiam contrahunt infideles licitè,ac legitime quando contrahunt in gradibus permiſsis ſecundum leges ſuas, aut conſuetudines, ſi apud nos illiciti ſint, ſicut quando Iudęi contrahunt in ſecundo,& tertio,& quarto gradibus, qui ſecundum legem Moyſi, & leges Paganorum liciti ſunt ad contrahendum,& eſt tunc matrimonium legitimum, verum non ſolum quantum ad eorum opinionẽ, etiam quantum ad noſtram, & quantum ad veritatem, nam nos aſſerimus tale matrimonium inter eos valere quamuis inter nos nõ valeret,& ita accipitur, de diuor.cap.gaudemus. Aliquando eſt matrimonium ſecundum opinionem infidelium, & non eſt ſecundum veritatem, vt quando inſidelis accipit multas in vxores,nam putat omnes eſſe vxores, & filii omnium putantur legitimi,ac ſi eſſent verè vxores, & tamẽ non ſunt, quia non poteſt matrimonium contrahi cum multis ſimul cum ſit contra Chriſti ſententiam: etiam

H repudiet infidelis vxorem, & aliam accipiat,putat con[trahere] matrimonium cum illa, & quę cum repudiatur con[trahit],putat eſſe matrimonium,quia leges ſuæ,& conſuetudines hoc habent, & tñ nõ eſt hoc matrimonium ſecundum veritatem,ſed adulterium,vt colligit ... 5.& 19.c.& de diuor,c.gaudemus.

Cum autem dicitur extra qui filii ſint legi. ca.gaudemus,de infidelibus, ꝙ ſecundum eorum opinionem in ſecundo,tertio,& in vlteriori gradu matrimonialiter contraxerunt, non eſt accipiendum in iſto ſecundo modo,quia tunc nequaquam eſſet matrimonium inter eos,ſed ipſi ſolum per errorem putarent,& tamen in illo caſu verum eſt matrimonium, quia iſti non arctantur conſtitutionibus canonicis.de diuor.cap.gaudemus. Ideo dicendum, ꝙ accipitur ſecundum conſuetudinem, vel eorum conſuetudinem,& tamen

I opinionem.i.ſecundum eos, vel eorum conſuetudinem.i.quantum ad eos tenet matrimonium,& taliter contraheretur matrimonium, & hoc apparet, quia quantum ad nos non teneret.i.ſi inter nos taliter contraheretur matrimonium, & hoc apparet, quia vtrunque.c.gaudemus. eſt idem: ideo verba ctum eſt vtrunque.c.gaudemus. ſed in c.gaudemus vnius debent intelligi per verba alterius, ſed in c.gaudemus. de diuor. dr̃ & in præmiſsis gradibus.i.ſecundo, tertio, & quarto a Paganis, quo ad eos matrimonium licitè ſit cōtractum, qui conſtitutionibus canonicis non arctantur.i.quantum ad eos, vel inter eos tale matrimonium tenet, quia non ſunt eis illi gradus vetiti,cum non arctentur conſtitutionibus canonicis, & inter nos.ſ.non teneret, quia iſti gradus ſunt vetiti, conſtitutionibus canonicis,quibus nos arctamur. Ergo cum in c.gaudemus.qui filii ſint legi. dicitur ſecundum eorum opinionem matrimoniali contraxerunt,

K dum eorum opinionem matrimoniali affectu,eſt intelligendum.i.quantum ad eos, vel ſecundum eos.ſ.ipſi potuerunt in talibus gradibus contrahere,& nos non poſſumus.

Ad quintam rationem dicendum vno modo,ꝙ dictum Glo. non eſt per aſſertionem, ſed in argumento, quia poſtea ibidem declarat, ꝙ illi nati de infidelibus ipſo iure ſunt legitimi,& ita non legitimantur, nec illa opinio pręſtat eis occaſionem legitimandi. Alio modo poteſt dici, ꝙ Glo.non loquitur ſpecialiter in iſto caſu. ca.gaudemus. ſed generaliter.ſ.ꝙ opinio de matrimonio non facit legitimam prolem, qñ matrimonium nõ eſt verum, ſed beneficio iuris reputatur legitima,

legitima, vt eo.tit.c.ex tenore, & tale est quantum ad ꝓles natas de matrimonijs reputatis ab infidelibus, quæ non sunt vera matrimonia, vt quando habet infidelis multas in vxores, aut quando repudiata legitima contrahit cum alia, vel alius cum repudiata: nam in his omnibus putant infideles esse matrimonium, & nō est de diuor.cap.gaudemus; ideo nec proles est legitima, & tamen ista eorum ignorantia, vel error præstat occasionem legitimādi prolem, & legitimatur beneficio iuris per cōuersionem ad fidem, vt colligitur ex eodem ca.gaudemus, qui filij sunt legitimi secundum verum intellectum Glo. & doctorum.

Quid requiratur, vt matrimonium infidelium sit legitimum. Quæst. CLXXIIII.

Ex præcedentibus autem colligitur, quòd ad hoc quòd sit matrimonium licitè contractū & legitimum inter infideles non requiritur, nisi quòd contrahant secundum suas leges, aut consuetudines, & non requiritur, quòd Pagani contrahant in gradibus licitis secūdum legem Moysi, sed solum quòd sint liciti secundum leges ipsorū Paganorum: vnde si taliter fuerint copulati, etiam si in aliquo gradu prohibito inter iudęos, iudicabitur eorum matrimonium legitimum, & si conuertātur permittentur ab Ecclesia manere copulati in illo gradu, quia sicut Pagani non arctātur constitutionibus canonicis; & ideo licitè contrahunt in secundo, tertio, quarto gradibus, in quibus non licet nobis cōtrahere, de diuor.cap. gaudemus. ita non arctantur lege Moysi: ideo licebit eis contrahere in gradibus vetitis lege Moysi, nisi sint vetiti lege Christi, vel lege naturæ, quæ omnes obligat, sed lex Christi, nihil de gradibus dixit, ergo solum attendendum est an sit aliquis gradus vetitus iure naturæ; quia in illo nō tenebit matrimonium, nec permittetur copulatio.

[Margin: ex Christi nihil di... de gra... ibus ma... trimonij.]

Ex hoc etiam aliud infertur, scilicet, quòd quomodocunque matrimonium tenuerit inter infideles si conuertantur ad fidem, manebunt sic copulati, quia baptismus non soluit coniugia, sed crimina tollit in alleg.capi. gaudemus: cum ergo prius tenuisset matrimonium inter infideles, tenebit etiam post conuersionem.

An infideles coniuges conuersi ad fidem permittantur manere copulati in quocunque casu, si contraxerant secundum leges, & consuetudines patriæ suæ. Quæst. CLXXV.

[Margin: Gradus matrimonij non cōputātur inter ascendentes, & descendētes, sed solum inter trāsuersales.]

Sed quæretur an in omni casu infideles coniuges conuersi ad fidem permittantur manere copulati. Dubium autem est, quia interdum copulantur in gradibus propinquissimis. Dicēdum ꝙ, aut matrimonium est cōtractū intra gradus concessos Iudęis, aut extra, si in gradibus illis, non est dubitatio aliqua, quin maneant licitè copulati, quia certum est, ꝙ matrimonium potuit tenere, cū Deus hos gradus Iudæis concesserit, & concessū ab eo licitum est. Aut contrahitur extra illos gradus, & tunc aut contrahitur inter ascendentes, & descendētes, vt si filius cum matre contrahat, vel pater cū filia, nepos cum auia, auus cum nepte: nam isti non computātur in gradu aliquo cum sint ascendentes, & descendentes, & gradus solum computentur inter trāsuersales 35.q.5.c.ad sedē, aut contrahitur in aliquo gradu, vtpote in primo, s. inter fratrem, & sororem, aut in quocunque gradu affinitatis. Si primo modo, dicēdum ꝙ non permittenē copulati taliter contrahentes post conuersionem, quia istud nō est matrimonium, sed

A incestus & flagitium, si autem obijciatur, ꝙ fuit matrimonium legitimum, quòd contraxerint secundū mores patriæ suæ; & non requiritur aliud ad hoc, ꝙ matrimonium sit legitimum.

[Margin: Infideles si cōtrahunt inter ascēdentes, & descendētes cōuersi ad fidē nō permittuntur manere copulati.]

Dicendum quòd non permittuntur manere copulati, quia matrimonium istud cum contractū fuit, non tenuit: nam si tunc tenuisset infallibiliter diceretur postea tenere cum baptismus non soluat coniugia, & consequenter permitterentur copulati manere, & quia nemo disiungere potest, quos Deus coniunxit, sed non tenuit istud matrimonium, quando contractum est, quia non fuit legitimè contractum. Et quando obijcitur, quòd fuit secundum leges, aut consuetudines patriæ.

B Dicendum quòd si contra legem, aut consuetudinem patriæ contractum esset in quocunque gradu contraheretur, reputaretur illegitimum, & tamen si secundum legem, aut consuetudinem patriæ in tali gradu contractum est, aut cum tali persona non potuit legitimum fieri, eo quòd non fuit vere contractum per legem, vel consuetudinem patriæ: nam neque lex, neque consuetudo esse potest contra ius naturale. Nam seipsum negat, qui contra ius naturale agit, & quicquid constituatur contra ius naturale nō merebitur nomen legis, sed vocatur secūdum Arist. lib.5.Ethi.apostediasmenos, idest lex carens ratione, & ita non est lex.

[Margin: Semiramis nō excusatur de m̄rimonio cū filio pp suam legē. Consuetudo contra ius naturę est corruptela.]

Et ita quādo Semiramis regina Assyriorum constituit licere mulieribus accipere filios in viros, non

C fuit illa lex, sed nefas; & ideo non excusabatur contractus per talem legem, sicut si statueretur, quòd liceret cuilibet cognoscere vxorem alterius, aut inferre ei vim: nulla enim lex efficere hoc posset iustum, similiter, neque cōsuetudo hoc efficere potest, quia maior est auctoritas legis, quàm consuetudinis cum consuetudo succedat legi, & pro lege accipiatur quādo lex deest, cum ipsa sit legum interpres, de consue. cap.cum dilectus: & tamen lex non valet contra legem naturæ: ergo multominus consuetudo. immo si aliqua fuerit consuetudo contra ius naturæ nō vocabitur consuetudo, sed corruptela. eod.cap.cum tanto, & quanto diuturno tempore fuerit obseruata, tāto deterius erit; quia tanto maius peccatum generabit. eo.c. & de cōsan. & affin.c.nō debet: ergo talis

D lex reputatē, vt nō lex, & cōsuetudo reputatē, vt nō cōsuetudo, vnde manet, ꝙ talis cōtractus sit factus sine auctoritate legis, & ꝯsuetudinis; & iā sit illegitimus, & cōsequenter nō debeant permitti taliter contrahētes cum ad fidem conuersi fuerint: nam si legem, aut consuetudinem vocamus omne, quod populus aliquis in vsum deduxit, & cōsensu communi approbatur, sequentur inconuenientia: nam diceremus tunc licitum esse Sodomiticum vitium, cum apud quosdam barbaros pro malo non reputetur, & ęqualiter licere iudicetur virum tangere, & fœminam cognoscere, similiter scimus barbarorum Aethiopumque multos esse, qui matrimonio non vtantur, sed omni-

E bus mulieribus indifferenter misceantur sine vllo fędere coniugali, vt sunt Garamantes, sicut asserit Solinus in Polistor.cap.de Aethiopibus; & tamen si tales conuerterentur ad fidem non permitterentur eis cōmisceri omnibus, sed cogerentur matrimonijs vti. Sic autem est de quacunque lege, vel consuetudine, quæ inter ascendentes, & descendentes matrimonia constituit: nam non est lex, sed abusus cum sit cōtra ius naturæ, secundum quam debetur aliqua reuerentia cognationi, quæ tamen tota abolebitur, si concedamus inter ascendentes, & descendentes fieri matrimonia,

Infideles si contrahant cum personis vetitis in lege Moysi propter affinitatem, vt socrus cum nuru, &c. secundum consuetudinem patriæ suæ conuersi ad fidem non separabuntur, sed matrimonium censebitur legitimum. Quæst. CLXXVI.

SI autem infideles copulati fuerint secundum legem, aut consuetudinem terræ suæ in aliquo gradu consanguinitatis, aut affinitatis, dicendũ quòd solum manet dubium de primo gradu, scilicet inter fratrem, & sororem; nam ceteri gradus consanguinitatis permissi sunt ad contrahendum in lege Moysi, & ideo etiã in aliis gentibus poterant esse liciti. Sed quid de gradibus affinitatis? Dicendum, ꝙ de affinitate minus dubium est, quia affinitatis grad⁹ non sunt vetiti, nisi propter consanguinitatem, sicut dicit Aug. & habetur 35.q.3.c.si vir.s.si vir, & vxor nõ iam duo, sed vna caro sunt, non aliter nurus est deputanda, quam filia, & ideo si cõsuetudo sit, vel lex apud aliquos infideles matrimonium contrahi cum oĩbus personis vetitis in lege Moysi pp affinitatem, vel cum pluribus earum, non vr̄ esse ꝯ ius naturę: ideo pt tenere talis lex, aut consuetudo, & consequẽter matrimoniũ ꝯctũ cũ talibus iudicabit̃ legitimũ, iõ ĩ ꝯuersione non separabuntur, sed licebit eos manere copulatos.

De primo gradu consanguinitatis.i.fratre, & sorore vr̄ esse dubium an possit per legem, vel consuetudinem esse licitum, & videtur dicendum, ꝙ si aliqui infideles taliter copulati conuerterentur ad fidem, inter quos consuetum esset sic copulari, non deberet dirimi matrimonium, quia potuit esse legitimum cum sit contractum iuxta mores patriæ. Nec est mirandũ talem legem esse apud infideles aliquos, cum etiam apud Romanos, qui inter omnes Gentiles, maximè ratione vtebantur, & politia, talis lex esset, quę diu obseruata est, & vsque ad tempora Gregorii aliqualiter manebat, sic dicit Gregorius, & habetur 35.q.3.capit. quędam lex.s.quędam lex Romana permittit, vt siue frater, & soror, seu duorum fratrum germanorũ, seu duarum sororum filius, & filia misceantur.

De infidelibus certum est, ꝙ non tenentur constitutione canonica de gradibus nostris, de diuor.c.gaudemus. Neque ẽt lege Moysi, quia illa neminem nũc obligat, & qñ tenebat solos Iudęos obligabat, sed sola lege naturę, & lege Christi, lex Christi hoc nõ vetat: de lege naturę est dubium an sit contra eam. Et vr̄ dicendum, ꝙ non. Primo, quia Deus in principio sęculi fecit copulationem de fratre, & sorore, nam filii Adę inter se miscebantur cum nulli alii essent, tamẽ si hoc secundum se esset illicitum instituisset Deus aliter genus humanum.s.in pluribus indiuiduis, vt non cõtraherent fratres, vt supra dictum est, & tñ nõ fecit, ideo significauit non esse secundum se malum.

Secundo patet, & efficacius, quia qñ Gregorius voluit prohibere talem copulationem non dixit, ꝙ erat contra naturam, quod tamen diceret, vt esset dictum suum firmius, & manifestiorem iustitiam cõtineret, & tñ non dixit, sed solum ꝙ ex talibus copulationib⁹ paucę proles proueniebant.s. sed experimẽto didicimus ex tali coniugio prolẽ non posse succrescere, ergo non significauit esse ꝯ naturã, & ita non erit illicitum infidelibus, quibus talis est consuetudo coniugi in his gradibus. Nisi quis dicat, ꝙ Gregorius significauit aperte istam copulationem esse contra ius naturę, & contra Dei voluntatem inquantum dixit experimento didicimus ex tali coniugio prolem non posse succrescere.s.Deus maledixit huic copulæ, & illud in effectu ostendit inquantum non permittit inde crescere prolem, sicut qñ maledixit ficulneę, ait nunq̃ ex te nascatur fructus in sempiternũ, Matth.21.& Mar.11.cap.sed dicẽdum, quòd non stat, quia ibi loquitur

F Gregorius de coniugio primi, & secundi gradus, sc
licet fratris, & sororis, & filiorum duorum fratrum
& tamen secundus gradus in veteri testamento era
a Deo permissus, & licitus iudicatus; ideo non era
contra voluntatem, neque talis copulatio maledict
voluit tamen Gregorius dicere, ꝙ illa copulatio no
erat multum honesta: maximè in nouo testament
ideo ꝙ non liceret Christianis contrahere in his gr
dibus. Sed dicendum quòd licet inter aliquos Ge
tiles istud licebat communiter inter alios erat illic
tum, & legibus vetabatur, sic inducit Ouidius, lib
Meta. in verbis Biblidis amantis fratrem suum Ca
num. vbi omnia se habere dicebat, nisi quòd Caun
erat frater suus: nam ex hoc dicit scelus esse illi
G si tamen inter aliquos Paganos esset consuetudo,
lex ꝙ coniungerentur fratres, si ad fidẽ conuertere
tur, videtur ꝙ erant permittendi sic manere, quia
trimonium inter eos a principio tenuerat, quod p
baptismum non dissoluebatur.

*Quare leges seculares sanctorum Imperatorum non permi
runt Iudæos, & alios infideles contrahere secundum le
Moysi, scilicet in 2.3. & 4. gradu. Tamen leges canon
scilicet Rom. Ecclesiæ permiserunt. Et de causa istarum
gum, & an fuit æquius permittere, quàm vetare.
Quæst. CLXXVII.*

OCCASIONE autem precedentium adu
H est aduertẽdum, ꝙ cum de diuor. c. gaudé
mus, & de consan. & affinit. de infidelibus
ꝙ si infideles copulati in secũdo, tertio,
vlteriori gradu ad fidem conuertantur permittun
sic copulati, non est intelligendũ, ꝙ hoc dicitur qu
Ecclesia approbet, per hoc legem Moysi, in qua p
nuntur isti gradus, in quibus liceat contrahere, c
lex Moysi iam transijt, i. cessauit; ideo nemo tene
ad obseruãtiam eius, neque ipsi Iudæi, qui in ea viu
immo obseruatio eius est iam mortifera, quia qui
lege putat se iustificari, nõ habet partem in Christo
ad Gala. 5. c. sed dr̄ illud ad ostendendum, ꝙ tunc in
deles conuersi ad fidem permittũtur manere in iis
coniugijs, quãdo copulati fuerunt legitime, ita vt ma
trimonium teneret, eo ꝙ matrimoniũ nõ soluitur p
I baptismum: vnde si tenuit dũ contractũ est inter in
fideles, tenebit post conuersionem. Si aũt non tenu
dum contraheret̃ non permittuntur copulati, qui c
uertantur, scire aũt an matrimonium tenuit inter in
fideles, vel non, dum contraheretur, ex nullo alio h
betur, nisi an ſm leges eorum reputaret̃ licitum, v
non: si enim legibus eorum ꝯuenit licitum est, al
non, & tñ ſm infidelium leges tam Iudęorum, q
Paganorum licitum est ꝯhere in secundo, tertio,
vlterioribus gradibus; ideo si sic ꝯhant iudicat̃ ma
monium legitimum, & verum, & non dissoluitur
aliter, i. in alijs gradibus ꝯhant, q̃ leges suę permitt
non est verum matrimonium, & intm̃ iudicatur m
trimonium ꝯctum per leges infidelium legitimum
& verum, inquantum non est contra legem Chri
K vt supra dictum est, & patet in cap. gaudemus.
Sed circa hoc aduertendũ, quia in fideliũ quidã su
liberi, alij sunt sub ptãte fideliũ, qui sunt liberi regu
ꝓprijs legibus, qui ꝯhunt ſm leges suas, & ꝯsuetud
nes, & mr̄imoniũ sic ꝯctũ est legitimũ, vñ si tales ad
fidẽ ꝯuertunt̃ manent sic copulati. in allegato c. gau
demus. Si aũt sunt subiecti fidelibus, viuunt legibus
quas eis fideles imponunt, quas licitè ponere possu
tanq̃ subditis, & pñt eis dare leges de mr̄imonio, ſm
quas contraheretur inter eos mr̄imonium legitimu
& si nõ contraxerint secundum illas, non erit matri
monium, sed fornicatio, & qñ conuersi fuerint non
permittentur sic copulati, cum non sit matrimoniũ

Quomodo

Quomodo leges seculares humanæ Imperatorum non permiserunt Iudæos contrahere secundum legem Moysi. Quæst. CLXXVIII.

SED in hoc est aduertendum, ꝙ leges humanæ voluerunt totaliter Iudæos reducere ad obseruantiam Christianorum; & ideo nō permiserunt eos cōtrahere secundum legem Moysi, sed secundum cōsuetudinem Christianorū, vt patet. C.de Iudæ.& cęli.l.nemo Iudęorum, s. Nemo Iudęorum morem suum in coniunctionibus, neque iuxta legem suam nuptias sortiatur, neque diuersa sub vno tempore coniugia conueniat. Ex quo apparet, ꝙ non licebat Iudæis contrahere in secūdo, tertio, & quarto gradibus, sicut neq; nobis licet; ideo de quatuor primis gradibus primi generis affinitatis. Etiam non licebat repudiare vxores, neque repudiatas ab alijs accipere, neque habere in eodē tempore multas vxores, quia nihil istorum nobis licet. Sed sciendū, ꝙ canon mitius se habuit cum Iudæis, quàm lex secularis: nā permittit eis cōtrahere in omnibus illis gradibus cōsanguinitatis, & affinitatis, in quibus lex Moysi permittebat, sed non permittit contrahere cum repudiatis, neque repudiare, neque simul plures vxores habere. Primum patet, quia de consan. & affini. c. de infidelibus, & de diuor. ca. gaudemus. dicitur ꝙ Pagani, vel infideles, qui contraxerunt in quarto, & tertio, & secundo gradu permittātur permanere copulati, qa licitè in his gradibus contraxerunt, aut verū fuit matrimonium inter eos, & tamen cū Ecclesia vetuisset Iudęis, & Paganis subditis temporali dominio fideliū contrahere in his gradibus non licitè contraherent, & ideo quando conuerterentur non liceret eis manere sic copulatos, quia non essent coniuges, & tamen permittuntur manere, ergo ostenditur, ꝙ licitè contraxerant, & ita etiam non vetuit. Secundum patet, quia si Paganus cum multis simul conuertatur coniugibus non permittitur cum eis, quia dicitur ꝙ non est matrimonium, nisi cum vna, etiā si quis repudiata legitima accipiat aliam, cum qua ad fidem conuertatur non permittitur cum ea copulatus quādiu repudiata viuit de diuor. cap. gaudemus, & tamen si iudicasset hic esse matrimonium permitteret manere in conuersione.

Cur Ecclesia non vetuit primum gradum, & vetuit secundum. Quæst. CLXXIX.

SED dicetur, quòd etiam nō vetuit primum, & vetuit secundum istorum. Dicendum quòd secundum nō fuit necessarium Ecclesiæ prohibere, nec tamen potuit permittere, quia minor non potest dispensare in lege superioris, quia nō potest ipsum soluere, vel ligare, de maio. & obe. c. cū inferior, & seruus non iubet fieri, quod dominus vetat 28. quæst, 1. c. sic enim: Christus autem vetuit fieri ista, ideo Ecclesia nō potuit dispensare, vt fierent: nā Christus vetuit dari repudium, & accipi repudiatam ab alio, & etiam vetuit vxorum pluralitatem, vt colligitur Matth. 5. & 19. & ostensum fuit supra, cum autem a Christo istud vetitum esset, nō oportuit quòd postea Ecclesia illud vetaret, neque vetuit, quia satis vetitum erat cum illud Christus vetuisset, sed obseruat Ecclasia prohibitionem Christi iudicans nō esse coniuges eos, qui cōtra illam prohibitionem fuerint copulati, & ita quando Paganus conuertitur cū multis vxoribus, vel cum illa, quam accepit repudiata legitima, non permittitur sic manere in alle. cap. gaudemus. Sed primum permisit Ecclesia, quia Christus illud non vetuit, neque erat per se malum: non

In q.27.

A enim determinauit Christus gradus aliquos, vel personas ad contrahendum, & ideo in nullo gradu contrahitur contra eius prohibitionem. Etiam non erat per se malum, quia non erat contra legem naturę cō trahere in his gradibus potissime cum Deus olim Iudæis in lege Moysi istos gradus concessisset ad contrahendum, cum illos non vetuerit, Leuit. 18. cap. & ideo potuit Ecclesia permittere hoc, quod nón erat necesse prohiberi.

Lex humana an possit tollere matrimonia, quæ iam legitima contracta sunt. Quæst. CLXXX.

SED quęretur quomodo potuit lex humana vetare matrimonium, quod inter infideles erat: nam videbatur in hoc agi contra legem Dei, quia quos Deus coniunxit homo nō separet: ergo neque lex humana, quæ ab homine vigorem accipit. Etiam maioris virtutis atque efficaciæ est sacramentum baptismi, quod a Christo est, quàm lex humana, & tamen per baptismum non tollitur matrimonium infidelium 28. quęst. 2. & c. si quis habuerit, & de diuor. cap. gaudemus, ergo multominus poterit hoc facere lex humana.

Dicendum, ꝙ lex humana non potest tollere matrimonia, quę iam legitimè cōtracta sunt, sed potest facere ne de cętero taliter contrahatur. In primo casu quando matrimonium causatum est: efficitur vinculum indissolubile, cum a solo Deo causetur, ideo nemo poterit illud prohibere, aut tollere nisi Deus hæc significantur cum dixit Christus Matth. 19. cap. Quos Deus coniunxit homo non separet: in illa coniūctione significatur vinculum matrimoniale, quod Deus superinduxit contrahentibus: hoc est enim cōiungere, & quia si Deus claudit, nemo aperit, & si Deus aperit nemo claudit; ideo si ipse ligauit nemo potest soluere: vnde nec lex humana cónatur hoc facere. Et etiam per sacramentum baptismi non soluitur matrimonium; quia Deus non est spiritus discordiæ, vel contrarietatis prima Corin. 14. sed ab eo est sacramentum baptismi, & ipse firmauit matrimonium coniungendo contrahentes: ergo non tollit vnum per alterum, sed ambo simul manent.

Quare vetatur in aliquibus gradibus contrahi cum ita in illis contrahere malum non sit. Quæst. CLXXXI.

SED dicetur cum licitum sit contrahere in talibus gradibus, in quibus contrahunt infideles, quare vetuit illis lex hoc, aut quomodo potuit? nam videtur illicitum fieri, cum id quod licitum est, vetatur.

Dicendum, quòd non est hoc inconueniens, quia si cuilibet licito opponeretur solum illicitum, non posset prohiberi licitum quin committeretur illicitum, & tamen aliquod licitum est cui licitum opponitur, sicut seruare virginitatem, & non seruare, sed nubere: nō enim opponuntur, vt bonum & malum sed vt maius bonum, & minus bonum, sic dicitur 1. Corin. 7. Qui dat vel coniungit virginem suam benefacit, & qui non coniungit melius facit. Hoc modo potest alicui prohiberi, quod est licitum, & cōcedi aliud licitum, quod melius sit, & tunc lex nihil iniustum facit, sed potius conducit ad perfectionem. Ita autē fuit de lege, quę vetuit matrimonia Iudęorum quantum ad id, quod non seruatur: nam quantum ad id, quod seruatur mādauit rem necessariam, quam non licebat transgredi, vt quòd non haberent multas vxores simul; quantum ad id, quod non seruatur, scilicet de gradibus mandauit rem honestio-

xem ea, quam Iudęi efficiunt, nam honestius est abstinere a secundo, tertio, & quarto gradibus, sicut nos abstinemus, quā coniungi in illis, quod Iudæi faciunt, & ideo vetando Iudęis illud licitum, quo vtebant indixit aliud licitum magis honestum.

Quare prohibitū est Iudæis uti suis cæremoniis in contrahendo.

Cum autem quęritur, quare non concessit Iudæis vti cæremoniis suis in contrahendo, dicendum ꝙ fuit primo propter reuerentiam religionis Christianę, vt subderentur ei infideles obediendo consuetudinibus eius. Secundo ad ostendendum, ꝙ non sunt liberi, sed serui Christianorum, vt extra de Iud. & Sarace. c. & si Iudæos, & ideo non concedit eis propriis legibus viuere, sed legibus eorum, quibus subditi sunt, & sic voluit lex illa, quòd in coniunctionibus matrimonialibus sequerentur consuetudinem, & regulas christianorum, & non suas.

Sed quęretur quid fuit melius an ꝑmittere Iudęis contrahere in secūdo, tertio, & quarto gradibus, tam affinitatis, quam consanguinitatis secundum legem Moysi, vel cogere eos ad tenendum in matrimonio talem ritum qualem seruant Christiani.

Dicendum, ꝙ quantum ad vnam partem illius legis melius fuit prohibere, quam permittere, quātum ad alterum ęquius, & rationabilius est permittere, q̃ vetare. Primum patet, quia vetat̄ ibi vxorum pluralitas aperte, & tacite vetatur repudiatio vxoris, & acceptio alterius, & acceptio repudiatę ab alio: ista enim, vel prohiberi debuerunt, vel saltem prohibita obseruari, nam Christus vetuerat, & quod ille vetuit, nemo potuit concedere: immo tenentur omnes obseruare, & ob hoc domini temporales debent cogere infideles sibi subditos ad hęc obseruandum, nam infideles, qui sunt sub dominio temporali fidelium nullos alios iudices habēt qui possint, & dēant eos pro suis excessibus castigare, sed quicquid fit contra legem Christi peccatum est, ideo temporales dñi, siue sint seculares, siue ecclesiastici debent punire infideles pro talibus, & cogere eos, ne talia committant, ideo si Iudęus, vel alius infidelis repudiauerit vxorem, coget eum dominus temporalis recipere repudiatam, & puniet eum, quia repudiauit, similiter si accepit multas vxores, coget eum dñs dimittere pręter primam, & pro delicto puniet. Qualiter aūt ad dños temporales, & ad quos pertineat punire infideles, & pro quibus excessibus, & quibus pęnis declaratum est latius in libello nostro de Saracena muliere, quę transiuit ad ritum Iudaicū. Et si in puniendo infideles pro his excessibus contra legem Christi sint negligentes domini temporales, Deus irritatur contra eos, de Iudæis, & Saracen. ca. & si Iudęos.

Aequius fuit permittere Iudæis contrahere in secundo, tertio, & quarto gradibus, quam vetare, propter quinque rationes. Quæst. CLXXXII.

SECVNDVM est, ꝙ ęquius est permittere, quā prohibere, & aliqui dicunt istud ideo fieri, quia Iudæi in illo obseruabant legem Dei, Deus enim illa eis concesserat, impedire autem obseruationem legis Dei est peccatum, ideo non licebit impedire eos in talibus. Dicendum ꝙ istud non stat. Primo, quia istud non est impedire legem Dei, quia lex Iudęorum iam desijt esse lex, & nunc neque est lex Dei, nec lex vllo modo, ideo impedire obseruationem eius non est impedire legem Dei: sed eo tempore, quo durabat peccabant, qui impediebant obseruationem illius, sicut fecit rex Acham, qui clausit portas domus domini, & ꝙ non offerretur in altari Dei, sed in quodam alio, vt patet infra lib. 4. 16. c. & lib. 2. Paralip. 28. & 29. c. similiter, & Antiochus illustris peccabat, quia cogebat Iudęos

F non circuncidi, & cessare a tota obseruatione legi[s] Dei, & manducare carnem suillam. 1. lib. Machabęo[rum] cap. primo.

Secundo potest dici, ꝙ etiam si duraret lex Moy[si] cogendo Iudęos ad non contrahendum in secundo, tertio, & quarto gradibus consanguinitatis, & affini[tatis], si nihil vltra ageretur, non esset turbare obser[ua]tionem legis Dei, cum nihil contra illam ageretur. [Si] autem quis cogeret Iudęos contrahere in primo gra[du] consanguinitatis turbaret obseruationē legis Dei, cum in hoc gradu non concesserit dominus copula[ri], sed cogere ad non contrahendum in secundo gra[du] est cogere ad maius bonum, quam lex Dei iube[bat], & istud non est aduersum legi, non est ergo ista ra[tio] quare non liceat hoc prohibere.

G Sed dicendum, ꝙ eis ista permittūtur. Primo, qu[ia] nulla vtilitas est in prohibendo, & superuacuum e[st] conari ad id, quod nullo modo prodest: patet quia I[u]dæi contrahendo in illis gradibus non peccant, qu[ia] non agunt contra legem Christi, nec contra legē na[turę] cum istę leges non vetent istud: etiam non agu[nt] contra legem canonicam, quia constitutionibus ca[nonicis] non arctantur: ergo in nullo peccant: ēt no[bis] in nullo pręiudicant contrahendo in his gradibus, er[go] superuacuum est prohibere, lex autem non debe[t] esse superuacua.

H Secundo, & pręcipue, quia non debemus Iudęos cogere ad fidem suscipiendam, de baptismo, & eius effectu. c. maiores, & de Iud. & Sar. c. sicut Iudęi, & si nihil si cogemus eos cessare a cęremoniis status sui nihil a[liud] esset, nisi cogere eos ad transeundum ad fidē, [quia] status infideliū sine determinatis cęremoniis esse no[n] possit. 45. distin. c. qui sincera: ergo in nulla cęremonia sua deberent impediri.

Quartò, quia nos debemus conari, vt cōuertantur infideles ad fidem, non tamen vim eis inferendo dire[ctè], vel indirectè, sed ratione, & doctrina, & beneficiis in alle. c. qui sincera, & ideo debemus benefacere eis etiam corporaliter, vel temporaliter, sicut Apostolus dicit ad Galat. 6. ca. dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maximè ad domesticos fidei, i. fi[deles]: ergo aliquo modo voluit benefaciendum esse infi[deles]: ergo aliquo modo voluit benefaciendum esse

I infidelibus, & tamen si cogimus eos dimittere suas obseruationes magis exasperabuntur: ergo permitten[di] sunt in eis, vnde & canon prouidit Iudęis non no[cen]dum esse. s. vt nullus occideret, aut percuteret eos, aut diriperet bona eorum, sine iudicio terrenę potestatis, & nullus in festiuitatum suarum celebratione eos la[pidibus], pidibus, vel fustibus percuteret: etiam cæmeteria eo[rum] nemo inuadat: nemo sepulchra effodiat, de Iu[dæis] & rel. l. [Iu]dę. & Sarace. cap. sicut Iudęi. & C. de Iudę. & rel. l. nul[lus] tanquam.

Quinto, quia intentio ecclesię est Iudęos non turba[re] in suis bonis cōsuetudinibus, quas hactenus habue[runt] in alle. c. sicut Iudęi, & tamen contrahere in his gradibus est obseruatio Iudęorum, quam a principio in ipsa lege habuerunt, ergo non sunt turbandi in ea.

K Istam regulam dedit Gregorius in all. c. qui sincera, & postea confirmauit eam Clemens tertius in alle. c. si[cut] Iudęi, & hoc cōcedit ecclesia Iudęis, quandiu ipsi pacificè manserint non prorumpentes in contume[liam] Christi, vel religionis christianę: de Iudæ. & Sa[racen]. cap. & si Iudęos, & cap. in nonnullis, nam si illi[cita] committere voluerint, nō permitterētur eis, quæ quondam erant licita. C. de Iudæis & relig. l. Iudæos quosdam.

Pra[e]

Præcipua causa, cur Iudæis non impediuntur cæremoniæ, & matrimonia. Quæst. CLXXXIII.

SEd præcipua in his causa est ne videantur cogi ad veniendum ad fidem, quod fieret cogendo eos cessare a cæremonijs suis, & hoc præcipue quantum ad illa, quæ multum sunt necessaria illi statui, vt circuncidi, etiam obseruare festiuitates suas, & sabbatum, & alias, & ob hoc Gregorius, cum vetaret impediri Iudæos in suis cæremonijs specialiter dixit de festiuitatibus suis. 45. distinct. cap. qui sincera. §. omnes festiuitates feriasque suas, sicut hactenus tam ipsi quàm parentes eorum per longa colentes tempora tenuerunt liberam habeant celebrandi obseruandique licentiam. & Clemens postea, cum dixisset, ꝙ nullus turbaret eorum bonas consuetudines, quas hactenus habuerunt, specialiter dixit de festiuitatibus. §. ꝙ in festiuitatum suarum celebratione nullus eos lapidibus, aut fustibus turbet in alleg. cap. sicut Iudæi. Et hoc multum prudēter attendit lex humana, cum vetuit eis copulationem matrimonialē secundum suam consuetudinem: nam nihil de lege eis vetuit obseruare: nam contrahere in secundo, tertio, & quarto gradibus non est in lege præceptum, sed in lege permissum: est autem necesse implere præceptum, sed non est necesse vti permisso: si autē iussisset lex in illo gradu copulari non vetuisset lex humana. Vnde de cæteris eorum cæremonijs nihil immutauit, sed seruari permisit & perturbantibus pœnas adiecit, & ꝙ plus est, quia fauorem dedit ad obseruationem cæremoniarum: non solum enim festiuitates permisit obseruari, sed etiā iussit, vt nemo Iudęos die sabbati in iudicium vocare posset, & vocati nō tenerent comparere. C. de Iudæ. l. die sabbato. Et illo die nemo Iudæos potest cogere ad aliquid faciendū, & idem est de reliquis festiuitatibus, quas Iudæi obseruant e. l. interdicitur die sabbato aut reliquis. §. diebus, sub quibus Iudęi cultus sui reuerentiam seruant neminem aut facere aliquid, aut vlla ex parte conueniri debere præcipimus. Et quoniam Iudæi cultum suum in synagoga sua impendunt, voluit lex immunem esse ab onere hospitij. §. ꝙ curiales non possent, aut illi, qui priuatorum hospitijs hospitantur synagogam occupare. C. de Iudæi. l. in synagoga. §. in synagoga Iudaicæ legis velut hospitio merito irruentes iubeatur emigrare, quos priuatorum domus non religionum loca habitationum merito conuenit attingere. Et istud fuit rationabiliter factum. Iudæi siquidem totum cultum superstitionis suæ in synagoga exhibent, quæ si permitteretur occupari iure priuati hospitij indirecte vetarentur cultum suum impendere, & viderentur iam cogi cessare a ritu iudaico, & reuerti ad fidem Christi, sed hoc non licet, ideo debuit synagoga gaudere immunitate & non subire onera priuatarum domorum. Idem videtur dicendum de domo cultus Saracenorum, quæ mesquita vocatur vulgariter: nam illa etiam domus religionis vocabitur eo modo, quo synagoga vocatur domus religionis: nam quantum ad veritatem non est domus religionis, sed execrationis, sed quantum ad opinionem Iudæorum, vt dicit ibidem Glo. Accursij: sic autem est de mesquita, quam Saraceni putant esse locum sacrum, maxime, quia lex illa dicit pluraliter loca religionum, vt includit omnem religionem tam ueram, quàm falsam: vera autem religio sola Christiana est, in qua Deus colitur, aliæ autem non sunt religiones, sed ab eis, qui eas tenent, esse putantur. Sed quare non cogamus Iudæos venire ad fidem, & an possumus, aut quare saltē nō coginius eos cessare ab exterioribus cęremonijs infidelitatis, & quæ sunt bo-

A næ consuetudines Iudæorum, & quid requiritur ad hoc quòd nos permittamus Iudęis aliquam consuetudinem, & in quo debēt puniri, & per quos, & qualibus pęnis latè diximus in libello nostro, cuius titulus est de Saracena, quæ transiuit ad ritum iudaicum.

An probationes & argumenta Innocentij Tertij posita in cap. gaudemus. de verbis Gen. (propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna) probent vnitatem vxoris in matrimonio semper fuisse necessariam: & per consequens pluralitatē etiam B *a principio seculi in lege naturæ & Moysi, fuisse illicitam, nisi ex dispensatione, vt ipse putat. Et quid veritatis ac falsitatis contineant octo dicta, seu rationes præfatæ suæ Decretalis. Et vtrum Iudæi, & Gentiles repudiando vxores ante legem Christi peccarent mortaliter, vt Innocentius Quartus, & turba plurima Iuristarum affirmant. Et an assertioni Papæ, vel eius statuto sit semper infallibiliter standum. Quæst. CLXXXIIII.*

EXpletis his redeundum est ad responden dum rationibus Innocētij Tertij in cap. gaudemus. quibus ostendere nitebatur, quòd nūquàm licuit vxorum pluralitas, nisi ex speciali Dei reuelatione, vel dispensatione: quæ rationes factæ sunt supra q. 28. sed vt ibidem dictum est duo circa hoc considerantur: primum quòd visum C est necessarium Innocētio asserere pluralitatem vxorum nunquàm licuisse, & vnde mouetur: aliud est quòd illud rationibus probet. Primum iam visum est eadem quęstione, & in pręcedentibus, quòd non sit illud necessarium. Est igitur nunc respondēdum argumentis in contrarium: & dicit primo in alleg. c. gaudemus. (verum hoc absonum videtur, & inimicū fidei Christianæ.) Hoc concedere debemus, & ideo nunc pluralitatem vxorum nō permittimus inter fideles, neque etiam inter infideles subiectos Christianis, & ideo si infideles habentes plures vxores, vtpote qui potestati fidelium non erāt subditi ad fidem conuertantur cum omnibus mulieribus non permittan- D tur omnes illas retinere in vxores, sed solū primam, quę est legitima vxor in alleg. c. gaudemus, ipsos vero infideles subditos fidelibus non permittimus habere plures vxores simul, vt patet. C. de Iudęi, & reli. l. nemo Iudæorum. Sed ratio quare hoc sit inimicum fidei Christianæ, & absonum, non est quasi semper fuerit illicitum, & omnino contra ius naturę, aut semper a Deo vetitum, sed quia est contra prohibitionē Christi: Matth. 19. & 5. cap. vt supra declarauimus: ex tempore enim quo Christus hoc docuit, & iussit est inimicum fidei Christianæ asserere licitam vxorum pluralitatem. Secundum est cum dicitur (cum ab initio vna costa in vnā fęminam sit conuersa) Ex ista vnitate infert debere esse vnam vxorem vnius viri.

Vide etiā sup. q. 143.

Primū dictum Inn.

In q. 27.

Secundum dictum Innocen.

E Dicendum quòd hinc nihil probatur: nam quòd fęmina fuerit de costa viri, non fuit ad significandum matrimonialem vnionem vel vnitatem, sed ad hoc quòd voluit Deus totum genus humanum esse ex vno. Nam potuisset creare aut formare simul multos viros, & multas fęminas, sicut fecit in animalib⁹, in quibus simul creauit multa indiuidua non dependentia vnum ex altero; vel potuisset saltem facere simul vnum virum, & vnam fęminam, ita vt non esset formata fęmina de viro, sed ambo de terra: & tamen neque istud voluit, sed vnum solum formauit de terra, & ex illo fęminam: hoc autem fuit, quia voluit ipse in specie humana, quæ est excellentior omnibus corporalibus ostendere quandam admirabilem dignitatem, quæ non esset in alijs, s. vt quemadmodum ex Deo, qui vnus est, omnia sunt per causalitatem, ita

Ex formatione fęminę ex vna costa non probaē pluralitatem vxorū esse illicitam.

ex

ex vno homine esset tota species tam materialiter, quam efficienter, & sic fœmina debuit esse ex viro, & ex ambobus postea omnes, manente tamen ista ratione significationis poterat Deus multas fœminas ex eodẽ viro ex vna costa, vel ex multis costis formare, & vnã tantum formauit. Sed dicendum, quòd ex hoc nihil probatur. nam opus diuinum distinctũ est ab opere naturę, & generationis, & quia natura non potest ex seipsa habere initium, pręsupponit opus diuinũ, quod est opus creationis. Et ad hoc, quòd ista opera sint impermixta, & neutrum sit superuacuum, oportet quod opus diuinum in eo pręcedat, in quo non potest natura, vbi autem illa potest permittenda est agere. Natura autem, sicut non potuit producere primum virum, ita neque potuit producere primam fęminam, quia ambo simul sunt principium per propagationẽ, quilibet autem vir, & fęmina posteriores, aut præter istos potuerunt per propagationem educi, ideo non erat conueniens ad ostendendum istam vnitatem, quod de Adam multæ fęminæ producerentur, sed vna. Nã Adam erat principium per materiam, nobilius autẽ participaret rationem principij si esset causa efficiẽs, quod per generationem fit, & tamen si duæ, aut tres fęminæ ex eius costis producerentur, procederent ab eo solum, vt a principio materiali. Cum autem procedunt ab eo omnes fęminæ, & viri tam per rationem materię, quam efficiẽtis, quod fit per generationem, nobilius procedunt, ideo sic potius procedere debuerunt, præter primam, quæ non potuit aliter procedere. Adhuc est alia causa, Deus produxit fœminam, quia erat ad propagationem necessaria cum dixit faciamus ei adiutorium simile sibi: Gene. 2. c. & tamen ad generationem sufficiebat vna fœmina vni viro, & potissime illa, quam Deus formauerat, cui virtutem suę benedictionis contulerat, vt esset fęcũda in prole, ideo non fuit cõueniens plures formari ex costa viri.

De hoc latius dixit.

Tertium dictum Innocen. in sua Decretali. ex quo etiam non probatur intentum. Et an ex illis verbis Gen. propter hoc relinquet homo patrem, probetur vnitas vxoris in matrimonio. Quæst. CLXXXV.

Tertium erat, quia dixit (& scriptura diuina testetur, quòd propter hoc relinquet homo patrem, & matrẽ, & adhęrebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, nec dixit adhærebit vxoribus, sed vxori, & non dixit tres, vel plures, sed duo) ista verba sumuntur ex eo, quod habetur Gen. 2. cap. & Matth. 19. & ista dixit ibi Christus. Et aliquis diceret, quòd ex his necessario probatur, quia Christus ista verba dixit, & ad verba sua non potest, neque debet responderi, quia firmissime vera sunt.

Dicendum, quòd ista verba sunt Adæ, vt colligitur Gene. 2. capit. & sunt Dei, vt Christus testatur Matth. 19. vterque enim ea dixit, & tamen ex his non ostenditur, quòd debeat esse vnitas vxoris in matrimonio. Et hoc patet, quia istud, aut colligeretur ex intentione Christi ista verba inducentis, aut ex vi, siue significato verborum, sed neutrũ est. De primo patet, quia Christus non induxit ista verba ad ostendendum vnitatem vxoris, sed ad ostendendum indissolubilitatem matrimonii, & quia nõ liceret dare libellum repudij: nam ista quęstio ibi introducta fuerat a quibusdam Iudæis, an liceret homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa, & Christus respondit, quòd nõ, sed solum ex causa fornicationis. Ista enim quęstio ibi proposita fuit a Pharisęis tentantibus eum, & ad hãc Christus respondit, cum dixit, non esse dimittẽdam, nisi causa fornicationis, & ad hoc replicauerunt Pharisęi postea dicentes: Quid ergo Moyses mãdauit dare libellum repudij, & dimittere? Et Christus respondit, quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis vxores vestras dimittere, ab initio autem nõ fuit sic. Et ita in toto hoc non fuit quęstio vlla proposita de vxorum pluralitate, nec ad illam Christus respondit, sed quidquid fuit erat ad quęstionem de nõ repudianda vxore, & si aliqua verba ibi sint, quæ significent non esse licitam vxorum pluralitatem, tamen saltem non inducebãtur ad istam dubitationem principaliter. & ideo ex intentione Christi ibi non potest significari illicitam vxorum pluralitatem.

Neque etiam ex viribus verborum istud inducitur nisi aliquid vltra addatur, circa quod sciendum, quòd ista verba bis dicta fuerunt. Primo per Deum, & Adã. Gene. 2. c. secundo repetita sunt per Christum respõdendo ad quęstionem Pharisæorum. Matth. 19. ca. Innocentius autem non debet arguere ex eis, vt a Christo repetita sunt, sed inquantum a principio dicta sunt a Deo, nam si argueret de eis solũ, vt repetitis a Christo etiam si in eis appareret aliquid, ex quo destrueret vxorum pluralitas, non haberet illud vim, nisi ex tempore, quo Christus hęc dixit, & ita non concluderet Innocentius vxorum pluralitatem semper fuisse illicitam, quod ipse intendit, sed solum esse illicitam ex tẽpore Christi, quod nos asserimus, & confitemur.

Ex verbis Dei Gene. 2. & repetitis a Christo Matth. 19. non probatur pluralitatẽ vxorũ esse illicitam.

Si autem arguat ex verbis illis, inquãtum dicta sunt a Deo a principio sęculi, si ex eis aliquid habeatur de pluralitate vxorum, bene inferret, quòd semper fuit illicita vxorum pluralitas. Sed dicendum, quòd ex illis verbis, quæ habentur Genes. 2. Et dicta sunt a Deo, & postea repetita a Christo Matthę. 19. non infertur aliquid de pluralitate vxorum, & illo modo inducit ea Innocentius in cap. gaudemus, ideo nihil inde probat, sed verum, quod cum illis addidit Christus alia verba, quę habentur Matth. 5. c. & 19. ex quibus apparet esse illicitam vxorum pluralitatem, sed ista verba non habentur Gen. 2. c. neque fuerunt dicta a Deo ab initio, ideo non negatur vxorum pluralitas ex verbis, quę inducit Innocentius.

An Iudæi repudiantes vxores peccarent mortaliter, vt dixit Innocent. & iuristæ. Quæst. CLXXXVI.

Sed dicet aliquis, quòd saltem inferretur, quòd nõ liceret inde repudiare vxores, & ideo repudiando semper peccarent Iudæi, & quicunque repudiarent, quia agerent contra voluntatem Dei verbis expressam.

Aliquis dicet, quòd verum est hoc, quòd repudiantes vxores semper peccabant mortaliter, & ita nõ infertur inconueniens, & sic tenent multi iuristæ, sic tenet Innocentius de diuort. cap. gaudemus: est enim illa Decretalis Innocentij Tertij? Et quando postea cõmentauit eam Innocentius Quartus vir peritus in iure dixit super parte repudiauit, scilicet dato libello repudij, qui libellus, licet concessum esset in lege, quòd daretur propter maius malum vitandum, nunquam tamen dare eum fuit licitum, & quòd sacerdos interueniebat ad cognoscendum: de hoc probat hoc esse illicitum, quòd nunquam inter eos diuortij sententia ferre debebat, immo quod minus est non debet dicere forte permittimus, quòd vxorem tuã dimittas, sed poterat dicere lex permittit, quòd eam dimittas, sed non sine peccato tuo, & sic hodie ferenda esset sententia in omnibus permissionibus, vbi est peccatum: sacerdos autem interuenit, ne quandocunq; quis vellet hunc libellum daret, sed in certis casibus tantum hoc licebat.

Opi. Innocen. & iuristarum.

Sed dicẽdum, quòd hęc non sunt vera, neque hic quicquã erubescimus, quia Innocentius non scripsit disti-

diffiniens, vt papa, sed exponens vt doctor, quem multi alij ante nos in alijs impugnauerunt, & nos hic non erubescimus, nec timemus cõtradicere ei: non enim verũ, quòd peccabat mortaliter qui repudiabat vxorem repudiando eam.

Primo quia si peccaret mortaliter repudiãdo vxorem stante lege de repudiãdo, nihil prodesset illa lex: nam non esset plus si non stante lege repudiaret quis vxorem, nam peccaret mortaliter, ergo melius erat tunc legem non dari de hoc, quàm legem superuacuam esse.

Secundo quia tunc nulla differentia esset inter nõ permissa & permissa, immo possent omnia dici permissa, quia sic etiam furari, adulterari, occidere innocentem diceremus permissa esse, quia poterat quis ista facere peccando mortaliter, & hoc est absurdũ.

Tertio quia potius ista lex esset nociua: pararet, n. laqueum animabus, quia fortè multi viri boni essent, qui si scirent non posse sine peccato repudiari vxorẽ non repudiarent, quia tamẽ in lege dabatur eis facultas repudiandi, repudiabant, & sic esset lex eis occasio ad peccatum.

Quarto quia dicitur psal. 18. lex domini immaculata, & intelligitur de lege Moysi, quia nulla alia lex, tunc a Deo erat data, & tamen si quis faciendo id, qđ in lege erat, peccabat mortaliter, erat lex immunda & habens maculam. ergo repudiando uxorem non peccabat repudians.

Quomodo repudiare uxorem erat licitum apud Hebræos, Quæst. CLXXXVII.

DICENDVM ergo, quòd repudiare vxorem fuit Iudæis licitum, quamdiu durauit lex veteris testamenti, & dato ꝙ repudiatio esset contra legem naturæ determinatè, qđ non concedimus, & contra alia Dei mandata priora, per illam permissionem, aut facultatem repudiandi datam ex lege Dei fieret licita repudiatio, ita ꝙ non peccaret repudians, quia aliàs nullius efficaciæ esset permissio Dei, quod est falsum. Et ita non est verum quod dicebat Innocen. s. ꝙ licet esset concessum in lege, tamen semper erat illicitum.

Ad hoc tñ mouentur, qui hoc dicunt ex verbo domini Matth. 19. cap. ad duritiam cordis vestri permisit vobis Moyses dimittere vxores uestras. Sed ex hoc non probatur, quòd repudiare uxores esset simpliciter malum, ita quòd nullo modo posset esse bonum aut licitum, sed significatur, quòd non dimittere erat melius, & simpliciter bonum, & hoc statuendum erat. Et tamen Iudæi propter duritiam cordis non possent sustinere talem legem, sed potius uxores suas occiderent, ideo concessum est, quòd dimitterent, & per istam concessionem factum est, ꝙ non peccarent dimittendo.

Sed adhuc, qui putant peccatum esse repudiare, dixerunt quòd erat sic de illa lege Dei, sicut de politico statu, in quo minora quædam mala permittuntur, ne maiora fiant: etiam in ipsa lege recta, sicut nunc permittimus meretrices in ciuitatibus, ne omnia libidinibus conturbemus, sicut dixit Augustinus, & tamen per hoc non fit licitum meretricem esse, aut ad meretricem accedere, ita ergo Deus permitteret repudium, vt non sequeretur homicidium, & tamen repudiando peccaret repudians.

Deus per concessionem facit licitum illud, quod aliàs erat illicitum.

Dicendum quòd non stat, primo quia non est simile de lege humana, & diuina: nã lex humana prouidet inquantum potest bono politico, quod si non potest sufficienter procurare per id, quod est simpliciter bonum, procurat illud per id quod non est bo-

A num, & ideo permittit illicita quia nõ potest illa quæ permittit ex quadã necessitate facere licita: si enim posset facere licita esse, Deus tamẽ potest facere esse licitum, quod voluerit: ideo per hoc quod Deus permittit faciet licitum, non enim videtur esse aliquid magis illicitum, quàm occidere innocentem, & tamen si Deus iubeat alicui occidere illum non solum non peccat occidendo, immo peccabit non occidendo, siue occidere non volendo: & non solum est si Deus alicui iubeat sicut iussit Abrahæ occidere filiũ suum Isaac, & illi obediuit, sed etiam si solum det li-

B centiam, dicens: Ego concedo tibi quòd occidas talem hominem si volueris, ergo cum Deus expresse concesserit libellum repudij dari per concessionem istam faceret istud esse licitum, etiam si aliàs esset illicitum.

Secundo quia etiam non est similitudo in hoc ad mala, quę permittuntur in lege humana: nam aliud est permittere non puniendo, aliud est permittere fieri aliquid statuendo. Primo modo ex permissione non iudicatur aliquid esse illicitum: secundo modo licitum ostenditur, & sic de hoc quod est in ciuitate meretrices esse, & meretricibus adhærere. Nã istud est illicitum: & ideo lex humana permittere illud dicitur non quidem statuendo, vt sint aut expressam licentiam eis dando, vt maneant & hominibus, vt eis misceantur: nam nulla lex humana hoc facit: esset

Q̃o lex humana permittit meretrices esse q̃a nõ statuendo, vt sint aut expressam licentiam eis dando vt maneãt & hoĩbus, vl misceantur eis, sed solum eas nõ puniendo.

C enim turpis, & iniusta talis lex, sed solum lex cum nouerit esse meretrices in ciuitate non punit illas, idest non iubet puniendas, sicut iubet occidi fures, & adulteros, & ideo dicit lex illa permittere meretrices, & non permittere adulterium, aut furtum. Et tamen lex Dei expresse statuit de repudiando vxorem: Deuteronomij 24. cap. immo & aliquando monet repudiandam esse Malach. cap. 2. ergo ista permissio ostendit licitum esse opus ante permissionem, siue saltem post permissionem: & ita non erit peccatum repudiando vxorem data illa lege.

D *Tenentes quòd repudiantes vxores peccarent, quid debent dicere secundum opinionem quorundam. Quæst. CLXXXVIII.*

SI tamen aliquis vellet dicere, quòd repudiare vxorem semper fuit illicitum, & peccarẽt mortaliter Iudæi repudiantes vxores ad hoc, quòd non videretur superuacua omnino lex illa, deberent dicere, quòd lex illa aliquid operabatur, & diceretur quòd Deus statuit Iudęis leges per quas regerentur, non solum inquantum ordinabantur ad Deum, vt Deum & creatorem, & quem colere debebant, sed etiam inquantum erant quidam populus, vt inter se conuenienter gubernarentur: & ideo quasdam leges daret, vt Deus quasdam, vt Legislator politicus: esset autem ista lex de repudiando vxorem

E sicut lex politica conueniens statui illius populi infirmi, scilicet, vt repudiarent vxores, & per hoc quòd concederet istud non faceret rem esse licitam, sed adhuc peccarẽt mortaliter repudiantes vxores, & tunc prodesset ista lex. Primo ad euitandum pęnam, quia si non esset hoc cõcessum, & aliquis repudiaret vxorem puniretur, sicut inter nos fit, nũc vero data lege, illa erat concessa impunitas repudianti, & hoc multũ erat. Secundo proderat ad hoc, quòd matrimonium solueretur, & istud videbatur esse præcipuum: nam siquis repudiaret vxorem si matrimonium esset indissolubile, non dissolueretur accipiendo aliam, sed manerent coniuges, & fornicaretur accipiens aliam: & ipsa quoque si ad alium transiret virum fornicaretur: Matth. 5. & 19. c. sic enim nunc iudicamus, siquis

vxorem

vxorem suam repudiaret, siue inter fideles, siue inter infideles, vt patet de diuort. capit. quanto alias gaudemus. Si autem Deus daret licentiam recedēdi, vel repudiandi per hoc dissolueret ipse matrimoniū, quod ipse solus facere potest, si matrimonium ab illo iungitur, & efficitur semel indissolubile, & ita efficeretur, quòd peccaret semel repudiando ille, qui repudiabat, & tamē postea nō maneret in peccato, sed licite transiret ad secundam, & haberet eam, vt coniugem, & illa licite aliū acciperet in virum soluto iam vere matrimonio, & ita lex non esset superuacua. Tertio quia Iudæi forte repudiarent vxores, etiam si Deus hoc expresse non concederet, eo ꝙ illi consueti erant prius repudiare secundum leges, & mores Gētilium, inter quos viuebant, etiam si Deus expresse non permitteret, dum tamen expresse non vetaret, ideo esset conuenientius exprimi licentiam repudiandi quam taceri, quia si non exprimeretur tenerent ipsi alium modum non conuenientem repudiandi, dando autem licentiam illam expressit doctrinā de modo repudiandi, & se habendi ad vxorem repudiatam.

Et similiter isti dicerent de aliis in lege permissis, vt de dando pecuniam ad vsuram, & de occidēdo inimicum antequam intrauerit in vrbem refugij: nam volunt, quòd ista facere esset peccatum mortale facientibus, & tamen pręstaretur aliquid per has leges, ita vt non essent superuacuę. De vsura patet 23. ca. vbi prohibentur Iudæi dare vsuras aliis Iudæis, & conceditur, aut permittitur dare ad vsurā extraneis, hoc autem primum proderat pro impunitate, nam si hoc non esset expressum puniretur Iudæus dans ad vsurā extraneo, sicut dans ad vsuram alij Iudæo. Secundo vt non teneretur ad restitutionem: nam si hoc non esset concessum, esset vsura, sicut furtum, vel dolus, aut illicitus cōtractus, quo acciperetur res aliena, teneretur ergo vsurarius ad restitutionem, vt ergo videretur, ꝙ non teneretur restituere vsurariam pecuniam, fuit illa concessio legis, & tamen non tolleretur peccatum dantis pecuniam suam ad vsuram, & ita non esset superflua ista concessio.

De vsura.

De occidendo autem occisorem antequam intraret in vrbem refugij, nihil hic tangemus, quia istud quomodo liceat, & an liceat, vel illis liceret, declaratum est supra Numeri capit. 35. Et per istum modum isti responderent ad inconuenientia, quę nos supra quæst. 186. contra hoc inducebamus. Ad primum diceretur, quòd non erat ista lex superuacua, quia licet non excusaretur per eam peccatum repudiatoris, fierent vtilitates suprapositæ. Ad secundum dicendum, quòd non essent omnia sic permissa: nam furtum adulterium, & alia, de quibus obijcitur, non essent permissa, quia licet in vtrisque sit peccatum vni conceditur impunitas, & alteri non, & sic quantum ad vsurā, & furtum: nam pręter pęnam furti datur restitutio, in vsura autē neque est restitutio, nec punitur vsurarius.

Ad rōnes alteri⁹ opi. q. 187.

Contra prædictam opinionem positam quæst. præceden.
Quæst. CLXXXIX.

Sed dicendum, quòd non stat adhuc ista positio, licet videatur habere aliquem colorem, nā si verum esset id, quod dicit, s. quòd peccarent repudiantes, non erat alius modus ad soluendum inconuenientia, & faciendum, quòd non essent leges illę superuacuæ, & tamen adhuc non stat, sed dicendum est semper, sicut supra. s. quòd Iudęi repudiantes vxores nō peccabant, siue quia per se licitum erat repudium, siue quia licitum fieret ex ista concessione. Primo patet, quia non satisfit rationi tertiæ positę supra quęst. 186. s. quòd pararet animabus laque⁹

In qō. 186. 187.

F per talem legem, & per omnes similes, & tamē Deus talia non facit, sed potius è contrario tollit laqueum, vel offendicula ad peccandum.

Secundo, quia etiam lex Dei non esset immaculata, sed haberet maculas, quod est inconueniens.

Tertio, & pręcipue, quia non conuenit poni in lege Dei aliquid, quod peccatum mortale inducat, nam Deus ordinat homines per legem præcipue ad se, & respectu vitæ æternæ, non autem respectu temporalis status, ideo tollit, vel tollere debet omnia impedimenta veniendi in ipsum, non est autem aliquod impedimētum ad hoc, nisi peccatum mortale, & ideo debet Deus tollere omnia peccata mortalia, nā si Deus omnia vitaret, & relicto vno cum per illud vnum omnino homines a Deo elongarentur, ita vt in ipsum nunquam peruenirent, non plus erat vnū permittere quā omnia: sed certum est, quòd Deus conatur auferre alia mortalia, ergo nullum permittet: dabat tamen leges illas, tam de repudio quam de vsuris, ergo vtendo legibus humanis non peccabant Iudæi mortaliter.

G

Quarto, quia Deus cum multa diligentia voluit auferre idolatriam de Iudæis, & quædā alia peccata, hoc autem non faciebat quasi per hæc Deo noceretur, qa neque cultus, quem ei impendimus, ei prodest, neque idolatria ei nocet, sed solum inquantum per hæc nos elongamur ab eo, quod nobis valde malum est, & tamen per quodlibet peccatum tantum a Deo elongamur, quòd etiam si vnum solum habeamus, nūquam veniemus ad ipsum: ergo Deus nullum peccatum ꝑmittet, & tamen si vtendo lege illa peccarent Iudæi, Deus permitteret peccata quædam mortalia pręstando auctoritatem ad ea: ergo vtendo illa lege, & similibus non peccabant.

H

Quinto, quia esset tunc lex Dei minoris perfectionis, aut nobilitatis quam humanæ leges: licet enim leges humanæ aliqua mala permittant non puniendo nullum tamen malum permittunt statuendo, i. dando expressam licentian, vel auctoritatem ad illud faciēdum, sicut supra diximus, de meretricibus, quæ in ciuitate permittuntur, quia non puniuntur, tamen non datur eis expressa licentia manendi in ciuitate, neque aliquid de eis in legibus humanis dicetur, nisi in prohibitionem, s. vitando aliqua mala, quæ faciunt, aut ꝙ illa non faciant, sed non affirmatiue eis concedendo. Si tamen repudiare vxorem esset peccatum mortale, expresse concederetur in lege Dei aliquid, quod esset peccatum mortale, ergo repudiando vxorem, quod Deus concessit, non est peccatum mortale.

I

qō. 185.

Leges humanæ mala quædam permittunt puniendo, nullum permittunt statuendo expresse licentiam dando.

Sexto, quia illa applicatio supra posita, non conuenit intentioni Christi secundum verba sua, nam dixit ipse Matth. 5. & 19. cap. quòd qui dimittit vxorem fornicatur accipiendo aliam, & qui dimissam ducit, & etiam ipsa, quæ dimittitur, fornicatur si ad alium trāseat: qui enim volunt peccasse eos, qui repudiabant vxores fundant se ex illis verbis Christi, ideo necesse esset per illa, quòd non solum peccaret repudians dimittendo vxorem semel, sed semper esset in peccato quandiu haberet aliam, & dimissa semper esset adultera quandiu cum alio viro esset, & tamen applicatio supra posita, dicebat, quòd solum peccaret dimittendo, tamen per licētiam legis solueretur vinculum matrimonij, ita vt ille non esset maritus repudiatæ, nec illa vxor eius, & ita de cætero ille acciperet aliam licitè, & illa alium, ergo neque illa applicatio stat.

K

qō. 186.

Septimo, quia ista inter se non bene conueniunt: dato enim, quòd illud possibile esset, quòd Deus tolleret vinculum, & liceret vtrique, idest repudiatori, & repudiatæ coniungi alteri: tamen non conueniūt ista sibi ipsis, quia si Deus ex sola potestate sua dissolueret matrimonium, quod erat alias indissolubile, ad hoc, quod

quòd licitè coniungerentur alijs repudiator & repudiata, rationabile erat dici, ꝙ ex eadem potestate faceret licitũ esse, ꝙ repudiator legitime repudiaret vxorem. i. sine peccato mortali, cum omnia peccata mortalia Deo repugnẽt. Alioquin daremus, ꝙ Deus fecisset per potestatem suam aliquid imperfectum, & ꝙ nullo modo prodesset. s. auferre vnum peccatũ mortale, & dimittere aliud, cum tamen per vnicum peccatum, ita elongemur a Deo, & simus ei dissimiles, sicut per omnia, quia qui peccat in vno, factus est omnium reus, & istud est inconueniens.

Octauò quia inconueniens, & absurdum videtur, ꝙ Deus aliquam legem dederit in cuius vsu esset peccatum mortale, cum ipse posset facere, ꝙ nõ esset ibi peccatum. Nam & lex humana si posset euitaret omnia peccata, & si aliquod est quod nõ euitat, ideo est, quia non potest: non igitur concedetur hoc, quia tũc lex Dei esset minus bene data quàm lex humana.

Cõclusio. Dicendum igitur ex prædictis, ꝙ siue esset repudiare vxorem per se licitum siue non: constat, ꝙ post illam concessionem Dei non fuit Iudæis peccatum repudiare vxores, & sicut sine peccato eas repudiabant, ita licitè accipiebant alias, & repudiatę licitè transibant ad alios.

Impugnatur Innocentius quartus in alio suo dicto super c. gaudemus, scilicet quòd sacerdos interueniebat in repudio. Quæstio. CXC.

DICEBAT vltra Innocentius, ꝙ sacerdos, q in his interueniebat non debebat inter eos proferre sententiam diuortij, immo non debebat dicere permittimus, ꝙ vxorem tuam dimittas, sed poterat dicere lex permittit, quòd eam dimittas, sed non sine pctõ tuo: ista non videntur esse uera. Primo, quia dicit quòd interueniebat sacerdos in his, quod non stat. Primo quia istud esset si libellus repudij deberet dari in certis casibus, & in alijs non: quod putat Innocentius verum, quia tunc ad cognoscendum, an casus ille ibi esset, in quo liceret dimittere deberet sacerdos, aut aliquis iudex interuenire ad iudicandũ, & pronũciandum tamen nullus determinatus casus erat, sed secundum voluntatem viri quandocunque vellet dimittebatur vxor, ergo non erat ibi necessarius sacerdos in iudicem. Secundo qa Deus dedit leges cæremoniales, ita præcisas, quòd nõ oportebat ad eas, quicquam addi, immo non licebat, sicut dicitur Deuteron. 12. cap. Et tamen Deuter. cap. 24. ponitur lex de repudio, & nihil dicitur de sacerdote, igitur nõ interueniebat sacerdos in his. Tertio, qa si sacerdos interueniret ipse ferret sententiam diuortij approbando causam esse talem, pro qua secundũ legem posset repudiari vxor, & tamen non dabat sacerdos, vel iudex sententiam, sed vir. Nam ipse dabat libellum repudij Deutero. 24 c. ergo non interueniebat iudex. Simile patet in diuortio, quòd secundum Ecclesiæ consuetudinem celebratur: nam uir non diuertit ab uxore auctoritate propria, sed iudex Ecclesiasticus profert sententiam diuortij. eodem titu. cap. de illa. Et tamen qui dicunt sacerdotem ibi interuenire mouentur ex similitudine nostri diuortij, sed leuis suspitio est ista, cum non habeatur aliquid ex lege vnde hoc colligatur, licet aliqui uelint illud asserere, quos satis possumus contemnere. Cum autem dixit Innocentius, quòd sacerdos non dicebat: permitto, uel permittimus, ut uxorem tuam dimittas. uerũ est, quia cum non interueniret ibi sacerdos nihil posset facere, & tamẽ si ibi sacerdos interueniret, nescio quare ista non diceret: nam sacerdos non ageret tũc propria auctoritate, sed esset minister legis, ideo ageret eo modo, quo lex, sed lex permittebat, ideo posset ille dicere permitto, vel permittimus tibi vxorem tuam dimittere: nam si lex hoc permitteret fieri sine peccato intelligebatur permissio sacerdotis sine peccato, & si lex cum peccato, sacerdos quoque cum peccato permitteret: quia non aliud permittebat minister legis, quàm lex.

Ad motiuũ Innoc.

Quando fiebat repudium apud Hebræos. Quæst. CXCI.

B ADDIDIT etiam Innocentius, quòd sacerdos interueniebat, ne quandocunque quis vellet hunc libellum daret, sed in certis casibus tantum hoc licebat: sed istud non videtur verum: nam non erat determinatus aliquis casus, sed solum pro volũtate viri erat repudiare vxorem. Et patet primo; quia si aliquis casus esset certus exprimeretur ille in lege, quę de repudio agit: & tamen nullus specialis casus exprimitur: ergo nullus erit talis. Impugnat Innocẽ. in alio dicto suo.

Secundò patet, quia potius videtur ibi significare lex quòd in omni casu liceret repudiare, & sola voluntas esset lex, quia dicitur Deutero. 24. cap. Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fęditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manu eius,
C & dimittet eam. Et ideo quandocunque mulier non inueniret gratiam coram viro poterat eam repudiare; sed non inuenire gratiam non habet causam determinatam, quia interdum vir bonam vxorem contemnit: ideo non erat vlla causa necessaria, sed solum sufficiebat, quòd viro non placeret eam habere.

Tertiò, quia idem significatur Malach. 2. Custodite ergo spiritum vestrum, & vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere: cum odio habueris dimitte, dicit Dominus Deus. & ita non erat aliqua causa necessaria ad hoc, quòd vir repudiaret vxorem, nisi quòd nõ placeret illi, vel contemneret eam; quia potius volebat Deus quòd dimitteret, quàm quòd contemneret.
D

Sed isti, qui dicunt in solis certis casibus hoc licere, mouentur ex duobus. Primò ex modo diuortij, quod fit inter nos, nam non fit nisi ob causam fornicationis, sicut Christus dixit Matth. 19. ita & tunc putabant fieri. Secundò, quia videbatur esse iniustum, ꝙ mulier sine causa repelleretur a viro, & ideo putabant, quòd aliquas causas legitimas allegaturus erat vir, quas teneretur probare veras, & ad cognoscendũ de veritate, & legitimitate causarum debebat interuenire sacerdos: ita credit Innocentius, vt patet in prædictis. Primum argum. Innocen. Secũdum argum.

Sed ista motiua non stant: de primo patet, quia nostrum est diuortium, & non repudium: fertur enim per sententiam iudicis, & non per voluntatem partis. Etiam petit diuortium vxor contra virum, sicut vir contra vxorem: repudium autem dabat vir vxori & non è contrario: & in hoc non iudicabantur ad paria. Ad primũ.

Item ex respõsione Christi, & determinatione sua significatur: Matth. cap. 5. Dictum est quicunque dimiserit vxorem suam det ei libellum repudij: ego autem dico vobis, ꝙ omnis, qui dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis, facit eam mechari. Et ita significat, quòd non erat idem tunc & nunc circa diuisionem vxoris: & tamen dicitur quod nunc non licet dimittere, nisi causa fornicationis: & tunc dicitur; qui dimiserit, nullo addito: significatur ergo quòd nulla causa tunc erat.

Secun-

Secundum motiuum non tenet, quia repudiatio permissa est Iudæis, vt Christus dixit: Matth. 19. ad duritiam cordis eorum, scilicet, vt non occiderent vxores suas, cum non placerent eis, & tamen etiam nulla causa subeunte poterat vir odisse vxorẽ, sicut & nunc viri oderunt aliquas vxores bonas, & castas, & tunc si non liceret eis dimittere illas occiderent eas, ergo debuit licere Iudæis repudiare vxores tam existente causa, quam non existente, sed pro sola voluntate.

Item non erat pręiudicium mulieri, quòd repudiaretur, sed potius fauor. nam ideo permisit Deus repudium, vt viri non occiderent vxores, vel vt non affligerẽt eas, despiciendo illas: Malac. ca. 2. Mulieri tamẽ melius erat, quòd dimitteretur, quam occideretur, vel affligeretur sine causa. ergo non erat pręiudicium vxoribus, sed potius fauor, quòd repudiarẽtur etiam sine causa.

Item non est pręiudicium, quòd repudietur vxor, sine causa: nam nũc videretur esse præiudicium, quia cũ pronunciatur diuortiũ inter virum, & vxorem cogitur continere is contra, quem profertur sententia, vnde si mulier lapsa sit in adulterium, & vir nolit eã sibi reconciliare, cogitur intrare monasteriũ ad agendam pęnitentiam, de conuers. coniug. ca. gaudemus: sed pęna est, quòd cogatur quis continere, ideo si non precederet causa aliqua ex parte eius esset pręiudiciũ, & tamen in veteri testamẽto, licet daretur repudium non cogebatur vir, aut fęmina continere, quia illa satis poterat alterum coniugem accipere: Deuterono. 24. cap. Ideo non erat mulieri præiudicium, quòd sine causa repudiaretur. Ex prædictis apparet, quòd Iudæi non peccabant dãdo libellum repudij vxoribus, & dimittendo eas cum lex eis hoc concederet: nam etiam si prius esset hoc illicitum, per concessionem illam Dei fieret tunc licitum.

An Gentiles repudiantes vxores peccarent mortaliter. Et an repudium sit contra ius naturæ. Quæst. CXCII.

SED dicetur, quòd tunc apparet, quòd Gentiles peccabant repudiando vxores: nam verba illa Dei significabant matrimonij indissolubilitatem, & Gentilibus non fuit data licẽtia ad dissoluendum illud, sed solis Iudæis, ergo peccabant ipsi repudiando vxores.

Dicendum, quòd etiam Gentiles non peccabant repudiando vxores, aut habendo vxorum pluralitatẽ, & patet, quia si peccarent, aut hoc esset, quia agebant contra ius naturę, aut contra Dei mandatum, sed neutrum erat verum, ergo non peccabant. Primum patet quia ius naturale est idem apud omnes, sicut quæ naturalia sunt eadem sunt apud omnes, vt ignis ardet hic, & apud Persas, vt dicit Aristo. libr. 5. Ethic. & ita sunt cognita apud omnes, vt recta, & contraria sua, vt quædam deuiationes, & tamen de repudiando vxorẽ non est sic, quia non reputatur apud omnes iniustum repudiare vxorem, immo potius è contrario omnes gentes fere vtebantur repudio, nisi postquam Christus illud vetuit, ergo non erat de iure naturali.

Sed non est propter hoc omnino negandum esse repudium vxoris cõtra ius naturæ, nam aliquo modo est contra illud. Sed ius naturæ dupliciter accipitur, quoddam consistit in ipsis primis conclusionibus rationis practicæ de agibili, quæ sunt cognitæ, vel esse possunt cuilibet aduertere volenti non orbato ingenio naturali. Aliud est, quod consistit in alijs posterioribus conclusionibus deriuatis ex his, de quo magis aperietur: Matth. 19. vbi tractabitur ista quęstio. Ea quę sunt de iure naturę primo modo obligant omnes ho-

F mines, & nulli vnquam licuit contra agere, neque recipit dispensationem: & tali modo nõ est repudiatio vxoris contra ius naturæ, quia non est indissolubilitas matrimonij de iure naturę hoc modo. Ea vero, quæ sunt de iure naturæ secũdo modo nullum hominem obligant quousque habeant vim obligãdi ex statuto, vel consuetudine alicuius gentis, talia autem licet de se non obligent habent rationem, vt statuãtur ad hoc quòd obseruentur, & obligent: hoc modo indissolubilitas matrimonij est de iure naturali, & ideo repudiũ vxoris est contra ius naturæ, & tamen quod fit contra ius naturæ hoc modo non est peccatum, nisi statuto, aut consuetudine firmatum fuerit tale ius, inter Gentiles tamen nec erat statutum de non repudiãdo, nec

G consuetudo, sed potius contrarius vsus, ideo non peccabant Gentiles repudiando vxores.

Secundo etiam patet, s. quia non agebant contra mandatum Dei repudiando vxores: ad hoc enim, ꝙ contra mandatum Dei agerent duo requirebantur: primum quòd Deus tale mandatum dedisset: secundum, quia dirigeretur ad Gentiles, essetque eis notificatum, quod potest esse tertium. Primum per se patet secundum etiam, quia multa mãdata dedit Deus, quę Gentiles non obligauerunt: eo quòd non dirigebantur ad eos, sed ad solos Iudęos, sicut omnia, quæ in lege Moysi erant. De tertio patet, quia homo nõ potest cognoscere voluntatem Dei, nisi ipse eam reuelauerit, ideo quousque fuerit alicui reuelatum mãdatum Dei, non obligatur ad illud, & contra agendo nõ pec-

H cat, sed ista non fuerunt in præsenti, ideo non peccabant Gentiles agendo contra istud, & repudiãdo vxores, patet hoc ordine conuerso, & primum de tertio. Istud enim siue mandatum esset Dei, siue non, nõ fuit denunciatum Gentilibus. Continebatur enim hoc in libris Gene. cap. 2. Moyses autem illud scripsit propheticè a Deo illustratus, & ideo nemo hoc poterat cognoscere, nisi per reuelationem: & tamen non reuelabatur alijs. Ideo sicut Gentiles ignorabant creationem mundi de nouo multo magis, ignorabant modum formationis fęminæ de latere viri, & quid Deus dixisset deducens eam ad virum, postquam autẽ istud Moyses scripsit, non reuelabatur Gentilibus, quia nõ pręedicabatur eis lex Moysi, sed soli populo Iudęorũ,

I ideo non tenebantur hoc pręcepto etiam si pręceptũ esset, quia eis non fuerat manifestatum.

Secundum erat, quòd ad eos non dirigeretur, nam in lege Moysi nihil fuit mandatum, quod dirigeretur ad Gentiles, sed ad solum Israel, quem Deus in peculiarem populum accipiebat de cunctis gentibus: Exo. decimonono. & Deuterono. septimo. Vnde nullum fuit in tota illa lege pręceptum, quod Gentiles obligaret, nisi esset de iure naturæ: tale autem obligaret etiã si non daretur, sed istud non erat de lege naturę, vt ostensum est, ideo non obligabantur ad illud Gentiles. De primo patet, quia istud non est præceptum, neq; in forma præcepti datum, ideo ex hac parte neq; Gentiles, neque Iudæos obligaret, vt statim dicetur.

Apparet ergo ex dictis, quòd repudiando vxores,

K neque Iudæi, neque Gentiles peccabant, & licite faciebant, sed dicendum, quòd postea per mãdatum Christi fuerunt obligati ad non repudiandum.

Tres cõditiones requiruntur ad hoc, ꝙ quod pceptum Dei obliget.

Reddit ad quæst. 185. vnde digressus est examinando singula verba decretalis gaudemus. Et nunc est in 3. dicto eius. Quæst. CXCIII.

NVNC vero ad literam inceptam redeamus, quę dicit. Propter hoc dimittet hõ patrẽ & matrẽ. Intelligitur propter hoc, idest copulationem matrimonialem, vel propter matrimonium; nam Matth. 19. c.

19. c. Dixit Christus propter hoc, sed Genes. secundo capitu. dicitur propter hanc, & intelligitur de fœmina, scilicet propter copulationem cum fœmina, quæ est matrimonialis: dimittet homo patrem & matrem, scilicet cessabit cohabitare eis, & cohabitabit mulieri, quam acceperit in uxorem: hoc enim generale est omnibus gentibus, in quibus est vsus matrimonij, quòd maritus, & vxor seorsum habitent, & non cohabitet illa matri, neque ille patri.

Expositio illius dicti pp hoc relinquet hõ patrem & matrẽ &c.

Sequitur (& adhærebit vxori.) Idest cohabitabit ei: ista enim adhæsio magis signat cohabitationem, quàm carnalem copulationem, licet pro vtroque accipi possit, sed magis proprie pro cohabitatione alias non opponeretur adhærere vxori ad cohabitare matri, & patri, & tamen ponuntur ista tanquam se consequentia, scilicet dimittere patrem, & matrem, & adhærere vxori, & tamen dimittere patrem, & matrem opponitur ad cohabitare patri, & matri, ideo significatur, quòd cessabit vir cohabitare patri & matri, & cohabitabit vxori. Sed ex his non sequetur aliquid de vnitate vxoris: nam siue vxor, sit vna, siue plures constat, quòd propter illam dimittet homo patrẽ, & matrem, & si vna sit cohabitabit ei, & si plures fuerint, etiam eis cohabitabit, sicut, & Pagani cohabitãt simul cohabitatione vna pluribus vxoribus.

Erunt duo in carne una qũo intelligit.

Sequitur (& erunt duo in carne vna.) Ista litera dupliciter exponitur. Vno modo erunt duo in carne vna, idest in productione vnius carnis, qa vir, & vxor ad hoc sibi copulantur, ut procreent prolem: est autem proles una caro, idest vnum indiuiduum, & est ex duobus, idest duo sunt iam vna caro, idest vnus homo, scilicet pater, & mater sunt vnum in filio.

Alio modo exponitur erunt duo in carne vna, qa antequam sit carnalis commixtio inter virum, & fœminam sunt duæ carnes, sicut duo indiuidua, postquam vero est facta commixtio sunt vna caro: sicut in natura miscibilia ante mixtionem sunt multa, & completa mixtione sunt vnum vnitate cuiusdam inseparabilitatis, vt sicut cum aqua miscetur vino efficitur unum totum, & unum ab altero separari iam non potest in actu, sicut dicit Boetius lib. diuisionum, licet physici asseuerent vinum ab aqua per artificium posse separari. de celebrat. missa. capitu. cum Matthę. §. quæsiuisti, quod an aliquo modo sit uerum non est certum: sed tamen quòd completa mixtione possit separari per artificium est falsum. Et ita per mixtionem carnis sunt vir & vxor in carne una, idest sunt una caro, & in isto sensu accepit Christus ista uerba: nam statim addidit, itaque iam non sunt duo, sed una caro, & talis modus loquendi inuenitur in iure, quòd uir, & uxor sunt una caro effecti, uel non sunt effecti una caro. Si enim carnaliter non fuerunt cõmixti dicitur, quòd non sunt effecti una caro extra dę conuer. coniug. capitu. uerum. si autem iam fuerunt copulati, dicitur quòd fuerunt una caro effecti.

Vinum nõ põt separari ab aqua perfecta mixtione quicquid dicãt Phis.

De indiuisibilitate matrimonij. Et quomodo potuit aliquando dissolui matrimonium, si erant vir, & vxor una caro a principio sæculi, & per consequens quomodo potuit stare repudium aliquando sine peccato.

Quæst. CXCIIII.

Ex his autem verbis infertur indiuisibilitas matrimonij, quasi arguatur erunt duo in carne vna. i. sunt duo vna caro, sed quod vnũ est non diuiditur, i. non est diuisum, ergo coniuges nõ separabũtur, quia nõ sunt iam duo, sed vna caro, & patet quia hoc Christus inferre voluit nõ quasi iubens, sed quasi ex ratione arguens, scilicet erunt duo in carne vna: ergo non sunt iam duo, sed vna ca-

A ro: sunt vna caro, ergo non possunt separari, sic enim dicitur Matth. decimonono capit. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro, quos ergo Deus coniunxit, homo non separet, & sic erit matrimonium indissolubile. Et talis modus loquendi est in iure, scilicet quòd si vir & vxor per copulam sint vna caro effecti non diuidãtur, sed quòd vel ambo in sęculo maneãt, vel ambo ad religionem transeãt: si autem non sunt vna caro effecti, quòd possit vnus ad Deum transire altero in sęculo remanente. de conuer. coniu. c. verũ quasi ibi nullum fiat præiudicium vnitati.

B Sed tunc quęretur cum Christus ex illa litera concludat vnitatem viri, & coniugis, & indissolubilitatem matrimonij: quomodo poterit sine peccato dissolui matrimonium, & quia Christus intulit hoc ex illo iure diuino quod pręexistebat a principio sæculi, videtur quòd semper fuit indissolubile matrimonium, & ideo semper esset peccatum repudiare vxorem, per quod soluitur matrimonium.

Dicẽdum quòd Iudæi, & gentiles antequam Christus diceret istud non peccabant repudiando vxores, quia matrimonium erat dissolubile, & dissoluendo illud non præiudicabãt ei, & patet istud, quia illa verba non fuerunt posita per modum pręcepti, quasi Deus vellet ad hoc homines obligare, vt in matrimonio vterentur vnitate vxoris: & ideo neque obligabat aliquos, sed ponuntur verba per modum iudi-

C candi veritatem. Et idem dicendum, quòd illa verba nõ sunt præceptum, sed aliquid, ex quo potest esse occasio ad sumendum pręceptum, vel faciendum pręceptum de nouo: nam si Deus taliter matrimonium instituit, vt ex modo, vel verbis appareret quædã indissolubilitas, poterat inde iustè sumi ratio pręcipiendi, vt esset indissolubile matrimonium: & ita factum est, quia Christus iussit & diffiniuit matrimonium non dissolui, nec dari repudium, cum non esset sic prius, vt patet Matth. 5. Dictũ est antiquis quicunque dimiserit vxorem, det ei libellum repudij: ego autem dico vobis quòd omnis, qui dimiserit vxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam męchari.

D Et ita apertè significat, quòd ipse dat mandatum nouum de indissolubilitate, & quòd non erat prius sic, sed quòd dimittebat quilibet suam vxorem. Et adhuc magis istud manifestatur ex verbis Christi Matthęi 19. quia ipse ponit ibi verba Domini, quę habentur Gen. 2. cap. & addit aliquid inferendo ex eis, quòd non sit in Gen. nam Gen. 2. dicitur: Adhęrebit vxori suę, & erunt duo in carne vna, & nihil plus additur, sed Matth. 19. Christus retulit ista verba Dei, scilicet. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhęrebit vxori suę, & erunt duo in carne vna. Et addidit. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro, quę ergo Deus coniunxit homo non separet. Et ita hic Christus per modum arguentis ex ratione se habet, & conclusio argumenti sui est pręceptum, scilicet,

E quę Deus coniunxit, homo non separet: ideo quia istud fuit pręceptum negatiuum & nouiter ab ipso datum, ex tunc non licuit alicui dimittere vxorem: etiam cùm dixit: Itaque iam non sunt duo, sed una caro: addidit ostendendo ex uerbis Dei, quomodo inueniebatur indissolubilitas matrimonij.

Dicendum ergo, quòd licet ex uerbis Dei poterat ista inseparabilitas colligi, quia tamen nullus inde intulerat sequi inseparabilitatem, neque etiã illud iusserat, non obligabatur quis ad seruandam inseparabilitatem in matrimonio: Christus autem utrunque fecit: nam ostendit ex illis uerbis innui inseparabilitatem inquantum dixit: Itaque iam non sunt duo, sed una caro: etiam propter illud posuit pręceptum, quod ostendit esse iustum inquantum ex uerbis Domini

F mini sequebatur cum addidit: Quæ ergo Deus coniũxit homo non separet, & ita apparet, quòd post Christi prædicationem fuit matrimonium indissolubile, quia ipse dedit præceptũ de indissolubilitate, & prius non erat datum præceptum, neque declaratum de intentione Dei, ideo nullus obligabatur ad seruandum indissolubilitatem matrimonij.

Quartum dictum, seu argumentum Innocentij in sua Decretali, improbatur. Et quòd si vnus vir habeat multas fœminas matrimonialiter copulatas, non est vnum matrimonium, sed tot sunt matrimonia, quot sunt vxores. Quæst. CXCV.

G QVARTVM erat, quia ipse Innocẽtius ex verbis prædictis infert dicens (nõ dicit tres, vel plures, sed duo, neque adhærebit vxoribus, sed adhærebit vxori) & ita infert, quòd non est licita, neque tunc fuit pluralitas vxorum.

Dicendum, quòd ex illis verbis Dei erunt duo in carne vna, non significatur vnitas vxoris in matrimonio, sed solum significatur inseparabilitas: patet per expositionem Christi, nam cum allegasset Christus illa verba Dei ait: erunt duo in carne vna, itaque iã non sunt duo, sed vna caro, quæ ergo Deus coniunxit, homo non separet, & significat per illa verba: erunt duo in carne vna, intelligi coniunctionem, quam fecit, sed quæ Deus coniunxit, firmiter manent coniuncta, & H homo non habet auctoritatem ad separandum ea: iõ ipse Christus concludit: Quæ Deus coniunxit homo non separet, non igitur apparet ex verbis illis de vnitate, aut pluralitate vxoris. Etiam quia dato, quòd esset pluralitas vxorum in matrimonio, poterat stare indissolubilitas, nam sicut inter vnum virum, & vnã vxorem potest esse indissolubilitas, ita vnius viri ad plures vxores, sed per hoc, quòd dicitur duo in carne vna significatur inseparabilitas, vt dictum est, ergo per illa verba non excluditur pluralitas vxorum, quæ non repugnat indissolubilitati.

Sed obijcietur, quia dicitur erunt duo, ergo non solum significatur inseparabilitas, sed etiam vnitas viri, & vxoris in matrimonio.

I Dicendum, quòd ex verbis illis aliquo modo significantur duo, vnum est inseparabilitas alterum est vnitas, inseparabilitas significatur, cum dicitur in carne vna, quia vir, & vxor efficiuntur vna caro per commixtionem carnalem: vnitas significatur cum dicitur erunt duo, sed verum est, quòd Christus noluit ibi inferre principaliter, nisi inseparabilitatem, & causa est, quia Christus ibi solum fuerat quæsitus a Pharisæis de repudio, repudium autem repugnat inseparabilitati, ideo voluit de hoc respõdere, & ad hoc inducere verba Dei: & tamen aliquo modo ex verbis Dei videtur signari vnitas, cum dicitur erunt duo in carne vna: nã non dixit coniuges erunt in carne vna, sed dixit, erunt duo.

K Est tamen dicendum, quòd adhuc illud nihil ostendit de vnitate viri, & coniugis quasi non sit licitum eidem viro habere multas vxores, sed significauit conditionem matrimonij, & actus matrimonialis: nam in matrimonio non possunt esse, nisi duo, & in actu matrimoniali non possunt esse nisi duo: licet enim vir vnus habeat multas fœminas matrimonialiter copulatas, nõ est matrimonium vnum, sed multa: nam matrimonium nomen contractus, vel vinculi est, contrahitur autem vinculum istud per consensum mutuũ: impossibile est autem vnum cõsensum esse inter plures quam duos: alio enim consensu consentiunt mutuo in seipsos vir & fœmina, & alio consensu ille vir, & alia fœmina, sed a consensu est matrimonium, ergo ab vnitate consensus est matrimonium vnum, & a pluralitate consensuũ sunt plura matrimonia, Deus autem loquitur de matrimonio, vt vnũ est, quia quod iuris est de vno, est de omnibus: ideo debuit dicere erunt duo, & non erunt plures, aut sine numero expresso, dicendo erunt coniuges in carne vna, vt sciatur, quòd in vno matrimonio impossibile sit esse plures coniuges duobus, & ita debuit dicere erunt duo, in carne vna.

Secundo, quia repugnat hic ex natura actus matrimonialis, nam matrimonium est propter actum matrimonialem, qui est copulatio carnalis, sed impossibile est in vno actu carnali conuenire, nisi duos, idest vnum masculum, & vnam feminam: ergo neque matrimoniũ est, nisi vnius viri, & vnius feminæ: si enim vnus vir plures feminas habuerit copulatas matrimonialiter, non erit vnum matrimonium, sed plura matrimonia, quia ibi fuerunt plures, & diuersi consensus, sicut sunt diuersæ copulationes, & diuersę personæ, ergo bene dictum est, erunt duo.

Tertio quia specialiter debuit hoc dici, eo ꝙ Christus, vel Deus conditor voluit significare indissolubilitatem matrimonij ex actu, cum dicat: In carne vna: nam ex illo Christus intulit, itaque iam nõ sunt duo, sed vna caro, quod non fit, nisi per commixtionem carnalem, & tamen impossibile est plures duobus cõuenire in commixtione vna carnali, ideo debuit necessario dicere erunt duo in carne vna, non tamen ex hoc significatur, quòd nõ possit idem vir habere plures vxores, sed solum, quòd non habeat eas in matrimonio vno, sed pluribus: nam alio matrimonio refertur vir ad vnam vxorem, & alio ad aliam, quod apparet ex repudiatione: cum enim quis haberet multas vxores, sicut antiquitus fiebat, repudiãdo aliquam dissoluebatur matrimonium inter vnum, & illam, & licebat mulieri accipere alium virum: Deuteronom. 24. capitu. Et tamen non dissoluebatur per illam repudiationem matrimonium ad illas vxores, si tamen idem numero matrimonium esset vnius viri ad omnes vxores, impossibile erat, & includẽs contradictionem, quòd solueretur quantum ad vnam, & non quantum ad omnes, ergo non est verum matrimonium ad omnes, sed ad singulam est vnum matrimonium.

Explanatio Innocentij illorum verborum, Erunt duo reijcitur, & vera ponitur. Quæst. CXCVI.

CVM autem dicebat Innocentius, quòd non dixit erunt tres, vel plures, sed erunt duo dicendum, quòd non sequitur ex hoc non licere vni viro habere multas vxores. Primo quia hic arguitur per locum ab auctoritate negatiue, non enim dicitur erunt tres, vel plures, non tamen sequitur ideo, quòd non erunt tres, vel plures, quia affirmatiue tenet locus ab auctoritate non negatiue.

Secundo non sequitur, quia licet dixit Deus erunt duo in carne vna non dixit hoc cum præcisione, vel negatione, scilicet negando plures posse conuenire matrimonialiter, ideo dicetur, quòd dixit exemplariter de duobus, & non, quòd non possit esse matrimonium vnius viri ad plures vxores.

Tertio potest dici, quòd hoc dixit ad tollendum errorem: nam dicendo erunt duo, dixit id, quod sufficiebat ad matrimonium: nam inter duos esse potest, & sufficiunt duo ad hoc, quòd in eis sit matrimonium. Si autem diceret erunt tres, vel quatuor, aut plures putaret aliquis, quòd tot requirerentur ad matrimonium contra-

contrahendum, & hoc falsum est, quia sufficiunt duo, idest melius fuit dici de duobus, quàm de pluribus.

Quarto quia breuius diceretur ponendo duos quã plures, nam dicendo duos satis erat non addendo aliquid, quia intelligebatur, quòd erat vnus vir, & vna mulier: si autem diceretur tres, vel quatuor, aut plures dubium erat, an essent duæ fęminæ, & vnus vir, vel duo viri, & vna fęmina, & ita si ponerentur plures, & oporteret hoc limitari: ad dicendum ergo breuiter debuit dici: erunt duo in carne vna, & nõ tres, vel quatuor.

Quinto fuit hoc, quia Deus loquebatur ibi de vinculo matrimoniali, quo coniunguntur aliquæ personæ inter se, & tamen in vno matrimonio nõ possunt esse, nisi duæ personæ, idest vnus vir, & vna fęmina, vt ostensum est præcedenti quæstione: nam si aliquis vir habeat plures fęminas matrimonialiter vnitas, non pertinent omnes ad illum in vno matrimonio, sed in pluribus: & Deus de vnico matrimonio locutus est, ergo dixit duo erunt.

Sexto & principalius, quia agit de commixtione carnali, per quam efficitur vnitas vxoris, & uiri, sed commixtio non potest esse, nisi inter duos, idest vnum virum, & vnam fęminam, ergo non debuit dicere, nisi de duobus, & ista est causa propria. Et patet quia dicitur erunt duo in carne vna: esse autem in carne vna dicit commixtionem, quia per illam, & nõ aliter efficiuntur vna caro, ideo debuit dicere duo. Si autem diceretur erunt duo, & non adderetur in carne vna, non esset necesse dici duo, quia etiam possent poni plures, licet ponerentur conuenientius plures quàm duo, & tamen cum additur in carne vna non potuit dici, nisi quòd duo essent.

Et sic apparet, quòd non excluditur per hoc quin possit vir vnus habere matrimonialiter multas fęminas, sed solum quòd non possint effici vna caro plures quàm duo: nam si vir aliquis plures uxores habeat, non sunt omnes illę cum viro vna caro, quia nõ communicat vna mulier alteri, sicut uir mulieri, & mulier viro, sed quælibet illarum mulierum, cum viro illo sunt vna caro, & quot sunt combinationes & matrimonia uiri & mulierum, tot sunt carnes, & tamen Deus debuit ponere, quòd efficiebantur una caro, quia intendebat loqui de vnitate & inseparabilitate matrimonij, quæ non aliter colligitur ex natura matrimonii, nisi inquantum efficiuntur una caro, & non possunt plures, quàm duo effici una caro. Ergo debuit dici erunt duo in carne una, & non debuit dici de pluribus, & per hoc non significatur quot uxores possit habere uir simul in matrimonio, an duas, vel plures, uel una tantum.

Quartum dictum Innocen. reijcitur, & adducitur vera ratio cur dicitur: Adhærebit vxori: & non vxoribus. Quæstio. CXCVII.

QVINTVM erat, quòd dicit Innocentius (nec dixit adhærebit vxoribus suis, sed vxori) dicendum quòd idem hic responderi potest, quod in præcedentibus, cum dicebatur erũt duo, & non tres.

Primo, quia dixit adhærebit, & non dixit vxoribus, & tamen non negauit, quin posset uir unus adhærere simul pluribus uxoribus: nam locus ab auctoritate non tenet negatiuè.

Secundo quia non dixit hoc cum præcisione: nam qui adhæret uni uxori potest adhærere pluribus, & quia non negauit pluralitatem, nec dixit, cum præ-

A cisione, poterant haberi plures uxores ab eodem viro.

Tertio propter errorem tollendum: nam ad matrimonium sufficit una uxor uni uiro, & non requiruntur multæ: si autem diceretur adhærebit uxoribus, putaretur necesse esse, quòd idem uir plures haberet uxores, ut ergo tolleretur iste error, dictum est id, quod sufficiebat, scilicet adhærebit uxori suæ.

Quarto quia si diceretur adhærebit uxoribus, significaretur pluralitas, & non determinaretur quot esse deberent, & ita relinqueretur dubium: nunc uero dicendo, adhærebit uxori, non est dubium aliquod, qa significatur, quòd sufficit una uxor, & non negatur, quòd esse possint plures.

B Quinto, quia significatur unitas matrimonij: in uno enim matrimonio non potest esse, nisi unus uir, & una uxor: nam & si possit idem uir habere multas uxores, tamen non sunt omnes in uno matrimonio, sed tot sunt matrimonia, quot sunt uxores, sicut supra dictum est.

Sexto, quia inquantũm dicit adhærebit uxori suæ secundum unum sensum significatur actus commixtionis, quia statim sequeretur erunt duo in carne vna, quæ unitas carnis fit per commixtionem, quæ commixtio est adhærere: sed unitas carnis non est, nisi vnius uiri ad unã fœminam, iõ debuit dici adhærebit uxori, & non uxoribus: si autem significetur per istã adhęsionem cohabitatio, sicut supra dictum fuit, melius dicitur: adhærebit uxori, quàm uxoribus, quia necessarium est, quòd vir cuilibet vxori cohabitet, & tamen non est necesse, quòd cohabitet omnibus cohabitatione una, sed poterit cuilibet cohabitare cohabitatione una. In q. 195. / C / q. pced.

An habere plures uxores licuerit cuique ex ueter. testamen. absque diuina concessione, & refellitur in hoc sextum dictum Innocen. in capitulo Gaudemus. præter ea quæ dicta sunt in quæstione 24. Quæst. CXCVIII.

D SEXTVM quod dicit Innocentius est (neque vlli vnquam licuit in simul plures vxores habere, nisi cui diuina fuit reuelatione concessum: qui mos quandoque, interdum etiam fas censetur. Istud asserit Innocentius, & non dat causam eius, nisi hoc putet illatum esse ex prędictis: istud non concedimus esse verum: immo dicimus, quòd generaliter licuit omnibus hominibus, & cuilibet homini habere plures vxores ante prædicationem Christi, ut ostensum est supra. nam non erat aliqua lex uetans, neque naturalis, neque diuina, ideo nemo tenebãtur ad unitatem uxoris. Etiam dispensatio non erat necessaria, quia reuelatio, uel dispensatio est ad faciendum actum legitimum, quando ius commune, siue naturale, siue diuinum, aut positiuum est in contrarium, & tamen nullo iure vetita erat vxorum pluralitas, ergo neque ad hoc, quòd licita fieret alicui requirebatur reuelatio, per quam hoc specialiter concederetur. In q. 24. & 25.

E Sed posset aliquis dicere, quòd Innocentius uerum dicat, quia limitatur dictum suum per id, quod addidit, scilicet (quæ reuelatio mos quandoque interdum etiam fas censetur, & per hoc ampliatur, uel ampliari potest valde ista reuelatio, scilicet ut fas, & mos dicatur reuelatio, & dixit hoc Innocentius, ut non uideretur contrarius esse dictis Augustini, & Hieronymi: nam dicit Hieronymus, & habetur trigesimasecunda quæst. 4. c. obijciuntur. Obijciunt

T Iacob

Iacob quatuor vxores, quòd quando mos erat, peccatum non erat, & morem intellexit ibi reuelationē, sic & aliquando fas dicitur fuisse antiquis habere plures uxores, & illo noīe intelligit Innocent. reuelationem Dei, & quia quandocunque dicitur, quòd fuit licitum alicui habere plures vxores dicitur fas, aut mos esse: dicit Innocentius, quòd reuelatio, quæ faciebat licitam talem copulam, vocatur mos, vel fas.

Sed dicendum, quòd quando Innocentius dicit morem, aut intelligit consuetudinem, & hanc vocat reuelationem licet non sit, aut verè intelligit nomine moris reuelationem factam a Deo, quæ propriè vocari debet reuelatio, & aliquando vocatur nomine moris. Si primo modo dicemus, quòd toto tempore ab initio mundi vsque ad Christi prædicationem fuit licita vxorum pluralitas, & tunc mos erat, idest consuetudo & nulla lege vetitum erat, & tunc verū esset dictum Innocentij, scilicet quòd erat licita vxorum pluralitas ex reuelatione, idest ex consuetudine, & ita quia consuetudo generalis erat, esset omnibus hoc licitum. Si autem accipiatur secundo modo nō est verum, quòd ex reuelatione sine more hoc licebat, quia etiam si non esset alicui hoc reuelatum, licebat, cum non ageretur contra aliquam legem, aut prohibitionem.

Sed dicendum, quòd Innocentius accepit reuelationem propriè, prout a Deo aliquid occultum aliquibus, vel alicui notificatur, & in hoc solo casu uoluit licitam esse vxorum multitudinem, de quo non esset dubium. Et patet, quòd hoc intendat. Primo quia dicit non licuit alicui vnquam plures simul habere vxores, nisi ex diuina reuelatione, ergo innuit vnum tantum casum esse, in quo liceret, & omnes alios esse, in quibus non liceret, & tamen nullus casus erat, in quo non liceret, cum omnibus liceret id, quod nulla lege vetitum erat, ergo intelligit de reuelatione propriè dicta.

Secundo, quia dicitur non licuit alicui, nisi ex diuina reuelatione, sed multum impropriè dictum est, quòd nomine reuelationis intelligatur consuetudo, ergo voluit verè accipere per reuelationem Dei.

Tertio, quia dixit, quòd excusantur Patriarchæ ab adulterio habendo vxores plures, & tamen excusatio non est, nisi quando est aliqua lex, contra quam agitur, & sic agendo, male agitur, nisi fiat ex causa aliqua reddente actum legitimum, ergo cum ibi excusatio esset, significatur, quòd non erat in se licita vxorum pluralitas.

Quod vxorum pluralitas semper non fuerit illicita, ut putauit Innocentius. Quæst. CXCIX.

DICENDVM ergo, quòd intentio Innocentij est, ꝙ vxorum pluralitas semper fuit illicita, nisi si alicui reuelaretur, quòd acciperet multas uxores. Primum secundum eum probatur ex institutione matrimonij per Deū, cum dicitur erunt duo in carne vna, per hoc putat significatum esse non posse matrimonium existere, nisi inter duos, & esse quasi mandatum: ex hoc bene sequebatur scd̄m, s. quòd non liceret sine reuelatione Dei alicui accipere vxores multas, quia contra legem Dei nullus potest licitè agere, cum ad illam omnes obligētur, & in illa nullus possit dispensare, nisi Deus: ista autem dispensatio intelligitur nomine reuelationis, quia per reuelationem innotescebat alicui, quòd Deus cum ipso dispensaret, & hoc est quod expressè

F ipse ponit dicens, (neque vlli vnquam licuit in simul plures uxores habere, nisi cui diuina fuit reuelatione concessum.) & quia contra hoc videbantur esse dicta Hieronymi, & Augustini, atque aliorum, in quibus inuenitur fuisse morem. & fas antiquis patribus accipere multas uxores: dicit ipse quòd erat illis reuelatio facta circa hoc, per quam certificabatur, quòd Deus cum eis dispensabat in hoc, & ita intelligit illud Hieronymi trigesimasecunda quæstione quarto capitulo. obijciuntur, scilicet. Obijciuntur Iacob quatuor vxores, quod quando mos erat, peccatum non erat, idest quando erat reuelatio, quòd acciperet quis multas uxores, non erat peccatum.

Sed dicendum, quòd hoc non est conuenienter
G dictum. Primo, quia non satisfacit Innocentius intentioni Hieronymi: nam ille dicit, quòd accipere vxores multas crimen non erat, quando mos erat, sed Innocentius exponit mos, idest reuelatio, quod est multum impropriè dictum, quia istud nomen mos nullam rationem habet significandi reuelationem potius, quàm hoc nomen lapis significandi arborem.

Secundo, quia intentio Hieronymi erat ostendere legitimam fuisse copulā Iacob cum quatuor vxoribus, quam aliquis accusaret, quia non est nunc sic. ille dicit, quòd non erat tunc crimen accipere multas, quia hoc erat tunc cōsuetum, & hoc sonat, quod ait, quod quando mos erat, crimen non erat.

Tertio, quia Hieronymus non conuenienter re-
H spondet per reuelationem, quia de reuelatione non constabat, de consuetudine autem constabat: melius ergo induceret ad ostendendum copulam legitimā ipsam consuetudinem, quæ nota erat, quàm reuelationem, de qua non erat notum.

Quarto apparet, quia ista est intentio Ambrosij li. de Patriarchis, & habetur trigesimasecunda quæstione quarto. dixit Sara. vbi ostendit non peccasse Abraham accipiendo duas coniuges, & simul habendo dicens considera primum, quòd Abraham ante legem Moysi, & ante euangelium fuit, & ita vult quod in tempore illo non erat illicita vxorum pluralitas.

Quinto, quia necesse est accipere morem secundū Hieronymum pro consuetudine in dicto capitulo.
I obijciuntur: nam ibi Glo. hoc vult dicens: mos diuinus & a Deo inspiratus, ut extra de diuort. capitu. gaudemus. & ponitur hic (quando) pro quia: vult enim ibi Glo. quòd erat consuetudo accipiendi multas uxores eo tempore, & tamen erat ista consuetudo a Deo inspirata, & patet, quia statim dicit ibi, Glo. super uerbum. crimen. quòd consuetudo excusat aliquando a crimine, & ita vult, quod consuetudo erat accipiendi plures uxores, & per consuetudinem excusabantur accipientes.

Sexto & principalius apparet, qa Augustinus vult, quòd accipere plures coniuges illo tempore nullum peccatum erat, quia non erat contra legem aliquam aut præceptum, & ita non erat necessaria dispensatio conueniens, quia dispensatio esset si lege contrarium
K disponeretur: vnde ait ille, & ponitur per Magistrum libr. 4. Sentent. distinctio. 33. Antiquis iustis non fuit peccatum, quòd pluribus fœminis utebantur, neque contra naturam hæc faciebant, cum non lasciuiendi causa, sed generandi hoc facerent, neque contra morem, quia eo tempore ea faciebant, nec contra præceptum, quia nulla erat lege prohibitum. Et ita apparet manifeste ex intentione Augustini, quòd nullum peccatum erat accipiendo plures uxores, quia nullo modo erat uetitum, & ita qui hoc agebat contra nihil agebat: & tamen peccatum non est, nisi dictum, uel factum, uel concupitum contra legem Dei:

Dei: hoc autem teste Augustino, neque erat contra naturam, nec contra consuetudinem, nec contra legē ideo nullum peccatum erat.

Septimum dictum Innocentij; quòd plures uxores Patriarchæ habuerint ex dispensatione, confutatur.
Quæst. CC.

SEPTIMVM quod Innocentius dicit est, per quam sicut Iacob a mendacio, Israelitæ a furto, & Samson ab homicidio, sic Patriarchæ, & alij viri iusti, qui plures simul leguntur habuisse vxores ab adulterio excusantur. In quo Innocentius innuit, ꝙ fuit dispēsatio, & ꝙ in his omnibus erat peccatum, & excusabantur per hoc, ꝙ Deus circa talia dispēsauerat: exempla enim nota sunt: nam Iacob mentitus est se esse Esau, quando furatus est benedictionem: Genes. 27. & in hoc dicunt multi eum non peccasse Deo inspirante, ꝙ sic diceret. Israelitæ etiam furati sunt diuitias Aegyptiorum aurum, argentum, & vestes: Exo. 13. cap. & in hoc verum est, ꝙ excusantur, quia Deus expresse illud fieri mandauit: Exo. 3. & 11. ca. Samson excusatur ab homicidio, nam seipsum occidit Iudi. 16. conuulsa atque deiecta domo super seipsum, & alios, & tamen videtur iste excusari, eo ꝙ ibi dicitur quomodo inuocauerit dominum ad illud faciendum, & facta oratione fuit in ipso pristina fortitudo, & sic occidit hostes populi Dei, & se cum eis. e.c. Quod autem addidit, ꝙ sic excusantur viri iusti, & Patriarchæ ab adulterio, qui plures leguntur habuisse vxores, & ita vult ꝙ pluralitas vxorum secundū se esset adulterium, & ideo vel esset semper illicita, vel haberet semper excusationem.

Sed hoc non est verum, quia non indiget excusatione, nisi quod malum est: pluralitas autem vxorum non erat mala, quia non erat contra naturam, neque contra morem, nec contra legem, & ideo habens plures vxores simul sine dispensatione nō committebat adulterium. Sed hoc fuit conueniens dicere Innocētio supposita intentione sua: putabat enim peccatum esse habere plures vxores, & tamen inueniebat, quod apud antiquos multi de sanctis viris habuerunt multas vxores simul, sicut Abrahā, Iacob, Dauid, & multi alij, & de his non concedit ipse, ꝙ peccarent in hoc cum essent viri sancti, ideo putat non esse aliud refugium, nisi ꝙ dicatur reuelatum eis fuisse a Deo, ꝙ acciperent multas uxores: alij autem multi non iusti viri habuerunt plures uxores simul, sed quia illos nō cogimur excusare a peccato concedit Innocētius, quòd peccauerint habēdo plures vxores, & ꝙ eis non reuelaretur, quòd plures haberent.

Ad octauum dictum Innoc. in præfata sua decretali responsio: Christum prohibuisse pluralitatem vxorum verum est: non tamen ante eum fuit prohibita.
Quæst. CCI.

OCTAVVM & vltimum dictum Innocentij. Est sanè veridica hæc sententia probatur etiam testimonio veritatis testantis in euāgelio: Quicunque dimiserit vxorem suam ob fornicationem, & aliam duxerit mœchatur. ergo dimissa vxore duci alia de iure non potest: multo fortius, & ipsa retenta. per quod euidenter apparet pluralitatem in vtroque sexu, cum non ad imparia iudicentur circa matrimonium, reprobandam.

Dicendum, ꝙ istud est verum & absolutè cocedēdum, ꝙ Christus vetuit pluralitatem vxorum in prædictis verbis & alijs, sicut & nos supra q. 27. & istud vetuit prædicando, & ideo asserimus, ꝙ nunc vxorum

A pluralitas est illicita, & nulli homini hoc licet, neque potest Ecclesia, aut papa in hoc dispensare, cum sit lege Dei cautum non fieri, & in lege Dei nullus potest dispensare, nisi Deus, & dicendum ꝙ hoc non solum est inter fideles, qui Christi legem seruant, sed etiam inter omnes infideles, cum oēs hoīes obligentur legi Christi, quia Christus Deus est, & ideo non solū peccat, qui plures accipit vxores, sed etiam matrimoniū non tenet, cum sit cōtra legem Christi, quæ illud fieri vetat, & factum dicit esse fornicationem. Et tamen dicendum, ꝙ hoc non fuit, nisi ex tempore quo Christus istud prædicauit, & lex ab eo prædicata cœpit obligare. Istud autem non fuit semper, ideo non fuit semper illicita vxorum pluralitas, sed solum post Christi

B prædicationem.

Et circa hoc decipitur Innocentius, quia sicut in verbis Christi vetatur vxorum pluralitas, ita putat semper fuisse illicitam, & patet istud ex modo probādi, quo vtitur: nam dixerat, neque vlli vnquam licuit in simul plures vxores habere, nisi cum diuina fuit reuelatione concessum. Ista est sententia, quam ipse probare intendit ad quòd ait: sanè veridica sententia hæc probatur testimonio veritatis testantis in euangelio. Et sic illam sententiam, ꝙ nulli licuit vnquam habere multas vxores, vult probare per verba Christi, & ita extendit illa ad omne tempus. Sed hoc non est verum, nec rationabile, quia illud est præceptū, & non de lege naturæ, sed cæremoniale, ideo nō debuit, neque potuit obligare, anteq̄ daretur. Danda est ergo

In quo fuit deceptus Innoc. 3. conditor prædictæ decretalis gaudem9.

C conclusio in ꝯrium, ꝙ pluralitas vxorum licuit cuilibet viro a principio sæculi vsque ad tempus, quo lex Christi incœpit obligare, & ideo non erat opus aliqua reuelatione, vel dispensatione: nunc vero non liceret alicui sine speciali Dei reuelatione, cum Ecclesia in hoc non possit dispensare.

Quid est respondendum ad auctoritatem tanti uiri, sicut fuit Innocent. qui fuit papa, & doctor summus. Et quòd assertioni papæ, circa ueritatem quamlibet non tenemur stare, quia potest papæ decipi & errare, & alius uerius eo intelligere, & hoc est quòd communiter dicitur statuta pontificum tenenda sunt, non tamen assertiones. *Quæst.* CCII.

D SED obijcietur qūo ergo respōdebimus ad dicta Innocentij tertij. in ca. gaudemus, ubi expresse tenet, ꝙ pluralitas vxorum nunq̄ fuit licita, nisi ex reuelatione Dei?

Dicendum quòd si aliquo modo posset conuinci, ut hoc non sentiret Innocentius deberet responderi, quòd non uoluisset hoc, & tamē quia non potest colorari, cùm expresè illud uelit, est dicendum, quòd illud non est uerum, sed sicut supra diximus: & cum obijcitur, ꝙ papa hoc asserit, & iure illud cauetur, dicendum, quòd non est inconueniens, quòd papa asserendo errauerit circa aliquid, sed non sequitur, quòd ius erat.

E Circa quod sciendum, ut supra diximus, quòd in potestate nullus mortalium excedit papam, nec est coæqualis: in cognitione autem multi sunt superiores, & ideo nullum humanum statutum est, uel lex, in quo papa dispensare non possit, & nullus mortaliū potest dispensare in legibus papæ. Etiam omnes fideles tenentur mandatis papæ, sic ergo quicquid papa statuerit, bonum & rectum, erit obligans, & quia ius nominat præceptum, uel prohibitionem de agendo, & præceptum papæ per nullum alterum pōt mutari, non poterit esse error in iure, quia ius a papa conditū nullus poterit inualidare, aut ostendere non esse ius. Secus autem est de cognitione ueritatis: nam multi excedunt papam in cognitione rerum, & discussione q° 158.

veritatum, ideo potest aliquis ostendere esse falsum, quod papa credidit, vel asseruit esse verum. Ideo dicẽdum ꝙ statuto papæ tenẽtur obedire omnes fideles, quia non potest ei deesse potestas obligandi, & tamẽ assertioni papæ circa veritatem quamlibet non tenentur stare omnes fideles, qa potest papa decipi & alius verius eo intelliget.

Nec obstat si dicas, ꝙ etiam papa habet determinare circa dubia fidei, extra de baptismo & eius effectu, c. maiores, quia ad hoc fuit responsum, s. q. 159. & vsque ad q. 163. Nam papa non habet maiorem cognitionem veritatis quàm alij, & tamen quando fuerit veritas fidei cognita per viros in lege Dei peritos, & communi consensu diffinita: poterit papa iubere omnibus fidelibus, ꝙ eam firmiter teneant, quia hoc nõ pertinet ad cognitionem, sed ad potestatem, & istud non potest facere aliquis alius fidelium.

Innocẽ. 3. conditor decretaliũ, in quibus assertionib⁹ canonicis errauit ex malo intellectu ueteris, ac noui testi. & ẽt Greg. & Innoc. 4. i quibus ẽt sæpe nõ tenentur infra q. 204.

In præsenti igitur c. gaudemus. fuit error circa assertionem veritatis, & non fuit error circa ius, vel statutum papæ. Simile est in c. parrochianos. de deci. supra allegato. nam ibi asserit papa decimas esse de iure diuino, & præcipit eas reddi, & exigi posse tanquã debitum, quod enim statuit deberet reddi, & tanquam debitũ posse exigi verum est, & nullus homo potest hoc mutare, & illud est ius inquantum est ibi præceptum de agendo. Inquantum vero asseruit decimas esse de iure diuino non pertinet ad statutum, sed ad cognitionem veritatis. Et quantum ad hoc alij nouerunt veritatem plenius quam papa, & sic potuit errare, & errauit: nam non sunt decimæ de iure diuino nunc. Sic autẽ est. in c. gaudemus. nam ibi sunt duo. s. assertio & statutum: assertio est, ꝙ nulli vnquam licuit multas vxores simul habere, nisi cui a Deo reuelatum est: statutum est, quòd si quis paganorum habens plures in vxores transierit ad fidem Christi non permittatur cum omnibus illis manere, etiam si omnes illę mulieres velint ad fidem conuerti, & illi viro cohabitare. istud secundum certum & firmum est: non enim licet aliter fieri, quia nemo potest immutare statutum papæ. Et non solum propter hoc, sed ẽt principaliter, quia Christus id fieri voluit, qui dixit non licere viro habere multas vxores, & tamen si Christus non dixisset illud, & papa statueret deberet sic obseruari, sed assertio sua. s. quòd nulli vnquam licuit sine dispensatione, aut reuelatione diuina habere plures vxores falsum est, quia probatum est cõtrarium multis testimonijs.

An in diffinitionibus negociorum, & expositione sacrarum scripturarum præponatur auctoritas pontificum omnibus sanctis doctoribus Ecclesiæ, vel è contra. *Quæst.* CCIII.

ET in hoc non recedimus a determinationibus maiorum. s. sanctorum: est enim doctrina Gratiani, & Iuristarum. 20. dist. c. Decretales itaque. ꝙ in diffinitionibus negociorum præponitur auctoritas pontificum omnibus sanctis doctoribus: in expositione sanctarum scripturarũ, & consequenter in inquisitione quarumlibet aliarum veritatum tractatores sacræ scripturæ, vt Hieronym⁹, Augu. & cæteri sunt præponendi pontificibus, & hoc innuitur. e. distinct. 20. cap. de libellis, vbi solum dicitur, quòd in iudicando in causis præferantur dicta pontificum dictis sanctorum doctorum, scilicet de libellis, & commentarijs aliorum non conuenit aliquos iudicare, & sanctorum conciliorum canones relinquere vel Decretalium regulas, quæ habentur apud nos, & ibidem Leo Papa non dixit tenendas esse assertiones pontificum, sed statuta, cum ait: Quam

F ob causam magna voce pronunciare nõ timeo, quia illa, quæ diximus statuta sanctorum patrum, quæ apud nos canonis nomine prætitulantur, siue sit episcopus, siue clericus, siue laicus: non indifferenter cõuincitur recipere neque catholicam, & apostolicam fidem, neque sancta quatuor euangelia vtiliter, & efficaciter ad effectum suum retinere, vel credere probantur. Et ita quilibet fidelis necessario tenebit statutum papæ, sed non tenebit necessario assertionem eius circa aliquam veritatem. Sic etiam erat nunc dicere, an licuit alicui vnquam habere plures uxores: nam istud non pertinet ad statutum, quia de præterito non statuitur: nõ potest enim papa statuere, quòd antiqui non possent habere plures vxores, quia iam illi omnino desierant esse cum papa esse cępit. Etiã

G quia illi non erant sub lege Christi, in qua papa accepit, & habet potestatem: nam infideles non arctantur constitutionibus canonicis in alleg. cap. gaudemus. ideo si papa hoc dicit, potius dicit, vt asserendo veritatem, quàm exercendo potestatem: istam autem veritatem. s. an licuerit vnquam, vel non licuerit vxorum pluralitas non potest papa inquirere ex eis, quæ ipse statuit, sed solum ex sacra scriptura, vel naturali ratione, & tñ circa vtrunque istorum sunt potiores expositores sacræ scripturę & viri periti, ideo circa hoc potius est standum determinationi sanctorum doctorũ, maximè qñ est concors q̃ assertioni papæ, & tñ ita est in præsenti, ergo potius est tenendum licitam fuisse vxorum pluralitatem aliquo tempore, quasi nõ esset

H contra ius, q̃ ꝙ non licuerit vnquam alicui quod asseruit Innocentius tertius.

Et hoc apparet, quia istud voluerunt Ambrosius, Hieronymus, Aug. qui sunt pręcipui: de Ambrosio patet in lib. de Patriarchis, & habetur 32. q. 4. dixit Sara, vbi dicit, ꝙ non peccauit Abraham habendo vxores multas, quia fuit ante euangelium, & ante legẽ, & sic non innuit fuisse dispensatum cum Abraham, vel aliquam reuelationem ei factam, sed solum, ꝙ fuit ante legem, & euangelium, in quo signat, ꝙ saltem ante legem Moysi, licitum erat simpliciter habere multas vxores.

Ambros. Hierony. Aug. sunt cõtra Innocentiũ.

Hieronymus quoque tenet hoc & habetur 32. q. 4. c. obijciuntur. s. Obijciuntur Iacob quatuor uxores, ꝙ qñ mos erat, crimen non erat, & ita signat, ꝙ vxorum

I pluralitas non erat peccatum, qñ consuetudo erat sic fieri. Vnde vult aliquando fuisse talem consuetudinem, & tunc non fuisse peccatum. Augustinus autẽ illud apertius tenet, & illud recitat Magister li. 4. Sẽt. dist. 33. s. antiquis iustis non fuit peccatum, ꝙ plurib⁹ fęminis vtebantur, neque contra naturam hoc faciebant cum non lasciuiendi causa, sed generandi hæc facerent, neque contra morem, quia eo tempore ea faciebant, neque contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum, & sic isti volunt, & alij sancti doctores tenent: istis ergo potius standum est, quam Innocentio tertio circa inquisitionem huius ueritatis.

K *Multi iurisperiti uidentur sentire, cum auctore contra Innocentium.* *Quæst.* CCIIII.

ET apparet aliqualiter sensisse istud Iuristas: nam Glo. in cap. obijciuntur. 32. quæstio. 4. dicit, quòd mos est ibi consuetudo, & non dicit, quòd est reuelatio, & ideo addit, quòd consuetudo facit aliquid circa matrimonium esse legitimum, vel non. Et idem alij tenent & allegant, qđ habetur de cogna. spiritua. ca. super eo. & etiam gl. de diuor. c. gaudemus. dicit, ꝙ fuit mos diuinitus inspiratus. i. consuetudo inspirata a Deo, & nõ volunt esse

reuela-

reuelationem, sed consuetudinem dantem esse matrimonium legitimum, & quando plus dicunt, vt satisfaciant textui volunt esse inspiratam a Deo consuetudinem esse, sed non ꝙ cuilibet a Deo sit reuelatū ad hoc, ꝙ legitime haberet simul plures vxores, & iā tunc ex consuetudine iuuaretur quisque, & non ex reuelatione, cum non fieret ei reuelatio. Et si ita concedamus dicemus, ꝙ iam esset illa reuelatio, vt lex cōcedens omnibus pro aliquo tempore, vel pro semper licere vxorum pluralitatem, sed hoc non vult Innocentius, sed solum, ꝙ fieret cuilibet specialiter reuelatio ad hoc, ꝙ haberet plures vxores, & cui non fieret talis reuelatio non liceret hoc, cum dicat neque vlli vnquam licuit in simul plures vxores habere, nisi cui diuina fuit reuelatione concessum, & verum est, ꝙ ita oportebat dici, vel nihil de reuelatione agi. Nam si consuetudo habens initium ab aliqua reuelatione faceret licitam esse istam pluralitatem, cum ista consuetudo esset iam inter omnes, non dicerentur ex reuelatione, sed ex iure esse legitima talis copulatio, & per talem consuetudinem introductam ex diuina reuelatione auferretur quæcunque lex diuina cōtraria, quasi ipse vellet eam auferre, & tamen non licuit. Aliàs voluit hoc Innocentius, immo ꝙ lex Dei esset generalis de non accipiendo plures vxores, & interdum dispensabat Deus specialiter cum aliquo, & ista dispensatio notificabatur ei per reuelationem, & hoc ostendimus falsum esse, & contra intentionem sanctorum doctorum. Iuristæ tamen, vt starent dicto Innocentij. in cap. gaudemus repugnant dicto sanctorum, vnde glo. 32. q. 4. dixit Sara. & glo. in alleg. cap. gaudemus. dicunt, ꝙ excusationes Abrahæ, & Iacob de pluralitate vxorum, quæ ponuntur in alleg. cap. dixit Sara. & cap. obijciuntur: non sunt sufficientes, & hoc dicunt, quia non agitur ibi quicquam de reuelatione, sed dicitur, ꝙ talia matrimonia erant licita ex alijs causis, & Ambrosij est tota illa litera. dixit Sara, & Hieronymi est illud cap. obijciuntur. & sic illi manifeste vident, ꝙ Innocentius est quantum ad hoc contrarius Ambrosio, & Augustino, & tamen circa inquisitionem veritatis & expositionē sacræ scripturæ magis standum est Ambrosio, Hieronymo, & Augustino quam Innocentio, vel alteri pontifici, qui nō fuerit tam peritus in sacris literis. Ergo tenēdum est, quòd fuit licita vxorum pluralitas eidem viro a principio.

Iuristæ ut defendāt Innocentiū dicunt contra dicta sanctorum.

Sic enim in alijs patet: nam Gregorius Papa fuit, qui scripsit aliqua de natura angelica, in quibus repugnat Dionysio, & in illis magis tenemus dicta Dionysij quàm Gregorij, & non est inconueniens repugnare Gregorio. Sic etiam Innocentius quartus fuit Papa qui condidit aliquas decretales, & ipse velut peritus vir in iure commentauit librum Decretalium, sed in commēto illo quantum ad multa repugnatur ei ab alijs doctoribus.

Innoc. 4. in multis nō tenetur. & Gregorius multa dixit ut sapiens, & non ut pp.

Sed obijcietur, ꝙ ea, in quibus repugnatur Gregorio, & Innocētio quarto non dixerunt ipsi velut Pontifices, sed vt viri sapientes, & illo modo alijs poterat magis credi quàm eis, sed non vt pontificibus.

E Dicendum, ꝙ persona est eadem numero Gregorius, vt Papa, & vt non Papa, & ideo æqualis sapientiæ est vtroque modo, sed non æqualis potestatis, quia papatus potestatem addit: potestas autem est ad aliquid iubendum vel statuendum, sed non aliquid verius dicendum. Innocentius autem tertius in alleg. ca. gaudemus fecit aliquid, vt papa. s. statuere, ꝙ non permitteretur infidelis manere cum multis vxoribus, qn̄ ad Christum conuerteretur, licet eas habuisset in infidelitate, & quantum ad hoc magis est standum statuto eius q̃ dicto alicuius sancti doctoris, vel multorum

A simul, sicut dixit Leo Papa, & habetur. 20. dist. cap. de libellis. aliud dixit, vt sapiens. s. ꝙ non licuit alicui vnquam habere simul plures vxores, nisi ex reuelatione, & in hoc magis est standum alijs q̃ ipsi. Et patet, ꝙ istud dixerit, vt sapiens, & non ut papa. Primo quia non erat statuibile, sed speculabile id, quod dixit, quia erat veritas de præterito, quę non cadit sub statuto. Secundo quia uoluit istud quod asseruit confirmare multis rationibus, & auctoritatibus, vt ostenderet esse uerum, quod est opus sapientis, & non vtentis potestate: etiam quia respōdit ad dicta Ambrosij, & Augustini, atque Hieronymi limitando illa, dicendo ꝙ reuelatio aliquando uocatur fas, aliquando mos, & tamen in his, quæ ad modum sapientis viri pertinēt alij

B præferuntur pontificibus, & erant interdum pontifices, & in præsenti sic est cum Ambrosius, Hiero. atq; Aug. contrarium teneant, quibus propter maiorem rationem, quam habent est potius stādum. Ideo dicemus ꝙ licuit ante Christi prædicationem habere eidem viro plures vxores.

Et p̄ter omnes rationes suprapositas apparet hoc esse uerum, nam tp̄e legis Moysi licebat Iudæis accipere multas uxores simul, & ex lege apparebat hoc eis concessum: vnde & ipsi tanquam concesso vtebātur hoc, propter quod usq; ad tempora Christi, & postea plusquam per quadringentos annos Iudæi accipiebant plures vxores simul: quousq; Iustinianus Imperator inhibuit Iudæis hoc, dicens ꝙ non acciperent

C plures uxores simul, neque quantum ad alia in mr̄imonijs sequerentur morem legis suæ. C. de Iudæi. & reli. l. nemo Iudæorum. §. Nemo Iudæorum morem suum in coniunctionibus, neque iuxta legem suam nuptias sortiatur, neq; diuersa sub vno tempore cōiugia conueniat. i. non accipiat plures in vxores simul, & ita apparet, ꝙ ipsi credebant sibi licitum esse per legem suam habere multas uxores simul, quod uerum est: solus ergo Christus fuit, qui istud uetuit, & postea fuit omnibus hominibus tam fidelibus quàm infidelibus illicitum.

Vtrum regibus, & quibusuis alijs in ueteri testamento liceret habere concubinas, & an concubinatus nunc, & semper fuerit peccatum. Et quomodo Abraham, & alij excusantur habendo

D *concubinas. Et quare in nouo testamento a principio sacri canones dixerunt, quòd liceret Christiano habere concubinam, & quam differentiam iura antiqua faciunt inter uxorem, & concubinam, & an hodie obseruetur, uel sit per canones moderniores penitus ablatum.*

Quæst. CCV.

NVnc verò redeundum est ad ea, quæ dicta sunt sup. q. 24. vnde tota ista dubitatio tam longa incępit, & erat de concubinis, an liceret regibus habere concubinas, & arguebatur, quòd non licebat regibus habere multas uxorés, ergo a fortiori non liceret habere concubinas.

Dicendum quòd si accipiatur proprie concubina non erat licitum regibus habere concubinas, neque aliquibus hominibus, quia cōcubina est mulier, quæ cognoscitur sine aliquo fędere coniugali, & talis copula semper fuit illicita, quamuis de iure humano permittebatur quemadmodum multa alia, & tamen hoc non erat sine ordine: nam non licebat de iure Romano habere alicui ad plus, nisi unam concubinam, ut patet in Authentico de triente, & semisse. §. considerauimus, & istam concubinam non poterat habere quando habebat uxorem, & si habere uellet, non poterat ei cohabitare, ut patet. C. de concubi. l. unica. licet quidam adhuc dicant istas cōcubinas esse

Lege Romana non licebat nisi unam tātum hēre cōcubinā.

coniugali affectu habitas quamuis non vocētur vxores, sed concubinæ.

De vxorum multitudine dicendum, ꝙ non est simile, vt de cōcubinis: nam si concubina sumatur strictè, vt est sine fœdere matrimoniali, sed affectu fornicario, non licebat habere aliquam, & ideo non potest cōparari ad habere vxores, quod licitum esse potest: si autem concubina accipiatur pro ea, quæ matrimoniali affectu accipitur, & tamen vocatur cōcubina, vt infra dicetur, idem iudicium est de vxoribus & ꝯcubinis, quia vtroque coniugali accipiuntur affectu. Et tunc dicendum, ꝙ pluralitas vxorum non est illicita, immo semper licuit vsque ad prædicationē euangelij, vt supra ostensum est. De concubinis aūt, quæ accipiuntur affectu coniugali idem esset. Sed cum de rege dicitur, ꝙ non liceret ei habere plures vxores.

Dicendum, ꝙ non erat simpliciter vetita vxorum pluralitas regibus, cum esset concessa alijs hominibꝰ, sed multitudo effrenata vetabatur, sicut habere centū ac ducentas vxores, quemadmodum Salomō habuit quasi septingentas vxores. 3. Reg. 11. & hoc patet, qa dicitur Deutero. 17. cap. non habebit rex uxores plurimas: nō enim vetitum fuit ei habere multas, sed habere plurimas, sic Aug. exponit & refert illud Magister lib. 4. Sent. dist. 33.

Ad argumenta facta supra in q. 24. Quæst. CCVI.

RESPONDEBITVR nunc ad prima argumenta facta. qō. 24. erat primum de Abraham, qui habuit Agar, & Ceturam cōcubinas Gen. cap. 25.

Cōcubinæ Abrahæ fuerunt vere vxores eiꝰ, & qua re vocent cōcubinæ uxores.

Dicendum, ꝙ Abraham non peccauit, quia istæ, q̄ vocantur ibi concubinæ fuerunt verè coniuges eius. Et patet, quia scriptura, quæ vocat eas concubinas vocat alibi coniuges: nam de Agar habetur Gen. 16. ca. ꝙ fuerit vxor cum dicitur: Cumque ille acquiesceret deprecanti tulit Agar Aegyptiam ancillam suam, & dedit eam viro suo vxorem. De Cetura, ꝙ fuerit vxor habetur Gen. 26. Abraham verò aliam duxit vxorem nomine Cetura. Sed e. c. vocantur postea ambæ concubinæ, cum dicitur filijs autem concubinarum largitus est munera, & illæ sunt Agar, & Cetura, qa nullas alias vxores, vel concubinas habuit Abraham pręter ipsas, & Saram.

Sed quomodo istud stęt dicunt aliqui, ꝙ apud antiquos consuetudo erat accipere plures vxores & principalior illarum vocabatur vxor, aliæ autem vocabātur concubinæ, & ita dicunt fuisse de Abraham: habuit enim Saram Agar, & Ceturam in vxores, de quibus Sara fuit principalior, & prima ſm tempus: ideo ista vocatur vxor, & nunq̄ concubina, Agar, & Cetura, quia erant minus principales, vocantur interdum vxores, & interdum concubinæ.

Cōcubina dupliciter accipitur in ueteri testō ac nouo.

Sed dicendum, ꝙ hoc non stat, quia hoc modo nō posset aliquis habere, nisi vnam vxorem, & posset habere multas concubinas; nam principalis inter vxores. i. maior non potest esse, nisi vna: oēs aliæ erunt minus principales: vna ergo sola erit vxor, cæteræ vocabuntur concubinæ, & tn̄ non est verum, quia hēt aliquis multas vxores & multas concubinas, sicut patet de Dauid, qui habuit vxores multas cum nominenē sex, & postea alias accepit. seq. lib. 3. & 6. c. & lib. 1. Paralip. c. 3. ēt Salomon multas vxores habuit, & cōcubinas multas. ꝟ. lib. 3. c. 11. ergo non vocatur vxor solum ea, q̄ principalis est. Aliter est dicendū, ꝙ ꝯcubina dupliciter accipiṫ. Vno modo pro illa, quæ accipiṫ, sine ꝯiugali affectu ad cōcubitū, & tunc accipiṫ strictè, & propriè concubina, quia ibi non est aliud, nisi concubitus, & ideo ab eo nomen accepit, vt concu-

F bina dicatur a concubendo: vxor autem ad coitum pertinet, sed non accepit nomen ab illo, immo ab eo quod iungitur, vel iungit legitima, vt ait Isid. li. 9. Etymol. quæ erat consuetudo solenniter nubentium. De istis est dicendum, ꝙ nunquam vocantur coniuges, sed semper concubinæ, & nunquam fuit licitum tales habere.

Quomodo Concubina etiam accipitur pro ea, quæ est uerè uxor affectu coniugali, & consensu mutuo quam habere non erat peccatum. Quæst. CCVII.

ALITER accipitur concubina pro ea, quæ vxor est, & in matrimonium venit tamen
G non seruantur circa eam omnes legales solennitates: vnde neque habet ius vxoris: habere talem nunquam fuit peccatum, quia est verè vxor cum affectu coniugali accipiatur, & sit consensus mutuus inter eam, & illum cuius est concubina.

Quòd verò aliqua talis dicatur concubina patet, primo ex canonibus Apostolorum, & habetur 33. di. c. si quis. s. si qs post acceptum sacrum baptisma secūdis nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam habuerit, non potest fieri episcopus, nec sacerdos, & sic vetatur ibi hoc propter bigamiam, vt patet. e. dist. §. ecce, ꝙ in sacris. & tamen bigamia non contrahitur in coitu fornicario, vt si sacerdos habeat nunc plures cōcubinas, vel tangat plures meretrices, & ita oportet esse istam concubinam vxorem, ita ibi exponit glo.

H Secundo patet, quia non licet alicui habere mulierem, aut tangere eam sine affectu coniugali, immo nec concupiscere Matth. 5. & asserit illud Ambrosꝰ, & August. & habetur 32. q. 4. cap. nemo. & cap. meretrices. & cap. omnis męchia. & tamen licitum est habere concubinam, ergo concubina erit mulier, quæ coniugali tractatur affectu, vt patet 34. dist. c. is qui. s. Is qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a cōmunione non repellatur: tm̄ ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ sit coniunctione cōtentus, & ita dicitur licita esse copula ad concubinā, sicut ad uxorem, & illud idem esse asserit Isidorus. lib. de distantia noui, & ueteris testamēti, & habetur 34. dist. c. Christiano. s. Christiano non dicatur plurimas,
I sed nec duas simul habere licitum est, sed unam tm̄, aut uxorem, aut certe loco uxoris, si coniux deest cōcubinā, & ita concubina, & uxor æqualiter licitę sunt in ꝯcubitu hoīs Christiani, ergo ꝯcubina est illa, q̄ uere affectu ꝯiugali tractatur. Tertio patet, quia 34. dist. c. omnibus. §. cōcubina dicitur, concubina hic ea intelligitur, quæ necessitatibus legalibus instrumentis unita est, & ꝯiugali affectione accipitur: hanc coniugem facit affectus, cōcubinā uero lex noīat, & ita ſm ueritatem ea, quæ uocatur cōcubina uxor est. Et hoc quia per consensum mutuum coniugalem de pſenti accipitur: sic dicitur. e. dist. c. is qui. in glo. super parte concubinam. s. concubinam. i. mulierem non solēniter ductam, sed tamen mutuus consensus interuenit, quia alias concubinam non licet haberi. 32. quæst.
K 4. cap. nemo.

Quomodo concubinam esse licitam iuxta sac. can. intelligatur. Quæstio. CCVIII.

CONSIDERANDVM est circa istas ꝯcubinas, ꝙ in alle. §. ꝯcubina dr̄. Cōcubina aūt hic intelligitur, q̄ necessitatibus legalibus instrīs vnita est: est sensus, ꝙ in iuribus allegatis p Gratianum. 34. dist. cōcubina ponitur, ꝙ sit licitus eius ꝯcubitus, & non est hoc uerum de omni muliere, q̄ concu-

concu-

concubina dicitur, sed solum de illa quæ est unita necessitatibus legalibus: nam illę concubinæ, de quibus quis habet plures, non habent licitè, quia concubina loco vxoris habetur, & tamen non licet plures vxores habere, ergo neque licebit plures concubinas habere, illa aũt concubina, quæ ſm legem vnita est potest licitè teneri. Potest autem intelligi necessitas legalis. i. canonis, qui vocatur lex, & ille vnam tantum concubinam concedit haberi: sic patet in cap. is qui. & c. Christiano homini. vbi dicitur, ꝙ vnam tantum habeat vel vxorem, vel concubinam. Et patet, quòd ista sit intentio Gratiani, quia statim post illum. §. concubina induxit in probatione illa duo. cap. s. is qui. & cap. Christiano homini, & in illis dicitur de vnitate concubinæ, & quod a canone dicitur, necesse est obseruari. Dixit etiam Gratianus & coniugali affectione acciscitur, idest non habetur solo affectu fornicario ad coitum, sed affectu coniugali, sicut vxor, scilicet, quòd erit per consensum mutuum, qui facit coniuges: nam si iste affectus, non esset, non posset quis licitè habere concubinam, quia omnis alius concubitus est fornicarius.

Quæ est necessitas legalis.

Etiam ꝙ dicebatur esse vnica concubina necessitatibus legalibus potest intelligi de lege humana, quia illa non permittit haberi, nisi vnam concubinam. in Authentica de triente & semisse. §. considerauimus. talis enim, quæ vnica est potest haberi legitimè. i. licitè: dicitur hanc coniugem facit affectus, concubinam vero lex nominat. i. secundum veritatem talis mulier coniux est, quia per legitimum cõsensum de præsenti habetur, & tamẽ lex nominat eam concubinam. s. voluit ei imponere hoc nomen, & non vocare vxorem. Intelligi autem potest de lege. i. de canone, quia canon imposuit hoc nomen. s. 34. dist. cap. is qui. & c. Christiano. & 23. dist. cap. si quis vt distinguat coniugem & concubinam. Vel potest intelligi lex. s. ciuilis: nam nomen concubinatus a lege incępit, quæ distinxit concubinam a coniuge. vt ff. de concubi. l. in concubinatu: sic tenet glo. 34. dist. §. concubina. Vel potest accipi lex pro lege veteris testamenti, vbi sæpe de istis concubinis agitur, & voçantur concubinæ illæ, quæ alias vocantur vxores, & ita tenet Huguitius.

Quare uxor accepta sine legali solennitate dicitur concubina. Et quæ conuenientiæ, & differentiæ sunt secundum leges sæculares inter vxorem, & concubinam.

Quæstio. CCIX.

Causa autem, quare prædicta cum sit vxor vocetur concubina est propter aliquas differentias, quæ inueniuntur inter eas, quæ vocantur absolutè vxores, & eas, quę aliquãdo vocantur concubinæ.

Prima conuenientia est, ꝙ in vtraque interuenit consensus mutuus de præsenti. De coniuge manifestum est extra de spõsa. c. si inter. de concubina patet. distin. 34. cap. omnibus. §. concubina. & ibi in glo.

Secunda est, quia tractatur affectu coniugali vtraq; nam in alleg. §. concubina dicitur, ꝙ affectus eam cõiugem facit, lex autem eam concubinam nominat, ergo non est differentia in affectu, sed in nomine.

Tertia est, quia cum vtraque est licitus concubitus: nam cum quacunque alia muliere quis commisceatur peccat, & repellitur a cõione fidelium: si autẽ habuerit vxorem, vel concubinam non repellitur. 34. distin. is qui. & hoc non solum alijs hominibus, sed etiã Christianis, quibus maxime est vetitus illicitus coit⁹, est concessum. e. distin. cap. Christiano.

Quarta quia talis concubina habet locum vxoris: nulla autem alia fœmina locum uxoris habere potest,

A & hæc loco uxoris accipitur, & ideo videtur idẽ omnino habere, quod uxor quantum ad esse copulam licitam: sic patet in alleg. cap. Christiano. s. Christiano non dicam &c. & sequitur, aut certè loco vxoris si cõiux deest cõçubinam. i. licet habere concubinam loco coniugis.

Quinta est, quia in vtraque seruatur idem numerus: si enim vnica est coniux, & vnica est concubina si multas coniuges habere licet, & multas cõcubinas nunc. n. in nouo testõ nõ licet hrẽ multas uxores, ut supra ostensum est, sed vniçam: ideo etiam vnica concubina haberi potest. In veteri autẽ testõ poterat qs habere multas cõiuges, ut s̃. ostensum est, iõ & poterat hrẽ multas concubinas, & ita habebat. De primo patet quia 34. dist. cap. omnibus. §. concubina dicit, ꝙ concubina ea intelligatur, quæ legalibus necessitatibus vnita est. i. quam necesse est esse vnam. & e. dist. c. is qui. s. is qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet a cõione nõ repellatur: tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ sit coniunctione contentus, & idem dicitur in cap. Christiano. s. Christiano non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi vnam tantum aut vxorem, aut certe loco uxoris concubinam. De secundo patet, quia in ueteri testamento, & toto tempore pręcedente ante Christum, in quo fuit licita uxorum pluralitas etiã erant multæ concubinæ: nam Abraham duas concubinas habuit Agar, & Ceturam: Gen. 25. ca. licet nõ habuit eas simul: habebat autem Dauid multas concubinas simul sequenti lib. 6. cap. & lib. 1. Paralipo. ca. 3. quia etiam simul habebat plures uxores, & in hoc apparet, ꝙ concubina sit uxor uerè: nam si non esset uxor, sed mulier fornicariè accepta, nõ potius liceret unã habere quàm plures, sed siue una, siue plures habeantur, est illicitum. In concubina autem, de qua nunc dicimus, est licitum habere vnam, & non est licitum habere plures, ideo est ista ut uxor.

In q. 27.

B

In q. 25. & 26.

Ead. di. 34.

C

Sed cum dicimus, ꝙ erit vna concubina, sicut uxor vnica, non est intelligẽdum, ꝙ cum unica uxore erit unica concubina, sed ꝙ sicut nunc unica in uxorem haberi potest, ita unica in concubinam, & tamẽ erit unica mulier, & illa aut erit uxor, aut concubina in alleg. cap. is qui. s. tantum, ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinę sit commixtione contentus, & in ca. Christiano dicitur, ꝙ unam tantum habeat, aut uxorem, aut concubinam.

D

Non licet hrẽ, nisi unam concubinã tantum & uxorem & concubinam simul in nouo testamento.

Sed aliquis putabit c̃trium, quia ante Christum, sicut licebat habere multas uxores, ita licebat habere multas c̃cubinas, & habebat tunc aliquis simul multas uxores & concubinas multas, ergo & nunc erit una uxor, & una concubina.

Dicendum, ꝙ non stat: nam licet nũc sit una uxor, sicut tunc multæ: tamen cum uxore unica non potest esse concubina aliqua: nam concubina, quæ permittitur loco uxoris est, & si esset concubina cum uxore, essent duæ uxores, & hoc non licet nunc: secus in ueteri testamento, & toto tempore ante Christũ:

E nam licita erat uxorum pluralitas, & poterat quis habere simul plures uxores, & multas concubinas, quia concubinæ erant loco uxorum, & quia numerus uxorum non erat determinatus, poterat quis habere tres uxores, & tres concubinas, aut in alio numero nõ immoderato, & quia concubina erat & uxor, diceretur talis habere sex uxores, quod non erat tunc inconueniens, ideo tunc licebat plures uxores, & plures concubinas habere. Nunc verò si haberet uir uxorem unam, & concubinam unam, essent duæ uxores, qđ est illicitum, & sic una tantum erit, aut uxor, aut concubina. in alleg. cap. is qui. & cap. Christiano.

Differentiæ inter uxorem, & concubinam secundum leges sæculares. Quæstio. CCX.

Est nunc videndum, quæ differẽtiæ sunt inter vxorem, & concubinam isto modo acceptam. Dicendum, ꝙ prima differentia est: nam vxores nunquam vocantur cõcubinæ, quod est nomen dignitatis minoris, concubinæ autẽ interdum vocantur concubinæ, interdum vxores, & ratio huius est, nam aliquid vxorum habent, & quantum ad hoc vocantur vxores, & istud est affectus, & consensus coniugalis. Aliud est, in quo sunt minores vxoribus, & quantum ad illud non vocantur vxores; sed concubinæ, sic patet de Agar, & Cetura, quas scriptura vocauit vxores Abrahæ, & vocauit etiam concubinas eius: Gen. 16. & 25. cap. & ista differentia est in nomine.

Secunda est quantum ad iura ipsarum & honorẽ, & primum de honore: nam in vxores accipiebantur illæ, quæ erant genere, & statu æquales: inæquales verò non accipiebantur in vxores, sed in concubinas, & ideo in cõcubinas accipiuntur maximè mulieres corruptæ, & obscuro loco natæ, & quę sui corporis quęstum fecerunt. i. fornicatæ sunt pro lucris captandis, & ancillæ, vel libertæ: mulieres autẽ ingenuæ, & maxime si sunt nobiles, & honestę vitæ, & virgines in concubinas haberi non possunt sine testatione quadam, vt patet. ff. de concubi. l. in concubinatu. istud enim de lege ciuili est, & videtur seruatum fuisse etiam apud antiquos in veteri testamento & prius. Nam Abrahã accepit Saram in vxorẽ, quæ erat filia fratris sui Arã, & ita erat æqualis in genere, & forte in statu: Agar vero ancillam propriam accepit in concubinam: Gen. 16. & 25. & hoc maxime conueniebat, quia melius habetur in concubinam ancilla, quàm ingenua in alleg. l. in concubinatu. De statu similiter patet, q̃a erant vxores in statu honorabiliori secundum conditionẽ viri: cõcubinæ autem in minori statu, vt patet de vxoribus, & concubinis Salomonis infra lib. 3. cap. 11. s. fueruntque Salomoni vxores, quasi reginæ septingẽtæ, & cõcubinæ trecentæ, & auerterunt mulieres cor illius. & ita vxores vocauit quasi reginas, in quo notauit earum statum excelsum. De concubinis nullum statum honorabilem posuit, sed solum dixit, quòd erant concubinæ: ideo status vxorũ erat valde maior quàm concubinarum. Etiam de omnibus vxoribus dixit, quòd erant quasi reginæ, in quo designauit æqualitatem earum, quasi non esset gradus inter vxores, sed solum inter vxores, & concubinas.

Tertia differentia erat quantum ad ius earum: nam filij vxorum reputabantur legitimi, & succedebant patribus in bonis suis: filij autem concubinarũ non reputabantur legitimi, sed ad plus naturales, & patet hoc, quia Sara fuit vxor Abrahæ, & filius eius Isaac: Genes. 21. capit. Agar fuit vxor, & concubina Abrahæ Gene. 16. c. & 25. & ideo Ismahel filius Agar non erat successurus patri, sed solus Isaac: Genes. 21. cap. vbi dixit Sara ad Abraham: Eijce ancillam hanc & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ, cũ filio meo Isaac.

Sed aliquis dicet, quòd istud fiebat, quia illa erat ancilla, & filij ancillarum non succedunt. Dicendum, quòd non fuit ista causa totalis, sed causa fuit, quia erat concubina: nam Cetura, quæ postea fuit vxor, & concubina Abrahæ, non erat ancilla, & tamen filij eius non successerunt patri, quia illa erat concubina, & patet hoc, quia Genes. 25. cap. dicitur de Abrahã: dedit autem Abraham omnia, quæ possederat Isaac: filijs autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc viueret, &

F ita filij Agar, & Cetureę in nullo successerunt patri, sed solũ dedit eis munera, scilicet fecit legata illis: filio autem vxoris dedit omnia, & non datur ibi alia causa, quare non successerint, nisi quia erant filij concubinarum, sed de filijs concubinarum secundum legem humanam, an succedant, & quando, & inquantum non est nobis cura dicere, quia alterius considerationis est.

An secundum legem humanam coire, cum concubina sit licitum, & an illa sit vxor. Quæst. CCXI.

Sed nunc dubium est de cõcubina secundũ legem humanam, an sit licitus coitus cum illa, idest sine peccato, & an illa vxor sit. Dicendũ
G quòd eo modo quo concedebatur concubinatus, aut vocabatur secundum legẽ humanam non erat cõcubina vxor, neque erat licitum cõmisceri ei.

Primo quia concubinatus stat cum multis, nam sicut habens vnam mulierem, cui misceatur, quæ nõ sit legaliter ducta dicitur habere concubinam, ita & habens multas huiusmodi dicitur habere cõcubinas, & tamen vxores non potest aliquis habere, sed vxorem vnam tantum, ergo concubina de iure humano non est, quæ dicitur vxor, & consequenter non erit licitum illi commisceri. Patet primum, quia etiam iura noua humana posuerunt posse esse multas concubinas simul, sed tunc filij ipsarum, & ipsę non habent idem beneficium succedendi in bonis paternis, quod
H habent filij concubinæ, q̃n est vnica, vt patet in Authentica, quibus modis naturales efficiuntur sui. §. si quis autem. & in §. si vero effusa. Et hoc colligitur etiam. 34. distin. cap. is qui. & cap. Christiano. vbi dicitur, ꝙ Christianus habeat vnam tantum, siue vxorẽ, siue concubinam, in quo præsupponitur, ꝙ secundũ iura humana plures habebantur mulieres in concubinas.

Si verò obijciatur, ꝙ concubina sit vnica tantum, vt lex voluit in alleg. §. si quis autem. Dicendum, ꝙ illud non cogebat ad vnitatem concubinæ, & si plures essent, non ideo desinebant vocari concubinæ, sed illud dicitur qualis debeat esse cõcubinatus ad hoc, ꝙ filij inde suscepti sint naturales, & gaudeant illo be-
I neficio successionis.

Secundò patet, quòd concubina secundum legẽ humanam non sit vxor, quia distinguuntur ex parte personarum: quædam. n. mulieres sunt, quas in concubinas accipi non licet, sed in vxores, & è cõtrario sunt & quædã mulieres, quas in concubinas accipi licet, & non in vxores. De primo patet: mulier nobilis & virgo, aut ingenua, & virgo, & ea, quæ est honestæ vitæ non accipitur in concubinatũ, sed in matrimoniũ. è cõtrio accipitur in concubinam, & non in vxorem, ancilla, vel liberta sua, vel aliena: accipitur in concubinatum, & mulier obscuro loco nata respectu viri nobilis, & mulier, quæ fornicata fuit, & quæ sui corporis quæstum fecit, & generaliter mulier illa in concubinam sine metu criminis accipitur, in quam stuprũ
K committi non potest. Etiam mulier damnata de adulterio potest accipi in concubinam, & non potest accipi in vxorem. De his omnibus. ff. de concubi. l. quæ in concubinatu. Et præses prouinciæ potest accipere concubinam de prouincia, quam administrat. eodem titu. l. concubinam. sed non potest accipere vxorem de illa prouincia quamdiu eam administrat. ff. de ritu nupt. l. si quis. & ita quasi generaliter illę, quæ interdicuntur, vt sint vxores conceduntur in concubinas, & quæ interdicuntur in concubinas haberi, conceduntur fieri vxores, & hoc apparet, quia si quis velit mulierem ingenuam, & honestæ vitæ

vitæ habere in concubinam non licet: quia talis est, quæ in vxorem haberi debebat: vnde si acceperit eā incidet in crimen stupri, vel putabitur in vxorem habere: si autem voluerit sine crimine eam habere in concubinam, oportet fieri testationem, i. ꝙ coram testibus dicat, quòd eam accipit in concubinam: & tūc excusabitur. ff. de concubi. l. in cōcubinatu: ergo cōcubina secundum legem humanam non est vxor, cū ea, quæ est concubina, non possit de iure cōmuni esse vxor, neque & è contrario, & hoc vt in plurimum. Tertio patet quia concubina secundū legem humanam excusatur a pęna, quasi indigeat excusatione, vt in alleg. l. in concubinatu, s. quia concubinatus per legem nomen assumpsit: extra legis pęnam est, cum hoc dicitur significatur, quòd de se concubinatus nō erat bonus, & tamen lex non punit eum. De matrimonio autem non datur excusatio aliqua ad hoc, ꝙ non puniatur; ergo matrimonium significatur esse per se bonum, & honestum; & ideo excusatione nō indigere: concubinatum verò non esse bonum, & ideo ad hoc ꝙ nō puniatur opus esse excusari a pęna. Quartò patet, quia coniunctionem, quę est matrimonium vocamus iustas nuptias: omnem autem copulationem aliam, quæ non fit secundū leges vocamus iniustas nuptias: & ita cum concubinis non sunt iustæ nuptiæ. Vnde & filios ex eis natos non dicimur habere in nostra potestate, Instituta. de patria potestate. §. 1. & 2. Quintò patet, quia filij ex matrimonio secundum legem humanam vocantur legitimi: filij autem ex concubina non sunt legitimi, sed quando melius nati sunt vocantur naturales. Sextò quia filij ex matrimonio nati succedunt vniuersaliter patri, siue ab intestato, siue ex testamēto: filij autem ex concubinis non succedunt vniuersaliter ab intestato, sed interdum in aliqua parte, interdum in nulla, vt in Auctentica quibus modis naturales efficiuntur sui. §. siquis autem, & §. si vero effusa; ergo non est eadem concubina, & vxor. Diffinitum ergo est dubium, s. ꝙ cum illa, quæ secundum legem vocatur concubina non sit licitus concubitus, quia hoc solum licet ad vxorem: & tamen concubina non est vxor, ergo nō liceret nunc commisceri mulieribus, quæ secundum leges vocantur concubinæ.

Nunc non licet Christiano habere concubinam: tamen antiquitus tam secundum leges sæculares quam sacros canones licebat & non erat contra legem Dei. Quæst. CCXII.

NVNC ergo dubium est, quomodo dicitur in alleg. cap. is qui. & c. Christiano 34. dist. quòd licitum est haberi vnam tātum mulierem, vel vxorem, vel concubinam. Dicendum quòd nūc non licet haberi aliquam in concubinam vllo modo: sed omnis talis coitus est illicitus: quondam vero non solum s̃m leges humanas, sed etiam s̃m canones licebat haberi concubinam, & non erat contra legē Dei. Et primò declarabimus secundum: & considerandum ꝙ concubinatus nomen a lege sumpsit exordium, vt distinctio fieret inter vxorem, & non vxorem & filios legitimos, & nō legitimos: & sic dicitur. ff. de concubi. l. in concubinatu. Etiam sciendum, quòd quædam sunt personæ, quas regulariter ex lege nō licet accipi in cōcubinas. eo. tit. l. qui in cōcubinatu: qñ quis tales haberet pręsumebatur, ꝙ erant concubinę, & non vxores, & lex ita eas nominat: quia status earum est, vt sint concubinæ, & non vxores, vel conditio aut indignitas earum, nisi contrarium appareret. Aliæ autem sunt mulieres, quas in vxores accipi licet & non in concubinas, vt sunt ingenuę, & maximè nobiles, & vitæ ho-

A nestæ, & virgines, s. quis tales acceperit putabitur cōmittere stuprum, nisi vel expresè de matrimonio appareat, vel testationem faciat quòd in concubinam talem aliquam accipit: in alleg. l. in concubinatu. Cū autem contrahitur matrimonium cum eis, quæ in vxores accipi possunt ad hoc ꝙ esset matrimonium, & illæ iudicarentur vxores: oportebat fieri dotalia instrumenta aut probationes aliquas, aut sacramēta: aliter non reputabatur matrimonium in Auctentica, vt liceat matri, & auiæ. §. quia vero colla. 9. cùm dicitur: Legem protulimus iubentem dotalia fieri documēta, aut probationes aliquas procedere factas apud Ecclesiæ defensores, per quas nuptias competat confirmari, aut certè sacramenta præberi. Sed postea ali- B ter s̃m legem humanam factum est, s. vt matrimoniū per solum consensum coniugalem contrahatur, nulla alia interueniente solennitate, aut dotalibus pactis vel sacramentis vel probationibus: & est hoc verum, nisi in quatuor casibus. Vnus est in eis, qui fulgent maximis dignitatibus descendēdo vsque ad illustres: nam nulli horum licet cōtrahere matrimonium, nisi dotalia scribantur instrumenta: si tamen contraxerint antequàm in his dignitatibus sint, valebit cōtractus sine dotalibus instrumētis, per solum affectum coniugalem, idest expresso cōsensu per verba de præsenti, sed postquam quis ad tales dignitates ascenderit, non iudicabuntur legitimæ nuptiæ sine dotalibus documentis: quod non extenditur ad barbaros etiā si in his dignitatibus sint, nam ex solo affectu illi con- C trahere possunt. Secundus casus quando quis in dignitate constitutus libertam suam in vxorem acceperit: nam oportebit scribi dotalia instrumenta in Aucten. vt liberti de cætero. §. siquis autem, colla. 6. s. siquis autem libertam ducere voluerit, aut legitimā facere coniugem cuiuslibet dignitatis existens, nuptialia conficiat documenta: & illa vocantur instrumenta dotalia, vt patet ibidem. Tertius casus est, qñ quis concubinam suam voluit facere vxorem: nam tunc requiruntur dotalia instrumenta. C. de naturalibus liberis. l. cum quis, & vbicunque lex de talibus facit mentionē semper dicit de dotalibus instrumentis, idest cum dote, & instrumēto. Quartus casus est, quando quis scenicam, vel meretricē accipit in vxo- D rem, nam requiritur instrumētum dotale. C. de nup. l. imperialis: & notat istos casus glo. in Aucten. vt liceat matri, & auię. §. quia vero, col. 8.

Antiqtus q̄uo contrahebat matrimonium.

Matrimonium hodie per solum consensum cōtrahit, nisi in quatuor casibus.

Quòd in quocunque casu matrimonium per solum consensum teneat. Quæst. CCXIII.

SED dicendum quòd matrimonium secundū veritatem solo consensu, idest affectu coniugali contrahitur, & dotalia instrumenta cæteræque solennitates non faciunt ad contrahendum matrimonium, vel vt matrimonium teneat, sed solum ad ostendendum liberos esse legitimos. Nam hoc est generale, quòd non succedunt vniuersaliter E vtrique parēti ab intestato filij, nisi qui legitimi sunt: vocantur autem legitimi a lege, i. illi, qui nati sunt ex matrimonio contracto secūdum legem, sed quia lex vetuit cōiungi quibusdam mulieribus matrimonialiter, vt ff. de concubi. l. in concubinatu. & l. qui in cōcubinatu, & aliæ sunt, de quibus non est verisimile, quòd cum illis contraheretur: ad ostendendum illud esse matrimonium, & consequenter prolem legitimam oportet interuenire probationes quasdam, & ob hoc apud veteres statutum erat, vt non iudicaretur matrimonium, neque filij legitimi, nisi apparerent dotalia instrumenta, vel probationes aliæ fierent apud iudices, vel sacramenta præstarētur. in Aucten.

vt

vt liceat matri, & auiæ. §. quia vero. & hoc tenebat generaliter in omnibus matrimonijs, & fiebat in præiudicium aliorum hęredum, qui succedebant ab intestato: nam si nati de tali copula non ostenderent se legitimos non admitterentur ad successionem: modus autem probandi matrimonium erat per hæc dicta.

Etiam dabatur alius modus probandi legitimum filium, siquis mulierem habēs liberam cum qua matrimonium secundum legem cōsistere potest, filium aut filiam susceptum ex ea in scriptura priuata subscripta trium testium nominibus, aut instrumēto publico filium, vel filiam appellauerit: non addens naturalem talem reputari legitimum, & nullam aliam probationem requiri ab eo. sed postea datus est modus facilior probandi matrimonium, scilicet ex solo affectu, idest siquis tractat aliquam affectu coniugali cohabitans ei, vt vxori: etiam si de nullo alio constet per hoc probatur matrimonium inter eos cōsistere, & prolem esse legitimam: & hoc est si mulier illa nō sit prohibita de iure tali nubere in alleg. §. quia verò: & supra posita patet in Auctē. vt liceat matri & auiæ. §. ad hoc autem.

Excepti fuerūt ab hac regula quatuor casus supra positi, in quibus non probatur matrimonium sine dotalibus instrumentis: & hoc fuit, quia non præsumitur quòd vir in illis casibus talem fęminam acciperet in vxorem, scilicet, quia vel est inæqualis status, vel est mulier, & vetita accipi in vxorem: licet & verū matrimoniū cum talibus esse possit, non sufficit ad ostendendum esse matrimonium, & prolem legitimam fuisse affectum coniugalem, scilicet cohabitationē, & beneuolentiam, & procurationem & alia, quę prestantur vxoribus, nisi ostendantur dotalia instrumenta: immo de talibus cum nihil plus constat prĕsumitur quòd habentur in cōcubinas, quia etiam ad concubinas ad hoc quòd filij ex eis nati admittantur ad successionem certę partis bonorum paternorum ab intestato, requiritur istud, scilicet, quòd affectus viri ad concubinam sit indubitatus: & sit cum eo in domo & alimenta præstet, vt in Auctentica, quibus modis naturales efficiuntur sui. §. siquis autem. & ideo in his casibus affectus coniugalis non ostendit esse matrimonium legitimum, nisi accedant dotalia instrumenta.

An concubina sit vxor, & quomodo contrahatur concubinatus. Quæst. CCXIIII.

ET ex hoc etiā patet quod supra dicebamus, scilicet, quòd concubina secundum legem humanam non sit vxor, & quòd non sit licitus coitus cum illa, quia in Authen. vt liceat matri & auiæ. §. quia vero, dicitur quòd matrimoniū solo affectu contrahitur, & solo affectu probatur, vt filij ostendantur legitimi, nisi in casibus prędictis, sed filij ex concubina non sunt legitimi, sed ad plus sunt naturales: ergo necesse est, quòd affectus, per quem contrahitur matrimonium non sit affectus, per quē contrahitur concubinatus, & ita concubina non erit vxor. Secundo patet idem, quia expresse ponit lex quendam esse affectum concubinæ, qui sit proprius ad concubinas, & nō sit ad vxores, vt in Aucten. qui. mo. naturales efficiuntur sui. §. siquis autem, scilicet sic autem illi donec vixerit libera mulier in stēmate concubinæ sociata, & filij ex ea: talibus enim solum modo hoc sancimus, vbi omnino indubitatus est cōcubinę affectus & filiorum ibidem proles, & alimenta, & domus, & sic dicit aliquam sociatam in stemate concubinæ, idest in modo quamuis sit mulier libera

F cum qua matrimonium consistere poterat, iō aliquis modus proprius copulationis est, quo cognoscitur esse vxor, vel concubina. Etiā quia dicitur quòd sit indubitatus concubinæ affectus, idest vir habeat ad eam affectum, vt ad concubinam, & non vt ad meretricem, vel fornicariam momentaneam.

Tertiò apparet, quia concubinatus per affectum contrahitur, & non per solum actum coeūdi, sed ante omnem copulam per solum affectum est concubina: sic dicitur. ff. de concubi. l. concubinam. §. Concubinam ex sola animi destinatione extimari oportet: & tamen ista destinatio animi nō est affectus cōiugalis, quia tunc ista esset vxor, & proles ex ea suscepta esset legitima in Aucten. vt liceat matri, & auiæ. §.
G quia verò: & est falsum, quia non sunt legitimi filij, sed naturales: ergo alius est affectus, quo contrahitur concubinatus: & alius quo cōtrahitur matrimoniū.

Apparet autem aliqua diuersitas affectus in his: nā in matrimonio est intentio cohabitandi in perpetuū, vt patet ex diffinitione sua, scilicet matrimonium est viri, & mulieris coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinēs: in quo patet, quòd istud sit de conditione matrimonij, & debeat esse de intentione cōtrahentium: nam secundum iura humana licitum est repudiare, per quod dirimebatur matrimonium: tamen matrimonium secundum se indissolubilitatē dicit. Nam ipsa lex humana, quæ concessit repudiū, & diuortium dixit esse matrimonium indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Institu. de patria pote. §. nuptiæ, dirimi autem, vel non dirimi matrimoniū
H per accidens est, sed habere intentionem cohabitandi vsque ad mortem est per se de ratione matrimonij. In concubinatu è contrario: nam non est de ratione eius permanere, & ideo cum cōcubina accipiatur non eo animo accipi debet, vt semper non retineatur, nec iste contractus de se istud importat, quòd verò concubina interdum duret vsque ad mortem accidit: vt in Authen. quibus mo. nat. effi. sui. §. si quis autem. & è contrario matrimonium, quod de se importat indissolubilitatem, accidebat secundum leges humanas interdum dissolui, sed ob hoc matrimoniū de se habebat vim semper manēdi & non dissoluebatur, nisi diuortio, vel repudio secūdum legem factis: concubinatus vero, quia de se non habebat vim sem-
I per manendi, dissoluebatur sine repudio & diuortio facto per legem.

Et ob hoc quicquid in contractu matrimonij interueniat, quod repugnet perpetuitati vinculi est contra substantiam matrimonij, & facit matrimonium non tenere, neque contrahi: & ideo siquis cōtraheret sic dicens contraho tecum matrimonium vsque ad duos annos, vel vsquequo mihi placuerit te retinere, non teneret matrimonium, quia est cōtra substantiam matrimonij. extra. de condit. appo. c. si conditiones. Et sicut est hoc inter nos, etiam inter infideles vitiaret contractum tale pactum, quia quamuis liceat eis repudiare vxores, quod est a lege concessum,
K & est posterius matrimonio cōtracto, si inserant hoc pactum contractui est contra substantiam cōtractus, & non tenet: ideo infideles quando contrahunt nullum tale pactum inserere possunt, vel poterant: postquam vero contraxissent poterant repudiare vxores, sic tenet glo. extra de consan. & affin. c. de infidelib⁹: licet alij contrarium teneant, quòd possit inseri tale pactum, & male. Et patet ratio, quia matrimonio secundum suam rationem competit dicere perpetuitatem cohabitationis, non solum apud fideles, inter quos nequaquam dissoluitur matrimonium, sed etiā apud leges humanas, secundū quas erat ius repudiandi & diuertendi: nam lex dixit matrimonium continere

nere indiuiduam consuetudinem vitæ. Insti. de patria pote. §. nuptiæ. sed pactum, vel conditio contra substantiam matrimonij si inseratur in contractu facit non valere contractum in alleg. cap. si conditiones. Ergo etiam inter infideles nō posset tale pactum, vel conditio in matrimonio interuenire. In concubinatu autem non est sic: quia etiam siquis mulieri diceret accipio te in concubinam vsque ad duos menses, non vitiaretur contractus concubinatus, sed teneret, quia adiectio huius pacti non est contra substantiam contractus, cum in eo non requiratur neque importetur aliqua perpetuitas: & sic apparet aliqua diuersitas affectus coniugalis, quo contrahitur matrimonium: & affectus concubinalis quo contrahitur concubinatus.

Quare sacri canones concesserunt, & dixerunt quòd licet Christiano habere concubinam. Quæst. CCXV.

Ex prædictis apparet causa, quare a principio in decretis Ecclesiasticis dicebatur quòd liceret Christiano habere concubinam: est.n. intelligendum quòd sacri canones non concesserūt aliquid, quod Christus vetuit, sed ipse vetuit omnem fornicationem: Matth. 5. cap. s. Qui viderit mulierem ad concupiscendum iam mechatus est in corde suo: etiam Apostolus expresse illud ostendit, 1. Corin. 7. cap. dicens: Melius esse nubere, quàm vri. vbi contra carnis incontinentiam non inuenit aliud remedium, nisi vxorem accipere: si tamen sine matrimonio posset aliter prouideri extinguendo ardorem libidinis dixisset illud, & non tacuisset, ergo non est alius modus licitus in commixtione carnali, nisi in matrimonio: cū ergo Christus vetuerit concubinatum, & omnem modum fornicationis non concedent canones concubinas, sed solas vxores. Cū ergo dixit quòd liceret Christiano habere cōcubinā intellexit canon de illa cōcubina, quæ est vxor, & nō de illa, quę est verè concubina: & ob hoc requirūtur in tali concubina ea, quæ requiruntur in vxorē quantum ad veritatem vxoris, licet non quantum ad probationem. Primum requiritur in vxore quòd accipiatur per consensum de presenti, qui vocatur a lege affectus coniugalis. in Aucten. vt liceat matri, & auiæ. §. quia vero. ita ad habendam talem concubinam requiritur affectus coniugalis: & sic verè coniux est. Secundum est, quòd vxor non potest esse nisi vna: nā Christus vetuit vxorum pluralitatem, vt colligitur Matth. 5. & 19. & supra ostensum est: ita & concubina vnica esse debet: sic patet 34. distin. c. is qui. & cap. Christiano. s. vnius mulieris sit coniunctione contentus, aut vxoris, aut concubinæ. De tali autem muliere nihil prohibet, quòd dicatur vxor: quia vere est vxor cum nihil plus ad veritatem vxoris requiratur: Ista patent eo. dist. §. concubina. s. cōcubina ea hic intelligitur, quæ necessitatibus legalibus instrumentis vnita est, & coniugali affectu acciscitur: hāc affectus coniugem facit: & ita posuit omnes conditiones. Prima est, quòd vnica est, quia lex canonizata non permittit plures. Secunda est quòd affectu coniugali accipitur quia alias esset verè fornicaria, vel concubina, & non esset licitum ei commisceri.

Quare tales vxores receptæ non seruata solennitate legis vocentur concubinæ a lege, & canone. Et quòd non sunt eædem quæ vocantur concubinæ in sacra scriplura & in lege humana, seu in antiquis sanctorum patrum decretis. Quæst. CCXVI.

Sed quæretur, quare canon vocauit tales concubinas cum sint vxores? Aliqui dicunt quòd hoc

A sit quia istę sic vocantur lege Dei, & in lege humana: sicut dicimus de concubinis Abrahæ, & concubinis Dauid, & Salomonis. Dicendū quòd non sunt eędē, quæ vocantur concubinæ in sacra scriptura, & in lege humana: nam in lege Dei vocabantur concubinę aliquæ, quæ erant verè vxores. Et apparet, quia ibi vocantur interdum vxores interdum concubinæ, sicut diximus de Agar, & Cethura, & tamen illæ, quæ vocantur concubinæ secundum legē humanā sunt concubinæ, & non sunt vxores, nec vocantur sic aliquando, & ideo non est verū vtrobique easdem vocari concubinas.

Sed dicendum quòd illæ, quæ sunt aut vocantur concubinæ secūdum canonem similes sunt illis, quæ vocabātur concubinæ in veteri testamento: quia illæ
B vocabantur concubinæ, & interdum vxores, & sic sunt verè vxores licet vocentur concubinæ, quantum ad hoc sunt similes illæ, quæ à canone vocantur concubinæ, quia licet concubinæ dicantur, sunt verè vxores.

Sed dicendum quòd non vocauit canon concubinas ad similitudinem istarum, vel quia scriptura vocabat eas concubinas. Primo, quia cessabat ille ritus concubinarum, qui tunc erat: nam tunc habebantur simul plures concubinę cum vxoribus, vel cum vxore vna habebatur concubina: sicut fuit in Dauid, & Abraham: & tamen nunc non potest esse vxor, aut concubina, sed vnica mulier haberi potest, aut concubina, aut vxor. 34. dist. c. is qui. & c. Christiano: ergo
C non dicitur propter illarum concubinarum similitudinem. Secundò quia status veteris testamenti cessauerat a cuius obseruantijs fideles debebant retrahi, ideo non imponerentur nomina in nouo testamento per imitationem ad ea, quæ in veteri erant, ne in illam imitationem traheremur: hoc enim rationabiliter putatur a quibusdam.

Alij dicunt quòd vocauit canon concubinas propter imitationem legis humanæ: nam lex huanam vocat aliquas mulieres concubinas, & non vxors: illas ergo sic vocaret canon.

Est autem intelligendum, quòd quicquid dicatur non erat omnino simile de illa muliere, quam canon vocat vxorem: nam illa vocatur vxor, quæ cum omnibus conditionibus legis accipiebatur.

D Primo, quòd esset mulier, cum qua secundum legem nuptiæ consistere possent, quia multæ sunt mulieres, quæ non possunt secundum legem accipi in vxores, & possunt accipi in concubinas, vt patet. ff. de concubi. l. in concubinatu. & l. concubinam, & in Aucten. vt liceat matri, & auię. §. ad hoc. Secundum erat, quòd obseruarentur solennitates illæ, quæ apud veteres obseruabantur ad ostendēdum matrimonium legitimum, & prolem legitimam, scilicet, quòd constitueretur dos, & fierent instrumenta dotalia: aut fierent probationes corā iudicibus, vel sacramenta præstarentur in Aucten. vt liceat matri, & auiæ. §. quia verò. feminæ autem, in quibus non inueniebantur
E hæc, iudicabantur secundum legem concubinæ licet verè secundum affectum essent vxores.

Fuit necessarium quòd in nouo testamento lex Ecclesiæ permitteret concubinam, idest habere vxorem in qua non obseruarentur solennitates illæ, quæ apud veteres obseruabantur. Quæst. CCXVII.

Ex hoc apparet quare canō debuit dicere aliquas mulieres esse concubinas, s. quia cuilibet homini non volenti continere, licet nubere; & tamen non est facile cuilibet habere vxorem: est autē facile habere concubinam, i. eam, quæ secundū leges vocatur con-

[library stamp]

concubina; ideo debuit dicere, quòd haberet concubinam, vel vxorem: nam vxores sumuntur, quasi de æquali statu ad virum, & honestę vitæ matronæ, vel virgines, & dotatæ: talem autem non est facile cuilibet habere, quia erit aliquis, quem pro paupertate aut alio defectu, quo reddatur contemptibilis, nulla talis volet in virum accipere: facile tamen est ei accipere aliquam, quę secundum legem posset esse concubina, s. mulier obscuro loco nata, ancilla, liberta propria, vel aliena aut ingenua, quæ sit meretrix, aut scenica: aut mulier, quæ sic corporis sui quæstum fecerit, aut illa, quæ de adulterio damnata est: tales enim possunt secundum legem sumi in concubinas. ff. de concubi. l. 1. & l. in concubinatu. de talibus quilibet quantumcunque miser poterit aliquam inuenire: & tamen tales secundum legem vocantur concubinæ: & dato quòd sint verè vxores ex affectu, lex præsupponit eas concubinas: ideo canon debuit dicere de vxore, vel concubina.

Et fuit istud magis necessarium tempore noui testamenti, q̃ alio tempore: nam nunc Christo docente omnis fornicatio immo concupiscẽtia est illicita, & non est remediũ aliquod contra incontinentiam, nisi habere vxorem: quia non licet tangere meretricem. 1. Corinth. 6. cap. & Apostolus dixit vnusquisq; vxorem suam habeat propter fornicationem vitãdã 1. Corin. 7. cap. & ita innuit ꝙ fornicatio solum euitatur in concubitu ad vxorem, sed necessarium erat omni homini Christiano vitare fornicationem, quia fornicatores regnum Dei non possidebunt. 1. Corin. 6. cap. ideo non potentibus continere necessariũ erat accipere vxores: & tamen non poterat quilibet homo habere talem mulierem, quæ secundum legem vocaretur vxor: & etiam non poterat quęlibet mulier haberi in vxorem, sed aliquæ solum in cõcubinas secundum legem, vt dictum est: ideo deberent accipere, & acciperent saltem tales, quæ cõcubinæ secundum legem vocarentur. Et apparet ꝙ ista fuerit vera causa, quia 34. dist. cap. Christiano dicitur Christiano non dicam plurimas, sed nec duas habere licet, sed tantum vnam aut vxorem, aut certè loco vxoris, si coniux deest, concubinam, & ita apparet, quòd in defectum accipitur vxoris loco concubina, quãdo quis non potest habere vxorem. Difficultas autem ad habendum vxorem, & facilitas ad habendum concubinam, apparet ex dictis.

Vnde nomen cõcubinę venit in canonẽ ecclesiasticum.

Et tunc apparet vnde nomen concubinæ venit in canonẽ, scilicet, quòd venit a lege humana, quæ vocat quasdam vxores & alias cõcubinas. Et primo apparet, quia licet Christiani haberent legem Christi tamen circa foralia non habebant legem a Christo, sed gubernabantur legibus sęcularium principum, quibus Christus iubebat eos subijci: sicut dixit Apostolus ad Roma. 13. c. & beatus Petrus 1. Petri cap. 2. Subiecti estote omni humanę creaturę propter Deũ, siue regi, velut pręcellenti. Et iterum: Deum timete, regem autem honorificate. Vterentur ergo legibus illis contrahendo secundum doctrinã legum, & contractibus nomina imponendo secundum leges, sed lex humana vocat quendam contractum matrimonialem in copula maris, & fœminæ, & alium concubinalem, ideo & canon sic vocaret, quia Christiani, qui illis legibus gubernabantur, nomina legum accipiebant & illis vtebantur.

Dist. 34. Secundo patet, quia vocãtur concubinæ in Decreto. is qui. quod fuit in concilio Toletano: & in c. Christiano. quod est dictum Isidori. 34. dist. fuerunt tamen ambo circa tempora Iustiniani, idest nõ multo post. Iste autẽ Iustinianus licet Christianus fuerit, & multa de ecclesijs, & monachis, & episcopis atque alijs mi-

F nistris ecclesiasticis instituerit: innouauit præcedentes leges de vxoribus, & cõcubinis, & ad vltimum in collationibus correxit multa, quæ dixerat in prioribus legibus Codicis. Et tamen ibi in Auth. de triente & semisse; & Auten. quibus modis naturales efficiuntur sui. & in Aucten. vt liceat matri, & auiæ: & in multis alijs posuit doctrinam, secundum quam vocantur aliquæ vxores, aliquæ concubinæ: & quid de vtrisque agẽdum est: ideo canones, qui ante tempus illud, & tunc & aliquanto post instituebantur, sequebantur vocabula illa: sic ergo in concilio Toletano de vxore, & concubina dictum est: sic etiam Isidorus dixit: & ita a lege humana venit istud vocabulum.

G Tertiò patet, quia hoc expresè videtur signare Gratianus. 34. dist. c. oĩb9. §. cũ ꝯcubina. s. cõcubina hic intelligitur, quæ necessitatibus legalibus vnita est, & coniugali affectione accisscitur: hanc coniugem facit affectus: concubinam verò lex nominat: ergo propter legem venit istud nomen in canonem, sed lex vocatur ipsa, quæ est lex humana.

Alia responsio aliorum sustentabilis de deriuatione nominis concubinæ recepti in can. *Quæst.* CCXVIII.

SI tamen dicat aliquis quòd istud nomen venit in canones ex consuetudine veteris testamenti non videbitur inconueniens: & ratio est, quia aliqui canones sic nominauerunt concubinas eas, quæ sunt vxores, eo quòd Apostoli sic prius nominauerunt. patet 33. dist. c. si quis. scilicet, Si quis post

H acceptum sacrum baptisma secũdis nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam habuerit, non potest fieri episcopus: & est illud. c. de canonibus apostolorum, vt patet ex superscriptione: & tamen concubina ibi vocatur ea, quæ verè vxor est, vt declarat Gratianus. 34. dist. §. concubina: & etiam glo. eo. cap. quia alias non efficeretur bigamus: & tamen ibi de bigamia agitur: & sic Apostoli in suis canonibus vocauerunt concubinas aliquas, quæ sunt vxores: & inde posteriores canones conciliorum, vel pontificum sumpserunt illum modum loquendi. Sed de Apostolis satis credibile est, quòd acciperent istam consuetudinẽ locutionis ex veteri testamẽto, in quo fuerãt semper

I conuersati: & ibi vocabantur aliquæ vxores, aliquæ concubinę, vt in Abraham, & Dauid: maximè, quia hoc satis conuenit cum illę, quę in veteri testamento erant, concubinæ vocarentur etiam vxores, & essent sicut illę, quę vocantur concubinę in canone. Si quis tamen vellet dicere quòd Apostoli vocauerunt concubinas non secundum consuetudinem veteris testamenti, sed secũdum legem humanam, satis potest teneri rationabiliter, quia Apostoli, quando ista statuerunt acceperant iam Spiritum sanctum, & sciebãt plenissimè omnia, quę directè, vel indirectè, pertinebant ad fidem, & fidelium regimen, & sic scirent statuta humanarum legum inquantum illa faciebant aliquid ad conuersationem fidelium, qui illis legibus

K subditi erant. Etiam quia sine speciali illustratione Spiritus istud scire poterant, quia cum leges Romanorum essent communes, & seruarentur a subditis Romanorum, quibus in principio Ecclesię & Apostolorum totus mundus subditus erat: scirent omnes homines istas leges, & si non per studium saltem per consuetudinem, quia vtebãtur eis, & sic Apostoli statuentes circa fideles, qui subditi erant legibus humanis Romanorum, vterẽtur illis vocabulis, quibus leges vtuntur, & quibus vtebantur vulgares sequentes legem, s. dicendo uxores & concubinas, & sic a lege humana uocabulum istud ueniret, quod uerisimilius est.

Conc-

Concubina, quæ vocatur. *Quæst.* CCXIX.

Svpposito autem quòd veniat nomen a lege humana dicendum quòd non vocatur cõcubina illa, quam lex humana propriè vocat concubinam; sed illa, quam præsumit concubinam propter similitudinem aliquam: nam illa, quę secundum legem propriè vocatur concubina, nõ est vxor: & tamen canon vocat concubinam eam, quæ est verè vxor: sed accidet istud, quando aliqua mulier fuerit vnica viro, & affectu coniugali accepta, & fuerit de illis, quæ secundum legem solent esse concubinæ, vocabitur concubina: nam lex reduxit concubinas ad istum modum: quia licet apud antiquos posset quis habere plures concubina, ita quòd lex non puniebat istud, postea reducta fuit ad hoc, quòd concubina vnica esse deberet. Et in hoc duo statuit.

Statutum Iustiniani circa concubinas.

Primum quòd stante vxore non posset quis habere concubinam. C. de concubi. l. vnica, vt sicut habenti vxorem non licet habere, aut accipere aliam vxorem, ita habenti vxorem, non licet accipere vel habere concubinam; quia cõcubina loco vxoris habetur. 34. dist. c. Christiano. & c. is qui.

Secundum est, quòd sit concubina vnica, scilicet siquis non habens vxorem, accipiat concubinam, habebit vnicam: & hoc est si vellet quòd tam ipsa quã filij eius gaudeãt aliqua successione in bonis viri. Cũ autem quis multas concubinas haberet, quia illę potius vocari debebant fornicariæ quàm concubinæ: & earum copula est odibilis secundum legem, non participabant filij inde nati, neque matres aliqua successione bonorum ab intestato: in Auten. de triente, & semisse. §. si autem confusa. §. quia enim testari: & in Auten. quibus modis naturales efficiuntur sui. §. si quis autem. §. si vero effusa. Cum autem quis haberet vnicam mulierem de illis, quæ secundum legem non debebãt accipi in vxores, & tamen poterant aliqualiter accipi, vel si esset de illis cum quibus matrimonium constare poterat, tamẽ non fuerant dotes constitutę neque instrumenta dotalitia facta aut aliæ probationes, vel sacramẽta præbita in casibus, in quibus ista fieri deberẽt: tales mulieres, licet essent vxores, vt quia affectu coniugali acceptæ fuerant, vocabantur secundum legem concubinæ, quia ita de eis præsumebat lex, nisi contrarium constaret.

An filij earum quæ sic vocabantur concubinæ succedebant parentibus. *Quæst.* CCXX.

Sed relinquitur dubium de illis, quæ sic vocabantur concubinę an iudicabatur idem, quod de vxoribus: & an filij earum succedebant parentibus. Aliquis dicet quòd sic, quia erant vxores, & vbi est vxor est matrimonium, & in matrimonio sunt filij legitimi, & legitimi succedunt vniuersaliter ab intestato. quòd istæ vxores essent, supra ostensum est, & ita patet 34. distin. §. concubina.

Sed obijcietur, quòd istud nõ valeat, quia licet istæ essent vxores, erant concubinæ & cõcubinarum filij non succedunt, sic patet in Agar, & Cethura, quæ vocantur vxores Abrahæ Gen. 16. & 25. cap. & postea cap. 25. vocantur ambæ concubinæ, & propter hoc filij earum non successerunt: sed Isaac qui erat filius Saræ, quæ erat vxor, & non concubina habuit omnia bona Abrahæ eo. cap. ita ergo in istis, quia licet vxores sint vocantur concubinæ. 34. dist. c. is qui: & cap. Christiano, ergo neque filij earum succedunt.

Dicendum quòd nunc non potest nobis constare quid de illis fieret, quia iam isto modo non sunt concubinæ, vt sequenti quæstione dicetur, tamen possu-

A mus asserere rationabiliter, quòd aut de talibus constabat, quòd essent coniuges, aut non: si constaret etiam si solo affectu coniugali matrimonium cõtractum esset inter eos filij iudicabantur legitimi, & tũc cessabat præsumptio legis, s. quòd tales essent concubinæ cum constaret de affectu coniugali; simile patet in Auten. vt liceat matri, & auiæ. §. hoc quoque, & §. hoc autem. Si verò non constaret de matrimonio, aut affectu coniugali pręsumebatur concubina, & non vxor: & tunc filij non censebantur legitimi: ideo nõ succederent patri vniuersaliter ab intestato: nam etiam nunc istud fit, quia siqui matrimonialiter copulati sint, & de matrimonio constare non potuerit, filij inde geniti non admittentur ad successionem

B in bonis paternis, & ratio est, quia licet matrimoniũ habeat esse verum ex eo quòd pertinet ad legẽ Dei, vel ad ius naturale, prolem tamen fieri legitimã est de iure positiuo, & per illud debetur hęreditas: quando ergo non interuenerint ea, quæ sunt de iure positiuo non iudicabitur legitima proles.

Cum autem obijcitur de eo, quod factum est in veteri testamento, vbi filij illarum vxorum, quæ erãt concubinæ non succedebant, licet constaret eas esse vxores. Dicendum quòd nõ est simile, quia ibi erãt multæ vxores, & concubinæ non capiebantur in locum vxorum, vel statum earum, licet affectu coniugali tenentur: ideo filij earum non succedebant in bonis paternis, quia neque ipsæ dotatæ veniebant: & ita obseruari erat apud eos lex, nũc verò vnica est mu

C lier, vel vxor, vel concubina. 34. dist. c. is qui. Et quia concubina loco vxoris accipitur. e. dist. c. Christiano, filij illius succedent, cum illa sit vxor vera, & non sit in pręiudicium aliorum. Secus autem si plures mulieres haberi possent simul, & non in eodem gradu, quia tunc æquum erat, quòd filij vnius succederent, & filij alterius non.

Nunc verò non differt, quia quomodocũque constet aliquam esse verè vxorem, licet in ea defecerint aliquę solennitates legales, admittentur filij illius ad successionem in bonis paternis, etiam si habeãt alios fratres ex alia vxore patris sui, in qua fuerint seruatæ omnes legales solennitates, vt patet in Aucten. vt liceat matri, & auiæ. §. hoc quoque. & §. si autem. vbi

D dicitur quòd siquis acceperit vxorem ex solo affectu sine dotalibus instrumentis, & soluto matrimonio accipiat aliam cum dotalibus instrumentis, filij prioris mulieris admittentur ad successionem in bonis paternis cum filijs secundæ, & è contrario, s. si priores accipiat cum dotalibus instrumentis, & secundam accipiat sine instrumentis & dote.

Iura hodie iam non distinguunt inter vxores & concubinas, sed ablatum est nomen concubinæ, & valde abominabile est apud Christianos, & quare iura antiqua fecerunt distinctionem, & non iura moderna. *Quæst.* CCXXI.

Sed dicendum quòd nunc omnia ista sublata sunt: nam iura non distinguunt inter vxorem & concubinam, sed solum contractum matrimonium licitum dicunt: & omnes illas, ad quas est copula licita, vocant iura vxores: nomen autem concubinæ iam est abominabile, sicut nomen fornicationis: & ideo quicunque dicatur nunc habere concubinam, de iure reprehenditur, & hoc introduxerunt canones moderniores.

E Est autem causa huius: quia tam secundum canonem quàm secundum legem humanam omnes nati ex matrimonio iudicantur legitimi, & succedunt parentibus, sed nunc iudicantur quædam vxores, quæ tunc non iudicabantur; ideo dicebantur concubinę; nunc

nunc verò omnes copulatæ per cõsensum mutuum coniugalem vocantur coniuges, ideo non est locus vocandi cõcubinam aliquam. Ratio diuersitatis est in duobus. Prima quia quondam secundum legem humanam erat vetitum quasdam personas recipi in vxores, sicut dãnata de adulterio a nullo poterat accipi in vxorem, & tamen poterat accicipi in concubinam: & multę alię personæ erant ad matrimonium illicitæ, & non ad concubinatum, vt mulierem de prouincia non poterat accipere præses in vxorem & poterat in concubinam. ff. de concubi. l.1.& l.in concubinatu.& l.concubinam. Nunc vero nulla persona est illicita ad matrimonium, cum qua licitum sit coire, sed erit cum ea vel incestus, vel stuprum, vel adulterium. Antiquitus verò neque incestus, nec adulterium, neque stuprum erat cũ quibusdam, & poterat cum eis esse concubinatus, quod nõ erat crimen secundum legem, neque puniebatur. ff. eo.l.1. & l.in concubinatu. Et apparet istud apertius, quia nunc non vetatur matrimonium cum ancilla, aut liberta, aut leprosa, aut cum ea, quæ fecerit quęstũ sui corporis. Et patet hoc de cõiugio seruorum per totum, & de coniugio leprosorum per totum: & quod plus est adhuc cum publica meretrice potest esse matrimonium: & non solum esse potest, immo & si quis cum talibus contrahere voluerit prodest ei ad remissionem peccatorum suorum: extra de spon. c.inter opera. Antiquitus autem cum talibus nõ erat contractus matrimonij, & cum multis alijs personis, quarum nunc nulla est vetita ad matrimonium.

Iura antiqua vetabant quasdam personas recipi in vxores licebat tñ recipi in concubinas.

Secundum est, quia apud antiquos ad hoc quòd matrimonium esset aut saltem iudicaretur, requirebantur aliquæ solennitates, scilicet constitutio dotis, instrumentum dotale vel probationes aut sacramenta pręberi. in Aucten. vt liceat matri, & auiæ. §.quia verò. Nunc verò non requiritur aliqua solennitas ad hoc, quòd sit verum matrimonium, sed per solum consensum coniugalem contrahitur matrimonium extra de spon.c.cum apud: & 27.q.2.cap. sufficit, scilicet sufficiat ad matrimonium solus consensus illorum de quorum quarumque cõiunctionibus agitur: & ad hoc quòd iste consensus sit certus, debet constare de illo: ideo debet exprimi per verba de pręsenti vtroque dicente: ego accipio te in meum, vel in meam: extra de spon. cap. si inter virum: & de spon. duorum c.licet pręter. Et hoc verum est, vel per alia verba, quæ significent consensum cõiugalem de pręsenti: vt si vir dicat mulieri: Ioannes te desponsat: extra de spon.c.tua nos: & hoc est verum in potentibus loqui: non potentes autem loqui possunt contrahere sine verbis per quosdam nutus cõsensum patefacientes suum: & ita contrahunt surdus, & mutus eo.titu.cap.cum apud. solennitates autem, si quę consueuerint obseruari, debent obseruari, & tamen etiam si omittantur non vitiatur contractus, sed tenet: & si quis pro defectu solennitatis putans non tenere matrimonium transierit ad aliam vxorem, cogitur ad primam redire eo.tit.c.de Francia.

Vide Cõc. Trid. sess. 24. in Decreto de reformatione matrimonij. cap.4.

Ex hoc autem sequitur quòd apud antiquos multi poterant coniungi matrimonialiter, idest per affectũ coniugalem, qui tamen non iudicarentur coniuges eo quòd non erant ibi illa duo, quæ in matrimonio seruabantur, scilicet determinata persona & determinata solennitas: & sic omnes illi, qui sine his contraxissent dicebantur esse in statu concubinatus, & non in statu coniugali, sed nunc non est talis determinatio personarum, nec etiam est necessaria aliqua solennitas ad valorem matrimonij: ideo omnes illos, in quibus constiterit esse affectum coniugalem, iudicabimus coniuges, & nullam dicemus concubinam

F cuius sit licita copula: Est tamen verum quòd ad efficiendum filios legitimos requiruntur quædam solennitates, vt quod proponantur edicta publicè in Ecclesijs: & hoc est, vt non contrahant personæ illę quibus illicitum est contrahere, & si illa forma omittatur etiam ignorantia non efficiet prolem legitimã: extra de clãdesti.de spon.c.cum inhibitio.& istud est, quia matrimonium esse verum, vel non, facit ad copulam esse licitam, vel non: & vt euitetur, vel non euitetur peccatum mortale. Et quia euitari peccatũ mortale est de necessitate salutis, debuit ad hoc dari via facilior, quàm esse poterat, & supra id quod de iure naturę, vel de diuina institutione, scilicet vltra con-
G sensum mutuum de pręsenti non debuerunt iura humana aliquid addere. Circa legitimitatem filiorum non est periculum animæ, siue sint, siue non sint legitimi: vt cum istud non sit de iure diuino potuerunt iura humana in hoc disponere: & ita solennitas illa posita in c.cum inhibitio nõ est ad faciendum matrimonium valere, sed solum ad hoc quòd proles sit legitima: vnde etiam si omittatur & fiat desponsatio clandestina, nihilominus valebit matrimonium & erunt veri coniuges.

Reddit ad solutionem argumenti quod incepit supra q. 206. soluere. Et quòd in matrimonio aliquid est de iure naturæ: aliquid est ex diuina institutione, aliquid ex humana.

Quæst. CCXXII.

SVPPOSITIS his redeundum est ad id, quod dicebatur de Abraham quòd habuit concu-
H binas, & concedendum est, quia scriptura sacra istud asserit, & tamen concubinæ illæ erãt verę coniuges cum scriptura illas vocet coniuges Gen.16.& 25.cap. sicut vocat concubinas.eo.25.cap. & tamen habere coniugem non est crimen: ergo & habere tales concubinas non erat peccatum: cum etiam apud nos dicatur talium concubinarum licita copulatio.34.q.c.is qui.& c.Christiano.

Sed dicetur cum istę essent verę coniuges, quare scriptura vocat eas concubinas. Dici potest primo, quòd hoc fiebat ad exprimendum veritatem rei; nã erant veræ vxores, & verę concubinæ: ideo scriptura debebat eas vtroque nomine appellare: nam tempore veteris testamenti, & prius erant aliquę veræ
I coniuges, & nullo modo concubinæ: & istæ solum vocabantur vxores, quia solum erant vxores. Aliæ verò, quia erant simul vxores, & concubinæ ad exprimendum veritatem rei vtroque nomine appellari debebant. In quo considerandum, quòd in matrimonio aliquid est, quod solum est de iure naturæ, vel diuina institutione. Aliud est quòd ex humana institutione prouenit.

Primum est quòd matrimonium contrahatur per consensum mutuum coniugalem. Hoc enim Deus voluit & hoc ratio dictat, & ideo circa hoc iura humana nihil possunt, scilicet instituendo alium modũ contrahendi matrimonium præter istum aut adden-
K do aliquid ad istum modum, ita vt sine illo nõ sit verum matrimonium. Etiam est aliud de iure diuino, & institutione eius, scilicet, quòd in cohabitatione matrimoniali sit mulier subdita viro: sic enim Deus statuit Gen. 3.cap. scilicet, sub viri potestate eris, & Apostolus iubet mulieres subditas esse viris, & non loqui in Ecclesia, sed viros audiri in domo. 1.Corin. 14.& 1.Timo.2.c. & hoc quia vir est caput vxoris, sicut Christus est caput viri. 1.Corin. 11.cap. De iure etiã naturæ est istud, quia vir est firmioris & abundantioris iudicij, quàm fœmina intantum quòd fœmina quasi non habet opinionem vniuersalem: & ideo quasi non potest esse incontinens sicut vir, vt osten-

dit

dit Aristo.7.Ethic.& tamen sapientis est ordinare, & regere: ideo minus sapientis erit regi & ordinari. Vnde ob hoc Arist.1.Polit. dicit quosdam dominos, & alios seruos secundum naturam inquãtum pollẽt, ingenio, vt seipsos & alios regere possint. Et alij nõ possunt se dirigere, sed aliorum regula egent: erit ergo de iure naturæ ꝙ fœmina in matrimonio sit subdita viro, quia generaliter vir est prudentior fœmina: vnde si fęmina velit prçesse rem contra naturam agit: & ideo Arist.7.Ethic. & in Poli. dicit esse peruersum principatũ si fęmina debeat principari viro propter hoc quòd illa est ditior, vel nobilior genere: & vocat hunc principatum oligarchicum, qui est de malis. Circa hoc igitur non possunt quicquam iura humana, s. vt sit fęmina maior viro in matrimonio. Sed cũ fœmina fuerit viro subdita, in qua habitudine se habeat ad eum, i. in quanta subiectione est de iure humano. Similiter quando licitum erat plures haberi simul in vxores an omnes essent æquales, vel non, & in qua habitudine excessus se haberent de iure positiuo erat, cum nõ esset neque a Deo, neque secundum naturam institutum, & ita vel per cõsuetudinem, vel per ius scriptũ potuit introduci ęqualitas, vel inæqualitas, & tanta, vel tanta inæqualitas.

Vnde ortum est, vt fœminæ essent veræ coniuges, & inter se coæquales, aut econtra. *Quæst.* CCXXIII.

Ex hoc sequitur ꝙ cum toto tp̃e ante Christi prędicationem fuerit licita vxorũ pluralitas, sicut ostensum fuit supra: & cum homines illius temporis acciperent aliquas mulieres secundum affectum coniugalem, quòd illi erant vere coniuges, & ius humanum, aut consuetudo non poterant contrarium operari: & tamen quòd illæ acceptæ in vxores essent coæquales quantum ad virum, i. gauderent eisdem iuribus, vel fauoribus, poterat introduci secundum humanam consuetudinẽ, vel constitutionem, quòd essent inter se coæquales: & ita factum est ꝙ in potestate viri esset accipere fęminã affectu coniugali ad statum coniugis, vel ad minorem statum: & sicut accipiebatur ita permanebat: & apud omnes antiquos fuit istud quòd faceret quasdam maioris status, alias minoris: & non erat multitudo statuum, sed duo status: & differentia istorum statuum sicut dictum fuit, erat quia illæ, quæ erant in maiori statu vocabantur vno nomine, & quæ in alio vocabantur alio nomine, & non fuerant conuenientiora nomina, quàm vt maiores vocarentur vxores minores vocarentur cõcubinæ: & est ratio, quia maiores eo quòd habebant omnem honorem, qui potest dari vxori, vocabantur absolutè vxores; minores verò non habebãt omnem honorem vxorum; ideo non vocabantur vxores, sed concubinæ quasi hic esset honor suus, quòd ad coitum sumerentur.

Sunt autem duæ principales differentiæ istarũ mulierum. Vna est, quod vxores habebantur in maiori honore, quasi dominantes: concubinæ autem in minori honore, & non secundum statum viri: sic patet in distinctione mulierum, quas habebat Salomon infra lib.3.11.cap.1. fuerũtque Salomoni vxores quasi reginæ septingentæ: & concubinæ trecentæ: & ita dixit de vxoribus, quòd erant quasi reginæ: vnde cũ Salomon esset rex, tenebant vxores statum eius, quia erant quasi reginæ: & omnes vocatæ vxores tenebãt statum vnum, & æqualem, quia dicebatur quòd erãt quasi reginæ omnes, de cõcubinis autem nullum statum posuit, quasi nullius honoris essent.

Secunda erat, quia filij vxorum succedebãt parentibus suis; & omnes succedebant, licet essent diuersę

A vxores hoc solo seruato, quòd primogenitus haberet de bonis paternis duplum quàm quilibet aliorũ: Deuter.21.cap. filij autem concubinarum non succedebant sicut patet in filijs Cethuræ, & Agar, quia nõ successerunt Abrahæ patri suo, quia erant filij concubinarunt Gen.25.cap.

Tertia differentia potest addi, quæ concordat cum prima, scilicet, quòd sicut vxores erant maioris status apud virum quàm concubinæ, ita & magis nominabantur, quod etiã sacra scriptura obseruat: nam vxores Dauid singillatim per nomina computantur sequenti lib.3.cap.& licet dicatur habuisse concubinas. eo.lib.cap.5. nullius earum nomẽ ponitur ibi neque alibi. Et quod erat de concubinis erat de earum filijs, B quia præter hoc quòd non succedebant patri, adhuc erãt minoris honoris quàm filij vxorum. Et hoc etiam obseruat scriptura, quia omnes filios Dauid de vxoribus nominat scriptura singillatim, nullum autẽ filium alicuius concubinæ nominat, licet dicat habuisse filios multos ex concubinis, quod patet 1.lib. Paralipo.3.cap. vbi ponuntur nominatim decem, & nouem filij Dauid masculi, & vna fęmina, & ita sunt viginti, & ponuntur nomina matrum ipsorum: & post hoc dicitur omnes hi filij Dauid absque filijs cõcubinarum, & ita neque concubinæ, nec filij earum meruerunt hunc honorem, vt singillatim vel ex nomine vocarentur.

Et ita ex præcedẽtibus apparet causa horum duorum nominum: nam mulieres istæ, quia per consen- C sum mutuum, & affectum coniugalem accipiebantur, erant vxores; & hoc non poterat tolli per voluntatem virorum, vel per consuetudinem, aut ius humanum, sed quia viri poterant accipere mulieres per consensum coniugalem ad statum vxorum, vel ad statum minorem, qui erat concubinarum, faciebant quasdam pro voluntate sua esse vxores alias concubinas, sed licet istud esset in voluntate viri, non depen debat solum ab eo, sed a muliere, quia contractus a principio voluntarius est ab vtraque parte, ideo sicut non poterat contrahi matrimonium, nisi per mutuũ consensum, ita si vir vellet accipere mulierem ad statum concubinæ non accipiebatur, sed vel accipiebat eam, vt vxorem, vel nullo modo: aliquando autem D fęmina patiebatur se accipi ad statum concubinarũ, scilicet, quia hoc sibi satis erat: & vir non volebat eã ad maiorem statum accipere. Sed viri nunquam accipiebant aliquas mulieres sic, nisi quando essent pauperes, & indotatæ, & viri essent diuites, vel si mulier erat ancilla aut liberta viri, sicut accepit Abrahã Agar ancillam suam in vxorem ad statum concubinarum, Gen.16.& 25. vel si mulier erat obscuro loco nata, aut inhonestæ vitę, uel de adulterio damnata: tales enim secundum legem humanam in concubinas licebat accipi, & non consueuerant accipi uxores. ff. de concubi. l.1. & l. in concubinatu: & tales etiam putandum est, quòd inter veteres accipiebantur in E uxores ad statum concubinarum. Est tamen sciendum quòd hoc determinabatur in principio contractus: nam cum uir consentiebat in fœminam coniugaliter ex uerbis aut ex circunstantijs apparebat, an ad statum uxorum acciperet, uel concubinarum: & si semel acciperet ad statum uxorũ nõ poterat postea deprimere eam ad statum concubinarum: si tamen accepisset aliquam ad statum concubinarum, poterat eam postea ad statum uxorũ eleuare, maximè si nullam aliam uxorem haberet, in cuius præiudicium istud esse posset: sicut potest nunc qui concubinam habet, accipere eam in uxorem, & per hoc efficiuntur filij primo generati legitimi: extra qui filij sunt legit. c. tanta.

Ad hoc ꝙ in veteri testõ fœmina reciperetur ad statum cõcubinę requirebat consensus eius.

Quando accipiebãtur fęminę in concubinas.

Secunda

Secunda causa quare debuit aliquando sacra scriptura vocare coniuges aliquando concubinas tales vxores Abrahæ.
Quæst. CCXXIIII.

NVNC ergo de concubinis Abrahæ dicendum, quòd erant illæ verę coniuges, & verę concubinæ, ideo scriptura ad exprimendum veritatem debuit aliquando eas vocare coniuges, & aliquando concubinas.

Secunda causa fuit & principalis: quia aliquis locus scripturę exigit, vt vocētur vxores, alius vt vocentur concubinæ secūdum eam rem, de qua ibi agitur. Et licet verum sit vtrumque, scilicet, quòd talis sit vxor, & concubina, tamen nomen vxoris conuenit ad reddendum rationem de aliqua re: ad quod non conuenit nomen cōcubinæ: & è cōtrario. De Agar dictum est Genesis 16.cap. quòd Sara dedit viro suo Abrahæ Agar in vxorem, & hoc fuit ad ostēdendum non peccasse Abraham, quia tunc erat principium habendi Agar: & cum ante hoc Abraham solum habuisse Saram in vxorem, si diceretur quòd acciperet Agar in concubinam putaretur, quòd esset vere concubina, idest fornicaria, & hoc non potest fieri sine peccato: ideo vt Abraham, qui erat vir sanctus, ostendatur in hoc non peccasse, dictum est, quòd accepit in vxorem, & non in concubinam: nam cum vxore copula licita est. Et non solum non debuit dici, quòd acciperetur in concubinam, sed etiam fuit quasi necessarium quòd exprimeretur accipi in vxorem, nam si diceretur, quòd accepit Abraham Agar, & non diceretur an in concubinam, vel vxorem, putaretur quòd in concubinam, cum haberet vxorem legitimam: vt ergo tolleretur ista suspitio vel opinio, quæ poterat haberi cōtra Abraham dictum est, quòd accepit eam in vxorem, quia sic apparebat licitū esse coitum. Cum autem Gen. 25. cap. vocatur concubina, iustè sic vocatur: & non debuit vocari vxor, quia ibi agitur de successione in bonis Abrahæ: & dicitur quòd Abraham dedit filio suo Isaac omnia bona sua: tāquam vniuersali successori. Alijs filijs suis ex Agar, & Cetura, dicitur, quòd solum dedit munera, vel largitus est, idest gratiosè, & sine vllo debito fecit eis quasdam donationes, vel dedit legata quædam. Et quia omnes hi erant filij Abrahę, videretur esse iniuria facta, aut præiudicium alijs, qui iure suo priuarentur. Dicitur quòd erat Isaac filius Abrahæ, quasi solus legitimus, vel filius vxoris: de alijs autem dicitur filijs concubinarum largitus est munera, scilicet, quia filij concubinarum erant, non habebant ius succedendi, sed eis tanquàm extraneis gratiosè distribuit quædam legata.

Si autem diceretur hic filijs autem aliarum vxorū significaretur æquale ius cuiuslibet illorum, & ipsius Isaac ad bona paterna.

Ad ostendendum ergo licitum esse quod Abrahā ibi faciebat, scilicet, quòd Isaac daret omnia bona sua, alijs vero solum donaret aliquid, non debuit dici filijs vxorum. Et non solum non debuit dici filijs vxorum, immo non sufficiebat, quòd vtrumque taceretur nomen vxoris & concubinæ, sed debuit dici expresè filijs concubinarum: quia si diceretur: Dedit Isaac filio suo omnia bona sua, alijs autē filijs suis largitus est munera: putarentur ex hoc æquales esse in iure succedendi: cum omnes æqualiter, & indifferenter filij vocarentur: ideo putaretur præiudicare alijs, quibus non dabatur debita portio bonorum: vt ergo tollatur hoc inconueniens, debuit dici: Filijs aūt cōcubinarū largitus est munera: quia per hoc apparebat eos nullum ius habere succedendi. De Cetura autem dicendum similiter: nam mortua Sara

F Gen. 23. cap. dicitur Gen. 25. cap. Abraham verò aliā duxit vxorem nomine Ceturam: & hoc est, quia si diceretur mortua Sara accepit Abraham concubinā nomine Ceturam putaretur verè cōcubina, idest fornicaria, sicut nunc: & sic iudicaretur coitus illicitus: ideo vt non posset Abraham accusari de peccato, dicitur quòd duxit eam in vxorem, patet postea eo. cap. cum ageretur de successione in bonis Abrahæ: dicitur Cetura concubina simul cum ipsa Agar, scilicet, filijs autem concubinarum largitus est munera, quia si filij Ceturæ essent filij vxoris, vel tales vocarentur deberēt æqualiter in bonis patris succedere cū Isaac, ideo dictum est, quòd erant filij concubinarum, vt ex
G hoc appareret quòd filijs Cetur ę tāquàm illegitimis ad succedendum non deberetut vlla successio.

Quare Salomon grauiter peccauit habendo concubinas: Dauid tamen & Leuita de monte Ephraim, & si illas haberent, non peccarunt. Et quòd scriptura tacitè accusat Salom. de multitudine mulierum ponendo numerum.
Quæst. CCXXV.

SECVNDVM argumentum factum supra 24. q. erat de Salomone ꝙ habuerit concubinas, & ita liceret alijs. Dici pōt vno mō, ꝙ Salomon poterat habere cōcubinas, & ꝙ non peccaret, quia habuit eas Abraham, quē dicimus non peccasse: nam licet dicat scriptura illas esse concubinas intelligimus esse verè vxores, quantum ad affectum cōiugalem, & tñ quia indotatę accipiebantur vocabantur
H concubinæ. Secūdò mō pōt dici ꝙ Salomon peccauit, & ꝙ non oportet eum a peccato excusari cum sacra scriptura de multis eū accuset. Primò enim peccauit in multitudine vxorum, nam etiam si solas vxores haberet, habendo eas in tanta multitudine peccaret: quia dr̄ Deut. 17. c. non habebit rex vxores plurimas, & ita nō vetabatur habere multas, vel plures, sed vetabatur habere plurimas, i. effrenatā multitudinē: non poterat tñ cogitari multitudo magis effrenata, q̃ habere septingentas vxores, tot enim habuit Salo. infra lib. 3. 11. c. Secundò, quia nō solū multiplicauit vxores, sed etiā multiplicauit concubinas, nā habuit trecentas concubinas. eo. c. & tñ habere cōcubinam illo tpe, quāuis nō esset illicitum, cùm essent illę verę
I vxores quantū ad affectū, tamen habere in tanta multitudine esset peccatū, quia erat ꝯ legē Deut. 17. c. l. nō habebit rex vxores plurimas: istę tñ licet essent concubinę erant vxores, ideo lex habebat locum in illis: maximè quia lex non vetuit eas ibi tanq̃ vxores, sed tanq̃ mulieres, vel fœminas. Nam dixit non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animam eius, & tamē allicere non fit a mulieribus inquantū sunt coniuges potius q̃ concubinę, vel fornicarię, sed solum, vt sunt fęminæ, quæ cōmiscentur viro, & amantur ab eo: & ideo lex de quibuscūque mulieribus intelligitur: vetuit enim regi commixtionem ad multas, & tñ trecentæ concubinæ erant valde multę: ideo etiā ex so-
K lis concubinis appareret peccatum illius. Tertiò de multitudine tota resultante ex vxoribus, & concubinis, nā simul sumptę fuerūt in multitudine effrenata, scilicet mille, & apparet ꝙ sacra scriptura intēderit eū accusare de hoc, nā infra lib 3. 11. dr̄: Fueruntque Salomoni septingentę vxores quasi reginæ, & trecentæ concubinæ. Et ꝙ per hoc velit tacitè scriptura accusare Salomonē de ista multitudine mulierū, apparet primò, qa ponit numerū oīum illarū simul, nā in alijs regibus non cōsueuit scriptura potissime in libris regū ponere numerū uxorū regū: nā etiam in Dauid nō fuit hoc factum, quamuis ipse esset dignior oīum regū, & de quo diffusior memoria haberi deberet, &
cuius

eius gesta particularius enarrantur, quia licet ponantur nomina sex vxorum eius sequenti lib. 3. ca. tamen postea 5. c. dicitur, ꝙ accepit alias vxores in Ierusalem, & non ponitur numerus earum, & tamen ponitur numerus in vxoribus Salomonis, ergo ad accusationem eius fit. Dicitur autem potissimè in libris Regũ, quia in libris Paralipom. in quibus repetuntur quędam dicta in libris Regum, & alia ibi omissa supplentur, ponuntur res diffusius. & ibi interdũ ponitur numerus vxorum aliquorum Regum, sed in libris Regum nõ, & tamen in libris Regum ponitur hoc de Salomone quot vxores habuerit, ideo apparet, quòd ad accusationem eius ponatur.

Secundo apparet, & efficacius ex parte concubinarum. s. ꝙ trecentas habuerit. Et tamen de concubinis, nunquam ponitur numerus aliquis in libris Regum: nam circa Dauid ponitur numerus, & nomina quarundam vxorum suarum propter distinctionẽ filiorum, seq. lib. c. 3. Et erant illę sex vxores, & postea accepit alias quarum, neque nomina, neque numerus exprimuntur. eo. li. 5. c. & dr̃ ibi, ꝙ etiam accepit concubinas: & tñ numerus concubinarum Dauid nõ exprimitur ibi, neque aliqua eius pars, & ꝙ plus est postea. lib. 1. Paralip. c. 3. vbi res effusius enarrantur, dicitur de vxoribus, & concubinis Dauid, tamen non ponitur numerus aliquis concubinarum, sed solum dicitur hi omnes filii Dauid absque filiis concubinarum. Tertio & adhuc principalius, apparet istud, quia infra lib. 3. c. 11. dicitur fuerunt Salomoni vxores septingẽtæ, quasi reginę, & concubinę trecentę, & auerterunt mulieres cor eius, & ideo pro malo ponitur numerus illarũ mulierum. s. quia tot erant, ꝙ auerterunt cor Salomonis a Deo inclinando ad malum.

An Roboam peccauerit retinendo plures vxores, & concubinas. Quæst. CCXXVI.

ET per hoc tollitur argumẽtum de Roboam filio Salomonis, cuius vxores, & concubinas scriptura nominat per numerum lib. 2. Paralip. 11. c. s. Amauit autem Roboam Maachã filiam Absalon super omnes vxores suas, & concubinas: nam vxores decem, & octo duxerat, & cõcubinas sexaginta, & sic posset aliquis dicere, ꝙ illius, tam vxores, quàm concubinę ponuntur in numero, & ita non procederet specialiter argumentum contra Salomonem propter numerum vxorum, & concubinarum, sed dicitur, ꝙ nũc apparet, quòd procedit, quia in Roboam fuit illud positum ex causa. s. ad ostendendum, ꝙ Abiam filium suum, quem genuerat ex Maacha volebat facere regem, & dicitur, ꝙ fecit hoc, qa amabat Maacham super omnes vxores, & concubinas: nã vxores decem, & octo habuit, & concubinas sexaginta, & sic non ponitur ille numerus in accusationem libidinis, sed in causam constitutionis in regem, cũ non adiciantur ibi aliqua verba, quæ sonent redargutionem, & tamen posito numero cõcubinarum, & vxorum Salomonis dicitur, & auerterunt mulieres cor eius, ergo apparet manifestè, ꝙ ad suam accusationẽ ponitur ille numerus: potissimè cum nulla alia causa ibi appareat, nec colligat ex litera, propter quam ponatur numerus vxorum, & concubinarum.

Quarto quantum ad principale ostenditur peccasse Salomon in multitudine istarum mulierum, quia ostenditur locum habuisse in eo legem, Deuter. 17. c. nam ibi dicitur, quòd non habebit rex vxores plurimas, quæ alliciant cor eius, & tamẽ mulieres Salomonis fuerunt multæ, & immutauerunt cor eius, ideo vt ostendatur peccasse cõtra illam legem, dicitur quòd fuerunt ei septingentæ vxores, & trecentæ concubi-

A næ, & auerternnt mulieres cor eius, ac si dicat non est mirum, ꝙ auerterent a Deo cor eius, qa accepit mille mulieres, & Deꝰ dixerat, ꝙ nõ acciperet rex mulieres plurimas, & ita si in malum illud inciderit non est excusabilis, quia lex hoc prohibuerat, & non seruauit illam. Quinto peccauit accipiendo mulieres vetitas: nã etiam si duas tantum accepisset, aut vnicam vxorem peccaret, quia Deus vetuerat accipi de quibusdam gẽtibus vxores. Exo. 34. & Deuteronom. 7. cap. & de illis ipse accepit multas, infra lib. 3. c. 11. s. Rex Salomon amauit mulieres alienigenas multas: filiã quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, & Idumęas, & Sydonias, & Hethęas, de gentibus super quibus dixit dominus filiis Israel, non ingrediemini ad eas, ne-
B que de illis ingredientur ad vestras: certissime enim auertent corda vestra, vt sequamini Deos earũ, & hoc grauius peccatum erat, & periculosius, quam accipere plurimas, dum tamen de gente Iudęorum.

Sexto patet, quòd peccauit Salomon, quia accepit multitudinem vxorum non ad prolem, sed libidinem explendam, vel potius irritandam, & hoc de se peccatum est: nam & si multitudinem istam accepisset solo desiderio multiplicãdi prolem esset aliquo modo excusabilis Salomon, sed ad libidinem accepit, quod colligitur lib. 3. infra 11. cap. scilicet. Rex Salomon amauit mulieres alienigenas multas. Et postea dicitur: His itaque copulatus est Salomon amore ardentissimo: iste ardentissimus amor signat immoderatam li-
C bidinem. Et confirmatur hoc, quòd ad solam libidinem egerit, quia dicitur Ecclesiastes cap. 2. ex persona Salomonis, neque prohibũi cor meum quin omni voluptate frueretur, sed nulla potest esse maior intemperantia, & lubricitas vitiorum, q̃ non prohibere aliquid cordi: iõ peccabat per immoderatã libidinẽ.

Septimo apparet, quia de hoc arguitur Eccle. 47. c. vbi positis quibusdam laudibus Salomonis subdũtur increpationes in eum. s. potestatem habuisti in corpore tuo, & dedisti in gloria tua maculam, & prophanasti semen tuum. ꝙ aũt dr̃ potestatem habuisti in corpore tuo intelligitur, ꝙ tradidit se omnibus libidinibꝰ dando desideriis corporis sui executionem.

Octauo apparet peccatum Salomonis: nam coluit
D idola tractus amore mulierum, & hoc erat pessimum quod facere poterat: sic dicitur infra lib. 3. 11. c. scilicet: Cumque iam esset senex deprauatum est per mulieres cor eius, vt sequeretur Deos alienos: neque erat cor eius perfectum cum domino Deo suo, sicut cor Dauid patris sui, sed colebat Salomon Astarthẽ deam Sydoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum.

Nono peccauit Salomon faciendo templa idolis vxorum suarum, & concubinarum, vt illę colerent ibi Deos suos, & posuit ista templa in monte Olibeti cõtra Ierusalem, & hoc fuit valde malum. eod. c. s. Tunc ædificauit Salomon Fanum Chamos, idolo Moab in monte, qui est contra Ierusalem, & Moloch filiorum
E Ammon, atque in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quæ adolebant thura, & immolabant dijs suis. istud fuit nociuum valde, quia non solum peccauit Salomon faciendo, & vxores suæ adorando, sed etiam erant ista templa Israelitis in scandala: nam incitabantur ad colendum idola videntes ibi templa idolorum, & scientes ea ibi coli, & ita offendebant Deum: propter quod mons ille, in quo colebantur idola, vocabatur mons offensionis, & manserunt semper templa illa, vsque ad tempus règis Iosiæ, qui templa illa subuertit, lib. 4. infra 23. c. s. excelsa quoque, quæ erant in Ierusalem ad dexteram partẽ mõtis offensionis, q̃ ędificauerat Salomõ rex Israel Astaroth idolo Sydoniorum, & Chamos offensioni Moab, & Melchõ filiorum Ammõ polluit rex & contriuit, statuas,

ſtatuas.& ſuccidit lucos. Et ideo non eſt dicendũ de Salomone, ſicut de Abrahã, quia Abrahã fuit vir ſanctus, & oportet excuſari eum a fornicatione, ideo dicimus, ꝙ hñdo concubinas, non peccauit, Salomõ aũt in multis peccauit, ideo ẽt ſi dicamus, ꝙ habendo cõcubinas peccauerit, non eſt inconueniens, quia viros malos non oportet circa aliquid excuſari.

Quomodo Salomon habendo tot concubinas peccauit. Quæſt. CCXXVII.

ALITER poteſt dici, ꝙ Salomõ, licet in multis peccauerit, tñ in habendo concubinas non peccauit, quia iſtud erat licitum, & in eo non peccaret, ſicut neq; peccaret habendo vxorem. Niſi peccaret per accidens, & hoc poterat fieri multis modis. Primo ꝑꝑ pluralitatem, nã erat de iſtis concubinis, ſicut de vxoribus: nam hr̃e vxorẽ, & vxores tunc licitum erat: tamen hr̃e vxores plurimas erat illicitum. Deute. 17. c. ita habere concubinã. vel concubinas erat licitum: hr̃e aũt plurimas concubinas eſſet illicitum, cum eſſet eadem ratio, ꝙ̄ de vxoribus, vt ſupra dictũ eſt. Secundo, quia acciperet multas de his, de alienigenis. i. Chananæis, Hethæis, Amorrhęis, & aliis gentibus, de quibus vetuit mulieres accipere. Exod. 34. c. & Deuteron. 7. & ideo erat accipere concubinas de illis gentibus, quia ratio legis habebat ibi locum. ſ. Ne auerterent corda virorum a Deo, & tñ ita auerterent concubinæ corda virorum, ſicut vxores. Tertio, quia copularetur his ardẽtiſſimo amore, & ſicut hoc erat increpabile in vxore, eſſet increpabile in concubina, ſed pro crimine ponitur, infra li. 3. 11. cap. in Salomone, tam reſpectu vxorum, quàm cõcubinarum, ꝙ copulatus fuerit eis ardentiſſimo amore, nam & in vxore propria hoc inuenitur, quia amator ardentior in propria vxore adulter eſt. 32. q. 4. cap. origo, & tñ amauit tam vxores, quàm concubinas ardenter: ergo peccaret in concubinis.

Amator ardentior in propria vxore adulter eſt.

Quarto, quia propter eas derelinqueret Deum colens Deos ipſarum: nam licet hoc nõ ponatur de vxoribus, infra lib. 3. c. 11. poteſt tamen de concubinis accipi, quia etiam concubinæ ſunt vxores: ſimiliter quia hoc faciebat Salomon, quia diligebat valde iſtas mulieres, & non nolens eas contriſtare faciebat, quod illę petebant, & tamen ardẽtiſsimo amore copulatus fuit Salomon ad concubinas. eod. c. ergo pro concubinis aliquibus faceret templa, & coleret Deos earum.

Quinto poterat peccare circa concubinas accipiẽdo aliquas, quæ eſſent verè concubinæ. i. non vxores, ſed fornicariæ, quod aliquo modo videtur colligi ex eo, quod dicitur Can. 6. c. ſexaginta ſunt reginę, octoginta concubinæ, adoleſcentularum non eſt numerus, & ita ponuntur ibi tres ſtatus. ſ. reginarum, concubinarum, adoleſcentularum. reginæ ſunt vxores, quia infra lib. 3. c. 11. dicit̃ fueruntq; Salomoni ſeptingentæ vxores, quaſi reginæ. concubinę ſunt in alio ſtatu: in tertio ſtatu ſunt adoleſcentulæ. Nam non poteſt ſtatus concubinarum, & adoleſcentularum eſſe idem, cũ ponatur numerus diuerſarum, quia de concubinis dicitur, quòd erant octoginta; de adoleſcentulis dicitur, quòd non erant in numero. Dicendum ergo ſatis videtur, quòd concubinæ eſſent illæ, quę erant vere vxores, & tamen quia non erant in ſtatu illo, neque honore vocabantur concubinæ, & non coniuges vt fuit ſupra dictum. Adoleſcentulæ autem eſſent illæ mulieres iuuenculæ, ad quas Salomon nullum fędus matrimonii haberet, neque cohabitarent ei, ſed interdum volebat aliquam, vel aliquas introducere ad ſe ad voluptates, & iſtę eſſent vere fornicariæ, quę poſſent vocari concubinę eo modo, quo nos vocamus nunc, ſed

In q. 216. & 217.

F de hoc dicetur etiam . libro tertio, capitulo vndecimo.

Argumentum tertium, quæſt. 24. ſoluitur, oſtendendo an, & quomodo Dauid peccauerit ob concubinas. Quæſt. CCXXVIII.

AD tertiam rationem, cum dicebatur de Dauid, dicendum quòd Dauid habuit concubinas, tamen non peccauit. Et patet de illo, quia nunquam peccauit Dauid, niſi in occiſione Vriæ Hethęi, & fornicatione cum vxore eius: ſimiliter, & in numeratione populi, ſic dicitur infra li. 3. 15. cap. ſcilicet eo, quòd feciſſet Dauid rectum in G oculis domini, & non declinaſſet ab operibus, quę ꝑceperat ei cunctis diebus vitæ ſuę, excepto ſermone Vriæ Hethæi: ergo in concubinis, quas accepit nõ peccauit. Etiam quòd iſtæ concubinæ Dauid erant vxores eius, ſicut de concubinis Abrahę, cum dicimus, ꝙ erant vxores eius, & tamẽ accipiendo vxorem nemo peccat, ergo neque accipiendo concubinam illo modo peccaret Dauid.

Item quia Dauid non acciperet vxores, aut concubinas plurimas, ſicut Salomon, neque acciperet eas de alienigenis, neque adhęreret eis ardentiſſimo amore, nam de nullo horum arguitur, ſicut Salomon.

Quod vero concubinæ Dauid vocentur vxores, patet H ſequenti lib. 12. capitu. ſcilicet. Ecce ego ſuſcitabo malum ſuper te de domo tua, & tollam vxores in oculis tuis, & iſtud intelligitur de illis mulieribus Dauid, quas Abſalon filius eius cognouit carnaliter, & tamẽ illæ vocantur concubinæ, ſequenti lib. 16. capitul. Ingreſſuſque eſt ad concubinas patris ſui coram vniuerſo Iſrael.

Quare concubinæ Dauid aliquando vocantur vxores aliquando concubinæ. Quæſt. CCXXIX.

SED aliquis dicet, quare concubinę Dauid alicubi vocantur vxores, & alicubi concubinæ. Dici poteſt vno modo, ſicut de cõcubinis Abrahę: I quia hoc dixit ſcriptura, vt ſeruiret veritati: erãt enim iſtę verę vxores, & erant verę concubinæ: quia per affectum coniugalem erant acceptę, erant coniuges, quia vero erant in ſtatu minores, quibuſdam aliis erant concubinæ, ideo vtrunque nomen habere debuerunt.

Secundo, & melius dicendum, ꝙ fuit hoc, vt verbũ conueniret loco, in quo dicitur, & rei de qua agitur. Nam ſequenti lib. 12. ca. agitur de comminatione, & prænunciatione pęnę euenturę Dauid. Nam Dauid peccauerat in duobus circa Vriam Hethęum. Primo fornicando cum vxore eius. Secundo faciendo ipſum occidi, voluit Deus pro his duobus dare pęnã Dauid conſimilem. ſ. adulterium pro adulterio, homicidium pro homicidio: adulterium fuit, ꝙ Abſalon filius Da- K uid cognouit mulieres patris ſui: homicidium fuit, ꝙ ipſe Abſalon occidit Ammon primogenitum Dauid ſequenti lib. 13. capitu. Circa iſta duo voluit Deus fieri prænunciationem Dauid per prophetam Nathan, & ad hoc, ꝙ Dauid valde affligeret̃ in expectatione malorum, voluit Deus, ꝙ prænunciarentur quodammodo cõfuſo, & generali: ita vt poſſet res deterior timeri, quam ventura erat. Nam ſi illud malum ſolum, qđ venturum erat prædiceretur, æquanimius illud ferret Dauid. Nõ expediebat autem ſic fieri, ſed quòd iſtud malum putaretur valde malũ, quia tota pœna Dauid erat in iſta ſuſpenſione cordis pro expectatione magnorũ malorũ, & ſi ꝓnunciarent̃ ei iſta mala, vt parua, vel minora, eẽt minor ſuſpẽſio cordis Dauid, & minꝰ affige-

affligeretur in illa expectatione, & ideo seruata veritate prænunciationis prophetice,debuit designari malum istud futurum grauius,quod designari poterat.

Et patet hoc primo,quia istud dat Deus alicui in pęnam si sit in timore, etiam si malum ei non eueniat, & quandiu sic manet iste timor, affligit eum valde Leuit.26.c. Et qui de vobis remanserint dabo pauorẽ in cordibus eorũ in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folii volantis,& ita fugient quasi gladium, cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos,quasi bella fugientes. Et adhuc istud magis apparet Deuter.28. c.vbi idem timor in pęnam peccati,& maledictionis imponitur. s. Dabit tibi dominus cor pauidum, & deficientes oculos, & animam męrore consumptam,& erit vita tua, quasi pendens ante te: timebis nocte,& die.& non credes vitæ tuę: mane dices, quis det mihi vesperum, & vespere quis det mihi mane propter cordis tui formidinem,qua terreberis propter ea, quæ videbis oculis tuis.

Timor, & suspẽsio in die iudicii erit grauissima pęna.

Secundo patet, quia talis timor, & suspensio cordis erit pęna quædam eorum, qui erunt ante iudiciũ, sicut dr̃ Luc.21.c.erunt signa in Sole,& Luna, & Stellis,& in terra pressura gentium, prę confusione sonitus maris, & fluctuum arescentibus hominibus præ timore,& expectatione,q̃ superueniet vniuerso orbi, & ita tantus timor erit in hominibus, ꝙ arescẽt.i.desiccabuntur, & hoc non erit propter mala, quę tunc patientur, sed propter mala, quę expectabunt, & ita quanto fuerit grauiorum malorum expectatio, tanto erit durior pęna eorũ,quibus est talis expectatio: ideo si Deus volebat duram pęnam inferre Dauid pro peccato, quod commiserat,debebat ei significare grauia mala euentura, & quanto asperior posset haberi expectatio tanto esset conuenientius,seruata tñ veritate prænunciationis.s.vt expresse pręnũciaret aliquid, qđ non euenturũ esset. Tertio patet,quia quędã istorum, q̃ prænunciabant Dauid per Deũ, nunq̃ visurus erat Dauid, sicut illud gladius non recedet de domo tua, vsque in sempiternum:seq.lib.12.c.Nam ipse nõ erat semper futurus viuẽs,ideo vt haberet,de quo torqueri posset per cogitationem, in quo per præsentiã non posset affligi dixit ei de futuris: sic autem erat de quibusdam aliis, quæ actualiter passurus esset Dauid, & tñ vt non solum tunc affligeretur, qñ illa pateretur, sed ẽt qñ ventura cogitaret,debuit ei prænunciare mala sua,& quia ex prænunciatione inferebatur pœna, q̃ erat per cogitationem in expectatione malorum futurorum, & tanta esset pœna, quanta malorum pręnunciatio, debuerunt significari mala futura magna: & ita fecit Deus in vtraque pęna p̃nũciata. Nam pręnunciauit ei homicidium pro homicidio dicẽs: Vriã Hethęum percussisti gladio, & interfecisti eũ gladio filiorum Ammon, quamobrẽ nõ recedet gladius de domo tua,vsque in sempiternũ: hoc quidem verum fuit, quia quandiu durauit regni continuatio in filiis Dauid, vsque ad transmigrationem Babylonis semp fuerunt aliquæ interfectiones Regum,& seminis Regij, vt patet ex toto processu trium vltimorũ librorũ Regum,& tñ Dauid non vidit, nisi occisionẽ duorũ filiorum suorũ: nam Absalon filius eius occidit Ammon fratrem suũ primogenitũ Dauid lib.seq.13.c.& Absalon filius Dauid occisus est per Ioab. seq. li.18.c. si aũt prędixisset Dauid omnes reges,& posteros suos qui gladio perituri erant; fortè non tam durè affligeretur Dauid sciens determinatè quantitatem mali,cũ autem dixit ei in generali,& confuso non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum:poterat cogitare valde maius malum futurum,& quòd fortè de filiis eius nullus maneret,aut pauci, & ita multo grauius affligeretur.

A *Pœna data Dauid pro adulterio. Quæst. CCXXX.*

Sic autem fuit quantum ad pœnam adulterii, nam prænunciauit Deus adulterium in domo Dauid,& erat istud valde conueniens secundũ modum,quo Deus infligit pœnas: nam infert eas diuersimodè, & in omnibus illis rebus, in quibus homines tristari possunt: & quia valde viri tristantur, quòd alii cognoscant vxores suas, posuit Deus istam, vt vnam de pœnis pro transgressoribus legis. Deuteronom.28.cap. scilicet vxorem accipias, & alius dormiat cum ea. Et si hoc potest conuenire in pęnã aliorum delictorum, specialius tamen conuenit quãtum ad illos,qui deliquerunt cognoscendo alienas vxores, B vt in eo puniantur, in quo deliquerunt,de Dauid autẽ sic erat,quia alienam vxorem acceperat,atque cognouerat,ideo alius debuit cognoscere suam vxorem. Et voluit Deus grauius fieri,quam fecerat Dauid. Primo quia Dauid acceperat vnicam mulierem: Deus voluit quòd acciperentur plures vxores eius. Secundo,quia Dauid occultè fornicatus est: Deus voluit, quòd publicè toto populo non solum sciente,sed etiam vidente cognoscerentur ab alio vxores Dauid, & ita ei prænunciauit, vt patet sequenti lib.12.ca.scilicet eo,quòd despexeris me,& tuleris vxorem Vriæ Hethæi, vt esset vxor tua, ego suscitabo super te malum de domo tua,& tollam vxores tuas in oculis tuis,& dabo proximo tuo,& dormiet cum eis in oculis Solis huius: tu C enim fecisti absconditè, ego vero faciam istud verbũ in conspectu omnis Israel,& in cõspectu Solis huius.

Et adhuc tertium malum ibi additum est, scilicet, quia Dauid alienus existens acceperat domum Vriæ Hethæi, quæ ad ipsum in nullo pertinebat: Deus autem fecit,quòd homo de cognatione Dauid, scilicet filius eius cognosceret vxores eius,& hoc minus tolerabile erat, quam si inferretur ab hoste, vel ab aliquo non pertinente ad eum, sicut dicitur Psal.54. Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtique:tu vero homo vnanimis dux meus, & notus meus: Deus autem omnia ista tam acerba prędixit Dauid, vt valde affligeretur, & fuit modus conueniens, nam dixit vxores,& nõ expresit numerum, vt sic grauiora mala D posset timere Dauid, fortassis enim putaret, ꝙ oẽs vxores suæ accipiendę erant, cum dixisset absolutè Deus tollam vxores tuas.

Etiam non tacuit publicationem infamiæ Dauid: nam dixit,ꝙ fieret hoc coram toto populo, & adhuc ex verbis illis poterat colligi deterius facturum, quã factum est,quia dictum fuit:tu enim fecisti absconditè, ego vero faciam verbum istud in conspectu oĩs Israel,& in conspectu solis huius: satis enim erat dici,ꝙ fieret in conspectu plebis, sed & dictum est, ꝙ fieret in conspectu,vt maior diuulgatio manifestetur,& significetur,ꝙ per diem futurum erat, & non per noctem,vt apertius videri posset. Et quia poterant accipi E vxores Dauid ab alio,& fortè nesciretur an cognoscerentur ab illo,& licet hoc præsumi potius, quam contrarium deberet, tamen non esset omnino certũ, voluit Deus ad maiorem infamiam Dauid facere,ꝙ etiã vidente toto populo cognoscerentur. Etiam,quia dato, ꝙ notum esset illas cognitas fuisse non tanta infamia esset, neque dimidium eius, q̃ ꝙ vidente populo istud fieret:ideo voluit Deus sic fieri. Et non solũ hoc significauit Deus,sed etiam, ꝙ ipse Dauid videret, cũ ait. Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius: vnde Dauid poterat ex hoc intelligere, quod ipse futurus esset præsens, quando acciperentur vxores eius,& videret eas cognosci ab alio, neque posset illas

eruere, aut iniuriam vlcisci, non fuit autem sic, qa Dauid non erat præsens, quando Absalon illas cognouit sequenti lib. 16. c. Sed dr̄ in oculis suis factum, quia ipse illud sciuit, & prohibere non potuit, ac si videret fieri. Nunc ergo dicendum est, ꝙ ex eadem causa dixit Deus de vxoribus, nam illę, quæ cognitæ fuerunt, concubinæ erant, & si Deus pręnunciaret Dauid, ꝙ alius acciperet concubinas suas, & de vxoribus nihil diceret, minus affligeretur Dauid in expectatione mali, eo ꝙ minus malum esset tolli concubinas, quam vxores, cum cōcubinæ essent minoris status, & honoris apud
q. 216. 217. viros, vt supra ostensum est: vt igitur magis affligeretur, dixit vxores, cum verum esset, ꝙ illę essent vxores, & concubinæ. Alia ēt causa est ad signandum maiorem vniuersalitatē mali; nam si diceretur tollā concubinas tuas, non posset intelligi, nisi de concubinis, quia aliæ erant vxores, quę non erant concubinę, cū autem diceretur tollam vxores, intelligi poterat vniuersaliter, tam de vxoribus, quàm de concubinis, eo
q. 216. 217 ꝙ illę concubinæ erant vxores, vt supra dictū est. Sed postea cum sacra Scriptura narrauit rem gestam expressit eam eo mō, quo magis poterat excusari infamia Dauid, seruata tñ veritate rei gestę, & quia maior infamia erat, ꝙ essent vxores, quam concubinæ: dixit ꝙ erant concubinæ cum verum esset, quia illę erant tales, quę simul erant vxores, & concubinæ, & sic vocantur postea semper, vt patet seq. lib. 16. c. f. ingressus est Absalon ad concubinas patris sui coram vniuerso
Dubitatio. Israel, & idem patet eo. lib. 20. c. Sed dicetur quare postea non vocatæ fuerunt illę vxores, sicut vocauerat eas Deus in pręnunciatione.
Solutio. Dicendum ꝙ factum est, quia Deus sic debuit dicere pręnunciando ꝑꝑ causam supra positā, postea aūt, q retulit rem gestam non habuit cām eandem, quia illa relatio non erat in pęnam Dauid, cū Dauid in hac re punitus fuerit dupliciter. Primo in expectatione rei añ euentum. Secundo qñ res euenit: postea vero non fuit aliqua pęna Dauid circa hoc nec esse poterat, & tñ illa scripta fuerant, postq̄ res euenerat, ideo nō debuit scribi eo mō, quo ad pęnā Dauid pertineret, sed potius qualiter excusaret infamia Dauid seruata veritate rerū, & ad hoc magis ꝯueniebat dici cōcubinas, q̄ vxores, quia minor infamia erat cū essent ꝯcubinę in minori statu. Etiā magis hoc pertinebat ad veritatē rerū. Nam quanto ponit̄ apertius veritas tanto est cōuenientior narratio, sed dicendo vxores licet ꝯcubinę sint vxores, dubium maneret, de quibus an de vxoribus maioris status, vel de vxoribus concubinis intelligeretur. Cum aūt dr̄ de cōcubinis, notum est, quòd non potest accipi de aliis vxoribus, & ita fuit iste modus conuenientior.

An pœna Dauid prænunciata fuerit in concubinis, an in vxoribus ab alijs cognoscendis.
Quæst. CCXXXI.

SED aliqui dicūt, ꝙ aliud fuit causa huius mutationis: dicunt ꝙ Deus, quando ait: Tollam vxores tuas in oculis tuis, intellexit de veris vxoribus, & tamen postea motus precibus, & pœnitentia Dauid alleuiauit pęnā, & fecit, quòd non essent vxores, sed concubinę. Etiam istud confirmant, quia aliud fuit in verbis Dei, quod mutatum est: dixit enim tollam vxores tuas in oculis tuis, & tamen non factū est vidente Dauid, sed absente. Dicendum, quòd prędicta non sunt vera. Primo quia isti, qui hoc dicūt putant, quòd vxor, & concubina non sint idem, ideo dicunt mutationem factam esse quasi nō fuerint vxores Dauid illę, quę cognitę sunt ab Absalone, sed solū concubinę, & tamen falsum est, quia tunc Dauid ha-

F beret concubinas. i. fornicarias eo modo, quo nunc accipimus: omnis aūt talis concubitus illicitus est, & sic non posset excusari Dauid a fornicatione cū illis, quod est falsum, vt ostensum est.

Secundo, quia Abraham sic fuit, ꝙ haberet Agar, & Ceturam, quas scriptura vocat vxores alicubi, & postea vocat concubinas, quia id, de quo agitur illud exposcit, vt ostendimus, & ita hic cum istę mulieres essent veræ vxores, & verę concubinæ, poterant vtroq; nomine vocari, & quia diuersitas rei, de qua agebatur id exigit actum est, vt alicubi vxores, alicubi concubinę vocarentur.

G Tertio patet, quia si Deus flexus pęnitentia, & precibus Dauid mutasset malum, quod pręnunciauerat, faceret de hoc scriptura mentionem, sicut de Niniuitis. Prædixit enim, ꝙ post quadraginta dies subuerteretur Niniue: Ionę 4. c. & postea signatur. eo. c. quòd Deus non fecit, quod pręnunciauerat, cum dicitur, & vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus fuit super malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit, & tamen hic non fit mentio, ꝙ Deus cessauerit a prænunciatione, vel alleuiauerit aliquid: ergo non est asserendum. Et adhuc istud apertius patet, quia vbi ponitur ista comminatio sequenti lib. 12. c. dixit Dauid ad Nathā, peccaui domino. Dixit Nathā ad Dauid: dominus quoque transtulit peccatum tuum: non morieris. Et sic significat,
H ꝙ Deus non fuerit in aliquo flexus, nisi ꝙ non occideret Dauid: nam inquantum dixerat Nathā ad Dauid: Non recedet gladius de domo tua: poterat intelligi, ꝙ ipse Dauid moreretur, & postea peccatum suum extenderetur quantum ad pęnam in posteros suos, & quantum ad se Deus mutauit sententiam suam Dauid, qd significatur cum dr̄: Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris, & ita intelligitur, ꝙ quantum ad aliquid aliud non fuit mutata, nec alleuiata pęna pręnunciata Dauid: ideo si de vxoribus Deus intellexit, pręnunciando in vxoribus completum est.

Quarto patet, & principalius, quia istę, quæ cognitę fuerunt ab Absalone, & vocantur concubinæ. erant vxores: nam nulla fęmina vocatur vidua, nisi per mortem viri aut per separationem, vt si repudietur, fornicaria aūt, vel meretrix non vocatur vidua, & si forni-
I cator ab ea recedat. Nam cum nullo vinculo teneat illi assignata recedente illo potest accipere alium, & ita non erit vidua, & tñ de istis mulieribus Dauid dr̄, ꝙ fuerunt viduæ, quando Dauid separauit eas a se, ergo erant vxores: patet hoc, quia sequenti lib. 20. c. dicitur cumque venisset rex in domum suam in Ierusalē tulit mulieres decem concubinas suas, quas reliquerat ad custodiendam domum, & tradidit eas in custodiam: alimenta eis prębens, & nō est ingressus ad eas sed erant clausæ, vsque ad diem mortis suæ in viduitate viuentes.

Absalon an cognouerit concubinas, vel vxores Dauid.
Quæst. CCXXXII.

K ALII autem dicunt, ꝙ sacra Scriptura dicit, ꝙ Absalon cognouit cōcubinas Dauid, & non dixit vxores, vt ostenderet, ꝙ nulla pęna, aut infamia veniebat ex hoc Dauid.

Sed dicendum, quòd non stat. Primo, quia etiam si dicantur concubinæ, erant verę vxores, sed cognita vxore ab alio est infamia viro, ergo erat hic infamia Dauid.

Secundo, quia Absalon fecit hoc de consilio Achitophel, cuius consilium in diebus illis erat, sicut consilium angeli, vel quasi siquis consuleret dominum sequenti li. 16. cap. & tamen ille sciens istas mulieres con-

concubinas Dauid iussit, ꝙ Absalon cognosceret eas, vt per hoc offenderet valde Dauid, & putaretur non posse reconciliari: si grauius offensa valde esset illata patri a filio, pro qua putaretur, nunquam posse reconciliari, ergo sic credebatur valde magna infamia Dauid, ꝙ cognoscerentur illæ concubinę eius, sic patet. eo. c. Dixit Absalon ad Achitophel mitte consilium, quid agere debeamus, & ait Achitophel ad Absalon ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendum domum, & cum audierit omnis Israel, ꝙ fœdaueris patrem tuum, roborētur tecum manus eorum. Sed dicendum, ꝙ licet esset infamia magna, & pęna Dauid, ꝙ ꝯcubinæ istę suę cognoscerentur ab Absalone multo grauior pęna eēt, si cognouisset vxores illas, quæ non erant concubinæ, & hoc est, qa maioris status, & honoris erant, quam vxores, quæ vocabantur concubinæ. Etiā Dauid minus diligebat istas quam vxores, quod patet, quia maiori periculo exponebat eas, nam quando recessit de Israel fugiens tulit secum omnia, quæ potuit de domo sua. s. filios vxores & reliqua, quæ potuit: ad custodiendam autem domū reliquit decem cōcubinas, ergo minus istas diligebat, nam sciebat venturum Absalonem in Ierusalem, & istas pati posse aliquid molestiæ, sed neque cogitare potuit, ꝙ aliquid tale euenturum esset, quia neq; suspicabile esset, ꝙ filius vellet hoc genus ignominię inferre patri suo: sed quia vxores, aut filios non reliquit ad custodiam domus, & reliquit concubinas apparet, ꝙ minus curauit de malo illarum, quam vxorum, & ita minor infamia, & pęna erat cum cognoscerētur istæ ꝯcubinæ, quam si cognoscerentur vxores non ꝯcubinæ. Quod vero Dauid reliquerit istas ad custodiendā domum, patet sequenti lib. 16. c. & vtrobique vocantur concubinæ, sed Dauid postea nunquam cognouit eas, sed fecit manere clausas, & in viduitate, vsque ad diem mortis earum e. li. 20. c. ꝙ vero faceret eas manere separatas, ita vt ipse non cognosceret eas, videbatur esse propter quandam contractam affinitatem: filius enim cognouerat illas, non ergo debebat iam ipse cognoscere: nam vetitum erat de lege Dei, ꝙ pater & filius eandem mulierem cognoscerent etiam fornicari, iuxta illud, pater & filius ibant ad puellā, & violabant nomen sanctum meum.

Secundo propter earum abiectionem, cum. n. mulieres illę coram toto populo cognitę essent, erant valde abiectę, & contemptibiles reputatę, ideo ēt si filius suus non cognouisset eas, sed aliquis alius, non tangeret eas postea Dauid, quia fędum hoc iudicaretur, & tactus earum immundus: sed fecit Dauid, ꝙ manerēt clausæ, vsque ad mortem earum in viduitate. s. erant eius vxores, ideo non debebat eis dari licentia, vt ab alio cognoscerentur, & quia cum Dauid nō esset eas cogniturus, forte illę vellēt cōmisceri aliis viris, ideo vt non esset locus ad hoc, fecit eas Dauid clausas manere diligenter obseruatas prębens eis alimenta, quia vxores suæ erant, & ipsę non peccauerant, sed vis eis illata fuerat.

Quartum exemplum de Leuita concubinam habente, in quæstione 24. adductum remouetur. Quæst. CCXXXIII.

AD vltimam rōnem est, nunc respondendū factam. s. 24. c. de Leuita, qui habuit concubinā. Dici posset vno modo, ꝙ si nihil aliud esset ꝯcedere possemus Leuitā illum peccasse habendo ꝯcubinam, & ꝙ sit illicita ꝯcubina, qa non tenemur excusare Leuitam illum, quia non constat esse virum sanctum. Secūdo potest dici, & melius ꝙ Leuita ille non peccauit, quia mulier illa erat vxor

A Leuitæ, nam eo. c. 19. Iudi. vocatur vxor, & cōcubina: & quia vxor erat, peccatum non erat eam hr̄e, sed hēt vtrunque nomē, quia erat vxor fortè indotata, aut de minori statu, quam Leuita, tales autem accipiebātur affectu coniugali, & ita erant vxores, tn̄ non eleuabantur ad honorem legitimarum vxorum. Sed aliquis dicet, ꝙ hoc erat qn̄ aliquis vxorem habens, aut vxores, accipiebat alias mulieres, quia tales non eleuabantur ad honorem priorum, & ita non vocabantur principaliter vxores, sed concubinæ, & tamen nunc erat vnica, quam acceperat Leuita, ideo si esset vxor esset verè vxor, & non concubina, & tamen vocatur concubina, ideo non erat vxor.

Dicendum ꝙ istud non stat, nam scriptura vocat B eam vxorem, ergo erat verè vxor, & patet quia Iudi. 19. c. dr̄: fuit quidem vir Leuites habitans in latere mōtis Ephraim, qui accepit vxorem de Bethlehē Iuda, & postea dr̄, ꝙ nata recessit ab eo secutusque est eam vir suus, & tn̄ vir maritus est, potissime, quia additur suus. Etiam dr̄. eo. c. quod cum audisset socer eius, & ita vxor erat, quia alias pater eius non esset socer viri. Etiam additur: Mansitq; socer in domo soceri sui tribus diebus. Etiam dr̄ dixit pater puellę ad generū suū. Omnia ista significant matrimonium.

Ad rationem in contrarium dicendum, ꝙ non est verum, nam siquis haberet vxorem vnam, aut plures poterat illo tempore accipere vxorem, quæ esset concubina. Primo patet ꝑ Abraham: nam mortua Sara, & C exclusa a se Agar manebat Abraham sine muliere, & tunc accepit Ceturam in vxorem, Gen. 25. c. & illa tn̄ fuit concubina. eod. c. sed certum est, ꝙ nullam aliam mulierem tunc habebat Abraham, nam Agar ancillam expulerat de domo viuente Sara, & iubēte Deo. Gen. 21. c. Sara deinde mortua est. Gen. 23. c. & postea accepit Abraham Ceturam. Gene. 25. c. & sic quando illam accepit nullam mulierem habebat, tamen illa fuit vxor, & concubina. eo. c. ita ergo Leuita vnā solā habens poterat illam habere in vxorem, & ꝯcubinā. Secundo patet, quia sic etiam erat in nouo testō, nam vnam tm̄ mulierem licet cuilibet habere, & tn̄ illa pt̄ esse vxor, vel concubina. 34. dist. c. is qui, & c. christiano. s. is qui vxorem non habet, & pro vxore hēt ꝯcubi D nam a cōione non repellatur, tantum vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ sit commixtione cōtentus, ergo ita de Leuita esse poterat.

Ad rōnem in contrarium eiusdē quęst.

Quare vxor Leuitæ fuit vocata vxor deinde concubina. Quæst. CCXXXIIII.

SED dicetur, quare ergo scriptura vocauit illā vxorem, & postea concubinam? Dici pōt vno modo, ꝙ factum est ad ostendendum veritatē rei: cum enim ista esset vere vxor, atque cōcubina, vtroque modo potuit nominari, & conuenientius fuit nominari, quam vno tantum nomine, per qđ E non pateret veritas rei.

Secundo fuit hoc & pręcipuè, quia locus diuersus exigit diuersum nomen, nam Iudic. 19. ca. a principio uocatur illa vxor ad ostendendum, ꝙ Leuita non erat fornicator, etiam quia ibi dicitur qūo illa recessit ab eo, & ille volens ei reconciliari, venit ad domum patris puellę, quod tn̄ non esset ita credibile fieri, si illa esset concubina. i. fornicaria, sicut si esset vxor, ideo dictum est, ꝙ erat vxor, vt appareret manifestior causa eius, quod dicebatur.

Sed postea vocata est concubina eius ad alleuiandum infamiam, & ad inducendum viros Gabaa in liberationem viri Leuitę, nā viri Gabaa abusi sunt muliere illam eam inexplebili libidine vexantes, quousque eam occiderunt: erat autem hoc ad infamiam

viri ſui,& maior infamia erat,ſi eſſet vxor abſolute, q̃ ſi eſſet de vxoribus concubinis,ideo dictum eſt,ꝙ fuit concubina.ſ.quod cernens homo eduxit ad eos concubinam ſuam,& eis tradidit illudendam. Aliqui aũt dicunt, ꝙ iſta mulier erat verè vxor, & non concubina:tamen vocatur concubina, non quaſi ſcriptura Sacra hoc aſſerat,ſed quia refert dictum illius viri,q̃ Leuitam hoſpitio receperat, nam ille dixit habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam,educam eas ad vos,vt humilietis eas. Dicendum ꝙ nõ eſt hoc verum,quia tunc ſolum vocaretur concubina,vbi referuntur verba hoĩs illius, & non alibi, & tamen etiã poſtea vbi ſacra Scriptura de ſeipſa loquitur vocat̃ cõcubina.ſ.ꝙ cernens hõ eduxit ad eos concubinã ſuã, & tradidit eis illudendam, etiam dr̃ mane facto ſurrexit,& aperuit oſtium,vt cęptam expleret viam, & ecce concubina eius iacebat ante oſtium, & ita non eſt hoc verum. Sed obiicietur,ꝙ nec etiã cauſa ſupra poſita ſit vera. Nam fieret ad alleuiandam infamiam Leuitæ, poſtquam ſemel incipit vocari concubina ſemper ſic vocaretur, & tamẽ poſtea rurſus vocatur vxor Iudic.20.ca.ſ.veni in Gabaa Beniamin cũ vxore mea, & ecce homines ciuitatis illius circundederunt nocte domum, in qua manebam volentes me occidere, & vxorem meam incredibili libidinis furore vexantes, denique mortua eſt. Dicendum ꝙ Scriptura ſacra vocat mulierem illam aliquando vxorem,aliquando cõcubinam, ſicut expedit iuxta conuenientiam ad rem, de qua agitur. Vocauit autem a principio narrationis eam vxorem, vt oſtenderet legitimam copulam Leuitæ cum illa. Deinde autem vocauit eam concubinã in medio narrationis,& hoc fuit propter duo. Primo & principalius,quia vir,qui receperat Leuitam hoſpitio,ſic eam vocare voluit, dicens: habeo filiam virginem,& hic homo habet concubinam educam eas ad vos,& quia ſcriptura debuit referre verba illius, nominauit concubinam. Ratio autem quare ille homo voluit eam vocare cõcubinam potius quam vxorẽ fuit, vt inclinaret facilius viros Gabaa ad intentionẽ ſuam, volebat enim auertere eos a deſiderio abutendi viro quem petierant,& loco eius volebat dare duas mulieres,vnam filiam ſuam, & aliam mulierem Leuitæ, & vt illas acciperẽt dimiſſo viro dixit, quòd erat filia ſua virgo, ideſt nulli alligata, ſcilicet ꝙ non erat vxor alicuius,quia ſi eſſet vxor,fortè accipere nollent fugiẽtes adulterium cum non fugerẽt vitium Sodomiticum, ſimiliter dixit de alia, quòd concubina Leuitę erat,& non vxor quaſi non peccarent contra matrimonium, vel non ita grauiter,ſicut cognoſcẽdo vxorẽ alicuius. Secundo fuit ad aliqualiter excuſandum, vel euitãdũ infamiam Leuitæ dicendo,ꝙ erat cõcubina,ſic enim fuit de Dauid,vt iam dictum eſt, nam fuerunt mulieres eius cognitæ per Abſalonem vocatę vxores, ſed poſtea fuerunt vocatę concubinæ, vt alleuiaretur infamia Dauid.

Opin. aliquorum.

Obiectio tollitur.

Quod vero poſtea mulier Leuitæ fuerit vocata vxor,fuit quia locus id exigebat:nam cętera pertinent ad oſtenſionem iniuriæ factę Leuitæ occidendo mulierem ſuam libidine, erat tamen valde maior iniuria ſi eſſet vxor quam ſi eſſet concubina, ideo debuit vocari vxor,& ita dicitur Iudic.19.ca.reuerſuſque in domum ſuam arripuit gladium, & cadauer vxoris cum oſſibus ſuis in duodecim partes concidens: erat enim iſtud ad ſignificandum toti Iſrael magnam iniuriam ſibi factam,& tamen maior erat in vxore, ideo dixit, quòd concidit cadauer vxoris. Et poſtea etiam in narratione, quam fecit Leuita coram toto Iſrael congregato in Maſphat,dixit, veni in Gabaa Beniamin, cum vxore mea. Et poſtea ait circundederunt domum me volentes occidere, & vxorem meam incre-

F dibili libidinis furore vexantes, tandem mortua eſt. Et ita generaliter dicendum eſt,ꝙ quandocunque eadem mulier in ſcriptura vocatur vxor, & concubina, eſt verè vxor accepta per affectum coniugalem,& tamen non habet totum ius,aut honorem, ꝙ vxor abſolutè dicta habere poteſt,& vocatur alicubi vxor alicubi concubina,quia locus,& res,de qua agitur,nomina iſta diuerſa exigunt.

Concl. omniũ prædictorum.

An rex poſſit licitè accipere filias ſubditorum in focarias, panificas, & vnguentarias ſuas. Et quid hic intelligatur proprie per focarias. Quæſt. CCXXXV.

G NVNC autem ex prędictis clarius patet ſolutio eius,quod petebatur ſupra quæſt.24. ſcilicet an liceret regibus accipere concubinas. Et dicendum, quòd aut accipitur concubina pro illa, quę ad ſolum concubitum accipitur,& nullo affectú coniugali, ſed fornicario retinetur,tales vocamus nunc concubinas. Aut pro illa,quę affectu coniugali accipitur:ideo tamen omnes conditiones habet,quas lex requirit ad hoc,ꝙ vxor dicatur, & ideo lex illam nominat concubinam.34.diſt. c.omnibus.§.concubina. Accipiendo primo modo,dicendum ꝙ nunquam fuit licitum regibus, aut aliis hominibus habere concubinas, quia illud eſt fornicari, &
H omnis fornicatio eſt contra legem naturę, ſed ſolus concubitus cõiugalis eſt licitus,vt Chriſtus dixit, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam męchatus eſt in corde ſuo. Matth.5.cap. & iſtud declarat Ambroſius lib.de Patriarchis,& habetur 32. quęſtio. 4.cap.nemo ſibi, & apertius dicit Auguſt. ſuper Exodum,& habetur 32.quæſt.4.omnis męchia, vbi vult, ꝙ omnis actus carnalis eſt prohibitus a Deo per illud præceptum:Non męchaberis,pręter copulam viri, & vxoris.ſ.omnis illicitus, atque illorum membrorũ nõ legitimus vſus nomine męchię prohibitus dẽt intelligi. Accipiendo ſecundo mõ dicendum,ꝙ hr̃e cõcubinam fuit,& eſt ſemper licitum, quia illa concubina eſt vxor,ſed licitũ eſt hr̃e vxorem, ergo & licebit hr̃e
I concubinam,ſed tpe veteris teſtamenti, & prius licebat hr̃e multas concubinas, quia licebat habere ſimul plures vxores. Nũc vero poſt Chriſti prędicationem vnam tantum vxorem licet habere, ideo & vnicam concubinam.ſ.ꝙ ſit vnica mulier, ſiue illa ſit vxor, ſiue concubina.34.diſt.c.is qui,& ca.chriſtiano. Et iſto modo maxime poteſt accipi illa litera.ſ.filias veſtras faciet ſibi focarias.i.concubinas, & dicuntur focarię a foco,quia ad eundem focum.i.in eadem domo habitant. Et non dixit Deus filias veſtras accipiet in vxores,ſed in focarias, ideſt concubinas, quia promptius erat accipi in concubinas, nam iſtud dicebatur in iugum,& pęnam totius populi,ſicut cętera, quę hic ponuntur, quę ad totum populum Iſrael extenduntur, ſed
K & tamen rex non acciperet vxores de toto pplo, ſed aliq̃,vel aliquas de excellẽtiſſimis, ſecus de cõcubina, nã in ꝯcubinam poterat accipi quęcunque mulier tã ancilla,q̃ liberta,& ingenua obſcuro loco nata, & inhoneſtæ vitæ,& de adulterio dãnata,vt patet. ff.de concubin.l.1.& l.in concubinatu: ſic ẽt tpe Iudęorum fiebat,nam Abraham accepit Agar ancillam in ꝯcubinam.Gen.16.& 25.c. Sic ergo rex acciperet de populo Iſrael concubinas, de quocunque ſtatu quantumcunque obſcuro,cum iſtę licet verę eſſent vxores, nõ eleuarentur ad honorem earum, q̃ erant verę vxores, & ſolum vocabant̃ vxores:nã illę erant reginę,ꝯcubinę autem nullum talem hẽbant honorem, ſic patet ĩ.li.3.c.11.ſ.fuerũtque Salomoni vxores, quaſi Reginę ſeptingẽtę,& ꝯcubinæ trecẽtę,& ita vxores vocatę fuerunt

[illegible]

fuerunt reginæ, concubinę autem ſolum vocatæ ſunt concubinę, quaſi nullum alium honorem hērent, ſic patet Cant. 6. c. vbi de vxoribus, & cōcubinis Salomonis agitur. ſ. ſexaginta ſunt reginę, & octoginta concubinę, vxores vocantur reginæ, & concubinę nullū nomen honoris appoſitū habent, tales igitur acciperent reges de toto populo, in quo fortè Iſraelitę grauarentur. Si autem aliquis vellet dicere, ꝙ reges accipiebant illas in focarias. i. concubinas, quæ ſunt fornicariæ, quemadmodum apud nos dicuntur concubinæ. Dicetur ꝙ peccarent, & tamen promptius eſt, vt dicamꝰ eos habituros concubinas in modo, in quo non peccarent, quam in modo, in quo peccarent, & ſic eſſent concubinę acceptę per affectum coniugalem, vnde & eſſent coniuges, & non peccarent habendo eas.

Focaria quid ſignificet. *Quæſt.* *CCXXXVI.*

OMNIA ſupra poſita introducta ſunt ſupra de concubinis, & vxoribus, quia iſtud nomen focaria apud Latinos eſt ęquiuocum ſignificans eam, q̄ aliquid facit ad focū, & concubinam, vnum. n. ſignat ex natura noīs, alterum vero ex cōſuetudine: nam ſignat eam, quę ad focum aliquid operatur, vt deriuatur ex foco, ſignat aūt concubinam ex conſuetndine. ſ. quia concubinæ cohabitant illis viris, quorum ſunt concubinę, & quia cohabitantes manent intra eandem domum, & ad eundē focum conſueuimus concubinas vocare focarias. Similis modus locutionis eſt apud Ariſt. li. 1. Poli. cap. 1. vbi eos, qui ſunt in eadem œconomia. i. domeſtica cōmunione, vocat ſm̄ diuerſos auctores homoſipios, & homocapnios, homoſipii dicūtur. i. vnius cibi. ſ. qa oēs, qui in eadem domo ſunt cōicēt in cibo. ſ. quia ex eodem, & vno prouiſionem habent in cibis: homocapnios eos vocat. i. vnius fumi. ſ. quia ad vnū fumū ſtant, vnitas aūt fumi eſt ex vnitate ignis, & ſic qui in eadem domo ſunt, poſſunt noīari ab eodē igne, & ita poſſent dici confocarii, & ex hoc concubina focaria dr̄. Sed accipiendo proprie focaria eſt, quę ad focū aliquid facit, cuius inſtr̄m eſt focus, & quia oēs cibi confecti parantur ad ignem, mulieres illę vocabūtur focarię, quę cibos parant, & iſto mō dēt hic accipi, ꝙ accipiet filias veſtras focarias. i. paratrices ciborū cogendo ſibi ſeruire in hoc officio, & non accipitur pro cōcubinis. Et patet hoc primo, quia ſi de mulieribus ad coitum intelligeretur, vocaret eas litera noſtra concubinas, & non focarias, quia concubina eſt nomen ꝓprium ad hoc cum ſignet coitum, focaria aūt ſolū ꝑ translationem, & eſt parum vſitatum inter Latinos in ſignificatione hac, nam non inuenimus in tota ſacra Scriptura focariam pro concubina, niſi contēdat quis hic accipi. Secundo, & pręcipuè, quia hoc appararet ex lr̄a hebraica, de qua iſta translata eſt: nam ponit̄ ibi dictio (Tabaoth) vbi nos dicimus focarias, & ſignificat paratrices ciborum, vel iugulatrices animalium ad manducandum, & nullo mō ſignificat concubinā: nam in hebręo pro concubina dr̄ (pilegues) & in plurali pilgaſin. i. concubinę, & iſtud vocabulum hr̄ vbicūque in litera noſtra dr̄ concubina. Hic vero, quia ponitur in hebręo (Tabahoth) non tranſtulit litera nr̄a concubinas, ſed focarias, quod potuit dicere apertius iugulatrices animalium, vel paratrices ciborum, quia tamen iugulare animalia magis pertinet ad viros, quā ad fęminas dixit eas ciborum paratrices, quod fœminarum propriū eſt, & tn̄ quia oīs cibus ad ignē parat̄, vocauit eas focarias, quod eſt breuius dictū, & hoc cōſuetudo Latini ſermonis hēt. Tertio patet, quia non poneretur conuenienter ibi focaria pro concubina, quia concubina nō accipit ad miniſtrandū, vel ſeruiē-

A dum, ſed ſolum ad cōmixtionē carnalē, & tn̄ hic ponuntur ſolum ea, q̄ pertinent ad ſeruiendū: ergo inter ea non ponerentur concubinæ, & ſic focaria non erit concubina, nam dr̄ tollet filios veſtros, & faciet ſibi aratores agrorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum, & curruum ſuorum, filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, focarias, & panificas: ſunt ergo focarię ciborum paratrices. Quarto, quia Deus dixit ſolum ea, in quibus Iudęi ſe grauari ſentirent per regē ſuum, cum dicat, & clamabitis in die illa a facie regis veſtri, quem elegiſtis vobis, & non exaudiet vos dn̄s, & tn̄ ꝙ rex acciperet filias Iſraelitarum in concubinas non grauarentur ipſi, quia concubina apud hebręos vxor erat, licet non gauderet toto honore con-
B iugis, vt ſupra fuit oſtenſum, & tamen ſumi ad talem ſtatum filias popularium non videbatur grauamen ipſorum, ſed potius ꝙ ipſi gauderent: ergo non poneret hoc Deus inter grauamina, quę facturus erat rex Iſraelitis, & tamen ponitur, quòd faceret filias eorum focarias, ergo non accipitur pro concubinis, ſed ꝓ paratricibus ciborum, quod ad focum fit. q. 216. 217.

Et ideo tunc reſpondendo ad quęſtionem propoſitam dicemus, quòd ſi focarię accipiantur pro pulmentariis idem iudicium eſt de panificis focariis, & vnguētariis, ſcilicet, quia aut rex accipit fœminas iſtas ad famulatum ſuum nullo dato precio, aut data rationabili mercede, ſi autem nullum detur vel minus quam debet iniuſtum eſt, nec hoc licet regibus, & fę-
C minæ non obligantur ad iſta ſeruitia. Si autem dato precio ęquali hoc fiat, aut volentibus iſtis fœminis, & parentibus earum, aut eis inuitis. Si primo modo iniuſtum nullum eſt. Si ſecundo modo eſt illicitum, qa iſti famulatus pertinent ſolum ad regem inquantum eſt perſona priuata, ideo non tenetur aliquis de ſubditis, potiſsimè cum iſta non pertineant ad neceſſitatē regis, ſed ad voluptates: litera autem iſta intelligitur, ꝙ violenter, & nullo dato precio filię Iſraelitarū ſubijcerentur in famulatum regis in panificas, vnguentarias, & focarias. Solutio ad q̄ōnem.

Agros quoque veſtros, & vineas, & olivueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis. Sed &
D ſegetes veſtras, & vinearum redditus addecimabit, vt det Eunuchis, & famulis ſuis. Seruos etiam veſtros, & ancillas, & iuuenes optimos, & aſinos auferet, & ponet in opere ſuo. Greges quoque veſtros addecimabit, voſque eritis ei ſerui. Et clamabitis in die illa a facie regis veſtri, quem elegiſtis vobis, & non exaudiet vos dominus in die illa, quia petiſtis vobis regem. Noluit autem populus au-
E dire vocem Samuelis, ſed dixerunt. Nequaquam: rex enim erit ſuper nos, & erimus nos quoque ſicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noſter, & egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis. Et audiuit Samuel omnia verba populi, & locutus eſt ea in auribus domini. Dixit autem dn̄s ad Samuelem: Audi vocem eorum, & conſtitue ſuper eos regem. Et ait Samuel ad viros Iſrael: Vadat vnuſquiſque in ciuitatem ſuam. Infra 10. c.

Agrosque vestros, & vineas, & olivueta optima tollet. ſ. per tyrannidem, ſicut Achab accepit vineā Nabaoth, & inſuper fecit illum occidi, quia non ſponte dederat, vt patet infra 3. libro, c. 21. iſtud tamen nequaquam licet regibus, quia quamquam tributa moderata ꝓ eorum ſuſtentatione, tamen conſenſu ſubditorum, illis imponere liceat: accipere tamen aliquid de poſſeſſionibus ſubditorum non licet, ſi fiat ſine cauſa. Etiam ſi ſit aliqua cauſa calumnioſa, vt ſi rex impoſuit aliquā legem iniuſtam, vel fallacem continentem magnam pęnam, in quam faciliter poſſint incidere ſubditi ſui, & ipſe exigat ab eis pęnam: hoc enim illicitum valde eſt, ac ſi eſſet præda publica. De hoc dicitur Iſa. ca. 10. Vę qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitiā ſcripſerunt, vt opprimerēt in iudicio pauperes, & vim facerent cauſæ humilium populi mei, vt eſſent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Nequaquam ergo licet potiſsime, quia hic dicitur, quòd rex acciperet iſta pro ſeruis ſuis: Deus tamen vetuerat accipere aliquid reges de poſſeſsionibus ſubditorum ad dandum ſeruis ſuis, vt patet Ezechie. 46. ca. ſ. & non accipiet princeps de hęreditate populi per violentiam, & de poſſeſsione eorum, ſed de poſſeſsione ſua hęreditatem dabit filiis ſuis, vt nō diſpergatur populus vnuſquiſque a poſſeſsione ſua.

Reges pñt imponere ſubditis tributa moderata pro eorum ſuſtētatione cū conſenſu ſubditorum.

Et dabit ſeruis ſuis. ſ. accipiet iſta olivueta, & vineas, vt ſeruos ſuos. ſ. illos, qui ſibi aſsiſtunt, ditet de poſſeſsionibus ſubditorum.

Sed & ſegetes veſtras, & vinearum redditus addecimabit. Ideſt tollet decimam de omnibus fructibus veſtris, & redditibus, tam de agris, quam de vineis. Iſtud aūt ptinet ad genus impoſitionis. ſ. ꝙ imponerent reges ſubditis ſuis, vt quilibet daret illis decimam partem fructuum ſuorum quolibet anno.

An ſit licita regibus, & dominis impoſitio regalis de exigendo a ſubditis decimam partem fructuum. Et an peccent imponentes, & an aliquando iuuent ſe præſcriptione. Qō. CCXXXVII.

QVAERET aliquis an talis impoſitio licita ſit, & an illi, qui eam exigunt peccent. Reſpondendum eſt, ꝙ regibus, & aliis dominis nihil licet imponere ſubditis ſuis ſine manifeſta neceſsitate: eſt. n. rex perſona publica principalius intendens vtilitatem populi, quam ſuam, ſi verè rex eſt, ideo populus debet ei prouidere de omnibus neceſſariis ſecundum ſtatum, & honorem regalem, & hoc quidem non abſolute, ſed in cōparatione ad ſubditos. ſ. ꝙ regi magno, qui habet multos ſubditos, & diuites abundantius debet prouideri, quam regi habēti paruam poteſtatem, ad hoc autem debent fieri rationabiles impoſitiones in regno, quæ pertineant ad iura regis, ſupra hæc autem non licet regi imponere quicquam nec grauare, aut inducere ſubditos, vt conſentiant impoſitioni, niſi aliqua manifeſta neceſsitas euenerit, vt bellorum, vel ſimilis: tunc enim debet taxari per ſubditos, quantum rationabile eſt ſuperaddi in impoſitiōibus regis, & illa quidem exiget rex quādiu fuerit in neceſsitate illa conſtitutus. Cum verò ceſſauerit cauſa non licet ſibi exigere, niſi fortè ſubditi nouum conſenſum adhiberent, & purè ſpōtaneū: alias autem tam ipſe rex, qui primo hęc recepit, quam ſucceſſores eius illicitè agunt, quamquam magis illicitè ille, qui incepit iſta exigere, quam ſucceſſores ei⁹. Impoſitio autem decimæ eſt nimis magna, & non licet aliquid tale conſtitui ad ſolas neceſsitates regis regulariter: ſi tamen interdum euenerint aliquę neceſſitates magnæ, & rationabiles, liceret regi decimam imponere conſentientibus ſubditis pro tempore illo,

F quo in neceſsitate eſt: poſtea autem non licet. Et dato, ꝙ iſta neceſsitas duraret per multa tempora. ſ. vt plures, quam quadraginta, vel quinquaginta annos, & poſtea ceſſaret, ſucceſſores primi regis non poterunt ſe iuſte tueri exigendo talem penſionem, quoniam pręſcriptio nihil iuuaret, quia præſcriptio introducta eſt propter negligentiam hominum deſidioſorum, q res ſuas perdi ſinebāt, & permiſſum eſt, vt ꝙ vnus deſineret poſſidere, alius ſi poſsideret per longum tempus, ſuū efficeret, ſic patet extra de pręſcri. c. vigilanti. hic autem rex non poſsidet hoc ius, quod eſt exigere decimam a ſubditis propter aliquam deſidiam ſubditorum, per quam mereantur perdere res ſuas, qa gratuito poſsidet. ſ. quia ipſi ſponte tribuunt ei illud pro

G tempore neceſsitatis, & igitur ſi duraret iſtud per annos mille, nunquam præſcriberet aliquis de ſucceſſoribus talia iura, & quandiu conſtaret, quòd impoſitę fuerant tales penſiones propter neceſsitatem regum priorum, ſucceſſores iniuſtè exigerent illas. Quamq̃ in hoc differt, quia aut quando populus ab initio permiſit ſuper ſe fieri hanc impoſitionem, permiſit ſimiliter, aut cum pręfinitione temporis, vel neceſsitatis. Si enim primo modo. ſ. ꝙ ſubditi videntes tūc neceſſitatem regis propter illam permiſerunt ſibi imponi decimam, & alias nequaquam permiſiſſent, tamē nō dixerunt, ꝙ permittebant ſolum pro tēpore, quo duraret illa neceſsitas, ſed ſimpliciter concęſſerunt, non

H eſt nimis iniqua iſta exactio, licet poſtea ſucceſſores eam exigant, ſi tñ ceſſante neceſsitate ſubditi reclamarent non exigi illam impoſitionē, teneretur rex ceſſare ab exigendo cum ſciret, ꝙ iſtud tributum cōceſſum fuerat ſolum propter neceſsitatem, ideo illa ceſſante non iuſtè hoc ſibi vendicaret. Si autem impoſitio facta eſt cum limitatione certi temporis, aut fuit iſta limitatio certorum annorum, aut pro tēpore toto, quo neceſsitas illa duraret. Si primo modo adueniente illo tempore, non poterit rex vlterius exigere illam impoſitionem, etiam ſi tunc duraret maxima neceſsitas, niſi ſubditi hoc nouiter facerent. Si ſecundo modo. ſ. ꝙ conceſſum eſt ei hoc pro toto illo tempore, quo maneret iſta neceſsitas non poterit exigere

I finita iſta neceſsitate, etiā ſi inſurgeret alia immediate, & grauior, quia iam finitum erat tempus conceſſionis, non poterat amplius exigere, niſi nouiter concederetur ei pro illa ſuperueniente neceſsitate. In iſtis ergo vltimis caſibus manifeſtum eſt, ꝙ nō poterit exigere rex impoſitionem decimę, vel aliquis de ſucceſſoribus eius, & ſi exigat nimis peccat, & tenetur ad reſtitutionem.

Apparet igitur, ꝙ impoſitio decimę regibus eſſet regulariter illicita, niſi propter aliquam magnam neceſsitatem. Potiſsime, quia iniuſtū eſt, ꝙ ęqualia ſint iura hominis, & Dei, ſed Deus nobis decimam impoſuit: ergo regi illicitū erit imponere, niſi ex cauſa dicta. *Vt det Eunuchis, & famulis ſuis.* i. accipiet iſtos redditus decimarū rex a vobis, vt inde ſufficiat ſeruis ſuis.

K Vocantur autem hic Eunuchi milites ſpeciales regi aſsiſtentes, quos ipſe nimis diligit, quamquam Eunuchi aliquando vocantur viri caſtrati, ſic habetur Mat. 19. Iſta tamen caſtratio aliquando eſt in membris, aliquando in corde, vt ibidem dicitur. ſ. Beati, qui ſe eunuchizauerunt propter regnum cęlorum, & ſic viri excellentes in virtutibus, qui amputauerunt a ſe omnia deſideria paſsionalia vocantur Eunuchi, hic autē non accipiuntur Eunuchi aliquo iſtorum duorū modorum, ſed pro militibus nimis regi adhærentibus, quia cum rex ſpecialiter eos diligat faciet magnas impoſitiones ſuper ſubditos propter illos, ſic vocant ſeptem Eunuchi Eſther. capitul. primo, de quibus dicitur, quòd erant ſemper in conſpectu regis miniſtrātes,

tes, vel quòd videbant semper faciem regis. *Seruos etiã vestros, & ancillas, & iuuenes optimos, et asinas auferet, & ponet in opere suo.* Istud est aliud genus grauaminis, quia supra dicebatur, quòd rex aliquando tolleret simpliciter res subditorum, vt daret seruis suis: nũc dicitur quomodò tolleret interdũ illas ad vsum cogendo, vt seruirent sibi, & dicitur, quòd seruos, & ancillas poneret rex in opere suo, idest faceret, quòd opera sua, scilicet tam agrestia, quam domestica fierẽt per seruos, & ancillas Iudæorum nullo dato precio perhoc: dicitur etiam de iuuenibus optimis, idest de robustissimis: illos enim potius rex eligeret, vt vacarent in operibus suis: dicitur etiam, quòd asinas auferret ad signandum omne genus pecoris, & iumenti ad laborem proficientis, quoniã ista acciperet rex a subditis cogendo illos, vt ipsi aliquando seruiant in operibus regis, scilicet in ędificatione magnarum domorum, vel in agricultura regis, & alijs operibus illius.

Greges quoque vestros addecimabit. Idest tollet decimã singulis annis de cunctis gregibus vestris, scilicet tam de gregibus, quam de armentis. Istud autem sicut cętera pręcedentia non est de iure regis, sed est sensus, ꝙ rex vsurparet sibi ista, nam sicut decima omnium rerũ imponere non licebat regi vniuersaliter, ita nec addecimare greges, sed istud ponitur hic ad signandũ, quid reges facturi essent, & non quid facere possent: nec tamen omnes reges Israelitarum hoc fecerunt, quoniã multi eorum fuerunt boni, qui non grauauerunt populum magnis tributis: immo non legitur de eis an quisquam illorum tam grauia tributa populo vnquã imposuerit, licet cõstet Salomonem multum grauauisse Israelitas tributis, ita vt ipsi afflicti dicerent filio eius Roboam: Minue aliquid de iugo grauissimo, ꝙ imposuit nobis pater tuus, & seruiemus tibi infra 3. li. capi. 12. *Vosque eritis ei serui.* Idest ita affliget vos sicut seruos. Non est autem sensus, quòd aliquis de regibus Israel posset omnes Israelitas facere seruos accipiendo propriè seruos, quia non posset eos vendere, & accipere omnia, quę ipsi possidebant, vel reducere eos in talem famulatum, in quali sunt serui, sed est sensus, quòd ita durè vos affliget, quasi si essetis serui illius, & non subditi: nam cum domini recipiunt a subditis ea, quę rationabiliter suscipere debent, subditi sunt solũ subditi. Cum autem grauant eos maioribus impositionibus reducuntur ad quẽdam modum seruitutis, & principatus degenerat in tyrannidem.

Et clamabitis in illa die a facie regis vestri, quem elegistis vobis. Idest tantum vos affliget rex, quòd clamabitis a facie eius, scilicet non potentes sustinere seruitutẽ, quam vobis imponet. *Et non exaudiet vos dominus in die illa.* Idest quamquam clametis ad Deum, vt auferat vobis regiam seruitutem non exaudiet auferendo illam. Cum enim Israelitę viderent se nimis pressos a rege, clamabant, quòd Deus auferret eis regem, & traderet alterum genus principatus, sed Deus non exaudiebat, & ipsi non poterant deponere regem, qm̃ nimis erant confortati reges super illos. Eueniebat ergo Iudęis, vt a regibus, a quibus se putabant saluãdos ab hostibus, lacerarentur magis quam ab hostibus, sic enim refert Aesopus de columbis, & accipitre: nam dum essent liberę, & miluus aliqualiter eas infestaret, petierunt sibi in regem accipitrem contra miluum, sed ipse miluum depellens in immensum plusquam miluus eis nocebat: sic enim ait.

Accipitrem milui pulsurum bella columbæ
Accipiunt regem rex magis hoste nocet

Clamabant igitur Israelitę interdum magis a facie regum suorum, quam alias clamauerant a facie hostili. *Quia petistis vobis regem.* Idest quamquam sitis in magna aduersitate, Deus non exaudiet vos liberans a gra-

A uamine regis vestri, quia vos petiuistis illum, si autem vobis non petentibus Deus illum propter peccata vestra imposuisset, sicut alia mala infligere solet, liberaret vos cum peteretis: nunc tamen non liberabit, quia vosipsi voluistis. *Noluit autẽ populus audire vocẽ Samuelis.* Idest quamquam admonuisset Samuel Israelitas, ne acciperent regem pręditẽdo eis mala, quę futura erãt noluerunt aduertere, sed existimauerunt bonum sibi esse, quòd haberent regem: dicit enim Iosephus, 6. Antiquitatum increpans in hoc Iudęos, quòd erat populus in hoc prouidentia futurarum rerum valde fatuus, & difficilis, vt consilium, quòd semel in mẽte collocauerat expelleret: nam neque audiẽtes talia sunt cõ-
B uersi, nec eisdem sermonibus eos Propheta perterruit, sed magis vehementer instabant, & regem sibi ordinari nimie postulabant, nec cogitandum de uenturo esse censebant, sed fore necessarium secum pro afflictione inimicorum habere pugnaturum regem, quando nulla vicinarum prouinciarum in tali cõuersatione, & sine rege consisteret. Dicitur autem, quòd noluerunt audire verba Samuel, idest non obedierũt. q.d. Samuel volebat, quòd non eligerent regem prędicendo eis omnia mala, & quia his non obstantibus voluerunt semper habere regem, dicitur quòd non audierũt vocem eius. *Sed dixerunt, nequaquam: rex enim erit super nos.* Idest nullo modo fiet istud, quod dicis, scilicet quòd propter iura regis nos dicamus alias desinamus eligere regem, sed rex erit super nos, quomo-
C docunque hoc accidat: de hoc autem, quòd dixerũt, nequaquam, quasi animo valde obstinato redarguit eos Samuel bis ex parte Dei, vt patet ĩ. cap. 10. scilicet. Vos aũt hodie proiecistis dominum Deum vestrum, qui solus saluabit vos de vniuersis malis, & tribulationibus vestris, & dixistis, nequaquam, sed regem constitue nobis. Iterũ etiam infra 12. c. increpat eos dicẽs videntes autem, quòd Naas rex filiorũ Ammon venisset aduersum vos dixistis mihi: nequaquam, sed rex imperabit nobis, cum dominus Deus vester regnaret in vobis. *Et erimus nos sicut cæteræ gentes.* Ista fuit vna causa, quare Israelitę voluerunt habere regem. Videbant enim omnes gentes habere regem, & iste principatus erat honorabilis: putabant igitur, quòd dedecus esset ipsis priuari regio honore, sed non erat, quia
D honorabilius erat esse sine rege, si cõmode esse possent, quia liberiores essent, quam habentes regem: arguebant etiam Iudęi ex statu omnium gentium, scilicet omnes gentes habent reges, & non eueniunt eis mala: ex hoc ergo habeamus nos sicut omnes habẽt. q.d. si malus principatus esset, non accepissent eum omnes gentes. *Et iudicabit nos rex noster.* Idest ipse habebit potestatem iudicandi super nos: nam ante hoc principatus iudicatiuus vltimatè erat in illo, qui constituebatur iudex ab omnibus Israelitis: nunc autem potestas hęc transferret ad regem, quia cum cęperũt esse reges nunquam fuerunt iudices constituti a populo eo modo, quo illi de quibus habetur in libro Iu-
E dicum, sed erant alij iudices minores sub rege constituti per singulas vrbes: erat quoque domus iudicij, scilicet 70. iudices, qui erãt congregati in vna ciuitate Israel, inter quos summus sacerdos erat pręcipuus: rex tamen habebat potestatem super omnes istos.

Cap. 4.

Et egredietur ante nos. Scilicet ibit ad bellum coram nobis: nam sic faciunt reges aliarũ gentium. *Et pugnabit bella nostra pro nobis.* Idest ipse habebit curã de bellis nostris, vt ipse faciat illa, scilicet rex erat dominus regni, ideo pertinebat ad eum omne bonum, vel malum regni: ideo si hostes insurgerent ipse haberet curam expellendi eos tanquã solicitus pro re sua: de iudicibus autem non erat sic, quia cum populus viueret sine rege, si aliqua bella insurgerẽt, totus populus ha-

bebat

bebat curam de his, & tunc eligebant iudicem aliquē, si non habebāt vt pugnaret pro eis. Cum autem regē haberent rex haberet solicitudinem omnium istorū, nec attenderet populus quid super his fieri deberet, sed obediret regi iubenti: visus est eis igitur principatus iste conueniens, vt curam suam imponerent regi. *Et audiuit Samuel omnia verba populi.* Scilicet quomodo semper volebant regem exponētes se ad omnia, quęcunque euenire possent propter regem. *Et locutus est ea in auribus domini.* Scilicet postea apparuit ei Deus, & Samuel retulit ei, quę populus dixerat: non quidem tanquam Deus illa nesciret, sed quia volebat Samuel a Deo habere responsum super his proposuit ei ea, q̄ populus locutus fuerat.

Quomodo Samuel locutus fuit hic Deo. Et qui sunt modi, quibus loquebantur homines Deo. Quæst. CCXXXVIII.

QVAERET aliquis quomodo Samuel locutus fuit hic ad Deum. Aliquis forte respōdebit, quòd factum est aliquo de quatuor modis, qui declarati sunt Nume. c. 12. apparente aliquo Angelo in corpore formato de aere, vel facta aliqua voce nullo apparente corpore, vel immutando phantasiam Prophetę in somnijs, vel eleuando intellectum illius in vigilia. Sed hoc non stat, quia isti modi sunt, quibus Deus loquitur Prophetis. Alius aūt modus est, quo Prophetę loquuntur Deo. Nā in prędictis modis Deus pręueniebat Prophetam in loquēdo illi. hic autem Propheta pręuenit Deum, & Deus respondet ad verba illius. Ad hoc autem dicēdum, q̄ erant duo modi, quibus Propheta poterat pręuenire loquendo Deum, & interrogando eum. Primus erat introeundo in sancta sanctorum, & quęrendo coram propitiatorio: sic enim faciebat Moyses, qui quando vellet aliquid quęrere, ingrediebatur sancta sanctorū, & audiebat vocem loquentis ad se de medio duorū Cherubin, vt patet Nume. c. 7. Alio modo poterat inquiri aliq̄d a Deo in rationali, & Ephod, scilicet quòd indueretur sacerdos illo ornamento, & inquireret a Deo, & tunc Deus respondebat: sic patet infra 23. ca. quando Dauid iussit, vt Abiathar sacerdos applicaret Ephod, & quęreret an tradendus esset a viris Ceilę in manum Saulis. & respondit Deus, quòd sic. Sic etiam patet 30. capi. vbi applicito Ephod consuluit Dauid dominum dicens persequar latrunculos hos, an nō, & comprehendam eos? dixitque ei Deus persequere, absque dubio. n. comprehēdes eos, & excuries prędā.

Quib9 modis loquebantur homines Deo.

Nunc autē dubium manet, an aliquis de his duobus modis conueniret Samuel. Respondendum est, q̄ regulariter nullus conueniebat. Nā introire in sancta sanctorum ad consulendum dominum nulli conueniebat, nisi summo sacerdoti. In Moyse autē fuit speciale aliquid, q̄a ipse fuit legislator, & doctor Hebręorum: Samuel autē non erat summus sacerdos: immo neque de sacerdotibus, sed de Leuitis Caathitis, vt patet 1. Paralipo. c. 6. ideo non conueniebat ei, quòd ingrederetur in sancta sanctorū: immo dato, quòd esset sacerdos magnus non posset ingredi ad consulēdum dominum quandocūque vellet, sed solum in die propitiationis, vt patet Leui. 16. c. & ad Hebrę. 9. tunc aūt non erat talis festiuitas, & dato, quòd esset illa non celebrabatur in loco, in quo erat Samuel, scilicet in Ramatha, sed in loco sanctuarij. Aliquis tamen posset adhuc dicere, quod licet non esset Samuel summus sacerdos, posset tamen, quandocunque vellet, introire in sancta sanctorum nulla facta cęremonia, sicut erat de Moyse, quia alia specialia concessa fuerunt Samueli, scilicet quod posset offerre sacrificium, cum non esset sacerdos. Sed adhuc hoc dato non stat, quia tē-

F pore illo nō erat sancta sanctorum habens arcā intra se ad hoc, quòd aliquis posset intrare illuc ad cōsulendum dominum. Nam cum Moyses inquirebat oraculum dicitur, quòd ingrediebatur in sancta sanctorum post velum, & audiebat vocem de medio Cherubin: hic autem non erat sic, quoniam non erat arca in sanctuario, sed in Cariathiarim erat custodita in domo Aminadab, vt patet pręcedenti c. templum autē alibi erat, scilicet in vrbe Nobe, ideo non poterat tunc aliquis ingredi coram arca, vt ibi reciperet responsum, sed adhuc aliquis fortè dicet, quòd in domo Aminadab, vbi erat arca reposita poterant audire diuina responsa, quod quidem non videtur rationabiliter dictū:

G tamen etiam hoc concesso non potuit inquirere Samuel a Deo ista, quę habentur hic apparendo coram arca, quia ipse nō erat in vrbe illa, in qua erat arca: erat quippe arca in Cariathiarim, Samuel autē erat in Ramatha: nam ad ipsum conuenerunt principes Israelitarum, & seniores in Ramatha, vt patet supra in litera, & non recesserunt ab eo quousque dedit illis responsum, quod habetur infra, scilicet quòd irent in terram suam, & ipse prouideret: ergo etiam Samuel non recessit de vrbe Ramatha ad consulendum dominū super hoc, sed ibi respondit, ergo non fuit ista locutio coram arca. Secundus modus inquirendi a Deo erat per vestes pontificales, de quo etiam dicendum est, quòd regulariter nō conueniebat Samueli, eo quòd

Secundus modus.

H ipse erat Leuita, & indui vestibus illis pertinebat ad summum sacerdotem. Ad hoc tamē diceretur, quòd potuit hoc sibi conuenire ex dispensatione, sicut conueniebant quędam alia opera sacerdotalia, sed adhuc respondendum, quòd non inquisiuit dominum applicito superhumerali, & rationali, quia ista erant ornamenta pontificis, & manebant in sanctuario: non erat autem Samuel nunc in loco sanctuarij, quia erat in Ramatha, vt patet supra in litera, vbi non erat sanctuarium, ideo non posset habere vestes illas ad inquirēdum dominū. Sed dicendum, quòd Samuel orauit dominum, vt appareret ei, & responderet ad ea, quæ inquirebat, & tunc Deus apparuit, & Samuel locutus est ea, quę populus dixerat, & Deus respondit, quod

I habetur hic: sic etiam patet de Ieremia cum occiso Godolia, quęsierunt ab eo principes Israel, vt oraret ad dominum, & responderet, an manere deberent Israelitę in terra sua, vel ire ad aliam, & Ieremias orauit dominum 10. diebus: quibus completis locutus est Deus ad Ieremiam, vt patet Iere. c. 42. Sic etiam fiebat ad Danielem: ipse enim in ieiunio, & oratione iacuit coram domino per multos dies, vt monstraretur sibi aliquid de statu populi sui, & tūc venit ad eū Gabriel, & indicauit ei ea, quę petiuerat, vt patet Daniel cap. 9. sic quoque apparet fuisse factum in Samuele: ipse. n. orauit ad dominū, & Deus locutus est: sic patet supra, & orauit Samuel ad dominum, & tunc sequitur dixitque dominus ad Samuelem, scilicet tunc respōdit

K ei ad ea, quę volebat: hic autem non dicitur, quod orauerit, tamē intelligendum est, quod postquam populus dixit ei ista, quę habentur hic ipse orauit dominū, vt responderet illi, & tunc Deus locutus est ea, quę habentur hic. *Audi vocem eorum.* Idest consentias voluntati ipsorū. *Et constitue super eos regem.* Idest dic, quòd vis constituere regem, quamquam immediatè non constituas, sed expectabis tempus, quando ego tibi illum monstrauero. *Et ait Samuel ad viros Israel.* Scilicet ad illos seniores, qui conuenerant ad ipsum in vrbe Ramatha, & erant ibi spectantes, vt daretur illis rex.

Vadat vnusquisque in ciuitatem suam. Idest non maneatis hic amplius expectantes regem, quia ego constituā vobis regem, sed non possum immediatè constituere quousque Deus mihi reuelet, quem constituam: vos

autem

autem nō est tandiu opportunum hic manere spectātes, sed vadant singuli in ciuitates suas, & cum fuerit expediens, ego faciam vos omnes congregari ad accipiendum regem vestrum.

CAP. IX.

ET erat vir de Beniamin nomine Cis filius Abiel filij Seor, filij Bechor filij Sareth, filij Aphia: filij viri Iemini fortis robore. Et erat ei filius vocabulo Saul electus, & bonus, & nō erat vir de filijs Israel melior illo. Ab humero, & sursum eminebat super omnem populum.

ET erat vir. Pertransito in superioribus de politia Hebręorum regulata sub iudicibus. Hic agitur de eadem regulata sub regibus, & diuiditur in duo. Quia primo agitur de regno Saulis velociter labente. Secūdo de regno Dauid per multa sęcula permanente infra c.16. Prima in tres partes, quia primo describitur Saulis regis institutio. secūdo instituti transgressio: tertiò transgressoris reprobatio. Secūda infra c.13. Tertia infra 15. ibi. *Et factum est verbum domini.* Prima adhuc in tres, quia primò describit Saulis electio: secundo electionis confirmatio, tertiò populi increpatio. secunda infra c.11. tertia infra c.12. Prima in duas, quia primò describitur electio Saulis secreta, secūdo publicatio omnibus cognita circa medium decimi c. scilicet. *Et vocauit Samuel populum.* Prima adhuc in duas, quia primò ponitur Saulis electio, secundo ipsius vnctio infra c.10. Prima diuiditur in tres, quia primò describitur Saulis habilitas, secundo a Samuele cognoscitur, tertiò ab eodem honorificè suscipitur. Secū da ibi. *Perierant autem.* Tertia ibi. *Assumens itaque.*

An inter prædicta, & sequentia sit ordo rectus, & magna tempora fluxerunt. *Quæst. I.*

CIRCA primum sicut in cęteris de continuatione huius ad pręcedētia, an sit ordo rectus aliquis dubitare posset, & dato, quòd sic, an inter hęc, quę habentur hic, & pręcedentia magna tempora fluxerint.

Respondendum est quantum ad primum, quòd hic est ordo continuatus: nam supra dicebatur, quomodo seniores Israel petierūt regem a Samuele: hic autem agitur, quomodo fuerit rex datus: an verò inter hęc multum tempus intercideri t. Dicendū quòd non, quia cum Deus promisisset dare Israelitis regem satis breuiter dedit, & quamquam non dedit immediatè, vt petierunt seniores, sed postea quoniam non erat rex eligēdus in ipso loco, in quo tūc erat Samuel, scilicet in Ramatha, sed in Masphat, vt patet infra c. 10. & ob hoc remisit Samuel singulos Israelitarum in vrbes suas, tamen paucis interiectis diebus reuelauit Deus Samueli quem electurus esset super populum, & tunc ipse conuocauit omnes Israelitas in Masphat, vt patet in sequenti c. *Et erat vir de Beniamin.* Idest de stirpe Beniamin, scilicet erat iste vir famosus, & cognitus apud omnes, & filius suus adhuc erat melior, vt patet infra, ideo Saul conueniens fuit ad regnum, tam ex dispositione sua, quam patris sui. Dicitur autē de stirpe Beniamin, quia de ista primo fecit Deus reges in Israel, & fuerūt duo reges, Saul, & filius eius Isboseth: postea aūt de tribu Iuda fuerūt oēs alij reges.

A *Quomodo possit stare, quod habetur Gene. c. 49. quòd non auferetur regnum de tribu Iuda quousque veniat Messias, & hic factus est rex de tribu Beniamin.* *Quæst. II.*

QVAERET aliquis circa hoc, cum Gene. 49. cap. prophetauerit Iacob de regno in tribu Iuda, scilicet Iuda te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum, adorabunt te filij patris tui. Et post hoc dicitur: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, &c. quomodo igitur Deus fecit regē de stirpe Beniamin? Aliquis respōdebit, quòd ista nullo modo sibi aduersantur: quoniā dato, quòd de tribu Iuda essent reges,
B tamen poterunt esse aliqui de alijs tribubus, scilicet de Beniamin, sic enim fuit ante hoc vnus rex de Manasse, scilicet Abimelech filius Gedeonis, vt patet Iudi. c. 9. Manasse tamen erat tribus ipsius Abimelech, & Gedeonis patris sui, vt patet Iudi. cap. 6. Ad hoc aliquis dicet, quòd non est simile, quia Abimelech de tribu Manasse non regnauit per electionem Dei, nec per voluntatem populi, sed per tyrannidem: nec etiā regnauit super totum Israel, vt patet Iudi. c. 9. ideo regnum suum non erat permansurum, nec transiuit ad aliquem de posteris: regnum tamen Saulis permansurum erat in ęternum, si non peccasset Saul, vt patet infra c.13. scilicet stulte egisti, nec custodisti mandata Dei, quod si non fecisses, iam nunc pręparasset domi-
C nus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam vltra regnum tuum cōsurget. ergo si iste non peccasset videtur, quòd non fuisset prophetia de regno tribus Iudę. Aliquis respondebit, quòd etiam si maneret regnum in stirpe Beniamin in ęternum, poterant esse reges de stirpe Iuda, & compleretur prophetia: nam sic fuit postea: quoniam nō solum fuerūt reges de tribu Iuda, sed simul erant reges de tribu Ephraim: solum enim mansit regnum integrum in Dauid, & filio suo Salomone: postea autem tempore Roboam diuisum est, & erant simul reges de tribu Iuda, & de tribu Ephraim, & semp hoc durauit quousque decem tribus Israel, super quas regnabat tribus Ephraim translatę sunt in terram Medorum, & Per-
D sarum, vt patet ex processu tertij, & quarti libri, ita igiť potuisset esse de tribu Iuda, & Beniamin, quòd simul essent reges de vtraque, & manerēt vtrique in ęternū.

Respondendum est hoc non stare, quoniam Saul fuit factus rex super totum Israel, & sic Deus promiserat, quòd manerent filij eius in ęternum si non peccasset Saul, quod patet infra 13. scilicet, quod si non fecisses, iam nunc pręparasset dominus regnum tuū Israel in sempiternum, sed nō possunt esse duo reges insolidum eiusdem regni. Vel si vnus est rex insolidū non potest alius esse rex saltem pro aliqua particula, ideo si mansisset regnum Saulis ipso non peccante impossibile fuisset, quòd essent aliqui reges de tribu Iuda: de regibus autem Iuda, & Ephraim secus fuit,
E quia illud factum est per diuisionem regni. Dicēdum igitur, quòd prophetia de regno Iudę complēda erat, quia illa nō fuit secundum exigentiam pręsentis status, sed secundum firmam Dei prouidentiam, cū impletione autem illius non stabat id, quod dictum est ad Saulem, scilicet quòd regnum eius esset sempiternum, illud tamen verum erat, & Deus sic facere intēdebat, scilicet quòd si non peccauisset Saul maneret regnum in ęternum super totum Israel, quia tamen sciebat, quòd Saul peccaturus esset, & ob hoc perditurus regnum, quod postea firmius transiturum erat ad tribum Iuda, stabat prophetia de regno Iudę cum institutione regum de tribu Beniamin. *Nomine Cis.* i. pater Saulis vocabatur Cis. In Hebręo autē vocatur.

Quis

Quis, sed litera nostra non potest in sono correspondere quantum ad omnia idiomati Hebręorum, vt declaratum est super prologum Galeatū huius libri in principio eius, & ob hoc necesse est, vt in plurimum nomina Hebręorum in Latinum translata corrumpi a proprietate hebraica. *Filius Abiel, filij Seor.* Hic ponitur cognatio patris Saul, & describitur per aliquos paucos, scilicet per quatuor, vel quinque: de quibus hic.

Quare prosapia Saulis numeratur hic per multos proauos. Et quare scriptura scribens alicuius stirpem interdum ponit multos proauos, & interdum paucos.

Quæst. III.

QVAERET aliquis quare progenies Saul numeratur hic per plures proauos, & tamen non enarrantur omnes vsque ad caput ipsius tribus, vel familię, scilicet vsque ad Beniamin: nam vel deberet solum computari progenies alicuius nominando patrem solum, vel deberent nominari omnes intermedij vsque ad caput tribus: hic tamen neutrum fit. Aliquis respōdebit, quòd hic describitur progenies Saulis vsque ad caput tribus, scilicet vsque ad Beniamin, quia dicitur in fine filij Abia, filij viri Iemini, sed iste vir dicitur esse Beniamin, vt multi volunt. Dicendum est, quòd hoc non est satis solidum, & tamen si hoc detur oportet dicere, quòd hic fit enumeratio generationum multis omissis, ꝙ patet, quia a patre Saulis vsque ab Beniamin, qui fuit principium tribus plures generationes transierunt, q̃ habeantur hic: nam hic solum ponuntur sex generationes, & tamen vsque ad Beniamin necesse erat esse multas, quoniam fluxerūt a principio vitę eius vsque ad tempus istud plures, quam septingenti anni, in quibus necesse erat elabi plures, quam 10. generationes: potissime cum non computetur generatio vna tota vita vnius hominis tunc coincideret generatio patris cum generatione filij, & interdum cum generatione nepotis, & pronepotis: cum contingat eos simul viuere, sed computatur generatio vna a principio vitę hominis vsquequo filium gignit, & sic multę generationes cito transeunt: fuissent ergo necessario plures generationes inter patrem Saulis, & Beniamin, quam istę, quę ponuntur hic, sed hoc non est inconueniens. Nam sic interdum accidit in scriptura, scilicet quòd enarretur generatio alicuius, & multis interiectis veniatur ad principium ipsius lineę: sic patet in genealogia saluatoris, secūdū quòd scribit eam Mattheus: nam subticentur ibi tres reges Iuda, qui continui fuerunt, subticentur etiam vt aliqui volunt aliquę generationes inter Salmonem, & Booz. Similiter etiam in libris veteris testamenti aliquando fit sic, quòd subticeantur aliquę generationes medię. sic patet Esther c.2. vbi ponitur generatio Mardochęi, scilicet quòd fuit filius Iair Semei, filij Cis de stirpe Iemini: tamen manifestum est, quòd inter eum, & Cis fuerūt plures generationes, quoniam fuit Mardocheus tempore captiuitatis Babylonicę, vt patet pręalle. c. tamen Cis fuit pater Saul, & stirps Iemini fuit multum ante: ibi tamen solum ponuntur duę, vel tres generationes intermedię inter patrem Saulis, & Beniamin non esset

Responsio auctoris.

hoc inconueniens. Dicendum tamen conuenientius dato, quòd non fuerit Beniamin iste, qui ponitur hic extremus, quòd hic computatur linea Saulis per aliquas generationes medias, & tamen non peruenitur vsque ad principium tribus: sic enim fit interdum in scriptura. Pro quo sciendum, quòd scriptura interdū discurrere vult per generationem vsque ad principiū tribus, vel familię: sic autem est in sacerdotibus, & Leuitis interdum, vt patet 1. Paralipo. c.6. & in alijs locis

F eiusdem libri. Nam ibi vult scriptura declarare, quòd ad illos pertinet officium sacerdotale: hoc autem nō posset eis conuenire, nisi probaretur, quòd erant de stirpe sacerdotali, ideo oportebat deduci eorum progeniem vsque ad principium tribus, vel familię, quòd apparet 1. Esdrę c.9. & 10. vbi excluduntur ab officio sacerdotali illi, qui erant inter sacerdotes, tamen non poterant probare, an essent de genere sacerdotali. In istis ergo conueniens est, quòd scriptura enarret lineā aliquorum vsque ad principinm tribuum, & hoc maxime fit in 1. libro Parali. fit etiam hoc ibi quantum ad alias tribus, quę non pertinebant ad sacerdotium, quia scriptura enarrabat ibi generationes plurium vi-

G rorum, & quia volebat monstrare eorum differentes progenies descripsit vsque ad principia tribuum. De hoc hn̄r multa exempla. 1. Paralipo. a principio vsque ad 9. c. Interdum autem scriptura nihil intendit inducere ex enarratione progeniei alicuius, & tunc non curat enarrare totam lineam alicuius vsque ad principium tribus, vel familię, sed ponuntur aliquę cognationes, scilicet interdum vna, & interdum plures, scilicet quia interdum solum scribitur nomen patris alicuius, & sic est, vt communiter in Prophetis tam maioribus, quam minoribus in principijs librorum suorum: aliquando autem nominantur tres, vel quatuor proaui: sic patet supra c.1. cum texitur generatio Samuelis: sic etiā patet Sopho. c.1. Sed vt communiter

H quando ponuntur tres, vel quatuor proaui, & non peruenitur vsque ad principium illius tribus, fit hoc, quia ille, qui ponitur vltimus, fuit vir valde famosus: sic apparet hic cum describitur generatio vsque ad virum Iemini, eo quòd ille fuit famosus, & hoc in duobus. Primo quia fuit fortis robore, sicut dicitur infra, scilicet filij viri Iemini fortis robore. Secundo quia terra quędam denominata est ab ipso, scilicet terra Iemini, vt patet infra cum dicitur transierunt per terram Iemini, & minime repererunt: sic quoque fuit enarrando progeniem Samuelis: nam describuntur aliquę generationes, scilicet Samuel filius Elcana, filij Ieroboam, filij Eliu, filij Thohu, filij Suph. Et ibi terminat neque peruenitur vsque ad principium tribus, scilicet

I ad Leui, vel vsque ad principium familię, scilicet ad Caath, qui fuit principium familię, & hoc, quia Suph fuit quidam vir multum famosus, a quo denominata est quędam terra, vt patet hic, scilicet cum venissent in terram Suph, & non inuenissent, &c. ideo scriptura non enarrauit vlterius lineam, quia per illum virum famosum ita cognosceretur stirps Samuelis, sicut per Leui, qui erat princeps tribus, ideo satis fuit vsque ad hūc enarrari, sic ergo Esther. c.2. solum enarratur progenies Mardochęi vsque ad virum Iemini.

Filij Bechor. In Hebręo habetur Bechora, eo quòd vt dictum est conditio latinæ linguę non potest proferre sicut profert lingua hebraica. *Filij Sareth.* Istud non habetur in litera hebraica. *Filij Abia.* In Hebręo

K habetur Apha eo, quòd lingua hebraica multū differt a nostra in modo proferendi, & literę nō habent eosdem sonos. *Filij viri Iemini.* Aliqui de nostris errant hic existimantes, quòd Iemini sit hic genitiuus huius nominis geminus, & vocetur geminus ille, qui est duplex vir, vel vt aliqui volunt, qui vtraque manu tanq̃ dextera vtitur, sed falsum est quoniam accipitur hic Iemini in casu recto, qa in Hebręo sic hētur. i. Iemini.

An vir Iemini, de quo hic dicitur, sit Beniamin, vel aliquis alius.

Quæst. IIII.

NVNC autem est dubium circa hoc, an iste vir Iemini sit Beniamin, vel sit aliquis alius, quoniā in Hebręo pauca differētia est cū scribitur Beniamin, vel

vel cum ſcribitur Iemini in loco iſto, vt patet cõſiderantibus literam hebraicam, & ſic plurimi Hebręorũ exſtimant, quòd hic accipiatur Iemini pro Beniamin, & eſt aliquid veriſimile, eo ꝙ vir iſte erat de ſtirpe Beniamin. Sed dicet aliquis, quòd non ſtat, quia tunc ſi Iemini eſſet hic Beniamin Abia eſſet aliquis de filijs Beniamin, qui vocatᷣ hic filius Iemini, ſed falſum eſt. Nam Beniamin habuit filios decem, Gene.46.c. nullus tamen eorum vocatur Abia, vt patet hic. Idem patet 1. Paralipo.c.7. vbi etiam ponuntur filij Beniamin, ſed nullus eorum ſic vocatur. Aliquis reſpondebit, ꝙ Abia eſt filius Beniamin, & tamen vocatur alio nomine in Geneſi, quia multotiens idem homo, vel locus habet multa nomina, ſicut patet de patre Dauid, qui vocabatur Ieſſe, vel Iſai: ſic patet infra 2.li.c.20. vbi vocatur Iſai, & Mat.c.1. vocatur Ieſſe: ſic etiam rex, qui tranſtulit Iſraelitas in terram Medorum vocatur Salmanaſar infra 4.lib.c.17. & tamen aliquando vocatur Aſſoraddam, vt patet 1. Eſdrę ca.4. Sed ad hoc reſpõdebitur, ꝙ adhuc non ſtat: nam inter Beniamin, & patrem Saulis plures fuerũt, quam ſex generationes, de quibus hic: cum fluxerint anni ferè ſeptingenti, vt ſupra dictum eſt: ergo eſt iſte Iemini alius vir. Ad hoc autẽ iterum poteſt reſponderi, ꝙ fuerunt plures, quã ſeptem generationes inter Beniamin, & patrẽ Saulis: tamen hic non exprimũtur omnes illę, ſed ſubticentᷣ quędam: ſicut aliquando fit in ſcriptura, vt ſupra dictũ eſt. Sed dicendum eſt, quòd adhuc nõ ſtat conueniẽter, quia Iemini non ſcribitur in Hebręo ſicut Beniamin, ideo non ſignificatur idem vir. Item dicitur hic, ꝙ iſte erat vir fortis robore, & ponitur hoc ad ſignificandum iſtum virum Iemini, ſed Beniamin non habetur, quòd fuerit vir fortis, tanquam per hoc ſpecialiter cognoſceretur, ideo non eſt idem Iemini, & Beniamin. Item patet hoc fortius, quia cum inquireret Saul aſinas patris ſui dicitur, quòd tranſiuit per terram Iemini: ſi tamen acciperetur Iemini, & Beniamin, & pro eodem intelligeretur, ꝙ tranſiuit per terram Beniamin. Sed hoc falſum eſt, quia non ſignificatur hic tota terra Beniamin: nã in illa morabatur pater Saulis, ſed ſignificatur aliqua parua terra ſpecialis, quę ſatis erat coniuncta terrę, in qua habitabat Saul: nam non diceretur conuenienter, quòd trãſiuit per terram Beniamin, cum in ipſa moraretur Saul. Dicendum ergo quòd Iemini erat quidam vir valde famoſus de tribu Beniamin, a quo fuit denominata quędam pars terrę Beniamin, & vſque ad iſtam enarratur linea Saulis, quia iſte erat vir famoſus, per quem cognoſci poterat genus Saulis, ſicut denominato ipſo Beniamin, qui erat caput tribus. *Fortis robore.* Fortis poteſt eſſe in recto, vel in genitiuo: ſi ſit in recto refertur ad patrem Saulis nomine Cis, q̃a dicitur ſupra erat vir de Beniamin. Si autem ſit in genitiuo refertur ad Iemini. ſ. ꝙ iſte fuit vir fortis robore, & quamquã ex litera noſtra non appareat, ad quem debet referri: tamẽ ſatis apparet ex litera hebraica, ꝙ refertur ad Iemini, ſcilicet ꝙ ipſe eſſet vir robuſtus, & ponitur iſta additio ad notificandum eum, quia cũ iſte eſſet excellẽter robuſtus, per eſſe robuſtum diſtinguebatur ab alijs, q̃a per hoc erat vir famoſus, ſic etiam in tribu Manaſſe fuit Galaad, qui fuit vir pugnator, & ob hoc erat famoſus, ideo apponitur ei iſtud ad diſtinctionem: ſic patet Ioſue c.17. ſ. Manaſſe patri Galaad, qui fuit vir pugnator, & ob hoc, ꝙ iſte erat excellens vir in robore, fuit quędam terra ab ipſo nominata in ſorte Beniamin, quę dicitur terra Iemini, de qua infra.

Opin. aliquorũ impugnatur.

Inq. proced.

Concluſio

Laus Saul.

Et erat ei filius vocabulo Saul. Hoc refertur ad Cis, qui erat pater Saul. *Electus, & bonus.* Ideſt Saul erat inter cęteros viros electus. Iſta ponuntur ad deſignandum, quòd erat vir dignus regno: nam nõ ſolũ erat bonus,

A ſed etiam electus inter bonos, ſcilicet melior omnibus, hoc autem nimis conueniens erat ad hoc, quòd eſſet rex. Sciendum autem, quòd aliqui accipiunt hic Electum, & bonum, prout dicit bonitatem corporis, ſcilicet quòd erat Saul vir corpore aptus, nec ſolum hoc, ſed etiam erat excellentior, vel electus corpore quantum ad omnes, & ſatis ſignificatur infra, ſcilicet quòd ab humero, & ſurſum eminebat ſuper omnem populum. Sed dicendum, quòd verum eſt, quòd Saul erat pręſtantior corpore cęteris Iſraelitis: tamen hic nõ accipitur bonus, & electus pro bonitate corporis, ſed morum: ſic patet immediate cum dicitur, quòd non erat vir de filijs Iſrael melior illo, hoc autem propriè eſt eſſe electum, quia nullus illi ęqualis eſt.

Quõ accipitur hic electus, & bonus.

B *Et non erat vir de filijs Iſrael melior illo.* Ideſt in toto Iſrael non erat aliquis vir ita bonus, & acceptus Deo: iuſtè agitur quantum ad hoc merebatur principatum regalem: nam non ſolum in monarchijs, vbi omnia committuntur vni, & in alijs politijs merebatur iſte accipere principatum, ſed etiam in politia ariſtocratica, quę eſt ſecundum virtutem: nam ibi maxime virtuoſo traditur maximus principatus, vt patet 3. Politi. & 8. Ethic. Conſiderandum autem, quòd iſta bonitas Saulis maximè erat circa humilitatem, quod erat valde in eo admirabile: nam ipſe erat vir in virtutibus excellens, & corporis ſtatura admirabilis, quod ſolet homines ſuperbos efficere: ipſe autem hęc omnia habẽs erat valde humilis, quod patet infra in litera, nam cũ C dixiſſet ei Samuel, quòd optima, quę erant in Iſrael. ſ. principatus regalis ſeruabantur ei, & domui patris ſui: reſpondit nunquid non filius Iemini, ego ſum de minima tribu Iſrael, & cognatio mea nouiſſima inter omnes filios de tribu Beniamin, quare ergo locutus es mihi ſermonem iſtum? Apparet etiam hoc, quia quando totus Iſrael conuenit ad eligendum regem in Maſphat, & Samuel prędixiſſet ei, ꝙ erat futurus rex abſcondit ſe reputans ſe indignum, vt patet ſequenti c. Idem etiam, poſt quam fuit rex, non deſeruit hanc humilitatem, nam ſicut prius exercebat agriculturã, ita & poſtea ipſe ſequebatur boues veniens de agro, vt patet infra c.11. Deus quoque teſtimonium perhibuit, quòd eſſet humilis, vt patet infra ca.15. ſcilicet D Nonne cum paruulus eſſes in oculis tuis caput in tribubus Iſrael factus es? erat autẽ iſta magna perfectio, ſcilicet ꝙ eſſet vere humilis, ideo cum ipſe eſſet perfectè humilis dicebatur de eo, quod non eſſet melior vir in Iſrael.

Bonitas Saulis erat in humilitate.

An Samuel eſſet melior Saule. Quæſt. V.

QVAERET aliquis an Samuel eſſet melior illo, cui aliquis reſpondebit, ꝙ non erat melior, quia hic dicitur, ꝙ nõ erat in Iſrael melior illo: ideo poterat eſſe ęqualiter bonus, quia hoc non excluditur ex verbis iſtis: tamen nõ poterat eſſe melior. Reſpondendum eſt, ꝙ per certitudinem cognoſcere non poſſumus an eſſet melior Saul, E vel Samuel, quia iſta nõ poteſt aliquis menſurari, niſi inquantum ſcriptura teſtatur, ſatis tamẽ videtur dicẽdum, ꝙ Samuel erat melior, q̃ Saul, nam propter Samuelem Deus fecit mirabilia in Iſrael, vt patet. ſ. c.7. nam eo clamante Deus intonuit ſuper Philiſthinos, propter Saul autem nihil fecit. Item quando regnauit Saul, Samuel dirigebat eum in omnibus, vſquequo peccauit, & reprobatus eſt a Deo, nam tunc fugit ab eo Samuel, vt patet infra 15.c. in his autem temporibus omnia, quę fiebant, magis erant propter Samuelem, quam propter Saul, ideo ſanctior ipſe erat, potiſſimè, quia Deus a pueritia reuelauerat ſe illi, vt patet ſupra c.3. & elegerat eum ſpecialiter, nam ipſe miraculoſe

raculosè natus est ex matre sterili supra c.1.sanctior ergo erat, quam Saul. Cum autem dicitur hic, quòd non erat in filijs Israel vir melior illo. Potest respõderi, quòd istę prępositiones vniuersales in scriptura non semper accipiuntur vniuersaliter, sed pro multis, ideo quia rari de Israelitis erant ęquales Sauli in bonitate, & rarissimi meliores, dicetur, quòd non erat aliquis melior illo: esset tamen Samuel melior ipso. Aliter rñderi potest, & melius, scilicet quòd ista ꝓpositio vniuersalis accipiat proprie, ita quòd inter Israelitas nullus omnino esset melior Saule: Samuel tñ erat melior, eo quòd secũdum regulam iuris persona loquẽs intelligitur excepta, sed Samuel loquebat̃ ista de Saule, ideo exceptus est ipse ab hac locutione, & sic poterat esse melior. Aliter potest intelligi, quòd non erat aliquis vir melior Saule, scilicet de illis, qui erant apti ad regnum: nam scriptura volebat hic significare, ꝙ Saul iuste electus est in regem, & hoc declaratur per bonitatem, quia cum principatus regalis sit maximus debet dari optimo viro, & sic dicitur de Saule, quòd ipse erat optimus, scilicet quia nullus erat melior eo in Israel ad hoc, quòd regnare posset. Si autem esset aliquis de valde senibus, quia nequaquam regnare posset, adhuc non debebat comparari Saul: sic autem erat de Samuele: nam Samuel erat senex, & non erat aptus ad regnum, quod patet, quia ex eo, quòd erat senex dimisit principatum iudicatiuum, quem prius tenuerat instituẽs filios suos iudices, vt patet pręcedẽti c. satis ergo rationabile est, quòd non compararetur Samuel ad Saulẽ, eo quòd erat Samuel senex, & ineptus ad regnum, & sic etiam si essent multi alij valde senes inepti ad regnum, dato quòd essent meliores, q̃ Saul, non diceretur, quòd erat aliquis vir ęque bonus in Israel, vt Saul.

Persona loquens intelligitur excepta.

An Dauid fuerit melior Saule. Quæst. VI.

QVAERETVR vlterius an Dauid fuerit melior Saule. Aliquis respondebit, quòd verũ est, quòd fuit Dauid melior tamen nõ erat eo tempore, quo fuit Saul: hic autem fit comparatio ad eos, qui erant tempore Saulis: nam intendebat scriptura dicere, quòd erat Saul in regẽ assũmẽdus, eo quòd erat melior omnibus Israelitis: quòd autem post eum alij meliores fuerint, nihil differt, si non esset tunc aliquis, qui melior esset eo, ita vt deberet accipere principatum. Sed adhuc dicetur, quòd Dauid erat tempore Saulis, & erat melior, quod apparet, quia regnante Saule ipse adductus est corã eo, vt psalleret in cithara, quando vexaretur Saul a dęmone, infra c.16. etiam regnãte ipso pugnauit Dauid contra Goliath Gethęum, vt patet. ĩ.17. Respondebit aliquis, ꝙ quando assumptus est Saul in regẽ, Dauid erat iuuenculus: ideo non poterat assumi in regẽ: vnde licet esset melior Saule non vocaretur melior, eo ꝙ non erat melior ad principatum, cum esset valde iuuenis. Sed ad hoc dicendũ est, ꝙ Dauid satis erat iuuenis tempore Saulis, & tamen poterat sumi in regem, quia tũc pugnauit ipse cõtra Goliath Gethęũ, quod significat iam eum esse virum fortem, alioquin non pugnasset contra Gigantem, & non solum tunc erat vir fortis, sed etiam aliquãto tempore ante hoc: nam. ĩ.17.c. cũ vellet pugnare Dauid contra Goliath: dicebat ei Saul non vales resistere Philistheo isti, nec pugnare aduersus eum, & respondit Dauid pascebat seruus tuus gregẽ patris sui, & veniebat leo, vel vrsus tollebatque arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum: ergo illo tpe erat Dauid vir fortis, & poterat accipi ĩ regẽ. Respondendum est, ꝙ tpe, quo assumptus est Saul in

Responsio auctoris.

F regem Dauid non erat melior illo, nec erat aptus ad accipiendum regnum. istud ſm patet, quia quandò principatus regalis alicui traditur nõ per successionẽ, sed per electionẽ, ille debet esse vir probus, & discretus atque aliqualiter maturus, Dauid tamen eo tẽpore quo assumptus est Saul in regem, erat solum 10. annorum, ideo non erat aptus ad sumendum regnum. Hoc apparet, quia Dauid quando cępit regnare erat annorum 30. vt patet. ĩ.2.lib.c.5. incępit tamen regnare immediate post mortem Saulis. ĩ.2.lib.c.2. Saul autem regnauit annis 20. vt ait Iosephus 6. Antiquitatũ. Etiam patet hoc, quia Actuũ c.13. dicitur, ꝙ Saul regnauit 40. annis, & in illis quadraginta intelligitur tã G regnum Saulis, q̃ principatus Samuelis, vt computant omnes doctores, principatus tamen Samuelis fuit 20. annorum, vt declaratũ fuit. s̃.7. vbi dicitur. Erat quippe iam annus 20. & immediatè fuit assumptus Saul in regem: ergo manent 20. anni, quibus regnauit Saul: cum incępit regnare Dauid erat annorum 30. ĩ.2.lib. c.5. ergo, quãdo incępit regnare Saul, erat Dauid annorum 10. ablatis 20. annis, quibus regnauit Saul, sed in decimo anno non fit conuenienter electio de aliquo viro ad principatum. Item non erat tunc melior Dauid Saule, quia probitas viri potissimum consistit in regulatione, & moderatione operum per prudẽtiã, sed in 10. anno constitutis hoc non euenit, quia licet interdum aliquod bonum agant, magis agunt ex in-H clinatione, vel leuitate quadam passionali, q̃ ex prudentia, ideo opera illorum non hñt perfectam rationem boni. Dauid igitur in decimo anno constitutus non poterat dici melior Saule, & sic verum est, ꝙ tẽpore, quo electus est Saul in regẽ, ipse erat melior, q̃ Dauid. Item non solum erat melior Saul, q̃ Dauid à principio, qñ est electus in regem, sed etiam postea, cum regnauisset aliquanto tempore, anteq̃ peccaret propter Amalecitas, & tunc erat Dauid effectus vir: nam immediate, vt Saul peccauit, vexatus est a dęmone, & petiuit, vt adduceretur ei aliquis vir benè psallens. ĩ.c.16. & tunc respondit vnus de pueris Saulis: ecce vidi filium Isai Bethlehemitem sciẽtẽ psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & pru-I dentem in verbis, & virum pulchrum, & hoc dicebatur de Dauid: ergo tunc, qñ peccauit Saul, erat effectus vir, & tamen pauloante hoc cum nondum peccauisset, Saul erat melior, q̃ Dauid. Sed arguetur, quia dicitur. ĩ.c.15. ꝙ Deus transtulit regnum a Saule, & tradidit proximo suo meliori ipso. Item de Dauid dicit Deus, ꝙ inuenit virum secundum cor suum, vt patet Psalmus 88. &. ĩ.13.c. ergo erat melior, q̃ Saul: de quo non dicitur, quòd erat vir iuxta cor Dei. Respõdendum est, ꝙ Dauid erat melior Saule postquã peccauit: Saul tamen antequam peccaret melior erat, quã Dauid. Cùm aũt dicitur tradidit regnũ proximo tuo meliori te non est intelligendum, nisi pro illo tẽpore, in quo ista verba dicerentur. Fuerunt autem ista dicta K post peccatum Saulis, vt patet. ĩ.c.15. & tunc verum est, ꝙ Dauid erat melior illo, & etiam quicũque alius. Cùm aũt dicebatur, ꝙ de Dauid dixit Deus, ꝙ inuenerat virum ſm cor suum, potest responderi, ꝙ ẽt erat Saul ſm cor Dei anteq̃ peccauisset, qa tunc erat verè bonus, & omnes huiusmodi sunt ſm cor Dei, qñ tñ dicta sunt ista de Dauid iam nõ erat ſm cor Dei, eo ꝙ iam peccauerat, & in suis iniquitatibus ꝑmanebat. Cũ ẽt peccatis suis postea peccata addiderit toties iniustissime persequendo Dauid. Aliquis rñdere potest aliter. s. ꝙ Dauid fuit ſm cor Dei, & hoc fuit sibi speciale: Saul aũt non fuit ſm cor Dei, cũ tñ licet oẽs boni q̃diu boni sunt Deo placeãt: tñ illi soli propriè dicunt esse ſm cor Dei, qui semper boni sunt, & in bono finiuntur: sic aũt fuit de Dauid: nã ipse semper fuit bonus, & con-

& continuè melior: vnde scriptura testatur de ipso, ꝙ Dauid nunquam peccauerit, nisi in occisione Vriȩ, & in adulterio, cum Bersabee. ĵ. li. 3. c. 15. Saul autē fuit bonus a principio: tamen paruo tempore mansit, postea autem ad iniquitates declinauit, ita vt vexaret eū spiritus nequam infra cap. 16. non ergo fuit secūdum cor Dei. Apparet igitur, ꝙ isto tempore quo Saul electus est in regem, nō erat aliquis vir in toto Israel melior illo. *Ab humero, & sursum eminebat super omnē populū.* Hic ponitur excellentia Saulis quantum ad corporis staturam: excellebat enim omnes Israelitas corpore, scilicet ab humero sursum: sic patet in electione sua in regem. Nam stetit in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero, & sursum. ĵ. c. 10. & tūc dixit Samuel: Certè videtis, quē elegit dominus: quā non est ei similis in omni populo, & secūdum, ꝙ erat Saul statura excellens, ita erat viribus robustus: sic patet. ĵ. 17. c. vbi dixit Dauid, ꝙ portare arma pertinebat ad Saul, qui erat vir fortis: ipse autem non poterat armatus incedere: sic etiam. ĵ. 2. lib. c. 1. Cum plangeret Dauid Saulem, & Ionatham, ait: Clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo a sanguine interfectorum ab adipe fortiū: Saul, & Ionathas aquilis velociores: leonibus fortiores. Erat autem istud nimis admirandū, & extollendum. s. ꝙ in aliquo viro cōcurrerent ista duo, scilicet esse virtutibus excellentiorem, & corpore prȩstantiorem omnibus: talis autem naturaliter aliorum est princeps: nam si propter suam pulchritudinem Priami dictum est de illo, pulchritudo Priami digna est imperio: iustius erat imperio dignus, qui animȩ ꝓbitate, & corporis excellentia cȩteris prȩstabat. *Perierant autem asinæ.* Hic ponitur secundum. s. cognitio Saulis a Samuele, quȩ facta est dupliciter. Primo per humanam inquisitionem, secūdo per diuinam reuelationem ibi. *Dominus autem reuelauerat.* Primum aūt fuit, quia perditȩ erant asinȩ patris Saulis, & ipse quȩrens illas peruenit ad Samuel, & cognitus est, & quia ista fuit occasio immediata cognitionis ponitur hic de perditione asinarum. *Et dixit Cis ad Saul filium suum.* Scilicet iussit ei, ꝙ inquireret asinas. Aliqui autem existimant ex hoc, ꝙ Saul erat nimis iuuenis nondum habens vxorem, sed manens in domo paterna sub patria potestate, quia pater iussit ei inquirere asinas, sed falsum est: erat enim Saul iam vir plurium, q̄ 30. annorū, & forte 40. quod apparet, quia quando ipse assumptus est in regem habebat filium nomine Ionatham virum fortem, & bellicosum: nam immediatè, vt factus est rex accepit tria millia virorum, & duo millia erāt cum eo in Bethel, & mille cum Ionatha filio suo in Gabaa. ĵ. c. 13. Etiā paulopost hoc in primo bello, qđ legitur habuisse cum Philisthinis, Ionathas, & armiger eius soli iuerunt, & percusserunt stationem Philisthinorum. ĵ. c. 14. Habebat ergo Saul iam filiū magnȩ ȩtatis, quando est factus rex, quia tamen erat vir valde humilis obediebat, sicut paruulus ad omnia, q̄ iubebat pater suus, vnde ipse cum vno de pueris iuit ad quærendum asinas. *Tolle tecum vnum de pueris.* s. de familia paterna: erat. n. pater Saul vir diues habens familiam magnam, & de famulis eius tulit vnum Saul: non quidem principaliter ad honorem, sed propter itineris laborem, vt haberet comitem viȩ. *Et consurgens vade, & quære asinas.* Istȩ enim secundum Iosephū perierant de grege patris Saulis, & erant preciosȩ inter omnes asinas. diligenter ergo fecit illas inquiri. Dicit enim Iosephus 6. Antiquitatum, quòd delectabātur Iudȩi magis in his, quam in aliquo alio iumento, quod fortè erat, quia tunc Israelitȩ non habebant alia genera iumentorum, scilicet non habebant equos, nec mulos, & ob hoc non legitur, quòd ipsi habuerint currus ante tempora Salomonis, sicut habebant

Cognitio Saulis a Samuele.

Lib. 6. c. 4.

Quare Iu[illegible] [illegible] maxi[illegible] asinas.

A gentes vicinȩ: habebant enim Philisthȩi multos currus, vt patet infra c. 13. Cum dicitur, quòd congregauerunt Philisthini 30. millia curruum contra Israel. Currus autem habebat quatuor equos, vt dicitur, & dato; quòd haberet duos magna erat copia equorum. Diligebant igitur Israelitȩ asinas, quia nulla alia iumēta habebant, vel rarissima: boues autem non erant iumenta, quamquam adiuuēt, sed sunt pecora. *Qui cum transissent per montem Ephraim.* Idest Saul, & puer eius transierunt per montem Ephraim quȩrentes asinas. est autem mons Ephraim ipsa terra Ephraim, quȩ est montuosa, & communiter vocatur sors illa mons Ephraim, vt patet Iosue c. 17. & 20. Principaliter autem
B vocatur mons Ephraim quȩdam pars nimis montuosa in sorte Ephraim, per quā transierunt Saul, & puer eius: habitabat enim pater Saul in terra Beniamin: nā ipse erat vir de tribu Beniamin, vt patet s. Saul autem cum quȩsiuisset asinas per terram patris sui. s. in sorte Beniamin introiuit ad quȩrēdū eas in sortē Ephraim: sunt autē istȩ terrȩ cōiunctȩ. s. Beniamin, & Ephraim, vt colligitur Iosue c. 18. & ibi declaratum est: terra aūt Beniamin habet valde modicum de latitudine, vt ait Iosephus 5. Antiquitatum: ideo cum paulisper declinaret Saul ab vrbe sua introiret in terram Ephraim, ꝑ quam asinas quȩsiuit, quia poterant illuc declinasse propter vicinitatem regionis. *Et per terram Salisa.* Ista est quȩdam pars terrȩ in sorte Ephraim, quam perambulauerunt postquam transierūt montem Ephraim,
C nam non accipitur hic mons Ephraim pro tota terra Ephraim, sed pro quadam parte, ideo potest distingui contra alias partes sortis Ephraim. *Et non inuenissent transierunt etiam per terram Salim.* Idest non inuenerunt in monte Ephraim, & terra Salisa, & licet iam satis declinarent a terra sua, tamen quia exiuerant ad quȩrendum nolebant redire vacui, ideo venerunt in terram Salim. Ista secundum aliquos est quȩdā ciuitas in terra Ephraim apud vrbem Sichen, & pertinet ad prouinciam Sichen, in qua habitauit Iacob, quando venit de Mesopotamia, vt patet Gene. c. 33. s. Transiuitque in Salem vrbem Sichimorum, quȩ est in terra Chanaā. Aliqui autem, & fortè melius volunt, ꝙ Salim sit quidam locus apud Iordanem, nā dicitur de beato Ioanne, ꝙ baptizabat omnes ad se venientes in Iordane,
D Ioannis c. 1. & tamē Ioannes erat baptizans in Salim, vt patet Ioan. c. 3. s. Erat autem Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salim. Ad istam autem terram accessit Saul cum puero suo. *Et non inuenerunt.* Scilicet quia nō declinauerant asinȩ ad terram illam, sed prope ab vrbe Saulis, & dum Saul quȩreret eas, pater suus inuenit illas in terra sua, vnde quādo venit Saul ad Samuelem, dixit Samuel, ꝙ iam inuentȩ erāt asinȩ, vt patet ĵ. *Sed, & per terram Iemini.* Idest Saul, & puer suus inquisiuerūt asinas per terram Iemini, est aūt ista terra qđā pars terrȩ Beniamin, iuerūt. n. Saul, & puer eius de terra sua, quȩ erat in sorte Beniamin ad terram Ephraim quia terra Ephraim, & Beniamin sunt coniūctȩ: cum
E ambulauissent per terram Ephraim, rursus ingrediebantur in terram Beniamin, & iterum redibant ad terram Ephraim, sic enim factum est hic. Nam primo ambulauerunt isti per terram Beniamin, in qua erat habitatio Saul, deinde transierunt in terram Ephraim cum dicatur supra, quòd transierunt per montem Ephraim. Iterum autem redierunt in terram Beniamin, cum dicitur hic, quòd transierunt per terram Iemini, rursus autem venerunt in terram Ephraim, nam venerunt ad ciuitatem, in qua erat Samuel, & illa erat in tribu Ephraim, scilicet Ramatha, vt patet supra capi. 1. hoc autem fiebat propter propinquitatem istarum terrarum, & in ambulando hic modicū morati sunt, s. tribus diebus, sic. n. dixit eis Samuel, vt patet

patet infra, scilicet, & de asinis, quas perdidisti nu-
diustertius, ne solicitus sis. Erat autẽ terra ista Iemini
quędam portio in sorte Beniamin, quę sic denomina-
ta fuerat, quia Iemini fuit vir excellens, & famosus, iõ
denominata est ab ipso terra: de genere autem huius
erat Saul, vt patet supra, etiam infra dicitur, nunquid
non filius Iemini ego sum. *Cum autem venissent in terram
Suph.* Ista terra est in sorte Ephraim: nunc enim cum
ambulauissent aliquantulum Saul, & puer eius per
terram Beniamin reuersi sunt ad terram Ephraim,
eo quòd erant istę terrę cõiunctę. quòd autem terra
Suph esset in terra Ephraim patet, quia dicitur hic, ꝙ
in terra illa erat ciuitas, in qua erat vir Dei Samuel, &
tamen ciuitas illa erat Ramatha, quia ibi habitabat
semper Samuel, vt patet supra c.7. & Ramatha erat in
sorte Ephraim, vt patet supra c.1. scilicet: Fuit vir vnus
de Ramathaim Sophim de monte Ephraim, ergo
Ramatha erat in monte Ephraim, de qua erat pater
Samuelis Elcana: patet etiam hoc, quia ista terra Suph
erat aliqualiter magna cõtinens in se vrbes, & ibi erat
vna Ramatha, ideo supra c.1. dicitur, ꝙ erat vir vnus
de Ramathaim Sophim, idest de Ramatha, quę erat
in terra Suph: nec differunt Suph, & Sophim, quoniã
litera hebraica in extremitatibus dictionum interdũ
addit, & interdũ minuit: sic patet, quia dicitur supra
c.1. quòd Elcana pater Samuelis erat de Ramathaim,
& tamen infra in eodem c. & supra 2. dicitur, quòd
erat de vrbe Ramatha: sic variatur Suph, & Sophim,
scilicet quòd aliquando vocatur terra Suph, & aliquã-
do terra Sophim, sed eadem est: fuit autem ista terra
nominata a quodã de proauis Samuelis, qui vocatus
est Suph: sic patet supra c.1. vbi in progenie Elcanę
ponitur Suph: fuit autem iste vir famosus, & denomi-
nata fuit ab eo terra, in qua morabatur: nam Samuel,
& tota progenies eius morabantur in terra illa, cũ di-
catur de patre Samuelis, supra c.1. & 2. quòd morabãt
in terra Ramatha in vrbe ipsa: Samuel quoque in ea-
dem vrbe habitauit supra c.7. & ibi sepultus est infra
25. c. tota etiam cognatio eius ab antiquo habitauit
ibi, & quia Suph fuit de ꝓauis Samuelis, vt patet. s. c.
1. moratus est in terra ipsa, & sic Ramatha, & terra cõ-
iũcta vocata est terra Suph, quia iste erat vir famosus,
sic etiam in terra Beniamin a viro, qui appellabatur Ie-
mini vocata fuit quędam terra Iemini, vt patet supra
in litera, quia ille erat vir famosus, & ꝑꝑ excellentiam
istorũ, & claritatem nominis in descriptione linearũ
progeniei ipsi ponuntur vltimi: quamquam ipsi non
sint capita tribuum neque familiarũ, vt patet de Suph
in progenie Samuelis, & de viro Iemini in progenie
Saulis supra in litera. *Et non inuenissent.* Idest non inue-
nerunt asinas in terra Suph, quia non erant ibi, sed iã
inuentę fuerãt in terra Beniamin. *Dixit Saul ad puerum
suum, qui erat cum eo.* Iste est puer, quem tulit secum
Saul iubente patre, scilicet tolle tecum vnum de pue-
ris, vt patet supra. *Veni, & reuertamur.* Scilicet non in-
quiramus vlterius asinas, sed redeamus in domũ pa-
tris mei. *Ne forte dimiserit pater meus asinas.* Idest ne for-
te iam non curet de eis: non potest enim accipi di-
mittere, i. abijcere, quia putabat Saul, ꝙ non habebat
illas, sed dimittere, scilicet a corde non curando de eis.
Et solicitus sit pro nobis. Idest forte iam magis tribulabit
pater meus pro absentia nostra, quam pro perditione
asinarum: sciebat enim Saul se a patre tenerrimè dili-
gi, ideo cum fuisset absens per aliquot dies putaret pr̃,
quòd aliquid sinistrum ei accidisset: essetque pro eo
nimis solicitus quousque reuerteretur: voluit ergo
cessare ab inquisitione asinarum, ne per longam ab-
sentiam patrem affligeret aduersa suspicãtẽ. *Qui ait ei.*
Idest puer locutus est ad Saulem: ista locutio de eun-
do in vrbem, in qua erat Samuel fuit a Deo inspirata

F puero. s. quia ipse mouit puerum Saulis ad hoc, quòd
loqueretur ista: nã volebat Deus, ꝙ Samuel cogno-
sceret Saulem, & hoc modo eum cognoscendum tra-
debat: potissime quia pręcedenti die Deus apparue-
rat Samueli dicens hac ipsa hora, quę nũc est cras mit-
tam ad te virum de terra Beniamin, & vnges eum re-
gem super populum meum: oportebat ergo, ꝙ ad cõ-
pletionem prophetię Deus mitteret Saulem in vrbẽ
Ramatha ad Samuelem, & sic inspirauit puero, vt lo-
queretur hoc, nam Saul non intendebat illuc ire, cũ
dixisset veni, & reuertamur. *Ecce vir Dei est in ciuitate
hac.* Iste vir Dei erat Samuel, vt patet infra & vocabatur
vir Dei, quia Deus loquebatur ad ipsum, vel quia ipse
G aliquid ex parte Dei denũciabat: sic etiam patet. s. c.2.
de illo Propheta, qui Heli sacerdoti domus suę extre-
mam significauit calamitatem, & dicitur venit autẽ
vir Dei ad Heli, sic etiam Helisęus, qui erat Propheta
vocabatur vir Dei. ĩ. 4. lib. c.4. & Angelus ille, qui ve-
nit ad matrem Samsonis vocatus est vir Dei, dixit. n.
ipsa, venit ad me vir Dei habens vultum Angelicum.
Dixit autem puer Saulis est in ciuitate hac. s. in Ra-
matha, quę erat vrbs Samuelis, in qua semper habita-
bat supra c.7. & in hac manebat pauloante hoc, cum
venerunt ad eum seniores Israel petentes regem, vt
patet pręcedenti c. & dixit in ciuitate hac, quia Saul, &
puer eius erant tunc apud vrbem videntes vrbẽ prope
se, quod patet, quia ipsi erant in terra Suph, quę erat q̃-
H dam parua terra, & in hac erat vrbs Ramatha, in qua
habitabat Samuel, vt supra declaratum est, ergo exi-
stẽtes in terra illa essent satis ꝓpinqui vrbi Ramatha.
Vir nobilis. Vocatur nobilis. i. famosus, sicut ignobiles
vocantur incogniti, vel abiecti: erat autem Samuel vir
valde famosus propter prophetiam, quia multa mira-
bilia ex parte Dei pręnunciabat, & omnia eueniebãt,
vt patet hic. s. omne, quod loquitur absque ambigui-
tate venit, & ob hoc erat cognitus in toto Israel, vt pa-
tet. s. c.3. s. & cognouit vniuersus Israel a Dan vsque
Bersabee, ꝙ fidelis Samuel Propheta esset dñi. Vel
vocatur vir nobilis. i. bonus, & honoratus, nam in toto
Israel non erat aliquis tam honorabilis, ipse, enim re-
gebat Israel, & ad eũ venerũt senes Israel petẽtes regẽ.
I *Omne, quod loquitur absque ambiguitate venit.* In hoc signi-
ficatur certitudo prophetię, illa enim, quę prędicunt
a veris Prophetis inmutabiliter eueniunt, eo ꝙ a Deo
illa pręnunciantur, qui autẽ fingunt se Prophetas cũ
tamen nõ a Deo, sed a dęmonibus ista audiunt, sępissi-
mè inueniuntur mendaces, sic quoque illi, qui conant
per aliquam aliam naturalem artem dicere abscondi-
ta, nam, q̃q̃ isti interdum verum dicant, sępius tamen
falluntur potissime circa particularia, qui aũt a Deo
audit prophetiam, mentiri non potest, quia Deus ve-
ritas inmutabilis est.

Quæ prophetæ enunciant an semper eueniant, & de differentia certitudinis in Prophetis, & Astrologis. Quæst. VII.

K SED arguetur, quia Prophetę interdum enũciãt
aliqua, quę non eueniunt, eo quòd Deus non
loquitur illa secundum certam prouidentiam,
sed ſm statum eorum ad quos prophetia fit, sic
patet Iere. c.18. vbi dicit Deus, ꝙ subito loquẽt de ali-
quo regno, vel gente, ꝙ eradicabit illam, & destruet,
& subito facta parua mutatione, dicet ꝙ illam plan-
tabit, & stare faciet: sic igitur Samuel interdum aliqua
talia prophetaret, postea non euenirent, & sic nõ ve-
niret omne, ꝙ loquitur. Dixit tamen hic puer Saulis,
ꝙ omne, ꝙ loquitur absq; ambiguitate venit. Aliquis
respõdebit, quòd omne, quòd loquebatur Samuel ve-
niebat. s. plurima eorũ, quę loquebatur, nã sic in scri-
ptura accipiuntur cõiter propositiones vniuersales
non

non, quòd pure vniuersaliter significet, sed pro multis. Istud tamen non stat, quia tunc esset sensus, quòd Samuel, vt in plurimum verum dicebat, & tamen interdum fallebatur: sed hoc nimis absurdum est: istud enim sufficiebat ad hoc, quòd appareret Samuelem non esse prophetam domini, quia ad esse prophetam domini non solum requiritur interdum verum dicere, sed etiam nunquam mentiri: alioquin enim prophetæ Dei nihil amplius haberent a maleficis, qui arte dęmonum multa vera dicunt, sed interdum errãt, propheta autem Dei habet se circa veritatem inquirendam in comparatione ad maleficos, vel astrologos, sicut se habet scientia demonstratiua ad opinionem: scientia enim demonstratiua non solum verum dicit in plurimis, sed etiam impossibile est eam in aliquo errare: opinio autem licet multoties verum dicat, errare potest, & interdum errat: ita autem Propheta Dei, nam sicut scientia demonstratiua procedit ex principijs necessarijs, & quæ sunt simpliciter principia, & ob hoc impossibile est eam errare, ita propheta Dei cognoscit veritatem per altissimam causam, & principium immutabile, scilicet, per lumen propheticum diuinitus infusum: malefici autem, & astrologi iudiciarij procedunt ex quibusdã principijs permutabilibus, ideo sciẽtia eorum est vertibilis in contrarium.

De Samuele autem quantum ad prophetiam, quæ non est per firmam Dei prouidentiam, sed secũdum statum rerum, & non semper euenit.

Dicendum, quòd ipse non consueuerat prophetare in similibus, quia Deus non miserat eum ad aliquem populum, vel gentem, vt aliqua illi per promissionem, aut comminationem prophetaret, sed ꝓphetabat in dubijs, quæ inquirebantur ab ipso, & ista potissime erant circa res præteritas, sicut nunc Saul, & puer eius inquirebant, in talibus autem nunquam est prophetia, nisi secundum firmam veritatem, ideo impossibile est aliquid mutari: prophetia autem, quę est secundum comminationem, vel promissionem in qua contingit fieri mutationem propter mutationem status illorum, quibus aliquid prædicitur, nunquam est de præteritis, sed semper de futuris, ergo Samuel, nunquam posset errare circa istas inquisitiones.

Alio modo potest responderi, quòd Samuel interdum prædicebat aliqua quæ erant secundum comminationem, vel promissionem: & tamen nunquam fallebatur, eo quòd prędicebat illa cum conditione, vel si non prædiceret cum conditione antequam illa mutarentur, prædicebat mutationem illorum propter mutationem status ipsorum, ad quos hęc dicta sunt, & sic nunquam fallebatur: sed adhuc prima responsio est melior.

Nunc ergo eamus illuc. Scilicet ad virum Dei in ciuitatem Ramatha, quæ erat apud ipsos. *Si forte indicet nobis de via nostra, propter quam venimus*. i. si velit indicare nobis de eo, quod inquirimus: via enim propter quã aliquis venit non est iter, per quod ambulat: sed id, ꝓp quod ambulat, istud autem erat quantum ad asinas, quia eas inquirebant, ideo volebant, quòd propheta eis indicaret de asinabus. Ponitur autem hic (si fortè) quod significat dubium, in quo non importatur dubium, quantum ad id quod propheta diceret, scilicet, an id, qđ diceret esset verũ, vel an propheta posset scire, quod ipsi inquirebant: non enim dubitabant, ꝙ si diceret illud esse verum: nam ipsi supra dixerãt, quòd omne quod dicebat vir ille absq; ambiguitate veniebat, vt patet s. etiam non dubitabant, an posset denunciare eis hoc, quoniam maiora horũ ipse prędicebat: ideo posset hoc prędicere, sed dubitabant, an forte

A vellet hoc dicere, nam existimare poterant, quòd ille vir dedignaretur eis loqui, eo quòd ipsi erant viri abiecti, & non habentes quid offerrent viro, vt patet infra. *Dixit Saul ad puerum suum*. Vidit enim Saul, quòd recte loquebatur puer, nam in hoc noluit ei aduersari, sed inquisiuit quomodo possent honeste apparere corã illo, cum non haberent quid illi offerrent. *Ecce ibimus quid feremus ad virum Dei*. Idest, si vadimus ad illum, qđ poterimus dare illi, quasi dicat, nihil habemus, quod dare possimus, & probat hoc immediate per ea, quæ sequuntur, scilicet, quia nihil habebãt de cibis, nec de pecunijs.

Panis deficit in cistarcijs nostris. Idest, non habemus panem in vasis nostris. In Hebręo habetur hic nomen B generale, scilicet in vasis: posuit autem Hieronymus cistarcijs: dicitur enim cistarcium de cista, quæ est quoddam vas de vimine complexum ad reponendũ panem, & ab aliquibus calathus vocatur. Erat autem istud instrumentum, in quo portabant panem Saul, & puer eius: quilibet enim illorum detulerat secum vnum, in quo vię necessaria duxerant, nunc autem de pane nihil superfuerat, vt dare possent aliquid Samueli: existimabat enim Saul, quòd etiã si haberent duos panes, vel aliquid paruum, quod offerrent Samueli sufficiebat, nam siue hoc daretur in mercedem diuinationis prophetice, siue daretur, tanquam xenium, sicut solet portari viris magnis ab eis, qui apparent coram ipsis, putabant quodcunque satis esse, apud antiquos enim valde parua xenia dabãtur etiam magnis C viris. Quod patet, quia Samuel erat vir famosissimus, & honorabilis in toto Israel: tamen Saul, & puer eius voluerunt ei offerre in xenium vnum, vel duos panes aut quartam partem stateris.

Cistartiũ quid.

Aliquis forte ascribet hoc simplicitati horũ, quia nesciebant quid decens esset offerri magno viro: tamen alij viri prudentes maiora munera offerebant. Hoc tñ nõ stat, quoniam pater Dauid, qui vir honorabilis valde, & diues erat in tribu sua, cum vellet mittere solenne munus regi Sauli recepturo filium eius Dauid in armigerum suum, misit ei asinum panibus onustum, & lagenam vini, & vnum hędum de capris, vt patet infra decimosexto cap. Istud tamen mittebaD tur ad regem, tanquam aliquid valde magnum, ergo munera illius temporis aliquid valde paruum erant.

Parua munera olim dabantur.

Et sportulam non habemus. In Hebręo dicitur non habemus xenium, vel munus, & pertinet hoc ad pecuniam, scilicet nõ habemus aliquam pecuniam, quam ei offeramus, illud idem significat sportula, nam sportulę secundum iura antiqua dicebantur esse illa munera, quæ dabantur iudici a litigatoribus, vt iudicaret: sic colligitur extra de vita, & honestate clericorũ, cap. cum ab omni. Tractum fuit autem istud nomen sportularum a quodam vase de herbis contexto, vel de viminibus, in quo fructus ferunt, vel aliquid aliud, & quia in talibus munera antiquitus ferri solebant, inoleuit, vt ipsa quoque munera etiam si pecunię sint sportulę appellentur. Dicebat autem hic Saul, quòd E non habebant sportulam, idest pecunias. *Neque quicquam aliud*. Idest nihil habemus, quod honestè offerri possit, ideo non possumus coram eo decenter apparere.

Sportulæ quid appellantur in iure.

Rursumque puer respondit Sauli. Vidit enim puer, ꝙ loquebatur rationabiliter Saul: ideo inquisiuit, an aliquid haberent, & sequitur quomodo inuenit quãdam partem pecuniæ.

Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti. Puer enim immediate, vt Saul locutus est posuit manum ad bursam, an aliquid inueniret, & inuenit quartam partem stateris, quę erat moneta argentea: stater enim idẽ est siclus: est enim siclus moneta visitata in-

Stater qd.

ter Iudæos, & est argentea: continet autem viginti obolos. Exodi capitulo trigesimo. & Numeri tertio, & decimo octauo capit. omnis autem appreciatio inter Iudęos maxime ad res Sanctuarij, scilicet in his, quæ vouebantur, vel offerebantur, fiebat per siclum: vt patet Leuitici capitulo vltimo, scilicet omnis æstimatio siclo Sanctuarij ponderabitur: erat autem quarta pars stateris, vel sicli moneta parua argentea valēs quinque obolos: nam siclus viginti obolos valebat: erat autem ista moneta parui valoris: forte enim non valebat decem albas: quod patet, quia in terra Hebręorum vnus aries valebat rationabiliter duos siclos, scilicet, qui non esset de melioribus, sed de mediocribus: sic patet Leuitici capitulo quinto. vbi dicitur, quòd pro peccato daretur aries, qui emi potest duobus siclis: sed vna quarta sicli est octaua pars duorum siclorum: ergo non valerent duo sicli quadraginta morapetinos, cum daretur vnus aries mediocris pro duobus siclis, & hoc erat in terra illa, quæ fertilis erat in gregibus: paruum ergo munus dare volebant isti prophetæ: sed in hoc sequebantur consuetudinem illius temporis, quę erat in paruis muneribus, vt dictum est.

Sicli valor

Et demus eam homini Dei. Idest Samueli prophetæ, qui vocabatur homo Dei, vt dictum est.

Vt indicet nobis viam nostram. Idest, det nobis iudicium de eo, quod inquirimus, scilicet, vbi sunt asinę, quas petimus: putabant enim isti, quòd Samuel reciperet munera, vel mercedem pro prophetia, sed errabant, quia nihil suscipiebat, gratis omnia faciens. Vel forte dicetur, quòd isti non dabant hoc pro mercede, scilicet, quasi Samuel suscepturus esset aliquid pro diuinatione, & alias non esset dicturus, sed offerebant ei hoc gratis, quia putabant esse inhonestum apparere coram facie illius nihil tribuentes.

An licitum esset prophetis pro mercede prophetare: Et Apostolis prædicare, & curare morbos precio.

Quæst. VIII.

QVAERET aliquis, an licitum esset prophetare pro mercede.

Aliquis dicet, quòd sic, nam aduocatis, licet vendere iustum patrocinium, nec solum secundum quantitatem laboris, quem habent in studendo recipiunt: sed magis secundum magnitudinem patrocinii, etiam si ipsi in hoc parum laborent. propheta autem est huiusmodi, quia pertinet ad opus intellectus, sicut causidicare: ergo poterit licite recipere pro diuinatione, sicut causidicus pro patrocinio.

De aduocatis.

Item docere est actus intellectus, sed magistri licitè accipiunt pecunias pro doctrina, ergo prophetę licitè accipiunt pro diuinatione, acciperent autem illicitè magistri si forte promittētes se aliqua magna docturos illa docere nequeant, nec ipsi intelligant, quia tunc cum pecunias receperint pro illis iniuste agunt, & hos increpat Aristoteles Ethicorum, nono capitu. vocans eos sophistas: si tamen doceant, quæ promittunt, iuste pecuniam recipiunt. Sic enim introducit ibi de Protagora exigente, & recipiente pecuniam a discipulis: ita igitur si propheta sit verus, & possit declarare veritatem rei de qua inquiritur, licite recipere poterit pecuniam, si autem fingens se prænunciare nequeat, vel falsum dicat, illicitè agit recipiendo pecuniam.

De magistris.

Item Samuel erat propheta Dei, & vir bonus, & isti volebant ei dare pecuniam pro diuinatione, sed non vellent dare, nisi scirent, quòd ab alijs aliquid

F recipiebat, ergo Samuel recipiebat aliquid, sed ipse non ageret hoc, si esset illicitum, ergo licitum erat prophetę accipere aliquid pro diuinatione.

In contrarium videtur, quòd non liceat, quoniam id quod Deus reprehendit est illicitum, sed Deus redarguit nimis prophetas diuinantes pro precio. Nam per Ieremiam ait in magnum vituperium: Prophetæ eorum pro precio diuinabant: ergo valde erat illicitum velle accipere precium pro diuinatione.

Non vend. spirit.

Item actus Apostolorum, & prophetarum pertinebat ad idem, quoniam sicut prophetæ pręnunciabant ea, quæ a Deo audiebant, ita Apostoli prędicabant Euangelium, quod a Christo Deo susceperant: sic patet Ioann. decimoquinto capitulo. scilicet. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui

G a patre meo, nota feci vobis: ipse tamen iussit eis, quod sine precio prædicarent, vt patet Matthæi, decimo capitulo. scilicet, euntes prædicate dicentes, quia appropinquabit regnum cœlorum, infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmonia eijcite, & sequitur: Gratis accepistis, gratis date, idest non accipietis precium pro illo: ideo nec prophetis licebit accipere precium: ideo minus liceret prophetis quam Apostolis, quia magis laborabant Apostoli prædicando quam prophetę pręnunciando.

Item ea, quæ dantur a Deo pure gratuite alicui homini, debent dispensari alijs sine precio: sic patet Matthęi capitulo decimo. scilicet. Gratis accepistis gratis date, ideo pro eo quod purè ex gratia accepistis, nul-

H lum precium exigere debetis: sic enim erat de potestate sanandi infirmos, & eijciendi dęmonia, & de scientia verbi Dei, quia ista susceperant Apostoli sine aliquo labore per solam gratuitam collationem spiritus Sancti, ergo debebant dispensare gratis. In prophetis autem idem modus est, quoniam nullo modo prophetia est per ingenium, aut inquisitionem humanam, sed per solam Dei reuelationem, sic patet, secunda Petri, capitu. 2. scilicet, hoc primum intelligentes, quòd omnis prophetię scriptura propria interpretatione non fit: non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu Sancto inspirati locuti sancti Dei homines. Item recipere aliquid pro diuinatione prophetica est simoniacum, sed

I simonia est graue peccatum, ergo accipere mercedem pro diuinatione grauissimum est. Antecedens patet, quoniam simonia est, quando recipitur aliquid temporale pro spirituali, & maxime quando petitur, & exigitur: sed prophetia est aliquid spirituale purè, quia a solo Deo est: ergo non licebit pro illa quicquam accipere.

Simonia quid.

Item si accipere aliquid pro prophetia, licuisset, non fuisset Giezi percussus lepra: fuit tamen percussus: venerat enim Naaman Syrus ad Elisęum, vt sanaretur a lepra, qui propheticè dixit: vade lauare cumpties in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, quę non que esset mundatus obtulit munera Elisæo, quę non accepit: Giezi autem iuit post Naaman non vidente

K Elisæo, & accepit munera, dicens, quòd peteret Elisęus, cui dixit Elisęus lepra Naaman adhęrebit tibi, & semini tuo in sempiternum, & confestim egressus est leprosus, infra quarti libri, capitulo quinto. ergo illicitum erat pro diuinatione accipere pecuniam.

Item si liceret prophetę vendere donum propheticum, scilicet, accipiendo aliquid pro eo, quod propheticè pręnunciat, liceret alicui emere illud, quia nihil est, quòd liceat vendi, quòd emi non possit: nam isti duo contractus sunt vnus contractus realiter licet formaliter sint duo: non licet tamen alicui emere id quod est spirituale, scilicet id quod cognoscitur

prophe-

prophetice: ergo non licebit alicui vendere illud, quòd autem nulli liceat emere, hoc patet Actuum. capit. octauo. Cum Simon magus obtulit pecuniam Apostolis, vt darent ei potestatem spiritualem, cui Petrus ait: pecunia tua tecum sit in perditione, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri: non est enim tibi pars, nec sors in sermone isto. non licet ergo prophetę petere pecuniam pro diuinatione, nec accipere si pro diuinatione offeratur.

Rñsio ad q̃onem.

Respondendum ad quæstionem, quòd isti Prophetæ, qui aliquid recipere volunt, aut sunt prophetæ Dei, aut dęmonum: non est autem existimandum, quòd aliquis propriè sit Propheta dæmonum etiam si dæmonia colat, sed vocantur large Prophetæ dæmonum illi, qui a Deo reuelationem nullam recipiunt, sed a dæmonibus instruuntur: vocant tamen se prophetas, & scriptura eos sic vocat, sicut patet de quatuor centum prophetis Baal infra 3. libro, capitulo octauo. etiam eodem libro, capitulo vigesimo secundo. dicitur, quomodo vocati sunt Prophetæ Baal: & postea vocatus est Propheta Dei Michęas: sic etiam dicitur infra quarto libro, capit. tertio. cum dixit Elisæus ad regem Ioram vade ad Prophetas patris tui, & matris tuæ, idest ad prophetas Baal, qui erant prophetæ inter decem tribus Israel.

Si autem de his prophetis dæmonum loquamur. Dicendum, quòd isti non peccant, quia vendunt diuinationem, sed quia consulunt dæmones, & quia dicunt se Prophetas Dei, cum non sint: vendere tamen diuinationem in eis peccatum nullum est, nam non vendunt aliquod donum Dei spirituale, sed ea, quæ a dęmonibus didicerunt: hoc autem non est aliquid non vendibile.

Si autem accipiamus de prophetis Dei, scilicet, qui a Deo reuelationem recipiunt, siue illi boni sint, siue mali, non licet eis quicquam exigere pro diuinatione, quia tunc directe venditur id, quod est pure spirituale, quia ille, qui dat aliquid pro diuinatione, vult scire hoc, quod Deus declarat, & pro illo dat pecuniam, sed illud est pure spirituale, & gratuitum, ergo pro illo non licet dari, nec exigi.

Q̃ res licite vendi & emi possunt.

Pro quo considerandum est, quòd illę res licite vendi, vel emi possunt, quarum vsus pecunia est ponderabilis: sicut vsus panis, & vini, domus & equi, & sic de cæteris corporalibus: ideo omnia ista sunt purè venalia: illa autem quorum vsus, vel substantia nullo modo pecunia appreciabilis est, nec est aliquid in rebus humanis cadens sub commutatione, quod illis ęquiparari possit, non sunt venales.

Cur scientia vendi nequit.

Sic etiam est de habitibus intellectus: sciētia enim quę est habitus intellectus perficit illum, & non est aliquid in rebus humanis, quod scientiæ ęquiparari possit, quoniam cum scientia sit perfectio intellectus, & intellectus sit excellentissima particula esse humani, iuxta Aristotel. decimo Ethicorum. & nulla alia res possit perficere ipsum intellectum nisi sciētia, omnes aliæ simul sumptæ non possunt ei æquiparari, nec poterit iuste vendi datis omnibus illis pro ipsa: ideo quandocunque aliquis est sapiens, non potest vendere scientiam: sed si ab eo, qui docetur, pecuniam recipit, hoc non est, quia scientia transfertur in illum, sed quia iste in docendo laborat: vnde propter hoc fit, quòd siquis multos docet, & aliqui eorum nimis proficiant, alij autem quasi nihil, non magis ab his quàm ab illis exigat, dum tamen cum illis ęqualiter laborauerit, & sic non venditur ibi scire, sed labor, qui pręcedit ad scire.

In causidicis autem idem est, quoniam ipsi vendunt iustum patrocinium, eo quòd adiuuando clientulos pro defensione iuris eorum studendo laborant: vnde non recipiunt pecuniam propter hoc, quòd ea, quæ intelligunt dicunt, sed quia illa non possunt dicere, nisi laborent: fit autem interdum, vt aliqui aduocati nimis periti paruo cum labore arduas valde causas defendant: alij autem nimis laborantes in paruis patrocinari sufficienter nequeunt: non tamen isti, qui amplius laborant debent abundantiorem mercedem recipere, sed illi, qui in maioribus patrocinantur causis, quia quamquam isti, qui imperiti sunt nunc acrius laborent, illi tamen, qui peritiores sunt ante hoc patrocinium, vt periti efficerentur, durius laborauerint, & quia isti inquirentes viuendi modum voluerunt defendendi causas negocium suscipere, in quo vt periti essent magnam ętatis partem graui cum labore transigerunt, etiam si cum defendunt causas parum, aut nihil laborent, iuste possunt pro patrocinio magnam suscipere mercedem, quia quod nunc laboris non impendunt, ante hoc grauius expenderunt. Apparet igitur, quòd actus intelligendi & habitus, & generaliter omnia, quę ad animam pertinent secundum se iuste vendi non possunt, nisi quatenus ad laborem pertinent, & tunc non ipsa, sed labor venditur.

An liceat aduocatis aduocare pro ptio. Et an qui magis laborat magis teneat recipere.

Ex quo sequitur, quòd si sit aliqua scientia, aut intelligere, quæ nullo cum labore addiscantur, & postea sine labore ministrentur, non licet exigi mercedem, nec recipi pro talibus: quod patet, quia pro his quæ ad intellectum pertinent secundum se merces nulla est, sed pro labore: & tamen hic, tam in administrando quam in acquirendo ex hypotesi labor nullus est, ergo nullo modo venalia sunt. Sic autem est in prophetia: nam intellectio prophetica non est propter ingenium humanum, aut laborem, sed ex diuina inspiratione, secunda Petri capitulo secundo. in ministrando etiam labor nullus est, scilicet, dicendo dominus dixit hoc, vel hoc: ergo Propheta nullam mercedem exigere, aut recipere potest oblatam: quia tunc nihil est ibi, quod venderet, nisi ipsam prophetiam, quę est aliquid intellectuale, & quod amplius est ipsa est donum Dei: si autem esset aliquid pertinens ad intellectum, quòd in acquirendo nullum haberet laborem, in ministrando tamen haberet aliquem laborem, vel occupationem, posset pro hoc aliqua exigi merces; valde parua tamen, & minor, quàm ab alijs communiter exigebatur: verbi gratia, si Deus alicui homini nihil vnquam laboranti infudisset scientiam ciuilem abundantissime, ita quòd sine aliquo labore ipse posset quascunque causas agere: iste in acquirendo nihil laborauit: & tamen si postea patrocinium exhiberet, poterat aliquid exigere, quia licet acquirendo istam scientiam nihil laborauit, tamen agendo causas laborat, & implicat se negocijs pro hoc labore, qui est in administrando scientiam istam, poterit iste exigere pecuniam, & quia iste valde minus laborat quam alij causidici, qui in acquirendo scientiam nimis laborauerant, & postea in aduocando labore non carent, valde nimis exigere debent quam alij: quòd si in ęquali causa patrocinij ęqualiter exigere vellet, vel quasi ęqualiter nimis peccaret, quia iam aliquid venderet vltra laborem.

Si autem aliquid fit, quòd totaliter, tam in acquisitione, quam in administratione laborem nullum habeat, nihil omnino exigi, aut recipi potest pro illo, & de hoc verissime intelligitur, quod habetur Matthę.

Quō intelligitur gratis accepistis gratis date.

cap. 10. f. Gratis accepistis gratis date, idest id quod pure ex gratia sine aliquo labore vestro, & merito suscepistis, gratis date, scilicet, nihil omnino pro illo recipientes. Quòd autem intelligatur de his apparet ex verbis Christi ibidem, scilicet infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmonia eijcite. In acquirendo autem potestatem istam Apostoli nihil laborauerunt, quia dicitur præallegat. cap. & conuocatis 12. discipulis suis dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. In ministrando quoque labor nullus erat, quoniam non faciebant aliquas cæremonias, sed solum loquebantur imperantes infirmitatibus, vt patet Actuum cap. 9. de Petro qui ad quendam Paraliticum iacentem ab octo annis in grabato ait: Aenea sanet te dominus Iesus Christus surge, & sterne tibi, & continuo surrexit. Etiam quædam mulier mortua est Thabitha nomine, & Petrus dixit Thabitha surge, & immediate aperuit oculos. eodem capitu. Et non solum loquentibus Apostolis fiebant miracula, sed interdum eis nihil loquentibus, nec facientibus propter eos miracula fiebāt, vnde in principio Ecclesiæ primitiuæ cum beatus Petrus esset Ierosolymis ponebantur languentes in plateis super lectos, vt transeunte Petro vmbra eius obumbraret aliquem eorum, & sanaretur, & sic fiebat, vt patet Actuum capitu. quinto. pro his igitur discipuli nihil accipere poterant: quia purè sine labore eorum erant, nec recipere volebant siquis offerret. Et sic quando Simon magus obtulit pecuniam pro simili potestate, ait Petrus: Pecunia tua tecum sit in perditionem: Actuum cap. 8. Diuinatio ergo prophetica, quæ purè ex Dei gratia est, & cum nullo labore, vendi non potest.

Propheta etsi vellet nō potest vendere ꝓphetiam.

Sed adhuc considerandum est, ꝙ propheta etiam si velit non potest vendere prophetiam: nam prophetia, vt declaratum est latius Numeri cap. duodecimo, & vigesimosecundo. non est tanquam habitus scientificus, qui postquam alicui inest, semper manet in intellectu eius, & potest cum voluerit operari per illū: sed est quoddam lumen infusum ad tempus per modum actus raptim transeuntis, & cum propheta habet illud lumen eleuatur ad intelligēdum aliqua, quæ nullo modo alias intelligere posset. Cum autem transierit illud lumen, nihil magis, quam alij homines prophetæ intelligunt, sed solum habent, quòd recordentur eorum, quæ prius viderunt, vel intellexerunt etiam, si tunc non maneat spiritus Propheticus: alioquin prophetæ non possent denunciare populis, idest scribere ea, quæ eis reuelata sunt: non est ergo in potestate Prophetæ diuinare cum voluerit, sicut est in potestate habentis habitum scientificum intelligere per illum, quando voluerit, nisi organa phantastica sint indisposita. Non poterāt igitur vendere diuinationē, quia etiam si ipsi conuenirent cum aliquo, quòd diuinarent de re quam ille volebat, forte postea Deus nō declararet eis aliquid eleuando intellectum eorum: & tamen quia Deus multa tolerat per patientiā quandiu hic viuitur, etiam sciens, quòd aliquis propheta iniquus vult vendere diuinationem, ipse ei reuelat aliqua propheticè: sic patet de Balaam qui erat iniquus, & tamen Deus apparebat ei, & cum ipse desiderauerit ire in terram Moab ad regem, vt acciperet pecuniam multam pro maledictione Hebræorum, sicut ipse pollicitus erat, adhuc in ipsa terra Moab ei Deus apparebat reuelans multa, sicut apparet Numeri vigesimosecundo ca. & vsque ad vigesimumquintum. & tunc dicendum est de his prophetis, quòd si sunt prophetæ Dei, siue sint mali, vt Balaam, & colen-

F tes idola, siue sint boni, petendo aliquid pro diuinatione peccant, vel etiam si nihil petant, si tamen ex hac causa, tanquam pro mercede aliquid recipiant peccant: possunt tamen prophetæ recipere aliquid sponte oblatum ab inquirentibus, dum tamen illi non dent ex hac causa, & Prophetæ non recipiant, tanquam in mercedem, sed aliàs tanquam gratis oblatum, & ad sustentationem suam: sic enim communiter consueuerant omnes Israelitæ, cum ibant ad consulendum Prophetas deferre aliquid eis tanquam ad honorem, quia sicut Deus dixerat, non apparebis in conspectu meo vacuus: Exodi vigesimotertio, & trigesimoquarto capitulo. etiam coram Prophetis, qui repręsentabant Deum, nolebant apparere vacui, sed ferebant aliqua munuscu-
G la, & sic fecerunt Saul, & puer eius. Post tempus quoque istorum fiebat semper similiter in Israel: vnde quando Ieroboam rex Israel misit vxorem suam ad Ahiam Silonitem, vt consuleret pro vita filij sui dominum: iussit vt portaret ei munus, dicens: Tolle in manu tua decem panes, & crustulam, & vas mellis, & vade ad illum: ipse indicabit tibi quid euenturum sit huic puero, vt patet infra tertio libro, capitulo decimoquarto. ista autem munera interdum suscipiebant Prophetæ gratis, & non pro diuinatione. interdum autem suscipere nolebant: sic patet de Eliseo, a quo cum sanatus fuisset Naaman Syrus a lepra, obtulit ei munera magna, dicens: obsecro itaque, vt accipias benedictionem a
H seruo tuo: at ille respondit; viuit dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cumque vim faceret, non acquieuit penitus, vt patet infra quarto libro cap. 5.

Nunc autem per hoc patet solutio ad rationes in contrarium.

Ad primam cum dicebatur, quòd sicut causidicus potest vendere iustum patrocinium, ita Propheta potest vendere diuinationem, cum vtrobique sit actus intellectus.

Respondendum est, quòd non est simile, quoniam causidici, quando vendunt iustum patrocinium, non vendunt scientiam, sed laborem: Pro-
I phetæ autem nihil laborant, tam in acquirendo scientiam, quam in ministrando eam: ideo si aliquid suscipiant pro diuinatione peccant. Causidici autem in vtroque laborant, scilicet, in acquirendo, & in ministrando eam, ideo licet illis exigere, & non prophetis.

Ad secundam rationem cum dicebatur de magistris, quòd licebat illis exigere pecuniam pro scientia: eodem modo respondendum est, quòd ipsi non exigunt pecuniam pro scientia, quę in discipulos transfunditur, sed pro labore, qui ab ipsis in docendo assumitur. Et cum confirmatur, quòd illi, qui promittunt aliquid docere, & docent, iustè pecuniam recipiunt, qui autem promittunt, & docere
K nequeunt sunt sophistę, & vituperantur; ita ergo si Propheta pro his, quę recipit, vera annunciet non peccabit recipiendo pecuniam: secus autem si non posset.

Dicendum, quòd non est simile, quia illi magistri, qui promittunt aliqua docere, & docent, recipiunt pecuniam iustè non tamen pro scientia, sed pro labore: illi autem, qui sophistę sunt recipiunt iniustè pecuniam, non quidem tanquam scientiam vendere non possint, sed quia non laborant iuxta ea, quæ dixerunt, vel quia labor eorum inutilis est, cum nihil sciant. Prophetę autem si reciperent pecuniam nihil vendere poterant, nisi donum Dei, quia ibi labor nullus

nullus est, & hoc est illicitum, ergo non possunt quicquam suscipere.

Ad tertiam rationem, cum dicitur, quòd Samuel erat vir bonus, & tamen suscipiebat aliquid pro diuinatione, ergo licitum erat.

Dicendum, quòd nihil recipiebat, & quando arguitur, quòd si nihil acciperet, isti nihil obtulissēt, potest responderi dupliciter: vno modo, quòd Saul, & puer suus faciebant hoc ex errore arbitrātes, quòd Samuel susciperet aliquid in mercedem, nec est mirabile, ꝙ isti sic opinarentur, quia erant viri simplices, & nunquam venerant ad Prophetam.

Alio modo responderi potest, quòd isti sciebant ꝓphetam nihil recipere ī mercedem diuinationis, nec ferebant istud tāquam mercedem, sed vt aliquod munus gratum ei propter honorem, vt sic honestè apparerent coram eo. & ista responsio est decentior: sic enim faciebant alij Israelitę cum veniebant ad prophetas consulendos, vt patet de vxore regis Israel infra 3. lib. c. 14. Prima tamen responsio magis coaptatur literæ, quia dicitur hic: Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti demus homini Dei, vt indicet nobis viam nostram. Sed quomodocunque dicatur nihil refert.

Olim in Israel sic loquebatur vnusquisq; vadens consulere dominum. Hic interponitur aliquid ad declarationē istorum, & non sunt ista verba pueri Saulis, sed sunt ipsius scriptoris ad declarandum ea, quę habentur hic: nam dicitur infra, quòd quæsiuerunt isti, vbi est videns, cū deberent dicere, vbi est propheta, & vt detur ratio huius dicti dicitur, ꝙ ille, qui modo vocatur propheta olim vocabatur videns, & omnes euntes ad consulendum prophetas dicebantur ire ad videntes.

Quis apposuit istam clausulam. Quæst. IX.

Sed stat dubium de appositione huius literæ, quis eam posuerit.

Dicunt autem quidam, quòd istud fuit additum ab Esdra scriptore legis, quando restaurauit legem combustam a Chaldęis, & hoc tenuit Beda. Hebræi autem dicunt, quòd istud fuit positum a Samuele scriptore libri huius, & hoc verum est: nihil enim Esdras, vel aliquis alius ausus fuisset apponere libris legis Dei: posuit autem hoc Samuel quia ante tēpora sua vocabantur in Israel prophetæ videntes, etiā dum ipse viueret, mansit magno tempore istud vocabulum, & manebat tempore, quo Saul iuit ad eum: vnde dixit: Num est hic videns? Tamen istud vocabulum abolitum est, & incœperunt viri Dei vocari prophetæ, & quia Samuel scripsit hoc circa finem vitæ suę, iam erat abolitum vocabulum videntis, ideo dixit, quòd olim in Israel prophetæ vocabantur vidētes quasi iam istud abolitum esset.

Venite & eamus ad videntem. Scilicet illi, qui ibant ad consulendum dominum dicebant eamus ad videntem: non est autem intelligendum, quòd quandocunque Israelitæ irent ad consulendum dominum, dicerent eamus ad videntem, sed quandocunque irent ad consulendum illum per prophetas.

Pro quo sciendum, quòd aliquando Deus respondebat Israelitis per inquisitionem prophetarum nō facta aliqua alia cęremonia, & isti vocabantur videntes.

Aliter autem respondebat Deus per sacerdotē magnum, scilicet in rationali, & Ephod: nam istę erāt vestes sacræ, & intra rationale erat posita doctrina, & veritas in laminis aureis, quibus cum indueretur sacerdos consulebat dominum, de quibus vellet, & ille respondebat. Sic patet tempore Dauid: nam Abiathar sacerdos consuluit bis Deum pro Dauid applicito Ephod, & accepit responsum, vt patet infra 23. & 30. ca. sic etiam patet de Iosue, nam cum ipse factus est princeps Israel, & non liceret ei ingredi in sancta Sanctorum ad consulendum dominum, sicut licuerat Moysi, qui fuerat princeps ante eum in principatu populi dedit ei summum sacerdotem, vt patet Numeri capi. 27. scilicet pro hoc siquid agendum erit Eleazar sacerdos consulet dominum: isti tamen non vocabātur videntes, quia Deus non reuelabat eis propter seipsos, sed quia erant sacerdotes, & induti vestibus illis, per quas Deus promiserat se reuelaturum veritatem cū ipse diceret, quòd in rationali summi sacerdotis erat iudicium filiorum Israel: Exodi 28. cap. Prophetæ ergo soli vocabantur videntes. Et quia Israelitę raro inquirebant aliquid per summos sacerdotes, sed per ꝓphetas, dicitur quòd quando ibant ad consulendum dominum, dicebant vadamus ad vidētem quasi semper irent ad Prophetas.

Qui enim propheta dicitur hodie vocabatur olim videns. Scilicet Israelitę ibant ad consulēdum dominum per prophetas, & quia prophetæ tunc vocabantur videntes dicebant eamus ad videntem: istud autem nomen ex maiori parte abolitum erat, ideo dicitur, quòd ille, qui hodie vocatur propheta olim vocabatur videns. Iuste autem istud nomen prophetis cōueniebat, quoniam ipsi erant videntes, idest videbant ea, quæ alij nō videbant, scilicet, quòd Deus reuelabatur eis, & non alijs: sic ait Hieronymus in Epistola ad Paulinum. ca. quinto. scilicet. Vnde & prophetæ appellabantur vidētes, quia videbant eum, quem cęteri non videbant.

Prophetæ iuste vocabantur videntes.

Et dixit Saul ad puerum suum. Scilicet postquam ille inuenit quartam partem stateris, quam poterant dare viro Dei approbauit rationem illius.

Optimus sermo tuus veni, & eamus. Ante hoc non consentiebat Saul puero suo, eo quòd nō habebant quid darent viro Dei, nunc autem inuento, quòd haberent dixit optimus est sermo tuus, scilicet, quòd eamus ad virum Dei, & dicamus uiam nostrā, atque offeramus quartam partem stateris.

Et ierunt in ciuitatem, in qua erat vir Dei. Scilicet erant apud ciuitatem Saul, & puer eius, & hoc deliberato introierunt in eam, erat autem ista ciuitas Ramatha, quia in ea manebat Samuel, vt dictum est.

Qui cum ascenderent cliuum ciuitatis. Cliuum vocatur collis, vel mons: erat enim ciuitas illa in excelso constituta: vnde erat eis ascensus ad introeundum in ciuitatem. non erant autem isti in ciuitate quamquam dicatur, quòd ascendebant per cliuum ciuitatis, sed intelligitur quòd ascendebāt per cliuum, quod erat ante introitum ciuitatis, super quo erat ciuitas posita, qđ patet infra, scilicet ingrediētes vrbem, statim inuenietis eum: ergo nondum ingressi fuerant.

Inuenerunt puellas ingredientes ad hauriendam aquam. Scilicet, quando Saul, & puer eius ascendebant per cliuū ciuitatis inuenerunt puellas: nam puellę descendebāt de vrbe, quia vrbs erat super montem, & fluuius ad quem puellę ibant ad hauriendam aquam ad pedem cliui per prata labebatur.

Et dixerunt eis, num hic est videns. Idest, nunquid in ista urbe est propheta Samuel: quamquam enim in vrbe illa moraretur, tamen dubitabant, an ibi tunc esset, propter hoc autem fuerunt interposita illa verba, quæ supra habentur de vidente, quia isti dixerunt hic; num hic est videns. Et ne aliquis putaret, quòd pro alio, quam pro propheta inquirebant, dictum est, ꝙ prophetæ uocabantur olim uidentes.

Quæ respondentes dixerunt illis hic est. Gratæ enim istæ puellæ respondebant Sauli, quod patet ex uerbis ipsarum, nam ad plura respondebant, quam inquisiuerat Saul.

Dicit autem Rab. Salom. quòd istę puellę multiplicabant verba coram Saule, vt eum morari facerent, & sic saciarentur pulchritudine illius, delectabantur enim nimis videndo eum: erat.n. pulcher corpore, & statura procerus, quoniam excedebat ab humero sursum omnes Israelitas, vt patet s. in litera, & sequ. c. erat autem delectatio magna puellis videre talem iuuenē, quoniam sic fruebantur pulchritudine illius: sic dicitur de duobus senibus, qui condemnauerūt Susannā: Daniel. 13. s. Porro Susanna erat delicata nimis, & pulchra facie, at iniqui illi iusserant, vt discooperiretur: erat enim cooperta, vt vel sic saciarentur decore eius.

Ecce ante vos est, festinate nunc. Hortabantur puellę, vt festinaret Saul cum puero suo, quoniam Samuel erat in principio vrbis, & ascēsurus erat in excelsum, si autem festinarēt possent eum inuenire priusquam ascenderet, & sic factum est, vt patet infra. dixerunt autem ante vos est, idest, non multum distat a vobis, scilicet, quia isti erant prope ciuitatem, & Samuel ascēsurus erat de aliquo habitaculo, quod erat apud portā vrbis.

Hodie enim venit in ciuitatem. Idest venit, vt colloqueretur cum illis, qui erant in ciuitate, & faceret sacrificium cum eis: ex hoc autem aliqui putant, quòd ista nō esset ciuitas Ramatha, in qua morabatur Samuel, quia dicitur, quòd hodie venit in vrbem, sed non sequitur ex hoc, quia poterat esse, quòd per aliquot dies stetisset extra vrbem, & tūc venisset, quòd autem ista esset Ramatha, apparet quia in illa erat māsio Samuelis, vt patet supra capitu. septimo. puer autem Saulis dixit: Est in hac vrbe vir Dei nobilis &c. si tamen non esset ista ciuitas Ramatha, nesciret puer Saulis, an ibi esset, quia in nulla alia ciuitate consueuerat morari, nisi in illa, quamquam aliquando transiret per alias discurrendo: nec tamen potest intelligi, quòd puer Saulis diceret est vir Dei in hac ciuitate, idest nūc ibi est, sed dixit est, idest consueuit manere, vel habitare, nam si dixisset est, idest, nunc actualiter est, non quæsiuisset Saul, & puer eius, an Samuel esset in vrbe dicentes: Num hic est videns? & tamen quæsiuerunt: ergo intelligitur, quòd ibi solebat commorari, & sic intelligetur de vrbe Ramatha, quia in illa morabatur, vt patet supra cap. 7.

Quia sacrificium est hodie populi in excelso. Idest propter hoc venit ad vrbem, quia populus facturus erat sacrificium magnum, & non poterant sine ipso comedere partes hostiarum. Et dicitur sacrificium populi, quia multi offerebant animalia, quæ illa die immolabātur. Dicitur autem in excelso, idest in parte celsiori illius ciuitatis: ibi enim constitutum erat altare.

Fecerat autem istud altare Samuel: nam dicitur de eo supra capitu. septimo. quòd ædificauit altare in Ramatha, vbi erat domus sua, & ei namque licebat hoc facere, & nulli alij Israelitarum, quia ipse erat propheta domini.

Licitū erat tpe Samuelis ędificari altare vbicunque.

Dicunt autem Hebręi, & Nicolaus, quòd hoc tempore licebat altaria ædificari vbicunque, & offerri victimas, scilicet, postquam arca capta est a Philisthinis toto illo tempore, quo māsit vsque ad ędificationem templi Salomonis. Postquam autem templum constructum est, & dum manebat in Silo, non licebat alicui offerre extra Sanctuarium, sed istud non est verū: non est enim conueniens motiuum eorum, sed quia dicitur, quòd in hac ciuitate erat altare, & tamen hic non erat Sanctuarium, nam Samuel illud construxit. Etiam si non esset ibi Sanctuarium, sicut Elias cōstruxit altare in monte Carmelo tempore, quo manebat templum Salomonis, vt patet infra tertio libro, capit. decimo octauo. si autem alia altaria essent in terra Israel tunc cōstructa, præterquam in vrbe ista illicitum

Tempore Samuelis vſque ad ędificationē templi licuit fieri altaria ubicunque.

F erat: non est tamen mirandum, quin essent plura alia: sic enim tempore omnium regum Iuda quamquam aliqui eorum boni essent, sacrificabat populus in mōtibus, ibi enim erant altaria constituta, & reges nō auferebant ea, erat tamen valde laudabile illa auferre, sic patet infra tertio libro, capit. decimoquinto. cum de rege Asa dicit, quòd fuit valde bonus, & exclusit idola de terra: tamen postea dicitur: Excelsa autem non abstulit, idest non destruxit altaria, quæ erant in montibus, quasi dicat, quòd propter hoc nondum accesserat ad totalem perfectionem. De rege autem Ezechia magnæ laudes ponuntur, quia destruxit altaria, quæ erant in montibus, vt patet infra quarto libro, capitulo decimo octauo. scilicet. Ipse dissipauit excelsa, G & contriuit statuas, & succidit lucos. Siquidem vsque ad illud tempus filij Israel adolebant ei incensum, ergo illo tempore peccatum erat inter Israelitas immolare in excelsis, & tamen erant ibi altaria. Ita igitur tēpore Samuelis non est admirandum, quòd essent aliqua altaria per vrbes: tamen æqualiter erat illicitum, sicut quando erat arca in Silo, & tamen posita fuit in templo Salomonis: nam si Israelitæ non habuissent aliquem locum, in quo offerrent sacrificia tempore, quo erat arca separata a Sanctuario, satis erat verisimile, quòd liceret eis in multis locis habere altaria, ne totaliter cessarent a sacrificijs: tamen tempore, quod fuit inter eductionem de Silo, & positionem in templo Salomonis, habebant Israelitæ locum immolandi, sicut habuerant, quando erat arca in Silo, eo quod H habebant Sanctuarium in vrbe Nobe infra vigesimo primo capitu. ergo nihil magis tunc erat licitum fieri altaria per diuersas vrbes, quam postquam constructum est templum Salomonis: sed postea erat illicitū, vt probatum est, ergo etiam in tēpore Samuelis, sed in hac vrbe, in qua nunc erat Samuel non erat illicitum, eo quòd ipse construxerat ibi altare. De isto sacrificio populi dicunt aliqui, quòd non erat sacrificiū, in quo fuisset facta aliqua immolatio animaliū Deo, sed solum fuit quoddam prandium solenne, in quo fuerunt multi inuitati, & occisa sunt animalia multa, & hoc quia expectabatur aduentus Saulis, sicut infra patet, & istud potest habere verisimilitudinem, quoniam aliquando victimę vocantur ipsa conuiuia, vt pa-I tet Gene. 43. capitu. scilicet. Introduc viros domum, & occide victimas, & instrue conuiuium, quoniam mecum commesuri sunt meridie.

Alij autem dicunt, quòd non solum erat conuiuiū populi, sed etiam fuerunt multa animalia immolata in sacrificium Dei, sed erat ista oblatio de hostijs pacificis, de quibus maior pars cedebat offerentibus, scilicet omnes carnes ipsarum hostiarum pręter pectusculum, & armum dextrum, vt colligitur Leuitici capit. tertio, & septimo. & istud est verius, scilicet, quòd esset sacrificium domini, & nō solum esset conuiuium. De carnibus tamen, quæ manebant pro offerentibus fieret conuiuium, & poterant multi inuitari, non solum ipsi qui offerebant, sed etiam quicunque alij, dū K tamen essent mundi, quibus liceret esus rerum sacrarum, quod patet Deuteronomij capit. duodecimo, & decimosexto. vbi Deus iubet, quòd Israelitę in magnis festiuitatibus, cum offerrēt sacrificia pacifica, vocarent ad comedendum secum de sacrificijs illis Leuitas, & pauperes, & aduenas pupillos, & viduas, & filios suos, seruos, & ancillas. ergo sicut omnes isti comedebant de sacrificijs, cum tamen nihil obtulissent, ita poterant comedere omnes alij, quos scriptura nō repellit propter immunditiam.

Dicitur autem, quòd erat istud sacrificium in excelso, idest in parte altiori ciuitatis, quod patet quia cum introierunt Saul, & puer eius in vrbem, inuenerunt Samue-

Samuelem ex aduerso, qui iam festinabat ascendere in excelsum ciuitatis.

Hebrei autem dicunt, quòd hic intelligitur, ꝙ sacrificium erat populi in altari, eo ꝙ ponitur hic nomen conueniens altari & celsitudini: sed melius est, quòd accipiatur pro excelso, quàm pro altari. Quod patet, quia manifestum erat, quòd sacrificium in altari fieri debebat, ideo nõ fecisset scriptura istam additionem, tam inutilem, s. quòd sacrificium fiebat in altari, si autem accipiatur pro excelso est conueniens determinatio, quia dubium erat, in qua parte vrbis fieret sacrificium, & dictum est, quòd fiebat in excelso. Item patet, quia dicitur immediate, ingredientes vrbem inuenietis eum antequam ascendat excelsum ad vescẽdũ: sed manifestum est, ꝙ ipse non ascẽdebat ad altare ad vescẽdum, quia nullus in altari sumebat cibum, ergo accipitur pro celsitudine vrbis. A B

Ingredientes vrbem statim inuenietis eum. Istud dicebãt puellæ ex opinione: sciebant enim, quòd esset ascensurus ad comedendum cum populo in excelsum, & nondum ascenderat, iamque prandij hora aduenerat, ideo rationabiliter loquebantur, s. quòd Samuel immediate ascenderet, & Saul, & puer eius inuenirẽt eũ antequam ascenderet, & sic factum est, vt patet infra.

Antequam ascendat excelsum ad vescendum. Scilicet in excelso factum est sacrificium, & ibi manducaturus est populus de sanctificatis, ideo Samuel ascendit illuc cum eis.

Neque enim comesturus est populus, donec ille veniat. Scilicet totus populus obseruabat eum, quia erat vir propheta, & honorabilissimus in toto populo, & nullus ausus fuisset comedere antequam ille venisset, & benediceret hostiæ. Aliquis autem putabit ex hoc, quòd Samuel tunc nouiter veniebat ad vrbem, & populus fecerat sacrificium magnum: non erat tamen comesturus quousque veniret Samuel, nam sciebant eum venturum, ideo præstolabantur ad prandium: sed dicendum est, quòd non, sed ipse Samuel steterat ad sacrificium, & ipse principaliter fecerat illud, completo tamen eo antequam esset hora prandij descendit Samuel ad partem inferiorem vrbis, & postea facta hora prandij regressurus erat in excelsum ad comedẽdũ cum inuitatis, apparet hoc quia infra dixit Samuel ad cocum da partem, quam dedi tibi, & præcepi, vt reponeres apud te, & dixit Samuel ad Saulem: Ecce quod remãsit pone apud te, quia de industria seruatum est tibi, ergo Samuel fuerat in vrbe antequam fierent sacrificia illa, cum ipse fecerit reseruari a principio partes quasdam apud cocum. Item Samuel inuitauerat omnes istos populares ad conuiuium de carnibus huius sacrificij: ergo non veniebat ipse nunc nouiter ad vrbem: patet hoc, quia dicitur infra, de industria seruatum est tibi, quando vocaui populum, scilicet vocaui inuitatos ad prãdium, ergo ipse fuerat ibi, & fecit omnia hæc. C D

[...]ter Iu[...]deos erat [...] bene[...]di an[...]bos.

Quia ipse benedicet hostiæ. Idest propheta veniens ad conuiuium benedicet: erat autem inter Iudęos ritus benedicendi ante cibos, potissime quando sumebant cibos de rebus sanctificatis: sic enim erat hic: nam partes hostiæ pacificæ populus comesturus erat, & hoc litera dicit, s. ipse benedicet hostię, idest partibus, quæ cesserunt populo de hostia pacifica, quas nunc comesturus est. *Et deinceps comedent.* Quasi dicat, non comedent antequam veniat propheta ad benedicendum, sed postquam benedixerit, comedent. Non est autem intelligendum, quòd in Israel nullus sedebat ad prandium antequam veniret propheta ad benedicẽdum: quoniam non erat in quolibet loco Israel propheta qui benedicere posset. Etiam de locis illis, in quibus Prophetæ essent non est verum, quòd Israelitę non sede- E

rent ad prandium antequam propheta benediceret. Nam in vrbe ista Ramatha plures alij prãdebant quã illi, qui inuitati erant cum Samuele: quoniam isti erãt solum triginta viri, vt patet infra. Samuel tamen solũ venit ad benedicendum hostias in domo illa, in qua erant inuitati. Hoc ergo non obseruabatur inter Israelitas, s. quòd non comederent vsquequo Propheta benediceret: hoc tamen factum est, & puellę denunciauerunt, quòd fiebat propter duo.

Primo, quia hic populus comesturus erat de partibus sacrificiorum. In sacrificijs autem debẽt obseruari plures cæremonię laudis diuinæ, quàm circa alios cibos, hic autem comedebant Israelitæ de sacrificijs, quia dicitur ipse benedicet hostiæ: ideo non erant comesturi quousque veniret propheta, qui erat in eadẽ vrbe, & benediceret. Quare nõ comedebant inuitati a Samuele donec benediceret. B

Alia ratio, & potissima erat, quia Samuel inuitauerat istos viros, qui comesturi erãt in excelso: nullo modo ergo ipsi sederent ad prandium ante Samuelis aduentum: hoc enim erat cõtra bonos mores, ideo populus, scilicet, omnes illi inuitati expectaturi erant in excelso quousque ipse veniret. Quod autem omnes illi inuitati fuissent a Samuele, apparet quia dicitur hic ipse benedicet hostię, & deinceps comedent qui vocati sunt, & sic innuitur, quòd nulli comesturi erant, nisi vocati, sed vocati sunt inuitati, ergo omnes inuitati fuerãt a Samuele, quoniam nullus alius erat, qui inuitasset eos.

Item patet hoc, quia nullus est, qui iubeat de cibis sic, vel sic disponi apud ministros, nisi dominus ciborum, s. Faciens conuiuium. Et tamen j. dicitur, ꝙ dixit Samuel coco da partem, quam dedi tibi, & præcepi, vt reponeres seorsum apud te. Ipse ergo erat qui fecerat istud conuiuium, quoniam antequam coquerentur cibi ipse de eis disposuerat, & postquã cocti sunt, ministrabat cui volebat. C

Item patet, quòd ipse ĩuitauerit omnes istos comedentes, quia dicitur: ex industria reseruatum est tibi, quando vocauit populum: ergo ipse Samuel vocauerat, idest inuitauerat.

Item cum Saul venit ad conuiuium dicitur, ꝙ Samuel dedit ei, & puero suo locum in capite eorum, qui vocati fuerant, si tamen fuisset Samuel inuitatus, & non inuitans etiam si fuisset vir valde honorabilis, non determinasset ipse de locis, quia istud pertinet ad dominum conuiuij, sed ipse disposuit hic de locis dãs Sauli, & puero suo locum priorem: ergo ipse est, qui inuitauerat cęteros. *Nunc ergo conscendite.* Scilicet per cliuum ciuitatis, quia antequam venirent ad ciuitatẽ, erat cliuum, & per illud ascendebant, in quo puellas inuenerant euntes ad hauriendum aquam, necdum tamen conscenderant ciuitatem. *Quia hodie reperietis eum.* Idest non poteritis declinare, quin reperiatis eum hodie. In Hebręo dicitur. *Sicut hodie reperietis eum.* Et idem signat quamquam in modo loquẽdi Hebraico interdum addantur aliqua, quæ non pertinent ad significationem, & interdum multa decurtãtur: quodlibet enim idioma suas habet passiones, sicut apparet in nostro vulgari Hispanico, quamquam illi qui lepide, & perpolite loqui volunt quæque superflua abijciunt: Hebræi tamen dicunt, quòd est sensus, sicut hodie reperietis eum, idest, sicut est verum, quòd est ista dies hodierna, ita est verum, quòd inuenietis eum. D E

Et ascenderant in ciuitatem. Scilicet, quia nondum erant in ea, sed in cliuo eius, in quo inuenerant puellas.

Cumque illi ambularent in medio vrbis. i. intra vrbem: nõ enim accipitur hic mediũ per ęquidistantiã, vel quasi, sed per interpositionẽ, s. ꝙ oẽ illud, quod est inter terminos dicatur esse in medio, siue ęqdistet, siue nõ: &

sic est modus loquendi in scriptura, quia dicitur aliqd esse in medio populi, vel in medio terrę, quando est intra populum, vel intra terram: & est sensus, quòd iā Saul, & puer eius ambulabant in vrbe, & immediate Samuel apparuit eis.

Apparuit illis Samuel egrediens obuiam illis. Idest cum ipsi ambulauissent aliquantulum de vrbe viderunt Samuelem egredientem obuiam eis, qui ibat in locum inuitatorum. Potest autem hoc intelligi dupliciter.

Vno modo, quòd egrediebatur obuiam illis, s. quia Samuel spiritu prophetico cognouerat tempus aduētus eorum, & exiuit obuiam eis, huic consonat litera sequens, s. dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vnam diem, quā veniret Saul dicens: hac ipsa hora, quæ nunc est, cras mittam ad te virum &c. videns igitur Samuel horam iam esse sciens promissa Dei esse vera exiuit obuiam venienti certissimè credens, quòd veniret, & hoc videtur dicere Iosephus 6.
Cap. 4. Antiquitatum. s. porro Samuel in domo sedens tempus, quod ei promissum fuerat expectabat, quo adimpleto descendens ibat ad mensas.

Aliter potest ītelligi, quòd Samuel egressus est obuiam Sauli, & puero suo, non quidem sciens, quòd ipsi tunc venirent, nec egrediens ad recipiendum eos, quamquam sciret, quòd eadem die venturi essent cū Deus hoc prędixisset. Et iste est verior sensus, quod patet, quia dicitur hic egrediens obuiam illis, vt ascenderet in excelsum, quasi dicat, quamquam iuerit obuiam eis, non ibat ad recipiendum eos, sed vt ascenderet in excelsum ad cōuiuium, accidit autem quòd inuenisset illos. Item patet, quòd non egrederetur obuiam eis tanquam sciens eos venire, quia dicitur ĵ. qa cū aspexisset Samuel Saulem dn̄s ait ei: ecce vir quē prædixeram tibi ipse dominabitur populo meo, si tamen nunc Samuel fuisset egressus, sciens quòd veniebat Saul, non oportebat, quòd Deus iterum appareret ei ad denunciandū quis esset Saul, & tamen apparuit: ergo videtur, quòd non egrediebatur Samuel ad recipiendum Saul.

Vt ascenderet in excelsum. Scilicet, volebat Samuel ascendere in excelsum vbi erat locus prandij, quia iam tempus prandendi aduenerat, & populus expectabat eum.

Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis. Hic consequenter ostendit quomodo Samuel cognouit Saul per diuinam reuelationem non solum quantum ad ꝑsonam, sed etiam quantum ad dignitatem, scilicet, qa Deus dixit, quòd ille futurus esset rex, & quia die hac vēturus erat Saul ad Samuelem, ne Samuel incautus esset nihil de hoc suspicans dominus apparuit ei per vnam diem antequam veniret Saul: dicitur autem hic quòd dominus reuelauerat auriculam Samuelis, idest discooperuerat, vel aperuerat. Est autem reuelare aurem alicuius, quando quis loquitur alteri quicquam ad aurem, & ita factum est de Samuele, quia dominus apparuit ei, & reuelauit aduentum Saulis. Similis modus est in alijs locis: sic patet infra capit. 20. Cum dixit Ionathas ad Dauid: Si autē perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurem tuam, idest annunciabo tibi.

Ante vnam diem quam veniret Saul. Idest per vnam diē ante. Hic debet cōputari dies a momento in momentum, quia dicitur immediate hac ipsa hora, quæ nunc est, cras mittam ad te virum. fecit autē hoc Deus per vnam diem ante, licet postea in aduētu Saulis iterum hoc reuelaturus esset, vt patet infra, ne esset incautus, & posset parare ea, quæ pertinebant ad honorabilem receptionem Saulis: dicebat enim, vt cum immediate in regem assumendus esset honoraretur nūc cum recipiebatur: vnde ob hoc dicitur, ꝙ fecit Samuel istud

F conuiuium magnum, s. vt susciperet honorabiliter venientem Saulem, & poneret in capite inuitatorum, sic vult Iosephus sexto Antiquitatum. dicens: multos enim cum ea die pascere dicebant, & cum his, qui vocati fuerāt eum primum discumbere: Samuel autem propterea multos tunc ad cōuiuium vocauerat: nam dum præcedenti die deprecaretur dominum, vt ei ꝓdiceret quem constitueret regem: indicauerat ea hora altera die missurum se aliquem iuuenem de tribu Beniamin &c. *Dicens hac ipsa, quæ nunc est hora transmittam ad te virum de terra Beniamin.* Poterat enim per hoc cognoscere certissime Samuel, quando vēturus esset Saul cum determinatio horę ei prenūciata fuisset: sic enim aliquando fuit prenunciatio in scriptura, vt apparet Gene. 18. capit. cum prędixit Angelus Abrahę,
G quòd habiturus esset filium, dicens: Reuertens veniā ad te tempore isto, vita comite, & habebit Sara vxor tua filium. Et iterum ibidem iuxta cōdictum reuertar ad te hoc eodem tempore vita comite, & habebit filium Sara.

De terra Beniamin. Significauit hic Deus Samueli stirpem regis futuri, & hoc ad distinctam cognitionem eius, qui venturus erat cras, nam poterat esse, quòd eodem tempore, quo Deus prędixit etiam aliquis alius veniret ad Samuelem, & tunc nesciret Samuel, quem eorum assumpturus esset in regem: declarata autem stirpe hoc manifestius erat.

Et vnges eum ducem super populum meum Israel. Fuit. n. bis vnctus Saul, scilicet primo in occulto a Samuele,
H de quo sequenti ca. & quia de hac vnctione nondum constabat alicui, nec quis de populo viderat eam, iterum vnctus est in regem de quo infra 10. capi. in fine. Quamquam ibi solum agitur mentio de institutione, de vnctione autem non: sed credendum est, quòd vnctus fuerit cum apud Israelitas nullus constitueretur in regem sine vnctione. Iterum autem renouatū est regnum in Galgala. infra 11. cap. sed an ibi fuerit facta vnctio, non apparet.

An fuerit necessarium Samuelem vngere Saulem manifestè, cum ab eo fuerit vnctus occultè. *Quæst.* X.

I QVAERET aliquis, an cum fuerit vnctus in regem Saul a Samuele in abscōdito, necesse erat, vt vngeretur iterum in manifesto coram toto populo, & si non esset necessarium, an esset honestum, vel saltem non esset inhonestum vngi.

Respondendum est, quòd vnctio in regibus fiebat in Israel de oleo Sacro, quo vngebantur pontifices, in pontificibus autem postquam esset expleta consecratio eorum, nunquam iterum vngebantur, potissime si ista vnctio esset, sicut collatio ordinis, quia ordo, qui semel confertur indelebilis est, ideo qualitercunque mutetur persona ad maiorem, vel minorem statum, nunquam iteratur ordo, si igitur vnctio regum fuisset
K sicut ordo, vel sacramentum quodcunque imprimēs characterem, nūquam potuisset iterari, vnde cum semel Samuel vnxisset Saulem in regem, dato quòd nullus de populo vidisset eum vngi non iteraretur vnctio etiam si non constaret postea populo factā fuisse vnctionem: constat tamen, quòd vnctio regalis nō imprimebat characterē, ideo erat iterabilis, nam Dauid ter vnctus est in regem. Primo a Samuele ī occulto in domo patris sui, infra 16. c. Secundo a tota tribu Iuda, vt esset rex super illam in Hebron. ĵ. 2. lib. cap. 2. Tertio a toto Israel, vt regnaret super omnes tribus, ĵ. 2. libr. c. 5. Patet igitur, quòd non fuisset inconueniens aliquod contra substantiam vnctionis, quòd vngeretur pluries Saul.

Dauid vnctus in regem.

Nunc

Nunc autem manet dubium, an fuiſſet neceſſariũ, quòd vngeretur pluries. Et reſpondetur, ꝙ non, quia vnctio fiebat ad tribuẽdum ius regni: eſt enim vnctio in regem, ſicut inſtitutio in regem, vel in Epiſcopũ, & ſicut per inſtitutionem confertur canonice titulus inſtituto, ita per vnctionem conferebatur inter Iudæos ius regni. Saul tamen fuerat iam ſemel vnctus in regẽ, & per hoc acceperat titulum regni, ideo non oportebat, quòd iterum vngeretur, potiſſimum cum vnctio prima fuiſſet facta per Prophetam iuſſu Dei, nec poterat eſſe aliqua magis canonica inſtitutio, ideo conferebat ſolidum titulũ regni, nec erat neceſſe vlterius vngi, poterat tamen poſtea fieri vnctio ad ſolennitatem, ſ. vt totus populus videret vngi ſuper ſe regem, cum ante non vidiſſet, tunc autem manet dubium, ſ. quòd quamquam non eſſet contra conditionem vnctionis, quòd ſępe fieret, an repugnaret aliquid aliud in Saule propter, quod bis vngeretur. Ad hoc reſpondebitur, quòd non, quia ſicut Dauid vnicus rex erat, & tamen ter vnctus eſt, ita potuit Saul ter, vel pluries vngi.

Aliquis dicet, quòd non ſtat, quia cum vnctio ſit, ſicut inſtitutio, & inſtitutio confert titulum, & reſpectu eiuſdem tituli nũquam ſunt multæ inſtitutiones, cum titulus conferat dominium, & quod meum eſt ex vna cauſa ex altera cauſa meum effici non poteſt, niſi deſierit eſſe meum, ergo reſpectu eiuſdem regni vnica erat vnctio, quia ad vnicum regnum vnicus titulus eſt. In Dauid autem fuit ſecus, quoniam ipſe inſtitutus eſt in duobus regnis. Primo enim in regno Iuda, & tunc vnxit eum tribus Iuda ſuper Hebron, poſtea autem vnctus eſt in regẽ ſuper totum Iſrael: eod. lib. cap. 5. Et quia erant duo regna, erant duo tituli, ad duos autem titulos ſunt duæ inſtitutiones, ſicut ſiquis tranſeat de vno Epiſcopatu ad alterum fit duplex inſtitutio, quoniam ibi ſunt duo tituli, ad vnum tamen Epiſcopatum vnica inſtitutio eſt, niſi forte prima nõ fuerit efficax: Dauid autem quia ad duo regna aſſumptus eſt debebat bis vngi, Saul vero in vnico regno inſtitutus eſt, ergo non debuit pluries vngi.

Sed dicendum eſt, quòd hoc non ſtat, quia in Dauid aliqua vnctio facta eſt, quæ non cõferebat titulũ, quia ipſe fuit rex ſuper duo regna, & tamẽ fuit ter vnctus, ergo aliqua iſtarum vnctionum nihil cõtulit ad titulum, ſed ad ſolennitatem.

Aliquis forte dicet, quòd fuerunt factæ tres vnctiones, quia vna earum non fuit efficax, ſicut ſi aliquis inſtituatur in Epiſcopum, vel canonicũ, & ex parte perſonę inſtitutæ valet inſtitutio, eo quòd idonea eſt ad hoc, quòd inſtituatur, tamen ex parte modi inſtituendi nõ tenet, quia erratum eſt in forma, vel omiſſa eſt aliqua cęremonia iuris, fiet alia inſtitutio, quia prima non potuit conferre titulum, ſic forte dicetur, quòd aliqua de vnctionibus Dauid non fuit efficax, ideo repetita eſt, ita vt ad duos titulos fierent tres vnctiones, & inſtitutiones.

Sed dicendum, quòd non ſtat, quia quando eſt huiuſmodi prima inſtitutio non tenet, ſecũda autem eſt efficax, ſed hic non poteſt dici ſic, quòd tũc daremus, quòd vnctio prima Dauid facta per Samuelẽ in Bethlehem non tenuit, quod eſt falſum: iſta enim magis tenuit quam quælibet duarum ſequentium, & verius contulit titulum: nam iſta ſunt facta iuſſu Dei, & per Prophetam infra cap. 16. Aliæ autem duæ fuerunt factæ ſolum hominum voluntate, & non legitur, quòd Deus iuſſerit fieri aliquam earũ infra 2. li. c. 2. & 5. fuit igitur prima vnctio Dauid efficax, vnde oportuit, ꝙ aliqua de duabus ſequentibus non conferret titulum, ſed eſſet ad ſolennitatem. Nec ſolum vna iſtarum nõ conferebat, ſed etiam nulla duarum contulit quicq̃,

A quoniam quod meum eſt ex vna cauſa, niſi deſinat eſſe meum non poteſt iterum fieri meum, extra de fide inſtru. cap. inter dilectos. ſed titulus totius regni Iſrael pertinuit ad Dauid per vnctionem, qua vnxit eũ Samuel: nam vnctus eſt Dauid in regem, quia reprobatus eſt Saul, & totaliter a regno eiectus, vt patet infra cap. 15. ſ. Scidit dominus regnum Iſrael a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te, ergo per iſtã vnctionem cõſecutus eſt Dauid titulum regni ſuper totum Iſrael, vnde ſuperfluum erat, quòd poſtea totus Iſrael vngeret eum in regem infra 2. lib. cap. 5. quã tum ad ſubſtantiam, ſed ſolum erat quantum ad ſolẽnitatem. Etiam ſuperfluum erat, quòd vngeretur in regem ſuper tribum Iuda, quia iſta non erant regna
B diſtincta, ſicut duo Epiſcopatus, q ideo habẽt duos titulos, & exigunt duas inſtitutiones, ſed erat, ſicut pars ad totum, ideo cum aliquis inſtitueretur rex ſuper totum Iſrael inſtituebatur etiam ſuper tribũ Iuda, ideo non erant tituli diſtincti, nec requirebantur diuerſæ inſtitutiones, & vnctiones. & ſic ſola vnctio Dauid facta per Samuelem fuit neceſſaria. Duę autem reliquę fuerunt ex ſuperabũdanti ad ſolennitatem, ita igitur Saul potuit ter vngi in regem.

Saul potuit vngi ter in regem.

Primo a Samuele occulte in Ramatha. Secundo coram toto populo in Maſphat. Tertio in renouatione regni in Galgala, de his ſequenti cap. & infra 11. & ita credendum eſt, quòd ſaltem bis vnctus fuerit, ſ. in Ramatha, & in Maſphat.

Sciendum eſt, quòd hic dicitur vnges eum in du-
C cem, ideſt in regem: nam nullus dux populi vngebatur: fuerunt enim multi duces ante reges Iſrael, ſicut patet de Ioſue, qui nõ fuit iudex, nec rex, ſed princeps. Poſt eum fuerunt quoque multi iudices vſque ad Samuelem, de nullo tamen eorum dicitur, quòd vnctus fuerit. Cuius ratio eſt, quia vnctio regum, quæ fiebat in capite ex oleo ſacro, fiebat propter maximã dignitatem, quod patet in vnctione ſacerdotum, nam tam ſacerdotes minores quam magnus vngebantur. Et differebat potiſſimum vnctio pontificis ab vnctione minorum ſacerdotum, quia ſuper caput ſummi ſacerdotis fundebatur oleum vnctionis, in minoribus autem ſacerdotibus nihil fundebatur in capite, vt colli-
D gitur Exodi 29. & Leui. cap. 8. & ibi declaratum eſt, ſicut ergo erat in genere ſacerdotum, quòd excellentiſſimus eorum erat pontifex, ita in latitudine principũ regalis principatus eſt excellentior, ſed inter ſacerdotes ſolus pontifex vngebatur, ergo inter principes ſolus rex vngendus erat, iudices autem nunquam vncti ſunt, quia licet dominarẽtur ſuper totum Iſrael tamẽ poteſtas eorũ parua erat, quia tributa nulla exigebant nec poterant imponere aliqua ſeruitia. Iura autem regis erant valde magna, vt patet ſupra cap. 8. quamquã omnia, quæ ibi ponuntur non ſint iura regis, vt ibidẽ declaratum eſt.

Quare reges antiqtus inter Iudęos vngebantur, alij tñ iudices, & prīcipes, & duces non vngebanť.

Vnctio põtificis ab vnctione m. norũ ſacerdotum quomodo differebat.

Alia autem cauſa erat quare vngebantur reges, ſ. vt ſignificaretur, ꝙ inſtituebantur principes per Deum, ſicut dicitur Prouer. cap. 8. Per me reges regnant. Et
E quia ſicut pontifices, qui ſumebantur ad ſpecialem Dei cultum vngebantur oleo ſancto, quòd Deus iuſſerat confici quo nullus hominum poterat vti, vt patet Exodi cap. 31. ita volebat, quòd vngerentur reges eodem oleo, vt ſic ſignificaretur, quod per voluntatẽ eius regnabant. Apparet autem hoc in regibus Gentilium: nam cum Deus volebat aliquem regem accipere ad aliquid exequendum de Gentilibus, faciebat eum vngi in regem, vt ſic ipſe ſciret, ꝙ Deus elegiſſet eum in regem. Sic patet de Elia, qui vnxit in regem Azael ſuper Syriam, vt patet infra 3. lib. ca. 19. & hoc, quia Deus elegerat eum ad puniendum quædam peccata Iſraelitarum. Sic etiam quando Deus volebat accipere

cipere in regem aliquem, qui nō pertinebat ad genus regale faciebat eum vngi in regem, & sic intelligebat se a Deo sumptum in regem, sic patet de Eliseo qui iussit vni de filijs Prophetarum, vt iret ad vngendum Iheu in regem super Israel, & non erat ille de genere regio ad hoc, vt destrueret domū Achab regis, vt patet infra 4. lib. capi. 9. Prophetæ quoque interdum vngebantur, vt essent prophetæ, sicut patet infra 3. lib. c. 9. vbi cum dixisset Deus ad Eliam, quòd vngeret in regem Syriæ Azael iussit quoque, quòd vngeret in Prophetam post se Eliseum, Per hoc autem existimabāt se isti pertinere ad Deū, & quòd Deus elegisset eos, postea tamen cum sumptum fuisset in consuetudinē, quòd omnes reges vngerentur, aliqui vngebantur, quos Deus regnare nolebat, sicut patet de regibus Israel, qui vngebantur, sicut reges Iuda, & tamen de ipsis dicit Deus, quòd nolebat, vt regnarent, vt patet Oseę c. 8. s. Proiecit Israel bonum, inimicus persequitur eum, ipsi regnauerunt, & non ex me, principes steterunt, & non cognoui.

Prophetæ et aliquando vngebātur.

Super populum meum Israel. Scilicet super totum populum: non enim fuit Saul vnctus in regem specialiter super aliquā tribum, sicut Dauid in principio regni sui vnctus fuit solum super Iuda, & postea in diuisione regni vngebantur reges solum super determinatas tribus, s. reges Iuda super tribum Iuda, & Beniamin, & reges Israel super decem tribus: Saul autē fuit rex omnium 12. tribuum, & sic fuerunt tres reges super totum Israel simul, scilicet ipse, & Dauid, & Salomon, postea autem fuit facta diuisio regni in regnum Iuda, & Israel.

Et saluabit populum meum de manu Philisthinorum. Reges enim sunt principes populi, qui ponuntur ad conseruandum bonum statum politiæ, ideo principaliter hi debent attendere maximum bonum politię, est autem maximum bonū, quod opponitur maximo malo, sed nullum maius malum potest accidere homini quam quòd efficiatur seruus, ideo maximum bonū est libertas, quæ opponitur seruituti, ista autem est inquantum aliquis defenditur ab hostibus, quia hostes subiiciunt hominem in seruitutem, ideo principaliter debent attendere reges, vt defendant subditos suos ab hostibus, & quia tempore Saulis nulli alij videbātur esse specialiter hostes Iudæorum, nisi Philisthini expressum est, quòd iste liberaret de manu Philisthinorum. Intelligendum tamen est, quòd Saul constituebatur rex non solum, vt liberaret Israelitas de manu Philisthinorum, sed etiam ab omnibus alijs hostibus Iudæorum. Erant autem alij hostes Iudęorum, s. Ammonitæ: nam immediate, vt assumptus est Saul in regem, rex Ammonitarum veniens Iabes Galaad voluit accipere in seruitutem viros vrbis illius eruendo oculos dextros eorum, qui miserunt ad Saul, & ipse congregato Israele deleuit exercitum Ammonitarum infra cap. 11. & sic liberauit Israel de manu Ammonitarum, immo in tantum erant Ammonitę hostes Iudæorum, quòd propter eos incępit esse rex in Israel: nam Israelitæ nunquam petiuissent regem, nisi propter regem Ammon, quia ille infestabat eos infra 12. capitu. scilicet. Videntes autem, quòd Naas rex filiorum Ammō venisset aduersum vos, dixistis mihi, nequaquam, sed rex imperabit nobis. Non tamen expressit scriptura de aliquibus hostibus, nisi de Philisthinis eo, quod Ammonitæ pauco tempore persecuti sunt Israelitas, immediate enim post institutionē Saulis in regem, facto vno bello, cessauerūt, Philisthini tamen non cessauerunt, sed dicitur infra 14. capit. quòd erat bellum potens aduersus Philisthinos, & sic liberabat Saul Israelitas de manu Philisthijm, quia semper pugnabat contra eos.

Qui, & quot erant hostes Iudæorum.

F *Quomodo dixit Deus, quod Saul esset liberaturus Israel de manu Philisthinorum, cum tamen toto tempore suo non fuit liberatus. Et an Israelitæ soluerunt semper tributum Philisthinis vsque ad regnum Dauid.*

Quæst. XI.

QVAERET aliquis quomodo dixit Deus, quòd Saul liberaturus esset Israel de manu Philisthinorum, quia toto tempore suo nō fuit liberatus, sed erat bellum graue, vt patet infra 14. cap. Nec solum hoc, sed etiam tempore Saulis erat seruitus imposita super Israelitas a Philisthinis: nam fecerant Philisthini, quòd nullus esset faber in Israel ponentes hoc ex lege, & cogebant Israelitas descendere in terram suam ad parandum omnia instrumenta agriculturę, vt patet infra 13. cap. G

Respondebit aliquis, quòd Saul abstulit istam coactionem: nam pugnauit contra Philisthinos occidens multos eorum, vt patet infra capi. 14. & tunc Israelitæ potuerunt habere fabros in terram suam.

Sed dicendum est, quòd dato, quòd Saul abstulerit istam seruitutem, non penitus liberauit Israelitas de manu Philisthinorum: nam adhuc manebāt Israelitæ subiecti sub tributo omnibus diebus Saulis, Dauid autem postquam constitutus est in regem, pugnauit cōtra Philisthinos, & liberauit Israel a tributis versa vice subijciens tributis Philisthinos, vt patet infra 2. lib. cap. 8. Post hęc percussit Dauid Philistęos, & humiliauit eos, & tulit frenum tributi de manu Philisthijm.

H Respondendum est, quòd liberari aliquem de manu alterius est eripi a grauamine, quod ille infert, & sicut grauamina multa esse possunt, ita potest aliquis multipliciter erui: nam potest quis erui a toto grauamine, vel a parte grauaminis, & vtroque modo dicetur, quòd eripitur quis de manu alterius, sed Saul eripuit Israelitas aliqualiter a grauamine, quod infligebatur eis per Philisthinos, ideo dicitur eripuisse de manu Philisthinorum.

Pro quo sciendum, quòd Philisthini imponebant Israelitis tributa, & quando nemo erat, qui posset defendere Israelitas imponebant tributa grauia, quanta ipsi vellent. Cum vero haberent Israelitæ defensorē, cogebantur Philisthini leuiora onera imponere eis, I sic autem fuit ante tēpus Saulis: nam Philisthini grauiter premebāt Israelitas tributis, & omni seruitute: nam sicut seruis non permittuntur arma in recta politia, iuxta Aristote. 2. Polit. cap. 2. ita & Philisthini nō permittebant Israelitas habere arma, & statuerant ne aliquis faber esset inter illos, ne possent habere aliquod genus armorum, intantū quòd quando aduenit dies belli non est inuentus ensis, aut lancea in toto Israel, nisi in manu Saulis, & filij sui Ionathę infra cap. 13. ab hac autem seruitute, an liberauerit Saul Israelitas nō constat: satis enim dici posset, quòd liberauit, quia ipse tunc fecit bellum graue contra Philisthinos, & percussit stationem eorum, quæ erat in terra Israel infra K cap. 14. & postea semper pugnabat contra illos, ideo verisimile est, quòd aliquid ablatum fuisset de seruitute Philisthinorum quantum ad tributa, etiam eodem modo credendum est, s. quòd quamquam non fuerint penitus ablata, tamen ex aliqua parte minorata sunt. Erat autem modus iste, quòd Philisthini, qui potentiores erant regulariter Israelitis dicerent eis, nisi tantum pro tributo annuatim nobis dederitis, faciemus vobis graue bellum. Cum vero Israelitę habebāt ducem, qui posset eos aliqualiter defendere, licet grauę esset eis pugnare, tamen ne imponerentur magna onera pugnabant, vel saltem offerebant se ad pugnā, tunc Philisthini videntes sic dispositos Israelitas cessabant

sabant a petitione magnorum tributorum, vel etiam ipsi non petebant magna tributa, ita vt inducerent Israelitas ad se defendendum. Cum vero Philisthini imponebant parua tributa Hebræis, licet ipsi haberent defensorem, quia tamē graue erat eis pugnare, & Philisthini erant regulariter potentiores eligebant potius sustinere aliqua tributa non magna, quam pugnare contra Philisthinos, & hoc modo quamquam Israelitæ haberent reges valde potentes tamen sustinebant aliqua tributa, nisi cum reges eorum venissent ad valde magnam potestatem, sicut fuit tempore Dauid, qui totaliter subiecit Philisthinos auferens frenum tributi de manu eorum infra 2. lib. cap. 8. & quia toto tempore vitæ Saulis fuit bellum potens contra Philisthinos, vt patet infra cap. 14. & Saul prosperabatur in bellis, vt patet in duobus bellis, quæ scripta sunt, s. infra 14. & 17. ca. necesse erat, vt maximam partem seruitutis auferret a terra Israel, & sic quamquam nō totalem seruitutem auferret, quia tamen partem quandam abstulit dicebāt liberasse Israelitas de manu Philisthinorum, simile enim dicitur supra c. 7. de Samuele, s. liberauitque Israel de mann Philisthinorum, & erat pax inter Israel, & Amorrheum.

Aliter forte dici posset, quòd Saul totaliter liberauit Israelitas de manu Philisthinorum, s. ab omni seruitute, & tributis, quia cum essent continua bella inter Israelitas, & Philisthinos infra 14. c. nihil soluerēt Israelitę Philisthinis.

Sed tunc arguetur, quomodo post mortem Saulis manebant tributa in Israel, quia Dauid abstulit frenum tributi de manu Philisthinorum? infra 2. libro, capitu. 8.

Responderi potest, quòd postquam Saul cępit pugnare contra Philisthinos, & pręualuit contra illos, non fuerūt Israelitæ subiecti tributis, sed tota vita Saulis fuerunt liberi. In vltimo bello tamen, quod habuerunt Philisthini cōtra Israel tempore Saulis mortuus est Saul, & tunc manentes Israelitæ sine adiutore, subiecti sunt Philisthinis, & soluerūt eis tributa. Nec solum hoc, sed etiam Israelitæ audita morte Saulis recesserunt de ciuitatibus, quæ erant apud terram Philisthinorum, & Philisthini venientes habitauerunt in eis. Post hoc autem Isboseth filius Saulis accepit regnum, & tenuit illud vsque ad mortem suam, quòd fuit quasi per 7. annos, & dimidium, quibus regnauit Dauid in Hebron infra 2. lib. ca. 5. Et quia ipse erat vir piger, & paruæ potestatis, nō potuit resistere Philisthinis, potissime cum in terra sua haberet bella ciuilia, s. quia pugnabat contra Dauid regem Iuda, Israelitæ sustinuerunt tributa imposita a Philisthinis, & sic Dauid potuit auferre frenum tributi de manu Philisthinorum quamquam non fuissent tributa tēpore Saulis. ista positio satis videtur rationabilis, sed verior est prima, s. quòd tempore Saulis fuerint tributa quamquam parua: sic enim patet de Samuele, nam supra c. 7. dicitur, quòd ipse liberauit Israelitas de manu Philisthinorum, & quòd eo viuente non ausi sunt Philisthini redire in terram Israel, sed semper fuit pax, constat tamen, quòd viuente Samuele manserunt tributa, & seruitutes inter Israelitas: nam Saul successit immediate principatui Samuelis.

Sed in principio regni Saulis antequam faceret aliquod bellum cum Philisthinis dicitur, quòd erat positum mandatum, ne Israelitæ haberent inter se aliquos fabros ferrarios, & hoc obseruabant, quia ad parandum omnia instrumenta agriculturæ descendebant Israelitæ in terram Philisthiim infra cap. 13. ergo viuente Samuele, s. dum ipse fuit in principatu suo, manebāt aliquę seruitutes in Israel positę a Philisthinis, nisi forte dicas, quòd iste non erant tempore Sa-

A muelis, sed instituto Saule in regem impositæ sunt, hoc tamen non stat, quia tunc Saul pugnasset contra Philisthinos si voluissent facere aliquam innouationem imponētes iugum, cum ante hoc nullum esset, potissimum cum infra capitu. 14. Ionathas filius Saulis inierit bellum contra Philisthinos ipsis nihil faciētibus, ergo tempore Samuelis manebat ista seruitus.

Item patet hoc quoniam aliæ seruitutes præter has manebant tempore Samuelis: nam cum fuit Saul vnctus in regem occulte a Samuele, manebant in terra Israel Philisthini aliqui obseruantes terram, s. vel quātum ad impositionem, & exactionē tributorum, vel quantum ad hoc, ne Israelitę possent facere aliquid ꝯ statum Philisthinorum ad excludendam subiectionem, quam habebant super eos, de hoc sequenti ca.

B s. Post hęc venies in collem domini vbi est statio Philisthinorum. Apparet igitur rationabilius dictum, ꝙ Saul liberauit Israel de manu Philisthinorum, sed nō quantum ad omnia, sic quoque Samuel, solus autem Dauid liberauit Israel ab omni seruitute.

Quia respexi populum meum. Scilicet oculo pietatis exaudiendo preces eorum: Deus enim nihil respicere potest, quia nec oculos, nec potentiam visiuam habet, tamen secundum figuram dicitur respicere, quia sicut nos aliquem respicimus, quādo nos ad eum pie conuertimur, ita & Deus quando preces nostras exaudit, dicitur ad nos conuerti, cum vero non exaudierit, auersus est a nobis.

C *Venit autem clamor eorum coram me*. Idest Israelitę clamabāt quotidie ad dominum, & Deus exaudiuit eos, erat autem clamor eorū de afflictione illata per Philisthinos: nam Philisthini premebāt eos nimis, Deus autē voluit dare regem, qui eriperet illos. Clamabant etiam pro afflictione, quam infligebat rex Ammonitarum: ipse enim fuit causa immediata, vt Israelitę peterent regem: nam licet Philisthini maiori tempore premerent Israelitas, quam Ammonitæ, tamen Ammonitę grauius illos affligere volebant, Philisthini nāque contenti erant, quòd Israelitæ soluerent eis tributa, & nolebant pręter hoc eos affligere corporaliter. Rex vero Ammonitarum volebat infamiam ęternā Israelitis irrogare: nam cū pugnaret contra Iabes Galaad, dixerunt viri Iabes habeto nos fęderatos, & seruiemus tibi: respondit Naas Ammonitis in hoc feriā vobiscum fędus, vt eruam omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobrium vniuerso Israel.

D Ante hoc autem venerat similiter Naas Ammonites contra Israelitas, & cum graues conditiones eis imponeret, venerunt ad Samuelem, vt daret eis regem, sic patet infra 12. cap. s. Videntes autem, quòd Naas rex filiorum Ammō venisset aduersus vos, dixistis mihi, nequaquam: sed rex imperabit nobis. Clamauerunt etiam Israelitæ ad dominum, quia grauabantur nimis in iudiciis a filijs Samuelis: nam illi declinauerāt post auaritiam acceperantque munera, & peruerterant iudicium pręcedēti cap. Deus autem audiuit clamores istos, quia iusti erant: nam licet multi essent mali inter Israelitas, tamen multi eorum boni erant, & Deus

E exaudiuit preces eorum.

Sed tunc arguet aliquis, quòd Israelitę non peccauerunt petendo regem, quia si peccauissent esset malum petere regem, & tunc Deus non exaudiuisset, & tamen dicit, quòd exaudiuit illos. ergo non erit malū. — *Qūo Deus exaudiuit clamorem Iudęorum petentium regem cū peccarent in hoc.*

Respondendum est, quòd peccauerūt Israelitę petendo regem: nam increpat eos ex hoc Samuel sequēti cap. & infra 12. Posset tamen dici, quòd Deus exaudiuit eos, quia interdum Deus multa concedit iratus, quę non concedit placatus, sic patet Numeri 11. capi. vbi Israelitę petebant carnes, & plorabant, Deus autē respondit populo, dicēs: sanctificamini cras comedetis car- — *Multa concedit Deus petēti irat⁹ quæ nō cōcederet placatus.*

tis carnes,& ibi dicitur,quòd Deus daret eis carnes vsquequo exiret per nares ipsorum,& verteretur in nauseam:& sic Israelitę peccauerunt petēdo tamen Deus exaudiuit, vnde immediate cum comedissent puniuit illos, vt patet ibidem, cum dicitur adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuscemodi cibus, & ecce furor domini concitatus in populo percussit eum plaga magna nimis, hic tamen non est sic dicendum,quoniam nō videtur Deus iratus, sed placatus,vt patet ex verbis suis, cum dicit, quòd respexi populum meum, venit autem clamor eorum coram me, sed Numeri capitulo 11. vbi Deus iratus concessit petitionem Israelitarum,respōdit per verba dura dicens,populo quoque dices,sanctificamini cras comedetis carnes, & increpat eos dicēs, ego audiui vos dicere:Quis dabit nobis escas carnium? Ideò dicendū est aliter,s.quòd iste clamor Israelitarum,quem Deus audiuit non erat cum peccato,vulgares enim, & minores in populo,qui clamabant ad dominum non clamabant,vt daret eis regem,sed vt erueret eos a grauaminibus supra dictis: Deus autem voluit eis prouidere dando regem: peccauerunt tamen maiores populi,& seniores,qui congregati venerunt ad Samuelem petentes regem pręced.cap.& hoc increpat Samuel sequen.c.& infra 12.

Cumque aspexisset Samuel Saulem. Istud fuit quando egrediebatur de domo ascendens in excelsum, nam dicitur supra. quòd egressus est Samuel obuiam illis, scilicet Sauli, & puero suo, & tunc respexit Samuel Saulem.

Demōstrauit Deus Saulem Samueli, & fuit conueniens propter duo.

Dominus ait ei,ecce vir quem prædixeram tibi. Deus locutus fuit hic Samueli demōstrās,quòd ille erat Saul, qui occurrebat ei, quia licet præcedenti die dixisset dominus Samueli, hac ipsa quæ nūc est hora,cras mittam ad te virum: tamen Samuel non aduertebat, an ille esset,qui occurrebat ei, quia poterant ei post paululum in ipsa hora occurrere alij viri, & nesciret Samuel,quis esset, quem dominus mittebat ad eum,& quod maius est Saul, & puer suus simul veniebant, & ambo erant viri, nesciret ergo Samuel, quem illorum Deus mittebat: ideo locutus fuit Deus tūc Samueli declarans quis esset, quem mittebat ad eum.

Aliquis dicet, quòd non erat necessaria ista locutio,quia Deus dixerat supra,quòd mitteret ad eum virum in illa hora, & ille esset de tribu Beniamin, ergo per hoc poterat cognosci sine hac locutione: dicendum est,quòd nō sufficiebat etiam hoc propter duo. Primo quòd Samuel tunc non attendebat, an aliquis illorum esset,quem Deus ad eum mittebat, ideo nō curaret petere,de qua tribu erat, & sic recessissent iuuenes ab eo.Secundo quia dato, quòd quęsiuisset de qua stirpe erant, reperisset vtrunque esse de tribu Beniamin, ideo nesciret distinguere quem illorū Deus mitteret. necessaria fuit igitur ista locutio.

Qualiter Deus locutus est Samueli,quando ostendit Saulem fore regem. Quæst. XII.

QVAERET aliquis quomodo Deus locutus fuit hic Samueli.Respondēdum est, quòd poterat quadrupliciter loqui accipiēdo large loqui, prout est aliquid alteri quocunq; modo significare.

Deus poterat loqui prophetis quatuor modis.

Primus modus est, quòd appareret aliqs Angelus in forma assumpta de aere tanquam vir, & loqueretur:sic enim Angelus domini apparuit Iosue euaginato gladio in agro Iericho.Iosue cap.6.sic etiam Angelus Domini apparuit matri, & patri Sāsonis in figura viri, vnde mater dixit vir Dei venit ad me habens vultum Angelicum,& ibi dicitur,ꝙ erat Angelus. Iudi.

F cap.13. Secundus modus est, vt Angelus Dei non assumpto aliquo corpore apparente in figura viri,sed in aliquo leui instrumento in aere non apparente ad determinatam figuram formaret vocem illam ad Samuelem,sic patet quādo locutus est Angelus Domini de columna nubis ad Mariam,& Aaron ad ostium tabernaculi: Num.c.12. nam ibi non apparuit aliqua figura, nisi ipsa figura, quę ante exstabat, sic etiam in datione legis auditæ sunt magnę voces Angelorum super montem Sinai ad dandum pręcepta, & tamen nō apparuit ibi aliqua figura corporea,sic patet Deut. cap.4. s. Locutus est dominus ad vos de medio ignis vocem verborum eius audistis,& formā penitus non vidistis.

G Tertius modus est,vt Deus per somnium moueat phantasiam alicuius prophetæ,& tunc facit eum videre aliqua, quæ ante nesciebat, & tunc vere propheta dormit, Deus tamen, ita fortiter imprimebat imagines illas phantasiæ prophetę, ꝙ ipse recordaretur visorum,& sciret certissime esse a Deo somnium illud, & illa vocatur diuina locutio. Sic patet Numer.12. Siquis fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo ei,vel per somnium loquar ad illum. Quartus modus est per immutationē intellectus, s.quòd Deus eleuet intellectum alicuius ad intelligendum aliqua, quæ ante non intelligebat, & hoc sine aliqua mutatione corporis, & sine aliqua voce formata, & sine figura apparente,sic patet de Eliseo, quem cum interrogassent rex Iuda,& rex Israel, ait adducite mihi psal-
H tem,cumque caneret psaltes,facta est super eum manus domini,& ait:Hæc dicit dominus, facite in alueo torrentis, &c.ibi enim nō potuit esse aliqua figura apparens,quia vidissent eam,qui circunstabant, nec fuit aliqua vox loquēs,quia audiuissent illam, nec fuit immutatio phantasiæ per somnium, quia non dormiuit ibi coram regibus, maxime cum iuberet, ꝙ caneret psaltes, sed fuit sola immutatio intellectus, quia dicitur facta est super eum manus domini infra 4.lib.c.3. Ista autem immutatio intellectus potest esse dupliciter. Aliqñ enim fit cum priuatione omnium sensationum,& actuum vitalium,& tūc vocatur ecstasis, quæ fit in magnis reuelabilibus, vt cum prophetæ reuelatur diuina essentia. Aliqñ autem fit, sine aliqua priua-
I tione sensationis, sicut cum nos aliquid intelligimus in vigilia,non priuamur aliqua sensatione. Non sunt autem alij modi quibus Deus loqui possit prophetæ. Nunc autem considerandum est in quo modo istorū fuerit facta ista locutio: dicendum, quòd non potuit fieri in tertio,qm̄ ille est,quādo propheta est vere dormiens, & Deus immutat phantasiam illius. Samuel autem non dormiebat hic, sed egrediebatur obuiam Sauli, & respiciebat eum, non potest etiam vna pars quarti modi, s.quando immutatur intellectus per ecstasim,quia ecstatici priuātur omnibus sensationibus, & actibus vitalibus,& corruunt in terram, velut mortui,cum non sustententur aliqua virtute animi, & vix quis de eis scire potest,an mortui sunt, vel viuentes,
K nam nec ipsi de seipsis hoc sciunt,& ēt postquā cessauerit ecstasis nesciunt,an illo tp̄e,quo fuerūt in ecstasi erant mortui,vel viuentes,sic patet de Beato Paulo, qui cum in ecstasi vidit diuinam essētiam dixit de seipso,scio hominē in Christo, siue in corpore, siue extra corpus,nescio, Deus scit: raptum vsque ad tertiū cęlum,& scio huiusmodi hoīem, siue in corpore,siue extra corpus,nescio,Deus scit qm̄ raptus est in paradisum 2.ad Corinth.c.12.non fuit autem hoc in Samuele, quia tunc ipse corruisset in terram,velut examinatus,& putaret Saul, ꝙ esset arreptitius, non tn̄ fuit in eo facta aliqua mutatio,sed accessit ad eum immediate Saul,& locutus est.ergo non fuit in ecstasi.

Immutatio intellectus dupliciter esse.

Item

Item reuelatio in ecstasi nunquam fit, nisi quando sunt aliqua magna reuelabilia, sicut ostẽsio diuinę essentiæ, quam non potest capere aliqua anima, nisi totaliter in eam intendat, & tunc cùm nullo modo anima influat in corpus fit ecstasis, sed hic non erat aliquid magnum reuelandum, cum solum Deus dixit iste est vir, quem dixeram tibi, ergo non debuit fieri ecstasis. Item non potuit hoc esse in secundo modo, s. ꝙ appareret aliqua vox de aere, sine corpore formãte, quia tũc cum Saul, & puer eius essent iuxta Samuelem audiuissent vocem illam, & sic nihil magis esset pro illa vice propheta Samuel, quã Saul, & puer eius. Item nõ stat hoc, quia si istam vocem audiuisset Saul obstupesceret sciens de se esse dictum, & tunc prę stupore, vel verecundia nihil loqueretur ad Samuelem, sed expectaret, ꝙ Samuel aggrederetur eum verbis. Item non stat, quia si audiuisset Saul ista verba, non respondisset ad Samuelem, sicut respondit infra, s. & cuius erunt optima queq; in Israel, nonne tibi, & omni domui patris tui? respondit Saul nunquid nõ filius Iemini ego sum de minima tribu Israel? quare ergo locutus es mihi sermonem istum? Et sic Saul cum intelligeret ista verba pertinere ad regnum miratus est, putans se illudi, quia ad maiores tribus regnum pertineret, si tamen audiuisset vocem dicentem: ecce vir, quem prędixeram tibi, sciret illam vocem esse a Deo, & tunc non miraretur etiam si maiora ei nunciaret Samuel, nec respondisset sic verbis illius.

Aliquis respondebit aliter, ꝙ quamquam fuisset facta vox ad Samuelem non audisset eam Saul, qui erat apud eum, quia cum illa vox fieret a Deo esset manifesta, cui Deus vellet, & alijs esset incognita. Sed dicẽdum, quòd non videtur, quia Deus in monte Sinai locutus est solum ad Moysen semel, & tamen audiebat populus: Exodi capit. 19. scilicet iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te.

Item quando Moyses, & Elias loquebantur cum Christo in transfiguratione, illi tres discipuli, qui aderãt audiebant vocem: etiam audierunt vocem Dei factam ad Christum, s. hic est filius meus dilectus: Mat. 17. cap.

Item cum Christus suscitauit Lazarũ facta est ad eum quædam vox a Deo, & turba, quæ astabat audiuit vocem, vnde quidam dixerunt tonitruum factum esse, alij autem dicebant Angelus locutus est ei. Io. 12. c. ita igitur hic fieret, s. ꝙ dato, ꝙ locutus fuisset Deus ad solum Samuelem tamen audirent ista verba Saul, & puer suus. Rñdendum est, ꝙ cum vox a Deo fit ad aliquem si alij pręsentes sunt audire poterunt eam, ẽt si ad eos non fiat, dum tamen Deus specialiter nõ velit occultare ab eis vocem illã, quia tunc non audient. In exemplis autem supra dictis illi, qui aderant audierunt vocem quamquam non fieret ad eos, eo ꝙ principaliter fieret pp eos, sic patet de locutione facta ad Moysen, quia illa erat, vt populus audiret loquentem Deum cum Moyse, & crederet, ꝙ omnia, quæ Moyses diceret a Deo accipiebat. Exodi ca. 19. s. iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. De locutione autem facta ad Christum sic fuit in transfiguratione, qm̃ non fuerunt illa facta pp ipsum, sed pp discipulos suos, ideo duxit secum tres, vt viderent hoc, & essent testes huius, si ipsi non audiuissent nihil profuisset illa locutio: sic enim fuit de voce facta de celo ad Christum, qñ suscitauit Lazarum: nam ipse petiuit pater clarifica filium tuum, clarificari autem illũ erat ipsum esse cognitum populo, & admirabilem, ideo vox de cęlo facta est, vt audirent omnes qui astabant, & crederent magnalia de Christo: sic enim ipse dixit

A Ioan. 12. c. non pp me vox hęc venit, sed propter vos, oportebat ergo, vt illi audirent, & qñ istę voces fiunt necesse est, vt oẽs astãtes audiant, nisi miraculose fiat, ꝙ non audiant, sed tũc multiplicarent̃ miracula, sine necessitate, qđ est inconueniens. Ergo non est ponendum, ꝙ fuerit aliqua vox facta ad Samuelem, ꝙ pertinebat ad ſm modũ reuelationis prophetice. Primus modus etiam reuelationis, s. qñ Angelus in corpore sumpto de aere apparet, & loquit̃ prophetę stare non potest, quia iste includit prima inconueniẽtia. Primũ est, quod supra positũ fuit, s. ꝙ formaretur vox, & audirent eam Saul, & puer suus: nam qñcunq; Angelus apparet prophetæ in forma assumpta, loquitur aliqd alioquin nihil reuelabitur prophetæ, quia per solam

B apparitionem non illuminatur intellectus ad cognoscendum aliquam veritatem, quod requiritur in prophetia, sic patet Dan. c. 10. s. intelligentia opus est in visione, s. ꝙ ad hoc, ꝙ aliquis sit propheta per ea, quæ videt oportet, ꝙ intelligat illa, & tñ nihil intelliget si nõ formantur aliquæ voces ad ipsum videntem, & redit inconueniẽs primũ. Item sequitur aliud, s. ꝙ Saul, & puer eius vidissent Angelum Dei apparentẽ in corpore assumpto, quia cum illud corpus sit de aere densato, cuicũq; visibile est etiam iumẽtis, vt patet de asinam Balaam, quæ vidit Angelũ in via euaginato gladio. Num. c. 22. sed non erat ꝯueniens, ꝙ Saul, & puer eius vidissent Angelum apparentem, quia hoc solum pertinebat ad prophetam, cui fiebat reuelatio, hoc tñ

C necesse est, vt fieret, nisi dicatur, ꝙ miraculose Deus volebat occultare Sauli, & puero suo Angelum apparentem, sicut interdum aliqua coram nobis sunt, & Deus facit, ꝙ illa non videamus, vt patet de Sodomitis, qui percussi sunt cęcitate, quę non est vera cęcitas, sed aurisia, & cum omnia alia viderent non poterant videre portam domus Loth: Gen. 19. sic etiam fuit de Syris seruis regis Benadab, quos percussit Deus cęcitate, & cum essent ad portam vrbis, non videbãt eam, & cum quęrerent Eliseum, & ille esset inter eos non videbãt ipsum ꝟ. 4. lib. c. 6. sed ista miracula sunt, & sic oportebit multiplicare miracula, qđ est inconueniẽs, cum per alium modum, non multiplicatis miraculis, fieri possit. manet ergo solum tertius modus, quo fie-

D ri potuerit ista locutio large dicta, s. ꝙ Deus immutauerit intellectum prophetæ ad cognoscendum, ꝙ ille, qui veniebat erat Saul, qui erat in regẽ constituendus, & ad hoc non oportebat fieri aliquam locutionem, nec apparitionem figurę, sed solum intellectus immutaret, & de hoc nihil intelligeret Saul, aut puer eius, & isto modo, vt communiter loquebatur Deus ad prophetas cum erant in vigilia, sicut patet de Eliseo ꝟ. 4. lib. c. 3. *Ecce vir, quem dixeram tibi.* Scilicet de quo locutus fueram, ꝙ mitterem eum ad te cras hac eadẽ hora. *Iste dominabitur populo meo.* s. istum accipies in regem, quod Samuel fecit, nã vnxit eum, vt patet seq. c. *Accessit autem Saul ad Samuelem in medio portæ.* s. ibat ad quęrendum vbi esset domus videntis, vt patet immediate, & stetit in medio portæ, s. illius domus, de qua

E egrediebatur Samuel, vt ascenderet in excelsum. aliqui intelligũt in medio portę, s. in porta vrbis, sed non stat, quia dr̃ s. cumq; illi ambularent in medio vrbis apparuit illis Samuel, ergo non erat in porta vrbis. Itẽ quia dr̃ supra, ꝙ apparuit egrediens obuiam illis, si ergo egrediebatur, & erat in porta vrbis, ergo egrediebatur de vrbe, sed falsum est, quia dr̃, ꝙ ipse volebat ascendere in excelsum ad manducandũ ibi, & excelsum erat intra vrbem, ergo non erat in porta vrbis, sed in porta domus suę, & egrediebatur, vt iret in excelsum. *Et ait indica oro mihi vbi est domus videntis.* Idest vbi est domus prophetę, non cognoscebat Saul Samuelem, quia nondum viderat eum, sed quęrebat ab illo, sicut

sicut ab aliquo de popularibus. *Et respondit Samuel Sauli dicens, ego sum videns.* Sciebat enim Samuel, ꝙ Deus miserat Saulem ad ipsum: ergo nolebat se aliquibus verbis palliatis occultare, sed indicauit immediate, ꝙ ipse esset, quem quærebat. *Ascende ante me in excelsum.* Scilicet in partem altiorem, in qua erat altare, & ibi cõuiuium factum est: erat enim istud conuiuium de partibus hostiarum pacificarum, ideo comedebantur carnes in loco sacro, s. apud altare, vel in aliqua domo ꝓpinqua, quę esset facta ad hoc, ꝙ offerẽtes possent comedere ibi partes hostiarum suarum. *Vt comedas mecũ hodie.* Ex hoc apparet, ꝙ Samuel faciebat istud conuiuium alioquin non dixisset, vt comedas mecum: quia solus ille, qui alios inuitat taliter loquitur: Samuel aũt si esset, sicut vnus de inuitatis non inuitasset Saulẽ ad comedendum, quia qui inuitatus est nõ inuitat alios. Item dato, ꝙ Samuel inuitatus esset, & confidens de probitate eius, qui eum inuitauerat, duceret Saulẽ ad conuiuium, tamen non diceret, ascende, vt comedas mecum, sed diceret, ascende, vt comedamus cum tali, vel tali viro. *Et dimittam te mane.* Hoc dixit Samuel ad obuiandum rñsioni, quam daturus esset Saul: nolebat enim Saul iam affligere patrem suum: intelligebat.n. ꝙ pater iam dimitteret asinas, & solicitus esset pro eo, vt patet s. ideo festinanter reuerti volebat, si autẽ Samuel dixisset ei solum ascende in excelsum, vt comedas mecum, putaret Saul, ꝙ aliquot diebus eum detinere volebat, & qa hoc esset graue patri suo, Saul non consentiret ascendere: ideo exclusit hoc Samuel, dicens, & dimittam te mane, s. non morabor te per aliquot dies, sed immediate expediam. *Et omnia, quæ sunt in corde tuo indicabo tibi.* Hoc dicebat Samuel ad lętificandum Saulem, s. non solum indicabo tibi de asinabus, quas queris, sed ẽt si aliquid aliud in corde habes ego declarabo. Ista litera nõ significat hic aliquid aliud speciale, quam declarationem ad interrogationem pro asinabus, quia nihil aliud habebat tunc inquirendum Saul, & satis apparet ex c. isto, & sequẽti, ꝙ nihil aliud inquisierit. Dicit rñ Nicol. ꝙ ista expositio non multũ consonat, quia immediate dr̃, & de asinis, quas perdidisti &c. & sic dicebat Samuel hic duo. Primum, ꝙ declararet omnia, quę Saul habebat in corde suo. Secundo expediebat qõnem de asinabus, ideo Nicolaus aliter exponit dicens, ꝙ versabãtur alia in corde Saulis: & illa etiam expositurus erat Samuel, nam in libro de Hebraicis, qõnibus dr̃, ꝙ Saul viderat in somnijs se esse in capite arboris palmę, quę visio signum regalis principatus erat, de quo erat Saul solicitus, & hoc Samuel ei declararet. Sed ista figmenta sunt, & inducuntur ad expositionem literę, tanquam de necessitate, s. ꝙ sine illis non possit litera exponi, & tñ ista non sunt necessaria, immo nec conueniunt. Dicendum est aũt, ꝙ per istam clausulam, s. & omnia quę sunt in corde tuo: non significatur specialiter aliquid quod declaraturus esset Samuel, nam non habebat Saul aliquid in mente sua, pręter quęstionem de asinabus, & illã immediate exclusit Samuel, dicens, ꝙ inuentę erant: ponitur ergo ista clausula ad significandũ aliãs lętificandum Saulem, s. si aliquid aliud volueris, etiam ego rñdebo tibi. De somnijs autem, non est aliquid verisimile fuisse in Saule, qm̃ regnum tradebatur sibi totaliter opere Dei: ideo non erat significandum per somnia: maxime quia dato, ꝙ aliquod tale somnium Sauli incidisset, non esset solicitus pro illo, nec aliquo modo aduertisset, quoniã Deus prohibebat obseruari somnia, sic patet Deuter. cap. 18. s. non inueniatur in te, qui obseruet somnia: simile Leui. cap. 19. Saul autem erat vir bonus, & optimus, quia non erat melior illo vir in domo Israel, vt patet supra in litera: ideo non attenderet aliquo modo ad somnia.

Fictio Nicolai.

F Item dato, ꝙ Saul tanquam minus sapiens in lege aliquo modo attendisset somnia, tñ Samuel, qui erat vir bonus, & doctor Israelitarum in lege non permitteret ei attendere ad ea, & dato, ꝙ quæreret Saul interpretationem alicuius somnij, magis eum abijceret Samuel nollens rñdere ad ea, quæ inquireret, qm̃ sic daret occasionem mali, s. induceret homines ad obseruationem somniorum, ꝙ nequaquam faceret propheta, ideo non se offerret expositurum somnium illius. *Et de asinis, quas perdidisti nudiustertius ne solicitus sis.* Nondum enim quicquã inquisiuerat Saul a Samuele, & tñ Samuel rñdit non expectans, ꝙ inquireretur, qm̃ ad alia maiora negocia ipse reducebat Saulẽ. erat autẽ de istis Saul solicitus, quia ipse nihil aliud inquire-

G bat, nisi asinas, ideo vt hilaris esset, dixit ꝙ ꝑderet hãc solicitudinem. dicitur etiam nudiustertius, idest a tribus diebus, s. ꝙ tres dies erant, quibus perdiderat asinas Saul. Sciendum tamen, ꝙ aliquando accipitur nudiustertius pro tẽpore determinato, & significat tres dies pręteritos, aliquando autem significat tempus indeterminatum, & potest poni pro magno, vel paruo tempore. Primo modo dicimus nudiustertius, nudiusquartus, nudiusquintus, & sic de alijs numeris: est enim nudius aduerbium temporis, & dicitur nudius quasi nunc dies. Cum autem additur connotatio numeralis significat tempus determinatum, vt cum dicimus nudiustertius, idest nũc est dies tertius, ex quo

H aliquid factum est, & cum dicimus nudiusquartus, idest nunc est quartus dies, hoc modo solum trãsissent dies tres, ex quo asinę perditę fuerant. Alio modo accipitur prout significat tempus indeterminatum, sic patet Exo. 21. c. si autem sciebat, ꝙ bos cornupeta esset ab heri, & nudiustertius, ibi autem nõ accipitur nudiustertius pro tribus diebus, sed pro multis, hic autẽ melius est, vt accipiatur pro tribus diebus determinate, s. ꝙ tot dies solum transierant ex quo perditę sunt asinę. *Quia inuentæ sunt.* Idest ne sis solicitus de illis, quia iam inuenit eas pater tuus: sic enim renunciatũ est Sauli, cum rediret ad patrem suum in itinere infra sequen. cap.

Nud[illegible] tius [illegible]

I *Quare Saul non obtulit munera Samueli, cum a principio dispo- suisset dare. Quæst. XIII.*

QVAERET aliquis, quare Saul non dedit munera Samueli, vt indicaret ei de via sua: nam supra dicebat, ꝙ non apparerent honeste coram propheta, cum non haberent sportulam, & inuenta pecunia in manu pueri, dixit Saul optimus est sermo tuus. Aliqs forte respondebit, ꝙ Saul mutauit intentionem, s. ꝙ a principio iudicauerat bonum esse aliquid offerre prophetæ, postea autem putauit nõ esse rationabile. Sed dicendum est, ꝙ hoc non apparet conuenienter dictum, quoniam supra totaliter deliberauerat Saul aliquid dare prophetæ, immo videbatur sibi necessariũ esse, quia alioquin non posset coram eo apparere. si igitur non videret aliquid quare deberet recedere ab

K hac sententia, nullo modo recederet, sed non videbatur esse aliquid, nisi forte propheta renueret recipere munera, quod tñ non apparet. Aliter respõdebit aliquis, ꝙ Samuel, & puer eius dederunt quartam partẽ stateris Samueli, scriptura tñ subticuit, quia non omnia exprimit, quę facta sunt. Sed hoc non stat, qm̃ Samuel non reciperet pecuniam pro hac re, quia pecunia semper sonat in nomen precii. Cum autem debet aliquid offerri gratis non tanquam pro precio, sed ad honorem, vel alias, non offertur in pecunia, sed in alia specie, & potissime in rebus pertinentibus ad cibum, & potum, & ꝑꝑ hoc in collatione beneficiorum, vel aliarum rerum spiritualium si collator recipiat pecuniam,

niam, etiam si paruæ quantitatis sit, semper iudicatur simonia. Si autem recipiat donum in alia specie potissime esculentum, & poculentum, nõ iudicatur simonia, nisi donum sit valde magnũ, quod verisimiliter possit mutare mentem collatoris ad conferendum, sic patet extra. de simo. c. & si quæstiones, ideo iura cõcesserunt iudicibus posse suscipere esculentum, & poculentum, quod paucis diebus consumi potest, & nõ aliquod aliud donum: extra de rescriptis. in 6. c. statutum. Samuel ergo qui erat vir sanctus nollet accipere pecuniam, nec istud nouiter introductum fuit per iura humana, sed ab antiquo sic obseruabatur in euntibus ad prophetas consulendos, qm̃ non ferebant eis pecunias, sed alia dona, & maxime, quæ pertinerent ad cibum, sic patet de vxore regis Ieroboam, qñ iuit ad Ahiam Silonitem: nam dixit ei Ieroboam tolle in manu tua decem panes, & crustulam, & vas mellis, & vade ad illum: ipse indicabit tibi quid venturum sit huic puero, propter hoc autem vr̃, ꝙ Eliseus reiecerit munera, quæ offerebat ei Naaman Sirus quando mũdatus est a lepra: nam dabat ei magna munera in pecunijs, s. decem talenta argenti, & sex millia aureos, & decem mutatoria vestimentorum infra 4. lib. ca. 5. ista autem videbantur esse aliqualiter in mercedem laboris quantum ad totum, vel quantum ad aliquid. Si autem obtulisset Naamã Eliseo aliquid paruum, quod pertineret ad cibos, quia illud nullo modo videbatur esse in remuneratione præstitæ sanitatis forte recepisset illud Eliseus. Sed si Saul obtulisset aliquid Samueli illud esset in pecunia, ideo non est dicendum, ꝙ receperit, & ꝙ scriptura illud subticeat. Sed dicendum est, ꝙ Saul proposuerat offerre quartam partem stateris Samueli, ideo quærebat vbi habitaret vidẽs ad hoc, ꝙ offerret ei mun⁹ illud, & deinde peteret de via sua, sed cũ locutus fuisset Samueli Saul, Samuel præclusit eius interrogationem, & opus, respondẽs anteq̃ quicquam diceret, vel ageret Saul, ideo Saul non habuit opportunitatem offerendi ei munus, quod destinauerat dare. Item quia dato, ꝙ respondisset Samuel antequam quæreret Saul, forte Saul postea obtulisset pecuniam Samueli in munere, vel pro mercede, tamen immediate Samuel distraxit Saulem ad maiora loquens ei de regno, & inuitans ad prandium, ideo cum se videret Saul in tanta reputatione apud prophetam, erubesceret dare tam paruũ munus, quod fere nihil erat, ideo substitit nihil dans. *Et cuius erunt optima quæque in Israel:* Ista lr̃a posset legi relatiue, s. tu es ille cuius erunt optima quæque, sed litera sequens prohibet sic legi, s. nonne tibi, &c. & cum illa responsiua necesse est istã esse interrogatiuam, & est sensus cuius erunt optima quæque in Israel, idest cuius erit principatus regnatiuus, qui est optimus, quasi dicat, tuus erit. Accipitur hic optimum in genere boni vtilis: sunt enim tria bona iuxta Philosophum 1. Ethi. s. vtile, delectabile, & honestum, proprie autem bonũ est ipsum honestũ, quod absolute vocatur bonum. Alia autem vocantur bona s̃m quandam relationem, & sicut ista duo prima non sunt proprie bona, non est in eis proprie optimum, oportet tamen large dari, quoniam omnia vtilia non sunt æqualia in genere vtilitatis, quod ergo maximum est, vocabitur optimum, sed nihil est, quod maiorem vtilitatem afferat, quam esse regem, quia ibi sunt maximi redditus, & suprema potestas, ergo optimum in vtilibus vocabitur principatus regnatiuus. ad bona autem delectabilia non pertinet principatus iste, nisi per accidens inquantum aliquis nimis delectatur ĩ magnis pecunijs, & potestate eximia. Ad bonum autem honestum adhuc magis per accidens pertinet: nam nõ est in eo aliquod honestum, nisi inquãtum ista magna potestas virtute regitur, alioquin

A solum vtile est. *Nonne tibi, & omni domui patris tui.* Quasi dicat, tibi euenient omnia bona Israel: in hoc significabat Samuel, ꝙ reuelatum erat sibi a Deo Saulem futurum esse regem. dicitur etiam omni domui patris tui, quia domus patris Saulis erat Saul, & fratres eius, & loquendo large omnes qui pertinebant ad eãdem cognationem erãt minores, & est sensus, ꝙ omnes cognati Saulis fuerunt facti in magna potestate: nam cum Saul factus esset rex eleuauit omnes cognatos suos ad magnos honores, nam Abner cognatus Saulis factus est princeps militiæ infra 14. ca. & sic est intelligendum de omnibus alijs cognatis, ꝙ dabat eis aliqua officia, vel honores. Aliqui autem intelligunt hoc de posteris Saulis cum dicitur, nonne tibi, & om
B ni domui patris tui, idest non solum tu habebis principatum istum, sed etiam domus patris tui, idest posteri tui: nam Isboseth filius Saulis fuit rex post patrem suum toto tempore, quia Dauid fuit rex in Hebrõ super tribum Iuda, & istud fuit tempus annorum 7. & quasi dimidij, vt patet infra 2. lib. c. 5. Sed non dicitur hoc conuenienter. Primo quia domus patris alicuius, proprie accipiendo, non vocatur omnes posteri illius, sed solum illi, qui tunc sunt in familia patris, & sic Isboseth, qui erat filius Saulis, non proprie pertinebat ad domum patris Saulis, sed ad domum Saulis, hoc enim est accipiendo proprie inquantum distinguitur domus paterna a domibus filiorũ, sic accipitur supra cap. 2. cum dicitur: Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in cõspectu meo
C vsque in sempiternum, & sic distinguitur ibi domus Heli a domo patris sui. ergo si hoc intendisset scriptura dixisset nonne tibi, & domui tuæ, & non dixisset tibi, & domui patris tui. Secundo non stat, quia dicitur, & omni domui patris tui. Si autem domus accipiatur pro posteris oportebat, ꝙ omnes posteri Saulis accepissent principatũ, sed falsum est, quia solus Isboseth accepit illud, & iste pauco tempore tenuit, nam occisus est a seruis suis infra 2. lib. capit. 4. & eo tp̃e, quo tenuit imperfecte habebat, q̃a simul erat cũ eo rex Dauid, & quotidie deprimebatur regnum Saulis, & prosperabatur regnum Dauid. Melius ergo est, ꝙ exponatur accipiendo domum proprie, s. domũ patris Sau
D lis, pro ipso Saule, & omnibus fratribus eius, & cognatis suis, qui tunc erant: nam omnes isti pertinebant ad domum patris Saulis, & tunc etiam est verum, ꝙ omni domui patris Saulis prouenerunt bona, qm̃ promoto Saule in regem, non fuit aliquis de cognatis suis, q non accepisset maiorem honorem quam ante habebat, & sic stat litera proprie: quamquam si velimus accipere domum patris Saulis pro omnibus de posteritate illa, satis posset stare, quia quãquam proprie domus alicuius dicatur familia eius, quæ est, quando ipse viuit, tamen interdum accipitur domus pro omni posteritate alicuius, sic dicitur domus Iacob, domus Aarõ, domus Leui omnes, qui de posteritate illa manent: Psalm. 113. sic quoque supra ca. 3. dicitur, s. Idcirco iuraui domui Heli, ꝙ non expiẽt iniquitas domus
E eius victimis, & muneribus vsque in æternum, & sic non solum ponitur ibi durans domus Heli dum ipse manet, sed etiam in æternum post ipsum. Ad secundũ cum dicitur omni domui patris tui, & tamen solus Isboseth de posteritate Saulis regnauit, dicẽdum quòd in æternum durauisset regnum in domo Saulis, nisi peccasset, vt patet infra decimotertio capitu. scilicet. Quod si non fecisses, iam nunc præparasset dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, Deus autem loquebatur hic ad Saulem tãquam si mansurus esset semper in illo statu bonitatis, in quo tunc erat, quia tamen non mansit, non stetit promissio. Prima tamen expositio melior est.

Domui patris Saulis euentura oĩa bona quomodo intelligit.

Respon-

Respondens autem Saul ait. Locutus fuit Samuel ad Saulem magna, quę satis videbâtur pertinere ad principatum regalem, cum dixisset de optimo, quod erat in Israel, Saul autem qui erat valde humilis credidit ista non pertinere ad se, ideo respondit Samueli tanquam illuderet eum, sic ait Iosephus 6. Antiquitatum (Cap. 4.) scilicet minimus inqt sum in cognatione mea, & de vltima tribu, quæ apta nō est, & ex inferiori patria vrbium ceterarum, sed tu magis illudis, & pro periculo me fatigare contendis de tribus maioribus, quam vt mihi conueniat non loquendo.

Nunquid non filius Iemini ego sum. Quasi dicat, quomodo est verisimile, quòd ego possem sumi in regē, quia ego sum filius Iemini? Accipitur autem Iemini prout est nomen Hebræum, & in Hebręo vocatur Iemini, est sensus, quòd erat de tribu Beniamin, in qua erat vir Iemini, & non est sensus, quòd Saul sit filius Iemini, scilicet immediate ab eo genitus, quia erat filius Cis. & Cis erat de stirpe Iemini sextus ab illo, vt patet in principio c.

Aliqui autem intelligunt, quòd dixit Saul se esse filium Iemini, idest filium Beniamin, sed supra declaratum est, quòd Iemini, & Beniamin non sunt idem, nominauit tamen Iemini, quia iste fuit excellens vir in tribu illa, vt supra dictum est. (In extremo qō.3.)

De minima tribu Israel. Idest de tribu Beniamin, quæ erat minima, credebat enim Saul hoc nimis obstare dignitati regali, scilicet, esse de parua tribu, cum iste principatus regalis esset valde desiderabilis, & excellentissimus, videbatur indignum, quòd daretur tribui minimę, sed maiori, & excellentissimę. Item quia ille, q debebat esse rex erat dominaturus toti populo, & debebat esse potens, ne alij vellent vsurpare principatum eius, vel non reddere debitum famulatum, & quia ille, qui est in magno potentatu, si non habet consanguineos, etiam si habeat pecuniam cito perit, eo quòd in grauibus periculis alienantur ab eo, qui olim propter pecuniam famulabantur illi, consanguinei autem ex quadam naturę vnione, & retinaculo se sic non deserunt, ideo ad hoc, quòd aliquis habeat stabilem principatum cōsanguineis eget, & quia tribus Saul erat minima in toto Israel habebat paucos adiutores, ad custodiam huius magni principatus, ideo satis videbatur, quòd non conueniret ei principatus regalis, sic enim excusabat se Gedeon, cum dixit ei Angelus vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madian, qui respondit domine mi, in quo liberabo Israel? ecce familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei. Iudi.c.6.

An tribus Beniamin esset minor omnibus tribubus Israel, vt dixit Saul. *Quæst.* XIIII.

QVAERET aliquis, quomodo dixit hic Saul, quòd erat tribus sua minima inter tribus Israel. Nam videtur, quòd aliæ erant minores, patet de tribu Leuitarum, nam cum cōputatę sunt cęteræ tribus per viros a viginti annis, & supra. in quibusdam inueniebantur 70. millia, in alijs vero quinquaginta, vel quadraginta millia. In eis autem, in quibus parum erat reperiebantur vltra trigintaduo millia. Num.c.1. Leuitę autem computati sunt ab vno mense, & supra, & inuēti sunt vigintiduo millia: Numer.cap.3. & secundum aliam computationē, qua computabantur a 30. anno, vsque ad quinquagesimum inuenti sunt octo millia, & parum plus, Numeri cap.4. & sic non fuit aliqua minor tribus inter Israelitas facta computatione in monte Sinai. Sic quoque in secunda computatione facta anno 40. ab exitu de Aegypto Leuitæ fuerunt pauciores omnibus,

F nam solum inuenti sunt 23. millia ab vno mense, & supra, in alijs autem tribubus inueniebantur valde plures plusquam in duplo, vt colligitur. Numeri 26. capitulo.

Aliquis forte dicet, quòd isto tempore erat valde augmentata tribus Leui quamquam a principio fuisset parua: sic enim est in quibusdam progeniebus, aliquo enim tempore valde multiplicantur, & alio tempore nimis decrescunt.

Sed istud non stat, nam non solum in deserto tribus Leui erat minor alijs, sed etiam fuit postea semper minor, scilicet tempore isto, & immediate tempore Dauid: nam quando Dauid numerauit omnes sacerdotes, & Leuitas, & instituit eos in officijs suis,
G de quo primo Paralip.ca.23. vsque ad 26. inuenti sunt trigintaocto millia, vt ait Iosephus sexto Antiquitatū, circa finem, & satis colligitur præallegat.capit. Paralipomen. tunc tamen erant aliæ tribus in valde magno numero. Nam etiam Dauid fecit computari omnes viros pugnatores Israel, & de sola tribu Iuda inuenti sunt quingenta millia virorum pugnatorum, de alijs autem tribubus simul inuenta sunt nongenta millia infra secundo lib.capit.24. ergo quælibet tribus esset maior quasi in duplo tribu Leuitarum.

Ad hoc respondendum est, quòd quando dicitur, quòd tribus Beniamin erat minima omnium aliarū tribuum, intelligitur de alijs vndecim tribubus non
H comparando ad tribum Leui: nā Leuitæ non faciunt tribum, & quando nominantur duodecim tribus, nō intelliguntur ibi Leuitę, vt declaratum est Numeri capit.primo, & decimotertio. ideo si esset minor alijs tribubus quamquam esset maior tribu Leuitarum recte dicitur, quòd esset minima in tribubus.

Sed adhuc dicet aliquis, quòd non erat minor tribus Beniamin alijs tribubus, accipiendo proprie tribum: nam in prima computatione, quæ fuit facta in deserto Sinai, maior fuit tribus Beniamin, quam tribus Manasse, vt patet Nume.c.1.

In secūda autem computatione, quę fuit anno 40. ab exitu de Aegypto tribus Beniamin excessit multas tribus, fuit enim plusquā dupla ad tribum Simeō, Numeri capit.27. fuit etiam maior quam tribus Ru-
I ben, & Gad, & Ephraim, & Nephtalim, sic patet præallegat.capitu. ergo non erat minima. Item non solū nunc erat magna, sed etiam videtur, quòd semper fuerit magna, & tribus Simeon fuerit minima inter tribus Israelitarum, quod apparet ex distributione sortium: nam tribui Beniamin magna sors data est, tribui autem Simeon, quia erat valde parua nō fuit per se data sors, sed accepit quandam partem sortis Iudę, sic patet Iosue 19. capitu. scilicet hęc est hęreditas filiorum Simeon iuxta cognationes suas in funiculo, & possessione filiorum Iuda, quia maior erat, & idcirco possederunt filii Simeon in medio hęreditatis eorum.

Respondendum est, quòd tribus Beniamin ab introitu in terram Chanaan magna tribus erat, & regu-
K lariter tribus Simeon erat minima omnium, accidit tamen, quòd tribus Beniamin efficeretur minima omnium, & etiam minor tribu Leuitarum, & hoc per bella: nam pro excessu virorum Gabaa, cum essent de tribu Beniamin, exposuerunt se ad pugnā omnes de tribu illa, & perierunt pręter sexcentos, qui confugerunt ad petram Remon, & postea tribus illa incępit esse minor omnium, vnde tempore Saulis adhuc cęteris minor erat. De hoc Iudicum capit. vigesimo, & vigesimoprimo. recte ergo dixit Saul, quòd erat de minima tribu.

Quare

Quare Saul non excusauit se aliter, quàm quòd esset de tribu minima. Quæst. XV.

QVAERET aliquis vlterius, cum excusaret se hic Saul, dicens non conuenire sibi regnum, quia erat de minima tribu quare nõ ponebat aliam excusationem, quæ videbatur rationabilior. s. ꝙ non esset ipse de tribu Iuda. Nã principatus regnatiuus prophetice promissus fuerat viris de tribu Iuda: Gen. 49. cum dr̃: Iuda te laudabũt fratres tui, manus tua in ceruicibꝰ inimicorũ. Et post hoc dr̃: Nõ auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: deberet ergo credere, ꝙ nullus posset accipere principatum regnatiuum, nisi esset de tribu Iuda, sicut nulli licebat ministrare in officio sacerdotali, vel Leuitico, nisi esset de stirpe Leui. Num. c. 1. & 3. & 18. potissimè autẽ cum principatus iste fuisset promissus firmiter tribui Iudæ, cum dictũ sit: Donec ueniat, qui mittendus est. Aliquis rñdebit, ꝙ Saul satis hoc credebat, q̃a sciebat ꝙ propheta loquebatur id, qđ Deus iusserat, & non dubitauit, quin posset transferri principatus ad aliam tribum. Sed ad hoc dicetur, ꝙ si ꝑꝑ hoc admirabatur Saul, q̃a propheta istud dicebat, ita nõ debuisset admirari, quia ad eum posset pertinere principatus regalis quamq̃ esset de tribu & familia parua. Aliter aũt poterit rñderi, ꝙ Saul erat vir non peritus in lege, sed rusticus, iõ nesciebat ad quã tribum pertinere deberet principatus regalis ſm prophetiã, sed credidit, ꝙ ad quamcunq; tribũ indifferenter posset venire: allegauit aũt pro se id, qđ quilibet ẽt indoctus legis allegare posset. s. ꝙ erat de minima tribu, iõ non erat sufficiẽs ad habẽdum principatum regalem. Aliter rñderi põt si conceditur, ꝙ Saul erat vir sapiens, & aliqualiter instructꝰ in lege. s. ꝙ quamq̃ ipse sciret principatũ regnatiuum promissum esse tribui Iudę, tñ poterat Deus mutare ad aliam tribum, sic. n. factum fuerat in sacerdotio: nam Deus ꝓmisit summũ sacerdotiũ Phinees nepoti Aaron, ꝙ maneret in æternũ in domo eius: Nu. c. 25. transtulit tñ postea in domum Ithamar: nã Heli summus sacerdos, & posteri eius fuerunt de stirpe Ithamar, vt declaratũ est sup. ca. 2. & postea rursus promisit Deus Heli sacerdotium in sempiternũ, quia tñ filij sui nimis errauerunt Deus abstulit principatũ sacerdotij de domo eius, & iterũ redijt ad domũ Phinees, vt patet s̃. c. 2. s. loquens locutus sum, vt domus tua & domus pr̃is tui ministraret in ꝯspectu meo vsq; in sempiternũ: nunc aũt absit hoc a me. Sed q̃cunq; honorificauit me, glorificabo eũ. sic ergo credebat, ꝙ posset fieri de principatu regnatiuo n̄ ãicundo, vel incipiẽdo esse in alia tribu. Sed tunc stat argm̃, q̃uo ergo nõ credidit Saul, ꝙ principatus regnatiuus ad eũ posset ꝑtinere, sed dixit, ꝙ erat de minima tribu: Põt rñderi dupliciter. Vno mõ, ꝙ q̃q̃ Saul sciret, ꝙ principatus regnatiuus posset esse in alia tribu, q̃ in tribu Iuda: tñ nesciebat, an Deus hoc diffiniuisset. Et si arguat, ꝙ dicebat illud ꝓpheta. Rñdendũ, ꝙ putabat, ꝙ vellet ei illudere, q̃a dato ꝙ Deus vellet mutare principatũ regnatiuũ de tribu Iuda in aliã tribu, nõ putabat, ꝙ vellet mutare in illã tribũ minimã, sed in aliã digniorẽ, & pro hoc allegauit sic. Aliter rñderi põt. s. ꝙ credidit Saul principatũ regalẽ posse mutare de vna tribu in aliã: ẽt credidit, ꝙ Deus ei vellet dare, sicut ꝓpheta dicebat: loquebatur tñ verba ista ex humilitate, q̃a erat valde humilis, & reputabat se indignũ ad tm̃ principatũ: sic patet ĩ. c. 15. s. Nõne cũ paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? vtraq; ergo harum duarum solutionũ stare põt. *Et cognatio mea nouissima inter omnes filios de tribu Beniamin.* Iocit non solum tribus mea est parua, sed etiam familia, de qua

A sum in hac tribu: accipitur enim hic cognatio pro aliquo, quod est minus quàm tribus. Primo enim diuidebatur totus Israel per duodecim tribus: deinde quęlibet tribus per familias: postea quælibet familia per domos: deinde domos per viros: sic patet Iosue cap. 7. scilicet, Accedetisque mane singuli per tribus vestras, & quamcunque tribum sors inuenerit accedet per cognationes suas, & cognatio per domos: domusque per viros: cognationes autem, quæ sunt ibi immediatè sub tribubus, vocantur ibidem familiæ: cum dicitur ꝙ inuenta est tribus Iuda, quæ per familias suas oblata est: istę autem familiæ paucæ erant, scilicet, in qualibet tribu tres, vel quatuor, vel pauciores: quot autem essent familiæ in qualibet B tribu, patet Num. cap. 26. & ibi ponuntur septem familię in tribu Beniamin, de quibus fortè plures perierunt in excidio Gabaa, cum remanserint de tota tribu sexcenti viri: Iudic. cap. 20. Sed adhuc in familijs, quæ manserant nulla minor erat, quã familia, de qua erat Saul, quod valde oberat ad magnum principatũ: quia haberet paucos consanguineos auxiliatores.

Cognatio quid.

Quare ergo locutus es mihi sermonem istum? Quasi dicat cùm tu scias omnia ista de cognatione mea, quare dicis mihi ista, cum scias me esse impotentem?

An Saul intellexerit per verba Samuelis se fore regem. Quæst. XVI.

C QVAERET aliquis an Saul intellexerit per verba ista Samuelis se constituendum regẽ. Respõdendum est, ꝙ sic, quod apparet ex verbis suis: nam si non intellexisset aliqua magna sibi dici, non dixisset, quare ergo locutus es mihi sermonem istum? Sed tunc stat dubium, per quid potuit cognoscere Saul ex verbis Samuelis, ꝙ dicebat de constitutione eius in regem. Posset responderi ſm positionem Nicolai, & Iudęorum quorundam, quòd hoc cognouit Saul per somnium suum, s. ꝙ ipse esset in capite vnius arboris palmæ: ꝙ significat fastigium magnæ dignitatis, s. regalis: & cum audiuit a Samuele, s. Et cuius erũt optima quæque in Israel intellexit verum fuisse somnium suũ, ideo credidit certissime dici de principatu regali. Sed hoc non stat, quia etiã D si Saul somniasset aliquid tale, non adhibuisset illi fidem aliquam, nec curasset de illo, quia lex prohibet obseruari somnia: Deut. 18. maximè quia Nicolaus, & Iudæi ponunt istud tanquam nihil aliud sit, per qđ potuerit intelligere Saul, quòd loqueretur Samuel de constitutione eius in regem, & tamen hoc satis poterat colligi ex solis verbis Samuelis, s. cuius erunt optima, quæque in Israel: manifestum est, ꝙ optimũ ſm ꝙ ab hominibus accipitur vulgariter est in maximis honoribus, & potestate, & diuitiarum ampla magnitudine: istud autem in nullo magis est, quàm in maximo principatu, ergo satis poterat intelligere Saul, etiam si rudis esset, quòd dicebatur de constitutione eius in principem. Sed adhuc dicetur, quòd E non colligebatur ex hoc aliqualiter, quòd esset Saul futurus rex, quoniã ipse poterat habere omnia quæque in Israel, & tamen quòd non esset rex, sed esset Iudex totius populi sicut fuerat ante hoc Samuel, vel si aliqualiter vellet intelligere de maiori honore, ꝙ esset princeps eo modo, quo fuit Iosue, nam iste maiorem potestatem habebat super populũ, q̃ iudices, qui post eum fuerunt, tamen non erat rex.

Impugnatur Lyranus.

Sed adhuc aliquis dicet, quòd bene colligebatur ex hoc quòd erat futurus rex, nam hic dicitur, quòd optima Israel futura erant sua, sed inter principatus ipse regalis est excellentior alijs, ergo intelligebatur per hoc principatus regalis, & non iudicatiuus.

Dicendum, ꝙ non stat iste modus arguendi qm̄ si sic stricte acciperentur verba non solum concluderetur, ꝙ Saul futurus rex esset Israel, sed etiã, ꝙ oĩa, quæ possidebant Israelitæ pertinere deberent ad Saulem, & ꝙ ipsi Israelitæ futuri essent serui eius: nam maior principatus, & vtilitas est plusquã in decuplo, ꝙ aliquis sit proprie dñs alicuius terræ. s. ꝙ omnia, quæ ibi sunt, sint sua, & oẽs habitatores ipsius sint serui sui, q̃ si sit rex illius terræ, ergo de Saule sic intelligendum esset si stricte acciperentur verba, sed sunt accipienda ciuiliter, & tunc possent vocari optima Israel, ꝙ aliquis esset iudex, vel princeps, sicut fuit Iosue, q̃q̃ non esset rex. Item patet, quia similiter loquitur aliqñ scriptura, sic patet s. c. 2. Cũ dixit ad Heli, & videbis æmulum tuũ in templo in cunctis prosperis Israel, idest, ꝙ habiturus esset ille omne bonum, vel prosperitatem Israelitarum, & tñ in hoc solum significabatur, ꝙ futurus esset summus sacerdos, ꝙ dicebat magnos redditus, & honores. Ita ergo hic per optima Israel poterit significari aliquis magnus status, quamquam non sit maximus, qui esse potest, & sic esset principatus iudicatiuus, vel talis qualem habuit Iosue: nam maior principatus erat, q̃ summi sacerdotes, ergo non oportet, ꝙ per hoc significaret̃ principatus regalis. Rñdendũ est, ꝙ ex verbis Samuelis Saul, & quilibet alius intelligere potuisset se constituendum in principem, & habiturus magnos honores in populo, tñ nõ concluditur, ꝙ futurus esset rex, Saul tñ intellexit ex verbis istis se constituendum regem, qm̄ ante hoc totus Israel petierat regem a Samuele: præced. c. & ipse iussit ibi, ꝙ recederent singuli in vrbes suas, ipse enim daret eis regem, & quia nunc dicebat, ꝙ optima Israelis prouentura erant ad eũ, non poterat intelligere Saul, nisi de principatu regnatiuo. Nam non poterat intelligere, ꝙ efficeretur summus sacerdos, ꝙ habebat magnos redditus, & honores, quia hoc non pertinebat, nisi ad aliquem de tribu Leui, & de stirpe Aarõ. Etiã non poterat intelligere se constituẽdum in iudicem, sicut prius fuerat Samuel, & alij præcedentes, quia iste principatus iam cessabat: petiuit enim populus regem dicẽs nequaquam: rex enim erit super nos, & Samuel consensit huic dicto, ergo vr̃, ꝙ iam cessaturi erãt omnes principatus populares præter regalem, sed ex verbis Samuelis colligebat Saul se assumendum ad aliquem principatum, ergo ad regalem solum intelligere debebat. *Assumens itaque Samuel.* Hic ponitur tertiũ, in quo Saul a Samuele honorifice suscipitur, cognoscebat enim Samuel Saulem de proximo regem futurum, & quia regi competit maximus honor incepit Samuel istum honorem nunc impendere Sauli, etiam si nondum esset rex faciẽdo eum sedere super omnes inuitatos, & dando ei solenniorem partem ciborum, & dr̃. *Assumens itaque Samuel Saulem, & puerum eius.* Scilicet postq̃ locutus fuit Samuel ad Saulem de sublimatione regni, & respondit Saul, assumpsit Samuel Saulem, & puerum suum ducens eos in excelsum ad locũ in quo comesturi erant. *Et introduxit eos in triclinium.* Iste est locus, in quo capiebant cibos, qui inuitati erant, erat enim quædam domus habens tres ordines mensarum facta specialiter ad conuiuia solẽnia, & hoc erat, quia in excelso erat altare, in quo fiebant immolationes, & quia populus aliqñ offerebat hostias pacificas, de quibus maxima pars proueniebat ipsis offerentibus: oportebat, vt haberent circa altare locum in quo epularentur, cum de offerentibus dicatur, ꝙ deberent epulari coram Domino Deute. c. 12. & 16. ad hoc ergo fuerat facta in excelso quædam domus magna disposita ad cõuiuia, & ista erat tricliniũ, i. habens tres ordines mensarum, & dr̃ a tris, quod est tres, & cline quod est accubitus, vel acclinatio quasi

Tricliniũ quid.

F triplex accubitus, hoc enim est, quia sumentes cibos super mensam aliqualiter acclinamur, maximẽ autẽ erat hoc apud antiquos, qui qñ ꝯsumpturi erãt cibos super lectos accubabant, & inde triclinium dr̃ quasi essent tres ordines lectorum, in quibus homines ad conuiuia iacerent, & propter hoc scriptura pro cedere ad mensam dicit discumbere, vel recumbere, aut accubare, sicut sæpe patet. *Et dedit eis locũ in capite eorum, qui fuerant inuitati.* In hoc patet, ꝙ Samuel inuitabat omnes istos cum dicatur, ꝙ dedit ei locum in capite, &c. Sed non erant aliqui comedentes ibi quibus ante non posuisset Samuel Saulem, ergo non erant aliqui de ibi comedentibus, qui non fuissent inuitati, & sic Samuel inuitauerat eos, etiam quia dr̃, ꝙ ipse dedit locum Sauli, & puero suo, non enim fecisset hoc, nisi
G ipse inuitasset illos, quia ad nullum alium pertinet iubere de loco discubitus, nisi ad inuitantem, in hoc autem valde honorauit Samuel Saulem, quia non solũ posuit Saulem in capite mẽsæ sed etiam puerum suũ, quia propter Saulem etiam puer suus erat honorandus, maxime quia forte Samuel præuiderat istũ puerum esse ad magnum honorem eleuandum, quia cũ Saul in regem constituendus esset immediate, & iste puer erat nimis familiaris Sauli, verisimile est, ꝙ Saul eum in aliquo honore præficeret, eum igitur voluit honorare Samuel. *Erat enim quasi 30. viri.* Scilicet illi q inuitati fuerant erãt 30. & super omnes sederũt Saul, & puer eius. Iosephus 6. Antiquitatum dicit, ꝙ erant quasi 70. viri, sed cum scriptura dicat 30. oportet in-
H telligi non fuisse plures, nisi forte diceretur, ꝙ isti 30. erant segregati, erant autem alij 40. seorsum discumbentes, & quia illi principaliter non pertinebant ad ꝯuiuia non curauit scriptura de illis. *Dixitque Samuel coco.* Samuel enim inuitauerat omnes istos, & ipse prius disposuerat de cibis, qui dandi erant, & quantum vnicuiq; inuitato, & ibi fecit separari partem vnam pro Saule. Cum autem sedit ad mensam petiuit Samuel partem illam. *Da partem quam dedi tibi.* Omnes partes ciborum dederat Samuel, quia ipse inuitabat omnes comedentes illa die, & tñ de ista parte dr̃ specialiter, ꝙ dederit eam, idest dederit, & præceperit custodiri. *Et præcepi tibi, vt reponeres seorsum apud te.* Idest de illa parte præceperat specialiter, ꝙ custodiretur ne immisce-
I retur inter cæteras. Disposuerat enim Samuel quantũ dandum esset alijs inuitatis, & qm̄ ista pars erat solennior, iussit eam specialiter custodiri pro Saule. In hoc autem apparet, ꝙ istud conuiuium factum fuerat pp̄ aduentum Saulis, s. sciens Samuel, ꝙ venturus esset Saul parauit conuiuium magnum, & inuitauit plurimos, dedit autem inter illos excellẽtiam Sauli in omnibus, quæ pertinebant ad conuiuium. Primo enim in accubitu, qm̄ in capite omnium non solum ipse, sed etiam puer eius prope eum positus est. Secundo honoratus fuit quantũ ad cibos, quia pars maior, & solẽnior ei apposita est, vnde dicit Iosephus, ꝙ Samuel p̄cepit, vt Sauli pars regalis apponeretur, s. pars illa, quæ
K consueuerat regibus dari, vel quæ excellentior est, & propter hoc quilibet honorabilis sibi eam accipit, ista enim differentia ciborum desinat maiorẽ honorem, & dilectionem: sic enim patet de Ioseph inuitate fratres suos, cum nondum cognitus esset ab eis: nam singulis fratribus dedit partes singulas, maior pars tamen venit Beniamin, ita vt quinque partes excederet, vt patet Gene. quadragesimotertio cap. Sed diceret aliquis, si volebat Samuel honorare Saulẽ, & ob hoc instruebat cõuiuium magnum, potius eum honorasset inuitando illum singulariter, quam inuitãdo eum cum tota illa multitudine. Nam maiora beneficia esse censemus, quæ nobis singulariter impenduntur, quam quæ nobis cum tota communitate adueniunt.

Respon-

Reſpondendum eſt, ꝙ Samuel rectè egit inuitando Saulem cum tota cõitate, nam ſolum voluit Samuel beniuolum affectum ſuum oſtẽdere in Saulẽ, ſed ẽt eum coram toto populo honorare: ſi aũt eum ſingulariter inuitaſſet ſolam affectionem ſuam oſtendiſſet illi, ſed nequaꝗ̃ honoraſſet, nullus.n. de populo præter eum iudicaſſet eum honorabilẽ, cum tñ inuitatus fuerit Saul cum alia multitudine, & ipſe præpoſitus fuit oĩbus tam in cibis, ꝗ̃ in loco, oẽs exiſtimauerunt eum eſſe virum honorabilẽ, cum tm̃ a propheta honoraretur, in quo volebat Samuel monſtrare, ꝙ non ſolum Saul poſtꝗ̃ in regem cõſtitutus eſt honorandus erat, ſed ẽt antequã rex eſſet honorabilis fuit. Cum autem dr̃, ꝙ magis æſtimantur bñficia, quæ alicui ſingularirer dantur, ꝗ̃ quæ cum tota cõitate proueniunt: verum eſt ſi illa proueniunt alicui tanquãm vni de cõitate ſolum, ſi tñ aliquis honoretur cum aliqua cõitate non tanꝗ̃ vnus de cõitate, ſed tanquã ſpecialis perſona, & tota illa cõitas ꝑꝑ eum honoret: magis honoratus eſt quã ſi ipſe ſolus honoretur. Sic aũt erat de Saule, qm̃ ꝑꝑ ipſum conuiuium illud factum eſt, & ſatis hoc apparebat ex excellentia, quã Samuel in oĩbus impendebat Sauli, iõ magis honorabat eum ſic quã ſi eum ſolum inuitaſſet. *Leuauit autem cocus armum, & poſuit ante Saul.* Leuare eſt de olla educere: ſic accipitur.ſ̃. c.2.ſ. Veniebat puer ſacerdotis dum coquerentur carnes, & hẽbebat fuſcinulam tridentẽ in manu ſua; & mittebat eam in lebetẽ, vel in caldariã, & omne quod leuabat fuſcinula, tollebat ſacerdos ſibi. Separauerat aũt Samuel armũ, quia iſta erat pars excellens, & poſuit ante Saul.

Quomodo potuit ſeruari armus & dari Sauli, cum proueniret Sacerdoti. Quæſt. XVII.

QVAERET aliquis qũo potuit ſeruari armus ꝓ Saule, quia iſtę carnes, quæ dabantur inuitatis erant partes ſacrificiorũ pacificorũ, de quibꝰ ſemper armus, & pectuſculũ veniebant in ius ſacerdotũ immolantium: Leui.c. 7. Saul aũt non erat ſacerdos, ideo non poterat accipere iſtam partem.

Aliquis fortè rñdebit, ꝙ quamquam iſtæ partes de iure pertinerent ad ſacerdotes, tñ ipſi remiſerunt eas inuitatis, & ſic potuerunt peruenire ad Saulem, & ad alios. Sed dicendũ eſt, ꝙ non põt ſtare, qm̃ non licebat ſacerdoti dare de panibus, vel carnibus ſanctificatis alicui, niſi eſſet de familia ſua, vt patet Leui. c. 22.ſ. Omnis alienigena non comedet de ſanctificatis, inquilinus ſacerdotis, & mercenarius nõ veſcentur ex eis: quem aũt ſacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius eſt, hi comedent ex eis. De filia quoq; ſacerdotis dr̃, ꝙ ſi eſſet nupta alicui de populo non poſſet comedere de ſanctificatis: peccaret ergo ſacerdos ſi daret alicui de popularibus de carnibus ſanctificatis, & ſicut non licebat ſacerdotibus dare illas popularibus, ita non licebat popularibus accipere eas ſcienter, etiam ſi darent ſacerdotes, ſic patet præalleg. cap. ſ. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet poteſtatem: hoc autem eſſet quãdo populares comedebant ſciẽter. Si tamen neſcirent eſſe carnes ſanctificatas, & comederent tunc non peccabant, ſi tamẽ poſtea cognoſcerent eſſe carnes ſanctificatas debebant ſatisfacere, ſic patet.e.c.ſ. Qui comederit de ſanctificatis per ignorãtiam addet quintam partem cum eo, quod comederat, & dabit ſacerdoti in ſanctuario, non ergo poterat dici, ꝙ iſte armus pertinuiſſet ad ſacerdotes, & ipſi conceſſiſſent eum popularibus. Aliquis ergo reſpondebit aliter.ſ. ꝙ hic non fuerit ſacrificium, ſed magnũ conuiuium, quod interdum vocatur ſacrificium, ſed hoc ſupra improbatum eſt.

A Ideo dicendum quod hic ſacrificium fuerit pacificum, & de omnibus animalibus immolatis pertinebat armus ad ſacerdotem, tamen potuerunt alia animalia occidi præter illa, quæ immolata ſunt in ſacrificium, & de illis acciperetur armus. Vel aliter poteſt dici, quòd dato quòd omnia animalia, quorum carnes comedebantur ab inuitatis fuiſſent immolata in hoſtias pacificas, poterat manere armus pro Saule, de quolibet animali immolato in hoſtiam pacificam proueniebat ſacerdoti ſolum pectuſculum, & armus dexter: Leuit.c.7. ergo armus ſiniſter cedebat in ius popularium, & iſte poterat apponi Sauli. *Dixitque ei Samuel.* Scilicet poſtquam poſuit cocus armum coram Saule. *Ecce quod remanſit pone ante te, & comede.* Ideſt iſtud eſt, quod tibi ſpecialiter ſeruatũ eſt: ideo
B ſcinde & comede.

An quando Saul acceſſit alij inuitati comederant, Quæſt. XVIII.

QVAERET aliquis quomodo dixit Samuel: ecce quòd remanſit: nam videtur ex hoc quòd omnes inuitati iam comederant, & nihil reſtiterat de cibis, niſi armus ille. Reſpondendum ꝙ aliqui dicunt, ꝙ ante aduentum Saulis Samuel, & alij inuitati ſedebant ad menſam, & fere expleuerant prandium.

Cum aũt vidit Samuel ingredientẽ Saulẽ ſurrexit a menſa obuians ei ex reuerentia: Sed iſtud non ſtat,
C quoniam antequam aſcenderet Samuel ad prandiũ, Saul inuenit eum: ſic enim dixerunt puellæ, ſ. ingrediẽtes vrbem ſtatim inuenietis eum antequam aſcendat in excelſum ad veſcendum. Item quia dicitur ſupra: Cumque illi ambularẽt in medio vrbis apparuit illis Samuel egrediens obuiam illis, vt aſcenderet in excelſum: nondum ergo aſcenderat. Item Deus reuelauerat Samueli præcedenti die, quòd venturus eſſet Saul ad eũ hora illa, vt patet ſupra.ſ. hac ipſa hora, quæ nunc eſt cras mittam ad te virum. Cum ergo ſciret Samuel certiſſimè, quòd illa hora venturus eſſet Saul, & propter illum inſtruxerat conuiuium: nõ eſt veriſimile, quòd ſederet ad menſam antequam ille veniret, cum immediatè venturus eſſet. Item dici-
D tur ſupra quòd acceſſit Saul ad Samuelem in medio portæ: ergo non erat Samuel in menſa, ſed in porta domus ſuę volẽs venire in excelſum. Item dixit Saul ad Samuelem; indica, oro, mihi, vbi eſt domus videntis? ſi tamen Saul aſcendiſſet in excelſum, & veniſſet ad Samuelem exiſtentem in menſa, non peteret pro domo videntis, quia iam cognoſceret ipſum videntẽ, vel ſaltem ſciret eum eſſe ibi, & non diceret vbi eſt domus videntis, ſed diceret, quis eſt hic videns. Item dr̃ ibi ꝙ rñdit Samuel ego ſum videns: aſcende ante me in excelſum vt comedas mecum hodie, ergo vr̃ ꝙ nõdum comederat Samuel, nec erat in loco prandij, ſed poſtea venit. Item dr̃ ſupra: aſſumens itaque Samuel Saulem, & puerũ eius introduxit eos in tricli-
E nium: ergo nõ erat Samuel in menſa, qñ venit Saul, quia tunc nõ introduxiſſet Samuel Saulem in tricliniũ, ſed Saul introiſſet, & inueniſſet iam ſedentẽ Samuelem. Dicendum ergo ꝙ qñ venit Saul ad ciuitatẽ nondum ſederet Samuel in cõuiuio, nec aſcẽderat illuc, ſed inuenit eum in porta domus ſuæ, & aſcẽdit cũ eo in excelſum ad locum, in quo erat conuiuium. Cũ aũt dr̃ hic: Ecce quod remanſit, pone ante te: nõ eſt ſenſus ꝙ illud remãſiſſet poſtꝗ̃ alij comederũt, ſed dr̃ ꝙ remãſit, i. qđ ſeparatũ eſt, vel repoſitũ: qm̃ cum Samuel dediſſet coco carnes ꝓ cõuiuijs, illã partem ſeparauit pro Saule: & ſic remãſit, i. ſeparata erat. *Quia de induſtria ſeruatum eſt tibi.* q.d. non intelligas ꝙ iſtam

partē tibi do a casu, sed de industria separata est, idest
ab intentione sic factum est: quoniam antequam tu
venires, ego preceperam coco, ꝙ separaret istam par-
tem pro te. In quo volebat significare Samuel, quòd
aduentus Saulis nō fuit sibi inopinatus: sed ante hoc
cognouerat illum, ideo priusquam veniret, iussit co-
co, vt separaret partem pro eo, scilicet, vt quando Sa-
muel peteret illam partem cocus sciret distincte da-
re illam sibi. *Quando populum vocaui*. Idest quando in-
uitaui oēs istos, s. a principio istud factum est: & non
intelligitur, quòd separata est ista pars quādo inuitati
sunt comedentes, sed qn̄ fuerūt datæ carnes pro cibis
eorum: tunc enim Samuel distincte dedit coco illā
partem, & dicitur qn̄ populum vocaui: non quidem
ꝙ totus populus inuitatus fuisset, quoniā solum fue-
runt inuitati triginta viri, vt patet hic, & tamē in vrbe
illa erant plures, sed dicitur populus inuitatus, quia
multi erant inuitati, qui possunt vocari populus.

Et comedit Saul cum Samuele in die illo. Non solum co-
medit cum eo, sed etiam cum omnibus alijs, qui in-
uitati erant, quia tamen Samuel inuitauerat omnes
dicebatur ipse comedisse cum eo, & omnes alij.

Excelsum quid. *Et descenderunt de excelso in oppidum*. Excelsum vo-
catur hic quidam locus arduus in ciuitate, in quo nō
erant domus, sed altare Dei: & illa domus, quę voca-
tur triclinium, in qua erant inuitati: oppidum autem
erat tota ipsa cōgregatio domorum vrbis, & ad illam
descenderunt Samuel, & Saul post cōuiuium, vt ma-
neret in die illa Saul apud Samuelem, & deinde rece-
deret sequenti die, sicut dixerat supra Samuel, s. ascē-
de ante me in excelsum, vt comedas mecum hodie,

Solarium dom' qd. & dimittam te mane. *Et locutus est cum Saule in solario*.
Scilicet Samuel locutus est cum Saule, & hoc fuit in
solario, idest in parte domus discooperta, s. sup tectū,
dr̄ enim solarium a sole, illę autem domus, quæ solē
ex omni parte recipiunt solaria vocantur, sic autē est,
qn̄ domus non sunt tectę, & intrat Sol ex omni par-
te. hoc autem fiebat in terra Iudæorum, quia tecta do
morum erant plana, & de terra, vel lateribus, ita vt pos
sent super ea ambulare viri, ascendebant autem Iudęi
ad loca illa, & ibi habebant sua solaria, Istæ autem do
mus habebant in circuitu cancellos, vel murum par-
uū ad hoc, ꝙ illi, qui essent in parte superiori non pos-
sent ruere: sic enim iusserat Deus: Deut. c. 22. s. cū ędi-
ficaueris domum nouam, facies murum tecti per cir
cuitum, ne effundat sanguis in domo tua, vt sis reus
labente alio, & in pręceps ruente. In hoc autem sola-
rio, vel suprema domo collocuti sūt Saul, & Samuel,
quid autem locuti fuerint non patet, sed dicūt Iudęi,
ꝙ locutus fuerit Samuel ad Saulem de timore Dei, &
custodia legis, satis autem verisimile est, ꝙ cum iam
Samuel sciret Saulem futurum regem, & hoc ei de-
nunciasset, ꝙ diceret ei aliqua pertinētia ad instructio
nem regis, s. qualiter iste se deberet habere ad subdi-
tos, & qualiter ad Deum, semper enim antequā pec-
cauerit Saul, & recessit ab eo, Samuel fuit preceptor
eius, & quamquam Saul rex esset, tñ Samuel dicebat
ei quid agere deberet, & qn̄ aliquid iubebat Saul non
solum iubebat quasi ex nomine suo, sed etiam ex au-
ctoritate Samuelis, vt patet ca. 11. qn̄ iuit in bellū Saul
ꝯ regem Ammon: dr̄ enim: Quicunq; non exierit, se-
cutusq; nō fuerit Saul, & Samuelē sic fiet bobus eius.
Cū aūt peccauit Saul nō occidendo regē Amalech,
nec pecora, recessit ab eo Samuel, & non vidit Saulē
vsq; ad diem mortis suę. j. 15. c. *Strauitq; Saul in solario*.
Sternere multa signat, hic aūt accipit sternere, i. para-
re, & ptinet ad lectū: sic. n. dicimus strata ipsa opi-
menta lecti, Saul aūt est in datiuo, & est sensus, ꝙ Sa-
muel strauit, i. parauit lectū Saul in solario, s. in parte
superiori domus discoopta. Et hoc forte, qa erat tps

F vernale, vel ęstiuale, & erat gratū ibi dormire, potissi
me, qa terra illa calidior est magis q̄ ista, cū sit partim
in tertio, & partim in quarto climate. *Et dormiuit*. s. per
noctē; nā post cibos p diē nō erat ibi gratū dormire,
cū esset locus soli paruius, in nocte aūt erat gratū pp
terrę calorē. *Cumque mane surrexissent*. s. Samuel, & q erāt
in domo sua; Saul. n. nondū surrexerat. *Et antequam il-
lucesceret vocauit Samuel Saulem*. Dixit. n. Samuel, ꝙ di-
mitteret Saulē seq. die, ideo voluit eum dimittere ci-
to, vt opus suū expleret veniens ad terrā suā. *In solario*.
i. Iacētem in solario: nā ibi dormierat p noctē, vt patet
s. *Surge, & dimittam te*. i. volo te cito expedire, iō surge:
erat. n. adhuc facturus q̄dam Samuel cū Saule, qa vn-
cturus erat eū in regē, & denunciaturus signa, q̄ ventu-
G ra erāt die illa, vt patet seq. c. vsquequo aūt ista faceret
non erat dimissurus eū. *Et surrexit Saul*. s. obediēs im-
mediate Samueli. Etiā qa ipse desiderabat cito redire
in terrā suā, qa putabat prem suū grauari ex absentia
eius, vt patet s. in lr̄a cū dixit ad pueiū suū veni, & re-
uertamur, ne forte dimiserit pr̄ meus asinas, & solici-
tus sit p nobis. *Egressiq; sunt ambo ipse videlicet; & Samuel*.
s. egressi sunt de domo Samuelis, nondum egressi fue
rant de vrbe, vt patet immediate, scilicet cumque
descēdisset in extremā partē ciuitatis, & cum dicitur,
quòd egressi sunt ambo, scilicet Samuel, & Saul etiā
intelligendū est, ꝙ puer ibat cum eis: nam immediate
dicitur dic puero, vt antecedat nos, & transeat, ergo si-
mul ibat cum eis, scriptura tamen fecit mentionem
de principaliori.

H *Cūq; descenderent in extrema parte ciuitatis*. s. qn̄ descen-
dentes de domo Samuelis venerant ad extremā par-
tem vrbis locutus fuit Samuel ista Sauli: & iō est, quia
ibi volebat eum vngere in regem, & quia volebat, vt
nemo hoc videret, fecit illud in extrema parte ciuita-
tis, in qua nemo apparebat, ēt pp hoc fecit, vt Saul cō
surgeret anteq̄ illucesceret, quia tunc cū nondum sur
rexissent viri vrbis illi' nemo videre poterat, quod fie-
bat. *Dixit ad Saul dic puero, vt antecedat nos & transeat*. Ibat
enim puer simul cum Samuele, & Saule, & ne etiam
ipse videret, quod factum fuerat antequam declarari
deberet, fecit Samuel, ꝙ antecederet puer illos.

Quare Samuel, quando vnxit Saulem noluit quòd puer eius vi-
I *deret, & quid proficiebat, quòd puer Saulis non vide-
ret eum vngi. Quæst. XIX.*

QVAERET aliqs, quare Samuel voluit, ꝙ puer
nō videret, qūo vngebat Saul in regē: nam
ēt si non videret satis poterat intelligere, ꝙ
Saul futurus esset rex, quod patet, qa qn̄ ac-
cessit Saul ad Samuelē dixit ei Samuel: Et cuius erunt
optima q̄q; in Israel nōne tibi, & oī domui patris tui?
ex qbus intellexit Saul, ꝙ futurus esset rex, qđ apparet
ex missione sua ibidē, & ibi ēt declaratum est, sed puer
suus erat ibi cum eo, ergo audiret verba illa, & intelli
geret sicut intellexit Saul. Nec valet si aliquis dicat, ꝙ
K tunc non erat puer præsens, qm̄ s. dr̄, ꝙ cum ambula-
rent Saul, & puer eius in medio vrbis apparuit illis Sa-
muel egrediens, & sic erāt simul, qn̄ apparuit eis, & po
stea subdit, ꝙ immediate postq̄ q̄siuit Saul, vbi esset
domus, videntis dixit ibi Samuel, & cuius erunt opti-
ma q̄q; in Israel: ergo vr̄, ꝙ puer erat ibi pn̄s, qa nō iussit
ei tunc Saul, ꝙ recederet, sicut nunc. Dicendū est,
ꝙ puer Saulis erat cum eo, qn̄ Samuel ista verba locu
tus est, tñ ipse forte non multū attendit ad hęc, vt pos
set colligere, an Saul futurus esset rex, vel non.

Item dato, quòd attendisset non multum haberet
firmam sententiam ex hoc, ꝙ Saul futurus esset rex,
quia vidit, quòd Saul respondit prophetę tanquam il-
luderet ei, & propheta nihil replicuit. Si autem fuisset
aliquid

aliquid verum propheta replicuisset certificans eum, quod non illuderet, sed essent illa verba veritatis, & sic ex hac parte manebat puer dubius. Si autem postea vidisset, quod Samuel vnxisset Saulem, manifestissimè cognouisset, quod efficiebat eum regem: non ergo voluit Samuel, quod puer Saulis videret hoc. Sed adhuc dicet, quod dato, quod non vidisset eũ vngi cognouisset postea, quod vnctus esset, qm̃ Samuel effudit sup caput Saulis lenticulam olei, ergo aliquæ guttæ olei defluxissent per genas, & barbam, & vestes quas postea videret puer, & sic cognosceret eum esse vnctũ: patet qm̃ vnctio pontificum, & regum fiebat eodẽ modo, sed in pontificibus erat hoc, quod aspergeretur oleum vnctionis super caput, & flueret per barbam, & vestes: sic patet Ps. 132. Sicut vnguentum in capite eius, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in orã vestimenti eius: sic ergo fieret in Saule, & puer eius cognosceret signa vnctionis. Rñdendum est, quod etiã per hoc non potuit cognoscere: nam fusum est oleum super caput Saulis, sed erat paucum, quod faciliter celari potuisset: vnde puer nunquam cognouit, & qñ venit postea Saul in terram suam, cum respõderet cognatis suis, de omnibus alijs, quæ acciderant ei cũ Samuele de sermone regni: nihil respondit tanquã nullus hoc cognosceret, vt patet infra.

Quæ vtilitas fuit, quòd puer Saulis non intelligeret ipsum fore regem. *Quæst.* XX.

QVAERET aliquis, quid proficiebat qđ puer Saulis hoc ignoraret? Respondendum est, quod si sciuisset fortè noluisset tenere secrete, sed diuulgasset populo, & tunc sequebatur inconueniens, quia Israelitæ existimassent aliquam fuisse collusionem inter Samuelem, & Saul vel saltem conquererentur: nam cum principatus regalis esset maximus, omnes tribus illum desiderarent, pugnarentque pro eo, nisi forte Deus manifestè ostenderet, quod vellet alicui dare: iam.n. nemo haberet quid contenderet, & quia Samuel fecerat hoc in occulto, & ea, quæ occulta sunt non habent boni: omnes aliæ tribus, ad quas non peruenit principatus regalis conquererentur tanquam non per Deum factum fuisset, sed per fauorem personalẽ, vel alias, quod erat origo discordiæ in principio potestatis regnatiuę. Volebat ergo Samuel, quod publicè fieret coram toto populo, & coram domino, & ibi per sortes Deus declararet, quã tribum volebat, & quam familiam, & quem virum pro principatu, ita vt nemo possit calumniari, sic ergo post paucos dies fecit cõuocato toto populo in Masphat, vt patet infra in litera, & tunc fecit illud ibi tanquam nouiter, & velut nihil ante hoc præcessisset: si autem puer Saulis cognouisset, & non tenuisset sub silẽtio, Israelitę sciuissent, & habuissent occasionem murmurandi nimis, ideo fuit valde cõueniens, quòd lateret puerum.

Sed dicet aliquis, quòd quamquam cognouissent Israelitæ, quòd Samuel vnxerat Saulem abscondite nihil mali suspicati fuissent, nec murmurarent, quia sciebant, quòd Samuel erat vir Dei, & nihil faceret, nisi quòd Deus iuberet: qualitercũque ergo fecisset, rectè gestum esset.

Respondendum est, quod decuit sic fieri, quia quamq̃ Samuel haberetur ab omnibus tanq̃ propheta Dei, & crederet ipsi, in rebus valde magnis potissimè cum nimis tangunt statum nostrum interdum aliquibus non credimus, quibus alias credituri eramus: sic.n. patet de Moyse: nam Moyses tpe suo in maiori reputatione habitus est apud Iudæos q̃ Samuel tẽpore suo. & Iudęi nimis credebant illi etiam magis quàm Sa-

A muceli, cum Deus dixisset ei: Exo. cap. 19. Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum: & tamen qñ Moyses fecit Aaron fratrẽ suũ summũ sacerdotẽ, & filios suos sacerdotes minores, q̃q̃ fecisset corã toto populo, vt patet Exo. c. 29. & Leui. c. 8. qa tñ nõ cõstabat nimis illud fuisse a Deo: plurimi Israelitarum insurrexerunt ꝯ Moysen, & Aaron, s. Core, & 250. viri proceres, & Dathan, & Abiron cum sequacibus suis volentes tollere summũ sacerdotiũ Aaron: iamque totus populus concitatus erat; & in pròptu erat, vt lapidarẽt Moyses, & Aaron, nisi Deus fecisset plagã magnã super insurgẽtes: de quo Nu. c. 16. cum ergo Samuel esset minoris auctoritatis q̃ Moyses, &
B principatus regalis, quẽ ipse cõferebat Sauli esset maior q̃ summũ sacerdotiũ, qđ cõferebat Moyses Aarõ, & Samuel cõtulisset regnũ in secreto, nõ est dissimile vero quod murmurassent Israelitæ nimis, cũ murmurauerint contra Moysen. Voluit igitur Samuel, quod lateret illa vnctio, q̃ ipse in secreto fecit. Item patet hoc quia Israelitæ vidẽtes, quod Deus elegisset Saulẽ, qñ oẽs cõuenerunt in Masphat adhuc nõ fuerunt contenti: nã aliqui despexerunt eũ, dicentes: Num saluare nos poterit iste, & non attulerunt ei munera, vt patet inf. in litera: quãtomagis murmurassent, si hoc fecisset in secreto? Melius ergo erat quod subticeretur vnctio Saulis vsquequo pateret manifestè p Dei electionẽ, quod ipse deberet esse rex: sicut quieuerunt Israelitæ insurgere ꝯ Moysen, & Aaron, qñ Deus mõstrauit ma-
C nifestum miraculũ in virga Aaron germinante: Nu. 17. c. sic.n. dr̃ ibi quẽ ex his elegero germinabit virga eiꝰ, & cohibebo a me quærimonias filiorũ Israel. Sed adhuc dicet aliqs quod non tollebatur per hoc totalis suspitio de facto secreto Samuelis, qa l.cet nũc non cognoscerẽt illã vnctionẽ fuisse factã, tñ cogrituri erãt aliquanto tpe post, & cognouerũt: tunc aũt poterant suspicari, sicut a principio, vel si tunc non suspicabanẽ nec etiam a principio suspicati fuissent. Rñdẽdũ est, quod non est simile: nam si non cognouissent Israelitæ a principio secretã vnctionẽ Saulis nihil suspicarent: & deinde aduenięte electione Dei in publico firmarentur corda eorum, & tunc licet cognoscerent factã fuisse vnctionem nihil suspicarẽtur, quia corda eorũ
D firmata erant in bona opinione: si tñ a principio sciuissent Israelitæ vnctionẽ factã in secreto prauè suspicarent: & q̃q̃ postea veniret electio Dei publica, difficultet tolleret eis prima opinio mala, sed potius imaginarentur quod iste euentus sortiũ, qui fiebat corã toto populo patiebat aliquã fraudẽ: nõ fuit ergo cõueniẽs quod sciret hoc puer Saulis. *Tu autem subsiste paulisper.* s. dũ puer elõgat aliquantulum a nobis ne videat quod fit. *Vt indicem tibi verbum Domini.* Idest indicabo tibi quid Deus fieri iubet. Accipitur aũt hic verbum pro ipsa re: sic enim Moyses cũ vellet consecrare Aaron stãs corã toto populo ait, iste est sermo, quẽ iussit Dñs fieri, i. ista est res, quã iussit, s. consecrari Aaron: ita hic erat verbum Domini ipsa vnctio Saulis &c.
E

CAP. X.

TVLIT autem Samuel lenticulã olei, & effudit super caput eius, & deosculatus est eum, & ait: Ecce vnxit te Dominus super hereditatem suã in principem, & liberabis populum suum de manibus inimicorum eius.

Infra 16. c. 75. dist c. 3. in ver. exẽplo in glo. 1. q. 7. §. itẽ obijcitur. 1. q. 1. c sacrã. & c. Dñs, & c. prophetauit.

TVLIT autem. Dicto in precedẽtibus de Sau-
lis electione, hic autem de eius vnctione, &
diuiditur in duo. Primo ista vnctio ponitur.
Secundo per signa notificatur ibi. *Cum abieris.*
Circa primum nõ potest hic dubitari, sicut in quibus-
dam alijs dubitabatur, an sit hic continuatio ordinis,
vel aliquid anticipatum, vel recapitulatum: nam con-
stat, ꝙ hic nihil tale est, cum autem fuerit supra de ele
ctione, & hic agitur de vnctione, quæ consequitur ad
electionem. Rursus autem data ordinis rectitudine in
quibusdam dubitabatur, an habeant se immediate, s.
an vnum post alterum immediate factum fuerit, vel
fluxerit aliquod tempus in medio, hic autem dubitari
non potest, qm̃ inter ista quæ habentur hic, & præce-
denti c. non fuit aliquod tempus medium, sed in ea-
dem hora facta sunt, mox quippe, vt dixit Samuel Sau
li, ꝙ subsisteret, & ipse substitit paulisp, fudit Samuel
lenticulam olei super caput Saulis, sic dicitur hic.

Tulit autem Samuel lenticulam olei. Idest accepit eã ad
fundendum super caput Saulis, non est autem sensus,
ꝙ tunc nouiter acceperit Samuel lenticulam: nã por-
tabat eam de domo sua, sed dr̃, ꝙ accepit, idest accepit
ad effundendũ, quia ante hoc non effundebat, & tunc
effudit, ipse tñ semper portabat eã in manu. Nisi for-
te dicas, ꝙ portabat eam in manu Saul, vel puer eius.
Sed non stat, nam puer Saulis iam recesserat, & ante-
cedebat eos paulisper, qñ Samuel fudit oleum super
Saulem, & tunc dr̃, ꝙ ipse accepit lẽticulam, ergo non
accepit eam de manu pueri Saulis, etiam Saul nõ por
tabat illam: nã ipse nesciebat quid fieri deberet, quo-
usque dixit ei Samuel, subsiste paulisper, vt indicem ti
bi verbum domini preced. c. si tñ portauisset lenticulã
sciuisset quid fieri deberet. Dr̃ autem hic lenticula vas
quoddam paruum, in quo continetur oleum a linien
do dictum, quia ibi continetur id; quo corpora liniun
tur, s. oleum, erat autem istud vas, quod aliqñ vocatur
lecythus sic patet ĩ. 3. lib. c. 17. vbi dixit Elias ad mulie
rem Sareptanam hydria farinæ non deficiet, & lecy-
thus olei non minuetur, idest vas illud, in quo conti-
netur oleum, communiter tñ vocatur lenticula, sic pa
tet ĩ. 4. lib. ca. 9. vbi propheta quidam vnxit Iheu in re-
gem Israel. Aliqñ aũt vocatur cornu, sic patet ĩ. c. 16.
cum dixit Deus Samueli imple cornu tuum oleo, &
veni mittam te ad Isai Bethlehemitem. de ista lenti-
cula dicitur, quòd esset quoddam vas de auro, vel de
argento ad conseruandum oleum sacrum.

Lenticula quid dicat

*Quo oleo Samuel vnxit Saulem, & an reges vngebantur oleo sa
cro, vel communi.* *Quæst. I.*

QVAERETVR de isto oleo quale oleum es-
set, s. an esset de oleo cõi, vel oleo sacro. Pro
quo sciẽdum, ꝙ oleũ cõe est illud, quod de
oliuis exprimit̃ nulla alia re adiũcta, & istud
accipiebat̃ in Sanctuario ad hoc, ꝙ arderet in candela
bro, vt patet Exo. c. 27. s. præcipe filijs Israel, vt afferant
tibi oleum de arboribus oliuarũ purissimum, piloque
cõtusum, vt ardeat semper lucerna in tabernaculo, de
hoc ẽt Leui. 24. c. Accipiebat̃ quoq; istud oleum ad sa
crificia, qm̃ in oĩ sacrificio offerebant̃ libamẽta præ-
terq̃ in sacrificio pro peccato. Nu. c. 15. erant aũt quin-
que, s. farina, vinum, oleum, sal, thus, vt colligit̃ præal.
c. & Leui. 2. istud aũt oleum erat ad cibos humanos,
quia erat simplex. Aliud aũt erat oleum, qđ magis vo-
catur vnguẽtum q̃ oleum, & istud erat ad multiplicẽ
vnctionẽ, & ex multis speciebus facto opere vnguen-
tali, ponebantur aũt in eo aromata myrrhę electæ, &
cynamomum, & calamus, & casia, & oleum oliuarũ
in diuersis ponderibus, de cuius compositione patet
Exo. c. 30. Erat aũt istud vnguentum ad vngendũ om-
nia vasa Sanctuarii, qñ sanctificabãtur, & ad vngendũ

F sacerdotem magnũ, & minores: Exo. c. 30. & 31. diffe-
renter tñ, ꝙ summus sacerdos vngebatur oleo vnctio
nis in capite, qa fundebat̃ super crines illius, in sacer-
dotibus aũt minoribus non fiebat sic, sed solũ asperge
batur de isto oleo mixto cũ sanguine super caput, &
vestes omnium sacerdotũ tam maioris q̃ minorum,
vt patet Exo. c. 29. & Leui. 8. c. de cęteris autẽ dr̃ caro
hominis vngetur ex eo iuxta compositionẽ eius, non
facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctũ erit vo-
bis, homo quicunque tale composuerit, & dederit ex
eo alieno, exterminabit̃ de populo suo: Exo. c. 30. om-
nes tñ doctores tam Hebræi q̃ catholici dicunt, ꝙ nõ
solum sacerdotes vngebantur illo oleo, sed ẽt reges,
& ex illa litera quidem nõ tollitur hoc, quia dr̃ ibi ca-
G ro hominis non vngetur, qđ intelligitur, s. ad delecta-
tionem, ꝙ tñ funderetur super crines regis ad ꝯstitu-
tionem suã non erat, ꝙ caro hoĩs vngeretur ex eo, qa
non fiebat illud ad delectationẽ. Nec ẽt vngebat̃ ibi
caro, sed crines, & nõ erat proprie illa vnctio, sed effu-
sio. Item videbat̃ hoc satis rõnabile, quia sicut Deus
eligebat summũ sacerdotem ad cultum suũ, & facie-
bat eum vngi in capite hoc oleo, cum ipse esset maxi
mus ministrorũ eius, ita eligebat regem ad hoc, ꝙ es-
set maximus principũ, vel solus esset princeps sup po-
pulũ Dei, & ipse Deus dicebat̃ eum vngere, sicut di-
xit hic Samuel ad Saulem, s. Ecce vnxit te Deus super
hereditatem suã in principẽ, ergo faceret eũ vngi illo
oleo, quod pertinebat ad sacerdotes magnos, quia li-
niri oleo cõi paruum quid esse videbatur. Sed tunc ar
H guet aliquis qũo ergo poterat Samuel hẽre oleum ad
vngendũ Saulem? nã oleum sacrũ obseruabatur in Sã
ctuario, qa nulli hominum talem compositionem li
cebat facere, vel hr̃e penes se: Exo. c. 30. nõ poterat er-
go hr̃e illud Samuel, nisi iret ad Sanctuarium, sed ipse
non erat tunc in Sanctuario, qa non erat Sanctuarium
in vrbe Ramatha, in qua nunc erat Samuel, sed in vr-
be Nobe, vt declaratum est s̃. 7. c. satis. Ad hoc rñderi
põt, s. ꝙ Samuel ante hoc pmiserat per aliquot dies Is
raelitis ꝯstituere regẽ Deo iubẽte s̃. c. 8. iõ cum sciret,
ꝙ constituturus erat regẽ, & rex fieri debebat per vn-
ctionem, iret in Sanctuariũ, & adduceret inde oleum
vnctionis, sacerdotes aũt libenter illi darent, quia ipse
erat tunc doctor populi, & rector. ista est cõis positio,
I q̃ ego quoq; cũ cæteris profero. Sed verius vr̃, ꝙ vn-
ctio regũ fieret cũ oleo cõi: nam si dicatur, ꝙ semper
fiebat vnctio cũ oleo sacro, sequit̃ incõueniens, patet
hoc in vnctione Dauid: dixit. n. Deus Samueli imple
cornu tuũ oleo, & veni vt mittã te ĩ. c. 16. ibi. n. iussit,
ꝙ nouiter impleret̃ cornu oleo, quasi ante non esset
ibi oleum, vel nõ esset plenũ, ergo si Samuel vnxisset
Dauid oleo sacro oportebat, ꝙ iret in Sanctuariũ pro
oleo, qa alibi nõ inueniret, & tñ nõ stat, ꝙ iuerit illuc:
nã Samuel nimis timebat Saulẽ: dixit. n. audiet Saul,
& interficiet me. eo. c. iõ non solum non auderet ire
in Sãctuariũ, sed ẽt non audebat ire in Bethlehẽ quo-
usq; Deus dedit ei modũ quo latẽter iret, s. ꝙ tolleret
vitulũ de armento, & diceret, ꝙ ibat ad immolandum
K dño in Bethlehem, si tñ iuisset in Sanctuariũ p oleo
vnctionis cognitũ fuisset a Saule, & occidisset eũ, po-
tissime, qa hoc dato nõ poterat celari cã aduẽtus eius,
nã oleũ illud nõ esset, nisi p vnctione pontificũ, & re-
gum, ergo ꝯstaret, ꝙ volebat vngere aliquẽ in regẽ,
nõ ausus fuisset ergo Samuel ire in Sãctuariũ p oleo.
Et si dicas, ꝙ Deus dabat ei sufficiẽs remediũ ad hoc;
falsum est: nã id, quod hic ponitur solũ est ad occultã-
dum causam progressus eius in Bethlehem, s. ꝙ porta
ret vitulũ in manu sua, tñ ad hoc, ꝙ occultaretur cau-
sa pgressus in Sanctuariũ non dabat̃ aliquis modus, &
sic nõ iuit Samuel in Sanctuarium, & ꝯñr non tulit
oleum sanctum, sed commune ad vngendũ Dauid.
Item

Item quando Dauid vnctus fuit in regem super tribum Iuda, non fuit vnctus oleo Sancto, quoniam tūc erat diuisio regni, qa filius Saulis Isboseth vnctus fuit in regem super 11. tribus: Dauid autem solum super tribum Iuda, non poterant ergo illi, qui vnxerūt eum habere oleum Sanctum, quia Sanctuarium tunc erat in Gabaō: nam destructa vrbe Nobe, in qua prius erat translatum fuit in Gabaon, vt declaratum fuit supra c.7.& ibi mansit vsque ad tempora Salomonis, cum trāstulit illud in templum, quod ędificauerat, vt patet 2.Paralip.c.1. Viri ergo de tribu Iuda nō possent mittere pro oleo Sancto in Gabaon: qm̄ Gabaon erat in tribu Beniamin, & pertinebat ad Isboseth filium Saulis, qui non permitteret aliquos de tribu Iuda illuc venire, maximè ex hac causa, nam erat magna hostilitas inter Dauid, & Isboseth, vt patet ĩ.2.lib. c.2. Non poterant ergo viri Iuda habere oleum sacrum ad vngendum tunc Dauid. Item Deus misit Eliam prophetam in Damascum, vt vngeret Azaelem in regem Syriæ. ĩ.3.li.c.19. ibi tamen non potuit habere oleum sacrū ad vngendum, quia in Damasco non erat Sanctuariū domini, nisi forte dicas, ꝙ Elias secum tulit oleum sacrum, sicut alij prophetę, qñ ibant ad vngendū reges, tollebant secum lenticulam olei, vt patet de Samuele ĩ.16.c.& de quodam alio propheta. ĩ.4.lib.c.9. Sed dicendum est, ꝙ non potuit Elias secum ferre oleum sacrum, quoniam quando Deus dixit, ꝙ vngeret Azaelem in regem erat ipse in monte Sinai, quia fugerat de terra Israel timens Iezabel vxorem Achab regis, q̄ interminata fuerat ei mortem, vnde dixit ei Deus vade per desertum in Damascum. ĩ.3.lib.ca.19. ergo nō poterat accipere oleum sacrum, quia illud solum erat in templo Ierusalem, sed vnxit eum oleo cōi. Item Eliseus iussit cuidam de filijs prophetarum, dicens: Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulā olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad, & vnge Iheu: ibi tñ non vr̄, ꝙ accepit Eliseus lenticulam olei sacri, quia non erat in aliquo loco, in quo posset habere oleum sacrum. istud namq; solum erat in Ierusalem, sed Eliseus non morabatur ibi: non accepit ergo oleum sacrum. Apparet igitur ex dictis, ꝙ reges isti non vngebantur oleo sacro, quo vngebantur pontifices. Veritas autem in hoc est, ꝙ ad vnctionē regum nihil referebat, an vngerētur oleo sacro, vel cōi, sicut referebat in pōtificibus, qui nequaq̄ vngi poterant, nisi oleo sancto, vt patet Exo.c.29.& Leui.ca.8. Interdum tñ reges vngebantur oleo sacro, & interdum oleo cōi. De cōi patet in exēplis allegatis: de oleo sacro apparet in Salomone: ipse enim vnctus est oleo sancto, sic patet ĩ.3.li.c.1. Cum dr̄ sumpsitq; Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonē: manifestū est ergo, ꝙ illud oleum erat sacrum, qa si fuisset cōe nō iuisset Sadoc ad Sanctuarium pro illo, quia vbicūq; reperisset. De Saule tñ, de quo hic, magis dicēdū est, ꝙ fuerit vnctus oleo cōi, quia Samuel non erat in loco Sanctuarij, vt habere posset oleū sacrū. Sed adhuc arguet aliquis, ꝙ reges illi, de quibus s̄. inducebamus, ꝙ vncti fuerint oleo cōi, vngerent oleo sacro, qm̄ si oleū cōe sumerēt vbicūq; reperiri poterat, prophetę tñ secum portabant oleum ad vngendū, sic patet de Samuele. ĩ.16.c. nam dixit ei Deus imple cornu tuū oleo, & vade in Bethlehem. sic quoque Eliseus dixit ad vnum de filijs ꝓphetarum accipe lenticulam hāc olei, & vade in Ramoth Galaad. ĩ.4.lib.c.9. Rñdendum est, ꝙ istę vnctiones fuerunt factę in oleo cōi, ꝓphetę tñ ferebant secum oleum, vt non cognosceret, qd facere vellēt donec iam fecissent: si tñ non portarēt secū oleū, oporteret, ut peterēt inter eos, quos ibāt ad vngēdū, & tūc ipsi, q vngēdi erāt, vel aliqui alij cognoscerent qd fieri deberet, & forte impediretur opus, vtpote si ipse qui

Euasio. Impugnatio.

A vngendus erat, non consentiret se vngi, vel alij scientes impedirent, cuius signum est, quia qñ prophetæ ibant ad vngendum aliquos non dicebant illis, ꝙ vellent eos vngere, sed accedebant ad eos, & fundebant oleum super ipsum qui vngendus erat, sicut patet de propheta, qui iuit ad vngendum Iheu: nam vocauit eum secrete ad cubiculum, & ibi fudit oleum super caput eius, quamquam ergo oleum commune esset, tñ ferebant illud secum prophetæ, vt secretius fieret, quod volebant. *Et effudit supee caput eius.* Idest super caput Saulis. Non est intelligendum, ꝙ multum oleum fudisset, sed modicum super crines propter formam: nam multum, vel paucum oleum fundi nihil conferebat ad titulum regni, & si multum funderetur esset immunditia quędā. *Et deosculatus est eum.* Scilicet postB quam fudit oleum osculatus fuit Saulem, hoc autem esse potuit in signum amoris, qm̄ amici, qñ a seinuicē recessuri sunt osculantur se, sic quoq; Samuel diligebat nimis Saulem, quia Deus elegerat eum, & erat vir bonus, ideo cum dimissurus esset eum a se fuso oleo in capite osculatus est illum: ꝙ autem diligeret nimis Samuel Saulem, apparet, quia nō solum dum fuit bonus Saul diligebat, eum Samuel, sed etiam postquam peccauit diligebat, vnde quia Deꝰ prędixit, ꝙ auferret ei regnum lugebat semper Samuel pro illo ĩ.c.15.s. Veruntamē lugebat Samuel Saulem, qm̄ dominum pęnitebat, ꝙ constituisset regem Saul super Israel, & mansit semper Samuel in isto luctu, quousque Deus increpuit eum iussitque alium vngere in regem infra C ca.16.s. dixit dominus ad Samuelem vsquequo tu luges Saul. Cum ego abiecerim eum ne regnet super Israel, imple cornu tuum oleo, & veni, & mittā te, &c. Potuit quoque esse istud osculum tanquam quędam cęremonia regalis vnctionis: sicut enim in collatione gradus magistralis, aut doctoralis, qui cōfert insignia osculatur ipsum, qui graduatur, & hoc est ei tanquam insignium inter cętera, ita in vnctione regali poterāt esse hoc tāquam pertinens ad cęremonias vnctionis.

Reges apud Iudæos, per quos vngi debebant, an per laicos, vel per sacerdotes, vel per prophetas. Quæst. II.

D QVAERET aliquis ꝑ quos vngebantur reges apud Iudęos, s. an ꝑ laicos, vel sacerdotes, vel per ꝓphetas. Aliqs dicet, ꝙ vnctio regis fiebat ꝑ prophetas: nā hic Saul vnctus fuit per Samuelē, qui erat ꝓpheta. Itē Dauid in prima vnctione sua ꝑ Samuelē vnctus est: ipse.n. fudit oleū sup caput eius ĩ.16.c. Itē Azael rex Syrię per Eliā ꝓphetam vnctus est: ei.n. iusserat Deus, vt vngeret illū in Damasco ĩ.3.lib.c.19. Item Iheu rex Israel ꝑ vnū de filijs ꝓphetarum, q ēt ꝓpheta erat vnctus est ĩ.4.lib, c.9. In ꝯ̄riū dicet aliquis, ꝙ vnctio regalis fiebat ꝑ laicos: nam Dauid vnctus fuit in regē ꝑ tribū Iuda ab ipsis viris de tribu illa, & tñ illi erāt laici, ergo ad laicos ꝑtinebat de hoc ĩ.2.lib.c.2.s. veneruntq; viri Iuda, & vnxerunt ibi E Dauid, ergo vnctio facta est ꝑ laicos. Itē patet hoc ꝑ vltimā vnctionē Dauid sup totū Israel: nā dr̄, ꝙ venerūt vniuersę tribus Israel ad Dauid in Hebrō, & vnxerūt ibi eū in regē sup totū Israel. ĩ.2.lib.c.1. & primo Paralip.c.11. isti tñ erant laici. Aliqs dicet in ꝯ̄riū, ꝙ sacerdotes magni vngebaut reges, sic patet ĩ.3.lib.ca.1. vbi Salomō vnctus fuit ꝑ Sadoc sacerdotē magnū. Rñdēdum est, ꝙ vnctio regalis habebat aliquam similitudinem cum vnctione sacerdotis magni, qa super vtriusque caput fundebāt oleum, habebat tñ aliquam dissimilitudinem, qm̄ super caput summi sacerdotis semper fundebatur oleū sacrū: Exo.29. & Leui.c.8. super caput aūt regis interdū fundebatur oleum sacrū, interdum commune, vt supra declaratum est, sic quoque

1. Opin.

Vnctio regis, & summi sacerdotis aliquo modo differunt, & aliquo modo cōueniūt. qō. pręce.

erat differentia quantum ad perſonas vngentes, quia ſacerdos magnus habebat determinatum vngentē.ſ. quia ſemper vngebatur per ſacerdotes minores,eo ꝙ non erat aliquis ſummus ſacerdos, qui eum vngeret cum nunq̄ vngeret vnus ſummus ſacerdos, niſi poſt mortem alterius,& ſic ſacerdotes minores vngebant eum: rex autem non habebat determinatū vngentē: nam poterat vngi per ſacerdotes, vel per prophetas, qui non eſſent ſacerdotes, vt patet in exemplis adductis:erat tñ regulare,ꝙ reges vngerentur per ſummos ſacerdotes, eo ꝙ ipſi erant maximi inter ſacerdotes, & vnctio erat quædam cæremonia directè pertinens ad ſacerdotes. Sic patet de Salomone:nam tempore vnctionis eius erāt ibi prophetæ,& ſacerdotes,ſcilicet Nathan propheta, & Sadoc ſummus ſacerdos: tñ Sadoc vnxit eum, & quamq̄ dicatur .3.li.c.1. vngat ibi eum Sadoc ſacerdos, & Nathan propheta in regem in Iſrael,ex quo nō apparet diſtinctè, quis eorum vnxerit,tñ poſtea in e.c.declaratur, ꝙ Sadoc vnxerit,cū dr̄: ſumpſitq; Sadoc ſacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem, ſic quoque patet de rege Ioas, qui vnctus eſt per ſummum ſacerdotē,vt patet 2.Paralip.c.23.ſ.& conſtituerunt eum regem,vnxitq; eum Ioiada pontifex,& filij eius: ſic enim intelligendum eſt, ꝙ factum fuit in omnibus regibus Iſrael, & Iudę, quamq̄ de eis non ſcribitur,cum tñ diuiſum eſt regnum in Iudam,& Iſrael,nō manſerunt ſacerdotes inter Iſraelitas, ſed erant oēs in tribu Iuda,vt venirēt ad miniſtrandū in Ieruſalem in templo: Iſraelitæ aūt 10.tribuum non hñtes ſacerdotes fecerunt ſibi ſacerdotes de laicis.3.lib.c.12.& ibi quicunq; vellet effici ſacerdos accipiebat ſacrificium,& efficiebat ſacerdos,vt patet præall.c.& .3.lib.c.13. De his aūt ueriſimile eſt,ꝙ maximus inter iſtos vngeret regem,ſicut pontifex inter viros de tribu Iuda ungebat regem: ꝓphetæ aūt nunq̄ vngebant regem, niſi eſſent ipſimet ſacerdotes,& tunc non vngebant tanq̄ prophetæ,ſed tanquam ſacerdotes.

Prima opinio reprobatur.

Ad primam rationem in contrarium qñ dicebat, ꝙ prophetæ vngebant reges.Dicendum eſt, ꝙ aut reges,qui vngendi erant manifeſti erant.ſ.quia vngebātur per ſucceſſionē,ſicut ſuccedebant in regnum,aut erant incogniti,utpote, quia nunq̄ de illa familia fuiſſet aliquis rex,aut taltē lege ſucceſſionis nō ueniebat principatus ad eum,qui vngebat. Si primo mō ſemꝑ unctio fiebat per ſummum pontificē,& ſic fuit in vnctione Salomonis, quia de illo cognitū erat,ꝙ ſucceſſurus eſſet in regnū Dauid, cū hoc iuberet Dauid, iō q̄q̄ ibi eſſet propheta Nathan non vnxit eum ipſe,ſed ſumm⁹ ſacerdos Sadoc. ita quoq; rex Ioas erat de ſtirpe regia,& ad nullū alium ꝑtinebat ſucceſſio,iō Ioiada ſummus ſacerdos unxit eum, & nō aliqs propheta,ut patet 2.Paral.c.23.Si aūt eſſet ſcdo mō,ſ.ꝙ neſciretur qs ſucceſſurus erat,nō poterat ſumm⁹ ſacerdos vngere illum regem,& quia nemo ſciebat uoluntatē Dei,niſi propheta,cui Deus ſe reuelat, nō poterat aliquis alius vngere regē. In caſu aūt,in quo cognitum erat quis eſſet futurus rex, nunq̄ prophetæ vngebant regē, qđ apparet ex oībus iſtis argumentis in ꝯrium, cum.n. primo dr̄,ꝙ Samuel, qui erat propheta vnxit Saulem.Dicendum eſt, ꝙ Saul non poterat vngi per aliquē ſummum ſacerdotē,eo ꝙ ante Saulē non fuerat aliquis rex,nec cognoſcebat quis futurus eſſet:ſoli aūt Samueli hoc Deus reuelauit,& iuſſit ei,ꝙ vngeret regē. ergo nemo alius vngere poterat eum,qa neſciebat.Si tñ dicatur, ꝙ poſtea Saul vnctus eſt corā toto populo in Maſphat in electione, uel in Galgala in renouatione regni,de quo infra in litera. & ſeq. cap. Dicendum erit,ꝙ non unxerit eum tunc Samuel,ſed ſummus ſacerdos,q erat illo tp̄e, ſic.n. fuit in Dauid:

F quia prima vice vnctus fuit per prophetam, tamen in ſecunda non,nec in tertia: ſed dicitur ꝙ viri Iuda, & Iſrael vnxerūt eum. Cum autem ſecundò dicebatur, ꝙ vnctus fuit Dauid per Samuelem prophetam: etiā dicendum eſt hoc fuiſſe, quia neſciebatur de Dauid, an regnaturus eſſet: quia tunc erat Saul rex, & videbatur ꝙ de ſtirpe ſua ſucceſſuri eſſent reges: ideo nemo ſcire poterat,an Dauid regnaturus eſſet, nec poſſet eum vngere, niſi propheta: quod fuit in prima vnctione eius: poſtquam tamen cognitum eſt,ꝙ vnctus eſſet Dauid in regem a Deo,non fuerunt neceſſarij prophetæ ad vngendum eum ſecunda, & tertia vice: quia dicitur, quòd viri Iuda, & Iſrael vnxerunt eum: cum autem dicitur de Azael rege Syriæ, qui
G vnctus fuit per Eliam prophetam, dicendum quòd non poterat iſte vngi per alium propter duo. Primo quia incognitum erat, an iſte ſucceſſurus eſſet in regnum: nam non erat de genere regio, ſed tunc Benadab erat rex Syriæ, Azael autē erat ſeruus eius, qui eum languētem in lecto occidit, & factus eſt rex pro illo: ſacerdotes autem non poſſent hoc ſcire, niſi eſſent prophetæ: ideo non poterant eum vngere. Secundò nō pertinebat hoc ad ſacerdotes, quia iſte rex non erat in terra Iſraelitarum, ſed in Syria Damaſci: ſacerdotes autem Dei ſolum erāt in terra Iſrael,ideo non erat eis licitum vngere in regem aliquem extraneum: prophetæ autem licuit, quia Deus iubebat il-
H li. Cum autem dicitur de Iheu,ꝙ vnctus fuit per prophetam:eodem modo dicēdum eſt,ꝙ non erat Iheu de genere regio,ideo non conſtabat,an ſumendus eſſet in regem: & ſic ſacerdotes neſcirent,an vngēdus eſſet: reuelauit autē hoc Deus Eliſeo, qui miſit vnū de filijs prophetarum,& vnxit eum. Cum autem arguebatur ꝙ aliquando reges vngebantur a laicis, negandum eſt. Et cum dicitur ꝙ Dauid vnctus fuit a viris Iuda ſemel: & iterum a viris Iſrael. Dicēdum ꝙ ipſi non vnxerunt ibi Dauid,ſed ſacerdos magnus: nam cum Dauid erat ſemper ſacerdos magnus nomine Abiathar ex die illo, quo occiſi ſunt ſacerdotes in Nobe a Saule, fuerunt enim ibi occiſi 85. viri ſacerdotes,& euaſit ſolus filius ſummi ſacerdotis, ſcilicet Abiathar fugiens ad Dauid infra 22.cap. dixitque
I Dauid ad Abiathar: Mane mecum,ne timeas: ſiquis quęſierit animam meam, quæret & animam tuam, nam mecum ſeruaberis: ſic autem fecit Abiathar: nam manſit cum Dauid tota vita ſua: ſic patet infra 3.lib. cap.2.ſ.Abiathar quoque ſacerdoti dixit vade in Anathot ad agrum tuum, es quidem vir mortis, ſed hodie non te interficiam, quia portaſti arcam coram patre meo, & ſuſtuliſti laborem in omnibus, in quibus ipſe ſuſtinuit: iſte autem Abiathar erat cum Dauid, quando vnctus eſt in regem ſuper Iuda. Ipſe ergo vngeret eum & non laici: ita in ſecunda vice, quando vnctus eſt ſuper totum Iſrael erat ibi Abiathar: & ipſe etiam vngeret eum. Cum autem dicitur quòd vnxerunt eum viri Iuda,vel totus Iſrael nō eſt ſenſus, quòd illi fundebant oleum ſuper caput eius, ſed pręK
bebant conſenſum vnctioni, & omnes aderant ad feſtiuitatem vnctionis, ſolus tamen ſummus pontifex Abiathar vnxit eum. Simile patet de rege Ioas: nam infra 4.lib.cap.11.dicitur de omnibus viris, quos congregauit ſacerdos Ioiada, quòd fecerūt eum regem, & vnxerunt,& plaudentes manu dixerunt viuat rex: & tamen 2.Paralipo. cap.23. dicitur, quòd non unxit eum populus,ſed ſacerdos magnus, ſcilicet, Et conſtituerunt eum regem, vnxitque eum Ioiada pontifex,& filij eius. Apparet igitur quòd ſoli ſummi ſacerdotes ungebant reges regulariter: & quando non erat cognitum, quis futurus eſſet rex, ungebatur per prophetas.

Quia

Quæ cæremoniæ fierent in vnctione Regis. Quæst. III.

QVAERETVR vlterius, quæ cęremoniæ fiebant in vnctione Regis.

Respondebit aliquis, quòd postquam sacerdos, vel propheta vngebat Regē, osculabatur eum, sic patet hic, nam Samuel postquam fudit lenticulam olei super caput Saulis, osculatus est eū & dimisit. Item fiebant in vnctione Regis sacrificia, sic patet infra 16.ca. nam cum iuit Samuel ad vngendum Dauid, obtulit sacrificium in Bethlehem, & postea vnxit Dauid, sic etiam patet de Adonia filio Dauid, quem voluit exercitus vngere in Regem, & cum celebrarent solennitatem vnctionis obtulerunt holocausta, & victimas apud lapidem Zoeleth. vt patet infra 3.lib. c.1.

Respondendum est, quòd sicut in vnctione summi sacerdotis, & Regis erat aliqua similitudo, vt supra declaratum est, ita quoque quantum ad cęremonias vnctionis aliquis credet esse similitudinem. & verum est, quòd aliqua similitudo erat, quia sicut summo sacerdoti, maximus honor impendebatur tempore cōsecrationis suæ. s. quia tūc efficiebatur summus sacerdos: ita regi impendebatur maximus honor tempore vnctionis, quia tunc instituebatur in regem, & conferebatur titulus regni: nam idem erat vnctio in regē, ꝙ est in canonico institutio, vel in episcopo cōfirmatio, sed in consecratione summi sacerdotis fiebāt magnæ solennitates sacrificiorum, & aliarum cæremoniarū, ideo in rege quoque fieri debebant cæremonię multæ: est tamen diuersitas, quoniam cęremoniæ, quę fiebant in consecratione summi sacerdotis, erant de necessitate, quoniam erant institutę a lege, & non licebat aliquam earum omitti: quia ageretur contra legē Dei, de his Exod. c.29. & Leuit. c.8. In rege autem vngendo cęremonię aliquę fiebant, sed istæ non erāt determinatę a lege, & hoc quia magis erant de substātia consecrationis summi sacerdotis cæremonię, quam de substantia vnctionis Regis: non tamen est intelligendum, quòd ita essent de substantia, quòd sine illis non posset esse summus sacerdos, sed erant tantū de substantia, quòd si aliqua earum omitteretur, ageretur contra legem. Patet hoc, quia Eleazarus factus est summus sacerdos moriente Aaron, tamen non fuerunt facta aliqua cęremonialia: immo nec fuit vnctꝰ, sed fuit indutus vestibus sacris, vt declaratum est, Numer. c.20. & tamen fuit summus sacerdos. Illud autē est, quia illa, quæ iusserat Deus fieri in consecratione sacerdotis magni non erant de substantia sacerdotii magni, sed de solennitate: non erat tamen talis solennitas, quam omitti liceret. In rege autem non erant determinatæ cæremoniæ per legem: fiebant tamen hæc, quòd quando aliquis in regem instituendus eēt collocabatur super sedem regis, & ponebatur diadema in capite eius. Deinde sacerdos magnus fundebat oleum super caput illius, & ponebatur in manibus regis liber legis Moysi. s. Deuteronomium, & promittebat rex obseruare legem illam: deinde clamabat totus populus viuat rex, viuat rex, & imprecabantur alia bona regi. Deinde ad solennitatē huius vnctionis fiebant sacrificia magna Deo de oī genere sacrificiorū, & populus faciebat omnia genera exultationis, quæcunque decens esset fieri pro rege nouiter instituto. De primis cęremoniis istarū. s. de sede regis, & diademate, & vnctione, atque lege, patet in vnctione Regis Ioas. 2. Paralipomen. c.23. Cum dicitur: Et eduxerunt filium Regis, & imposuerunt ei diadema, dederuntque in manu eius legem tenendam, & constituerunt eum regem, vnxitque eum Ioiada pōtifex & filii

A eius, & imprecati sunt, atque dixerunt viuat rex, hoc idem patet infra 4. lib. cap.11. in vnctione istius regis, cum dicitur: Produxitq; filium regis, & posuit super eum diadema, & testimonium fecerūtq; eum regē, & vnxerunt, & plaudentes manu dixerunt viuat rex. De iocunditate autem ista patet etiā in vnctione Salomonis: nā iniunxit Dauid, ꝙ in vnctione eius caneretur buccina, & fierent multa gaudia, nam dixit omnis populus viuat rex Salomon, postquā cecinerunt buccina, ascēditque vniuersa multitudo post eum, & populus canentium tubis, & lętantium gaudio ma-

B gno, & insonuit terra a clamore eorum, & dixerunt corā rege Dauid: Amplificet Deus nomen Salomonis super nomen tuum, & magnificet thronum eius super thronum tuum, de hoc infra 3. lib. ca.1. Sacrificia quoque magna fiebant; quod patet in Adonia, cū vellet vngi in regē: fecit enim sacrificia magna apud lapidem Zoeleth iuxta fontem Rogel, eo. c. ista autē ex aliqua parte obseruata sunt in vnctione Saulis, nō quidem in prima; quia illa fuit occulta, & nihil ibi factum est, nisi effusio olei sup caput eius & osculatio. Postea tamen quando publicè sumptus est in regem conuenit totus populus in Masphat, ibique assumpto eo clamauerunt omnes; viuat rex, & miserunt munera, vt patet infra in litera.

Iterum etiam cum innouatus est rex Saul in Galgala, conuenit omnis populus, & fecerunt ibi regem

C coram Domino, & immolauerunt ibi victimas pacificas, & lętatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis. sequen. c. istę autē sunt cęremonię in vnctione regū. Cum autem dicebatur, ꝙ osculum erat cęremonia in vnctione regis: dicendum est ꝙ non. Et quando arguitur, ꝙ Samuel hic osculatus est Saulem: dicendum est, ꝙ non fuit hoc tanquam cęremonia vnctionis, sed quia diligebat eum, & nunc recedebat ab eo ideo osculatus est eum, non conueniebat tamē talis cęremonia in vnctione regum, quia osculum est maioris ad minorem, vel ęqualis ad ęqualem, minor autem nō debet aggredi osculari maiorem, nisi maior hoc iusserit. In vnctione autem regali nullus maior

An osculū esset cęremonia in vnctione regum.

D est ipso, nec quisquam est ei æqualis, sed omnes sunt serui eius; ideo etiam ipse fundens oleum sup caput regis non debet tunc osculari eum, quia rex est tunc tanquā cunctis excellentior. In collatione autē magisterij, & doctoratus secus est, quia tunc ille, qui largitur insignia maior est eo, cui largitur; ideo decens est, ꝙ osculetur eum, cui insignia tribuit, quia hoc ad honorem ipsius ptinet. Cùm aūt dicebatur, ꝙ in vnctione regis fiebāt sacrificia, sicut fuit in vnctione Dauid. Dicendum ꝙ verum est, non tñ fuit sacrificium illud oblatum ad dedicationē, & honorē vnctionis, sed ex alia causa, s. ad occultandum id, quod fiebat: nā dixit Samuel, ꝙ timebat ire ad vngendum Dauid inquiens audiet enim Saul, & interficiet me, & ait dominus; vitulum de armento tolles in manu tua, &

E dices, ad immolandum Domino Deo veni, & vocabis Isai ad victimam. Sic ergo factum est, vt victima fieret ad occultationem, & non ad solennitatem vnctionis. Id enim quod solēnitatem habet, publicè fit, Sed vnctio prima Dauid facta est valde occultè; ergo non fuit sacrificium ad eam solemnizandum, sed occultādum. De hoc infra 16. cap. *Ecce vnxit te Dominus.* Samuel vnxerat Saulem, quia tamē Deus iusserat eū vngi, vt patet præcedenti c. dicitur, ꝙ Deus illū vnxit. *Super hæreditatem suam.* Idest super totum Israel: tota enim terra, & quidquid in ea est ipsius Dei est, populus tamē Israeliticus acceptus fuit a Deo speciali modo, scilicet, vt coleret Deum magis, quàm aliæ gentes & vt Deus benefaceret illi super omnes alios populos, sic patet Exo. 19. cap. scilicet, Si ergo audieritis

vocem

vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis F mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Vocant̄ ēt Israelitę hęreditas Dei, quia sicut hæreditas pertinet ad ius illius, cuius est, & apud eum firmiter manet, ita Israelitæ semper firmiter mansuri erant apud Deum, licèt alię gentes variarentur per Idola, Iudęi tamen interdum faciebant è contrario, s. ꝙ magis ipsi variabantur per Idola, quàm Gentiles: vnde Deus conqueritur de Israelitis, ꝙ cū aliæ gentes non derelinquerent Deos suos, Israelitæ tamen derelinquebāt Deum. De hoc Iere. c. 2. Deus dicit. s. transite vsque ad insulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite, & videte si factum est huiusmodi, & si mutauit gens Deos suos; & certe ipsi non sunt dij; populus verò meus mutauit gloriā suam in idolum. Alio modo etiam vocatur hæreditas Dei tota terra Israel: nam quando quis proprio labore, vel in bello iusto pugnando aliquid acquirit, illud est hęreditas eius, Deus tn̄ acquisierat terram Israel de manu septem populorum Chananęorū; ideo erat hr̄ditas illius, & pp̄ hoc Israelitę habitantes in terra illa non erant tanquam domini eius, sed tanquam coloni, & Deus poterat imponere terræ illi legē, quam vellet, sic patet Leui. 25. c. Cum dixit Deus, terra quoque nō vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos coloni mei estis, vnde & cūcta regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetur. *In principem.* Scilicet in regem: accipitur enim princeps hic strictè, nullus quippe de principibus vngebatur; nisi rex: nā Iosue, q̄ fuit magnus princeps: & deinde iudices post eum nō fuerunt vncti. *Et liberabis populum eius.* Intelligitur ista liberatio, non quantum ad omnē ablationem grauaminis, vel seruitutis: qm̄ non fuit totaliter liber populus Israel a iugo Philistinorū tēpore Saulis, sed liberatus fuit tempore Dauid: ipse enim tulit frenū tributi de manu Philistinorum infra 2. lib. ca. 8. & declaratum est satis præcedenti cap. sed qualiscunque alleuiatio grauaminis dicitur liberatio; sic enim dicitur Samuel liberasse filios Israel de manu Philistinorum supra ca. 7. & tempore eius mansit aliquid de iugo Philisthijm, vt declaratum est. eo. ca. & supra c. præcedenti. *De manibus inimicorum eius.* Istud relatiuū eius potest referri ad populum Israel, vel ad Deum, I & vtroque modo est verum: nam Israelitę habebant aliquos hostes, a quibus liberandi erant, Deus quoq; aliquos habebat, nō ꝙ ipse proprie hostes habeat, q̄a nihil odisse potest, vt patet Sapiē. c. 11. s. misereris omnium, quoniam omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam: diliges enim omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti, dicit tamen Deus habere hostes, quia cum Israelitę essent specialiter populus Dei illi, qui erant hostes Iudęorū erant hostes eius, & pugnabat Deus contra illos, tanquam si essent hostes eius, sic patet Exo. 23. cap. s. ꝙ si audieris vocem eius, & feceris omnia, quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. *Qui in circuitu eius sunt.* Idest in circuitu populi Dei. K Istud relatiuum eius refertur hic necessario ad populum Dei, quia alias non posset dici, ꝙ in circuitu eius essent hostes. erant autem hostes in circuitu Israelitarum, quorum pręcipui erant Philisthini, qui p̄mebāt dure Israelitas, & erat ista hostilitas a magnis temporibus, sicut declaratum est supra c. 4. in principio, erāt quoque Amalecitæ hostes Iudæorum, quia licet tūc non pugnarent contra Israelitas, tn̄ ante hoc pugnauerant, s. qn̄ erant in deserto, vnde Saul iussu Dei pugnauit contra eos, & deleuit illos. Erant aūt Amalecitę ad latus meridianum terræ Israel, vt patet j. [illegible] c. isti aūt interdum faciebant prędas in terra Israel, & in

Deus neminē odit, tn̄ hostes habere dicitur.

terra Philisthijm, vnde inuaserūt vrbē Siceleg, & prędātes oīa, quæ ibi erant cōbusserunt illā, duxeruntq; captiuas vxores Dauid, & virorum suorū infra c. 29. & 30. erant etiam hostes Iudæorum Ammonitę, cōtra quos fecit primum bellum Saul. j. sequen. c. erāt quoque hostes eorum Idumęi Moabitę, & Syri, q̄q̄ isti non apparuerunt hostes tempore Saulis, sed tēpore Dauid, & Dauid subiecit omnes illos, vt patet. j. 2. lib. ca. 8. Aliqualiter tamen pugnabant contra Israel tēpore Saulis, & expugnabat eos Saul, vt patet j. 14. cap. s. & pugnabat in circuitu cōtra omnes inimicos eius, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Saba, & quocūque se verteret superabat, omnes autem isti habitabant in circuitu terrę Israel ad Orientalem, & meridianam plagam. *Et hoc tibi signum, quia* G *vnxit te Deus in principem.* Fuit supra posita vnctio Saulis, hic autem ponitur certificatio eius, s. & hoc tibi signum, ꝙ vnxit te Deus, idest si forte dubitas, an ista vnctio sit facta per mandatum Dei, an solum ex voluntate mea, & an aliquid proficiat, vel non, poteris colligere per ista signa, quæ sequuntur, s. ꝙ euenient tibi ista, quæ infra habentur, & cum euenerint scies, ꝙ Deus vnxit te. Si aūt non euenerint scias vnctionem esse delusoriam factam sola humana volūtate: hanc enim probationem dat Deus Deutero. 18. c. ad cognoscendum an ea, quæ a prophetis dicuntur, sint a Deo dicta, vel non: cum dicitur, ꝙ si tacita cogita- H tione responderis, quomodo possum intelligere verbum, quod dominus non est locutus, hoc habebis signum, ꝙ in nomine domini Propheta ille p̄dixerit, & non euenerit, hoc dominus non est locutus, sed p̄ tumorem animi sui Propheta confinxit; ideo non timebis eum. Similem etiam probationē ponit Christus. Ioan. 14. c. s. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis.

Propter quid Samuel dedit ista signa Sauli, cum iam factus esset rex, & Saul de hoc non dubitaret. *Quæst. IIII.*

QVAERET aliquis ad quid proficiebant ista signa, quæ dantur hic?

Respōdendum est, ꝙ dabātur ad certificationem, s. an ista vnctio ad aliquid proficeret, non erat tamen ad certificādum aliquem nisi Saulem, quia ista vnctio erat occulta Israelitis, ideo non poterat dari illis aliquid certificatiuū illius, Sauli autem datum est signum certificatiuum ad hoc, ꝙ ipse crederet vere se esse regem: nam cum alicui offeruntur aliqua magna supra spem suam, vix sibi ipsi credit, nihil autem maius poterat Sauli conferri, quā quòd esset rex, potissimè cum ipse esset de parua tribu, & familia; ideo vix crederet etiam si sibi diceret per Prophetam. sic patet a principio cum dixit ei Samuel cuius erunt optima quęque in Israel, nonne tibi, & omni domui patris tui? Respondit Saul numquid non filius Iemini ego sum de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes filios de tribu Beniamin, quare ergo locutus es mihi sermonem istū? postea autem Samuel honorauit Saulem in conuiuio, & deinde vnxit eum in regem, de qua vnctione nimis dubitare poterat Saul, an esset facta iussu Dei; ideo dedit ei signa, per quæ cognosceret: Israelitæ enim semper fuerunt huius cōditionis, quòd quamquam multi eorum essent boni, tamen difficiles erant ad credendū, & ideo etiam Deo non credebant in rebus magnis, nisi daret eis signa, & quamquam boni essent petebant signa a Deo, vt certificarentur de promissionibus, quas Deus faciebat ad illos. Sic patet de Gedeone, qui vir bonus erat, tamen quando Deus misit eum ad pugnandum cōtra Madianitas

Madianitas petiuit signum a domino. vt patet Iudic.
c.6. nec solum petiuit semel, sed pluries, vt patet ibi-
dem: sic etiam Abraham bonus vir erat, & tamen cū
Deus dixit ei, ego dominus, qui eduxi te de Hur Chal
dęorum, vt darem tibi terram istam, & possideres eā.
At ille ait: domine Deus vnde scire possum, ꝙ posses-
surus sim eam? Gen.c.15. Sic quoque tempore Chri-
sti petebant frequenter ab eo Iudæi signum. sic patet
Mat.16.c.s. Accesserunt Pharisæi ad Iesum, & rogaue
runt eum, vt signum de cęlo ostenderet eis. Quòd au
tem conditio esset Iudęorum petere semper signa, pa
tet 1. ad Cor.c.1.s. Iudęi signa petunt, & Gręci sapien-
tiam quærunt, ideo q̄q̄ non peteret Saul signa ꝓ hac
vnctione: Samuel volens eum magis certificare, dedit
ei signa. Sed tunc dicetur quid proficiebat, ꝙ certifica
retur Saul de ista vnctione, ꝙ a Deo esset, q̄a post pau
cos dies publicè assumendus erat in regem, & ibi co-
gnosceret veram fuisse vnctionem.

Respondendum est, ꝙ antequam publicaretur vn-
ctio Saulis ipse facturus erat quędam, quę iusserat ei
Samuel, & si non esset certificatus de ista vnctione, ni-
hil faceret, de hoc patet. ĩ. in litera. s. quando ergo eue
nerint signa hęc omnia tibi, fac quęcunque inuenerit
manus tua, & istud pertinebat ad aliquam dispositio-
nem ad statum regalem, quod non faceret Saul, nisi
certificatus: vnde Samuel rectè dixit, qñ euenerint
omnia signa fac quęcunque inuenerit manus tua. q.d.
antequam eueniant nihil facies.

Cum abieris. Hic ponitur secundum. s. vnctionis cer-
tificatio per signa. Et diuiditur in duas partes: quia pri
mò ista signa prędicuntur, secundo de facto reperiun
tur ibi. *Itaque cum auertisset.* Circa primum dicitur. *Cum
abieris hodie a me.* i. postquam recesseris a me, euenient
tibi ista, quę pręnuncio hodie. An vero omnia euene-
rint in die illa, vel aliqua, in sequentibus non multum
refert. litera quoque satis indifferens est, quia potest
referri istud aduerbium hodie ad istud verbū abieris,
vel ad illud verbum, inuenies. Si primo modo, non in-
nuitur, ꝙ illa die aliquod signum illorum euenturum
erat, sed siue illa die, siue sequenti euenirent, nihil refe
rebat. Si secundo modo, oportet ꝙ intelligatur, ꝙ sal-
tem aliquod signum illorum acciderit illa die. s. illud
quod ponitur primo de viris apud sepulchrū Rachel,
si aūt alia acciderint eodē die, vel non, nihil refert. s̄m
veritatem tñ oĩa in die illa acciderunt, vt patet. ĩ. cum
dr̄ itaque cum auertisset humerum suum, vt abiret a
Samuele immutauit Deus cor aliud ei, & venerūt om
nia signa hæc in die illa. *Inuenies duos viros iuxta sepul-
chrum Rachel.* Nunc enim reuertebatur Saul de Ra-
matha vrbe, vbi morabatur Samuel, & veniebat in ter
ram suam, scilicet ad vrbem patris, & transiturus erat
apud Bethlehem, vbi est sepulchrū Rachel: est enim
Ramatha 16. miliaribus distans a Ierusalem, vt patet
in libro de situ terrę Sanctę: transitus autem de vrbe
Ramatha in terram Saulis non erat per vrbem Ierusa
lem, sed apud Bethlehem, quę quatuor miliaribus di-
stat ab vrbe Ierusalem, vt patet in libro de situ terræ
Sanctę, sepulchrum aūt Rachel, de quo hic dr̄, nō est
in vrbe Bethlehē, sed circa illam. s. in itinere, quo itur
de Bethlehem in Ierusalem. Sic patet Gen.35.c. scili-
cet. Mortua est ergo Rachel, & sepulta in via, quę du-
cit Ephratam, hoc est Bethlehem, sic etiam in Gene.
48.ca.s. mihi enim quando veniebā de Mesopotamia
mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere,
& sepeliui eam iuxta Ephrata, quæ alio nomine appel-
latur Bethlehem. Est autem istud sepulchrum quædā
magna piramis constructa in altum, & sub ea sunt 12.
lapides in signum 12. filiorum Iacob, quę vsque in ho
diernum diem videtur a transeuntibus de Ierusalem
in Bethlehem; distat autem sepulchrum illud milia-

A rio vno a Bethlehem, & tribus miliaribus a Ierusalē
vocaturque locus ille Cabrata. De hoc in libro de si-
tu terræ Sanctæ. De hoc sepulchro habetur Gen. 35.
scilicet: Erexitque Iacob titulum super sepulchrum
eius: hic est titulus monumenti Rachel, vsque in pre-
sentem diem. *In finibus Beniamin.* Idest isti duo viri,
qui erant apud sepulchrum Rachel erant in finibus
Beniamin. i. in extremitate sortis Beniamin. Nicolaus
arguit, quòd hoc dictum implicat contradictionem,
vt videtur, quia Rachel sepulta est iuxta Bethlehem.
Gen.35.c. Bethlehem autem est in sorte Iudę. Matth.
B c.2. ideo non poterat esse sepulchrum Rachel in fini-
bus Beniamin, idest isti viri, quos tu inuenies sunt nūc
apud sepulchrum Rachel, quando tamen tu inuene-
ris eos erunt apud fines Beniamin, hoc tamen proce-
dit ex habitudine locorum: est enim vtrunque verū. s.
ꝙ illi viri erant simul in finibus Beniamin, & apud se-
pulchrum Rachel: nam sors Iudę est maxime meri-
diana in tota terra Chanaan, quod patet Iosue. cap.15.
nam illa loca, quæ ponuntur ibi tanquam termini me
ridiani ipsius sortis, ponuntur Nume. ca.34. tanquam
termini meridiani totiūs terræ Chanaan, sors autem
Beniamin est coniuncta sorti Iudæ. s. quòd latus me-
ridianum sortis Beniamin, & latus septentrionale sor-
tis Iudę sunt idem latus, quod patet, quia illa loca, quę
ponuntur Iosue.c.15. in latere septentrionali sortis Iu-
dę ponuntur in latere meridiano sortis Beniamin. Io-
C sue c.18. hoc autem stare non poterat, nisi ista duo la-
tera duarum sortium coniuncta essent, sic autē erat,
ꝙ Bethlehem erat in extremitate lateris aquilonaris
terrę Iudæ, ideo necesse erat, quòd apud Bethlehem
esset terminus australis terræ Beniamin: est. n. Beth-
lehem ex vna parte, & Ierusalem ex alia, inter quæ est
spacium quatuor miliariorum, & inter ista duo loca
transeunt termini Iuda, & Beniamin: est enim Ierusa-
lem in terra Beniamin: Bethlehem autem in terra Iu-
dæ: & apud vrbem Ierusalem transit terminus iuxta
fontem Rogel. Iosue c.15. & fons Rogel est apud por
tam Ierusalem in quadam valle, vt patet infra 3. li. c.1.
ibi enim Adonias inuitauit eos, qui vngebant eum in
D regem. Maxima ergo pars spacii illorum quatuor mi-
liariorum, quę sunt inter Ierusalem, & Bethlehem ꝑ-
tinet ad terram Iudę, & quia sepulchrum Rachel di-
stat vno miliario a Bethlehem necesse est, vt sit intra
sortem Iudæ, est tamen satis propinquum illud sepul-
chrū finibus Iudę, & quia termini Iudę, & Beniamin
sunt idem, cum sit sepulchrum Rachel in finibus Iu-
dę est in finibus Beniamin, & sic accipitur hic, quod sa
tis declaratur immediate in litera cum dicitur. *In me-
ridie.* i. ad partem meridianam finium Beniamin. s. ꝙ
sepulchrum Rachel est meridianum respectu finium
Beniamin, eo ꝙ terra Iudę est magis meridiana, quam
terra Beniamin, vt declaratum est, sed sepulchrū Ra-
chel est infra fines Iudę: ergo necesse est, ꝙ sit ad par-
tem meridianam finium Beniamin. *Salientes magnas
E foueas.* Idest illi viri apud sepulchrum Rachel saltabāt
super foueas. Nicolaus dicit, quòd non habetur hoc
in Hebræo, nec in libris correctis, an vero in libris cor-
rectis sit, nescitur neque qui sint libri correcti, nisi re-
diretur ad originalia Hieronymi, quę nullus nostrum
vidit, sed quòd hoc in hebręo habeatur, satis constat,
licet non habeatur tam explicite, vt hic, nam vbi nos
dicimus salientes magnas foueas, in hebręo habetur.
Becilza. Quòd a quibusdam putatur esse nomen pro-
prium, & tamen est commune, quia Be in hebræo est
præpositio, sicut apud nos est in: cilza significat salta-
re, & sic interpretatur Becilza. i. in saltando. Hierony-
mus aūt, quia vidit hoc imperfectum dixit magnas fo
ueas, & forte, quia apud locum illum erant magnę fo
ueę, & videns sententiam esse incompletam cōpleuit
illum.

illam. Hoc aũt apparet, qa ĩ. vbi dr̃: insiliet in te spũs, F
ponitur tale nomẽ, sicut iste cilza, similiter etiam ĩ.
vbi dicitur, & insilijt in eum spiritus dñi, ponitur idẽ
vocabulũ: ergo ita significauit hic becilza saltare, vel
in saltando. *Dicentque tibi inuentæ sunt asinæ, ad quas ieras perquirendas.* Isti viri fortè erãt de cognatione Saulis,
vel de terra sua, & cognoscebant quomodo perditæ
fuerant asinæ, & inuentæ, & nunc nouiter venerant
de vrbe Saul: ideo potuerunt ei denunciare, qũo pater
suus solicitus erat pro eo, & asinæ inuentę erant.
Deus autem fecerat Saulem oberrare non inuenien
do asinas, ad hoc, ꝙ veniret in Ramatha, & ibi vngeretur
a Samuele in regem: sic enim dixerat Deus Samueli,
hac ipsa hora, quæ nunc est, mittam ad te cras
virum de Beniamin. *Et intermissis pater tuus asinis solicitus est pro vobis.* G
Idest iam non curat de asinis, & dolet
de absentia vestra, s. Saulis, & pueri eius: sic enim
dixerat supra Saul pręcedẽti cap. veni, & reuertamur
ne forte dimiserit pater meus asinas, & solicitus sit ꝓ
nobis: non poterat autem pater Saulis intermittere
asinas, quia iam inuentæ erant, sed est sensus, ꝙ pater
Saulis intermissis asinis est solicitus pro filio, i. etiam
si asinæ non essent inuentæ intermitteret illas, & minus
curaret, quàm nunc pro absentia filij. *Solicitus est pro vobis, & dicit quid faciam pro filio meo.* Saul aberat per
aliquot dies vltra, quã debuisset esse in quęrendo asinas,
ideo iam pater eius putabat, quòd nõ moraretur
iam in quærendo asinas, sed quòd aliquod sinistrum
ei accidisset. *Cumque abieris inde, & vltra transieris.* H
Scilicet progrediendo per iter, quòd ducit in terram
tuam, ad quã tunc festinabat Saul. *Et veneris ad quercum Thabor.*
Ista quercus erat in via: erat enim ista arbor
famosa, qa magna erat, & vnica in loco illo, sicut
dicitur de ilice Mambre, apud quã habitabat Abraham,
de quo Gene. 18. cap. erat enim illa arbor valde
magna, & famosa, mãsitque magno tempore, ita autem
erat ista quercus nimis famosa inter Israelitas,
vocatur autem quercus Thabor, quia forte erat in
monte Thabor: est tamen Thabor quidam mons
excelsus in terra Israel, in quo Christus trãsfiguratus
est coram tribus discipulis suis, de quo Mat. c. 17. &
Marci. 9. erat autem iste mons in sorte Issachar, sicut
ait Iosephus quarto Antiquitatũ: est enim inter sortem
suam, & sortem Zabulon, vt patet Iosue c. 19. in I
monte autem illo rarę arbores erant, sed erat ibi illa
quercus, ideo ipsa per se nominata est tanquam nulla
alia esset: erat autem transitus Sauli pro terra illa per
locum illum.

Quercus Thabor.

Mons Thabor vbi.

Inuenient te ibi tres viri ascendentes ad dominum in Bethel.
Idest apud montẽ Thabor obuiabis tribus viris euntibus
in Bethel. Est enim magis meridianus locus Bethel,
q̃ mons Thabor, quia mons Thabor est in sorte
Issachar, vt dictum est: Bethel autem est in sorte Beniamin,
vt patet Iosue 18. c. sors autem Beniamin est
magis meridiana, quam Issachar: mõs autem Thabor
est in parte orientali Iudeę quatuor miliarijs distans
ab vrbe Nazareth, & vltra illum duobus miliarijs versus
orientem est mons Hermon, in quo obuiauit rex
Salem Melchisedech Abrahę reuertenti de cęde regum, K
qui pugnauerant contra Sodomitas. Gene. 14. c.
De hoc patet in libro de situ terrę Sanctę. dicitur autẽ,
quòd isti viri veniebant ad dominum in Bethel. s. ad
faciendum sacrificia, quia ibi specialiter faciebant sacrificia
Israelitę illo tempore. Et ex hoc apparet, id ꝙ
dicebatur supra c. 7. s. quòd non rectè dicitur, quòd arca
domini fuit in Masphat, & in Galgala, eo quòd qñ
Israelitę erant in illis locis, dicitur, quòd erant coram
domino: nam etiam hic dicitur, quòd illi, qui ascendebant
in Bethel ascendebant coram domino, & tamen
nemo dicit, quòd arca, vel sanctuarium fuerit

Mons Thabor, ĩ quo multa mirabilia facta fuere.

An arca domini fuerit ĩ Masphat, & Galgala

F aliquando in Bethel: dicitur tamen in omni loco esse
aliquis coram Deo, in quo Deus specialiter est, & quia
in omnibus his locis fiebant sacrificia, & impendebatur
Deo cultus, dicebatur ibi esse Deus, & quando
erant ibi homines, dicebantur esse coram domino:
apud istum autem locum Bethel a principio cum introisset
Abraham in terra Chanaan construxit altare
& immolabat ibi: de hoc Gene. c. 12. Cum dicitur, &
transgrediens ad montem, qui est contra orientem
Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum ab occidente
habens Bethel, & ab oriẽte Hay, ędificauit ibi quoque
altare domino, & inuocauit nomen eius: ob hoc autẽ
specialiter Israelitę voluerunt colere Deũ faciendo
sacrificia in Bethel. Postea quoque apud locum illum
G viuente Alexandro magno, & transeunte per terram
Iudeę, ex eius concessione Samaritani fecerunt templum
magnum, & ibi colebant dominum offerentes
sacra. De hoc loquitur Iosephus in fine 11. libri Antiquitatum,
& alibi magis declarabitur. De hoc autem
quęsiuit mulier Samaritana a Christo apud fontem
dicens: Domine video, quia Propheta es tu, patres nostri
in monte hoc adorauerũt, & vos dicitis, quia Hierosolimis
est locus vbi adorare oportet. Io. 4. c. In hoc
autem loco rex Ieroboam posuit vnum de vitulis aureis,
quando fecit populum auerti a domino infra 3.
lib. cap. 13.

Vnus portans tres hædos, alius tres tortas panis, alius portãs lagenam vini. Isti tres viri ibant ad offerendum, & ista
pertinebant ad oblationem, quia tres hędi poterant
H offerri in quocunque genere sacrificij, scilicet in holocaustum,
vel hostiam pacificam, vel pro peccato: panes
etiam offerri poterant, vel per se, vel tanquam partes
aliorum sacrificiorum: per se enim, quia illi, qui
pauperes erant non potentes offerre animalia offerebant
saltem modicum de pane, & si ponuntur multa
genera panis offerendi: Leui. c. 2. poterant etiam offerri
panes tanquam partes sacrificiorum, sicut in sacrificio
pacifico, de quo Leui. c. 7. vinum autem poterat
portari, vt esset libamentum, quia semper in sacrificijs
ponebantur libamẽta, nisi illa sacrificia essent pro peccato,
& vnum de libamentis erat vinum: Nume. c. 15.
hic autem vbi nos dicimus lagenam Iosephus dicit
vtrem, sed ad idem redit: nam lagena magnum vas
I est apud Hebræos, poterat etiam dici, ꝙ portabãt isti
viri panes, & vinum pro itinere, & non pro sacrificijs,
patet quia cum ipsi portarent tres panes, duos illorũ
dederunt Sauli, vt patet infra. *Cumque te salutauerint dabunt tibi duos panes.* Forte isti viri cognoscebãt Saulem:
ideo dederunt ei duos panes videntes, quòd iter
ageret, & egebat eis, Saul autem non erat petiturus
panes, sed viri gratis obtulerunt ei, quod patet, quia
iussit Samuel, quòd acciperet de manu illorum, si tamen
ipse peteret nõ est dubium quin vellet accipere
de manu ipsorum, & nõ oportebat, quòd iuberetur
ei accipere. *Et accipies de manu eorum.* Scilicet, quia dignum
erat, quòd acciperẽtur de manu eorum, cùm
ipsi libenter offerrent.

K *Post hæc venies in collem domini.* Istud est vltimum
signũ, quod euenit Sauli, & fuit in colle domini, scilicet,
vbi erant prophetæ.

Rabbi Salomon dicit, quòd iste collis erat Cariathiarim,
qui vocatur collis domini, quia ibi erat arca
domini in domo Aminadab supra cap. 7. & in vrbe
illa erat collis magnus, in cuius parte quadã erat domus
Aminadab, & ibi erat arca domini, sic patet primo
Paralip. cap. 13. scilicet, quòd iuit Dauid, vt adduceret
arcam Dei de Cariathiarim, & ascendit Dauid,
& omnes viri Israel ad collẽ Cariathiarim, & pp hoc
dr̃ s. cap. 3. ꝙ posita est arca in Cariathiarim in Gabaa,
quia Gabaa significat ibi collem, ad illum locum cõuenienter

Colli[s] vbi [...]

uenienter prophetę venirent, vt ibi laudarent dominum in diuersis vasis musicis, eo quòd ibi erat arca. Nicolaus autem dicit, ꝙ non videtur hoc verū, quia iam trāslata erat arca de Carathiarim in Masphat, vt ipse declarauit supra c.7. sed istud est arguere ex fundamento erroneo, quia vt ibi probatum est nunquā fuit translata arca de Cariathiarim ad aliquem alium locum, usquequo Dauid transtulit eam, de quo infra 2.lib.c.6.& primo Paralipo.13. Ponit tamē Nicolaus circa hoc alium sensum, dicens ꝙ iste collis erat aliquis locus, in quo manebāt prophetę, & probat, quia dicitur immediatè; vbi erat statio Philisthinorū, sed in talibus locis est conuenienter statio. Dicēdum tamen, ꝙ iste locus erat quædam ciuitas, quę vocabāt Gabaa: & ita ponitur hic in Hebręo: nam vbi litera nostra dicit collē, litera Hebraica dicit Gabaa, est autem Gabaa ciuitas quædam in terra Beniamin, & in ista ciuitate habitabat Saul, sic patet infra in litera, s. Et Saul abijt in domum suam in Gabaa, & infra c.13. dicit, ꝙ erat Gabaa in Beniamin. Et apparet ꝙ sit iste locus. Primò, qa hic ponitur Gabaa in Hebręo, sicut infra vbi nominatur Gabaa Beniamin. Secundò, qa in Gabaa terminata sunt omnia signa, quæ hic annūciata sunt: nam habitabat in Gabaa Saul, & vsque ad locum ipsum acciderunt ei signa. Cum autem dicit hic, ꝙ venit ad collem Dei non ponuntur alia signa, ideo videtur, ꝙ iste collis, siue Gabaa sit Gabaa, quæ est ciuitas Beniamin. Tertiò, quia in Gabaa habitabat Saul, vt patet infra in litera, & tamen in isto colle cognoscebatur Saul ab omnibus, quia dictum est: Nūquid Saul inter prophetas? ergo de illo colle erat ipse oriundus. Item immediate, vt accessit ad illum collem, dicitur ꝙ quæsiuit patruus eius a Saule, postquā cessauit prophetare quid acciderat eis cum Samuele, ergo in loco illo, in quo Saul ꝓphetauit, erat patruus eius, & cognatio sua: ergo videt ꝙ ille locus erat habitationis Saulis: & consequenter erat Gabaa. Item patet hoc, quia dicitur hic vbi est statio Philisthinorū, s. ꝙ in colle illo, siue vrbe erat statio Philisthinorū: ista tamen erat in Gabaa terrę Beniamin, vt patet infra c. 13. s. percussit Ionathas stationem Philisthinorū, quæ erat in Gabaa: ergo iste collis domini erat in Gabaa, & ibi habitabat Saul, & cognatio sua, vt patet. ĩ. in litera. & ista fuit causa, quare Deus fecit, ꝙ Saul magis prophetaret in Gabaa, quàm in aliquo alio loco, quia ibi magis cognoscebatur: si enim in aliqua alia vrbe prophetasset non fuisset visum mirabile, quia putaretur propheta, & filius prophetæ, hic tamen quia cognoscebatur, ꝙ nullo modo attineret ad prophetas, quia nō erat filius prophetę, omnes admirati sunt, & patet hoc, quoniam dicitur, quæ nam res accidit filio Cis, Num Saul inter prophetas? & dr̄ ibi, ꝙ hoc dixerunt omnes, qui nouerant eum ab heri, & nudiustertius: erat igitur in loco suo, & ibi ei istud accidit, vt cognosceretur mutatio eius facta a Deo: nam Deus volebat de propinquo eum facere regem corā toto populo; iō voluit mōstrare aliqua signa in eo, ꝙ Deus tāgeret eum per aliquot dies ante. Vocatur autem ista ciuitas Gabaa collis Dei, quia ibi erant prophetæ laudātes Deum. *Vbi est statio Philisthinorum.* Scilicet in vrbe ista Gabaa erat statio, i. habitatio Philisthinorum, statio enim a stando dr̄, & significat propriè portum maris, in quo naues tranquillæ sunt, sic patet Gen.49. s. Zabulon in littore maris habitauit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sydonem. Aliqn̄ autem accipitur statio ꝓ castris, vel loco, in quo manēt acies ordinatæ ad bellum, & dr̄ etiam statio, quia ibi stant. Aliqn̄ aūt vocatur statio habitatio, s. vbi aliqs continuè manet, sic aūt erat statio Philisthinorum in Gabaa, s. ꝙ manebāt ibi multi Philisthini, & habitabāt in loco

Opin. Nicolai reprobatur.

Opin. auctoris.

A ipso, hoc autem erat, quia adhuc Philisthini habebāt onera tributorū super Israelitas, & collocauerant ibi multos de terra sua ad colligendum tributa, quę recipiebant Philisthin ab Israel. Etiam manebant ibi ad tenendum terram in pace, s. ne insurgerent Israelitæ contra Philisthinos. Etiam manebant ibi, vt scirēt qd fiebat in toto Israel, & facerent obseruari leges, quas imposuerāt Israelitis Philisthini: vetuerant. n. fabros ferrarios esse in toto Israel, sed ꝙ descenderēt Israelitæ in terram Philistijm ad parandum oīa instrumēta agriculturę, si aūt nō fuissent aliqui de Philisthinis in

B terra Israel, qui cogerēt ista obseruari fabricassēt sibi Israelitę arma, & oīa, quę ad bellum necessaria erant. Manserat aūt ista statio Philisthinorum tpe Samuelis, sed cū fuisset Saul confortatus in regno, Ionathas filius Saulis, quem pater collocauerat in Gabaa cum mille viris, ꝑcussit omnes Philisthinos, qui manebāt ibi ad exigenda tributa, & conseruandas reliquas impositiones Philisthinorum, de hoc dr̄. ĩ. c.13. s. & percussit Ionathas stationem Philisthinorū, quæ erat in Gabaa, & tūc erexit se Israel aduersus Philisthijm, & ibi inceperūt bella pro tota vita Saulis ꝯ Philisthijm. Sed aliquis arguet, quia supra c.7. dr̄, ꝙ nō apposuerūt Philisthini vltrà, vt venirent in terminos Israel factaque est manus domini super Philisthęos cunctis diebus Samuelis, liberauitque Israel de manu Philisthinorum, eratque pax inter Israel, & Amorrhęum.

C Rn̄dendum est, ꝙ oībus diebus Samuelis, s. toto tpe, quo māsit Samuel in principatu iudicatiuo, Philisthini non redierunt in terram Israel ad pugnandū, eo ꝙ fuit facta pax inter Philisthinos, & Israelitas, tributa tn̄ semper manserunt super Israelitas, licet nō essent grauia, sicut a principio, & ex tpe illo ēt existēte pace manebat statio Philisthinorum in Gabaa, illi tn̄ non conturbabant terrā facientes bella, sed manebant ibi in tranquillitate colligentes tributa, & tenentes terrā in pace, ne insurgerent contra Philisthinos. Et cū dr̄ ꝙ liberauit Samuel Israel de manu Philisthinorum, nō intelligitur, ꝙ liberauit ab oībus oneribus, sed aliqualiter releuauit grauitatē seruitutis, & erat diebus

D eius pax īter Israelitas, & Philisthinos. s. cessatio a bellis, sed non a tributis. *Et cum ingressus fueris vrbem*, Ista vrbs erat Gabaa, ī qua erat collis dn̄i, prius aūt introiuit Saul in vrbem, q̄ ascenderet in collem, sic patet. ĩ. vbi dr̄, ꝙ cessauit prophetare Saul, & venit ad excelsum, prophetatio tamen sua fuit in introitu vrbis Gabaa, quia ibi inuenit prophetas. *Obuium habebis gregem prophetarum*. Idest ibi obuiabis multis prophetis, qui simul veniunt de excelso. Erant autem in multis locis istę congregationes prophetarum; sic enim patet de vrbe Ramatha: ibi enim erat cuneus prophetarū vaticinantium, & Samuel super eos infra c.19.

E *Qui erant isti prophetæ, quos obuios habuit Saul, & quomodo erant multi simul, & qualiter prophetabant, & de conditione spiritus prophetici. Quæst. V.*

QVAERET aliquis de istis prophetis, qui erant, vel quō erant simul iuncti, & prophetabant in vno loco. Respondendum est, ꝙ propheta, quando propriè accipitur, est ille, qui a Deo reuelationem recipit, & eleuatur lumine supernaturali ad aliqd intelligendū, quod alij intelligere nequeunt, & isti cognoscunt abscondita, siue præterita, siue futura, & sciunt respondere de eis: isti autē vocantur a nobis ꝓphetæ, vt est Ieremias, Isaias, & omnes duodecim prophetæ minores, & Samuel, Elias, Eliseus, & similes, ēt si nobis nihil scriptum reliquerint. Alij autem vocant ꝓphetæ, qui non enunciant aliqua de futuris, nec reuelant abscondita, nec Deus tāgit mentē eorum ad cognoscen-

Prophetæ multipliciter dicunt.

gnoscendum hęc, tñ sunt viri, valde sapientes in scri-
ptura, & magni iudicii, & per hoc sciunt formare ma-
gnas laudes de Deo faciendo pulchra cantica, & Psal-
mos, sic enim patet de Psalmis Dauid: omnes enim il-
li dicuntur prophetici: tamen plurimi illorum sunt, q̃
prophetiam nullam continent, sed solam Dei laudē
enarrando aliqua Dei facta preterita, vel declarando
aliquas perfectiones Dei, vel eleuando mentē nostrā
in Deum. Aliqui tamen sunt qui continent aliquid fu
turum, & occultum, & quantum ad illos Dauid erat
verè propheta. In aliis autem magis erat sapiens, vel
dictator quàm propheta: hmõi autem erant multi vi-
ri in Israel, qui erant sapientes in lege, & magni inge-
nii ad excogitandum aliquid quod in lege non esset,
& pertineret ad laudem Dei: vocabantur autē isti in
templo cantores, & erant plurimi diuisi in 24. sortes p̃
Dauid, erantque principes eorum Heman, Ethan, Idi
thun, vt patet 1. Paral. 25. c. oēs autem de genere isto-
rum, siue docti, siue indocti separati fuerunt ad hoc
officium, vt canerent, & laudarent Deum, & hoc in
diuersis instrumentis, quę fabricauerat Dauid, fecerat
quoque cantica multa, quæ docebat istos cantores, &
ipsi postea canebāt in sanctuario tempore sacrificio-
rum: quando autem isti canebant coram dño dicebā-
tur prophetare, sic patet præal. cap. cum dicitur. Igitur
Dauid & magistratus exercitus segregauerunt filios
Asaph in ministerium, & Heman, & Idithun qui pro-
phetarent in citharis, & psalteriis, & cymbalis secun-
dum numerum suum dedicato sibi officio seruiētes.
Ex hoc autem apparet tripliciter, q̃ isti non erant ꝓ-
phetę, q̃q̃ dicantur prophetare. Primo quia dr̃, q̃ isti
erant distincti f̃m numerum suum. i. erat assignatus
certus numerus istorum prophetantium: si tñ essent
verè prophetę non posset assignari certus numerus
eorum per hoīes, quia spũs propheticus non est aliqd
quod hõ habeat labore, vel ingenio, aut natura, sed so-
la diuina inspiratione. 2. Pet. c. 1. Et dato, q̃ semel De⁹
aliquibus daret spiritum propheticum, non poterant
illi per homines segregari in numerum prophetarũ,
quia spũs propheticus non est tanquam habitus scien
tificus, vel moralis, qui postquam acquisitus est, im-
manet ei, in quo est, & non p̃t perdi si diligenter eum
tenere voluerit ille, cuius est, sed est spiritus propheti-
cus lumen quoddam raptim transiens, & dum illud
immanet, ille qui est propheta cognoscet occulta, q̃
Deus ei tunc reuelat. Cum autem transierit illud lu-
men, nihil magis propheta cognoscit, q̃ qui non est
propheta. Contingit autem interdum, q̃ Deus alicui
det spiritum propheticum semel, & postea nunquam
det, sicut patet de nunciis Saulis, quos misit ad tenen-
dum Dauid in Ramatha: nam ter misit nuncios, &
omnes prophetauerunt quousque iuit ipse Saul, &
etiam ipse prophetauit. j̃. ca. 19. Constat tamen, q̃ isti
nunquam postea prophetauerunt, quia prophetia nõ
fuit eis data tunc, nisi ad experientiam miraculi, & vt
non comprehenderent Dauid: ita ergo esse poterat,
q̃ alicui Deus daret spiritum propheticum, vt semel,
vel bis prophetaret in sanctuario, & postea nunquam
prophetaret. Si autem iste assumeretur in officium,
& numerum prophetarũ reperiretur postea ineptus,
quia nunquam postea prophetaret: ergo non erat ista
prophetia diuina reuelatio, sed quędam sciā, quæ ho-
minibus immanet firmiter, f̃m quam poterant sepa-
rari in numerum certum, & semper proficerent ad id
ad quod separabantur. Secundo patet, quia dicebatur
in his verbis dedicato sibi officio seruientes, & sic po-
nitur prophetare, tanquam officiũ, & ministrabāt isti
in officio suo, officium tñ est aliquod genus exercita-
tionis, cui quis vacare potest, quando vult, & dicit offi
cium quandam continuitatem. i. id quod homo quo-

Psalmi Dauid pauci continent prophetiã.

Spũs propheticus quid sit.

F tidie facit: vnde officium ab efficiendo dicitur, quia
est id, quod homo quotidie efficit, prophetare tamē
non est huiusmodi, quia nõ est in potestate ꝓphetæ,
quando voluerit prophetare. Etiam nõ est essentiale
prophetę prophetare, sed valde per accidens. s. quan-
do Deus voluerit eum mouere, vel ei aliquid reuela-
re, sic patet de Ieremia: nam petierunt ab ipso princi-
pes Iuda, vt quæreret a domino, an manere deberent
in terra illa, vel descendere in Aegyptum. Ieremias
autem apposuit se, vt oraret, sed Deus non reuelauit
se ei vsque ad decem dies, vt patet Iere. c. 42. nõ potest
ergo vocari officium, & tamē hic dicitur, q̃ isti pro-
phetabant, & erant in officio eis assignato: ergo non
erat prophetare. Item patet ex hac parte, quia Dauid
G & magistratus exercitus distinxerunt ista officia, &
assignauerunt quosdam in officio prophetādi, ergo
erat ī potestate Dauid, & magistratuũ assignare istud
officium quibus vellent, alioquin stulte agerent co-
nando ad impossibilia, sicut siquis conaretur iubere
nubibus, q̃ plueret; ergo erat ī potestate Dauid istud
officium imponere, si tamē esset verè prophetare nõ
esset in potestate alicuius assignare cuiquā istud offi-
cium, sed pertinet ad illum cui Deus vellet reuelare,
& quādo vellet, non erat ergo istud proprie prophe-
tare. Tertiò patet ex eodem cap. quia dicitur, quòd
omnes filij Heman, Hethan, & Idithum fuerũt sepa-
rati ad hoc officium, si tamē esset verè prophetia nõ
contingeret, q̃ omnes de cognatione istorum ꝓphe-
tarēt, q̃a prophetia semper fuit rara, ergo erat quod-
H dam aliud genus sciendi. Item dicitur de istis, q̃ do-
ctus pariter, & indoctus fuerunt diuisi p̃ sortes in isto
officio, si tamen essent prophetæ non vocaretur ali-
quis eorum indoctus, cum quilibet ꝓpheta illustre-
tur lumine diuino.

Item patet, q̃ non erat ista vera prophetia, sed ali-
quid pertinens ad eruditionē humanam, quia in pro-
phetis sic est, q̃ vnus non erudit alium, sed omnis co-
gnitio prophetica immediatè est a Deo, sed de istis
prophetantibus dicitur, q̃ erant quidam doctores. s.
288. & isti erigebant canticum domini, ergo erāt alij,
qui erudiebantur ab istis, & isti incipiebant canticum
tanquā sapientiores. Non erat ergo ista prophetia.
Item prophetæ non vocātur sapientes, sed prophetę,
I nec est comparatio vniuoca inter sapientem aliquē,
& prophetam. Nam prophetę interdũ nihil sciunt,
sed sunt penitus rustici, & ignorantes aliquid, q̄d per-
tineat ad speculationem, sic patet in Amos, q̃ dixit:
Non sum propheta, & non sum filius prophetę, sed
armentarius ego sum, vellicans sicomoros, & tulit
me dominus cum sequerer gregem, & dixit ad me
vade, & propheta ad populum Israel, vt patet Amos.
c. 7. q. d. ego totaliter erā rusticus, & nihil sciebam, vt
præsumerem loqui ad totum populum: Deus tamen
iussit mihi, vt loquerer. Sapientes autem cognoscũt
multa de speculabilibus: ideo cõparatio inter sapien
tem, & prophetam est velut in non cõmunicātibus,
vt si dicatur nix est albior coruo, vel è contrario, vel
siquis velit facere minorem quādam ęquiuocationē
K dicens stilus est acutior voce. Isti tñ qui prophetabāt
hic comparantur ad sapientes: ergo non erant ꝓphe-
tæ patet hoc. j̃. 3. lib. c. 4. Cum dr̃, q̃ sapientia Salomo
nis pręcedebat sapientiam omnium orientalium, &
Aegyptiorum, & erat sapientior cunctis hoībus, &
sapiētior Heman, & Ethan, & sic ponunt ibi isti duo,
qui erant principes canentium in Sanctuario tanquā
sapientes magni: nam comparātur Salomoni, q̃ erat
sapiens, & non ꝓpheta: ergo non erant isti prophetę,
interdum tñ aliqui istorũ, qui erant viri boni accipie-
bant spũm propheticum, illud tamē, in quo ipsi dice-
bātur prophetare non erat prophetia, quod ēt magis
patet,

patet, quia isti erãt tota die in oblatione matutina, & vespertina canẽtes, & in solẽnitatibus, primo Paralip. c.23. Et in hoc dicebãtur prophetare, non tamẽ erat prophetare, quia tunc ꝯtinuè esset in eis spiritus propheticus, & in quibuscũque horis ipsi vellẽt, ꝙ nulli hominum vnquã accidit: nã Moyses fuit maximus prophetarum, & tñ non prophetabat omni tpe, quia interdũ quęrebant ab eo aliqua, in quibus nesciebat rñdere quousque cõsuleret dñm, vt patet in qõne filiarum Salphaad, Num.c.27. Item dr Num.c.7. ꝙ qñ Moyses volebat consulere oraculum ingrediebat in tabernaculum fœderis, & ibi audiebat vocem loquẽtem de medio Cherubin: si tamen ipse omni tẽpore haberet spiritum propheticum, nõ oporteret, quòd consuleret dominũ introeundo in Sanctuarium: ergo non semper habebat spiritum propheticũ, & consequenter nec isti habebãt: isti tamen dicebant semper prophetare, quando volebant, ergo nõ erat illud verè prophetare. Item ille qui prophetat solũ habet quãdam immutationem a quodam lumine interiori intra se: isti tamẽ dicebantur prophetare in psalterijs, & cymbalis, & tympanis, vt patet primo Paralipo. ca. 25. ergo non erat prophetare. Si autem arguatur de Eliseo, qui quando voluit prophetare, dixit adducite mihi psaltem, & tunc prophetauit infra 4. lib. cap. 3. Respondendum ꝙ ibi non prophetauit Eliseus in aliquo organo musico, sed ad hoc, ꝙ ille prophetaret, fecit ꝙ corã eo quidam caneret, & illo canente facta est manus domini super eum, & ꝓphetauit, vt patet ibidem; sic ergo dicendum est de isto grege prophetarum, quos inuenit Saul descendentes de colle Dei, scilicet, ꝙ ipsi non erant ꝓphetæ, sicut Samuel, Elias, & Eliseus, scilicet, quibus Deus reuelaret abscondita, sed erant viri sapientes, & deuoti, qui conueniebãt ad collem illum in Gabaa, & ibi laudabant Deum in cãticis, & psalmis habentes diuersa vasa musica. Sic etiã dicendum est de grege prophetarum, quem inuenerunt nuncij Saulis in Ramatha cum Samuele, & erãt ibi prophetantes, & tunc Saul prophetauit cum illis. An verò de istis essent aliqui verè prophetæ non est difficultas, satis enim verisimile est, ꝙ essent: & quãdocunque reperiuntur similes modi loquẽdi in scriptura, vel dicitur, quia multi sunt ꝓphetæ simul, aut quòd erant prophetantes intelligendum est de istis prophetis, & non de verè prophetis. *Descendentium de excelso*. Istud excelsum erat quidam collis intra vrbẽ Gabaa, & vocabatur collis Dei, vt patet supra eo, quòd ibi erat specialis locus cultus diuini, scilicet, qa ibi conueniebant omnes illi prophetæ, & laudabant Deum in cãticis, & organis, sicut pòstea fiebat in Sãctuario, facto templo Salomonis, vt patet primo Paralipo. cap. 23. & 25. Cùm autem Saul introiuit in vrbem iam non erant prophetæ in excelso, sed descendebant, erantque circa portam vrbis, nondum tamẽ desierant prophetare, quia prophetabant dum redirent, & tunc incepit prophetare cum eis Saul. *Et ante eos psalterium*. Ideſt isti prophetę habebant coram se vasa musica, in quibus canerent, & pulsarent coram domino. Aliqui dicunt, quòd istud erat sicut de propheta Eliseo, qui quando voluit prophetare fecit coram se adduci psaltem infra 4. lib. cap. 3. Sed dicẽdum est, quòd non est simile, quoniam ibi Eliseus nihil canebat in voce, vel pulsabat in aliquo musico vase, sed fecit, quòd coram eo pulsaretur, & caneret quidam, tunc autem excitatus est spiritus eius, & irruit super eum spiritus domini infra 4. lib. ca. 3. isti autem prophetæ, de quibus hic non habebant coram se vasa musica ad hoc, ꝙ alijs increpantibus in eisdem vasis ipsi immutarentur a Deo, & inciperent prænunciare aliquid propheticum, sed ipsimet canebant in voce

A laudes Dei, & faciebant melodiam in vasis musicis, eo quòd ipsi verè non prophetabant, sed solum laudes Dei prænunciabant, sicut cantores templi de genere Leuitarum, qui erãt separati in ministerium, vt prophetarent in citharis, & psalterijs, & cymbalis secundum numerum suum dedicato sibi officio seruientes, primo Paralip. cap. 25. & ponuntur hic quatuor instrumenta. Primum eorum est psalterium, quod habet chordas decem, et sic vocatur decachordum, vt patet in Psal. cap. 16. scilicet. In psalterio decachordo psallam tibi, ideſt in psalterio. 10. chordarũ. Quatuor instrumenta, cũ quibus canebãt laudes Dei antiquus.

B *Et tympanum*. Est enim istud quoddam instrumentum de ligno factum opertum pellibus animalium rasis, & dicitur tympanum a tinniendo, quia tinnitus reddit, percutitur autem manu, & secundum variam percussionem variè sonat, ꝑtinet autem ad choreas, & gaudia puellarum. *Et tibiam*. Istud est instrumentum æneum factum ad modum tubarũ: habet enim longos, & strictos sonorum meatus: ideo fortiter clangit: pertinet autem ad bellicas voces, vtebantur tamen Iudæi illo ad laudes Dei: quoniam etiam vtebantur in sacrificijs, & in laudibus Dei tubis argẽteis, quæ pertinebant ad bella, sic patet Nume. cap. 10. vbi iubetur, quòd sint duæ tubæ argenteæ ad vocandum populum, & mouendum castra, & ad festiuitates, & conuiuia, & ad bella. *Et citharam*. Istud est instrumentum habens 10. cordas, sicut psalterium, quamquam alio modo sonãs, plectroque percutitur, vt ait Iosephus septimo Antiquitatum. An debeãt musica instrumenta applicari ad cultum Dei.

C Dicet aliquis, quomodo vtebantur Iudæi istis instrumentis ad laudem Dei? nam deberent vti instrumentis honestis, & non illis, quibus puellæ choreas ducunt, sicut est tympanum, & similia, nec deberent vti illis instrumentis, quæ pertinent ad gaudia secularia.

Respondendum est, quòd Deus operibus nostris non mouetur, ideſt non curat an tales, vel tales ceremonias eis exhibeamus, sed solam mẽtem nostram considerat: ideo cum homines puro corde Deũ honorare desiderant, siue istas, siue illas ceremonias exhibeant, dumtamẽ intendant sic se exhibere honorem, nihil refert, sic autem isti prophetæ erant viri boni verè desiderantes Deum colere, & vt cultus eorũ maior appareret, in multis instrumentis canebant.

D Apparet autẽ hoc in Dauid, qui fuit vir nimis deicola studens quantum valuit diuinum ampliare cultum: ideo quando ipse transtulit arcam de Cariathiarim in Ierusalem fecit, quòd Israelitæ concreparẽt in oĩbus instrumentis cuiuscunque generis, & ad quæcunque gaudia pertinentibus, vt patet infra 2. lib. c. 6. scilicet. Omnis Israel ludebant corã domino in omnibus lignis fabrefactis, & cytharis, & tympanis, & sistris, & cymbalis, nec solum hoc, sed etiam Dauid faciebat ludos seculares nudatus coram arca, scilicet saliendo coram illa: nam dicitur, ꝙ saltabat ante dominum totis viribus, ita vt despiceret eum vxor sua Michol: ista autem secundum se non erant valde honesta, sed potius vilem reddebant hominem, quia tamen fiebant ex abundantia cordis ad diuinum cultũ, Deus illa nimis suscipiebat, sic patet eodem cap. cum dixit Dauid: Ludam ante dominum, qui elegit me, ludam & vilior fiam, plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis. Congruum ergo erat hoc modo applicare ad diuinum cultum omnia instrumẽta.

E *Ipsosque prophetantes*. Ideſt, & illi prophetæ quando descendebant de excelso, prophetabant semper laudantes dominum.

Et insiliet in te spiritus domini. Ideſt veniet super te virtus Dei, quæ faciet te prophetare.

Quis

Quis spiritus Dei fuit, qui insiluit in Saulem, & de multiplici spiritu Dei. Quæst. VI.

QVAERET aliquis quis spiritus Dei fuerit iste. Aliquis respōdebit, ꝙ fuit spiritus propheticus: nam dicitur immediatè, & prophetabis cum eis, s. ꝙ nesciebat ante hoc Saul prophetare, nunc autem veniēte spiritu Dei super se prophetauit. Rn̄dendum est, ꝙ spiritus dr̄ a spirando, & propriè significat flatum ventorum, sic accipit̄ Psal. 9. spiritus procellarum pars calicis eorum, idest flatus ventorum est pars tormentorum, & Psal. 149. Spiritus procellarum, quę faciunt verbum eius, idest venti obediunt Deo, sic ēt Gen. c. 1. Spiritus domini ferebatur super aquas. i. ventus missus a Deo ferebat̄ super superficiē aquarum ad desiccandum eas, vt appareret terra arida. Ex hoc aūt trāsumitur spiritus ad multa, & quia origo spiritus est aspirando, & aspirare est cum quodam impetu, oīa, quę habent quendam impetum vocant̄ spiritus, & sic quia instinctus hoīs ad aliquid faciendum est tanquā aliquid impellens, vocatur spiritus, & sic dicimus de homine faciēte aliquid qn̄ nescimus, ad quem finem agit. s. nescio quo spiritu agitatus hoc egit. i. nescio, quę intentio eū mouit. Sic accipitur spiritus Matth. c. 4. s. Tunc Iesus ductus est in desertum a spiritu, vt tentaretur a diabolo, idest quidam impulsus cordis eius mouit eum in deserto, quia iudicauit bonum esse, ꝙ tentaret̄ a diabolo. Sic ēt omnes habitus intellectiui vocātur spiritus, quia spirant, idest impellunt hominem ad considerādum secundum genus obiecti, ab hac etiam origine omnes animæ vocantur spiritus, quia spirant, i. faciūt hominem flare cum anima existente in corpore aerem trahamus, quod est inspirare, vel respirare. hoc modo quidquid Deus in nobis influit, quia illud est aliquod impulsiuum, vocatur spiritus, siue pertineat ad voluntatem, siue ad intellectum, de voluntate, vt est charitas, vel quæcunque virtus moralis: istę enim vocantur spiritus, quia impellunt hominem ad aliqd agendum, & sic fortitudo data a Deo vocatur spiritus, vt habetur Iudi. cap. 11. de Iephte Galadite: dicitur enim factus est super Iephte spiritus domini, & tunc sequitur quomodo debellauit filios Ammon, vocatur autem ibi spiritus fortitudo, quia ante hoc Iephte timebat Ammonitas cum multi essent, & potentes, nec audebat pugnare contra eos, facto autem in se spiritu domini, idest fortitudine pugnauit. Sic etiam accipitur sequenti cap. s. Et insilijt spiritus dn̄i in Saul, & iratus est nimis, & vocatur ibi spiritus fortitudo a Deo data subito infusa cordi. Sic autem vocatur interdum spiritus Dei quędam virtus hominibus collata ad sanandum infirmitates, & faciendum alia miracula, sic accipitur Isai. c. 61. s. Spiritus domini super me, eo ꝙ vnxerit me ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritos corde, & prædicarem captiuis indulgentiam. Aliquādo autem accipitur spiritus mixtim pro habitibus intellectus, & partim pro habitibus volūtatis, sic accipit̄ Isai. c. 11. s. Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eū spiritus domini spiritus sapiētiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & repleuit eum spiritus timoris domini: ecce oīa ista sunt dona Dei partim in intellectu, & partim in voluntate, & vocantur spiritus, quia a Deo sunt. Sic etiam accipitur interdum spiritus, idest desiderium, sic patet Psal. 50. s. Spiritum rectum innoua in visceribus meis, sic etiam accipitur Luc. cap. 11. s. Si ergo vos cum sitis mali nostis bona dare filijs vestris, quantomagis pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se, idest

Spūs vnde dicatur, & ꝙ multipliciter accipit̄ in sacra scriptura.

F dabit bonum desiderium, sic etiam accipitur Luc. 9. c. s. Nescitis cuius spiritus estis: filius enim hominis non venit animas perdere, sed saluare. i. Nescitis ad q̃ intentionem vocaui vos, quia non vocaui ad occidendum homines, & mittendum ignem de cęlo super ciuitates, sicut vos petistis, sed ad saluandum. Ita ergo in proposito, spiritus domini, qui insilijt in Saul poterat esse multiplex, quia quodcunque donum pertinens ad voluntatem, vel intellectum vocatur spiritus: hic tamen non potest accipi pro aliquo pertinente ad voluntatem, quia dicitur insiliet in te spiritus domini, & prophetabis, sed prophetare est opus intellectus, siue accipiatur proprie, siue large: ergo necesse est, ꝙ iste spiritus esset aliquid pertinens ad intellectum: non tamen erat spiritus propheticus, quia iste spiritus est q̃dam lumen illustrans intellectum humanum eleuā-

G do ipsum ad intelligendum ea, quę futura sunt, vel abscondita: non fuit tamen Saul motus ad intelligendum aliqua abscondita, sed canendum laudes Dei, cū alijs prophetis: nam illi prophetę, qui descendebant de excelso non erant verè prophetę, vt declaratū est, sed viri sapientes, & deuoti, qui sciebant facere Psalmos, & cantica mirabilia de Deo qualia nesciebant facere alij viri: Saul autem accepit spiritum Dei, scilicet quandam virtutem influxam ei in intellectu per quā sciuit mirabiles laudes Dei pronunciare, sicut alij, & iste erat spiritus Dei, quia cum ante hoc ipse nihil horum sciret, & tunc nouiter incępit nullo erudiente, sicut cęteri Deum laudare: necesse erat, vt fieret super

H eum spiritus domini: non solum autem nunc, sed etiā iterum insilijt spiritus Dei super Saulem, quando iuit ad tenendum Dauid in Ramatha, & incepit ibi prophetare tota die, & nocte coram Samuele nudatus coram illo infra c. 19. *Et prophetabis cum eis.* Idest pronūciabis laudes Dei. s. tunc scies facere cantica, & Psalmos, sicut alij prophetę, quamquam nunc nescias.

Cum Saul accessit ad locum prophetarum, si nollet prophetare, an cogeretur a Deo. Quæst. VII.

QVAERET aliquis si quando accederet ad locū illum Saul si nollet prophetare cum alijs prophetis, an cogeretur. Rn̄dendū est, ꝙ cum Sa-

I muel pronūciasset multa signa Sauli, & illa euenissēt sibi anteq̃ accederet ad locum prophetarum non poterat dubitare quin ista a Deo fierent: adueniente ēt sibi spiritu ad prophetandum cum eum ante non habuisset, manifestum erat, ꝙ Deus faciebat, & dabatur ille spiritus ad hoc, ꝙ prophetaret: si ergo nollet prophetare repugnaret voluntati Dei, & sic peccaret. Et tn̄ preter hoc cogeretur inuitus prophetare, qm̄ spūs propheticus nō est sicut habitus noster speculatiuus: & qn̄ nā per hos habitus qn̄ volumus intelligimus, & qn̄ nolumus nihil intelligimus, sed respectu luminis prophetici non est in nobis libertas, quia sicut Deus per lumen propheticum mouet intellectū nostrū ad intelligendum, etiam si nolimus, ita mouebit labia nostra ad pnunciandum, ea quę intelleximus: sic patet

K de Balaā, q verè propheta erat, q̃q̃ malus, & conabat̄ maledicere Iudęis cū Deus iuberet bn̄dicere: Deus tn̄ conuertebat linguam eius, & cogebat eum loq bn̄dictionem, & q̃q̃ tristabatur nimis in hoc Balaam: tn̄ pferebat verba bn̄dictionis, vnde ipse confitebat̄ se inuitum ad bn̄dicendū dicens non est Deus quasi hō, vt mentiatur, nec filius hominis, vt mutet̄: ad bn̄dicendū adductus sum, bn̄dictionem phibere nō valeo. Et iterum dixit. Si dederit mihi Balac domū suam plenam auri, & argenti, non potero mutare verbum dn̄i Dei mei: Nu. c. 22. & 23. & 24. Et sicut illi, qui sunt verè prophetę cogūtur a Deo ad pronunciandum ea, quę intellexe-

tellexerunt. Sic etiam illi, qui non sunt prophetę, sed vocantur hic prophetę, quia canunt laudes Dei, cogũtur interdum ad pronunciandum ea, quę cõceperunt: sic patet de Saule: nam cum ipse vellet comprehẽdere Dauid existentem in Ramatha in grege prophetarum misit nuncios, vt tenerent eũ, vt illi tamẽ accessẽrunt ad locum, inceperunt prophetare. Cũq; nunciatum esset Sauli, ꝙ illi prophetabant, iratus nimis credẽs, ꝙ illi noluissent implere verbum eius, misit alios nuncios, vt tenerent Dauid, illi aũt nolebant prophetare, sed implere regis iussionem: mox tñ vt ad locum venerunt coacti sunt prophetare: missis ẽt tertiis nũciis idem factum est. Ad vltimum ipse Saul putans, ꝙ illi nollent implere mandatũ eius ipse iuit illuc, & coactus est prophetare tota die, & nocte nudus corã Samuele, nec tenuit Dauid, q̃q̃ videret eum, vt patet. j. c. 19. sicut ergo ibi coactus est prophetare: ita hic cogeretur, si conaret̃ resistere spũi Dei: & tñ hoc dato si resisteret peccaret, & efficeretur indignus regno, sicut postea ꝑꝑ peccatum eius priuati sunt successores sui. *Et mutaberis in virum alterum.* s. quia tunc nescis prophetare, tunc autem scies prophetare, sicut Sortes sedens est alter a seipso non sedente: istę enim dñæ accidentales faciunt alteratum, sed non aliud, vt ait Porphyrius in Isagogis. Dr̃ etiam mutari non quidem, ꝙ sit hic verus motus, quia non est hic aliqua de speciebus quatuor motuum propriorum, de quibus. 5. Physico. nec est etiam generatio, aut corruptio, sed est quędã alteritas ẜm intellectum, motus aũt nequaquam, quia in intellectu nõ est motus. 7. Physic. Hoc modo quẽcunque habitum scientificum, vel moralem accipiamus, dicitur in nobis esse motus.

Quare mirati sunt populares de prophetia Saulis, ita vt dicerent num Saul inter prophetas.
Quæst. VIII.

QVAERET aliquis de prophetatione Saulis, quia dr̃. j. ꝙ oẽs qui cognoscebant Saulem ab heri, & nudiustertius vidẽtes eum inter prophetas, dixerunt, q̃ nam res accidit filio Cis? & sic mirati sunt, quare mirati sunt, & quare Deus dedit hoc in signum quoddã ipsi Sauli, nã vr̃ ꝙ neutrum eorũ esse debuerit: nam si hic Saul verè prophetasset, sicut dicimus prophetasse Eliam, Samuelem, Eliseum, & reliquos erat aliquid mirabile, de quo rõnabiliter possent obstupere videntes Saulem, & esset tale, ꝙ posset dari in signum: non tñ prophetauit Saul, vt declaratum est, quia ẽt alii cum quibus ipse prophetauit non erãt ꝓphetę, sed solum pręnunciabant laudes Dei, hoc autẽ poterat scire quilibet homo per studium, vel naturale ingenium, q̃m isti magis propriè vocantur sapientes, quam prophetę, vt dictum est, ergo non erat admirabile.

Respondendum est, ꝙ ea, quę naturaliter fiunt, admirabilia nequaquam sunt, nisi illis, qui propter ignorantiam admirantur nescientes quid naturale, & quid supernaturale sit, de his aũt, quæ Deus operatur admiratio est, q̃m excedunt vires nostras, & naturę. Similiter quoque illa, quę naturaliter eueniunt, non dantur conuenienter in signum, quia illa non sunt ad testificandum aliquid quod agitur, sed sunt ex principiis naturę sic agẽtis ad conseruationem vniuersi, nec valet si quis arguat de iride, quæ naturaliter euenit, Deus tamen posuit illam in signum Genesi. capitu. 9. nam ibi ad hoc responsum est, ea quoque, quæ per nos voluntariè fiunt, non sunt conuenientia signa manifestatiua aliquorum, quę euentura dicimus: solum autem ea, quæ a Deo fiunt sunt signa sufficientia, sed

A hic dabatur Sauli in signum, quòd inter alios prophetas prophetaret: ergo oportet, quòd istud non esset ei naturaliter possibile, sed per Deum. Pro quo sciendum, quòd cum aliquid a Deo fit, quod alias fieri non ꝑt, quodcunque illud fit, mirabile est, & põt dari in signum sufficienter probatiuum cuiuscunque rei: sic igitur, ꝙ Deus alicui homini daret supernaturaliter spiritum propheticum mirabile est, etiam ꝙ aliquis homo illud habeat mirabile est, ꝙ vero habeat habitum grammaticum, vel dialecticum non est mirabile, quia per humanum laborem acquiri potest: si tamen homine nihil addiscente Deus sibi illum habitum infundat mirabile est: nec est mirabilius, ꝙ Deus alicui homini habitum propheticum infundat, quam
B ꝙ si homo ille totaliter erat ignorans, infundat sibi simul habitum geometricum, vel astrologicum. Nec valet si dicas, ꝙ habitus propheticus non potest naturaliter acquiri.

Respondendum est, quòd quamquam possit acquiri naturaliter habitus astrologicus per successionem in doctrina: tamen ꝙ aliquis ante nihil sciens simul habeat perfectè habitũ astrologicum nullo docente naturaliter impossibile est, ergo miraculum est, & reducendum erit in Deum: sic autem fuit hic in Saule, nam scientia illa per q̃ illi, qui vocantur hic prophetę canebant laudes Deo, erat naturaliter acquisita, & non erat spiritus propheticus, vt supra declaratum est, ideo in illis non erat mirabile, nec aliquod signũ,
C ꝙ prophetarent: Saul autem nunq̃ aliquid horum didicerat, & qñ accessit ad locum illum, in quo erant ꝓphetę nihil sciebat: subito aũt factus est sciens psallere cum alijs: & psallebat: ideo mirabile fuit. illi quoque, qui videbãt eum sciebant, ꝙ Saul ante hoc nihil sciuerat. Certissimè ergo cognoscebant, ꝙ aliquid noui accidisset Sauli, & ob hoc admirantes dicebant, quę nam res accidit filio Cis, num Saul inter prophetas. fuit quoque signum, quia Deus vere operatus est in eo aliquid miraculosè, cũ dicatur supra insiliet in te spiritus dñi, & infra dicitur insilijt in eũ spiritus, & ob hoc illi, qui eum viderunt nihil minus mirati sunt, q̃ si vidissent eum prophetare enunciando futura, vel aliqua abscondita.

D

An semper manserit spiritus propheticus in Saule.
Quæst. IX.

QVAERETVR vlterius cum Saul acceperit hic spiritum prophetandi, idest faciendi cantica, & laudes de Deo quas ante nesciret facere, an manserit ei semper spiritus ꝓpheticus. Pro cuius responsione sciendum, vt patet ex supra positis, quòd prophetia accipitur dupliciter. Aliquando proprie pro lumine quodam, per quod aliquis cognoscit ea, quę abscondita sunt, siue sint futura, siue non: aliquando autem accipitur prophetia In q. 5.
E pro scientia, per quam aliqui viri in veteri testamento valde sapientes faciebant cantica, & Psalmos, quę alii nesciebant facere.

Primo modo accipiendo prophetiam est, aliquid purè supernaturale, scilicet, quod a Deo infunditur, ideo de ista prophetia dicendum, quòd nulli homini est semper immanens, quia non est aliqua cognitio habitualis, sicut sunt habitus scientifici, sed est quoddam lumen infusum intellectui prophetæ ad modũ actus trãseuntis raptim, iõ si maneret ꝓphetia semꝑ in aliquo, necesse eẽt, ꝙ maneret in eo semꝑ actus intelligendi, & considerandi circa ea, q̃ Deus supernaturaliter reuelat. Impossibile aũt erat aliquẽ hoĩem sic viuere, quia tunc nunq̃ sumeret cibũ, nec potũ, nec vacaret alicui actui, velut siquis esset semper in cõtiuua

Z consi-

consideratione secundum habitum dialecticum, vel astrologicum.

Secundo modo accipiendo prophetiam pro scientia illa faciendi psalmos,& cantica ad laudem Dei, dicendum,ꝙ ista potest stare dupliciter: nam aliquãdo,& cõiter est ista quędam scientia acquisita, interdum autem infusa. Primo modo accipiendo dicendum,ꝙ prophetia est habitus immanens,quia est quidam habitus scientificus,& illi qui habebant istam prophetiã poterant quandocunque vellent prophetare faciẽdo cantica,& psalmos:& isto modo dicitur 1. Paralip. 25. c. quòd Dauid separauit Heman, Ethan, Idithun, vt ꝓpherarent coram dño in citharis,& timpanis seruientes officio sibi dedicato, & isti quotidie corã dño ꝓphetabant,& omnes filij eorum, & aliqui erant docti, & aliqui indocti,eo ꝙ istam prophetiam addiscebant, & non accipiebant a Deo infusam, & in istis non est dubium,quin esset immanens, sicut nobis est immanens habitus dialecticus.

Alio modo ista scientia faciendi cantica est infusa a Deo,sicut fuit in Saule, qui ante hoc nihil sciebat, & cum accessit ad prophetas insiliit in eum spiritus dñi, & prophetauit:sic etiam fuit in illis nunciis, quos misit Saul in Ramatha, vt tenerent Dauid : nam illi ante hoc nesciebant prophetare, & tunc nouiter prophetare inceperunt.ꝫ.19. ca. sic etiam fuit in 70. viris quos duxit Moyses ad ostium tabernaculi,& inceperunt ꝓphetare, vt patet Numer. cap. 11. Ante hoc tamen illi nunquam prophetauerant. Nunc autem dicendum, ꝙ ista sapientia,quę vocatur prophetica,cum sit quidã habitus scientificus,potest naturaliter acquiri : potest infundi a Deo dupliciter.s. per modum actus, vel per modum habitus, si primo modo non semper manebit, si secundo modo semper manebit, velut si Deus alicui nescienti, quicquam in dialectica subito infundat,ꝙ aliquid sciat,potest infundere dupliciter. Vno modo , quòd infundat sibi habitum per quem aliquid intendat in dialecticis, & si sic infuderit, manebit semper ille habitus,& quandocũque ille voluerit, qui habet istum habitũ, intelligere per illũ intelliget, nec oportebit,vt quisquã eum doceat, velut si iste habitus esset acquisitus.

Si autem Deus infundat isti actum intelligẽdi dialecticum intelliget,tunc quando infunditur, & loquetur aliquas propositiones dialecticas, non est tñ iste actus manens: nam postquam semel cessauerit loqui, & intelligere iam nihil loquetur, aut intelliget dialecticè,quia non habet aliquid,per quod istud faciat. Sic quoque est de prophetia accepta isto modo: nam potest infundi quantum ad habitum,vel actum eo,ꝙ ipsa est quędam scientia, per quam aliquis potest facere diuina cantica,& laudes, quòd si infundat Deus habitum , ille erit immanens, & dato ꝙ semel illum infuderit,& per illum tunc ille,qui recipit operetur,etiam si cesset ab operatione poterit postea per illum intelligere,& diuina cantica formare.Si autem infundatur solum actus , postquam semel cessauerit prophetare non poterit prophetare. Nunc autem in Saule dicendum,quòd si Deus infudisset sibi habitualiter istã sciẽtiam,mansisset in eo,& quandocunque vellet prophetaret,sed non fuit hoc factum, si autem actualiter tũc solum prophetasset, postea nunquam posset prophetare, nisi Deus iterum actualiter infunderet ei spiritum prophetandi.

Sed aliquis forte dicet, quòd nõ apparet an in Saule actualiter,vel habitualiter fuerit ista prophetia.Sed dicendum,quòd actualiter solum, quia Deus non fecit hoc ad constituẽdum eum prophetam, sed ad demonstrandum signum, quod esset in eo facta quędã mutatio . Iterum autem etiam incidit sibi spiritus ꝓ-

F phetandi,sed non mansit, scilicet quando voluit comprehendere Dauid, infra capitu. 19. Et apparet hoc aliqualiter ex litera: nam si fuisset spiritus iste propheticus datus Sauli ad hoc, quòd semper maneret, nõ diceretur, quòd insiliit in eum,quia insilire sigñat quẽdam subitum motum,& transitum: si autem mansisset diceretur,quòd requieuit:sic enim patet de 70. viris,quos duxit Moyses ad ostium tabernaculi, vt eẽnt iudices,& venit super eos spiritus domini, & prophetauerunt,& nõ dicitur ibi, quòd insiluit super eos,sed quòd requieuit Nume. cap. 11. quod patet,nam dicitur, quòd isti cum habuissent in se spiritum quiescẽtem prophetauerunt, & vltra non cessauerunt : sic ẽt Isa. c. 11. cum dr̃ de multiplici gr̃a Messię, subdit egre
G dietur virga de radice Iesse,& flos de radice eius ascẽdet, & requiescet super eum spiritus domini, ibi enim quia spiritus mansurus erat semper in Messia, dicitur & requiescet,& non dicitur insiliet:hic autem de Saule dicitur,ꝙ insiliit in eum spiritus, & postea dr̃, ꝙ insiliit in eum,quasi breuiter trãsierit, & subditur ꝙ cessauit prophetare:de 70. autem senioribus, de quibus Num. c. 11. Dicitur ꝙ requieuit in eis spiritus,& ꝙ ꝓphetarunt,& nunquam cessauerunt, ergo spiritus Saulis fuit transiens.

An Saul fuerit mutatus quando prophetauit, vel antea.
H *Quæst. X.*

QVAERETVR vlterius cum dicatur hic, ꝙ insiliet in te spiritus,& mutaberis in virum alterum.s. quòd mutatio futura esset, quando insiluit in eum spiritus , & tamen ante hoc habetur, quòd mutatus fuerit, scilicet immediatè, vt recessit a Samuele,quia dicitur.ꝫ. itaque cũ auertisset humerum suum , vt abiret a Samuele immutauit ei Deus cor aliud,ergo mutatio non fuit postea ad prophetandum,sed prius.

Respondendum est, quòd Saul habuit duas immutationes,& solum de vna earũ locutus est hic Samuel. Prima fuit immediatè , vt recessit ab eo.s.ꝙ immutauit ei Deus cor alterum.s.quia ante hoc non perfectè
I credebat Saul eis,quę dicta fuerant de regno, & nondum gerebat animum regalem. s. ꝙ nõ se disponebat in corde suo,vt dominaretur , sicut rex : velut faceret quęcunque inueniret manus eius , sicut dixerat ei Samuel.Cum autem Deus immutauit ei cor incępit habere animum regalem,& parare se ad ea,quę dixit ei: ideo fuit ei necessaria ista immutatio, postea autẽ fuit mutatus in virum alterum , scilicet quando obuiauit prophetis,& ista erat pręter primam , quia quamquã Deus mutauisset ante cor eius,tamen nondum habebat animum sciẽtem prophetare, ideo dedit ei Deus, subito,quòd prophetaret,& istud fuit, quòd mutaretur in virum alterum,scilicet quantum ad alteritatem sciendi .

K *Quando ergo euenerint signa hæc omnia tibi.* s. ista tria signa suprapofita,quę euenerunt in illa die , vt patet intra,& erant sufficienter demonstratiua, ꝙ moueretur Saul a Deo. *Fac quæcunque inuenerit manus tua.* Idest intellige te certissime esse regem, & fac quæcunque potueris,sicut rex.

Aliqui enim intelligunt , ꝙ loquebatur Samuel de apparatu armorum, vel aliquorum, quę pertinerẽt ad solennitatem regalem , scilicet de vestibus, & similibus,quoniam decebat,quòd in die,quo duceretur coram toto populo , vt sumeretur in regem , appareret cęteris excellentior, & non esset in habitu rusticano, sicut prius . Magis tamen intelligitur hoc de eis, quæ facturus erat Saul,postq̃ acciperetur in regem. hortabatur

batur enim Samuel Saulem, postquā esset rex, vt pugnaret contra hostes ad liberandum Israelitas de manu Philisthijm, & quia forte intelligeret adhuc se nō esse regem opere Dei, sed voluntate humana, & ob hoc quòd Deus non faueret ei in bellis cōtra hostes: forte timeret quicquam aggredi contra Philisthinos, ideo Samuel abstulit ei istum timorem, dicens quòd cum ista signa euenirent non dubitaret se esse regē, & a Deo fuisse vnctum: ideo ꝙ ageret quęcunque inueniret manus eius.i.viriliter ageret contra hostes, ꝗcunque posset, & patet hoc ex litera sequenti, scilicet: *Quia dominus tecum est.* Idest non formides agere quodcunque tibi occurrerit, quia dominus tecum est.s.te adiuuans contra hostes. Si autem intelligatur de apparatu vestium, vel aliarum rerum pertinentium ad honorem regalem non multum applicabitur ista litera, scilicet, quia dominus tecum est, quia istud pertinet ad adiutorium quoddam, in parandis tamen vestibus, & similibus non est adiutorium, sed in bello contra hostes. Similiter quoque litera sequens concordat huic sensui, vt declarabitur, & non alteri. *Et descendes ante me in Galgalam.*

Quomodo exponi debet descendes ante me in Galgalam. Quæst. XI.

Circa istam literam est magnum dubium in expositione ipsius, quoniam dicitur infra septem diebus expectabis, quia non videtur ad quod tempus referatur ista. Aliqui enim exponunt, quòd istud intelligebatur de celebratione assumptionis regalis, scilicet, quòd fuit festum factum, postquam sumptus est Saul in regem, & istud fuit in Galgala, & descendit illuc Saul, & Samuel, & septem diebus durauit solennitas illa offerendo victimas, & isti aliter istam literam punctuant, quam habeatur in libris nostris, & hebraicis: dicunt enim descendes ante me in Galgalam, ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationem domino, & immoles hostias pacificas septem diebus. Hic enim faciunt clausulam: deinde incipiūt aliam.s.expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quid facias, & est sensus, ꝙ tam Saul, quam Samuel descenderet in Galgalam ad offerendum ibi victimas septē diebus, quia tamen Saul prius descēsurus erat, quam Samuel, dicebat Samuel, quòd expectaret eum, quousque descenderet, scilicet, quòd non faceret aliquod sacrificium, quousque iret illuc Samuel. In libris autem nostris, & hebraicis non potest haberi iste sensus, quia finis clausulæ est sic, scilicet ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationem domino, & immoles hostias pacificas, & ibi finitur: deinde incipit alia.s.septem diebus expectabis, donec veniam ad te. Dicunt tamen, ꝙ illa punctuatio prima habetur in libro de hebraicis quęstionibus, quem dicunt esse Hieronymi.

Iste sensus tamen nō stat. Primo quia ille procedit preuaricando punctuationem literę: cum contrario modo, tam in libris nostris, quàm in hebręis pūctuet, & cum dicitur, quòd in libro de hebraicis quæstionibus sic habetur, aliqui negunt illum librum esse beati Hieronymi, & consequenter ei fidem non adhibent. Sed dato, quòd esset beati Hieronymi, non est verisimile, quòd ipse sic punctuaret, cum hic contrario modo punctuauerit transferendo de Hebręo in Latinū. Item secundum istum sensum intelligitur, quòd septem diebus deberet fieri solennitas sacrificiorū pro assumptione Saulis in regem, hoc autem non legitur factum pro aliquo rege Iudęo, quantumcunque magno, aut sancto: hoc autem vult Nicolaus, & verū est, quòd non legitur de alicuius regis vnctione, quòd

A duraret solennitas per tot dies: nam in consecratione Pontificum durabat solennitas septem diebus. Exod. cap. 29. & Leuitic. 8. pro regibus autem non iubetur, quòd fieret tanto tempore solennitas.

Sed adhuc fortius arguitur, quoniam si isti septem dies essent ꝓ celebratione assumptionis Saulis in regem fuisset facta solennitas eo tempore, quo ipse primo ab Israelitis publicè assumptus est in regem, vel quando regnum postea innouatum est: bis enim fuit facta solennitas quędam: nam primo in Masphat fuit Saul in regem assumptus, & ibi conueniente toto populo facta est lętitia, & dictum est, Viuat rex, miserūtque ei munera, & abiit cum eo pars exercitus, vt patet infra in litera. Iterum autem facto bello contra Ammonitas

B conuocauit Samuel totum populum in Galgalā ad innouandum regem, & ibi gauisi sunt nimis, atque obtulerunt victimas, vt patet infra c. 11. nō fuit tamen ibi facta solennitas septem dierum, quoniā infra cap. 13. dicitur de illis septem diebus, & quòd venit Samuel post illos dies: iam tamen non fiebat aliqua solennitas regis assumpti, sed ibi fiebant sacrificia ad bellum, vt patet ex litera: ergo non pertinebant illi septem dies ad solēnitatem regis assumpti. Item quia si isti 7. dies deberent expendi in sacrificijs, fuisset factum sacrificium in illis, & tamen non fuit factum, nisi semel in victima, & immediate descendit rex parando se ad bellum, ergo non pertinebāt septem dies ad immolationem.

C Item patet, quòd isti septem dies referantur ad expectationem, quoniam dicitur infra c. 13. ꝙ cum esset Saul in Galgala expectauit septem diebus, & in fine illorum obtulit holocaustum, cū iam veniret Samuel, & sic stabit punctuatio literę istius, sicut iacet.s.quòd illa determinatio septem diebus pertineat ad secundam clausulam, & referatur ad expectationem, & non ad durationem sacrificiorum. Hoc autem necessariū est, nisi forte dicas, quòd isti septē dies, de quibus hic non sunt illi septem qui habentur infra ca. 13. sed hoc non stat: necesse est enim, quòd sint ijdem, quoniam ibi dicit Saul expectauit 7. diebus in Galgala iuxta placitum Samuelis, & non venit Samuel: ergo pepigerat expectare illis diebus, sed hic ponitur de isto pacto, qa

D dixit Samuel septem diebus expectabis, donec veniā ad te, & ostendam tibi quid facias, ergo necesse est intelligere, ꝙ isti dies septem, & illi sint ijdem.

Alia expositio est Andreę, pro quo præsupponit, ꝙ in magnis negocijs pertinentibus ad regem Saulem propter quę deberet Deus primo placari, antequam illa inchoarentur, volebat Samuel, quòd Saul nihil faceret, nisi ipso presente, & tunc ipse offerret pro eo sacrificium, & consuleret dominum, & secundum hoc exponit literam. s. *Descendes ante me in Galgalam.* Idest si contingat tibi casus, in quo debeat placari Deus per sacrificia descendes ante me in Galgalā, vbi est locus orationis, & sacrificii, & subintelligitur, & significabis **2. expositio Andreę**

E mihi descensum tuum ibi.

Ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationem. Scilicet vt offeratur pro te sacrificium.

Septem diebus expectabis. Et subintelligitur postquam recepero nuncium tuum.

Donec veniam ad te. s. ad offerendum pro te sacrificiū, & consulendum dominum. Tertia expositio est Nicolai, dicit enim, quòd ista expositio Andreę non videtur ei consona literę, quia ex modo loquendi, & tēpore videtur, quòd Samuel loqueretur Sauli non generaliter, nec indeterminate pro quocunque casu arduo indeterminato futuro, sed pro casu determinato, & imminenti, vt post publicationem electionis ipsius in regem descenderet in Galgalam, vt ibi Samuel ꝓ eo offerret sacrificiū, & doceret eū de modo **Tertia expositio Nicolai.**

gubernandi regnum, quia hoc maximè indigebat in
principio regni sui, & ꝙ Samuel determinauit Sauli
tempus descendendi in Galgala, licet non sit hic ex-
pressum, quia non omnia exprimuntur, quę fiunt, &
dicit, ꝙ expectaret eum septem diebus. s. quia nescie-
bat Samuel an a Deo esset occupatus circa aliquid, &
non posset immediate venire.

Sed ista expositio Nicolai non multum vr̄, qūocun
que ista lr̄a exponatur necesse est, vt isti septē dies sint
illi, de quibus hr̄ infra c. 13. qm̄ ibi dr̄, quòd expectauit
Saul iuxta placitum Samuelis, tunc autem non stat cō
uenienter, quod dicitur, quia si propter hoc iubebat
Samuel Saulem descendere in Galgalam, vt ibi doce-
ret eum aliquid de modo regnandi, magis videtur, ꝙ
debuisset docere a principio, sicut ipsemet Nicolaus
dicit, scilicet, quòd in principio regni sui īdigebat ista
doctrina, nam ante hoc stetit Samuel cum Saule mul
toties. Primo enim quando fuit assumptus in regem
in Masphat, ipse enim publicauit eum in regem: secū
do quando stetit cum eo in bello contra Ammoni-
tas, & postea venerunt Israelitæ in Galgalam cum Sa-
muele, & innouauerunt regem ibi.

Si igitur aliquid voluisset Samuel docere Saulem
de regimine regni, ibi potuisset eum docere, & nō de-
buisset expectare multa tempora, si autem postquam
recessit Saul a Samuele, nunquam conuenissent, vsq;
ad istud tempus de septem diebus conuentis, de qui-
bus infra 13. cap. fuisset rationabile dictum Nicolai;
conuenerunt tamen multoties prius. Confirmatur
etiam ex hoc expositio Andreę: dixit enim ꝙ quando
esset aliquod periculū, Saul debebat vocare Samue-
lem ad hoc, ꝙ veniret in Galgalam, vt ibi consuleret
Deum pro illo: sic enim factum est, infra 13. cap. nam
illi septem dies fuerunt, postquam incępit se erigere
Saul contra Philisthinos, nam postquam Ionathas ꝑ-
cussit stationem Philisthinorum, erexit se Israel aduer
sus Philisthijm, & immediate descendit Saul in Gal-
galā, & Israelitæ post eum, ibi autem expectauit septē
diebus Samuel, & istud erat periculum magnum, sci-
licet quando pugnaturus erat contra Philisthijm, er-
go non intelligebatur istud, nisi quando Saul esset in
aliquo periculo; tunc enim debebat vocare Samuelē
in Galgalam, & expectare eum septem diebus.

Quarta expositio auctoris.

Dicendum est igitur, quòd intentio Samuelis erat
hic exhortari Saulem ad liberandum Israel de manu
hostium, & ad declarandum quomodo se habere de-
beret in periculis: Deus enim elegerat Saulem, vt eēt
rex super populum suū, & liberaret Israelitas de ma-
nu Philisthinorum, vt patet pręced. cap. Samuel ergo
volebat exhortari Saulem, ꝙ postquam euenissent ei
omnia signa hæc, & factus esset rex super Israel labo-
raret liberando Israelitas de manu Philisthijm, quia
ad hunc finem factus est rex, & hoc significauit, cum
dixit quādo ergo euenerint signa hęc omnia tibi fac,
ꝙ inuenerit manus tua, idest facias quantum potue-
ris contra Philisthinos. Iste enim modus loquendi est
in lege, vt patet Leui. cap. 12. s. Quòd si non inuenerit
manus eius, nec potuerit offerre agnum, sic ēt Leuit.
c. 5. & in aliis locis accipitur. At quia quando Saul ali-
quid ageret contra Philisthinos necesse erat, vt Phili-
sthini mouerent bellum contra Israel, quod erat ma-
gnum, dedit hic Samuel remedium pro tali casu. s. ꝙ
Saul descenderet in Galgalam, & mitteret nuncios
ad Samuelem, expectaretque eū per 7. dies: ipse enim
veniret ad significandum ei, quod fieri deberet: hoc
autem patet, quia hoc modo secuta sunt opera Saulis:
nam dixit hic Samuel, quòd faceret Saul quęcunque
inueniret manus eius, postquam euenerint signa: ita
enim fecit, nam postquam assumptus est in regem co
natus est immediate expellere Philisthinos de terra,

F & accepit tria millia virorum dans mille viros Iona-
thę, quem posuit in Gabaa, ipse vero cū duobus mil-
libus mansit in Bethel, & tunc fecit, quòd inuenit ma
nus eius, idest quantum potuit, quia Ionathas manda-
to eius percussit stationem Philisthinorum, quæ erat
in Gabaa, ex quo sequebatur periculum magnum, sci
licet, quòd Philisthini pugnarēt contra Israel, iō Saul
cecinit buccina in tota terra Israel, & immediatè de-
scendit in Galgalam, in quo sequebatur mandatum
Samuelis, scilicet, quòd postquam fecit id, quod po-
tuit descendit in Galgalam, quia sequebatur periculū
ex eo, quod fecerat, & ibi volebat, quòd Samuel con-
suleret dominum pro illo, & postquam venit in Gal-
G galam expectauit ibi septem diebus, sicut iussit hic Sa
muel, & in vltimo venit Samuel: peccauit tamen Saul
in hoc, quòd antequam Samuel veniret, obtulit sacri-
ficium: iste igitur est verus sensus literę, nec videtur,
ꝙ possit dari alius, quia per omnia applicatur eis, quæ
habentur infra 13. cap. ideo secundum hunc modum
nunc est exponenda litera. s. *Et descendes ante me in Gal-
galam*. Idest postquam feceris id quod inuenerit ma-
nus tua. i. quantum potueris contra Philisthinos, si ali-
quod periculum inde secutum fuerit non te exponas
illi periculo, sine consilio meo, sed descende ante me
in Galgalam. i. descende immediate in Galgalam, &
mitte ad me nuncium, tunc autem ego veniam. Hoc
autem accidit in pugna cōtra Philisthinos, quia post-
H quam fecit id, quod potuit percutiendo stationē Phi-
listhinorum, quę erat in Gabaa, clamauit buccina, &
descendit in Galgalam, & totus populus post eū: ius-
sit autem Samuel, quòd descenderet in Galgalam, qa
ille erat vnus de locis, in quibus solebat Samuel iudi-
care Israel, vt patet supra cap. 7. & ibi immolabat ho-
stias, nunc autem cum aliquod periculum accidisset,
immolandę erant hostię, vt patet hic: cum dicit, ego
quippe descendam ad te, vt offeras oblationem do-
mino, & immoles hostias pacificas. Congregandus
quoque erat populus, ideo visus est iste locus conue-
niens Samueli ad faciendum hęc: non tamen est intel
ligendum, quòd in hoc loco esset sanctuarium, quia
hic offerebat Samuel: nam etiam offerebat in Rama-
I tha, supra cap. 7. & in Bethlehem, infra 16. c. & in qui-
buscunque locis vellet: tamen ibi nō erat sanctuariū:
licebat namque Samueli offerre in quocunque loco
vellet, eo quòd erat vir propheta, & faciebat hoc in-
stinctu Dei.

*Quare Saul non descendit in Galgalam expectare Samuelem
septem diebus, quando pugnauit contra Ammo-
nitas. Quæst. XII.*

QVAERET aliquis cum vidisset se Saul in
periculo, quando pugnauit contra Ammo
nitas, quare non descendit ad dominum in
Galgalam, vt expectaret ibi septem diebus
Samuelem, sicut fecit postea, quando percussit Iona-
K thas stationem Philisthinorum. ī. c. 13.

Responderi potest vno modo, quòd Samuel dice-
bat ista ad hoc, quòd Saul nihil ageret sine consilio il-
lius: nam posset agere contra voluntatem Dei, ideo
habebat locum istud pręceptum qn̄cunque eueniret
Sauli aliquod periculum, & non esset p̄sens Samuel,
tunc enim debebat vocare eum descendens primo
in Galgalam. Si autem esset pręsens, manifestum est,
ꝙ non haberet locum: sic autem fuit in bello contra
Ammonitas, quia quando viri Iabes venerunt denun-
ciantes quid ageret contra eos rex Ammon, erat Sa-
muel in vrbe, in qua erat Saul: ideo non oportebat,
quòd descenderet in Galgalam ad petendum con-
silium: hoc patet sequenti capitulo ex verbis Saulis:
dixit

dixit enim: quicunque non exierit, secutusque nō fuerit Saul, & Samuelem: sic fiet bobus eius: intelligebat ergo Saul, quòd Samuel præsens esset illi bello, aliàs non posuisset tale edictum: sic etiam quando percussit Ionathas stationem Philisthinorum, si fuisset præsens Samuel in loco, in quo erat Saul non descēdisset in Galgalam, quia tamen non erat ibi, descendit.

Aliter responderi potest, quòd Samuel dixerat hic Sauli, quòd faceret quęcunque inueniret manus eius, idest quęcunque posset contra hostes, & postea si aliquod periculum eueniret descenderet in Galgalam, & mitteret pro Samuele expectando eum diebus septem, sed quādo pugnauit Saul contra Ammonitas, nihil adhuc fecerat contra hostes, ideo cum nondum fecisset, quòd poterat manus eius, non debebat mittere pro Samuele. Cum autem percussit stationem Philisthinorum, & congregati sunt contra eum iam fecerat, quod poterat manus eius, scilicet, quòd percusserat Philisthinos: ideo tūc poterat vocare Samuelem. Prima tamen responsio melior est, nam intentio Samuelis erat, quòd Saul non se exponeret alicui periculo magno sine consilio Samuelis: ideo quòd expectaret eum diebus septem: si ergo accidisset ei istud periculum antequam quicquam faceret, videbatur ꝙ deberet vocare Samuelem: standum igitur primæ solutioni, scilicet, quòd erat ibi Samuel, quando Saul voluit pugnare contra Ammonitas, & non quando percussit stationem Philisthinorum.

Ego quippe descendam ad te. s. quando te videris in tali periculo, & descenderis in Galgalam, mitte ad me nūcios, quoniam ego descendam ad te: dicitur autē descendam. q. d. quòd in quocunque loco esset Samuel, esset altior illo, & respectu illius esset descensus: hoc autem erat, quia Galgala erat in quadam valle profunda circa vrbem Iericho versus Iordanem, nam in loco ipso steterunt Israelitę prima die, qua transierunt Iordanem introeuntes in terrā Chanaan Iosue. cap. quarto, & quinto.

Vt offeras oblationem domino, & immoles hostias pacificas. Idest ego descendam in Galgalam, vt facias ibi sacrificium. non est autem sensus, ꝙ Saul deberet per se offerre sacrificium, quoniam ipse non erat sacerdos, & peccaret, si vellet immolare, vel facere cęremonias sacrificiorum, sicut fuit in rege Ozia, qui voluit offerre incensum, sicut sacerdotes, & percussit eum Deus lepra, infra 4. lib. cap. 15. sed intelligitur, quòd Saul daret animalia immolanda, & alius pro eo immolaret faciendo cęremonias, & isto modo populares dicuntur immolare sacrificia quæcūque, idest dare animalia ad quęcunque sacrificia. Erat autem intentio Samuelis, quòd in arduis negociis consuleretur Deus, vt diceret quid fieret, & quia Deus non respondet, nisi placatus, volebat vt primo offerretur ei sacrificium, quia ista cęremonia nimis conueniebat eis in veteri testamento, & tunc placatus responderet.

Septem diebus expectabis. Hoc dictum est, quia forte cum descenderet Saul in Galgalam, si non inueniret immediatè Samuel, fortè vellet descendere in bellū, vel facere aliquid aliud, tanquam expectans, quòd nō venturus esset, ideo dicitur, quod licet nō veniret immediate, quòd expectaretur per septem dies: hoc dicitur, quia fortè Samuel esset distans a loco illo, & nō posset cito venire, vel quia Deus implicuisset eum aliis negociis. Intelligentur autem isti septem dies ab illo tempore, quo nuncii Saulis venirent ad Samuelem, sic enim factum est cum descendit Saul in Galgalam percussa statione Philisthinorum, nam expectauit septem diebus in Galgala, vt patet infra capitulo decimotertio.

Donec veniam ad te. Non est sensus, quòd deberet

A semper expectare, Saul quousque veniret Samuel, nā si post dies illos septem non veniret, non erat vlterius expectandus, sed dicitur expectabis donec veniam ad te. s. in septimo die, quia tunc veniam.

Et ostendam tibi, quid facias. Scilicet quid fieri deberet in periculo illo, intendebat enim Samuel, quòd si nō vocaret eum Saul in magnis periculis, ageret aliquid inconsultè cōtra Dei voluntatem, & quia hoc vergeret in magnum totius populi damnum, volebat quòd in omnibus duris expectaret consilium eius, ideo dicebat, vt ostendam tibi quid facias. s. ego consulā dñm, & ipse indicabit quid fieri debeat.

Sciendum autem, quòd Samuel dedit hic regulam generalem Sauli, quandocunque se videret in pericu- *Regula generalis in periculis data Sauli.*

B lis magnis si non esset pręsens Samuel. s. ꝙ mitteret ꝓ eo, & ipse interim descenderet in Galgalam expectaturus septem diebus, & quamquam Saul in solo bello, quod habuit contra Philisthijm legitur venisse in Galgalam, & expectasse ibi Samuelem: tamen ista regula pro omni tempore erat.

An Saul descenderit in Galgalam ad expectandum Samuelem in alijs bellis, præterquam quando pugnauit contra Philisthinos. Quæst. XIII.

C QVAERET aliquis an Saul aliis vicibus descēderet in Galgalam ad expectandū Samuelem, pręterquam quando pugnauit ꝯ Philisthijm, & si non, quare factum est hoc.

Respondendum est, quòd quando Samuel dedit istam regulam Sauli, erat Saul bonus, & putauit Samuel, quòd semper sic futurus erat, & Deus ei semꝑ faueret, ideo dedit ei regulam pro omni tēpore: Saul autem solum fecit semel secundum istam legem, scilicet quando percussit stationem Philisthinorum in Gabaa, & tunc descendit in Galgalā expectaturus Samuelem per septem dies. Sed in ista prima vice peccauit, nam ante finem septem dierum immolauit, cum nondum venisset Samuel: finito autē holocausto venit Samuel, & dixit Sauli, ꝙ egisset stultè, & Deus trāstulisset ab eo regnum, post hoc autem nō legitur habuisse bellum, nisi quòd tūc habuit vsquequo missus

D est ad pugnandum contra Amalecitas. ĩ. c. 15. & tunc quoque peccauit, quia noluit occidere regem Amalec, & pecora sicut Deus dixerat. Ex eo autem tempore Deus abiecit totaliter Saulem, & Samuel recessit ab eo, nec vidit eum vltra vsque ad diē mortis suæ: ideo quamquam tunc aliquod periculum accidisset Sauli, Saul non mittebat ad cōsulendum Samuelem, quia sciebat, ꝙ abiecerat eum. ĩ. c. 15. & recessit ab eo, Samuel quoque non consuleret dominum pro Saule, nec veniret, quamquam vocaret eum Saul. Ideo licet multa bella postea habuit Saul cum Philisthinis, vt patet ĩ. 17. c. & per discursum istius libri, tñ in nul-

E lo eorum vocauit Saul Samuelē, licet se videret in periculo magno per multos dies, sicut fuit qñ Goliath, Gethęus exprobrauit castra Israelitarum per 40. dies, & oēs Israelitę fugiebant ab eo. ĩ. c. 17. consulebat tamen interdum dñm per sacerdotes, sicut patet ĩ. 14. c. in bello, quod habuit contra Philisthijm. In extremo autem vitę suę in vltimo bello, quod habuit contra Philisthinos, cum iam Deus nollet respondere ei per prophetas, nec per sacerdotes, nec per somnia, q̃siuit augures, & Phytonissas: & tunc petiuit a muliere Phytonissa, vt suscitaret ei Samuelem, & ille suscitatus dixit, quid interrogas me, cum dominus recesserit a te, & transierit ad ęmulum tuum, vt patet. ĩ. c. 28. solum igitur ista regula fuit semel obseruata, & illa vice errauit Saul.

modo erat: est autem patruus Saulis Ner, vt patet infra 14.c. Nā pater Saulis erat Cis,& auus eius Abiel. vt patet præcedenti capit. ergo Ner erat frater Cis, & patruus Saulis.

Quo abistis. Iste nesciebat de recessu Saulis,& videns nunc, ꝙ in reditu prophetauit, & ante hoc nesciebat prophetare credidit, ꝙ ista mutatio acciderat ei ex loco, ad quem iuerat, ideo dixit, quo abierat. Et dato, ꝙ sciret patruus Saulis, ꝙ iuerat ad quærendum asinas, tamen nesciebat loca ad quæ accessit, ideo dicebat, quo iuerat.

Qui responderunt quærere asinas. Istud non erat respondere de loco, sicut quærebat patruus Saulis, sed respōdere de actu, vel de fine: ex hoc enim non apparebat aliqua radix mutationis Saulis.

Quas cum non reperissemus. s. discurrendo per plura loca terræ Beniamin, & Ephraim non inuenerunt eas, vt patet præcedenti c. *Venimus ad Samuelem.* Iam enim desperauerat Saul de inuentione earum, dixitque ꝙ reuerterentur, quia pr̄ eius iam magis angustiaretur ꝓ illis, quam pro asinabus: puero tamen Saulis suadente venerunt in Ramatha, vbi erat Samuel.

Et dixit ei patruus suus, indica mihi, quid tibi dixerit Samuel. Ex hoc accepit magnum fundamentum inquirendi patruus Saulis: nam cum iuisset ad prophetam credidit, ꝙ ab eo potuisset illi aliquid euenire propter quod mutaretur, ideo voluit scire ordinem rei, scilicet quid dixerit ei Samuel.

Et ait Saul ad patruum suum, indicauit nobis, quòd inuentæ essent asinæ. Hoc enim dixit Samuel immediatè, vt accesserunt ad eum. s. de asinis, quas perdidisti nudiustertius, ne solicitus sis, quia inuentę sunt, vt in pręce.c.

De sermone autem regni non indicauit ei. Dixerat enim Samuel Sauli, ꝙ ipse futurus esset rex: nec solum hoc, sed etiam vnxit eum, totum autem hoc vocat̄ sermo, quoniam interdum res vocantur sermones, sic patet supra præcedenti c. cum dixit Samuel Sauli, vt sisteret paululum, quousque indicaret ei sermonem domini, idest quousque vngeret eum,& ille erat sermo, sic etiā dixit Moyses. c. 8. Iste est sermo quem iussit dn̄s fieri, & accipitur sermo pro consecratione sacerdotum.

Quem locutus fuerat ei Samuel. Non solum subticuit id, quod locutus fuerat, sed etiam id quod fecerat, scilicet vngendo eum, magis namque ipsum factū subticendum erat. Aliqui dicunt, ꝙ subticuit Saul ex humilitate: erat enim valde humilis,& credebat se esse insufficientem ad tantum regimen. Sic patet infra c. 15. s. Cum esses paruulus in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es, erubuit ergo de se hoc dicere, ne videretur se iactare, si hoc crederet esse verum: sic enim cum venit quidam propheta ad vngendū Iheu in regem super Israel, cum ingressus fuisset, quæsiuerunt socii Iheu, quid egisset insanus ille, dixit Iheu, nostis hominem, quid locutus sit. q.d. ex quo eum vocastis stultū bene scio, ꝙ scitis quis sit, & quid loqueretur, quia si stultus est, fatua loqueretur, & sic quasi deprimendo vnctionem suam, ꝙ nihil esset protulit illa, socii vero eius mox, vt audiuerunt, fecerunt eum regem, infra 4.lib.c.9.

Quare Saul nihil dixit de regno sibi collato patruo.

Sed videtur magis dicendum, ꝙ hoc fecit Saul, vt non concitaret inuidiam.& vt esset hic tacitum, vsq; ad diem, quo Deus publicè illū eligeret vidente cuncto Israel: ob hoc enim fecerat Samuel, ꝙ puer Saulis præcederet eos, & nō videret Saulem vngi, ne posset illud denūciare, quia sequerentur inde murmurationes, vt declaratum est: Iosephus autem 6. Antiquitatū vult, ꝙ tacuerit ne concitaret contra se, quia in subitaneis prosperitatibus etiam illi, qui cognati sunt ęmulantur, dicens: de regno autem, & eius euentibus, quæ etiam si audirentur, inuidiam,& incredulitatem pare-

F rent, tacendum esse decreuit, quòd nec amico,& amplius sanguinis vicinitate coniuncto tantū, vt sapiens credidit, indicare dubitans, vt reor, de humana natura: quippe cum verum sit, quòd perfectè nemo deuotus est, nec amicus, nec cognatus, nec vsque in Dei donis purum aliquis seruat affectum. Sed circa ꝓfectus sublimium maliuoli,& inuidi esse noscuntur.

Nemo ret inu…

Et conuocauit Samuel. Hic consequenter ponitur electio Saulis publica: fuerat enim a Deo vnctus, & electus in secreto, nunc autem voluit fieri illam in publico, vt totus Israel videret quem poneret in regem eorum.

G *Quare Samuel conuocauit populum ad electionem regis, cum iam electus esset. Quæst. XVI.*

QVAERET aliquis quare Samuel conuocauit hic populum ad electionem regis: si enim fieri debuisset electio per vota Iudęorum conueniens fuisset, ꝙ vocarentur. aut si quouis modo pręstarent auctoritatem electioni, sed nihil horū erat, quoniam iam iste electus erat a Deo, & vnctus: ideo vr̄ ꝙ fuerit superflua ista vocatio: solū enim debuisset Samuel nunciare Israelitis, q̄ facta fuerant: si.n. nondum fuisset vnctus Saul erat cōueniēs, ꝙ ipsi vocarentur ad electionem, sed iam nihil deerat ei ad hoc, ꝙ esset rex, nisi ꝙ cognosceretur ab Israeli-
H tis, ꝙ erat rex, suffecisset ergo, ꝙ notificaretur eis, & non conuenirent ad ponendum sortes, quasi incertū esset, quis futurus esset rex.

Respondendum est, ꝙ Deus voluit in omnibus tollere Israelitis occasionem murmurandi, si enim Saul qui fuit in secreto vnctus denunciaretur postea fuisse vnctus, & ꝙ Samuel diceret eum fuisse electum a Deo, aliæ tribus dubitarēt de hoc nimis, & origo magni dubii erat, quia quælibet tribus anhelabat ad regnum. ꝙ ergo in secreto Saul fuisset factus rex videbatur esse aliquid suspectum cum ipsi non fuissent vocati, quorum intererat, nec innotuisset eis modus: potissime suspicari poterāt. quia verisimilius erat, quòd principatus iste pertineret ad tribus excellentiores, q̄ ad illam tribum minimam,& adhuc maximè, quia Ia-
I cob prophetauerat de tribu Iuda, ꝙ illa regnatura eēt, & nunquam regnum ab ea amouendum esset, iō poterant dicere viri de tribu Iuda, ꝙ non credebant Samueli hoc esse a Deo cum haberent prophetiam in contrarium, sed magis per fauorem humanum esse, sicut constitutio Aaron in summum sacerdotem facta per Moysen, quamquam esset Dei iussu, creditum tn̄ est, ꝙ fuisset humana affectione, vt supra declaratū est. vt ergo tolleretur locus murmurandi,& oēs Israelitæ clarè viderent, quem Deus acciperet in regē eorum, vocati sunt oēs in Masphat, vt ibi mitterent sortes ad accipiendum regem, tanquam vnctio facta per Samuelem nihil omnino fuisset, ideo fuit necesse conuenire eos ad hanc electionem.

K *Quare Saul vnctus fuit a Samuele, cum talis vnctio nihil profectura esset. Quæst. XVII.*

QVAERET aliquis ex hoc, cum vnctio, quā fecit Samuel Sauli nihil profectura esset, ad quid Deus volebat, quòd vngeret eum? nam ipsa non fuit publicata populo, sed solum electio facta per sortes tribuit coram populo ius regnandi Sauli.

Respondēdum est, ꝙ illa, quæ facta sunt in vnctione Saulis ante istam electionē profuerunt tā ꝓ Saule, quā pro Samuele,& pro populo, & primo de Samuele: nam petierat populus ab eo regē supra c. 8. ipse aūt tunc

tunc dixit eis: vadat vnuſquiſque in ciuitatem ſuam. ſ. donec ipſe cognoſceret a Deo quis futurus eſſet rex: vnde ſi non cognouiſſet, nũquam vocaſſet populum in Maſphat ad electionem per ſortes neſciẽs an Deus hoc vellet: nunc autem Deus reuelauit Samueli, dicens: cras mittam ad te virum de terra Beniamin, vt in pręcedenti c. & hunc vnxit Samuel, ſicut Deus dixit: nunc ergo certificatus de voluntate Dei, & rege futuro, conuocauit populum in Maſphat ad accipiendum regem, quod non feciſſet, niſi ante hoc cognouiſſet iſta. Item profuit iſtud reſpectu Saulis: nã Saul videns ſe eſſe de minima tribu, & familia, & paruę poteſtatis, alios autem eſſe in populo excellentiores formidaret accipere principatum regni, & fortè nollet, ꝙ appareret, quia a principio qñ dixit ei Samuel, & cuius erunt optima quęque in Iſrael, nonne tibi, & omni domui patris tui? Saul vix iſta credidit, magis putans ſe illudi: fuit autem poſtea certificatus per multa. ſ. per ſigna ſibi data, quę omnia ſibi euenerunt, vt dixerat Samuel, vt patet ſupra in litera. ſ. qñ euenerint ſigna hæc omnia tibi, fac quęcunque inuenerit manus tua, quia dominus tecum eſt. fuit etiam certificatus per immutationem ſuam, quia immediatè, vt receſſit a Samuele immutauit ei cor Deus aliud, vt patet ſupra in litera. Immutauit quoque eum poſtea, qñ inſilijt in eum ſpiritus dñi, & prophetauit, per hoc autem confortatus Saul in ſeipſo induit regale animum, quòd non feciſſet, ſi nouiter eligeretur, & neſciuiſſet ante. Etiã honeſtius ſic apparuit: ea enim, quę pręuiſa ſunt prudentius fiunt, ſi autem Samuel non vnxiſſet Saulem, nec quicquam ei locutus fuiſſet, fortè ipſe cum cęteris deſcendiſſet in Maſphat ad electionem regis, nihil de ſe ſuſpicans, & non eſſet in habitu decenti, & cum inueniretur, ꝙ erat rex fortè expalleſceret, tanq̃ ex aliquo inſperato, & nõ demonſtraſſet animum regalem, nunc autem cũ pręſciuiſſet, non venit in Maſphat, ſed manſit in domo ſua, & cum facta eſt electio venerũt Iſraelitę pro eo, & quia tũc ipſe pręnouerat, ꝙ accipiendus eſſet in regem, potuit eſſe in habitu decẽti, & vultum tranquillum, atque animum regalẽ oſtendere. Item profuit hoc reſpectu populi, quia ſic magis fuit certificatus populus de diuina electione, q̃ alias. Primo quia ſi Saul non iuiſſet ad Samuelem, & non vnxiſſet eum, non dediſſet ei ſigna euentura, nec illa accidiſſet immutatio, vt prophetaret, quia iſta immutatio facta eſt, vt cognoſceret Saul vnctionem ſuam a Deo fuiſſe, vt ſupra declaratum eſt: populus quoque hoc cognouit: viderunt .n. Saulem prophetãtem, & admirati ſunt ſcientes hoc a Deo euenire: iõ q̃q̃ neſcirent tunc ad quid illud fieret, tamẽ poſtquã vidiſſent, ꝙ Deus illum elegerat in regem confirmaretur eorum opinio, & ſcirẽt, ꝙ Deus illum elegiſſet: nam non ſolum tunc, ſed etiam prius in eo mirabilia ſua mõſtrauerat. Item profuit hoc, quia quanto Deus plura ſigna monſtrabat ſuper Saulem magis certificabantur, ꝙ elegiſſet eum, ſi tñ nõ pręceſſiſſet vnctio facta per Samuelem, ipſe tanq̃ incautus deſcendiſſet in Maſphat, & facta electione inueniretur ibi, nec oſtẽderetur ſuper eum, niſi miraculũ vnum: nũc aũt, quia poſt vnctionem certificatus fuit Saul de his, quę fieri debebãt ſuper ipſum, nõ venit in Maſphat, ſed abſcõdit ſe, & cum facta eſſet electio, cecidiſſetque ſup eũ ſors non eſt inuentus. Conſuluerunt aũt Iſraelitę dominum poſtea an venturus eſſet Saul, & declarauit, ꝙ eſſet abſconditus domi inter vaſa, & cum iuiſſent illuc Iſraelitę ſic inuenerunt, & per hoc magis certificati, non tamen fuiſſet hoc ſi non pręceſſiſſet vnctio: ergo illa multũ contulit ad certificationẽ Iſraelitarũ. Item quia, quamquam non cognouerunt Iſraelitę vnctionem Saulis antequam fieret electio: cognoue-

A runt tamen poſtea, quod etiam eis maiorem tribuit firmitatem, quia quanto ſigna accumulatiora ſunt, tanto maiorem pręſtant fidem, cõueniens ergo fuit, ꝙ ante hoc fuiſſet Saul vnctus. *Et conuocauit Samuel populum.* Iſta conuocatio paucis diebus fuit poſt vnctionem Saulis, nam cum a Deo electus eſſet, nihil ſupererat, niſi vt populus hoc cognoſceret. *Ad dominum in Maſphat.* Ideſt conuocauit eos, vt eſſent coram domino, ex hoc aliqui putant, ꝙ arca, & ſanctuariũ erãt in Maſphat, potiſſime cum dicatur infra, ꝙ conſuluerunt ibi dominum, ſed iſtud nihil eſt, quoniam etiam dicitur immediate, ꝙ fecerunt Iſraelitę Saulem regẽ coram domino in Galgala ſequenti c. & ſupra in litera dicitur, ꝙ aſcendebant tres viri ad dominum in Bethel, & etiam dicitur de colle domini in Gabaa, ſed
B manifeſtum eſt ꝙ non erat in illis locis arca, nec ſanctuarium, ergo non dicebantur eſſe coram domino tanquam ibi eſſet ſanctuarium, ſed quia omnis locus, in quo domino aliquis ſpecialis cultus impendebatur, vel ad quem aliqui conueniebant, vt impẽderẽt Deo cultum, dicitur eſſe coram domino, & ſic ad quẽcunque locum vocaret Samuel Iſraelitas, vt loqueretur eis, diceretur eſſe coram domino.

Quare Samuel vocauit Iſraelitas in Maſphat potius, quam in alium locum. Quæſt. XVIII.

C QVAERET aliquis, quare vocauit Samuel Iſraelitas in Maſphat. Aliquis reſpõdebit, ꝙ hoc factum eſt, quia in electione regis debebant fieri aliqua ſacrificia, & illa nõ poſſent fieri conuenienter, niſi in Maſphat, ideo conuocati ſunt illuc. Sed dicendum eſt hoc non ſtare. Primo quia non legitur, ꝙ fecerint hic aliqua ſacrificia, nec ſolennitatem magnam pro rege aſſumpto, ſed iſta facta ſunt poſtea in innouatione, vt patet ſequẽti c. ideo pro hoc non debuiſſet magis eligi vnus locus, q̃ alius. Item non ſtat, ꝙ propter ſacrificia in ipſo loco fuiſſet facta congregatio: non enim ſolum fiebant ibi ſacrificia, ſed etiam in alijs locis, vt in Galgala, vbi poſtea immolatę ſunt victimę in regis innouatione, ita in ſequẽti c. Etiam in Ramatha fiebat immolatio, vt patet ſu-
D pra c. 7. nõ ergo fuit ꝑpter ſacrificia iſte locus electus. Aliquis dicet, ꝙ conuocauit Samuel ad locum iſtum Iſraelitas, eo ꝙ erat ibi ſanctuariũ domini, & debebãt ibi conſulere Deum, ſicut poſtea factum eſt. ſ. vbi inueniretur Saul. Sed dicendum eſt, ꝙ non fuit factum propter hoc, quoniam neſciebat Samuel, an Iſraelitę conſulturi eſſent dominum pro Saule, an non, quia facta electione accidit, quod Saul non fuit inuentus in Maſphat, ideo conſuluerunt dominum, vbi eſſet: neſciebatur ergo a principio, an iſtud conſilium, vel conſultatio fieri deberet. Item dato, quòd ſciretur, ꝙ Deus deberet conſuli, non erat magis opus hoc fieri in Maſphat, quam in alio loco, quia Samuel conſulturus eſſet dominum, & ille poſſet conſulere vbicun-
E que vellet, quoniam ipſe non ingrediebatur in ſancta ſanctorum ad conſulendum, ſicut ſacerdotes magni, ſed cum oraret dominum, vt aliquid ei denunciaret denunciabat: etiam ipſi ſacerdotes non conſulebant dominum in ſancta ſanctorum, vel in aliqua parte ſanctuarij, ſed aliquando conſulebãt in alijs locis: immo pluries conſulebant extra, quam in ſanctuario, quia ſolum conſulebant in ſanctuario in die propitiationis, quando introibat ſummus ſacerdos in ſancta ſanctorum: alijs autem temporibus non conſulebant ibi, ſed vbicunque ſummus ſacerdos indueret ſe Ephod, conſulebat dominum, ſic patet de Abiathar ſacerdote, qui conſuluit dominum ſemel in Ceila, quando Saul perſequebatur Dauid. Iterum etiam cõ-

ſuluit

sulult dominum in Siceleg applicito Ephod: de hoc infra 23.& 30.c.a fortiori autem Samuel poterat consulere dominum vbicunque vellet, quoniam ipse nō applicabat Ephod, cum non esset sacerdos magnus, sed consulebat orando sicut Prophetę.

Item dato, quòd non posset Deus consuli, nisi in sanctuario non sequeretur, quòd deberet congregari populus in Masphat, quoniam nō erat ibi sanctuariū: nam illi, qui ponunt sanctuarium in Masphat, dicunt hoc, quia hic dicitur, quòd Samuel cōuocauit populum ad dominum in Masphat, & quia infra dicitur, q̄ consuluerunt dominum, & quòd Samuel reposuit legem coram domino, & isti etiam dicunt, quòd postea fuit sanctuariū in Galgala, eo quòd ibi dicebant esse coram domino, vt patet sequenti c.

Sed hoc non stat: nam antequam conuenirent Israelitę in Masphat ad eligendum regem, erat locus oblationis in Galgala: nam Samuel dixit Sauli, quādo recessit ab eo, descendes ante me in Galgalam, ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationem, & tū tunc nondum conuenerāt Israelitę in Masphat, ergo prius fuit in Galgala locus sacrificiorū, quā Masphat desineret esse locus sanctus: ergo simul erant ambo loca orationis, & oblationis, nec arguitur ex hoc quòd esset sanctuarium in Masphat aliquando, aut in Galgala. Fuit igitur iste locus electus a Samuele, vt conuenirent ibi Israelitę: non quidem tanquam in nullo alio conuenire possent, sed quia iste visus est sibi conueniens: erat enim vnus de tribus locis, in quibus consueuerat Samuel iudicare Israelitas, vt patet supra c.7. In hoc etiam iterum congregauerat Israelitas, quādo pugnauerūt cōtra Philisthijm.e.c. *Et ait ad filios Israel.* Scilicet postquam conuenerant omnes in Masphat. *Hæc dicit dominus Deus Israel.* Hic Samuel declarauit Israelitis, quòd male agerent petendo regem: a principio enim eis hoc dixerat supra c.8. nunc quoque cum esset de proximo daturus eis regem admonuit, vt ab hac iniquitate desisterent, sed etiam non destiterunt. *Ego eduxi Israel de Aegypto.* Improperat Deus Israelitis beneficia, quę eis contulit, quoniam ipse solus cōtulit eis omnia bona, quę habuerant vsque in pręsentem diem, pro quo debuissent eum solum super se velle dominum: nunc autem abijciebāt eum petētes regē. Incępit autem hic a primis beneficijs, scilicet quòd eduxit Israelitas de Aegypto: alia autem fuerunt beneficia priora, scilicet quòd Deus eduxerit Abraham de terra Chaldęorum, & dedit ei terram Chanaan in hęreditatem; deinde semper dedit prosperitatem posteris suis Isaac, & Iacob, & assumpsit eos sibi in populum: non tamen enarrat ista, quia hic ponuntur beneficia collata populo Israel: illa autem, quę fuerūt data Abrahę, & Isaac, & Iacob, fuerūt tanquam beneficia personalia, quia tunc Israel nō erat populus: in Aegypto autem creuerunt Israelitę ad magnum numerū, & tanquam germinantes multiplicati sunt Exo.c.1. ita, vt in exitu de Aegypto essent sexcenta millia peditum: Exo.c.12. ideo ex illo tempore incęperunt beneficia Israelitici populi, quia tunc Israel cępit esse populus magnus. Etiā incępit Deus ab hoc beneficio, quia istud fuit maximum, nam nullum maius bonum est, quam libertas; nec aliquod maius malum, quam seruitus, Israelitę tamen in Aegypto erant in maxima seruitute, vnde interdū dicitur, quòd eduxit eos Deus de fornace ferrea Aegypti, vt patet Deuter.c.4. Interdum autem vocatur ergastulum: Exo.c.6. erat nāque seruitus nimis grauās, vnde Deus dicit, quòd abstulit iugum, vel catenas ceruicum Israelitarum, vt ambularent erecti, scilicet quia in Aegypto curui erant: Leui.c.26. *Et erui vos de manu Aegyptiorum.* Scilicet quādo eratis in Aegypto, & ipsi super mare rubrū voluerūt

Responsio auctoris.

F vos occidere: Exo.c.14. ibi enim Israelitę omnes perijssent, nisi Deus aperuisset mare rubrum.

Et de manu omnium regum, qui affligebant vos. Ista sunt beneficia posteriora: nam postquam egressi sunt de Aegypto inuenerunt eos multa mala, & in his omnibus cum clamarent ad Deum eruebat eos.

Primus autem regum, qui affixit Israelitas fuit rex Amalec: ipse enim pugnauit cum eis mox, vt transierunt mare rubrum in mansione, quę dicitur Raphidim: Exo.c.17. & hoc dicitur Nume.c.24. principium gentium Amalec, idest prima de gētibus, quę pugnauit contra Israelitas fuit gens Amalecitarum: ab his autē liberati sunt Israelitę, quia Iosue percussit Amalecitas. Exo.17.c.

G Post hoc autem rex Chananęus Arad persecutus est Israelitas anno secundo ab exitu de Aegypto in Cadesbarne. Nume.14.c.

Iterum etiā anno 40. ab exitu de Aegypto pugnauit contra eos, & cępit prędam. Nume.c.21. sed tunc Israelitę deleuerunt Chananęos, & omnes vrbes eorū destruxerunt.

Post hoc autem pugnauerunt contra eos duo reges Amorrhęi Sehon, & Og, & istos quoque occiderunt cum populo suo. Nume.21. & Deuter.2. & 3.c.

Post hoc ingressis Israelitis in terram Chanaan pugnauerunt omnes Chananęi contra eos, & occidit Iosue 31. reges, vt patet Iosue.c.12.

H Post mortem autem Iosue, peccantibus Israelitis premebat eos Chusanrasathaim rex Mesopotamię, quem occidit Hothoniel iudex Israel,

Post hoc iterum peccantibus Israelitis Eglon rex Moab premebat Israel, & liberati sunt per Aod iudicem Israel, de his Iudi.c.3.

Post hęc iterū premebat Israelitas Rabin rex Assor & liberati sunt per Barac Iudi.cap.4. Deinde rex Madian conturbabat Israel magno tempore, & liberati sunt Israelitę per Gedeonem. Iudi.c.7. Sic etiam patet de alijs regibus ex processu libri Iudicum, a quibus omnibus Deus liberauit Israel.

Vos autem hodie proiecistis dominum Deum vestrum. Hic panditur Israelitarum ingratitudo, quia cum tanta

I suscepissent beneficia benefactorem Deum abiecerunt, dicitur proiecistis hodie, scilicet in die, qua petistis regem, nam eo, quòd petebant alium dominū, abijciebant priorem, non est autem sensus, quòd Israelitę abiecerint Deum, ita quòd nullo modo vellent, quòd ipse dominaretur eis, nam semper eum voluerunt in Deum, sed dicitur, quòd abiecerunt, quia Deus volebat, quòd non solum haberent eū in Deū, sed in dominum, volebat enim immediatè regere eos, quasi esset dominus temporalis eorum. Cum verò ipsi peterent regem nolebāt, quòd Deus dominaretur immediate, sed mediate, sic patet infra 12.c. scilicet dixistis mihi, nequaquam, sed rex imperabit nobis, cum dominus Deus vester regnaret in vobis.

K An vero in hoc Israelitę peccauerint, manifestum est, quòd sic, sicut declaratum est supra c.8. *Qui solus saluauit vos de vniuersis malis, & tribulationibus vestris.* Istud ponitur ad signādum magnitudinem ingratitudinis: nam si Deus fecisset aliqua beneficia populo Israel, & etiam aliquis alius contulisset aliquid magnum, & deserent Deum, vt sequerentur alium benefactorem, licet esset malum: non tamen esset tam imputabile: tunc vero nullus alius contulerat bonum Israelitis, nisi Deus, & eum abiecerant, ergo erat ingratitudo. *Et dixistis nequaquam.* Idest nequaquam fiet sic, scilicet vt Deus solus sit dominus noster.

Sed regem constitue nobis. Scilicet, vt habeamus regē sicut cęterę nationes: ista dixerūt Israelitę prima vice, quia cōuenerunt ad Samuelem in Ramatha petētes regem

A regem ſupra cap.8.nunc autem Samuel repetit verba eorum, & quamquam Hebręi in Maſphat, iſta non dicerent tamẽ ſemper perſiſtebant in dictis ſuis, alioquin pęnituiſſent, & nollent accipere regem: poſtea tamen pęnituerunt, quia fecerant regem, quando Samuel inuocauit Deum, & dedit pluuias, & tonitrua, vt patet infra 12.cap.tunc tamẽ Samuel noluit, quòd deſiſterent, quia iam regem habebant, & ſuper eos aliquanto regnauit tempore atque fecerat bella: ſi tamen nunc pęnituiſſet eos, quia petierant regem antequam eligeretur quiſquam, quia res integra erat, conſenſiſſet Samuel.

Ordinatio Iſraelitarũ pro electione regis.

Nunc ergo ſtate coram domino. Hic ponitur diſpoſitio Iſraelitarum ad eligendum regem per ſortes: nam ad B hoc omnes tribus, & familię debebant eſſe ordinatę eo, quòd ſors ponenda erat ſuper omnes, & dicitur ſtate coram domino, ſcilicet coram loco, in quo ponebantur ſortes. Aliqui exiſtimant ob hoc, quòd ſanctuarium, vel arca fuerit in Maſphat, quia dicitur, ꝙ ſtarent Iſraelitę coram domino. Sed ad hoc iam reſponſum eſt: in multis autem alijs locis dicitur, quòd erant coram domino, & nõ erat ibi arca, nec ſanctuarium: tamen verum eſt, quòd iſtę ſortes conſueuerãt poni coram arca, vel in ſanctuario: ſic enim factum eſt, quando Ioſue inquiſiuit quis peccauit in anathemate Iericho: nam omnes tribus conuenerũt coram arca, & inquiſitum eſt maleficium per ſortes, vt Ioſue. cap.7. Sic etiam, quando Ioſue poſuit ſortes ad diuiſionem terrę Chanaan: nam poſitę ſunt in Silo corã C domino, vt patet Ioſue cap.18. Sic etiam, quando pugnauit Saul contra Philiſthijm, & inuentum eſt peccatum in populo, cum Deus non reſpondebat, poſitę ſunt ſortes coram arca, vt patet infra 14.cap. Hic tamen fuerunt poſitę ſortes, & non coram arca, quia etiam ſic Deus manifeſtaret veritatem, ſicut coram arca.

Per tribus veſtras, & familias. Ideſt quòd Iſraelitę eſſent ordinati per tribus, & familias, ſcilicet quòd illi, qui erant de tribu Iuda non eſſent mixti cum illis, qui erant de tribu Ephraim, & è conuerſo, ſed quęlibet tribus eſſet per ſe diſtincta, nec ſolum vna tribus ab alia, ſed etiam familię illarum tribuum debebant eſſe diſtinctę: habet enim quęlibet tribus familias aliquas, D ſicut patet Nume.cap.26. vbi ponuntur familię ſingularum tribuum, debebat autem eſſe ordo, quòd quęlibet tribus eſſet ab alia ſeparata: & rurſus ſi in aliqua tribu eſſent tres, vel quatuor familię, illę eſſent diſtinctę, ne aliquis de vna familia eſſet cum illis, qui pertinebant ad aliam familiam.

Quare ſeruatus eſt talis ordo inter eos. Quæſt. XIX.

QVAERET aliquis quare debebat eſſe talis diſtinctio tribuum, & familiarum inter Iſraelitas.

Reſpondendũ eſt, quòd ſortes, per quas E iudicari deberet, cui proueniret regnum, debebant determinare primò tribum, deinde familiam vſque ad viros: ſi autem nulla eſſet diſtinctio tribuum, ſed omnes eſſent ſub vno cumulo, non poſſent poni ſortes, niſi fortè ponerentur pro ſingulis viris, quod erat difficillimum, & tunc oportebat, quòd nullus maneret in Iſrael, quin omnes deſcriberentur, quod erat quoddam infiniti laboris, & ſuperuacuum: oportuit ergo tribus ſeparari, quibus ſeparatis ſi forte aliquis vir de vna tribu maneret inter illos, qui pertinebant ad aliam tribum ſors erraret, quoniam non caderet ſuper illam tribum de qua erat vir. Sed ſuper illam tribum inter cuius viros erat, & ſic ſequeretur poſtea error, quando diuideretur tribus per familias: debuit quoque quęlibet tribus diuidi per familias ſuas, & ꝙ illi, qui erant de vna familia, non eſſent inter viros alterius familię, quia tunc quando ſors proijceretur inter familias, aut caderet illi familię inter viros, cuius erat tunc ille vir, aut familię de qua oriundus erat: ſi dicatur, quòd caderet primo modo, ſequeretur error, quia illi, qui eſſent de vna familia, cum deberent inter ſe ſortiri, quis eorum eſſet rex, non conſentirẽt, quòd vir alterius familię ſortiretur cum eis, & ſic ſors fruſtraretur, quia ille, ſuper quem ventura erat, abijceret: ſi autem ſors eueniret illi familię, de qua erat oriundus ille vir, ſequeretur error, quia cum non reperiretur ibi poſtea ille vir, fruſtraretur ſors: oportebat ergo, vt etiam familię diuiſę eſſent.

Et applicuit Samuel omnes tribus Iſrael. Scilicet applicuit eas coram domino ad ponendum ſortes ſuper illas: non eſt autem iſta applicatio ad arcam, vel ad aliquid ſanctum, in quo manifeſtaretur veritas, ſed applicabat eas ponendo ſortes pro illis, vel interrogando pro ſingulis.

Quomodo ponebantur ſortes ad aliquid inueniendum, & quid erant iſtæ ſortes. Quæſt. XX.

QVAERET aliquis quomodo ponebãtur iſtę ſortes, vel quid erant. Reſpondendum eſt, quòd iſta inuentio regis per tribus, & familias, & viros poterat fieri dupliciter. Vno modo per ſcripturam: alio modo in voce. Per ſcripturam autẽ eſſet iſte modus, quòd ſcriberentur nomina 12. tribuum Iſrael in 12. cedulis ęqualibus, & eiuſdem figurę, & illę ponebantur in inuolucro quodam: tunc autem Iſraelitę, & ipſe Samuel orarent dominum, vt per ſortes illas demonſtraret quem vellet eſſe regem in Iſrael: ſic enim in poſitione aliarum ſortium factum eſt, quando Saul poſuit ſortem ad ſciẽdum, quis peccauerat, & ibi fuit iſte modus, ſcilicet quòd totus populus fuit ſeparatus in partem vnã, & Saul, & Ionathas in partem aliam: dixitque Saul domine Deus Iſrael da iudicium, quid eſt, quòd non reſponderis ſeruo tuo hodie? Si in me, aut in Ionatha filio meo hęc iniquitas eſt, da oſtenſionem, aut ſi eſt in populo hęc iniquitas, da ſanctitatẽ. Et deprehenſus eſt Ionathas. Et Saul, & exiuit populus infra cap.14. Poſt hoc autem Samuel, vel aliquis vir ſanctus mitteret manum in inuolucrum cedularum, & educeret vnam cartulam, & illa tribus, cuius eſſet cartula illa, erat regalis. Et credebant Iſraelitę, quòd in hoc non erat aliquis error, quia dominus dirigebat manum miſſam in inuolucrum, vt ſolũ educeret illam literam, quã Deus volebat: ſic patet Prouer.c.16. ſcilicet ſortes in ſinu mittuntur, ſed a domino temperantur. Deus quoque iubebat ſortes poni, vt patet Nume.26. & 34.cap. ergo non erat in eis error: hoc autem facto conſiderabatur, quot familię erant in illa tribu, & exprimebantur nomina earum in totidem cartulis, & mittebantur in inuolucrum, ſicut prius, vt videretur, quę familia exiret: deinde diuideretur familia per domos, & fieret eodem modo ſicut in tribu: inuenta autem domo, diuideretur illa per viros, ſcilicet tot cedulę, quot erant viri, & educeretur vna cedula ſicut ſupra dicebatur, & vir cuius nomen eſſet ibi erat rex: hoc enim modo inuentum eſt maleficium anathematis Iericho, Ioſue cap.7.

Aliter poterat fieri hoc ſine poſitione cedularum per ſolam vocem, ſcilicet quòd ſummus ſacerdos indueretur Ephod, & conſuleret dominum, quę tribus futura erat regalis, & tunc reſponderet: deinde diuideretur per familias, & quęreret ſacerdos de qualibet earum quoſque veniretur ad viros: ſic enim conſueuerant

uerant quęrere summi sacerdotes, de quacunque re
vellent, & Deus respondebat, vt patet infra 23.& 30.
capi. vterque autem modus satis conueniens erat.

Quo modorum prædictorum vsi fuerunt Israelitæ.
Quæst. XXI.

QVAERETVR autem nunc, quis istorū mo-
dorum est, qui fuit hic, vel quis eorum ma-
gis conuenit literę.
Respondendum est, quòd primus isto-
rum modorum fuit hic. Secūdus autem nullo modo
potest applicari literę, quamquam aliquando Israelitę
vterentur illo. Primò quia dicitur hic, quòd fuerunt
positę sortes, & cecidit sors super Beniamin: deinde
diuisa tribu Beniamin per cognationes cecidit sors su-
per cognationē Metri, si tamen cōsuluisset summus
sacerdos dominum, quem vellet esse regem, non es-
sent aliquę sortes ibi, ergo non fuit hic talis consulta-
tio. Item si fuisset hic facta inquisitio per consultatio-
nem summi sacerdotis superfluum erat, quòd tribus
separarentur, & diuiderentur per familias, nam sacer-
dos quęreret quomodo vellet, & nihil proficeret esse
distinctas tribus, & familias, vel admixtas: nam posset
quęrere, quis futurus esset rex, & tunc Deus respon-
deret: hic tñ diligēter fuerūt separarę trib⁹; & familię
ergo non fuit talis modus inquirēdi, sed per cartulas.
Item quamquam inter Hebręos iste modus inquerē-
di esset, tamē non conueniebat omni inquisitioni: sed
quando erat determinata persona, vel negocium. De
persona, vt si quęreret an iste futurus esset rex, vel nō.
De negotio, vt si quęreretur an bellū futurum esset,
vel non: cum tamen erat negociū incertum, vel per-
sona, non inquirebatur hoc modo. De persona patet,
vt si quęreretur, quis furatus est, vel quis regnabit: de
negocio, vt si dicatur, quid eueniet anno isto: ideo si-
milia semper inquirebantur per sortes, & non per
consultationem sacerdotis. Patet de furto Iericho,
quia ibi cum non poneretur certa persona, de qua
fieret quęstio, non consuluit dominum sacerdos, sed
positę sunt sortes, & Deus sic iussit fieri Iosue capitu.
7. sic etiam quando inquirebatur, quis peccauerat in
exercitu Saulis per sortes inuentum est infra capitu.
decimoquarto. & postquam exiuit populus, & depre-
hensus est Ionathas, & Saul: ait Saul, mittite sortem
inter me, & Ionatham filium meum, & captus est
Ionathas.
Causa huius est, quia in his, quę inquirebantur a
domino in voce, responsio Dei solum erat sic, vel nō,
vt patet infra capitu. decimotertio. cum quęsiuit Da-
uid dicens, si tradent me viri Ceilę, & viros, qui me-
cum sunt in manus Saul, & dixit dominus, tradent, &
infra. 30. capitu. quęsiuit Dauid, dicens: Persequar la-
trunculos hos, an non, & comprehendam eos? dixit
Deus persequere. Cum autem esset negocium incer-
tum, vel persona, de qua quęritur, non posset fieri ta-
lis quęstio, nisi cum magna difficultate discurrendo
per particularia, & formando de quolibet quęstionē,
vt patet si in furto Iericho voluisset hoc modo quę-
rere Iosue, debebat applicare quemlibet de Israelitis,
& de quolibet eorum quęreret, an iste furatus est, vel
non, & hoc modo esset negocium infinitum: Deus
ergo prouidit pro talibus iubendo, quòd ponerentur
sortes, & hoc modo faciliter inter viros quodcunque
poterat inueniri, quod vellet, non faciendo quęstio-
nem de aliquo eorum, & isto modo factum est hic.
Potuisset autem aliter fieri, scilicet per inquisitionem
sacerdotis magni, sed erat difficillimum, quia tunc de
quolibet Israelita deberet quęri specialiter, an Deus
vellet eum in regem, vel nō, quòd difficillimum erat.

F *Et cecidit sors super tribum Beniamin.* Idest positę fue-
runt cedulę pro singulis tribubus, & cum mitteretur
manus in inuolucrum, exiuit sors Beniamin, & sic ap-
paruit ad illam tribum pertinere regnum.
Et applicuit tribum Beniamin, & cognationes eius. Idest ap-
plicuit Samuel tribū Beniamin per cognationes. Ac-
cipitur hic Et, Idest per, quia non distinguitur Benia-
min a cognationibus suis: nihil autem aliud erat ista
applicatio, nisi positio sortis. Cum enim dicitur, quòd
applicuit omnes tribus est sensus, quòd posuit sortes
pro omnibus: applicare autē cognationes Beniamin
est ponere sortem pro qualibet familia.
Et cecidit sors super cognationē Metri. Ista erat vna de fa-
G milijs Beniamin: erant enim familię octo tribus Be-
niamin: Nume.cap.26. sed non est verisimile, quòd
omnes illę manerent: nam tribus Beniamin penè de-
leta est in bello propter vxorem Leuitę: vnde nō mā-
sit vir, aut mulier senex, aut paruulus in tota illa tribu
pręter sexcentos viros, qui fugerunt ad petram Re-
mon, vt patet Iudi.capit.20. In his autem non est veri-
simile, quòd manerent omnes familię, quę olim fue-
rant in tribu Beniamin, sed aliquę earum, & inter illas
fuerunt positę sortes.
Sciendum quòd in Hebręo habetur hic Mathari,
vel Meteri, vbi nos dicimus Metri. Et aliqui dicunt,
quòd non sit nomen alicuius cognationis denomina-
tę ab aliquo viro, eo quòd non reperitur tale nomen
H viri in tribu Beniamin, a quo posset denominari fami-
lia: dicunt ergo, quòd est nomen commune signifi-
cans generaliter quemcunque hominem rectè iacen-
tem ad signum sagittas, vel lapides, aut telum, & istā
positionem tenet Nicolaus. Ad quod sciēdum, quòd
Mathar in Hebręo significat signum ad quod se exer-
citant sagittarij, vel fundibularij, aut quicunque ha-
bentes signum. Vnde infra capi.20. vbi dicit Ionathas
ad Dauid, iaciam quasi exercēs me ad signum. In He-
bręo habetur ad Mathar, & sic in alijs locis: inde deri-
uatur hoc nomen Mathari, vel Methari. In Gabaa au-
tem erant viri fundibularij certissimi: vnde dicitur de
eis Iudi.cap.20. viri fortissimi ita sinistra, vt dextra prę-
liantes, & sic fundis ad certum iacientes lapides, vt ca-
I pillum quoque possent percutere, & nequaquam in
alteram partem ictus lapidis differretur: debellatis au-
tem viris Beniamin, vt patet Iudi.capi.21. aliqui, vel
saltem aliquis de illis euasit, & ab illa arte, in qua erant
excellentes denominatus est vna cognatio Mathari.
Satis autem stare potest, sed magis videtur, quòd sit
nomen proprium.
Et peruenit vsque ad Saul filium Cis. Idest continue di-
uidendo peruentum est vsque ad Saulem, fuit autem
modus, quòd facta diuisione tribus in familia diuisa
est familia Metri in domos, deinde illa domus, super
quam cecidit sors diuisa est per viros, & in hac diui-
sione positum est nomen Saulis in cedula vna, & exi-
uit illa, & sic viderunt omnes, quòd Deus volebat il-
K lum esse regem: hic autem non ponitur de diuisione fa-
milię in domos, & domus per viros, sic tamen fa-
ctum est, nam sic iussit Deus Iosue cap.7. scilicet: Ac-
cedetisque mane singuli per tribus vestras, & quam-
cunque tribum sors inuenerit, accedet per cognatio-
nes suas, & cognatio per domos, domusque per viros.

Quomodo sors peruenit ad Saulem, cum Saul non esset ibi.
Quæst. XXII.

QVAERET aliquis quomodo potuit sors
peruenire, vsque ad Saulem, cum Saul
non esset ibi, quod patet, quia dicitur im-
mediate, quęsierunt ergo eum, & non
est inuentus.
Respon-

Respondēdum est, quòd si fuisset facta inquisitio per sacerdotem in generali, scilicet quem vellet Deus esse regem, dato quòd ibi non esset Saul, proposita quęstione, posset de illo responderi: nunc tamen non fuit hoc factum per inquisitionem sacerdotalem, scilicet per sortes, vt supra dictum est: ideo aliter oportet dici, scilicet quòd Samuel congregauit Israelitas in Masphat, & iuerunt illuc viri de omnibus tribubus, & familijs, quia ibant ad eligendum regem, non tamen conuenerunt omnes Israelitę, sed de qualibet tribu, & familia aliqui tunc missis sortibus, vt dictum est: quādo peruentum est ad cognationem Metri, & illa diuisa est per domos, domusque per viros, erant ibi aliqui qui sciebant quot viri erāt in qualibet illarum domorum: descripserunt autem nomina omnium virorū, qui erant in illa domo, cui sors vltimate euenit, de quibus erat vnus Saul, & illi, qui scribebant nomina ista, non inquirebant an illi quorum nomina scribebantur essent ibi, sed cum ipsi optime nossent numerum, & nomina omnium virorum illius domus, scripserunt ea, cum autem exiuit sors Sauli, tūc inquisiuerunt, an ibi esset, & non est inuentus, eo quòd ante hoc non inquisitus fuerat, an ibi esset. De materia autem sortium an sortes licitę sint, & quando, & an habeant aliquid naturale, & an liceat inquiri maleficia per sortes, & qualiter Deus operetur in sortibus in diuersis locis particulatim tactum est, scilicet Leui. 16. & Nume. 26. cap. & Iosue cap. 7. & 15. atque 18. ca.

Quęsierunt ergo eum, & non est inuentus. Non quęsierant eum quando fuerunt sortes positę: cum autem sors ei prouenit quęsiuerunt eum, quia debebat stare inter eos ad hoc, quòd facerent illum regem, & cum in contribules suos quęreretur non est inuentus: abscondit enim se sciens euentum futurum.

Et consuluerunt post hęc dominum. Putauerunt enim, quòd aliquid accidisset illi, ita vt non possent eum habere, & nescientes de eo etiam contribules sui mirabantur, ideo consuluerunt dominum pro eo, & hoc quia volebant immediatè eius pręsentiam: nam erat ibi totus populus, & cōgregatus, & volebant componere legem regni, & semel eum constituere regem. Si autem populus discederet de Masphat antequam ipse inueniretur, oportebat iterum totum populum congregari ad constituendum eum regem, quod erat laboriosum, ideo voluerunt eum esse pręsentem antequam inde recederent.

Quomodo consuluerunt dominum Israelitæ. Quæst. XXIII.

QVAERET aliquis quomodo Israelitę consuluerunt hic dominum. Aliquis respondebit, quòd poterant dupliciter consulere, scilicet per sortes, vel per inquisitionem summi sacerdotis. Sed dicendum, quòd non poterat hic fieri consultatio per sortes: nam sors semper ponebatur inter plures, quia siue sit diuisoria, siue cōsultoria, semper requirit plures, scilicet plures personas, vel plura negocia: hic autem erat vnica persona, de qua quęrebatur, & vnicum negocium, scilicet an Saul vēturus esset, vel non, ideo non potuit poni sors: sed fuit alius modus consulendi dominum, scilicet per inquisitionem, & ista potuit esse dupliciter, scilicet per summum sacerdotem, vel per aliquem prophetam. Prima fiebat hoc modo, scilicet quòd summus sacerdos indueretur rationali, & Ephod, & tunc Deus respondebat ad omnia, quę ille inquireret propter vestes, quas habebat, sic enim Achimaas consuluit dominū pro Saule, sic infra capi. decimoquarto. sic etiā Abiathar, qui erat summus sacerdos consuluit bis dominū
A pro Dauid infra 23. & 30. capi. & ista consultatio potuit esse hic, quia cum totus populus conuenisset ad eligēdum regem, verisimile est, quòd summus sacerdos illius temporis, qui erat de maximis viris Israel, iuisset illuc cum ceteris. Alius modus esse poterat, quòd propheta consuleret dominum, & hoc nō erat applicito rationali, vel Ephod, sicut fiebat in consultatione summi sacerdotis, sed solum orabat propheta dominum, vt appareret ei, & loqueretur, & tunc apparebat, sic enim fuit de Ieremia, quem rogauerunt filij Israel, quòd consuleret dominum pro eis an manere deberent in terra illa, vel non, & post decem dies apparuit illi dominus respondens ad hęc, vt patet Iere.
B 42. capi. Sic etiam fieri poterat de Samuele, & fiebat multoties, quia ipso petente Deus responderet ei, vt declaratum est supra capi. 8. Si autem dicatur, quis modus horum fuerit hic: respondendum est, quòd secundus per propheticam inquisitionem: nam summus sacerdos nunquam poterat inquirere aliquid a domino, sine vestibus pontificalibus, ibi tamen, quāquam esset summus sacerdos fortè nō haberet vestes pontificales, quoniam nō pręuidisset an deberet cōsulere dominum. Item quia cum esset ibi Samuel non est verisimile, quòd aliquis alius consuleret Deū, quia ipse erat propheta, qui sępe dominum consulebat, & erat princeps populi antequam eligeretur rex, ideo nemò consuleret eo pręsente: ipso autem consulente immediate Deus responderet, & hoc tenet
C Iosephus 6. Antiquitatum, scilicet Israelitis difficultatem patientibus, & cogitantibus, quòd Saul non adesset, rogauit propheta Deum, vt ei vbi esset ostenderet, & iuuenem manifestum efficeret.

Vtrum nam venturus esset illuc. Idest consuluerunt dominum an possent habere Saulem ad hoc, quòd veniret ad locum, in quo ipsi erant.

Quomodo Iudæi tantum desiderauerūt nunc, vt appareret Saul, & postquam apparuit neglexerunt eum nimis. Quæst. XXIIII.

QVAERET aliquis quomodo Israelitę tantum desiderauerunt nunc, quòd appareret
D Saul, ita vt pro eo consulerent dominum scituri vbi esset: postquam vero apparuit neglexerūt eum, vt patet infra, scilicet filij vero Belial dixerunt: num saluare poterit nos iste? & despexerunt eum, & non attulerunt ei munera.

Responderi potest, quòd hoc fuit, quod accidit communiter hominibus, scilicet, vt rem incognitam nimis desiderent, cum verò illam cognouerint despiciāt, & minus apprecietur, vt ait Ari. 9. Ethi. ita isti cum viderūt, quòd Deus per sortem dedisset eis Saulem in regem desiderauerunt eum habere existimantes, quòd esset aliquis vir valde excellens: cum autem fuit in conspectu eorum, non apparuit tam excellens sicut existimauerant, ideo neglexerunt eum dicentes:
E num saluare poterit nos iste?

Sed dicetur contra hoc, quòd Israelitę non poterant rationabiliter despicere Saulem, postquam eum cognouerunt: si ante hoc cum exiuit sors eius non despexerunt illum, quia non apparuit in eo aliquid, propter quod contemnendus esset, sed magis è contrario ipse apparuit excellentior omnibus Israelitis, vt patet infra, scilicet. Stetitque in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero, & sursum, & ait Samuel ad omnem populum certe videtis, quem elegit dominus, quoniam non est similis ei in omni populo: ergo non debebant eum despicere, visa pręsentia eius, sed potius è contrario, scilicet si antequam eum viderent desiderauerūt, magis debuerūt postea deside-

desiderare, quia eius pręsentia erat admiranda. Item non pôtest dici, quòd a principio non cognoscebant, & ob hoc desiderabant, & postquam cognouerunt non desiderauerunt: nam ante hoc ipsi cognoscebãt Saulem, vt patet ex pręedictis: nam eo non pręsente scriptum est nomen eius.

Resp. auct. Respondendum est, quòd tenendo priorem positionem posset dici, quòd Saul non cognoscebatur a toto populo ante hoc, sed solum ab illis, qui erant de tribu sua, & ab his non penitus: illi autem, qui erant de alijs tribubus putauerunt, quòd Saul erat aliquis vir minus potens in tribu Beniamin, cum autẽ viderent eum in medio populi cognoscentes, quòd esset de minima familia, & parum potens, despexerunt eũ, & dixerunt: Num saluare nos poterit iste? Cum autẽ arguitur, quòd Saul apparuit in toto populo altior vniuersis, & eius pręsentia erat magis admiranda, quã fama. Dicendum, quòd ista corporis proceritas existentibus alijs virtutibus corporis & animę, aliquid proficiebat ad aptitudinem regni, sed sola corporis magnitudo non arguebat magnam excellentiam illius, ideo cum sciuerunt eum esse de parua familia, & infimis natalibus, despexerunt eum, quamquam esset statura procerus.

Cum autem dicebatur, quòd Israelitę cognoscebant Saulem antequam appareret in medio populi cum scripsissent nomen eius, ideo non poterant contemnere eum postea in pręsentia.

Respondẽdum quòd aliqui de Israelitis cognoscebant Saulem, scilicet illi, qui erant de stirpe sua: alię autem tribus non, vnde illi, qui erant de tribu sua scripserunt nomen eius, & alię tribus habebant causam ignorandi.

Aliter responderi potest, quòd totus populus siue de tribu Beniamin, siue de alijs tribubus desiderauit, quòd appareret Saul, & postquam fuit pręsens grauissunt: illi autem, qui despexerunt eum non fuerunt multi, & illi non solum murmurauerunt eo pręsente, sed etiam ante hoc, quamquam infra nõ exprimatur, nisi de murmuratione, quę fuit pręsente Saule.

Respondebitque dominus. Scilicet ad inquisitionem Samuelis, vt dictũ est. Sed dicet aliqs, qs modus fuit hic rñdendi, scilicet apparendo, vel loquẽdo, vel qualiter.

Quõ respõdit Deus Samueli inquirenti Saulem. Dicendum, quòd Deus hic respõdit Samueli eo modo, quo declaratũ est supra capi. 9. Cum dicitur, quòd Deus locutus est Samueli, quando aspexit Saulem, scilicet quòd locutus fuit immutando intellectum eius solum, ita hic cum orasset Samuel dominus eleuauit intellectum eius ad cognoscendum, quòd Saul erat absconditus in domo, & ista fuit responsio.

Ecce absconditus est domi. Absconderat enim se Saul ex humilitate, quia iudicabat se indignum ad tantum principatum: latuit ergo ne saltem videret appetere id, quo indignus erat: hoc apparet infra capi. 15. scilicet: Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? vnxitque te dominus regẽ super Israel? Laudat autem nimis Iosephus Saulem, quòd fuerit vir magnę cõtinentię, scilicet quòd sciẽs tantum bonum sibi futurum, potuit se continere, quin efflueret in magnum gaudium, dicens in 6. Antiquitatum, quòd dum iuuenis agnouisset semetipsum abscondit nolens videri, vt arbitror, sponte suscipere principatum, sed tantam sui abstinentiam, & tẽperantiam demonstrauit, vt dum multi nec in parua fęlicitate gaudium valeant retinere, sed omnino cõspicui esse desiderent, ille non solum semetipsum pro tali regno, & tantarum gentium futurus dominus nõ ostendit: sed etiam a conspectu eorum quibus erat regnaturus eripuit, & quęrendum se non sine eorum fatigatione fecit.

F *Cucurrerunt itaque, & tulerunt eum inde.* Erant Israelitę in Masphat, & domus Saulis erat in Gabaa, vt patet infra, misit tamen populus illuc cito, vt duceretur Saul in pręsentia omnium: interim autem expectauit populus in Masphat, quoniã si recederent inde, oportebat eos denuo congregari, ideo maluerunt tunc expectare vsquequo duceretur, & cito nuncij euntes duxerunt eum, non erat autem iste locus in tribu sua, quia Gabaa erat in tribu Beniamin, de qua erat oriundus Saul, vt patet infra: Masphat autem in qua tunc erant Israelitę erat in terra Galaad, vt patet Iudi. capi. 11. ibi enim habitabat Iephte, qui erat Galadites, & erat hoc in tribu Gad.

G *Stetitque in medio populi.* Quando ductus est Saul stetit in medio populi, vt omnes eum viderent, & propter honorem, & vt componeretur ibi cum eo lex regni, sicut infra patet.

Et altior fuit vniuerso populo ab humero, & sursum. Idest non erat in toto populo aliquis, quem non excederet Saul ab humero, & sursum, erat enim pcerę staturę, sic patet precedenti capi. scilicet ab humero, & sursum eminebat super omnem populum, ista autem magnitudo staturę demonstrabat eum virum fortẽ ad bella, & secundum veritatem sic fuit, nimis enim laudat eum Dauid in planctu super eum, & Ionathã infra 2. lib. capi. 1. Vnde fuit semper vir bellicosus: tota enim vita sua pugnauit contra Philisthijm, & contra

H aljas gentes, & quocunque se verteret superabat, vt patet infra capi. 14.

Et ait Samuel ad omnem populum. Hic voluit Samuel laudare Saulem, dicendo eum esse dignum regno, quod declarabat ex magnitudine illius.

Certè videte quem elegit dominus. Idest manifestum est, quòd istum elegit dominus. q. d. Deus non potest errare in eligendo, sed semper eligit, quę meliora sunt, ideo quando manifestum est, quòd aliquid, quod eligitur est melius omnibus alijs, inter quę ponitur electio, constat illam electionem esse a Deo, ita autem declarabat hic Samuel, scilicet quia manifestũ, quòd esset Saul celsior toto populo: ex hoc arguebat excellentiam illius saltem quantum ad aliquid, quod appa-

I rebat, vnde dixit certè videtis quem elegit dominus, idest manifestum est, quòd ista electio sit a Deo.

Quoniam non est similis ei in omni populo. Scilicet non est similis in corporis magnitudine, quoniam ab humero, & sursum excellebat super totum populum, vt patet s. & sicut arguebat Samuel de magnitudine Saulis super alios, ita etiam arguebat, quòd non esset ei aliquis similis, quantum ad alias perfectiones spirituales: nam modicum proficiebat corpore cęteros excellere, nisi simul, & bonitate pstaret: maiora enim beluarum, quam hominum corpora sunt, sed ex hoc non arguimus eorum maiorem excellentiam, erat tamen Saul cęteros bonitate excellens in toto Israel, sic dicitur pręcedẽti capi. erat ei filius vocabulo Saul

K electus, & bonus, & non erat vir de filijs Israel melior illo.

Et clamauit cunctus populus. Scilicet cum viderent regem suum, & laudauit eum Samuel.

Viuat rex. Iste erat modus in assumptione regis, quia illi, qui eum accipiebant imprecabantur prospera, scilicet quòd viueret, & quòd Deus sublimaret solium illius, & alia multa, sic patet infra 3. lib. capi. 1. Fiebant quoque multa alia ob solennitatem regis assumpti, vt supra declaratum est in principio capi. Non fuerunt autem omnia illa facta hic, quia non legitur, quòd fecerint sacrificia, & satis apparet, quia postea in regis innouatione facta sunt sequenti capi. an vero hic vnctus fuerit Saul a toto populo, vel solum vnctus fuerit a Samuele vnctione tacita, de qua supra nõ appareat, sed

...amuel lo-
cutus est
ad populū
legē regni.

ſed ſatis veriſimile eſt, quòd vnctus fuerit, quoniam non conſummatur regis aſſumptio ſine vnctione. *Locutus eſt autem Samuel ad populum legem regni.* Ideſt locutus eſt qualiter ſe debent habere Iſraelitæ cum rege ſuo:& hoc ne poſtea grauarentur, quando rex imponeret eis aliqua onera, quaſi exiſtimantes ſe non teneri. Et rationabile erat, quòd nūc poneretur iſta lex, quia ante hoc non fuerat principatus regalis, ſed iudicum, & ille erat minoris poteſtatis, & ferè nulla onera imponebat populo: principatus autem regalis erat maior, vnde Iſraelitę magis grauarentur in ſolutione iurium regalium, quam in pręcedenti politia, in qua liberiores erant: ſic patet ſupra capi.8.ſcilicet. Clamabitis in illa die a facie regis veſtri quem elegiſtis vobis, & quia nunc incipiebat regnum, conueniens erat, vt ſcriberetur lex regni, & proponeretur ſubditis.

Quæ lex regni fuit iſta, quam nunc Samuel protulit coram populo. Quæſt. XXV.

QVAERET aliquis, quę lex fuerit iſta. Reſpondendum eſt, quòd iſta non fuit aliqua lex, ſecundum quam rex deberet iudicare, quoniam iſta iam erat per Moyſen determinata, ſcilicet quòd iudicaret ſicut lege cautū erat, & ob hoc ſinguli reges Iudęorū quādo vngebantur accipiebant librum legis in manu, & promittebāt illam obſeruare, vt patet de rege Ioas. 2.Paralipo.23.c. ſcilicet & eduxerunt filium regis, & impoſuerunt ei diadema, dederuntque in manu eius tenendam legē, & conſtituerunt eum regem, hoc enim nimis commendauerat Moyſes, ſcilicet quòd cum ſederet rex in ſolio regni ſui acciperet a Leuitis Deuteronomiū legis, & haberet apud ſe, vt conſeruaret iuſtitiam omni tempore, & diſceret timere Deum: nulla ergo alia lex regni nunc imponenda erat, ſcilicet per quam rex iudicaret. Itē quia dicitur hic, quòd locutus eſt Samuel legem regni, lex enim regni non eſt illa, per quam rex iudicat, quoniam omnes alij iudices per eam iudicāt: ſed lex, quę pertinet ſpecialiter ad regnum, ideſt ad ius regis, iſtud autē eſt, quam poteſtatem habeat rex ſuper ſubditos, & quid debeant ſubditi ei pręſtare, & quid poſſit eis imponere.

Nunc autem aliquis dicet, quòd iſta lex regni erat illa, quę habetur ſupra capi.8.ſcilicet filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, &c. nam ibi dicitur, verūtamen cōteſtare eos, & pręd‌ic eis ius regis. Et iterum dicitur: hoc eſt ius regis, qui imperaturus eſt vobis. Sed dicendum eſt, quòd non poteſt ſtare: nam hic Samuel impoſuit ea, quę reges poterant ſuper ſubditos, ſed ea, quę habentur ſupra capi.8.non pertinebant ad principatum regalem, ſed ad tyrannicum, quia plurima eorum iniuſtiſſima erant, vt ibi declaratum eſt.

Item quia ſi illa eſſet lex regni, non oportuiſſet, ꝙ Samuel iterum eam poneret, quia iam poſuerat corā toto populo, qui petierat regem: hic tamen iterum poſita eſt, ideo non videtur eſſe illa, nam ea, quę habetur ſupra capi.8.poſita eſt ad terrorem etiam in prenūciationem, ſcilicet quòd aliqui reges inter Iſraelitas tyranni fierent, & illi imponerent populo omnia, quę habentur ſupra capi.8.& omne aliud genus cuiuſcūque ſeruitutis, hic autem ponebat Samuel legem, quā habiturus erat Saul ad populum, & omnes alij boni reges, ideo non eſſet illa, quę habetur ſupra capi.8.ſed aliqua alia de modo imponendi tributa, & pro qua cauſa, & quę eſſent prouentiones regis communiter ad ſuſtentandum exercitum, & ſic quantum ad omnia alia, quę tangunt habitudinem populi ad regem, & apparet hoc, quia immediatè, vt Saul receſſit de loco illo in domum ſuam, accepit partem exercitus, vt

A patet hic, & pauco tempore interiecto elegit tria millia virorum, qui continue erant cum eo, & cum filio ſuo Ionatha infra capi.13.poſtea autem, quandocunque reperiebat aliquem virum fortem ſociabat eum ſibi, vt patet infra capi.decimo quarto. Hęc autem facere non poterat, niſi haberet redditus, ideo videtur, quòd immediate fuerunt ei aſſignati redditus in Maſphat, de quibus potuit colligere exercitum.

Et ſcripſit in libro. Scilicet vt lex iſta non deleretur obliuione, quia nō ſolum fiebat pro iſto rege, ſed etiā pro omnibus alijs regibus futuris, vt non haberent illi alia iura, quam ea, quę nunc concedebantur, & haberetur illud pro lege Dei.

B *Et repoſuit coram domino.* Ideſt cuſtodiuit legem illā ſcriptam in ſanctuario. Hic non poteſt accipi coram domino, ſicut accipiebatur in alijs locis: nam vbicunque congregabantur Iſraelitę ad ſacrificandum, vel ad faciendum aliquid, quod pertinebat ad Deum, dicebantur eſſe coram domino, & ſic in Galgala, & in Maſphat, & in Bethel, & in ſimilibus locis dicebantur eſſe coram domino, vt patet ſupra in litera, & ſequenti capi.& infra 13. Hic autem debebat iſta lex reponi coram domino, ideo oportebat, quòd eſſet aliquis locus, in quo conſeruaretur, & ille dicebatur eſſe coram domino: hoc autem non poterat eſſe, niſi in ſanctuario, quoniam ibi id, quod erat, dicebatur eſſe coram domino, quia Deus ſpecialiter dicebatur habitare in ſanctuario.

C

Quomodo lex regni erat coram domino, & quare. Quæſt. XXVI.

QVAERET aliquis, quomodo erat iſta lex regni coram domino, & quare. Reſpondendum eſt, quòd iſta lex fuit lata non ſolum pro iſto rege, ſed etiam pro omnibus alijs, vt ſcirent quid poterant imperare populo, & populus ad quid teneretur regibus, tā in pręceptis, quam in tributis, & quia per iſtam legem debebant regulari, eo quòd erat data a Deo, oportebat, ꝙ conſeruaretur, ne poſſent eam reges pręuaricari in fauorem ſuum, vel ſubditi in fauorem ſuum: nullus

D autem erat conuenientior locus, quam vt conſeruaretur in ſanctuario, quia ad locum ipſum non poterāt accedere populares nec reges. Etiam erat maioris auctoritatis id, quod ibi conſeruabatur, quam ſi in alijs locis poneretur, & ob hoc Deus, quando volebat aliquid conſeruari in teſtimonium, faciebat quòd illud conſeruaretur in ſanctuario: ſic patet de tabulis, quoniam tabulę poſitę fuerunt in teſtimonium, quòd Deus dediſſet legem Iſraelitis, quia ibi continebatur, & iſtę tabulę poſitę fuerunt in arca, vt patet infra 3. lib.capitu.8. ſic quoque manna fuit conſeruatum in ſanctuario mādato Dei in teſtimonium, quòd Deus cibauiſſet Iſraelitas in deſerto, & ob hoc iuſſit, quòd cuſtodiretur coram domino, ſic patet Exo.capi.16.

E ſcilicet: Dixitque Moyſes ad Aaron: ſume vas vnum, & mitte ibi man quātum poteſt capere Gomor, & repone coram domino ad ſeruandum in generationes veſtras, ſicut pcepit dominus Moyſi, poſuitque illud Aaron in tabernaculo reſeruādum. ſic quoque Deus voluit, quòd virga Aaron, quę fronduerat maneret in teſtimonium, quòd ipſe dediſſet ſacerdotium filijs Aaron, & ob hoc iuſſit, quòd reponeretur in ſanctuario: ſic patet Nume.capi.17.ſcilicet: Dixitque dominus ad Moyſen, refer virgam Aaron in tabernaculo teſtimonij, vt ſeruetur ibi ad ſignum rebellium filiorum Iſrael, & requieſcāt querelę eorum a me, ne moriantur. Sic quoque Deuteronomij liber reſeruatus eſt ad hoc, quòd Iſraelitę non negarent ſe obligatos

ad

ad seruandam illam legem. Vnde iussit Deus poni illum in sanctuario in latere arcę, vt patet Deutero.31. capi. Ista autem lex ponebatur in testimonium, ne Israelitę negarent ad quid tenebantur regibus, vel ne reges aliquid vellent superaddere. Cum enim demonstraretur illa lex, compescerentur querelę vtrinque: debuit ergo poni in sanctuarium, vbi erat locus securus, & hoc patet, quia dicitur, coram domino: nam in omnibus in quibus dicitur, coram domino, intelligendum est, quòd reseruanda erant in sanctuario. Nec solum ista lex seruabatur in sanctuario, sed etiam alię leges principum minorum: nam Simon Machabæus frater Iudę fuit princeps Iudęorum, & non rex, & tamen libertas illa, & honor, quam Romani dederunt ei super populum Iudęorū, fuit posita in monte Siō. Nam scriptum Romanorum dicebat, quòd statuerūt ei libertatem, & descripserunt in tabulis ęreis, & posuerunt in titulis in monte Sion, & deinde dicitur, ꝙ suscepit Simon istam scripturam, & dixerunt Iudęi pone eam in tabulis ęreis, & pone eas in vestibulo sanctorum in loco celebri: exemplum autem eorum pone in ęrario, vt habeat Simon, & filij eius, vt patet 1. Machabę.14.capi. si ergo illa lex, quę erat Romanorum, & solum data pro Simone, & filijs illius, posita fuit in sanctuario, quanto magis lex ista regni, quę a Deo per Samuelem debuit poni in sanctuario? Et sic dicendum, quòd quamquam non esset tunc sanctuarium in Masphat, sed vrbe Nobe, tamen Samuel scribens istam legem in Masphat coram toto populo, duxit eam in Nobe, & posuit in sanctuario, vt custodiretur ibi.

Omnes leges principum seruabantur in sāctuario.

An ista lex fuerit posita in arca fœderis. Quæst. XXVII.

QVAERIT aliquis an fuerit posita ista lex in arca fęderis.

Aliquis respondebit, quòd non, quoniā in arca nihil erat, nisi tabulę testimonij, vt patet infra 3.lib.capi.8. scilicet: In arca non est aliud, nisi duę tabulę lapideę, quas posuerat in ea Moyses in Horeb. Item non auderet aliquis aperire arcam ad ponendum ibi quicquam: nam accedere ad eam, quādo erat nuda intra sancta sanctorum non licebat cuiquam, nisi summo sacerdoti: quanto magis aperire eam. Nam, & hoc non liceret summo sacerdoti: Samuel ergo non auderet aperire arcam ad ponendum ibi legem. De Moyse autem non est simile, ipse quippe fabricauit arcam, & posuit ibi tabulas, & clausit, & aperuit, quando voluit, quia Deus hoc iubebat, alijs autem non licuit sic, ideo non liceret Samueli.

In contrarium dicetur, quòd fuit posita ista lex in arca, quia de ea dicitur hic, quòd reposuit eam Samuel coram domino: omnia tamen alia, de quibus dicitur, quòd reposita fuerunt coram domino sunt in arca: ergo etiam fuit posita ista lex in arca, patet hoc, quia iussit Deus seruari tabulas in testimonium Exo.capi. 25. & illę positę fuerunt intra arcam infra 3.lib.capi.8. iussit quoque poni manna in vrna coram domino in sanctuario: Exo.capi.16. & positum est in arca fęderis, vt ad Hebrę.capi.9. iussit quoque seruari Deuteronomium in testimonium, & positum est in latere arcę. Deuteronomiū capi.31. iussit quoque poni in tabernaculo coram domino virgam Aaron; Nume.capi. 17. & illa posita fuit in arca fęderis ad Hebrę.capi.9. ergo ista lex regni, quę dicitur reposita est coram domino, vt patet hic, fuit posita in arca. Satis enim aliquis dicere poterat, quòd fuerit posita in arca, quia nullum inconueniens est, & quia reperiuntur alia similia.

F Dicendum tamen, quòd non fuit posita, quia Apostolus ad Hebrę.capi.9. ponit omnia, quę fuerunt in arca: dicit tamen, quòd in arca erat vrna aurea habens manna, & virga Aaron, quę frōduerat, & tabulę testamenti, & sic nihil aliud ibi erat, ergo lex ista regni non erat ibi: Deuteronomius autem non erat in arca, sed in latere arcę. Deutero.capi.31.

Dicendum igitur, quòd fuit reposita ista lex in aliquo loco securo in sanctuario, ne quis posset fraudare verba illius addendo, vel diminuendo: non tamē fuit in arca: sic fuit de scripto, quod remiserunt Romani Simoni Machabę. de potestate eius, & filiorum suorū super Iudęos, & libertate sua: nam fuit positum in ve-
G stibulo sanctorum in loco celebri primo Machabę. capi. decimoquarto. Cum autem arguitur, quòd in arca nihil erat nisi duę tabulę infra 3.lib.capi.8. dicendum, quòd responsum fuit Exo.25.capi. Et in eodē c. declarabitur.

Cum verò dicitur, quòd non liceret Samueli, nec alicui alteri aperire arcam ad ponendum ibi quicquā. Dicendum est, quòd non licebat summis sacerdotibus, quia isti solum agebant ea, quę competebant eis de lege communi: prophetę autē mouebantur a Deo specialiter, ideo poterant facere ea, quę non licebant alijs hominibus, & sic erat de Samuele. Nam sicut licebat ei facere sacrificium, cum non esset sacerdos, & facere illud vbicunque vellet, sic licebant quęcunque
H alia, quę erant contra legem communem cęremonialem: licuisset ergo hoc: constat tamen, quòd non fuit factum, quia solum erant in arca manna, & virga Aaron, & duę tabulę testamenti, vt patet ad Hebrę. capi.9.

Et dimisit Samuel omnem populum singulos in domum suam. Idest dedit eis licētiam recedendi, quia iam erāt omnia expedita, quę pertinebant ad regem assumendum, & non dicitur hic, quòd Saul dimisit omnem populum, sed Samuel, quia Samuel erat hic, sicut princeps, ipse enim totum populum congregauerat, ideo ad eum pertinebat totum populum licentiare ad cūdum, Saul autem erat nouiter assumptus in principē, nihil ergo tunc imperabat saltem vsquequo comple-
I rentur omnia, quę pertinebant ad cęremonias assumptionis eius, sed Samuel qui eum instituebat, debebat iubere.

Sed, & Saul abijt in domum suam in Gabaa. Idest non solum alij populares recesserunt in domos suas, sed etiā Saul, & iuit in Gabaa, quia ibi erat domus sua a principio: non enim est sensus, quòd nunc nouiter acciperet domum in Gabaa, sed quòd prius erat ibi domus eius, & nunc etiam illuc redibat. Apparet autem, quia Saul erat de stirpe Beniamin, vt patet supra in litera. Gabaa autem erat ciuitas in stirpe Beniamin: Iosue capi.8. non enim mutauit nimis statum Saul, quāquam fuisset sumptus in regem: sic patet sequenti ca. nam postquam fuit rex, sequebatur boues venientes
K de agro: habitauit autem Saul in principio regni sui in Gabaa, vbi prius habitauerat, vt patet hic: post paucum autem tempus elegit tria millia virorum, & reliquit filium suum Ionatham in Gabaa cum mille viris: ipse autem habitauit in monte Bethel cum duobus millibus infra 13.capi. Iterum autem redijt ad habitādum in Gabaa infra capi.14.

Et abijt cum eo pars exercitus. Non intelligitur hoc de exercitu suo, quia ipse nondum acceperat exercitum, sed iuit cū eo exercitus ad honorandum ipsum, quia rex erat, & cum illa esset prima dies, qua factus est rex, paulo autem mansit cum eo aliquanta exercitus pars, paulo autem tempore post, ipse elegit tria millia virorum in exercitu: postea autem cū magnificaretur magis cōtinuo augmentabat exercitum, infra decimo quarto cap.

Nam

Nam quemcunque videbat Saul virum fortem, & aptum ad prælium sociabat eum sibi. *Quorum tetigerat Deus corda.* Dicitur hoc, quia aliqui de exercitu habebant bonum zelum, & illi acceperunt Saulem in regem, quia Deus illum elegerat: & secuti sunt eum vsque in domum suam in Gabaa: alia pars exercitus erat virorum iniquorum, & isti contempserunt Saulem, nec secuti sunt eum, sed dixerunt num saluare poterit nos iste? Dicitur autem quorũ Deus tetigerat corda ad significandum, ꝙ isti, qui mouebantur ad honorandum Saulem incitabantur bono zelo: & quia omnia, quæ bona sunt à Deo fiunt, cũ Christus dixerit, Ioan. 16. cap. Sine me nihil potestis facere, s. nullum bonum opus meritorium, oportet, ꝙ Deus tetigisset corda illorum, qui bono zelo mouebantur: tangere autem cor alicuius, nihil aliud est, nisi quòd Deus incitet eũ ad aliquod bonum, sic dicitur Apoc. cap. 2. s. Ego sto ad ostium, & pulso, & si quis aperuerit mihi, introibo & cœnabo cum eo, & ipse mecum: stare autem ad ostium nihil aliud est, nisi cõtinuè pulsare cor alicuius. *Filij vero Belial dixerunt.* Isti erant de exercitu: ista enim ratio est cõtinuata, quia supra dicebatur, quòd pars exercitus, quorum Deus tetigerat corda abijt cum Saule: ergo alia pars exercitus erat, quorum Deus non tetigerat corda, nec iuerunt cum Saule, & dicitur immediatè filij Belial: ergo oportet, quòd referatur hoc ad aliam partem exercitus.

Vocantur filij Belial, idest pessimi, & indomiti, vel sine iugo, & ita erãt isti, quia nolebãt se subijcere principi electo a Deo, & cui totus populus se subijciebat: multoties autem accipitur istud nomen in scriptura, sic patet Iudic. 19. cap. vbi dicitur de viris Gabaa, s. venerunt viri ciuitatis illius filij Belial, sic etiam supra cap. 2. dicitur, quòd filij Heli erant filij Belial nescientes Deum, nec officium sacerdotum: vocantur autẽ filij Belial, idest inobedientiæ, vel sine iugo, vt patet Iudic. 19. vbi exponitur in litera.

Num saluare nos poterit iste. Quasi dicat non poterit, & in hoc negligebant eum pronunciantes eum inhabilem ad regnandum: nam ipsi volebant regem principaliter ad hoc, quòd liberaret eos ab hostibus: & quia iste non poterat eos liberare, erat ineptus, sic patet supra cap. 8. scilicet, iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Dixerunt autem hoc, quia fortè cognouerunt, quòd iste semper fuerat rusticus, & nunquam assuetus bello, nec alicui regimini: ideo non posset conuenienter eos saluare ab hostibus. Sciendum autem ꝙ quamquam isti, qui hoc dixerunt erant de exercitu: tamen alij, qui non erant pars exercitus, hoc idem arbitrati sunt: & quamquam acceperint Saulem in regem, quia Deus illum elegerat, tamen putabant se tanquam non habentes regem: nam viri Iabes Galaad, de quibus sequen. cap. cum venissent ad eos rex Ammon dixerũt, habeto nos federatos, & seruiemus tibi: si tamen existimassent se habere regem, potentem defendere eos ab hostibus, non se subiecissent alienis.

Item patet magis, quia dicitur eodem capitu. concede nobis septem dies, vt mittamus nuncios in vniuersos terminos Israel, & si non fuerit, qui defendat nos egrediemur ad te: putabant ergo, quòd non esset aliquis, qui eos defenderet tanquam non haberẽt regem, cùm dixerunt, & si non fuerit, qui defendat nos etiam si existimassent se habere regem, non misissent ad omnes terminos Israel, sed ad regem suũ: miserunt tamen ad omnes terminos Israel.

A *Cuius erat iste exercitus, qui secutus est nunc Saulem. Et quòd in communitatibus Aristocraticis vel Democraticis milites haberentur suis stipendijs semper dispositi ad tutelam publicam. Quæst. XXVIII.*

QVAERET aliquis de isto exercitu, de quo hic dicitur cuius erat: nam tunc non erat aliquis princeps, qui haberet istum exercitum. Respondendum est, quòd quamquam ante Saulem non erant reges in Israel, tamen erant iudices, qui iubebant populum ire ad bellum, quando volebant: sic patet de Samuele, qui immediatè ante Saulem regebat populum: ipse enim cõgregauit totum populum in Masphat, & fecit eos ire in bellum contra Philisthijm supra cap. 7. & quia erat continua hostilitas inter Iudæos, & Philisthinos, oportebat quòd Israelitæ haberent aliquos continuos defensores, qui saltem defenderent terræ confinia: quia totus populus non poterat semper esse in armis. Isti autem viri, qui essent semper dispositi ad vsum armorum defendendo regionem recipiebant salarium a communitate, & isti vocantur exercitus quamquam nullius viri essent: sic patet in alijs communitatibus, qui haberent regimen aristocraticum, vel democraticum, quia quamquam ibi non sit aliquis vnus Dominus, tamen ciuitates habent magnos exercitus, quibus stipendia præbent, & imponentes eis duces faciunt pugnare illos pro vrbibus: sic igitur fuit exercitus tempore Iudicum in Israel: cum nullus esset rex, & iste conuenit ad eligendum regem. Cum vero electus fuit Saul intellexit exercitus, quòd pertinebat ad eũ ideo pars quædam exercitus secuta fuit illum: postea autem exercitus non fuit sicut prius, scilicet a communitate conductus, sed rex accipiebat sibi exercitũ, quem volebat, & soluebat de stipendijs suis, quæ ipse percipiebat ab Israel, sic patet infra cap. 13. vbi dicitur, quòd elegit Saul tria millia virorum, & infra cap. 14. dicitur quòd quemcũque videbat virum fortem associabat sibi.

Et despexerunt eum. Scilicet existimantes, quòd ille cum esset rusticus esset ineptus ad regnum: sic quoque arbitrata est maxima pars Israel: quãquam propter hoc nulli murmurauerunt, nisi pauci filij Belial, vt patet supra.

Et non attulerunt ei munera. Scilicet isti filij Belial, qui despexerunt eum. Erat enim consuetudo in omnibus alijs regnis, quòd quandocunque ordinarentur aliqui reges, populus offerebat munera magna, sic quoque quando aliqui alij assumebantur in dignitates, amici eorũ, & subditi munera offerebant. Isti autem in contumeliam non obtulerunt. Erat autem inter Israelitas ista opinio, quòd rarissimi existimabant eum esse conuenientem ad regnum: tolerabant tamen, quia Deus elegit illum: nec vnquam habitus fuisset in Israel in honore regio, nisi euenisset pugna contra Ammonitas, vt ait Iosephus sexto Antiquitatum: sic etiam patet sequenti capitulo, nam quamquam murmurauerunt aliqui contra Saulem, nemo eos increpuit: postquam tamen vicit Saul Ammonitas dixit, populus ad Saulem: quis est ille, qui dixit Saul non regnabit super nos? Date viros & interficiemus eos.

Ille vero dissimulabat se audire. Scilicet, Saul audiuit quomodo viri Belial dixerant, num saluare poterit nos iste? tamen fingebat se non audire, ne videretur impotens ad vindicandum iniuriam, si non vindicaret eam immediatè. Intelligebat tamen, quia vir sensatus erat, nec tamen reseruauit eis vindictã: quia quamquam populus postea dixerit, Date viros, & interficiemus eos, Saul nõ consensit dicens, non oc-

An Saul remiserit iniuriam eorum qui despexerant eum.

cidetur quisquam in die hac: quia Dominus fecit hodie salutem in Israel. Non tamen patet ex verbis illis, quòd totaliter remiserit iniuriam, sed potius videtur, quòd reliquerit eam vindicandam in alio tempore: quia dixit, non occidetur quisquam in die hac, & non dixit absolutè, non occidetur quisquam. Item videtur quòd egerit potissime ad solennitatem illius diei, & non animo remittendi iniuriam penitus, vt patet, quia dicitur ibi, quia hodie fecit Dominus salutem in Israel, quasi dicat, non est iustum, vt in illa die Israelitæ occidantur, in qua Deus saluauit Israelem.

CAP. XI.

Et factum est quasi post mensem, ascendit Naas Ammonites: & pugnare cœpit aduersum Iabes Galaad. Dixeruntque omnes viri Iabes ad Naas: Habeto nos fæderatos, & seruiemus tibi.

ASCENDIT *autem*. Descripta in superioribus Saulis electione, hic agitur de eius confirmatione siue innouatione: sic enim dixit Samuel: venite, & eamus in Galgalam, & innouemus ibi regem: habuit autem occasionem ista innouatio a bello, quod egit Saul contra Ammonitas, nam ante hoc non habebatur in aliquo honore, tunc autem incępit honorari, & ob hoc agitur hic de bello contra Madianitas, & diuiditur in tres partes, quia primo ponitur hostiũ incursio, secundo eorum debellatio, tertio regis cõfirmatio. Secunda ibi. *Venerunt ergo*. Tertia ibi. *Et ait populus*.

De ordine sequentium ad præcedentia. *Quæst.* I.

CIRCA primum aliquis quæret de ordine huius ad precedentia an sit rectus, vel sit recapitulatio, vel anticipatio.

Respondendum, quòd ordo est conueniens, quia hic agitur de bello, quod habuit Saul cõtra hostes postquam factus est rex: supra autem dicebatur de constitutione eius in regem: prius autem constitutus est rex, quàm pugnaret: ergo non est recapitulatio.

Item non est anticipatio respectu aliquorum, quæ infra sequuntur: quia in principio regni Saulis factũ est hoc: quod patet, quia post istud bellum fuit regnum innouatum, tanquam nouiter sumeretur in regem: si tamen transisset aliquantum tempus, non fuisset facta innouatio, ergo non est anticipatio respectu subsequentium.

Aliud autem dubium est an ea, quæ habentur hic fuerint facto pauco, vel multo tempore post præcedentia. Dicendum autem quòd non potest constare quantum tempus fuerit: satis tamẽ apparet quòd fuit paucum, & sic ponitur hic tanquam cõtinuatum ad precedentia, vnde in quibusdam Biblijs dicitur hic, & factum est, quasi post mensem, scilicet, quòd vnus transierit mensis a constitutione Saulis in regem vsque ad bellum Ammonitarum non est tamẽ de textu: quomodocunque tamen sit paucum tempus transijt, cum ibi facta fuerit innouatio finito hoc bello, quæ non fuisset si multi dies transiuissent.

Ascendit autem Naas Ammonites. Iste Naas erat rex Ammonitarum: sciendum autem quòd non solum

F nunc ascendit contra Israelitas, sed etiam aliquanto tempore ante hoc ascenderat: & ille fuit occasio, vt Israelitæ peterent regem, vt patet sequen. cap. scilicet, Videntes autem quòd Naas rex filiorum Ammon venisset aduersum vos, dixistis mihi nequaquam, sed sed rex imperabit nobis. Iterum autem ascendebat contra Israelitas, quia erat hostis eorum propinquus illis.

Quare Ammon pugnauit contra Israelitas. *Quæst.* II.

QVAERET aliquis quare rex Ammon pugnabat contra Israelitas. Nicolaus respondet, ꝙ
G pugnabat repetendo istam terram: assumit enim hoc ex eo quod habetur Iudic. cap. 11. vbi rex Ammon faciebat bella contra Israel petendo terram, quam habebant Israelitæ, quæ pertinuerat olim ad regnum suum: & verum est quòd magna pars terræ Israel pertinuerat ad Ammonitas: ipsi tamen non ceperunt illam de manu eorum, nec pugnauerunt contra eos, sed ceperunt de manu regis Sehon, & Og, qui quõdam acceperãt de manu Moabitarum, & Ammonitarum terram illam, vt patet Num. cap. 21. ideo Iephte Galadites, qui tunc erat Iudex nolens reddere terram defendens se iure multiplici pugnauit contra Ammon Iudic. cap. 11. Nunc autem dicit, quòd cõfortato regno Ammonitarum rex iste Naas voluit repetere terram: ideo pugnabat
H contra Israelitas.

Sed magis dicendum est, quòd rex Ammon pugnabat ad delendum Israel quam ad recuperandum terram. Alioquin acceptasset conditionem, quam offerebant ei viri Iabes. Dixerunt enim habeto nos fęderatos, & seruiemus tibi, ipse autẽ noluit, sed dixit in hoc feriam vobiscum fędus, vt eruam omnium vestrum oculos dextros, ponamque vos opprobriũ in vniuerso Israel. Sed videtur quòd volebat habere iactantiam, quòd destrueret Israelitas, & redderet eos opprobriosos, alioquin, vel occideret eos tanquã hostes, vel reciperet in seruitutem sub tributo: non tamen hoc videbatur velle cum peteret eorum oculos dextros, sic enim tenet Iosephus 6. Antiquitatũ,
I scilicet Naas rex Ammon super Galadinos abijt, castraque ponens circa ciuitatem Iabes, legatos ad eos misit, quatenus ei se traderent, vt oculos dextros eorũ rum auferret, quod si nollent per obsessionem eorũ ciuitatem se interminabatur euertere: electionem vero in ipsis esse, vtrum vellẽt partem corporis amittere, an certè vniuersi perire. Non ergo petebat rex Ammon terram, quæ olim sua fuerat: sed pugnabat contra Israelitas tanquam despiciens eos.

Et pugnare cœpit aduersus Iabes Galaad. Contra istam ciuitatem pugnauit, quoniam erat propinqua terræ suæ: est enim coniuncta terra Galaad ex latere meridiano Moabitis: ab Aquilone autem tendit ad confinia Ammonitarum: vnde multæ vrbes terræ Galaad olim pertinuerunt ad Ammonitas: cessauit tamen
K principatus eorum regnante Sehon rege, & Og. De his patet Iosue 13. & ibi declaratum est. Vocatur autem ista ciuitas Iabes Galaad, quia nomen eius est Iabes: nomen autem prouincię est Galaad: viri huius vrbis fuerunt illi, qui introierũt in terrã Philisthijm per noctem, & acceperunt corpus Saulis & cadauera filiorum eius de muro Bersan; veneruntque Iabes, & combusserunt ea ibi, & tulerunt ossa eorum, & sepelierũt ea in nemore Iabes infra 31. c. *Dixeruntque omnes viri Iabes ad Naas*. Scilicet deliberato consilio, quã cõditionẽ eligerent de illis, quas posuerat Naas rex Ammon: Nã vt vult Iosephus proponebat eis, ꝙ si traderent

rent se sine bello, erueret oculos eorum dextros, & permitteret eos liberos, vel si pugnarent, quòd euerteret ciuitatem eorum, & occideret omnes: eis autẽ vtraque conditio dura visa est, ideo neutrum acceperunt, sed voluerũt aliquid medium, scilicet q͏ acciperet eos fœderatos sub tributo: hoc autem responderunt omnes viri Iabes, quia intellexerunt quòd aliter non erat eis salus, cum neminem scirent posse defendere eos: existimabant enim Saulem tanquam non esset rex: & dicitur hic, quòd omnes viri ista locuti sunt, infra autem dicitur, quòd locuti sunt seniores, sed intelligendum quòd ista, quę pertinebant ad magna consilia, relinquebantur senioribus, qui propter ætatem erant experti, & id quod ipsi faciebant dicebantur facere omnes viri Iabes, quia agebant ex concessione omnium.

Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi. In hoc patet id quod supra dicebatur, scilicet, quòd Naas rex Ammon non repetebat terram, vt haberet eam in dominio suo, sed volebat facere Israelitas opprobriosos, alioquin ipse consensisset, quia si curaret accipere terram, datis oculis dextris, excluderet ab vrbe, vel acciperet sub tributo seruientes: quia quocũque istorum modorum consequebatur, quod volebat: neutrum tamen acceptauit, vt patet immediatè.

Quare Israelitæ non petierunt Saulem, vt ascenderet contra Ammon, cum ad hoc esset rex postulatus a Iudæis.
Quæst. III.

QVAERET aliquis cum Israelitæ petierint regẽ propter Naas regem filiorum Ammon, vt patet sequẽti cap. scilicet, videntes quòd Naas rex filiorum Ammõ venisset aduersum vos, dixistis mihi nequaquam, sed rex imperabit nobis, quare nunc non petebant, vt rex suus ascenderet contra regem Ammon liberans eos.

Respondendum est, quòd causa principalis, propter quam Israelitæ petierunt regem, erat vt pugnaret pro eis, sic patet supra cap. 8. scilicet, Iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos & pugnabit bella nostra pro nobis: quando tamen assumptus fuit Saul in regem existimauerunt eum virum rusticum, & ineptum ad bella: ideo non curabant de eo, tanquã si non haberent regem. Putabant enim frustra esse petere ab eo auxilium: & ita viri Iabes non miserunt immediate ad regem suum, sed dixerunt, quòd mitterent nuncios in vniuersos terminos Israel ad sciendum an aliquis esset, qui defenderet eos, & sic fecerunt, quoniam miserunt per totam terram Israel, vt si forte aliqui de contribulibus suis vellent eos adiuuare, nec miserunt ad regem, sed casu venerunt nuncij eorum in vrbem Saulis, sicut ibant ad omnes alias vrbes: & tunc clamauit tota ciuitas, & Saul veniens de agro audiuit vlulatũ: ad eum tamen non venerunt nuncij: erat autem causa huius, quia tunc magis videbatur rusticus, quàm rex, quia sequebatur boues venientes de agro, & vacabat agriculturæ, tunc tamẽ facto in se spiritu Domini liberauit viros Iabes: si autẽ credidissent Israelitæ, quòd rex suus erat vir aptus ad bellum, non desperassent mittẽtes per omnes terminos Israel nuncios, & ad eum nequaquam, sed petiuissent, vt ascenderet ad liberandum illos.

In hoc feriam vobiscum fœdus. Idest cum hac conditione potero vobiscum facere pactum. Accipitur autem iste modus loquendi, quia inter antiquos, quando fiebant pacta, occidebantur aliqua animalia: & illi qui componebant pactum transibant inter diuisiones significantes, quòd ille, qui transgrederetur pactum diuideretur, sicut illa animalia. Nec solum hoc fiebat, quando homines inter se componebant, sed etiam quando componebant cum Deo aliquid: vnde si populus promitteret obseruare aliquam legem, faciebat similes diuisiones, & transibat omnis populus per medium illarum, sic patet fuisse factum tempore Sedechiæ regis Ierem. cap. 34. scilicet, Dabo viros, qui præuaricantur fędus meum, & non obseruauerũt verba fęderis mei, quibus assensi sunt in conspectu meo: vitulum, quem conciderunt in duas partes, & transierũt inter diuisiones eius principes Iuda, & principes Ierusalem, eunuchi, & sacerdotes, & omnis populus terrę, qui transierunt inter diuisionem vituli: & dabo eos in manu inimicorum suorum.

Vt eruam omnium virorum oculos dextros. Scilicet omnium virorum Iabes, solum intelligebatur de his viris, nam eruere oculos fęminarum nihil proficiebat ad intentionem suam: hoc autem faciebat rex Ammon propter duo. Primò propter opprobrium, quia erat magnum opprobrium carere oculo dextro, & sic ipse dixit, ponamque vos opprobrium in vniuerso Israel. Secundum erat, vt faceret Israelitas inutiles ad bellum: viri enim in bello partem sinistram faciei scuto tegunt: dextro autem oculo hostes aspiciunt, quòd si dextro oculo careant, oportet totam faciem discoopertam habere, nec aliquid scuto tegetur: hoc autem modo facile est omnes mori, ideo carentes oculo dextro ad bella inepti sunt. Hoc autem faciebat rex Ammon omnibus alijs quos bello aut pace accipiebat, sic ait Iosephus sexto Antiquitatum scilicet rex Ammon sapientia atque tractatu sic infirmos reddebat ne rursum iugum potuissent euadere seruitutis, nam etiam eis, qui ad eum, aut fide data venissent, aut quos lege bellica cepisse dextros oculos euellebat, quod ideo faciebat, vt sinistram partem vultus sui scuto celãtes ad bellum inutiles redderet.

Quare Ammon volebat eruere oculos dextros Iudęorũ.

Cap. 6.

Ponamque vos opprobrium in vniuerso Israel. Idest cum eruero oculos vestros, eritis opprobrium in tota regione vestra, scilicet, quòd nulli homines erunt sic in toto Israel deturpati, in quo videbatur Naas rex Ammon inducere eos ad bellandum propter duram cõditionem, quam eis opponebat, sed si pugnarent volebat eos penitus delere, ideo erant angustiæ magnæ Israelitis.

Et dixerunt ad eum seniores Iabes. Noluerunt enim aliquam de duabus acceptare conditionem, scilicet, nec pati erui oculos, nec in hostem congredi, quia se inferiores credebant, sed petiuerunt inducias aliquorum dierum, & dicitur hic quòd seniores Iabes dixerunt, scilicet, quia illis commissum erat a toto populo, quòd deliberarent, & responderent, vnde eis respondentibus dicebantur respondere omnes viri Iabes.

Concede nobis septem dies. Istos septem petiuerunt, quia si fortè magnum tempus peterent, hostis non permitteret, si autem minus credebant non posse venire breuius eis auxilium contribulium, post septem autem dies siquis vellet de Israel eis auxiliari venire posset, ideo visum est sufficiens tempus: rex autem Ammon libenter concessit. Erat enim rex stultus, nam si voluisset immediate inuadere viri Iabes resistere non potuissent, sed paterentur quodcunque vellet rex: sic enim dixerunt, scilicet, & si non fuerit qui nos defendat egrediemur ad te. Contempsit tamen rex Ammon vires Israelitarum credens, quòd nullus in toto Israel posset illis prębere auxilium, ideo post dies illos haberet intentum. *Vt mittamus nuncios in vniuersos terminos Israel.* Significauerunt enim viri Iabes veritatem rei, quam facere intẽdebant, scilicet quòd volebant petere auxilium ab omnibus contribulibus

libus suis: nec celauerunt hoc, vt darent aliquam causam, quare peterent inducias: etiam quia putauerunt, quòd rex Ammon, cùm esset superbus contemneret eorum auxilia: ideo concederet, quòd congregarent vndecumque vellent. *Et si non fuerit, qui defendat nos egrediemur ad te.* In hoc dabant Iabeseni aliquam securitatem regi Ammon, scilicet, quòd ipsi non possent se defendere, ideo si nemo ad eorum veniret auxilium egrederentur ad eum, idest ad hoc quòd facerent, vel paterentur, quod dixerat rex, scilicet, quòd eruerentur oculi dextri. & potest intelligi egrediemur ad vos, idest egrediemur ad pugnandum, sed iste sensus non est conueniens, quoniã si Iabeseni haberent auxilium erant pugnaturi contra Naas regem, quoniam ad hoc auxilium petebant, Si autem non haberent, dicebãt quòd egrederentur ad ipsum: ergo non intelligitur ad pugnandum, quia tunc non est ista bona diuisio, cùm vtrumque membrum in idem redeat, sed intelligendum quòd egrederentur ad tradendum se regi Ammon: sic ait Iosephus 6. Antiquitatum, scilicet, Galadini verò mœrentes in talibus neutrũ horum promittere præsumpserunt nec semetipsos tradere repugnare: septem verò dierum inducias poposcerunt, vt ad contribules legationem mittentes solatium ab eis expeterent, vt si quidem auxilium eis veniret pugnarent, si verò huius rei foret inopia, tradere se dixerunt passuri quodcunque placeret hosti. Significabant autem in hoc Iabeseni, quòd non habebant regem: quod aliquis fortè dicet factum fuisse, vt occultarẽt vires suas hosti: quoniam si intellexisset rex Ammon, quòd Israelitæ habebant regem non concessisset eis inducias, ne forte ille in magna potestate veniens defenderet eos: cum autem putaret esse populum multũ sine pastore, non curaret an congregarẽtur, vel non: quia putabat eos non posse congregari: & si congregarentur, essent inutiles, tanquam non habentes Dominum, cui deberent obedire. Sed magis videtur ꝙ dixerint hoc desperantes de rege suo, tãquam regem nullum haberent: sic enim fecerunt quoniam miserunt nuncios in terminos Israel, & non ad regem. Nec valet si dicas, quòd venerunt ad vrbem Gabaa, in qua erat rex, quoniam non solum ad eam venerũt, sed etiam ad omnes alias vrbes Israelitarum. Hic tamen scriptura non expressit de illis, quia non pertinent ad substantiam narrationis: cum solum intẽdat hic describere bellum Saulis contra Ammonitas, ideo solum narratur occasio eius, scilicet, quomodo venerint nuncij Iabes, & planxerit vrbs Gabaa: si tamen ad regem nuncij isti venissent primum ei literas detulissent, vel retulissent verba Iabesanorum: priusquam narrarent cæteris, vt vlularent vrbes. Fuit tamẽ Saul motus audiens planctum vrbis nullo alio nunciato: ergo non fuit directa ad eum legatio tãquam ad regem, sed missa est per omnes terminos Israel tanquam non haberent ducem.

Iabeseni non cogitabant in auxilio regis.

Venerunt ergo nuncij in Gabaa Saul. Idest ad vrbem Gabaa, in qua habitabat Saul: erat enim ista vrbs in tribu Beniamin, & pater Saulis atque omnes cognati habitauerant ibi, & ipse postquam fuit rex habitauit ibi, vt patet præcedenti capitulo, scilicet, Saul abijt in domum suam in Gabaa.

Et locuti sunt verba audiente populo. Scilicet non veniebant isti nuncij ad regem directè: alioquin non nunciassent vrbi priusquam nunciarent regi: nunciauerunt tamen coram toto populo tãquam venientes ad quærendum auxilium, & indicandum malum suum omnibus Israelitis, siquis fortè auxiliaretur, & in hoc incipit secundum, scilicet hostium debellatio.

Et leuauit omnis populus vocem suam & fleuit. Erat iste

F fletus magnus, quia erat publica, & alta voce, ita vt introeuntes vrbem mirarentur: vnde Saul veniens de agro miratus est, & ait quid habet populus, quòd plorat: sic enim factum est quando venit vir de Beniamin in Silo capta arca a Philisthinis: nunciauit enim vrbi, & vlulauit omnis ciuitas, supra cap. 4.

Et ecce Saul veniebat mane sequens boues de agro. Nicolaus dicit quòd non est intelligendum quòd postquã Saul sumptus est in regem publicè ageret officium bubulci, sed veniebat de agro vbi fuerat causa spaciandi vel se exercitandi in arte sagittaria, vel huiusmodi, & inde reuertebatur hora, qua solent boues ad domum reduci.

An Saul postquam factus est rex exercuerit se agriculturam.

G Sed hoc non stat, quoniam iste modus loquendi est multum alienus, scilicet veniebat sequens boues de agro: nam diceretur alias veniebat tempore boũ de agro. Item non stat, sed necesse est, quòd dicamus, quòd ipse portabat coram se boues aliquos, & non solum hoc, sed etiam veniebat de arando: quod patet, quia portabat duos boues: dicitur enim infra, quòd cum audisset verba hæc, iratus est furor eius, & assumens vtrumque bouem concidit in frusta: ergo ante se portabat boues, quia aliàs non potuisset eos concidere, & nõ veniebat tempore, quo veniunt boues de agro: etiam non veniebat de custodiendo boues, sed de arando: quia dicitur, concidit vtrumque bouem, scilicet, quòd non habebat, nisi duos boues coram se, & illos diuisit in frusta: hoc tenet Iosephus 6. Antiquitatum dicens: flebant enim omnes calamitatem: Saul autem ab opere agri reuersus in oppidum inuenit flentes proprios ciues. *Cap. 6.*

H

Quare Saul postquam factus est rex, exercebat per se agriculturam. Et an peccaret. Quæst. IIII.

QVAERET aliquis quare Saul, cum esset sumptus in regẽ, vacabat per seipsum operi agriculturæ. Respondendum est, quòd Saul erat vir nimis humilis, vt patet infra cap. 15. scilicet, cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es: vnxitque Dominus regem super Israel: nunc autem postquam in regem sumptus est, illam eandem humilitatem seruauit aliquanto tempore, dum bonus fuit: sicut ergo prius vacabat agri-
I culturæ, ita & nunc vacare voluit: hoc tamen non fuit semper, sed solum in principio regni sui, cum nondum vacauisset alicui operi bellico, nec essent aliqua negocia regni, quæ tractaret: facto autem isto bello contra Ammonitas non vacauit vlterius rustico labori, sed erat semper in armorum exercitatione: nam elegit immediate tria millia virorum, & posuit mille in Gabaa cum filio suo Ionatha contra stationem Philisthinorum, quæ ibi erat: ipse verò cum duobus millibus stabat in Bethel & Machmas, vt patet infra cap. 13. Et sicut a principio totus erat rusticus, ita postea totus fuit bellicus: forte autem in principio regni sui hoc faciebat, quia Israelitæ nondum
K fauebant ei tanquam regi suo, sed multi eorum despexerunt ipsum, & dixerunt nõ regnabit super nos, vt patet infra in litera: ideo dum erat rex dubius, nolebat priorem mutare statum: cum verò innouatum est regnum & fuit rex stabilis, non vacauit agriculturæ.

An Saul peccauit vacando per se agricultura. Quæst. V.

QVAERET aliquis, an Saul peccaret cùm esset rex vacando per seipsum operi agriculturæ assiduè, sicut rusticus.

Respon-

Respondebit aliquis, quòd non peccauit, quia arare, vel quæcunque opera agriculturæ facere non sunt per se mala, sed magis è contrario bona sunt, ideo nemo propter illa peccat, quin potius vocantur ista opera honorabilia, vt patet Eccle. 36. & 38. cap. quin potius videtur, quòd Saul nimis mereretur faciendo hoc, quia qui se humiliat exaltabitur, & è contrario q se exaltat humiliabitur, Luce 14. cap. quanto ergo fuit humilitas maior, tanto videbitur actus maioris virtutis, sic autē est, quòd rex humiliaret se ad opera agriculturę: ergo fuit imputabile nimis ad virtutem Sauli, quòd ipse vacaret agriculturę cum esset rex.

In contrarium videtur, quoniam sicut aliquis excedit circa actum virtutum moralium, quę habent superabundantiam, & defectum, ita circa humilitatem potest aliquis nimis se humiliando peccare, quia forte humiliat se magis, quam ratio expetit & ei, cui non se debet humiliare, quòd igitur rex, qui est in maxima excellētia humiliaret se ad opera nimis seruilia, videbatur humilitas supra modum, ideo peccaret rex ista faciendo.

Prælati vt auctoritatem eius [illegible]

Item quandocunque aliquis auctoritatem, quā requirit status suus propter opera sua perdit, nimis culpabilis est, vt si quis sit episcopus, requiritur in eo auctoritas ad corrigendum scelera, s. nō solum potestas, sed etiam quędam personę dignitas, & grauitas morum, propter quam subditi reuereantur, & caueāt scelera, si quis autem ex ipso statu episcopali dignitatem quandam accipiat quam propter vitę prauitatem perdat, peccat non solum, quia mala egit, sed etiam quia mala agendo auctoritatem, quam requirebat status ille perdidit, & hęc grauis iniquitas est, quia si quis de prælatis propter opera sua reddat se contemptibilem omnibus subditis mala patrandi audaciam subministrat, quod grauissimum est: tales enim peccant, quia istā dignitatem indignam reddunt, & sine honore: sic. n. Deus increpat istos, qui cū sint peccatores prędicant, & euangelij auctoritatem diminuunt, sic patet Psal. 49. Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamētum meū per os tuū? Constat tamē quòd iste nullum alium malum facit, nisi quia tollit aliquā dignitatem verbi Dei, cùm ipse malus sit: ergo ille, qui existens in dignitate adimit sibi auctoritatem, peccat: sic autē videbatur de Saule: nam ad dignitatem regiam, vt ab omnibus timeatur, & possit vitia corrigere pertinet excellentia quædam, sed Saul deprimebat se ad opera nimis seruilia, scilicet, vt ipsemet araret, ex quo sequitur q contemneretur, & nō proficeret in dignitate regali, ideo peccaret faciendo hoc.

Prædicatores malę vitæ peccāt prædicādo.

Respondendum est, quòd Saul nō peccauit: nam hoc tēpore dirigebatur à Samuele, qui videtur quòd tunc erat ei præsens, cùm ipse dixerit quando venit de agro, qui nō secutus fuerit Saulem, & Samuelem sic fiet bobus eius, vt patet in litera: Samuel tamen non permisisset Saulem illud agere si malum esset, ergo non peccabat arando. Item Samuel increpuit Saulem de peccatis suis semper quousque recessit ab eo, vt patet infra cap. 13. s. Dixitque Samuel ad Saul; stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel vsque in sempiternum. Et hoc fuit, quia ante aduentum eius sacrificium fecit. Iterum autem increpuit eum, quia nō occidit Agag regem Amalech, & dixit pro eo ergo quòd abiecisti sermonem Domini abiecit te Deus, ne sis rex infra cap. 15. & tunc recessit ab eo: nunquam tamen increpuit eum, quòd vacauisset agriculturæ in principio regni, ergo non erat peccatum. Item & fortius si peccatum fuisset in Saule vacare agriculturæ quādo ve-

A nit de agro esset in peccato: & tamen dicitur, quòd tunc insilijt in eum spiritus Domini, ergo non erat in peccato: & consequenter licitum erat ei arare. Nec valet si quis dicat, quòd spiritus Domini aliquando insilijt in malos: sicut patet de Balaam, qui valde nequam erat, & volens repugnare Deo maledicendo Israelitis, cùm ipse iuberet benedicere, incidit tamen in eum spiritus Domini, sic patet Num. cap. 24. scilicet, & irruente in se spiritu Dei, assumpta parabola ait &c. Nam spiritus prophetiæ benè consentit secū iniquitatem: spiritus tamen virtutis non consentit secum vitium: hic autem erat huiusmodi, scilicet, spiritus, qui est fortitudo, & illa est donum, vel virtus: ponitur enim inter septem dona spiritus sancti Isai. cap. 11. spiritus sanctus tamen fugit omnem hominē

B peccatorem: Sapientiæ cap. 1. ergo Saul non erat in peccato.

Pro hoc autem cōsiderandum est, quòd cum Saul vacaret operi rustico, aut hoc faciebat ex cupiditate, scilicet, vt magis ex hoc locupletaretur, vel propter humilitatem, & delectationem exercitij, & similes causas. Si primo modo quamquam non esset peccatum in alijs personis priuatis vacare agriculturæ propter diuitias: erat tamen in Saule, quia ipse erat rex, & habebat vnde locupletaretur: ergo quærere officia seruilia, quæ indignificabant eum, vt ditior fieret, vituperabile nimis erat. Si autem fieret secundo modo, dicēdum quòd aut propter agriculturam cessabat Saul ab expeditione aliquorum negociorum

C regni, aut non: si cessabat, peccatum erat agriculturæ vacare, cùm teneretur ipse agere ea, quę propter agriculturam omittebat: si autem nihil omitteret: Dicendum, quòd in Saule peccatum non erat, quia ipse non diminuebat auctoritatem suam arando, & hoc propter duo.

Primo, quia ipse nō habebatur firmiter adhuc pro rege, & multi de Israelitis dixerant non regnabit super nos. Vnde ipse non se gerebat penitus pro rege, cum esset ei status suus dubius, & quia status suus prior erat rusticus, nunc quoque vacabat agriculturæ quousque status suus in altero firmaretur: huius autem signum est, quia postquam fuit regnum suum confirmatum, nunquam legitur vacauisse agriculturæ.

Saul non diminuit suam auctoritatē arando.

D Secundo non peccauit, quia ante Saulem non fuerant reges in Israel, ideo quanta deberet esse regalis excellentia, nondum constabat, ideo licet ipse vacaret operi rustico, non diminuebat regalem auctoritatem, quia ante hoc reges auctoritatem nullam habebant, cùm nulli fuissent: si autem precessissent aliqui reges, qui fuissent in magno honore, sicut Dauid, & Salomon, & Saul esset post eos, & vacaret agriculturæ, esset reprehensibilis, quia dignitatem regiam minuebat: nunc autem nullam minuere poterat, cū nulla adhuc fuisset.

Sed dicetur quòd dato, quòd non minueret auctoritatem regalem, minuebat tamen auctoritatem

E aliorum principum, qui fuerunt in Israel, nam saltem debuisset habere excellentiam, sicut illi.

Respondendum est quòd iudices, qui fuerunt ante reges paucam potestatem habuerunt in populo, ideo status eorum erat paruus, sicut aliarum personarum priuatarum. Nam ipsi vacabāt agriculturæ sic fuit de Samgar iudice in Israel, qui percussit sexcentos viros de Philisthijm vomere: ex quo patet, quòd vacabat agriculturæ. De hoc Iudic. cap. 4. Saul igitur quamquam iret ad opera rustica, non minuebat auctoritatem principatus sui, ideo non peccabat.

Cùm verò arguebatur, quòd peccauit, quia dedit occasionem Israelitis quòd contemnerent eum.

Ad argumenta in opposit.

Dicendum est quòd non dedit, vt patet ex dictis, quia alij principes qui eum præcesserant sic faciebant.

Cum autem dicitur ꝙ humiliabat se supra modũ, scilicet, vt rex vacaret agriculturæ. Dicendum quòd si ante ipsum fuissent reges habentes magnam excellentiam, ipse autem humiliaret se ad opera rustica, minuebat auctoritatem regiam, quia tamẽ ante eum nulla fuerat auctoritas regum, sed nunc incipiebat, & tanta illa esset, quantam eam facerent reges, ipse qui primus erat non peccabat nõ ponendo statum regalem in magna auctoritate; potissimè autem videbaẽ facere hic Saul id quod pertinebat ad virum prudentem: ipse enim priusquam sumeretur in regem, erat rusticus; nolebat autẽ quòd principatus honoraret eum, sed ipse honoraret principatum: quousque ergo ipse faceret aliquid dignum honore, nolebat se in honorabili statu ponere: cùm verò pugnauit contra Ammonitas, & fecit ibi aliquid laude dignum incepit esse honorabilis: vnde immediatè elegit sibi tria millia virorum tanquam rex: & nunquam amplius arauit, vt patet infra 13. cap.

Et ait quid habet populus quòd plorat. In hoc mõstrauit se Saul regem: quoniã quæsiuit quid esset illud, quod in populo fiebat tanquam ad illum pertineret: credebat enim, quòd accidissent aliquæ subitæ vulnerationes & rixæ, & ex illo esset planctus populi: ad eum autem pertinebat tumultum sedare & punire excessus delinquentium.

Et narrauerunt ei verba virorum Iabes. Scilicet nuncij Iabeseni locuti sunt coram toto populo, & fleuerunt omnes. Nunc vero Saul inquisiuit ab aliquo de popularibus, & ille retulit quæ dixerant viri Iabes. H

Et insilijt spiritus Domini in Saul, cùm audisset verba hæc, Scilicet, Erant ista verba magni doloris, & in talibus subuenire pertinebat ad eum, quia rex erat: concepit autem in corde virilem fortitudinem, vt expugnaret hostes: Deus autem immisit ei robur, vt auderet magna qualia ante nunquam egerat, & iste fuit spiritus Domini: dicitur autem insilijsse in Saulem, quia ante hoc non erat in eo, sed subito venit: etiam non mansit semper in illo, sed aliquando veniebat & aliquando recedebat: postquam autem peccauit Saul pro Amalecitis, recessit ab eo spiritus Domini nunquam rediturus, vt patet infra 16. cap. s. Spiritus autem Domini recesserat a Saul, & exagitabat eum spiritus nequam a Domino. I

Quis spiritus Dei fuerit iste, qui insiluit in Saulem, Quæst. VI.

QVAERET aliquis quis spiritus Dei fuerit iste, qui insilijt in Saul, & quomodo insilijt. Respondendum est quòd spiritus Domini est multiplex: omnis enim influxus, quem Deus facit in animam alicuius siue sit super intellectum siue super voluntatem, vocatur spiritus; & quot sunt modi perfectionum, quas Deus influit intellectui alicuius, vel voluntati, tot sunt spiritus. Aliquãdo enim vocatur spiritus Domini spiritus sciẽtiæ datæ a Deo; K sic habetur Sap. cap. 1. s. Sanctus enim spiritus disciplinæ effugiet fictum, & effugiet a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Aliquando autem accipitur pro spiritu prophetiæ: sic patet Nu. 24. cap. s. & irruente in se spiritu Domini, ait. & infra 4. lib. c. 3. dicitur facta est super eũ manus Domini, idest spiritus eius. & eo. lib. c. 2. dicitur oro, vt fiat spiritus tuus duplex in me: & vocatur spiritus, scilicet spiritus ꝓphetiæ. Aliquando autem accipitur spiritus Dei pro gratia prædicãdi, & virtute curandi morbos Isai. c. 60. s. Spiritus Domini super me &c. Aliquando autem multæ virtutes tã

Spiritus Domini multipliciter accipitur.

F intellectus, quàm voluntatis vocantur spiritus: sic patet Isai. c. 11. vbi omnia septem dona Spiritus sancti vocantur spiritus Dei. Nunc autem manet dubium de quo spiritu intelligatur: & dicendum est ꝙ in eodem viro Deus mittebat interdum multiplices spiritus, vt patet de ipso Saule: nam supra venit in eum Spiritus Domini ad prophetandum, & iste spiritus pertinebat ad intellectum, vt patet præcedenti cap. scilicet insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alterum; hic autem non potest accipi spiritus Domini pro spiritu prophetico, quoniam ad bellum nõ erat necessarius spiritus propheticus, sed fortitudo: misit autem Deus illi hãc fortitudinem: nam Saul ante hoc fuerat semper vir G priuatus, qui nunquam egerat aliquid magnum; nũc verò quòd auderet contra magnum regem Ammonitarum despicientem omnes Israelitas, pugnare supra vires suas erat. Cùm autem virtus humana deficit, virtus diuina habet locum, ideo Deus videns Saulem timentem, infudit ei fortitudinem, vt audacter pugnaret contra Ammonitas: ista autem fortitudo vocatur spiritus Domini, sic patet Isai. cap. 11. s. & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapiẽtiæ, & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis. Sciendum tamen ꝙ quamquã spiritus fortitudinis fuit principaliter ille, quẽ Deus hic infudit Sauli: tamen alium spiritum infudit præter hunc, qui pertineret ad intellectum: nam Saul indigebat fortitudine ad hoc ꝙ auderet pugnare cõtra H Ammon: indigebat etiam prudentia quadam, vel arte, vt sciret quomodo pugnandum esset, s. quo tempore, vel qualiter disponeretur exercitus: Saul autẽ erat ante hoc bellorum inexpertus, & nunc prudenter nimis distinxit exercitum: & tali tempore aggressus est, quo faciliter omnes hostes percusserit, atque fugauerit, vt patet infra: ideo data est ei prudentia vel ars: & ista etiam fuit spiritus Domini: vnde duplex spiritus fuit in eo. Interdum autem sunt plures spiritus Dei in homine, sicut dicitur Isai. cap. 11. quòd in Messia esset septuplex spiritus Dei.

Et iratus est furor eius nimis. Ista locutio est nimis impropria, quoniam furor non irascitur, sicut amor nõ amat, & doctrina non docet, sed ista sunt, quibus ali- I quis formaliter talis est; est tamen sensus, quòd iratus est furor eius, idest accensus fuit furor; fundatur enim ira super motum sanguinis: cum enim sanguis calefit ex corde feruet, & ille feruor vocatur ira: tunc igitur aliquis nimis irascitur, cum furor incenditur, s. sanguis, super quem fundatur furor.

Quomodo Saul potuit irasci, cum esset in eo spiritus Domini, Et quis sit rectus vsus ipsius iræ. Et quod viri perfecti & etiam Christus sæpe irascuntur, & quæ ira erat ista, & quomodo ira aliquando est meritoria. Quæst. VII.

QVAERET aliquis quomodo poterat nimis irasci, cũ esset in eo spiritus Domini, quia ira peccatum est: Deus autem non infun- K dit spiritum suum homini peccatori, vel quando est spiritus Domini in aliquo ipse non peccat, sed dicitur supra quòd Deus infudit spiritum suũ Sauli, ergo non iratus est: valde autem repugnat ira spiritui Dei, quia spiritus Dei reddit hominem tranquillum: ira autem nimis rationem perturbat, iuxta illud Catonis,

Ira impedit animum ne possit cernere verum.

Respondendum est quod Saul iratus fuit nimis, scilicet propter mala, quæ faciebant Ammonitæ, & ista ira erat appetitus vindictæ; desiderabat enim delere eos, quia nocebant Israeli; non erat autem pec-

catum

catum in ista ira quantumcunque magna foret, sed magis merebatur, nam cũ Deus impelleret Saulem ad pugnandum contra Ammon, ꝙ vellet pugnare, & delere Amonitas erat obedire Deo, in quo virtus magna est, sed non poterat velle pugnare, & delere propter mala, quæ faciebant Israelitis Ammonitæ nisi irasceretur eis, quia ira est appetitus vindictæ: ergo irascebatur, & non peccabat, quin potius, si nõ irasceretur, sed misereretur, peccaret: sic enim contigit in ipso Saule, nã misit eum Deus, vt destrueret omnes Amalecitas: ipse autem misertus est regi, & non occidit eum: vnde iratus est Deus Sauli, & abstulit regnum de domo eius, vt patet infra cap. 15. erat ergo meritum, ꝙ irasceretur. Pro quo considerandum ꝙ ira non est nomen habitus vitiosi, nec actus, sed passionis: ideo secundum seipsam non dicit aliquid malum, sicut concupiscere secundum se non est aliquid malum, sed est regulabile per virtutem: vnde Philosophus Ethico. 4. posuit iram materiam virtutis, quæ vocatur mansuetudo, in qua aliquando nimis irasci peccatum est: minus vero quàm oportet irasci peccatum est, & quãtum oportet est laudabile. ideo siqs irascatur absolutè non dicimus ꝙ peccat, quia potest irasci qualiter oportet, & bene aget: omnis enim passio quando regulata est habet actum laudabilem, vel saltem non vituperabilem. In quo sciendum, quòd ira aut præcedit ratione͂ aut subsequitur: si enim præcedat rationem, s. ꝙ irascamur, ratione non iubente, vel illa repugnante, peccatum est: si autem ratio præcedat iram, nunquam est ira vitium: & sic est quãdo ratio iudicat ꝙ dignũ est, ꝙ irascamur, & irascimur: sic autem erat in Saule, quia ipse iratus est præuenien te ratione: nam ipse erat rex Israel, & pertinebat ad eum subuenire in omnibus malis, quæ populo acciderent. Cum autem sciuit, ꝙ rex Ammon iniustè persequebatur Israelitas, iratus est: immo si non fuisset iratus non curando de iniuria, & damno, quæ inferebantur subditis suis ipse peccasset, cum ad hoc solum eligeretur in rege͂, vt patet supra cap. 8. s. Rex noster egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis: iuste ergo iratus est, nec impediebat ista ira spiritum Domini, quin potius spiritus Dei subministrauit ei iram: nam in opere bellico sic esse debet, s. quòd iudicium rationis præcedat ad dirigendum, ira autem subsequatur ad exequendum: qui autem in bello non habet spiritum furoris, nihil durum efficiet: sic enim inducit Arist. 3. Etic. allegãs Homerũ, qui ait: Virtutem immitte furori, idest pone virtutem, s. fortitudinem cum furore, idest cum ira: & hoc est quod arguit Seneca an debeamus secundum Aristo. vti ira, vt milite, & nõ vt duce, vel neutro modo. Conueniens ergo est iram esse in operatione fortitudinis, dum tamen ipsa non præcedat, & sic factũ est in Saule. In viris quoque perfectis interdum ira est, sic debet esse in prelatis ira, quæ vocatur per zelũ ad hoc ꝙ corrigant subditorum vitia: si enim ipsi nõ dolent ꝙ subditi peccauerint, & non irascuntur eis, peccant quia non corrigent. Et hoc modo Christus iratus est, & maledicebat, vt patet Matth. 11. cap. vbi maledicebat Corozain, & Bethsaidæ, quia non recipiebant predicationem illius, & miracula. Interdum quoque in opere monstrabat iram suam, sicut quando intrauit in templum, & facto flagello de funiculis eiecit omnes ementes, & vendentes de templo, & euertit cathedras vendentium columbas & mensas nummulariorum, & effudit es, Ioan. 2. Ista autem fiebant ex quadam ira, quæ vocatur ibi zelus, vnde dicitur ibidem, zelus domus tuæ comedit me, idest pp amore͂ domus tuæ ego vrebar in corde, & irascebar peccantibus. ꝙ ergo in Christo nõ erat vituperabile

Ira in Ch. semper vi. tium.

A non esset vituperabile in Saule. Cũ aũt dicebatur ꝙ ira est peccatum, & perturbat rationem, dice͂dum est quòd si ira præcedat rationem, & nullo modo sequatur regulationem illius est peccatum, si tamen ira sit per rationis arbitrium, quando ipsa iudicat non est peccatum, sed magis est instrumentum virtutis, & isto modo Saul fuit iratus, scilicet, quia ratio hoc dictabat, ideo non peccauit.

Et assumens vtrumque bouem. Scilicet solum ducebat duos boues, quãdo veniebat de opere rustico, vt vult Iosephus, vtrumque autem assumpsit, scilicet ad diuidendum. *Concidit in frusta.* Idest diuisit duos boues in partes paruulas ad hoc quòd mitteret singulas per singulas partes Israel; non enim misit eosde͂ nuncios ad oe͂s terminos Israel, quia sic morarentur mul- *Lib. 6. c. 6.*
B tis diebus in uocãdo, & in parando se ad bellum, etiã non venirent omnes simul, ideo misit nuncios multos per singulos terminos Israel, vt simul omnes vocarentur; singulis autem nuncijs dabat singulas particulas boum. *Misitque in omnes terminos Israel.* Idest misit per singulas vrbes singulos nuncios, vt omnes se pararent, & non vocantur hic termini extremitates terræ Israel vbi coniungebãtur terris aliarum gentium, sed omnes vrbes, & loca Israel vocabantur termini eius, quia erant intra terminos Israel. *Per manus nunciorum.* Non solum fuerunt isti nuncij viri, qui venerunt de Iabes Galaad, sed etiam multi alij, quos ipse misit, vt irent simul ad omnes vrbes Israel.

C *Quare Saul diuisit boues, & misit per omnes terras Israel. Quæst. VIII.*

QVAERET aliquis quare Saul diuisit hic boues, & misit per omnes terminos Israel. Rñde͂dum ꝙ hoc fiebat ad comminatione͂, nam Saul diuisit boues suos in frusta, & iussit nuncijs quòd dicerent per omnes terminos Israel quicunque non exierit, secutusque non fuerit Saul, & Samuelem, sic fiet bobus eius. Si autem Saul non diuisisset boues, non esset aliquid, per quod incuteretur timor Israelitis. Ite͂ in hoc apparebat magna ira Saulis, & conatus animi sui, quia duo boues erant ei vtiles, quòd ergo diuideret eos in frusta non fiebat incassum; magna ergo ira significabatur. Vnde ma-
D gnus timor incussus est omnibus Israelitis, sic patet immediatè, scilicet inuasit ergo timor Domini populum, & egressi sunt quasi vnus vir; misit autem partes boum per omnes terminos Israel, vt esset expressio maior ire suæ, nam quamquam dicerent nuncij, ꝙ Saul furore repletus diuiserat boues in duas partes, non crederent Israelitæ, vel non multum mouerentur, nisi viderent, fuerunt ergo portata frusta per omnes terminos Israel; sic enim Leuita ille, cuius filij Beniamin vxorem occiderant vexantes libidine, diuisit vxorem in duodecim partes, & misit per duodecim tribus Israel, quod videntes Israelitæ horruerunt facinus dicentes nunquam res talis facta est in
E Israel ex eo die, quo asce͂derũt patres nostri de Aegypto vsque in presens tempus: Iud. c. 19. & tunc vno animo congregati sunt omnes Israelitæ quasi vnus vir ad pugnandum contra patratores sceleris, Iudic. c. 20. nam nimis moti fuerunt visis partibus cadaueris; si autem non vidissent nõ tantum inhorruissent facinus, nec faciliter cõgregarentur, sic quoque Saul voluit permouere Israelitas, in quo intendit res efficaciores esse quàm verba, diuisit ergo boues in frusta, & misit ad omnes Israelitas. *Quicunque non exierit.* Scilicet paratus ad bellum de vrbe sua. *Secutusque non fuerit Saulem, & Samuelem.* Hoc dixit Saul, quia nolebat ipse solus esse dux belli, sed etiam ꝙ Samuel

esset dux: ipse enim fecerat Saulem regem, & habebat eum tanquam magistrum in omni opere: hoc autem fuit quamdiu Saul bonus fuit, postea autem egit ex arbitrio suo contra precepta Samuel: & tunc peccauit: sic etiam dixerat ei Samuel, quòd quandocũque esset in aliqua aduersitate, vel periculo magno vocaret eum, & veniret ante ipsum in Galgalam expectans ibi septem diebus, & tunc descenderet Samuel, doceretque eum quid agere oporteret, vt patet præcedenti cap. Obseruauit autem hoc aliqualiter Saul, vt patet infra cap. 13. quamquam nõ plene, quia ibi errauit immolans priusquam veniret Samuel.

Dubitatio. Sed tunc dices, quare ergo nunc cum esset Saul in periculo pugnante rege Ammon cõtra Israelitas, nõ descendit in Galgalam iuxta præceptum Samuelis?

Solutio. Dicendum quòd præcedenti c. ad hoc responsum est, sed adhuc dici potest aliter, scilicet, quòd dato ꝙ Samuel non esset tunc pręsens Sauli non poterat cõpleri id, quod dixerat Samuel, scilicet, quòd quandocunque esset in aliquo periculo descenderet in Galgalam, & expectaret ibi septem diebus: nunc tamen fieri non poterat, quoniam Iabeseni solum habebant inducias dierum septem, & prius elaberetur tempus quàm veniret Samuel, oportuit ergo quòd aliter prouideret hic Saul.

Sic fiet bobus eius. Scilicet, sicut fecit Saul bobus suis. In quo est sensus, quòd qui non exiret ad bellũ perderet bona, & quia boues erant maxima bona Israelitarum, locutus est de bobus: vel forte intellexit de omnibus alijs bonis per boues.

Quare posuit pęnã Saul boũ, & nõ mortis nõ euntibus ad bellum. Dicet aliquis quare posuit Saul talem pęnam non eunti ad bellum, & non imposuit pœnam mortis? Rabbi Salomon dicit, quòd ista erat comminatio magnæ pœnæ, quia diuitiæ illo tempore pro maiori parte erant in pecoribus: noluit autem comminari pœnam mortis, vel detruncationis membri, ne in principio regni sui a magno rigore incipere videretur.

Vel aliter dici potest quòd hoc fecit Saul, quia nõ est ausus imponere maiorem pęnam, ne fortè Israelitæ non obedirent: nam nunc erat principium regni nondum bene firmati, quoniam multi de Israelitis non plene obediebant ei: dixerunt enim Saul non regnabit super nos, vt patet infra in litera: dubitans ergo Saul an præcepta sua reciperentur, posuit paruam pęnam.

Inuasit ergo timor Domini populum. Idest totus populus incępit timere, & iste timor fuit à Deo incussus. Dicitur autem hoc, quia non erat humanum, quòd omnes Israelitæ timerent Saulem, qui nouiter in regem institutus erat: & nondum erat confirmatum regnum illius: timor tamẽ fuit incussus a Deo: ideo timuerũt nimis, quod apparet quia dicitur immediate egressi sunt quasi vir vnus, scilicet, quòd nullus recusauit egredi: sic enim timor a Deo incutitur, vt fuit in Chananæis quando filij Iacob destruxerunt vrbem Sichem: quoniam omnes vrbes vicinæ in circuitu erant paratæ, vt delerent Iacob, & domũ suam: sicut ipse dixerat filijs suis turbastis me, & odiosum fecistis Chananæis, & Pherezęis habitatoribus terræ huius: nos pauci sumus & illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea: Gen. 34. c. Deus tamen incussit timorem omnibus ciuitatibus Chananæorum, vt non auderent persequi Iacob, & domum suam: Gen. 35. cap. scilicet, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes: sic quoque Deus incussit timorem suum omnibus Chananæis antequã introirent Israelitæ, vt fugerent a facie eorum; Exo. cap. 23. s. Terrorem meum mittam in præcursum tuum & occidam omnem populum, ad quem introieris: cũctorumq;

F inimicorum tuorum coram te terga vertam.

Et egressi sunt quasi vir vnus. Scilicet timuerunt Israelitæ nimis: ideo omnes exiuerunt, sicut iusserat Saul. Non est tamen intelligendum quòd omnes exirent, ita quòd nemo maneret, quoniam valde plures exirent q̃ trecẽta triginta millia virorum, qui solum dicuntur fuisse hic: nam paulopost hoc cùm regnaret Dauid numerari fecit omnes viros bellatores, & inuenti sunt millies millia & quadringenta millia, scilicet nongenta millia de Israel, & quingenta millia de Iuda infra 2. lib. cap. 24. Sed credendum est, quòd hic de qualibet vrbe iuerunt multi viri: illi autẽ assignauerint aliquos, qui manerẽt in vrbibus ad custodiam earum, & isti quamquam non irent ad bellum, non
G incurrebant in pęnam. Dicitur autem quòd egressi sunt quasi vnus vir, i. omnes vno animo: vel quasi vnus vir, quia sicut quando vnus vir ad aliquem locum vadit totus vadit, & nihil de eo manet, ita quando congregati sunt isti Israelitæ venerunt simul, & non per partes quasi vnus vir esset, qui venit:

Et recensuit eos in Bezec. Scilicet postquàm congregati fuerunt oẽs Israelitæ numerauit eos Saul: hoc autem factum est, quoniã multitudo in bello debet ordinari per duces suos, & partes: & quia non potest fieri ista ordinatio, nisi quilibet dux sciat quot viros habet sub ducatu suo, oportuit computari multitudinem: ad hoc etiam, vt sciatur quãtum debet dari cuilibet duci de exercitu, totus exercitus debet esse cognitus: sic enim fecit Saul: nam postquam numera-
H uit exercitum diuisit in tres partes, & sic irruerunt super hostes, vt patet infra. Dicitur autẽ quòd recẽsuit in Bezec, s. in quadam ciuitate, ad quam conuenerunt omnes Israelitæ: nam Saul non expectauit eos in Gabaa vrbe sua, sed immediate egressus est cũ exercitu, quẽ habere potuit in terra propinqua: & iussit nuncijs quòd designarent certum locum, ad quem conuenirent omnes Israelitæ: ipse aũt iuit cum aliquanta parte exercitus ad locum illum expectaturus omnes Israelitas. Quis autem fuerit iste locus, vbi congregari debebant omnes, non apparęt. Iosephus aũt dicit, ꝙ iussit eos congregari ad Iordanem sequenti die: litera autem ista videtur innuere, quòd iussit cõgregari in Bezec eo quòd ibi fuit facta computatio: Quis fuerit locus congregationis.
I sed in hoc nihil refert, quia fortè ciuitas Bezec erat apud Iordanem: est autem ista ciuitas, in qua regnauit rex Adonibezec, & percusserũt ibi Israelitæ cum decem millibus virorum Iudic. cap. 1. Aliqui autem dicunt quòd Bezec non est nomen vrbis, sed est nomen commune signans testam, & est sensus quòd recensuit Israelitas in Bezec, ideſt in testis, vel cum testis, scilicet, quòd quia erant Israelitæ multi, non numerauit eos per capita, sed fecit quòd quilibet assumeret vnam testam, vel lapillum, & proijcerent in cumulo. postea aũt computatis illis inuẽta sunt 330. millia virorum: sic enim cõputauit Darius exercitũ suum, qñ venit ꝯ Alexandrũ, s. faciens ꝙ singuli proijcerẽt singulas sagittas ad locum vnum, & per numerum sagittarum inuentus est numerus virorum: sic Bezec quid.
K patet Alexandreidis lib. 3.

Fueruntque filiorum Israel trecenta millia: virorum autem Iuda triginta millia. Vocantur hic filij Israel vndecim tribus: filij autem Iuda erant etiam de filijs Israel: tamen ipsi non vocantur filij Israel eo ꝙ per se accipiũt nomẽ quasi essent alia gens distincta: ponuntur aũt hic pauci de tribu Iuda, s. 30. millia: nam cũ computaret Ioab oẽs viros pugnatores de tribu ista inuẽta sunt quingẽta millia virorũ infra 2. lib. c. 24. Sed intelligendum est, ꝙ hic nõ iuerunt de tribu Iuda oẽs viri pugnatores, sed solum aliqui eorũ: reliqui verò manserunt in vrbibus: sicut dicebat, & de alijs tribubus.

Iosephus

Iosephus tamen.6. Antiquitatum ponit fuisse maiorem multitudinem pugnatorum. s. septingenta millia de Israel. & septuaginta millia de tribu Iuda: litera tamen ista non ponit adhuc dimidium. In hoc tamē non est curandum de Iosepho, quia nulli hominum quantæcunque auctoritatis contra sacram scripturā credendum est. Nisi forte aliquis dicat, ꝙ Iosephus voluit tangere totum numerum pugnatorum: sacra autem scriptura partem solum tetigit, sed hoc nō est cōuenienter dictum, quia si dicamus, ꝙ scriptura noluit hic tangere totum numerum, sed illius partem expressit, nihil magis erat, ꝙ diceret qnquaginta millia fuisse de Israel, quàm trecenta millia: vterque. n. numerus pars est septingentorum millium, ideo totus iste numerus erit supfluus, nisi ponatur hic, quot erant præcisè pugnatores de Iuda, & Israel quod est absurdum. Ideo dicendum, ꝙ non erant plures quā hic exprimuntur: Iosephus tamen intellexit, ꝙ omnes Israelitæ iuerunt ad pugnam, sicut iusserat Saul, & quia tempore Dauid inuentus est valde maior numerus Israelitarum. s. nongenta millia de Israel, & quingenta millia de Iuda infra 2. lib. cap. 24. ideo saltem intellexit, ꝙ essent hic septingenta millia virorū de Israel. & septuaginta millia de Iuda.

Quare fuit computata hic tribus Iuda per se, & quomodo erat cæteris dignior, & numero maior.

Quæst. IX.

QVAERET aliquis quare fuit hic per se cōputata tribus Iuda tanquam non pertineret ad Israelitas.

Tribus Iuda excedebat oēs alias tribus duob⁹.

Respondendum est, ꝙ ista tribus erat vna de duodecim tribubus Israel: erat tamen dignior alijs, ideo non computata est tanquam vna de illis, sed distincta est tanquam ipsa per se faceret vnum populum: excedebat autē tribus Iuda alias tribus in duobus. s. in numero, & in dignitate: de numero patet, quia ipsa semper fuit maior omnibus alijs tribubus, vt apparet in computationibus factis in deserto: nam tribus Iuda habuit in prima computatione, quæ facta est in monte Sinai. 74. millia virorum, & sexcentos: nulla autem de alijs tribubus habuit tantam multitudinem, sed quę plus habuit peruenit ad sexagintaduo millia virorum. s. tribus Dan nume. cap. 1. etiam in secunda computatione facta in deserto anno 40. ab exitu de Aegypto nulla fuit æqualis tribus in numero: habuit enim 70. millia virorum & quingentos: nulla autem de alijs tribubus habuit tantam multitudinē, neque ulla aliarum tribuum accessit vltra. 64. millia Nume. 26. ca. Fuit autem adhuc magis multiplicata ista tribus postea in terra Chanaan: nam cum Dauid fecisset computari omnes viros pugnatores terræ Israel, tantum inuentum est in tribu Iuda, sicut in sex, vel septem tribubus alijs: nam de toto Israel fuerunt nongenta millia. de Iuda autem quingenta millia. s. 2. lib. cap. 24. ideo propter multitudinem merebatur, vt ipsa non computaretur, sicut vna de tribubus alijs, sed per se. Secundo excedebat tribus Iuda alias trib⁹ dignitate. s. quia ipsa erat tribus regalis quamquā tūc de ea non essent reges, sed de tribu Beniamin: Deus tamen prænunciauerat per Iacob, ꝙ de illa futuri essent reges vsque ad aduentum Messiæ: Gen. 49. cap. s. Non auferetur sceptrum de Iuda & Dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ibi dicitur de honore tribus Iudæ. s. Iuda te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Ex hoc autem omnes aliæ tribus reuerebātur nimis tribum Iudæ, & sic in deserto dedit Deus maiorem honorem tribui Iudæ, quam

A cæteris: ipse enim erat in fronte castrorum, & ipse primo mouebat castra, quàm reliquæ: Num. ca. 2. & 10. ipse quoque princeps tribus Iudę ꝑpter tribum suā honorabatur magis quàm alij principes: vnde in dedicatione sanctuarij fecit Deus, ꝙ ipse offerret prima die Num. cap. 7. sic quoque post introitum in terram Chanaan tribus Iuda fuit magis honorata quàm cæteræ: nam post mortem Iosue qui erat dux, consuluerunt Israelitæ dominum, quis pugnaret pro eis cōtra Chananæos Iud. cap. 1. s. Quis ascendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli? dixitque dominus Iudas ascendet: ecce tradidi terram in manu eius. Iterum autem quando. 11. tribus Israel pugnauerunt cōtra Beniamin propter viros Gabaa, consuluerunt dominum atque dixerunt, quis erit in exercitu nostro

B princeps certaminis contra filios Beniamin? Quibus respondit dominus, Iudas sit dux vester: Iudi. cap. 20. cap. Propter hunc ergo honorem ab antiquo habebant Israelitæ, ꝙ quando computarent Israelitas, per se computarent tribum Iuda, & alias. 11. simul: fuit etiam post hoc obseruatum, nam quando Dauid fecit computari omnes viros pugnatores Israel, per se computauit Iudam, & inuenit quingenta millia: alias autem tribus sub vna summa, & inuenit nongenta millia infra 2. lib. cap. 24. præcipue autem nobilitauit istam tribum Dauid, qui erat de illa, quādo factus est rex: nam non solum computabatur illa per se, sed ēt in nominatione tituli regis per se appellabatur Iuda, ita vt diceretur rex Iuda, & Israel, & hoc fuit, quia Da

C uid primo vnctus est in regem super solam tribum Iudæ infra 2. lib. ca. 2. postea autem vnctus est per totū Israel. e. lib. capit. 5. ideo vocabat se regem Iudę & Israel, & alij reges quando vngebantur ita appellabantur, sic patet infra 3. lib. cap. 1. quando vnctus est Salomon: nam dixit Dauid imponite Salomonem filium meum super mulam meam, & ducite eum in Gyon, & vngat ibi eum sacerdos Sadoc, & Nathan propheta in regem in Israel, & Iudam: computabatur ergo per se tribus Iuda. Aliquando tamen computabatur cum alijs tribubus, sicut fuit in pugna contra Beniamin, ut patet Iudi. cap. 20. s. Virorum quoque Israel absq; filijs Beniamin inuenta sunt quadringenta millia educentium gladium: illud tamen raro fiebat.

D *Et dixerunt nuncijs, qui uenerant.* Scilicet qui venerāt de Iabes Galaad: isti enim immediate redierunt accepto responso, ut consolarentur Iabesenos, & dicitur hic, ꝙ dixerunt. s. Saul, & duces eius, vel Saul, & Samuel, qui tunc videbantur esse simul in Gabaa: isti. n. responderunt nuncijs Iabes.

Sic dicetis uiris illis, qui sunt in Iabes Galaad. Scilicet ista uerba, quæ sequuntur de auxilio breuiter uenturo, *Cras erit vobis salus.* Non refertur hoc ad diem illum, in quo venerunt viri Iabes in Gabaa: nam non iuerūt sequenti die Israelitæ in adiutorium Iabes, sed refertur ad diem, in quo conuenerunt, & numerati sunt omnes israelitæ in Bezec: ex loco enim ipso misit eos Saul in Iabes, & tunc sequenti die in aurora percussit Saul Ammonitas, & fuit salus viris Iabes.

E *Cum incaluerit sol.* Idest incipiēte die incalescere erit salus vestra. s. hora tertiæ, vel ante meridiem: hoc dicitur ad significandum horam, qua Israelitæ vicerunt Madianitas, & in hoc locutus est Saul tanquam prophetice sciēs, ꝙ percussuri erant Ammonitas, & qua hora hoc facerent: nam non intendebat Saul cū sol incalesceret aggredi Madianitas, sed per noctem in vigilia matutina, sic enim fecit: fuit tamen consummatum bellum tempore, quo incalescebat dies, & tunc fuit salus virorum Iabes. *Venerunt ergo nuncij.* s. illi, quos miserant viri Iabes redierant ad ipsos, cum certa annunciatione futuri auxilij. *Et annunciauerunt viri Iabes.*

Ea, quæ

Ea, quæ dixerat Saul. s. cras erit vobis salus, cum incaluerit sol. *Et lætati sunt, & dixerunt mane exibimus ad vos.* Scilicet Iabeseni certificati fuerunt de auxilio, & cognouerunt, ꝙ totus Israel conuenerat: vnde crediderunt, ꝙ faciliter possent expugnare Madianitas, & liberarentur ipsi, ideo miserunt ad dicendum illis, mane exibimus ad vos: a principio enim dixerant viri Iabes regi Ammonitarum, ꝙ concederet eis septē dies ad mittendum nuncios per omnes terminos Israel, ꝙ si non esset aliquis, q defenderet eos, egrederētur ad illum: nunc autem, quia ferè elapsi fuerant dies septē a tempore concessarum induciarum Iabeseni miserunt ad regem Ammon dicentes mane exibimus ad vos: erat. n. rex Ammō apud Iabes fixis castris suis expectans per illos septem dies, ne quis egrederetur de vrbe, vt completo termino euerteret vrbem eorum per obsessionem, vel exirent ad eum Iabeseni, vt eruerentur oculi eorum: nunc autem quasi irridentes confidentes de salute sua miserunt ad regem Ammon dicētes mane exibimus ad vos, quod aliqualiter faciebant ad fallendum hostem. s. vt intelligeret rex Ammon, ꝙ Israelitæ non habentes aliquem adiutorem, veniebant ad eum passuri quicquid ipse vellet: in hoc tamen magis fallebatur, quoniam ipse securus existeret quasi iam Israelitæ non haberent aliquem adiutorem, & tunc subito irruerent in eos Israelitæ. Et sic factum est, quia sequenti die in vigilia matutina introierunt Israelitæ castra Ammon, & ferè omnes peremerunt. *Et facietis nobis omne, quod placuerit uobis.* In hoc rn̄dent conditioni, quam posuit rex Ammon. s. ꝙ aut subuerteret vrbem eorum pugnando, vel si se ei traderent erueret oculos dextros ipsorū: nunc aūt dicebat, ꝙ exituri erāt ad eū, vt erueret oculos eorū, vel faceret quod vellet eis, ex quo apparet, ꝙ illa litera superior. s. si non fuerit, qui defendat, nos egrediemur ad te: non intelligitur, ꝙ egrediemur ad pugnādum, sed ad hoc, ꝙ eruat nobis oculos. *Et factum est cum uenisset dies crastinus.* Scilicet dies ille, in quo futura erat salus Iabesanorum. *Constituit Saul populum in tres partes.* Nō fecit hoc per diem, sed per noctem: nam dicitur, ꝙ in vigilia matutina ingressus est in castra Ammonitarū, & tamen ante hoc diuisit populum in tres partes. Dicendum ergo, vt ait Iosephus, ꝙ tota nocte ambulauerunt Iudæi. s. vt in vigilia matutina irruerent sup castra: nam præcedenti die non ausi sunt israelitæ venire vsq; ad locum castrorum Ammon, ne ipsi cognoscentes aduentum eorum ad pugnandum fugerent, vel pararent se ad bellum, & esset durum bellum Iudæis: manserunt ergo præcedenti die in Bezec, vbi fuerant computati omnes pugnatores, & sequēti nocte ambulantes venerūt vsque ad castra in vigilia matutina, & tunc irruerunt super Ammonitas. Diuisit autem populum Saul in tres partes, vt magis terribiles apparerent Ammonitis, cum ex tribus partibus castrorum inuaderentur. Etiam vt facilius eos comprehenderent: nam si ab vna parte venisset totus exercitus poterant fugere Madianitæ ex alia parte castrorū, cum autem diuisus esset populus in tres turmas clauserunt vndique castra Ammon, ne quisquam valeret effugere. *Et ingressus est in media castra in uigilia matutina.* Scilicet subito introiuit Saul in castra Ammonitarū, non enim putauerant illi adesse hostes, & cum illi securi dormirent in aurora, inuasit eos Saul ingrediens in medio castrorum non sentientibus Ammonitis. Vocatur autem vigilia matutina tempus aliquod ante ortum solis. s. pars extrema noctis, vel crepusculū, & eo tempore aggressus est, quia tunc omnes sopore tenebantur. *Et percussit Ammon usque dum incalesceret dies.* Durauit pcussio facta super Ammonitas vsquequo esset dies calida. s. ad horam tertiarum, vel ulte-

F rius: cępit autem in vigilia matutina, & vsque tunc durauit: postea autem non mansit quisquam, qui cęderetur, quia vel omnes occisi fuerant, vel iam dispersi, ita vt non manerent aliqui in castris Ammon. *Reliqui autem dispersi sunt.* Scilicet omnes alij, quos nō percusserunt israelitæ usquequo dies incalesceret dispersi sunt, & fugierunt: nam quamquam alæ israelitarum clausissent vndique castra Ammonitarum, tamen dum israelitæ ad quorundam cędem intenderent, alij fugiebant, & sic dispersi sunt. *Ita ut non relinqueretur in eis duo pariter.* Scilicet non effugerunt multi de Ammonitis, & ipsi qui fugerunt non ibant simul tanquam pars exercitus, sed quilibet ibat per se: hoc

G autem fuit, quia cum israelitæ clausissent castra Ammon non potuerunt effugere, nisi illi, qui elabebantur dum israelitæ instarent occisioni aliorum, & ita rari erant, qui egrediebantur de castris fugientes, ita vt de eis non manerent duo simul, sed in diuersa, vt sors eis obtulerat, fugiebant.

Et ait populus ad Samuelem. Hic ponitur tertium. s. regis innouatio, quæ ortum habuit ex præcedenti bello: nam cum israelitæ vidissent, ꝙ Saul tam animositate quàm prudētia hoc clarum bellum prospere cōfecisset, voluntariè se subdiderunt illi iam existimātes eum dignum regio principatu, & quia aliqui offenderant ante hoc Saulem nolentes eum regnare super se, populus petiuit istos ad mortem tanquam male meritos de Saule, & locuti sunt israelitæ hoc ad Samuelem, quia ipse veniebat tunc de bello, & erat tanquam dux: potissimè quia hęc offensio facta fuerat *Innouatio regis Saulis.*

H Saul, & nō decebat, ꝙ ab eo peteretur executio vindictæ, quia fortè putaretur nimis crudelis, qa erat propria causa: petiuerunt ergo a Samuele, ꝙ ipse daret viros, & faceret eos occidi. *Quis est ille, qui dixit Saul non regnabit super nos?* Quasi dicat locutus est blasphemiam contra regem, qui dignus erat accipere principatum, ideo mortis reus est talis vir: dixerunt tamen hoc aliqui: nam præcedenti cap. dicitur, ꝙ filii Belial dixerunt, Num saluare nos poterit iste? & despexerunt eum. Isti etiam dixerunt Saul non regnabit sup nos, & ista verba tunc audita sunt a populo: nullus tamen tunc eos ad vindictam petijt, eo ꝙ nondum sciebant, an Saul esset aptus ad statum regalem: vnde plurima pars populi dubitabat, cum autem claruit Saulē

I esse dignum regio principatu, voluit populus contēptores illius occidere. *Date uiros & interficiemus eos.* Idest declaretur qui sunt illi viri, & exhibeantur atq; occidemus eos hic: putabant enim iam iniustum regis sui iniuriam iniustam pertransire: fuit autem omnium horum causa bellum prospere actum, in quo percussi sunt Ammonitæ & occisus est rex eorum Naas, vt ait Iosephus. 6. Antiquitatum. Dicit etiam hoc opus clarum fecit valde Saul, & apud omnes Hebręos eum laudabilem demonstrauit, magnamq; fecit gloriam fortitudinis adipisci: nam siqui primitus fuerant, qui preuerant eum, tunc conuersi sunt, vt honorarent, & meliorem cunctorum ad principatū

K iudicarent, non enim suffecit tantum modo Iabesenos eripuisse, sed etiam cunctam studuit pugnando Ammonitarum subuertere regionem, prædamque sumens exinde copiosam clarus ad propria remeauit. Populus ergo pro rebus, quæ gestæ fuerant a Saul magna exultatione gaudebant, & quia regē talem ordinauerant exultabant, contra illos autem, qui eum nihil rebus prodesse dixerant exclamabant, vbi sunt illi? exsoluant pęnas, & reliqua similia adieciebant, q̄ solet vulgus fęlicitate detentus euomere in eos, qui in principijs huiusmodi rerum esse vidētur auctores. *Et ait Saul non occidetur quisquam in die hac.* Audiuit Saul quomodo populus peteret a Samuele viros ad pęnā,

& quia

& quia si ipse consentiret occiderentur viri: voluit amplius benignitatem suam ostendere, vt sicut excellens apparuerat in fortitudine contra hostes, ita quoque excellentior esset in clemētia erga subditos: multum enim virtus ista principem extollit: vnde ait Seneca in libro de clementia, nullum ex omnibus magis decet principem quàm clementia; magni enim animi proprium est placidum esse, tranquillumq; offensas, & iniurias remittere; muliebre autem est litigare, & morem iræ suæ gerere.

Quia hodie fecit dominus salutem in Israel. Ista est causa, quare non debuit sumere vindictam de hostibus. s. ne eadem esset dies liberationis, & effusionis sanguinis Israel, sic enim sequens luctus præteritam victoriam macularet. Sic ait Iosephus. 6. Antiquitatum. s. Saul autem horum quidem circa se fauorem amplectebatur, & voluntatem. Iurauit autem nulli se nocere cōtribulorum, nec illa die necari permittere, cum esset nimis incongruum si data a Deo victoria proprij generis sanguine fœdaretur, sed deceret, vt gratiam habentes ad inuicem festiuitatem potius celebrarent.

An Saul vindicauerit se aliquando de his, qui dixerunt eum non regnaturum. Quæst. X.

QVAERET aliquis, an Saul aliquando vindictā sumpserit de his qui dixerant, Saul nō regnabit super nos.

Respondendum est, ꝙ ex hac litera satis apparet, ꝙ Saul die illa nullum occiderit de contemptoribus suis, cum ipse hic promiserit istud, an tamen postea vindictam de eis sumpserit non constat: nā quāquam ista dicta fuerint, non inducitur ꝙ Saul eis iniuriam penitus remiserit, qn potius ex verbis his magis quodam modo inducitur, ꝙ non remiserit simpliciter: quoniam dicitur hic, non occidetur quisquam in die hac, ergo pro die illa videbatur remittere. s. ꝙ nō vlcisceretur, ita breuiter iniuriam, sed differret ad alia tempora. Hoc autem magis patet, ꝙ remiserit, p illo die, & nō postea, quia subditur hic causa. s. hodie fecit salutem in Israel. s. liberando de manu Ammon & occidendo hostes eorum, ideo in illa die non erat rationabile, ꝙ aliquis de populo occideretur propter magnam lætitiam victoriæ, ꝙ tamē in alia die, in quo Deus non fecisset salutem in Israel Saul nō occideret cōtemptores suos nō innuebatur ex hoc, quoniā magis hic ignoscebatur diei quàm personæ: simile autē accidit in Dauid: ipsi enim irrogatæ sunt aliquæ iniuriæ, quas noluit suo tempore expetere: iussit tamen Salomoni filio suo post mortem suam, ꝙ illas vindicaret, sic patet de Ioab principe militiæ Dauid, qui occidit Abner principem militiæ Saulis, de quo nimis doluit Dauid, quia tamen erat nouiter vnctus in regem, noluit occidere tunc Ioab, vt patet infra 2. lib. cap. 3. s. Num ignoratis, quoniam princeps & maximus cecidit hodie in Israel? ego autē adhuc delicatus & vnctus rex? Porro viri isti filij Saruię duri mihi sunt: retribuat dominus facienti malum iuxta malitiam suā. Post hoc autem cum moreretur, iussit Salomoni, ꝙ occideret Ioab sic patet. 3. lib. c. 2. s. tu nosti, quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ, & quæ fecerit duobus principibus exercitus Israel, & effudit sanguinem belli in pace: facies ergo ei iuxta sapientiam tuam, & nō deduces caniciem eius pacificè ad inferos. Similiter quoque Semei filius Gera de tribu Ioseph maledixit Dauid die, quo egrediebatur de Ierusalem fugiens a facie Absalonis, mittebatque lapides ad Dauid & ad exercitum eius: quem cū voluisset Abisai occidere, prohibuit Dauid. infra 2. lib. ca. 16. cum autem occiso Absalone reuersus est Dauid in pace in Ierusalē, occurrit ei primus de omni tribu Beniamin petens, ne recordaretur iniuriarum illatarum, dicēs: ne reputes mihi domine mi iniquitatem, nec memineris iniuriarum serui tui die, qua egressus es de Ierusalem, nec ponas rex in corde tuo; agnosco enim seruus tuus peccatum meum: idcirco hodie primus ueni de omni domo Ioseph infra 2. lib. cap. 19. Dauid autem licet alias voluisset occidere eum, quia tamen in die illa factus fuerat rex in Israel, noluit occidere eum. vnde cū locutus fuerit Semei, dixit Abisai filius Saruiæ: Num quid pro his uerbis non occidetur Semei, qui maledixit Christo domini, & ait Dauid quid mihi, & vobis filij Saruię? cur efficimini mihi hodie in satan? ergo ne hodie interficietur uir in Israel? an ignoro hodie me factum regem super Israel? & ait rex ad Semei: nō morieris. Ita præalleg. cap. Postea tamen iussit Salomoni filio suo, ꝙ occideret eum, nō quidem directè sed ex cogitata aliqua industria, sicut factum est. e. c. Sic igitur fieri poterat in Saule, ꝙ in die illa non puniret contemptores propter lætitiam victoriæ, postea tamen puniret: non tamē de eo legitur, quòd aliquādo punierit: nihil ergo refert quid tenere voluerimus horum.

Quomodo Israelitæ pugnauerunt contra Ammonitas, cum dominus prohibuerit eis hoc. Quæst. XI.

QVAERET aliquis quomodo Israelitæ pugnauerunt contra filios Ammon, quia Deus ꝓhibuit Hebræis pugnare contra eos, & hoc, quia erant de cognatione eorum. s. filij Loth: Gen. cap. 19. & Deuteron. 2. Loth autem erat consobrinus Abrahæ. s. filius fratris eius Haran: Gen. ca. 11. Et quia secutus fuit semper Abraham multiplicauit Deus bona Loth propter Abraham, ut Gen. cap. 13. Deus quoque tradidit Ammonitis terram illam, in qua habitabant, sicut tradidit Israelitis. Vetuit ergo Deus Israelitis pugnare contra Ammon, & Moab, vt patet Deuteron. cap. 2. s. Tu transibis hodie terminos Moab vrbem nomine Ar, & accedens in vicinia filiorum Ammon, caue ne pugnes cōtra eos, nec mouearis ad prælium: non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filijs Loth dedi eam in possessionem.

Respondendum est, ꝙ licuit Israelitis pugnare cōtra Ammon: nam quando nunciata sunt verba virorum Iabes in Gabaa coram Saule, insilijt in eum spiritus domini, qui incitabat eum ad bellum, ut patet supra, si tamen non licuisset israelitis pugnare contra Ammonitas, non insilijsset spiritus domini super Saulem incitans eum ad bellum. Samuel quoque propheta erat, & uir iustissimus, iuitque in bellum cum Saule, ut patet supra. s. quicunque nō exierit secutusque nō fuerit Saul, & Samuelem sic fiet bobus eius, si tamen esset iniustum bellum, non iuisset illuc Samuel, sed magis dissuaderet Sauli. ergo non egerunt contra præceptum domini pugnando.

Cum autem arguebatur, ꝙ Deus vetuit pugnam contra Ammonitas: dicendum est, ꝙ hoc vetuit. s. ꝙ non aggrederentur Ammonitas; nam Israelitæ, cum introierunt in terram Chanaan transierunt per confinia Moabitarum, & Ammonitarum, & ibi pugnauerunt contra regem Sehon, & Og: possederuntque terram istorum duorum regum. Et quia Israelitę vellent etiam pugnare contra Ammonitas cum essent coniuncti, Deus hoc vetuit, si tamen Ammonitæ insurgerent in bellum contra Israelitas non vetabatur eis defensio, & repugnatio. patet hoc in præalleg. auctoritate. s. caue ne pugnes cōtra eos, nec mouearis ad prælium: moueri autem ad prælū est incipere, & non pugnantibus repugnare; nunc autem Ammonitæ

primo

primo inceperunt pugnare contra Israel obsidentes F vrbem Iabes Galaad, ideo licebat Israelitis se defendere. Nec solum hoc, sed etiam si Ammonitæ aliqd læsissent in terra Israel, licebat israelitis ire in terram Ammon, & tantundem lædere. Aliter autem potest dici, ꝙ illa lex data fuit pro tempore illo, quando Israelitæ introierunt in terram Chanaan, sed non obligauit pro posterioribus, ideo nunc poterant Israelitæ pugnare contra Ammonitas non solum se defendendo, vel repetendo iniurias, sed etiam quodcunque aliud iustum bellum indicendo. Patet hoc in præalle. auctoritate Deuteron. cap. 2. s. Tu transibis hodie terminos Moab vrbem nomine Ar, & accedens in vicinia filiorum Ammon, caue ne pugnes contra eos. ergo solum vetabatur bellum in transitu illo, sed de posterioribus temporibus nihil cauebatur, simile patet de Moabitis. Nam etiam dictum est de eis Deuteron. cap. 2. s. non pugnes contra Moabitas, nec ineas aduersus eos prælium: non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia filijs Loth tradidi eam in possessionem. Dauid tamen pugnauit multum contra Moabitas, occiditque plurimos, residuosque subiecit tributo infra 2. lib. cap. 8. s. Et percussit Dauid Moab, & mẽsus est eos funiculo coæquans terræ. Mensus est autem duos funiculos vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum, & factus est Moab Dauid seruiens sub tributo. Poterat igitur sic Saul pugnare contra Ammon, quousque subijceret eos sibi in tributarios, quia eodem priuilegio gaudebant Ammonitæ, & Moabitæ quantum ad illud præceptum Dei.

Aliter etiam responderi potest. s. ꝙ Deus vetuit ibi pugnam Israelitarum contra Ammonitas. s. vt nõ pugnarent ad accipiendum eis terram: non tamẽ vetuit simpliciter pugnare, ideo poterant aliàs pugnare.

Hoc autem, quia quando datum est illud præceptũ introibant israelitę in terram Chanaan, & pugnantes contra reges Sehon, & Og acceperunt terras eorum Deuteron. cap. 2. & quia putarent Israelitæ sibi licere accipere terram gentium, quæ erant in circuitu, Ammonitæ autem & Moabitæ, & Idumæi erant in circuitu terræ duorum regum Amorrhæorum, quam tunc ceperant Israelitæ. e.c. ideo iussit Deus, ne pugnarent contra Idumæos, Moabitas, & Ammonitas ad accipiendum aliquid de terra ipsorum. Sic enim dicitur ibidem. s. Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, & timebunt vos: videte ergo diligenter, ne moueamini contra eos, nec enim dabo vobis de terra eorum quãtum potest vnius pedis calcare vestigium, quia in possessionem Esau dedi montem Seir. De Moabitis dicitur ibidem: Non pugnes contra Moabitas, non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia filijs Loth tradidi eam in possessionem. De Ammonitis dicitur: Accedens in vicinia filiorum Ammon, caue ne pugnes contra eos, non. n. dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filijs Loth dedi eam in possessionem. Solum ergo vetabatur hic pugna, quæ erat ad accipiendum aliquid de terra, sed nunc Saul non pugnauit ad accipiendum quicquam de terra Ammonitarum, sed ad defendendum subditos suos, & resarciẽdum iniurias, ideo licuit ei pugnare: hoc quoque obseruauit Dauid, quia licet pugnasset nimis contra Moabitas & Idumæos, fecissetq; eos sibi tributarios nihil de terra eorum sumpsit, vt vniret terræ Israel. Nec valet si dicas, ꝙ Dauid posuit custodes in Idumæa statuitque presidium. j. 2. lib. c. 8. quia illud non fecit, vt acciperet terram illam sibi, sed ne repugnarẽt in prestatione tributorum: semper tamẽ permisit esse reges in Moab, & Idumæa.

Dixit autem Samuel ad populum. Petiuerat populus, ꝙ occiderentur repugnantes Sauli, & quia Saul remisit illis propter gaudium illius diei, voluit Samuel, ꝙ inuocaretur rex, & confirmaretur regnum, quod etiam pertinebat ad magnam lætitiam, & solennitatem illius victoriæ. *Venite & eamus in Galgalam.* In loco isto volebat Samuel confirmare regnum Saulis. *Quare Samuel voluit regem confirmari in Galgala*

Quare autẽ in Galgala magis voluerit Samuel confirmari regem quàm in alio loco, dicit Nicolaus, ꝙ hoc fuit, quia sacrificia ibi fieri debebãt, & facta sunt, vt apparet infra. Hæc autem conuenienter fiebant in sanctuario, sed tabernaculum domini illo tempore erat in Galgala. ergo ibi hoc fieri debuit.

Ista responsio non stat: non enim erat tabernaculũ domini in Galgala, nec ibi vnquam fuit, sed post vrbẽ Silo fuit in Nobe. Nicolaus autem vult, ꝙ ibi fuerit tabernaculum, quia ibi facta sunt sacrificia: etiam quia
G cum esset ibi populus dicebatur esse coram domino, sed ista non sunt conuenientia motiua, vt declaratũ est supra cap. 7. Item non stat, quia ipse dicit, ꝙ fuit tabernaculũ & arca in Masphat, deinde in Galgala, & ꝙ quando Saul sumptus est in regem erat tabernaculum in Masphat, nũc autem erat in Galgala. Sed hoc dato sequeretur nimis velox mutatio tabernaculi, & sine causa. s. quia inter tempus, quo Saul in regẽ sumptus est, & tempus, quo pugnauit contra Ammonitas paucum intercidit, tamen ipse dicit, quòd tempore sumptionis Saulis in regem erat in Masphat, & tẽpore huius belli erat in Galgala. Nec stat præcipue, quia nõ apparet aliqua causa mutationis huius: nunquam tamen fiebat sine causa magna. Item si aliquis velit
H proteruire, ꝙ fuit facta mutatio de Masphat in Galgalam aliqua causa fuerit quamquam non appareat adhuc non stat, quia antequam venirent Israelitæ ad eligendum Saulem in Masphat, erat locus sacrificiorũ in Galgala, & dicebantur ibi esse viri coram domino, & tamen tunc impossibile erat, quòd esset ibi sanctuarium, quia simul esset in Masphat, & in Galgala, apparet hoc, quia præcedenti cap. die, qua Samuel vnxit Saulem antequam esset eius electio publica, dixit illi: descendes ante me in Galgalam, ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationem domino, & immoles victimas pacificas, ergo non poterat esse ibi sanctuarium, vel nunquam fuit in Masphat, quod est contra positionem Nicolai. Dato autem, quòd fue-
I rit, vt ipse vult Galgala erat locus sacrificiorum antequam esset ibi sanctuarium, tamen secundum veritatem non fuit ibi sanctuarium, nec in Masphat cum ex fundamentis quibus ad hoc vtitur Nicolaus, ducatur in contradictionem.

Dicendum igitur, quòd Samuel voluit confirmari Saulem in regem in Galgala non, quòd ille locus magis conferret ad hoc, quàm alia loca, sed quia iste erat vnus de locis, in quibus consueuerant congregari Israelitæ, quando iudicabat eos Samuel, ut patet supra cap. 8. s. Iudicabat quoque Samuel Israel cunctis diebus vitę suæ, & ibat per singulos annos circuiens Bethel, Galgala, & Masphat, & sicut supra visus est sibi
K conueniens locus Masphat ad regis electionem, ita Galgala visus est conueniens ad eius confirmationẽ. Aliter dici potest, quòd in loco isto facta est confirmatio, ne cogerentur Israelitę diuertere ad alia loca: veniebant enim de bello, quando factã est ista cõfirmatio, & quia transituri erant per Iordanem, & apud Iordanem est Galgala, fiebat eis in itinere iste locus, ideo visum est conueniens ibi fieri, vt breuius expediretur, ne diuerteret totus populus ad alias vrbes. *Et innouemus ibi regem.* Scilicet confirmemus regnum, tanquam nunc nouiter assumeremus regem, *Opi. auct.*

Qua

Quæ fuit causa innouationis regni Saulis, & quid in ea factum est. *Quæst.* XII.

QVAERET aliquis quæ fuit causa huius innouationis, vel quid in ea factum est.

Aliqui respondent, ꝙ fuit ad supplendum aliqua, quæ omissa erant: nam in regum vnctione fiunt multæ cæremoniæ, vt sacrificiorum, & aliorum gaudiorum: aliquid autem horum omissum fuerat in Masphat, ideo voluit Samuel, ꝙ compleretur in Galgala. Apparet autem hoc, quoniam non leguntur facta tunc aliqua sacrificia in Masphat: in Galgala autem facta sunt, ideo forte ad completionem horũ facta est innouatio.

Sed dicendum, ꝙ hoc non stat, quia verba ista repugnant: dixit enim Samuel: innouemus regem. Innouare autem non est aliquid omissum supplere, sed rẽ a suo principio repetere, ergo fuit solennitas repetita. Item dicitur infra fecerunt ibi regem Saul coram domino in Galgala: si tamen ista fuisset solum suppletio eorum, quæ omissa fuerant, nõ diceretur Saul fieri rex, sed dicitur, ꝙ fecerũt ibi Saulem regem tanquã ante hoc non fuisset rex, ideo non fuit ista innouatio ad explendum aliquas cæremonias.

Sed dicendum, ꝙ fuit ista innouatio confirmatio quædam regni Saulis, & facta est, quia licet a principio fuisset Saul electus per sortes voluntate Dei in regem, tamen populus non consensit plenè electioni illi, quidam namque dixerũt, Num saluare nos poterit iste? & despexerunt eum, & non attulerunt ei munera, vt constat præcedenti cap. Nec solum hoc, sed etiam dixerunt, ꝙ non regnaret super eos, vt patet supra in litera. Nunc autem manifestata probitate Saulis, & ꝙ principatum regium mereretur, omnes gratulabantur, ꝙ esset rex eorum, ideo tunc fuit opportunum innouari eum, vt maneret firmum regnum eius, & præcedens contradictio nihil noceret.

Quid factum est in ista innouatione. *Quæst.* XIII.

QVAERETVR amplius quid factum est in ista innouatione.

Respondendum est, ꝙ sicut supra dicebatur ista innouatio non fuit suppletio aliquorum omissorum, sed repetitio cæremoniarum a principio cum vocetur innouatio: vnde oportet, ꝙ omnia, quæ fiebant in regum vnctione, nunc fierent. An vero hic fierent ea, quæ postea facta sunt in vnctione posteriorum regum, non constat: nam posterior ætas semper aliquid nouitatis adauget: Saltem tamen rationabile est dicere, ꝙ cæremoniæ illæ, quæ factæ sunt in Masphat in electione Saulis denuo fierent: ibi autem nõ exprimitur aliqua, nisi ꝙ totus populus clamauit. viuat rex; hic autem eadem cæremonia videtur facta: etiam dicitur, ꝙ lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis infra in litera. Præter hoc quoque facta sunt sacrificia multa in ista innouatione, quæ non leguntur facta in Masphat. Omnia quoque verisimile est facta fuisse in Galgala, quæ prius facta fuerunt in Masphat: aliud autem erat magis substantiale constitutioni regis, quàm omnia hæc, scilicet quòd vngeretur. De hoc autem non habetur hic, an factum fuerit: Constat tamen, ꝙ fecit illud Samuel in principio, quando venit ad eum Saul. De alijs tamen vicibus, quibus a populo constitutus est in regem, scilicet in Galgala, & in Masphat, non constat, an fuerit facta vnctio: satis est tamen verisimile, quòd facta fuerit vtraque vice, quia vnctio ista erat repetibilis: sic enim tenet Iosephus. 6. Antiquitatum, quòd Saul in Masphat, & in Galgala vnctus est dicens; illic enim eos venire pre-

A ceperat, & rursus populo videre propheta vnxit Saul oleo sancto, & secundo denunciauit regem, & tunc ponetur triplex vnctio Saulis, scilicet vna occulta, & duæ manifestæ, sicut factum est in Dauid, vt declaratum est præcedenti cap.

Et perrexit omnis populus in Galgalam. Scilicet ad innouandum ibi regem. Dicitur autem perrexit. s. quia non erant in Galgala, quando Samuel ista dixit populo, sed erant in loco, vbi deleuerant Ammonitas, & tunc concordi sententia venerunt in Galgalam. Dicit autem omnis populus, scilicet non totus populus, sed omnis populus, qui fuerat ad pugnam, quia isti censebantur velut totus Israel. *Et fecerunt ibi regem Saul.* Scilicet innouauerunt eum: nam iam factus fuerat

B rex. Vel dicitur, quòd fecerunt eum regem, quia tũc propriè fuit rex, prius quippe non consentiebat totus populus, vnde non erat regnum Saulis stabile: nunc autem firmatum est. Vel dicitur hoc, quia in innouatione regis repetita sunt omnia, quæ requirebantur ad constituendum aliquem in regem tanquã ante hoc nihil factum fuisset. Nunc autem propriè cepit mutatio politiæ iudaicæ ad alterum genus. De qua Iosephus vbi supra ait. Itaq; isto modo Hebreorum respublica ad regum iura conuersa est. Nam tempore Moysi, & Iosue discipuli eius, qui post eum dux fuit, optima ducis conuersatione regebantur: post illorum vero mortem annis decem, & octo populus sine principe fuit, & postea ad conuersationem pristinam sunt reuersi: ei quippe qui bello & fortitu Lib. 6. c. 6.

C dine cunctos excelleret, tribuentes iudicij potestatẽ, & propterea tempus conuersationis huiusmodi, nimis eximium vocabatur. *Coram domino in Galgala.* Scilicet ibi factus est rex Saul. Et dicitur coram domino, quia ibi Deus specialiter esse videbatur, non ꝙ tabernaculum ibi esset, sed quia erat locus, in quo impendebatur Deo speciale obsequium, scilicet sacrificiorum, & quia congregati erant omnes Israelitæ ad faciendum aliquid, quod pertinebat ad Deum, & immolauerunt ibi victimas pacificas, an alia sacrificiorũ genera immolauerint non constat: satis tamen stat, quòd non obtulerint alia.

Quare oblatæ fuerunt hostiæ pacificæ in innouatione regis. *Quæstio.* XIIII.

D QVAERET tunc aliquis quare magis offerrentur hostiæ pacificæ quam alia genera sacrificiorum.

Respondendum est, quòd ista conueniebant solennitati populi, quam habebant in præsenti: alia autem sacrificia nequaquam. De hostijs pro peccato apparet: istę enim non conueniebant propter duo. Primo quia non erat aliquis finis, ad quem offerrentur, quia non erat tunc aliquod peccatum populi, pro quo offerrentur. Nec valet si dicas, quòd erat peccatum constitutionis Saul in regem: nam petendo regem offenderunt Deum, vt patet sequenti capitu.

E quia quamquam peccauerint, tamen Samuel nondũ declarauerat eis peccatum istud, sed postea, vt patet ex ordine literæ, ideo non obtulerunt pro illo peccato. Etiam non erat satis conueniens offerri pro peccato, quia tales oblationes pertinent ad quandam tristitiam, cum recognitio peccati debeat esse dolorosa, tũc autẽ Israelitæ erant in gaudio magno: Nam dicitur, quòd lætati sunt nimis viri Israel. Item populus volebat gaudere in epulis propter solennitatem regis assumpti, & victoriæ habitæ, sed de sacrificijs pro peccato nihil pertinebat ad offerentes, sed aut totaliter cremabantur extra castra, aut perueniebant totaliter in ius sacerdotum iuxta distinctionem, quæ habetur

betur Leuit. cap. 6. holocausta quoque non pertinue- F
runt ad hunc diem, sicut hostiæ pacificæ, quia licet sit holocaustum sacrificium lætitiæ, tamen de illo, non pertinet quicquam ad populares, sed totum crematur. Israelitæ tamen volebant nunc gaudere in epulis propter solennitatem regis nouiter assumpti: etiam propter solennitatem victoriæ: ad hoc autem conueniebant hostiæ pacificæ, quia de his maior pars offerentibus proueniebat. Sic enim fecit Adonias filius regis Dauid, quando voluit vngi in regem: nam immolauit victimas multas, & postea vocauit ad conuiuium omnes amicos infra 3. lib. cap. 1. sic ergo conueniens nunc fuit offerri hostias pacificas magis quã alia sacrificia, vt totus populus comederet, & lætaretur. *Coram domino.* Idest immolatæ sunt istæ victimæ coram domino, scilicet quia in loco illo censebatur G
esse Deus propter obsequia, quæ ei impendebantur, ideo quidquid fieret ibi, videbatur esse coram Domino.

Iura istarum hostiarum quibus proueniebant. Quæstio. XV.

QVAERET aliquis quibus proueniebant iura istarum hostiarum pacificarum. Respondendum est, quòd diuidebantur in tres partes, scilicet Deo proueniebant adipes, sacerdotibus autem immolantibus perueniebat pectusculum, & armus dexter Leuit. 3. cap. & 7. cætera autem offerentibus. De primo non est dubium, H
quin omnes adipes offerrentur hic Deo, sed de alijs est dubium. Et primo de sacerdotibus: nam non cõstat, an Samuel immolauerit hic victimas, vel sacerdotes: aliquando enim Samuel faciebat sacrificia, licet ipse sacerdos non esset: si autem sacerdotes fecissent, proueniebant eis partes de omnibus sacrificijs. Si vero Samuel eodem modo ad ipsum, & ad familiam suam pertinebat, nec in hoc est dubitandum, quamquam ipse sacerdos non esset, nam sic etiam erat de Moyse: ipse enim erat Leuita solum, & antequam consecrarentur sacerdotes, faciebat ipse sacrificia: Exo. 29. & Leuit. capit. 8. & partes, quæ aliàs prouenturæ erant sacerdotibus proueniebant ei de hostijs pacificis, vt in eisdem cap. Sic igitur esset de I
Samuele, qui erat Leuita, quòd acciperet partes sacrificiorum, quæ proueniebant sacerdotibus immolantibus. De partibus autem, quæ proueniebant offerenti dicendum, quòd pertinebant hic ad totum populum: nam totus populus obtulit sacrificia illa pro victoria, quæ cõmunis erat, & pro rege nouiter sumpto, qui etiam ad omnes pertinebat: vnde omnes de populo comederent de sacrificijs illis, nisi essent aliqui immundi. *Et lætatus est ibi Saul.* Scilicet de victoria habita, & de noua constitutione in regem, quoniam tunc confirmabatur regnum eius. *Et cuncti uiri Israel nimis.* Etiam lætati sunt Israelitæ, scilicet pro victoria, pro qua nunc offerebant, & in epulis gaude- K
bant: de rege quoque suo lętabantur, quia optimus erat, & nunc ei reconciliati fuerant.

Figura belli facti per Saul cõtra Naas regẽ Ammonitarum uolentem eruere oculos filiorũ Israel signi ficat Christi bellum contra diabolum.

Licet non intendam metaphoris insistere breuis tamen potest ex cap. isto colligi moralitas. Naas enim serpens interpretatur, qui diabolum signat, qui tortuosus est: est enim rex filiorũ Ammon, qui interpretatur filius populi mei: nam diabolus rex est multitudinis superborum, quæ per populum signatur Iob. 40. cap. scilicet. Ipse est rex super omnes filios superbię. Istæ Israel impugnat, idest viros spirituales, qui uocantur Israel, idest videntes Deum, vel fortes cum Deo. Quærit autem oculos dextros eruere, & sinistros relinquere, idest vt sapientia, quæ desursum est, & ad salutem animę penitus auferatur, & sapientia, quæ terrena est, & animalis, & diabolica restet: Iacobi cap. 3. vt sic homines vitijs implicentur. Contra ipsum autem venit rex Israel, idest Christus qui super omnes viros spirituales dominatur, & est caput ecclesiæ: ad Ephe. cap. 4. & diuidit exercitum in tres partes, idest in tres ordines Apostolorum, Martyrum, & Confessorum. incipit autem pugna a vigilia matutina vsqueq́uo incalescat sol, quia a principio prędicationis euangelij cœpit potestas diaboli diminui, & adueniente iudice in magno splendore, & quasi ardore diurno in extremo iudicio totaliter auferetur: iam enim non manebit luctus, aut clamor, nec vllus dolor, quoniam priora transierunt: Apocal. capitulo septimo.

CAP. XII.

DIXIT autem Samuel ad vniuersum Israel: Ecce audiui vocem vestram iuxta omnia, quæ locuti estis ad me, & constitui super vos regem, & nunc rex graditur ante vos.

DIXIT *autem.* In superioribus descripta regis constitutione, hic agitur propter regẽ petitũ de populi increpatione. increpat. n. Samuel Israelitas, quòd peccauerint grauiter petendo regem. Et diuiditur in duo, quia primo Samuel ostendit suam innocentiam: secundo populi culpam ibi. *Et ait Samuel.*

An ordo sequentium ad præcedentia rectus est. Quæstio. I.

CIRCA primum de ordine dubium est. Respondendum est autem, quòd est rectus ordo: nam postquam factum est bellum contra Ammonitas, & rex innouatus est, increpuit Samuel Israelitas de petitione regis, nec intercidit tempus aliquod inter ea, quæ habentur hic, & præcedenti cap. quia illa facta sunt in Galgala, scilicet ibi innouauerunt regem, quo innouato Samuel proposuit ista coram Israelitis, & satis apparet, quia dixit hic Samuel: presto sum, loquimini de me corã domino, & coram Christo eius. & sic erat ibi Saul, & erant coram domino. quod erat in Galgala, quia ibi erant Israelitæ cum Saule, & dicebantur esse coram domino, vt præcedenti cap.

Quare Samuel increpuit nunc Israelitas, & non antea de regis petitione. Quæst. II.

QVAERET aliquis quare Samuel increpuit nunc Israelitas de petitione regis faciendo ea, quæ fecit & non ante hoc.

Nicolaus respondet, scilicet quòd populus viderat regem electum prospere egisse, & ideo poterat credere, quòd petendo regem non peccauerat, quia alioquin prospera non euenissent.

Sed adhuc conuenientius dici potest, scilicet quòd Samuel intendebat Israelitas increpare grauiter pro petitione regis, & quia si forte increpasset eos ante istam pugnam, & confirmationem, voluissent desistere a rege dimittendo regem electum, quod erat in præ-

in præiudicium Saulis iam regnantis, & contra voluntatem Dei, ideo non fuit facta increpatio vſque ad tempus iſtud, in quo non poterant Iſraelitæ deſiſtere, & hoc erat propter duo: primo quia iam confirmauerant facientes eum ſecundario regem: ſecundo quia nollent dimittere, eo quòd proſpere egiſſet, & ſcirent eum nimis aptũ ad regnandum: ſi autem electo Saule antequam feciſſet bellum contra Ammonitas Samuel increpuiſſet dure Iſraelitas, ſicut increpuit hic, reliquiſſent immediate Saulem, & dato quòd propheta poſtea diceret, quòd acciperent eũ, nollent propter duo. Primo quia ab initio non conſenſerant plenè electioni illius, ſed multi deſpexerũt eum, dicentes: Num poterit ipſe ſaluare nos? & dixerunt non regnabit Saul ſuper nos. ideo ſi modicũ incitaſſet Samuel increpans eos pro petitione regis, reliquiſſent regem: potiſſimum, quia non cognoſcebant eum aptum ad bellum, ſed magis virum ruſticum, & agricolam, & ob hoc deſpexerant eum. Secundo quia non confirmauerant, ideo haberent occaſionem ad facilius eum deſerendum, vnde toto tẽpore illo Samuel ſubticuit. Cum autem confirmatus eſt Saul, increpuit populum: hoc autem erat, quia licet Iſraelitæ peccaſſent petendo regem, tamen iam Deus nolebat, quòd deſiſterent a rege, & quia ſi ante hoc Samuel increpuiſſet Iſraelitas pro petitione regis, deſtitiſſent a rege, non increpuit vſque modo.

Sed dicet aliquis, quòd etiam ante hoc increpuit. Primo enim cum populus petiuit veniens ad eum in Ramatha ſupra cap. 8. Iterum autem increpuit eos, quando volebat eis dare regem in Maſphat ſupra capitu. 10. & tamen increpiti non ceſſauerunt, ſed dixerunt, nequaquam, ſed regem conſtitue nobis, ſic ergo videtur quòd facerent etiam ſi increparentur ante iſtam confirmationem, & bellum Ammonitarũ.

Reſpondendum eſt, quòd ſi ante hoc Samuel increpuiſſet Iſraelitas poſt conſtitutionem Saulis in regem, deſeruiſſent eum, quod apparet ex prædictis. Cum autẽ arguitur de duabus increpationibus præcedentibus, in quibus non deſtiterunt a rege. Dicendum, quòd non eſt ſimile propter duo: primo, quia illę increpationes fuerũt factæ antequam eſſet aſſumptus in regem, & tunc putabant, quòd Deus daret eis aliquem regem, in quo nimis gauderent, ideo licet increparentur non deſiſtebant. Cum autem datus eſt Saul in regem non placuit oculis plurimorum, ideo libenter eum deſpexiſſent. Alia ratio erat, quia in præcedentibus increpationibus Samuel ſolum loquebatur dicens, quòd peccauiſſent Iſraelitæ petendo regem, tamen non probabat: vnde ipſi non multum aduertebant, nunc autem probauit illud per ſigna magna, faciens quòd ſubito venirent tonitrua, & pluuiæ, & tunc totus populus timuit; dixitque ad Samuelem, ora pro ſeruis tuis ad dominum, vt non moriamur: addidimus enim vniuerſis peccatis noſtris malum, vt peteremus nobis regem. In alijs tamẽ increpationibus quamquam facilius erat eos deſiſtere, & pęnitere, tamen nunquam cognouerunt ſe peccaſſe, niſi nunc: ſi enim in prioribus increpationibus cognouiſſent, deſtitiſſent, quia res adhuc erat integra, & iſta etiam fuit cauſa, quia non fecit Samuel ſigna, quando increpabat populum antequam eligerent regem, quia Deus ex aliqua parte, volebat quòd eligerent, ex aliqua parte volebat quòd non: ſi autem omnino noluiſſet, quòd non eligerent, a principio feciſſet ſigna, & tunc deſtitiſſent a petitione regis. Sed tunc dicetur, quare ergo nunc facta fuit ſigna?

Reſpondendum eſt, quòd Deus volebat, quòd Iſraelitæ cognoſcerent ſe peccaſſe, quia ſi ſolum increparẽtur verbis, ſicut fuerunt ſupra increpati, nunquam cognouiſſent, ſed dicerent, nequaquam, ſed rex erit ſuper nos, vt patet ſupra cap. 8. & 10. ergo decuit fieri ſigna, & ſic populus cognouit peccatum, & doluit.

Dixit autem Samuel ad vniuerſum Iſrael. Scilicet quia omnes congregati erant in Galgala, intelligendo de trecentis & triginta millibus venientibus de bello, qui vocantur totus populus. *Ecce audiui vocem veſtram.* Probat hic Samuel, quòd peccauerint petendo regem, & primo demonſtrando innocentiam ſuam, in quo præmittit, quòd ipſe audiuerit Iſraelitas faciendo regem, ſicut ipſi volebant, tamen ipſe non conſenſit in aliquo horum: diſplicuit enim nimis ei, vt patet ſupra cap. 8. ſcilicet. Diſplicuitque ſermo in oculis Samuelis, eo quòd dixiſſent: da nobis regem, vt
B iudicet nos: & in hoc quòd ſignificat ſe non feciſſe ſponte, ſed propter eorum importunitatem, innocẽtiam ſuam oſtendit, eos autem reos: etiam innocens eſt, quia cum ipſe ante hoc populum rexiſſet, & filij ſui: nunc autem petebant tolli principatum ab eo, & non ſubterfugit propter honorem ſuum, quo minus fieret.

Iuxta omnia, quæ locuti eſtis ad me. Ideſt nihil omiſi de his, quæ locuti eſtis: petebant enim ſolum Iſraelitæ regem, ſicut cæteræ nationes, & hunc dedit ei Samuel. *Et conſtitui ſuper vos regem.* Iſtud eſt expoſitio præcedentis: nihil enim aliud eſt, quòd Samuel audierit omnia verba Iſraelitarum, niſi quòd dederit eis regem, quem petebant. dixit autem quòd ipſe conſti
C tuerat, eo ꝙ ipſe cõſuluit dominũ pro rege, & Deus deſignauit ei modum & perſonam, & ipſe congregans populum fecit, ſicut Deus iuſſerat, & ſi Samuel non voluiſſet conſulere dominum pro rege, vel totaliter reſtitiſſet, dicens, ꝙ Iſraelitæ non poterant habere regem, nequaquam ipſi auſi fuiſſent cõſtituere. Item Samuel, & filij eius dominabantur tunc, & ſi ipſe non cederet libenter principatui, non poterant Iſraelitæ conſtituere aliquem in regem, ipſe tamen Samuel immediatè ceſſit, ideo dicitur cõſtituiſſe regẽ. *Et nunc rex graditur ante vos.* Ideſt rex quem conſtitui vobis dominatur veſtri, & ipſe præcedit ad ea, quæ facere debetis: dixit hoc Samuel, quia volebat nũc grauiter increpare Iſraelitas, quia petiuerant regem, & quia forte Iſraelitæ crederent, ꝙ Samuel durè ferebat
D regem eſſe in Iſrael, ꝙ propter ipſum ab eo, & domo ſua ablatus erat principatus, increparet nunc Iſraelitas de petitione regis, vt deſiſterent ab illo, & rediret priſtinus principatus filiorum eius, vt tolleret ergo ſuſpicionem, dixit: Et nunc rex graditur ante vos. i. ego volo vos increpare pro petitione regis, non tamẽ intelligatis, ꝙ hoc eſt quaſi ego velim, ꝙ relinquatis eum, quia iam graditur ante vos. i. iam dominatur veſtri, & ſi ego voluiſſem increpare ad hoc, ꝙ relinqueretis regem: non feciſſem nunc quando rex eſt confortatus ſuper vos, ſed a principio antequam habuiſſetis. *Ego autem ſenui, & incanui.* Ideſt multorum dierũ ſum, & tamen in toto tempore iſto, cum dominarer vobis, nunquam iniuſtè egi, & iſte ſenſus apparet ex
E litera ſequenti, ſcilicet itaque conuerſatus coram vobis ab adoleſcentia mea uſque ad diem hanc ecce prę ſto ſum &c.

Quare Samuel ponit hic innocentiam ſuam increpando Iſraelitas. Quæſt. III.

QVAERET aliquis quare Samuel ponit hic innocentiam ſuam ad accuſandum Iſraelitas, ꝙ peccauiſſent petẽdo regem. Dicendum ꝙ ratio eſt, quia in principatibus nunquam debet aliquis mutari, dum bene regit, immo ẽt ſi nõ ſit totaliter

totaliter vtilis, dumtamen non ſit nimis pernitioſus mutari non debet: quamquã politia illum poſſet mutare. De legibus nanque & principibus idem eſt, qa leges ſunt directiuę ſubditorum, ita etiam principes dirigunt. potiſſimè quia non omnia legibus conſtare poſſunt, ſed in legibus ſic eſt, ꝙ non debet lex mutari in politia, ſi bona eſt quandocunque inuenitur alia melior, immo etiam ſi lex non ſit bona, dum tamen non ſit nimis nociua nõ debet mutari, vt probat Ariſtot. 2. Poli. c. de politia Podami. De principibus ergo ſic erit, ꝙ princeps quamdiu bonus eſt, mutari nõ debet ẽt ſi alius melior inueniatᷣ: ẽt ſi aliqualiter eſt inutilis nõ dẽt mutari, niſi pernitioſus fuerit, cuius cã eſt, qa ſic per ſequentẽ mutationẽ principum diminuetᷣ auctoritas principatus, & ſubditi fient inſolentes, & aſſuefient ad manendum ſine iugo. Iſtam rationem dat Philoſophus in legibus. ſ. ꝙ auctoritas legum abſolutè perit, vel ſaltem minuitur per frequentem mutationem: dicens, ꝙ non tantum proficiet lex bona, quæ introducta eſt quantum nocebit mutatio legis, quæ ablata eſt: ſed ſic erat de Samuele, ꝙ ipſe in toto principatu ſuo vixit iuſtiſſime: peccabant ergo Iſraelitæ abijciendo principatum eius, & petendo regem: iſtud autem peccatum, quamq̃ eſſet in Deum, tñ directius erat in Samuelem, quia ipſe iniuſtè priuabatᷣ principatu, ſi autem ipſe iniuſte dominatus fuiſſet, nõ haberet quid conquereretur contra Iſraelitas ſi peterent alium principem: inducit ergo hic innocentiam ſuam, & eſt modus arguendi decurtatus, vt quando ſolũ ponitᷣ maior, vel minor, quo frequẽter vtitᷣ Ariſ.

lex quamnis non ſit bona, ſi nõ eſt nimis pernitioſa non debet mutari.

Sed dicet aliquis, ꝙ non conuenienter increpabat Samuel Iſraelitas de petitione regis, obijciendo innocentiam ſuam: hoc. n. fuiſſet, ſi tunc dñaretur ipſe, tñ non dñabatur, ſed conſtituerat filios ſuos iudices, eo ꝙ ipſe ſenuerat, & iam non poterat iudicare conuenienter, filij autem ſui poſt auaritiam declinauerant, vt patet ſupra cap. 8. ergo conquerebatur populus iuſtè, & Samuel non benè arguebat.

Dicet aliquis, ꝙ Samuel poterat reſumere principatum, ſi filij non bene regerent, & ſic ſtat ſemper ꝙ ipſi auferretur principatus. Dicendum ẽt ꝙ hoc non ſtabat, & Iſraelitæ iam rñderant ad hoc. ſ. ꝙ Samuel erat ſenex & non poterat reſumere principatum: vnde Iſraelitæ qñ petiuerunt regem a Samuele propoſuerunt hoc, dicentes: Ecce tu ſenuiſti. & filij tui non ambulant in vijs tuis, conſtitue nobis regem. ſ. 8. cap.

Reſpondendũ eſt, ꝙ iuſtè cõquerebatur Samuel, quia licet ipſe eſſet ſenex, ita ꝙ non poſſet conueniẽter diſcurrere in anno per totum Iſrael ſemel iudicãdo in tribus locis: ſicut facere conſueuerat in iuuentute ſua ſ. c. 7. tñ adhuc erat ipſe potens ad iudicandũ Iſraelem ſi ꝯuenirent in loco vno, poſt hoc. n. adhuc conſtituto Saule in regem ipſe iuit ad bellum contra Ammon præcedenti c. poſt etiam aliquanto tempore impetu facto laniauit regem Agag Amalechitarũ in partes. ꝫ. c. 15. Non erat ergo impotens, ſed vt non tantum grauaretur laboribus, conſtituerat filios ſuos iudices, non quaſi totaliter ipſe ceſſiſſet principatui, ſed quia ſubdelegabat ſibi filios ſuos, ideo quãdo fuit ablatus principatus filijs ſuis ei ablatus eſt: vnde grauabatur: dato etiam ꝙ principatus translatus fuiſſet ad filios ſuos, & ipſi iniqui fuiſſent, non debuiſſent immediatè Iſraelitæ petere regem, ſed petere Samuelẽ, ꝙ corrigeret eos, & hoc propter reuerẽtiam Samuelis, & tunc fortè deſtitiſſent ab iniquitate, vel ſi nõ deſtitiſſent habebat Samuel aliud remedium. ſ. ꝙ ipſe reſumeret principatum, vel ꝙ ſubdelegaret ſibi alios viros bonos, dum tamen penes eum poteſtas reſideret: ſic nanque Heli ſummus ſacerdos, cum ſenuiſſet filium ſuum Phinees, iuſſit miniſtrare in ſummum

F ſacerdotium: ſemper tamen ſummi ſacerdotij dignitas penes eum reſedit, & ſic qũocunque res ſe haberet principatus iudicatiuus maneret penes Samuelẽ, ideo iuſtè poterat ipſe conqueri de petentibus regẽ, quòd grauarent eum auferentes ei principatum, & hoc oſtendendo innocentiam ſuam.

Porro filij mei vobiſcum ſunt. Ideſt quamquam ego ſenuerim, & incanuerim, & videar aliqualiter impotẽs: tamen filij mei vobiſcum ſunt, qui poterant pro me regere, nec oportebat, vt peteretis regem. Si autem arguatᷣ, ꝙ inique regebant ſtant ſuperiores reſponſiones. ſ. ꝙ ipſe corrigeret eos, vel daret modum, ꝑ quẽ non grauarent populum, vel committeret eis parua negocia, ipſe autem maiora iudicaret, ſicut faciebat Moyſes, qui committebat negocia parua alijs iudici-
G bus: in magnis autem ipſe ſolus iudicabat Exo. capit. 18. & Deuteron. cap. 1. Nicolaus autem aliter introducit iſtam literam. ſ. porro filij mei vobiſcum ſunt, ideſt ipſi remanebunt pro me obſides ad ſatisfaciendum ſi ad aliquid teneor & ſatisfacere non poſſum: melius tamen videtur, ſicut dictum eſt. Alioquin nõ conſonat literæ ſuperiori. ſ. Ego ſenui, & incanui, & exponendo ſicut ſupra, conſonat.

Itaque conuerſatus coram vobis ab adoleſcentia mea. Ideſt a tempore, quo in adoleſcentia accepi principatum: non. n. intelligitur hoc, niſi de tempore, in quo Samuel fuerat princeps, quia dicitur hic ſi calumniatus fuit aliquem, vel oppreſſit aut recepit munus vult reſtituere: iſtud aut pertinet ad habẽtem iuriſdictionẽ,
H vel poteſtatem. De alio autem tempore, in quo Samuel non fuit in principatu, non curat hic, quia in illo neminem lędere poterat, & dato ꝙ aliquem læſiſſet, nihil referebat ſi poſtquam aſſumptus eſt in iudicem iuſtè ſe habuiſſet ſemper ad populum: dicitur autem ab adoleſcentia mea ad ſignificandũ, ꝙ ſatis erat iuuenis quando aſſumpſit principatum, nam immediatè poſt mortem Heli factus eſt iudex, & tamẽ tũc iuuenis erat. *Præſto ſum loquimini de me.* Ideſt de toto tempore, quod tranſiuit ab adoleſcentia mea, quãdo ego factus ſum princeps vſque nunc arguatis me ſi vultis, quia præſto ſum reſpõdere, & ſatisfacere, ſi qd erraui. *Coram domino.* Dicebãtur eſſe coram domino, quia erant in Galgala, vbi fecerant ſacrificia, & ibi ſpe-
I cialiter dicebatur eſſe Deus, etiam quia congregati erant ad aliquid ſpirituale, & coram omnibus talibus Deus eſt: ſic patet Mat. 18. c. ſ. Quando fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum ſum. *Et coram Chriſto eius.* Ideſt coram rege Saule, qui vocabatur Chriſtus. i. vnctus in regem, vocatur autẽ Chriſtus domini, ideſt vnctus a Deo, quia Deus iuſſerat eum vngi, ſic enim dixit Dauid de Saule propitiꝰ ſit mihi Deus, vt nõ mittam manum meam in Chriſtum domini infra cap. 24. ſic etiam infra 26. cap. dixit Dauid, quis enim extendet manum ſuam in Chriſtum domini, & innocens erit? & ſemper loquitur de Saule, & intẽdit dicere Samuel Deus ſit iudex, & rex
K ſit iudex eorum, quæ contra me propoſueritis, vt iuſtè iudicent quid malum merui, vel aliter. q. d. bonos iudices habetis. ſ. Deum & Chriſtum domini, ideo ſi aliquid vultis proponere proponatis. *Vtrum bouem cuiuſquam tulerim, an aſinum.* Ideſt arguatis me de iniuſto principatu ſi vultis, eſt autem vt communiter iniquitas principatus in accipiendo bona ſubditorum per manifeſtam violentiam, vel per calumniam, ideo ponit hic de iſtis, & primo exprimit in ſpeciali. ſ. an tulerit bouem, vel aſinum alicuius, quòd intelligitur tollendo quantum ad hoc, quòd faceret eum ſuum, vel tollendo quantum ad aliqua opera. ſ. vt cogeret Samuel iumenta Iſraelitarum laborare in opere ſuo ſine precio deinde reſtitueret dominis ſuis: nã & hoc iniuſtum

Iniqui[tas] princip[atus] in quo

iniustum est, posuit autem exemplum in his animalibus, quia ista communiora erant apud Iudæos: sic enim cum quidam de Israelitis accusarent Moysen, & Aaron de iniusto principatu dixit Moyses ad dominum, tu scis, quòd nec aseilum quidem vnquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam illorum Numeri cap. 16.

Si quempiam calumniatus sum. Calumniari est bona alicuius tollere iniuste, quęsito aliquo colore, sicut interdum principes faciunt aliquas leges, vel constitutiones duras, in quas necesse est incidere subditos, & hoc faciunt, vt ab eis pęnas exigant & est proprie calũnia. poterit autem aliquis dicere, quòd quamquã Samuel non acceperit violenter aliquid a subditis, accepit tamen per quosdam modos excogitatos sub colore iustitiæ, & quia istud nimis conuenit principibus excusauit se de calumnia ante omnia Samuel: de his enim quæ faciunt per calumniam principes habetur. Isai. capitu. 10. scilicet. Vę qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causę humilium populi mei, vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent.

Si oppressi aliquem. Opprimere est per violentiam aliquid tollere nullo colore iustitiæ quæsito, & hoc solent interdum facere domini, quia propter potestatem impunitas eis inest, de quo etiam Samuel se excusat, quòd neminem vnquam oppressit. In his autem peccatis si aliquis incideret, tenebatur reddere id, quod abstulerat per calumniam, vel violentiam, & insuper quintam partem ei, cui hæc ablata fuerant, & præter hoc pro peccato dabat arietem domino Leuitici capi. 5. sed quomodo teneatur declaratur infra quæst. 8.

Si de manu cuiusquam munus accepi. Scilicet ad peruertendum iustitiam, quia in hoc casu illicitum est accipere munera, aliàs autem cum pro nulla causa munera offeruntur, sed gratis, vel amicabiliter non est illicitum illa recipere, in iudicibus tamen semper causat suspitionem mali munerum susceptio, ideo indifferenter vetatur acceptio munerum in lege Exodi 23. & Deuteronom. 16. capitu. Samuel autem erat iudex, ideo acceptio muneris, etiam si non esset ad peruertẽdum iustitiam in eo esset suspecta, ideo simpliciter excusat se de illa, quòd nunquam acceperit. erat autem in hoc sanctior filiis suis, quia filii eius recipiebant munera, & iniuste iudicabant supra capit. 8. scilicet. Et non ambulauerunt filij eius in vijs illius, sed declinauerunt post auaritiam, acceperunt munera, & peruerterunt iudicium.

Contemnam illud hodie. Idest si accepi aliquid, siue calumniando, siue opprimendo, siue in munere, ego contemnam, scilicet, non curabo retinere, sed dimittam immediate.

Restituamque vobis. Scilicet illis, a quibus accepi.

An Samuel teneretur restituere, si aliquid acceperat in suo principatu, & quando iudices tenentur restituere munera, quæ recipiunt a partibus siue sit Simonia, siue non, & quibus tenentur restituere illa.

Quæst. IIII.

QVAERET aliquis, an teneretur Samuel ad restituendum hęc, sicut se obligabat hic. Respondendum est, quòd quandocunque aliquis recipit quicquam, & non potest facere illud esse suum, vt quia non habet titulum acquirendi, tenetur restituere vel illi, a quo accepit, vel alteri. Samuel autem si accepisset aliquid horũ, aut illud esset per calũniam, vel oppressionẽ, aut per munera,

A Si primis duobus modis, tenebatur restituere, quia nunquam habuerat titulum lucratiuum, ille quoq;, cui hęc ablata sunt nihil peccauerat, quare perdere deberet, ideo tenebatur restituere, & etiam illi, cui abstulit. Restituere quidem, quia ipse non habuit causam acquirendi, illi vero, a quo abstulit, quia ille non habuit cãm perdẽdi. Si aũt accepisset munus, aut ipse acceperat illud ad peruertendum iustitiam, & offerẽs ad hoc contulit. Aut accepit amicabiliter, & non ad aliquem alium finem, nec collator habuit aliam intẽtionem. Aut accepit aliquod munus, & peruertit iustitiam, licet collator ad hoc non obtulisset, sed gratis dedisset tanquam amico. Aut collator dedit ad hoc, quod ipse peruerteret iustitiam, & ipse non peruertit.

B Si primo modo Samuel non poterat acquirere illud munus, quia illicite susceperat, ideo tenebatur restituere, cum ipse esset iniustus possessor, non tamen tenebat̃ restituere illi, qui dederat, quia sicut Samuel non habuit causam acquirendi, quia iniuste recepit, ita etiam ille, qui dederat non habebat causam recuperandi, quia illicite dederat, sed tenebatur restituere alteri. In hoc tamen differt, quia aut ille iudex, qui recepit hoc modo munera iam executus fuit id, pro quo munera data sunt, aut non, si non fuit executus, tenetur restituere munera ei, qui dedit, & non peruertere iustitiam, si autem iam peruertit iustitiã pro muneribus, non debet restituere munera ei, qui cõtulit, sed alteri, ne ille sit ĩ duplici lucro iniuste, sed erit tũc, Nota bene pro ludo alearum.

C sicut in lucro alearum, s. quòd si perdens est in maiori culpa, vel quia impulit, vel solicitauit lucrantem ad ludum, non tenetur lucrans restituere illi, sed pauperibus.

Si secundo modo, s. quòd amicabiliter suscepit, & sic conferens obtulit, non obligabatur ipse perdere, quia iustam causam habuit acquirendi, s. per donationem licitam, nec collator recipere poterat, quia sponte transtulit a se dominium rei conferendo alteri.

Si autẽ tertio modo recepit munera, s. ꝙ collator obtulit tanquam amico, & non ad peruertendum iustitiam, iudex autem ad hoc accepit: distinguendum, ꝙ aut iam peruertit, aut non, si nondum peruertit q̃q̃

D a principio non habuit titulum lucratiuum, tamen nunc si incipiat nolle peruertere iustitiam, sed velit tenere tanquam amicabiliter collatum, poterit possidere, cum sic collatum fuerit, & incipit iam esse iustus possessor: si autem iam peruerterit iustitiam pro muneribus, non poterit possidere munera, quia iniuste suscepit, & semper manet ei iniquus titulus, nec tamẽ tenetur restituere ei a quo recepit, quia cum ille spõte tradiderit transtulit a se dominium, sed debet restituere pauperibus, si tamen voluerit restituere collatori peccatum nullum est, quia ille non fuit in culpa.

Si autem quarto modo, scilicet, quòd collator dedit ad hanc intentionem, vt iudex corrumperet iudicium, & tamen iudex non accepit hac intentione, aut iudex cognoscebat a principio, quando munus collatũ est, ꝙ hac intentione offerebatur, aut non, si cogno

E uit peccauit, non quidem, quia iustitiam peruerterit in re, aut in affectu, sed quia accepit id, quod pro iniquitate dabatur. Debent ergo talia munera a principio respui, vel si iudex cognoscens recipiat, debet respuere postquam susceperit, & restituere offerenti, quia nunquam habuit iustam causam possidendi. Si autem a principio iudex putauit amicabiliter conferri, cum tamen ex alia causa daretur, a principio habuit iustam causam possidẽdi, s. bonam fidem, postea tamen incipit esse in mala fide, ideo non habet titulum lucratiuum, tenetur igitur restituere, nõ tamen tenetur illi, quia ille semel ꝑdidit eo, ꝙ contulit,

lit,& alius acquisiuit, eo quòd habuit bonam fidem, & possedit iuste aliquanto tempore, tunc autem erat iste dominus rei, sed simul nō possunt esse duo domini insolidum alicuius rei, ideo offerens desijt esse dominus, sed postquam aliquis desinit esse dominus rei, non habet ius aliquod ad rem, nisi iterum acquirat, iō non debet fieri ei restitutio, quia restitutio fit ei qui habet ius in re.

Dico autem, quòd non debet fieri ei restitutio, scilicet, quòd non tenetur possidens ei restituere, si tamen voluerit non videtur peccare, potest tamen restituere pauperibus. Causa huius diuersitatis a primo membro est, quia ibi pro munere suscepto iudicium corruptum fuit, & sic conferens suscepit commutationem pro munere, nō debuit ergo superlucrari iniuste. Iste autem, de quo hic non suscepit commutationem, quia iudex pro illo nō iudicauit iniuste, licet ipse aliqualiter mereretur perdere, quia pro iniqua causa dedit. Ista autem omnia sunt, quando datur, aut suscipitur munus pro causa iniqua. Si autem recipiatur munus pro causa iusta, s. quia litigator aliquid offert iudici, vt pro eo iuste iudicet, aut hoc offert, qa iudex aliter non vult iudicare pro eo iuste, nisi munera conferat, aut iste conferens dat, licet iudex non petat dari.

Si primo modo iudex peccat, sicut si reciperet munera, vt inique iudicaret, & semper tenetur restituere quia nunquam habuit iustam causam possidendi. Tenetur etiam restituere offerenti, quia ille nō omnino sponte dedit, sed inductus, ne perderet causam, & ipse non habet causam perdendi, quia licuit ei dare, vt redimeret ius suum, cùm hoc sit cuilibet permissum.

Si autem iudice non petente, nec innuente hoc litigator dedit aliquod munus, aut iudex intellexit, quòd pro hoc offerebatur, vt iuste pro eo iudicaretur, vel non intellexit.

Si non intellexit, sed putat gratis collatum, non tenetur restituere collatori, nec alicui alteri, quia iustū titulum habuit acquirendi.

Si autem intellexit, quòd pro hoc dabatur, tenetur restituere ipsi collatori, vel a prīcipio respuere, & hoc quia collator dedit ad redimendum ius suum, quia licet iudex vellet iudicare iuste, collator forsitan intellexit, quòd vellet iudicare iniustè, & vt moueret animum illius contulit, vel forte dedit, vt magis firmaret animum iudicis in bono, quia licet non crederet eum velle iniuste iudicare tamē dubitabat an vellet: vel forte egit, vt iudex citius expediret, quia litigatori grauis erat dilatio diffinitionis causæ, quocunque autem modo horum est redimere ius suum, licet indirecte, ideo iudex nunquam potest taliter accipere, & peccat, si receperit. Collator autem potest offerre. Hoc vltimum colligitur extra de simon. cap. etiam si quæstiones. vbi dicitur, quòd si collatori beneficij, vel dignitatis offeratur aliquid, quòd verisimiliter possit illius mentem mouere ad conferendum, vel non conferendum est simonia, si autem sunt talia, quæ verisimiliter nō possunt mouere mentem collatoris non est simonia. In alijs autem causis, in quibus transgressio non causat simoniam eodem modo dicendum est, s. quòd si iudex recipiat aliquid, quod verisimiliter possit mutare mētem illius iniustum est recipi. Si autem oblata sunt talia, quę non possunt mouere mentem, non est iniustum recipi: hoc autem est, an iudex intelligat sibi datum esse, vt conferat, vel vt iudicet, vel non, quia si intelligat datum esse ex hac causa, licet paruum sit, iam mouetur mens illius, quia inclinatur aliqualiter si recipit: iura autem non fecerunt istam distinctionem, tanquam in se munus magnum, vel paruum aliquid agat, nisi inquantum iudex intelligit ista data esse pro

F tali causa, ideo semper erit illicitum recipere hoc modo.

Ad cauendum ergo omnia ista valdè esset honestum, quòd iudices nihil susciperent a litigatoribus, nisi quòd iure dare coguntur, vt in locis, in quibus statutum, quòd iudici pro qualibet sententia diffinitiua detur tantum, vel tantum, & sic de alijs actibus iudicialibus, vel si forte aliquid recipere volunt, honestius esset, quòd reciperent post diffinitiuam causam, quia tunc litigator non posset dare, vt iudex præuaricaretur iudicium, nec etiam vt redimeret ius suum, iudex etiam non poterat recipere ex aliqua causa iniqua, omnia autem munera, quę ante diffinitionem litium offeruntur, licet interdum secundum iura non sint

G suspecta, tamen secundum naturam, & iudicum prauitatem non potest omnimoda adimi suspitio.

Si Iudæi probassent Samuelem suscepisse munera, vel oppressisse aliquem, quomodo puniretur.
Quæst. V.

QVAERETVR vlterius, quid si Israelitę contendissent contra Samuelem, vt ipse volebat, & probassent, quòd ipse egisset aliquid horum, in quo puniri deberet.

Respōdendum est, quòd aut acceperat aliquid per violentiam, vel calumniam, aut per munera, in quibus non est æquale iudicium, vt infra declarabitur.

H Quidam tamen dicunt, quòd in quocunque horū tenebatur restituere id, quod acceperat, & quintam īsuper partem, & pręter hoc debebat offerre arietem vnum pro peccato: sic habetur Leuitici, capitulo quinto.

Respondendum, quòd non stat, quia illa lex intelligitur quandocunque non agitur iudicialiter, sed ille qui fecit hæc dolet, quòd ista egerit, & vult absolui debet satisfacere illo modo in iudicio, tamen grauior esset punitio. Quod autem non intelligatur de his, quæ iudicialiter fiunt, patet, quia iudices semper iudicabant per leges forales, & nunquam imponebant aliquam pœnam, quæ pertineret ad sacrificia, sed omnes pertinebant ad interesse partis, vel ad ius publicū, nunquam autem iubebantur fieri cæremoniæ, vt pa-

I tet inquirendo omnes leges iudiciales, quæ habentur Exod. cap. 21. vsque ad 24. & in libro Numeri, atque Deuteronom.

Dicendum ergo, quòd maior esset pęna in iudicio & apparet manifeste, quia si aliquis furaretur hominem, & venderet morte moriebatur, si cōuinceretur iudicialiter Exodi cap. vigesimo primo. si tamen non conuinceretur ageretur per legem, quæ habetur Numeri capit. vigesimo quinto. siquis etiam furaretur vnum bouem conuictus soluebat quinque Exod. cap. vigesimo secundo. & tamen per legem, quæ habetur Leuitici capi. quinto. tenetur solum restituere vnum bouem, & quintam partem valoris insuper, & offerre

K arietem pro peccato. ergo non intelligitur ista lex in foro iudiciali. Item patet, quia ista met lex habetur c. 5. & tamen ibi dicitur, quòd illi, qui huiusmodi peccauerunt, confitebuntur peccatum suum, & soluent, q ip dicta sunt, si tamen in iudicio esset non diceretur, q si confitebuntur, sed oporteret eos a partibus conuinci. Intelligitur ergo sine iudicio lex ista, sed nunc dicitur, q Samuel conuinceretur coram Saule, quem posuit iudicem sibi de aliquo istorum, ergo aliter iudicandum erat. Distinguetur ergo sicut prius, quia aut erat in calumnia, aut in oppressione, aut in muneribꝰ. Si in primo saltem necesse erat, quòd fieret restitutio, sed an aliqua pęna infligi deberet, non apparet, qa lex de hoc nihil cauit, satis tamē est verisimile, q maiori plecte-

plecteretur pœna, quod patet quia iudex, qui calumniatur non solum delinquit contra partē accipiendo, quod non debet, sed etiam delinquit in officio suo, quod est sibi commissum a republica. Pro delicto autem in litigatorem saltem ad ęquale tenebitur. Pro calumnia autem non est cōtra rempublicam, & est delictum in officio, erit aliqua alia maior pœna, & forte corporalis.

Item pœnæ, quæ infliguntur in iudicio sunt maiores illis, quę inferuntur in foro non iudiciali. Quod patet, quia iudicialiter cōdemnatur quis pro vno boue ad quinque si furatur, in foro autem nō iudiciali tenetur ad vnum bouem, & quintam partem, & vnum arietem: Exodi vigesimo secundo, & Leuitici capit. 5. Sed si quis calumniatur tenebitur in foro non iudiciali plusquam ad æquale, scilicet ad tantum, & quintam partem insuper, & vnum arietem, ergo in foro iudiciali teneretur plusquam ad ęquale. Si autem accipiatur de oppressione, scilicet quando quis violenter abstulit, vocatur istud rapina, & secundum leges humanas tenetur huiusmodi ad mortem, sed secundum legem Mosaycam pro furto nemo tenebatur ad mortem, sed ad restitutionem, vel quòd vēderetur si non posset restituere, vt colligitur Exodi vigesimo secundo capitu. Et non distinguitur, an sit furtum occultum, vel rapina, quæ est publica, & est violenta. Ideo non apparet, an pro hoc posset infligi mors, constat tamen, quòd deberet infligi aliqua magna pęna, quia graue delictum est, si autem teneretur in his restituere Samuel, & non posset, poterat vendi, sicut pro furto, eo quòd deliquerat, & iudices sententiabant huiusmodi venditionem, vt Exodi cap. 22. Si autem cōuinceretur, quòd recepisset munera, aut erat in casu, in quo posset iuste recipere secundum distinctionem supra datam, aut non.

Secūdm legē Mosaycā pro furto nemo tenebatur ad mortem.

Si primo modo non tenebatur illa restituere, quāquam ipse promisit, & ob hoc iam tenebatur.

Si secundo modo, aut pro illis muneribus iniuste iudicauerat, aut non, si non iudicauerat iniuste quamquam recepisset inique, tenebatur ad restituendum, sed an ad aliquid alterum teneretur, non apparet ex lege. Si autem iudicasset iniuste pro illis, aut in causa criminali, aut ciuili, si in ciuili tenebatur restituere munera, & insuper litigatori tenebatur ad totum dānum, & interesse, & quia iniuste condemnauerat, teneretur ad aliquid aliud insuper, si autem in causa criminali tenebatur restituere munera, & insuper pati debebat pęnam, quam iusserat infligi, scilicet si mortem, quòd pateretur mortem, & sic de cęteris pęnis secundum legem talionis. Quod patet, quia testes falsè testificantes tenebantur ad talionem. Deuteronom. decimonono capitu. a fortiori ergo iudices, quia iudices magis directe pœnam infligunt quam testes.

Et dixerunt non est calumniatus. Obtulit se Samuel iudicialiter responsurum, si vellent Hebræi, ipsi autē dixerunt, quòd non erat necesse, confessi enim fuerunt veritatem, scilicet, quòd nullum malum egisset, de quo vellent cum eo contendere, & dicunt non es calumniatus, idest non abstulisti nobis aliquid sub colore iustitiæ per legem iniquam, vel statutum.

Nec oppressisti. Scilicet non fecisti nobis violentiam, scilicet, inferendo alicui iniuriam, vel auferendo violenter res nostras, sed magis refertur ad iniuriam.

Nec tulisti de manu alicuius quippiam. Idest nunquam accepisti ab aliquo munus. Poterat etiam hoc exponi de ablatione alicuius rei inuoluntaria, sed magis debet exprimi de munere, quia dicitur non tulisti de manu alicuius, quoniam offerens manu peccat, si au-

A tem intelligeretur de ablatione inuoluntaria non diceretur, nec tulisti de manu alicuius, sed diceretur: non tulisti ab aliquo quippiam. *Dixitque ad eos*. Postquam Israelitæ confessi sunt in iudicio, quòd Samuel nihil inique egerat contra eos, vt confessio rata maneat, & non negetur, inuocat ipse testes contra illos.

Testis est dominus aduersum vos. Dictum fuerat supra, quòd Samuel volebat contendere contra Israelitas coram domino, & coram Christo eius, & quia Deus ibi erat tanquam præsens, poterat haberi in testem.

Quomodo Samuel ponit hic Deum, tanquam testem, cum primo acceperit in iudicem. Quæst. VI.

B QVAERET aliquis, quomodo dicit hic Samuel testis est dominus, quoniam supra dicebatur, quòd contenderēt Israelitę coram domino contra Samuelem, & ibi ponitur Deus tanquam iudex: ergo non potest induci in testem, quia in iudicio semper debent esse quatuor personę distinctę extra, de verborum sign. ca. forus. & ibi ponuntur testes, & iudex distincti.

Aliquis respondebit, quòd regulare est illud in iudicio quantum ad omnes homines: Deus tamen quia omnia nouit, & imperuertibilis est, potest iudicare, & testificari, & sic dicit Deus de seipso Ierem. capitulo vigesimonono. scilicet, Ego sum iudex, & testis, dicit dominus.

C Sed ista responsio non stat, quia non solum dicitur hic de Deo, quòd esset testis, sed etiam de Saule, scilicet, & testis est Christus eius, & tamē etiam iste Christus, scilicet Saul ponebatur supra, vt iudex, cum dicitur loquimini de me coram domino, & corā Christo eius.

Dicēdum est ergo, quòd Deus & Saul inducti sunt hic conuenienter in testes: nam quòd iudex & testis sint personę distinctę verum habet in eodem iudicio, scilicet, quòd non potest aliquis in eodem iudicio esse iudex, in quo est testis, vel è contrario: bene tamen poterit esse respectu diuersorum iudiciorum. Verbi gratia, vt si duo litigarent, & vnus contumeliose loqueretur contra alterum coram iudice, illud D fiebat in iudicio, si autem pars peteret sibi satisfieri de iniuria, & necesse esset induci aliquem testem, non posset ille iudex testificari, & sententiare: si tamen coram alio iudice verteretur causa, bene posset ipse testificari de his, quæ viderat: ita ergo hic, Deus & Saul erant positi, vt iudices, si vellent contendere Israelitæ contra Samuelem, & fuerunt etiam iudices ad recipiendum istam cōfessionem in præiudicium partis, vt videretur iudicialiter facta, nunc autem inducebat eos Samuel in testes, non quidem in hac causa, scilicet ad probandum, quòd vera erant ista, quæ confitebantur Iudęi, sed in alia, scilicet, quòd rogabant nunc, vt essent testes, vt si forte aliquando vellent Israelitę contendere contra Samuelem, vel ipse con- E tra eos posset se iuuare ex hac confessione, & tunc induceret istos in testes, & iam non essent iudices, & sic non sunt iudices, & testes respectu eiusdem causę. De Deo autem dicebatur, quòd erat iudex, & testis & est speciale, & intelligitur in eadem causa, quod nulli hominum conuenit, hic autem iudex, & testis est, sed non in eadem causa vnde nihil habet amplius, quam Saul, qui iudex & testis est.

Et testis est Christus eius. Idest Saul rex est testis, scilicet quia ipse erat pręsens huic disceptationi.

Quare ſolus Saul acceptus eſt in teſtem. *Quæſt. VII.*

QVAERET aliquis, quomodo ſolum fuit hic inductus Saul in teſtem de hominibus, cũ ibi eſſent multi alij viri boni, qui poterant teſtificari.

Aliquis reſpondebit, ꝙ hoc factum eſt propter dignitatem Saulis, ſcilicet, quia erat rex, vt maior fides eius dicto adhiberetur.

Sed dicendum eſt, ꝙ non fuit propter hoc, ſed quia non erat ibi aliquis alius quem poſſet Samuel inducere in teſtem, quia reus, & teſtis ſunt perſonæ diſtinctæ, ſed omnes alij Iſraelitæ erant rei, ideo nemo debebat duci in teſtem: hoc autem patet, quia Samuel accuſabat eos, quòd peccauiſſent, vel nõ apparet eſſe ſub numero peccantium, niſi Saul. Quod patet, quia hic culpabantur, ꝙ petiuiſſent regem, totus autem Iſrael petiuit regem, ſ. ſeniores nomine totius Iſrael, de quo s̃. cap. 8. & iterum cum congregaſſet eos Samuel in Maſphat poſtquam vnxit ſecretè Saulem diſſuadebat regem petere, ſed populus dixit; nequaquam, ſed regẽ conſtitue nobis s̃. cap. 10. In hoc autem non peccabat Saul, quia ipſe non petebat regẽ a principio, nec poſt; ideo ſolus populus accuſabatur, & nõ Saul. Vel aliter hic fit accuſatio de petitione regis, rex autem, & petẽtes regem diſtincti ſunt: ideo populum petentem accuſauit, Saulem autem nequaquam. vnde eum ſolum habuit de hominibus, quem in teſtem poſſet producere. *In die hac.* Ideſt hodie ſit teſtis, ſ. quia in die illa Iſraelitæ confeſſi fuerant innocentiam Samuelis, cuius ille volebat habere teſtes: non dicitur tamen, ꝙ ſit teſtis in die hac, ideſt hodie teſtificetur, quia vt ſupra dictum eſt, Deus, & Saul pro illa die erant iudices, & nõ teſtes, & in alio iudicio poſſent induci in teſtes, & tũc nõ eſſent iudices, ſed dicitur teſtis eſt hodie, ideſt hodie rogo eum, vt ſit teſtis, ſcilicet audiendo ea, quę dicuntur, vt cum opportunum fuerit, in iudicio productus teſtificari poſſit.

Quomodo poteſt vocari Deus in teſtem. *Quæſt. VIII.*

QVAERET aliquis, quõ vocabatur hic Deus in teſtẽ, nam aliquis rogatur, vt ſit teſtis, vt poſtea teſtificetur, quando petatur a parte: Deus tamen non teſtificatur coram nobis, quia non loquitur nobis, ideo poteſt conuenienter eſſe teſtis. Reſpondendum eſt, ꝙ Samuel non inuocabat hic Deum in teſtem, tanquam producturus eſſet eum aliquando in iudicio, ſed vocauit eum ad timorem Iſraelitarum, ſ. quia cum dictũ eſſet, ꝙ Deus erat teſtis, Iſraelitæ timerent negare, quod confeſſi fuerãt. Vel aliter, quia Deus ductus fuit in teſtem ſi forte negarent Iſraelitæ confeſſionem, Deus formaret aliquã vocem, quę teſtificaretur pro eo, ſ. iuberet alicui Angelo loqui, ſicut Angeli loquebãtur ex pręcepto eius: ſic enim dicunt Hebræi accidiſſe hic, ſ. ꝙ cum dixiſſet Samuel: teſtis eſt dominus aduerſum vos, & teſtis eſt Chriſtus eius: reſponderunt Iudei teſtis ſit, & tunc q̃dam vox in aere audita eſt quæ dixit, ego ſum teſtis: ſi ergo hoc fuiſſet, ſicut ibi Deus rogatus profeſſus eſt ſe eſſe teſtem, ita cum peteretur a Samuele, quòd teſtificaretur in iudicio, ſimilem vocem formaret teſtificantem, quòd factum fuerat. Sed quia iſtud dictum Hebręorum dubium eſt, aliter poteſt reſponderi conuenientius, ſ. ꝙ Deus producebatur in teſtem, quia tẽpore opportuno poterat teſtificari, modus autẽ erat, quia cum Samuel vocaſſet nunc Deum in teſtem, ſi Hebræi aliquando negarent iſtam cõfeſſionem ſuam Samuel inuocaret dominum, vt faceret aliquod miraculum in teſtimoniũ huius rei, & Deus illud face-
F ret immediate, ſicut patet infra: nam Samuel volebat probare Dei teſtimonio, quòd peccauiſſent Iſraelitæ petendo regem, & ad hoc inuocauit Deum dicens: Nunquid non meſſis tritici eſt hodie? inuocabo dominum, & dabit voces, & pluuias, & ſcietis, & videbitis, quia grande malum feceritis in conſpectu domini petendo ſuper vos regem, & immediate Deus exaudiuit. Vnde ſequitur, & clamauit Samuel ad dominũ, & dedit dominus voces, & pluuias ĩ die illa, & timuit omnis populus nimis dominum, & Samuelem, ſic ergo fieret ſi Hebręis negantibus veritatem Samuel peteret teſtimoniũm ſufficiens magis quam humana teſtificatio. Iſtud namque ſignum dedit Deus Hebræis ad cognoſcendum quis eſſet verus propheta, ſ. ſi dice-
G ret propheta aliquid ſe audiuiſſe a Deo, & in teſtimonium illius induceret miraculum aliquod, erat verus propheta, & iubebat Deus ſibi credi. Deuteron. c. 18. Ita ergo ſi Samuel diceret, ꝙ Iſraelitæ confeſſi fuerãt innocentiam eius, & ad teſtimonium huius peteret aliqua ſigna de cęlo, & venirent, conſtabat verum eſſe quod ille dicebat. Item non ſolum iſta probatio erat ſufficiens, ſed etiam Hebręi magis aſſentiebãt illi, quã cuicunque alteri, quia Iudęi ſigna quærunt, Gręci ſapientiam, vt 1. ad Corinth. c. 1. vnde cum ſupra peterẽt Iſraelitæ regem, & bis increpuiſſet eos Samuel, dicẽs, ꝙ peccarent, non crediderunt, ſed dixerunt: nequaq̃, ſed regem conſtitue nobis, ita s̃. ca. 8. & 10. Et ſic quãquam Samuel eſſet magnę auctoritatis, non credebãt ei, nunc autem quia induxit ſignum de cęlo, q̃n increpabat eos, timuerunt nimis, & confeſſi ſunt ſe peccaſ-
H ſe. ĩ. in litera. ſ. dixit vniuerſus populus ad Samuelem: adora pro ſeruis tuis ad dominum, vt nõ moriamur: addidimus enim vniuerſis peccatis noſtris malũ, vt peteremus nobis regem: hoc igitur modo poterat Deus eſſe teſtis. *Quia non inueneritis in manu quippiam.* Ideſt, ꝙ nõ inueniſtis me accepiſſe aliquid, aut iniuſtum commiſiſſe toto tempore principatus mei. Dicitur enim in manu mea, ideſt in me, quia omnis operatio humana modo loquendi ſcripturæ attribuitur manui eius; quamquam non fiat per manum, ſic patet infra c. 16. ſ. Et ait dominus vitulum de armẽto tolles in manu tua: & tamen manifeſtum eſt, quòd non poterat Samuel tollere in manu vitulum, potiſſime cum ille eſ-
I ſet viuens.

Et dixerunt: Teſtis. Ideſt Iſraelitæ dixerunt volumus, quòd Deus ſit teſtis, quamquam non oportebat, ꝙ Iſraelitę acceptarẽt eſſe teſtes eos, quos vocabat Samuel in teſtes: tamen ad maiorem abundantiam acceptauerunt. In Hebræo habetur hic. *Et dixit, teſtis.* Ad quod ſciendum, quòd Hebræi dicunt, quòd quãdo Samuel vocauit dominum in teſtem, quædam vox formata eſt ĩ aere, & illa dixit: ego ſum teſtis, ſcilicet, quòd Samuel eſt innocens, vel aliter ego ſum teſtis, ſ. quòd cõfeſſi fuiſtis hodie innocentiam eius.

Et ait Samuel ad populum. Hic ponitur ſecundum, in quo Samuel declarat populi culpam, & hoc dupliciter. Primo in verbo, ſecundo in miraculo ibi. *Sed nunc*
K *ſtate.* Circa primum Samuel increpat Iſraelitas improperando eis miſericordias domini. *Dominus, qui fecit Moyſen, & Aaron.* Non accipitur hic facere, ideſt creare, vel producere, ſ. quòd Deus fecerit naſci Moyſen, & Aaron, quamquam aliquãdo ſic accipitur, vt patet Deuteron. capi. 32. ſ. Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, fecit, & creauit te? nam tunc non eſſet aliquid ſpeciale, quòd fecerit Moyſen, & Aaron, quia ſic etiã fecit omnes alios, ſed dicitur ꝙ fecit eos, ſ. nũcios, & habentes poteſtatem ad educẽdum Iſraelitas de Aegypto, ſic patet infra. ſ. miſit dominus Moyſen, & Aaron, & eduxit patres veſtros ex Aegypto.

Quare

Quare Samuel enarrat ista gesta præteritorum temporum, quæ nihil videntur attinere ad reprehensionem. Quæst. IX.

QVAERET aliquis cum Samuel intendat hic arguere Israelitas, quòd male egissent petē do regem, quare enarrat eis ista gesta præteritorum temporum, quæ nihil videntur attinere.

Respondendum, ꝙ hoc fit propter duo: primo ad increpandum Israelitas de ingratitudine, s. quòd cum Deus fecisset eis tāta bona, propter quæ debuissent in æternum ei gratias referre, & subditi esse, & Deus vellet super eos habere principatum regalem, abiecerūt eum petentes regem hominem, & vt videatur eorū ingratitudo, referūtur collata beneficia, quòd autem fiat propter hoc, apparet immediatè cū dicitur, nunc ergo state, vt iudicio cōtendam aduersum vos de omnibus misericordijs, quas fecit vobiscum. Patet etiam infra, cum dicitur dixistis mihi nequaquā, sed rex imperabit nobis, cum dominus Deus vester regnaret in vobis, quasi dicat, ingrati fuistis petēdo alium regem, cum Deus vellet regnare. Secundo inducuntur omnia, quæ habentur hic ad probandum, quòd vane egerint Iudęi, & quòd motiuum suum ad petendum regem fuit stultum. Volebant enim regem ad hoc, ꝙ liberaret eos a periculis bellorum, quasi intelligentes, quòd alias non possent liberari, nisi regem haberent: sic patet supra capit. 8. s. rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gētes, & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos: & pugnabit bella nostra pro nobis. Quod magis patet infra in litera, s. videntes, quòd Naas rex Ammon venisset aduersum vos dixistis mihi nequaquam, sed rex imperabit nobis, quasi dicat, non poterimus habere alium principatum, per quem eruamur ab hostibus, nisi per regalem quòd si fuisset verū rectè petiuissent Israelitæ, sed falsum est: poterant enim liberari ab hostibus sine rege, & hoc probat Samuel inductiuè per maiora pericula Israelitarum, s. ipsi fuerūt in Aegypto in maxima seruitute, & liberauit eos Deus inde per manum Moysi, & Aaron, & hoc sine rege; ergo poterat eos semper liberare dato, quòd non haberent regem: sic etiam liberati sunt de manu Chananæorum Moabitarum, Ammonitarum Philistinorum, & reliquarum gentium; & tunc non habebant regem, ergo a cęteris periculis futuris poterant liberari sine rege, vanè ergo petierunt regem. Item inducit Samuel fortiorem probationem ad maiorem confusionem Hebręorū, quia non solum vane, sed etiam stulte egerunt, nam si pręteritis temporibus Deus liberasset semper Israelitas sine rege, nunc autem acciderent maiora pericula, quamquam Israelitę culpabiles essent, si peterent aliud genus principatus pro istis maioribus periculis, quia diffidebant de Deo; tamen stulti non erant, nunc autem non factum est sic, sed cum a principio accidissent valde magna pericula, & ab illis sine rege liberati fuissent Israelitę, nunc in valde paruis periculis petebant regem. Ad hoc inducit Samuel, quod habetur infra. s. videntes autem ꝙ Naas rex filiorum Ammon &c. quasi dicat in comparatione periculorum pręteritorum, quæ hic referuntur quasi nullum erat periculum, quod imminebat ex incursu Ammonitarum: ibi tamen Israelitę petierunt regem dicentes: Nequaquā sed rex imperabit nobis, vt patet infra, ergo stulte egerunt, & hoc inducit Samuel per totam istam literam. *Et eduxit patres vestros de terra Aegypti, adest.* i. Deus, q liberauit patres vestros est pręsens, hoc dicit Samuel, quia infra dicit: nunc ergo state, vt iudicio cōtendam aduersum vos coram domino, & quia Israelitę nō vi-

A debant dominum non putarent se contēdere coram domino: dicit Samuel, quòd Deus adest, idest pręsens est inter illos, quod probauit immediate per miraculū quod ibi Deus operatus est. Ponuntur autem hic duo beneficia, s. missio Moysi, & Aaron, & eductio Israelitarum de Aegypto quamquam infra ponantur, quia ista principalia sunt inter omnia, vnde sępe repetuntur.

Nunc ergo state, vt iudicio cotendam aduersum vos. Idest, Samuel volebat contendere aduersum Israelitas probando eos peccasse, nec quidem contendit hic probādo innocentiam suam, quia iam ipsi hanc confessi fuerant, sed contendit probando eorum culpam, & hoc iudicio, idest iudicialiter, s. proponendo ɔ̄ ipsos Deo
B existente iudice, & expectando, si quis eorum respondere vellet.

De omnibus misericordijs, quas fecit vobiscum. Idest contentio est ad probandum iniquitatem Hebręorum, & hoc per omnes misericordias, quas Deus fecit eis, non est tamen sensus, quòd contendebat de misericordijs Dei, s. volens probare, quòd Deus fecisset misericordias multas Iudęis, quoniam has ipsi concedebant, sed contendit de misericordijs, idest ex misericordijs probando eorum ingratitudinem, & sic (de) dicit hic habitudinem principij, & non materię, vel obiecti. *Et cum patribus vestris.* Dicitur hoc, quia omnes istæ misericordię, quæ hic enarrantur, non fuerunt factę istis Hebreis, qui nunc viuebant, sed plurimę ipsarum fuerunt factę patribus eorum, idest pręde cessori
C bus. Dicitur autem hic, quòd contendit Samuel cum Israelitis de omnibus Dei, idest de multis. De omnibus enim contendere non poterat, quoniam infinitæ sunt misericordię Dei, nobis quoque semper, & quotidie miseretur, ita vt nemo sufficiat enarrare quantū sibi miseretur, quanto magis de misericordia, quam habet erga populum vnum magnum. Sed vt taceamus de misericordijs vulgaribus, quę sunt, cum Deus concedit nobis esse & viuere, victum & liberationem a periculis, quę incidere poterant, loquendo de misericordijs specialibus, quæ sunt de valde magnis rebus, Samuel non expressit omnes misericordias domini super Hebręos, sed de multis paucas hic retulit, velut
D si quis consideret beneficia collata Israelitis ex ipsa afflictione Aegypti vsque ad tempus Samuelis inspiciēdo diligenter processum medium scripturę: Samueli tamen sufficit ad inducendum id, quod volebat, s. ingratitudinem Hebręorum ista pauca beneficia enarrasse, sicut si omnia retulisset. *Quomodo ingressus est Iacob in Aegyptum.* Scilicet tempore famis, vt aleretur ibi.

Quare Samuel enarrat aliqua beneficia Dei in Israelitis, & aliqua tacet. Quæst. X.

QVAERET aliquis, quare non posuit hic Samuel alia beneficia populi Hebræorum, quę fuerūt ante hoc, & quare posuit istud
E cum non videatur beneficium.

Ad primum dicendum, quòd ante hoc Deus fecit alia beneficia magna Israelitis, scilicet, quòd separauit eos a cęteris nationibus, vt colerent eum, & vt ipse benefaceret illis, & hoc educendo patrem eorum Abraham de terra Chaldęorum, promittendo quoque ei magna bona, scilicet, terram Chanaan, & Messiam nasciturum de semine suo: Gene. duodecimo, & decimotertio, & trigesimosecundo cap. Etiam benefecit Abrahę prosperando eum contra hostes: Gen. capit. 14. & dādo ei filium, de quo nati sunt omnes Hebręi, cum esset vxor sua sterilis: Genes. decimo octauo capitulo. Sic quoque cum natus esset Isaac pater eorum

benefecit eis dans filios, cum esset sterilis vxor eius, p 20. annos concipere non potuit: Gene. 25. ca. Et quòd fuit maius genitis duobus gemellis, s. Iacob, & Esau, Deus elegit sibi Iacob faciens sibi populum de stirpe eius, & neglexit Esau: hoc autem beneficium, tanquã magnum Deus Israelitis improperat Malach. cap. 1. s. Dilexi vos, dicit dominus, & dixistis, in quo dilexisti nos? nonne frater erat Esau Iacob, dicit dominus, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui, & posui montes eius in solitudinem, & hæreditatem eius in dracones deserti: nullum tamen horum beneficiorum improperat hic Samuel Hebręis, cuius causa est duplex.

Prima est, quia Samuel volebat enarrare principaliter beneficia, quę data fuerunt Israelitis tanquam populo, illa autem, quæ data sunt Abrahę Isaac, & Iacob a principio, non erant tanquam beneficia data populo, sed personis singularibus, quia isti nõdum erant populus, cęperunt autem Israelitæ esse populus in Aegypto, ideo ab illo loco incipit enarratio beneficiorum eis collatorum.

Secũda ratio est, quia Samuel voluit breuiter enarrare beneficia, & quia in quibusdam posterioribus beneficijs includuntur priora, subticuit ea: sic enim est de istis beneficijs enarratis, quia omnia hęc possunt intelligi per hoc, quòd Deus multiplicauit Israelitas in Aegypto, cum præsupponantur.

Alia causa esse poterat, s. quòd Samuel solum intẽdebat hic inducere ĩgratitudinem Israelitarum, & ad hoc sufficiebat quæcunque beneficia inducere, ideo sicut incipiendo a beneficijs collatis in Aegypto vsq; ad tempus Samuelis multa hic Samuel omisit, ita etiã illa priora ante ingressum in Aegyptum prætermisit.

Quare posuit hic descensum Iacob in Aegyptum.

Ad secundum articulum, cum dicebatur, quare positum fuit hic, & quare retulit Samuel descensum Iacob in Aegyptum, cum istud non sit beneficium.

Respondendum est vno modo, quòd fuit beneficium, s. quòd tempore, quo descendit Iacob in Aegyptum, fames vastabat totã terram potissimè terram Chanaan, & Aegypti: Iacob autem habitans in terra Chanaan, non habebat vnde sustentaret familiam suã nisi cum mitteret pro alimentis in Aegyptum, ita Genes. 42. & 17. & 18. Hoc autem fuit in pauco tempore famis, si autem manere debuisset in terra Chanaan septem annis sterilitatis magnæ perijsset ipse cum familia sua, nec tamen audebat descendere in Aegyptum, quia ibi etiam putabat se periturum, vnde cum Deus iussisset Iacob descendere in Aegyptum adhuc timebat, quanto magis si non iussisset? Gen. 46. Quod ergo fecerit eum illuc descendere, beneficium fuit, nec paruum, quia sic conseruatus est populus Hebręorum, q alias periturus erat, ideo ponitur hic descensus iste tãquam beneficium.

Aliter responderi potest, s. quòd per descensum in Aegyptum intelliguntur omnia beneficia, quæ Israelitæ receperunt in Aegypto, licet ipse descensus non sit beneficium: ibi enim multa receperunt, quãquam ad vltimum indigne passi sunt.

Primo enim receperunt beneficia, quia Pharao rex Aegypti dedit eis diuitias multas, & plaustra, vt educerent filij Iacob eum cum tota cognatione sua in Aegyptum: Gen. 45. cap. Præter hoc autem dedit eis postea terram optimam, in qua habitarent quam ipsi petiuerunt, s. terram Gessen: Gene. 46. & 47. Postea autẽ multiplicauit Deus Israelitas in Aegypto, tanquã germinantes: Exodi cap. 1. ita vt in paruo tempore peruenirent ad sexcenta millia virorum: Exodi cap. 12. Multa quoque alia in Aegypto receperunt, quæ intelligũtur nomine descensus Iacob in Aegyptum. Durauerunt autem beneficia Aegyptiorum circa Hebræos quandiu mansit Ioseph, & aliquãto tẽpore post mor-

F tem eius: surrexit autem postea rex nouus, qui ignorabat Ioseph, & ille cœpit opprimere Israelitas, vt patet Exodi capitu. 1.

Aliter potest dici, quòd descensus Iacob in Aegyptum non ponitur hic, tanquam beneficium, sed est quoddam pręmissum ad ea, quæ sequuntur de beneficijs: nam hic agitur de liberatione Israelitarũ de Aegypto, quod fuit maximum beneficium, & ad hoc, vt liberarentur de Aegypto, oportet, quòd aliquãdo descendissent, cum non fuerint ibi semper, ideo debuit præmitti iste descensus in Aegyptum.

Et clamauerunt patres vestri ad dominum. Dicitur de patribus eorum, quia isti non fuerunt ibi, nec aliquis ipsorum: transierant enim ab exitu de Aegypto vsque G ad tempus istud, quasi anni quatuor centum, & viginti. quod patet, quia ab exitu de Aegypto vsquequo incępit Salomon construere templum, fluxerunt anni quatuor centum octoginta, infra tertio libro, capit. 6. sed ab isto tempore vsque ad constructionem templi fluxerũt anni sexaginta, quod patet, quia istud erat in primo anno regni Saulis, cui attribuuntur anni quadraginta, Actuum capit. 13. & isti partim pertinent ad Samuelem, & partim ad Saulem, scilicet viginti anni vtrique eorum, vt declaratum est supra capi. 8. ab hoc ergo tempore, in quo ista dicebantur vsque ad principium regni Dauid fluxerunt anni viginti. Dauid autẽ regnauit annis quadraginta, vt patet infra tertio libro cap. 5. & infra tertio libro, cap. 2. Post Dauid regnauit Salomon, qui secundo anno regni sui cępit construe- H re Sanctuarium infra 3. libro, capitu. sexto. ideo fluxerũt anni quasi sexaginta duo à tempore, quo Samuel dicebat ista vsque ad ędificationẽ templi, qui si demãtur de quatuor centum octoginta, supererũt quatuor centum decem octo. vel quasi: hi autem transierant ab exitu de Aegypto vsque ad tempus, quo ista dixit Samuel, & sic nemo de istis fuit ĩ Aegypto, sed patres eorum, clamauerunt autem isti ad dominũ, quia Aegyptij opprimebant eos durissimę deducebantque ad amaritudinem vitam eorum operibus duris luti, & lateris omnique famulatu, quo in terrę operibus opprimebantur, nec suffecit eis hoc, sed etiam occidebant paruulos eorum in flumine suffocantes, & obstetricibus in ipsa effusione ab vtero masculos necari iube- I bant Exodi cap. 1.

Et misit dominus Moysen, & Aaron. Scilicet ad liberandum Israelitas de Aegypto, non tamẽ misit eos ęqualiter, sed principaliter Moysen, ipse autem dixit se impeditę linguę, ideo quòd esset inutilis ad hoc: Deus autem respondit Aarõ frater tuus Leuites scio, quòd eloquẽs sit, ipse egredietur in occursum tuum, loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius, & ostendã vobis quid agere debeatis Exod. capit. 4. Moyses ergo missus est tanquam dux, Aaron autem solum missus est, vt minister Moysi, s. vt loqueretur ea, quę iubebat Moyses, vt patet eod. c. s. Ille loquetur pro te ad populum, & erit os tuũ, tu autem eris ei in his, quę ad Deũ pertinent. Sic etiam Exo. c. 7. dicitur ecce constitui te K Deũ Pharaonis, Aaron frater tuus erit propheta tuus.

Et eduxit patres vestros ex Aegypto. Non refertur istud verbum ad Moysen, & Aaron, quia tunc diceretur, & eduxerunt eos, sed refertur ad Deum, qui eduxit, s. faciendo signa magna, & prodigia. Sed aliquis forte dicet, quòd refertur ad Moysen solum, quia licet Moyses, & Aaron missi fuissent ad liberandum Israelitas: quia tamen Moyses principalis erat, attribuitur ipsi eductio, sicut in naturalibus actio semper attribuitur principali agenti, & non instrumento, sed Aaron erat tanquam instrumentum Moysi, quia erat os illius, vt patet Exod. capi. 4. ideo non debet attribui eductio vtrique, sed soli Moysi.

Respon-

Respondendum hoc satis rationabiliter dici, tamē adhuc non stat, quia neutri eorū attribuitur eductio, quod patet, quia immediate dicitur, & collocauit eos in loco isto, & tamen potest referri ad Moysen, & Aaron simul, nec ad aliquem eorum per se: nam vterq; mortuus est in deserto, & neuter intrauit in terram Chanaan: Numeri cap. 20. scilicet. Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis: ergo non attribuitur eductio alicui eorum, quia educere, & collocare referuntur hic necessario ad eundē propter copulam. *Et collocauit eos in loco isto.* Scilicet in terra ista optima manāte lacte, & melle, & in hoc significant magna beneficia, quia collocatio Israelitarū in terra Chanaan nō fuit sine magnis laboribus, licet enim ingressus non fuit nimis laboriosus, ad hoc tamen, quòd excluderent gentes, quæ habitabant prius in terra ista multa bella fuerunt per magnum tēpus, vt patet in processu libri Iosue, & hoc fuit collocare, scilicet, in pace possidere: nunc autē intelligenda sunt ista, scilicet Deus misit Moysen, & Aaron, & liberauit patres vestros de Aegypto collocans in loco isto, sed omnia ista facta sunt sine rege, ergo sic poterat vos liberare Deus ab omnibus alijs periculis sine rege. Vel aliter, Deus fecit ista vobis, quæ erant magna beneficia, pro quibus debuissetis in ęternum ei subditi esse, nunc autem abijcientes eum, ne regnaret super vos, petiuistis vobis hominem regem, ideo nimis ingrati fuistis.

Qui obliti sunt domini Dei sui. Hic incipiunt alia beneficia, s. quòd Israelitæ postquam fuerunt in terra Chanaan rursus conclusi sunt in manus hostium, & indiguerunt auxiliatore: Deus autem liberauit eos, dicitur autem obliti sunt Dei sui, quoniam Israelitæ ab introitu in terram Chanaan toto tempore, quo vixit Iosue, & aliquanto tempore post mortem eius coluerūt Israelitæ dominum, eo quòd recordabantur operum eius: postea autem obliti sunt beneficiorum illius, nō quidem simpliciter tanquā non recordarentur, quòd Deus introduxisset eos in terram illam, sed obliti sunt quantum ad hoc, quòd non agerent gratias Deo pro beneficijs impensis: sic patet Iosue 24. & Iudicum c. 2. s. seruiuitque Israel domino cunctis diebus Iosue, & seniorum, qui longo tempore vixerunt post Iosue, & qui nouerant omnia opera domini, quę fecerat in Israel.

Et tradidit eos in manu Sisaræ magistri militiæ Asor. Iste Sisara fuit quidam magnus dux Chananęorum, & vocatur magister militiæ Asor, idest dux, vel rector belli in militia regis Asor, non est enim Asor nomen regis sed ciuitatis, quæ erat olim potentissima in tota terra Chanaan, & omnes reges Chanaan obediebant regi Asor, vt patet Iosue cap. 11. s. Asor enim antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenebat. Hanc ciuitatem ceperunt Israelitæ tempore Iosue, & combusserunt eam: Iosue cap. 12. postea tamen Chananæi cōfortati recuperauerunt illam vrbē, & reędificauerunt eam fuitque ibi rex potens, sicut a principio. Erat autē rex iste Iabin cuius militię magister erat Sisara. premebat autem nimis Israelitas Iabin per annos viginti, qa habebat militiam multam, tunc inito bello Sisara magister militiæ Iabin venit in pugnam contra eos, & fugiens a quadam fęmina nomine Iael occisus est Iudi. cap. 4. non est tamen intelligendum, quòd istud fuerit primum, in quo liberauit Deus Israelitas postquam fuerunt in terra Chanaā, quoniam prius liberauit eos de manu regis Syrię per Hothonielem, vt patet Iudi. cap. 3. Liberauit de Philisthinis per Samgar: Iudicum cap. 4.

Et in manibus Philisthinorum. Idest ēt traditi sunt Israelitę Philisthinis, qui opprimebant eos, oppresserūt aūt primo tempore Samgar, qui occidit sexcētos eorum in vomere, vt Iud. 4. Postea autem traditi sunt aliquanto tempore manui Philisthinorum. vt Iudi. 10. ca. Iterum autem fuerunt sub manu Philisthinorum tēpore Samsonis: Iudicum ca. 13. Et istud durauit vsque ad tempora Saulis, & Dauid: liberabātur tamen interdū ab oppressionibus secundum partem, vt tempore Sāsonis, de quo Iudic. cap. 13. vsque ad 17. Liberati sunt etiam per Semuelem, de quo supra c. 7. & postea multoties per Saulem, qui toto tempore regni sui habuit bellum magnum contra Philisthinos, vt infra cap. 14. hic autem agitur de liberatione Philisthinorum non de totali, quia non fuerunt liberati Israelitę penitus de manu ipsorum vsq; ad tempora Dauid, q abstulit frenum tributi de manu Philisthinorum, ita infra 2. libr. cap. 8. De hoc declaratum est supra cap. 4.

Et in manu regis Moab. Iste erat rex nomine Eglon, qui oppressit Israelitas 18. annis. Misit autem Deus iudicem nomine Aod qui occidit regem Moab, & quasi 10. millia Moabitarum vt patet Iudi. c. 3.

Et pugnauerunt aduersus eos. Scilicet istę gentes regis Asor, & Philisthinorum, & Moabitarum pugnauerunt contra Iudęos ad hoc, quòd subiicerent eos in seruitutem, istæ autem pugnę erant antequam Israelitæ essent subditi horum, tunc istę gentes pugnabant, & Hebręi non potentes resistere illis subijciebantur seruituti magnæ, vt apparet pręallegat. cap.

Postea autem clamauerunt ad dominum. Modus autem erat in his aduersitatibus, quòd cū Israelitę desererēt Deum, tradebat eos in manu hostium, sub quibus manebant aliquanto tempore non clamantes ad Deum, cum autem iā induraretur malum super eos cognoscebant iniquitatem suam, & tunc gemebant ad dominum, qui miserebatur illorum mittens eis aliquē, qui liberaret eos, sicut colligitur ex processu libri Iudicum, quotienscunque ipsi afflicti fuerunt, hoc autē prædixerat Deus per Moysen: Leui. 26. cap. s. ambulabo ego contra eos, & inducam eos in terram hostilē, donec erubescat incircuncisa mens eorum, tunc orabūt pro impietatibus suis, & recordabor fęderis mei, quod pepigi cum Iacob, Isaac, & Abraham, hoc autē erat, ꝙ Israelitæ clamarent: aliquando autem, licet clamarent non exaudiebat Deus illos immediate, vt punirentur pro peccatis suis, & sic manebant aliquando in potestate hostiū annis 20. vt sub rege Iabin, aliquando 18. vt sub rege Eglon. De hoc Iudi. c. 3. & 4. *Et dixerunt peccauimus, quia dereliquimus dominū.* Confitebantur Israelitæ peccatum suum, quia vexatio dabat eis intellectum: nam a principio non cognoscebant Israelitæ, ꝙ propter peccatum suum venirent eis mala ista. Postea tamen cum nimis dolerent, cognoscebant, ꝙ veniebant propter iniquitates suas, & erubescebant Leuitici c. 26. & dicebāt peccauimus, quia dereliquimus dominum, sicut patet hic. aliquando tamen Israelitæ putabant, ꝙ quando colebant idola, veniebant eis bona, cum vero desinebant colere illa, & colebant Deū cęli inueniebant eos mala, sic patet Ierem. 44. cap. vbi responderunt omnes Israelitę Ieremiæ in Aegypto, scilicet, Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Dei nostri, non audiemus ex te, sed faciemus omne verbum, quod egredietur ex ore nostro, vt sacrificemus reginę cœli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri, & principes nostri, & reges nostri in vrbibus Iuda, & plateis Ierusalem, & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumque non vidimus, ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificare reginæ cœli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio, & fame consumpti sumus.

Quis modus clamādi.

Nomina idolorum. *Et seruiuimus Baalim, & Astaroth*. Ista sunt nomina idolorum, quæ coluerunt Iudæi: multos enim Deos colebant, s. omnium gentium, quæ in circuitu erant, s. Philisthinorum, Moabitarum, & Ammonitarum, & Sidoniorum. Prçcipuè tamen coluerũt Baalim, & Astaroth, ideo de eis fit magis mentio hic: sic patet Iudicum cap. 10. s. Filij Israel fecerunt malum in conspectu domini, & seruierunt idolis Baalim, & Astaroth, & dijs Syriæ atque Sidonis, & Moab, & filiorum Ammon, & Philisthijm: ob hoc etiã quando Samuel hortatus est Israelitas, vt excluderent omnem idolatriam expressit de istis specialiter, vt patet supra cap. 7. s. si in toto corde vestro reuertimini ad dominum auferte Deos alienos de medio vestri Baalim, & Astaroth. Et ibi subditur: Abstulerunt ergo filij Israel Baalim, & Astaroth, & seruierũt Deo soli. quamquam autem ista duo idola essent communissima inter Israelitas, tamẽ adhuc magis colebant Israelitę Baalim quam Astaroth, qui interdum vocatur Baal, intantum quòd totus Israel post diuisionem regni sequebatur Baalim, & habebat prophetas multos, & sacerdotes, ita vt Elias occideret quatuor centum prophetas Baal, vt infra tertio libr. cap. 18. Sic etiam Iheu rex Israel percussit omnes sacerdotes Baal, & erat templum plenum. infra 4. libr. cap. 10.

Nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum. Hoc dicebant Israelitæ quandocunque essent in aliqua aduersitate, & premebãtur nimis a gentibus; tunc enim quamquam indigni essent Deus exaudiebat eos, quia sic pepigerat cum patribus ipsorum Leui. cap. 26. scilicet, tunc orabũt pro impietatibus suis, & recordabor fęderis mei &c.

Et seruiemus tibi. In hoc proponebant vltra non peccare, non est autem intelligendum, quòd quia Israelitę dicebant domino, quòd seruirent ei deberet eos eripere, quoniam in hoc nihil vouebant cum ad hoc obligati essent, sed intelligitur per hoc contritio de peccatis, & propositum nunquam errandi, nam Israelitæ ante hoc peccabant in hoc, ꝙ deseruerant Deum: nũc autem proponebant seruire ei, ideo recedebant ab iniquitate, & conterebantur de peccatis suis.

Noĩa iudicum Israelitarum. *Et misit dominus Ierobaal*. Iste est, qui vocatur alio nomine Gedeon, Apostolus autem vocat eum Gedeonem, sicut communiter vocatur in scriptura: interdũ tamen vocatur Ierobaal, vt patet Iudicum cap. 9. s. bene egistis cum Ierobaal, idest, cum Gedeone, & Iudi. ca. 8. sępe vocatur Ierobaal, & sępe Gedeon, istum autem misit Deus, s. ad pugnandum contra Madianitas, & Amalechitas, & occidit plurimos, sicut constat Iudicum cap. 6. & 7.

Et Bedan. Iste est alius iudex, qui vocatur Samson, non est autem Bedan nomen eius proprium, sed cõe significans cognationem: est enim Bedan compositũ de Ben, & Dan: Ben autem in Hebrço significat filiũ, Dan vero significat tribum quãdam, s. quòd Samson erat de filijs Dan: sic patet Iudicum cap. 13. ideo raro sub hoc nomine inuenitur. iste Bedan, idest Samson missus fuit cõtra Philisthinos, ipse namque per viginti annos iudicauit Israel, Iudicum cap. 16. intulit damna multa Philisthinis, vt patet a capit. 14. vsque ad 17. Iudicum.

Et Barac. Iste fuit alius iudex Israel, qui vocatur filiꝰ Abinoen, fuit autem missus ad pugnandum contra Sisaram principem militię regis Iabin cum decẽ millibus viris, & conterritus est Sisara, fugitque ab eo, ita Iudicum cap. 4.

Et Iephte. Iste fuit alius iudex, quem Deus misit cũ Israelitę premerentur nimis ab Ammonitis petentibus terram, quam possidebant Iudęi, pugnauit autem atrociter Iephte contra illos, & contriuit eos percussitque viginti ciuitates eorum, vt Iudicum ca. 11.

F *Et Samuel*. Idest misit Deus Samuelem in iudicem, vt etiam liberaret Israelitas de manu Philisthinorum, ipse quippe liberauit eos, quia dicitur supra cap. 7. facta est manus domini super Philistheos cũctis diebus vitę Samuelis, & redditę sunt vrbes, quas tulerant Philisthęi ab Israel ab Acharon vsque Geth: liberauitque Israel de manu Philisthinorum. Eratque pax inter Israel, & Amorrhęum. Ponitur autem hic de Samuele, tãquam de iudice, quia ipse fuit vltimus in iudicibus, nam durauit status iudicum vsquequo mutatus est in alterum genus principatus, s. in regalem, & quia primus rex fuit Saul, & ante eum Samuel regebat Israelitas, fuit Samuel vltimus iudicum.

G

Quomodo Samuel scripserit hic proprias laudes. Et qualiter scriptores coguntur interdum de se scribere aliquas laudes. Quæst. XI.

QVAERET aliquis, quomodo Samuel scripsit hic de seipso, ꝙ hoc videbatur pertinere ad iactantiam: viri autem virtuosi laudes suas semper occultant, nam non solum nõ se laudant, sed etiam laudantes non libenter audiunt.

Aliquis respondebit, quòd Samuel non scripsit istũ librum, sed aliquis alius, & ille potuit conueniẽter describere laudes Samuelis.

Sed dicendum est, quòd non stat, quia omnes, tam Hebræi quàm Latini dicunt, quòd Samuel scripsit librum istum, vnde iste liber cum sequenti vocantur libri Samuelis, sic vocat eos Hieronymus in Prologo Galeato, qui est super librum istum, ideo non stat, ꝙ alius scripserit.
H

Aliquis tamen ad hoc respõdebit, quòd dato, quòd Samuel istum librum scripserit, tamen non scripsit ipse istud verbum, sed aliquis alius post eum, s. Esdras, quando restaurauit legem a Chaldeis exustam.

Sed hoc non stat, quia sicut declaratum est Deute. cap. 1. & in quibusdam alijs locis, nullus auderet quicquã addere, vel detrahere sacrę Scripturę, sed adhuc dato, quòd Esdras aliquid apposuisset in alijs locis, nõ poterat esse istud verbum appositum ab eo, quia non solum Samuel scripsit librum istum, sed etiam propo-
I suit ista verba increpatoria contra Israelitas; vt apparet ibi, & litera testatur, quòd ipse dixerit ista. si autem ipse non protulisset istud verbum, & Esdras illud addidisset testaretur, quòd dixisset Samuel, cum ponatur inter verba, quę ipse dixit, & tunc esset falsum in sacra Scriptura, quod est impossibile. Dicendum igitur, ꝙ Samuel vtrunque fecit, s. scripsit istud verbum, & etiã protulit illud coram Israelitis: cum autem dicitur, ꝙ erat laus eius in hoc, & ipse non proferret talia.

Respondendum est, quòd si Samuel relinqueretur soli arbitrio suo, non dixisset hoc, quia viri virtuosi est laudes suas supprimere: erat tamen Samuel propheta, & loquebatur ista, quia Deus iubebat, ideo non poterat loqui, nisi quòd Deus mandabat. Quod autem
K Deus ista iuberet apparet, quia cũ dixisset ista Samuel ad probandum, ꝙ Israelitæ peccauerant, induxit immediate diuinum miraculum, dicens: Sed nunc state, & videte rem istam grandem, quam facturus est dominus, & immediate illa secuta est. Si tamen Deus nõ locutus fuisset Samueli ista, nõ auderet dicere, quòd miraculum vẽturum erat: timeret enim, ne Deus nollet consentire voci eius, sed immediate secutũ est miraculũ, sicut ipse dixit: ergo a Deo ista acceperat: est enim ista sufficiens probatio, s. quando propheta aliquid prænunciat ex parte Dei, & adiungit signum, & illud euenit: manifestum est, quòd Deus illa dixerit, si autem non euenerit, Deus nõ locutus fuit, sed ꝓpheta confin-

confinxit, ita Deuter. cap. 13. sed venerunt ea, quę dixit Samuel, ergo Deus locutus fuit ei, sed quādo De⁹ aliquid iubet prophetæ dicere non potest aliud loqui quam id quod Deus iubet, sicut patet de propheta Balaam, cui Deus iussit, quòd non malediceret Israelitis, & cum ipse conaretur maledicere Israelitis, non poterat, sed è contrario benedicebat: Nume. cap. 23. & 24. Et si Deus permittat prophetę libertatē in loquendo circa ea, quæ ei reuelauit, tamen nimis peccat si aliud locutus fuerit, quam Deus dixit, vel si non omnia protulit, quæ Deus dixit, vel iussit: Samuel autem erat vir sanctus, & nihil ageret contra id, quod Deus dicebat: ergo si Deus imprimeret ei, quòd de se aliquid proferret pertinens ad laudem illud exprimeret: similiter quoque si aliquid pertinens ad ignominiam eius iuberet illi dicere, illud quoque dixisset, nec etiam est mirandum, quòd Samuel de se ista protulerit, quia Moyses erat vir sanctior, & tamen de se maiorem laudem protulit, sic patet Nume. cap. 12. scilicet. Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra, nulla fere maior laus de aliquo dici poterat: Samuel ergo istud diceret de seipso, quod minus erat.

Quare Samuel non expressit omnia bella facta tempore iudicum sed tantum Philisthinorum, Moabitarum, & regis Asor. Quæst. XII.

QVAERETVR vlterius cum alia bella Deus fecerit contra gentes tempore Iudicum ꝑter hęc, quare solum expressit hic de Philisthinis, Moabitis, & rege Asor, quòd autem fuerint alia apparet, quia prima afflictio, quam sustinuerunt Hebręi mortuo Iosue, fuit quando peccantibus eis post mortem illius, Deus tradidit eos in manu Chusanrasathaim regis Mesopotamię, qui afflixit eos annis octo, vt constat Iudicum cap. 3. tunc enim suscitauit Deus primo iudicem Israel, s. Hothonielem, & deleuit regem Mesopotamiæ, vt eod. capit. Similiter quoque Gedeon iudex Israel pugnauit contra Madianitas, & Amalechitas occiditque eorum maximam multitudinem Iudicum capit. 7. & 8. de quo nihil hic. Item Ammonitæ oppresserunt Israelitas volentes recipere terram eorum, & reunire regno Ammon, cōtra quos suscitauit Iephte, Galaditē iudicem, qui deleuit Ammonitas, vt Iudicum capit. 11. & sic de quibusdam alijs bellis.

Respondendum est, quòd quamquam pręter has fuerint aliæ afflictiones Israelitarum tempore iudicū, a quibus Deus eos liberauit: Samuel tamē has solum expressit propter tria. Primo, quia intentio Samuelis erat solum probare, quòd Israelitæ erant ingrati diuinis beneficijs, vel quòd liberauerat eos a periculis sine rege, ad hoc autē sufficiebat ei enarrare aliqua eorum quęcunque vellet, etiam si non omnia, ideo narrauit hęc cętera omittens.

Secunda ratio est, quia quandocunque aliquis dēt enarrare gesta alterius ad laudem illius, vel ad probationem alicuius bonitatis, si non vult cuncta colligere debet saltem ea, quæ pręcipua sunt tāgere: Samuel autem sic intendebat probare misericordias Dei erga Israelitas, non referendo omnia, ergo debuit tangere ea, quæ erant pręcipua, sic autem fuit in his, quia quāquam alia bella, & liberationes Deus fecisset ꝓ Israelitis, hæc tamen maxima fuerunt in illis, quæ acciderūt tempore iudicum. Sic etiam quādo quis vult alicuius ingratitudinem probare in multis, quę ei collata sunt, si non vult omnia percurrere, debet saltem ea, in quibus maxima ingratitudo est tangere, quātitas autem ingratitudinis est secundum quantitatem impensi beneficij, sed volebat Samuel succincte ꝓbare maximā ingratitudinem Hebręorum: igitur debebat maxima beneficia referre, & hæc sunt, quę hic retulit, ergo satis fuit ista protulisse.

Tertia ratio est, quia sacra Scriptura est breuiloqua inquantū potest, ita tn̄, vt nō reddatur nimis obscura, & ob hoc, qn̄ aliquid est, ꝙ bis, vel pluries narrari debet ex necessitate, scriptura non exprimit illud qualibet vice perfecte, nec facit in illis pluribus narrationibus aliquam perfectam, sed omnes imperfectas: dum tamen quælibet earum addat aliquid super alteram, & aliquid subticeat, quòd habetur in alia, ita vt ex pluribus imperfectis reddat̄ vna perfectissima, sic patet Exo. ca. 12. vbi agitur de agno Paschali, quia cum ibi Deus diceret Moysi, quas cęremonias Iudęi obseruare deberent in agno Paschali, non fuerūt omnes expressę, cum autem postea Moyses illas populo protulit alias expressit, quæ non fuerant in prioribus, & multas ibi subticuit, quæ iam dictæ erant, vt patet eod. c. Sic etiam fuit hic Samuel debebat proferre pericula, a quibus Deus liberauerat Israelitas, & quia ad ista pericula missi sunt iudices, si enarraret pericula, & deinde iudices exprimeret, esset bis idem proferre, ideo breuius agens expressit aliqua pericula, quorum iudices liberatores non posuit, & posuit aliquos iudices, quorum bella, & liberationes non pręposuerat, quod patet, quia hic dicitur, ꝙ Deus liberauit Israelitas de manu Moab, & tamen non ponitur iudex per quem facta est liberatio ista, ille autem fuit Aod, qui occidit Eglon regem Moab, ita Iud. 3. cap. è contrario autem ponuntur hic aliqui iudices, quorum bella, & liberationes non exprimuntur supra, sicut patet de Ierobaal, qui vocatur Gedeon: iste enim pugnauit contra Madianitas, vt Iudi. ca. 7. & 8. de quo hic nihil agit. Sic quoque ponitur Iephte iudex, qui pugnauit contra Ammonitas, vt Iudicum capit. 11. tamen non fuit hic expressum bellum, & hoc modo exprimuntur ꝑ duas narrationes imperfectas omnia bella, & liberationes Iudæorum tempore iudicum: non enim pugnauerunt illo tempore Hebręi contra aliquam gentem, nec ab illa liberati sunt, nisi contra regem Mesopotamiæ, & Moabitas, & Philisthinos, & regē Asor, & Madianitas, & Ammonitas, omnium autem istarum gentium bella exprimuntur hic, vel nomine bellorum, vel nomine iudicum, ideo non oportuit, vt exprimerentur hic alia bella.

Quot fuerunt iudices Israel, & nomina, & successiones eorum, & quare fuerunt hic pauci expressi a Samuele. Quæst. XIII.

QVAERETVR vlterius, quare solum dicitur, quòd misit Deus istos iudices, qui hic ponuntur: nam multos alios misit. Hic enim quatuor exprimuntur, & tamē fuerunt 13. Primus eorum fuit Hothoniel contra regē Sirię post mortem Iosue Iudi. cap. 3. Secundus iudex fuit Aod, qui missus est contra Eglon regem Moab, Iudi. cap. 3. Tertius iudex fuit Samgar, qui missus est contra Philisthinos, & occidit sexcentos eorum vomere: Iudicū cap. 4. Iudex quartus fuit Barac cum Debbora prophetissa missus cōtra Sisaram principem militiæ Iabin regis Asor: Iudicum cap. 4. Iudex quintus fuit Gedeon, siue Ierobaal missus contra Madianitas: Iudicum ca. 6. & vsq; ad 9. Iudex sextus fuit Abimelech filius Gedeonis, qui quāquam imposuerit sibi diadema regni, & vnctus fuerit in regem, tamen inter iudices computatur sic Iudicum capit. 9. Iudex septimus fuit Thola de cognatione Issachar de quo Iudicum cap. 9. Octauus iudex fuit Iair Galadites, de quo Iudicum ca. 10.

15. Iudices habuerunt Israelitæ.

Iudex

Iudex nonus fuit Iephte Galadites pugnans ꝯtra Ammon, vt Iudicum cap. 11. Iudex decimus fuit Abesan: Iudicum cap. 12. Iudex vndecimus fuit Aialon: Iudicap. 12. Iudex 12. fuit Abdom eod. capit. Iudex 13. fuit Samson: Iudicum cap. 13. & vsque ad finem. De his solum habetur in libro Iudicum. Fuerunt tamen præter hos alij duo iudices, s. Heli summus sacerdos, qui successit Samsoni, vt ait Iosephus 5. Antiquitatum. De hoc patet supra cap. 4. s. Senex enim erat vir, & grã dęuus, & ipse iudicauit Israel 40. annis. Quintusdecimus iudex, & vltimus fuit Samuel, qui iudicauit filios Israel 20. annis, & iudicabat quolibet anno in tribus locis Israelem, vt patet supra c. 7. De his 15. iudicibus solum exprimuntur hic quinque.

Respondebit aliquis, quòd solũ fuerunt isti expressi, quia hic dicitur, quòd Deus misit istos, alij autem non fuerunt missi a Deo, ideo non exprimuntur hic, hoc autem volunt, quia dicunt, quod illi non erãt per inspirationem Dei, sed per electionem solam populi.

Sed hoc non stat, quia de alijs, qui non exprimuntur hic habetur, quòd missi fuerint a Deo, vt patet de primo iudice Hothoniele, de quo dicitur Iudicum c. 3. & clamauerunt ad dominum, qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos Hothoniel, sic etiam patet de secundo iudice, s. Aod, vt eod. cap. s. Qui suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod, & ita fuit de alijs, tamẽ isti non exprimunt hic, ergo non fuit hoc, quia Deus miserit istos, & non alios, omnes enim iudices misit, quamquam de quibusdam dicatur, quòd missi sunt, de alijs autem non dicitur, immo de Samsone, & Samuele, qui ponunt hic, non legitur supra, ꝙ missi fuerunt a Deo in locis, vbi dicitur de principatu eorũ, ita autem de alijs intelligendum est.

Responderi ergo poterat aliter, sicut supra dicebamus quęstione pręcedenti, s. quòd Samuel noluit hic exprimere omnes præter quinque propter tria. Primo, quia solum intendebat probari ingratitudinem Hebręorum quantum ad misericordias domini, & ꝙ liberati fuerint a Deo per iudices sine regibus, ad hoc autem non erat opus exprimere omnes iudices, sed satis erat aliquos expressisse, voluit ergo solũ hos quinque exprimere.

Secunda ratio est, quia ille, qui enarrat aliquid quãdocunque non vult omnia percurrere, debet tangere ea, quæ principalia sunt, Samuel autem volebat referre hic aliqua nomina iudicũ ad probationem suã, debuit ergo tangere principales iudices, fuerunt autem isti qui habentur hic, ideo putauit satis esse hos scripsisse.

Tertia ratio est, quia scriptura volebat facere hic vnam perfectam narrationẽ ex duabus imperfectis, s. iungendo nomina iudicum nominibus aliquorum bellorum, si autem expressisset hic nomina omnium iudicum, vel multorum fuisset aliquid superabũdans, quia vt supra declaratum est ex nominibus iudicum hic positorum, & nominibus bellorum concluditur vna perfecta narratio omnium afflictionum, a quibus liberati sunt Israelitæ tempore iudicum. Sed adhuc aliter, & conueniẽtius dici potest, s. quòd Samuel expressit solum nomina istorum iudicum, quia ipse volebat significare quomodo tempore iudicum liberati fuerunt Israelitę a gentibus sine rege, inducit ergo solum illos iudices, qui liberauerunt Hebræos ab hostibus, & quia multi iudices fuerunt, qui nulla bella egerunt, non fuit necesse hos exprimere, sic patet de Abimelech, qui fuit iudex, & tamen nihil pugnauit contra hostes, sed contra Israelitas, vt legitur Iudicum capit. 9. Thola quoque nihil pugnauit, vt eod. ca. Iair autem nihil pugnauit: Iudicum capi. 10. Abesan autem Aialon, & Abdon nihil pugnauerũt sic Iudicum 12. Heli

F autem non legitur habuisse pugnas tempore suo, nisi quando arca domini capta est supra capit. 4. & tunc mortuus est ipse corruens de Sella, & quia istud bellũ non fuit liberatiuum Israelitarum de potestate gentium, sed magis tunc cęperunt Philisthini dominari Israelitis, ideo non exprimitur, & sic patet de istis septem iudicibus, qui nominati sunt, quare non fuerũt hic expressi. Relinquũtur autem octo iudices, quorũ quinque nominantur hic, quia tempore horum facta sunt bella, in quibus liberati sunt Israelitæ de potestate gentium: de Iephte patet Iudicum cap. 11. Nam ipse pugnauit contra Ammonitas. Ierobaal autem, id est Gedeon pugnauit contra Madianitas: Iudicum ca. 7. Barac pugnauit contra Sisaram ducem regis Asor,
G vt Iudicum capi. 4. Samson pugnauit contra Philisthinos: Iudicum capit. 14. & vsque ad 17. Samuel pugnauit contra Philisthinos supra cap. 7. & omnes hi liberauerunt aliqualiter gentem suã ab angustijs: manent alijs tres iudices, & isti non exprimuntur, nam Samgar, qui fuit vnus eorum fecit parua bella, quia solum legitur occidisse sexcentos de Philisthinis vomere: Iudicum ca. 4. ideo non curatur de eo: Vel aliter, & melius, quia ipse pugnauit contra Philisthinos, & hic tãgit in litera de bello cõtra Philisthinos, ideo non fuit necesse eum exprimere. Alij autem duo sunt Aod, & Hothoniel. Aod autem pugnauit contra Moabitas.
H & hic agitur de bello isto, ideo non fuit ipse expressus. Hothoniel autem magnum bellum fecit contra regem Mesopotamię, & nõ exprimitur hic: vnde de hoc non habetur ratio sicut de alijs, sed dicendum, quòd nõ expressit Samuel illum, quia suffecit expressisse alios.

Et eruit vos de manu inimicorum vestrorum. Hoc refertur ad Deum, & non ad iudices, quia quamquam iudices pugnarent, Deus tamen faciebat victoriam: nã cum essent Iudæi pauciores alijs gentibus, & gentes essent confortatæ, non possent, immo non auderent Israelitæ pugnare contra illas, nisi Deus fortificaret eos, vnde plurima horum bellorum Dei miraculo fiebant, sic patet in bello, quod fecit Gedeon cõtra Madianitas, quia nihil fecerunt pugante Gedeone, & socijs suis, sed tenentibus buccinas, & lucernas in mani-
I bus Madianitę seipsos occiderunt, sic quoque in bello, quod fecit Barac contra Sisaram: nã dicitur, quòd perterruit dominus Sisarã, & omnes currus eius vniuersamque multitudinem in ore gladij ad conspectũ Barac ita Iudicum cap. 4. & sic de alijs factum est.

Per circuitum. Idest liberauit de manu hostium, qui erant in circuitu, omnes enim isti reges, & gentes cõtra quas pugnauerunt iudices erant in circuitu Israelitarum, s. Philisthiim a parte Meridiana: Moabitę, Madianitæ, & Ammonitæ a parte Orientali: Mesopotamii a parte Septentrionali, ab occidente autem non habebant Iudæi hostes, quia ibi solum habitabant Tyrii, & Sidonii, qui non leguntur pugnasse contra Iudęos. Reliqua autem pars occidentalis terræ Iudæo-
K rum tangebat mare Mediterraneum, & ex ipsa parte non habebant hostes.

Et habitastis confidenter. i. sine timore, scilicet habuistis defensores fortissimos, ita vt hostes contriti a facie vestra non auderent redire in terram vestram, & sic habitauistis securi quasi regem non habentes.

Videntes autem, quòd Naas rex filiorum Ammon venisset aduersum vos. Hic autem ponitur increpatio, retulerat enim supra Samuel multas misericordias domini, ꝓ quibus Israelitę debebant Deo seruire in ęternum, nunc autem ponitur, quòd abiecerunt eum petentes regem hominem: vel aliter est increpatio, s. quòd in omnibus periculis supra positis, quæ erant magna, liberauit Deus Israelitas sine rege, nunc autem pręsen-

te pe-

te periculo paruo regem petiuerũt. Sed dicet aliquis, quòd non petiuerunt regem propter aduẽtum Naas regis Ammon, nam ille venit postquam Saul electus erat in regem, vt patet præcedenti c. dicendum, quòd bis venit Naas contra Israelitas. De primo aduentu non exprimitur quid egerit: constat tamen, ꝙ venerit & aliqualiter afflixerit Israelitas, vnde ipsi venerunt ad Samuelem petentes regem, qui pugnaret pro eis s̃. ca. 8. scilicet, rex noster egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra nobis.

Dixistis mihi, nequaquam, sed rex imperabit nobis. Idest, non erit, sicut tu vis, sed oportet, quòd des nobis regẽ in quo pręsupponitur, quòd quãdo Hebręi petiuerũt regem, Samuel respondit eis, ꝙ non erat bonum, & ꝙ peccabant contra dominum, quia ipse poterat eos eruere de periculis sine rege, sicut prius fecerat, ipsi autem non assentientes huic, dixerũt: nequaquam, idest, non erit sic, sed regem constitue nobis, hoc patet s̃. c. 10. s. Hęc dicit dominus Deus Israel, ego eduxi Israel de Aegypto, & erui vos de manu Aegyptiorum, & de manu omnium regum, qui affligebãt vos, vos autem hodie proiecistis Deum vestrũ, qui solus saluauit vos de vniuersis malis, & dixistis: nequaquam, sed regem constitue nobis.

Cum dominus Deus vester regnaret in vobis. idest male egistis, quia cum haberetis Deum in regem, voluistis hominem habere in dominũ, vnde increpat Iosephus istos 6. Antiquitatum dicens, & dum quidem regem probauerunt nescientes quoniam vtillimũ est ab omnium rerum excelso iuuari, cum Deus vtique sit omnium solus excelsus, elegerũt autem se hominem habere regem, qui eis velut iumentis subditis consilio, & desiderio suo alijsque voluptatibus sit vsurus, & potestatem suam sine aliqua parcitate sit collaturus, quique non ita, sicut Deus proprium opus atque facturã tueri genus hominum festinabit, quod Deum solum semper constat efficere.

Quomodo Deus ante electionem regis regnabat super Israelitas & quomodo post electionem abiecerunt eum. Et quomodo Deus se habebat ad regimen politiæ Iudaicæ.
Quæst. XIIII.

QVAERET aliquis, quomodo Deus regnabat super Israelitas ante regem electum, & quomodo assumpto rege abiecerunt Deũ, ne regnaret. Nã videtur, ꝙ si aliquod regnũ vel dominium habebat Deus in Israelitis ante electionem Saulis, quòd illud idem postea habuit: nam si intelligamus de dominio Dei, quod naturaliter habet super omnem gentem, quia omnipotens, & vniuersalis gubernator est, nihil ademptum fuit Deo in Israelitis instituto Saule in regem, quia ille principatus cũ sit Deo naturalis a nemine ei auferri, aut diminui valet. si autem intelligatur de alio principatu speciali, q aliqualiter dependet a voluntate humana, vt ꝙ homines aliqui vellent Deum accipere sibi specialiter in Deum, & offerre ei speciales cęremonias cultus, etiã hoc non fuit ablatum, vel diminutum tempore Saulis: nam Israelitę acceperant Deum in Deum suum, & Deus acceperat eos in populum peculiarem, sicut legitur Exodi cap. 19. & hoc fuit quantum ad legem eius, quam obseruabant, hanc tamen legem obseruauerunt Israelitę assumpto Saule in regem. ergo non erat aliquid ablatum de diuino principatu per sumptionem regis.

Respondẽdum est, ꝙ Deus potest vocari rex dupliciter. Vno modo generaliter quantum ad oĩa regna terrę, & hoc inquantum Deus est dñs omnium, ẽt inquantum habet prouidentiã oĩum, q̃ fiunt disponens

A singula. Hęc enim duo pertinent ad regẽ, s. dominari, & prouidere, Deus aũt in oĩbus habet prouidentiam, quia nihil omnino fit, sine eius dispositione, etiam si minimum sit, sic patet Matth. c. 10. s. Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro, vestri autem capilli numerati sunt. Vocatur ergo rex quantum ad omnem gẽtem, quia omnium curam habet: nam solem suum facit oriri super bonos, & malos, & pluit sup iustos, & peccatores Matth. 5. c. & quantum ad hoc vocatur princeps omnium regum terræ sic Apoc. c. 1. & rex regũ,
B & dominus dominantium. Alio modo Deus potest vocari rex specialiter alicuius gentis, s. si habet curam specialem de negocijs illius gentis, & afficitur ad illa velut si essent sua, hoc modo Angeli dicũtur esse principes terrarum: Deus enim constituit illos singulos super singulos populos, & super singula regna, & isti, ita afficiuntur ad negocia illorum regnorum, vel populorum, & vellent, quòd prosperarentur, sicut si essent homines geniti in populo illo intantũ, ꝙ isti Angeli principes populorum interdum pugnant inter se pro salute, & honore illorum populorum, sicut pugnant reges terrę pro populis, sic patet de Gabriele, qui erat vnus de principibus gentis Iudęorum, & Michael erat maximus princeps ipsorum, pugnauit autẽ Gabriel contra Angelum, qui erat princeps Persarũ viginti, & vno diebus quousque venit in auxiliũ eius,
C & pręualuit Gabriel princeps Hebræorum. Erat autẽ pugna, quia Gabriel volebat, ꝙ egrederentur Israelitę de Babylone ad terram suam, princeps autem Persarum volebat, ꝙ manerent ibi. De hoc Daniel. c. 10. cũ dicit Gabriel ad Danielem, ego veni propter sermones tuos, princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti, & vno dieb⁹, & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, & ego remansi iuxta regem Persarum. Sic autem de Deo erat respectu Hebręorum: nam ipse videbatur, ita affici ad politiam Hebræorum tanquam ipse esset vnus de illo populo, ita vt diceret, ꝙ hostes Iudæorum erant hostes sui, & amici eorum erant amici eius Exo. ca. 23. s.
D ꝙ si audieris vocẽ eius, & feceris omnia, quæ loquor inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. habebat quoque Deus specialem curam de negocijs huius populi, non sicut de negocijs aliarum gentium, de quibus habet prouidentiam in generali, sed sicut est in omnibus politijs gentium, ꝙ illa negocia, quæ magna sunt non fiant sine pręcogitatione, & deliberatione ipsius principis, ita quoq; Deus in politia Iudæorum circa magna negocia habebat curam volens, ꝙ per ipsum determinarentur, nihilque facerent Iudæi sine eius iudicio, vnde bella, & alia magna negocia ipse volebat diffinire, & ꝙ non fierent sine ipso, vnde in principio populi huius, s. qñ exiuit de Aegypto Deus dedit Moysi principi Iudęorum, ꝙ posset requirere diuinam sententiam, qñ vellet, ideo qñcunque Moyses
E dubitabat super aliquo facto populi consulebat dñm intrãs in sancta Sãctorum, & ibi respondebatur ei, vt constat Nume. c. 7. Nec solum in magnis, sed interdũ in paruis, s. in causis iudicialibus requirebat Moyses diuinam sententiam si nesciret qualiter determinandũ foret, sicut fuit in qõne filiarum Salphaad: Num. 27. c. Post Moysem autem successit Iosue in principatu, cui ẽt Deus dedit modum, quo consulere posset eum in omnibus negocijs dãs ei summum sacerdotem Eleazarum, qui consuleret dominum pro eo in quocunq; negocio: Num. c. 27. postea autem toto tpe, quo durauit status Iudæorum habuerunt Hebræi qũo consulerent dñm, quia interdum per summos sacerdotes, interdum autem per prophetas inquirebãt, & Deus volebat, ꝙ inquirerent, respondebatq; gratis, quod specialiter

Angeli dicũtur esse principes terrarum, & qũo. Gabriel erat vn⁹ de principib⁹ gentis Iudæorum.

cialiter tetigit Moyses tanquam pertinens ad honorem politiæ Iudęorum, ita Deut.c.4.s.Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Sicut autem Deus habebat specialem curam huius politiæ quantum ad negocia temporalia eius, ita volebat, ꝙ Hebræi haberent eum non solum in Deum,& dominum generalem, & in Deum specialiter quantum ad cultum, sed etiam haberent tanquã dominum tpalem, s.vt putarent eum esse regem suũ dñantem specialiter in illo populo, & quia Hebrei petiuerunt sibi regem hominem abiecerunt Deum, ne regnaret super eos: nam in eodem regno duo reges speciales esse non possunt: assumpto ergo aliquo rege inter Iudæos iam non habebant Deum in regem quantum ad specialem principatum,& quantum impendebatur de honore Sauli regi, tantum adimebatur Deo: nam Deus volebat habere quamcunq; excellentiam domini in populo illo, tpibus autem præteritis iudicum nihil adimebatur Deo de honore, qa illi solum erant ministri eius, nemo tñ vocabatur dominus,sed erant velut personæ priuatæ:rex autem,qui institueretur habebat dominium,ideo adimebatur in hoc Deo speciale dñium relicto ei dominio generali, quia dixerũt rex noster pugnabit bella nostra pro nobis quasi iam non facerent mẽtionem de Deo, ꝙ pugnaret pro eis,& in hoc abiecerunt Deum ne regnaret super eos specialiter, cum ante hoc habuisset regnum, & hoc grauiter tulit tanquam iniuriosum. ꝙ autem dicebatur, ꝙ nihil ablatum est Deo de dominio suo naturali,nec de cultu, verum est, fuit tñ ablatum de dominio speciali, quod gerebat in illo populo: *Nunc ergo præsto est rex vester.* Idest iam habetis regem,sicut petiuistis,& coram vobis est, facite ergo,vt bene vos habeatis cum eo: ponitur enim hic doctrina, qualiter se habere deberẽt post electionem regis, s.ꝙ quamquam peccauissent, tñ adhuc possent se bene habere.ponit autẽ hoc Samuel, quia propter verba increpatoria superiora, & pp signum, quod infra sequitur putauit forte,ꝙ Israelitæ cognoscẽtes se peccasse vellent dimittere regem, ne manerent semper in peccato, ideo dicit, ꝙ q̃q̃ peccauerint petendo regem,tamen iam postquam acceperunt non congruit eum dimitti, quia habendo eum possunt sequi dominum, & prosperabuntur, *Quem elegistis, & petistis.* Istud relatiuum non refertur ad suum antecedẽs sub conditione antecedentis:nam dr̃:Ecce rex vester, presto est,& ibi significatur determinate Saul, quem coram se habebant.Cum autem dr̃ quem petistis,& elegistis non refertur ad istum regem in speciali, sed ad regem in generali, nam ipsi non petiuerũt Saulem in regem,sed petiuerunt aliquẽ regem, immo qñ Deus dedit eis Saulem plurimi eorum non respexerunt eũ ęquo animo quibusdam dicẽtibus: Num saluare nos poterit iste? vt supra c.10.alijs autem: Non regnabit Saul super nos,ita pręced.c.Sciendum etiam, ꝙ cum dr̃ hic,quem elegistis non est sensus, ꝙ illi elegerunt, quia rex datus est eis per sortes missas corã domino, & per illas dominus monstrabat quem elegisset, ipsi autem nihil elegerunt, sed electum a Deo receperũt. Dñr tñ elegisse, quia ad eligendum conuenerunt per tribus suas,& familias distincti supra c.10.*Ecce dominus dedit vobis regem.* Scilicet nõ gratis, sed ad petitionem vestram importunam, vnde ex hoc non debet cõcludi, ꝙ non peccauerint, cum dominus eis dedisset regem,quia non dedit tanquam vellet,& gratum haberet,sed quia importuni erant Iudæi dicentes: Nequaquam,sed regem constitue nobis, vt patet s̃.c.8.& 10. Deus autem interdum multa concedit iratus,quę nõ concedit placatus,quod apparet,quia s̃.c.8. cum Israelitæ petierunt regem, Deus voluit eos arcere ab hac insania, ideo dixit Samueli, contestare eis ius regis,s. vt timore horum iurium cessarent a petendo regem, sed nec sic cessauerunt dicentes nequaquam,sed regẽ constitue nobis. *Si timueritis dominum.* Scilicet quamquam peccastis a principio petendo regem, tñ nunc non peccatis retinendo illum, ideo si Deum timetis custodientes mandata eius prosperabimini.Et accipitur hic timor pro timore filiali, s.vt cessarent ab operationibus malis, quæ Deum offendere poterant non timore pęnæ,sed timore offensionis diuinæ,& iste est timor sanctus,nec tñ solum intelligitur iste timor,sed etiam timor seruilis, s.ꝙ timerent Deum facientes q̃ iusserat timore pęnæ, quam Deus insfligere poterat. Erat namq; vetus testamentum lex timoris, q̃m in timore magno data est,s.quia Deus voluit, vt Israelitæ conspicerent Deum, tanquam terribilem in datione legis, & timore eius non auderent legem infringere, patet Exo.c.20.cum dixit populus, loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur,& ait Moyses ad populum, nolite timere, vt enim probaret vos venit Deus,& vt terror illius esset in vobis,& nõ peccaretis. Voluit ergo Deus timorem pęnæ esse in Iudæis ad conseruandum legem, q̃d satis declarat Apostolus ad Hebr.c.12. ponens differẽtiam noui,& veteris testamenti,ergo de timore pęnali magis hoc intelligitur. *Et seruieritis ei.* Scilicet faciẽdo omnia, quæ iubet. *Et audieritis vocem eius.* Scilicet obediendo in omnibus, si aliqua nouiter iusserit.

Et non exasperaueritis os domini. Exasperare os domini alias alicuius dr̃,quando quis alterũ asperum sibi facit,idest iracundum propter verba,s.ꝙ quamquam ille sępe iubeat iste nihil agit, ita ergo in Deo si aliquid mandaret Hebræis, & illi nihil facerent exasperarent os domini.

Eritis vos, & rex, qui vobis imperat sequentes dominum. Dupliciter hoc intelligit. Primo modo,quia Samuel admonet Hebræos ne abijciant regem quamquam petendo illum peccauerũt,& hoc, quia peccatũ istud erat emendabile sine regis abiectione, putarent enim Israelitę,quòd cum peccauissent eligendo regẽ quandiu illum haberent semper essent in peccato, & non possent sequi dominum, dicit autem Samuel, quòd quamquam peccauerunt semel petendo, tamen iam non peccant retinendo, ideo possunt sequi dominũ, & essent grati illi habendo regem, & hoc significant oĩa prædicta, scilicet,quòd si illa fecerint tam ipsi quã rex eorum, erunt cultores Dei, & sequentes ipsum. *Sin autem non audieritis vocem domini.* Scilicet non obediendo mandato eius tam ad legem, quę scripta iam est,quam ad ea, quæ per prophetas dicuntur ex parte Dei: nam in omnibus his tenemur Deo obedire.

Sed exasperaueritis sermonem eius. Scilicet feceritis vobis Deum asperum propter sermonem suum, quod est non obediendo ei eum ad iram prouocare.

Erit manus domini super vos, & super patres vestros. Idest Deus immittet vobis pęnam, quasi dicat, licet habeatis regem non effugietis pęnam Dei, si non colitis eum. Et dicitur super vos,& patres vestros, quod intelligit Nicolaus, idest sicut fuit manus Dei contra patres vestros, quando præcedentibus temporibus peccauerunt, ita erit contra vos. Sed ista litera non multum tolerat istum sensum: debet enim referri ad simultatem, scilicet, quòd simul insfligeretur pœna Israelitis,& patribus suis,vnde potest intelligi de iuuenibus,& senibus,scilicet tam vos,qui iuuenes estis, & venistis ad bellum,quam patres vestri, scilicet seniores, qui non sunt hic simul,a Deo puniemini, vel intelliguntur hic per patres principes, vel prælati, qui sunt patres populi, quod maxime conuenit principatui re-

Opin. Nicolai refellitur.

Principatus regalis est paternus, seu debet esse.

tui regali, quando rectus est: nam Aristo. 8. Ethi. Vocauit principatum regalem principatum paternum allegās auctoritatem Homeri in Iliade, qui Agamemnonem patrem, & pastorem populorum appellauit, & ille erat rex, & sic est sensus, quòd tam Israelitę quā patres sui perirent, s. reges eorum: noluit tamen exprimere hic Samuel nomen regis, ne saltem in verbo eū offendere videretur, cum nondum peccauisset.

Sed nunc state. Hic ponitur Samuelis increpatio cōtra populum per diuinum miraculum: nam si solum increpasset verbis, Israelitæ adhuc non crederent se peccasse, vt ergo manifestum esset eis induxit diuinū miraculum de tonitruis, & pluuia, in quibus erat manifesta probatio.

An pluuiæ, & tonitrua, quæ venerunt Samuele vocante fuerint miraculosa, & de tribus generibus miraculorum.

Quæst. XV.

QVAERET aliquis circa hoc, an pluuiæ istæ, & tonitrua, quæ facta sunt Samuele inuocante dominum fuerint miraculosa.

Pro quo considerandum est, quòd illud dicitur miraculose fieri, quod natura nequaquam facere potest, vel tunc, aut qualiter fit facere nequit. Primo modo dicuntur proprie miracula, scilicet illa, ad quæ naturæ operatio, nequaquam pertingit, sicut mortuum suscitare, cęcum sanare, & cęlum quiescere, ideo quando ista fiunt, manifestum est miracula esse.

Secundo modo dicitur aliquid miraculum quando natura aliquid facere potest, & tamen non potest tunc, aut taliter facere, qualiter fieri videmus, sicut aliquem hominem nihil scientem posse fieri valde sciētem naturaliter, & ex opere humano constat, quòd tamen qui nihil sciebat subito efficiatur valde sapiēs sola Dei operatione fit. sic quoque pluuiæ, & coruscationes, atque omnes Metheo. impressiones naturaliter fiunt, quòd tamen in tempore, in quo nulla Metheo. eleuata est ad regionem aeream, vt transmutetur, & fiant imbres, vel aliæ impressiones, sola Dei operatione fit, & miraculum est. Tertio modo vocat aliquid miraculum quādocunque Deus per se sine causis naturalibus operantibus illud efficit, quamquam fieri possit naturaliter, & sic quodcunque Deus faciat per seipsum, etiam si naturaliter fieri possit in illo tempore, in quo Deus facit, & taliter qualiter ipse facere videtur miraculum est, in his tribus modis licet miraculum fit, tamē nō est apparens miraculum nisi in duobus eo, quòd naturaliter fieri potest id, quod fit miraculose. Tertio modo, vt aliquid potest frigefieri, vel desiccari naturaliter, vel operatione diuina, si autem aliquid infrigidatum, vel desiccatum fuerit, quamquā vtroque modo fieri posset, tamen nos credemus naturaliter factum fuisse, quia non habemus per quid cōstet, an Deus per se egerit, ita autem in proposito Samuel inuocauit hic pluuias, & tonitrua quę poterant fieri naturaliter, vel opere diuino, ideo dubiū est, quo istorum modorum facta fuerint.

Dicendum est, quòd necesse est fuisse hic aliquod genus miraculi saltem tertium, s. quòd Deus fecerit illa, licet naturaliter fieri possent: nā Samuel prędixit, ꝙ inuocaret Deum, & venirent pluuiæ, & tonitrua, & immediate, vt inuocauit venerunt, ideo Deus faciebat. iste tamen tertius modus miraculi propter magnam cognationem, quam habet cū operatione naturæ valde dubie miraculum est, ideo quęstio est, an fuerit hic miraculum aliquo de primis duobus modis. Videtur primo, quòd non, quia tonitrua, & pluuię naturaliter gignuntur, miraculum autem nunquam

A est in his quæ natura facit. Item non solum vniuersaliter, sed etiam ratione temporis non erat miraculū, quia istud tempus, in quo facta sunt hęc, erat tempus messis, vt patet immediate, s. nunquid non messis tritici est hodie? In hoc tamen tempore solent interdū pluuiæ accidere, & tonitrua. fuerit miraculum primo, vel secūdo mō.

Item non solum ratione temporis, sed etiam ratione terrę nō videtur esse miraculum, quòd acciderint pluuiæ, & tonitrua, quia in terra Chanaan tempore messis replentur nimis flumina, ista autem repletio est ex aquis pluuialibus, ergo tunc sunt magnæ pluB uiæ in terra illa, apparet hoc Iosue. c. 3. s. Iordanis autē ripas aluei sui tempore messis impleuerat, & hoc dicitur de tempore transitus filiorum Israel. nec etiam aliquis adscribat hoc alicui speciali accidenti, s. quòd tūc accideret ex speciali operatione cęli, alijs tamen temporibus nunquam contingit tempore messis repleri Iordanem, nam non solum tunc, sed etiam quolibet anno tempore messis impletur: Ecclesiast. 24. c. s. Qui adimplet quasi Euphrates sensum, qui multiplicat, quasi Iordanis in tempore messis. ergo solitum est Iordani tempore messis inundare.

In cōtrarium videtur, quòd fuerit miraculū, quia Samuel ponit hic illud tāquam miraculum, & ad probationem eius, quòd intendit, si tamen non esset miraculum, vane loqueretur Samuel. Item nō solum loqueretur vane, sed etiam false, quia dixit state nunc, &
C videte rem istam grandem, quam facturus est dominus in conspectu vestro. si tamen non esset miraculū non esset res grandis, ideo miraculum erat. Itē si missio pluuiarum, & tonitruorum non esset miraculosa non timuissent Israelitæ, nec credidissent se morituros, nisi forte quis insanus esset, qui de naturalibus stuperet, totus tamen populus timuit nimis, & rogauit Samuelem, vt oraret pro eis ad dominū, vt patet hic, ergo fuit miraculum. Item quando Samuel orauit Deum, vt daret tonitrua, & pluuias, aut erat cęlū obductum caligine, ita vt omnes conspicerent, ꝙ confestim pluuia casura esset, aut erat valde serenum, ita vt nulla dispositio appareret ad pluendum. si primo mo
D do Samuel non diceret ista, quia tunc ridicula esset ꝓ Philosophia sua, quilibet enim hoc cognosceret, quia oculo conspiciebant. Si autem secundo modo miraculum fuit, s. ꝙ cęlum totum serenum esset nulla apparente dispositione ad immediate pluendum, & ꝙ Samuele inuocante Deum mox veniret pluuiarum multitudo. Rn̄dendum est, ꝙ miraculū fuit, quia alioquin non induceretur hic in signum, non est tamen id miraculum primo modo, quia illud est de rebus, q̄ nullo modo naturaliter fieri pn̄t, sicut mortuum suscitare: pluuias autē, & tonitrua accidere naturale est, saltem in aliquibus terris. Dicendum tamen, ꝙ fuit miraculum secūdo modo, s. quando aliquid fit, quod naturaliter effici potest, natura tamen non potest, ita breuiter, vel tunc illud facere, sicut dicebatur de non sapiente, ꝙ naturaliter pōt effici sapiens, non tn̄ potest
E subito effici sapiens naturaliter, sed miraculose: in terra autem Chanaan non erat miraculum pluere, quia multoties pluebat, vt patet Deuter. c. 11. s. Terra ad q̄ ingrederis, non est, sicut terra Aegypti, sed montuosa est, & campestris de cęlo expectans pluuias, & immediate dicitur dabit pluuiam terrę vestrę temporaneam, & serotinam, erat tamen miraculum, ꝙ tunc plueret, scilicet ī tēpore messis, ideo Samuel allegauit naturam temporis, quasi contrariam pluuiæ in terra illa, dicens nunquid non messis tritici est hodie, & inuocabo dominum, & dabit pluuias? quasi dicat miraculum est, quòd in tali tempore pluuię sint, tamē euenient. Fit autem hoc in terra illa, quia est satis calida, eo quòd partim est ī tertio climate, ideo tēpore messis

ſis cum Sol multum accedat verſus eos, taliter terra diſponitur, vt tunc non poſſint gigni pluuiæ, aut tonitrua. Sic ẽt quædã terræ ſunt, in quibus nulla de impreſſionibus Metheo. fit eo, quòd deficiunt ibi materialia, ſ. vapor, & exhalatio, quæ eleuãtur calore Solis a terra: quædam autem terrę ſunt vbi propter ęternũ, & immenſum frigus nullę pluuię grandines, coruſcationes, fulmina, aut alię impreſſiones fiũt, eo quòd ibi radii ſolis nihil poſſunt eleuare ĩ ſublime, ſicut eſt ſub vtroque polorum, vel in habitationibus, quę ſunt iuxta polos: aliæ autem terrę ſunt, in quibus propter ęternum calorem, nihil eleuatur de vapore, aut exhalatione in ſublime, ſed totum quicquid calore ſolis de terra eruitur, eius nimio ardore in ſuperficie terrę exuritur, ita vt nihil aſcendat in ſublime ad generationẽ G impreſſionum Metheo. terra autem Chanaan non habet aliquam harum duarum extremitatum, ſ. maximi frigoris, aut caloris, eſt tamen taliter diſpoſita, ꝙ in quodam tempore propter calorem nõ poſſent ibi fieri pluuiæ, & ſimiles impreſſiones, ſic autem eſt tempore meſſis tritici, quia tũc accedit eis verſus cancrũ, & fit magnus ęſtus in terra illa. Ad rationes in contrarium reſpondetur.

Ad primam cum dicebatur, quòd tonitrua, & pluuia naturaliter fiunt, ergo non eſt miraculum, dicendum, quòd naturaliter fiunt, quędam tamẽ terrę ſunt, in quibus nunquam naturaliter fieri poſſunt, vt declaratum eſt. aliæ autem terræ ſunt, in quibus quodam H tempore naturaliter fieri poſſunt, in alijs autem temporibus non fit ſine miraculo, ſic autem eſt de terra Chanaan, in qua interdum pluit naturaliter, tempore tamen meſſis triticeæ non pluit, niſi miraculoſe.

Ad ſecundam rationem, cum dicitur, ꝙ non erat miraculum ratione temporis.

Miraculũ eſt, ꝙ pluat tpe meſſis in terram Chanaan, & quare.

Reſpondendum, quòd quædam terræ ſunt, in quibus non eſt miraculum hoc fieri, ſicut in illis, quæ declinant a quarto climate verſus polum arcticum, in illis tamen, quæ ſunt a tertio climate verſus ęquinoctialem, & ex alia parte ęquinoctialis diſtinguendo ſimiliter tria climita verſus polum antarcticum miraculum eſt, quia rariſſime, vel nunquam fit, & in hac regione eſt terra Chanaan, ideo miraculum erat, ꝙ tempore meſſis triticeę ibi plueret.

Ad tertiam rationem, ſ. ꝙ non erat miraculum in terra illa, ideo communiter accidebat, ꝙ in tempore meſſis inundarent flumina in terra Chanaan, hoc autem fiebat ex pluuiis.

Meſſis ordeacea quo mẽſe incipit in terra Chanaan.

Dicendum, quòd iſtud eſſe poterat tempore meſſis ordeaceę non tamẽ tempore meſſis triticeę, cuius ratio eſt, quia meſſis ordeacea incipit in terra Chanaã immediate menſe Martii, vel quaſi, quod patet Leuitici cap. 23. vbi iubetur, quòd offerrent Iſraelitę manipulum ſpicarum ſecundo die Azymorum, & ante hoc non metebant ordeum, immo nec colligebant grana ad comedendum, ex ea autem die licebat eis iã metere, vt patet eod. cap. ſ. panem, & polentam, & pultes non comedetis ex ſegete vſque in diem, quo offeretis ex ea Deo veſtro, erat autem iſte dies 16. Martii, vt patet eod. ca. meſſis autem triticea incipiebat in fine Aprilis, vel in principio Maii in terra Chanaan, & quia tũc magis appropinquabat Sol ad zenith Iudęorum, non erat terra diſpoſita ad pluuiam, ſicut tempore meſſis ordeaceę propter maiorem calorem, ideo licet inundarent flumina ex pluuiis tempore meſſis ordeaceę, non tamen inundarent tempore meſſis triticeę, nunc autem erat meſſis triticea, cum dicitur, nũquid non meſſis triticea eſt hodie, quòd autem inundatio Iordanis fieret tempore meſſis ordeaceæ, apparet, quia quando Iſraelitæ introierunt in terram Chanaan, & Iordanẽ trãſituri eſſent, Iordanis impleuerat

F ripas aluei ſui tempore meſſis: Ioſue cap. 3. Conſtat tamen, ꝙ tunc erat meſſis ordeacea, ſ. principium eius, quia die 10. menſis primi, ſ. menſis Martii tranſierunt Hebręi Iordanem: Ioſue capi. 4. & immediate die 15. eiuſdem menſis fecerunt Phaſe: Ioſue c. 15. tunc autẽ eſt meſſis ordeacea, quia ante hoc non mittitur falx in aliquam meſſem: Leui. c. 23. ergo erat meſſis ordeacea, quando Iordanis inundauerat, & illo tẽpore regulariter inundat quolibet anno, nũc autẽ erat meſſis triticea, ergo non inundabat, & conſequenter nõ erant pluuiæ illo tempore.

Aliter reſponderi poteſt, & melius, quòd iſtud, qđ dicitur de inundatione fluuiorum, non erat in omnibus fluuiis terrę Chanaan, ſed ſolum in Iordane, vel G in paucis aliis, & non erat cauſa inundationis multitudo pluuiarum, ſed liquefactio niuium: naſcitur enim Iordanis ad radices montis Libani apud ciuitatẽ, quæ vocatur Cęſarea Philippi, mons autem Libanus eſt altiſſimus, ideo ibi ſunt perpetuæ niues, quamquam terra Chanaan in alijs locis planis eſt nimis calida, diluuntur autem iſtę niues tempore meſſis, & tunc Iordanis, qui eſt ad radices Libani replet aquis, & durat illa inundatio, dum manet liquefactio niuium, quòd autem niues ſint ſuper montem Libanum quamquã ſit in tertio climate, vel in principio quarti, vbi eſt terra ſatis calida, apparet Ierem. c. 18. ſ. Nunquid deficiet H de petra agri nix Libani, aut euelli poſſunt aquæ erũpentes frigidę, & fluentes? quaſi dicat, non: quia ibi perpetuę niues ſunt, & aquę defluentes ex niuibus liquefactis, vel ex pluralitate fontium montis Libani, patet ergo, quòd in terra Chanaan non pluit tempore meſſis triticeę, ergo hic fuit miraculum.

Ortus Iordanis ad radices Libani.

Sed nunc ſtate, & videte rem iſtam grandem. Scilicet miraculoſam, quia non poterat hoc fieri, ſine miraculo, vt declaratum eſt. *Quam facturus eſt dominus.* Scilicet non poterit fieri opere naturali in iſto tempore, ſed Deus faciet, & hoc requiritur ad miraculum.

In conſpectu veſtro. Ideſt immediate vobis pręſentibus, ſ. non differetur iſtud vſque ad aliquot dies, quia interim poſſet fieri naturalis immutatio, & plueret naturaliter. Cum autem Samuel inuocauit dominum, & immediate venit pluuia, ſine dubio apparet, quòd I Deus fecerit.

Nunquid non meſſis tritici eſt hodie? Quaſi dicat, licet hodie ſit tempus meſſis tritici, in quo nunquam ſunt pluuiæ in terra iſta, tamen inuocabo dominum, & dabit pluuias. Non poterat autem tempore illo pluere in terra Chanaan, quia pluuia fit ex humida exhalatione faciliter conuertibili, tempus autem meſſis triticeę eſt valde calidum in terra Chanaan, iõ non poteſt eſſe tunc aliqua exhalatio humida, quæ in pluuiam conuertatur, tempore autem hiemis poſſunt ibi pluuiæ gigni.

Inuocabo dominum. Quaſi dicat, nihil aliud faciam, niſi inuocare Deum, non obſeruando aliquam cęremoniam aſtronomicam, vel coniunctionem, aut aſpectũ planetarum, aut manſionem eorum in certis ſignis, K quę naturaliter ad pluuiam faciunt, ex quo apparet, ꝙ ipſe Deus faciet pluuiam.

Et dabit voces, & pluuias. Voces vocantur hic tonitrua, quia ſunt ad modum vocum, vel cum magno ſono, ſic poteſt accipi Exo. c. 20. ſ. Cunctus autem populus videbat voces, & ſonitum buccinæ, & lampades, montemq; fumantem, fuerũt aũt hic pluuię ad admirationem, & probationem rei, tonitrua autem erãt ad terrorem Iudæorum, fuerunt enim magna nimis, iõ Hebræi conterriti orauerunt Samuelem, vt intercederet pro eis putantes ſe morituros, vt patet infra.

Et ſcietis, & videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conſpectu domini petentes ſuper vos regem. Quaſi dicat per

per istas pluuias, & tonitrua cognoscetis manifeste, ꝙ peccaueritis petendo regem: erat enim ista sufficiens probatio, quia quandocunque Propheta aliqd dicit, & postea prenunciat aliquod signum vẽturum ante rem dictam, si illud venerit vere Propheta locutus est, sed Samuel prędixerat, ꝙ Israelitæ peccauerãt petendo regem, & ad probationem huius dixit, ꝙ sequerentur tonitrua, & postea secuta sunt, ideo probatio sufficiens est, ꝙ peccauerant. *Et clamauit Samuel ad dominum.* Scilicet immediate postquam ista dixit, incępit clamare, & hoc, vt non putarent Israelitæ, ꝙ expectabat aliquam cęremoniã astronomicam, si aliquantulum moraretur. *Et dedit dominus voces, & pluuias in die illa.* Scilicet immediate misit procellam aquarũ multarum, & magnitudinem tonitruorum: credendum est enim, ꝙ ista fuerunt valde magna, quia ea, quæ Deus per se facit ad hoc, ꝙ videantur habere differentiam a rebus naturalibus semper sunt valde excellentia, hoc autẽ est, quia pluuiæ essent magnę subitaneę, & impetuosæ, & tonitrua essent dura nimis: aliqñ tamen Deus mittit aquas miraculose, & illę veniunt nõ subito, sed successiue, sic patet infra 3. lib. cap. 19. Cum dixit Elias ad Achab regem: ascende, & comede, & bibe, quia sonus multæ pluuię est, & tamen tunc posuit se Elias super genua sua orans dominum pro pluuia, cumque mitteret puerum ad videndum, an appareret pluuia vidit nihil, & postea orauit cõtinuo quousque misit puerum septies, & in septima vidit nubeculam paruam quasi vestigium hominis, & dixit ad Achab iunge currum tuum, & descende, ne occupet te pluuia, cumque se verterent huc, atque illuc, cęli contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluuia grandis. ibi tamen non inducebatur pluuia principaliter in miraculum, sed magis inducebatur in subsidium terræ: nam tribus annis, & dimidio non pluerat, vt patet Iaco. c. 5. *Et timuit omnis populus nimis Deum, & Samuelem.* Scilicet quando populus vidit tonitrua magna, & voces timuit Deum, quod intelligitur tripliciter. Vno modo, ꝙ timuit Deũ, s. timore seruili, quia ante hoc negligebant Deum tanquam non potentẽ, vel non curantem infligere pęnas peccantibus, nunc autem cum viderunt, ꝙ faciebat miracula timuerunt nimis sciẽtes, ꝙ iam posset, vel curaret punire iniquos. Aliter potest intelligi, ꝙ timuerunt Deum, idest timuerunt, ꝙ occideret eos tunc, quia tonitrua erãt magna, & tanto fragore concussi putauerunt, ꝙ subuerteretur terra, & ꝙ perirent: sic enim in datione legis, cum loqueretur Deus, & sonarent voces durissimæ timuit populus, ꝙ moreretur, quamquam non esset sibi conscius sceleris, sed quia erant illæ voces terribiles, ita Deute. ca. 5. s. Cur ergo morimur, & deuorabit nos hic ignis maximus: si enim vltra audierimus vocem Dei nostri, moriemur. Aliter potest intelligi, ꝙ Israelitę ante hoc non putabant se peccasse, quamquã Samuel eis diceret, ideo non se existimabant dignos pęna, nũc autem cum per miraculum cognouissent, ꝙ peccauerant sciebant se dignos morte, & putabant ꝙ Deus vellet eos occidere in posterum, ideo rogauerunt Samuelem, vt oraret pro eis, ꝙ nõ morerentur, non quidem tunc, sed postea, quia tonitrua, & pluuia sciebant venisse ad ostensionem miraculi, & non ad mortem eorum, sed timebant, ꝙ Deus postea vellet eos occidere. dicitur etiam, ꝙ timuerunt Samuelem, & hoc, quia petente Samuele venerunt ista miracula, ideo sciebant eum valde acceptum apud Deum, & quia ipsi valde offenderant Samuelem petentes regẽ cum abstulissent ab eo, & a domo eius principatũ, putabant ꝙ uellet, ꝙ Deus destrueret illos, ideo timuerunt, ꝙ occasione data cum apud Deum esset potẽs vellet eis nocere. Vel dicitur, quòd timuerũt Samue-

A lem, ꝙ habuerunt eum in reuerentia, quia ante hoc non nimis curabant de eo, nunc autem, quia viderũt, ꝙ apud Deum tam acceptus esset magis honorauerunt eum, etiam timuerunt scientes, ꝙ posset ipse infligere bonum, vel malum, quando vellet, quia apud Deum gratus erat. *Dixitque vniuersus populus ad Samuelem.* Scilicet omnes, qui erant in Galgala, & venerant de bello: nam non erat ibi totus Israel, & isti omnes timuerunt nimis, quia viderunt mirabilia Dei, ideo omnes rogauerunt, vt pro eis oraret dominum. *Ora pro seruis tuis.* Omnes rogauerunt Samuelem, ꝙ oraret ꝓ eis, quia ipsi putabãt se indignos exaudiri, eo ꝙ nimis
B offenderãt Deum, Samuel autem erat acceptus Deo, vt ipsi experti fuerant, s. ꝙ eo orante immediate Deus misit pluuias, & tonitrua, ideo putabant, ꝙ quęcunq; alia oraret immediate, impetraret: dixerũt etiam pro seruis tuis, in quo nimis se humiliauerunt cum totus populus vocauit se ibi seruum Samuelis, ꝙ quidẽ ex vrbanitate dicitur, nam ipsi non erant serui Samuelis, nec per hoc se exhibebant ei tanquam seruos, & Samuel non habebat eos tanquam seruos, nunquam. n. fuerat dominatus eorum, sed regebat eos tanquam esset vnus ex eis. *Ad dominum Deum tuum.* Iste Deus Samuelis erat Deus omnium Israelitarum, dicebant tamen Israelitæ esse Deum Samuelis, quasi esset specialis Deus illius, & hoc ꝓpter duo. Primo quia Samuel
C erat magis acceptus Deo quã alij Hebræi, ideo Deus magis pertinebat ad eum, quam ad cęteros, quia ad alios erat tanquam dominus, ad eum autem erat tanquam dominus, & amicus, quia nimis familiariter loquebatur ei, sic dicitur de Moyse Exo. c. 33. ꝙ loquebatur dominus ad Moysen facie ad faciẽ, sicut solet homo loqui ad amicum suum. Aliter potest intelligi, s. quòd loquerentur hoc Israelitę, vt magis placarẽt Samuelem dicentes Deum ad ipsum specialiter pertinere. *Vt non moriamur.* Timebant enim, quod morerentur, s. immediate cum erant illa magna tonitrua, vel quòd Deus postea occideret eos, eo quòd tunc cognitum erat peccatum eorum. *Addidimus enim vniuersis peccatis nostris malum.* Idest super peccata, quæ fe-
D ceramus prius nos, & patres nostri, addidimus hoc peccatum, s. ꝙ peteremus regem. In quo confitebantur Israelitæ se peccasse eligendo regem, & dolebant, quòd peccauerant, nunc autem petebant remissionem, & quia Deus placatur super afflictionem cordis nostri iuxta illud: Cor contritum, & humilitatũ Deus non despicies. *Vt peteremus nobis regem.* Scilicet hoc fuit malum nostrum, quod non erat malum ſm seipsum, sed inquantum erat contra Dei voluntatem, qui volebat specialiter dominari in populo illo, & non permiserunt Israelitę cum peterent sibi regem. Sciendum tamen, ꝙ ista petitio regis non fuit peccatum a principio, s. antequam Israelitæ cognoscerẽt, an Deus hoc acceptaret, vel non, cum tamen cognouerunt per Samuelem, quòd in hoc abiiciebant Deum, & dixerunt
E nequaquam, sed rex erit super nos peccauerunt supra cap. 8. & 10. *Dixit autem Samuel ad populum nolite timere.* Vidit Samuel, quòd Israelitę timebant de praue commissis, & quantum in ipsis erat volebant nũquam petiuisse regẽ, videbat etiam, quòd timebant nimis, ideo misertus eorum dicit, quòd non timerent, s. quia non erant morituri propter peccatum illud tunc, vel postea. *Vos fecistis vniuersum malum hoc.* Idest vos fecistis malum, propter quod secuta sunt omnia hęc, quę videtis, hic demonstratur per istud pronomen demonstratiuum peccatum petitionis regis, illud autem nõ erat pręsens ad hoc, quòd demonstraretur, aliquando tamen fit demonstratio quasi ad oculum eorum, quę præsentia non sunt secundum rem, dum tamen quãtum ad intentionem pręsentia sunt, s. quòd de eis intenta-

An a principio petitio regis fuerit peccatum.

tētamus, vel de eis loquamur: ſic autem erat hic, quia Samuel loquebatur de illo peccato. *Veruntamen nolite recedere a tergo domini*. Ideſt quamquam peccaueritis, nō credatis vos penitus relictos a Deo, vel morituros propter hoc, quia ſi ſeruieritis ei nihilominus benefaciet vobis, ſicut prius fecerat. Eſt autem recedere a tergo domini, ideſt recedere a diſciplina, vel lege eius: q enim ſequitur alium in præceptis, vel in moribus dicitur ire poſt tergum illius, cum autem deſinit eum ſequi, recedit a tergo, ſcilicet, quòd non imitatur veſtigia eius, ſic recedimus a tergo Dei, quādo legem Dei nō cuſtodimus. eſt autem hic metaphora tracta a viatoribus, quia quando aliquis cæteros dirigit in via ille præcedit, & reliqui vadunt poſt tergum illius, & cum aliquis non vult ſequi directionem illius, dicitur recedere a tergo eius.

Quid eſt recedere a tergo Dei.

Et ſeruite domino in omni corde ueſtro. Scilicet in tota cogitatione, volitione, & viribus nulli alteri ſeruientes, eſt autem iſte modus loquendi frequentatus in ſacra Scriptura, & prouenit a Gentilibus, nā inter gentiles ſic erat, quòd ipſi non colebant vnicum Deum, ſed multos, vnde non colebant aliquem eorum toto corde, quia non impendebant vni totum famulatum quem impendere poterant, ſed partim vni, & partim alteri. hoc quoque cępit eſſe inter Iudęos, nam aliqui Iudæorum partim colebant Deum verum, & partim idola, ſicut patet de Samaritanis, qui Deum cęli timebant, & tamen idola colebant infra 4. libro capitu. 17. ſic quoque aliqui de Iudæis ex genere faciebant, nam quamquam colerent Deum, veruntamen etiam colebant Deos gentium, ſicut fuit tempore Samuelis, qui dixit Hebræis ſi in toto corde veſtro reuertimini ad dominum auferte Deos alienos de medio veſtri Baalim, & Aſtaroth, & præparate corda veſtra, & ſeruite illi ſoli. & ſic patet, quòd ad hoc, quòd hebræi ſeruirent Deo in toto corde ſuo, oportebat quòd abiicerēt Deos alienos, alioquin partim ſeruirent Deo Iſrael, & partim idolis, & illud non eſſet ſeruire in toto corde.

Gētiles nō colebant Deum toto corde.

Et nolite declinare poſt vana. Declinare ad vana eſt, quando aliquis ſequitur viam veram, & deinde recedens ab illa, ſequitur viam inutilem, quæ ad nullum finem proficit, ita eſt de Iſraelitis, qui prius ſequebantur Deum verum, ſi deinde ſequerentur idola dicerētur ſequi vana, quia illa ad nihil proficiebant.

Quæ non proderunt vobis. Scilicet ad liberandum vos de manu hoſtium: nam idola nihil ſunt: ideo nihil operari poſſunt: Iſraelitæ autem volebant eripi ab hoſtibus, & ob hoc colebant Deum, ſed ad iſtud nihil proficiebant idola, quod patet, quia non ſolum poterant non defendere cultores ſuos, immo etiam non poterant defendere ſeipſa, quod apparuit, quando intrauit arca in terram Philiſthijm, nam ibi cecidit Dagon Deus Philiſthinorum coram illa, vt ſupra capitu. 5. ſic etiam in Aegypto Deus educens Iſraelitas inde fecit iudicium ſuper Aegyptios, & ſuper Deos eorū: Numeri capitu. 33. Etiam non proderant iſta idola ad dandum abundantiam bonorum temporalium, quā deſiderabant Iſraelitæ, ſed Deus dabat hoc Exodi cap. 23. quamquam perfidi Iſraelitæ dicebant, quòd quando colebant Deum verum veniebat ſuper eos fames, & gladius, cum autem colebant Deos gentium erant ſaturati, & non inueniebant eos mala. Ierem. cap. 44.

Nec eruent vos, quia vana ſunt. Ideſt non poterunt liberare vos de manu hoſtium, ſcilicet, quia vana ſunt, ideſt nihil ſunt: vanum enim vocatur illud, quod non conſequitur finem ſuum, vel vanum, ideſt vacuum, ſ. quòd in ſe nihil cōtinet, & ita erāt idola vana, quia nihil in ſe boni continebant, cum ſolum ſint ſigna, & non res, ſic ait Apoſtolus prima ad Corinth. capitu. 8. ſ. Idolum nihil eſt, ideſt in ſe ipſo nō eſt aliqua res, ſed

Idolum nihil eſſe.

F ſignum alterius rei, quod autem nihil eſt, nullam potentiam habet, ſed eruere aliquem ab hoſtibus eſt magnæ potentiæ, ergo non conuenit idolis.

Et non derelinquet dominus populum ſuum. Hic dat Samuel bonam ſpem Iſraelitis, & quia ipſi habebant hic duos timores, ſ. ad Deum, & ad Samuelem, facit eos confidere quantum ad vtrunque, ſ. quòd nihil mali eueniet, & primo quantum ad Deum, timuerunt autē Iſraelitæ, quòd cum ipſi peccauiſſent hic grauiter contra dominum, Deus vellet eos occidere tunc, vel ſaltem reſeruaret eis punitionem in poſterum, aut ſi nō puniret, ſaltem relinqueret eos in manu hoſtium, qa peccauerant, & hoc eis eſſet idem, ac ſi occideret eos, quia ſi a Deo derelinquerētur, neceſſe erat, vt hoſtes

G eos premerent: Samuel autem eos ſecuros facit hic quantum ad Deum, ſ. quòd non occidet eos, etiam q non derelinquet, quamquam peccauerint, ſed reget eos, atque iuuabit, ſicut a principio, dum tamē ſequerentur eum.

Propter nomen ſuum magnum. Ideſt, quamquam Iſraelitæ mereantur relinqui a Deo, tamen Deus non deſeret eos propter gloriam nominis ſui, ſ. quia videretur aliquo modo deprimi honor ſuus, nam dicerent gentes in circuitu, quòd Deus Iſrael non poterat defendere cultores ſuos ab hoſtibus, ideo relinquebat eos, ne autem gentes hoc improperarent, Deus nolebat

H relinquere Iſraelitas: ſic enim, quando vellet occidere omnes in deſerto pro adoratione vituli, Moyſes dixit ei, quòd gentes, quæ erant in circuitu, dicerent callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret de terra, ita Exodi cap. trigeſimo ſecundo. & cum iterum vellet eos delere in Cadesbarne propter murmurationem, dixit Moyſes, quòd gentes dicerent, non poterat introducere populum in terram pro qua iurauerat, idcirco occidit eos in ſolitudine: Numeri capitulo decimoquarto. & iſtud erat diminui nomen domini, ideſt famā eius, quia Deus habebat ante hoc famam magnam inter omnes gentes, quòd liberaſſet potentiſſime populum ſuum de Aegypto, ſi autem nunc viderent iſtam famam, crederent, quòd prior fama fuit mendax, & minueretur nomen domini: ſic enim dixit Ioſue, quando vidit Iſraelitas fugere a fa-

I cie gentium, hæc facies nomini tuo magno Ioſue capitulo ſeptimo. quaſi dicat, iſtum honorem pones tibi ad hoc, quòd fama tua magna proficiat, quaſi dicat, non proficiet ſic, immo deficiet.

Quia iurauit dominus facere vos ſibi in populum. Ideſt, etiam hoc faciet, quia iurauit, quòd haberet vos in populum, & ſi nunc derelinqueret videretur infringi iuramentum illius, Deus enim iurauerat hoc Abrahę, quòd multiplicaret ſemen eius, ſicut ſtellas cœli, & quòd daret eis terram Chanaan in ęternum, vt cōſtat Gene. decimoquinto, & vigeſimo ſecundo. propter hoc autem faciebat bona Iſraelitis, & non propter merita eorum, vnde Deuteronom. cap. octauo. Ne diceres in corde tuo fortitudo mea, & robur ma-

K nus meæ hæc mihi omnia prǽſtiterunt, ſed recorderis domini Dei tui, quòd ipſe tibi vires præbuit, vt impleret pactum ſuum, quod iurauit patribus tuis. Et dicitur hic, quòd iurauit vos facere ſibi in populum, ideſt iurauit vos habere in populum. Iam enim acceperat eos in populum a principio, quando elegit patrem eorum Abraham, & ſeparauit eum a cæteris gentibus vel magis, quando dedit eis legem in monte Sinai, & ipſi ſuſceperunt: dixit enim Deus ſi audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea eſt enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta: Exodi capitulo decimo nono. & tamen quamquam hoc feciſſet, poterat Iſraelitas derelinquere: ideo

ideo dicitur, ꝙ iurauit facere eos sibi in populum, idest retinere semper tanquam populum.

Absit autem a me. Hic Samuel securos Israelitas facit quantum ad seipsum, nam supra dicitur, ꝙ timuerunt dominum, & Samuelem: timebant autem Samuelem, quia credebant, ꝙ cum offendissent eũ priuando eum principatu in petitione regis, & ipse esset nimis Deo acceptus, ꝙ oraret Deum contra eos, & tunc ipsi perirent, vel saltem non oraret dominum in fauorem eorum, & eodem modo perirent, ꝙ ipsi viderunt, quando erat in Masphat. nam conuenerãt cõtra eos Philisthini, hebręi autem timẽtes, ꝙ inermes erant. dixerunt necesse est orare ad dominum pro nobis, & tunc cum Samuel oraret pro Israel, & Philisthini inirent bellum, intonuit Deus de cęlo fragore magno super Philisthijm, & cęsi sunt ab Israelitis, supra capitulo 7.

Si autem non orauisset pro eis Philisthini circundantes eos, quia inermes erant, omnes trucidassent, tantum ergo erat Israelitis, ꝙ Samuel desereret eos, sicut ꝙ peteret a Deo, ꝙ occideret illos: ideo Samuel securos fecit eos, ꝙ nunquam desereret eos, etiam si grauius offendissent eum.

Hoc peccatum in domino, vt cessem orare pro vobis. Idest non committam tale peccatum, ꝙ desistam ab oratione, quam pro vobis fundere soleo.

Quando quis tenetur orare pro alio. Et an peccaret Samuel si cessaret orare pro Israelitis.

Quæst. XVI.

DICIT enim Samuel, ꝙ peccatum sibi esset si desisteret orare pro Israelitis, quasi diceret se obligatum ad orandum pro illis, eo ꝙ omnis homo tenetur contra nullum alium hominem orare. s. pro nullo mala petere: non tñ tenetur orare pro quolibet. Fallit autem hoc in casibus specialibus. s. siquis videt proximum in maxima aduersitate, & potissime in periculo aīę, & credit, ꝙ forsitan per orationem suam iuuabitur, peccat, si non orat pro eo: nam sicut quis tenetur, cum videt alium in extremo periculo constitutum ad vitę perditionẽ succurrere ei quantum potest: ita tenetur a fortiori in periculo animæ orare, sed hoc speciale est: pręlati tñ tenentur generaliter orare pro subditis suis, & agere diligenter curam illorum. Si aũt aliquis negligentia eius perierit, requiretur de manu illius, tanquã ipse occidisset illum: sic patet Ezechiel. c. 3. & 33. s. Fili hominis speculatorẽ dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium morte morieris: non annunciaueris ei, vt auertatur a via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. Samuel autem erat ad hoc obligatus dupliciter. Primo, quia erat pręlatus. s. constitutus iudex a Deo super Israelem, & ante hoc fuerat pręlatus quantum ad omnia, tam spiritualia, quàm temporalia: nunc autem constituto Saule in regem erat pręlatus saltem quantum ad spiritualia, ideo tenebatur orare pro Israelitis. Secundo tenebatur, quia erat ꝓphe ta: tenẽtur aũt prophetę annunciare populo ea. quæ a Deo audiũt, & de eis intelligitur, quod dixit Ezechiel; nam ad Ezechielem dicta sunt hęc: ipse autem non erat prælatus populi, Samuel aũt erat propheta in tempore illo, ideo tenebatur ad erudiendum populum, & orandum pro eis: vnde si cessabat, dicebat se peccare in Deum. *Et docebo vos viam bonam, & rectam.* s. qualiter debeatis colere Deum, quia Israelitæ in multis ignorabant: Samuel autem sciebat legem, & super hoc ꝓpheta erat sciens Dei voluntatem, poterat ergo do-

A cere Israelitas, qualiter deberẽt Deum colere; & ista erat via bona, & recta. *Igitur timete dominum.* Samuel hortatur eos, ꝙ iam amplius nolint errare, sed quòd timeant Deum timore filiali, s. nolentes cum offendere, vel saltem timeant eum timore seruili scientes, ꝙ potest pęnam infligere, & timore pęnarum delinquere caueant: hoc autem dixit, quia prius dixerat, ꝙ Deus non dimitteret eos, qđ intelligitur si conuerterentur ad Deum, si tamen manerent in vitijs suis, relinqueret eos, & traderentur in manus hostium. *Et seruite ei in veritate.* Scilicet facite præcepta illius ſm veritatem. Facere ſm veritatẽ opponitur huic, ꝙ est facere secundum apparentiam, & hoc quia Israelitæ quantũ ad verbum dicebant se nimis diligere Deũ, B & velle colere eum, tamen secundum veritatẽ nihil faciebãt sic dixit Isaias de eis. c. 29. s. Populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est a me: maximè autem conueniebat hoc quibusdã Hipocritis, qui vocabantur Pharisæi inter Iudæos, de quibus Matt. 23. c. s. Super cathedram Moysi sederũt Scribæ, & Pharisæi: omnia quęcũque dixerint vobis, seruate, & facite, secundum opera eorũ nolite facere. dicunt enim, & nõ faciunt: alligant autem onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Et de his dicit Christus, ꝙ intelligitur pręalle. auctoritas Isaiæ, vt patet Mat. 15. ca. s. Hipocritæ bene prophetauit de vobis Isaias dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me: seruire aũt Deo in C veritate est non solũ verbo, sed magis realiter seruire.

Facere secundũ veritatẽ quid sit.

Cõtra Hipocritas.

Et ex toto corde vestro. Idest seruite dño ex toto corde, qđ supra expositum est, s. vt Deum solum adorarent, & non simul & idola, tamquam vtrisque potẽtes cultum impendere: nam cultus Dei, qui sic exhibetur nullus est. *Vidistis enim magnifica, quæ in vobis gesserit dominus.* Idest res magnas, & admirabiles, quod põt dupliciter intelligi: vno modo pro beneficijs impensis populo Israel, quæ supra narrauit Samuel, s. vidistis magnifica, i. iã audiuistis a me res magnas, quas Deus in vobis præteritis tẽporibus egit, ad quas vos fuistis ingrati, nunc autem si amplius manetis in malitia vestra, s. ingratitudine, vel si declinatis ad idola, sicut ante hoc feceratis, peribitis. Aliter potest intelligi, s. vi- D distis magnifica, idest mirabilia, quæ Deus egit nunc coram vobis, s. mittẽdo tonitrua, & pluuias, & illa facta sunt ad manifestationẽ peccati vestri, licet Deus noluit vos occidere nunc: tamen si amplius manetis in malitia vestra occidet vos. *Quod si perseuraueritis in malitia.* Hoc potest intelligi dupliciter: vno modo ꝓ ingratitudine, s. ꝙ Deus multa beneficia contulerat Israelitis, ipsi autem ingrati fuerant, scilicet excludentes Deum a se, & petentes reges; quam iniquitatem Deus remisit, & permisit, ꝙ haberent regẽ, si tamen vlterius committerent aliquam ingratitudinẽ, dicit ꝙ peribunt. Aliter potest intelligi, ꝙ non permaneãt in malitia sua, s. colendo idola: nam ante hoc Iudæi non coluerunt Deum in toto corde suo, sed partim E Deum, & partim idola: vnde Samuel admonuit, ꝙ excluderent Baalim, & Astaroth, & seruirent Deo in toto corde suo, si autem hoc non fecerint, sed mãserint in culto illo idolorum peribunt, & ille cultus est iniquitas, vel malitia. *Et vos et rex vester pariter peribitis.* Concluditur hic ex omnibus superioribus, ꝙ quamquam Israelitę peccassent petendo regem; tamẽ nõ debebant eum dimittere: nam si habendo regẽ vellent audire vocẽ domini, prosperarentur, velut si nũquam peccauissent eligendo regem, si aũt manerent in malitia sua, non gratulantes, ꝙ eis remisisset hoc peccatum, tam ipsi, quàm rex eorum, s. qui tunc erat, vel quicunque alius postea veniret, perirent.

CAP. XIII.

FILIVS vnius anni erat Saul cum regnare cępiſſet: duobus autem annis regnauit ſuper Iſrael. Et elegit ſibi Saul tria millia de Iſrael; & erant cũ Saul duo millia in Machmas, & in monte Bethel, mille autem cum Ionatha in Gabaa Beniamin.

FILIVS. In ſuperioribus ſcripta Saulis electione, hic agitur de eius reprobatione: nam non mãſit ei regnum perpetuum, ſed trãslatum eſt ad domum Dauid. Fuit autẽ vt quidam volunt triplex cauſa reprobationis eius: prima fuit diffidentia, & vſurpatio, ſ. quia non cuſtodiuit pactum cum Samuele: ſecunda temeraria iuratio, vt ſequenti cap. tertia cupiditas & electio infra cap. 15. De his autem an omnes fuerint cauſę reprobationis eius, vel quę illarum infra declarabitur. Diuiditur autem prima in quatuor: qa primò ponit̃ diffidẽtiæ rõ: ſecundò diffidentis vſurpatio: tertiò hoſtiũ incurſio: quartò ad reſiſtendum nulla apparatio. Secunda ibi. *Ait ergo Saul.* Tertia ibi. *Porro Philiſthijm.* Quarta ibi. *Porro faber ferrarius.* Cauſæ autem diffidentiæ fuerunt duæ propter percuſſionẽ Philiſthinorum in Gabaa, ex quo putauit Saul, ꝙ omnes Philiſthini venirent ſuper eum. Secunda fuit dilapſus populi a Saule, ꝓpter metum ibi. *Quod cum vidiſſet.*

De reprobatiõe Saulis cauſa.

Cauſa diffidentiæ Saulis.

An iſta continuantur ad præcedentia. *Quæſt. I.*

CIRCA primum dubiũ eſt de habitudine huius cap. ad pręcedentia an ſit ordo continuatus, vel ſit aliqua tranſmutatio.

Reſpondendum eſt, ꝙ ordo continuatus eſt hic: nam poſtquam confirmatum eſt regnũ Saulis in Galgala, cępit ipſe gerere ſe pro rege, quia ante hoc ſtatus ſuus erat dubius, cũ multi de Iſraelitis dixiſſent non regnabit ſuper nos ſupra cap. 10. ideo tẽpore præcedenti non fecerat aliquem apparatum tãquam rex, ſed manebat in ſimplicitate ſua vacãs agriculturæ, ſicut prius ſupra cap. 11. Cum autem confirmatum eſt regnum eius in Galgala cępit immediate pro rege ſe habere, & elegit exercitum. Sed hic agitur de electione exercitus, ideo continuus ordo eſt inter hæc, & præcedentia. Patet autem iſta cõtinuatio ex verbis Ioſephi 6. Antiquitatum dicentis: igitur Samuel dum hæc dixiſſet Hebræis confirmato ſecũdo Saulis regno, populũ remiſit ad propria, Saul igit̃ eligens quaſi tria millia virorum ex omni plebe, &c. Ecce qualiter continuauit ea, quæ habentur pręcedẽti cap. ad ea, quę habẽtur hic. Item non eſt putandũ, ꝙ magnum tempus tranſierit inter cõfirmationem Saulis, quę habetur pręcedenti cap. & inter ea, q̃ hñr hic, quia veriſimile eſt, ꝙ Saul immediate, vt cognouerit firmatum regnum ſuum, voluerit ſe gerere ꝓ rege. Et iſtud eſt, ꝙ elegerit exercitum, ſicut hr̃ hic.

Cap. 6.

Filius vnius anni erat Saul, cum regnare cæpiſſet. Iſta litera ſm corticem videtur ſignare, ꝙ Saul erat filius vnius anni, i. ab vno anno genitus, qñ regnare cępit, quia interdum ſcriptura deſcribit tẽpora regum, qñ regnare cęperunt, & annos regni, vt ſic cognoſcatur totũ tempus vitæ illorum regum, ſicut patet de Dauid. ʃ. 2. lib. c. 5. ſ. filius 30. annorũ erat Dauid, cũ regnare cępit, & 40. annis regnauit, ſ. ꝙ ipſe erat 30. annorũ, qñ incępit regnare. Sic ẽt habet̃ Iere. 52. c. de Sedechia, ſ. filius 21. anni erat Sedechias cum regnare cępiſſet, & 11. annis regnauit. Sed iſto modo non poteſt exponi litera hæc, quia Saul non erat ætatis vnius anni, qñ incępit regnare: ſed iam erat vir integer, quod patet ex eis, quæ habentur ſupra ca. 9. & 10. Nam ſi Saul regnaſſet per ſucceſſionem, ita ꝙ pater ſuus fuiſſet rex, non erat mirabile, ꝙ vnius anni eſſet, quando inciperet regnum eius, ſ. ꝙ pater eius citò defunctus fuiſſet, fuit tamen Saul electus in regem per Deum, vt erueret populum, & ipſe fuit primus: ideo oportebat, ut eſſet vir ætatis maturæ. Exponunt ergo quidam, ꝙ filius vnius anni erat Saul, ideſt habebat filium vnius anni, quando incępit regnare, & tunc Saul ponitur in datiuo, ſ. ꝙ ei erat filius genitus ex vno anno.

Quõ intelligit̃ filius vnius anni erat Saul.

F

G

Aliqui aũt volunt, ꝙ iſte eſſet Ionathas filius eius. Sed non ſtat, quia in principio regni Saulis erat Ionathas iam vir fortis potens ad bellum: nam pater, quia dedit ei mille viros, vt maneret in Gabaa, & ibi manens pugnauit contra ſtationem Philiſthinorum, vt patet infra in litera. ideo in principio regni Saulis iſte eſſet plurium, quàm 30. annorum.

An iſte Ionathas vel Isboſeth filius Saulis eſſet vnius anni, cum regnare cœpiſſet.

Alij autem volunt, ꝙ filius, qui erat vnius anni in principio regni Saulis erat Isboſeth, q̃ regnauit poſt Saulem. Iſte enim videbatur eſſe minor inter filios Saulis. Iſta eſt poſitio Rabani, & eſt in gl. ordinaria, ʃ. 31. cap. Sed adhuc non ſtat, quia Isboſet quando vnctus eſt in regem ſuper Iſrael erat annorum 40. ʃ. 2. lib. cap. 2. regnum tamen Saulis durauit ſolum annis 20. nondum completis: nam totum regnum Saulis dicitur eſſe annorum 40. Act. 13. & in hoc computat̃ ſimul tempus regni Saulis, & principatus Samuelis, ſ. a morte Heli ſacerdotis: Samuel tamen annis 20. rexit populum, & aliquo tempore vltra, vt patet ſ. c. 7. ergo manent alij 20. anni, vel quaſi pro regno Saulis, ſic computat Ioſephus 6. Antiquitatum in fine. Cum igitur Isboſeth in vltimo anno regni Saulis, ſ. quãdo ipſe vnctus eſt in regẽ poſt patrem ſuum erat annorũ 40. vt ʃ. 2. lib. ca. 2. oportet ꝙ in primo anno regni Saulis eſſet annorum 20. nõ poteſt ergo intelligi de illo. Aliqui aũt volunt, ꝙ intelligatur de ipſo, eo ꝙ Saul dr̃ regnauiſſe annis 40. Act. 13. & in fine illius tẽporis erat Isboſeth annorum 40. ergo in principio regni, vel pauloante genitus eſt Isboſeth. Sed nõ ſtat, eo ꝙ illi 40. anni non attribuuntur integraliter Sauli, ſed medietas Sauli, vt dictum eſt. Sed adhuc dicunt, ꝙ hic computatur regnũ Saulis a morte Heli ſacerdotis, quamquã non cęperit immediate regnare, ſed 20. annis poſt, & tunc bñ ſtaret, ꝙ Isboſeth erat vnius anni, qñ incępit regnare Saul, ſed iſte modus loquendi eſt multum alienus, qa ſcriptura accipit hic diſtinctè tempora regum nõ miſcendo, nec computat regnum alicuius, niſi ex eo tempore regnet. Ideo dicendum, ꝙ iſta litera ponitur ad laudem Saulis, ſ. ꝙ quãdo ſumptus eſt in regem erat vnius anni, ideſt ita innocens, & bonus ſicut puer vnius anni, in quo non eſt macula, & propter bonitatem iſtam ſumptus eſt in regem, ſic patet ſ. c. 9. ſ. erat ei filius vocabulo Saul electus, & bonus, & non erat vir de filijs Iſrael melior illo, ponitur autem hic iſta laus Saul in bonitate, quia immediate agit̃ de peccato, & abiectione eius, vt cognoſcatur, ꝙ bonitas humana valde mirabilis eſt.

H

I

K

Duobus autem annis regnauit ſuper Iſrael. Iſtud quod dicitur de duobus annis plurimi Iudæorum accipiunt ſic indiſtinctè, ſ. ꝙ ſolum regnauerit duobus annis, & in fine illorum mortuus fuerit in bello Philiſthinorũ. Sed iſtud non ſtat, quia ipſe fecit plurima bella, vt apparet infra ſequenti cap. contra gentes multas, quæ non potuiſſet facere in duobus annis. Deinde ponitur varia perſecutio Saulis contra Dauid per totum

iſtum

istum librum, quæ satis videtur requirere magnum tempus, ideo necesse est, quòd regnum eius fuerit maioris temporis.

Item Actuum 13. dicitur, quòd Saul regnauit quadraginta annis, & pars illorum pertinet ad Samuelē, vt supra declaratū est, & sunt 20. anni, vel paulo plus. necesse est igitur, quòd regnauerit Saul annis 20. vel quasi. Item patet hoc, quia Iosephus genere Iudęus, & sacerdos ac inter eos sapientissimus diligenter scribens totam historiam hebręorum ab exordio sęculi, dicit regnum Saulis fuisse annorum viginti 6. Antiquitatum. s. regnauitque Saul viuente Samuele annis 18. mortuo autem illo alios duos, qui huiusmodi habita conuersatione defunctus est: fuerunt ergo tempora regni Saulis plusquam duo anni, quia tamen dicitur hic de duobus annis regni eius oportet, ꝙ hęc referātur ad alium sensum. Potest autem intelligi vno modo, ꝙ regnauit duobus annis, scilicet quòd transierāt duo anni de regno eius, antequam faceret ea, quę habentur hic. s. ꝙ eligeret exercitum: nam cum dicatur hic duobus annis regnauit super Israel, sequit̄: & elegit sibi tria millia de Israel. s. postquā regnauerat istis duobus annis, & iste sensus satis est cōueniens. s. quòd computato tempore a principio regni Saulis, vsquequo pugnauit contra regem Ammon, & tēpore, quo inde fluxit, vsquequo elegit tria millia virorum inueniuntur duo anni, vel quasi: nam in scriptura annus inceptus pro completo habetur: satis autem verisimile est, ꝙ a principio regni Saulis, vsquequo elegit sibi exercitum, de quo hic, fluxissent quasi anni duo. s. annus, & dimidius.

Aliter potest intelligi, ꝙ regnauit duobus annis. s. in bonitate: nā hic dicebatur, ꝙ filius vnius anni erat Saul cum regnare cępisset. i. ita immaculatus, sicut si esset vnius anni. manens autem in hac innocentia solum regnauit duobus annis, reliquum aūt regni eius fuit in iniquitate, quia nō obediuit dn̄o, & persecutus fuit Dauid, fecitque alia mala plurima.

Hanc sententiam tenet Nicolaus, & dicit poni hic totum tempus regni eius, quasi nihil amplius regnauerit, eo ꝙ non mansit in bonitate maiori tempore. Ista sententia est satis conformis literę pręcedenti. s. tēpore vnius anni erat Saul. Aliter potest intelligi, ꝙ regnauit duobus annis. s. computando, vsque ad tēpus, quo Dauid vnctus est, nam cum Saul effectus fuisset malus iussit Deus Samueli, ꝙ vngeret Dauid in regē, quod fecit infra 16. c. & vsque ad illud tempus fluxerunt duo anni de regno Saulis, quibus dicitur regnauisse, eo ꝙ tunc proprie ipse erat rex: nam dato, ꝙ nequam esset, quia tamen unctus fuerat a Deo, & toto populo, habebat titulum regnandi. Postq̄ aūt Deus fecit vngi Dauid cū per vnctionem conferat̄ titulus, & non possint duo hr̄e in solidum titulum eiusdem rei, non poterat iam Saul hr̄e titulum regni cū Dauid incępisset hr̄e, quia Deus dedit ei titulum, qui iuste pōt mutare dominia rerū. ex illo ergo tp̄e Saul non fuit rex, sed iniuste, vel per violentiam possidebat rem. Iste sensus satis est solidus, q̄q̄ vr̄ ei obuiare computatio tēporum regnum, quia si isti duo anni solum computarentur de regno Saulis necesse esset, ꝙ omnes alii anni, quibus regnauit computarentur in regno Dauid, & sic non diceretur, ꝙ regnauit Dauid solū 40. annis, vt patet infra 2. lib. c. 1. sed ꝙ regnauerit pluribus, quā quinquaginta: nam 18. anni, vel quasi de regno Saulis deberent computari sub eo, sed non computantur.

Item sequebatur aliud. s. ꝙ hoc mō Dauid esset annorum 12. qn̄ vnctus est in regē, quod patet, quia mortuo Saule fuit immediate Dauid vnctus in regē super tribū Iuda, & tunc erant annorū, vt hr̄ 20. ĩ. 2. li. c. 5. sed Saul regnauit annis 20. vt declaratū est, ergo in primo

A anno regni Saulis erat Dauid annorum decē, sed hic dicitur, ꝙ regnauit duobus annis Saul, & volumus, ꝙ post illos duos vnctus fuerit Dauid: ergo erat duodecim annorum quando vnctus est, quod aliquis forte non habebit pro inconuenienti: nam infra 16. cap. dicitur. Adhuc reliquus est paruulus, & pascit ouēs. Et dixit hoc Isai de filio suo Dauid, quem volebat vngere Samuel, & immediate ductus fuit ac vnctus.

Sed non stat, ꝙ tam paruulus esset, vt tunc esset annorum duodecim, nā eodem cap. dicitur, quòd a die illa, qua Dauid vnctus est in regem, directus est in eo spiritus domini bonus, & recessit a Saule, atque exagitabat eum spiritus nequam, sed immediate dicitur quòd serui Saulis dixerunt ei, ꝙ prouideret sibi homi-
B nem scientem psallere, vt cum spiritus nequam arriperet eum psalleret coram illo, & leuius ferret, & tūc vnus de seruis Saulis dixit ei: ecce vidi filium Isai Bethlehemitem scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, si tamen Dauid tunc esset duodecim annorū, vel tredecim, non dicerentur de eo ista, quia hęc pertinent ad virum fortem, qui iam est plurium, quàm viginti annorū: ergo a principio regni Saulis vsquequo vnxit Samuel Dauid, transierunt plures, quàm duo anni, scilicet decem, vel amplius. Satis ergo videtur bona ista sententia, sed quia patitur ista inconuenientia, recurrendum est ad alios duos sensus pręcedentes: quicunque enim illorū satis conueniēs est. Veritas au ctoris.

C *Cum Saul hebuerit multa peccata, vsque ad quod peccatum suum computantur isti duo anni.* *Quæst. II.*

QVAERET aliquis dato, quòd intelligamus literam istam, quòd regnauit Saul duobus annis, scilicet in bonitate: postea autē fuit iniquus, ipse autem fecit multa peccata, vsque ad quod illorum computetur iste terminus duorum annorum. Peccauit enim primo, quando non expectauit Samuelem vsque ad septem dies in Galgala, & dixit ei: stultè egisti infra in litera. Peccauit etiam postea, quando missus est contra Amalecitas, & non occidit regem, nec pecora infra 15. cap. peccauit etiam sępissime persequendo Dauid iniustè, vt pa
D tet ex processu libri huius. Peccauit etiam, quia occidit iniustè sacerdotes domini, & destruxit vrbē Nobe propter eos infra cap. 22. Peccauit etiam, quia cōsuluit phytonissam de aduentu belli. infra 28. cap.

Aliquis dicet, ꝙ computantur isti duo anni vsque ad peccatum primum, quod fecit, s. non expectando Samuelem debito tempore: nam propter primum peccatum perdidit ipse innocentiam, sed ſm hāc expositionē isti duo anni fuerunt, quibus vixit innocenter, sicut puer vnius anni; ideo oportet ꝙ vsque ad illud computentur isti duo anni.

In contrarium aliquis dicet, ꝙ non stat: nam si ab illo peccato computaretur, non trāsiuissent duo anni de regno Saulis: immo nec vnus mēsis, quia supra cap. 10. quando Samuel vnxit Saulem, dixit: Descen-
E des ante me in Galgalam, ego quippe descendam ad te, vt immoles hostias pacificas dn̄o septē diebus expectabis donec veniā ad te. De istis aūt septē diebus dr̄ ĩ. in litera, ꝙ non plenè expectauit Saul Samuelē septem diebus, & ob hoc peccauit: ergo a principio regni Saulis, vsque tunc nō transierant duo anni, sed secundum hanc expositionē regnauit duobus annis antequam peccaret, ergo nō intelligit̄ de hoc peccato. Item dr̄, ꝙ Saul regnauit duobus annis anteq̄ peccaret. s. antequā faceret peccatum aliquod, ꝑ quod Deus ei auferret regnū, sed non fecit aliquod peccatum, ꝓ quo Deus eū priuaret ante pctm̄, qđ fecit relinquēdo regē Amalec viuū, & pecora multa: ergo

ab illo tempore computari debet. Apparet hoc infra 15. cap. ſ. Et ait Samuel ad eum: ſcidit dominus regnũ Iſrael a te hodie, & tradidit illud proximo tuo melio-ri te: ergo ante diẽ illum non fuerat ſciſſum regnum de domo Saulis, & toto tempore precedenti regnare dicebatur. Item patet, quia quando ponuntur pecca-ta, pro quibus Saul priuatus eſt regno, & occiſus, non computatur peccatũ, quod habetur hic de expecta-tione ſeptem dierum, ſed alia peccata, vt patet 1. Pa-ralipo. cap. 10. ſ. mortuus eſt Saul propter iniquitates, eo ꝙ præuaricatus ſit mandatum domini, quod præ-ceperat, vt cuſtodiret, inſuper & phytoniſſam con-ſuluit, nec ſperauit in domino, propter quod interfe-cit eum: ergo ab aliquo illorum peccatorum debet accipi terminus iſte duorum annorum, & nõ ab iſto, de quo hic.

Reſpõdendum eſt, ꝙ oportet cõputari iſtos duos annos vſque ad primum peccatũ Saulis, quia iſti duo anni ſunt de regno in innocentia Saulis, ſed innocen tia eius ablata eſt per primum peccatum, ergo ab illo computandum eſt. Item non ſolum Saul nõ fuit bo-nus poſt primum peccatum, ſed etiam pro illo Deus priuauit eum regno, vt patet infra in litera, ſ. dixit Sa-muel ad Saulem: ſtultè egiſti, nec cuſtodiſti mandata Dei tui, quæ præcepit tibi, quod ſi non feciſſes iã tibi præparaſſet dñs regnum tuum ſuper Iſrael in ſempi-ternum, ſed nequaquam regnum tuum conſurget: quæſiuit ſibi dominus virum iuxta cor ſuum, & præ-cepit ei, vt dux eſſet ſuper populum ſuum, eo ꝙ non ſeruaueris, quæ præceperit dominus: ergo ꝓ iſto pec-cato fuit priuatus regno, & ab hoc debet accipi ter-minus horum duorum annorum.

Item ſi nõ accipiatur ab hoc peccato terminus re-gni, non erit maior ratio, ꝙ accipiatur a ſecundo pec-cato, quàm a tertio, & quàm ab vltimo, & tunc dice-retur, ꝙ non ſolum Saul regnauit duobus annis, vſ-quequo peccauit, ſed etiã regnauit 20. quia in extre-mo vitæ ſuæ, ſ. antequam moreretur per tres dies, vel duos peccauit, ſ. quia conſuluit phytoniſſam, vt infra cap. 28. regnum tamen ſuum fuit annorum 20. vt ſu-pra dictum eſt, ergo deberent computari hic 20. anni regni Saulis. Niſi forte dicatur, ꝙ iſtud primum pec-catum fuit tale, quod non meretur dici peccatũ; ideo tranſitur ad ſecundum. Sed falſum eſt, quia infra dr̃, ꝙ regnum Saulis nunquam conſurgeret ꝓpter hoc, & ꝙ iam Deus quęſiuerat aliũ virum vſque ad illud, ergo in tempus debent computari iſti duo anni.

Ad rõnes in cõtrariũ. Ad rationes in contrarium reſpõdetur. Ad primã cum dicebatur, ꝙ non potuit eſſe iſtud peccatũ duo-

Ad primã. bus annis, poſtquam Saul incępit regnare, immo nec vno menſe, ſed ſolum ſeptem diebus. Dicendum ꝙ non ſunt computandi iſti ſeptimi dies ab illo tem-pore, quo Samuel iſta dixit: nam litera ipſa repugnat ſupra cap. 10. ſ. Septem diebus expectabis me, donec veniam, ergo iſti ſeptimi dies computandi erãt poſt-quam veniſſet Saul in Galgalam, eſt aũt ſenſus literę, vt ibi declaratũ eſt, ꝙ Samuel in hoc inſtruebat Sau-lem qualiter ſe deberet habere circa pericula quãdo-cunque ei euenirent, & dixit, ꝙ iret in Galgalã, & ibi expectaret ſeptem diebus eum primo illi ſignificans periculũ, quod accidiſſet, & tunc deſcẽderet Samuel in Galgalam ad Saulem. Poterat ergo iſtud quod di-citur de ſeptem diebus accidere poſt duos, vel tres annos, vel etiam in fine regni Saulis, quia illa regula data erat ad omne tempus, quandocunque Sauli ac-ciderẽt pericula: potuit ergo eſſe in fine duorum an-norum regni Saulis, vel anni, & dimidij, ꝙ accideret iſtud periculum Philiſthinorum, & tunc deſcendit Saul in Galgalam, & peccauit.

Ad ſcdam. Ad ſecundam rationem, cùm dicebatur, quòd nõ

F fuit Saul priuatus regno a Deo pro aliquo peccato ante peccatum Amalecitarum: dicendum quòd fuit priuatus regno immediatè propter iſtud peccatum, vt patet infra in litera, ſcilicet, quod ſi non feciſſes, iã nunc præparaſſet dominus regnum tuum ſup Iſrael in ſempiternum, ſed nequaquam vltra regnum tuũ conſurget: quęſiuit Deus virum iuxta cor ſuum, &c. Et cum dicitur infra ca. 15. ſcidit hodie dominus re-gnum Iſrael a te, nõ eſt ſenſus, quòd tunc primo pri-uauiſſet eũ regno: priuauerat enim ante hoc, ſed pec catum primum poterat habere veniam, & habuiſſet ſi Saul non addidiſſet ſecundum: ideo proprie in ſe-cundo abſciſſum eſt regnum, de quo magis infra in litera declarabitur.

Ad tertiã. Ad tertiam rationem, cùm dicebatur, quòd inter

G iniquitates, ꝓ quibus Saul regno priuatus eſt, & mor tuus, non computatur iſtud peccatum. Dicendum ꝙ etiam ſi ibi non computaretur, non ſequebatur, non eſſe peccatum illius: nam alia peccata fecit Saul, quæ non computantur patet primo Paralipo. cap. 10. ſcili-cet. Occidit ſacerdotes domini, deleuit vrbem No-be, & perſecutus eſt iniuſtè Dauid, pro quorum ſin-gulis merebatur perdere regnum. Sed adhuc aliter reſpondendum eſt, ſcilicet, ꝙ computatur iſta iniqui-tas inter peccata Saulis 1. Paralipo. cap. 10. Nam dici-tur: mortuus eſt Saul propter iniquitates ſuas, eo ꝙ præuaricatus ſit mandatum domini, quod præcepe-rat, & non cuſtodierit illud: ſed iſtud peccatũ, de quo hic, fuit præuaricatio mandati domini, vt patet infra,

H ſ. Stulte egiſti, nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, quæ præceperat tibi. & iterum ibidem: Quæſiuit ſibi dominus virum iuxta cor ſuum, & pręcepit ei, vt eſſet dux ſuper populum ſuum, eo ꝙ non ſeruaueris, quæ præceperit dominus. ergo iſta iniquitas compu-tata eſt inter illas, pro quibus Saul priuatus eſt regno.

Et elegit ſibi Saul tria millia de Iſrael. Ideſt tria millia vi-rorum pro exercitu. Iſtud fuit immediatè poſt con-firmationem regni: nam Saul ſciebat, quòd Iſraelitæ petiuerant regem ad hoc, quòd liberaret eos de ma-nu hoſtium ſupra cap. 8. ſcilicet: Rex noſter egredie-tur ante nos, & pugnabit bella noſtra ꝓ nobis: Deus quoq; ad hoc elegerat Saulem, vt patet ſupra cap. 9. ſcilicet: Mittam ad te virum de terra Beniamin, &

I vnges eum ducem ſuper populum meum Iſrael, & ſaluabit populum meum de manu Philiſthinorum. Samuel quoque hoc ei commendauit, quando vnxit eum ſecrete dicens: Ecce vnxit te dominus ſuper hę-reditatem ſuam in principem, & liberabis populum eius de manu inimicorum eius. Saul ergo electus a principio regni hoc agere voluit, ſed qa in principio ſtatus eius fuit dubius, dicentibus quibuſdam: Saul non regnabit ſuper nos ſupra 11. capit. interim ſiluit ruſticam vitam ducens vſque ad pugnam cõtra Am monitas, tunc autem quia cõſirmatus fuit in regem incępit totò animo ſe diſponere ad hoc, quòd pugna ret contra hoſtes. Elegit ergo exercitum, ſcilicet tria millia virorum, quod fuit in principio regni: nam po-

K ſtea cùm quotidiana eſſent bella continue augebat exercitum, & quemcunque inueniſſet virum fortẽ, & aptum ad prælium, ſociabat ſibi ſequenti cap.

Et erant cum Saule duo millia in Machmas, & in monte Be thel. Diuiſit Saul iſtum exercitum ad cuſtodiam ter-ræ, & partem eius accepit ipſe, partem verò tradidit Ionathæ filio ſuo: morabatur autẽ tũc Saul in Mach-mas, & Bethel, quia iſta loca erant propinqua terræ Philiſthijm, & contra Philiſthinos erat ꝑcipuè inſul-tus: ſunt autem iſtę duę vrbes, ſ. Bethel, & Machmas: eſt enim Bethel in ſorte Beniamin, vt patet Ioſue 18. c. de Machmas non apparet an eſſet in eadẽ tribu, qa non ponitur inter vrbes Beniamin. Et cum dr̃, ꝙ erat Saul

Saul in his vrbibus est intelligendũ, ꝙ aliquando erat in vna earum, & aliquãdo in alia, quia ipsę inter se modicum distant. Vel potest aliter intelligi. s. quòd Saul diuisisset exercitum duorum millium virorum, & aliquos haberet secum in Machmas, & alios haberet in Bethel sub aliquo alio duce, sicut posuerat mille viros cum Ionatha in Gabaa. Sed primus sensus est melior. Dicit autem Iosephus, ꝙ habebat Saul istum exercitũ in vrbe Bethlehem. hic autem dicitur, quòd erant in monte Bethel, quę aliquis forte existimat esse vnum, & eundem locum. Sed falsum est, quia Bethel est in terra Beniamin Iosue c. 18. Bethlehem autem in sorte Iudę Mat. c. 2. Sed dicendum magis, ꝙ fuit corruptio quędam in litera Iosephi propter similitudinem literarum inter Bethlehem, & Bethel. *Mille autem cum Ionatha in Gabaa Beniamin.* Erat enim Ionathas vir fortis, & bellicosus, quando accepit Saul principatum, ideo immediatè commisit ei exercitum, vt per se esset in vrbe Gabaa cõtra hostes, & quia erat vir fortis pugnauit contra eos, & percussit, vt patet infra. Dicitur autẽ in Gabaa Beniamin, quia ista ciuitas erat in sorte Beniamin, vt patet Iosue c. 18. Ponitur autem hoc ad differentiam, quia aliquando Gabaa reperitur in alijs tribubus, vt patet supra c. 7. s. venerunt viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam domini, & intulerunt eam in domo Aminadab in Gabaa, & sic ponitur Gabaa in Cariathiarim. est tamẽ Cariathiarim in sorte Iudę Iosue. c. 15. ideo positum fuit hoc ad differentiam hic. Sic ẽt fit interdum in quibusdam alijs nominibus locorum, sicut patet in isto nomine Bethlehem: nam reperitur Bethlehem in terra Iudę, vt patet Michee. c. 5. & Mat. c. 2. reperitur etiam Bethlehem in tribu Zabulon: Iosue. c. 19. ideo nominatur cum differentia Mat. c. 2. s. Bethlehem Iudę. *Porro cæterum populum remisit vnumquemque in tabernacula sua.* Idest de reliquo populo nullum accepit, sed misit omnes ad vrbes suas. intelligit̃ autem hoc de tempore, quo venerũt Israelitę de bello contra Ammon: nam ibi veniebat multus populus Israel, s. 330. millia virorum, vt patet supra c. 11. qui omnes cum Samuele confirmauerunt regnum Saulis in Galgala; quo facto accepit immediatè Saul tria millia virorum, quę elegit de tota illa multitudine: omnes autem alios viros. s. 327. millia remisit ad loca sua: dicitur autem, ꝙ misit eo, ꝙ tunc, quando ipse elegit ista tria millia omnes congregati erant. Vel posset intelligi de toto exercitu Israel: nam ante Saulem erant Israelitę habentes exercitum: vnde quando ipse recessit de Masphat in vrbem suam, dicitur ꝙ pars exercitus quorum Deus tetigerat corda, fuit cum eo: reliqua autẽ pars magis cõtempsit illum supra c. 10. & potest intelligi, ꝙ de ista multitudine exercitus accepit ipse partem, quam voluit. s. tria millia virorum. Sed primus sensus melior est, quia dicitur: cæterum populũ, in quo significatur magna multitudo. s. omnes, qui iuerant ad bellum contra Ammon, & nunc erant cõgregati in Galgala. *Percussit Ionathas stationem Philisthijm, quæ erat in Gabaa.* Posuerat enim Saul Ionathã in Gabaa cum mille viris: ipse autem erat cum duobus millibus in Bethel, vt patet supra; & tunc pugnauit Ionathas contra stationem Philisthinorum, idest cõtra aciem, vel multitudinem eorum, quę erat in Gabaa, & percussit eos abigens inde. Erat Ionathas vir fortis & animosus valde, aggrediens semper res magnas: vnde nondum facto aliquo bello contra Philisthinos tempore Saulis ipse cum mille viris suis ausus est aggredi, & percutere Philisthinorum stationem: maiora autẽ postea ausus est: nam conueniente numeroso Philisthinorum exercitu contra Israelem, de quo infra in litera ipse cum vno armigero suo ausus est ingredi in illorum congregationem, & percussit ex illis viros

A multos, scilicet 20. postea autem reliqui inter se conturbati mutuis vulneribus concidebant ita pręcedẽti cap. & sic fugati sunt Philisthini a facie Israel.

Quomodo statio Philisthinorum erat in Gabaa, & quomodo Ionathas pugnauit contra illam. Quæst. III.

QVAERET aliquis de ista Philisthinorũ statione, qũo erat in Gabaa, vel qũo pugnauit contra eam Ionathas. Aliquis dicet, ꝙ statio ista erat acies quędã, vel multitudo Philisthinorum, quæ veniebat in pugnam contra Israel, & cum perueniret vsque ad Gabaa, vbi erat Ionathas pugnauit cõtra illam multitudinem, & percussi sunt B Philisthini.

Sed non stat, quia statio ista Philisthinorum non erat nouiter veniẽs ad bellũ, sed erat ex magno tẽpore in terra Israel: fluxerant enim iam duo anni, vel quasi de regno Saulis, & tamẽ antequam ipse regnaret, erat statio Philisthinorum in terra Israel, s. in Gabaa, vt patet s̃. c. 10. cum dixit Samuel ad Saulẽ, post hæc veniens in collẽ dñi, vbi est statio Philisthinorũ, ergo ab illo tpe, & ante erat statio illa, & non venerat ad bellum nunc. Item apparet hoc, quia dr̃, ꝙ statio ista erat in Gabaa, & Ionathas erat in Gabaa, nõ posset autẽ illa esse in Gabbaa, si venisset ad pugnandũ, nisi prius Philisthini expugnassent Ionatham. Sed falsum est, quia ipse potius percussit stationẽ, quæ erat C in Gabaa. Item non videtur, ꝙ venit ad bellum statio ista, quia tunc, quamquam percussisset Ionathas istos Philisthinos, nõ rupisset pacem, sed magis Philisthini, sed Israelitę, facto hoc, parauerunt se contra Philisthinos tanquam rupissent fędera; vel aliquid aggrauatorium illorum fecissent, cùm dicatur j̃. quod cũ audissent hoc Philisthini, Saul cecinit buccina in oĩ terra, dicens: Audiant Hebręi, &c. Item dicitur infra. ꝙ immediate descendit in Galgalam, & totus populus Israelitarum descendit post eum. Apparet etiam hoc, ex eo, quod fecerunt Philisthini: nam hoc audito congregati sunt ad pugnãdum contra Israel, si aũt Philisthini cępissent hic bellum, non diceretur, ꝙ tũc congregati sunt ad pugnandum contra Israel: nam prius congregati essent. Item patet clare, quia dicitur D infra, ꝙ Saul cecinit per totam terrã Israel, s. pcussit Saul stationem Philisthinorum, & erexit se Israel aduersus Philisthijm. ergo in ista percussione Israelitæ abstulerunt sibi aliquod iugum, quod ante habebãt, cùm dicatur, ꝙ erexerunt se contra Philisthijm, & ipsi inchoauerunt hoc.

Respondendum est, quòd ista Philisthinorum statio non venerat ad bellandum contra Israel, sed manebat ab antiquo in terra illa, & hoc quia Philisthini erant domini Israelitarum, & premebant eos tributis, imponebantque eis leges, quas volebant. Ad faciendum autem hæc omnia seruari, & vt non rebellarent Israelitæ contra Philisthinos, erat posita acies eorum in Gabaa, quę proprie vocatur statio a stando E dicta, eo quòd illa non veniebat ad bellum, sed ab antiquo ibi erat: ista statio Philisthinorum est, quæ cogebat Israelitas non habere fabros ferrarios in terra sua, sed ad omnia opera operandi ferri descendebant in terram Philisthijm, vt patet infra: hanc enim legem posuerant Philisthini, quam nõ obseruassent Israelitę, nisi essent aliqui continue de Philisthinis in terra Israel, qui cogerent ad obseruãtiam illius legis, alioquin nescientibus Philisthinis Israelitæ haberent fabros armorũ: vnde ad hoc dicit Iosephus fuisse stationem istã in terra Israel. 6. Antiquitatũ, s. Palestini, nãque, q in Gabaa morabant̃, arma Iudęis abstulerãt, & muni-

Responsio aucto.

& munitissima loca suisque castris opportuna detinebant, interdicẽtes Hebręis vti ferro, propter quod agricolę si quod instrumentum esset necessarium ad culturam venientes ad Philisthinos fabricabãt illud. Ista etiam statio continebat populum, ne faceret seditiones non permittendo cõgregationes fieri Israelitarum ad cõsilia, vt sic non rebellarent. hanc stationem percussit Ionathas: nam Saul, qui vnctus erat ad liberãdum Israelitas de manu Philisthinorum, voluit huic dare operam: ideo fecit ꝙ filius suus iniret bellũ cõtra Philisthijm: ista enim erat occasio libertatis Iudæis & belli: nam statio Philisthinorum, quæ erat in Gabaa premebat Israelitas seruitute Philisthinorum, scilicet, vt seruarentur leges positæ a Philisthinis, & vt colligerentur tributa. Excluserunt ergo Hebræi hanc stationem, quia ea existente non poterãt Israelitæ esse liberi, & quia hoc faciendo nimis preiudicabant Israelitæ Philisthinis, Saul parauit se ad pugnam annuncians hoc per totam terram Israel, vt patet infra in litera. *Quod cum audissent Philisthini.* Non illi Philisthini, qui erant in statione in Gabaa, sed illi, qui erãt in terra Philisthijm, s. audierunt, ꝙ Israelitę percusserant stationem suam. Tunc enim Saul fecit ea, quæ infra dicuntur. Et non est intelligendum, ꝙ fecerit, quando illi audierunt, quia nesciebat Saul, quãdo illi audiebãt, sed dicitur: Cum audissent Philisthini, i. cũ Saul putasset eos audire, quod fuit immediatè post expugnatam stationem, quæ erat in Gabaa: credens enim Saul, ꝙ Philisthini immediatè hoc scirent, nam non poterat latere eos, cum magnum damnum eis nunc intulissent Iudæi, eratque terra eorum coniuncta, ideo Saul immediatè se parauit ad bellum putans, ꝙ immediatè sciretur hoc a Philisthinis. *Saul cecinit buccina in omni terra.* Idest fecit cani: non enim canebat ipse, sed pręcones missi velociter per omnẽ terram Israel, quod faciebat ad hoc, ꝙ congregarentur omnes Israelitæ post eum ad pugnam. buccina autem signum pugnæ erat.

Quare Saul non diuisit boues ad vocandum Israelitas ad bellum, sicut fecit in bello contra Ammon. Quæst. IIII.

QVAERET aliquis quare Saul nõ diuisit hic boues in frusta mittens per oẽs terminos Israelitarum, vt cito venirent, sicut fecit in bello contra Ammon. Nam cum misisset particulas boum minutatim cęsorum per nuncios suos in totam terram Israel omnes Israelitę videntes obstupuerunt. Inuasit enim eos timor Dei, & egressi sunt quasi vnus vir supra cap. 11. sic autem cùm Saul vellet hic congregare omnes Israelitas in bellũ, quia maius certamen erat, quàm contra Ammonitas debuisset eos sic vocare.

Respondendum est, quòd non expediuit sic vocari, quia vocatio illa per particulas boum fuit facta ad incutiendum timorem: Saul enim non se gerebat totaliter pro rege, eo ꝙ Israelitę contempserant eum a principio, quando electus est, cum multi eorum dixissent, non regnabit super nos, vt constat supra c. 11. timuit ergo, ꝙ non obediretur mandato suo de vocatione ad pugnam, ideo volens eis incutere terrorem misit boues in frusta cęsos significans animositatem suam, adijciens etiam verba dura, scilicet quicunque non exierit, secutusque non fuerit Saul, & Samuelẽ sic fiet bobus eius, & tũc timuit populus, & exiuit ita supra cap. 11. Nũc autem Israelitę timebant Saulem, & amabant scientes, quòd esset idoneus ad bellum, eo quòd pugnasset fortiter contra Ammonitas: vnde confirmato regno eius gratis se subiecerunt ei, sicut habetur supra cap. 11. credens ergo Saul, ꝙ Israe-

F litę cõfestim obedirent ei ad omnia, quæ iuberet, nõ misit particulas boum, sicut prius timorem incussurus; sed fecit vocari clangore buccinæ, quod est signum bellicum.

Sciendum aũt, ꝙ istæ buccinæ erant argenteæ, & sacrę, scilicet, quæ erant in Sanctuario custoditę: nã Deus iusserat Moysi facere duas buccinas argenteas Nume. cap. 10. & iussit ꝙ Israelitæ clangerent illis in bello, vt Deus recordaretur eorum. ipsi autem fecerunt multas: nam in introitu in terram Chanaan cõtra Iericho pugnaturi Hebræi præmittebant septem sacerdotes cum septem tubis, vt patet Iosue. ca. 6. Poterant tamen istę esse alię tubę de vulgaribus, & non sacris: nam ad bellum iussum erat, ꝙ Israelitę vterentur sacris tubis, nunc autem non erat bellum, sed erat
G congregatio ad bellum, postea autem in bello tenebantur clangere tubis sacris. Sciendum tamen quòd si istę tubę, quibus fecit Saul vocari populum, erant sacræ, oportebat, vt clãgerent in eis sacerdotes, & ipsi mitterentur per omnes partes Israel ad vocandum Israelitas: non licebat enim alijs clangere in buccinis illis, quia erant sacræ, sic patet Nume. cap. 10. scilicet. Filij Aaron sacerdotis clangent tubis, eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris.

(Buccinæ cuius metalli erant)

Dicens audiant Hebræi. Id quod audierunt, & quod pcones clamabant, erat quod infra dicitur, scilicet percussit Saul stationem Philisthinorum, & erexit se Israel aduersus Philisthijm: hoc eñ iubebat cani Saul tanquam ipse non iuberet vocari Israelitas ad bellum
H ex arbitrio suo, sed significabat eis quid factum esset, vt scirent an opus esset bello, & tunc ipsi omnes libẽter congregati sunt ad Saulem, vt patet infra.

Et vniuersus Israel audiuit huiuscemodi famam. Scilicet istam famam, quam canebant nuncij tubis, & dicitur ꝙ audiuit vniuersus Israel, quia missi fuerant nuncij per totam terram Israel, sicut dicitur supra, s. Saul cecinit buccina in omni terra. *Percussit Saul stationem Philisthinorum.* Istud est quod canebant tubicines, & est exhortatiuum ad bellum, & quamquam non ponitur per modum præcepti, sed per modum indicationis facti, tamen præceptum erat, ꝙ congregarentur omnes Israelitæ, dicitur autẽ quòd percussit Saul
I stationem Philisthinorum, quamquam secundum veritatem non percussit ipse, sed Ionathas, vt patet supra, quia tamen Ionathas erat constitutus sub rege, & fecit hoc auctoritate illius, dicebatur ipse fecisse, & ex nomine suo mittebat illud denunciari per totum Israel, & hoc etiam forte erat, quia volebat Saul sibi gloriam, & propter hoc omnia gesta magnifica, quã quam essent aliorum, volebat sibi attribui, alioquin irascebatur. Sic patet cum reuerteretur Saul de bello contra Philisthæos: mulieres namque tũc exeuntes canebant, dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia, iratusque est Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste, dixitque: dederunt Dauid decem millia, & mihi dederunt mille infra cap. 18.

K *Et erexit se Israel aduersus Philisthijm.* Istud etiam denunciabant tubicines: quamquam enim Israelitæ nõ se erexissent cõtra Philisthijm, quia ipsi nihil horum sciebant: tamen quia rex erexit se, dicitur, quòd ipsi se erexerãt. Nam quod rex agit, totum regnum agere dicitur, eo ꝙ in persona omnium agit, & ad eum spectat omnis dispositio istorum: dicitur autẽ quòd erexit se Israel, idest rebellauit aduersus Philisthijm: nam ante Philisthini erant domini Israelitarum, s. qa imponebant eis tributa, & leges quáscunque vellẽt: intantum ꝙ cogerent eos non habere arma, nec aliquos fabros ferrarios: tolerabãt etiam Israelitę, quòd essent in terra Philisthini ad opprimendum eos, & compellendum obseruare leges Philisthinorũ, nunc

autem

autem quia percusserunt stationem Philisthinorum, quæ erat ad custodiam dñij eorum in terra Israel, dicũtur se erexisse contra Philisthijm, vt haberent libertatem. *Clamauit ergo populus post Saul in Galgala.* i. postquã tibicines ista nunciauerunt, populus clamauit in Galgala. i. clamabant inter se, vt in Galgalam descenderẽt, quia Saul illuc descenderat: intelligendum est enim, ꝙ nuncii annunciauerunt, quomodo Saul parauerat se ad bellum, & descenderet in Galgalam, ideo ꝙ omnes illuc descenderent.

Quare Saul annunciato bello descendit in Galgalam, & ibi congregauit exercitum. *Quæst.* V.

QVAERET aliquis quare Saul descendit in Galgalam annunciato bello, & ibi congregauit exercitum. Aliquis forte respondebit, ꝙ hoc fecit, vt exiret obuiam hostibus ad aliqua loca ꝓpinquiora, sicut fecerat in bello contra Ammon. Nam non congregauit exercitum in loco, in quo ipse erat, sed in quodam alio loco magis coniuncto terrę Ammon. s. in Bezech, vt patet supra ca. 11. est. n. ille locus magis coniunctus Ammonitis, quàm Gabaa, vbi illo tempore morabatur Saul, vt declaratum est. eod. cap. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia Galgala non erat locus magis coniunctus illi loco, vbi nunc erant Philisthini congregati contra Saulem, quam locus, in quo tunc habitabat Saul: nam Philisthini conuenerant in Machmas, vt patet. ĩ. ibi aũt morabatur Saul. s. erant duo millia cum Saule in Machmas, & in monte Bethel, Galgala autem distabat inde, quia erat apud Iordanem. s. vbi primo castrametati sunt Israelitæ introeuntes in terram Chanaan, die qua transierunt Iordanem. Iosue. ca. 4. ergo magis videbatur Saul recedere ab hostibus, quam appropinquare. Sed aliquis dicet, ꝙ Saul non erat tunc in Machmas, sed in monte Bethel, quia supra dr̃, ꝙ erant cum Saule duo millia in Machmas, & in monte Bethel. dicetur autem, ꝙ Galgala erat locus magis coniunctus hostibus, q̃ Bethel, vbi tunc erat, ideo descendit in Galgalam, & fecit, ꝙ illuc cõueniret totus populus. Sed hoc non stat, quia Philisthini posuerunt castra sua in Machmas, sed Machmas est apud Bethel, ergo magis distat inde Galgala, quam Bethel, quod patet, quia infra dr̃, ꝙ Machmas est ad orientem Bethauem. i. cuiusdam loci, qui vocatur Bethauem, apud Bethauem aũt est Bethel, vt patet Iosue. ca. 7. s. cumque mitteret Iosue de Iericho viros ꝯ Hay, q̃ est iuxta Bethauem ad orientalẽ plagã oppidi Bethel, ergo Machmas Bethel, & Bethauem sunt loca ꝯiuncta. Apparet ẽt hoc, quia Galgala est in extremitate terrę Chanaan a parte orientali. s. apud Iordanẽ, vt patet Ios. c. 4. Bethel autẽ est locus magis occidentalis in sorte Beniamin, vt patet computando ciuitates, quæ habentur in sorte Beniamin, & incipit numerus earum ab oriente, vt Iosue. ca. 18. Philisthini autem veniebant a parte occidentali, quia terra sua est occidentalis in terra Chanaan prope mare mediterraneum, vt patet Iosue. c. 15. ergo quanto magis aliqs recederet a loco in quo posuerant castra Philisthini, tanto magis accedebat ad Galgala, sed Galgala est in extremitate terrę Chanaan ad orientem: Ios. c. 4. ergo cum illuc iret Saul, magis recedebat a castris Philisthinorum, quam in quocunque alio loco esset. Dicendũ est igitur, ꝙ non faciebat hoc Saul, vt magis accederet ad hostes, sed potius, vt impleret mandatũ Samuelis: dixerat. n. sibi Samuel, qñ vnxit eum in regem, ꝙ faceret quodcunque inueniret manus eius. i. quodcũque posset pro libertate patrię, & si aliqđ periculũ sibi eueniret descenderet ante eum in Galgalã, vt ibi offerret victimas pacificas, & ostenderet ei quid facere de-

A beret supra c. 10. & quia nunc grauissimum periculũ acciderat Sauli, s. quia ꝯueniebant oẽs Philistini ꝯtra eum descendit in Galgalã, vt ibi erudiret a Samuele quid facere deberet. Apparet hoc, quia dr̃ ĩ. ꝙ expectauit ibi septẽ diebus iuxta placitum Samuelis; & cũ non veniret in septimo fecit sacrificium, vt patet ĩ. si aũt Samuel alium locum assignasset Sauli, in quo eũ expectare deberet illuc iuisset: non enim descẽdit in Galgalã, vt magis appropinquaret hostibus, nec rursus, vt ab eis fugeret. *Et Philisthini congregati sunt ad prœliandum contra Israel.* Scilicet, qñ audierunt, ꝙ Israelitæ percussissent stationem suã, & forte non solum ꝯgregati sunt hic Philisthini, sed ẽt multæ aliæ gentes de confinibus suis cum eis. Nam tantum exercitũ ꝯgre

B gari de terra Philistinorũ, quantus. ĩ. nominat, difficile alicui videret, q̃q̃ in hoc nihil moueri deberemus, cum Philisthini essent multi nimis, quia terra eorũ, licet non esset nimis spatiosa, erat tñ valde populosa. *Triginta millia curruum.* Nunquam legitur tãtus numerus curruum ab aliquo congregatus, quamquã exercitus aliqñ fuerit maior congregatus ab alijs: nam in alijs regibus potentissimis pro abundanti habebatur ꝙ aliquis haberet mille currus: nã Pharao rex Aegypti potens valde erat, qñ tñ persecutus est Israelitas exeũtes de Aegypto vsque ad mare rubrũ, & ducẽs totas vires regni ad persequendum Hebręos paucos currus habuit, quia dr̃ Exo. c. 14. ꝙ tulit Pharao ducẽtos currus, & qdqd ĩ Aegypto curruũ fuit, quasi pauci currus essent. Iosephus aũt 2. Antiquitatum dicit,

Maximus exercitus Philisthinorum.

C ꝙ sexcenti currus tunc persequebantur Israelitas, & equites 50. millia, & ducẽta millia pariter armatorũ, illi tñ erãt oẽs currus, q in Aegypto haberi poterant. Item Iabin rex Asor ponitur tanquã valde potens in scriptura, & ꝙ nimis opprimebat Israelitas. Ad significandum aũt maximam potentiam eius exprimitur multitudo curruũ, Iudic. c. 4. s. Clamauerũt filij Israel ad dñm: nongẽtos enim habebat currus falcatos, & per 20. annos vehementer oppresserat eos. Iosephus aũt, qui consueuit ponere semper maiores numeros, dicit ꝙ habebat tria millia curruum, vt patet 5. Antiquitatum, sed q̃ocunque ponatur nihil attinet ad numerum 30. millium curruum, Philistini tñ, qui dicuntur habuisse istos currus nõ erant gentes multę,

D s. multa regna, ita vt particulatim possent colligi de regnis illis. 30. millia curruũ: solum. n. habebant quinque vrbes principales s̃. c. 6. a quibus denominabãtur quinque Satrapę. eo. cap. vel quinque reguli Iosue. c. 13. maior aũt erat, nec in parum terra Israel, quã terra Philisthijm. Vnde qñ diuisa fuit tota terra Chanaan in sortes, cuius pars quædam erat terra Philisthiim. Iosue 13. c. ferè tota terra Philistinorũ cecidit in sortẽ Iudæ, & multę alię vrbes pręter terrã Philistinorũ, Iosue. c. 15. & ibidem declaratum est, si tamen fuisset terra Philisthinorum tanta, vt reliqua terra Israel, nõ fuisset data soli tribui Iudæ, sed quinque, vel sex tribubus. Non est ergo magna terra.

An Philisthini haberent triginta millia curruũ vt litera dicit.

E Vnde Nicolaus non credit, ꝙ tot currus haberi potuissent: ideo dicit, ꝙ nõ est intelligendum, ꝙ fuerint 30. millia curruum, sed intelligitur de hominibus, q erant super currus, s. ꝙ omnes, qui erant in curribus, erant. 30. millia. Non tñ est conueniens iste modus loquendi, quia nimis alienum est nominare currus ipsos hoĩes existentes in curribus, nec est rationabile recedere a litera sacrę Scripturę, nisi cum videmus necesse esse accipere alium sensum. De curribus tamen istis non videtur, cur non debeamus confiteri tot currus fuisse in terra Philistijm in isto bello: ideo non debemus diuertere ad alium sensum. Nam posset dici, quòd Philisthini erãt nimis bellicosi, & laborabant pro copia armorũ, & quia currus pertinebant

Opinio Nicolai. Impugnatio.

ad fortissimum genus pugnandi illius temporis, fabricauerãt sibi multos currus: maxima enim inopia curruum, vel paucitas nõ prouenit propter ipsos currus, sed ꝓpter equos, quia quilibet currus habet quatuor equos, vt dicitur, sed etiam dato ꝙ habeat solũ duos, difficile est habere tot equos, inter Philisthinos tamen erant multi equi: ideo nõ erat difficile ibi esse multos currus. Apparet quia dicitur immediate, ꝙ fuerunt in exercitu illo sexcenta millia equitum: vbi ergo tot equi poterant haberi pro equitibus, possent haberi multi equi pro curribus.

Item posset dici, ꝙ isti currus, quos hic Philisthini portabant, erant alterius modi, quàm currus, de quibus communiter dicitur in scriptura, & erãt minoris valoris. vnde multi illorum haberi poterant, quãquã de alijs non. Vel aliter põt dici, ꝙ omnes isti currus venerunt in bellum, nõ tamen erant omnes de terra Philisthinorum, sed volẽtes Philisthini penitus delere Israelitas congregauerunt exercitum magnũ partim de terra sua, & partim ab amicis, & confœderatis, & partim habuerunt milites cõductos, sicut mos est regibus, vel populis habentibus paruam militiam, & abundantibus in pecunijs, de conductitijs magnum construere exercitum, & ita Philisthini, quamquam fortè non haberent in terra sua quinque millia curruum, poterãt modo prædicto congregare. 30. millia curruum, nec mirari debet quisquam de ista multitudine curruum, quia nulla talis legitur in scriptura, nisi pariter miretur de equitibus, quia nunquã talis multitudo equitum legitur in scriptura.

Nec obstat siquis dicat, ꝙ Zara Aethiops habuit in exercitu suo decies centena millia. 2. Paralip. 14. c. nã non erant omnes illi equites, sed pedites: forte enim in tota illa multitudine non erant viginti millia equitum, hic autem ponuntur sexcenta millia equitum: deinde ponũtur pedites sine numero, sed circa equites non possumus distorquere, sicut circa currus, sed necesse est dicere, quòd fuerint sexcenta millia. De curribus igitur mirari non debemus, sed dicemus, ꝙ fuit exercitus iste nimis magnus, ita vt nullum vnq̃ talem legerimus. Differt in equitibus tunc, & nunc, quia tunc omnes habentes equos ẽt si leuissimam haberent armaturam dũtamen equis insidẽtes pugnarent equites dicebãtur: nunc verò multi alij apparatus requiruntur. ideo qui hoc modo habet. 10. millia equitum, posset illo modo plusquam centũ millia habere. *Et sexcenta millia equitum.* Magnus exercitus erat, sed an totus esset de terra Philisthijm, vel pars eius aliunde ducta non multũ constat, nec multũ differt. In Hebræo autem solum ponuntur hic sexcenta millium equitum. Credendum tamen ꝙ magis sit error inter Hebræos, sicut in aliquibus locis declaratũ est. *Et reliquum vulgus.* Scilicet homines pedites, & qui habebãt leuiorem modum armaturę. Ponuntur enim hic tria genera pugnatorum: quidam enim in curribus pugnabant, alij autem in equis, cęteri verò pedestres, & isti pedites vocantur vulgus propter duo. Primo propter multitudinem: nam sicut vulgus est ipsa multitudo populi, ita pedites in bellis sunt in maiori numero, quàm alij armati. Secundo vocant̃ vulgus ꝓpter paucitatem apparationis, & defectum doctrinæ bellicæ: nam sicut vulgus dicit quandam multitudinem indoctam, & rusticam, ita pedites in bellis habent leuissimum genus armaturę, & plurimi eorũ inexperti sunt. *Sicut arena, quæ est in littore maris plurima.* Idest isti erant in numero magno, sicut arena maris. Hoc autem dicitur, quia non designat̃ numerus istorum: tantus enim fortè erat, ꝙ ipsis Philisthinis incognitus erat. Sciendum autem ꝙ Iosephus quasi semper solet ponere maiores numeros, q̃ scriptura in his

Iosephus solitus po

F quæ narrat, posuit minorem numerũ hic quantũ ad literam nostrã, sed non quantũ ad literam Hebraicã, vt patet 6. Antiquitatum, s. ꝙ erant trecenta millia peditum, & curruũ. 30. millia & 60. millia equitum, cũ litera ponat sexcenta millia; & quantum ad hoc non solum posuit paruum numerum equitum, quia cum litera dixisset hic, ꝙ erant sexcenta millia equitum, & reliquum vulgus. i. pedites erant sicut arena., q̃ est in littore maris, oportebat ꝙ plures essent, quã equites, vnde fortè essent vltra millies millia: posuit tamẽ solum trecenta millia peditũ, ergo etiam paruũ numerum posuit peditum. Fuit tamen ille numerus cõueniens assignationi equitum, quã fecit, s. ꝙ essent 60. millia equitũ, plures tamen fuerunt. in hoc aũt non G est dubium, cui credere debeamus, quia manifestum est, ꝙ est credendum sacræ Scripturæ, potissimũ cũ ipsa ponat hic maiorem numerum, q̃ Iosephus. si aũt poneret minorem secus esset: qm̃ tunc posset dici, ꝙ scriptura posuit numerum paruum subticendo maiorem, & q̃q̃ Iosephus maiorem numerũ posuisset, diceretur, ꝙ verum dixit, cum tñ sacra Scriptura ponit maiorem numerum, non debemus assentire Iosephi. *Et ascendentes castrametati sunt in Machmas.* Scilicet Philisthini ascenderunt de terra sua, quæ est occidentalis iuxta mare, & terra, in qua castrametati sũt est orientalis & altior ideo dr̃, ꝙ ascenderunt. Fuerũt autem castrametati in Machmas, quia Philisthini veniebant ꝯ regem Saulem, & ipse morabat̃ in Mach- H mas, & Bethel: ideo posuerunt castra apud locum ipsum, rex tñ Saul non erat ibi tunc: iam. n. descenderat in Galgalam, quia immediatè, vt Ionathas percussit stationem Philisthinorũ, & Saul misit ad annunciandum hoc p oẽm terram Israel descendit in Galgalã, & qñ Philisthini venerunt in Machmas erat Saul in Galgala, vt patet ĩ. s. vidi ꝙ dilaberetur populus a me, & tu nõ venires iuxta placitos dies, porro Philisthini congregati fuerant in Machmas, dixi, nũc descẽdent Philisthini ad me in Galgala, &c. *Ad orientem Bethauem.* Idest Machmas, apud quam castrametati fuerãt Philisthini, erat ad oriẽtalem partem vrbis Bethauẽ: istę vrbes sunt ad partem orientalẽ terrę Chanaã versus Iordanem, s. Machmas, & Bethauem. Aliqui autẽ I existimant, ꝙ Bethauem, & Bethel sint idẽ locus. Sed falsum est, qa Iosue. 7. c. ponuntur ista, tanq̃ distincta, cum dr̃: Cumque mitteret Iosue de Iericho viros ꝯ Hai, q̃ est iuxta Bethauem ad oriẽtalem plagã oppidi Bethel; si tñ essent vnus locus, non poterat dici, ꝙ esset vnus ad orientalem plagam alterius, vt in eo. cap. ẽt declaratum est. Sciendum ẽt, ꝙ ista castra Philistinorum, q̃ posita sunt apud Machmas erant ẽt apud Bethel, quia ista duo loca sunt coniuncta, vt s. dictũ est, & cum in vtroque horum locorum solitus esset habitare Saul vbicunque esset, erãt prope ipsũ castra Philisthinorum. Sciendum ẽt, ꝙ Philisthini hac vice duxerunt ꝯ Hebręos tm̃ exercitum quantum nunq̃ postea duxisse leguntur, nec ante hoc duxerant. Fuit K aũt hoc quia ante hoc Israelitę erãt subiecti Philisthinis soluentes eis tributa, & obseruantes impositiones eorum. Nunc aũt non solum ista noluerunt soluere, sed ẽt occiderunt stationẽ Philisthinorum, q̃ erat in Gabaa. Iudęi quoq; ante hoc nunq̃ habuerãt regem, nunc vero hr̃e cęperunt, & Philisthini intellexerunt ꝙ ꝑ regem fiebat tota ista rebellio, iõ voluerunt habere magnũ exercitum ꝯ illũ regem, vt simul illum cũ populo suo delerent, alioquin si nunc ꝑmitterent Iudęi facere, q̃ fecerunt, nihil vlterius Philisthini haberent super eos. *Quod cum audissent viri Israel.* Hic ponit scđa rõ diffidẽtię, s. ꝑ recessũ populi a Saule: erãt. n. multi Philisthini, cũ Saule aũt erãt pauci: nã oẽs recesserũt ꝑter sexcẽtos viros, vt patet ĩ. in ſra. *Et dr̃ cũ audissent*

audissent viri Israel, s. mulitudinē Philisthinorū nimiā venisse super eos. Non enim viderunt illā, quia Israelitæ erāt in Galgala, Philisthini autem erant in machmas, sed audierunt Israelitę a nunciantibus, quòd erat multitudo numerosa Philisthinorum. *Se in arcto positos.* Idest in stricto, vel perplexitate. s. audiendo, quòd erat tanta multitudo Philisthinorum, cui ipsi nequaquam resistere poterant, sciebant se esse in perplexitate, & non erat aliud audire se in arcto positos quā audire multitudinem Philisthinorum conuenisse contra eos. *Afflictus enim erat populus.* Idest prę timore mortis: nam nullum videbat sibi esse refugium, quod tamen erat ex defectu confidentię ipsorum: nam si ipsi confiderent in domino poterant sperare, quòd Deus contereret hostes coram facie ipsorum nihil eis laborantibus: sic enim multoties accidit, vnde cum Israelitę essent in litore maris rubri, Pharao persequebatur eos a tergo nullum relinquens eis fugiēdi locum, sed dixit coarctati sunt a terra, & conclusit eos desertum vt Exodi cap. 14. Deus tamen pugnauit pro eis, eis nō pugnantibus. Vnde dixit Moyses eod. capit. dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Sic etiam acciderat ipsismet Israelitis, qui tunc erāt tempore Samuel: dixit enim totus populus ad Samuelem in Masphat, cum congregati essent aduersus eos Philisthini, quòd oraret pro eis, & tunc conterruit dominus Philisthinos facto fragore magno de cęlo, & fugerunt a facie populi nullo pugnante supra cap. 7. nunc tamen diffidebant, ideo fugierunt, & alii absconderunt se in diuersis locis inhoneste.

Absconderunt se in speluncis. Hic ponuntur Iudæi diffidentes timore, & aliqui fugiebant timentes, s. quorū terra erat distantior, alii autem quorum terra erat propinqua terrę Philisthinorum abscondebant se, vt patet hic, & quidam in speluncis, s. in locis obscuris, & magnis terrę quę non possent inueniri a Philisthinis, alii autem in abditis, s. in locis secretis tam vrbium, quam domorum, quę non sunt speluncę magnę, sed quędam alia receptacula, alij autem abscondebant se in petris, s. in foraminibus, vel fixuris petrarum: sunt enim quidam lapides concaui, vel diuisi, & in locis illis ad latēdum adminiculum prębtant. Sic dixit Deus Moysi Exodi capit. 33. Ecce inquit est locus apud me super petram, cumque transibit gloria mea ponam te in foramine petrę. Alij autem erāt in antris, quę sunt loca defossa in terra, & vocantur cauernæ. Sic dicitur in Hymno beati Ioannis, s. Antra deserti, &c. s. quòd beatus Ioannes morabatur in antris in deserto, sicut alii morantur in domibus in vrbe, alii autem erant in cisternis, & in puteis, & quibuscunque latibulis, quoniam nullum sibi remedium superesse putabant, nisi latere a facie tantæ multitudinis. *Hebræi autem transierunt Iordanem.* Scilicet fugientes, erant autem isti, qui specialiter pertinebant ad duas tribus, & dimidiam, & non dicitur hic Hebræi autē, quasi illi qui latebant, vt dictum est, nō essent Hebræi: omnes enim tam qui latuerunt, quam qui fugerunt, erant Hebręi, sed dicitur, Hebræi autem, idest quidam de Hebræis, s. illi, qui erant de tribu Ruben, & Gad, & dimidia tribu Manasse: nam isti habebant habitationem distātiorem a terra Philisthinorum, quam omnes alii Hebrei cum habitarent ad orientalem partem Iordanis in terra duorum regum Amorrhęorum: isti enim transierunt Iordanem, s. fugiendo, quia sic recedebant a Philisthinis: nam terra eorum est magis distans a terra Philisthinorum quam Galgala. Philisthini enim sunt occidentales in terra Chanaan habitantes prope mare: Iosue ca. 15. Galgala autem est apud Iordanem a parte Occidētali, terra autem duarum tribuum, & dimidiæ est vltra Iordanem, s. a parte Orientali eius, ideo cum fuge-

A rent ad eam, recedebant magis a terra Philisthinorū. Isti autem fugerunt, quia existimabant, quòd Philisthini non transirent Iordanem ad pugnandum, vel prędandum, qui autem erant citra Iordanem, s. ad partem Occidentalem eius sciētes, quòd Philisthini progressuri erant per terram illam, absconderunt se, quoniam, si apparerent putabant se non euasuros mortē.

Terram Gad, & Galaad. Idest transierunt multi de Hebræis Iordanem ad terram Gad, & Galaad. erat enim terra Galaad vltra Iordanem ad orientem, & illa diuisa est ī duas partes, medietas eius prouenit tribui Gad, alia autem medietas tribui dimidię Manasse, vt patet Deuteronom. c. 3. qui ergo transibant in terram Gad transibant in terram Galaad quantum ad medietatem B Galaad, quæ prouenit isti tribui. Poterant etiam alij transire in terram Galaad, & quòd non transirent in terram Gad, s. illi, qui transibant in dimidiam tribum Manasse, s. in terram Galaad, quam habebat ista dimidia tribus trans Iordanem.

Cumque adhuc esset Saul in Galgala. Idest antequam inciperetur aliquod bellum, neque dum venissent Israelitæ ad videndum Philisthinos, sed cum essent in Galgala timuerunt nimis, ita vt fugerent, nec voluerunt consistere etiam si hortaretur istud Saul, nec etiam poterat eos per iussionem suam tenere in castris, quia plures erant, qui recedere volebant, quam qui stare, mansit ergo Saul quasi solus manentibus cum eo solis sexcentis viris, vt patet infra in litera.

Vniuersus populus perterritus est. Scilicet omnes, qui C conuenerant ad Saulem in Galgalā. a principio enim cum Saul fecit tuba cani per terram Israel omnes Israelitæ congregati sunt ad ipsum putantes nō esse magnum periculum, sicut fuerat in bello contra Ammonitas, nunc autem videntes, quòd esset nimia multitudo, cui non confidebant se posse resistere, recesserunt.

Qui sequebatur eum. Scilicet qui venerat in Galgalā ad sequendum Saulem, vt iret in bellum. *Et expectabat septem diebus iuxta placitum Samuelis.* Idest secundū, quod pepigerat cum Samuele. Accipitur autem hic placitum, idest pactum, vel conuentio: fuerat enim conuētum inter Samuelē, & Saulem, quòd expectaret Saul D septem diebus Samuelem in Galgala, & illis diebus expectauit, scilicet, quòd quamquam haberet exercitum paratum ad pugnandum, tamen non ibat ad bellum, quia expectabat Samuelē. dixerat enim Samuel, quòd expectaret eum ibi septē diebus, & ipse veniens erudiret Saulem quid facere deberet, & istud fuit occasio, vt discederet exercitus a Saule. Nam si immediate, vt totus exercitus cōgregatus est, voluisset Saul ire ad bellum contra Philisthinos, cuncti fuissent secuti ipsum, sed quòd mansissent ibi septem diebus expectātes quotidie inuadebat eos magis timor, quia audiebant semper maiora dici de exercitu Philisthinorum, vnde iam in fine septimi diei de toto populo Israel nullus manserat cum Saule, nisi 600. viri.

E *Quomodo accipiuntur septem dies, quibus debebat Saul expectare Samuelem in Galgala. Quæst. VI.*

QVAERET aliquis quomodo accipiātur isti septem dies, quibus pepigerat Saul cum Samuele expectare eum.

Respondendum est, quòd in principio regni Saulis, s. die, qua vnctus est dixit Samuel Sauli: Ecce vnxit te dominus in principem super hęreditatem suam, & liberabis populum eius de manu inimicorū eius, isti autē inimici erant Philisthini, ideo Saul daturus erat operā, vt destrueret dominiū Philisthinorū

super

super Hebræos, & quia ex hoc ventura erant pericula. s. quod Philisthini inuaderēt terram Israel, voluit Deus quod Saul non se exponeret illis periculis sine Dei determinatione, qui daret modum in hoc, ideo quando Saul recessit a Samuele, dixit ei Samuel, quando euenerint signa hæc fac quæcunque inuenerit manus tua. s. labora contra Philisthinos quantum potueris, & tunc dedit ei regulam de periculis, dicens: Et descendes ante me in Galgalam: ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationem domino, & immoles hostias pacificas: septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quid facias. Post istos autem septem dies erat descensurus Samuel: ibi autem pepigerunt Samuel, & Saul. Saul. s. promisit Samueli, quod expectaret eum septem diebus in Galgala, & quod non se exponeret alicui discrimini, quousque descēderet in Galgalam, & ibi quæreret sentētiam eius: Samuel autem pollicitus est, quod descenderet in Galgalam ante finem septem dierum, cum vocatus esset a Saule, sic autem factum est hic: nam cum Ionathas percussisset aciem Philisthinorum, quæ erat in Gabaa: Saul sciēs, quod omnes Philisthini venturi essent super ipsum, fecit congregari populum, & ipse descendit in Galgalam expectans ibi septem diebus Samuelem, quibus pollicitus fuerat expectare: hoc autē dixerat Samuel Sauli, vt patet infra in litera. Nam cum Saul non expectasset Samuelē septē diebus cōpletis, increpuit ipsum Samuel dicens: Stultè egisti, nec custodisti mandata dñi Dei tui, quæ præcepit tibi. Ergo Deus mādauerat, quod expectaret illis septem diebus. Sciendū aūt, quod Saul obseruauit istud hic. s. quod immediatè qñ illud periculū venit ipse misit ad dicendū Samueli, quod descenderet in Galgalā, & tunc expectauit ibi septē diebus aduentum Samuelis. Iosephus aūt. 6. Antiquita. dicit, quod istud pactū nouiter factū fuerit. s. quod immediatè, vt accidit istud periculum, ipse descendit in Galgalā, & rogauit Samuelē, quod descenderet illuc mittens ei nuncios, quasi nō venerit Saul in Galgalā propter pactum, & præceptum dñi, de quo s. c. 11. sed spōte sua, ita inqens: misitque Saul ad prophetā vocans eum, vt cū eo de bello & rebus præsentibus cogitaret, ille aūt sustinere eū præcepit septē dies, & vt hostias præpararet venturus ad eum septimo die, & sacrificantes ita cōgrederent ad bellū. Dicendum tñ est, quod Saul non descendit in Galgalā, quasi spōte sua, sed quia præceperat Samuel. s. c. 10. nec etiam expectauit septem diebus, quasi tunc nouiter dedisset istud pactum, & spatium Samuel, sed quia inter eos iam conuentum fuerat.

Saul an peccauerit hic non expectando, & in quo peccauit. Quæstio. VII.

Quæret aliquis vlterius cum hic Samuel redarguerit Saulem, an peccauerit Saul. Aliquis dicet, quod nō peccauit, quia pctm̄ istud esset in trāsgressione præceptorū Samuelis. s. non expectando tpe conuento, sed Saul expectauit tāto tpe hoc, ergo nō peccauit. Patet hoc, quia dr̄ īmediatè quod expectauit Saul Samuelē septē dieb⁹, iuxta placitū Samuelis, & nō venit Samuel in Galgalā: magis ergo vr̄, quod peccauerit Samuel nō veniēdo tpe debito, quàm Saul. Itē appet hoc, quia Saul dixit. j. ad Samuelē, quia vidi quod dilaberet popul⁹ a me, & tu nō venires iuxta placitos dies &c. ergo Samuel peccauit, quia non venit, & Saul nō. In contrarium vr̄, quod peccauit Saul, quia Samuel increpat hic Saulē, non tñ increparet eū, si nō peccauisset. ergo peccauit. Item dr̄. j. stultè egisti, nec custodisti mandata Dei tui, quæ præceperat tibi, sed qui nō custodit mandata, peccat, ergo peccauit Saul. Item dr̄. j. quòd si non fecisses iā nunc præparasset dñs regnū tuū super Israel in sēpiternū, sed nequaquam vltra regnū tuū consurget. sed Deus nō priuat aliquē bono, quod hēt nisi pro pctō: ergo Saul peccauit cū pro hoc meruit regno priuari.

Respondendum est, quòd Saul peccauit hic, & per hoc increpitus fuit a Samuele, alioquin non increpuisset eum Samuel: potissimè, quia Samuel erat vir iustus, & bene agentem nunquam increparet, præcipuè, quia Saul erat rex, & Samuel diligebat eum nimis: non ergo increparet illum sine magna causa. & hoc est peccatum. increpitus ergo fuit Saul, quia nō custodiuit mandatum Domini sicut dicitur infra in litera. & istud mandatū est, quod datū fuerat supra c. 10.

Sciendum tamen quod non fuit transgressus illud totaliter Saul: nam ipse venit in Galgalam expectaturus Samuelem, sicut dixerat: etiam expectauit ibi fere diebus septem, sed peccatum suum fuit, quia non expectauit complete illis septem diebus: nam debebat expectare toto septimo die quousque transiret hora sacrificiorum, sed nō expectauit: nam Samuel venit tēpore debito, & Saul iam compleuerat sacrificium suum, vt patet infra in litera. Sic ait Iosephus 6. Antiquitatū, s. qui sustinuit quidē sicut propheta mādauit: mādatū vero cū perfectione nequaquam seruauit: habuit tñ impulsiuū ad non perfecte explēdū, s. quod cū nimis morarer, oīs populus recedebat ab eo, ideo ne penitus solitarius relinqueretur pauloante consummationem tpis obtulit sacrificium, ideo pctm̄ suum fuerat facilius remissibile, si ipse voluisset immediatè confiteri. Ad rōnes in contrarium respōdetur. Ad primā cum dicebatur, quod expectauit iuxta placitū Samuelis. Dicendum quod ipse expectauit s̄m quod pepigerat cū Samuele: non tñ obseruauit per oīa pactū cum eo initum, quia paulo anteq̄ debuisset obtulit sacrificium, & sic qñ venit Samuel iam obtulerat illud. Ad secundam eodē mō r̄ndetur cum dixit Saul: Vidi quod dilaberetur à me populus: tu aūt nō venires iuxta placitos dies. Dicendum quod Samuel venit in tpe, in quo conuenerat cum Saule, s. ante cōsummationē diei septimi: Saul tñ existimauit eum venturum aliquanto tpe ante consummationē tpis cōuenti, & quia venit quasi ad vltimum in principio diei septimi cum nondū venisset: putans Saul, quod nō esset iam venturus Samuel obtulit holocaustum, & hoc est quod dr̄. s. vidi quod non venires iuxta placitos dies, i. iam putabam, quod non venturus esses in tpe conuento, eo quod in breui finiendum erat spatium, & tu adhuc non veniebas. venit tamen ante consummationem illius temporis.

In quo peccauit Saul. Quæst. VIII.

Quæretur vlterius de isto pctō Saulis magis in speciali, in quo peccauerit. Sciendum aūt quod pctm̄ istud dependet ex mandato dato supra cap. 10. quia in transgressione illius fuit, ita & quia illud præceptum multipliciter exponitur: ita trāsgressio Saulis hic oportet quod multipliciter assignetur: oēs aūt expositiones habent hoc cōe, quod Saul debebat expectare Samuelē septem diebus integris. oēs ēt dicunt quod Samuel venit in tpe debito, & Saul non expectauit toto illo tpe. Sed variāt quātū ad aliquid, quia prima expositio dicebat quod Saul iturus erat in Galgalam, vt ibi septē diebus Samuel offerret sacrificia, pro illo in honorem dedicationis, & vnctionis in regem: non tñ expectauit illis septem diebus, sed Saul incœpit offerre anteq̄ veniret Samuel, qui præoccupatus fuerat: & tunc conturbatus Samuel, quia vidit, quod ante aduentū eius obtulisset Saul recessit, & omissa est illa solēnitas oblationis dierū septem. Sciendū aūt quod s̄m istam expositionē non tenebatur expectare septem diebus Saul: quia illi septē dies s̄m hoc non referunt ad expectationē, sed ad solēnitatē oblationū: vñ Samuel nō increpat Saulē, quia nō expectauit cū septem diebus,

diebus, sed quia sine ipso obtulit. Sed ista expositio s.c.10. improbata est, ideo increpatio, quæ fundatur super istam expositionem nõ tenet: nam necesse est, ꝙ isti septem dies referantur ad expectationem, cum litera dicat istud hic, & s̃.c.7. Secunda expositio erat Andreę, s. ꝙ expectaturus esset septem diebus ad hoc, ꝙ veniret Samuel, & ostẽderet ei, quæ facturus esset. s̃m istam expositionem dicit Andreas, ꝙ Saul peccauit in hoc, quia non expectauit Samuelem septẽ diebus, sed solum sex: nam debebat expectare Saul Samuelem septem diebus postquam recepisset eius nũcium, ita ꝙ illa dies, in qua Samuel recepisset nunciũ non erat de numero septem dierũ expectationis Saulis, sed Saul illam diem intra septem dies inclusit, & sic sex diebus tãtum expectauit. Ista expositio satis ꝯueniẽs est, vt ĩ. declarabitur. Tertia expositio erat Nicolai, s. ꝙ Samuel predixisset tempus Sauli, in quo descenderet in Galgalã, & tũc expectaret ibi septem diebus, & s̃m hoc dicit Nicolaus, ꝙ Saul peccauit in tribus. Primo quia non expectauit Samuelem septẽ diebus complete, vt erat conuentum inter eos. Quod patet ex litera, cum dr̃, cumq; complesset offerẽs holocaustum, ecce Samuel veniebat, ita ꝙ venit die septima, & tali hora, ꝙ posset offerri sacrificium, quia vsque ad horam iugis sacrificij vespertini poterant alia sacrificia offerri. Secundo peccauit, quia officium sibi illicitum, s. offerendo per seipsum vsurpauit, quod est graue peccatum. De hoc tñ, an verum sit ĩ. dicetur. Tertio peccauit in hoc, quia peccatum suum non recognouit humiliter cum argueretur a Samuele dicẽte sibi, quid fecisti? sed se voluit excusare ex necessitate imminentis belli, quia talis oblatio sacrificij nõ est placatio Dei, sed magis offensio, ideo excusatio sua nulla erat. Dicendum autẽ circa hoc, ꝙ peccauit Saul, & peccatum suum solum fuit in hoc, ꝙ non expectauit tempus debitum: nam solum expectauit vsque ad aliquam partem diei septimi, tenebatur tñ toto die septimo expectare: nam Samuel venturus erat ad Saulem, vt offerret victimas in Galgala, vt patet s̃.ca.10. s. Descendes ante me in Galgalã, ego quippe descendã ad te, vt offeras oblationem domino, & immoles hostias pacificas, & quia toto tempore diei septimi vsq; ad occasum solis poterant offerri quęcunq; sacrificia popularium, tenebatur expectare vsq; ad solis occasum diei illius Samuelem, constat tñ, ꝙ non expectauit toto die, sed in aurora obtulit. Vnde cum venisset Samuel iam obtulerat Saul. Non potest tñ dici, ꝙ obtulerit quarto, vel quinto die, aut aliquo alio de septẽ, sed obtulit in ipso septimo die, & paulo antequã Samuel venisset, & cum veniebat iam consummauerat sacrificium, vt patet in litera, s. cumq; complesset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat. Sed de expectatione eius potest dupliciter dici, vno modo, ꝙ expectauerit diebus septem, s. computando inter illos illum diem, quo nuncij Saulis venerũt ad Samuelem, & tunc dies sextus computatur tanquam dies septimus, & expectauit Saul septem diebus, & in illis nullum sacrificium obtulit, postea autem sequenti die q s̃m intentionem suam non erat de numero septẽ die tum obtulit holocausta, & tunc venit Samuel. & hoc modo stant ea, quæ dicuntur a Saule, cum dicitur hic, expectaui septem diebus, s. septem diebus completis. Hoc tamen fuit s̃m intentionem eius, & non s̃m cõputationem veram. Sic etiam intelligitur infra. s. quia vidi, ꝙ dilaberetur a me populus, tu autem non venires iuxta placitos dies, idest non venires in septem diebus, qui iam totaliter transierant. Secundum istam positionem aliter etiam poterat intelligi, s. ꝙ Saul computasset conuenienter dies septem, & ille dies, in quo venit Samuel ad eum, erat dies septimus, quia tñ iam

A appropinquabat finis tp̃is, & non veniebat Samuel, putauit Saul, ꝙ non esset venturus, ideo obtulit holocaustum. Et hoc modo intelliguntur ea, quæ habentur in litera, s. Vidi, ꝙ tu nõ venires iuxta placitos dies, idest iam putaui, ꝙ non venturus esses cum tantũ morareris, & ob hoc egi sacrificium quasi elapsus esset terminus.

Et non venit Samuel in Galgalam. s. in septem diebus. Quod potest intelligi dupliciter: vno modo computãdo, sicut computat Andreas, s. sex dies pro septem accipiendo diem, in quo venerant nuncij Saulis ad Samuelem: & tunc est sensus, ꝙ non venit in septem diebus, quia ipse venit in die septimo, qui dies s̃m istam computationẽ erat octauus. Secundo modo accipien-
B do, s. ꝙ bene computentur isti septem dies, dr̃, ꝙ non venit Samuel in septem diebus, s. quia iam tãtum morabatur, diffidebat de aduentu eius in illis septem diebus: venit tñ die septimo ante elapsum termini.

Dilapsusque est populus ab eo. Idest a Saule, s. cõgregatus fuit totus Israel ad Saulem in Galgala, vt irent ad bellum, & si immediate voluisset ire Saul, iuisset cum eo totus populus, quia tunc non timebat eo, ꝙ erat primus impetus, & non tantum respiciebant ad terribilia. Cum autem manserunt in Galgala expectãtes diebus septem, quotidie incidebat populo maior timor ex propinquitate Philisthinorũ. & quia audiebat semper terribilia de eis, ideo fugiebant cõtinue viri a Saule: ita vt in fine septem dierum solum sexcenti viri in-
C uenti fuerint cum eo. Et ista fuit causa quare voluit Saul facere sacrificium ante aduentum Samuelis: nã timebat, quòd si aliquãtulum amplius expectasset totus populus fugisset ab eo, ita vt relinqueretur solus.

Ait ergo Saul, afferte mihi holocaustum & pacifica. Idest afferte animalia de quibus fiat holocaustum, & hostiæ pacificę: nam holocaustum ipsum non poterat afferri: eo ꝙ est holocaustum animal totum combustum. sed quãdo sic animal est, aut totum iam combustum est, aut totum actualiter crematur in altari. talia autẽ afferri non possunt, nec peterentur, sed intelliguntur animalia adhuc viuentia, vt immolarentur.

Quare Saul iussit sibi afferri holocaustum, & pacifica, & non hostiam pro peccato. *Quæst*. IX.

D QVAERET aliquis, quare solum iussit Saul afferri sibi animalia pro pacificis, & pro holocausto, & non pro peccato, & quare ista duo & non vnicum.

Respondendum est, ꝙ oblatio, quę erat voluntaria simpliciter, s. ꝙ non fiebat ex necessitate legis, vt in votis iam factis, & in rebus determinatis a lege, sicut in q busdam generibus purificationum, s. parientibus, & leprosis, & in quibusdam alijs pro peccato commisso: oẽs qui volunt aliquid sacrificare intendunt Deo placere, & laudare eum. & qa non est aliqd̃ sacrificium, per quod tantum Deus laudetur, nec tantum directe ei cõueniat, sicut est holocaustum, omnes qui huius-
E modi sunt principaliter intendunt offerre holocaustum, sic autem Saul volebat Deum laudare & placere ei, a quo expectabat triumphum, vel saltem defensionem ab hostibus, ideo obtulit holocaustum. Hostiæ autem pacificæ erant ad alium finem, nam erant ad laudandum Deum quadam intentione generali, sicut omnia sacrificia, & omnes cæremonię legales, specialiter tamen pertinebant ad gaudium ipsorum offerentium, quia de istis hostiis comedebant maximam partem offerentes, scilicet omnes partes præter adipes, qui semper Deo cremabantur Leuitici capi.3. & præter pectusculum, & armum dextrum, quæ prouenie bant sacerdotibus Leui.capi.7. In hoc autem erat diffe-

differentia holocausti ab alijs sacrificijs quantum ad F laudem Dei, vel conuenientiam ad ipsum: nam holocaustũ totum Deo applicabatur nulla parte eius prouueniente sacerdotibus aut offerẽtibus, sed totum dño cremabatur Leui. c. 1. In alijs aũt sacrificijs nihil quasi Deo proueniebat, nisi adipes, sic. n. erat in hostijs pacificis. Nam cum offerentes volebant Deo placere, & ipsi gaudere, offerebant hostias pacificas, de quibus poterant comedere ad abundantiam. Vnde sæpe dr̃ Deuter. c. 12. & 16. ꝙ comederent, & lætarentur corã domino. s. de carnibus sacrificiorũ pacificorũ. Hic aũt Saul non offerebat hostias pacificas, quasi vellet ipse iocundari, quia magis erat afflictus ꝑꝑ bellum grauissimum imminẽs, sed offerebat ad placandũ sibi dñm. Dicuntur. n. hostiæ pacificæ a pacificando. Et hoc du- G pliciter, quia aliqñ hoĩes pacificati sunt Deo. s. ꝙ Deus dedit eis aliqua bona, quæ petierunt a Deo, & illa nõ poterant obtinere, nisi Deus eis esset placatus & fauet, iõ pro placatione illa, vel pacificatione ꝑterita hostias interdum offerebant, & illę vocãtur pacificæ, & pro gratiarum actione, vt patet Leui. c. 7. Aliqñ autẽ hoĩes volunt aliquid adipisci, qđ sciunt se non posse hẽre, nisi Deus eis faueat, & sit placatus, vt ergo placent Deum, cuius fauore ista obtineant, offerunt ei sacrificium anteq̃ ista hẽant de eis, quæ intendunt, & istud vocatur sacrificiũ pacificũ votiuum Leuit. c. 7. Saul ergo obtulit hostias pacificas non pro gratiarũ actione, quia nondũ acceperat, qđ intendebat, vt pro eo gratias referret, sed offerebat, vt placaret Deum, vt daret ei, q̃ desiderabat. s. victoriã de hostibus. Vnde H non erat aliqđ sacrificiũ, qđ propriè cõueniret petentibus aliquid a Deo, nisi hostia pacifica, quæ vocatur bona, vel ad obseruationes: Saul ergo obtulit hic ista duo gña sacrificij. s. holocaustũ, vt Deum laudaret: hostiam vero pacificã, vt Deũ placatũ sibi redderet ad victoriam impetrandã: sacrificiũ aũt pro pc̃tõ non obtulit, quia illud non cõueniebat ei pro tunc: offert. n. istud qñ quis peccauit taliter, ꝙ lex iubet eum offerre certum genus sacrificiũ: Saul aũt non peccauerat in aliquo tali, pro quo deberet offerre sacrificiũ pro peccato, ideo non obtulit. Etiã apparet, quia sacrificia ꝓ peccato sm̃ legem semper sunt ex necessitate, Saul aũt nõ offerebat hic ex necessitate, sed voluntariè, iõ non ꝯueniebat ei, nisi holocaustũ, & victima pacifica. I

An Saul obtulerit hic sacrificia per se sine sacerdote. Quæstio. X.

QVAERETVR vlterius an Saul per se obtulit hic sacrificia. s. ꝙ fecerit cæremonias immolationis, & cremationis per seipsum sicut sacerdos, vel commiserit alicui sacerdoti hæc facienda, ipse aũt solũ obtulerit aĩalia ad immolandũ sicut faciebant oẽs alij offerentes. Aliquis rñdebit, ꝙ ipse per se obtulit, quia dixit hic: Afferte mihi holocaustum, & pacifica. i. afferte animalia, de quibus immolẽ ista duo sacrificia. Item quia dr̃ immediatè, & obtulit holocaustũ. ad ipsummet Saulẽ ꝑtinere vr̃. s. ꝙ ipse obtulerit sacrificia hæc. Itẽ quia dr̃: Cũq; com- K plesset offerens holocaustũ: ecce Samuel veniebat. Cõplere aũt oblationẽ holocausti nõ est offerre ipsi sacerdoti, vt immolet, quia in hoc nõ est multitudo cæremoniatũ, respectu quarũ aliquis dicit̃ inchoare, & desinere, nec ẽt est aliqua cæremonia longæ moræ, sed subito fit. s. pñtare aĩalia sacerdoti: non ergo dicet̃ hoc mõ aliquis cõplere holocaustũ offerre, vel holocausti oblationẽ. Sed accipit̃ oblatio holocausti pro oĩbus cæremonijs, quæ fiunt in holocausto. s. immolando, decoriando, cremando. Item quia si acciperet̃ hic offerre holocaustũ. i. offerre aĩalia ad holocaustum, nondum esset consummatum aliquod peccatum Saulis, quia dicitur, quòd cum complesset offerre holocaustum, ecce Samuel veniebat, ergo nondum immolata fuissent animalia: Et sic potuissent reseruari, vt Samuel illa immolaret, quia res adhuc integra erat, & nullum peccatum fuisset patratum, sed quando venit Samuel iam erat patrata iniquitas: Vnde sacrificium nullũ fecit, sed recessit inde: ideo necesse est accipi oblationem holocausti pro omnibus cęremonijs pertinentibus ad holocaustum. Item quia dicitur infra necessitate compulsus obtuli holocaustũ, ergo ipsemet Saul obtulit holocaustũ per se.

In contrarium dicet aliquis, quòd nõ obtulit, quia offerre pertinebat ad solos sacerdotes accipiendo illo modo: Saul autem sciebat sibi esse interdictum hoc, ideo non obtulisset. Item nullum motiuum erat ad hoc, quòd Saul per se offerret sacrificium: nam Saul festinauit offerre ante aduentum Samuelis, eo quòd habebat aliquam occasionem offerendi, scilicet, quia Samuel non videbatur iam venturus: & Philisthini propinqui erant, quos timebat subito irruituros super se. Ad hoc tamen quòd ipse per se offerret, non habebat aliquam occasionem: nam erant ibi sacerdotes, qui poterant offerre sacrificia: nam ad castra semper ibãt aliqui sacerdotes, q̃ possent facere opera sacerdotalia: nõ ergo offerret Saul per seipsum.

Respondendum est, quòd Nicolaus tenet, ꝙ Saul per se obtulerit: vnde dicit eum tripliciter peccasse hic. Secundum autem peccatum eius fuit, quia per se obtulit.

Dicendum tamen est, quòd non obtulit per se, quia si per se obtulisset, Deus inflixisset ei magnam pęnam tanquam transgredienti legem Dei, & vsurpanti officium alienum, sicut factum est in rege Ozia, qui quamquam semper bonus fuisset, quia tamen conatus est offerre thymiama coram Domino, sicut sacerdos, percussit Deus eum immediatè lepra, & mansit leprosus vsque ad mortem suam, vt apparet 2. Paralip. 26. cap. Factus est etiam terręmotus magnus tunc, ita vt scinderetur vnus mons magnus qui erat apud Ierosolimam, de quo Amos cap. 1. & Zacha. c. 14. ita ergo Deus inflixisset immediatè aliquam pęnam Sauli, sed nulla inflicta est, ergo nõ obtulit per seipsum.

Item si per seipsum obtulisset, cum istud esset maius peccatum, quàm quòd non expectauerit Samuelem, quando Samuel increparet eum, Saul excusasset se de hoc, sed nullo modo se excusauit, nisi de hoc ꝙ ante tẽpus obtulit, vt patet in litera, s. quia vidi qđ dilaberetur populus a me, & tu non venires iuxta placitos dies, &c. ergo nõ obtulit per se holocaustũ.

Item si per se obtulisset Samuel magis increpasset eum de hoc quàm quòd non expectasset diebus septem: tamen non increpuit, nisi solum quòd non expectauit, vt patet infra, scilicet, stultè egisti: nec custodisti mandata Dei tui, quæ præceperat tibi: ergo peccatum Saulis solum fuit in transgrediendo illud præceptum, quod specialiter ad eum dictum fuerat. Istud autem est, quod habetur supra cap. 10. s. quòd expectaret septẽ diebus in Galgala: illud enim Deus dixit, quòd licet Samuel diceret, quia tamẽ propheta erat, non iubebat, nisi id quod Deus dixerat. Quòd autem Saul non offerret victimas non dictum fuerat ei, ideo non redarguebatur hic quòd obtulisset, vel non obtulisset: cum solum redarguatur, quòd transgressus fuerit pręceptum Domini datum sibi. Item nulla erat ratio, vel occasio, quæ impelleret Saulem ad offerendũ per seipsum: habebat. n. multos sacerdotes secum in castris, & non solum sacerdotes, sed etiam arcam, vt patet sequen. cap. vbi dicitur, ꝙ erat ibi

ibi Achias, qui vtebatur Ephod, & erat etiam ibi arca in diebus illis. Pręter hoc etiam ſemper ad omnia bella tenebãtur ex lege ire aliqui ſacerdotes: nam iuſſerat Deus Deut. cap. 20. quòd appropinquante pręlio ſtaret ſacerdos ante aciem, & loqueretur ſic: Audi Iſrael, vos hodie contra inimicos veſtros pugnam committitis, nõ pertimeſcat cor veſtrum, nolite metuere, nec formidetis eos, quia Deus veſter in medio veſtri eſt, & pro vobis contra aduerſarios dimicabit. Tenebantur etiam ſacerdotes ire ad bellum ad clangendũ in tubis ſacris, quia in omni bello debebant clangere Iſraelitæ his tubis vnde Numeri cap. 10. ſ. Si exieritis ad bellum de terra veſtra contra hoſtes, qui dimicant aduerſus vos, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio veſtri coram domino, vt eruamini de manibus inimicorum veſtrorum. In his tamen tubis nemo clãgere debebat, niſi ſacerdotes, vt patet eod. cap. ſ. Filij Aaron ſacerdotis clangent tubis, eritque hoc legitimum ſempiternum, ergo neceſſe erat ſacerdotes aliquos ire ad omne bellum, & ſic Saul poterat habere copiam ſacerdotum, qui offerrent holocauſtum, & non induceretur ipſe ad offerendum. Ad rationes in contrarium, cum arguebatur ex litera, ſatis apparet reſponſio. Ad primam cum dicitur, afferte mihi pacifica, & holocauſtum, non eſt ſenſus, quòd adducerentur animalia ad hoc, quòd ipſe illa immolaret, ſed vt pręſentaret ſacerdoti. ſemper enim offerens debebat animal pręſentare ſacerdoti ad oſtium tabernaculi, quando offerebat in Sanctuario, vt patet ex diſcurſu Leuitici. ſic ergo in alijs locis, cum fieret ſacrificium debebat offerens pręſentare animal ſacerdoti exiſtenti apud altare diſpoſito ad immolãdum, & quia Saul erat hic, pro quo offerebat̃, oportebat, quòd ipſe præſentaret animal ſacerdoti. Ad ſecũdum, cum dicitur, quòd obtulit holocauſtum. Reſpõdetur, quòd offerre non accipitur ibi pro immolare, & facere cęremonias ſacrificij, ſed pro pręſentare ſacerdoti immolanti, ſic accipitur Leuitici cap. 1. ſ. Homo, qui obtulerit ex vobis hoſtiã, ideſt qui pręſentauerit animal ad hoc, quòd immoletur in hoſtiam, & non ſolum offerre, dicitur de popularibus, ſed etiam interdum ipſi dicuntur immolare. Quod patet ſupra cap. 10. in iſto præcepto dato Sauli, ſ. Ego quippe deſcendam ad te, vt offeras oblationẽ domino, & immoles hoſtias pacificas, ergo non ſolum dicebatur Saul offerre, ſed etiam immolare, & tamen vtrunque accipitur pro pręſentatione animalis ad immolandum. Ad tertium cum dicitur: Cumque compleſſet offerens holocauſtum, concedendum eſt, quòd ibi accipiatur offerre, ideſt facere omnes cęremonias ſacrificii. Sed tunc non eſt intelligendum, quòd ipſe Saul per ſe illas feciſſet, ſed faciebat eas aliquis ſacerdos. Nec valet, quòd dicatur, cumque compleſſet offerens holocauſtum. quia dicebatur ipſe facere hoc cum alius faceret pro eo. Sic patet ſupra cap. 10. ſ. Ego quippe deſcendam ad te, vt offeras oblationem domino, & immoles hoſtias pacificas. Et tamen manifeſtum eſt, quòd ibi nolebat Samuel, quòd Saul per ſe offerret immolãdo, ſed quòd alius pro eo faceret. Ad quartum cum dicitur, neceſſitate compulſus obtuli holocauſtum. nõ intelligitur, quòd offerret, ideſt immolaret, ſed obtulit, ideſt præſentauit ſacerdoti animalia, & fecit, quòd ille offerret, in quo peccauit nõ, quia obtulit, ſed quia offerri fecit ante tempus. *Sed obtulit holocauſtum.* Scilicet Saul obtulit: intelligendo offerre, ideſt pręſentare ſacerdoti ad offerendum in altari. Vel obtulit, ideſt fecit cęremonias ſacrificij, nõ quidem, quòd ipſe eas perfecerit, ſed fecit, quòd alius pro eo ageret. *Cumque compleſſet offerens holocauſtum, ecce Samuel veniebat.* Ideſt iam conſummatum erat ſacrificium, & modicum tempus ela-

A pſum fuerat poſt hoc, & tunc uenit Samuel. In quo eſt ſenſus, quòd Samuel venit in tẽpore debito, quia oblatio iſta facta eſt die ſeptimo, in quo finiebatur tẽpus conuentum inter Saulem, & Samuelẽ. Supererat tñ adhuc tẽpus ad offerendũ ſacrificia die illo, qa per totum diem poterant offerri vſque ad ſolis occaſum, cum incipit offerri ſacrificium veſpertinum, & dato quòd Samuel non veniſſet vſq; ad ſolis occaſum, qñ iam nullum tempus ſupererat ad offerendum nõ debuiſſet Saul offerre ſacrificium, quia Deus non tantũ acceptat ſacrificia quantum obedientiam, vt patet j. ca. 15. ſ. Nunquid vult Deus holocauſta, aut victimas, & non potius, vt obediatur voci domini? melior eſt enim obedientia quam victimã, & auſcultare magis, quam offerre adipem arietum. Sed hic iuſſum fuerat
B Sauli, quòd expectaret per illos ſeptem dies: ergo magis Deo placitum foret, quòd expectante Saule tranſirent illi ſeptem dies ſine aliquo ſacrificio, quam quòd in extremo ſaltem ſeptimi diei, vel poſt elapſum tempus Saul ſine Samuele offerret. Sic. n. voluerat Deus magis, quòd Saul occidiſſet omnia pecora Amalechitarum, quia ipſe iuſſerat, quàm quòd obtuliſſet centũ millia holocauſta, quia ſacrificia per ſe non placent Deo, ſed ſolum ex deuotione, & diſpoſitione offerentis: obedientia autem per ſeipſam placet, quia virtus eſt nullo alio adiuncto. Sciendum autem, ꝙ cum dicitur hic de holocauſto, intelligendum eſt etiam de hoſtia pacifica. ſ. quia non ſolum completum fuerat holocauſtum, ſed totum ſacrificium. *Et egreſſus eſt Saul ob*
C *uiam ei, vt ſalutaret eum.* Ideſt obuiam Samueli. Nunciatum eſt enim ei, quòd veniret Samuel, & exiuit obuiam ei, ſ. ad honorãdum eum: erat enim Samuel honorabilis ſuper omnes filios Iſrael, & Saul honorabat eum nimis, eo quòd ipſe fecerat eum regem. Etiam quia ipſe diligebat eum in omnibus, nunc autem forte exiuit obuiam ad ſalutandum, vt eum ſibi placaret, nam cum audiuit Saul, ꝙ veniſſet Samuel, timuit, qa putabat eum non venturum, & ob hoc eo abſente obtulerat, nunc autem videbat eum venire tempore debito, ideo timuit, ꝙ increparet eum, & ob hoc exiuit obuiam ei, vt ſic ſaltem per obſequium illum placaret ſibi, quia obſequium amicos parit, vt ait Terẽtius
D in Andria. *Locutuſque eſt ad eum Samuel, dicens, quid feciſti?* In hoc præſupponitur, quòd Samuel cognoſcebat, ꝙ Saul iam obtulerat ſacrificia. & hoc ſiue ſciuerit Deo reuelante, ſiue quia aliquis alius ei hoc dixit, & Saul quoque cognouit, quòd Samuel hoc ſciret: ideo reſpondit ei, tanquam ſcienti quid contigerat.

Reſpondit Saul, quia vidi quòd dilaberetur populus a me. Incipit Saul ſe excuſare: vidit enim ꝙ Samuel venerat quem iam non expectabat venturum, ideo credidit ſe male egiſſe offerendo. etiam vidit Samuelem in verbis ſuis durum, tanquam iam increpantem eum pro peccato: ideo nõ vidit ſibi aliquod remedium, niſi excuſationis, incępit autẽ exponere cauſam, ſ. quòd non egiſſet hoc tanquam inobediens, vel contemnẽs mãdatum Dei, ſed neceſſitate compulſus, & quia popu-

Excuſatio Saulis quare obtulit ante aduẽtũ Samuelis.

E lus recedebat ab eo propter diuturnam expectationẽ. Etiam quia Philiſthini propinqui erant, timebatque Saul, quòd repente ſuper eum irruerent, ſibi tamen non ſatis ęquum videbatur, quòd non placato Deo per ſacrificia ad bellum procederet: obtulit ergo ſacrificium, tanquam iam non expectans Samuelem venturum. Dicit enim vidi, quòd dilaberetur populus a me, ideſt ferè totus populus receſſerat, ita vt de toto Iſraele q conuenerat ſoli ſexcenti relicti eſſent, qui & breuiter receſſuri erant, niſi Saul offerret holocauſtũ, & inde caſtra moueret, ideo obtulit, quaſi dicat, etiã ſi pluribus diebus te expectari conueniſſet ſupra tempus placitum expectaſſem vtique, niſi populus me vrgeret:

geret: totus tamen dilabebatur a me, ideo obtuli. F *Et tu non ueníres iuxta placitos dies*. Idest etiam vidi, ꝙ tu non veniebas in tempore conuento, vel placito inter nos. Et ista fuit causa potissima: nam etiam si populus dilaberetur a Saule primo, uel secundo die istorum septem, non debuisset offerre sacrificium, sed semper expectare, quia magnum supererat tempus, in quo rationabiliter venire potuisset Samuel, quia tamen iam elapsi erant dies placiti, vel erat eorum finis, ita vt non expectaretur iam Samuel venturus, potuisset rationabiliter habere occasionem ad offerendum sacrificium, nec tamen facere debebat, quia vt dictum est supra melius fuisset etiam non veniente Samuele manere dies illos sine sacrificio, dũ tamen semper expectaretur, quàm quòd in fine illorum offerretur a Saule. G

Cum autem dicitur hic, quòd nõ veniret Samuel iuxta placitos dies. intelligendum est dupliciter, vt supra dicebatur. Primo modo, quòd Saul male computauerat dies istos, scilicet computãdo in eis diem, quo nuncij venerunt ad Samuelem, qui non erat cõputandus, & tunc Saul bene expectauit septem diebus, & elapsus est terminus dierum placitorum ante aduentum Samuelis, tamen ipse male computauit. Alio modo intelligitur, quòd non venit ad placitos dies, scilicet quòd ille dies, in quo venit, erat dies septimus etiam secundum computationem Saulis, tamen quia in die septimo in aurora non uenit, putabat Saul, quòd iam non veniret, & sic dicitur, quia vidi, quod non veniebas iuxta placitos dies, idest iam non H putabat eum venturum in tempore conuento.

Porro Philisthijm congregati fuerant in Machmas. Idest etiam erat aliud, quod me vrgeret ad hoc, scilicet ꝙ Philisthini congregati erant iuxta me, & cito venturi. Dicitur quòd erant in Machmas, quia non multum distat iste locus a Galgala, quia Machmas est apud Bethel, vt supra declaratum est in litera. Bethel autem est circa Iericho, & Galgalam, vt declaratum est Iosue.cap.7. ideo cum esset Saul in Galgala, & Philisthini in Machmas timuit, quòd subito irruerent super eum, & quia inconueniens erat eum non esse paratum præmisso diuino sacrificio, obtulit.

Dixi tunc: descendent Philisthini ad me in Galgala. Idest cogitaui apud me, ꝙ breuiter, vel subito irruerent I Philisthini super me in Galgala. i. venient de Machmas in Galgalam. Dr̃ autem descendent, quia Galgala erat locus humilior, q̃ Machmas, quia Galgala est apud Iericho in valle magna, per quam transit Iordanis, cum aũt eatur de Galgala, & Iericho ꝯ Bethel, est ascẽsus, vt patet Iosue.c.18. vbi ponitur, ꝙ de Iericho ꝯ occidentem ascenditur ad montana, & peruenitur in solitudinẽ Bethauẽ, & pertransitur vsq; in Bethel, sed Philisthini erant circa Bethel.s. in Machmas, ergo eundo in Galgalã descendebant. *Et faciem domini non placaui*. Quasi dicat vidi, ꝙ iniustum erat, ꝙ irem ad bellum anteq̃ placarẽ dñm: placare aũt eum erat per sacrificia, ideo voluit prius offerre quã ire ad bellum: in hoc autem habebat rectam doctrinã Saul, qa K in omni operatione pertinente ad nos ꝑmitti debet diuina placatio, & primum quod est in operibus nr̃is debet esse respectus ad Deum, deinde ad nostra progrediamur. Hoc aũt est bonum, & utile: bonum quidem, quia honestũ est, vt cum Deus sit maximũ bonum, ab eo incipiant oẽs operationes, & in eũ primò tendant affectus nostri. Nam ſm ordinem finiũ ille, qui architectus est, optimus est, & ad eum ordinant cæteri fines, & omnis potentia volitiua primo eũ respicit, & propter eum oẽs alios fines, magis quidẽ vt instrumenta quã fines, de quo Arist. 1. Ethico. Secundo est utile ad Deum respicere ante omnes operationes nostras, nam cùm Deus omnium prouidentiã & dispositionem habeat, nihil boni, aut mali nobis euenire potest quin Deus illud iudicauerit euenturum, & voluerit quòd eueniat, sic patet Matth.c.10.s. Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis nõ cadet sine patre vestro? scilicet, etiam res minimæ non possunt perire, vel gigni sine Dei dispositione, qui illarum prouidentiam habet, quantomagis erit hoc in rebus magnis, sicut sunt calamitates, & prosperitates humanæ? Cùm ergo ad Deum respexerimus, ipse temperabit dispositionem suam circa nos merito bonæ inclinationis nostræ, & humiliationis corã ipso, ita vt sic magis prosperentur negocia nostra sine magno labore, quàm aliàs magnis cum laboribus fieret. Sic dicitur Matth.cap.6. Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hęc omnia adijcientur vobis. Modus autem placandi Deum pro principijs operationum nostrarum multiplex est, scilicet, ꝑ orationem, per ieiunia, per eleemosynam, per vigilias & labores, & generaliter per omne opus bonum, qđ in Deum directè tendit. Apud Hebræos autem etiã erant multi modi, sed modus communior apud eos erat in sacrificijs, quia nihil est, quod magis in Deo attestetur, quòd sit Deus, quàm quòd offerantur ei sacrificia. Nam multa alia opera bona, quæ in Deum dirigimus, possunt quoque in homines dirigi: sacrificium autem ad solum Deum est. Per hoc etiam magis placabant, & ideo Samuel cùm daret consilium, & præceptũ Sauli de modo, quo se deberet habere, quando euenirent pericula, dixit: descendes ante me in Galgalam; ego quippe descendam ad te, vt offeras oblationem Domino, & immoles hostias pacificas. Ista tamen præmittebãtur ad hoc, quòd Samuel consuleret Dominum pro Saule: & Deus placatus per sacrificia responderet.

In oĩbus operibus primo debemus ad Deum respicere.

Modus multiplex placandi Deum.

Necessitate compulsus obtuli holocaustum. Idest ista pręedicta compellebant me: & potissime descẽsus repentinus Philisthinorum, quem suspicabar, ideo obtuli sacrificium non sponte, quasi mandatum cõtemnẽs, sed compulsus necessitate, ne irruerẽt super me Philisthini, ideo non egi iniquè. Accipitur autem hic holocaustum generaliter tã pro holocausto, quam pro hostia pacifica; quia quando venit Samuel iam Saul obtulerat omne sacrificium, quod oblaturus erat, ipse tamen tam hostias pacificas quam holocaustum, obtulit: nam supra dixit: afferte mihi holocaustum, & pacifica, idest animalia ad faciẽdum quodlibet horum sacrificiorum.

Dixitque Samuel ad Saul: stultè egisti. Quamquã enim excusasset se Saul de oblatione, tamen Samuel non acceptauit excusationem illius, dicens, quòd non est legitima, nam potius debuisset permittere quòd populus dilaberetur ab eo, & Philisthini irruerent super ipsum, quam quòd ipse ante tempus offerret non explens mãdatum Domini, ideo dixit, stultè egisti, idest nesciuisti, quid te agere oporteret: melius enim erat complere præceptum, exponendo te ad omne periculum. *Nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepi tibi*. Nimis enim Deus abominatur inobedientiã, & quia Saul peccauerat per inobedientiã meruit priuari regno. Et non peccauit contra aliqua præcepta, quæ essent de lege cõi, s. data vniuersaliter, sed peccauit cõtra ea, quæ specialiter fuerũt data sibi, ideo erat magis inobediens. Et ad signandum magnam inobedientiam expressit hoc Samuel, dicens: Quæ præcepta, quę fuerunt tibi data specialiter. pi tibi, i. fuisti inobediens cõtra illa præcepta, quæ habentur supra cap. 10. s. ꝙ descenderet Saul in Galgalam ante Samuelem, expectaretque ibi septẽ diebus: hæc aũt non cõpleuit totaliter, vt supra declaratũ est,

An

An Saul propter istam inobedientiam meruerit priuari regno, & an propter istud peccatum de non expectatione, priuatus est, vel propter alia. Quæst. XI.

QVAERET aliquis, an Saul propter istud peccatum meruit priuari regno, & propter illud priuatus est: nemo enim dubitabat Saulem regno fuisse priuatum, s. quantum ad posteros suos, qui successuri erant ei, & non successerunt. Hoc etiã fuit propter peccatum illius, quia alioquin cõfirmasset Deus regnum illius in sempiternũ. manet ergo nũc dubium, an propter istud peccatum priuatus sit.

Aliquis dicet, quòd non, quia peccatum de inobedientia contra Amalecitas fuit, propter quod Deus priuauit Saulem regno, ergo nõ fuit priuatus propter istud. Patet hoc, quia infra 15. ca. dicitur: pro eo, quòd abiecisti sermonem domini abiecit te dominus, ne sis rex, sed ibi abiecit sermonem domini cõtra Amalecitas, vt declarauit Samuel, ergo tũc meruit priuari regno, & tunc priuatus est.

Item patet hoc, quia eodem ca. dicitur, ait Samuel ad Saulem, scidit dominus regnum Israel a te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te: ergo ante illũ diem scissum nõ fuerat regnum a Saule, sed illud peccatum fuit post istud, ergo pro isto peccato non priuatus fuit regno.

Item scriptura refert aliqua peccata, propter quæ Saul priuatus est regno, & mortuus est, sed istud non est de illis, ergo non fuit priuatus regno propter hoc. Quod patet 1. Paralipomen. capit. 10. Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas, eo quòd præuaricatus sit mandatum domini, quod preceperat, & non custodierit illud, sed insuper etiam Phytonissam consuluit, nec sperauit in domino, propter quod interfecit eum, & transtulit regnum eius ad Dauid.

Item patet hoc auctoritate Iosephi sexto Antiquitatum in fine, cum ait: Hunc itaque finem Saul prophetante Samuele habuit, quia obediens Deo non fuit, propter mandata, quæ contra Amalecitas habuerat, & quia Abimelech sacerdotis generationem, & ipsum Abimelech, & sacerdotum simul peremit vrbem. sed ibi non ponitur peccatum istud, quod habetur hic, ergo non fuit priuatus regno propter hoc.

In contrarium videtur, quod propter istud peccatum meruerit Saul priuari regno, & priuatus fuerit: quia infra in litera dicitur, quod si non egisses, iam nunc preparasset dominus regnum tuum super Israel vsque in sempiternum, ergo videtur, quòd propter hoc regnum Saulis non fuit perpetuum, hoc autem fuit priuari regno, ergo propter hoc priuatus est.

Item patet, quia infra dicitur, sed nequaquam vltra regnum tuum consurget, idest post hoc iam nunquã erit regnum tuum firmum, sed ante hoc regnum Saulis duraturum erat vsque in sempiternum, vt patet infra ergo propter hoc priuatus est regno.

Item patet, quia infra dicitur: quæsiuit sibi dominus virum iuxta cor suũ, & precepit ei, vt esset dux supra populum suum, eo quòd non seruaueris que præcepit tibi dominus, sed Deus non elegisset alium, nisi abiecisset Saulem, ergo pro isto peccato Saul priuatus est regno.

Respondendum est, quòd istud peccatum inobedientiæ fuit magnum, propter quod meruit Saul priuari regno, & tamen propter hoc non priuatus est, quia si postea non peccasset, Deus non abstulisset ei regnum, & posteris suis, quia Deus misericors est, & non punit, nisi cum homo nimis meruerit. & sic quãquam per primum peccatum Saul meruit, quòd priuaretur regno, vt significatum est hic in litera, tamen

A non priuatus est, regnum quoque semper ei remansisset, & semper mansurum erat, nisi peccaret, quando postea missus est ad Amalecitas. Nã post illud peccatum Deus habuit Saulem tanquam regem, & misit Samuelem ad eum, vt loqueretur tanquam regi, vt patet infra capitu. 15. scilicet. Et dixit Samuel ad Saul, me misit dominus, vt vngerem te in regem super populum eius Israel, nunc ergo audi vocem domini, vade & percute Amalec, &c. & sic Deus loquebatur ibi Sauli tanquam regi, & propter hoc referebat ibi beneficium institutionis in regem, si tamen iam Saul a Deo priuatus esset regno, frustra Deus cõ

B memoraret ei istud beneficium, ergo nondum abstulerat ei principatum regnatiuum propter istud peccatum.

Item patet hoc, quia Numeri capitu. 24. quando prophetauit Balaam de statu regnorum, & accessit ad statum Iudæorum ait: Tolletur propter Agag rex eius, & auferetur regnum eius. Agag autem fuit rex Amalecitarum, ergo propter illum priuatus fuit Saul regno, s. quia non occidit illum. Et de isto peccato habetur infra 15. capitu. scilicet, quòd fuit peccatum in dimittendo regem Amalec viuentem, & pecora terræ eius, ergo non fuit priuatus Saul regno propter istud peccatum, sed propter illud.

Item patet hoc ex differentia modi loquendi hic, & ibi: nam hic peccauit Saul, & Samuel locutus fuit

C ei dure, tamen nondum dixit, quòd ablatum esset regnum eius, sed quòd non consurgeret vltra: infra autem decimoquinto capit. dixit Samuel Sauli, scidit dominus regnum Israel a te hodie. Etiam hic dicitur, quæsiuit dominus sibi virum iuxta cor suum, non tamen dicitur, quòd iam tradidisset ei regnum, cum autem peccauit eundo contra Amalecitas non solum hoc dictum est, sed etiam, quòd iam Deus tradiderat regnum alteri, vt patet infra 15. capitu. scidit hodie dominus regnum Israel a te, & tradidit illud proximo tuo, ergo pro illo peccato priuatus est regno, non pro isto.

Item patet, quia quamquam nunc peccauerit Saul,

D tamen non dixit ei Samuel, quòd dominus abiecisset eum: infra tamen 15. capit. dicitur, quòd Deus abiecisset eum, ne esset rex super Israel. Item patet, quia quãquam hic peccauit Saul, tamen Samuel non dimisit eum penitus, cum autem peccauit dimittendo regẽ Amalec, recessit ab eo Samuel, nec voluit vltra eum videre. Vnde dicitur infra 15. abiit autem Samuel in Ramatha, Saul vero ascẽdit in Gabaa in domum suã, & nõ vidit Samuel vltra Saulem vsque ad diem mortis suæ. Item patet, quia post istud peccatum Deus nõ fecit aliquam mutationem quantum ad regnum Saulis, postquam tamen peccauit dimittendo regem Amalec iussit Samueli Deus, quòd vngeret Dauid in regem infra 16. ca. ergo non perdidit Saul regnum propter istud peccatum.

E Item quamquam peccauit hic Saul, tamen spiritus domini semper mansit in eo vsquequo peccauit contra Amalec, s. dimittẽdo regem, & vnctus est ob hoc Dauid: nam ex illo tempore spiritus domini bonus recessit a Saule, & vexabat eum spiritus nequã, ergo non fuit ablatum regnum nunc, sed postea. Hoc autẽ concedendum est, & verum est, ꝙ pro quolibet peccato de his quæ refertur fecisse Saul merebatur perdere regnum, sed propter nullum perdidit actualiter, nisi quando dimisit regem Amalec viuere.

Ad rationes autem in contrarium respondetur. Ad primam cum dicitur, quòd Deus abiecit Saulem, ne regnaret propter peccatum Amalec. Dicendum, ꝙ verum est, ꝙ tunc actualiter abiecit, tamẽ ante hoc meruerat abiici, s. pro peccato, quod nunc fecit, non tamen

tamen abiecit eum Deus actualiter, nisi quando peccauit contra Amalech. F

Ad secundam rationem cum dicitur, scidit dñs regnum Israel a te hodie. Eodem modo rñdendum, s. ꝙ actualiter nunquam fuit regnum Israel abscissum a Saule, vsquequo peccauit in Amalech: tñ ante hoc meruit ꝙ absciinderetur: Deus tamẽ non abscidit ꝑpter misericordiam: expectans si adhuc Saul postea bonus esset.

Ad tertiam rõnem. s. ꝙ istud non est de illis peccatis, propter quæ Saul ꝑdidit regnum & mortuus est. Rñdendum est, ꝙ quamq̃. 1. Paral. cap. 10. non enarretur istud inter cætera: non tñ tollitur quin etiam propter hoc priuatus fuerit, vel meruerit priuari, qa multa & grauia fuerunt peccata Saulis, quæ non exprimũtur ibi, sicut occisio sacerdotum & destructio vrbis Nobe, & persecutio Dauid iniusta. Aliter potest dici, ꝙ ibi ponitur illud peccatum, quia dicitur, ꝙ mortuus est Saul propter iniquitates suas, eo ꝙ præuaricatus fuit mandatum dñi, quod præceperat, & non custodierit illud. sed etiã sic dicitur, quòd præuaricatus hic fuit mandatum dñi, ergo potest accipi, ꝙ istud enarretur ibi. G

Ad vltimam rationem pro hac parte ex auctoritate Iosephi. Dicendum ꝙ etiam Iosephus non enarrauit oẽs iniquitates Saulis. s. ẽt persecutionem Dauid, & ꝙ consuluerit Phytonissam, & sic non enarrauit istam iniquitatem: non tñ tollitur ex hoc quin ꝑpter istam meruerit regno priuari.

Ad alias rões in ꝯrium rñdendum. Ad primã cũ dicebatur, qđ si non fecisses iam nunc ꝑparasset dñs regnum tuum &c. Rñdendum est, ꝙ per illud meruit Saul, ꝙ regnum eius non præpararetur in sempiternum: tñ non fuit propter illud actualiter priuat⁹. H

Ad secundam cum dr̄: sed nequaq̃ vltra regnũ tuũ consurget. Sciendum, ꝙ hoc põt intelligi dupliciter. Vno modo per modum prophetiæ non respiciendo ad aliqđ pc̄m̄. Alio modo, ꝙ istud sit quasi quædam ꝓnunciatio pœnæ. Primo modo verũ est, ꝙ hic ꝓnunciauit Samuel Sauli, ꝙ regnũ eius non consurgeret. i. non firmaretur, nec permaneret vltra in posteris, & tñ hoc non erat, ꝙ tunc ei auferretur, quia ẽt antequã peccaret uerum erat, ꝙ regnum Saulis non erat prosperandum, & poterat ei istud prænunciari: tñ nondũ aliquid meruerat ꝑꝑ qđ non prosperaret. Si aũt accipiatur secundo modo. s. vt est quædã ꝓnunciatio pœnæ: non est sensus, ꝙ nõ consurget vltra regnũ tuũ. i. hodie a te ablatũ est, sed ꝙ merebaris, ꝙ hodie a te auferretur, & verè auferret, nisi esset Deus misericors. I

Ad tertiam rõnem cum dr̄: quæsiuit dñs sibi virũ iuxta cor suum, ergo iam Saul priuatus erat, qa aliàs non quæreret alius, cui daretur regnũ. Rñdendũ est, ꝙ non sequitur ex hoc, ꝙ fuisset iam ablatũ, quia nõ dr̄ hic: tradidit Deus alteri regnũ, sicut dr̄. ĩ. 15. c. s. Scidit Deus hodie regnũ Israel a te, & tradidit illud ꝓximo tuo meliori te: sed, q̃siuit. Est aũt sensus, ꝙ q̃q̃ ista vice non fuit Saul priuatus regno, tñ quia nunc peccauit, & Deus ẽt sciebat, ꝙ in breui iterum peccatur⁹ esset, & ob hoc regnũ actualiter tolleret ei, dr̄ ꝙ iam q̃siuerat virum iuxta cor suũ, & iste est modus loquẽdi humanus. s. ꝙ qñ hoĩes sciunt, ꝙ aliqua re indigebunt, quamq̃ actualiter nõ indigeant illa, tñ inquirũt eam, & ista est ꝓuidentia. Ita aũt Deus dr̄ hic inquisiuisse virum iuxta cor suũ, quasi nũc nouiter inqreret viso casu, vel rõne inquirendi. ab æterno tñ ipse ꝓcognouerat quẽ facturus esset regem. *Quod si non fecisses iam tibi nunc præparasset dominus regnum tuum super Israel in sempiternum.* q. d. si non cõmisisses hanc inobedientiam, nunc Deus firmauisset regnum tuum, ita ꝙ in æternum posteri tui succederẽt tibi, sed tunc nõ fiet. K

An si Saul non peccasset isto peccato, regnum eius fuisset firmatum in sempiternum. Quæst. XII.

Quaeret aliquis dato ꝙ Saul non peccasset nũc, an ꝑꝑ hoc regnum eius esset simpliciter firmatum in sempiternum. Et vr̄ ꝙ non, qa nunc Saul ꝑꝑ pc̄m̄ meruit priuari regno, q̃q̃ ergo nunc non peccaret, postea faceret peccata maiora his sicut accidit in eo, ergo etiam ꝑꝑ illa priuaretur regno: q̃q̃ nunc non peccasset. Respondendũ est ꝙ si Saul nõ peccasset regnũ eius mansurũ erat in sempiternũ, sicut litera dicit, & cum dicitur ꝙ si postea faceret maiora peccata ꝑꝑ illa priuaretur regno: q̃q̃ ante hoc nunq̃ peccauisset: concedendũ est hoc. Erat tamen modus talis, s. ꝙ si Saul nunc obediuisset Deo expectando Samuelem merito istius obediẽtiæ cõseruasset eũ, ne incurreret in voluntaria pc̄ã, ꝑꝑ q̃ deberet regno priuari, & sic confirmatũ esset regnũ eius: nunc aũt quia peccauit, iam Deus non conseruauit illum, & incidit in alia peccata, ꝑꝑ quæ meruit priuari, s. quia non obediuit Deo ꝯ Amalec. Sic etiam factum est in angelis bonis & malis: nã eo ꝙ angeli boni in primo actu, qñ non erãt confirmati libere in Deum conuersi sunt, meruerunt confirmari, s. vt amplius peccare non possent, quod illis nõ prouenit tũc ex natura, sed ex Dei bonitate, qui voluit eos pro illo bono actu amplius in bono confirmare: mali autem quia in primo actu malos se reddiderunt nunq̃ amplius ad bonũm reuersi sunt. sic etiam de primo homine dicunt futurum fuisse, s. quòd si ad primam tentationem diaboli restitisset confirmasset eũ Deus, vt vltra peccare non posset, propter illud peccatũ tamen meruit oĩa mala, quæ ipsi & nobis venerunt.

Quomodo poterat regnum Saul firmari in æternum, etiam si non peccasset, cum prædixerit Deus regem fore de tribu Iuda. Quæst. XIII.

Quaeretur vlterius qũo dr̄ hic, ꝙ regnum Saulis firmaretur si nõ fecisset hoc? quia dato ꝙ Saul nunq̃ peccasset, Deus tñ prædixerat, ꝙ reges futuri essent de tribu Iuda, vsque ad aduentum Messiæ. s. non auferetur sceptrũ de tribu Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, Gen. 49. Respondebit aliquis ꝙ satis poterat stare, nam postea accidit, ꝙ regnum Israel diuideretur in duas partes tp̃e Roboam, ita poterat esse ꝙ fieret postea, & manerent quidam reges de genere Saulis, & alij de tribu Iuda, sicut postea accidit ꝙ essent qdã reges de tribu Iuda, & alij de tribu Ephraim. Respondendum est, quòd non stat, quia Deus fecerat Saulem regem super totum Israel, vt patet supra cap. 9. & hic. Si autem non peccauisset non merebat quantum ad aliquid minorari, nec fuisset minoratus: ergo non potuisset compleri prænũciatio de regibus futuris de tribu Iuda. Respondet Nicolaus ad istam quæst. ꝙ ordinatio diuina de aliquo futuro aliquãdo accipitur, prout est in diuina præscientia, & sic immutabilis est. Alio modo accipitur, ſm dispositionem causarum secundarum, s. ſm merita, & demerita hominum, ex quibus disponũtur, vt per hæc puniantur vel præmientur, & talis ordinatio est mutabilis, sicut merita, & demerita hoĩum, & frequenter contingit, ꝙ ordinatio diuina de aliquo futuro isto secũdo modo in sacra scriptura exprimatur, sicut Ionæ cap. 3. dicitur: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. quia demerita illius ciuitatis exigebant eius subuersionem a Deo futuram; sed quia egerunt pœnitentiam, ista ordinatio fuit mutata, quia ciuitas non fuit subuersa. Isto modo dicit in Saule: Quod si non fecisses, iam non præparasset Dñs regnum tuum, i. si non

Ordinatio diuina de aliquo futuro duplicit.

non fecisses ɔ̃ mādatū Dei, & stetisses in bonitate, in qua eras, qñ regnare cępisti, esses dispositus, vt confirmaretur tibi regnum, & filijs tuis. Sed ista responsio, licet vera sit, tñ non multum satisfacit quęsito, quia solum declarat quomodo aliquę diuinę promissiones, vel pręnunciationes ſm diuinam prescientiā sunt, & alię ſm merita nostra, qñ tñ sunt duę pręnunciationes, quę ambę sunt secundum diuinam prescientiā, si videntur hr̄e aliquam cōtrarietatē quō stare possint non tetigit. Hic aūt sic est, quia prophetia de regno mansuro in tribu Iuda erat ſm Dei prescientiam immutabilis: prophetia quoque q̄ habuit hic Samuel ad Saulem.s. Iam nunc preparasset dn̄s regnum tuum. erat ſm Dei prescientiā, & necessaria: nā necesse erat, ꝙ si Saul mansisset in bonitate, in qua a principio fuit, & filij eius secuti fuissent eandem viam, ꝙ regnū maneret in ęternum in posteritate eius, quia hic nō pōt aliquid aliud subintelligi cum ipse status meritorū exprimatur.s. quod si non fecisses. Nunc aūt ambę prophetię sunt ſm firmam Dei prescientiā, ideo dubiū ē. Rn̄dendum est, ꝙ quęcunque duę ꝓphetię, quarum vna est ſm firmam ꝑscientiā, & alia ſm merita rerū, stare pn̄t simul, q̄tuncumque ɔtrarię sint, eo ꝙ vna intelligit conditionaliter, & alia sine ɔditione. In vna est immutabilis status. In alia aūt mutabitur. Si tñ sint duę prophetię, & ambę intelliguntur ſm firmā ꝑsciētiam, & habent aliquam ɔtrarietatē, nō possunt stare, nisi fortè vna earū sit conditionalis, quia tunc illa resoluit in prophetiam, quę est secundum merita rerū, & conditio illa nunquam aduenit: verbi gr̄a sicut hic. s. istę duę ꝓphetię de regno tribus Iudę, & de regno Saulis erant ſm firmam Dei prescientiam: prima tñ est sine conditione, secunda ɔditionalis: Ideo prima necessario stabit, secunda aūt ēt necessario staret adueniente conditione, sed ɔditio nunquā aduenit, nam si adueniret, necesse esset alteram ꝓphetiā esse falsam, & quia sic erat hic. s. ꝙ Deus sciebat, ꝙ Saul patraturus erat istam iniquitatem, dixit Samuel, ꝙ si nō fecisset hoc, Deus cōfirmasset regnū eius in sempiternū: si tñ Saul peccaturus non fuisset, non esset hoc ei prenunciatum absolutè de perpetuitate regni Iudę. Et hoc modo solui possunt multę alię difficultates, quę suboriuntur ex apparenti cōtrarietate sacrę Scripturę in prophetijs. *Sed nequaquam regnum tuum vltra consurget.* Idest quia hoc fecisti iam non prosperabit̄ regnum tuum, scilicet non manebit tibi firmum, quia post Saulem nemo regnauit de posteris eius, nisi Isboseth, & iste valde pauco tempore, & in aduersitate, quia dum ipse regnabat etiam regnabat Dauid super tribum Iuda, & erat pugna inter vtrunque regnum: semperque preualebat regnum Dauid. De hoc infra 2. lib. capi. 2. & non est sensus hic nequaquam regnū tuum vltra consurget, idest non habebis iam prosperitatem in regno, sicut ante habuisti, quia etiam Saul post istud prosperatus est in multis bellis, vt in bello Amalec, & ɔ̃ multas alias gentes, scilicet Moabitarū, Ammonitarum, Philisthinorum, & Idumęorum, & contra oēs preualebat, preterq̄ in fine vitę suę, qñ cecidit gladio Philisthinorū. vt patet sequēt. c. s. Saul cōfirmato regno sup Israel pugnabat ꝑ circuitū aduersus oēs inimicos eius, ɔ̃ Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philistheos, & quocunque se verteret superabat. Sed ē sensus, ꝙ Saulis regnū vltra hoc nō consurget. i. ante hoc merebat̄ Saul, ꝙ cōsurgeret regnum eius. s. ꝙ perpetuaretur in posteris eius. Nunc aūt vltra non placebat Deo, vt illud confirmet in posteris Saulis. *Quæsiuit ei. i. n sibi dominus virum iuxta cor suum.* Reddit̄ hic cā predictorū. s. ꝙ nō ppetuaret regnum Saulis, qa iam quęsitus erat alius, qui regnaret, & nō erat de stirpe Saulis. Dr̄ aūt iuxta cor

A suum, ad significādū, ꝙ Saul non placuit Deo nimis, sicut placebat Dauid, qui nunc electus erat. Dr̄ autē istud, non ꝙ Saul non fuerit vir ſm cor Dei, qñ ipse elegit illum, sed quia nō totaliter placuit ei, nec semꝑ placiturus erat, sicut placuit Dauid, pertinet aūt hoc ad illos, qb⁹ perpetuat̄ principatus. Sic. n. patet de Heli sacerdote, & de Sadoc, nā Deus elegit Heli sacerdotem, vt ministraret corā dn̄o, vt patet. s̄. c. 2. s. Locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum. Deus nāque elegit hunc specialiter, quia ipse erat de domo Ithamar, ad quam non pertinebat summum sacerdotiū, & Deus transtulit de filiis Eleazari, & Phinees sacerdotium ad ipsum: tñ non dr̄ in electione eius, ꝙ Deus

B inuenit virum iuxta cor suū, & sic nō permansit principatus in sempiternum in domo eius, de Sadoc autē summo sacerdote dr̄, ꝙ elegit Deus sibi virum, iuxta cor suum, & mansit principatus illius in sempiternū, ita supra. c. 2. s. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciat, & ædificabo ei domum fidelē, & ambulabit corā Christo meo cunctis diebus. Ita etiam Saul a Deo electus est. s̄. 9. c. s. Cras mittā ad te virum de Beniamin, & vnges eum ducem sup populum meum. ibi tñ non dr̄, ꝙ erat vir ſm cor Dei: vñ non perpetuatum est regnum eius. De Dauid aūt dictum est, ꝙ erat vir ſm cor Dei, iō posteri eius manserunt in perpetuum in regno. s. vsque ad Messię aduentum.

C

Quomodo fuit verum, quòd Deus elegerit virum secundum cor suum, cum Saul non esset eiectus. Quæst. XIIII.

QVAERET aliquis quō dicebat Samuel, ꝙ Deus elegerat virum ſm cor suum, qñ non erat ꝓrius eiectus Saul, vt. s̄. declaratū est, si post hoc non peccasset non fuisset priuatus regno ipse, aut posteri sui, sed cum incertum erat, an iste priuādus erat, non erat alius in regem eligendus.

Respondēdum, ꝙ vt supra declaratum est Saul nō fuit priuatus iure regni actualiter propter peccatum, istud, sed meruit solum priuari. Deus autem ab ęterno sciebat quantum iste permansurus esset in regno,

D & an posteritas eius successura erat sibi, ideo non inquirebat virum aliquem post peccatum Saulis, nec ante. Sed iste modus loquendi conuenit negociis humanis. s. ꝙ homines, qui prudentes sunt habent de rebus suis prouidentiam, & antequam opus habeant, actualiter inquirunt ea, vt cum opus fuerit ex penuria non perturbentur, sic etiam erat hic, quia cū Saul peccauisset, Deus præuiderat, ꝙ adhuc iterum peccaret, & mereretur priuari regno, ideo quasi ante tempus voluit quærere quem acciperet in regem illo tēpore, quo Saul priuaretur: non tamen accepit eū immediate: nam non dicitur hic, accepi virum secundū cor meum, sed quæsiuit, ideo non vnxit eum immediate in regem, sed postea.

E Sciendū aūt, ꝙ Samuel dicebat ista propheticè de viro quæsito: tñ nesciebat quem virum Deus quęsiuerat. vnde qñ misit eum Deus ad vngendum vnum de filiis Isai, nesciebat quis erat, & applicuit oēs singillatim, & quærebat de quolibet. nunquid est coram dn̄o Christus eius, infra 16. c. si tñ ipse sciuisset determinate virum electum non inquisiuisset per diuersos. Sciebat tñ ꝙ vnū inquisitus erat: nam hoc Deus sibi reuelauerat, & sic dixit, quæsiuit Deus sibi virum. *Et præcepit ei, vt esset dux super populum suum.* i. ad hoc q̄siuit eū, vt esset dux. s. rex. Et non est sensus, ꝙ Deus iam reuelasset Dauid, ꝙ esset futurus rex, & iussisset ei hoc, nam ad istud non oportebat esse præceptum: ēt ad Dauid non fuit facta reuelatio aliqua, quousque vnctus est in

in regem: nam reuelatio fit per ſpiritum propheticũ:
Dauid autem nondum non habuerat ſpiritum dñi in
ſe, vſque ad diem, qua vnctus eſt, vt patet. ĩ. 16. c. ſ. ſpi-
ritus dñi directus eſt in Dauid a die illa, & in reliquo. ſ.
a die illa, qua vnctus eſt, & poſtea in reliquo tempore,
ergo non fuerat reuelatum Dauid ante tempus illud,
ꝙ eſſet futurus rex, ſed eſt ſenſus: pręcepit ei, vt eſſet
dux. i. ad hoc inquiſiuit eum, vt pręciperet ei, ꝙ eſſet
dux. Iſta tamen pręceptio poſtea fuit. ſ. quando Dauid
inſtitutus eſt in regem a Samuele. *Eo quòd non ſeruaue-
ris, quæ præcepit dominus*. Ideſt ſi tu ſeruauiſſes præce-
pta Dei, non quæſiuiſſet ſibi Deus alium regem, ſed
quia non obediuiſti quęſiuit alterum. ſ. qui obediet ſi-
bi in omnibus, quæ iuſſerit, & etiam quantum ad hoc
dr̃ Deus inueniſſe virum ſecũdum cor ſuum. ſ. ꝙ cor
illius viri erat, ſicut cor Dei: ſic habetur. ĩ. cap. 16. ſ. Ne
reſpicias vultum eius, nec altitudinem ſtaturę, qm̃ ab-
ieci eum, nec iuxta intuitum hominis iudico: homo
enim videt ea, quę patent: Deus autem intuetur cor.
Erat autem cor iſtius, ſicut cor Dei, quia ea, quę vo-
lebat cor Dei, volebat cor iſtius, & exequebatur ea, p̄-
ceptum autem, quod non ſeruauit hic Saul erat illud,
quod habetur ſupra in litera, & s̃. 10. c. ſ. de expectatio-
ne ſeptem dierum: poſtea etiam pręuaricatus fuit alia
pręcepta propter quorum ſingula merebatur regno
priuari. *Surrexit autem Samuel*. ſ. poſtquam increpuit
Saulem, quia feciſſet hęc. *Et deſcendit de Galgalis in Ga-
baa Beniamin*. ſ. nunc erat Samuel in Galgala, quando
increpuit Saulem, inde autem deſcẽdit in Gabaa. ſ. no-
luit amplius morari in loco illo: nam ad ipſum conue-
nerant Iſraelitę, vt Samuel conſuleret dominum pro
Saule, & pro eis, & quia Saul tranſgreſſus eſt præce-
ptum domini offerendo ante tempus, noluit Samuel
conſulere dominum exiſtimans, ꝙ iam nihil eẽt pro-
ſperum, ſed receſſit mox in Gabaa.

Samuel ꝓpter peccatum Saulis noluit conſulere dominum.

An Samuel peccauerit non conſulendo dominum pro Iſraelitis. Quæſt. XV.

QVAERET aliquis an Samuel peccauerit hic nõ
conſulendo dominum pro Iſraelitis, & docen-
do qualiter facere deberent. Et videtur, ꝙ ſic,
quia quamquam Iſraelitæ peccauiſſent, tamen nõ de-
bebat ceſſare ab oratione, & doctrina pro eis: ſic. n. fe-
cerat ſupra, nam quamquam peccauiſſet populus pe-
tendo regem, tamen poſtea quando venerunt toni-
trua, & pluuię ſuper populum, orauit Samuel pro eis
præced. c. nec ſolum hoc, ſed etiam dixit, ꝙ erat pec-
catum ſi ceſſaſſet orare pro eis, vt patet ibidem. ſ. abſit
autem hoc peccatũ a me in domino, vt ceſſem orare
pro vobis. Hic autem ſic erat, ꝙ peccauerat Saul fa-
ciendo ſacrificium ante tempus: ergo debuit Samuel
orare pro ipſo, quamquam peccauiſſet, & conſulere
dominum.

Aliquis dicet in contrarium, ꝙ non debebat conſu
lere, ſed quia peccanti debet pœna infligi, & Saul pec
cauit, debuit in hoc puniri, vt Samuel non conſuleret
dominum pro eo.

Reſpondendum eſt, ꝙ Samuel non debuit cõſule-
re dominum, nec peccauit non conſulendo: non ta-
men propter rationem, quam iſti dant, quia tũc ſicut
ꝑꝑ peccatum ceſſare deberet Samuel a conſulendo
dominum pro Iſraelitis, vel pro Saule: ita deberet ceſ-
ſare ab orando. Nam ad idem pertinent iſta duo, & ta
men peccatum erat in Samuele, ſi ceſſaret orare pro
populo, q̃q̃ peccauiſſet, vt patet pręced. c. ergo etiam
peccatum erat non conſulere ſi ſolum ꝑꝑ hoc nõ cõ-
ſuleret. Item apparet, ꝙ teneretur cõſulere, ſicut ora-
re, quia pręce. c. dr̃: Abſit a me hoc peccatum in dño,
vt ceſſem orare pro vobis, & docebo vos viam bonã:

F ergo ceſſare a docendo viam bonam erat peccatum,
ſed iſta via bona oſtendenda erat aliqñ per doctrinã
legis, aliqñ aũt conſulendo dñm in his, q̃ dubia ſunt,
quorũ vtrunque poſſibile erat Samueli, eo ꝙ erat ꝓ-
pheta: ergo ſi ceſſaret cõſulere dñm pro Iſrael in tp̃e
neceſſitatis peccaret. Nec valet rõ. ſ. ꝙ peccauit Saul,
ideo debebat ei dari pęna ex parte Samuelis, ꝙ incre-
paret eum coram toto populo, ex parte aũt Dei fuit
pęna, ꝙ regnũ ſuum non conſurgeret vltra: ergo non
erat inſuper addendum, ꝙ non conſuleretur Deus ꝓ
Saule. Dicendũ tñ, ꝙ hic Samuel non conſuluit dñm
pro Saule, ſed non fecit hoc, tanquam iratus recede-
ret ab eo, ſed quia videbat, ꝙ iam nihil eſſet proſperũ:
vel fortè, ꝙ Deus nollet rñdere. Primo mõ eſt ſen-
G ſus, ꝙ Samuel videns Saulem peccaſſe credidit fruſtra
eſſe conſulere dñm pro illo iſta vice, quia Deus nunc
non daret ei aliquid proſperum, & credendum magis
eſt, ꝙ Samuel cognoſceret, quid Deus diſpoſuiſſet de
Saule pro hac vice. ſ. ꝙ ſi iret ad bellum periret, ſicut
ſciuit, ꝙ regnum Saulis pro hoc peccato non erat ꝑ-
manſurum: non debebat ergo Deum nunc conſule-
re, quia eo non conſulente iã Deus reſpondiſſet. Ali-
ter dici põt, ꝙ Samuel ſciebat Deum nunc eſſe iratũ
Sauli, ideo credidit, ꝙ nollet rñdere ei. Sic factum eſt
ſeq. cap. qñ peccauit Ionathas comedens de melle, &
Deus noluit reſpondere quouſque inquiſitum eſt, qđ
peccatum eſſet in populo, & per quem veniſſet, cur
H Deus rñdere nollet. Sed adhuc primum melius eſt. ſ.
ꝙ iam Samuel ſciebat, quid hac vice accidere debe-
bat ex reuelatione Dei: nam ſi neſciuiſſet expoſuiſſet
ſe dubio conſulendo. Cum aũt dr̃, ꝙ peccauerit, quia
ceſſauit conſulere, reſpondetur, ꝙ ſi ceſſauiſſet conſu
lere ſolum, quia peccauiſſet Saul, eſſet ei peccatũ, ſed
ceſſauit, quia iam ſciebat quid Deus reſponſurus eẽr,
ideo fruſtra eſſet conſuli Deum.

Quare Samuel receſſit de Galgalis, & iuit in Gabaa. Quæſt. XVI.

QVAERET aliquis quare Samuel recedẽs de Gal
gala iuit in Gabaa. Rñdetur, ꝙ hoc fecit, quia
iam populus non erat manſurus in Galgala,
I ſed iturus in Gabaa, & quia hoſtes erant prope. ſ. in
Machmas, populus aũt, qui erat cum Saule erat pau-
cus. ſ. ſexcenti viri, vt patet. ĩ. & iſti timerent a multitu
dine hoſtium, ideo, vt confortaret eos recedendo, iuit
cum eis vſque Gabaa, & hoc apparet, quia dum proce
derent viri, qui ibant cum Saule verſus Gabaa, hoſtes
pugnabant ꝯ eos, quouſque venirent in Gabaa, vt pa-
tet immediate. Aliter p̃t dici, ꝙ Samuel venit in Ga-
baa, quia ipſe erat vir propheta, & vacabat diuinis lau
dibus in prophetando, & quia in Gabaa erat congre-
gatio prophetarum, venit ad locum ipſum, vt ibi cũ
eis Deum laudaret. Quod autem in Gabaa eſſent ꝓ-
phetæ, apparet. s̃. c. 10. ſ. poſt hęc venies in collem dñi,
vbi eſt ſtatio Philiſthinorum, & cum ingreſſus fueris
K in vrbem obuium habebis gregẽ prophetarum de-
ſcendentium de excelſo, & ante eos pſalteriũ, & tym-
panum, & tibiam, & citharam, ipſoſque prophetãtes.
Iſti autem conſueti erãt manere in loco ipſo, & ad ex-
celſum aſcendere, vt ibi coram domino prophetarẽt:
quia forte erat ibi locus orationis ſpecialis. Quod au-
tem Samuel ſolitus erat manere cum prophetis, appa
ret: quia quando Saul miſit, vt raperent Dauid exiſtẽ-
tem cum Samuele in Ramatha, inuenerunt nuncii
gregem prophetarum vaticinantium, & Samuelem
ſuper eos. ĩ. ca. 19. & quia nunc nihil tractaturus erat
de negociis belli, iuit forte, vt maneret cum prophe-
tis in laudibus Dei.

Quare

Quare Samuel iuit in Gabaa confortando exercitum Israelitarum, & noluit ire cum eo contra Philisthinos. Quæst. XVII.

QVAERET aliquis tenendo primam positionem.s. ꝙ Samuel iuit in Gabaa, vt non timeret exercitus, qui transibat in Gabaa de Galgala, qũo non erat cum eis eundo ꝯ Philisthinos, quia sicut adiuuabat eos, ne Philisthini nocerent eis in via, ita adiuuaret eundo contra Philisthinos, vt pugnarent.

Respondẽdum, ꝙ hoc fecit Samuel, quia credidit Deo esse gratũ: nam si non peccasset nunc Saul Deus tradidisset Philisthinos in manu eius, quia tñ peccauit noluit tradere. sed adhuc non tantum iratus est Deus pro isto peccato, vt vellet tradere populum suũ in manu hostium. Concessit ergo eis defensionem, victoriã tñ non largitus est, quia hac caruerunt propter malitiam, illam vero assecuti sunt Dei misericordia. Nimis autem differt inter hoc, ꝙ Deus alicui concedat, ꝙ superet hostes suos, vel ꝙ concedat, ꝙ non superetur ab eis. Primum autem noluit Deus largiri Israelitis, ideo Samuel non iuit cum eis ꝯ Philisthinos. Secundum autem concessit, ideo iuit Samuel cum populo vsque ad Gabaa confortando eos. Simile hr̃ Numer. c. 14. Deus enim dixerat Israelitis, ꝙ adiuuaret eos cõtra omnes hostes suos. Exo. c. 23. s. terrorem meũ mittam in præcursum tuum, & occidam oẽm populum, ad quem introieris, cunctorumque inimicorum tuorum coram te tergam vertam. Hoc aũt intelligebat, qñ Israelitę Deo obedirent; vt patet eo. c. s. ꝙ si feceris oĩa, quę loquor inimicus ero inimicis tuis, & affligã affligentes te. Cum aũt peccauerunt Israelitę in Cadesbarne, iã Deus nolebat eis dare vires ꝯ hostes, nolebat tñ, ꝙ perirent ab hostibus, ideo cũ essent ibi apud Amalecitas, & Chananæos hostes suos, iussit vt inde recederent ne hostes sui irruerent super eos, ita Num. c. 14. s. Qm̃ Amalecites, & Chananęus habitant in vallibus cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem per viam maris rubri. Hoc aũt erat, quia Deus nolebat eos adiuuare ad impugnandum hostes: nec ẽt ad defendendum se, si super eos hostes irruerent, ne monstraret miraculum super indignos: nolebat tñ ꝙ perirent, ideo iussit, ꝙ recederent longe ab hostibus, & quia ipsi non solum non recesserunt, sed ascẽderũt sequenti die ꝯ hostes, dicente Moyse: nolite ascẽdere, non. n. est Deus vobiscum ne corruatis coram inimicis vestris: percussi sunt plaga magna ab Amalecitis, & Chananæis. eod. ca. Dr̃ autem hic, ꝙ descendit Samuel de Galgalis. i. de Galgala, quia aliqñ declinatur singulariter, & aliqñ pluraliter, sicut Ierosolyma, & Ierosolymis. Et dicitur, ꝙ venit in Gabaa Beniamin, quia ista ciuitas erat in sorte Beniamin, & ponit ista adiectio ad differentiam signandam, quia erat alia Gabaa, quę non erat in tribu Beniamin, vt supra in principio. c. declaratum est.

Et reliqui populi ascenderunt post Saul. i. reliqui de populo. s. immediate, vt recessit Samuel de Galgala recessit ẽt Saul, & cum eo iuerunt illi, qui manserunt de populo. s. sexcenti viri, & populi non est hic pluralis numeri, sed est genitiuus singularis numeri. s. reliqui populi, idest residui de populo: nam si acciperetur in plurali intelligeretur, ꝙ multi populi ibant cum Saule. Sed falsum est, quia solum iuerunt sexcenti viri, vt patet infra. Sed est sensus, ꝙ omnes, qui reliqui erant. i. residui de populo iuerunt cum eo. s. ꝙ totus populus Israel congregatus fuerat cum Saule in Galgala, vt patet supra in litera. s. clamauit ergo populus post Saul in Galgala, postea autem, cum nimis moraretur Saul expectans Samuelem recessit populus ab illo, vt patet

A supra. s. & non venit Samuel in Galgala dilapsusq; est populus ab eo. Tot aũt de populo recesserunt, vt solũ manerent sexcẽti viri. & isti erant reliqui de populo. s. de populo congregato in Galgalis, & isti ascenderũt cum Saule, quando iuit de Galgalis in Gabaa.

Aliter potest intelligi, ꝙ populus, qui erat cum Saule in Galgala. s. sexcenti viri diuisi sunt, & aliqui eorũ iuerunt cum Samuele in Galgala. Postea aũt Saul iuit cum reliquis, qui manebant, ita vt essent diuisi in duas turmas, tunc autem non accipitur populus pro toto populo, qui congregatus fuerat in Galgala ad Saulẽ, sed pro sexcentis viris, qui diuisi sunt in duas partes, sed primus sensus melior est.

Obuiam populo. Idest isti, qui ibant cum Saule de Galgala in Gabaa ibant obuiam populo.

B Sed quis esset iste populus, esset dubium. Aliqui dicunt, ꝙ esset populus Israel, & isti qui ibant de Galgala in Gabaa habebant populum obuium. s. quia Israelitæ egrediebantur obuiam Sauli, vt honorarent eũ, & ducerent in locum suum Gabaa. Quis erat iste populus.

Sed non stat, quia dr̃ immediate, qui expugnabant eos. s. ꝙ ille populus qui exiuit obuiam Sauli expugnabat illos, qui veniebant cum Saule. Si tamen essent Israelitę non expugnassent viros Saulis: nam hoc modo non venirent ad honorandum Saulem.

Aliquis aũt dicet, ꝙ debet aliter intelligi. s. ꝙ viri, q veniebant cum Saule expugnabant populum obuiũ, & tunc (eos) & (venientes) nõ sunt eiusdem casus, sed C (eos) refertur ad populum obuium (venientes) autem ad viros, qui ibant cum Saule refertur.

Sed tunc etiam dicetur quomodo stat, quia viri venientes cum Saule expugnarent alios Israelitas. Dicet aliquis, ꝙ hoc fiebat in pœnam desertionis aciei: nam iste populus, qui exibat obuiam Sauli erat de illis, qui fugerant a Saule, quando erat in Galgala, & tanquam male meritos expugnabat eos exercitus Saulis. Sed hoc non stat, quia Saul quando erat in Galgala videns populum a se dilabi, neminem ausus est percutere pro dilapsu cum tunc haberet maiorem partem exercitus, quanto magis nunc, quando erant pauci cũ eo. Item dato, ꝙ ipse posset punire eos, qui fugerant de acie cum nunc neminem puniret, potissimè mo- D do bellico, quia totus Israel simul non poterat resistere Philisthinis, quanto magis si fierent bella intestina: nihil enim est, quod magis rempublicam breui calamitate subuertat.

Dicendum ergo, quòd iste populus, erat populus Philisthinorum, qui erat in Machmas, & quia Gabaa non multum distabat a Machmas, & Israelitę venturi in Gabaa transire debebant non longe a castris Philisthinorum: Philisthini egressi sunt obuiam Israelitis, & expugnabant eos, dum venirent de Galgala in Gabaa.

Qui expugnabant eos. Idest populus Philisthinorum, qui egressus est obuiam viris Saul expugnabat eos. i. E viros istos. *Venientes ex Galgala in Gabaa.* i. venerunt viri Saulis de Galgala in Gabaa, & in ipso itinere cũ transirent circa castra Philisthinorum expugnauerunt eos Philisthini, & tunc venientes, & eos est eiusdem casus, quod totum refertur ad viros Saulis, & dicit̃ venientes, quia qñ erant in Gabaa, vel Galgala non expugnabant eos, sed solum in via, quia ibi facilius poterant preualere aduersus eos.

In colle Beniamin. Idest venerunt ad Gabaa, vbi erat collis Beniamin. Quod potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd in sorte Beniamin esset aliqua terra montuosa in cuius parte esset Gabaa, ideo dicitur esse in colle Beniamin, idest in mõtibus terræ Beniamin. sic dicitur de sorte Ephraim, quòd quędã ciuitates sunt in monte Ephraim, vt patet Ios. c. 20. s. Sichẽ

in monte Ephraim.i.erat vrbs Sichem in terra montuosa sortis Ephraim. Alio modo pt intelligi.s.ꝙ erat in colle Beniamin.i.Gabaa erat ipsemet collis, qm̄ in vrbe Gabaa erat quidam collis excelsus,vt patet supra c.10.vbi dicitur: post hęc venies in collem domini.s. in Gabaa,& cum ingressus fueris vrbem,obuium habebis ibi gregem prophetarum descendentium de excelso,& sic erat excelsum, vel collis magnus intra vrbem,& ille vocatur collis Benjamin, quia est in vrbe Gabaa,quæ est in terra Beniamin, & iste sensus est melior.

Quare Saul recessit de Galgala immediate post Samuelem. Quæst. XVIII.

QVAERET aliquis, quare Saul recessit de Galgala immediate,vt recessit Samuel, & quare venit in Gabaa. Quantum ad primum dicendū, ꝙ Saul non venerat in Galgala propter aliud,nisi quia iusserat Samuel, supra cap.10.s.Descendes ante me in Galgalā, ego quippe descendam ad te, & hoc erat,vt Samuel consuleret dominum pro Saule, & quia iam non consulebat,sed recessit inde,superfluum erat manere in Galgala:potissimum, quia non erat locus fortis Galgala. De secundo dicendum, ꝙ venit Saul in Gabaa,eo ꝙ ipse non poterat pugnare ꝯ Philisthinos pugna manifesta:potissimum, quia Deus non adiuuabat eum,volebat ergo se tueri in aliquo loco forti: talis autem erat locus Gabaa,quia dicitur hic, ꝙ erat collis,ideo confugit ad illum, Galgala autem non erat locus fortis,ideo non mansit in eo. Stetit autem Saul in loco isto,quousque factum est prēlium,vt patet seq.c. *Et recensuit Saul populum, qui inuenti fuerunt cum eo*. Ista numeratio fuit in Gabaa, postquam illuc venit Saul, habuerat.n.populum multum in Galgala, & dilapsus fuerat ab eo,nesciens autem ad extremum, quot erāt cum eo computauit eos. Fecit autem hoc,quia iā isti mansuri erant in Gabaa cum Saule,& quia ipse missurus erat eos ad aliqua opera,voluit scire,quot erant: in omni bello, oportet certum esse numerum pugnatorum,& ducum,& ordinem eorum inter se. *Quasi sexcentos viros*. i.reperti sunt, quasi sexcenti, eo ꝙ omnes alii dilapsi fuerant a Saule cum esset in Galgala, & ob hoc non numerauit ibi exercitum, quia continue dilabebatur ab eo populus,& non haberet numerū certum.Cum autem venit in Gabaa non erat ab eo dilapsurus populus,ideo maneret numerus certus.

Et Saul,& Ionathas filius eius,& populus qui inuentus fuerat cum eis. Isti oēs erant simul: venerāt.n.simul de Galgala in Gabaa, quia licet a principio esset Ionathas in Gabaa,& Saul in Bethel,vt patet supra in litera: tamē postquam percussit Ionathas stationē Philisthinorū conuenerunt oēs,tam ipse,q̄ Saul, & reliquus populus in Galgala.Nunc autem redibant simul,& cōputauerunt viros,qui erāt cum eis: nominatur autem hic Ionathas,quia ipse erat vnus dux, sicut Saul, qui per se ante habebat exercitum. *Erat in Gabaa Beniamin*. i. tā Saul,q̄ Ionathas,& q̄ exercitus erant in Gabaa. Dicitur autem populus,qui inuentus est cum eis.s.sexcenti viri,quia isti solum inuenti sunt.

Porro Philisthijm consederant in Machmas. i.exercitus Philisthinorum erat in Machmas, quando recesserūt Israelitæ de Galgala, etiam a principio quando venerunt Israelitæ in Galgalā, vt patet supra in litera: erat autem Gabaa circa Machmas,quod patet seq.c. quia quando erant Saul, & Ionathas cum exercitu in Gabaa Ionathas,dixit ad armigerum suum: veni transeamus ad stationem Philisthinorum, quę est trans locū illum,& sic ad oculum videbat Ionathas locum, vbi erant castra Philisthinorum, & tamen erat tunc ipse

F in Gabaa,ergo non distabat longe a Machmas.

Et egressi sunt ad prædandum. Hic ponitur tertium.s. hostilis incursio, quomodo Philisthini terram Israel depopulabantur,& quia Philisthini erant in castris,& volebāt saltem ad cibum aliquid tollere pro vsū quotidiano,exibant aliqui de castris, qui prędarentur per loca,quę erant in circuitu:castra tamen Philisthinorū semper manebant, & ibi erat pleraque pars hostium. Isti autem qui egrediebantur de castris non ibant,tan quam castra diuiderentur in plures partes ad eundum per diuersas regiones Israel, sed ad procurandum necessaria pro exercitu mittebantur. Intendebant autē Philisthini postea pugnare contra Israelitas: interim tn̄ terram vastabant. In hebręo dr̄:egressus est dam-

G nificans de castris. Vocatur autem damnificans exercitus qui prędatur,quia damna infert. *Tres cunei*. i. prędatores egressi de castris Philisthijm diuisi erāt in tres cuneos: Vocatur autem cuneus bellicus apparatus: ibant enim tres cunei.i.tres turmę ordinatæ ad prædandum. Diuidebantur autem Philisthini in tot partes,quia non timebant Israelitas. Putabant enim eos omnes fugisse,& reliquisse vacua loca: ipsos autē absconditos esse in speluncis,quod & sic factum erat, vt patet supra.s.ꝙ cum vidissent viri Israel se in arcto positos absconderunt se in speluncis,& in abditis, in petris quoque,& in antris,& in cisternis:nec solum hoc, sed etiam Philisthini sic existimabant, vt patet seq.c.

H Scilicet dixeruntque Philisthijm: en egredientur hebręi de cauernis,in quibus absconditi fuerant.

Vnus cuneus pergebat contra viam Ephraim. Ponitur hic ad quas terras istę partes exercitus pergerent ad prædandum. Primus autem ibat contra terrā Ephraim. In hebręo habetur hic,contra viam Ephra. Differunt enim Ephraim, & Ephra. Satis aūt est verisimile, ꝙ scriptores nostri peruerterint pp facilem similitudinem:hr̄ tn̄ istud nomen Ephra:Iud.c.6.s. Venit angelus dn̄i,& sedit sub quercu, quæ erat in Ephra. Cōtra terram aūt illam pergebat cuneus iste. Quod vero nō possit esse hic Ephraim apparet, quia dr̄, ꝙ pergebat ꝯ viam Ephraim ad terram Saul. Qūocunque aūt accipiatur terra Saul non stat, quia pergerent ad terram

I Saul ꝯ viam Ephraim:nam si accipiatur terra Saul late.s.terra,cui ipse dominabāt,tota terra Israel erat terra Saul,si vero accipiatur terra Saul stricte pro terra,in qua natus est, vocabitur terra Saul sors Beniamin, quia in illa terra natus est. Sed neutro modo stat,quia primo modo non poterant dici Philisthijm ire ad terrā Saul.i.ad terram Israel,cū essent intra terram illā. Secundo modo ēt non pōt stare eadē rōne, quia Philisthijm erant intra tribū Beniamin, q̄ erat terra Saulis, iō non poterant ire ad eā, sed ibant ꝯ viā Ephra, q̄ est q̄dā terra,& nō ibant ad terram Saul. *Ad terram Saul*.i. ibat iste cuneus ad terrā Saul, etiam vr̄ hic corruptio literę nostrę,quia in hebręo hr̄: ad terram Saul, sed pmutationem literarum facile est dici, & sic facta est corruptio. Est autem terra Sual aliqua regio specialis

K in terra Israel,sicut dicitur terra Salim, vel Salisa, supra cap.9. *Porro alius cuneus ingrediebatur per viam Bethoron*. Iste cuneus inclinabatur ad partem septentrionalem,quia Bethoron est in terra Ephraim, vt patet Iosue.cap.16.Sors autem Beniamin est meridiana, ideo cum veniatur ab ea versus Bethoron, quæ est in sorte Ephraim,& est septentrionalis respectu Beniamin,venietur a meridie in aquilonem. Est autem duplex Bethoron.s.Bethoron superior, & Bethoron inferior,vt patet Iosue.capit.16. & 18. vtraque autem est in sorte Ephraim,vt patet Iosue.c.16.

Tertius autem vertebat se in terra Soba. Idest tertius cuneus ibat contra terram,quę est Soba. An ista terra sit in terra Israel,vel extra non patet. Certū est, ꝙ terra,q̄

præ-

prędabantur Philisthini erat Israel, sed illa, ꝯ quā ibāt poterat non esse terra Israel, sed aliqua cōiuncta ei. Et fortè dicetur, ꝙ terra Soba erat ad meridiem terrę Israel, & ibi habitabant Gentiles, ꝯ quos aliquando pugnauerunt Israelitę, vt patet seq. c. s. Saul confirmato regno pugnabat per circuitum aduersus omnes inimicos: contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba. *Ad iter termini imminentis valli Feboim.* i. cuneus iste ibat contra iter cuiusdam terræ, quę est sup vallem Seboim. Est Seboim nomen vrbis vnius de quatuor vrbibus, quę subuersę sunt in valle Sodomorum de quibus Gen. c. 13. & Deute. 29. Erit autem sensus, ꝙ Seboim cum aliis tribus vrbibus erant in valle, & per iter quod tendit ad regionem quādam, quæ est super vallem illam, ibat iste cuneus Philisthinorum.

Sed dicet aliquis non posse sic accipi, quia Seboim non erat iam ciuitas, sed erat ibi lacus quædā magna, in qua etiam erant alię tres ciuitates. Dicendum est, ꝙ quamquam iam non esset ciuitas, quia tamen manebat locus in quo illa fuerat, potest nominari, tanquā terminus. Sic patet Gen. c. 10. vbi ponuntur termini terræ Chanaan tpe Moysi, & ponuntur ibi pro terminis vrbes Sodomorum, quę iam submersę erāt, & cū eis Seboim: factique sunt termini Chanaan venientibus a Sidone Geraram, vsque Gazam, donec ingrediaris Sodomam, & Gomorram, & Adama, & Seboim, sic ergo poterant poni hic istę quatuor vrbes, vel aliqua earum, tanquam terminus. Fuit autem posita Seboim, & patet ꝙ intelligatur sic, quia dr̄ immediate ꝯ desertum. s. ꝙ ista vallis Seboim erat ꝯ desertum. Est autem istud desertum inter terram Israel, & Edom, & pp hoc mare Sodomorum, quod est in loco, vbi fuerant ciuitates Sodomorum vocatur mare deserti, vt patet Deute. c. 3. & Iosue. c. 3. vocatur mare solitudinis, quod idem est. s. quia est circa solitudines Edō. Aliq dicunt, ꝙ Seboim est nomen cōe apud hebręos significans pictores, & dicunt, ꝙ quædam vallis vocabatur vallis pictorum, & ꝯ eam iuit vnus cuneus prędantiū, sed primus sensus melior est. *Contra desertum.* i. erat ista vallis ꝯ desertum. s. ꝯ desertum Edom, vt supra declaratum est, quia Seboim, & omnis regio Sodomorum erat in extremitate Israel apud solitudines magnas. *Porro faber ferrarius.* Hic ponitur quartum. s. hebręorum ad resistendum Philisthinis nulla apparatio: est apparatus belli in armis. Inter hebręos autem non inueniebātur aliqua arma, quia nec gladius, nec lancea fuit in manibus alicuius de populo, tpe quo iniendum fuit bellum cum Philisthinis. *Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel.* s. nec vnus faber erat apud Israelitas. Hoc autem ponitur ad significandum, quō esse potuit id, quod infra hr̄, quod alicui videretur incredibile. s. cum venisset dies pręlii nō inuentus est ensis, aut lancea in manu totius populi. Hoc autē erat, quia nullus faber in toto Israel relictus fuerat, ideo positum est de fabris.

Quomodo possibile esset, quòd in tota terra Israelitarum nullus faber esset, cum esset magna terra. Et quomodo fuit introducta ista seruitus. Qō. XIX.

QVAERET aliquis quomodo esse poterat, ꝙ nullus faber esset in tanto regno, penè. n. videtur incredibile, etiam si gens illa rusticissima esset. Respondendum ꝙ inter Israelitas a principio fabri fuerāt, sicut in aliis populis, quando tamen Philisthini dominati sunt Israelitarū, fecerunt ꝙ nullus faber esset in terra Israel, vt nō possent Israelitæ fabricare sibi arma ad repugnandū Philisthinis, & quia quamquam Philisthini iuberent, ne fierent aliqua arma in terra Israel, dum tamen mane-

A rent ibi fabri, semper fierent aliqua licet occultè: ideo vt securius esset Philisthinis, transduxerunt omnes fabros, qui olim erant in Israel in terram suam, & de his manebant multi in terra Philisthinorum. Vnde quando ascenderunt hac vice ad pugnandum Philisthini ꝯ Israelitas, duxerunt secum illos Iudęos, & erant in castris illorum, vt patet seq. ca. sed hebręi, qui fuerant cum Philisthinis heri, & nudiustertius ascenderantq; cum eis in castris, reuersi sunt, vt essent cū Israel. Sed adhuc dato, ꝙ Philisthini abstulissent omnes fabros Israelitarum, poterant ipsi ducere fabros de aliis nationibus, qui arma fabricarent, ideo vt securū eis magis esset, posuerunt pręter hoc custodias in terra Israel de Philisthinis, qui obseruarent diligenter, ne hebræi

B arma fabricarent. Istud autem faciebat statio Philisthinorum, quæ erat in Gabaa, vt ait Iosephus 6. Antiquitatum, & hoc modo non poterant Israelitę habere aliqua arma. Sed adhuc aliquis dicet, ꝙ hoc non sufficiebat, quia quamquam non haberet Israel fabros armorum in terra sua, tamen poterat emere arma ab aliis gentibus. Fortè responderi possit, ꝙ omnes in circuitu hebręorum erant hostes eorum, ideo nullus eis arma vendere volebat, & sic ablatis fabris sufficienter tollebantur arma. Sed adhuc magis dicendum, ꝙ nō solum prohibebant fabros Philisthini in terra Israel, sed etiam vetabant, ne quis arma emeret, & si apud aliquē inuenirētur diripiebant, vel forte capite plectebant tanꝗ seditiosi: alioquin potuissent hebręi ab aliquibus confinibus, qui non erant hostes arma venalia

C accipere, vel saltem ipsi per mare de longinquis gentibus ducerent. Habitabant enim Iudęi in littore maris mediterranei: totum enim occidentale latus terrę eorum illo mari clauditur: sicut constat Nume. trigesimoquarto c.

Quo tempore Israelitæ positi fuerunt in tanta seruitute, vt non possent habere fabros. *Quæst.* XX.

QVAERETVR vlterius, quomodo fuit introducta tanta seruitus, vel quando in Israelitas, vt ipsi non possent habere aliqua arma, vel fabros. Non enim potest dici, quòd

D fuit introducta tempore Saulis, quia a principio regni sui, vsque nunc non fecerant Philisthini aliquod bellum contra ipsos Israelitas, si tamen voluissent Philisthini introducere aliquam seruitutē, non passus fuisset hoc Saul, cum postea pugnauerit semper contra Philisthinos, & nunc nō existente aliqua causa Ionathas percussit stationem Philisthinorum, vt supra in litera. Item quod amplius est, ista seruitus erat tempore Saulis non vncti in regem. s. quando dominabatur Samuel, vt s. c. 10. Nam die vnctionis suæ dixit ei: post hęc venies in collem dn̄i, vbi est statio Philisthinorū: ergo sicut tpe Samuel patiebantur Israelitę esse Phi-

E listhinos in terra sua, qui cogerent eos ad ea, quæ vellent, cum essent hostes eorum, ita cogerent ad omnia alia. s. ad non habendum arma, & ad excludendum fabros de terra sua: potissimè, quia Iosephus 6. Antiquitatum dicit, ꝙ ista statio Philisthinorum in Gabaa erat ad cogendum Israelitas, ne haberent arma aliquo modo. Tempore ergo Saulis non fuit hoc introductum, sed tempore Samuelis. Sic. n. dicit Rab. Dauid Kimhi, ꝙ Samuele perueniente ad senium pręualuerunt contra Israelitas Philisthini, & imposuerunt eis hoc iugum, & alia iuga tributorum. Sed dicet aliquis contra, quia supra cap. 7. dr̄: liberauit Samuel Israel de manu Philisthijm, & fuit manus domini super Philisthęos cunctis diebus Samuelis. Opi. Rab. Dauid reprobatur.

Aliquis dicet, sicut Rab. Dauid, quòd tempore quo

quo Samuel fuit iuuenis, & potuit pugnare ꝯ Philisthinos liberauit Israel. Cum autem ipse senuit Philisthini preualuerunt cõtra Israel. Sed hoc non stat, quia tempore, quod intercidit inter iuuentutem Samuelis & regnum Saulis, non fuit aliquod bellum: nam vltimum bellum Samuelis fuit in Masphat contra Philisthijm, vt patet supra c.7. Post ipsum autem vsque huc non est aliquod bellum, nisi Ammonitarum, quod egit Saul: ergo si tempore iuuentutis Samuelis non erat imposita ista seruitus, non fuit postea imposita. Item patet, quia inter tempus, quod fuit a iuuentute Samuelis vsque ad regnum Saulis, fuerũt iudices filij Samuelis, vt patet supra c.8.§.factum est autem cum senuisset Samuel, posuit filios suos iudices super Israel: deinde conquesti sunt Israelitę de eis, & petierunt regem. c.c. non tñ conquesti sunt, ꝙ aliquod bellum venisset, in quo propter eorum negligentiam lęsus fuisset Israel, sed solum conquesti sunt, ꝙ non ambulauerunt filij Samuelis in vijs illius, sed declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iustitiam. Si tñ aliquod bellum fuisset, in quo Israel propter eos lęsus fuisse, vtpote inducta huiusmodi seruitute, maxime illud obiecissent, quia grauius illud erat, quam accipere munera, & peruertere iudicium: ergo non fuit aliquod tale. Item patet magis hoc, quia qñ Israelitę elegerunt regem in Masphat, & postea confirmatus est in Galgala, Samuel increpans eos, ait, ꝙ liberati fuissent de manu Philisthinorum, Moabitarum, & omnium gentium: videntes autem, quòd Naas rex filiorum Ammon venisset aduersum eos, dixerunt nequaquam, sed rex imperabit nobis. Apparet ergo, quòd nulla alia occasio fuit bellorum Israelitis ad petendum regem, nisi quia venit contra eos rex Ammon: alioquin non sufficienter, vel non bene increpuisset Samuel Israelitas ponendo solum istud bellum, quod nullum fuit si habuissent alia magna bella in quibus nimis fuissent lęsi: consenserunt tñ Israelitę verbis Samuelis, & dixerunt se peccasse, vt patet supra 12.c. ergo non acciderant alia bella inter iuuentutem Samuelis, & principium regni Saulis, in quibus potuisset imponi ista seruitus Israelitis. Sed dicẽdum est, ꝙ ista seuitus fuit posita a longo tempore: nam Philisthini dominabantur continuè Israelitarũ ab antiquitate, scilicet antequam esset iudex in Israel Samson, vt declaratum fuit supra c.4. & forte tunc, vel tempore Heli fuit posita huiusmodi seruitus, quę nunq̃ postea ablata est vsque ad tempus Saulis, in quo aliquãter respirauerunt Iudęi de iugo Philisthinorũ: nec tñ prorsus liberati sunt. Cum autem dicitur, quòd fuit manus domini super Philisthinos cunctis diebus Samuelis: hoc fuit quantum ad hoc, ꝙ non adderent quotidie nouum iugum, sicut facere soliti erant, qñ Israelitę non habebant defensorem: tunc.n. veniebãt in terram Israel quoties volebant. Tempore tamen Samuelis non venerunt vltra cum semel fugati sunt, vt patet supra c.7.§.& humiliati sunt Philisthęi: nec apposuerunt vltra, vt venirent in terminos Israel. Cum autẽ dr̃, ꝙ liberauit Samuel Israel de manu Philisthinorum, non est sensus, quòd ademisset seruitutem, q̃ tunc habebat Israel, sed ꝙ fecit ne vlterior seruitus apponeretur. Vel dicitur, ꝙ liberauit, quia etiam de seruitute quę stabat, aliquam partem abstulit, & quãquam non totam tulerit, liberasse dicitur. Sic enim dicitur de Saule, quòd liberaturus erat Israel de manu Philisthinorum. Deus enim hoc dixit supra c.9. non tamen abstulit omnem seruitutem, quia etiam manserunt tributa super Israel vsque ad tempora Dauid, qui abstulit frenum tributi de manu Philisthinorum infra 2.li.c.8. Quamquam ergo Israelitę passi fuerint hãc seruitutẽ toto tp̃e, quo Samuel iudicauit Israel, &

Responsio auct.

F etiam ante hoc, non tollitur, quin dicatur liberasse Israel de manu Philisthijm cum fecerit ea, quę habentur supra c.7. *Cauerant enim Philisthijm.* Idest posuerãt legem. Cauere enim proprie pertinet ad leges prohibitiuas, & quia Philisthini vetuerant Israelitas facere arma, dicebantur cauisse. Non solum autem vetuerũt hoc, sed etiam abstulerunt eis fabros ducendo illos in terram Philisthijm. Etiam fecerunt ne emerent ab alijs gentibus. Hoc autem fecerunt Philisthini, vt ipsi securiores essent. Volebant enim habere terram Iudęorum sibi tributariam, & subiectam ad omnem seruitutem, & si Israelitę habent arma possent rebellare, cum esset magnus populus: ideo abstulerunt eis fa-

G bricationem, & emptionem armorum, in quo non solum fecerunt eos tributarios, sed ęquauerunt illos vere seruis. nam secundum Arist.2.Polit. c.2. in recta politia seruis debent adimi arma, ne cum fuerit magna seruorum turba in liberos possint insurgere, sicut interdum in vrbe Romana, & aliis vrbibus factum est. In hoc autẽ prudenter se habebant Philisthini, quantum ad bonum suę reipublicæ, licet erga Iudęos iniustè: cum indignum imponerent eis seruitutis onus.

Ne forte facerent hebræi gladium, aut lanceam. q. d. non vetabantur Iudęi fabricationes instrumentorum rusticorum, sed armorum, quia tamen si haberent fabros ad opera rustica, illi quoque possent abscondite

H facere aliqua arma, quæ Philisthini in eorum credebant calamitatem, securius eligentes abstulerunt hebręis omnes fabros: nam non inueniebatur faber ferrarius in toto Israel. Quod autem dicitur hic de gladio: & lancea intelligendum est ẽt de cęteris armorũ generibus: nam eadem ratio subsistit, sed lr̃a expressit de eis gratia exempli, vel quia ista communiora sunt.

Descendebat ergo omnis Israel ad Philisthijm. Hic ponitur corollarium ex pręcedentibus: nam supra dicebatur, ꝙ nullus faber ferrarius reperiebatur in Israel. Necesse ergo erat, quòd Israelitę nonnulla haberent rustica instrumenta, vel ad alias gentes irent ad illa emẽda, & apparanda, & sic dicitur quòd descendebat omnis Israel in terram Philisthijm ad parandum omnia instrumenta rustica. Et intelligendum est etiam, ꝙ

I descendebant ad emendum illa, si interdũ opus erat. Hęc enim nõ vetuerant Philisthini, quia inde eis nullum periculum, aut grauamen inferebatur, quin potius si ista non permitterent facilius ab eis rebellarẽt, non potentes vitam sine rusticis ducere instrumentis: & Philisthinis hoc incõmodũ esset, quia hoc modo in terrę nascentibus depauperarentur, & non possent tributa eis reddere.

Intelligendum autem, ꝙ iste descensus erat ad paranda rustica instrumenta dum Philisthinis, & Iudęis pax fuit. Postea autem nec Philisthini impune hoc permisissent, nec etiam Israelitæ, permittentibus Philisthinis, hoc voluissent. Sed intelligendum, ꝙ cũ Ionathas percussit stationẽ Philisthinorũ, & iussit Saul tuba cani, ꝙ Israel erexerat se ꝯ Philisthijm, vt patet.s.

K in lr̃a. Israelitę cęperunt hr̃e fabros procurantes habere oĩa, q̃ eis proficere poterant, cum essent iam hoĩes sui iuris: potissimè, quia in isto bello recuperauerunt fabros, quos duxerant Philisthini in terram suam: nã ibi venerunt cum eis in bello, & videntes prosperari Israelitas iunxerunt se eis ꝯ Philisthinos. J. ca. 14.§. Et hebręi, qui fuerant cũ Philisthijm heri, & nudiustertius, ascenderuntque cũ eis in castris, reuersi sunt, vt essent cũ Israel: isti aũt erãt fabri, vt.s. declaratum est. Vnde postea pro aliis bellis potuerunt hr̃e maiorem copiam armorum reductis ad se fabris.

Vt acueret vnusquisque vomerem suum. Idest descendebant ad acuendos vomeres. Ista enim sunt nimis necessaria instr̃a rustica. Et dr̃ exacuendo, per quod intel-

intelligitur omnis apparatus etiã de nouo fabricatus: nam in rusticis instrumentis nihil prohibuerant Philisthini, cum ex hoc nullum sequeretur eis damnum. *Et ligonem, & securim, & sarculum.* i. descendebant Israelitę ad exacuenda ista, vel qũocunque apparanda, vel ẽt de nouo facienda. Ponuntur aũt hic tria instr̃a, scilicet duo rustica, & vnum ad alios vsus. s. ligo, & sarculum sunt rustica: securis autem ad opera carnium magis pertinet, q̃q̃ potest transferri ad alia opera scissionis: ligo autem ad fodiendum est: sarculum aũt ad scindẽdum vepres, & resecandum omnia arbusta, quæ impediunt agriculturam, & est in modum falcis, vel securis. *Retusæ itaque erant acies vomerum.* i. hebetes erant vomeres, & ligones, & omnia rustica instr̃a. Quod dupliciter potest intelligi: vno modo, ꝙ ista instr̃a essent retusa ex diuturnitate temporis, quo non apparata erãt. & hoc, quia difficile erat Israelitis non habẽdo fabros in terra sua descẽdere pro qualibet operatione instrumentorum in terram Philisthijm. morabantur ergo magno tpe, & sic erant instr̃a retusa. Scd̃o mõ intelligitur, ꝙ prius q̃ impugnassent Israelitę cum Philisthinis. s. anteq̃ Ionathas percussit stationem Philisthinorum, descendebant Israelitæ qñ volebant in terrã Philisthijm ad parandum rustica instr̃a, & tunc non erant retusæ acies eorum: nunc vero, quin postquam incęperat erectio hebręorum contra Philisthinos nõ descenderent in terram Philisthijm ad aliquid parandũ: erant iam retusę acies omnium instr̃orum. In hebręo dr̃ duplex erat lima vomerum, & ligonum, quod intelligunt Iudęi. s. ꝙ erant duę limę ad parandũ omnia instr̃a. s. ꝙ per limaturam fieret apparatio. Sed istud non stat, quia vomeres, & ligones, & reliqua, quę exprimuntur hic non exacuuntur limando, sed aliis modis: nihil ergo ista litera prodesset si sic intelligeretur, quia non esset ad propositum. Lr̃a aũt nostra conuenienter transtulit sensum ex sensu, licet non verbum ex verbo. Est aũt modus intelligendi, qm̃ lima vocat hic acies gladii. s. quia acies est ad secandum, vel limãdum. Dr̃ aũt, ꝙ lima erat duplex. i. duplicata. s. quia ex diuturnitate apparationis acies, vel lima instr̃orũ erat duplata. s. conuersa a rectitudine, ita vt non posset secare, & hoc sonat istud nomen retusa, qm̃ ex tunsionibus. s. percussionibus fit retusio. Hebręi autem in exponendo errant, eo ꝙ ipsimet nesciunt transformationes nominum literę suę: putant limam accipi proprie, sed falsum est, quia tunc litera nihil ageret ad ꝓpositum, sed est transformatio accipiendo limam pro acie. Sic enim consueuit sacra scriptura in alijs sępe transmutare. Vnde ĩ. c. 17. ferrum gladij vocatur flamma, & multoties sic appellatur. Hoc autem propter splendorem suum, quia ferrum splendet quando politum est; manubrium autem nequaquã. vocatur autẽ acies ipsa acuties instrumentorum: nam acies aliquando significat apparatum belli: aliquando autem significat extremitatem acutam gladij extensam, qua scinditur. & dicitur acies quasi acuties, quia ex ea parte gladius acuitur. Omnibus autem instrumentis etiam vomeribus, & ligonibus ex aliqua parte datur acies: quia aliqua pars est ex qua magis acuuntur, quam ex aliis. s. ex ea per quam operamur. *Ligonum tridentium, & securium.* Tria instrumenta sunt ad diuersos vsus. Ligo. n. ad rusticam fossionem, tridentes autem possunt hic vocari rastri, qui dentes habent, & pertinent ad rusticum opus. Vel vocatur tridens sarculum, quia aliquãdo falcatum est. i. curuum in modum falcis, & dentatum. Vel potest accipi proprie tridens pro instr̃o coquinario. s. pro fuscinula, q̃ in ollam mittitur ad exponendas carnes, & in quadam extremitate dentata est ad atripiendas carnes, & leuandas de olla, & modo dẽtium vocatur tridens. Sic accipitur. s̃. c. 2. s. Veniebat

A puer sacerdotis dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, mittebatque eam in lebetem, vel ollam, &c. Sic etiam ponuntur tridentes, tanquam instr̃a altaris holocaustorum ad vsus carnium, quę coquuntur de sacrificiis, vt patet Num. c. 4. Secures autem instrumenta cognita sunt, quæ a secando dicuntur. s. omnium istorum erant acies retusę ex diuturnitate apparationis. *Et vsque ad stimulum corrigendum.* Ista litera non continuatur immediate literę, sed superiori ad illud verbum descendebat. s. vnusquisque descendebat, vt exacueret in terra Philisthijm vomerem, & ligonem, & securim, & sarculum, & vsque ad stimulum corrigendum. i. ẽt vsque ad hoc, qđ minimum est. q. d. cum non haberent fabros aliquos in
B terra sua, necesse erat, ꝙ etiam pro minimis operibus irent in terram Philisthijm, vt pro apparatione stimulorum. *Cumque venisset dies prælij.* Ponitur hic id, propter quod posita fuerant superiora. s. ꝙ cum pugnauerunt Israelitę cum Philisthinis nullus de Israel habebat lanceam, aut ensem. Hoc autem, quia non erant fabri in populo. Et dicitur hic dies prelii. s. de prelio, quod habuerunt cum Philisthinis. Quod habetur sequen. c. nam ibi cum fugerent Philisthini a facie Israelitarum. s. Ionathę, & armigeri sui, reliqui qui erant cũ Saule persecuti sunt eos, & tamen tunc non habebãt lanceam, aut gladium. *Non est inuentus ensis, aut lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule, & Ionatha.* i. nemo de omnibus, qui fuerant in Gabaa cum Saule, & Ionatha habuerunt ensem, aut gladium, vel lanceam. s.
C de omnibus illis sexcentis viris, qui supra computati sunt. Sic quoque de aliis generibus armorum, quę ad ferrum pertinẽt, intelligendum est. s. ꝙ nullus thoracem, aut galeam, aut aliquid simile habuit.

Dicit tamen Rab. Dauid, ꝙ habuerunt alia genera armaturę. s. tela, arcus, & fundas. De fundis enim, & arcubus satis accipi posset, qa sine fabris ista fieri possunt, de telis tamen eadem ratio est, quoniam arma ferrum habentia sunt, ideo sicut non permitterentur habere lanceas, ita nec tela.

Sciendum tamen, ꝙ non est intelligendum, ꝙ in toto populo nullus erat, q haberet arma. Aliqua. n. erant arma, sed in comparatione tanti populi, quasi nulla e-
D rant, alioquin non solum hic, sed ẽt in bello ꝯ Ammonitas dictum fuisset, ꝙ non inuentus est gladius, aut lancea in manu totius populi, sed nihil dr̃, quasi intelligatur, ꝙ haberent arma, vt patet. s̃. c. 11. hic autem dicitur, ꝙ non est inuentus ensis, aut lancea, quod intelligendum est, quantum ad sexcentos viros, qui erant cum Saule, & Ionatha. Accidit. n. ꝙ isti nulla arma haberent, quamquam aliqui alii de Israelitis haberẽt arma. Hoc patet, quia dr̃ hic, in manu totius populi, qui erat cum Saule, & Ionatha. Populus tñ, qui erat tunc cum eis, erant sexcenti viri, quos adduxerant de Galgala in Gabaa, vt patet. s̃. in litera, nec adhuc quisquam alius accesserat ad illos, quoniam seq. cap. dr̃, ꝙ solum
E erant sexcenti viri cũ Saule, & Ionatha tpe belli. Aliqui autem alii de Israelitis absentibus arma habebant, licet rari. Quod erat, quia ista lex, quę vetabat arma Israelitis, erat satis antiqua, vt supra declaratum est. Tunc tamen cum posita est, non fuerunt ablata arma, quę possidebant Israelitæ: illorum tamen plurima per diuturnitatem defecerunt, aut per vsum confracta sunt.

Excepto Saule, & Ionatha filio eius. i. non fuit inuenta lancea, aut ensis, nisi in manu istorum.

Dicunt autẽ hebręi, ꝙ miraculose per angelos adducta sunt arma tunc Sauli, & Ionathę. Sed hoc satis fictum est: nam cum aliqui in Israel haberent arma, licet non haberent isti sexcenti viri, qui erant cũ Saule: verisimile est, ꝙ rex, & filius eius haberent arma, quo-

quoniam isti excellentiores cęteris sunt, & saltē si pauca arma essent in populo, ipsi illa haberent.

Egressa est autem statio Philisthijm, vt transcenderet in Machmas. Hic autem vocatur statio ipsa castra Philisthinorum. Statio enim a stando dicitur: & quia tunc castra Philisthinorum manebant, nec progrediebantur in acie, statio appellatur. Sic dicitur, ꝙ percussit Ionathas stationem Philisthinorū.s.in lrã, eo ꝙ illa erat stans in Gabaa. Erant aũt ista castra, vel statio Philisthinorum ante hoc apud Machmas: nam supra dr̄: Porro Philisthini consederant in Machmas. Nunc autē dr̄, ꝙ egressi sunt, vt transcenderent in Machmas.i.exierunt de loco illo, in quo erāt, vt irent vltra Machmas, vel ad ipsum locum, & non intelligitur hoc de illis tribus cuneis, qui egrediebātur ad prædandum, de quibus supra dicitur, sed de ipsis castris totalibus Philisthinorum: nam illi, qui ibant ad prędandum, pauci erant respectu multitudinis infinitæ, quæ manebat in castris eorum.

CAP. XIIII.

ET accidit in quadam die, vt diceret Ionathas filius Saul ad adolescētem armigerum suũ: Veni & transeamus ad stationem Philisthinorum, quæ est trans locum illum.

De temeraria ioratio nis Saulis.

ET accidit. Descripta in superioribus Saulis reprobatione pro diffidētia, & vsurpatione, hic agitur de transgressione eius, quę fuit per temerariam iurationem. Et diuiditur in duo. Primo ponitur iurandi occasio. Secundo ipsa iuratio ibi. *Adiurauit autem Saul.* Occasio autem iurandi fuit Sauli desiderium occidendi omnes hostes, qui miraculose fugerāt timore solius Ionathę, & armigeri sui. Circa quod tria ponuntur. Primo ipsius Ionathę constans audacia. Secundo mirabilis pugna. Tertio pugnæ notitia, secunda ibi. *Et ait Ionathas.* Tertia ibi. *Et respexerunt speculatores.*

Rectus ne sit ordo sequentium ad præcedentia. Quæstio. I.

CIRCA primum de ordine huius ad pręcedētia est dubium.s.an sit hic rectus ordo, vel aliqua permutatio. Respondendum est, ꝙ est rectus ordo: nam pręcedenti cap. dictum est, qũo Philisthini congregati fuerint contra Israelitas fixis castris in Machmas. hic autem agitur de pugna, quam habuerunt Israelitæ contra eos manentibus castris ipsorum in eodem loco. Dicendum quoque est, ꝙ istud pauco tempore accidit post superiora, quasi immediatè: nam dicitur pręcedenti cap. qũo Saul, & Ionathas venerunt de Galgala in Gabaa cum sexcentis viris, & tunc erant castra Philisthinorum in Machmas. Hic etiam dicitur quomodo Ionathas iuerit cōtra Philisthinos manentibus castris in eodem loco. Manifestum est tamen, quòd Philisthini non haberēt castra multis diebus in Machmas, quia dum ibi eēnt nihil faciebant.s.non obsidebant aliquem locum, nec pugnabant contra hebręos: ergo paucum tempus interciderat. Item patet, quia dicitur hic in principio literæ, & accidit quadam die, scilicet dum esset Saul, & Ionathas in Gabaa, quasi dicat, postquā venissent pauco tempore quadam die Ionathas aggressus est, quod habetur hic. Item quia præcedenti cap. habētur exor-

F dia belli.s.quasi quoddam pręludium ad bellum inter Philisthinos, & Israelitas. Hic autem hr̄ de ipso bello, ideo verisimile est, ꝙ pauci dies transirent inter hęc, & illa. *Et accidit quadam die.* s. dum iam esset Saul cum Ionatha, & populo suo in Gabaa accidit quadam die id, quod habetur hic.s.de aggressione Ionathę contra Philisthinos. *Vt diceret Ionathas filius Saul ad adolescentem armigerum suum.* s.dixit ei ea, quę infra habentur de eũdo contra Philisthinos.

Sciendum autem, ꝙ cum Saul tres filios haberet de nullo eorum fit hic mentio, nisi de Ionatha. Quod autem haberet eos patet infra in litera. Forte autem non fit mentio, quia Ionathas erat maior, & vir fortis, atque in armis industrius, vnde ipse fuerat factus dux

G belli, sicut pater suus, cum tradita fuerint duo millia hominum Sauli: & millia Ionathę, vt præcedenti cap. Cęteri adtem fratres non eraat duces, sed militabant sub eo, & sub patre suo, ideo non exprimuntur. Vel aliter dicetur.s. quòd tunc Ionathas erat vir potens in armis: cęteri autē fratres eius etant adolescentes ineapti ad bellum, ideo non etant hic cum istis viris, nec nominantur in pugna. postea autem in fine regni Saulis in vltimo bello, quod habuit contra Philisthinos in quo, & mortuus est, nominantur filii eius: nam dicitur, ꝙ Saul, & tres filii eius pugnabant, & occisi sunt a Philisthinis, infra 31.c. Tunc autem erant iam viri fortes: cum ab hoc tempore, vsque ad illud fluxissent fe-

H re 19.anni Saule regnante 20.annis. Sed adhuc primũ horum verius est: nam infra 31.c. non nominant̄ filii Saulis solum, quia bellatores erant, sed vt cognoscatur, ꝙ perierint in bello cum patre suo, in aliis aũt bellis de Ionatha solum fit mentio. *Veni & transeamus ad stationem Philisthinorum.* Idest ad castra eorum, quę vocantur statio, quia tunc stabant, scilicet non procedendo ad bellum.

An Ionathas peccauerit solus eundo ad castra Philisthinorum, & exponendo se periculo. Et qũo Deus homines multipliciter mouet. Quæst. II.

I QVAERET aliquis qũo Ionathas ausus est ire ad castra Philisthinorum solus, & an peccauerit hoc faciendo. Vr̄ primo, ꝙ peccauerit: nam nemo debet se exponere sponte in manifesto periculo: nam sicut peccatum est, ꝙ tradat se quis ad mortem, vel seipsum occidat, ita etiā ꝙ exponat se illi periculo, de quo verisimiliter euadere nō potest: sic autem erat, ꝙ Ionathas iret ad pugnandum ꝯ oēs Philisthinos cum esset exercitus infinitus, vt patet pręceden.c.s.30.mille curruum, & sexcenta millia equitum, ergo peccabat eundo.

Item non valet si aliquis dicat, ꝙ faciebat confidēs Dei misericordiam: nam tentare Deum videtur, q exi-

K stens extra periculũ immiscet se illi periculo, de quo nullo modo creditur euadere, nec potest, nisi Deus eũ eripiat, sed tentatio Dei vetita est. Matth.c 4.s. Nō tentabis dominum Deum tuum, & Exod.16.& 17.& in multis aliis locis increpant̄, & puniunt̄ tētantes Deũ: ergo peccauit Ionathas hoc faciendo.

In contrarium aliquis dicet, ꝙ non peccauit, quia Ionathas hoc egit a Deo inspiratus, sed illa, quę spiritu Dei agitati facimus, etiam si contra legem videantur, recta sunt, quia iuxta Apostolum, qui spiritu Dei aguntur non sunt sub lege, & vbi spiritus, ibi libertas: ergo Ionathas faciens hęc a Deo motus non peccauit.

Item dato, ꝙ non fuisset motus a Deo non inducitur, quòd peccabat: nam ea, quę possunt fieri per homines si aliquis sibiipsi consulens aggrediatur, non videtur peccare: sed alii viri aggressi sunt æque dura,

ra, vt nunc Ionathas aggressus est, & illud animositate,& robore humano explebant. ergo Ionathas nō peccauit hoc faciendo: erat enim Ionathas vir fortis, & animosus valde, quod etiam apparet ex bello pręcedentis capi. Ipse enim cum solis mille viris ausus est irrumpere stationem Philisthinorum, quę erat in Gabaa, & percussit illos. Nemo tamen ante hoc ausus fuerat se erigere contra illam stationem, nec etiā totus Israel, ideo animosus erat. Viderat autem ipse, ꝙ alij viri commiserant admirāda, sicut Samson vir fortis solus aggressus Philisthinorum aciem, & inermis reperta mandibula asini occidit mille viros ita Iudi. c. 15. Sic quoque fuerūt alij viri posteri, qui soli aggressi sunt magnas acies, sicut Eleazarus, qui percussit aciē Philisthinorum ipso solo manente, & fugiente reliquo populo. Cum autem ipse percussisset Philistinos reuersi sunt Israelitę, qui fugerant ad rapienda spolia infra 2.lib.capi.23.& primo Paralipomenon capi. 11. Interdum quoque tres viri soli Dauid irruperunt per omnes Philisthinos, qui erāt in acie, & transierunt in Bethlehem, duxeruntque aquam per medium ipsorū non audentibus Philisthinis repugnare eis, vt eodē c. Alij quoque viri Dauid fuerunt ita fortes, vt vnus eorum solus pugnaret contra trecentos, & occideret eos, ita eod.cap. Ionathas verò, qui erat vir fortis, poterat aggredi similia horum, nec in his videretur peccare. Respondendum est, quòd Ionathas non peccauit, quia a Deo motus est, vt hęc faceret. Cum autem aliquis a Deo mouetur, non solum pugnare poterit contra aciem Philisthinorum, contra quam pugnauit Ionathas, sed etiam contra totum orbem, & non peccabant isti talia aggredientes, etiam si videantut agere, & agant contra communem legem, quoniam a Deo mouentur, qui super legem est, ipsi quoque sup legem sunt, sic ait Apostolus, scilicet qui spiritu Dei agunt, non sunt sub lege. Primo si nolint agere talia, quę videntur esse contra legem, dum tamen sciant se a Deo motos, peccant. Sic patet de Michea propheta, qui posuit parabolam regi Achab, quia dimiserat regem Syrię Benadab viuentem, iste dixit ad socium suum ex parte Dei: percute me, & ille noluit percutere: cui ait Micheas, quia noluisti audire vocem domini, ecce recedes a me, & percutiet te leo: cumque paululū recessisset inuenit eum leo, atque percussit: propheta autem iuueniens aliquem virum dixit ei percute me, & vulnerauit illum, vt patet infra 3.lib.ca.20. Ecce enim propheta fecit hic, quòd percuteretur ab alio gladio, & tamen manifestum est, quòd de lege communi erat hoc peccatum, quòd quis procuraret occidi, vel mutilari: ipse tamen non peccauit hoc faciendo. Sed quod amplius est ille vir primus, qui noluit eum percutere percussus est a leone in pęnam: nam sic dixit ei propheta, quia noluisti audire vocem domini. ecce recedes a me, & percutiet te leo. Manifestum est tamen, quòd alias peccaret iste vir, si percuteret prophetam, etiam eo iubente: nunc autem è cōtrario peccauit, quia percutere noluit cū ille dixisset sibi in sermone domini, idest ex parte Dei. Sic igitur de Ionatha, dato quòd supra modum communem esset, quòd vnicus vir aggrederetur tātā multitudinē pugnatorum, tamen quia Deus eum mouit ad faciēdū hęc non peccabat, quin potius bene agebat. Quod autem motu Dei egerit apparet, quia totus Israel nō audebat ire contra Philistinos: ipse autem solus confidenter accessit ad castra eorum. Item apparet ex verbis eius, quia dixit ad armigerum suum, veni & transeamus ad stationem incircūcisorum horum, si forte faciat pro nobis dominus, quia non est difficile Deo in multitudine, vel in paucis saluare. Hęc autem verba pertinent ad hominem nimis confidentem in Deo.

A Ista namque egressio nō poterat fieri, nisi ex Dei motu, vel ex magna amentia, & temeritate, sed ista verba non sunt hominis temerarij, & amentis, sed nimis Deo confidentis: ergo Ionathas faciebat hoc motus a Deo. Item patet hoc ex signo, quod accepit Ionathas ad sciendum an deberet pugnare contra Philisthinos vel non, nam dixit ad armigerum, si dixerint ascēdite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos dominus in manibus nostris. Item apparet ex eo, quod secutum est, nam cum ascēdisset Ionathas, percussit Philisthinos, & illi non resistebant ei, sed magis vnus alterum percutiebat, sicut factum est in Madianitis, quando iuit contra eos Gedeon. Iudi.capi.7. ille autem a Deo motus illa fecit, vt patet Iudi.capi.6. ergo de Ionatha eo-
B dem modo dicendum est, quòd Deus eum ad hoc mouerit. Item apparet, quia accedente Ionatha ad castra Philisthinorum factum est miraculum in percussione eorum, vt patet infra, scilicet & factum est miraculum in castris per agros, sed & omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prędiandum obstupuit, & conturbata sunt castra, & accidit quasi miraculum a Deo. Deus tamen non facit miraculum pro stultis, & confidentibus in virtute sua, vt patet Io.9.cap. scilicet scimus autem, quòd peccatores Deus non audit, sed siquis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit, & agitur ibi de operatione miraculorum, quam Deus facit ad preces alicuius, nā dicitur, quòd non facit miracula pro peccatoribus, sed pro viris iu-
C stis, sed pro Ionatha istud miraculum factum est, ergo erat vir iustus, & consequenter non egit ex temeritate, sed ex Dei motu. Sed dicet aliquis in contrarium, quòd non egit motus a Deo, quia tunc certissimus esset Ionathas, quòd Deus traderet Philisthinos in manu eius, & non poneret sibi signum ad sciendum an Deus tradidisset Philisthinos in manu eius, vel nō, posuit tamen, nam dixit ad armigerum suum, ecce nos transibimus ad viros istos, cūque apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos, manete donec trāseamus ad vos, stemus in loco nostro, nec ascēdamus ad eos, si autem dixerint ascendite ad nos ascēdamus, quia tradidit eos dominus in manibus nostris. ergo nesciebat Ionathas an Deus traditurus esset Philisthinos in manu eius, & consequenter non mouebatur a
D Deo. Ad hoc respondetur, quòd Ionathas motus fuit a Deo ad faciēdum hęc, vt dictum fuit. moueri tamē a Deo multipliciter est, nā interdū mouetur aliquis in parte intellectiua, scilicet quando Deus dat ei spiritum prophetię per quem reuelantur incognita, vel si det spiritum scientię aut sapientię, aut cuiuscunque alterius cognitionis: nam non solum Deus potest infundere spiritum propheticum intellectui nostro, sed etiam quemcunque alium habitum intellectus, vel actualem cognitionem, vt declaratum est supra capi. 10. potest etiam moueri homo a Deo in parte volitiua, vt Deus moueat voluntatem alicuius ad aliquid diligendum, vel aliquid facere volēdum. iste quoque
E motus est sicut in intellectu. Et quia omnis motus, quem Deus in anima nostra causat, vocatur spiritus Dei, ponuntur multiplices spiritus Dei in anima nostra, quidam ex parte intellectus, & quidam ex parte voluntatis, vt patet Isa.11.capi. scilicet & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientię, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus sciētię, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Hic enim sunt septem spiritus quorum quatuor pertinent ad intellectum, scilicet spiritus scientię, sapientię, intellectus, consilij: tres tenent se ex parte voluntatis, vel affectus, scilicet spiritus fortitudinis, & pietatis, & timoris. Cum ergo per omnes hos spiritus homo a Deo moueat, poterat Ionathas moueri a Deo

Moueri a Deo multipliciter cōtingit.

ad pugnandum contra Philisthinos per modum voluntatis, vel per modum intellectus. Si per modum intellectus est sensus, quòd Deus reuelauit Ionathę modo prophetico, quòd iret contra Philisthinos, sicut reuelauit Samueli, quòd Saul deberet ire cōtra Amalecitas sequenti capi. Si per modum voluntatis est sensus, quòd Deus inclinaret Ionatham dando ei desiderium magnum eundo contra aciem Philisthinorum, dando quoque magnam animositatem, vt non formidaret eorum multitudinem, & tamen nihil moueret ex parte intellectus, scilicet non reuelando, ꝙ iret, vel non iret. Quod autem talis motus fiat a Deo interdum, patet supra capi. 11. cum Saul audiuit verba virorum Iabes de superbia Ammonitarum: nam dicitur, quod insilijt in eum spiritus domini, & iratus est furor eius nimis: assumensque vtrunque bouem concidit in frusta, & misit in omnes terminos Israel, & sic Deus nihil locutus fuit ibi Sauli, sed immisit ei quoddam robur, & animositatem, vt non formidaret Ammonitas, & iuberet Israelitis sub interminatione venire ab bellum. Nunc autem cōsiderandum, quòd q̄quam vterque motus istorum fit a Deo: semper tamē sunt manifestiores motus ex parte intellectus, quam ex parte voluntatis, scilicet quòd certius nobis indicant an a Deo moueamur, vel non: nam cum alicui reuelatur a Deo, quòd faciat tale, vel tale non potest dubitare, quin illud a Deo sit, quia impressiones propheticę sunt nimis fortes, & manifestatiuę eius, a quo sunt. Cum autem Deus mouet aliquem ex parte voluntatis, scilicet inclinando eum ad aliquid, quamquā credat se aliqualiter a Deo moueri, tamen nō est hoc sibi penitus manifestum: ita autem de Ionatha dicendum est, quòd ipse fuit a Deo motus per modum volūtatis, scilicet nulla reuelatione facta, vel pręcepto, quòd iret ad castra Philisthinorum, sed dedit ei Deus magnum desiderium ad eundum illuc, maius quidē quam insurgere posset per aliquam humanam affectionem: dedit quoque ei magnam animositatem, vt non formidaret Philisthinos. quia tamen Dei motus per modum voluntatis non sunt penitus manifesti, vt supra dictum est, non constabat plenè Ionathę an Deus eum moueret ad hoc, ideo voluit habere signū manifestatiuum: accepit istud, vt infra dicetur. Nunc autem ad rationes in contrarium pro vtraque parte respondendum est. Ad primam cum dicebatur, quòd ille, qui exponit se manifesto periculo, peccat quia non potest modo humano eripi. Respondendum est, quòd exponere se periculo, nisi aliqua causa subeat, pro qua oporteat periculum suscipi, peccatum est: verbi gratia, quod quis pugnet contra mille aggrediēdo eos est peccatum: si tamen quis obsidetur ab hostibus in aliqua vrbe, quos nequaquam potest euadere, & scit se moriturum si ipse aggrediatur illos, vt pugnando moriatur, vel effugiat, cum aliàs moriturus sit, non peccat, quamquam exponat se 10. millibus viris, quia ille nō propriè se exponit periculo, cum iam esset in periculo. De Ionatha autem aliter dicendum est, scilicet quòd non se exponebat alicui periculo, quia cū Deus eum impelleret ad pugnandum contra Philisthinos dans ei animositatem, manifestum est, quod victurus erat, sed adhuc dato, quòd Ionathas sciret se moriturum in bello, si tamen Deus mouebat eum ad hoc, & ipse certissime sciret, tenebatur ire ad bellum, & nō peccabat exponendo se manifestę morti: quin potius peccaret, si non se exponeret. Ad secundam rationem cum dicebatur, etiam si Ionathas confidens in Deo hoc ageret, non licebat ei, quia videbatur tentare Deum exponens se periculo. Respondendum, quòd si Ionathas non fuisset motus a Deo ad faciendum hoc, non licebat ei ex confidentia Dei illud

Qñ quis peccat exponēdo se periculo.

F agere, quia magis est ista temeritas, quam confidētia, & tentatio Dei: cum enim quis cognouit Deum velle aliquid etiam si periculosum ei sit, non debet formidare quin aggrediatur, si tamen non nouit, aut ipse est constitutus in periculo ex necessitate, aut sponte se exponit. Si primo modo debet homo confidere in domino, & exponere se quibuscunque terribilibus. Hoc autem, quia ipse non se exponit tunc, sed quia iā expositus est. Si autem secundo modo, scilicet si spōte se exponat, non licet alicui se exponere rei, quę supra vires suas est, quantumcunque in domino confidat: immo quanto magis hoc modo confidat tanto grauior temeritas est, & coincidit cū tentatione Dei.

G De Ionatha autem dicendum, quòd ipse mouebatur a Deo, ideo nō tentabat eum, quamquam maioribus se exponeret. Ad alias etiā rationes probantes, quòd Ionathę hoc licuerit, etiam respondendum est. Ad primam cum dicebatur, quòd fecerit hoc motus a Deo concedendum; ideo ex hac parte licuit, sed nequaquam aliter. Ad secundam, cum dicebatur, quòd etiam si Ionathas a Deo non fuisset immutatus non peccabat, si viribus humanis hoc aggrederetur, dum Samson fecerit similia. Respondendum, quòd licuit Ionathę facere hoc, vt dictum est, sed non viribus humanis, nec valet comparatio de Samsone. Primo quia Samson non fecit hoc aggrediendo, sed se defendendo, quod patet, quia contribules sui ligatum eum duxerant ad Philisthinos, qui illum occidere volebant

H pro dāno, quod intulerat terrę eorum. Cùm ergo se videret mortem certissimam expectātem, nisi aliquid viribus suis ageret, inuasit Philisthinos, & occidit mille de eis. Ionathas autem non faciebat hoc aliqua necessitate compulsus, nec erat in aliquo periculo positus, sed sponte iuit ad Philisthinos, non licebat ergo ei hoc nisi Deus ad ista eum mouisset. Secundo est differentia inter Ionatham, & Samsonem, quia Samson egit hoc a Deo inspiratus, vt patet Iudi. capi. 15. scilicet qui cum venissent ad locum maxilię, & Philisthini vociferantes occurrissent ei, irruit spiritus domini super eum, & sicut solent ad odorem ignis ligna consumi, ita & vincula quibus ligatus erat dissipata sunt,

I & soluta: si ergo Ionathas non fecisset hoc motus a Deo, non habebat similitudinem cum Samsone. Tertiò est differentia inter eos, quia Samson habebat vires humanas super omnem humanam ęstimationē: nam non solum tunc mandibula asini vtens occidit mille viros, sed etiam alia magna virtutis opera aliàs fecit, quod adhuc maius robur attestātur in eo, sicut cum esset in vrbe Gaza, & clausissent ei Gazenses portas vrbis, vt non posset per noctem recedere, surgens nocte arripuit vtranque portam vrbis cum sera sua, & imponens humeris duxit vsque ad quendam montem excelsum longe distantem ab vrbe, vt Iudi. 16. Hoc autem maioris roboris signum est, quam solitarium 10. millia virorum occidisse. nullus enim vn-

K quam mortalium tanti roboris opus fecisse cēsetur. Ionathas vero erat vir fortis, & animosus, sed robur Samsonis nequaquam erat comparabilis, ideo ēt si talia aggrederetur vt Samson confidēs viribus suis, temeritatis erat in Ionatha, quòd aggrederetur talia, ergo non egit viribus suis confidens, sed a Deo immutatus. Ad tertiam rationem, cum dicebatur, quòd Eleazarus vnus de viris Dauid pugnauit solus cōtra aciem Philisthinorum. Respondendum est, quòd nō est simile, quia ille non egressus est solus ad pugnandum, sed cum magno exercitu Israel. Postea autem fugiente toto Israel Philisthinos ipse relictus est solus, & pugnauit contra totam aciem Philisthinorum solusque fugauit omnes Philisthinos, & deinde Israelitę, qui fugerant venerunt ad capiendam prędam

infra

infra 2.lib.capi.23.& primo Paralipo.capi.11.Hoc autem sibi licuit, quia non se exposuit solus periculo, sed cum toto Israel. Cum autem iam esset in periculo ceteris recedentibus viriliter fecit, quod potuit, quod non erat temerarium, sed laudabile. Ad quartam rationem cum dicitur de tribus viris fortibus Dauid, q transierunt per mediam aciem Philisthinorum pro aqua in Bethlehem. Dicendum quòd ista magna animositas fuit, & sic laudantur tanquam nimis animosi præalle.capi.temerarium tamen quodammodo fuit, quia exposuerunt se periculo supra rationem, quod Dauid considerans noluit bibere aquam, quam tulerant, sed libauit eam domino infra 2.lib.capi.23.s.at ille noluit bibere, sed libauit eam domino dicens, ꝓpitius sit dominus ne faciam hoc: num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarum periculum bibam. Sed quomodocunque sit, isti non erant ita temerarij, vt Ionathas: tum quia isti erāt tres, Ionathas autem erat vnus, nam armiger suus, qui præcedebat eum magis portandorum armorum gratia præcedebat, quam pugnandi, tum quia isti erant viri fortissimi inter omnes, qui fuerunt tempore Dauid, & forte Ionathas non çquiparabatur alicui eorum in robore, tum quia ista acies, contra quam ibat Ionathas, erat maior, quam illa, contra quam procedebant tres viri, nam nunquam tantus exercitus cōgregatus fuisse legitur, vt declaratum est præcedenti capi.

Ad vltimam rationem, cum dicebatur de illo, qui pugnauit contra trecentos, & occidit eos. Dicendum quòd iste vir fortis erat, non constat tamen an ipse ꝓuenerit, vel preoccupatus fuerit. Si præuentus fuit ab illis, nulla temeritas extitit viriliter egisse quęcunque potuerit. Si autem ipse preoccupauit, temerarium aliqualiter videtur, nisi forte illi essent viri nimis ignaui ad bellum, ipse autem esset expertissimus atque robore opinatissimus. Patet ergo ex dictis, quòd Ionathas hoc egerit motu Dei.

Quæ est trans locum illum. Demōstrauit hic Ionathas armigero suo ad oculum stationis Philisthinorum locum, qui non multum distabat a Gabaa. Erat tamen tunc in Machmas, vt patet infra. Dixit autē Ionathas, quæ est trans locum illum, eo ꝙ statio Philisthinorū non patebat ad oculum: erat namque in quodam plano inter magnos scopulos, & petras vndique prominentes, Ionathas ergo, & armiger eius videbat scopulos, & petra, sed non stationem, sciebat tamen Ionathas ibi esse illam, quia erat in Machmas: locus autem iste erat inter illos scopulos. Per locum vero, quē hic nominauit Ionathas designauit scopulos prominentes, & petras.

Patri autem suo hoc ipsum non indicauit. Scilicet armigero indicauit, quòd vellet ire ad aciem Philisthinorum, patri tamen suo, qui charissimus erat sibi, nō indicauit. Causa est, quia ipse cōceperat animo suo hoc præclarum faciendum, ad quod Deus eum impellebat. Pater autem putaret istam esse magnam temeritatem: vnde non permitteret eum illuc ire, vel forte si permitteret cum eo alios mitteret, quod iam non pertineret ad miraculum, scilicet si multi irent de Israel contra Philisthinos, vel propter aliud, quia Ionathas, licet a Deo instigaretur ad eundum contra Philisthinos, tamen adhuc nesciebat per certitudinem, an Deus vellet tradere illos in manu eius, vnde dederat signum armigero suo, dicens scilicet, cumq; apparuerimus eis si taliter locuti fuerint ad nos, manete, donec transeamus ad vos, stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos: si dixerint ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos dominus in manibus nostris. Nesciebat autem Ionathas an contingeret, quòd Philisthini diceret eis manete, donec transeamus ad vos,

A & tunc nullo facto redirent, quod erat eis aliqualiter verecūdum, scilicet quòd cum aggressi fuissent opus retrocederet, ideo voluit hoc omnibus esse īcognitū. *Porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa.* Potest hoc intelligi dupliciter, vnō modo, quòd Saul moraretur intra vrbem in extremitate eius, scilicet in aliquo loco eminentissimo, & fortè in excelso Gabaa. Nam intra vrbem erat collis magnus, de quo descendebant prophetę, cum Saul introiuit in illam, vt dictum est supra capi.10.& erat ibi ad speculandum si forte quis veniret de acie Philisthinorum. Sed dicetur, quòd nō stat, quia dicitur hic, quòd erat Saul in agro Gabaa: ergo non erat intra vrbem. Respondetur, quòd posset

B dici intra vrbem Gabaa esse aliquam partem terrę habitatoribus carētem, & in illa esse agros, in quibus tunc manebat Saul. Vel potest dici, quòd erat in extrema parte Gabaa, idest in extrema parte vallis Gabaa: nam ille, qui est in territorio alicuius loci, dicitur esse in loco illo: sic patet Iosue capi.5.scilicet cum autem esset Iosue in agro vrbis Iericho, &c.& ibi dicit in Hebręo cum esset Iosue in vrbe Iericho: constat tamen, quòd tunc non erat intra eam: sic ergo, quamquam esset Saul extra vrbem Gabaa, dum tamē esset circa illam, diceretur esse in ea. Erat autem tunc Saul in loco isto, quia cum videret Philisthinos esse plurimos, se autem solum habere sexcentos viros, non poterat obuiare eis: pręcipuè, quia Samuel noluerat consulere dominum pro eo. Sedebat ergo Saul in Gabaa

C videns terrę suę desolationem, & impotentiam suam expectans, si quando Deus misereretur. Deus autem videns afflictionem populi, dedit in corde Ionathę, vt faceret hęc.

Sub malogranato, quæ erat in agro Gabaa. Idest Saul posuerat tentorium suum sub malogranato. Erat autem ibi aliqua malogranatus speciosa, & ardua, sub qua posset regis tentorium collocari. Ex hoc autem apparet melius dicendum, quòd Saul erat extra vrbem Gabaa, quia dicitur hic, quòd erat sub malogranato: nam si esset in vrbe, quamquam ibi esset aliqua malogranatus, non habitaret ipse sub malogranato, sed in aliqua domo, etiam quia dicitur hic, quòd illa malogranatus erat in agro Gabaa, ergo non intra vrbem.

D Vbi autē nos dicimus hic in agro Gabaa, in Hebręo habetur. *In migron.* Et est nomen proprium. Hebręi autem intelligunt, quòd in valle vrbis Gabaa erat aliquis locus dictus migron, in quo tunc fixerat castra Saul, sed ad eundem sensum redit cum litera nostra, scilicet quòd esset Saul in agro Gabaa, qui ager vocabatur migron. *Et erat populus cum eo quasi sexcenti viri.* Scilicet omnes, qui erant cum Saule, erant sexcenti solum. Hoc ponitur ad significandum, quòd erat paruus populus ad resistendum Philisthinis, ideo Saul non exibat in bellum contra eos: reliquus autem populus dilapsus fuerat a Saule, cum adhuc esset in Galgala. Isti vero sexcenti venerant cum eo de Galgala: post hoc autem nemo ad eum venit, quia totus

E populus conterritus erat: vnde reliquorum quidam transfugerant vltra Iordanem in terrā Galaad. Alij autem absconderant se in speluncis, antris, & petris, vt patet pręcedenti capi. Sciendum quòd Ra. Dauid kimhi dicit, quòd erant mille sexcenti viri cū Saule, & Ionatha, nam vult, quòd cum Ionatha erant mille, vt patet pręcedenti capi.cum Saule autem relicti fuerant sexcenti, & quando litera nominat hic sexcētos dicit intelligendum esse de illis, qui manserant cum Saule, vult quoque, quòd Saul, & Ionathas non essent nunc in eodem loco, quia pręcedenti capi.dicitur, ꝙ Saul erat in Bethel: Ionathas autem erat in Gabaa.

Sed hoc non stat, quia istud fuit a principio antequam bellum esset contra Philisthinos, cum tamen Ionathas.

Ionathas percussit stationem Philisthinorum in Gabaa totus populus clamauit post Saulem in Galgala pręcedenti c.& tunc quoque cum reliquis Ionathas descendit in Galgala, & postea ex ipso loco Saul, & Ionathas descenderunt in Gabaa, cum sexcentis viris, & ibi simul manebant, vt patet pręcedenti c.s.& Saul, & Ionathas filius eius, & populus, qui inuentus fuerat cum eis, erat in Gabaa Beniamin. Item e.c. dicitur: cū venisset dies belli non est inuentus ensis, aut lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule, & Ionatha: ergo simul erant in Gabaa. Item patet infra in litera, quia cum vidit Saul turbatam aciem Philisthinorū, dixit: requirite, & videte, quis abierit ex nobis: cūque requisissent repertum est non adesse Ionatham, & armigerum eius: ergo ante hoc cum viris Saulis erat Ionathas, alioquin non dicerent eum abesse. Quod autem dicebat kimhi, ꝙ erant mille sexcenti viri cū Ionatha, & Saule, etiam falsum est, quia hoc pręsupponit, quòd essent diuisi locis, sed simul erant, vt probatum erat. Totus autem populus computatus fuit sexcentorum virorum, vt patet pręcedenti c.s.& recensuit Saul populum, qui inuenti fuerant cum eo quasi sexcentos viros. Respondebit Kimhi, ꝙ hoc fuit antequam congregaretur militia Ionathę ad militiā Saulis: nam de toto populo, qui erat cum Saule solū relicti fuerant sexcenti, sed veniente Ionatha fuerunt mille sexcenti. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia etiam coniuncto vtroque exercitu erant soli sexcenti viri, quia pręcedenti c. dicitur: Non est inuentus ensis aut lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule, & Ionatha, & sic erat iam totus populus: post hoc autē infra in litera dicitur, ꝙ solum erant sexcenti viri, vt patet hic. Ergo tam cum Saule, quam cum Ionatha erant solum sexcenti. Quod autem inducit kimhi p̄cedenti c. potius probat contra ipsum, quia ibi dicitur ꝙ Saul erat in Bethel, & Ionathas in Gabaa, sed pręcedenti c. dicitur quomodo postea venit Saul in Gabaa, ergo saltem iam ibi essent simul: ante hoc tn̄ simul fuerunt, vt dictum est. *Et Achias filius Achitob.* Idest etiam erat ibi in exercitu Achias. Iste autem erat sacerdos. nam dicitur hic, ꝙ portabat Ephod. Etiam dr̄ ꝙ erat de nepotibus sacerdotis magni. Omnes autem filij sacerdotum erant sacerdotes, cum ista officia, & dignitates in veteri testamēto venirēt per progenies. Ponitur autem hic de isto Achia sacerdote propter ea, quę habentur infra. Nam dicitur, ꝙ Saul iussit consulere dominum, & consuluit: ista tamen consultatio sciri debebat per sacerdotes. Dicitur autē iste Achias filius Achitob. Fuit enim Achitob nepos Heli summi sacerdotis, quod patet, quia fuit filius Phinees, vt apparet hic, & frater Ichabod, sed Ichabod fuit filius Phinees, vt patet supra c.4. *Fratris Ichabod.* Hoc refert ad Achitob.s. qui erat frater Ichabod. Et erat maior Achitob: nam Ichabod post mortem patris sui natus est: ipsa quoque mater eius in partus effusione mortua est, vt patet supra c.4. ideo non potuit habere posteriorem fratrem ex eisdem parentibus. Nominatur autem hic Ichabod ad notificandum, quia iste erat famosus ex eo, quod accidit in natiuitate eius. An tamē iste puer superuixerit, non constat: satis enim videret ꝙ non, quia immaturè erupit ab vtero: de quo supra c.4. dictum est. Hic autem non nominatur Ichabod tanquam superuiueret, sed quia famosus fuit, & per eum posset cognosci stirps fratris sui.

Filij Phinees. Hoc refertur ad Achitob, vel ad Ichabod. Vterque enim erat filius Phinees. De Ichabod patet supra c.4. de Achitob patet, quia vocatur hic frater Ichabod: magis tamē videtur, ꝙ iste genitiuus filij, referatur ad Achitob, & non ad Ichabod, quia scriptura nō enarrat hic Ichabod, sed Achitob, q̄a est sermo

F de Achia, qui est filius Achitob. Iste Phinees, de quo hic dicitur, fuit filius Heli summi sacerdotis, & fuit summus sacerdos viuente eo, nam cum Heli fuisset grandeuus non potens ministrare, constituit filium suum Phinees ministraturū, vt ait Iosephus 5. Antiq. Iste autem cum fratre suo Ophni fecerunt scelera multa in sacerdotio suo, propter quę ablatum est sacerdotium de domo Heli, & isti mortui sunt in bello supra c.2. *Qui ortus fuerat ex Heli sacerdote domini.* s. summo sacerdote: nam hic sacerdos per excellentiam accipitur. Erat autem iste Heli de domo Ithamar, ad q̄ non pertinebat sacerdotium summum. Deus tamen transtulit illud de domo Eleazari in domū Ithamar.

G Primus autem de hac domo, qui suscepit sacerdotiū fuit Heli, cui Deus promisit, ꝙ maneret sacerdotium in ęternum in domo sua, tamen propter iniquitatem filiorum suorum impeditum est, vt supra c.2. *In Silo.* Istud potest determinare immediatè dicta.s. ꝙ Heli erat sacerdos in Silo, vel potest referri ad illud verbū ortus fuerat.s. ꝙ Phinees natus fuerat in Silo, & vtrūque verum est: nam ministrabat Phinees in Silo.s. dū ibi pater suus ministrabat. *Portabat Ephod.* s. Achias portabat Ephod. Istud est Ephod summi sacerdotis, cum quo est coniunctum rationale, ita Exo. c.28. Et ponitur, ꝙ portabat Ephod, quia infra dr̄, ꝙ consuluit dominum, sacerdotes autem magni non poterant cōsulere dominum, nisi in Ephod.s. portando Ephod, &

H rationale in pectore suo. Tunc enim dicebatur portare iudicium filiorū Israel in pectore suo, vt patet Exo. c.28. Prophetę autem aliter consulebant, vt declaratū est supra c.10. De isto Achia dicendum est, ꝙ fuerit sacerdos magnus, vel saltem exercuerit hic officium sacerdotis magni, nam portare Ephod ad solum summum sacerdotem pertinebat. Non videtur autem inconueniens dici eum fuisse sacerdotem magnum, sed dicetur, ꝙ Achimelech reperitur post hoc fuisse sacerdos magnus infra 21.& 22.c. Iste autē erat filius Achitob, & non Achię, vt patet supra 22.c. vbi Saul vocauit eum filium Achitob. dici potest, ꝙ Achias fuit summus sacerdos mortuo Achitob: deinde Achias cum non haberet liberos, qui possent suscipere sacerdotiū

I trāsmisit illum in fratrem suum Achimelech, vel potest dici, ꝙ Achimelech, & Achias sunt idem, sicut interdum aliqui habent multa nomina. Vel dici potest aliter.s. ꝙ Achias nunquam fuerit summus sacerdos: portabat tamen ibi Ephod, quia erat filius summi sacerdotis, & ipse iuerat ad bellum, quia forte pater suus Achitob prę senectute nō poterat illuc ire, iuerat aūt ipse illuc ad multa, quę debent facere sacerdotes in bellis, vt declaratū est pręcedēti c. pręcipuè autem ad custodiendam arcam, nam arca tūc in castra venerat, vt patet infra in litera. Sic etiam fecerunt duo filij Heli, nam cum pater eorum esset senex, ipsi iuerunt in bellum, & portauerūt arcam supra c.4. Et quia in bellis soliti erant reges consulere dominum, portauit il-

K luc Achias Ephod, vt consuleret dominum, si opus esset. Mortuo autem Achitob patre eius nō successit ipse in summum sacerdotem, sed Achimelech frater eius, quia forte ille maior erat, vel quia mortuus fuerat ante mortē patris sui. Ex hoc autem apparet, quot fuerunt pontifices de stirpe Heli, quo vsque redijt sacerdotium ad domum Eleazari. Fuerunt enim quinque, vel sex, quorum primus fuit Heli, ad quem promissio facta est de sacerdotio supra c.2. deinde fuit filius eius Phinees, quamquam iste non fuit summus sacerdos post mortem patris, cum ipse mortuus fuerit per vnum diem, vel duos ante patrem, vt colligit supra capi.4. sed ministrauit patre viuente cum ille desijsset ministrare propter impotentiam senectutis. Tertius sacerdos fuit Achitob filius Phinees, & iste mini-

Achias fuerit sacerdos magnus.

ministrauit immediate mortuo Heli, & Phinees, a
quo tempore vſque nunc fluxerunt fere 22.anni ſcili-
cet 20.quibus Samuel dominatus eſt,& quaſi duo an-
ni de regno Saulis. Quartus ſacerdos fuit Achias, ſi
velimus eũ computare, qui nũc portabat hic Ephod.
Quintus fuit Achimelech filius Achitob infra capi.
21.& 22.Sextus fuit Abiathar filius Achimelech infra
c.22.nam ipſe ſummus ſacerdos erat tempore Dauid,
vt 1.Paralipo.c.24.Ceſſauit autem in eo ſacerdotium,
& translatum fuit de domo Heli in Sadoc, qui erat de
domo Eleazari,quod factum eſt in principio regni Sa-
lomonis, de quo infra 3.li.c.2.Si autem velimus dice-
re, quòd Achias de quo hic dicitur non fuit ſummus
ſacerdos,ſed ſolũ gerebat Ephod in bello,erunt quin-
que ſacerdotes de hac linea. *Sed, & populus ignorabat.
quo iſſet Ionathas.* Scilicet quamquam eſſet Ionathas
cum cęteris millitibus in Gabaa, tamen quando iuit
ad ſtationem Philiſthinorum, populus neſciuit hoc,
quia ipſe nemini indicauit,niſi armigero ſuo: nec etiã
patri, vt patet ſupra. *Erant autem inter aſcenſus, per quos
nitebatur Ionathas tranſire.* Ponitur hic diſpoſitio loci,
per quem tranſiturus erat Ionathas, ſcilicet per Phili-
ſthinos, quòd erant ibi loca eminentia nimis, & inter
duos ſcopulos erat tranſitus. Sed adhuc inter ipſos
ſcopulos erant quędam petrę eminentes,ita vt difficil-
limus tranſitus eſſet.vnde non potuit Ionathas tranſi-
re,niſi manibus reptans, vt patet infra In litera.

Ad ſtationem Philiſthinorum. Ideſt ad caſtra illorum,
quę tunc ſtabant, & vocantur ſtatio. *Eminentes petræ
ex vtraque parte.* Scilicet ex vtraque parte aſcenſus.ſ.
quòd eſſent duo ſcopuli altiſſimi: per nullum autem
eorum poſſet quis aſcendere, ſed inter eos erat quidã
locus aliqualiter decliuis, & acerrimus, per quem Io-
nathas aſcendit:iſtę autem petrę ſunt,quę infra vocãt
ſcopuli,& erant duę, ſed inter eas erant alię petrę mi-
nores eminentes. nomina autem iſtarum ponuntur
infra, & erat vna petra harum a parte meridiana ca-
ſtrorum, alia autem ab aquilone, in medio verò erat
quoddam planum,in quo erant caſtra Philiſthinorũ,
& ibi erat locus, qui dicitur Machmas, vt patet infra.
Et quaſi in modum dentium ſcopuli hinc inde prærupti. Ideſt
ex vna parte,& ex altera illius aſcenſus,& ipſorum ca-
ſtrorum erant ſcopuli prętupti. Vocantur autem ſco-
puli lapides nimis erecti, per quos nullus aſcendere
poteſt, & dicuntur ſcopuli quaſi ſpecula a ſpeculãdo,
quia ex ipſo loco poſſunt homines ſpeculari, quę lõ-
ginqua ſunt propter ipſorum altitudinem.Dicebãtur
iſti ſcopuli eſſe in modum dẽtium, quia prominebãt
ſuper reliquas partes planas, ſicut dentes prominent
ſuper planiciem palati. Quamquam tñ iſti duo ſcopu-
li ſolum velut dentes viderentur, reliqua tamen pars
petroſa erat. Dicitur autem prętupti, ideſt nimis rupti
ſcilicet.quia nullam partẽ planam habebant:ſic enim
omnes vię, vel montes acerrimi, per quos difficulter
aliquis tranſire poteſt prętupti vocantur.

Et nomen vni Boſes, & nomen alteri Sene. Ideſt nomina
iſtorum ſcopulorum erãt hęc, ſcilicet Boſes, & Sene:
nam quia nimis famoſi erant nomen ſuſceperant. De
prętuptione huius vię, & acrimonia dicit Ioſephus.6.
Antiquitatum: Erant igitur caſtra hoſtium ſuper ſco-
pulum habentem ſubtiliſſimam longitudinem tri-
bus verticibus acutiſſimis prominentem,ſcopulis per
circuitum euntibus, & quaſi pro pugnaculis inuaſio-
nes pugnantium prohibentibus. Vnde contingebat,
vt cuſtodes minorem haberent ſolicitudinem caſtro-
rum, quia natura locus ille omnibus videbatur eſſe
munitus, & ad capiendum valde difficilis, eo quod
non ſolum aſcendere illuc, ſed etiam accedere diffi-
cile videretur.

Vnus ſcopolus prominens ad Aquilonem. Ideſt de iſtis
A ſcopulis quorum nomina poſita ſunt, vnus erat eleua-
tus contra Aquilonem. Hoc dicitur reſpectu caſtrorũ
ſcilicet Philiſthijm, quòd erat aquilonaris ad ipſa ca-
ſtra. Dicitur autem hic prominens, ideſt eleuatus ni-
mis: in Hebręo dicitur ſtrictus, vel tenuis,& ad idem
redit, ſcilicet quòd erat ille ſcopulus nimis acutus, &
eleuatus.

Ex aduerſo Machmas. Ideſt erat iſte ſcopulus ab op-
poſito ad locum iſtum,& ponitur hic Machmas,quia
erat locus,in quo erãt caſtra Philiſthinorum: ſic patet
pręcedenti c.ſcilicet Porro Philiſthijm congregati
fuerant in Machmas.

Et alter ad meridiem contra Gabaa. Ideſt alius de illis
B duobus ſcopulis erat ad partem meridianam reſpectu
Machmas. Inter vtrunque enim ſcopulum erant ca-
ſtra ſita. Dicitur autem contra Gabaa, non quidem,
quòd eſſet iſte ſcopulus ad partem meridianam Ga-
baa, quia tũc oporteret,quòd ambo illi ſcopuli eſſent
claudentes Machmas,& Gabaa:erat tamen Gabaa ex-
tra illos ſcopulos, quia quando Ionathas venit de Ga-
baa, vt aſcenderet ad caſtra Philiſthinorum tranſiuit
inter illos duos ſcopulos, vt patet ſupra, ſed dicitur, ꝙ
erat cõtra Gabaa reſpectu Machmas, & ſic ſcopulus,
qui reſpiciebat Machmas ex parte meridiana,erat cõ-
tra Gabaa, ſcilicet reſpiciens eam,qui autem reſpicie-
bat ex parte aquilonari Machmas non reſpiciebat ali-
qualiter Gabaa, ideo non dicitur, ꝙ erat contra eam.
Eſt autem iſte locus Gabaa parum diſtans ab vrbe Ie-
C ruſalem, ſcilicet nõ per duas leucas,ideſt per 30.ſtadia
vt ait Ioſephus in libro de bello Iudaico. *Dixit autem
Ionathas.* Hic ponuntur verba Ionathę ad armigerum
ſuadentis ei ſecum ire,& ponentis ſignum. Dicet ali-
quis quare repetuntur hic verba Ionathę ad armige-
rum ſuum, dicẽdum, quòd ſcriptura hoc poſuit,quia
fuit interrupta narratio: nam ſupra dictum fuerat, ꝙ
irent ambo ad aciem Philiſthinorum, & quia imme-
diate ſubiũctum eſt de quibuſdam alijs incidentibus,
& non fuit ibi finitus ſermo, fuit facta repetitio, vt cõ-
tinuẽtur omnia verba Ionathę ad armigerum ſuum.
Ad adoleſcentem armigerum ſuum. Vocatur adoleſcens,
quia forte erat nimis iuuenis, & nondum vocabatur
vir: vnde non duxit eum ſecum pręcipuè, vt adiuua-
D ret ad pugnam, ſed vt portaret arma eius,vel ne ſolus
eſſet,& tamen iſte poſtea occidit multos de Philiſthi-
nis,qui cadebant ante Ionathã, vt patet infra in litera.
Veni, & tranſeamus ad ſtationem incircunciſorum horum. Io-
ſephus dicit, ꝙ Ionathas voluit tranſire ad aciem Phi-
liſthinorum non principaliter ad pugnandum, ſed ad
terrẽdum: nam cum vidiſſent Philiſthini, quòd duo
viri auderẽt accedere ad caſtra ipſorum vbi erat quaſi
infinitus numerus pugnatorum,crederent,quòd hoc
non faciebant quaſi duo viri, ſed totus exercitus He-
bręorum veniebat, & quia ſubito irruerent ſuper eos
putarent, ꝙ iam totus exercitus Hebręorum ſuper
ipſos erat, ideo cum non eſſent parati,fugerent,& tũc
videns exercitus Hebręorum ſuccurreret.Sed an hoc
E intellexerit Ionathas non apparet, ſi enim intendiſſet,
ꝙ exercitus Hebręorum ſuccurreret eis, poſtquã ipſi
turbaſſent aciem Philiſthinorum,reuelaſſet hoc He-
bręis,vt paratiores eos efficeret,nulli tamen hoc indi-
cauit,niſi armigero ſuo. Ideo magis dicendum, ꝙ ip-
ſe mouebatur a Deo ad eundum illuc exiſtimans, ꝙ
Deus vellet facere ſalutem per manum eius: nihil ta-
men aliud intẽdebat, quo res iſta effici poſſet,ſed ibat,
quo ferebatur.

Dixit autem hic Ionathas ad ſtationem incircun-
ciſorum ad ſignificandum opprobrium: nam hoſtes
ex odio inuicem conuitiantur ſibi: Ionathas autem
credebat nullum maius conuitium dici poſſe contra
Philiſthinos, quam quòd incircunciſi erant. Nam

Hebręi

Hebręi habebant circuncisionem pro maximo cultu religionis: cum circuncisio sit pręcipua cęremoniarũ veteris testamẽti: ipsa enim est, quę primo super quẽlibet Iudęũ fit, ipsa quoque ante omnes cęremonias Hebręis data est, nam omnes legales cęremonię per Moysem datę sunt, circuncisio autem ipsi Abrahę quasi quadringentis 30. annis ante cęteras cęremonias, vt patet ad Gala. c. 3. ipsa quoque circuncisio est signaculum, quo solo certissimè distinguitur gens Hebręorum ab alijs gentibus, vt patet Gene. c. 18. & ad Roma. 4. cum ergo maximam laudem Hebręi penes se haberent, quòd circuncisi essent: maximum vituperium putabant esse in gentibus, quòd nõ essent circuncisi, & hoc tãquam pessimũ exprobrabant eis: sic enim Dauid quando maledixit Golię ait: Quis. n. est hic Philisthęus incircuncisus, qui exprobrauit acies Dei viuentis, vt infra c. 17. Et iterum: Quis est iste incircuncisus, qui ausus est maledicere exercitui Dei? *Si fortè faciat dominus pro nobis.* Idest si forte vellet Deus nobis misereri, & tradere hostes in manus nostras. Istud fortè aliquando ponitur, & non signat dubium sicut frequenter vtitur. Aristo. hic autem aliquale importat dubium: Ionathas tamen erat quasi certificatus de victoria, cum Deus eum moueret contra Philisthinos. *Quia non est difficile Deo saluare in multitudine, vel in paucis.* Hoc posuit Ionathas ad dissoluendum dubitationẽ armigeri. diceret enim armiger stultum esse, quòd ipsi soli irent contra tot millia virorum: respõdit Ionathas, quòd ipsi ibant illuc non confidentes de viribus suis, sed Dei adiutorio. Deo autem quando liberare aliquem vult, non est difficillius liberare cum multis, quam cum paucis, scilicet quòd non erat difficilius Deo tradere omnes Philisthinos in manu solius Ionathę, & armigeri sui, quam in manu totius Israel, & è conuerso non erat facilius Deo tradere Philisthinos in manu totius Israel, quam in manu solius Ionathę, quod verum est, quia facile, vel difficile accipiuntur in comparatione agẽtis ad passum secũdum magnitudinem virtutis agentis, & resistentię ipsius passi: nam cum est magna resistentia in passo difficultas est in actione, cum verò minor resistentia est, est minor difficultas, & sic secundum comparationem harum duarum virtutum agentis, & passi: si autem aliquando reperiatur, quòd passum ad agens nullam habet resistentiam, nullus erit ibi gradus difficultatis. Ex quo inferuntur duę conclusiones.

Facile, & difficile ex quibus insurgunt.

Prima est, quòd nulla est actio naturalis, in qua non sit aliqua resistentia: nam quantumcũque sit aliquod agens potentissimum in natura, & sit aliquod patiẽs paruæ potentię, necesse est aliquem gradum resistẽtię esse, qui quantumcunque passum sit paruę resistẽtię alicuius tamen est, & quantumcunque agens naturale sit magnę potentię, necesse est esse potentię finitę, quia inter quęlibet duo finita necesse est reperiri aliq̃ proportionem habitudinis, siue rationalem, siue irrationalem, ideo necesse est, quòd cuiuslibet patientis naturalis ad quodlibet agens sit aliqua resistentia secundum habitudinem virtutis agentis, & virtutis ipsius passi.

Secunda conclusio est, quòd impossibile est in operationibus aliquam esse Deo difficiliorem alia, sed necesse est omnes esse ęqualiter faciles, scilicet quòd non est Deo difficilius totum orbem simul disperdere, vel omnia de nouo creare, quam occidere muscã, quamquam ex parte rerum secus sit, vt patet, quia quodlibet istorum, quod fieri potest habet aliquam resistentiam, & non est ęqualis in omnibus, quia secundum maiorem, vel minorem virtutem passi est maior, vel minor resistentia: comparando tamen ista, quę fieri possunt ad Deum non reperitur inęqualitas resistentię: nam vt dictum est, ita habitudo consurgit ex comparatione virtutis passi, & agentis, virtus autẽ Dei est infinita, quęlibet autem resistentia rei agibilis est finita: finiti autem ad infinitum nulla est comparatio, nam semper proportio dicit aliquam habitudinem determinatam. si ergo nulla res potest habere aliquam comparationem ad diuinam virtutem, nullam habet resistentiam, quia istud præsupponit, quòd quęlibet res haberet aliquam resistentiam ad Deum, secundum, quam reperiretur magis, & minus, sed ablato positiuo aufertur magis, & minus, sicut illa res, quę nigra est nõ est magis alba, vel minus alba, quam aliqua alia, ita cum nulla res habeat resistentiam, respectu Dei non poterit aliqua habere maiorem, vel minorem resistentiam.

Item quęlibet resistentia alicuius passi naturalis cõparata ad diuinam virtutem exceditur ab ea in infinitum, sed vnum infinitum non est maius alio, ergo nõ dicemus, quòd vna res magis exceditur a Deo, quam alia secundum aliquam proportionem, sed quęlibet in infinitum exceditur. non ergo erit aliqua operatio difficilior Deo, quam alia, vel aliqua facilior.

Ex his autem inferũtur tria corollaria, primum est quodcunque aliquod agens naturale magnę potẽtię sit, & passum sit paruę potentię: necesse est operationem esse in tempore, scilicet cum successione. Causatur enim successio in operatione, & resistentia passi ad agens, quia virtus agentis non potest attingere ipsum passum qualiter vult, quia illud resistit. Apparet autem hoc, quia quanto aliquod passum maioris virtutis est in resistendo, operatio tardius finitur, & quãto est minoris virtutis in resistendo tanto operatio velocius fit: vnde si veniretur ad agibile, quod nullius omnino resistentię esset, illud sine successione posset fieri, scilicet in instanti, & si aliquod passum esset infinitę resistentię, necesse esset, quòd illud nũquam posset fieri. Apparet ergo resistentiam passi esse causam successionis in opere, hoc idem dicit Aristo. 4. Physi. arguens de vacuo, & dicens, quòd si daretur aliquod vacuum, motus fieret in instanti, quia in vacuo nihil est, quod resistat ipsi rei motę. Fit ergo successio in motu, & in qualibet operatione ex resistentia passi, sed sic est, quòd in naturalibus agẽtibus, & passis nulla actio est, in qua non sit resistentia, vt supra probatũ est, ergo non erit aliqua actio possibilis sine successione quantuncumque sic sint magna agentia, vel parua passa. est tamen differentia maioris, vel minoris successionis secundum varietatem resistentię.

Agens ... turale agit ... tempo...

Secundum corollarium, quòd necesse est omnem operationem diuinam esse in instanti, nam successio fit in operatione ex resistentia passi, vt dictum est, sed nulla res agibilis habet aliquod gradum resistentię ad virtutem diuinam, cum virtus Dei excedat in infinitũ virtutem cuiuslibet rei, ergo in operatione Dei nulla resistentia est, & consequenter nulla successio propter, quod omnis operatio Dei est in instanti, vt creare, mortuos suscitare, & quęlibet alia agere. Ob hoc etiam non potest Deus agere aliquid eorum, quę substantialiter requirunt successionem, & ordinem temporis: vnde non potest loqui, non potest mouere lapidem de loco ad locum successiuè, & sic de similibus, de quibus magis declaratum est Exo. capi. 23. & Deutero. 28. & Iosue, capi. 11.

Ois op... tio ... est inst... nea, & q... re.

Tertium corollarium est, quòd vnum miraculum nunquam est maius alio: nam maioritas operationis accipitur ex duobus secundum, quòd ipsa operatio est in duobus, scilicet in virtute agentis, & in virtute passi resistentis. Quantum ad hęc ergo attendetur primò quãtum maioritas, vel minoritas operationis, ad virtutem actiuam: illa enim, quę a maiori virtute fiunt,

ſiunt, cęteris paribus dicimus eſſe maiora. Secundo quantum ad reſiſtentiam paſſi, ſcilicet quòd illa operatio eſt maior, quę fit contra maiorem reſiſtentiam paſſi: ſicut glorioſior eſt victoria, quę de fortioribus hoſtibus obtinetur. Iſta tamen duo ſunt ęqualia in omnibus miraculis, ergo nullum miraculum eſt maius alio. Patet hoc primo quantum ad potentiam actiuam, quia omne miraculum requirit infinitam Dei potentiam, nec eſt aliquod qualecunque illud ſit, ꝙ a minori, quam ab infinita potentia fieri poſſit: nec eſt aliquod quantumcũque illud magnum ſit, quod requirat aliquid vltra infinitam potentiam, omnia ergo ęqualia ſunt ex parte potentię agentis. Secundo ſunt ęqualia ex parte reſiſtentię, ſcilicet quia nulla res, quę per miraculum fit, habet maiorem reſiſtentiam, quam alia: nam, vt ſupra probatum eſt, nulla res habet reſiſtentiam reſpectu Dei, qui eſt potentię infinitę, ergo nulla res per miraculum factibilis magis reſiſtit diuinę potentię, quam alia: ſunt ergo omnia miracula inter ſe ęqualia quantum ad omnem modum: nos autem dicimus aliquod miraculum eſſe maius, alio inquantum maioris vtilitatis eſt, vt quòd Deus liberet mille homines a morte, vel liberet vnum, vel inquantum in re maiori fit, vt quòd Deus aliquem a mortuis ſuſcitet, vel quòd cęcum videre faciat. Secũdum rem tamen ęqualia ſunt, ideo rectè dixit Ionathas: Non eſt difficile ſaluare Deo in multitudine, vel in paucis. Nos tamen vulgariter loquentes diceremus maius eſſe miraculum, ſi Deus liberaſſet Ionatham, & armigerum ſuum ſolos pugnantes contra ſtationem Philiſthinorum, quam ſi liberaſſet mille viros. Iſta autem verba accepit Iudas Machabęus ad exhortationem ſuorum, quando pugnauit contra Macedones, qui multi erant. 1. Machabę. c. 3. ſcilicet & ait Iudas: facile eſt concludi multos in manu paucorũ, & non eſt differentia in conſpectu Dei cęli liberare in multis, vel in paucis, quoniam non in multitudine exercitus eſt victoria belli, ſed de cęlo eſt fortitudo.

Dixit ei armiger: fac omnia, quæ placent animo tuo. Vidit enim armiger, quòd rectè loquebatur Ionathas, ideo etiam ipſe ſperauit in domino, & voluit illuc ire. Dixit autem, quæ placent animo tuo, ideſt quæ placent tibi. Nam iſtę affectiones non denominant animam, vel partes compoſiti, ſed ipſum compoſitum, iuxta Ariſto. 1. de Anima, qui dicit animam triſtari dicit eã texere, & ędificare. q. d. ſicut non dicimus, quòd anima texit, vel ędificat, ita non debemus dicere, quòd anima gaudet, vel triſtatur, ſed homo. Scriptura tamẽ vtitur iſto modo loquendi vulgari ſæpe in veteri teſtamento, vbi eſt locutio ruſticior, aliquãdo etiam eſt in nouo, vt patet ad Gala. c. 5. ſcilicet ſpiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis: caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus aduerſus carnem. Neuter tamen horum aliquid concupiſcit contra alterum, ſed eſt intelligendum, vt declarauimus Deute. capi. 12.

Perge quò cupis, & ero tecum vbicunque volueris. Animoſus enim iuuenis erat iſte, qui non formidabat totam aciem Philiſthinorum, cum non immutatus fuiſſet ipſe a Deo, ſed ſolus Ionathas. Ex amore tamen nimio faciebat, diligebat enim Ionatham, ſicut animũ ſuum, ideo gratiſſimum erat ſibi eum quocunque euntem comitari, etiam in mortem certiſſimam: eſt enim dilectio fortior omni paſſione ipſamque mortem contemnit. Sic patet Cant. c. 8. ſcilicet: Fortis eſt, vt mors dilectio, dura ſicut infernus ęmulatio, lampades eius lampades ignis, atque flammarũ, aquæ multę non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Hoc autem omni amori vero propriũ eſt, ſiue amor honeſtus, ſiue libidinoſus ſit. de hoc Seneca in tragœdia 5. cuius titulus eſt Hippolytus, de quo declarabitur infra 2. li. c. 13. *Et ait Ionathas: ecce nos tranſibimus ad viros iſtos.* Hic ponuntur verba ſigni, ꝙ Ionathas armigero ſuo expoſuit. ſ. tranſibimus nunc ad viros. ſ. ad Philiſthinos, qui ſunt in caſtris, & reſpiciemus verba huius ſigni.

Quare Ionathas dixit ſignum armigero ſuo.
Quæſt. III.

QVAERET aliquis quare Ionathas expoſuit ſignum iſtud armigero ſuo. Reſpondendũ eſt, ꝙ fecit, vt eum audaciorem faceret, & ſibi concordem: Ionathas enim conſideraturus erat apud Philiſthinos habitudinem eorum, & ſi ipſi dicerent ei: aſcende ad nos, propoſuerat aſcẽdere, & ſi dicerent: mane in loco tuo: propoſuerat non aſcendere. Nunc autem poterat accidere, ꝙ armiger videns multitudinem Philiſthinorum, ꝗq̃ ante hoc animoſus extiterit, terrore concuteretur, & nollet cõſiſtere: vnde perturbaret Ionatham ab incepto opere effęminans animum eius fuga ſua, vel hoſtibus audaciam ſubminiſtrans contra Ionatham: ne ergo hoc eueniret confortauit eum Ionathas prius, dicens: ſi dixerint: Aſcendite ad nos, aſcendamus, quia tradidit eos dominus in manibus noſtris. ſic enim & antiquis Iudæis mos fuit, vt quando bella inituri erant, enarrarent ſubiectis ſuis aliqua a Deo, vel ſi ſomnia accepiſſent. Sic patet de Iuda Machabæo, quando pugnaturus erat contra Nicanorem: vidit per noctem apparẽtem ſibi Oniam ſacerdotem, & Ieremiam prophetã, qui dederunt ei clypeum miſſum a Deo. Iudas autem commilitonibus ſuis nocturna viſa narrans ad bellũ alacres reddidit. 2. Macha. c. 15. fecit etiam hoc Ionathas, vt ſibi faceret concordem iuuenem: nam cum accederent ad caſtra Philiſthinorum, ſi Philiſtini dicerent, manete donec tranſeamus ad vos, Ionathas propoſuerat non aſcendere: poterat autem accidere, ꝙ iuuenis, qui erat animoſus aſcendere vellet, & ſic diſcordarent ſibi: cum autem dixit ei hoc Ionathas: iam non dubitabat armiger, qualiter agendum foret ad omnem euentum. Item expoſuit Ionathas ſignum ad tollẽdum ruborem: nam veniente eo ad Philiſthinos, ſi dicerent: manete donec tranſeamus ad vos: Ionathas non erat aſcenſurus, putaret autem armiger, ꝙ hoc faciebat præ timore deſiſtens a claro facinore incępto, ideo eum deſpiceret: abſtulit autem Ionathas iſtud opprobrium prænuncians ei ſignum, nam tunc dato, ꝙ eueniret, Ionatham non aſcendere ad caſtra Philiſthinorum, armiger non putaret hoc factum ex timore, ſed propter ſignum datum.

An peccauerit Ionathas ponendo iſtud ſignum, & quando liceat homini iudicare per ſignum, & omen, & auguria, & quando non. *Quæſt.* IIII.

QVAERETVR vlterius an iſtud ſignum, ꝙ accepit hic Ionathas tanq̃ prænunciatiuũ victoriæ, eſſet licitum. Et videtur, ꝙ nõ, ꝗa Deus prohibuit incantatores augures diuinos phytones, maleficos, ariolos, & omnia huiuſmodi: Deut. 18. & Leui. 19. c. ſed ſignum hic datũ eſt huiuſmodi, ergo illicitũ eſt. Item Deus vetuit hebræos ſequi vias Chananæorum, vt eſt Leui. c. 18. ſ. Iuxta cõſuetudinem terræ Aegypti, in qua habitaſtis nõ facietis, & iuxta morem terræ Chanaã, ad quã introducturus ſum vos non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis. generaliter ẽt Iudæis vetuit ſeq̃ ↄſuetudinẽ gentium: ſic Iere. c. 10. ſ. Iuxta vias gentium nolite diſcere, & a ſignis cœli nolite metuere, ſed gẽtes obſeruabant

uabant huiusmodi auguria in verbis, ergo nō debuerunt Iudęi obseruare. Item omne illud, quod nullam omnino habet efficaciam, si obseruetur est superstitiosum. omnis aūt superstitio fugienda est a Dei cultoribus, quia videtur aliqualiter redire in idolatriam, sed ista verba habent quandam superstitionem, ergo non erat tale signum obseruandum, nec ponendum. Quod aūt sint superstitiosa, patet quia Ionathas dixit, ꝙ si Philisthini dicerent, ascendite ad nos: Deus tradiderat eos in manu illius, ideo ascendendū erat. Si aūt dicerent: manete donec transeamus ad vos: nō tradiderat eos Deus, ideo non erat ascendendū. Manifestū tn̄ est, ꝙ ista verba. s. Ascendite ad nos, secūdum se nō habent aliquam efficaciam ad conferendū victoriā, & ista verba: Manete donec transeamus: non habēt efficaciam ad prohibendum victoriam, quia res nō accipiunt existentiam a verbis, sed potius verba accipiūt veritatem a rebus, iuxta Aristote. primo Perihermę. s. ab eo, ꝙ res est, vel nō est, oratio vera, vel falsa dicit. Et dato, ꝙ ista verba haberent aliquam efficaciam ad conferendum victoriam, vel prohibendum: nihil magis istud verbum ascendite cōferret illam, q̄ istud verbum, manete, per quod Ionathas intelligebat prohibitionem. Item dato, ꝙ non accipiantur hic ista verba tanquam habentia efficaciam ad habendum victoriā, vel auferendū, sed solum tanq̄ signa: non ponuntur conuenienter signa, quia hic innuitur, ꝙ per istud verbum ascendite ad nos significabatur, ꝙ Deus tradiderat Philisthinos in manu Ionathę, & per istud verbum manete significabatur, ꝙ non tradiderat: nullum tn̄ maiorem ordinem habet vnum verbum istorum ad Deum ad significandum victoriam quam alterū. In contrarium videtur, ꝙ istud signum fuerit licitè positum, quia alioquin vituperaretur Ionathas, quia quęsiuit augurium, tamen nō culpatur. Item apparet hoc, quia si Ionathas fuisset hic superstitiosus nimis offendisset Deum, quia superstitio est quędam pars idolatrię, & tunc Deus non concessisset ei victoriam, concessit tn̄, quia cum accessisset ad Philisthinos, & ipsi dixerunt: ascēdite ad nos: dixit Ionathas ad armigerū suum: ascendamus, tradidit. n. Deus eos in manus Israel. Et factum est sic. Et sequitur ibidem, ꝙ Deus fecerit miraculum: ergo non fuit illicitum istud signū, quia tunc Deus non fecisset miraculum pro eo, cum pro peccatoribus non faciat miracula: Ioan. c. 9. Potissimum in eo actu, in quo peccant. Item alia signa reperiuntur similia in scriptura, quę nequaq̄ culpant: ergo istud non fuit culpabile. Patet hoc de Eliezer seruo Abrahę, qui dixit, ꝙ si puella à qua peteret bibere propinaret ei, & diceret: Quin, & chamelis tuis potum tribuam, Deus direxerat viam eius, alioquin non ita Gene. 24. c. Illud tn̄ a nemine dr̄ illicitum, ergo nec istud. Rn̄dendum est, ꝙ quidam Hebręi dicūt, ꝙ omnis diuinatio, vel augurium, quę non est sicut diuinatio Eliezer, vel Ionathę est illicita, sed non dant rationem huius, nec etiam distinguunt aliquem diuinationis modum, in quo aliquid sit licitum, & aliquid illicitum, fundamentum tamen suum fortè videtur, qa reperiūt generalem prohibitionem auguriorū in scriptura, & ista duo non reperiūt reprobata. Sed hoc nihil est, quia non constat ea esse auguria, nec ipsi tāgunt radicem, propter quam licita sunt. Ra. Dauid Kimhi dicit, ꝙ auguria, quę considerantur in animalibus, & in auibus sunt illicita, vt siquis dicat, quia vidi talem, vel talem auem ad dextram, vel ad sinistram, aut in tali, vel tali loco bonum, aut malum euenturū est. sic etiam siquis consideret in ędificandis domibus, vel faciendis vestibus, vel in similibus aliqua auguria, sunt illicita, & ista vetat scriptura, si tamen consideret in verbis, quę aliquis ponit ad seipsum incitā-

Respō. hebrȩorum.

F dum ad aliquid non est illicitum, sic fuit de Ionatha qui proposuit sibi istud signum, vt se confortaret ad ascendendum contra Philisthinos, ergo licuit sibi. Sic etiam generaliter dicit de omnibus alijs, ꝙ licet eis attendere auguria, quę sunt in verbis. Sed iste nimis errauit a veritate sacrę Scripturę superstitionem astruēdo, quam scriptura nimis prohibet, sed nil mirum, qa omnes Iudæi sunt valde superstitiosi. Non stat autem hoc, quoniam si ista verba aliquam efficaciam haberent, vel determinata essent ad significandum hoc vel illud, licitū esset nobis obseruare auguria, sed auguratores vtuntur verbis ad significandum opposita, cum ipsa non habeant vim ad significandum aliqd

G horum, ergo superstitiosum est illa obseruare. Item nimis errat cum dicit, ꝙ non est licitum obseruare auguria in animalibus, vel auibus, & est licitum obseruare in verbis. nam sicut animal esse ante, vel retro ad dextram, vel sinistram, & esse tale, vel tale non magis significat bonum, q̄ malum, quia de se non determinatur ad aliquod horum, ita ꝙ talia, vel talia verba quis audiat ad bonum, vel malum nostrum nihil cōferunt, nisi detur ratio differētię, quę est impossibilis. Quin potius è contrario, qm̄ si augurijs vti liceret, & aliquid ꝓdesset, magis tn̄ in auibus, & animalibus ista obseruari deberent, q̄ in vocibus humanis, nam aliquod signum certius est inquantum in seipso magis determinatum est, naturalia aūt entia sunt in se deter-

H minata, entia autem libera non habent determinationem, ideo magis accipiendum est signum ex naturalibus, q̄ ex liberis, propter hoc aūt conuenienter ꝑ motum cęlestem iudicantur pluuię futurę, vel siccitates, & nemo hoc improbat, quia corpora cęlestia sunt entia pure naturalia, & determinata ad vnum, sic etiam per ea, quę apparent in corporibus humanis iudicamus ęgritudinem, vel sanitatem, nō solum, qn̄ insunt, sed etiam, qn̄ futura sunt, eo ꝙ ista sunt purè naturalia, quāto ergo aliquid magis accesserit ad esse pure naturale, tanto magis determinatum erit, sed motus animalium brutorum magis accedit ad ipsam naturam, quam voces humanę, eo ꝙ voces procedūt immediatè a principio liberrimo. s. a voluntate, mo-

I tus autem animalium procedit ab eorum affectione, & inclinatione naturę, ergo certius signum accipi potest ab animalibus, q̄ a vocibus humanis, nam quędā animalia sunt, quę secundum certitudinem aliquid signant, sicut voces clamorosę cornicum pluuiam breuiter venturam signant, quod sic semper accidit: exitus ēt delphinorum in mari ad partem superiorē, & clamor mergulorum ad littora ꝯfugiētium nautis certissimū signum est instantis tempestatis, si igitur liceret inqrere auguria in vocibus, magis liceret inquirere in motibus aīaliū, & sic errauit iste ꝯ naturā. Itē errauit ꝯ scripturā, vetuit enim scriptura Iudęis suscipere mores gentiū, & cum hoc intelligat præcipue q̄

K pertinent ad idolatriam, expressit Deꝰ multum ad ea, q̄ ad idolatriam ꝑtinēt, expressit Deꝰ multas species diuinationis incantationis, & maleficiorū de qbus Deu. c. 18. & Leui. 19. & 20. & qa nō poterāt exprimi oēs modi superstitionū, cū quilibet nouos modos inueniat, iō generaliter vetuit Iudæos imitari mores gentium, qnantum ad aliquid, quia gentiles per omnia superstitiosi erant, vt patet Leui. capi. 18. sed obseruare auguria in vocibus erat, de consuetudine omnium gentium, est enim ista quædam species augurij, quæ vocatur omen, apud Romanos autem obseruatio ista tanquam religio habebatur, sicut ponit Valerius Maximus exempla, quædam 1. lib. cap. de ominibus. Erant quoque ista auguria vsitata apud Chananæos, quod patet in rege Benadab, quando victus est a rege Israel, & latuit: cumque venirent nuncij eius ad petēdum veniam pro eo, dixit rex Israel si viuit

uiuit frater meus est, & hoc acceperunt serui regis Benadab pro bono augurio, & dixerunt viuit frater tu⁹. De hoc infra 3. lib. c. 20. s. Et ille ait: si adhuc viuit frater meus est, quod acceperunt viri pro omine, & festinanter rapuerunt verbum ex ore eius, atque dixerũt: viuit frater tuus Benadab. ergo respiciebant Chananæi ad auguria in verbis. Sic etiam patet de Timotheo duce, qui pugnauit ꝯ Iudam Machabæum: ille enim obseruauit tale signum, quale posuit hic Ionathas, vt patet 1. Machab. c. 5. s. & ait Timotheus principibus exercitus sui, cum appropinquauerit Iudas, & exercitus eius ad torrentem aquæ: si transierit ad nos prior, non poterimus sustinere eum, quia potẽs poterit aduersus nos. Si verò timuerit transire, & posuerit castra extra flumen transfretemus ad eos, & poterimus aduersus illum. Chananæi ergo cùm respicerẽt: non licebat Iudæis ista obseruare. Non ergo stat, ꝙ liceat inquirere auguria in verbis. Potissimè non stat ratio Ra. Dauid kimhi, quia ipse dixit, ꝙ licebat poni ista verba ad voluntatem cuiuslibet, vt per illa se excitaret ad aliquid agendum, sicut fecit hic Ionathas, verbi gratia, vt si aliquis diceret; si aliquis homo locutus fuerit mihi taliter in via, ibo ad hostes, & si taliter redibo in domum: nam tunc aut ipse accommodat aliquam fidem verbis his, quæ alius loquitur, & propter hæc aliquid agit, aut nihil curat. Si verò nihil curat de his verbis non confortabit seipsum tanquam aliquid boni habiturum propter bona, quæ dicuntur, & sic erit superfluum ponere aliqua verba. Si autem adhibet aliquam fidem credens, ꝙ auditis talibus verbis prosperabitur, & auditis alijs non aget prosperè, superstitiosus est: qm̃ verba illa cum secundum rem nihil signent, attribuere eis aliquod significatum circa talia superstitiosum est.

Dicẽdum ergo, ꝙ nõlicet alicui respicere ad omẽ, quod in verbis est: fit autem communi modo augurium in verbis dupliciter: Primò modo, qñ quis de aliquo cõsiliaturus est, & expectat deliberationem ex his, quæ audierit a lõge alios clamantes, vt siquis deliberet, an ibit ad bellum, vel ædificabit domum, & sic de similibus, & audit aliquos a longe clamantes inter se, non est, vel non erit: malum est, vel non oportet, & ex hoc sententiam sibi assumit nollens agere, quod consiliabatur, omen est. Vel si prædicta consilians audierit aliquos clamantes, fac cito, vel ita fiet, vel bonum est, aut sic oportet, & ex hoc sententiam accipit in cõsilio, & deliberat, quod prius inquirebat, omẽ est, quod apud antiquos quasi pro religione seruatum est, & potissimè apud Romanos in locãdis castris, vt ait Valerius lib. 1. cap. de Ominibus.

Secundus modus communis auguriorum in verbis est, cum quis apud se cõsilians, an aliquid aget diffinit, quòd si ille, qui primo locutus fuerit ei dixerit talia, vel talia verba, agat, quod intendebat, si autem dixerit aliqua alia non agat. & istum modum videbatur hic seruasse Ionathas. s. quòd si Philisthini dicerẽt ei. Ascendite ad nos, Deus tradiderat eos in manu eius. Si autem dicerent: manete, donec transeamus ad vos, non tradiderat Deus eos illis. Neuter autem istorum modorum ominis obseruandus est.

De Ionatha autem dicendum, quòd ipse non obseruauit augurium in verbis istis, sed cum Deus incitasset eum ad eundum ꝯ Philisthinos, & ipse nõ erat certus, an Deus hoc vellet, petiuit a Deo, vt daret ei certitudinem, an vellet quod inuaderet eos, vel non, & tunc incidit ei consilium a Deo, scilicet quod acciperet sibi istud signum, & sic erat istud signum inspiratum, & propter hoc licebat, si tñ indifferenter ipse assumpsisset sibi augurium per ista verba, nihil Deum orans, sed quasi per ea manifestaretur euẽtus rerum, esset superstitiosus, & peccaret, sic autem fecit Eliezer seruus Abrahæ, qui orauit, vt Deus daret ei signum ad accipiendum, an prosperasset viam eius, vel non, & orauit, dicens: domine Deus Domini mei Abraham occurre obsecro mihi hodie, & fac misericordiam cum Domino meo Abraham: ecce ego sto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam, igitur puella, cui ego dixero: inclina hidriam tuam & bibam, & illa respõderit bibe, quin & Chamelis tuis potum tribuam, ipsa est, quam præparasti seruo tuo Isaac, & per hoc intelligam, quòd feceris misericordiam cum domino meo. ita Genes. cap. 24. De Ionatha autem non legitur, quòd orauerit ante positionem signi: credendum tamen est, quòd orauerit, quia vir bonus erat, & Deo fretus hoc agebat, alioquin non licuisset, sed adhuc licuit veteribus ista facere præmissa oratione: nobis tamen non licet sicut Apostolis ante aduentum Spiritus Sãcti, quia adhuc erant viri imperfecti licuit præmissa oratione per sortes accipere Matthiam in apostolum: postquam tamen Spiritussanctus datus est, iam non licuit.

Ad rationes in contrarium respondendum. Ad primam cum dicebatur, quòd Deus prohibuit incantatores & augures, & omnes similes. Dicendum quòd hic non fuit augurium, nec aliqua species superstitionis, sed præmissa oratione Ionathas a Deo inspiratus posuit sibi istud signum. *Ad rõnes in principio positas.*

Ad secundam rationem cum dicebatur, quòd Deus vetuit Hebręos sequi viam gentium: dicendum quòd Gentiles sequebantur auguria nimis respicientes ad verba, quasi illa haberent aliquam uim futura, & occulta monstrandi, ideo quasi pro religione, & consulto deorum illa obseruabant, vt ait Valerius: Ionathas autem non adhibuit fidem aliquam istis verbis, quasi illa ex se haberent aliquam vim futura mõstrandi, sed a Deo inspiratus accepit ista quasi signa diuinæ uoluntatis, & non adhibuit illis fidem, quia talia verba erant, sed quia a Deo data in signum: hoc autem non est augurium.

Ad tertiam rationem, cum dicitur quòd illa verba non habent aliquam efficaciam ad conferendum victoriam, vel auferendum concedendum est: nam nec Ionathas hoc intelligebat: non enim putabat, quòd per hoc, quòd Philisthini dicerent: ascendite ad nos, proueniebat victoria, vel per hoc quòd dicerent: manete donec transeamus ad vos, impediebatur, sed accipiebat ista verba tanquam diuinę voluntatis: nam verba non possunt poni tãquam principia effectiua: benè tñ tanq̃ signa, nullum enim verbum est, quod secundum seipsum aliquam habeat uirtutem ad efficiendum, etiam si sint verba sacramentalia: nam ipsa verba secundum se in nullo sacramento aliquid conferunt, sed quia ministri illa proferunt Deus confert gratiam sacramentalem, vel efficit qdquid fieri debet, & hoc tam in sacramento eucharistiæ quam in cęteris.

Ad quartam rationem, cum dicebatur quòd etiã non possunt poni conuenienter ista verba tanquam signa, quia non habent aliquem ordinem ad Deum. Dicendum est, quòd ipsa secundum se non habent aliquem ordinem ad signandum diuinam voluntatẽ: signauerunt tamen hic, quia Deus uoluit, vt si Deus ea dedisset in signum: si autem Ionathas credidisset, quòd illa secundum se habent efficaciã ad significandum hoc esset superstitiosum: non tamẽ credidit, nisi inquantum illa a Deo accepit: non fuit ergo illicitũ signum, quod posuit Ionathas.

Quare Ionathas posuit sibi signum, an deberet ascendere ad Philisthinos. Quæst. V.

QVAERETVR vlterius quare Ionathas posuit hic sibi signum ad sciendum, an deberet ascendere ad Philisthinos, ipse namque a Deo motus fuerat, vt ascenderet ad castra Philisthijm, ergo non oportebat, vt amplius certificaretur per signum.

Mutationes q̃ fiunt a Deo in nobis aliq̃n sunt ĩ intellectu, & aliquando in uoce.

Respondendum est, ꝙ Ionathas posuit hic istud signum tanquam necessarium ad ea, quæ facere intendebat: nam sine illo non erat certificatus Pro quo cõsiderãdum, ꝙ mutationes, quæ fiunt in nobis a Deo, aliq̃n sunt in intellectu, & aliq̃n in voluntate: illę autẽ, quæ sunt in intellectu sunt multũ manifestatiuę mouentis, & eius ad quod homo mouetur, sicut sunt reuelationes propheticæ: in his autem postquam quis a Deo mouetur, non oportet quærere maiorem certitudinem: mutationes aũt, quæ fiunt ſm voluntatem sunt minus determinatæ, ita vt non plene intelligamus, an mouemur a Deo, vel ab aliquo alio, ideo in his tutum est inquirere certitudinem per alium modum, vt per orationem petendo a Deo, vt nobis reuelet veritatem, vel per consilia peritorum, & sic de alijs modis. Ita autem fuit hic in Ionatha, q̃m Deus non reuelauerat ei velut propheticè, ꝙ iret cõtra Philisthinos, sed inclinauerat eum nimis ad eundum, & dederat animositatem: dubitabat ergo adhuc, an iste motus a Deo esset, & hoc voluit inquirere per signa.

An Ionathas peccauerit volendo certificari per signum. Quæstio. VI.

QVAERETVR vlterius, an Ionathas peccauerit ponendo hic signum ad sciendum quid facere deberet, nec quæritur hic, an peccauerit. s. ponendo signum licitum, vel illicitum, quia iam declaratum est, ꝙ istud signum quod posuit Ionathas, erat licitum.

Sed quæritur, an Ionathas peccauerit volendo certitudinem cum iam certificatus esset: nam illi, qui sũt duri corde, vel difficulter credunt, increpantur, vt patet Luc. cap. 24. cum dixit Christus post resurrectionem discipulis duobus: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt prophetæ, sed Ionathas debebat esse certificatus per mutationem a Deo, quia Deus daret ei victoriam, ergo volendo signum, videbatur esse culpabilis.

Respondendum est, ꝙ, vt supra dictum est, immutatio Dei in nobis est duplex. s. in voluntate, & intellectu, illæ autem, quæ sunt in intellectu, sunt manifestę sicut reuelationes propheticæ, in quibus nõ est quærenda vlterior certitudo, & qui non credit illis culpabilis est, quamquam aliq̃n patres ueteres dubitabant de his, quæ a Deo dicebantur: non tanquã Deus non posset illa facere, vel ꝙ mentiturus esset, sed quia mirabilia erant, & nesciebant modum ipsorum. Sic etiã cum Deus dixisset Abrahę, ꝙ multiplicaret semen eius, sicut stellas cęli, & ꝙ daret ei terram Chanaan, dixit Abraham: dñe Deus vnde scire possum, ꝙ possessurus sum eam? Gen. 15. cap. Et tñ ante hoc credebat quia dicitur ibi: Credidit Deo Abraham, & reputatũ est ei ad iustitiam. In diuinis autem immutationibus, quæ sunt ſm solam voluntatem, est pauca certitudo, ideo in nullo hoĩe est culpabile, ꝙ postquam fuerit a Deo sic immutatus, quærat maiorem certitudinem. Sic fuit de Ionatha, quia immutatio eius fuit ſm voluntatem solam, ideo non erat culpabile, ꝙ quæreret post hoc signum certificatiuum, an a Deo ista essent, immo si aliq̃s sit motus nullo alio certificatiuo adhi-

F bito assentiat motui, incõsultè agit: vñ debet ꝯsulere alio modo sibi pro certitudine, sic dicitur 1. Ioan. cap. 4. s. Nolite credere omni spiritui, sed probate, an ex Deo sit: isti autem spiritus sunt motus animi nostri, quibus impellimur ad aliquid agẽdum, vel ab aliquo desistendum, quibus non debemus immediatè consentire, sed inquirere, an ex Deo sint. s. per consilia aliorum. *Cumque apparuerimus eis.* s. coram eis. erant enim Philisthini in castris suis inter duos scopulos, vt patet supra, & non videbat Ionathas, & armiger eius illos, nec ipsi videre poterant Ionatham quousq; appropinquaret ad eos obicibus petrarum. *Si taliter locuti fuerint ad nos.* s. taliter qualiter immediate habetur. *Manete donec transeamus ad uos.* Ista sunt uerba, quæ dabat Ionathas armigero suo pro signo. & per hoc in-

G telligebat malum. *Stemus in loco nostro.* s. in loco vbi apparuerimus eis, & vbi steterimus quando ista verba nobis dixerint. *Nec ascendamus ad eos.* s. quia ista verba signa sunt, ꝙ Deus non vult tradere eos in manus nostras. & non est sensus solum, ꝙ starent in loco suo, sed etiam ꝙ redirent, vnde venerãt. Nam si Philisthini hoc eis dixissent, non erat eis tutum manere in loco illo: nam descenderent ad eos Philisthini, & percuterent, cum Deus nollet tradere illos in manu Iudæorum. *Si autem dixerint ascendite ad nos: ascendamus.* Eo ꝙ Ionathas per hoc accipiebat bonum signum. s. ꝙ Deus prosperaret iter eorum. *Quia tradidit eos dominus in manibus nostris.* Idest si hoc dixerint, signum est, ꝙ Deus tradidit illos in manus nostras. Vnde confiden-

H ter possumus cõtra eos pugnare. *Hoc erit nobis signum.* Idest ista uerba Philisthinorum erunt nobis signa eorum, quæ facere nos oporteat, scilicet an fugere, vel pugnare.

Quid egisset Ionathas si Philisthini nihil locuti fuissent. Quæstio. VII.

QVAERET aliquis quid si apparentibus Ionatha, & armigero eius corã Philisthinis nihil loquerentur eis Philisthini, vel loquerentur aliqua alia, quæ nihil ad hæc attinerent.

Respondendum est, ꝙ Ionathas nõ posuerat istud signum tanquã superstitiosè, sicut gẽtes vtuntur, sed a Deo inspiratus, ideo sicut ipse proposuerat, ita ven-

I turum erat. s. ꝙ Philisthini aliquod horum dicerent, & tunc haberent certum signum. Si tñ eueniret, ꝙ nihil istorum loquerentur Philisthini. s. loquentes aliquid alterum disperatum, vel totaliter subticerẽt: nõ haberet Ionathas aliquod signum prosperũ, uel aduersum, ideo dubitans de aduentu rei magis cessaret reuertens in locum suum, sic ait Iosephus. 6. Antiq. s. signumque uictoriæ hoc iudicarent, si uocarentur: si uerò nihil loquerentur, tanquam eis nõ uocantibus reuerti deberent.

An Ionathas potuerit sufficienter habere signum, an Deus uellit sibi dare uictoriam ex illis uerbis. Quæst. VIII.

K QVAERETVR vlterius dato, ꝙ ista verba accipiantur tanquam signa diuinæ volũtatis, qualiter poterant intelligere Ionathas, & armiger eius, an Deus uellet eis dare victoriã, uel nõ. Nam dato ꝙ Deus uellet dare eis uictoriam Philisthijm dicere poterãt: manete donec transeamus ad uos, quia liberum est homini loqui quod noluerit. Respondendum est, quòd ista uerba Philisthinorum erant conuenientia signa diuinæ uoluntatis, quia sicut in Dei potestate erat dare eis victo-

A victoriam, vel non: ita erat in Dei potestate, ꝙ Philisthini loquerentur talia, vel talia verba, & dato ꝙ ipsi vellent loqui alia, Deus non permitteret. Sic.n. patet de Balaam propheta. s. ꝙ ille conabatur maledicere Israelitis: Deus tñ cogebat eum loqui verba benedictionis, & ipse videbat ꝙ Deus cogebat eum, sic patet Num. c. 23. & 24. cùm ergo Deus daret hoc in signũ cogeret Philisthinos, ꝙ loquerentur id, quod ipse uolebat: vnde si vellet dare Ionathæ victoriam non possent dicere Philisthini: manete donec transeamus ad vos, etiam si conarentur hoc dicere, sed necesse erat ꝙ dicerent ascendite ad nos. Sic etiam de opposito euentu. Hoc autem modo responderi põt ad præcedentem qõnem. s. ꝙ non est admittendus ille casus: nam cum Deus inspirasset Ionathæ istud signum cogeret Philisthinos ad hoc, ꝙ loquerẽtur aliquid istorum, & sic semper videret Ionathas, quid oportebat eum facere. B

Considerandum, ꝙ Nicolaus dicit Iosephum dicere, ꝙ Ionathas rogauit dñm deuotè, vt posset Philisthinos vincere, Deus aũt concessit, & dedit ei istud signũ. Quod aũt Ionathas orauerit dñm rationabile est, ꝙ tñ Iosephus ista dicat falsum est, vt patet 6. Antiquitatum, vbi ponit totum istud c. & totum istum primum librum regum, nihil tamen tale protulit. Nicolaus tamen habuit hoc forte ex aliquo, qui dicebat Iosephum ista dicere. *Apparuit itaque uterque stationi Philisthinorum.* s. postquam reuelauit Ionathas armigero suo signum quod haberi debebant aggressi sunt iter, & ascenderunt partem collium vsquequo Philisthini poterant eos videre, & tunc dixerunt ea, quæ hñr hic. C Iosephus dicit, ꝙ ista facta sunt per noctem, & quamquam essent ante hoc Ionathas, & armiger eius apud castra Philisthinorum: nox tamen eos celauerat: apparente aũt die visi sunt a Philisthinis: vnde dicit Iosephus: Accedentibus igitur ad exercitum hostium apparente iam die: videntes iam Palęsthini eos alterutris dicebant: ecce de cauernis &c. Hoc autem satis verisimile est. s. ꝙ per noctem hæc fierent. nam Ionathas volebat facere eo modo, quo magis terreret Philisthinos: maxime autem terrerentur si in aurora subito apparerent coram eis, nam crederent Philisthini, ꝙ per noctem conuenerant oẽs Hebræi, & iam irruerant super eos, & fortè hoc eis magnam partem turbationis attulit: D qũocunque aũt dicatur necesse est, quòd hoc factum fuerit pauca parte illius diei pertransita: nam prius Ionathas pugnauit ꝯ Philisthinos, & occidit 20. de eis: deinde Israelitæ in castris Saulis existentes viderunt turbationem, q̃ orta erat in castris Philisthinorum, & consulto dño ꝑcuti sunt illos, tunc Saul posuit maledictionem, ne quis manducaret usque ad vesperum quousque uendicaret se de hostibus suis, & fatigatus est populus nimis prę defectu cibi, ut patet infra, ergo videt̃, quòd nondum populus pransus fuerat, qñ ista facta sunt, qa tunc non esset fatigatio præ defectu cibi, ꝙ nõ mãducaret populus usque ad vesperũ: satis ergo hoc fuit in aurora. Vñ verisimile est ꝑ noctẽ hoc fecisse Ionathã. E *Dixeruntque Philisthini.* s. illi, qui erant in castris, qñ viderunt Ionatham, & armigerum apparentes inter petras. *En Hebræi egrediuntur de cauernis, in quibus absconditi fuerant.* Hoc potest intelligi per modum derisionis. s. ꝙ Philisthini videntes Ionatham, & armigerum eius procedentes reptando inter excelsas petras, vbi erat conueniens locus ad latendum, dicerent: ecce egrediuntur Hebræi de cauernis. Vel potest hoc intelligi ꝙ Philisthini sic existimarent: audierant.n. ꝙ Hebræi a facie eorum absconditi erant, quod uerum erat, vt patet pręcedenti cap. s. afflictus erat populus, & abscõderunt se in speluncis, & in abditis: in petris quoque, & in antris, & in cisternis: nunc autem, quia viderunt illos duos viros inter petras in loco prærupto accommodo ad latendum, putauerunt, quòd egrederentur de latibulis, & potissimum, quia erat aurora, vt dictum est: putauerunt, quòd tunc recedere uellent inde. *Et locuti sunt uiri de statione ad Ionatham, & armigerum eius.* Erat enim propinqua statio illi loco, in quo tunc erat Ionathas, & armiger eius, ita quòd uiri, qui erant in statione possent loqui Ionathę.

Dixeruntque ascendite ad nos, & ostendemus uobis rem. Idest ibi erratis, ascendite ad nos & dabimus id, quod quæritis. Hoc potest intelligi irrisoriè, quia Philisthini videbant Ionatham, & armigerũ eius euntes hinc inde ad quærendum transitum inter prominentes petras loquebantur eis, ac si quærerent rem prædictam dicentes: ostendemus vobis rem. Iosephus autem dicit: Venite ascendite ad nos, vt vos digne pro vestris pręsumptionibus puniamus. & ad idem redit, quia quamquam Philisthini loquerentur hic irrisoriè, tamen demonstrabant hoc ex uerbis suis, quòd uellẽt occidere eos.

Et ait Ionathas ad armigerum suum. Hic ponitur secundum. s. mirabilis pugna. Fuerunt autem hic duæ pugnæ: prima fuit Ionathę, & armigeri sui cum Philisthinis: secunda fuit totius exercitus Israel cõtra Philisthinos. Prima fuit mirabilis, cum duo uiri aggressi sunt totam multitudinem Philisthinorum, & turbauerunt eam, atque occiderunt. 20. viros. Secunda non fuit miraculosa, quia iam Philisthini fugiebant a facie Ionathæ, & armigeri sui, ideo solum percutiebant eos non resistentes, sed soli fugę confidentes. In pugna autem Ionathæ fuit miraculum, vt patet infra in litera. *Ascendamus, sequere me.* Hoc dixit Ionathas videns, quòd verba Philisthinorum erant ei signum victoriæ gauisus nimis dixit, quòd ascenderent, & ꝙ sequeretur eum armiger suus, vt irruerent in hostes *Tradidit enim eos dominus in manus Israel.* Hoc dixit Ionathas, quia dederat signũ quòd si Philisthini dicerent. Ascendite ad nos, Deus volebat eos tradere in manꝰ eorum: nunc autem certissimè confidens de signo hortatus est armigerum, quòd ascenderent, & nõ dixit: tradidit eos dñs in manus nostras, sed in manus Israel, quia Ionathas satis credebat quòd non poterat ꝑ eos totus exercitus cędi aut fugari, sed putauit quòd eis percutientibus Philisthinos viderent Israelitæ, qui erant in castris Saulis, & succurrerent eis, & sic factũ est, vt patet infra: vnde Israel. i. totus exercitus Saulis percussit Philisthinos, & non solus Ionathas cum armigero.

Ascendit autem Ionathas reptans manibus, & pedibus. Scilicet loca illa, per quæ ascendebat Ionathas ad castra Philisthinorum erant petrosa nimis atque asperrima, ideo non poterat ascendere erectus, sed manibus reptans. In Hebręo dicitur hic: Ascẽdit Ionathas super manus, quod ad idem pertinet: nam qui erectꝰ non incedit reptans est, & iste super manus, & pedes simul graditur. De hoc dicit Iosephus. 6. Antiquitatum, tunc ab illo loco, in quo ab hostibus visi fuerant recessit: mutansque locum venit ad petram, quæ erat propter munitionis locum deserta custodibus, & exinde quasi repentes, & trahentes semetipsos cũ multo labore naturam loci vicerunt & ad inimicorũ castra conscenderunt. *Et armiger eius post eum.* Scilicet ẽt reptabat iste, sicut Ionathas, quia dixerat ei Ionathas, sequere me. *Et cum uidissent faciem Ionathæ.* Scilicet illi uiri, qui erant in castris Philisthinorum.

Sed dicet aliquis quomodo hoc dicitur? quia ante istud iam uiderant Ionatham, & armigerum eius: dixerantque, ascendite ad nos. Respondendum est, ꝙ prius uiderãt anteq̃ ascẽderẽt, cũ nondũ deliberasset Iona- Miraculosa pugna Ionathę cõtra Philisthinos.

Ionathas, an ascendere deberet, & deinde cognito, ꝙ Deus tradiderat eos in manus illius ascendit de loco, in quo erat, & exinde manebat ascensus acerrimus inter prominentes petras, & cum peruenisset ascendendo vsque ad ipsa castra, iterum Philisthini viderūt eum, & tunc irruit turbatio super eos, & turbati cadebant ante faciem Ionathæ: nam prius cum viderant eum, & dixerant, ꝙ ascenderēt erat aliqualiter distās: & non conterriti sunt. *Alij cadebant ante Ionatham.* s. ꝙ occidebat eos cum introiuit in castra, & hoc est cadere, sicut dicimus, ꝙ ceciderunt in bello tot millia virorum. Aliter potest intelligi, ꝙ cadebant. s. ꝙ nō aggrediebatur eos Ionathas pugnans, sed viso eo ipsi conterriti cadebant, & postea ipse occidebat eos. Sed primus sensus est melior. s. ꝙ aggressus est illos immediatè, vt introiuit in castra, & percutiēs occidebat sibi obuios, & illi cadebant. Hoc patet quia dicitur, & alios armiger eius occidebat, ergo oportet, ꝙ cadere accipiatur hic pro occidere. s. ꝙ alios occidebat Ionathas, & alios occidebat armiger eius. Si autem acciperetur cadere pro casu, non diceretur alij cadebant, sed diceretur ꝙ cadebant ante Ionatham, & armiger eius occidebat eos, & sic erat hic miraculum, quia coram vtroque cadebant viri bellici, cum essent isti in magna acie Philisthinorum, & audebant percutere viros multos.

Quomodo Ionathas, & armiger suus potuerunt percutere viginti viros de Philisthinis, & quòd Philisthini non opprimerent eos. *Quæst.* IX.

QVAERET aliquis quō facta fuit ista cędes. s. ꝙ isti duo viri possent occidere multos de Philisthinis, & Philisthini non opprimerent eos, cum essent in acie eorum soli.

Respondet Nicolaus dicens, ꝙ Iosephus ait, quòd quædam nebula subito surrexit, propter quam Philisthini non cognoscebant Ionatham, nec seipsos adinuicem, & sic mutuo se trucidabant, & ex eadem causa Philisthæi reuertentes de præda. s. tres cunei, de q̄bus præcedenti cap. pugnabant cum suis, qui remanserant in castris, & è conuerso. Quod probat, quia ĩ. dr̄. populus stationis Philisthinorum, qui ierat ad prædandum obstupuit, & conturbata sunt castra.

Sed hanc positionem improbat Nicolaus dicens, ꝙ sic non esset miraculum, quia multoties naturaliter consurgit nebula repente: hic tñ dr̄, ꝙ erat miraculum. Item si consurrexisset nebula non solum obscurasset oculos Philisthinorum, sed etiam oculos Ionathæ, & armigeri sui, quia ea, quæ naturalia sunt ad oēs eodem modo se habent: non tñ obscurauit, quia distinctè videbāt hostes, & occidebāt eos, vt patet hic. Item si nebula consurrexisset illi, qui erant longe a castris nō vidissent castra Philisthinorum, nec quid fiebat in eis. viderunt tñ speculatores Saulis quō erat pugna in castris, vt patet ĩ. s. & respexerunt speculatores Saul. Satis ergo patet, ꝙ non fuit hoc factū p̄ nebulā.

Sed cum Nicolaus dicit hoc Iosephum dicere, & improbat tanquā sit positio eius, falsum est: nam Iosephus nil tale posuit, vt patet in 6. Antiqu. vbi est ista historia. Sed dicit, ꝙ Ionathas, & armiger eius inualerunt castra dormientibus Philisthinis, & poterant occidere. 20. de illis: alij autem videntes eos, cùm euigilassent a somno exterriti sunt, credentes ꝙ non facerent hoc duo viri soli, & tunc præ turbatione irruebant in seipsos: vnde ait ibidem: Irruentesque eis dormientibus, occiderunt quidem quasi. 20. turbam verò stupore vehementi⁹ impleuerunt, ita ut alij quidē effugerent, arma omnia relinquētes, alij verò semetipsos non agnoscentes, eo ꝙ ex multis gentibus congregati essent, credentesq; inimicos & irruisse super se Israelitas putantes, & non hoc duorum hominum præsumptione commissum, ad alterna bella conuersi sunt, quorum alij quidem perempti moriebantur, alij verò per saxa præcipites ꝯuolabant. Hæc Ioseph⁹.

Cōtra Nī. co. pro Iosepho.

Ista positio non est satis rationabilis, & nimis humana: vnde non multum accedit ad miraculum, sed ponit quasi accidentia bellorum. s. ꝙ sic hostes freq̄nter dormientes præoccupētur, & turbentur castra ipsorum. Item dicit, ꝙ erant dormientes, ꝙ nō videtur verisimile, quia antequam Ionathas & armiger eius ascenderent, dixerant eis Philisthini: Ascēdite ad nos ergo non repererunt eos dormientes. Nicolaus autē dicit secundum alios, ꝙ istud miraculum factum est, eo ꝙ Philisthini p̄cussi sunt aurisia. Est. n. aurisia q̄dam genus obcęcationis. s. cum quis non est cęcus, videre tñ nō potest ea, quæ inquirit cum cætera videat. Est autem ista excęcatio miraculosa, nam qui hāc patiuntur vident omnia alia, sicut cæteri viri, id tñ, quod inquirunt, vel eis videre vtile est, etiam si ante oculos ipsorum est, non vident, & quamquam inquirant diligenter nunquam inueniunt. Sic patet de viris Sodomitis, qui accesserunt ad ianuam Loth, vt educerent angelos, qui ibi erant in specie virorum, & abuterentur eis. angeli aūt percusserunt eos cęcitate, ita vt nocte tota nō possent inuenire ostium domus, & tamē erant ante illud. Sic patet Gen. 19. c. sic etiam fuit de Syris seruis Benadab, qui venerunt, vt comprehenderent Eliseum, ipse autem apparuit coram eis, & dixit, ꝙ sequerentur eum, quia ipse ostēderet illis ciuitatē, in qua erat Eliseus: duxitque eos in Samariam, quæ erat ciuitas hostilis, & tamen ipsi nunquam viderunt Eliseum, qui præcedebat eos, & urbem, in qua erant quousque fuerunt in ea, & abstulit dominus cęcitatem, ut patet infra 1. lib. cap. 6. ante hoc tamen isti cognoscebant Eliseum, & ciuitatem Samariam. Ita aūt dicitur factum fuisse hic. s. ꝙ Philisthini percuterentur hac cęcitate, quæ dicitur aurisia, ut sic non viderent Ionatham, & armigerum eius occidentes eos, & sic faciliter poterant eos occidere.

Opi.

Sed ista positio quamquam a Nicolao approbetur tamen non multum cōuenit, quia hic dicitur, ꝙ erat turbatio magna in castris, in quo significatur quædā cōturbatio intellectus, ita vt nesciant viri quid faciūt: aurisia autem non dicit aliquam turbationem. s. mentis turbulentiam. s. priuationem visionis quantum ad id quod inquirimus. Item dato ꝙ posset hoc applicari ad percussionem, quam fecerunt Ionathas & armiger eius, tamen non poterat applicari ad ea, quæ infra dicuntur: potuerunt. n. Ionathas & armiger suus faciliter occidere Philisthinos, si non viderentur ab eis, & tamen præter hæc Philisthini bello intestino se laniabant, quia dicitur infra, ꝙ gladius vniuscuiusque versus fuerat ad proximum suum, & facta est cędes magna nimis, si tamen Philisthini essent percussi aurisia, non viderent seipsos, & sic non possent se occidere, necesse est ergo, ꝙ ponatur alius modus plagæ.

Răsio

Respondendum igitur, ꝙ ista plaga, quæ facta est hic, fuit hoc modo, scilicet, quòd Ionathas & armiger eius primo introeuntes in castra occiderūt viginti uiros. Postea autem ipsi Philisthini cōturbati sunt, & prę turbatione inceperunt se mutuo laniare, ut patet ĩ. s. conturbata sunt castra, & postea dicitur, ꝙ gladius vniuscuiusque versus fuerat ad proximum suū: accidit etiam tunc quod illi, qui missi fuerant ad prædandum, scilicet tres cunei, de quibus præcedenti capitu. redirent in castra, & videntes aciem conturbatam, ipsi quoque cum alijs mutuo se laniabant, ut patet infra, scilicet, & omnis populus stationis eorū, qui ierant ad prædandum obstupuit. s. passi sunt similem

lem conturbationem,& interitum,vt alij. Istud autē est quod factum fuit, sed adhuc ratio vel origo qualiter fieri potuerit,non patet. Dicendum autem videtur,ꝙ cum Ionathas, & armiger eius ascenderunt in castra Philisthinorum illi, qui viderunt eos conterriti sunt nimis,ita vt præ stupore efficerentur immobiles, quasi lapides, sic vt Ionathas & armiger eius sine difficultate occidere possent, quos uellent. Tantus autem terror inuaserat Philisthinos, vt non solū non auderent resistere Ionathę, sed etiam fugere non audebant. quod patet, quia si fugissent a facie eorū,nō potuissent isti duo occidere.20.viros, nisi persequentes eos magno terræ spatio:dicitur tamen infra,quòd occiderunt istos.20.viros in media parte iugeris, sed istud est valde paruum spatium, quia iuger est quantum par boum atando vna die conficere potest, ergo non fugiebant isti, sed existentes in locis suis tanquam muta pecora cędebantur.

Qualiter autem Philisthini inter se potuerunt habere bellum intestinum, vt se mutuo lacerarent satis videbatur posse stare positio Iosephi.s.ꝙ ista turbatio habuit originem ex eo, quòd Philisthini subito viderunt duos viros tantam stragem exercere in castris, quo exterriti putantes omnes hostes super se irruisse vehementer turbati sunt. Peruenit autem intantū ista turbatio,vt se non cognoscerent. Præcipuum autem motiuum eius est, quia erant congregati ex diuersis gentibus idiomate differentibus, sicut differūt Hebræi a Philisthinis.

Sed adhuc conuenientior modus poni potest, qa infra dicitur, quòd factum est miraculum in castris. Iste modus tamen Iosephi non erat miraculosus, sed communiter accidens inter pugnantes, vel saltem multoties accidit.

Dicendum ergo,ꝙ Deus immisit turbationē Philisthinis:erat autem ista turbatio quædā passio causata in animo Philisthinorum,ita vt se inuicem non cognoscerent, sed putarent esse hostes, & ista turbatio erat miraculosa.Sic alias factum est,vt in bello,quod fecit Gedeon contra Madianitas: nam cum viderent Madianitæ Gedeonem,cum socijs suis in circuitu castrorum esse cum buccinis.& lumine: putauerunt ꝙ inter eos erant,& turbati occidebant seipsos. Nec solum hoc faciebant, dum manerent in castris, sed & postquam fugere cęperunt se mutuo cędebāt,& ista turbatio a Deo erat.Sic patet Iud.c.7.s.Immisitq; dñs gladium in omnibus castris,& mutua se cęde truncabant.Sic ēt factum est, qñ conuenerunt ꝯ regem Iosaphat filij Moab,& Ammon,& multæ aliæ gentes, & cū illę essent in castris, hostesq; essent dispositi in duobus locis.s.quidam in insidijs,& alij in acie: surrexerunt illi,qui erant in insidijs ꝯ eos,qui erant in acie, & mutua se cęde deleuerunt nihil facientibus Iudæis, vt patet 2.Paral.c.20.Sed hoc ēt animi turbatione factum est.Aliqñ ēt Deus immittit turbationē hoībus, vt se non intelligant,sic aūt factum est, qñ ædificabāt antiqui turrē Babylonis: nam Deus misit ibi cōfusionē in cordibus,& linguis eorū,& non se intelligebant variè,q; loquebantur. huic aūt sensui ꝯsonat litera sequens,quia dr̄,ꝙ cōturbata sunt castra. *Et facta est plaga prima, quam percussit Ionathas,& armiger eius.* Hic dicit quot viri occisi fuerint per Ionatham, & eius armigerum,& dr̄ plaga prima,quia hic fuerunt factæ tres plagæ:prima fuit, quam fecit Ionathas, & armiger eius: secunda fuit, quam fecerunt Philisthini mutuo se cędentes:tertia fuit,quam fecerunt Israelitæ persequentes Philisthinos.In prima plaga solum fuerūt.29. viri, vt patet hic.In secunda fuerunt valde multi, ut patet infra, scilicet. Et ecce versus fuerat gladius vniuscuiusque ad proximum suum,& cędes magna nimis.

A In tertia ēt plurimi corruerūt, qa psecutus fuit populus illos vsq; ad noctē,vt patet.j.s. Nōne maior facta fuisset plaga in Philisthijm? Percusserunt ergo in die illa Philistheos a Machmas,vsque in Ahialon. Et ob hoc dicitur hic, quam percussit Ionathas, & armiger eius.q.d.ꝙ duas plagas sequentes non fecerunt ipsi. *Quasi viginti virorum.* Hoc dicitur, quia forte non numerati fuerunt illi viri:intelligēdum autem est, ꝙ ista plaga fuit facta, cum nondum Philisthini conturbati essent,& pugnarent inter se. nam erant tunc stupidi, quia forte alij Philisthini non videbant hoc, quia ista occisio fuit in prima parte aciei,quo viso surrexerunt alii conturbati se mutuo lacerantes. Cum vero Ionathas,& armiger eius viderent Philisthinos inter se pugnare,ipsi quidem abstinuerūt a bello, quia iam opus

B non erat cum sufficienter Philisthini se conciderent. Etiam quia cū tota acies in seipsam versa eēt, timuit Ionathas eius medium incurrere,ne Philisthini irruerent sup eos,sicut in seipsos sęuiebant, sed erant a longe considerantes, qūo se Philisthijm lacerarent. *In media parte iugeris*.s.plaga ista,quam fecerunt Ionathas, & armiger eius fuit in media parte iugeris. In quo significatur,ꝙ non occisi sunt illi per fugam, quia tunc ad hoc,ꝙ duo occiderent 20. magnam partem terræ excurrere oportebat, occiderunt tñ illos in media parte iugeris, q̄ est parua terra.s.quia illi nimis conterriti non mouebantur ad vulnera. *Quam par boum in die arare consueuerat.* Hoc deberet referri non totū iuger,qa illud designatur esset tantum quantum par boū vna

C die arare p̄t.Lr̄a tñ prohibet sic intelligi,sed de media parte iugeris. s. ꝙ illā vna die boum par arare posset, sed qūocunque accipiatur paruum terrę spatium est, *Et factum est miraculum in castris & per agros.* Istud refert ad secundā plagā. s. q̄ fecerunt Philisthini inter seipsos,quia Deus turbauit eos, & pugnauerunt inter se: dr̄ autem,ꝙ factum est miraculum, quia bellum istud accidit per turbationē mentis Philisthinorum, & illa inducta est a Deo.s.ꝙ nō se cognoscerēt illi,q añ se cognoscebant,& ob hoc pugnarent. dr̄ in castris, & per agros,qa ista turbatio non solū facta est in eis, q erant intra castra,sed ēt ī illis,q erāt dispersi p agros: nā forte aliqui de Philisthinis castrametati fuerunt extra loca aliorū. Vel p̄t intelligi de illis,qui erāt in castris.s. de illis,qui manebant,& non ibant ad prędandū: nam

D ēt illi,qñ redierunt turbati sunt, & inceperunt pugnare,vt cęteri,sicut patet immediatè.s. *Sed & omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædandum.* s.omnes, qui missi fuerant de acie Philisthinorum ad prædam.s. q iuerant in tribus cuneis,vt patet præcedenti c. *Obstupuit.* Idest turbati sunt.s.non solum illi,qui erant in castris turbati sunt,& pugnauerunt inter seipsos, sed ēt illi,qui venerant ad prædandum. Nam illi inter se pugnauerunt,& ꝯ eos,qui erant in castris. In Hebræo habetur hic. *Contremuit.* s.ꝙ conterriti sunt, quod pōt intelligi quantum ad cędē, quā exercuerat Ionathas, & turbationem,quam viderant in castris.s. ꝙ visa illa contremuerunt. Vel potest accipi tremerè.i.turbari.

E Et istum sensum accepit litera nostra, cū dicit immediatè,& cōturbata sunt castra. & tñ ibi similiter hr̄ in Hebræo. *Contremuerunt,& conturbata sunt castra.* s.oēs,q erant in castris Philisthinorū turbati sunt, quia Deus immiserat sup eos spūm turbationis, vt in seipsos insurgerent,& tunc cęperunt se trucidare, quamq̄ non dicatur hic,tñ intelligendum est,ꝙ immediatè,vt turbati sunt seipsos trucidabant: alias. n. non vidissent illi,qui erant in castris Saulis turbationem,quæ erat inter Philisthinos: viderunt tñ vt patet infra,& dicitur: Ecce versus fuerat gladius vniuscuiusq; ad proximū suum. *Et accidit quasi miraculum a Deo.* Idest factum est tunc miraculum inter Philisthinos. Ista est repetitio

præcedentis Sententiæ, & non dr̃ hic quasi miracu-
lum, eo ꝙ non fuerit verum miraculum, sed habens
similitudinem: nam verum miraculum erat, sed dr̃
quasi miraculum, quia frequenter sic scriptura loqui-
tur, ꝙ tñ istud (quasi) nihil operetur. Patet, quia s̃. dr̃:
Et factum est miraculum in castris, sic aũt aliqñ poni
tur quasi, & nihil operatur, vt patet Nu. c. 9. s. per diem
operiebat illud nubes, & per noctem quasi species
ignis: constat tñ ꝙ non erat ibi, quasi species, sed vera
species ignis. Fuit autem miraculum, quod hic dici-
tur in conturbatione Philisthinorum, vt non cogno-
scerent se, sed putarent se esse hostes.

Et respexerunt Speculatores Saul. Posuerat enim Saul
speculatores in castris suis, vt possent prenunciare si
hostes venirent, vel si fieret aliqua alia cõmotio, sicut
in oĩbus castris fit: illi aũt viderunt turbationẽ, q̃ erat
in castris Philisthinorum. s. quo fugiebant huc, atque
illuc, & occidebãt seipsos: nesciebant tñ quid illud es
set, sed denunciauerunt Sauli cõmotionem. Erant au-
tem non longe castra Philisthinorũ a Gabaa, vbi erãt
castra Saulis, ideo speculatores potuerunt denuncia-
re Sauli quid fieret in castris hostium. Ionathas tñ qñ
locutus est armigero suo de eundo ꝯ̃ Philisthinos nõ
videbat castra eorum, vt patet ex verbis eius. s. veni &
transeamus ad stationem Philisthinorũ, quæ est trãs
locum illum, ergo videbat illum locum, quem mon-
strabat, sed non stationem: alioquin dixisset veni tran
seamus ad illam stationem: speculatores aũt Saulis vi
derunt castra Philisthinorum, & quid fiebat in eis, eo
ꝙ ipsi erant in loco valde eminenti disposito ad spe-
culandum: Ionathas aũt qñ locutus est ad armigerũ
erat in valle, ideo solum videbat scopulos claudentes
vndiq; castra, sed ipsa videre nequibat.

Qui erant in Gabaa Beniamin. Idest tunc erãt specula-
tores in vrbe Gabaa, quæ vocatur Gabaa Beniamin.
Erant ẽt ibi castra Saulis: vocatur aũt sic, quia erat ille
locus in sorte Beniamin. *Et ecce multitudo prostrata huc
illucque diffugiens.* Idest speculatores viderunt multitu
dinem de Philisthinis prostratã, quia iam multi cor-
ruerant gladio, & cęteri fugiebãt huc, & illuc pugnã-
do, quia iã erat pugna conserta inter eos, quæ partim
fugiendo, & partim accedendo fit. & dr̃ huc & illuc,
quia nondum erat fuga Philisthinorũ: nam tunc in-
desinenter fugerent versus vnam partem, sed dr̃ huc
& illuc, s. quia aliqñ fugiebãt ad vnam partẽ, vt vulne
ra euitarent: aliqñ autem ad alteram veniebant, vt
vulnera infligerent. Etiam intelligẽdum est, ꝙ aliqui
conterriti locum fugæ quærerent: ẽt dum huc atque
illuc diffugiebant per saxa pręcipites conuolabant, vt
ait Iosephus, & hoc verisimile est, quia cum locus ille
esset altissimus, & prominentes vndique petræ: quæ-
rentes repente locum fugæ, & a vulneribus euadere
cupientes per saxa prolaberentur. *Et ait Saul populo, qui
erat cum eo.* s. quando audiuit, ꝙ Philisthini inter se pu
gnarent putans esse aliquod periculum. *Requirite, &
videte, quis abierit ex nobis.* Putauit enim Saul, ꝙ aliqui
de suis iuerant ad castra Philisthinorum, & pugnabãt
contra eos Philisthini, ideo voluit scire, siquis defice-
ret de castris ipsorum: arbitratus est. n. ꝙ Philisthini
non pugnarent inter seipsos. erat. n. hoc inopinabile:
nam Dei miraculo factũ fuerat, ut patet supra. *Cumque
requisissent.* s. illi, qui erant de populo, quis deficeret
de castris. *Repertum est non adesse Ionatham, & armigerum
eius.* Erat. n. certus numerus virorum in castris. s. sex-
centi viri solum, vt supra patet, & isti essent constituti
per duces suos sm ꝙ in alijs exercitibus fieri solet, ita
ut faciliter inueniri possit siquis deficeret: solus autẽ
Ionathas cum armigero repertus est defecisse, quia
ut supra dictũ est, Ionathas locutus fuerat soli armi-
gero suo; nam etiam patri suo hoc non indicauerat,

F *Et ait Saul ad Achiam.* Iste erat sacerdos, de quo supra
dictum est, ꝙ portabat ephod, & erat in diebus illis in
castris. Vocauit autem illum, ꝙ cõsuleret dominum
pro rebus instantibus. *Applica arcam domini.* Idest duc
huc arcam domini. s. vt coram eo consulas. Vel appli
ca arcam, idest, applica te ad arcam ad consulendum.

*Super quo consulturus erat dominum sacerdos, qui consuluit in
castris Saulis. Quæst. X.*

QVAERET aliquis quid consulturus erat do-
minum iste sacerdos nunc.
Respondendum est, ꝙ consulturus erat de
duobus: primo de statu Ionathę, & armigeri
eius: nam isti duo iuerant ad castra philisthinorum, &
G videbat Saul, ꝙ erat magnum bellum in castris eorũ,
crederet igitur, ꝙ ista in exitium Ionathę vergerent:
cõsuluit ergo pro salute eius, an viueret, an hostes in-
terfecturi essent eum. Secundo consulturus erat de
statu suo quantũ ad hostes. s. an aggressurus esset eos.
nam cum uidit eos conturbatos desiderauit ire con-
tra eos, uoluit tñ scire a dño, an sibi in propsperũ hoc
cederet, ideo iussit, ut sacerdos consuleret eum, & tũc
Iosephus ait: respõdit Deus, ꝙ aggrederetur Philisthi
nos: nam ipse traderet eos in manus illius. De hoc. 6.
Antiq. dicitur: dumque exploratores Saul regi dice-
rent Palęstinorum castra ualde turbari: quærens, nũ
quis suorum deesset, audiuit suum abesse filium, &
eius armigerum: iussitque ut pontifex sumpta ueste
H sacerdotali de futuris rebus prophetaret, cumq; ille
eum uincere, & hostibus fortiter præualere dixisset
Palęstinos inuasit, & turbatos aggressus est, qui se po
tius inuicem peremerunt. Quòd autem Saul de istis
dominum cõsuli faceret, satis patet, quia nulla alia res
sibi instabat, pro qua potius eum consulere deberet.
An tamen Deus responderet eis super his, non ap
paret. Iosephus autem dicit, quòd responderit, & ob
hoc tunc aggressus est eos confidens de Dei respõso.
Magis tamen videtur, ꝙ non responderit, quia cũ
Saul fecisset, ꝙ sacerdos consuleret dñm, subito audi
tus est magnus clamor in castris Philisthinorum: cre
dens autem Saul, ꝙ magnum periculum illud esset fe
cit cessari a consulendo, quia in hoc oportebat, vt ali
quantulum morarentur, & quia filius suus erat in ca-
I stris Philisthinorum credens, ꝙ mora sua nimis illi
obesset, non sustinuit ꝙ sacerdos consuleret dñm, qđ
colligitur ex litera sequenti. s. cumq; loqueretur Saul
ad sacerdotem tumultus magnus exortus est in ca-
stris Philisthinorum: crescebatque paulatim, & clari
resonabat, & ait Saul ad sacerdotem, contrahe manũ
tuam. Conclamauit ergo Saul, & omnis populus, qui
erat cum eo, & venerunt vsq; ad locum certaminis.
Contrahere autem manum est colligere eam, vel ces
sare. & hoc tenet etiam Nicolaus. Poterit tñ aliquis
dicere, ꝙ habuit responsum a dño, quia cum dicitur
ꝯ̃he manum tuam, non est sensus ꝙ cessaret, sed ꝙ
breuiter faceret. Sed dicendum, quòd non stat, quia
responsio danda erat hic a Deo, & nihil dependebat
K ex actu sacerdotis, ꝙ Deus cito respõderet, ideo nihil
proficiebat, quòd diceret ei contrahe manum tuã, si
intelligebat per hoc ꝙ breuiter expediret, sed opor-
tet ꝙ intelligatur, ꝙ cõtraheret manum. i. cessaret ab
illo. Item quia dicitur infra, cumque loqueretur Saul
ad sacerdotem tumultus magnus exortus est in ca-
stris Philisthinorum s. cum adhuc iuberet ei, ꝙ con-
suleret dñm incępit immediatè audiri clamor Phili-
sthinorum, & tunc dixit, ꝯ̃he manum tuam, & clama
uit ipse, & oĩs populus ad locũ certaminis. ergo nihil
adhuc sacerdos fecerat de ꝯsulẽdo dñm, sed nõ incę-
pto opere progressus est Saul ꝯtra Philisthinos. Hęc
autem

An Deus responderet sacerdoti.

autem fuit timore, & affectione filij, quem sciebat esse inter Philisthinos, & nunc cum audiuit magnum clamorem, credidit ei graue stare periculum, alioqn permisisset sacerdotem consulere dominum quousque haberet responsum.

Quare Saul iussit sacerdoti applicare arcam ad consulendum dominum. Quæst. XI.

QVAERETVR vlterius ad quid iussit Saul sacerdoti, vt applicaret arcam ad consulendum dñm: nam sacerdotes non consulebant per arcam, sed per vestes suas. s. p rōnale, & ephod. vnde dicebatur summus sacerdos portare iudicium filiorum Israel in pectore suo: Exo. cap. 28.

B Respondendum est, ꝙ arca non erat hic necessaria ad cōsulendum dñm: sacerdos tñ illam applicuit. Pro quo considerandū, ꝙ aliter sacerdotes consulebant dñm, aliter prophetæ & aliter Moyses. De sacerdotibus. n. primo dicendum, ꝙ ipsi habebant duplicē modum: nam summi sacerdotes interdū poterāt introire in sancta sanctorū, interdum aūt non: introibant. n. in locum illū semel in anno. s. in die propitiationis, vt patet Leui. c. 16. & ad Hebr. 9. vbi orabat dñm pro Israelitis, & videtur ꝙ Deus loquebatur ei: nam iussum erat, quòd quando summus sacerdos introiret in sancta sanctorum, nullus staret in prima parte tabernaculi quousque sacerdos egrederetur, vt patet Leui. 16. capit. Hoc autem pro nulla alia causa erat, nisi quia Deus loquebatur tunc summo sacerdoti, & volebat, ꝙ nullus audiret ea, quæ loquebatur ei: postquā aūt ipse egressus esset de sancta sanctorū licebat alijs sacerdotibus introire in primā partem sanctuarij, tūc ergo poterat sacerdos consulere dñm, si vellet corā arca: alijs autem tpibus non licebat summo sacerdoti introire in sancta sanctorū, ideo non poterat ibi cōsulere dñm, sed cōsulebat in quocunq; loco vellet: hoc aūt erat, ꝙ indueretur vestibus sacris præcipue rōnali, & ephod, & tunc quærebat a Deo, & rñdebat sibi, sic patet infra c. 23. cùm dixit Dauid ad Abiathar sacerdotē: applica ephod. i. indue te ephod. Et tunc q̄siuit ex nomine Dauid: si tradant me viri Ceilæ in manus eius, & si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus dñe Deus Israel: indica seruo tuo, & ait dñs descēdet: iterum aūt consuluit dñm Dauid, dicens: applica ad me ephod, vt patet infra c. 30. & tñ tunc non erat ibi arca, quia erat Dauid in Siceleg, vt patet. e. c. & tunc Deus rñdebat, nec differebat, an esset sacerdos intra sanctuarium, vel extra, sed vbicunque vellet.

De Moyse autem dicendum est, ꝙ consuluerat dominū aliter & facilius. s. qñ volebat aliqd scire introibat in sancta sanctorū nulla præposita cæremonia, & Deus rñdebat illi, vt patet Nume. cap. 7. cum dicitur: Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam inter duos Cherubim: vnde & loquebatur ei.

De alijs aūt prophetis dicendum, ꝙ non competebat eis aliquis istorum modorum: nam eo ꝙ nō erāt sacerdotes magni nō licebat eis indui vestibus sacris, & eo ꝙ non habebant tantam dignitatem, sicut Moyses non licebat eis introire in sancta sanctorum, sed habebant alium modum consulendi dñm. s. per orationes: nam qñ aliquis eorum volebat aliquid a Deo petere, & Deus non præueniebat eum loquendo illi, orabat vt rñderet ei, & tunc Deus rñdebat. Sic patet de Ieremia, quem orauerunt Iudæi, vt consuleret dominum, an descensuri essent in Aegyptum, ipse autē orauit per 10. dies, vt rñderetur sibi, & tunc Deus rñdit, vt patet Iere. 42. cap. Eodem modo alij prophetæ

A orabant dñm, & rñdebat eis, qñ volebant, quia familiariores erant Deo q̄ cætera turba, nunc autem sacerdos erat Achias, quem Saul iubebat consulere dominum, ideo ipse consulere debebat indutus rationali & ephod, quod signatur supra in litera, cum dicitur. Et Achias filius Achitob portabat ephod, & in illo consuluit dominum: arca autem ad cōsulendum dominum non erat sibi necessaria, sed quia erat ibi in castris, & Deus repræsentabatur specialiter in ea, dixit Saul, ꝙ applicaret se ad arcam, & coram eo consuleret dominum. *Erat enim ibi arca Dei in die illa, cum filijs Israel.* Idest tunc erat arca in exercitu, quia portauerāt eam secum filij Israel. Hoc autem dicitur ad tollendū dubium, quia aliquis dubitaret, quomodo arca poterat esse præsens ad hoc, ꝙ consuleret Achias ibi dominum, & dicitur quòd arca erat ibi in die illa.

Quomodo potuit nunc arca esse in castris, cum deberet esse in loco maximè abscondito. Quæst. XII.

QVAERET aliquis quomodo arca potuit esse tunc in castris: nam arca erat vas sanctissimū, quod habebant Hebræi, ideo erat in loco maximè abscondito. Deus quippe iusserat eam poni intra sancta sanctorum: Exo. c. 26. ad quem locum nullus accedere poterat, nisi summus sacerdos, semel in anno: Leui. c. 16. & ad Hebr. 9. non ergo debebat portari in castris inter homines laicos, vt videretur ab omnibus.

C Rñdendum est, ꝙ arcam videre non erat simpliciter prohibitum: nam interdum necesse erat, ꝙ videretur a toto populo, sicut qñ portabatur per desertū per 40. annos. Etiam postea in terra Chanaan, qñ mouebatur de loco ad locum sanctuarij, & ipsa sicut cætera vasa sanctuarij, portabatur: erat autem prohibitū videre illam, qñ erat in sanctuario intra sancta sanctorum. Tunc enim nemo debebat eam videre, nec etiā summus sacerdos: nam cum introibat summus sacerdos die propitiationis in sancta sanctorum, ferebat secum vas plenum aromatibus fumantibus, vt ipse nō videret propitiatorium. Nam si videret, moreretur, vt patet Leui. 16. c. Hoc aūt erat non propter ipsam arcam, sed quia tunc super eam in propitiatorio erat angelus latens in corpore aereo, & vt ille non videretur

D iubebat, ꝙ nō videretur arca. alio tñ tempore licebat videre illam, etiam si nuda esset: nam cum introibat summus sacerdos in motu castrorū ad operiendum arcā, introibāt quoque secum minores sacerdotes, & non ferebant aliquid ad non videndū propitiatoriū, ut patet Num. c. 4. & hoc quia tunc nō erat ibi angelus ille. Cum aūt arca erat extra sanctuariū nō licebat eam videri nudā ab aliquo hoīe, & si videret moriebantur illi, qui uidebāt, sicut factum est in Bethsamitibus, vt patet sup. c. 6. Videri aūt arcā opertā nō erat periculū alicui: nam ēt popularibus licebat, dū tñ nihil ulterius agerent. s. tangēdo eam, vel portando de loco ad locū, quia istud erat officiū Leuitarū. Quòd

E aūt arca aliqñ educeret de sanctuario, & portaret ad aliqua loca non erat inconueniens potissimè ad bella: nam Hebræi sperabant in dño, qui magis pugnaret pro eis, q̄ ipsi pro seipsis, & qa sacratissimū quod erat in ueteri testō, erat arca: portabant eā aliqñ ad bella, vt haberent Deū auxiliatorē, nec hoc faciebant Israelitæ tanq̄ a seipsis moti: aliqñ. n. Deus ista fieri iusserat, sic patet in bello ꝯ Iericho: nam iussit Deus, ꝙ septē diebus Hebræi lustrarent urbē portantes arcā, & in septimo die corruerunt muri: Iosue. c. 6. Ex hoc aūt Israelitæ sumpserūt originē, ut aliqñ portarent arcā secū ad bella, sic factū est qñ pugnauerūt Israelitæ iterū ꝯ Philisthinos: fecit. n. totus populus, ꝙ portaret arca in ca-

in castra supra cap. 4. ita fortassis hic credidit Saul, ꝙ
arca aliquo modo proficeret eis in aduersis casibus,
ideo fecit illam portari ad castra, & coram ea dominum
consulebat sacerdos.

De quo loco fuit portata arca in castra nunc.
Quæstio. XIII.

QVAERETVR vlterius vnde ista arca portata
est, quando venit nũc in castra, vel ad quē
locum exinde reducta est.
Respondendum est, ꝙ deberet dici secundũ
Opi. Nic. Nicolaum, quia arca portata fuit de Galgala: nam ipse
vult supra cap. 7. ꝙ arca fuerit primo in Cariathiarim
postquam reducta est de terra Philisthinorum,
deinde fuit in Masphat, postea in Galgala, deinde in
Nobe: posterius autem in Gabaon, & quia supra 11.
cap. & 12. dictum fuit quomodo populus cõuenit in
Galgala coram domino, dicit Nicolaus, ꝙ ibi tũc erat
arca, & quia pauloante hoc venerat Saul, & Israelitæ
de Galgala necesse est, vt tunc ibi esset sanctuarium,
& arca, & sic inde reducta esset. Sed hoc non stat, qa
supra cap. 7. declaratum est, ꝙ arca nunquam stetit in
Masphat, nec in Galgala, sed immediatè vt ducta est
de terra Philisthinorũ posita fuit in Cariathiarim, &
ibi mansit vsque ad tempus, quo Dauid eam trãstulit
in Ierusalem in domum Obededom.
Rñsio auc. Dicendum ergo ꝙ nunc Saul fecit arcam duci de
Cariathiarim, vbi custodiebat̃ in domo Aminadab.
Et credendum est, ꝙ Eleazarus filius eius, qui præpositus
erat ad custodiẽdum arcam, venit tunc cum illa.
De hoc supra cap. 7. Postquam autem istud bellũ finitum
est, dicendum est, ꝙ non fuit reducta arca in sanctuarium,
quod tunc erat in Nobe, sed fuit reducta in
Cariathiarim, vbi prius fuerat posita, & ibi mansit toto
tempore Saulis quousque transtulit eam inde Dauid:
alioquin non potuisset de ipso loco transferre, &
tamen dicitur, quòd transtulit eam de Cariathiarim,
vt patet primo Paralipom. cap. 13. Ad ipsum ergo locum
reducta est, & mansit in domo Aminadab, sicut
prius fuerat: nam Dauid de domo Aminadab eam
duxit, vt patet infra 2. lib. cap. 6.

Quare duxerunt arcam in castris. Quæst. XIIII.

QVAERETVR vlterius ad quid duxerunt Israelitæ
arcam nunc in castris.
Respondendum est, ꝙ fecerunt hoc, ꝙ Deus
adiuuaret eos, cum præsentem haberent arcam,
in qua maxime relucebat virtus deitatis. Etiam
quia hostes timebant quando arca veniebat in castra,
vt patet supra cap. 4. cum dixerunt Philisthini: Venit
Deus in castra, & ingemuerunt dicentes: Væ nobis:
non fuit enim tanta exultatio heri, & nudiustertius:
væ nobis: quis nos saluabit de manu deorum sublimium
istorum? Sed dicet aliquis, ad quid volebãt
Israelitæ nunc arcam in castris? nam iterum cum duxerunt
eã capta fuit a Philisthinis, & fuit magna plaga
super Israelitas, vt patet supra cap. 4. nam perierũt.
30. millia.
Respondendum est, ꝙ Israelitæ sciebant præsentiã
arcæ esse magnæ vtilitatis: nam ea p̃sente corruerant
muri Iericho, vt Iosue. cap. 6. Et Moyses faciebat eã
præcedere in motu castrorum, tãquam propter eius
p̃ntiam fugerent oĩa mala, vt patet Num. c. 10. s. Cũque
eleuaretur arca, dicebat Moyses: surge dñe, & dissipentur
inimici tui, & fugiant qui oderunt te a facie
tua. Cum autẽ deponeretur dicebat. Reuertere dñe
ad multitudinem exercitus Israel. Non existimabant
ergo Israelitę, ꝙ illa magna cędes eorum. s. 30. milliũ,

F quæ acciderat, qñ portata fuit arca in castra, fuisset propter
hoc, ꝙ non haberet arca aliquam virtutem, vel
tanquam Deus nihil ageret propter p̃ntiam eius, cũ
scirent, ꝙ aliàs fecerat magnas virtutes, nec ẽt putabant,
ꝙ aliquo tp̃e arca haberet virtutem, & alio tp̃e
non, sed ascribebant hoc iniquitati Israelitarum pro
tunc: nam duo sacerdotes, qui tunc portabant arcã
erant valde pc̃tõres, & de eis prænunciatum fuerat, ꝙ
morerentur vna die, vt patet supra c. 2. quod sic factũ
est. Etiam de arca prænunciatum fuerat, ꝙ caperet̃,
vt patet supra c. 3. s. Ego faciam verbum in Israel, ꝙ
quicunque audierit illud tinnient ambæ aures eius,
quod intelligebatur de captione arcæ, quæ fuit nimis
stupenda omnibus Israelitis, vt patet supra cap. 4. nũc
aũt non credebant se habere aliqđ graue pc̃m, pro-
G pter quod vellet Deus eos dare in manu hostium, iõ
confidebant, ꝙ in p̃ntia arcæ esset sibi Deus magis propitius,
& ob hoc fecit illam Saul portari in castra.
Cumque loqueretur Saul ad sacerdotem. s. ad Achiam:
iste.n. est sacerdos, ad quẽ loquebatur, vt patet supra
quamquam Iosephus dicit, ꝙ etiam fuit hic Achitob
pater Achiæ. *Tumultus magnus exortus est in castris Philisthinorum.*
Ante hoc.n. erat tumultus, & bellum, quia
speculatores Saulis viderant multitudinem magnam
prostratã, & cæteros huc, & illuc fugientes, sed nunc
nouus tumultus maior exortus est, quia fortè durior
cędes inchoabat, & iste tumultus cępit exaudiri cũ
loqueretur Saul ad sacerdotem. i. nondum desierat
loqui ad eum, ꝙ consuleret dñm, & iam oriebatur clã-
H mor: vnde ista fuit causa, ꝙ sacerdos non consuleret
dñm: nam audito clamore dixit Saul: ꝯhe manũ tuã,
i. cessa iam ab hoc. *Crescebatque paulatim, & clarius resonabat.*
s. ille clamor erat magnus, & semper crescebat,
quia continue bellum sequebat, & grauis fiebat strages.
Dr̃ ẽt ꝙ clarius resonabat, quia castra Saulis non
erant multum propinqua castris Philisthinorũ, ideo
quamq̃ aliquis clamor fieret in castris eorum, & propter
multarũ vocum aggregationẽ aliqualiter audiretur
in castris Saulis, tñ non sonabat distinctè: nunc
aũt quia voces eleuabantur in altũ clarius resonabat.
Et ait Saul ad sacerdotem. s. ad Achiam, cui iusserat consulere
dñm. *Contrahe manum tuam.* i. cessa iam ab hoc.
Est.n. iste modus loquẽdi. s. ꝯhere manum. i. colligere
pro diuertere velociter ad alios actus. Et est sensus
I cessa iam ab hoc, quia nõ est tp̃s manendi consulendi
dñm. Dicet aliqs quare Saul non expectauit quousq;
sacerdos consuluisset dñm, vel si non intẽdebat expectare
quare fecit, ꝙ inciperet consulere dominum.
Rñdendum est, ꝙ Saul a principio volebat consulere
dñm, & intendebat expectare quousq; reciperet
rñsum pro filio suo, & pro statu suo ꝯ hostes. Nunc
aũt videns, ꝙ oriretur magnus clamor inter Philisthinos,
vidensq; filium suum esse inter eos, credidit istũ
clamorẽ in illius exitiũ verti: nõ sustinuit ergo expectare
rñsum dñi, siue de prospero, siue de aduerso, qa
ẽt si aduersum sibi euenturum esset, nõ formidabat
illud subire pro filio, & hoc modo non oportebat expectare
diuinum responsum, quia siue de prospero,
K siue de aduerso responderetur, nihilominus Saul iturus
erat ad liberandum filium suum. *Conclamauit ergo Saul.*
Idest clamauit, vt omnes congregarentur celeriter
ad eundum ad bellum. *Et omnis populus, qui erat cum eo.*
s. omnes clamauerunt, vt irent ad bellum, vel
se paratos ad eundum ad bellum, sic enim est in omnibus
exercitibus, quia qñ castra mouẽda sunt, datur
signum mouẽdi illa, vel cum ad bellum procedendũ
est, datur signum militibus ad se parandum in armis.
Erant aũt isti, qui nunc erant cum Saule sexcẽti viri,
de quibus supra dicebat: postea tñ plures ꝯuenerũt. s.
oẽs q latuerãt, & illi q erãt cũ philisthinis, vt patet. *Et ve-*

Et venerunt ad locum certaminis. Scilicet venerunt vsque ad locum, in quo tunc erant Philisthini pugnantes, scilicet vsque Machmas. Nam in loco ipso erāt castra eorum, vt patet infra scilicet percusserunt in die illa Philistheos a Machmas vsque in Ahialon.

Et ecce versus fuerat gladius vniuscuiusque ad proximum suum. Idest quando accesserūt Israelitæ ad castra Philisthinorum inuenerūt quòd gladius vniuscuiusque versus erat ad proximum suum, idest quilibet pugnabat contra eum, qui sibi coniunctus erat, quia non se cognoscebant, vt dictum est, sed magis putabant se tanquā hostes: quo viso admirati sunt Israelitæ scientes quòd hoc a Deo esset, & existimātes traditos Philisthinos in manibus eorum inceperunt eos persequi.

Et cædes magna nimis. Idest etiam viderunt, ꝙ erat facta magna cędes, s. quia cadauera multa iacebant super faciem terrę, quia acriter inter seipsos conflixerāt Philisthini.

Quomodo Israelitæ fecerunt magnam cædem super Philisthinos, cum non haberent arma. Quæst. XV.

QVAERET aliquis cum nunc Israelitæ ista videntes persecuti fuerint Philisthinos, & exercuerint magnā cędem, vt patet infra: quomodo hoc facere potuerunt, quia non habebant arma, vt patet precedēti cap. s. cumque venisset dies prelij, non est inuentus ensis, aut lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule, & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius.

Responderi potest secundum Rab. Dauid kimhi, ꝙ quamquam isti Israelitæ non haberent lanceas, aut gladios: habebant tamen alia genera armorum, scilicet, tela, arcus, & fundas, quibus poterant certare cū hostibus.

Aliter potest dici, quòd habebant Israelitæ arma, quia de solis sexcentis viris, qui erāt cum Saule a principio, dicitur, quòd non est inuentus ensis, aut lancea in manu eorum. De alijs tamen Israelitis non dicitur: erant tamē multi alij, qui venerunt ad pugnam, scilicet, illi, qui erant prius cum Philistheis: ascenderantque de terra eorū cum eis, vt patet hic: alij quoque Israelitæ, scilicet, illi, qui latuerant, conuenerunt ad Saulem, vt patet infra: isti autem poterant habere arma: maximè illi, qui erant cum Philisthinis.

Aliter etiam dici potest, quòd maxima pars Israelitarum, qui ibant cum Saule inermis erat: postea tamen habuerunt arma multa Philisthinorum, s. quia reliquerūt Philisthini subito castra veniētibus Israelitis. Vnde pro turbatione nō acceperunt arma, quę habuerant in castris: acceperunt quoque omnia arma mortuorum: multi. n. mortui fuerant intestino bello: quia vt dicit hic erat cędes magna nimis: omnium autem illorum arma arripuere Iudæi. Præter hoc etiam illorum, qui fugiebant plurimi præ timore arma in via relinquebant, vt facilius sibi per fugam consulerent: & hæc etiam Iudæi capiētes pugnabāt: vnde non defuit Iudæis pugnare cupientibus armorum pluralitas. De hoc dicit Iosephus sexto Antiquitatum, s. turbatione vero eos vehementius impleuerunt, ita vt alij quidem effugerent arma omnia relinquentes.

Sed & Hebræi, qui fuerant cum Philisthijm heri, & nudiustertius. Hic ponuntur alij adiutores, s. Hebræi quidā, qui erant cum Philisthinis. Nam isti videntes quòd Israelitæ vincerent, coniunxerunt se eis in adiutoriū: & dicitur quòd erant cum Philisthinis ab heri, & nudiustertius, idest ab aliquibus diebus, s. non inceperūt nunc esse cum eis, sed erant iam ab aliquo tempore. Nicolaus dicit, quòd isti erant aliqui, qui timore

A ducti coniunxerant se Philisthinis: in quo videtur, ꝙ nouiter se coniunxerant, scilicet, fortè timore huius belli instātis. Sed dicendum est, quòd a multis diebus iam essent cum eis: nam non se coniunxerunt eis, cum fuerunt Philisthini in terra Israel, sed de terra Philisthinorum ascenderunt cum eis, vt patet immediatè, scilicet, ascenderuntque cum eis in castris: ergo a magno tempore isti erant cum Philisthinis cum morarentur in terra eorum.

Nec obstat si dicatur ab heri, & nudiustertius, quod secundum se significat paruum tempus, quia aliquando ponitur pro magno tempore, vt patet supra cap. 10. scilicet, videntes autem omnes nouerant eum, idest Saulem ab heri, & nudiustertius, quòd esset cum prophetis, &c. accipitur autem ibi heri, & nu-
B diustertius pro longo tempore vitæ Saulis, scilicet, quia illi viri, de quibus ibi dicitur cognouerant eum a magnis temporibus: sic etiam dicitur ad Hebræos cap. 13. scilicet, Iesus Christus heri, & hodie, & in sæcula. Vbi volebat Apostolus dicere quòd Christus erat ab æterno, & erat in æternum: & tamen pro duratione pręterita posuit heri, & hodie, quasi ex modo loquendi intelligātur omnes alij dies. Ita hic per heri, & nudius intelliguntur multa tempora, quibus manserant isti Hebræi in terra Philisthinorum.

Ascenderuntque cum eis in castris. Idest isti Hebræi nō fuerunt nouiter coniuncti Philisthinis, sed ascēderūt cum eis in castris, idest ascenderunt de terra eorum, in qua habitabant cum ipsis Philisthinis, vt venirent
C ad castra ad pugnandum cōtra Israel, & licet hoc nō haberent isti Hebręi gratum: tamen coegerunt eos Philisthini cum haberent eos in terra sua.

Reuersi sunt, vt essent cum Israel. Idest quando viderunt quòd Deus adiuuabat Israelitas conuersi sunt ad contribules suos, vt adiuuarent eos.

Qui erant cum Saule, & Ionatha. Idest Israelitæ erant cum Saule, & cum Ionatha, quia isti erant duces exercitus.

Qui essent illi Hebræi, qui erant cum Philisthinis. Quæst. XVI.

D QVAERET aliquis qui erant isti Hebræi, qui ascenderunt nunc cum Philisthinis. Respondebit aliquis, quòd isti ducti fuerant aliquando captiui de terra Israel, & nunc remanebāt in terra Philisthinorum. Sic enim consueuit esse in alijs bellis, ꝙ victores accipiunt de hostibus aliquos viros, quos ducant in terram suam: & hoc potissime quando sunt illi viri clari: sicut Romani adducebant viros clarissimos de omni terra in vrbem suam: sic enim de Iudæa adduxerunt Iosephum, & de Carthagine duxerunt Terentium, qui erat vir clarissimus in comedijs. Vnde ait in Andria de seipso.

Natus in excelsis tectis Carthaginis altæ
Romanis ducibus bellica præda fui.

Sic etiam de Philisthinis existimādum est, quòd cum ipsi magno tempore fuissent dominati Hebræorum,
E omnes viros clarissimos Iudæorum ducerent in terram suam: quod quidem non est rationi obuium.

Sed adhuc dicendum est magis, quòd isti Hebræi erant fabri, quos abstulerāt Philisthini de terra Israel: nam dicitur præcedenti cap. quòd cauerant Philisthini ne facerēt Hebræi gladium, aut lanceam: & quòd non inueniebatur aliquis faber ferrarius in tota terra Israel. Hoc autem fuit, quia Philisthini duxerunt eos secum in terram suam, vt declaratum fuit pręcedenti cap. isti autem nunc ascenderunt cum Philisthinis in castra, scilicet, ad pugnandum contra Israelitas, vel ad parandum arma, quia vsus maximus ne-

cessarius

cessarius est in bello, ideo dicitur de istis, quòd erant ab heri, & nudiustertius cum Philisthinis, scilicet, a multis diebus iam habitauerant cum eis.

Qualiter Israelitæ, qui erant cum Philisthinis iam multo tempore versi sunt contra eos cum haberent facultates suas & vxores & filios inter eos.
Quæst. XVII.

QVAERETVR vlterius, quomodo isti Israelitæ, qui erant cum Philisthinis voluerunt redire, vt essent cum Israel: nam cum habitarēt in terra Philisthinorum ex multo tempore, s. ex illo, quo fuerat lex posita, ne essent fabri in terra Israel, habebant in terra Philisthinorum facultates suas, habebant etiam vxores & filios. Sciebant etiam
G quòd si conuerterentur ad hostes perderent omnia, quæ habebant in terra Philisthinorum: insuper tota eorum cognatio acriter periret. Quare ergo volebant conuerti ad Israelitas? Respondendū est quòd hoc fecerūt propter duo: primo propter victoriam, quam videbant dari Israelitis: nam ipsi Philisthini nō pugnantibus Hebreis inuicem se lacerabant: postea autem Hebreis venientibus omnes fugiebant. Crediderunt ergo quòd cum tanta multitudo Philisthinorum, quanta nunquam congregata fuerat, nunc quasi sine hoste vinceretur, quòd tota terra Philisthinorum funditus delenda erat: vnde ipsi nihil perderent de his, quæ habebant in terra Philisthijm omnia occupantibus Iudæis, quin potius si nunc nō redirēt
H ad Hebræos, credebant cum postea Israelitæ dominarentur Philisthinorum acrius punirent Israelitas repertos in terra Philisthijm quàm Philisthinos; qa semper restitissent tanquam hostes contumaces. Secundo hoc fecerunt, quia putabant sibi de præsenti eminere periculum vitæ nisi hoc facerent: nam videbant Philisthinos fugari a facie Israel: si ergo ipsi manerent cum Philisthinis, sicut prius erāt, fugarentur quoque cum illis, & caderent gladio sicut Philisthini. Tutius ergo fuit sibi confugere ad Israelitas quam fugari cum Philisthinis: etiam si cuncta, quæ reliquerant in terra Philisthinorum periculo imminerent.

Quomodo Philisthini confisi sunt ducere secum Israelitas ad bellum, quos captiuos tenebant. *Quæst.* XVIII.

QVAERET aliquis quomodo Philisthini voluerūt secum ducere in bellum Israelitas, qui habitabant in terra eorum: nam non erat tutum hoc facere cum ipsi possent conuerti ad hostes, & impugnare Philisthinos: nam Aegyptij habentes Israelitas in terra sua, non confidebant eis, credentes quòd possent iungi hostibus eorum, & expugnare illos, vt patet Exo. cap. 1. s. Ecce populus Israel multus, & fortior nobis est: venite sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris: expugnatisque nobis egrediatur de terra. Quantominus ergo debuerunt confidere Philisthini Israelitis, vt ducerent eos secum in bello, quia ibi poterant præuaricari sicut postea fecerunt? Item Philisthini non confidebant ipsi Dauid, quia erat Hebręus quamquam inter eos esset fugitiuus: nam cum esset Dauid apud regem Achis Philisthęum decreuerat cū eo pugnare contra Hebræos, & descendit ad locum belli: iratique sunt alij reges Philisthinorū regi Achis, dicentes: reuertatur vir & sedeat in loco suo, in quo cōstituisti eum, & non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis aduersarius, cum præliari cęperimus:

F quomodo enim placare aliter potest Dominū suū, nisi in capitibus nostris, vt patet infra cap. 29. ergo similiter nō debuissent hic Philisthini confidere Israelitis ducendo eos secum in bellum.

Respondendum est quòd Philisthini duxerunt secum Israelitas, quia nihil mali suspicari potuerunt. Erat enim tāta multitudo Philisthinorum, vt nequaquam crederent quòd Israelitæ eis resistere vellent, vnde securi sibi videbantur, quòd etiam si aduersus eos consurgerent, nihil omnino proficerent. Cum autē arguitur de Dauid non est simile: nam isti Israelitæ, qui ascenderunt cum Philisthinis non ascenderunt, vt viri pugnatores; sed erant fabri armorum, venerantque ad parandum arma. Vnde minus de eis timendum fuit, quàm si essent viri parati ad bellum. Dauid autē erat vir bellator, ideo de eo magis timuerunt, nec permiserunt quòd veniret in castra. Item dato quòd essent isti viri bellatores, non fuit tantum timendum de eis, sicut de Dauid: quia isti erant viri parui constituti sub potestate aliorum. Dauid autem erat vir magnus, scilicet, princeps sexcentorum virorum, vt colligitur infra cap. 30. poterat ergo agere qd̄ voluisset: vnde de eo suspicandum erat. Etiam erat Dauid valde pugnax quem formidabant Philisthini, quia ipse quondam deiecerat eorum fortissimum, scilicet, Goliath: vnde dixerunt reges Philisthinorum ad Achis: Nonne iste est Dauid, cui cātabant in Choro dicentes: Percussit Saul in millibus suis: & Dauid in decem millibus suis? Suspicandum ergo erat de eo. Item Deus induxit Philisthinos in consilium illud: nam ipse volebat tradere Israelitas in manu Philisthinorum, & quòd morerentur tunc Saul, & filij eius sicut factum est: si autem Dauid descendisset cum Philisthinis in bellum, trāsiturus erat ad partem Israelitarum, vt adiuuaret eos, pugnaretque acerrime contra illos, & quia vir fortis erat, & in omnibus prospere agens fortè deleuisset Philisthinos: Deus tamen cōtrarium diffiniebat: fecit ergo quòd Philisthini nollent quòd descenderet cum eis. Nūc autem è cōtrario Deus volebat, quòd Philisthini caderēt coram facie Israel, ideo fecit quòd isti quoque, qui erant in terra Philisthijm ascenderent ad subsidium eorum.

I *Omnes quoque Israelitæ, qui se absconderant in monte Ephraim.* Hic ponitur adiutorium aliorum, scilicet, Israelitarum, qui se abscōderant: nam isti audientes, quòd vinceret Israel exierunt in adiutorium: prius. n. se præ timore absconderant: nunc autem euacuato timore, quia audierant victoriā cessisse Israelitis, confidenter egressi sunt de latibulis, & adiunxerūt se eis. Dicitur autem de his, qui se absconderant in monte Ephraim: non quòd Israelitæ non se abscondissent etiam in alijs locis, sed quia isti, qui latebant in monte Ephraim venerunt in auxilium Saulis. Causa fuit, quia cum fugerent Philisthini a facie Israel erat transitus per montem Ephraim, sicut ait Iosephus: in ipso enim inuētum est mel, de quo infra dicitur, quòd
K erat super faciem agri: Israelitæ igitur ibi latētes hoc confestim sciuerunt, & surgētes de latibulis suis persecuti sunt Philisthinos.

Audientes quòd fugissent Philisthini. Nō est sensus, q̄ missus fuerit ad eos nuncius significans fugam Philisthinorum, & quòd tunc ipsi venerint ad pugnam: nam interea elaberentur aliqui dies, vel saltem vnus: pugna tamen ista gesta cum Philisthinis vna tantum die durauit, & iam quædam pars diei elapsa erat cum cępit: non ergo potuit mitti nuncius ad congregandum latentes. Sed est sensus quòd audierunt illi, qui latebant, scilicet, inquantū transitus hostium fugientium fuit per montem Ephraim: ideo illi, qui ibi late-

latebant audientes tumultum, & videntes quod fiebat, cito de latibulis surrexerunt.

Sociauerunt se cum Saul in prælio. Scilicet, vt simul persequerentur Philisthinos. *Et erant cum Saul quasi decem millia virorum.* Istud non habetur in Hebræo nec etiam de veritate literæ nostræ. Aliquę tamen Bibliæ illud habent. Videtur autem quòd fuerit glosa interlinearis: postea autem per scriptorum imperitiam textui admixta est. Est autem litera Iosephi. Nam ipse dicit quòd fuerunt quasi decem millia virorum: scilicet computādo sexcētos viros, qui prius fuerant cum Saule: & eos qui habitabant prius in terra Philisthinorum: & eos qui latebant in monte Ephraim.

Et saluauit Dominus in die illa Israel. Idest liberauit ab hostibus, idest non solum liberauit, sed etiam cōcessit victoriam magnam, quæ magis opere Dei, quàm viribus hominum facta est: nam dicitur supra quòd accidit quasi miraculum a Deo, & iterum: factū est miraculum in castris per agros.

Pugna autem peruenit vsque ad Bethauem. Est quidam locus Bethauem in sorte Beniamin vsque ad quem durauit pugna. Non est autem intelligēdum, quòd vsque ad illum locum solum durauerit pugna Israelitarum contra Philisthinos: nam tota die vsque ad vesperum persecuti sunt Israelitæ Philisthinos, ideo poterant vsque ad lōgum spacium peruenire. & hoc etiam necesse est cum tota die Philisthini fugerint. Bethauem tamen erat apud castra Philisthinorum, vt patet præced. cap. scilicet, castrametati sunt Philisthini in Machmas ad oriētem Bethauem, idest ista duo loca sunt coniuncta: & Machmas est ad orientalem partem Bethauem: ergo vsque ad longius spatium duraret pugna. Item patet hoc, quia dicitur infra in litera: Percusserūt ergo in die illa Philisthęos a Machmas in Aialon. ergo nō solum vsque ad Bethauem. Sed dicendum est, quòd durauit pugna vsque ad Bethauem, s. pugna, quam Philisthini inter se gerebant: ipsi enim inter se pugnabant, antequā venirent Israelitæ: & pugnando diffugiebant modicum huc, & illuc: & sic paulisper recesserunt a castris venientes vsque ad Bethauem: quia Bethauē est locus propinquus ad Machmas, in quo erant castra, vt supra dictū est. Quòd autem hoc sit patet, quia Philisthini pugnando diffugiebant huc & illuc, vt patet supra in litera, scilicet, multitudo prostrata huc illucque diffugiens: vnde cum Israelitæ venerunt cōtra Philisthinos, inuenerunt eos in Bethauem aliquantulum dimotos a castris.

Aliter potest intelligi quòd peruenit pugna vsque ad Bethauem, scilicet, pugna, quam gesserunt Israelitæ cum Philisthinis: nam primo fuit pugna inter Israelitas, & Philisthinos, & postea fuit persecutio: pugna fuit dum Philisthini aliqualiter resisterēt Iudęis: persecutio autem fuit cum iam penitus terga verterent, & tunc non pugnabant. Primum autem durauit vsque ad Bethauē, qui erat locus propinquus castris eorum, vsque ad quem aliqualiter pugnando se retraxerunt. Postea autem videntes se Israelitis impares esse penitus fugerunt, & ibi iam non fuit pugna, sed persecutio quæ durauit vsque ad Aialon. Et hæc duo significantur in litera. Primum cum dicitur pugna autem peruenit vsque ad Bethauem. Secundum cum dicitur infra: percusserūt ergo Philisthęos a Machmas vsque Aialon, huic etiam consonat litera sequēs: nam immediate dixit Saul: Maledictus vir qui comederit panem vsque ad vesperum: ante hoc autem, scilicet, quando durabat pugna, non dixit hoc, quia tunc non fugiebant Philisthini: cum autem cœperunt fugere credēs Saul, quòd si moraretur po-

A pulus ad sumendum cibum fugerent omnes Philisthini, dixit: Maledictus vir, qui comederit panē vsq; ad vesperum.

Aliter potest intelligi, scilicet, quòd Saul habuit duas pugnas cum Philisthinis. Vnam antequam cōgregarētur ad eum viri Israel: aliā autem postquam congregati sunt: prima earum durauit vsque ad Bethauem: qui locus erat prope castra Philisthinorum: & in hac nō habuit Saul aliquos adiutores, nisi viros suos sexcentos, qui cum eo perrexerant. In secunda pugna habuit adiutores alios, scilicet, Hebræos, qui prius erant cum Philisthinis, & illos, qui latuerant in monte Ephraim. Et ista pugna durauit vsque ad Aialon, & hoc significatur in litera, quia cū dicitur: B pugna autē peruenit vsque ad Bethauem, mox subditur, & viri Israel sociati sunt sibi in die illa, scilicet, postquam accessit pugna vsque Bethauem Israelitæ sociati sunt Sauli. quilibet horum modorum est conueniens.

Et viri Israel sociati sunt sibi in die illa. Scilicet Sauli, Et vocantur viri Israel Hebræi, qui ascenderant cum Philisthinis de terra ipsorum, & illi, qui latuerant in montibus, & venerunt ad Saulem.

Adiurauit autem Saul populum. Hic ponitur Saulis adiuratio, quæ erat secūdum principale, & diuiditur in quatuor. Primò ponitur adiurantis execratio, secundò ignorantis transgressio, tertiò facti inquisitio, quarto historiæ persecutio. Secunda ibi. *Porro Ionathas.* Tertia ibi. *Et dixit Saul.* Quarta ibi. *Et Saul.*

C Circa primum ponitur quomodo Saul adiurauerit populum ponens ei quandam maledictionem, si comederent. Videbat enim Saul, quòd fugiebant Philisthini, ipse autem cupiebat vlcisci in eos, & quia si populus sederet ad sumendos cibos fugerent Philisthini, & nemo eorum comprehendi posset, iussit, vt nemo comederet vsque ad vesperū, & dicitur adiurauit populum, ista adiuratio nō est aliquod iuramentum, quod ipse cogeret patrare populum, sed est quędam imprecatio maledictionis, vt patet ex verbis. Saul adiurauit populum ne comederet.

Maledictus vir, qui comederit panem vsque ad vesperum. Scilicet a Deo maledicatur, vel Deus ei omnia aduersa inferat qui panem comederit. Non est autem intelligendum, quòd solum orabat Saul mala prouenire a Deo ei, qui comedisset, sed etiam ipse positu- D rus erat pęnam si quis erraret, sic patet infra. Nam dixit Saul, Viuit Saluator Israel, quia si per Ionatham filium meum factum est, absque retractatione morietur. Et postea dixit, hęc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. Dicitur autem hic, qui comederit panem, per quod non solum vetabatur panis, sed etiam quicquid aliud comestibile. Quod patet, quia cum populus transiret per agrum, vbi erat mel, nemo ausus est comedere, si tamen non intelligeretur nomine panis comedisset.

Item Ionathas non comedit panem, sed mel, tamē lapsus est in maledictionem paternam, vt patet infra. Iste autem modus loquendi est in scriptura, vt nomine panis intelligantur omnia viatica, vt patet infra 4. E lib. cap. 6. vbi dixit Eliseus, Pone panem coram eis. Et sequitur, appositaque est eis ciborum magna præparatio.

Vsque ad vesperum donec vlciscar de inimicis meis. In hoc innuitur, quòd illa die nōdum comederant Hebræi, alioquin facile erat, quòd non comederent vsq; ad noctem, si iam prāsi fuissent, sed erat aurora, quando Ionathas ascendit ad partes Philisthinorum, mox autem visus est a speculatoribus Saulis, qui illicò parauerūt se ad bellum, vnde parua diei pars transierat, cum Hebræi venerunt ad locum certaminis. Et qa Saul vidit, quòd paulopost hoc vellet populus declinare

nare ad sumendum cibos,dixit quòd nemo mandu-
caret vsque ad vesperum,s.ad solis occasum,quousq;
vlcisceretur se de hostibus suis. Sed dicet aliquis qd
si non vlcisceretur se Saul vsque ad vesperum, nun-
quid nõ deberet comedere populus? Respõdendum
quòd Saul non posuit hoc tanquam nunquam de-
beret comedere,quousque vindicaret se de hostibus,
sed cum hostes fugerent a facie eius, credidit quòd
vsque ad vesperum posset sufficienter capere vltio-
nem, ideo tunc dedit terminum ad cibum, sed dato
quòd contingeret quòd vsque ad vesperum Israelitę
nullum occiderent de Philisthinis licebat eis come-
dere ad vesperum, quia iam fuerat elapsus terminus.

Et non manducauit vniuersus populus panem. Scilicet
nullus de toto populo, qui ibat cum Saule comedit
panem aut aliquid aliud.s. vsque ad vesperum. Nam
tunc conuersi sunt ad prædam,& comederunt,vt pa-
tet infra.

An Saul peccauerit adiurando populum,ne comederet vsque ad vesperum,& an fuerit periurus. Quæst. XIX.

QVAERET aliquis,an Saul adiurando popu-
lum, peccauerit. Et videtur ꝙ non, quia
motus fuit bono zelo,s.vt infideles, & ho-
stes Hebręorum occiderentur, quod non
solum erat licitum, sed etiam bonũ, & meritorium.
Item sicut Saul merebatur occidendo Amalechitas,
& destruendo omnia, quæ erant in terra eorum,quia
Deus eũ ad hoc miserat: ita mereretur si perseque-
retur Philisthinos, quia Deus tradebat eos in manu
eius: immo videbatur,quòd peccaret si negligens es-
set in faciendo hoc,cum Deus ei hoc commẽdasset,
& ad hoc instituisset eum regem, vt patet supra cap.
9. scilicet, vnges eum ducem super populum meum
Israel, & saluabit populum meũ de manu Philisthi-
norum, sed Saul fecit hoc ad diligentius persequen-
dum Philisthinos,vt nemo effugeret: ergo non pec-
cabat,sed merebatur. Item si Saul peccasset adiuran
do populũ pro transgressione huius adiurationis Deˀ
nihil fecisset. sed noluit respondere, vt patet infra cũ
ante semper responderet. ergo non peccauit.

In cõtrarium videtur quòd peccauerit,quia com-
muniter dicitur,quòd Saul peccauit in hoc. & sic te-
net hic Nicolaus. Item ille, qui turbat alios peccat,
sed Saul ponẽdo istam adiurationem turbauit Israe-
litas, ergo peccauit. Patet hoc quia dixit Ionathas:
turbauit pater meus terram. Respondendum est se-
cundum Nicolaum quòd Saul peccauit hic duplici-
ter. Primo quia malè iurauit. Secundo quia peius
implere voluit. Primum probat, quia licet iuramen
tum sit bonum in necessitate, & cum debitis circun-
stantijs: si tamen hęc deficiant malum est. sic autem
fuit in Saule, quia Deus victoriã sufficiẽtem dederat,
& miraculosè, vt patet ex prædictis,& ideo non erat
necessitas persequendi hostes vlterius absque diuino
consilio, quod Saul non expectauit, vt patet ex præ-
dictis. Item Saul præcipiendo, quòd populus nihil
comederet, casum necessitatis nõ excepit verbo nec
intellectu. Quod patet ex hoc, quòd Ionatham fi-
lium suum, qui in necessitate positus modicum mel-
lis comederat,voluit omnino occidere. Casus vero
necessitatis ab omni præcepto, & lege exceptus est,
& ideo peccauit Saul non excipiendo, quod debuit
excipere. Item quia iuramentum suum vergebat in
peiorem exitum,quia si populus ieiunio,& labore fa-
tigatus aliquid cibi accepisset maior plaga in hosti-
bus facta fuisset, vt dicitur infra in litera. Item quia
fuit occasio peccandi toti populo, qui propter iura-
mentum non fuit ausus sumere cibum aliquẽ vsque

F ad vesperũ: propter quod veniente vespera populus
lassus,& famelicus ex festinatione comedendi pecca-
uit comedens cum sanguine,vt dicitur in litera.& sic
patet quòd Saul peccauit temerariè iurando. Secun-
dò peccauit impiè adimplendo quãtum fuit ex se, qa
Ionatham innocẽtem voluit occidere, vnde & super
hoc iuramentum temerariè replicauit, dicens: hæc
faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris
Ionatha: vnde & in tali replicatione iuramenti iterũ
peccauit. Ista est intentio Nicolai. Sed non multum
stat: nam Sauli licuit hoc facere quod fecit,& aliqua-
liter visum est sibi meritorium. Saul enim non iura-
uit hic,nec cogit aliquem iurare,sed imposuit legem
populo tãquam princeps quod quidem facere pote-
rat. lex autem quam posuit iusta erat, quoniam ipse
G poterat eam ponere. Etiam ponebatur ex bono mo
tiuo: erat enim intentio sua persequi hostes, quoniã
Deus hoc ei commendauerat per Samuelem, quan-
do vnxit eum,vt patet supra cap.10.scilicet, Ecce vn-
xit te Dominus super hęreditatem suam in princi-
pem,& liberabis populum eius de manibus inimico-
rum eius. Voluit ergo Saul hoc diligenter facere.
& quia tunc habebat copiam persequendi hostes, &
si modicum moraretur,omnes hostes fugissent,ideo
iussit,ne aliquis diuerteret ad cibum, sed solicitè per-
sequerentur hostes vsque ad vesperum. Item ista lex
in seipsa iusta erat, quia non continebat aliquod gra-
uamen ꝯ cultum Dei,nec etiam grauabantur subditi.
Nec valet si aliquis dicat, ꝙ nõ comedere per totum
H diem vsque ad vesperam erat difficile: & non debe-
bat hoc rex imponere, nam licet regulariter, & pro
libito suo non liceret ei talia imponere, licebat tamẽ
in casu,in quo magna vtilitas offerebat: bellatores.n.
non vadunt ad pugnam,vt delicijs perfruantur,sed vt
acerrimos labores subeant. Nam cum fortitudo 3.Etic.
semper sit circa maxime terribilia, Arist. tamen dicit
eam potissimè in bello esse,& hoc quasi in bello ma
xime difficultates sint: non ergo erat inconueniens
nec ꝯ morem bellicum, quòd Saul imponeret aliqd
graue viris suis: potissimè quia istud erat modico tpe
duraturum,s.vna die solum. Etiam in hoc erat ma-
xima vtilitas,quia tunc plene consequerentur hostes.
Si autem diuerterent ad sumendum cibum omnes
I effugerent, ideo quilibet princeps quantumcunque
pius,& mollis erga suos visa tanta vtilitate imposuis-
set hũc paruum laborem: nam etiam si princeps nõ
imponeret subditi spontaneè hoc sibi imponere de-
buissent,qa rõ istud dictabat, potissime quia viderent
negligentes,& valde reprehensibiles si Deo offerẽte
istam prosperitatem solicitè non vterentur ea: si tñ
vellent declinare ad assumendos cibos anteq̃ perse-
querentur hostes omnes fugerent,& ipsi non conse-
querentur prosperitatem sibi a Deo oblatam: ergo
peccarẽt. Item dato quòd ista lex data fuisset aliqua-
liter ex inaduertentia,& contineret in se graue dam-
num: ille qui dabat eam nõ peccabat si putaret eam
K bonam esse.Saul tñ putauit istam legem valde esse Iu-
dæis vtilem,& ad Dei obsequiũ nimis prodesse, ideo
licet aliq̃ grauitatem contineret, non peccaret Saul
imponendo eam. Patet hoc quia peccatum volunta-
rium est. Cum autem aliquis putans se ponere bonã
legem ponit iniquam, eo ꝙ deficit circa aliqua parti-
cularia, quæ non potest ipse per singula excogitare
nihil iniquum agit. Sic autem erat in Saule, & istud
verum est,nisi cum ille, qui legem posuit sciens eam
nimis grauatoriam reuocare non vult: nõ ergo pec-
cauit Saul. Rationes autem Nicolai non stant: pri-
mo qñ dicebatur ꝙ iuramẽtum licet sit bonũ in ne-
cessitate,& cum debitis circunstantijs &c.

Dicendum ꝙ in hoc pręsupponitur error,s.ꝙ Saul
iuraue-

iurauerit: nam hic nullum iuramentum fuit, ſ. quia ipſe nihil iurauit. Etiam non coegit populum iurare, ſed ſolum dixit: maledictus qui guſtauerit panem vſque ad veſperam, iſta autem non erat iuratio, ſed imprecatio: ponitur tñ per modum legis, & mandati cum vere mandatum eſſet: nam Saul punire voluit Ionatham delinquentem: occaſio tamẽ errandi eſt, quia dicitur hic adiurauit Saul, & infra dicitur, iureiurando conſtringit Saul populum, nam ſm modum loquẽdi hebraicum adiuratio ponitur pro ſimilibus imprecationibus. Sic etiam patet Gen. cap. 24. de adiuratione, quam fecit Abraham ſuper ſeruum ſuum: & ex hac parte non procedit ratio, quia multa requiruntur in iuro, quæ nõ requirũtur in poſitione legis. Etiã facilius qs peccat in iuro, q̃ in poſitione legis, vel imprecatione: eo ꝙ in iuro accipitur nomen Dñi: in lege autem ponenda non. In modo aũt accipiendi nomen Dñi põt eſſe pctm̃, ideo faciliter peccatur in iuramento. Item qñ dicebatur ꝙ non erat hic neceſſitas imponendi iſtam adiurationem ad perſequẽdũ hoſtes, videtur ꝯrium: nã propter hoc debebat magis perſequi hoſtes: Deus enim dederat Iſraelitis mirabilem victoriam, & obtulerat tempus vindicãdi ſe de hoſtibus improperantibus nomen Domini. ſi ergo contemneret opportunitatem datam a Deo, peccarent. ſimile patet infra 3. lib. c. 20. vbi quidam propheta venit ad regẽ Achab, qui ceperat in bello Benadab regem Syriæ, & dimiſit eum in pace: dixit aũt ille propheta, quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit aĩa tua pro aĩa eius, & populus tuus pro populo eius, ſed Deus tradiderat ſic Philiſthinos in manu Saulis conferendo opportunitatem ad occidendum omnes illos, & ſi populus diſcumberet ad ſumendum cibos dimitteret viros dignos morte fugere, ergo peccaret. Non igitur debuit contentus eſſe victoria tradita, ſed perſequi ſemper dum Deus dabat opportunitatem. Item cum dicitur ꝙ debebat expectare Dei conſilium, an perſequeretur hoſtes, & non expectauit. Dicendum ꝙ non oportebat, quia manifeſtum videbat proſperum euentum. Conſultatio autem Dei eſt neceſſaria, qñ dubitatur de euentu rei, ſed tunc cognoſcebatur proſperitas: quia omnes hoſtes cadebant coram manibus eius, ideo non oportebat quærere nunc aliquid a Deo, immo erat nociuum nunc Deum conſulere, quia dum expectaret populus diuinam conſultationem elabarẽtur hoſtes, & eſſent in culpa Iudei, qui morati fuerãt, vt quererent certitudinem, vbi non erat neceſſaria, quod non caret culpa, nam qui certus eſt certior fieri non debet. ſic enim fecit ſupra Saul, nam cũ videret maximum tumultum ortum fuiſſe in caſtris Philiſthinorum, quamquam iuſſiſſet ſacerdoti, ꝙ conſuleret Dñm; tñ tunc iuſſit, ꝙ ceſſaret, dicens: cõtrahe manum tuam, quia neceſſitas vrgebat. Item cum dicit Nicolaus, ꝙ Saul precipiendo ꝙ populus non comederet vſque ad veſperum non excluſit caſum neceſſitatis verbo, vel intellectu. Dicẽdum ꝙ falſum eſt, q̃q̃ ad hoc aliter dici poſſit, ſ. ꝙ non oportebat excludi, quia non poterat incidere aliqua neceſſitas, nam ſolum iuſſit Saul, ꝙ non comederet populus vſque ad veſperum: abſtinere aũt a cibo per vnum diem artificialem non inducit alicui homini extremam neceſſitatem famis: nam ſic Iudæi conſueti erant ieiunare, quotieſcunque enim ieiunabant abſtinebant vſque ad veſperum, ſ. non comedentes vſque poſt ſolis occaſum, vt patet in die expiationis, vt patet Leuit. c. 23. & ſic erat de cæteris ieiunijs: ideo nihil nouum nũc Saul impoſuit, vt ꝙ poſſet alicui homini inducere extremam neceſſitatem famis: vnde non oportuit excipi caſum neceſſitatis, Secus autem eſt de potu: nã

A ſiquis per vnam diem non biberet potiſſime cũ ſemper moueretur celeriter progrediendo cõtra hoſtes poterat faciliter periclitari, vnde hic poterat incidere caſus neceſſitatis, ſed hoc non iuſſit Saul, quia periculoſius erat, ſed ſolum abſtinere a cibo. Cauſa autem fuit, quia inclinatio ad bibendum reperta aqua in via nullam moram conſtituebat, ita vt hoſtes elabi poſſent, diſcumbere autem ad cibos aſſumendos erat maioris moræ, quia procul hoſtes fugerent. Itẽ cum dicebatur ꝙ iuramẽtum Saulis vergebat in peiorem exitum, quia ſi populus ſumpſiſſet cibum magis perſequeretur hoſtes. Reſpondetur ꝙ in moralibus & deliberatiuis, veritas non ſe habet ſicut in mathematicis, quoniam in mathematicis veritas ſe habet im-
B mobiliter, nullum habens caſum exceptionis, in deliberatiuis autẽ, & moralibus raro reperitur aliquod bonum, vel nunquam quod ex aliqua parte non patiatur inconueniens, ideo ad hoc ꝙ aliquis bene iudicet in his, non oportet ꝙ ille iudicet quod nullum patitur inconueniens, ſed illud quod pauciora: ita autẽ erat hic quia ꝙ populus nõ comederet, erat aliquod inconueniens; & ꝙ comederet erat alterum: maius tamen erat, ſi comederet. Quod patet, quia ſi populus non comediſſet ſequebatur hoc incõueniens, ſ. ꝙ fatigaretur nimis: tamen occideret plurimos hoſtiũ, quia ſicut Iſraelitæ non declinabant ad capiendos cibos, ita nec Philiſthini cum inſtanter fugerent. ergo vtrique fatigabantur, ſed magis Philiſthini, quos cruciabat deſperatio euadendi. Hebræos autem adiu-
C uabat nimis ſpes vincendi. Si aũt populus diſcubuiſſet ad cibos ſequeretur inconueniens, ſ. ꝙ interea hoſtes elaberentur, & hoc erat maius incõueniẽs: ergo rectius iudicauit Saul iubendo, quòd nõ comederẽt quàm permittendo, quòd diſcumberent. Cum vero dicit Ionathas; turbauit pater meus terram, ſi comediſſet populus de preda inimicorum, nonne maior facta fuiſſet plaga in Philiſthijm? Dicendum ꝙ non erat verum, immo ſi comediſſent de preda nullam plagam feciſſent, quia interim Philiſthini diffugerẽt: eſſent autem vera verba Ionathæ, ſi populus comediſſet antequam inciperet pugnare cum Philiſthijm, ſed poſtea non ſtat. Item qñ dicit Nicolaus ꝙ iuramentum Saulis fuit occaſio populo peccandi, ſ. comedendi cum ſanguine. Reſponderi poteſt, ꝙ quan-
D do quis prebet occaſionem ad alterum ſi illa occaſio non eſt directa ad id, quod fit dans occaſionem nihil bonum aut malum agit, ſicut patet de fabro, nã qui facit gladium eſt cauſa, vel occaſio omnium percuſſionum, quæ gladio fiunt; tamẽ faber non peccat q̃q̃ multi occidantur gladio, quem ipſe fecit, quia non prebet occaſionem directã, & immediatam: ita autẽ fuit hic de Saule, quia licet populus peccauit, preceptum ſuum non agebat directè ad hoc, nam poterãt comedere ſine ſanguine ſi voluiſſent, & non peccarent. Nec etiam feſtinatio comedendi propter famẽ faciebat aliquid horum, ſed ſolum differebat ex loco iugulationis, nam ſi iugularent ſuper lapidem, non peccarent. iugulando autem ſuper terram, peccabãt:
E vtrumque tamen erat æqualiter facile.

Aliter poteſt dici, ꝙ nullã oĩno occaſionem præſtitit mandatum iſtud, quin potius ſi populus comediſſet de preda inimicorum ſuorum, ſicut volebat Ionathas, maiorem habuiſſe feſtinationẽ, ſ. vt rurſus perſequerentur hoſtes, ideo quocunque occiderent, & non curarẽt an peccarent. Item qñ dicit Nicolaus, ꝙ peccauit Saul impie adimplendo, ſ. quia voluit occidere Ionatham. Dicẽdum ꝙ in hoc non peccauit, immo nimis laudabilis eſt: erat enim iuſtiſſimus nõ attendens perſonam, vnde & filium ſuum primogenitum, quem præ cæteris diligebat, & pro quo ipſe ſe

ad

ad mortem exponebat, & qui tam strenuè egisset in armis amore iustitię occidere voluit: malebat enim filio orbatus viuere quàm legem incustoditam esse: nec agebat hoc Saul, nisi amore iustitiæ. Nemo nãq; suspicari poterit, ꝙ hoc ageret tanq̃ ei Ionathas odiosus existeret. Putabat etiã se in hoc obsequium præstare Deo, quia propter factum eius noluerat respondere: & ipse per sortem deprehenderat hoc factum, & egisset nisi populus impediuisset. Item quãdo dr̄, ꝙ peccauit Saul quia iuramentum temerarium iterũ replicauit: dicendum ꝙ non peccauit, quia Saul credebat ꝙ iustum agebat, si occideret Ionatham: iurare autem agere quod bonum est, non est peccatum. Argumẽtum autem procedit præsupponendo, quòd constaret istud esse malum, quia tũc iurare facere id, quod malum est, est peccatum. Patet igitur ꝙ non peccauit Saul imponendo imprecationem super populum. *Omneque terræ vulgus venit in saltum.* Idest totus populus, qui ibat cũ Saule quod vocatur vulgus, quia erãt omnes ferè inermes. Dicitur ꝙ venit in saltũ, s. persequendo Philisthinos, iste saltus erat in monte Ephraim, vt ait Iosephus 6. Antiq. & hoc quia cum Philisthini fugerent a facie Israël transierũt per montem Ephraim, & per illũ persequuti sunt eos Hebręi. Hoc autem consonat literę superiori, s. ꝙ omnes, qui absconderant se in monte Ephraim sociauerũt se cũ Saule in pręlio. *In quo erat mel super faciem agri.* Scilicet in saltu illo erat mel super agrum, quia illi erant faui, quos confecerant apes: & erant super faciẽ agri. Hoc autem ponitur ad significandum diligentem obseruationem pręcepti circa Hebręos, s. quia q̃q̃ in promptum esset sibi comedere, cũ mel esset super faciem agri: tamen nemo de populo gustauit quidq̃. *Ingressus est itaque populus saltum.* Scilicet, quia per illam partem persequi debebant hostes. *Apparuit fluens mel.* Scilicet omnes viderũt mel fluere super faciem agri: non enim solum erant ibi faui, sed etiam mel fluens, quod maiorem opportunitatem comedere volentibus exhibebat, s. ꝙ non deberẽt cõprimere fauos cõpressuri mel, sed ipsum per se fluens erat: vnde Ionathas non expressit mel de fauo, sed intinxit virgulam, quam manu tenebat in fauo, & applicuit ori, vt patet infra. *Nullusque applicuit manum ad os suum.* Scilicet, nullus de populo ausus est comedere modicum de melle, applicando manum ad os, & ad mel. *Timebat enim populus iuramentum.* Idest timebat adiurationem, quam fecerat Saul.

Porro Ionathas. Hic ponitur secundum huius secundæ partis, in quo ponitur ignorantis transgressio, s. ꝙ Ionathas pręuaricatus est pręceptũ patris, quia ignorabat illud. *Non audierat cùm adiuraret pater eius populum.* Idest quando Saul posuit maledictionem super populum, dicens: maledictus qui comederit panem vsque ad vesperum, & hoc fortè, quia Ionathas erat cũ armigero suo antequã veniret Saul, & populus ad eos: alioquin audiret Ionathas, quia ipse magis esset propinquus patri quàm cæteri. *Extenditque summitatem virgæ quam habebat in manu sua.* Scilicet noluit morari ad comedendum, ideo non inclinauit se accepturus fauos, sed intinxit summitatem virgę in fauo. *Et intinxit in fauum mellis.* Scilicet, quia mel erat super faciem agri fluens, & non oportebat immorari circa eductionem fauorum de aluear io.

Et conuertit manum suam ad os suum. Scilicet, summitatem suam, quam intinxerat in melle. Et dicitur, ꝙ conuertit manum, quia forte nõ applicuit virgulam ad os, sed manu tetigit virgulam, vt sic mundiorem comederet cibum.

Et illuminati sunt oculi eius. Idest incępit recipere spiritum, s. iam languerant oculi eius præ inopia cibi:

F quia quandocunque euenit homini aliqua debilitas, siue ex fame siue ex similibus laboribus, primò oculi languescunt, quia ipsi sunt partes tenerrimę, & ad vidẽdum plus solito hebetes fiunt. Cum verò homo recipit vires oculi illuminantur, s. recipiunt pristinum vigorem ad videndum, & per illuminationem oculorum significatur confortatio cordis, & resumptio virium: erat enim nimis fatigatus Ionathas, quia plus cæteris laborauerat: nam ipse per noctẽ cum armigero suo ascenderat ad castra Philisthinorum per loca petrosa, & abrupta nimis reptando: postea autem pugnando occidit viginti Philisthinos. Postea autem laborauit in persecutione hostium, sicut cæteri; ideo ipse nimis fatigatus erat. *Respondensque vnus de populo, ait.* Scilicet locutus fuit ad Ionatham dicendo, quòd

G peccauisset. Et dicitur respõdens modo improprio loquendi, quia nihil locutus fuerat Ionathas, vel aliquis alius ad quod iste responderet, sed quia iste locutus fuit propter ea, quæ Ionathas faciebat, dicit quasi respondisse ad illa. *Iureiurando constrinxit pater tuus populum.* Idest sub iuramento alligauit pater tuus populum. Accipitur hic iusiurandum pro imprecatione maledictionis, quia non erat hic aliquod iuramentum, vt supra dictum est.

Maledictus, qui comederit panem hodie. Non dixit sic Saul, sed maledictus vir, qui comederit panem vsque ad vesperum. Pro eodẽ tamen accipiuntur ista, quia vesperũ erat solis occasus, & post solis occasum nihil est de illa die, sed de alia: hoc autem dixit ille vir

H Ionathę, vt sciret quòd peccabat, & non comederet amplius: sic autẽ fecit, vt ait Iosephus, scilicet, quòd immediatè reiecit fauum ab ore.

Defecerat autem populus. Idest fatigatus fuerat nimis præ lassitudine, & defectu cibi: non tamen comederunt propter hoc, sed expectauerunt vsque ad vesperum: alioquin oẽs peccauissent: nemo tamen pręter Ionatham peccauit, s. transgressus est præceptum.

Dixitque Ionathas: turbauit pater meus terram. Idest turbauit populum, s. ponendo tale præceptum: quia si permisisset populum comedere, fuisset facta maior plaga in hostibus.

I *An Ionathas peccauerit comedendo de melle.* *Quæst.* XX.

QVAERET aliquis, an peccauerit Ionathas comedendo de melle. Et videtur quòd sic, quia si non peccasset, Deus non cessasset a responsione, sed ob hoc cessauit: quod apparet, quia cum Deus nollet respondere inquirente sacerdote: mox Saul dixit, hoc factum fuisse propter peccatum alicuius: & nõ erat propter aliquid aliud, nisi propter factum Ionathę, vt postea patuit: ergo peccauit. Itẽ si Ionathas non peccauisset, non fuisset deprehensus a Deo, & quando inquisitum est sorte, quis peccauit Deus demonstrauit, ꝙ peccasset Ionathas. Deus autẽ nunquam falsum ostendit, ergo peccauit. In contra-

K rium videtur, ꝙ nõ peccauit, quia Ionathas fecit hoc ignoranter: nam dicitur supra, ꝙ nesciebat patrẽ suũ adiurasse populum: ignorantia ista facit inuoluntarium, & sic non est peccatum. Nec obstat, si aliquis dicat, ꝙ Ionathas ignorabat hoc ius, scilicet, legẽ positam a principe: error autem iuris non facit inuoluntarium, iuxta Arist. 4. Ethi. Vnde non excusat. Dicendum enim, ꝙ ista lex nouiter publicata fuerat, & nõdum potuerat peruenisse publicatio eius ad omnes: nam pauloante hoc eadem die lata fuerat, ideo ignorantia eius excusabat.

Respondendum est, quòd Ionathas non peccauit hic, sed in hoc aliter dici potest secũdum eos, qui dicunt Saul peccasse iurando, & aliter secundum nos:

nam secundum illos debet dici, quòd non peccabat Ionathas, etiam si comedisset sciẽs de melle, quia adiuratio illa, vel imprecatio patris non tenuerat. Et sicut est in iuramentis, quòd illud iuramentum, quod est illicitum, non tenet, & si quis contra eat, non peccat: ita in ista adiuratione, cum esset illicita, nõ obligabatur aliquis illam obseruare: & consequenter nemo peccabat non obseruando. Nos autem aliter dicere debemus, cum asseramus quòd imprecatio Saulis, vel præceptum licitè positum est, s. quòd Ionathas non peccauit, quia ignorabat positum esse istud præceptum: si tamen cognouisset, verè peccasset, & ad excusandum eum litera dixit. Porrò Ionathas non audierat, cum adiuraret pater eius populum.

Ad rationes in contrarium respondendum. Ad primam cum dicitur, quòd Deus non respondit propter ea, quæ fecit Ionathas, & tamen si non peccasset Deus non tacuisset. Dicendum quòd responsa Dei dantur ex mera gratia, ideo aliquando homine non peccante Deus non vult respondere ei, & aliquando eo peccante Deus respondet. Patet hoc de Balaam, qui erat peccator: & tamen Deus respondebat illi, & loquebatur sępissimè, sicut legitur Nu. cap. 23. & 24. Verum est tamen, quòd aliquando Deus nõ vult respondere propter peccata alicuius, vt quia vult tradere eum in malum, & vult quòd hoc ignoret, sicut factum est de Saule, quando consuluit Dominum ante vltimum bellum, in quo mortuus est: nam dicitur: consuluitque Dominum, & non respõdit ei, nec per somnia, nec per sacerdotes, nec per prophetas, infra cap. 28. Hic autem non subticuit Dominus tanq̃ Ionathas peccasset, sed magis, vt per hoc haberetur occasio ad inueniendum eius innocentiam, vt infra dicetur.

Ad secundum cum dicitur, ꝙ Deus demonstrauit Ionatham peccasse, quia cum quæreretur, per quem acciderat malum illud, respõsum est per sortes quòd per Ionatham. Dicendum quòd hic non consultum est, quis peccasset, sed per quem malum istud euenisset: & tunc inuentum est, quòd per Ionatham: non tamen ex hoc demõstratur, quòd peccauit, sed quòd fuit causa quòd Deus taceret. demonstrauit autem hoc Deus, & voluit, quòd inquireretur per sortem, vt sic reperiretur ignorãtia Ionathæ, quia multi sciebãt, ꝙ Ionathas comederat: nesciebãt tamen an ignorasset adiurationem, ideo crederẽt eum peccasse, & potuissent per hoc scandalizari reputando eum transgressorem. Publicè ergo deprehensus fuit, vt corã omnibus se excusando declaretur eius innocentia, & propter hoc a toto populo fuit liberatus tanquam innocens reputando mortem eius nefariam.

Item factum est hoc, ne aliqui putarent Deum acceptorem esse personarum, s. quòd si aliquis alius de populo peccauisset, occidisset, & quia erat filius regis non occidit. Cùm autem demonstratum est hic, ꝙ erat innocens cognitum est, quòd Deus non erat acceptor personarum: ipse igitur præbuit occasionem ad hanc inquisitionẽ, & propter hoc fecit, quòd non audiret populus respõsum, vt putaretur aliquod peccatum esse, & inquireretur quis fecerat, & inueniretur Ionathas.

Vidistis ipsi, quòd illuminati sunt oculi mei. In hoc dabat rationem Ionathas, quod præceptũ patris inconsultè positum esset, s. quia propter paululum de melle oculi eius illuminati sunt, idest cõfortati sunt, quia languerãt præ fatigatione, & inopia cibi, & vires eius redditæ sunt ei, à fortiori ergo si pater eius permisisset alijs comedere modicum, confortati fuissent magis ad persequendum hostes.

Eo quòd gustauerim paululum de melle isto. Scilicet non sumpsi aliquem alium cibum nisi modicum de melle, & confortatus sum, quantomagis si sumpsissem alios cibos ego, & populus iste.

Quanto magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum. Scilicet, si totus exercitus comedisset, quia quilibet confortaretur, sicut ego confortatus sum: & adhuc magis confortaretur, quia sumpsisset de cibis fortioribus, scilicet, de præda hostili quã reperit, scilicet, populus reperit prędam in castris, & in via. sic dicitur infra, quòd defatigatus est populus nimis, & versus est ad prędam.

Quam prædam acceperint Israelitæ a Philisthinis. Quæst. XXI.

QVAERET aliquis, quæ prędа fuit ista, vel quomodo poterant Israelitæ accipere prædam a Philisthinis, cum ipsi non essent nunc in terra sua, sed in terra Israel. Aliquis dicet, quòd hoc potest intelligi de cibis, quos habebant Philisthini: manifestum est enim, ꝙ tantus exercitus non esset sine multis alimentis: erat enim turba innumerabilis, vt patet pręceden. cap. & quia subitò, & pręter spẽ coacti sunt recedere de castris, necesse est, vt maneret ibi magna copia ciborum, quam Israelitæ poterant rapere, & sumere sibi ad victum. hoc autem verum est.

Sed dicendum, ꝙ adhuc præter hæc, quæ habebãt Philisthini parata in castra ad cibum, habebant pecora multa, s. oues, & boues apud castra, & vltra, de quibus poterãt comedere Israelitæ, sic patet infra, s. Versus est populus ad prędam, & tulit boues, & oues, & vitulos, & mactauerunt in terra.

Sed dicet aliquis quomodo Philisthini poterãt habere oues, & boues, vt caperẽt illas in pdam Israelitę? *An Philisthini haberent oues & boues vt Israelitę caperent in prædam.*

Aliquis respõdebit, ꝙ Israelitæ persecuti sunt Philisthinos vsque in terrã suam, & ibi acceperunt oues, & boues, & reliqua, quæ inueniebant.

Sed hoc non multum stat: magis enim videtur, ꝙ nondum Israelitę accesserant ad terram Philisthinorum, sed in terra Israel erant, & ibi persequebantur Philisthinos, nam postquam populus comedit, dixit Saul, ꝙ volebat persequi hostes tota nocte vsque mane, & ꝙ non relinqueret ex eis virum: populus autẽ consensit. Deinde cum Deus consultus ab eis non respondit, omissa fuit persecutio hostium. Et dicitur: recessitque Saul, nec persecutus est Philisthijm: porrò Philisthijm abierunt in locum suum: ergo tota illa die nondum venerant in loca sua. Vnde non poterant Israelitæ accipere prædam de Philisthinis, quæ esset de terra eorum.

Sed dicendũ est, quòd Philisthini, qui aliquot diebus steterant in terra Israel prędati fuerant multa, nã continue vagabantur per terram, & dum maior fieret præda, mittebant tres cuneos per tres partes terrę Israel, vt patet præceden. cap. vnde copiosam nimis prędam collegerant. Hanc autem nondum consumpserant, ideo die belli supererant oues, & boues, & armenta plurima, quę Hebręi abstulerunt de potestate eorum. Et quia illa iam pertinuerant ad Philisthinos, cum prędati essent illa, quamquam fuissent prius in bonis Israelitarum, cum nunc nouiter illa receperũt, dicebantur accepisse prędam, quia iam desierant illa esse sua; abstulerunt ergo prædam hostium, sed non de illis rebus, quæ semper fuerant hostium, sed de rebus, quæ fuerant Israelitarum. Nisi fortè aliquis dicat, quòd Philisthini venientes in terram Israel attulerant de terra sua pecora multa ad cibos exercitus, illa autem nondum consumpta relicta sunt, & de illis Hebręi acceperunt prædam. Sed primum verisimilius

milius est: non est enim satis credibile, quòd tanta multitudo Philisthinorum duxisset de terra sua omnia necessaria: potissimè cum confideret habere oĩa per prędam in terra Israel, nemine resistente illis.

Nonne maior fuisset facta plaga in Philisthijm. Quasi dicat magis percussisset populus hostes suos, si permissus fuisset comedere de prȩda hostium, quia sic confortatus fuisset, & potuisset durius eos persequi, sed pater meus hoc non permisit: ergo turbauit terram.

Hoc enim dictum Ionathȩ non videbatur simpliciter verum: qm̃ si populus declinasset ad cibos cum Philisthini non declinarent ad discumbendum, sed indesinenter fugerẽt, anteq̃ eos postea Israelitæ consequi valuissent. Vnde nulla fieret plaga. Sed aliquis dicet in contrariũ, quia iam qñ populus sedit ad manducandum, dixit Saul, ꝙ volebat tota nocte persequi Philisthinos, & non relinqueret ex eis virum: & tamen tunc nimis morati fuerant in sumendo cibos, & consulendo Dñm: ergo sic per diem q̃q̃ declinassent ad sumendum cibum potuissent postea cõsequi Philisthinos, & sic conuenienter dicebat Ionathas, ꝙ Saul turbauerat terram.

Dicendum ꝙ non erat simile, quia per diem continuè fugiebant Philisthini, ideo si declinassent Hebrȩi ad cibum sumendum non valuissent postea eos comprehendere per noctem, tamen putauit Saul, ꝙ Philisthini declinarent ad sumẽdum paululum cibi, vel quietis, quia nemo eorum diem totum cum nocte incibatus, & insomnis ducere posset: potissimè, quia cũ Philisthini vidissent Iudæos ad solis occasum distribuisse putarent eos iam non vlterius progressuros, ideo confidenter sumerent aliquid quietis, & tũc ex insperato irruerent super eos Hebrȩi, & hoc volebat Saul. Percusserunt ergo in die illa Philisthæos a Machmas vsque in Aialon: iste fuit terminus persecutionis, & occisionis in die illa vsque ad vesperum, scilicet, a Machmas vbi erant castra Philisthinorum: ibi enim incępit pugna Iudæorum cum Philisthinis: nam inuenerunt eos mutuo configentes cum venerunt ad illos: durauit autem ista percussio vsque ad Aialon, qui est quidã locus satis distans a Machmas. Est enim in sorte tribus Dan, vt patet Iosue c.19. De isto loco dicitur Iosue cap.10. Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Aialon, s. quòd luna erat in valle Aialon quando sol stetit tempore Iosue.

Defatigatus est autem populus nimis. Scilicet, ex abstinentia cibi per totum diem, & ex labore magno itineris in cursu, ita vt se amplius sustinere nequirent.

Et versus ad prædam tulit oues, & boues, & vitulos. Scilicet, cum non posset amplius præ lassitudine hostes persequi versus est ad prędam, vt cibo, & quiete refocillaretur. Ista autem prȩda erat de bobus ouibus, & armentis cæteris, quæ Philisthijm prędati fuerant de terra Israel, & nunc ducebant in terram suam: cum autem Iudæi violenter abstraxerint prędam de manu eorum, dicuntur ipsi quoque egisse prędam, de eo tñ quod ante hoc ad Israelitas pertinuerat, sed iam transierat in manus Philisthinorum, vt supra dictum est.

An Israelitæ peccauerint vertendo se ad prædam, & de ea manducando. Et quando comederunt. *Quæst. XXII.*

QVAERET aliquis an Israelitȩ peccauerũt vertendo se ad prędam, & comedẽdo, & videtur ꝙ sic: nam Saul dixerat maledictus vir, qui comederit panem vsque ad vesperũ, s. vsque ad solis occasum: & populus quoque sic intellexit illam sententiam, vt patet: cum quidam de populo dixit ad Ionatham: iureiurãdo constrinxit pater tuus populum, dicens: maledictus qui comederit panem

F hodie. ipsi tamen comederũt cum adhuc superesset aliquanta diei pars, ergo peccauerunt. Apparet hoc, quia cum dixit Saul, quòd aduolueretur lapis ad eũ, super quẽ iugularet quilibet animalia: dicitur quòd iugulauerunt ibi oẽs animalia, quæ ducebãt vsque ad noctẽ: ergò vr̃ ꝙ adhuc aliquãta diei pars supererat, in qua totus populus posset super lapidem illũ iugulare animalia sua. Item patet, quia post cibũ sumptũ volens Saul persequi istos hostes, fecit ꝙ consuleret Deus. Et dicitur, & non respondit ei in die illa: ergo adhuc post cibum sumptum supererat aliquid diei, & sic populus comedit ante statutam horam: ergo peccauit. In contrarium vr̃ ꝙ non peccauerit: quia cum Deus postea rñdere noluit, fecit Saul ꝙ separaretur populus in partem vnam, & ipse cum filio suo
G Ionatha in partem alterã, vt positis sortibus sciretur per quem hoc eueniebat, & deprehensus fuit Ionathas: populus autem exiuit, vt patet infra: ergo Ionathas solus peccauit comedendo ante horam constitutã, populus aũt nequaq̃. Rñdendũ est, ꝙ solus Ionathas visus est deliquisse contra prȩceptũ patris, sed an ipse solus comederit ante horam constitutam nõ apparet: poterat nãque populus comedere ante horam illam, & non peccare, & hoc de cõi consensu, qa illa impositio erat remissibilis, s. non fuerat præstitũ aliquod iuramentum de non comedendo vsque ad vesperum, nec fuerat factum aliquod votum, per qđ Israelitæ Deo obligati manerẽt, sed solum fuerat positum præceptum regis, ne quis comederet. Quia
H ergo eum solum tangebat istud præceptum, poterat relaxare illud, & sic comederet ante horam constitutam. Fieret autem fortassis hoc, quia populus fatigatus erat nimis, & non potentes amplius persequi hostes recurrerent ad regem, vt indulgeret eis licentiam comedendi. Nunc autem versi sunt ad prædã, & sic non peccauerunt: non tamen tollitur, quin aliqua pars diei superesset, quãdo populus versus est ad prędam. Cum autem arguebatur, quòd populus peccabat, quia non debebat comedere vsque ad vesperũ, & comedit: concedendum est, quòd comedit ante noctem, & tamen non peccauit. Quomodo autem poterat populus manducare ante occasum solis, & non peccaret? dicendum ꝙ põt dupliciter intelligi:
I vno modo quòd factum fuerit ex remissione vel relaxatione regis, s. quòd alioquin nõ potuissent comedere sine peccato vsque ad noctem, quia tamen fatigati erant concessit rex quòd comederent, & non peccauerunt. aliter potest dici, quòd sine aliqua concessione regis poterant comedere ante noctem, & quòd non peccarent, quia nõ dixerat rex maledictus, q, comederit panẽ vsque ad noctem, sed vsque ad vesperum. vesperum tamen non est nox, sed hora nonæ, immo illi, qui obseruãt largius, dicunt quòd postquam sol incipit declinare a meridiano versus occidentem est vesperum: communius tamen accipitur, quòd ex hora nonæ fit vesperum. sic enim accipie-
K batur in lege: nam iusserat Deus Israelitis quòd immolarent phase ad vesperum Exo. cap.12. & tamen ipsi immolabant ab hora nonæ diei vsque ad vndecimam, vt ait Iosephus in libro de bello iudaico libro vltimo. & sic nemo Iudæorum ante horam nonam immolabat, nec post horam vndecimam, quia ante horam nonam putabant non esse vesperum: post vndecimam autem putabant iam finitum esse timentes ne per noctem immolarẽt, quia nox extra vesperã est. Ita ergo hic, cũ dixerit Saul, ꝙ nõ comederent vsq; ad vesperũ licebat eis per vnã, vel duas horas añ solis occasum comedere: & dato ꝙ Saul dixisset, ꝙ nemo comederet vsq; ad solis occasum, adhuc licebat populo comedere añ noctẽ, qa q̃ comedit p vnã horam,

Vespe- nõ est sed ho- nonæ.

horam, vel quasi ante solis occasum, dicitur comedereante solis occasum: sic enim accipit scriptura Deuteronomij capitu. decimosexto, scilicet, immolabis Phase vesperi ad solis occasum: Iudæi tamen ante solis occasum, scilicet ab hora nona, & vsque ad vndecimam immolabant, vt ait Iosephus: tamen in hoc obseruabant legem, ergo sic licebat eis hic facere.

Sed adhuc dicet aliquis, quòd peccabant si comederent ante noctem, quia non solum non licebat eis comedere vsque ad vesperum, sed etiam non licebat vsque ad noctem, vt patet supra, scilicet, maledictus qui comederit panem hodie.

Respondendum est, quòd ista verba possunt intelligi ciuiliter secundum modum loquendi vulgarem, scilicet, quòd non accipiatur hodie pro toto die completo, sed pro maxima diei parte quasi vsque ad complementum diei, & sic cum populus comederit iam sero non multum ante solis occasum, dicebatur non comedisse tota illa die. Sed adhuc aliter potest dici, & melius, scilicet, quòd Saul non dixerat sic, sed maledictus vir, qui comederit panem vsque ad vesperum: iste autem mutauit verba, eo quòd non multum videbatur differre, aliquid tamen differebat, & sic populus non peccauit.

Et mactauerunt in terra. Scilicet quilibet occidebat ouem, vel bouem super planum vbicunque poterat, non obseruans aliquam cæremoniam, & ex hoc sequebatur, quòd comederent cum sanguine, secus autem si in loco eminenti, & decliui iugulassent, vt infra dicetur.

Comeditque populus cum sanguine. Idest comedit carnẽ cum sanguine, scilicet, nondum euacuato sanguine a venis, quod erat peccatum.

Quid est comedere cum sanguine. *Quæst.* XXIII.

QVAERET aliquis, quid erat comedere cum sanguine, vel quomodo populus peccauit hic comedens cum sanguine.

Respondetur, quòd comedere cum sanguine peccatum erat, quia istud fuit primum præceptum, quod datum fuit hominibus post diluuium, & pertinebat ad obseruationem Iudęorum. De hoc patet Genes. capitulo nono. scilicet, tanquam olera virentia tradidi vobis cuncta, præter hoc quòd carnem cum sanguine non comedatis. Comedere autem cum sanguine multipliciter intelligitur. Vno modo, quòd aliquis comedat membrum alicuius animalis, adhuc viuentis, scilicet abscindendo illi membrum, & ista erat magna crudelitas, ideo vetita erat, etiam quia ibi manent talia membra plena sanguine, qui nõ potest effundi conuenienter cum membra viuentibus animalibus abscinduntur.

Aliter intelligitur non comedetis carnem cum sanguine, idest carnem, & etiam sanguinem, scilicet carnem, licet vobis comedere, non tamen comedatis sanguinem, vnde nõ solũ nõ licebat Israelitis comedere sanguinem cum erat in membris animalium, sed etiã per seipsum comedi illicitum erat, sicut nos comedimus in sanguificijs. Sic patet Leuitici capit. decimoseptimo. scilicet. Siquis comederit sanguinem obfirmabo faciem meam contra animam illius, vt disperdam eum de populo suo. sed quandocunque Israelitę immolabant aliquod animal ad cibos suos debebant fundere sanguinem illius super terram, vt patet Leui. 17. cap. & Deuteron. 12.

Aliter potest accipi comedere cum sanguine, scilicet, quòd aliquis comedat carnem cum sanguine, nondum euacuato sanguine, vt siquis iugulauerit animal extẽtum super planum, & sic illud reliquerit, sanguis eius manet intra ipsum non potens defluere, & congelatur ibi, ita vt tota caro rubra efficiatur, & turpis, qui autem comederit de carnibus illis comedit carnem cum sanguine, quia ibi sanguis est, & hoc etiam erat vetitum Iudæis. Quolibet autem istorum modorum erat illicitum comedere carnem cum sanguine.

Quo prædictorum modorum comederunt Israelitæ carnem cum sanguine, & an obtulerint sacrificia dæmonibus. *Quæst.* XXIIII.

QVAERETVR vlterius, in quo istorum modorum peccauit populus comedens cum sanguine, vel si fuit aliquis alius modus.

Respondendum est, quòd secundum quosdam populus peccauit hic comedens cum sanguine, idest faciens sacrificia idolis, & comedens sanguinem in sacrificio illorum. erant enim ritus multũ diuersi in sacrificijs dęmonum, & sacrificijs Dei, quia in sacrificijs dæmonum comedebant offerentes ipsos adipes, in sacrificijs autem Dei nequaquam, sed hoc erat potissimum, quod cremabatur coram domino, & vocatur adeps odoris suauissimi, & non solum in adipibus animalium, quæ offerri debebant erat hoc, sed etiam in adipibus animalium quæ non offerebantur, vt patet Leuitici capitulo quarto. scilicet. Omnis adeps domini erit iure perpetuo, nec adeps, nec sanguis omnino comedetur. De quo etiam Leuitici capitulo septimo. In sacrificijs tamen dæmonum offerens comedebat adipem, ita Deuteronomij capit. 32. Et dicent vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam, de quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum? in sacrificijs tamen Dei offerentes non bibebãt de vino libaminum, sed partim fundebatur super carnes oblatas, & partim cedebat in ius sacerdotum, vt declaratum est Numeri capitu. 15. sic autem de sanguine esse potuit, quòd in sacrificijs dęmonum comederent offerentes de sanguine. (Sacrificia Dei, & dęmonũ valde differebant.)

Sed non potest hoc modo stare litera, quia si sic immolarent, magis peccaret populus immolando dæmonibus, quam comedendo cum sanguine, non ergo accusarentur de minori delicto, sed de maximo, scilicet, quòd colerent: tamen non accusati sunt, ergo non offerebant dæmonibus. Item quia si aliquis obtulisset ibi dæmonibus occidisset illum Saul, quia iubebat lex, quòd omnes huiusmodi occiderentur, & nequaquam parceretur eis, sicut constat Deuteronomij capi. decimotertio, & decimoseptimo. neminem tamen hic occidit Saul, neque quicquam comminatus est. ergo non immolabant dæmonibus. Item Saul audiens hoc voluit ponere remedium, & fecit quòd volueretur lapis magnus super quem omnes immolarent, & tunc non comederent cum sanguine: hoc tamen non erat remedium contra immolationem, quæ fiebat dęmonibus.

Alij dicunt, quòd populus comedit cum sanguine, idest, antequam sanguis aspergeretur ad honorem diuinum: dicunt enim, quòd debebat quodlibet animal duci ad immolandum coram domino, & quòd aspergeretur sanguis coram altari: deinde quòd Israelitæ comederent de carnibus, sed hic non fundebatur sanguis coram altari, sed quilibet vbi volebat, immolabat, ergo peccabant comedentes cum sanguine, scilicet, antequam funderent sanguinem coram Domino.

Sed hoc non stat. primo quia non tenebantur isti, aut aliqui occidentes animalia fundere sanguinem coram altari, de quo infra dicetur. Item quia dicitur infra, quòd nunciauerunt regi, quòd comederet populus

pulus cum sanguine, quasi hoc rex ignoraret, si tamē acciperetur sic comedere cum sanguine, rex satis hoc cognosceret, quia bene sciebat, quòd nemo eorum, qui tunc ibi erant, ibat ad ostium tabernaculi ad fundēdum sanguinē, ergo superuacuum, & stultum erat hoc sibi annunciari, sed annunciatum est, & tunc rex quasi nouiter illud cognoscens prouidit in hoc, ergo non accipitur isto modo comedere cum sanguine.

Item quia rex prouidit his qualiter populus non comederet cum sanguine ponens lapidē, in quo immolarent. si tamen peccatum esset in hoc, quia non ibant ad effundendum sanguinem coram domino non esset hoc aliquod remedium, ergo aliter dicebantur comedere cum sanguine.

Alii dicunt, quòd peccabat populus comedendo cum sanguine, quia prius debebant Deo offerre primitias de prȩda hostium immolādo aliqua animalia, quam ipsi comederent, sed hic prius ipsi comederunt ergo peccabant.

Sed hoc non stat, primo quia non potest hoc dici comedere cum sanguine, sed comedere non offerendo, dicitur tamen, quòd peccauerunt comedendo cū sanguine.

Item quia ad hoc non ponitur hic remedium, nam cum dicitur, quòd occiderent omnes animalia sua super lapidem, putabat se rex prouidere, & tamen non prouideret si peccatum fuisset in hoc, quòd Deo non fuit aliquid prius oblatum.

Nunc autem redeundum est ad tres modos, quibus aliquis proprie dicitur comedere cum sanguine
q̃ȏ.pced. de quibus supra diximus, vt videatur in quo illorum intelligendum sit. Primus erat cum quis animali viuenti abscindit aliquam particulam, & comedit, sed hoc modo non potest hoc intelligi, quia nullus de Iudæis abscindebat membra animalium, sed iugulabāt, & postea comedebant: nam dicitur, quòd mactauerunt in terra. Etiam quia non prouidebat rex quantū ad hoc: nam si in hoc peccassent nō dixisset, quòd occiderent animalia super lapidem, sed solum, quòd occiderent: sufficiebat enim quomodocunque occidere quantum ad hoc.

Secundus modus comedendi cum sanguine erat, quando per se comedebatur, sicut carnes, & iste etiā non erat hic, quia populus non peccabat quantum ad modum comestionis, sed peccatum eorum habebat originem ex modo occidendi: nam dicitur, quòd occidebant in terra, & tamen quantum ad hoc, quod est comedere cum sanguine nihil faciebat occidere in terra, vel non. Itē patet, quia rex prouidit super hoc faciens, quòd omnes immolarent super lapidem, & sic non comederent cum sanguine, si tamen hoc modo peccarent, nihil prouidebatur sic, quia etiam postquam immolassent super lapidem poterant comedere sanguinem.

Dicendum ergo, quòd tertius modus comedendi sanguinem fuit, quando populus peccauit hic, scilicet, quia cum occiderent animalia nondum erat sanguis eorum bene purgatus, & comedebant, hoc autē erat, quia immolabant super terram in plano, & ibi decoriabant animalia, non poterat autem sanguis effundi de mēbris, ideo cum postquam carnes frigescerent manebat ibi gelidus sanguis diffusus per totam carnem, illum cum carnibus comedebant. Hoc autem apparet, quia dicitur, ac iugulabant in terra, & ad hoc sequebatur non effundi sanguinem de venis animalium.

Item quia rex ad hoc prouidit faciens, quòd omnes immolarent super lapidem, quasi sic sanguis efflueret: nec enim ad aliud proficiebat immolatio super lapidem, nisi quia inclinato capite animalis vni-
F uersus sanguis effluebat per locum percussuræ, ideo fecit lapidem aduolui.

An tenerentur Israelitæ immolare animalia coram Sanctuario, & ibi fundere sanguinem.
Quæst. XXV.

QVAERETVR vlterius circa id, quod supra dicebant quidam, scilicet, quòd peccarent isti quia non ducebant animalia ad immolandum coram Sanctuario, & quòd ibi funderetur sanguis eorum coram altari, an tenerentur hoc facere.

Aliquis dicet, quòd sic, quia Leuitici decimoseptimo
G mo cap. dicitur: Homo quilibet de filijs Israel, si occiderit bouem, aut ouem, siue capram in castris, vel extra castra, & non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem domino, sanguinis erit reus: oportet ergo quòd omnis occisio animalium fieret ad ostium tabernaculi coram altari.

In contrarium videtur, quòd hoc Deus non iusserit, quoniam obligaret sic Israelitas ad impossibile: non enim poterant de omnibus locis Israelitæ venire ad occidendum omnia animalia, quæ comesturi erāt in Sanctuario. Item nullius vtilitatis hoc erat, quia quòd animalia, quæ offerenda erant, & cremanda in altari offerrentur, & immolarentur in Sanctuario, quia istud fiebat ad laudem Dei, quòd tamen animalia illa de quibus nihil Deo prouenire debebat occide-
H rentur intra Sanctuarium inutile erat, & nimis fœdarentur, rentiuum, quia cum omnia animalia ibi occiderentur, replerentur cuncta sanguine, & esset templum nimis banausum, ita vt iam non esset domus orationis, vt patet Isaiæ capitulo 56. sed esset carnificum domus. Item si hoc fieret Christus non nimis zelasset mundiciam domus Dei, ipse tamen zelauit eam, vnde euertit cathedras vendentium columbas, & effudit mensas nummulariorum, nec sinebat transferri æs per templum. De hoc Matthæ. vigesimo primo capitulo. & Marci vndecimo. & Ioannes secundo. Si tamen ibi occiderentur omnes carnes, quas totus populus comedere debebat, maior negociatio esset illa, & immūditia, quam quòd venderentur columbæ in templo,
I & essent ibi mensȩ nummulariorum.

Respondendum est, quòd non debebant Israelitæ occidere ad ostium tabernaculi aliquod de animalibus, quod ipsi comesturi erant, sed solum illa, quȩ offerebant domino. Patet hoc Deuteronomij capitulo duodecimo. vbi ponitur ista differentia, & primo dicitur de sacrificijs: Caue ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in eo, quem elegerit dominus in vna tribuum tuarum offeres hostias. Postea autem dicitur de carnibus, quas comedebant Israelitæ, vbi & qualiter deberent eas comedere. Et dicitur, sin autem comedere volueris, & te esus carnium delectauerit, occide & comede, iuxta benedictionem
K Dei tui, quam dedit tibi in vrbibus tuis: ergo poterant in vrbibus suis, scilicet extra locum Sanctuarij occidere animalia, & comedere. Item patet hoc, quia ad hoc, quòd Israelitȩ comederent de carnibus, quas nō offerebant domino non requirebatur, nisi quòd non comederent cum sanguine: ergo non erat necesse, quòd portarent animalia ad immolandum in locum sanctuarij. Patet hoc, quia Deuteronomij capitulo duodecimo. dicitur: Comedes in vrbibus tuis, siue immundum, hoc est maculatum fuerit, & debile, siue mundum, hoc est integrum, & sine macula, & quod offerri licet, sicut capream, & ceruum comedes absque esu dumtaxat sanguinis, quem super terram quasi aquam fundes. Iterum autem in eodem capitulo, ponitur

ponitur differentia carnium, quæ offerebantur, a non A oblatis: nam dicitur: Occides de armentis, & pecoribus, quæ habueris, & comedes in oppidis tuis, vt tibi placet, ſicut comeditur caprea, & ceruus, ita veſceris eis, & mundus, & immundus in commune veſcẽtur, hoc ſolum caue, ne ſanguinem comedas. ergo non erat obſeruãda aliqua alia cęremonia in his, niſi quòd ſanguis non comederetur. Et ſubditur immediate: Quæ autem ſanctificaueris, & voueris domino, tolles & venies ad locum, quem elegerit dominus, & offeres oblationes tuas carnem, & ſanguinem ſuper altare, ergo non debebant Iudæi ducere in locũ Sanctuarii aliqua animalia ad iugulandum coram altari, niſi illa, quæ offerenda erant.

Cum autem arguebatur Leuitici 17. cap. quòd qui B occideret bouem, vel ouem, &c. dicendum, quòd intelligitur de occiſione, quæ erat ad ſacrificium, in qua non licebat alicui immolare extra locum Sanctuarii, quandocunque tamen alia iugulabantur ad cibos hominum; poterant immolari in quocunque loco, vt colligitur ibidem, cum dicitur: Homo de domo Iſrael, ſi occiderit bouem, aut ouem, ſiue capram in caſtris, vel extra caſtra, & non obtulerit ad oſtium tabernaculi oblationem domino: ergo de oblatione intelligitur, alioquin diceretur, quòd quicunque occiderit aliquod animal etiã ad cibos ſuos, teneretur aliquid offerre de illo, ſed hoc falſum eſt. Patet hoc etiã magis in eadem litera, cum dicitur, & ideo offerre debẽt ſacerdoti filii Iſrael hoſtias ſuas, quas occidũt in agro, C & immolent eas hoſtias pacificas domino, & poſtea ſequitur, & nequaquam vltra immolabunt hoſtias ſuas dęmonibus. De ſolis ergo animalibus, quæ occidebantur ad offerendum domino intelligitur illud, quòd quidam immolabant ſacrificia domino extra locum Sanctuarii in agris, & vbicunque volebant. De aliis autem animalibus nihil ibi iubetur, ideo nõ peccauerunt Iſraelitæ comedentes cum ſanguine, ideſt non offerentes ad oſtium tabernaculi, ſed ſolum, quia non diluebatur ſanguis de corporibus pecorum, hoc autem tenet Ioſephus 7. Antiquitatum dicens: Hoc autem a ſcriba nunciatum eſt regi, quando populus in Deum peccaret, & occiſis pecoribus antequã ſanguis bene dilueretur nondum purgatis carnibus ve- D ſcerentur.

Nunciauerunt autem Sauli. Hoc nunciauerunt ſcribę, vt ait Ioſephus, ſcilicet doctores legis. Erant autem inter Iſraelitas pugnantes quidam ſapientiores in lege, qui potiſſime habebant zelum legis corrigentes omnia, quæ inique videbant fieri. iſti autem vocantur ſcribę, de quibus Matth. capit. 23. dicitur, ſuper cathedram Moyſi, ſederunt ſcribę, & Phariſęi, quæcunque dixerint vobis facite.

Dicentes quòd populus peccaſſet domino. Ideſt peccaſſet contra dominum, ſcilicet iſtud peccatum non erat contra aliquem, niſi contra Deum, & non cõtra proximos, quia hic erat tranſgreſſio cuiuſdam cęremoniæ. omnes autem cæremoniæ ad cultum Dei ſpecialiter pertinent.

E *Comedens cum ſanguine.* Ideſt peccatum erat ſolum, quia comedebantur carnes nõdum euacuato ſanguine, hoc tamen vetitum erat a principio antequam daretur lex Iudæorum Gene. capitu. 9. poſtea nimis diligenter vetitum eſt Leuitici 17. cap. & Deuteron. 12.

Qui ait, præuaricati eſtis. Hoc dixit Saul ad ſcribas, qui nunciauerunt ei, & non quidem tanquam ſcribę peccaſſent, quia ipſi potius populi peccatum nunciabant, ſed locutus fuit tanquam ad populum. Niſi forte aliquis diceret, quòd dixit hoc, quia fuerant ſcribæ negligentes non corrigendo prius peccatum populi, vel non denunciando, ſed primum eſt melius. Aliquis tamen dicet aliter, ſcilicet, quòd locutus fuit hic Saul ad populum increpando, quòd peccaſſet, ſed falſum eſt, quia non locutus fuit ipſe populo, ſed iuſſit denunciari illi, vt patet immediate, ſcilicet, diſpergimini in vulgus, & dicite eis, vt adducat ad me vnuſquiſque bouẽ ſuum, non ergo loquebatur populo, ſed ſcribis.

Voluite ad me iam nunc ſaxum grandem. Voluit prouidere Saul, ne amplius populus peccaret, & quia peccatum populi conſiſtebat in hoc, quòd immolabant animalia in terra, & ob hoc non poterat euacuari ſanguis, & comedebat cum ſanguine, iuſſit vt eleuaretur lapis magnus, ſuper quem immolarentur omnia animalia, & pendente capite cuiuſque pecoris iugulati poſſet vniuerſus ſanguis effluere. prius autem in terra plana iugulabant.

Saul fecit volui ſaxũ grandem ne popul⁹ immolaret aĩalia ĩ terra, & peccaret comedendo cum ſanguine.

Et dixit Saul, diſpergimini in vulgus. Hoc dicit Saul ſcribis, ſcilicet, vt denunciarent toti populo, quòd amplius non comederent cum ſanguine, ſed venirent ad occidendum animalia ſua ſuper lapidem magnum coram Saule, & vt totus populus audiret diſpſi fuerũt ſcribę per vulgus, ideſt per totum populum.

Et dicite eis, vt adducat ad me vnuſquiſque bouem ſuum, & arietem. Non dicitur hoc, tanquam quilibet occideret arietem, & bouem pro ſeipſo, quia pro multis viris ſufficiebat vnus bos, & vnus aries: ſed dicit, quòd quilibet qui immolaturus eſſet bouem, vel arietem veniret coram Saule, ſcilicet, vt ſuper lapidem illum magnum omnes immolarent, & ſic diligẽter rex volebat fieri iugulationem, vt nemo comederet cum ſanguine, & vt nullus ſecus ageret voluit coram ipſo fieri omnes immolationes.

Et occidite ſuper iſtud. Ideſt, quilibet occidat ſuper iſtum lapidem, ſcilicet, vt hic poſſit ſanguis bene dilui de corporibus pecorum.

Et veſcemini. Ideſt poſtea comedetis, ſcilicet carnes mundas ſine ſanguine.

Et non peccabitis domino comedentes cum ſanguine. Ideſt ſic faciendo non peccabitis, ſcilicet, quia ſuſpenſis, ſiue ĩclinatis pecoribus ſuper lapidem magnum totus ſanguis diluetur, & non comedetis cum ſanguine, & ſic non peccabitis.

Adduxit itaque omnis populus vnuſquiſque bouem in manu ſua. Ideſt audito præcepto omnes duxerunt boues, vel arietes, aut quicquid occidere debebant, vt iugularent ſuper lapidem illum, de quo rex dixerat. Et dicitur, quòd ducebant bouem, aut ouem in manu ſua, ideſt ante ſe, quia manifeſtum eſt, quòd nemo poterat ducere bouem in manu. Iſte autem eſt modus loquendi ſcripturę. ſic patet infra 16. capitu. cum dixit dominus ad Samuelem, vitulum de armento tolles in manu tua.

Vſque ad noctem, & occiderunt ibi. Ideſt durauit populus ducendo boues, & arietes ad occidendum coram rege vſque ad noctem.

Ex quo patet, quòd aliquanta pars diei ſupererat, quando populus declinauit ad prędam, cum totus populus poſtea duxerit pecora ſua coram rege, & ibi ſucceſſiue occiderint, hoc autem totum ante noctem factum eſt.

An populus peccauerit comedendo cum ſanguine.
Quæſt. XXVI.

QVAERET aliquis, an populus peccauerit hic comedendo cum ſanguine.

Et videtur, quòd ſic, quia dicĩ ſupra nunciauerunt autem Sauli dicẽtes, ꝙ populus peccaſſet domino comedens cũ ſanguine. Item patet, quia dixit Saul pręuaricati eſtis, & poſtea ſubditur occidite ſuper lapidem iſtum, & veſcemini, & nõ peccabitis domino comedentes

dentes cum sanguine, ergo peccauerant, quando comedebant cum sanguine.

In contrarium videtur, quòd non peccauerint, quia si peccauissent Deus intulisset eis aliquod malum, vel rex, qui erat nimis zelator Dei nunc, sed neuter eorum aliquid infligit: ergo non peccauerunt. Patet hoc de Deo, nam cum peccatum Ionathæ, quasi nullum esset immo vere nullum, quia tamen habebat aliquam similitudinem peccati, Deus noluit transire Ionatham totaliter impunem, sed propter eum non respondit consulentibus: si ergo populus peccauisset magis propter eum subticuisset, & tamen non subticuit propter populum, sed propter Ionatham, vt patet infra, ergo non peccauit populus. De Saule autem patet hoc, scilicet, quia ipse inflixisset pęnam, si peccauisset, quod patet quantum ad filium suum Ionatham. Nam quia repertus est peccasse saltem apparenter dixit: hæc faciat mihi dominus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. populo tamen nihil intulit mali, nec etiam saltem comminatus est, ergo non peccauit.

Respondendum est, quòd populus peccauit hic, nā comedit cum sanguine. istud autem erat nimis vetitum. nam qui comedebat sanguinem iudicabatur, tāquam si occidisset hominem, & Deus nimis videbatur illi iratus, vt patet Leuitici vigesimoseptimo capi. scilicet. Homo quilibet de domo Israel, si comederit sanguinem obfirmabo faciem meam contra animam illius, vt disperdam eam de populo suo, cum ergo isti comedissent sanguinem incurrerent graue delictum. Satis enim patet hic ex litera cum de eo increpentur: fuit tamen istud peccatum in populo paruum, eo quòd erat populus fatigatus nimis, & diuertens ad prædam atque occidens non respiciebat, an comederet cum sanguine. Quod autem non fuerit hic populus punitus ad aliud pertinet: non enim est sufficiens argumentum, populus non fuit punitus, ergo non peccauit.

Quare tamen non fuerit punitus, aliqui putant esse causam, quia totus populus fere peccauerat, delicto autem multitudinis parcitur, vt patet in capitulo latores. extra de clericis excommunic. ministran. Sed hoc non stat, nam in foro humano parcitur delicto multitudinis: Deus tamen nihil magis curat, quòd peccauerit multitudo, vel vnus vir: vtrobique enim æqualiter punit. quod patet in peccato Sodomorum, vbi non peccauerat vnicus vir, vel pauci, sed quatuor vrbes, & illę cum omnibus simul, qui in eis erant, incendio consumptæ sunt Genes. decimonono capitu. Sic etiam toto populo Hebræo peccante totum tradidit captiuandum Assyrijs, & Babylonijs. Causa differentiæ in punitionibus Dei, & legum humanarum est, quia lex humana attendit bonum politiæ cuius est regulatiua. Politia autem est ordo quidam ipsius multitudinis ciuilis, ad quam dirigendam introductę sunt leges, quia sine illis nullum bonum esse poterat in politia. Quòd autem propter aliquod peccatum in quod incidissent omnes de politia, vel multi illorum omnes perirent erat graue politiæ: nam destructis partibus politiæ, ipsa destructa erat, quod fieret propter legem: leges tamen sunt introductę propter politiam, & non politia propter leges: ergo lex secundum quā deberet perire magna pars politiæ propter aliquod delictum, valde nociua est politiæ, & ob hoc omnes leges humanæ talem multitudinis punitionem vetant. In iudicio autem Dei secus est, cuius causa est, quia ipse punit nos inquantum ordinamur ad eum, tanquam ad rectorem. Bonum autem quod in hac subordinatione attenditur est bonum commune, scilicet, secundum quòd ratio nostra applicatur rationi

Non est simile in foro humano, & diuino respectu peccati multitudinis in puniendo.

Quare leges humanę non puniunt cōitatem, De' tamen sic.

F diuinæ dirigenti omnia: inquantum, ergo ab illa ratione declinamus malum quoddam est, & tunc per legem Dei punimur. secundum hanc autem non solum puniuntur personæ priuatæ, sed etiam vnum regnum simul, & multa regna si delinquant. Hoc idem quia nos subordinamur legibus Dei, & sumus propter illas, ideo si illę exigant, moriendum nobis est. In legibus autem humanis secus est, quia quamquam quilibet de vrbe sit subiectus legi vrbis, tota ciuitas tamen simul periret, quia tamen est istud contra bonum vrbis, nulla lex est, quæ talia iubeat, lex tamen Dei iubet, quia ipsa non est propter nos, sed nos propter ipsam.

Apparet ergo, quòd Deus non dimittit peccatum
G multitudinis dans veniam, quia multitudo est, sed ita punit plures, sicut vnum, ergo non fuit hic populus sine pœna, quia populus erat, sed propter aliam causam.

Dicendum ergo, quòd Deus non puniuit populum pro hoc delicto, quia quasi ignoranter egerunt, scilicet cum essent famelici nimis non respiciebant, an cum sanguine comederēt, & ob hoc dignum erat venia.

De Saule autem dicendum est, quòd non puniuit multitudinem forte, quia vidit, quòd agebat ex ignorantia, & talia peccata remittēda sunt, potissimè cum populus esset fatigatus nimis, & aliquid ei indulgen-
H dum erat.

Aliter potest dici, quòd Saul cum esset rex debebat iudicare secundum modum politiæ humanæ. In politia autem hac peccata totius multitudinis, vel maioris partis dimittuntur, quia melius est politiæ legem quantum ad illam partem non obseruare, quam tantam perire multitudinem, sed hic fere totus populus peccauerat, ideo Saul non puniuit. Sed ista responsio non multum stat, nam interdum Israelitæ secundum legem Dei puniebant magnam multitudinem, si peccaret: sicut patet quando duæ tribus, & dimidia fecerunt altare apud Iordanem, nam reliquæ nouem tribus, & dimidia volebant contra illas facere bellum easque penitus delere, nisi declarassent, quòd non fecerant animo recedendi a Deo, vt patet Iosue ca. 22.

I Dicendum ergo, vt prius, quòd fecit Saul hoc, quia populus peccauerat hic, quasi ad ignorantiam, ideo non puniuit, vel forte dato, quòd voluisset punire nō auderet, quia totus populus peccauerat, ipse autē non poterat punire omnes.

Sed tunc dicetur, quare ergo Deus propter Ionatham, qui ignoranter peccauit, noluit respondere populo, vt infra patet, ita ergo debuisset etiam facere pro peccato populo, quamquam esset per ignorantiam.

Respondendum est, quòd Deus non subticuit consulentibus, tanquam hoc faceret in pęnam peccati Ionathæ, sed magis ad significandū quòd erat innocens, nam multi de populo scientes, quòd Ionathas comederat contra præceptum positum nesciebant, an egis-
K set per ignorantiam, vel contemnendo præceptum, ideo plerique existimabant eum reum esse. & si Deus eum non puniret, putabant esse illum acceptatorem personarum: noluit ergo respondere Deus, vt manifestaretur innocentia Ionathæ, s. quia eo non respondente quæreretur, quare hoc fieret ponendo sortes, & tunc inuento, quòd propter Ionatham hoc fiebat, necesse erat, vt ipse redderet rationem facti sui, & sic manifestaretur eius innocentia, alias autem putaretur deliquisse. De populo autem non fuit necesse, ꝙ Deus monstraret aliquid propter peccatum populi: nā manifestum erat peccatū eius cum Saul illud redarguisset, & ,puidisset, ne fieret: non oportebat, ergo ꝙ Deus puniret

puniret populares propter illud, cum propter ignorātiam quodammodo fieret: nec oportebat, vt Deus mostraret aliquod signum peccati illius, quoniam illud cognitum erat, ideo expediens fuit, quòd subticeret propter peccatum Ionathæ non respondendo cōsulentibus, sed quòd propter populi peccatum nihil faceret.

Sed adhuc dicetur de Saule, quare Saul voluit punire Ionatham pro peccato, quod fecit hic ignoranter, populo autem quamquam ignoranter peccauerit nihil comminatus est.

Dicendum, quòd cum Saul vidit, quòd Deus non respōdebat ei, putauit peccatum graue fuisse alicuius de populo, propter quod non responderetur, ideo antequam sciret per quem accidebat, iurauit quòd puniret eum dicens: viuit saluator Israel, quia si per Ionatham filium meum factum est absque retractatione morietur. Cum autem postea cognitum fuisset, quòd istud acciderat propter Ionatham, putans Saul, quòd in aliquo grauiter peccasset Ionathas, dixit: hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha: postea tamen populus visa eius excusatione legitima, scilicet, quòd ignoranter egisset, ait: viuit dominus si ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum Deo operatus est hodie, vt patet infra. De populo autem secus erat, quia peccatum eius cognitum fuit a principio, quòd per ignorantiam factum esset, ideo non habuit Saul occasionem interminandi pœnam pro hac causa.

Aedificauit autem Saul altare Domino. Scilicet in loco illo, vbi populus sedit ad manducandum post prędam illa nocte. De isto autem aliqui dicunt, quòd nō fuit aliud quam lapis ille magnus, quem iussit volui Saul, super quem totus populus pecora sua occidit. dicunt etiam, quòd ibi sanguis fundebatur, & immolabantur adipes.

An altare, quod Saul ædificauit Deo sit lapis, quem voluere fecerat. Quæst. XXVII.

QVAERET aliquis, an hoc verum sit, vel illud altare erat aliquod ædificium, quod nouiter construxisset Saul ad offerendum ibi hostias.

Respondendum, quod non patet plene ex litera, quid istorum esset: satis tamen rationabiliter dicitur, quòd non esset altare ille lapis, sed aliquod alterum ędificium, quia altare fiebat ad offerendum ibi hostias, & cremandum super illud, sed ille lapis nō erat sic expositus, vt ibi fierent sacrificia, nam lapis ille erat decliuis, & pronus, vt reliquo corpore pecoris erecto in sublimi caput penderet, vt sic vniuersus sanguis fluere posset. Nam non erat positus propter aliquid aliud, nisi vt taliter animalia immolarentur ibi, quòd non comederet populus cum sanguine, sicut comedebat, quando iugulabant in terra. Talis autem erectio lapidis non conueniebat altari, quia altare debet esse aliquod arduum, & planum, super quod partes animalium conuenienter poni, & cremari possint. Item non stat, quia dicebant illi, qui volebant altare istud, & lapidem, de quo supra dicitur, esse idem, quòd super istum lapidem fundebant Israelitæ sanguinem, & cremabant adipes.

Hoc tamen non stat: primò, quia hoc conuenit ad sacrificia, sed in sacrificijs, nunquam immolabatur animal per manum alicuius laici, sed sacerdotes illud faciebant, hic tamen laici immolabant, vt patet in litera, scilicet, adduxit itaque omnis populus vnusquisque bouem in manu sua vsque ad noctem, & occidebant ibi: ergo non faciebant hoc super altare.

Item non stat, quia si fudissent sanguinem super altare, & cremarent adipes esset sacrificium. In nullo tamen sacrificio occidebantur animalia super altare, sed apud altare, scilicet ad latus eius, vt patet Leuitici capitulo primo. hic tamen immolabantur animalia super lapidem illum, vt posset fluere sanguis de loco sublimi, vt patet hic: ergo non erat altare. Item si super lapidem illum iugularentur animalia, flueret sanguis super illum lapidem: in sacrificio tamen non fiebat sic, sed postquam animal iugulatum erat, fundebatur sanguis per circuitum altaris, vel ad basim eius, vt patet Leuitici capitulo primo, tertio, & quarto: maxime, quia si sic fieret, esset sacrificium pacificum cū in sacrificio pacifico solus sanguis fundatur, & cremētur adipes Leui. c. 3. sed in isto sacrificio fundebatͣ sanguis per circuitum altaris, eodem capit.

Item non potest stare, quòd ibi cremarentur adipes, quia oportebat tunc super illum lapidem esse valde magnum ignem, vt cremarentur adipes omnium animalium, quæ immolabantur. Sed hoc non stat, quia tunc non posset super lapidem iugulari animalia: iugulabantur tamen, cum ille lapis ideo fuisset erectus, vt super illum animalibus immolatis sanguis deflueret. ergo non erat ille lapis altare.

Item patet, quia dicitur hic, quòd Saul ædificauit altare: si tamen esset lapis ille altare non fuisset ibi aliqua ædificatio, quia solum dixit Saul, quòd volueretur lapis, ergo altare, & lapis ille distinguebatur. Item quia supra dicitur, quomodo lapis ille fuerit aduolutus, & ibi populus occidebat animalia: postea dicitur quòd Saul ædificauit altare, ergo altare, & lapis non sunt idem.

Sed dicendum, quòd erexerit ibi Saul aliter altare, in quo hostias Deo offerret, qui victoriā ei dederat.

Saul quare ædificauit altare in Eremo. Quæst. XXVIII.

QVAERET aliquis ad quid Saul ædificauit altare in Eremo.

Respondendum est, quòd Saul acceperat victoriam insperatam a Deo, ideo pro tanto beneficio volens ei quantum poterat gratias agere ædificauit altare, vbi offerret sacrificia.

Aliter dici potest, quòd Saul fecit altare ad memoriam victoriæ, & quamquam tunc obtulerit ibi sacrificia, magis tamen faciebat ad memoriam posterorum, vt scirent quoniam vsque ad locum illum Deus dederat magnificam victoriam Israelitis contra Philisthinos. Sic enim tempore Samuelis cum Deus dedisset victoriam Israelitis contra Philistheos, posuerunt lapidem magnum in signum victoriæ huius, vt patet capitulo septimo. scilicet. Tulit Saul lapidem vnum, & posuit inter Masphat, & inter Sen, & vocauit nomen loci illius Lapis adiutorij: dixitque hucusque auxiliatus est nobis dominus. Sic etiam quando pugnauit Iosue contra Amalechitas, ædificauit Moyses altare in memoriam illius victoriæ, vt patet Exodi capitulo decimoseptimo, scilicet. Aedificauitque Moyses altare, & vocauit nomen eius: Dominus exaltatio mea, dicens: quia manus solius domini, & bellum Dei erit contra Amalec. sic etiam in memoriam aliarum rerum gestarum fiebant altaria, vel tituli in modum altarium, vt patet Exodi vigesimo quarto capitulo, quando factum est ibi altare, & positi sunt duodecim tituli, scilicet in memoriam confirmationis legis, quæ ibi facta est. Sic etiam quando iterum confirmata fuit lex in ingressu terræ Chanaan, fabricauerunt Israelitæ altare, & scripserunt in lapidibus magnis Deuteronom. vt patet Deuterono. cap. 27. &

Iosue octauo, sic igitur altare istud fieri potuit ad memoriam beneficij a Deo collati. Sic quoque fieri potuit ad laudem ipsius Saul, vt maneret recordatio, quod ibi vicisset Philisthinos. Sic enim reges facere soliti erant, quando aliqua bella magna gesserant, scilicet, construebant aliquod ædificium in memoriam illius belli, sic quoque ipse Saul fecit, quando vicerat Amalechitas, vt patet sequenti capitu. nam in monte Carmelo erexit cornicem triumphalem, idest quendam arcum lapideum, vel lateritium fecit ad memoriam victoriæ. Sic quoque Dauid fecit sibi in memoriam postquam fecit multa bella. sic patet infra secundo libro, capitulo octauo, scilicet, fecit quoque Dauid sibi nomen cum reuerteretur capta Syria in valle Salinarum.

An Saul peccauerit ædificando altare.
Quæst. XXIX.

QVAERETVR vlterius, an Saul peccauerit ædificando istud altare.

Aliquis dicet, quòd sic, quia Deus vetuerat oblationes aliquas fieri, vel esse aliqua alia altaria præter illud, quod erat ad ostium tabernaculi, & quòd ibi omnia sacrificia fierent Leuitici decimoseptimo, & Deuteronomij duodecimo capitulo. Item patet, quia cum duæ tribus, & dimidia construxerunt altare magnum apud Iordanem, aliæ tribus Israel parauerunt se ad pugnam contra illas, & dicitur ibi, quòd ædificauerant altare sacrilegum, & postea duæ tribus, & dimidia excusauerunt se dicentes, absit a nobis hoc scelus, vt recedamus a domino constructo altari, præter altare Dei nostri, quod constructum est ante tabernaculum eius: Iosue cap. 22. ergo peccatum erat aliquod alterum altare fieri.

In contrarium dicetur, quòd nō peccauit hic Saul, quia quando Saul peccabat arguebat eum Samuel, dicens: stultè egisti, eo quòd fecit sacrificium ante aduētum eius. Etiam sequen. capit. increpauit eum, quia non occidisset regem Amalec, & pecora, sed pro hoc non increpauit: ergo non peccauit in isto.

Item patet, quia quando Deus noluit hic respondere quæsiuit Saul, propter quid non respōderet, & inuentum est, quòd propter Ionatham: si tamen istud fuisset peccatum, esset sufficiens ad hoc, quòd Deus non responderet propter illud: potissime, quia satis apparet, quòd Saul existimabat hoc sibi esse licitum, nā alias non egisset, cum tunc esset nimis zelator diuinę iustitiæ, ita vt voluerit filium suum occidere propter Deum, ibi quoque erant sacerdotes, vt Achias, qui videbatur esse summus sacerdos, q non permisisset Sauli hoc facere, si peccatum esset.

Respondendum est, quòd non potest penitus patere, an peccauerit in hoc, vel non. Magis tamen dicendum videtur, quòd non peccauit: nam Samuel instruebat Saulem hoc tēpore, & creditur, quòd fuerit cum eo in bello, quia ascendit cum ipso de Galgala in Gabaa, vt patet præcedenti capi. ipse tamen nihil permisisset facere Sauli, quod illicitum esset.

Sed adhuc dicendum est magis, quòd aut Saul faciebat istud altare ad memoriam rerum præteritarū, scilicet, vt sciretur, quòd ibi Deus dederat victoriam Israelitis, vel faciebat ad offerendum ibi sacrificia. Si primo modo nullum peccatum erat, quia solum erat vetitum fieri altaria, quæ essent ad offerendum ibi sacrificia, sed non ad signandum ibi aliquid. Quod apparet, quia quando duæ tribus, & dimidia construxerunt altare apud Iordanem, reliquæ tribus existimantes, quòd illę hoc fecerant ad offerendum sacrificia, volebant procedere ad bellum contra illas: cognito

F autem, quòd factum fuisset altare solum ad memoriam, & in signum, quòd illæ duæ tribus, & dimidia habebant partem in Deo Israel, cæteræ tribus laudantes earum propositum non pugnauerunt, nec destruxerunt altare, ita Iosue 22. capit. sic ergo licuisset Sauli altare construere ad memoriam victorię a Deo collatæ.

Si autem dicatur, quòd istud altare fuit factum ad sacrificia, dicendum etiam quòd licebat Sauli. In hoc tamen Iudæi, & Nicolaus dicunt, quòd toto tempore, quod fluxit ex quo arca recessit de Silo quousq; locata fuit in templo Salomonis licuit cuicunque immolare, vbi vellet, & sic liceret Sauli construere altare, vbi vellet. Sed hoc improbauimus supra capitu.

G septimo. nulli enim licebat hoc, nisi viris, qui specialiter mouebantur a Deo, sicut erant prophetæ, nā isti non solum hoc tempore, sed etiam alijs temporibus poterant altaria construere extra Sanctuarium, sicut patet de Elia, qui eo tempore, quo erat arca in templo Salomonis fecit altare in monte Carmelo, & immolauit ibi infra tertio libro, capitu. decimo octauo.

Sed dicendum, quòd licuit Sauli construere altare, quia Samuel, qui ibi esse videbatur non permitteret ei hoc facere, si non liceret, si autem non concedas, quòd ibi esset tūc Samuel, adhuc firmius patet, quòd liceret, quia erat ibi arca domini, & coram illa licebat cuicunque offerre in quocunque loco esset, vt patet

H de Dauid, qui cum transferret arcam in domum suā, cum transiuissent sex passus illi, qui portabant arcam immolabant bouem, & arietem, vt infra secundo lib. capitulo sexto. Bethsamitæ quoque coram arca immolauerunt, vt patet supra capitu. sexto. & erat etiam ipsa extra Sanctuarium: neutri tamen in hoc culpantur. Quod autem esset ibi arca, apparet, quia dicitur supra. Arca autem Dei erat in die illa cum filijs Israel, & coram illa volebat Achias consulere dominum, vnde dixit Saul applica arcam domini.

Sed aliquis forte dicet, quòd quamquam ibi esset, tamen nunc non erat hic, quia illud est, quando Israelitæ erant in Gabaa, postea tamen inde recesserūt persequentes velociter Philisthinos, tunc autem non apparet, quòd secum arcam duxerint.

I Respondendum est, quòd illam duxerunt, vt patet ex verbis sacerdotis infra, quia cum Saul vellet persequi Philisthinos, dixit sacerdos: accedamus huc ad dominum &c. ergo oportet dicere, quòd ibi erat arca alioquin non haberent aliquem locum specialem, ad quem accederent, in quo esset Deus, sed vbique diceretur esse: erat ergo ibi arca, & sic licebat coram illa fieri altare, & immolare. Si tamen aliquis vellet per omnia contendere, dicens, quòd non erat ibi arca, adhuc dicendum est, quòd cum dubium esset, an licuerit Sauli hoc facere, magis interpretandum est, quòd licuerit, quàm quòd peccauerit, quamquā probationes superiores satis demonstrant.

Tunc primum cæpit ædificare altare domino. Scilicet, istud fuit primum altare, quod construxit Saul, nam

K ante hoc sacrificia fecerat in Galgala, vt patet præcedenti capitu. ibi tamen non construxit ipse altare, quia cōstructum erat ante hoc, cum multi de populo cōsueuissent ibi immolare. Dicitur autem hic de isto altari, quia postea Saul fecit alia altaria, & inter illa fuit primum istud, de alijs autem non legitur, sicut de hoc.

Et dixit Saul. Hic ponitur tertium huius secundæ partis, scilicet facti inquisitio, & hoc fuit, quòd inquireretur quis in toto populo peccasset, propter quod Deus non responderet. Et ponitur hic primo occasio huius inquisitionis, scilicet, quomodo Saul consuluit dominum, & non respondit ei.

Irruamus

Irruamus super Philisthijm nocte. Hoc dixit Saul ad totum populum, lætatus fuerat enim ex victoria, quam Deus ei tribuerat, ideo volebat illam complete habere, scilicet non relinquendo aliquem de Philisthinis. Et dixit irruamus super Philisthijm, quasi Philisthini essent sedentes, & tranquilli. Credebat enim Saul, ꝙ Philisthini fugientes a facie Israel videntes, quòd Hebræi ante solis occasum destitissent a prosecutione: putarent, quòd iam nolebant vltra prosequi illos, & quia nimis fatigati erant, sicut Hebręi fuga totius diei & abstinentia a cibo, sederent in aliquo loco nocte illa ad sumẽdum aliquid de cibo, & paululum quietis: tunc autem poterant Israelitæ irruere super eos subito, & occidere: potissime, quia Philisthini nesciebant vias terræ illius, sicut Hebræi, & præcipue, quia nox erat, ideo nemo posset effugere.

Et vastemus eos vsque dum illucescat mane. Idest percutiamus eos vsque ad auroram. Intelligebat enim Saul quòd magis poterant per noctem percutere eos, quã die apparente. Et hoc quia per noctem essent Philisthini tranquilli non existimantes, quòd persecuturi essent eos Hebræi. Etiam quia per noctem Philisthini, qui erant viarum terræ inscij euadere non possent.

Non derelinquamus de his virum. Scilicet, quia si ista nocte irruerimus super eos, nullus euadet.

Dixitque populus, omne quod bonum videtur in oculis tuis fac. Videbat populus, quòd Saul illa die prosperatus fuisset in bello, & cum nunc maiorem adhuc cerneret animositatem eius ad laudem patriæ, nemo ei restitit, sed dixerũt, omne quod bonum videtur in oculis tuis, idest omne quod apparet tibi bonum, fac.

Et ait sacerdos. Iste sacerdos videns, quòd populus consensisset Sauli de eundo ad bellum, & non consuleret dominum super hoc, credens super hoc fore periculum, dixit, quòd consulerent dominum prius. Iste sacerdos videtur, quòd erat Achias, quia supra dicitur, quòd ipse consuluit dominum, vel consulere volebat, antequam Saul recederet de Gabaa, ipse igitur hic consuleret.

Item patet, quia dicitur supra in litera, quòd Achias portabat Ephod: maxime tamen pertinebat consulere dominum ad portãtem Ephod, immo nullus alius de sacerdotibus poterat consulere, nisi illud portaret, quoniam propter eius præsentiam Deus respondebat: vnde sacerdos, quando erat indutus rationali, & Ephod, dicebatur portare iudicium filiorum Israel in pectore suo, vt patet Exodi vigesimo octauo capitu. Iosephus tamen sexto Antiquitatum dixit, quòd iste sacerdos erat Achitob, & verum est, quòd Achitob fuit sacerdos magnus, sed an tũc viuens esset, & dato quod viueret, an ibi esset, non patet: magis autem credendum, quòd erat Achias, quia si ipse ibi fuisset non portaret filius eius Achias Ephod, quia solum portabat hoc summus sacerdos, nunquam tamen erat, nisi vnus summus sacerdos. Nisi forte dicas, quòd erat nimis senex Achitob, & faciebat, quòd filius eius Achias ministraret pro eo, sicut fecit Heli summus sacerdos, quòd filius suus Phinees ministraret pro eo in summo sacerdotio, quia iã ipse erat grandæuus, & caligauerant oculi eius, vt ait Iosephus sexto Antiquitatum, sed tunc non veniret Achitob ad bellum, & sic Achias consuleret dominum hic. Item si Achitob erat in bello, & ipse consuluit hic dominum, non est verisimile, quòd aliquis alius eo præsente consuleret dominum. Dicẽdum ergo, quòd iste sacerdos, de quo hic, erat Achias.

Accedamus huc ad dominum. Idest ad consulendum dominum, scilicet sacerdos iste volebat, quòd consulerent dominum, antequam irent ad bellum. Et quia consultatio illa debebat fieri coram arca ad honorem quendam Dei, & tunc Saul, & sacerdos non erant apud arcam, dixit sacerdos, accedamus huc ad dominum, idest ad arcam testamenti, in qua specialiter erat Deus. In hebręo habetur hic, accedamus vlterius ad dominum, sed eadẽ significatio est, scilicet, quòd non erat Saul, & sacerdos apud arcam, sed ipsa erat vltra eos, ideo dixit sacerdos accedamus vlterius, scilicet quousque veniamus ad arcam.

Sciendum autem, quòd sacerdotes magni, non cõsueuerant consulere dominum coram arca, sed vbicunque essent induti vestibus sacris consulebant, quia tamen hic erat arca, videbatur esse honestius, quòd coram ea consulerent dominum, cum ibi esset specialiter Deus, quam in aliquo alio loco: sic enim fecerũt supra, cum iuberet Saul sacerdoti, quòd cõsuleret dominum, dixit ei, applica arcam domini, idest applica te ad arcam.

Quare Saul voluit consulere hic dominum, an persequeretur Philisthæos. *Quæst.* XXX.

QVAERET aliquis, quare Saul consulebat hic dominum, scilicet, an aliquid instaret propter quod consuleret dominum, & quare consulebat hic dominum cum in bello præcedenti non consuluisset.

Dicet aliquis, quòd nullam causam habebat Saul consulendi dominum, nam consulere est pro rebus dubijs, hic autem manifestus erat euentus, quia cum tota die persecuti fuissent hostes suos, percusserãt eos, nunc ergo continuare volentes eandem persecutionem non videtur, quòd deberent consulere dominũ, sed quasi certi continuarent.

Respondendum est, quòd Saul, & populus hoc nolebant, nam non dixit Saul, quòd consulerẽt dominũ, sed quòd irruerent super Philisthinos nocte, sacerdos autem videns, quòd non proponerent consulere dominum, dixit quòd consulerent cui consensit Saul. Ratio huius est, quia iam populus cessauerat a persecutione hostium suorum, & nesciebat, an vlterius vellet eis dare victoriam, sicut dederat, quia forte Deus nolebat iam cõterere Philisthinos, ideo ne incerti pugnarent expediebat dominum consuli. Si autem Hebræi indesinenter persecuti fuissent Philisthinos, non oportebat consulere dominum, cum viderent eundẽ sibi statum esse victoriæ: cum autem aliquid mutaretur expediebat, quòd consulerent dominum, vel desinerent.

Cum autem dicebatur quare Saul consuluit hic dominum, in superiori vero non consuluit. Quare Saul in superiori non consuluit dominũ.

Respondendum, quòd volebat Saul in præcedenti bello consulere dominum, quod patet, quia cum repertum esset Ionatham, & armigerum eius abesse de castris, dixit Saul ad Achiam, applica arcam domini. hoc autem erat ad consulendum dominum, sed cum ista diceret Saul sacerdoti exortus est subito clamor magnus in castris Philisthinorũ. Credens ergo quòd qualiscunque mora noceret Ionathę, qui tunc erat in castris hostium, fecit Saul, quòd sacerdos non consuleret dominum, vel cessaret consulere, dicens: contrahe manum tuam, eo quod ibi non erat opportuna sibi consultatio: nam siue prosperum, siue aduersum denunciandum esset, nihilominus Saul iret in castra Philisthinorum in adiutorium Ionathę. Hic autem secus erat, quia iam Saul acceperat sufficientem victoriam de hostibus, s. quia acceperat esse numerum occisorũ 60. milliũ, vt ait Iosephus 6. Antiquitatũ. Etiam nemo erat de Israelitis inter hostes, ꝓ quo eripiendo pugnare deberet, ideo nolebat pugnare, nisi sciret sibi esse prosperum, ad qđ credidit esse salubre consuli dñm,

Et conſuluit Saul dominum. Scilicet ipſe per ſe, vel ſacerdos nomine eius.

Dicens, num perſequar Philiſthijm? Ideſt nunquid iudicas, quòd debeo perſequi Philiſthijm?

Si tradas eos in manus Iſrael? Ideſt ſi perſecutus fuero illos, an trades ipſos in manus noſtras. Iſte erat modus conſulendi: ſic enim conſuluit Dauid dominum contra latrunculos, qui vaſtauerant vrbem Siceleg, dicens: perſequar latrunculos hos, an non, & comprehendam eos? infra cap. 30.

An Saul per ſe, vel per ſacerdotem conſuluerit dominum, & per quid, & quomodo reuelabatur veritas in rationali, & Ephod. Quæſt. XXXI.

QVAERET aliquis, an Saul conſuluit hic dominum per ſe, vel conſuluit ſacerdos pro illo.

Dicet aliquis, quòd ipſe conſuluit per ſe, quia litera dicit, & conſuluit Saul dominum. Item verba ab eo proferuntur in conſultatione, quia dicitur, num perſequar Philiſthijm? Item patet quia dicitur: & non reſpondit ei in die illa, & etiam dicit Saul infra domine Deus da iudicium, quid eſt quòd non reſpõderis ſeruo tuo hodie? ipſe ergo conſulebat dominũ.

In contrarium videtur, quòd ſacerdos conſuleret, nam conſulere pertinebat ad illum, qui portabat Ephod, cum in qualibet conſultatione requiratur Ephod, vt patet ex conſultationibus Dauid, quas fecit ad dominum infra capit. 23. & 30. quia vtrobique dicitur, applica Ephod. Saul tamen & nullus alius poterat portare Ephod, niſi eſſet ſacerdos magnus, ideo non poterat per ſe conſulere, ſed ſacerdos conſuleret pro illo. Item patet, quia ex conſultatione ſuperiori videtur, quòd ſacerdos conſuleret, & non Saul, quia Saul dixit ad Achiam, applica arcam domini, deinde cum Saul nollet iam conſulere dominum, dixit ſacerdoti: contrahe manum tuam, ergo ſacerdos erat, qui ibi faciebat hæc, alioquin non dixiſſet ei Saul contrahe manum tuam, ſed ipſemet ceſſaſſet.

Reſpondendum ad hoc, quòd non eſt magna difficultas quis conſuleret dominum: nec tamen eſt penitus cognitum quis conſuleret, eo quòd modus conſulendi ignoratur. Dicendum tamen, quòd tota vis conſultationis Dei pendebat ex veſtimentis põtificalibus ſcilicet rationali, & Ephod: nam ſine illis non fiebat aliqua reſponſio. Patet hoc, quia Dauid quandocunque conſulebat dominum faciebat applicari Ephod infra cap. 23. & 30. etiam Deus hoc dixit Exodi capit. 28. ſcilicet, quòd ſummus ſacerdos portabat iudiciũ filiorum Iſrael in pectore ſuo, ideſt id per quod iudicabatur de omnibus, quæ pertinebãt ad filios Iſrael, hoc autem eſt per rationale, quod portabat in pectore, & per Ephod, quod pendebat ab humeris.

Cap. 13. Sententia Ioſephi pulchra de virtute rationalis, & Ephod.

De modo autem quo cognoſceretur veritas per rationale, vel Ephod dicit Ioſephus tertio Antiquitatũ, quòd per duos ſardonyches, qui erãt ſuper humeros ſacerdotis in Ephod apparebat, quando Deus ſacrificia acceptaret: nam cum fierẽt ſacrificia ſardonyx, qui erat in humero dextro ſacerdotis, ita ſuper lucem propriam admirabiliter effulgebat, quòd omnes etiam procul poſiti ſcirent ſacrificia a Deo acceptari. Cum vero non acceptarentur non fulgebat. De duodecim lapidibus rationalis dicit, quòd Deus per illos demonſtrabat victoriam, quia priuſquam exercitus moueretur ad pugnam, tantus fulgor ex eis apparebat, quòd omnibus manifeſtum eſſet Deum illorum eſſe adiutorem. De hoc ſplendore vtrorumque lapidum dicit, quòd ceſſauit per ducentos annos antequam ipſe inciperet ſcribere librum Antiquitatum, quod eſt tẽ-

F pus ferè centum quinquaginta annorum ante Chriſti mortem, cum Ioſephus poſt Chriſti mortem, quaſi per quinquaginta annos hos libros ſcribere inchoauit. Sed adhuc non expreſſit Ioſephus plene vires rationalis, & Ephod, quia multa alia ſciebantur pręter ea, quæ ipſe dixit: generaliter enim de quocunque quæſito Deus reſpondebat præſenti rationali, & Ephod. Sic enim Dauid quæſiuit, an Saul deſcenderet in Ceilam, & an viri Ceilæ traderent eum in manus Saulis, & ad vtrunque reſponſum eſt infra capitu. 23. Etiam Dauid conſuluit dominum, an aſcenderet in aliquam ciuitatem Iuda, & reſpõdit ei, quòd ſic. Quęſiuit iterum, in quam aſcenderet, & reſpondit, quòd in Hebron, infra ſecundo libro capit. ſecundo. Quod G autem ad omnia generaliter reſponderet, patet Numeri vigeſimoſeptimo capitu. ſcilicet pro hoc ſiquid agendum erit, Eleazar ſacerdos conſulet dominum: ergo quantum ad omnia agenda Deus reſponderet cum ipſe iuberet, quòd in ſingulis conſuleretur. Apparet igitur totas vires conſultationis eſſe ex præſentia rationalis, & Ephod.

Sed conſiderandum præter hæc, quòd nullus poterat indui rationali, & Ephod, niſi ſummus ſacerdos, cum iſta eſſent ornamenta pure pontificalia, vt conſtat Exodi vigeſimoſeptimo cap. Siquis vero aliorum ſiue laicorum, ſiue ſacerdotum, vel Leuitarum indueretur his, moriebatur, quia generaliter poſitum erat, H quòd vſurpans officium ſibi non debitum in ſacerdotalibus, vel Leuiticis, moreretur, vt patet Leuitici capitulo tertio, & decimooctauo. Ex quo apparet, quòd in omni conſultatione neceſſe erat præſentẽ eſſe ſummum ſacerdotem, quia ſine Ephod, & rationali non fiebat conſultatio, & nemo aliorum audebat indui his veſtibus, quia moreretur, ſicut mortui ſunt, qui vſurpabant officium ſacerdotalem: Numeri capit. decimoſexto. Nunc autem manet dubium, cum in omni conſultatione neceſſario deberet adeſſe pontifex indutus veſtibus ſuis, an ipſe conſulebat dominum proferens verba conſultationis, vel proferebat ea ille, cuius erat quæſtio. Hoc non poteſt probari neceſſario, ſicut præcedentia: ſatis tamen dici poteſt, quòd ſacerdos proferebat verba conſultationis, quia quando I dominus fecit Ioſue principem ſuper populum, & voluit dare modum, quo in omnibus dubijs conſuleret Deum dixit, pro hoc ſiquid agendum erit Eleazar ſacerdos conſulet dominum Numeri 27. ergo non cõſulebat Ioſue, ſed Eleazarus.

Sic ergo dici poteſt hic, quòd Saul non conſulebat dominum per ſe, ſed ſacerdos conſulebat pro eo.

Cum vero dicitur, quòd Saul conſuluit, & quòd non reſpondit ei Deus, dicitur conſuluiſſe, quia iubebat ſacerdoti, quòd conſuleret dominum, ſicut dicitur ædificare domum, qui iam ædificare iubet. Vel dicitur conſulere dominum, quia quæſtio, quam proponebat ſacerdos, ipſius erat. Et ſic etiam dicetur de Dauid, quòd ipſe non conſulebat dominum per ſe, ſed ſacerdos magnus pro eo, quamquam non eſt K inconueniens, quòd aliquando ipſe quærens proponeret verba conſultationis, aſſiſtente ſibi pontifice, & hoc magis ſignificatur de Dauid ex verbis literę infra 23. capitulo. cum dicitur: Dixit Dauid ad Abiathar ſacerdotem: applica Ephod. & ait Dauid, domine Deus Iſrael &c. ſi tradent me viri Ceilæ in manus eius, & ſi deſcendet Saul. & ait dominus, deſcendet, dixit Dauid ſi tradent me viri Ceilæ. quę omnia ſatis apparent eſſe verba Dauid.

In his tamen nihil certitudinis eſt, quia poſſet dici, quòd Dauid dicebat iſta ſacerdoti magno dans ei formam quomodo conſuleret dominũ pro eo, vel ꝙ Dauid iſta ſcribebat, vt poſtea Deus ad illa reſponderet.

Dubium

Dubium ergo in hoc manet, quis consuleret dominum: magis tamen videtur, quòd ipse sacerdos, quãquam non multum differat in hoc, & sic potest dici, quòd Saul locutus fuit verba ista, vel quòd locutus fuit sacerdos loco eius.

Et non respondit ei in die illa. Idest Deus noluit respondere per totum illum diem, quamquam Saul instanter consuleret.

In hoc apparet, quòd adhuc aliqua pars diei restabat, postquam populus sedit ad sumendum cibum de prẹda, nam tunc consuluit Saul dominum: & tamen dicitur, quòd respondit ei in die illa. potest tamen aliter dici, quòd iam dies transierat, & ista consultatio fiebat in principio noctis. Vocatur tamen ipsa nox cum die præcedenti vnus dies, & sic vsque ad sequentem auroram diceretur eadem dies. Hoc apparet, quia supra dicitur, quòd populus duxit boues & oues, & occiderunt super lapidem, quem posuerat Saul vsque ad noctem. Consultatio tamen ista facta est postquam populus comedit, cum iam Saul vellet recedere, vt irrueret in hostes, ideo videtur quòd iam nox cẹperat, sed vocatur dies.

Quomodo respondebat Deus ad istas consultationes dubiorum. Quæst. XXXII.

QVAERET aliquis, quis erat modus respondendi Dei ad istas consultationes.

Respondendum est, quòd sicut supra fuit declaratum in hoc triplex erat modus consultationis. Aliter enim consulebat Moyses. Aliter alij prophetẹ. Et aliter sacerdotes magni. Moysi autem qui consulebat dominum intra sancta Sanctorum semper fiebat responsio in voce, scilicet, quia erat quidam Angelus in propitiatorio super arcam inter alas duorum Cherubim, & ille in corpore assumpto de aere respondebat cuius voces audiebat Moyses: sic patet Numeri cap. septimo. scilicet. Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquẽtis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonij, vnde & loquebatur ei.

De alijs autem prophetis dicendum, quòd Deus multipliciter eis poterat respondere: nam sicut declaratum est capitu. octauo. Deus potest reuelare se prophetæ quinque modis, scilicet per somnium, per apparentiam in corpore assumpto simul cum locutione, & per vocem sine corpore assumpto, & per solam immutationem intellectus sine voce, & figura apparente, & sine ecstasi, & per immutationem intellectus in ecstasi. Omnibus his quinque modis respondere potest: sed frequentior modus est in prophetis respondere per somnium, de quo magis declaratum est supra capitulo octauo. De summis sacerdotibus dicendum, quòd aliter fieret eis responsio quamquam in hoc differt, quia sicut supra diximus, summus sacerdos interdum consulebat dominum intra sancta Sanctorum, scilicet in die propitiationis: interdum autem extra, siue in Sanctuario, siue extra Sanctuarium. Cum autem consulebat intra sancta Sanctorum, respondebatur ei in voce, sicut Moysi: vnde propter hoc iussum est Leuitici decimosexto capitulo. quòd dum pontifex introiret in sancta Sanctorum nullus homo esset in tabernaculo quousque egrederetur, hoc autem propter nihil aliud erat nisi, vt non audiret aliquis ea, quæ Angelus loquebatur summo sacerdoti intra sancta Sanctorum. Tũc quoque non habebat ibi summus sacerdos vestes pontificales, sed sacerdotis minoris, vt patet Leuitici capitulo decimosexto. vnde non respondebatur ei ex vibus rationalis, & Ephod sicut alias fiebat, sed quia erat coram arca. & sic responderetur ei eo modo, quo Deus solitus erat respondere, quando consulebatur super arcam, scilicet in voce. Si autem summus sacerdos consuleret Deum extra sancta Sanctorum, oporteret quòd esset indutus rationali, & Ephod.

Et tunc dicendum secundum quosdam, quòd responsio erat per ipsos lapides rationalis, scilicet per fulgorem eorum, sicut dicebat Iosephus tertio Antiquitatum. quòd quando Iudæi ibant ad pugnam, si Deus vellet eis dare victoriam, mutabantur supra solitum lapides rationalis, ita vt nemo dubitaret de victoria. sic etiam dicere poterit aliquis, quòd cum fieret quẹstio si Deus vellet dare illud, quod quærebatur, fulgerent lapides, & si nollet dare non fulgerent.

Sed iste modus non stat, quia aliquando non posset responderi ad quæstionem per hũc modum: istud enim aliqualiter teneret si quæstiones semper essent de re certa: vt si dicatur an erit bellum, vel non, & sicut dicebat Dauid persequar latrunculos hos, an nõ, vt infra capitulo 30. cum tamen quẹstio esset de aliqua re non determinata, non poterat sic responderi, vt patet quando quæsiuit Dauid in quã ciuitatẽ Iuda ascenderet, & responsum est sibi, quòd in Hebron infra secundo libro, capitulo secundo. hoc tamen non poterat significari per fulgorem lapidum, quia siue fulgerent, siue non, nesciretur quæ ciuitas significabatur: oportet ergo dari alium modum magis distinctum.

Item patet, quia si hoc modo responderetur aliquã do non possent homines scire, an Deus responderet, vel non: nam quando fulgerent lapides cognoscerent quòd Deus respondebat iuxta id, quod quæsierant, sed cum lapides non fulgerent esset ambiguum, scilicet, an per hoc Deus responderet, quòd non esset illud quod quærebatur, vel per hoc negaretur responsio quæcunque, & sic nesciuisset Saul, an Deus ei responderet, vel non. Dicitur tamen hic, quòd non respondit ei in die illo, in quo apparet, quòd immediate cognitum est, quòd Deus non responderet: ergo alius modus erat respondendi.

Nunc autem manent duo modi, quibus responderi posset. Quidam enim dicunt, ꝙ consultationes istæ fiebant in scripto, & responsio in scriptis dabatur non intercidente aliquo verbo. Et ista est opinio Rabbi Abraham Aben Ezra, & vt plurimum ipsorum Iudẹorum. Dicunt enim, ꝙ rationale habebat quandam plicaturam panni, intra quam erant lamine aureẹ scriptẹ diuinis nominibus, & cum quis vellet consulere dominum scripta quæstione in cedula ponebat eã summus sacerdos inter laminas illas in plicatura rationalis, & post paululum manum mittens reperiebat responsionem in cedula: & pro hoc volunt, quòd esset semper necessarium rationale, & Ephod ad consultationes faciendas. Iste modus aliqualiter est rationabilis. magis tamen verisimile est, ꝙ Deus responderet in verbo, nam vt apparet ex omnibus consultationibus, quas faciebat Dauid litera magis innuit, ꝙ loqueretur consulens, & etiã Deus respondens loqueretur. Quocunque autem istorum modorũ satis poterat cognoscere Saul, an Deus responderet ei, vel non, s. si nõ inueniret scripturam in cedula, vel si non fieret responsio in voce. *Dixitque Saul, applicate huc vniuersos angulos populi.* Populus erat dispersus per agros ad sumendum cibos, vt supra patet, nunc voluit, ꝙ omnes de populo cõuenirent, vt videretur quis peccauerat, & dixit, vniuersos angulos populi, idest omnes de populo ab extremitatibus suis, extremitates enim castrorum vocãtur hic anguli, & fecit sic congregari, vt nemo deficeret de toto populo.

Opi. Rab. Abraham.

Quare Saul fecit congregari totum populum, vt videret quis peccauerat. Quaest. XXXIII.

QVAERET aliquis, quare Saul fecit congregari totum populum.

Respondetur, ꝙ Deus non responderet credidit, quòd fiebat propter peccatum alicuius, vt ergo videretur quis ille esset fecit omnes cōgregari, ita vt nemo deesset, quia forte ille, qui deesset peccauerat, & tunc forte reperiretur per sortem: volebat enim hic Saul inquirere delictum per sortes, cum Deus non responderet ei, quia in sortibus ponēdis debebat totus populus congregari, & deinde diuidi per partes: fecit Saul totum congregari: sic enim patet Iosue capitu. septimo. cum inquirendus erat per sortem ille, qui furatus erat de Anathemate, & dixit Deus accedatis mane singuli per tribus vestras, & quācunque tribum sors inuenerit accedet per cognationes suas, & cognatio per domos, domusque per viros sic etiam factum est in assumptione regis per sortem, vt patet supra capitul. 10. scilicet. Nunc ergo state coram domino per tribus vestras, & familias, & applicuit Samuel omnes tribus Israel, & cecidit sors super Beniamin, & applicuit tribum Beniamin, & cognationes eius, & cecidit sors super, cognationem Methri. Sic etiam voluit hic facere Saul, ideo praecessit diligens congregatio, vt postea sequeretur conueniēs diuisio.

Et scitote, & videte, per quem acciderit peccatum hoc hodie. Idest cum populus fuerit congregatus poteritis scire per quem acciderit peccatum hoc, scilicet peccatum, propter quod non respondetur, vel peccatum hoc, idest malum istud, vel damnum, scilicet, quòd non respōdeatur, & iste est melior sensus. Aliquādo enim accipitur peccatum non pro ipso peccato, sed pro aliquo, quod prouenit ex peccato, sic accipitur Deuteronomij capitu. nono. scilicet peccatum autem vestrum, quod feceratis, idest vitulum arripiens igne cōbussi, sic accipitur hic non respondere, quòd sit peccatum, idest malum proueniens ex peccato, & patet hoc, quia dicitur per quem acciderit. si autem acciperetur peccatum proprie non diceretur per quem acciderit peccatum, sed quis fecit peccatum, quia accidere dicuntur ea, quae praeter voluntatem nostram fiunt, quae autem nos sponte agimus, non dicuntur accidere, sed a nobis fieri. Item quia dicitur hic, per quem accidit peccatum hoc hodie, si tamen acciperetur proprie peccatum, non diceretur per quem accidit hodie, quia nesciret Saul, an ipsa die factum fuisset peccatum, vel alia, locutus fuit tamen tanquam certus, quia ipsa die factum fuisset, ergo non loquebatur de peccato, sed de malo, quod erat Deum non respondere.

Sciendum enim, quòd Saul existimauit, quòd ista non responsio acciderat propter peccatum alicuius, & ob hoc fecit congregari totum populum, vt sciret quis peccasset, & interminatus est ei mortem, sic ēt dicit Iosephus, quòd dixit Saul, non sine causa consultus Deus vocem nobis non reddidit, qui primitus antequam interrogaretur omnia nunciauit, sed haec taciturnitas alicuius est latentis causa peccati, & sic verum est, quòd aliquando Deus non respondebat propter peccata alicuius, sicut accidit ipsi Sauli pauloante mortem suam: nam dicitur infra capitu. 28. consuluitque dominum, & non respondit ei, nec per somnia, nec per sacerdotes, nec per prophetas. Iosephus tamen dicit tertio Antiquitatum, quòd Deus non tolerans transgressiones legum inter Iudaeos cessauit respondere per rationale, & Ephod ducentis annis antequam ipse scribere inchoaret librum Antiquitatū, (Cap. 12.)

F Iudaei quoque idem asserunt. Nam cum supra capi. tertio dicitur, & sermo domini erat preciosus, in diebus illis non erat visio manifesta, dicunt quòd hoc fiebat propter peccata filiorum Heli. Nunc autem ista non responsio nō accidit propter peccatum alicuius, sed magis ad declarandum innocentiam Ionathae, vt supra dictum est.

Viuit dominus saluator Israel. Iste est modus iurandi, sicut est verum, ꝙ Deus viuit, ita est verū, ꝙ ego occidā illum, qui fecit haec mala. Vel aliter ego iuro per vitam Dei, quòd occidam peccatorem in hoc. vocatur autem Deus saluator Israel, idest qui liberauit Israelitas de omnibus malis. in eo enim solo confidentes eruebantur.

G *Quia si per Ionatham filium meum factum est.* Idest etiam si filius meus hoc fecerit, ego occidam eum, quasi dicat non credat quis, quòd ego parciturus sim peccāti: nam etiam si fuerit filius meus Ionathas, ego occidam eum. Dixit autem de Ionatha, quamquam haberet alios filios, quia istum prae omnibus diligebat, eo quòd erat primogenitus, & potissime, quia erat vir fortis, & dux belli, sicut pater eius, ipse quoque die illa fecerat salutem in Israel. Vel dixit de Ionatha, quia forte alij filij sui non erant tunc in bello cum illo.

Absque retractatione morietur. Idest sine dubio morietur, & non retractabitur, idest non reuocabitur sentē-

H tia haec.

Ad quod nullus contradixit ei de omni populo. Idest quādo dixit Saul istud, omnes de populo consenserunt.

Quare cum Saul iurauit occidere Ionatham nullus repugnauit, post vero non consenserunt. Quaest. XXXIII.

QVAERET aliquis, quare postea totus populus repugnauit, ne moreretur Ionathas dicens, ergo ne morietur Ionathas, nunc autem consensit.

Respondendum est, quòd a principio populus putauit, quòd aliquod peccatum graue erat, propter quod Deus non responderet, sicut existimabat Saul, ideo satis consenserunt. Postea autem cognitum est,

I quòd propter Ionatham hoc accidisset, ipse tamen erat innocens cum ignorans regis edictum comedisset, ideo populus non consensit, quòd moreretur.

Aliter responderi potest conuenientius circa literam, scilicet, quòd populus nunquam consensit in mortem Ionathae: nam etiam si constitisset, quòd ipse vere peccauerat, & sponte non consentiret populus, quòd occideretur, & quia erat filius regis primogenitus, qui successurus erat ei in regno, ideo habebant Israelitae eum, sicut ipsum Saulem, vnde nefas existimabant eum occidere. Item Ionathas illa die liberauit Israel de manu hostium: nam ipse tanquam vir fortissimus cum solo armigero iuit contra infinitam multitudinem Philisthinorum: occiditque vi-

K ginti, & turbauit castra eorum, ita vt postea fugerent Philisthini, per quod Israel saluatus est. ideo pro nullo peccato permitterent Israelitae, quòd occideretur Ionathas, ista fuit causa potissima, vt patet infra cum dicitur: Ergo ne Ionathas morietur, quia fecit salutem hanc magnam in Israel? hoc nephas est. Viuit dominus si ceciderit capillus de capite eius in terra, quia cum Deo operatus est hodie. Cum autem dicitur supra. quòd consensit populus occidi Ionatham falsum est: nam Saul locutus fuit vniuersaliter, dicens, quòd occideretur ille, per quem hoc acciderat, populus autem putans, quod non fecisset hoc Ionathas, consensit, si autem ante hoc cognouisset populus

pulus per Ionatham istud accidisse, non consensisset huic edicto regis, vel sententiæ. *Et ait ad vniuersum Israel.* Scilicet locutus fuit ista populo, quia volebat iam quòd ponerentur sortes.

Cum Deus non responderet Sauli per sacerdotem, quare volebat nunc inquirere sententiam eius per sortes. Quæst. XXXIIII.

QVAERET aliquis, cum Deus noluisset respondere Sauli per sacerdotem, quare nūc volebat inquirere sententiam eius per sortes: nam sicut Deus per sacerdotes, & prophetas respondet, ita ipse est, qui per sortes respōdet, vt patet Prouerbiorum capit. decimosexto. scilicet, sortes in sinum mittuntur, sed a domino temperantur, sicut ergo Deus noluerat responderet per sacerdotem, ita credere debuisset, quòd non responderet per sortes.

Respondendum est, quòd Saul credidit sibi futurā responsionem per sortes, quamquam Deus respondere noluisset per sacerdotem, quia non est simile in vtroque. Deus namque non responderat per sacerdotem in pœnam alicuius peccati, vt putabat Saul. Nunc autem ipse volebat inquirere quis peccauerat ad hoc, quòd puniretur, quod pertinebat ad cultum Dei, ideo credidit, quòd in hoc responderet.

Sed adhuc non multum stat, quia tunc consuluisset per sacerdotem quis peccauerat, & crederet quòd Deus sibi responderet, quamquam non responderat ad aliam consultationem, sed non consuluit per sacerdotem, ideo timebat, quòd nullo modo responderet iam per sacerdotem, consuluit autem per sortes, quia in illis nullo modo poterat negari respōsum. Nam siue Deus vellet respondere, siue non, oportebat quòd aliqua sors exiret, & illam putarent hominis peccatoris esse.

Responsio autem, quæ fiebat per sacerdotem erat totaliter a Deo, ideo illa poterat prohiberi, quæ autē per sortes est, quamquam aliqualiter sit a Deo inquātum ipse sortes temperat, tamen præcipue est ab homine, quia postquam positæ fuerint, necesse est aliquam exire. Conuersus fuit igitur Saul ad istum modum inquisitionis, in quo non poterat deficere responsio.

Separamini vos in partem vnam, & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera. Hic fecit Saul duas partes ad ponendum sortes, scilicet totum populum, cui conueniret vna sors, & se & Ionatham quibus conueniret alia sors. Ex quo patet, quòd non erant alij filij regis in bello, alioquin cum illis & patre suo, & Ionatha posita fuisset vna sors, solum tamen fuit posita pro Saule & Ionatha.

Quare Saul non seruauit ordinem ponendi sortes, qui obseruatus est alias. Quæst. XXXV.

QVAERET aliquis, quare non obseruauit hic Saul modum ponendi sortes, qui obseruatur in alijs locis scripturę. nam Iosue capit. septimo. vbi per sortes inquirebatur, quis furatus fuisset de anathemate Iericho dicitur, quòd totus Israel fuit applicitus per tribus suas, & quęlibet tribus per familias, & quælibet familia per domos, & quęlibet domus per viros, sic etiam in electione regis per sortes applicitę sunt tribus, deinde familiæ earū, & sic vsque ad viros supra capitu. decimo. hic autem posuit Saul totum populum simul, & per se, & Ionathan in parte altera.

Respondendum est, quòd voluit hic facere Saul A breuius, scilicet, ponendo totum populum simul, & se, & Ionathan in parte altera: nam sic breuius cognosceret, an peccatum esset in eo, & in filio suo, vel in populo: si enim reperiretur in eo, & filio suo, tunc poneretur sors inter eos, sicut postea factum est, quousque repertum est peccatum in Ionatha. Si autem comprehensus fuisset populus ponerentur sortes, sicut ponuntur Iosue capi. 7. diuideretur totus populus in duodecim tribus, & ponerentur pro eis duodecim sortes, tunc comprehenderetur vna tribus, & cęteræ exirent, deinde illa tribus diuideretur per familias, & ponerentur tot sortes, quot erant familiæ, & comprehenderetur vna, deinde illa diuideretur per domos, & domus comprehensa per viros quousque reperiretur B quis hoc egerat, quia tamen comprehensus est Saul cum Ionatha, non potuit obseruari modus, qui habetur Iosue cap. 7. sed solum fuit posita sors inter Saulē, & Ionatham.

Quare Saul, & Ionathas non fuerunt positi cum tribu Beniamin. Quæst. XXXVI.

QVAERETVR vlterius cum Saul, & Ionathas essent de tribu Beniamin, quare non fuerunt positi cum tribu Beniamin, scilicet, vt fieret diuisio hoc modo, quòd primo ponerentur sortes inter duodecim tribus, & tunc caperetur tribus Beniamin. deinde diuideretur per familias, & comprehenderetur sorte C familia Methri, quia de illa erat Saul, vt patet capi. 10. deinde diuideretur per viros, & caperetur Ionathas.

Respondendum, quòd fuit factum propter dignitatem regalem. si enim Saul, & Ionathas fuissent viri populares, sic fieret, scilicet, quòd in tribubus suis cōputarentur, & ob hoc tempore electionis regis, cum non esset in populo aliquis rex, nemo fuit per se positus, sed quilibet in tribu sua computabatur, in sortibus quoque positis pro furto Iericho idem factum est. Nunc autem, quia Saul erat rex, & filius eius Ionathas erat successurus ei, non fuerunt ipsi positi in tribubus suis, sed per se fuerunt computati, vt in hoc distinguēretur dignitas regis a dignitate popularium, & sic fuerunt positi ambo simul in parte vna, & populus in al- D tera, tanquam ipsi ambo tantum appreciarentur, sicut populus totus. Sic patet de Dauid, cū dixit ad seruos suos, quòd iret ad prelium cum eis. Respondit populus non exibis, siue enim fugerimus non magno opere ad eos de nobis pertinebit, siue media pars a nobis ceciderit, non satis curabunt, quia tu vnus pro decem millibus computaris infra secundo libro, capitu. decimo octauo.

An fuit licitum inquirere quis peccasset per sortem. Quæst. XXXVII.

QVAERETVR vlterius, an licitum erat inquiri quis peccasset per sortem.

Respondendum est, quòd quando inqui- E ritur maleficium per sortes, vel aliquid alterum, ideo sic inquiritur, quia putatur, quòd sortes certissime demonstrant quod petitur: sortes tamen nullam habēt certitudinem, nisi inquantum a Deo mouentur, alioquin ita sors potest accidere illi, qui innocens sicut ei qui male egit, quod est valde inconueniens. Cum autem a Deo sortes mouentur certissime euenit, quod quæritur tanquam Deus in voce responderet. Quod autem Deus interdum sortes dirigat, patet Prouerb. 16. capitu. scilicet. Sortes in sinum mittuntur, sed a domino temperantur. Non tamen nobis est certum, quando Deus velit eas temperare, vel quando non: ideo non est licitum vti sortibus consultoribus ad inquirendum

quirendum peccantem, nisi Deus iubeat, alioquin posset inde graue malum sequi, scilicet, quòd comprehenderetur innocens. In aliis autem rebus, in quibus non est tātum periculum, quamquam possemus vti sortibus consultoriis, tamen non est certum, an Deus disponat id, quod sorte euenit, velut si aliquis in prælatum eligatur per sortem consultoriam, non est certum, quòd Deus velit illum eligi in prælatum, quē sors determinauit, nō possumus igitur in quibuscunque negocijs vti sortibus ad inueniendum certitudinem, nisi Deus iusserit, ob hoc autem cum Deus nollet certificare Israelitas in quibusdam, iubebat, vt sortes ponerent, & per has quid ipse vellet indicaretur: sic enim in diuisione terræ iussit, vt ponerentur sortes Numeri vigesimosexto c. & trigesimoquarto. Et quidquid postea sorte accidisset hoc reputabatur Deus voluisse, sicquoque in furto Iericho iussit, vt ad inueniendum furem, ponerentur sortes, & certissime inuentus est, sicut ipse postea confessus fuit: Iosue cap. 7.

In cęteris autem, quæ Deus non iubebat sortes dubiæ erant, & in quibusdam non licebat ei poni, potissime in criminalibus, vel vbicunque graue pręiudiciū alicui paratur, quia potest interdum sequi condemnatio innocentis, vtpote in casu isto. Inquirebatur hic quis peccasset, tamen nullus peccauerat: nam Ionathas non peccauit, quia ignoranter egit, & tamen cōprehensus est sorte, & occisus fuisset, nisi populus eū liberasset. sic etiam si aliquis diceret furtum esse commissum, & ponerentur sortes ad inuestigandum illū, forte non erat furtum commissum, sed iste, qui hoc asserit, rem perdidit, vel cum penes se eam reconditā habeat, non recordatur, & tunc necesse est errare sortem, quia oportet, quòd aliqua sors exeat tanquam notificans furtum, nullum tamen furtum factum est, & sic caperetur aliquis innocens. Item potest accidere alius error, scilicet furtum factum est, vel aliud delictum, & ille, qui fecit abest, tūc necesse est errare sortē, quia nullus pręsentium, inter quos sors ponitur delinquit, necesse tamen est alicui illorum sortem euenire, & sic condemnabitur innocens. Item potest accidere alius error, & iste est cōmunior, scilicet, quòd cum sortes ex seipsis non habent aliquam certitudinem, & ita possunt euenire vni, sicut alteri, continget quòd interdum delictum factum est, & prçsens est, qui fecit, & tamen non euenit sors illi, sed alteri, qui iniuste condemnabitur.

Aliquis dicet, quod hoc non potest accidere, quia sortes a domino temperantur: Prouerbiorum decimosexto cap.

Tēperari sortem dupliciter intelligitur.

Respondendum est, quòd temperari sortem intelligitur dupliciter, vno modo, quòd Deus moueat manum missam ad sortes ad accipiendam illam sortem, quę est assignatiua veritatis.

Et dicendum, quòd licet hoc stet generaliter, quādo Deus iubet poni sortes, tamē non tenet alias, quia licet interdum sit, non est vniuersaliter, alioquin daretur, quòd posset homo infallibiliter cognoscere diuinam voluntatem circa occulta, quę ipse non reuelat, quod absurdum est. Alio modo accipitur temperari sortes a Deo, idest dirigi, vel moueri manū missam ad sortem a Deo ad accipiendum hanc, vel illam sortem, licet non significet veritatem eius, quod quæritur, & hoc modo verum est, quòd sortes semper a domino temperantur, tamen sic error sequitur quamquam sortes temperentur a Deo, quia accidet, quòd comprehendatur ille, qui non egit iniquitatē, de qua quęritur. Deus tamen vult, quod comprehendatur propter aliam causam, quia alias deliquit, quamquam non in eo, quod quæritur, sed hoc nimis est contra iu-

F stitiam politicam: nam sic certum est, quòd omnes, qui occiduntur, aut percutiuntur, vel bonorum suorum rapinam patiuntur, Deus vult, quòd illa tolerent, quia in aliquo meruerunt, ius tamen punit eos, qui ista faciunt, & Deus vult, quòd sic fiat. nam aliud debet esse iudicium Dei, & aliud hominum, ergo illicitę sunt sortes circa criminalia. Item potest accidere alius error, scilicet ipsi, qui ponunt, vel educunt sortes de inuolucro, possunt interdum per fraudem multa agere, ex quo sequeretur mors innocentis, & non esset ei aliquod refugium, sicut est in iudiciis, quia licet grauamen passis ad misericordiam iudices prouocare. Est ergo vniuersaliter illicitum vti sortibus circa criminalia, nisi Deus hoc iubeat. Interdum tamen

G licet nō iubeat veritatem per sortes indicat, sicut fuit in naufragio Ionę, quia cum periclitaretur nauis, dixerunt viri inter se, venite & mittamus sortes, & videamus quare hoc malum sit nobis: Ionę capitulo primo. & cecidit sors super Ionam, in quo vere indicauit, quia propter Ionam tempestas illa surrexerat, vt patet ibidem. Nunc autem dicetur, an licite posuerit sortes Saul, cum esset in criminalibus. Dicendum, quòd ipse posuit eas, quia alias ad inuenienda crimina Deus illas poni iusserat Iosue capitu. septimo. non est tamen per omnia simile: nam ibi licitum fuit vti illis sortibus, quia manifestum est, quòd veritas indicāda erat per sortem cum Deus iussisset poni sortes. Hic autem non iusserat, ideo videbatur Saul exponere se periculo, & errori ponendo sortes. Dicendum, quòd

H non peccauit Saul, quia quamquam Deus non iussit ei expresse ponere sortes, tamen mouit eum ad faciēdum hoc, vt inueniretur innocētia Ionathę: nam propter hoc Deus non responderat, vt haberetur occasio ad ponendum sortes, & ad inueniendum innocentiam Ionathę, vt supra declaratum est.

An per sortes posset inueniri maleficium.
Quæst. XXXVIII.

QVAERETVR vlterius dato, quòd licitum esset inquiri maleficium per sortes, an conueniente[r] sic inquireretur, idest an posset inueniri.

I Et dicendum est, quòd non erat modus conueniēs, quod patet, ex forma sua: nam sequerentur errores, quia Saul posuit se, & Ionatham filium suum in partem vnam, & totum populum in partem alteram, & hac via positæ sunt duæ sortes. Vnde oportebat, quod hac vice solus Ionathas cum Saule caperentur, & liberaretur populus, vel è cōtrario, potuerat tamen esse, quòd tunc Ionathas peccauerat, & etiam aliqui de populo, quomodocunque sors exiret, necesse erat, vt erraret: nam si caperetur Ionathas cum Saule absoluerentur multi de populo peccatores. Si autem comprehenderetur populus absolueretur Ionathas, qui esset nocēs, ideo vtrobique erat error. Similiter dato, quòd solus populus errasset, & comprehenderetur, adhuc sequeretur error, vt dato, quod de omnibus tribubus pec-

K cassent aliqui viri, ponerētur sortes duodecim pro tribubus duodecim, & exiret vna, omnes autem aliæ tribus quamquam nocentes essent absoluerentur. Idē modus errandi est in multis familiis in eadem tribu, & in multis domibus eiusdem familiæ, & in multis viris eiusdem domus. Generaliter dicendum, quòd necesse est sortes consultorias hoc modo positas errare, nisi ille, qui peccauit vnicus sit, quia tunc poterunt verum dicere.

Sed aliquis dicet in contrarium, quòd si sortes istę errarent, necessario non ponerentur a Deo. Ipse tamē ad inquirendum maleficium Iericho iussit poni sortes:

tes Iosue capitulo septimo. Respondendum est, quòd A
quia ibi Deus iussit illas poni, manifestum erat, quòd non errarent Israelitæ in inquirendo, ideo per hoc innuebatur, quòd ille, qui peccauerat vnicus erat, quia alias necesse erat errare. Item ipse Deus declarauit quod vnicus erat, qui peccauerat: nam dixit eodem capitulo non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te, qui hoc contaminatus est scelere. & iterũ dicitur, non poterit Israel stare ante hostes suos donec conteratis eum qui huius sceleris reus est. Hic autem non erat certus Saul, an vnus peccauerat, vel multi, ideo non erat conueniens modus ad inquirendum sic peccatum, quia tamen Deus eum mouit, fecit sic, & non errauit sors, quia vnicus erat, qui peccauerat. B

Quomodo positæ fuerunt sortes. *Quæst.* XXXIX.

QVAERETVR vlterius quomodo istę sortes positæ fuerint.

Respondẽdum est, quòd Saul diuisit totum Israel in duas partes, scilicet se, & Ionatham ad vnam, & reliquum populum ad alteram, & tunc factæ sunt duæ sortes, quarum vna poneretur nomine Saulis, & Ionathę, & alia nomine totius populi, & istę erant cedulæ eiusdem figuræ, & ęqualis magnitudinis, & ponebãtur in aliquo inuolucro, deinde qui nihil sciret de illis sortibus mittebat manũ, & cuius sors exiret condemnabatur. Idem modus futurus erat circa omnes tribus, scilicet, quòd ponerentur duodecim sortes pro duodecim tribubus in inuolucro, & cujus sors exiret erat rea, & vndecim absolutę, & hoc idem circa familias, & domos cuiuslibet tribus fieri debebat. Cum autem perueniretur ad domum, quæ rea erat, illa diuidebatur per viros, & quot ibi erant, qui peccare potuissent, accipiebant sortes, & ponebantur in inuolucro, fiebatque sicut prius. Poterant quoque aliter poni istę sortes, scilicet per baculos, vel paleas maiores, vel minores, sicut communiter fit per lapides albos, & nigros: iste enim fuit modus antiquorum nimis imperitorum ad condemnandum aliquem, vel absoluendum de crimine, scilicet cum non haberent iuris peritiam, nec rationis acumẽ ad dirimendum litigia, cum esset quis suspectus, vel infamatus de crimine, ponebantur in eodem inuolucro lapides albi, & nigri eiusdem numeri, & ille mittebat manum. quòd si lapidem album educeret absoluebatur, si vero nigrum reus erat. de hoc Ouidius Meta. 15. f.

Mos erat antiquis albis, nigrisve lapillis
His damnare reos, his quoque absoluere culpam.

Sic ergo poterat esse apud istos Hebręos, cum adhuc vigeret antiquitas. Primus tamen modus conuenientior est.

Responditque populus ad Saul, quod bonum videtur in oculis tuis fac. Vidit populus, quod Saul iuste loquebatur: ideo permisit eum agere iuxta arbitrium suum.

Et dixit Saul ad dominum, domine Deus Israel da iudicium. Saul fuit locutus ad dominum, quia istę sortes non habent aliquando certitudinem, nisi inquantum a Deo mouentur. Orauit igitur Saul, quòd Deus ostenderet per eas veritatem. & hoc est, quòd daret iudicium, scilicet, quòd ipse iudicaret quis esset peccator. In Hebręo dicitur.

Domine Deus da complete. Idest da complete manifestationem. Et eadem significatio est. *Quid est, quod non responderis seruo tuo hodie?* Idest quare non respondisti tota die hac mihi seruo tuo cõsulenti te de rebus necessarijs.

Si in me, aut in Ionatha filio meo hæc iniquitas est. Scilicet istud peccatum propter, quod non respondes: putabat enim Saul, quòd Deus non subticuisset, nisi propter peccatum alicuius, & tamen falsum est, quia nunc nullus peccauerat: Deus tamen noluit respondere, vt haberetur occasio ad cognoscendum innocentiam Ionathæ, vt supra declaratum est.

Da ostensionem. Idest demonstra si ambo peccauimus, vel aliquis nostrum, scilicet, quòd faceret sortem eorum exire, si peccassent: nam hac vice ponebantur duę sortes, scilicet vna pro Ionatha, & Saule, & alia pro populo, & cuius sors exiret ille reus erat. Petebat ergo Saul, quòd si ipse, vel filius eius peccauerat, exiret sors eorum, & sic esset ostensio.

Aut si est in populo tuo hæc iniquitas. Scilicet in toto populo, vel in aliquo de populo. Magis tamen intelligendum, quòd Saul intelligeret, si erat in vno de populo: nam si totus populus peccasset, non poterat hoc inquiri per sortem, quia sors ista semper procedit vsque ad indiuidua, & nũquam potest dicere verum, nisi vnicus sit qui peccauit, vt supra declaratum est.

Da sanctitatem. Idest si non est iniquitas in me, vel in filio meo, sed in populo tuo, da sanctitatem, idest ostende nos esse sanctos, & mundos ab hoc crimine. In Hebræo vero non habetur hoc, quia tamen erat sententia decurtata, & necesse erat aliquid intelligi, litera nostra illud expressit.

Et deprehensus est Ionathas, & Saul. Scilicet sors Ionathę, & Saulis exiuit, & per hoc significatur eos reos esse, vel aliquem eorum, & non est sensus, quòd per hoc ambo deprehensi fuissent, quia sic non mitteret postea Saul sortem inter se, & Ionatham, misit tamẽ, vt patet immediate, sed dicitur, quòd deprehensi sunt ambo, quia exiuit sors illa, quę erat amborum: nam non poterat aliter euenire.

Populus autem exiuit. Idest exiuit liber, vel absolutus est, quia sorte deprehensi sunt Ionathas, & Saul.

Aliquis dicet forte, quòd exiuit populus, idest exiuit sors populi, & per hoc liberatus est: nam licet in hoc casu dubium esset, quia erant duæ sortes solum, tamen non poterat stare, quando ponebantur multæ, quia tunc cum exiret vna, illa significaret libertatem, & omnes aliæ signabant reos. Sed falsum est, & hoc tenetur communiter. Parum tamen differt: nam poterat fieri aliter, scilicet, quod successiue omnes educerentur quousque relinqueretur vnica sors, & illa signabat reos, quæ autem exibant, erant liberæ.

Et ait Saul, mittite sortem inter me, & Ionatham filium meum. Quia ambo deprehensi fuerant volebat scire Saul quis eorum peccauerat, & posita est sors, sicut supra fiebat.

Et captus est Ionathas. Scilicet exiuit sors eius, per quod iudicabatur condemnatus.

Quare Saul posuit sortem inter se, & Ionatham, cum tamen si cecidisset super eum, non esset occisus. *Quæst.* XL.

QVAERET aliquis quare Saul posuit sortem inter se, & Ionatham: nam sors ponebatur ad hoc, quòd ille, qui reus esset occideretur. Saul tamen quamquam caperetur non erat occidendus, quia rex erat, ideo frustra erat poni sortem.

Respondendum est, quòd Saul confidens de innocentia sua hoc fecit. Nam aliter non accepisset sortem a principio, & sic sciebat, quòd nulla pęna secutura esset, quia non peccauerat. Vel aliter, quamquam Saul non puniretur etiam si deprehenderetur, voluit tamen accipere sortem, vt sic pateret quis peccauerat: nam

nam si reperiretur, quòd alius occidisset eum, si autē ipse cessaret a suspitione, & imponeret hoc malum culpæ suæ. Vel aliter potest dici, quòd quamquam ipse non ligaretur hac lege, quam tulerat, quia legis cōditor est supra legem, ipse tamen imponeret sibi aliquam pęnam voluntarie, quam pro hoc peccato pateretur. Sed primi duo modi veriores sunt.

Dixit autem Saul ad Ionatham, indica mihi, quid feceris. Per sortem positam putabat Saul sufficienter cognitum esse, quòd Ionathas peccasset, nesciebatur tamē in quo peccasset, ideo quęsiuit quid egerit, sic factum est de Achan: nam postquam sorte deprehensus esset reus violati Anathematis Iericho Iosue dixit ei, fili mi da gloriam Deo Israel, & confitere atque indica mihi quid feceris, ne abscondas Iosue capitulo septimo.

Et indicauit ei Ionathas. Etiam si negare, vellet Ionathas se peccasse non admittebatur, dato quòd vellet se sufficienter purgare, quia iste sortes habebantur tanquam diuina probatio, contra quam nulla alia admittebatur.

Gustans gustaui in summitate virgæ, quæ erat in manu mea paululum mellis. Idest nihil aliud egi, nisi quòd gustaui de melle. Ponuntur autem hic verba extenuatiua delicti, quia dicitur paululum mellis, scilicet, quia non multum comedit, sed mox, vt incępit nunciato sibi patris interdicto, comedere desiit. Dicit etiam in summitate virgę, quasi dicat, non accepi mel manu mea, ita vt multum de eo comedere possem, sed accepi in summitate virgę. & sic modicum comedere poteram.

Et ecce morior. Quasi dicat, cum hoc solum fecerim, quod parum, vel nihil est, morior pro illo, scilicet durum est me occidi pro hac re. De verbis Ionathæ di-
Cap. 7. cit Iosephus sexto Antiquitatum. quòd fuit constans nimis circa mortem, vnde ait: Saul occidere Ionathā se repēte iurauit, quatenus, & generi, & naturę simul amori hoc modo præponeret iusiurandum, qui nequaquam mortis interminatione perterritus, sed animam ingenue nimis, magnanimiterque componēs, nec ego, inquit, supplico pater parcendum, mors mihi suauis est, quæ pro tua geritur pietate, & populi magna victoria, maxima siquidem mihi consolatio est, Hebræos de Palesthinis reliquisse victores.

Et ait Saul. hæc faciat mihi dominus, & hæc addat. Modus iurandi est, quasi dicat, dominus faciat mihi talia, & talia mala, & super ea addat alia, scilicet si non occidero te.

Quia morte morieris Ionatha. Idest Deus faciat mihi mala, si tu non morieris, idest si ego non occidam te.

Quomodo Saul iurauit occidere Ionatham postquam cognouerit, quòd ignorans comederit. Quæst. XLI.

Quaeret aliquis, quomodo Saul ista dicebat? nam videbatur esse impius, quòd enim ante punitionem peccati Ionathæ diceret, quòd occideret eum, si per illum euenisset malum istud satis stabat, nunc tamen cognita veritate, scilicet, quia Ionathas ignoranter egerat, impiū, & penitus contra rationem erat occidere innocentē.

Poterit responderi, quòd etiam si Saul cognosceret, quod Ionathas parum, vel nihil peccauerat, quia tamen certissime ex sortibus nouerat, quòd propter ipsum Deus non respondebat, occidere volebat eum, immo si comperisset, quòd Ionathas nihil egerat, dū tamen propter eum Deus non respōdisset occideret illum, non quidem propter culpam, sed propter obseruationem iuramēti, quia iurauerat Saul, quòd oc-
F cideret eum, per quem istud accidisset, & putabat se reum periurii si non occideret: sic enim fuit de Iephte Galaadite, qui vouit domino immolare quidquid primo occurreret ei de domo sua reuertenti de bello, cumque occurrisset filia vnica, quamquam nimis doluit, quia filia erat, & quia vnica, tamen occidit eā, quia putabat se periurii crimen incurrere, si secus ageret. Sed è contrario potius erat, quoniam occidendo illam grauem incurrit culpam, si vero non occidisset nec periurium, nec aliquod crimen incurreret. Ita Saul, quamquam cognosceret peccatum filii quasi nullum esse, quia tamen iurauerat occidere eum, per quem talia euenirent, ne esset reus periurii voluit occidere illum, & certissime occidisset, nisi populus im-
G pediret. Quod autem ista fuerit intentio Saulis declarat Iosephus in verbis supra allegatis, scilicet Saul Ionatham occidere repente iurauit, quatenus & generis, & naturę simul amori hoc modo pręponeret iusiurandum.

Sed tunc dicetur, an recte ageret Saul volendo occidere filium innocentem propter iuramentum.

Respondendum, quòd non, quia non erat periurium, quòd Saul occideret illum: nā errabatur in hoc vno de duobus modis. Primo modo, quòd Saul iurasset occidere illum, qui peccasset, ꝓpter quod Deus non responderet, & tunc non includebatur mors Ionathę sub iuramento Saulis, scilicet, quòd non tenebatur eum occidere ex viribus iuramenti, quia ipse iurauerat occidere eum, qui peccauerat, Ionathas ta-
H men nihil peccauerat, quia ignorans egit. Secundo modo poterat hic errari, scilicet, quòd Saul iurasset occidere illum, propter quem Deus non responderet quomodocunque res se haberet, & tūc includebatur mors Ionathę sub iuramento, erat tamen iuramentū incautum, & illicitum, quia quamquam Deus propter aliquem non responderet, non erat ob hoc occidendus, quia poterat hoc euenisse, sine illius culpa, sicut hic factum est, nemo tamen, sine culpa est occidēdus. Erat etiam incautum iuramentum, quia Saul iurabat, eo quòd intendebat hoc non euenisse, sine peccato, ideo volebat occidere peccantem. Poterat tamen accidere sine peccato ista non responsio Dei, & Saul non aduerterat ad hoc, ideo incaute iuraue-
I rat. Dicendum igitur, quòd intentio Saulis bona, & laudabilis erat, eo quòd iustitiæ amorem naturali cognationis præponebat amori, opus tamen suum malum erat, ipse tamen è contrario arbitrabatur.

Dixitque populus ad Saul, ergo ne morietur Ionathas? Videns populus Ionatham esse virum bonum, & bellicosum nimis, qui tantam victoriam illa die contulerat Israeli, & pręter hoc erat filius primogenitus regis successurus ei in regno, amplius quoque nihil peccauerat, quoniam ignorans egit, cōdoluit illi, & animose opposuit se regi dicens, quod non moreretur Ionathas, & est hoc per modum quæstionis, scilicet ergo ne morietur Ionathas? idest nunquid propter hoc oc-
K cidetur, quasi dicat, non, quia nefas est, vt infra patet. *Qui fecit salutem hanc magnam in Israel.* Idest nephas est, quòd occidatur saluator, scilicet ipse nobis salutem contulit, nos vero ei mortem inferamus? Dicitur autem, quòd ipse fecit hanc magnam salutem in Israel, idest liberauit nos ab hostibus, & dedit nobis victoriā de illis. Nam sexaginta millia de Philisthinis ceciderunt die illa, vt ait Iosephus sexto Antiquitatum: Hāc autem vocant magnam salutem: nā vere magna erat, nunquam enim tanta Philisthinorum multitudo irruerat super terram Israel, infuderant enim se per eā quasi locustæ ad omnem partem discurrentes, & omnia deuastantes, nunquam quoque tantus Israelitas inuaserat pauor, vnde absconderunt se in speluncis,

&

& cisternis fixurisque petrarum precedenti capitulo. quod nunquam alias fecisse leguntur. Ab omni tamen hac aduersitate liberauit eos Ionathas, quia ipse iuit cum armigero ad aciem Philisthinorum, occidensque multos conturbauit castra. Vnde tota victoria huius diei Ionathę ascribitur, quia licet Israelitæ persequentes postea Philisthinos plurimos occiderint: nullum tamen occidissent, nisi Ionathas hoc admirabile opus aggressus conturbasset castra Philisthinorum, fecissetque eos mutuis gladijs trucidari, alioquin Israelitæ latuissent semper, vt cęperant in cauernis terræ, & qui nondum latuerant, fortassis laterent tantis conclusi malis. Sic etiam quando Dauid occidit Goliath Gethæum, quamquam Israelitæ immediate persequentes Philisthinos plurimos occiderint infra decimoseptimo cap. magis tamen victoria illius diei ascribitur Dauid, quam toti Israel, quod patet ex cantu mulierum, quæ exierunt obuiam regi, dixerunt enim: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia infra 18. cap.

Hoc nephas est. Quasi dicat, nephas est, quòd occidatur ille, qui vitam contulit, vel nephas est, quòd occidatur ille, qui innocens est.

Viuit dominus si ciciderit capillus de capite eius in terram. Modus iurādi est, quasi dicat, iuramus per vitam Dei, quòd non solum non morietur, immo etiam vnus capillus non auferetur de capite eius, scilicet nullum malum quantumcunque paruum infligetur ei.

Quia cum Deo operatus est hodie. Idest operatio sua fuit sicut hodie ex parte Dei, scilicet nemo agere poterat, quæ ipse egit, nisi Deus fuisset cum eo, & ex hoc inducunt quandam præsumptionem, scilicet non est verisimile, quòd Deus velit eum occidi, per quem tanta bona operatus est hodie, ideo nec nos patiemur eum quicquam pati nobis superstitibus.

Liberauit ergo populus Ionatham, vt non moreretur. Idest liberauit eum de manibus Saulis, qui volebat ipsum occidere. In Hebræo dicitur redemit populus Ionatham, quod idem est. Quidam autem Hebræi exponunt hoc, quòd populus redemit Ionatham, scilicet absoluendo Saulem a iuramento: nam ideo volebat occidere Ionatham, quia putabat se periurum, nisi faceret. Cum vero populus absoluit eum, cessauit ab hoc: est enim inter Hebræos, quòd detur alicui purgatio, vel absolutio a iuramento, scilicet quando quis iurat aliquid, ex quo malum sequitur, & a principio non pręcogitauit illud, recurrit ad doctores eorum, & cum dederit fidem, quòd si ipse pręcogitasset malum, quod postea euenit, non iurasset taliter, & quòd dolet, quia iurauit, absoluitur. Ita autem dicunt, quod Saul pęnituit hic, quia iurauerat incaute, & populus absoluit eum hoc modo, sed nihil est. Alij dicunt, quòd populus redemit Ionatham, scilicet dedit pro eo quinque siclos, ista est redemptio primogenitorum Numeri cap. tertio, & decimooctauo. & videtur ista sententia eorum tracta ex primogenito asini: nam dicitur Exod. cap. decimotertio. de primogenito asini, quòd redimatur oue, vel occidatur, ergo è contrario, vt non occidatur, redimatur, ita hic in Ionatha, qui occidendus erat, redimerunt eum datis quinque siclis, ne occideretur.

Sed hoc nihil est, non enim erat difficultas, an Ionathas deberet occidi, vel redimi, quia nō solum quinque siclos, immo etiam populo nihil dante pater redemisset eum centum millibus siclis, ne occideretur, si per hoc crederet licite seruari vitam, sine eius periurio: potissime, quia redemptio primogenitorum, non erat, nisi respectu Dei, & dabatur pecunia sacerdotibus. In criminibus tamen non fiebat sic redemptio, alioquin facilis esset solutio omnium legum, &

A politiæ, cum quilibet morte dignus hoc modo redimeretur, sed solum est sensus, quòd populus liberauit Ionatham, scilicet quasi violenter eripiens eum de manibus Saulis.

Recessitque Saul, nec persecutus est Philisthijm. Idest postquam populus liberauit Ionatham de manu eius, noluit persequi Philisthinos, sed rediit in vrbem suam.

Quare Saul destitit persequi Philisthinos.
Quæst. XLII.

QVAERET aliquis, cum Saul ante hoc dispo suisset persequi Philisthinos, dicens: irruamus super Philisthiim nocte, & vastemus

B eos vsque dum illucescat, quare nunc destitit persequi illos?

Respondendum est, quòd hoc factum est propter duo. Primo quia Deus ei non respondebat: nolebat enim quicquam eo in cōsulto agere, & quia nō respondebat ambiguū fuit Sauli de euentu belli, ideo credidit securius esse desistere.

Secundo destitit a bello, quia putauit Deum esse sibi iratum, quod aliqualiter cognoscebat, vel cognoscere se putabat, eo quòd respōdere noluit. Amplius quoque manifestauit quare hoc accidisset, ideo eo irato nihil prosperum sibi futurum esse putabat, sed magis desistendum fore.

Sed dicet aliquis cum supra sine consultatione Dei

C iuisset ad bellum, quare hic non iuit? Dicendū, quòd ad hoc iam responsum fuit supra, erat tamen hic aliquid grauius: nam peius est, quòd Deus respondere nolit quam, quòd inconsulto eo aliquis aggrediatur opus. Si enim Saul nunc persecutus fuisset Philisthinos Deo non consulto dubius esset de euentu victoriæ. si tamen consuluisset, & Deus non responderet, iā esset determinatus ad pręstolandum mala tanquam Deus sibi iratus esset. Hoc ergo cernens desiit persequi, maxime quia non habebat magnam causam ꝑsequendi: nam si filius eius Ionathas nunc fuisset inter Philisthinos, sicut fuerat prius, quando Deo inconsulto iuit ad pugnam, etiam Deo non respondente

D nunc iret exponens se omni periculo, vt filium a morte eriperet, quia tamen nullum tale erat impulsiuum desiit persequi fugientes.

Porro Philisthini abierunt in locum suum. Idest recesserunt in terram suam nemine persequente. Ex quo patet id, quod supra dicebatur, scilicet, quòd Israelitæ, quando tulerunt prædam ab hostibus oues, & boues, & comederunt, non erant in terra hostium, sed in terra Israel.

At Saul confirmato regno. Hic ponitur quartum huius secundę particulę, scilicet continuatio historiæ quantum ad gesta Saulis. Non est autem intelligendum, quòd ista, quę dicuntur hic vsque ad finem cap. habeant se consequenter ad pręcedentia, & ad subsequentia, quia hic non narratur aliquod speciale factū

E Saulis, sed est quædam collectio breuis omnium, quę pertinent ad historiam Saulis, quod patet, quia hic ponuntur bella quæ faciebat tota vita sua, & hic sunt aliqua quæ nō distinguuntur a pręcedentibus bellis, nec a subsequentibus, sicut bellum, quod dicitur de Philisthinis, scilicet, quòd omnibus diebus Saulis erat bellum potens contra Philisthinos, vt patet infra: etiā ponuntur hic bella contra Ammon, & Moab, ex quo Saul assumpsit regnum, aliqua tamen iam transierāt. Ponuntur etiam hic nomina cognationis suę, & principum eius, & omnium, quæ ad ipsum pertinent tāquam hic tota eius colligeretur historia, ideo non cōtinuatur hoc ad aliquid pręcedens, vel subsequens.

Confirma-

Confirmato regno super Israel. Potest accipi confirmatio hic dupliciter. Vno modo confirmatio, idest acceptio, & est sensus, quòd postquam accepit regnum super Israel pugnabat contra omnes gentes, quę nominantur hic. Secundo modo confirmatio dicitur esse innouatio: nam Saul a principio regnum suscepit in Masphat, nondum tamen ibi erat firmum regnum eius, quia quidam contempserunt eum dicẽtes, num iste poterit saluare nos? vt supra cap. 11. ideo tunc non se gerebat totaliter pro rege, post tamen confirmatus est in Galgala, cũ dixit Samuel, venite & innouemus regem supra capitu. vndecimo. & tunc incepit Saul gerere se pro rege, & accepit exercitum supra capitu. pręcedent. magis tamen videtur ista litera intelligenda de prima constitutione eius in regem, quam de cõfirmatione, quia dicitur hic, quòd confirmato regno pugnabat contra Moab, & filios Ammon, bellum tamen Saulis contra filios Ammon fuit ante confirmationem regis, vt patet supra capitu. 11. immo ex hoc habuit originem confirmatio, quia cognouerunt ibi eum esse virum dignum principatu. Nisi forte velis dicere, quòd præter illud bellum Israelitarum contra Ammonitas, quod habetur supra capitu. vndecimo. fuerunt alia, & illa acciderunt post confirmationem regni, vtrunque ergo teneri potest.

Pugnabat per circuitum aduersus omnes inimicos eius. Idest contra inimicos Israel, quia illud relatiuum refertur ad Israelem, & non ad Saulem, hoc autem Deus iusserat Sauli per prophetam, quando vnctus est in regem supra capitu. decimo, scilicet ecce vnxit te Deus super hęreditatem suam in principem, & liberabis populum eius de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt, dicitur autẽ, quòd pugnabat Saul per circuitum, quia omnes istę gentes, cõtra quas hic pugnâsse dicitur, erant in circuitu Israelis: nam Moabitæ erant ad orientem terræ Chanaan declinando aliqualiter ad latus Meridianum, Ammonitę erant a parte orientali declinantes aliqualiter ad Septentrionem, & inter ambo hæc regna erat terra duarum tribuum, & dimidiæ, quam tenuerant olim duo reges Amorrhęorum Sehon, & Og. ipsa enim fuerat pars terræ Moab, & Ammon, vt patet Numeri capitul. vigesimoprimo, & Iosue decimotertio capit. vnde Ammonitæ tanquam suã postea eam repetebant tẽpore Iephte Galaaditis iudicis Israel: Iudicum capit. vndecimo. terra Edom erat aliqualiter ad partem Meridianã Israelitarum, & tendebat magis ad orientem quam terra Israel: Numeri capitu. trigesimoquarto, & Iosue 15. reges autem Soba habitabant ad partem Meridianam terræ Israel, vt infra dicetur. Philisthiim autem partem tenebant ex Meridie, & partem ex occidente, vt patet Iosue capitu. 13. & 15. ex ibi declaratis.

Israelitæ circundati erãt ab inimicis.

Contra Moab. Istę gentes, quæ nominantur hic erãt hostes Israel, quia erant coniunctæ terræ eius, vt communiter enim hostilitas inter finitimos accidit, qui autem multum distant raro hostilitatem gerunt, aliquando tamen fuerunt hostes Israelitis illi, qui longe erant, sicut Aegyptii: nam rex Sesac venit contra Ierusalem tempore Roboam filii Salomonis, & tradita est ciuitas in manu eius, & accepit omnia scuta aurea, quæ reliquerat rex Salomon, & hoc, quia non potuit ei resistere Roboam, vt patet infra 3. libr. capitu. 14. Iterum etiam ascenderunt Aethiopes contra Israel, scilicet tempore regis Asa: erat enim multitudo eorum innumerabilis, & superati sunt a rege Asa 2. Paralip. capit. 14. ascendit quoque rex Assyriorum contra Israelitas, & transduxit tribus 10. in terram suam infra 4. libr. capitu. 17. rex quoque Babylonis ascendit in Ierusalem, & captiuum duxit populum Iuda, & Beniamin infra 4. lib. capitu. 24. & 25. Isti tamen erant

F reges longinqui, non tamen veniebant quasi gerentes hostilitates, sed Deus incitabat illos ad veniendũ, vt patet Isa. cap. 5. & 10. & Abacuc capitu. 1. dicitur autem hic de Moabitis, quòd pugnabat cõtra eos Saul, non tamen leguntur specialiter aliqua bella, quæ contra eos egerit, scriptura enim non vult enarrare singula, sed solum ea, quæ maiora sunt, & ad rem magis pertinent.

Et filios Ammon. Non legitur fecisse Saul aliquod bellum contra istos, nisi in principio regni, quando venit Naas rex Ammon super Iabes Galaad, de quo supra cap. 11.

Et Edom. Idest contra Idumæos, qui erant propinqui Israeli ex parte Meridiana. Nam magna pars sorG tis Iudæ erat coniuncta terræ Edom, vt patet Iosue capi. 15. & isti gerebant interdum hostilitatem contra Israel: nam a principio hoc fecerant tempore Moysi, cũ essent Israelitæ in deserto, & peterent transire per extremitatem regni eius, non enim concessit rex Edõ, sed dixit: Non transibis per me, alioquin armatus occurram tibi: Numeri capit. 20. isti autem Idumæi postea pauco tempore ante Christi natiuitatem effecti sunt omnes Iudæi: nam Ioannes Hircanus filius Simonis Machabæi subiecit terram Idumęorũ, & non permisit eos habitare in terra illa, nisi Iudaicos ritus susciperent, & susceperunt. De hoc Iosephus 13. Antiquitatum ait, cunctosque cum domuisset Idumæos permisit eis prouinciam habitare, si circunciderentur legibusque Iudaicis vterentur, qui desiderio patrię terH rę circuncisionem, & aliam conuersationem eorum pertulerunt, ideoque ex illo tempore Iudæi esse cęperunt.

Consideradũm autem, quòd quamquam Idumęi erant hic hostes Israel, tamen Deus iusserat, ne Israelitæ abominarentur eos, sed susciperent eos inter se tã quam fratres, sic patet Deuteronom. 23. capit. scilicet non abominaberis Idumęum, quia frater tuus est. cõtra Moabitas autem, & Ammonitas licebat magis ludęis exercere inimicitias, nec debebant eos accipere inter se ad honores, nec facere cum eis pacem, vt patet Deuteronom. ca. 23. scilicet Ammonites, & Moabites, etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam Dei in ęternum, quia noluerunt ocI currere vobis cum pane, & aqua in via, non facies cũ eis pacem, nec quęres eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternum.

Idumæi quáuis essent hostes Israelitis, suscipi iussit dñs.

Si autem aliquis dicat, quomodo licebat Sauli pugnare contra Ammonitas, Moabitas, Idumæos, quia Deus iusserat Moysi Deuteronom. capit. 2. quòd non pugnarent contra eos? Dicendum est, vt fuit respõsum supra capitu. vndecimo. quando quęrebatur, an licite pugnauerit Saul contra Ammonitas, eadem enim ratio est quantum ad omnes istos populos.

Et reges Soba. Idest etiam pugnauit contra reges terræ Soba. Dauid quoque pugnauit contra reges terræ huius: nam regẽ Adabezer, qui erat rex Soba percusK sit Dauid cum 20. millibus virorum, & tulit multa vasa argentea, & aurea de manu eius, iste autem rex secundum quosdam habitabat ad partem Meridianam terrę Israel apud Syriam Damasci, vnde rex Syriæ venit in adiutorium eius, quando pugnabat contra eum Dauid infra 2. lib. cap. 8. Alii autem volunt, quòd habitaret ad partem aquilonarem terræ Israel. Vnde erat hostis regis Emath, vt eodem capitu. terra autem Emath est ad plagam aquilonarem Israel: Numeri capitul. 34.

Et Philisthæos. Idest pugnauit etiam contra Philisthęos. Istud vere fuit bellum magis continuum: nam omnibus diebus Saulis durauit, vt patet infra in litera, scilicet, & erat bellum potens aduersus Philisthiim

listhiim omnibus diebus Saulis. *Et quocunque se verteret superabat*. Idest in omnibus his bellis, quæ gessit contra gentes prosperatus est, vnde dicit Iosephus, quòd Saul habebat multitudinem curruum, & equestriũ, & cum quibuscunque pugnaret cum victoria remeabat, Hebræosque ad excelsam magnitudinem fęlicitatis euexerat, & aliarum gentium potentissimos demonstrarat. Nicolaus dicit, quòd in Hebræo habetur hic.

Quocunque se verterat impius fiebat, vel impie agebat. Et probat istum sensum ex litera sequẽti: intelligit enim quòd in omnibus his bellis Saul impie agebat, idest peccabat, & hoc, quia dicitur immediate, congregato exercitu percussit Amalech. In pugna autem contra Amalechitas peccauit, vt patet seq. cap.

Sed non est sic intelligendum, non enim potest stare, quòd in omnibus bellis, quę agebat, peccabat: nam non peccauit, quando pugnauit contra Ammonitas, supra c. 11. Nunç quoque nihil deliquit pugnans contra Philisthinos, & in omnibus bellis, quæ habentur vsque ad finem huius libri, nihil Saul peccasse conuincitur, nisi in bello contra Amalec, ideo magis est sensus, quòd prosperabatur in omnibus, & superabat. Et istum sensum sequuntur etiam Hebræi. Aliquando tamen est discordia ex ęquiuocatione.

Sed dicet aliquis, quomodo Saul in omnibus prospere agebat? nã in bello contra Philisthinos mortuus est infra cap. vltimo.

Respondẽdum, quòd Saul in omnibus bellis prospere egit, nec vnquã victus est, nisi in bello vltimo, in quo propter peccata eius prius annunciata est ei mors in bello illo, & populi calamitas, cum consuleret Phytonissam infra cap. 28. sed adhuc, qui in omnibus recte egit in vnico succumbens, non dicetur propter hoc non egisse prospere in omnibus. *Congregatoque exercitu percussit Amalec*. Ista percussio habetur seq. cap. in quo apparet, quòd non est hic aliqua continuatio historiæ, sed collectio quædam omnium gestorũ Saulis: nã ea, quæ postea particulatim enarranda sunt, hic summatim colliguntur. Dicitur autem congregato exercitu, quia multos viros collegit Saul, ad eundum contra Amalec, scilicet de 11. tribubus 200. millia peditum, & 10. millia virorum de Iuda, vt patet sequen. cap. In Hebræo habetur secundum quosdam. *Congregatisque diuitijs percussit Amalec*. Et istũ sensum tenet Rab. Salom. quòd prouenit ex ęquiuocatione eiusdem nominis ad diuitias, & ad exercitum, sed nihil attinet, quòd hic diceretur congregatis diuitiis: nã diuitiæ immediate nihil agunt ad bellum, sed mediate inquantum necessariæ sunt pugnantibus, ideo magis conueniebat dici congregato exercitu.

Et eruit Israel de manu vastatorum eius. Idest de manu omnium hostium, qui persequebantur eum, & istę erant gentes suprapositæ, quæ omnes habebant Israelitas exosos, premebantque eos cum habitarent in circuitu eorum. *Fuerunt autem filij Saul Ionathas, Iesui, Melchisua*. Hic describitur cognatio Saulis, tam quantum ad descendentes ab eo, quam ad collaterales, & ad superiores, & ponuntur hic tres filii eius, & duę filię, fuerunt tamen quatuor filii Saulis, vt patet 1. Paralip. ca. 8. Hic enim subticẽt Isboseth, qui regnauit post Saulem, & nominatur 1. Paralip. cap. 8. Isboal. De hoc dicunt aliqui ꝙ nõ nominatur, quia nõ erat genitus, sed falsum est, quia Saul solum regnauit viginti annis, vt declaratum est supra ca. 8. & tamen in fine regni eius Isboseth erat quadraginta annorum, cum cępisset regnare infra 2. lib. cap. 2.

Ideo Nicolaus dicit, quòd subticetur hic Isboseth, eo quòd erat indignus nominari propter pusillanimitatem, cum esset ad bellum ineptus, quod aliqualiter

A videtur, quia cum in bello mortui fuerunt omnes filii Saulis cum eo infra cap. vltimo. Isboseth non erat in bello, & postea regnauit. nec tamen penitus dicendum, quòd ob hoc subticeatur, quia tunc nunquam exprimeretur nomen eius in enarratione progeniei Saulis, tamen 1. Paralip. capi. 8. nominatur cum aliis filijs. Dicendum ergo, quòd hic omissum est nomen eius, quia interdum scriptura non curat omnia enarrare, ideo in libro Paralip. vbi omissa colliguntur, ponitur nomen eius. Aliquis forte dicet, quòd Isboseth computatur hic, tamen nominatur alio nomine, sicut interdum accidit in multis aliis, qui habent multa nomina, vt pater Dauid vocatur Iesse, & Isai. Sed hoc non stat, quia hic solum ponuntur tres filii Sau-
B lis, & 1. Paralip. cap. 8. ponuntur quatuor, ideo necesse est, quòd aliquis omittatur, vnde dicendũ est, vt nunc dixi. Sciendum etiam, quòd iste, qui vocatur hic Iesui vocatur Aminadab 1. Paralip. cap. 8. vbi eadem nomina ponuntur, quæ hic, & solum nomen eius est mutatum. *Nomina duarum filiarum eius*. Scilicet erãt ista, quæ sequuntur, solũ. n. habuit istas duas filias, vt patet hic, & infra ca. 18. *Nomen primogenitæ Merob*. Non vocatur primogenita respectu omnium filiorum, sed solum respectu alterius filiæ, ista autem tradenda erat Dauid in vxorem, quia percussit Philisthęum, fuit tamen data in vxorem Hadrieli Molathitę, vt patet infra ca. 18. *Et nomen secundæ Michol*. Ista erat pulchrior filia Saulis, & hanc dilexit nimis Dauid, vt patet infra capi. 18. & data est ei in vxorem, postea tamen cum fugisset Da-
C uid a facie Saulis tradidit eam in vxorem Saul Phalti filio Lais, qui erat de Galin infra cap. 25. mortuo autẽ Saule cum cępisset regnare Dauid super Iudam, misit nuncios ad Isboseth filium Saulis, dicẽs: redde vxorem meam Michol, quam despondi mihi centum ꝑputiis Philisthiim. tulit eam Isboseth a viro suo Phalti filio Lais, qui sequebatur eam plorans infra. 2. lib. c. 3. *Et nomen vxoris Saul Achinoen filia Achimaas*. Istam vxorem cepit antequã esset rex, & ex ea genuit istos filios, qui nominantur hic. Habuit tamen postea concubinam nomine Respha infra 2. lib. cap. 3. & de hac genuit postea filios, qui non nominantur hic, s. duos filios, de quibus infra 2. lib. c. 21. illos autem postea su-
D spendit Dauid ꝑp querelam Gabaonitarum, vt patet eo. ca. *Et nomen principis militiæ eius Abner*. Iste erat cognatus Saulis in secundo gradu, vt patet immediate, & accepit eum in principem militiæ, quia erat vir industrius, & bellicosus nimis. Iste autem euadens de bello, in quo mortuus est Saul, constituit filium eius Isboseth regem infra. 2. libr. c. 2. regebatque domum Saulis, quousque iratus est contra Isboseth, quia increpuerat eum propter concubinam Saulis infra 2. lib. c. 3. *Filius Ner patruelis Saul*. Idest Abner erat filius Ner, & iste Ner erat frater Cis, qui erat pater Saulis, vnde Abner, & Saul attinebant sibi in secundo gradu, ideo vocatur Abner patruelis Saul, idest filius patrui eius: nam Ner erat patruus Saulis, vt patet infra. *Porro Cis fuerat pater Saul*. Vt patet supra c. 9. Hoc ponitur ad si-
E gnificandum gradum affinitatis, qui erat inter Saulẽ, & Abner. *Et Ner pater Abner filius Abiel*. Ex hoc apparet, quòd Ner pater Abner, & Cis pater Saulis erãt fratres, quia Ner erat filius Abiel, vt patet hic, & Cis erat filius eiusdem Abiel, vt patet supra c. 9. ideo Saul, & Abner erant patrueles, s. consanguinei in secundo gradu. *Et erat bellum potens aduersus Philisthijm omnibus diebus Saulis*. Supra dictũ fuerat de bellis, quæ habuerat Saul contra multas gentes, quæ erant hostes Israelitarum, inter quas positi fuerunt Philisthini, quia tamen bellũ Israelitarum contra Philisthinos fuit magis assiduũ, & ferocius quam contra alias gentes, cum bella aliarum gentium breuiter finita fuerint, dicitur hic specialiter

cialiter de bello contra Philisthinos, scilicet, quòd fuit omnibus diebus Saulis: nam ipse Saul in eo mortuus est, & tres filii sui, qui nominati fuerunt hic, vt patet infra vltimo cap. dicitur etiam, quòd fuit potens bellum, quia non solum Philisthini pugnabant contra Israel, sed etiam totis viribus, & quia Philisthini erant multi & potentes, bellum erat graue, & cum dicitur, quòd fuit omnibus diebus Saulis nõ est sensus, quòd semper durauerit actualiter, ita quod Philisthini, & Israelitæ semper essent in castris, vel in apparatione bellica, sed durauit semper, idest quamquam aliquando cessauerint pugnare, nunquam tamen totaliter cessauerunt: nam denuo instaurabant pugnam, & sic continuatum est bellum vsque ad tempora mortis Saulis, & postea etiam tempore Dauid aliquando durauit quousque perdomuit eos Dauid, & abstulit frenum

F tributi de manu eorum, vt patet infra 2. lib. cap. 8.

Nam quemcunque videbat Saul virum fortem, & aptum ad prælium sociabat eum sibi. Hoc dependet ex pręcedenti: nam dicebatur, quòd bellum erat potens, idest ferox inter Saulem, & Philisthinos, vnde indigebat Saul magno exercitu ad continuandum istud bellum, quia Philisthini erant multi nimis, vt patet præcedenti capideo quamquam Saul a principro regni confirmati acceperit tria millia virorum pro exercitu suo, scilicet

G duo millia cum eo, & mille cum Ionatha filio eius. vt patet pręcedenti cap. tamen quia iste erat paruus exercitus, continue augmentabat eum Saul, scilicet diligenter considerans viros robustos, aut bellicosos in regno suo, & omnes illos associabat sibi, scilicet faciens, quòd essent semper cum eo ad opera belli in castris suis.

Expositionis literalis Alphonsi Tostati in Primum Libr. Regum Finis.

REGISTRVM.

A B G D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, Aa Bb Cc Dd Ee Ff.

Omnes sunt Quaterniones, præter F f, qui sunt Quinterniones.

VENETIIS, Ex Typographia Dominici Nicolini.

M D X C V I.

ALPHONSI TOSTATI HISPANI,

EPISCOPI ABVLENSIS,

PHILOSOPHI, THEOLOGI,
Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Secundam Partem I. REGVM:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum Hispaniarum, & Indiarum Regem.



VENETIIS, M D X C V I.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

ALPHONSI TOSTATI
Episcopi Abulensis.
COMMENTARIORVM IN PRIMVM LIBRVM REGVM
Pars Secunda.

CAPITVLVM XV.

A ET dixit Samuel ad Saul. Me misit Dominus, vt vngerem te in Regem super populum eius Israel: nunc ergo audi vocem Domini. Hæc dicit Dominus exercituum: Recensui quæcunque fecit Amalec Israeli, quomodo restitit ei in via, cùm ascenderet de Ægypto. Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuersa eius: non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice a viro vsq; ad mulierē, & paruulū, atq; lactentē; bouem, & ouē; camelum, & asinum.

DIcto in præcedentibus de bello Saulis contra Philistijm, hic agitur de trāsgressione eius in bello contra Amalec. Fuit autem ista trāsgressio partim ex iactantia, vt quidam volunt, scilicet, quia reseruauit Regem Amalec viuentem ad triumphum suum, vt sciretur, ꝙ ipse habebat quēdam Regē vinctum in potestate sua. Vel trangressus est ex misericordia quadam circa eum. Ex cupiditate quoq; præuaricatus est in quantum reseruauit optima queque terræ Amalec. Et diuidit in duo, quia primò ponitur mādati diuini denunciatio: secundò eiusdem transgressio ibi. *Et apprehendit Agag.* Prima in duas, quia primò ponitur iussio: secundò aliqualis executio ibi. *Præcepit itaque.*

An quæ habentur hic habeant ordinem ad præcedentia.

Quæstio 1.

CIRCA primum quæret aliquis, an ea, quæ dicuntur hic, habeant consequentem ordinem ad præcedentia, vel sit aliqua transmutatio.

Respondendum est, ꝙ ea, quæ dicuntur hic de bello contra Amalec, non possunt habere ordinem posterioritatis, vel prioritatis ad ea, quæ ponuntur supra immediatè. Nam in c. præcedenti ab illo loco: At Saul confirmato Regno: non describitur aliqua specialis historia Saulis, sed quædam collectio breuis omnium gestorū Saulis, & cognationis eius, & omnium quæ ad eum pertinent: ideo nihil de gestis Saulis potest continuari illi, tanquam habens ordinem præcessionis, vel posterioritatis, quia nihil ante illud est, nec post illum; cū ibi contineantur omnia gesta Saulis in summa: fit tamen cōtinuatio ad B id, quod habetur in toto c. præcedenti ante locum illum, in quo descriptum est bellum quoddam, qđ habuit Saul contra Philistijm. Et dicendum ꝙ istud quod habetur hic de bello Amalec fuit post illud: nam post confirmationem Regni Saulis nō habuit aliqđ bellū ante illud. Nā immediatè vt ꝯfirmatus est in Regem, supra c. 11. & 12. incepit colligere exercitum, & accepit tria millia virorum, supra cap. 13. Posuitq; mille viros cū Ionatha in Gabaa: ipse autem retinuit sibi duo millia in Bethel, Ionathas verò pugnauit contra stationem Philisthinorum, quę erat in Gabaa, supra c. 13. Ex quo Philistini congregati sunt contra Israel, & factum est bellum, qđ habetur præcedenti. c. Non ergo fuit aliquod bellum C Saulis ante illud post confirmationem Regni: istud verò quod fuit contra Amalec, necesse est, ꝙ post illud fuerit: deinde autem dubitabatur, an istud bellum fuerit immediatē post illud bellum contra Philisthinos, vel intercidit magnum tempus. Dicēdum est, ꝙ non potest patere: satis tamen credendū est, ꝙ non intercideri magnum tempus: quia Deus reseruabat istud pro Saule: nam prænunciatum fuerat Nu. c. 24. de Saule, quomodo pugnaturus eēt cō-

tra regem Agag, cùm dicitur: Tolletur propter Agag rex eius, & auferetur regnum illius: ideo verisimile est, quòd in principio regni sui hoc ei comiserit, cùm adhuc grat⁹ erat ei. *Et dixit Samuel ad Saul.* De⁹ volebat, ꝙ delerẽtur Amalecitę, sicut per Moysen iussum fuerat, & ad hoc parauerat Saulem; ideo iussit Samueli, ꝙ diceret Sauli, ꝙ iret cõtra Amalec. *Me misit dominus, vt vngerem te in regem super populum eius Israel.* Samuel volens hic persuadere Sauli, ꝙ iret cõtra Amalecitas obediens pręcepto Domini, denunciauit ei beneficium, quod Deus egerat illi. s. ꝙ constituerat eum in regem, vt per hoc flecteret ipsum ad executionem diuini mandati: sic enim Deus consueuerat flectere Iudæos ad obseruationem legum suarum: nam cùm essent in monte Sinai, & vellet eis dare legem, dixit: Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Aegyptijs, & quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi: si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis. vt patet Exo. 19. c. Item ista commemoratio regni collati persuadebat alio modo. s. Deus vnxerat Saulem in regem ad hoc, ꝙ erueret Israelitas de manu hostium, sicut constat supra cap. 10. s. Ecce vnxit te Deus super hæreditatem suam in principem, & liberabis populũ eius de manu inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt: incumbebat ergo Sauli ex necessitate suscepti regni pugnare contra hostes Israel: Sed Amalecitę erãt hostes Israel decreto Dei, ergo debebat pugnare contra illos. *Nũc ergo audi vocem Domini,* i. qa Deus fecit te regem, audi præceptũ eius, & exequere. Alij dicunt: Nunc audi vocem Domini, i. quamquam ante hoc non audiuisti vocem Domini; tamen saltem nunc audi, s. fuerat præceptum Sauli, quòd nõ immolaret quousque descenderet Samuel in Galgalam post septem dies: immolauit tamẽ ante hoc: vnde Deus iratus est propter transgressionem præcepti: dicit ergo hic Samuel: Nũc audi vocem Domini, idest, saltem nunc audi. *Hæc dicit Dominus exercituum.* Samuel erat missus a Deo, ideo refert hic qd Deus ei dixerit. Vocatur autem hic Dominus exercituũ, quod attinet ad præsens, quia Samuel loquebatur hic Sauli de exercitu, & quia forte putaret durum esse pugnare contra omnes Amalecitas timeret. Dixit ergo Samuel, ꝙ Deus erat Dominus exercitum, idest potens in exercitibus, scilicet, quòd posset ei dare victoriam de Amalec. *Recensui quæcunque fecit Amalec Israeli.* Ista sunt verba Dei, idest, ego recordatus sum, & recogitaui apud me omnia mala, quæ fecit Amalec Israeli: ideo volo, ꝙ percutias illũ, vsquequo deleatur. *Quomodo restitit ei in via, cùm ascenderet de Aegypto.* s. Amalecitæ pugnauerunt contra Israelitas in via, scilicet in deserto, cùm ascenderent de Aegypto nihil facientibus Israelitis. Sciẽdum autem, quòd Amalecitæ pugnauerunt cõtra Israel in deserto: primò parum post transitum maris rubri in mansione, quæ vocatur Raphidim. Nã ex insidijs venit, & percussit illos, qui erant in extremitate exercitus, qui fatigati resederant, volebatq; irruere super reliquum castrorum: Moyses verò misit Iosue cum viris belli contra Amalec, & percussus est, atque fugatus a facie Israel: Exod. capit. 17. iterum autem pugnauit Amalec ꝯtra Israel. Fuerat enim primum bellum in primo anno ab exitu de Aegypto circa finem mensis secundi. Secundò autem pugnauit in Cadesbarne anno secundo ab exitu de Aegypto, & ibi simul Amalecites, & Cananæus pugnauerunt contra Israel, ut patet Numeri 14. c. propter hoc autẽ, quia iniustè nimis Amalecitæ læserunt Israelitas, Deus iussit, ꝙ haberet

Samuel suadere vult Sauli, vt pugnet cõtra Amalecitas

Amalec quoties, & qñ pugnauit cõtra Israelitas.

F cum eis inimicitias perpetuas promittens, ꝙ ipse deleret eos, Exo. cap. 17. scilicet: Dixit Dominus ad Moysen: scribe hoc ob monimentum in libro, & trade in auribus Iosue: delebo enim memoriam Amalec de sub cœlo. Moyses quoque pauloante, quàm moreretur, valde commendauit Israelitis, ꝙ pugnarent contra Amalec: ita Deutero. cap. 26. scilicet: Memẽto quid fecerit tibi Amalec in via quãdo egrediebaris ex Aegypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi residebant ceciderit, quando tu eras fame, & labore confectus, & non timuerit Deum: cùm ergo Deus dederit tibi requiem in terram, quam pollicitus est, delebis nomen eius sub cœlo: caue ne obliuiscaris.

G *Quare Deus non iussit Chananæum deleri sicut Amalecitas, ipse enim etiam pugnauit contra Israel. Quæstio II.*

QVAERET aliquis, cũ Deus iusserit hic deleri Amalecitas, quia restiterant Israeli, quare non iussit deleri Chananęũ regẽ Arad, quia ẽt ille pugnauit contra Israel: simul. n. Amalecitæ, & Chananæi percusserũt Israelitas in Cadesbarne, vt patet Num. capit. 14. Aliquis respondebit, quòd Deus iussit hic de Amalecitis, & non de Chananæis, quia magis peccauerunt Amalecitę, eo quòd ipsi primò pugnauerũt contra Israel, quàm omnes alię gentes, & in hoc dederunt occasionem cęteris gentibus pugnãdi contra Israel: vnde Deus nimis comminatur eis, quia ipsi primò pugnarunt, vt patet Nu. cap. 24. scilicet:

H Principiũ gẽtium Amalec, cuius extrema perdentur, i. prima de gentibus, q̃ pugnauit ꝯtra Israel fuit Amalec, ideo extrema eius perdentur. i. ad vltimum ipse peribit. Sed ista ratio non stat, nã q̃q̃ aliquid mereretur Amalec super alias gentes, quia primo pugnauit, non tamen tantũ, vt ipse penitus periret, & aliæ gentes non. Alij respondent aliter, s. ꝙ Amalec iussus est deleri totaliter, quia magis peccauit. s. eo ꝙ Amalecitę pugnauerũt bis cõtra Israelem, Chananæi autem pugnauerũt semel. Sed hoc non stat: quia sicut Amalecitæ bis pugnauerunt, ita & Chananæi regis Arad: primò. n. isti Chananęi pugnauerunt contra Israel in Cadesbarne, quando ipsi, & Amalecitę simul pugnauerunt: Nu. c. 14. Secũ-

I dò pugnauerũt Chananęi contra Israel anno 40. ab exitu de Aegypto apud terram Edom, & vicerunt eos, atque ceperunt prædam de Israel: ergo vtrique ęqualiter pugnauerũt cõtra Israel, & merebãtur ęqualiter deleri. Sed dicendum, ꝙ ista q̃ fundatur super ignorantiam veri, præsupponit. n. ꝙ Amalecitę deleti fuerint, & non Chananęi. Sed falsum est, quia primò deleti sunt Chananęi: licèt Deus non iusserit illos deleri: nam cùm anno 40. ab exitu de Aegypto pugnauerit Chananęus rex Arad contra Israel, & ceperit prædã, Israel voto se obligãs Deo, ait: si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius: exaudiuitq; Dominus pręces Israel,

K & tradidit Chananęum, quem ille interfecit subuersis vrbibus eius, & sic Chananęi regis Arad finẽ acceperũt anno 40. ab exitu de Aegypto. Nũc ergo solũ iussit Deus deleri Amalecitas. De hoc Nu. c. 21.

Quare Deus iussit tantam pęnam infligi Amalecitis, cùm parum peccassent contra Israel. Quæst. III.

QVAERETVR vlterius, quare Deus iussit tãtam pœnam infligi Amalecitis, cùm parũ peccassẽt: nã alię gentes pugnauerũt sępius ꝯ Israel, sicut Philisthini, Mohabitę, Ammonitę, Idumęi: nullã tñ harũ gentiũ iussit De⁹ pęnitus deleri. Alìqs rñdebit, ꝙ hoc erat, qa Moabitę, Ammonitę, Idumęi erant

erant cognati Israelitarũ.s.oẽs de stirpe Abrahę, & Loth cõsobrini sui: vñ pp hoc in introitu terrę Chanaã cũ Israelitę transituri essent apud terrã Edom, Ammon, & Moab iussit De⁹, ꝙ nequaq̃ pugnarẽt ɔtra illos: eo ꝙ nõ daret quicq̃ eis de terra illorũ pp Abrahã, & Loth, vt patet Deu. c. 2. Amalecitę aũt nõ pertinebant ad hãc stirpẽ, iõ iussit eos deleri. Dicendum ꝙ nõ stat, quia tm̃ pertinebãt Amalecitæ ad stirpẽ Abrahę sicut Idumęi, qa Idumęi erãt filij Esau, qui vocatur Edom, & habitauit in terra illa, quæ nunc vocatur Idumęa, vt patet Gen. 36. Amalecitæ aũt descenderũt a quodam nepote Esau: nã genuit Esau Eliphaz, Eliphaz aũt genuit Amalec, ita Gen. 36. cap. & sic Amalecitæ, & Idumęi eadẽ gens sunt, sed Amalecitæ sunt proprie tanquam quædam pars Idumeorum, quod etiam satis apparet, quia terra Amalecitarum erat apud terrã Idumęorum, & nulla videbatur esse media inter eas: ambæ autem erant ex parte meridiana Israel. De terra Edom patet Num. cap. 34. De terra Amalec patet infra in litera, & infra 30. c. vbi dicitur, quòd Amalecitæ irruerunt super ciuitatem Sicelec, quæ erat in terra Chanaã ex parte Australi, ergo nõ stat ista ratio. Itẽ dato, quòd non essent Amalecitę cognati Abraæ sicut Idumæi, Ammonitæ, & Moabitę: tamen etiam ratio nõ stat, quia Philistini pugnauerunt sępius contra terram Israel, quàm aliæ gentes: tamen Deus non iubebat Philistinos deleri. Respõdendum est de Chananęis, & Philistheis anteq̃ qcq̃ boni, vel mali facerent Israelitis Deus iusserat, ꝙ occiderent eos: nõ relinquentes ex eis virũ, aut fœminam, paruulum, aut senem Deuter. c. 20. imò comminatus est, quòd si Israelitæ non occiderent omnes istos, euenirent eis multa mala, sicut apparet Num. c. 33. & Iosue. 23. scilicet, Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ, qui remanserint, erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceę in lateribus: & aduersabuntur vobis in terra habitationis vestræ, & quicquid illis facere cogitaueram, vobis faciam: Israelitæ tamen multos Chananęorum reliquerunt viuentes cupiditate tributorum. Nam fecerunt eos sibi tributarios: Iosue 16. & Iud. c. 1. Ideo propter istud demeritum Israelitarũ Deus permisit, quòd manerent illi Chananæi ad aduersandum eis, vt Iudi. 3. c. Et sic non iubebat eos deleri, quia erat instrumenta diuinę iustitię cõtra Israel. Sed tũc dicet, q̃d de Moabitis, Ammonitis, & Idumæis, quos Deus nõ iusserat occidi a principio, nec postquam̃q̃ sæpe pugnassent contra Israel? Respõdebit aliquis, quòd hoc fiebat, quia isti morabantur in circuitu Israel, & Deus volebat illos reseruare, vt essent flagella contra Israel, quando peccaret, sicut reseruauit alias gentes. Iudi. c. 2. & 3. Sed hoc non stat, quia eodem modo Amalecitæ erant coniuncti terræ Israel in latere Meridiano eius, & aliquando faciebant impetũ in terra Israel, sicut quãdo irruerunt in vrbem Sicileg, & duxerunt inde captiuas vxores Dauid, infra cap. 29. & 30. Respondendum est ergo, quòd nos non possumus assignare caussam, quare Deus magis iusserit puniri sic Amalecitas, quàm alias gentes: constat enim quòd omnes aliæ gentes, quæ erant in circuitu Israel, merebantur ita puniri, sicut Amalecitæ quantum ad mala, quæ fecerant Israelitis: Deus tamen aliquando quosdam peccatores punit, alios autem æqualiter, aut magnos peccatores impunitos reseruat, sicut quotidie apparet, quia ad aliud tempus eorum pœnæ sequestratæ sunt: fortè autem potest dici, ꝙ Amalecitæ ex aliquã alia causa meruerant valde puniri, ideo. quamquam propter mala, quæ fęce-

A runt Israelitis non mererẽtur ita cito deleri, tamẽ deleti sunt propter alia peccata. *Nunc vade, & percute Amalec.* s. occide omnes Amalecitas nulli parcendo. *Et demolire vniuersa eius*, idest destrue omnia, quę pertinent ad Amalec, scilicet non solùm homines, sed etiam pecora, & vrbes, & quæcunque supellectilia, ita vt non maneret aliqua memoria: nã si delerent viri, & manerẽt vrbes, vel aliqd de Amalec: iam saltem in illo conseruaret memoria Amalec.

An Saul occiderit omnes Amalecitas præter Regem. Quæstio IIII.

QVAERET aliquis, an Saul istud fecerit. Nec aliquis putet, ꝙ quæramus an Saul compleuerit totum præceptum Domini, quia manifestũ est, ꝙ non compleuit, vt apparet ex litera, cùm Deus iusserit omnia consumi, quæ pertinebant ad Amalec; Saul tamen reseruauit pecora, & vestes, & omnia bona, quæ reperit in terra Amalec, infra in litera, sed quęrimus an occiderit omnes viros Amalec,
B præter regem. Aliquis dicet, quòd sic, quia dicitur infra in litera, & appręhendit Agag regẽ Amalec viuum: omne autem vulgus interfecit in ore gladij. In contrarium videtur, quòd manserint aliqui Amalecitæ; quia quando mortuus fuit Saul in bello, venit quidam vir ad Dauid, qui dixit se occidisse Saulem, & ait: Amalecites sum, infra 2. lib. cap. 1.
C Respondendum est, quòd Saul deleuit omnes viros Amalec, scilicet, ꝙ ipse egit quãtum potuit, vt omnes deleret, nec quemquam sponte reseruauit pręter Agag regem Amalec: multi tamen effugerunt strages illas in terram aliam, & postea redierunt ad terram Amalec habitantes vbi primò. Vnde in breui factus est magnus populus ita, vt videretur nullam vnquam cladem fuisse inflictam Amalecitis: nam & tempore Saulis pauloante mortem eius Amalecitæ erant iam magnus populus, & irruentes faciebãt prædas in terra Chanaan: sic enim fuit cùm pugnauit Saul contra Philistinos, & mortuus est: ipso enim tempore irruerũt Amalecitæ in Siceleg, quæ erat ciuitas terræ Chanaan, & succenderunt eam ducentes magnam predam, infra cap. 29.
D & 30. vnde ex litera colligitur ibi, quòd magnus exercitus erat Amalecitarum: sic etiam fuit de Madianitis: nam iussit Deus Moysi, quòd deleret terrã Madian: ipse autem misit illuc exercitum: & dicitur quòd occiderunt omnes viros terræ Madian. Num. cap. 31. Et tamen postea in breui Madian factus est magnus populus, eo quòd ibi erant multi, qui fugerunt de bello, & postea redierunt in terrã illam: vnde postea Madianitæ dominati sunt 7. annis Israelitarum: Iudi. cap. 6. & veniebat quolibet anno exercitus magn⁹ de terra Madian super Israelitas: Iudi. 6. & 7. Cùm autem dicitur, quòd interfecit Saul omne vulgus in ore gladij, intelligẽdum est
E de omni vulgo, quod non effugit: multi namque de bello fugerunt, sicut ait Iosephus, & quia neminem eorum sponte Saul seruauit, sicut seruauerat regem Agag, dicitur occidisse omnes Amalecitas.

An Israelitæ tenebantur iterum conari destruere nomen Amalecitarum. Quęst. V.

QVAERETVR vlterius, cũ hac vice non fuerit deletũ nomen Amalec de sub cęlo, an debuerint Israelitę iterum dare operam, vt delerent illud. Videtur autem quòd sic, quia præceptum Dei exactissimè implendum est: sed ipse iusserat per Moysen, quòd deleretur nomen Amalec sub cœlo Deut. c. 25. Deus quoq; ante illud p̃nũciauerat Exo. cap. 17.

An Israelitę tenebãtur iterum conari destruere no

men Amalecitarum

c.17.ideo cum nunc non fuerit cōpletum, vr̃ ꝙ debuit postea qcquam fieri ad complendū. In cōtrarium vr̃, quia postea nunquam Deus iussit hoc cōpleri: si tñ adhuc illud caderet sub præcepto, sicut a principio cadebat, Deus illud iussisset: ergo iam nō manebat necessitas illud implendi. Respondendū est, ꝙ aut hic quæritur quantum ad deletionē eorū, quæ ex prima vice nō fuerunt deleta, scilicet ouiū, & vestium, & reliquorum, quæ adducta sunt de terra Amalec: aut agitur de hoc ꝙ Israelitæ iterum redirent contra Amalecitas, vt eos, quos prima vice bello fugientes capere non potuerunt, occiderent. Quantum ad primum dicendum, ꝙ Israelitæ debebant complere mandatū Domini, quod fuerat cōpletū, s. ꝙ omnes vestes, & omnia pecora, quæ duxerant de terra Amalec consumerent, quod patet ex eo, quod fecit Samuel: nam Saul reseruauerat regē Agag viuentem: fecit autem Samuel illum coram se adduci, & diuisit in frusta, vt infra in litera. Et hoc quia non fuerat impletum præceptum Domini in illo: ita ergo cùm in ceteris, quæ ducta fuerāt de terra Amalec, non fuisset impletum præceptum, debebat tunc impleri, s. vt omnia destruerētur per ignē, vel aliàs, & pecora cęderentur, ita vt nihil maneret ad hominum vtilitates. Si autem quæratur, an deberet impleri præceptum Domini quantum ad hoc, ꝙ Israelitæ iterum redirent ad terram Amalec, & delerent eos, qui priori bello occisi non fuerūt. Respondendum ꝙ non; nam post hoc vixit Saul, & Amalecitæ erāt iam in magna multitudine: non iussit tñ, ꝙ rediret ad occidendum illos; sed adhuc de Saule, ꝙ non redierit non est admirabile; quia iam ipse displicuerat Deo, & Deus eū penitus abiecerat, ideo nihil ei iuberet. De Dauid tñ est mirabile, cùm esset ipse vir valde deicola, & accept⁹ illi, quare De⁹ non iussit, vt iret ad delendū Amalecitas, si fortè adhuc mandatū Dei obligaret. Etiam dato ꝙ Deus nō iuberet, si Dauid crederet, ꝙ adhuc obligaret illud præceptum, ipse per se expleret: nunquā tñ pugnauit contra Amalecitas, nisi cū diripuerunt vxores eius, & tunc non ex hac causa, sed pp prædam. Item apparet hoc, quia Israelitæ hac vice diligenter egerunt, vt occiderent omnes Amalecitas: nec quantum ad hoc quicquam peccauerunt, sed solùm in reseruanda præda, & in rege Agag, ideo quantum ad istud cū iam satisfecissent voluntati Dei, non tenebantur redire iterum pugnaturi. Itē quia si Deus voluisset, ꝙ omnes Amalecitæ perirent, cū Israelitę diligenter fecerint, vt illos occiderent, tradidisset omnes in manus eorum. multi tamen fugerunt, q sine Dei voluntate, & prouidentia fugere non poterant: ergo cùm ipse voluerit illos seruare, non tenebantur Israelitæ redire ad occidendum eos. Itē patet hoc per simile: nam Deus iussit per Moysen deleri omne genus Madianitarum: & Israelitæ diligenter egerunt omnes occidendo; Nu. c. 31. Et tamen multi fugerant de bello, qui postea redeuntes fecerūt magnū populum, sicut prius: Deus tñ nunquā postea mandauit, ꝙ residui de Madianitis occiderētur; nec ēt Iosue, qui fuit vir bonus, aut Phinees fili⁹ Eleazari, qui pugnauerat primò contra eos curauerunt denuo pugnare contra Madianitas: si tamen intelligerent, ꝙ adhuc maneret præceptum pugnauissent. Item patet hoc efficacius, quia si istud præceptum intelligeretur, scilicet ꝙ Israelitę nullū omnino de terra Amalec viuentē dimitterent, & quos in vno bello non cęperant in alio occiderēt, sequeretur impossibile eis: nā sicut in primo bello, cū diligenter pugnauissent Israelitæ, multi tamē de Amalecitis effugerunt, ita etiam in secundo fieret, & in

F tertio, & in omnibus: vnde daretur sic, ꝙ nunquā quiescēdū erat Israelitis a bello, & hoc solùm propter Amalec. Sed istud est valde incōueniens, ergo nō obligabat, & propter hoc nemo de Israelitis curauit postea bellum agere contra Amalec. Et quāq aliqui de Amalecitis essent interdū inter Israelitas, non occidebant eos, nisi alia causa superesset: sic patet de illo viro, qui iuit ad Dauid, & dixit: Amalecites ego sum: Dauid tamen non occidit illū propter hoc, sed quia confessus est, ꝙ occiderat Saulē, infra 2.lib.c.1. *Non parcas ei* i. nō parcas Amalecitis dimittendo aliquos eorum pp misericordiam. Hoc dictū est Sauli, ne postea haberet occasionem excusandi se, si dimisisset aliquos de Amalecitis, dicens, ꝙ omi-
G serat propter misericordiam. *Nec concupiscas ex ipsis aliquid.* i. non moueat te cupiditas eorum, quæ videris in terra Amalec: sed omnia consume. Fuerunt autem hęc, quia Saul poterat moueri ad non implendum pręceptum Domini propter duo, scilicet propter misericordiam, & propter cupiditatem: propter misericordiam quidē, quia misereretur tantæ multitudini Amalecitarum: & potissime infantib⁹ & mulieribus: & propter hoc reseruaret eos: & contra hoc dictum est, ne parcas. i. nulli propter ætatē, vel sexum, aut quācunque occasionem desistas occidere: secundò poterat propter cupiditatem peccare, scilicet, qa videret multa præciosa in terra Amalec: & volens illa sibi reseruare peccaret: ideo dictū
H est, ne concupiscas aliquid ex eis. *Sed interfice a viro vsque ad mulierem.* i. nulli parcas, sed tam viros, q̃ fęminas occide: hoc expressum est, quia non est de lege belli, ꝙ fœminę occidantur, cùm ipsę arma non capiant; ideo posset Saul existimare solos viros occidendos. Dictum est ergo, ꝙ fœminas etiam occideret, ne quisquam maneret de stirpe Amalec.

Quare Deus iussit occidi fęminas Amalecitarum, cùm esset contra legem bellorum. *Quæst. VI.*

QVAERET aliquis, quare Deus iussit hic occidi fœminas: hoc enim est contra omnem
I legem bellorū, quam imposuerat Deus Hebræis: nam Deut. c. 20. dicitur ꝙ quando Israelitę pugnarent contra aliquam gentem, quæ non esset de terra Chanaan, primò deberent offerre vrbibus illius pacem, & si reciperent debebant seruire Israelitis sub tributo: si autem non reciperent, sed bello caperetur ciuitas, debebant occidi omnes viri præter paruulos: ipsi autem paruuli cum fœminis, & iumentis reseruabantur. Si verò esset pugna contra aliquos habitantes in terra Chanaan, debebant oēs occidere tam viros, q̃ fœminas: sed Amalecitæ nō erant de terra Chanaan, ergo non debebant occidere Israelitæ fœminas eorum. Aliquis respondebit, ꝙ Deus iussit occidi etiam fęminas, quia fortè
K per illas euenerat aliquid de peccato, propter quod occidebantur Amalecitæ:, sicut factum est in bello contra Madian. Nam cùm iussisset Deus deleri Madianitas, Israelitæ occiderunt solos viros, putantes non esse de lege belli fœminas occidi: postea tamen Moyses increpuit eos, quòd reseruassent fœminas Num. c. 31. ita dicens, ꝙ per illas euenerat malum: ergo poterat esse hic, scilicet ꝙ per fœminas euenisset aliquid huius peccati, ideo debebant occidi. Rn̄dendū est, ꝙ hoc non stat: nā in bello cōtra Madian fuit spālis rō, ꝙ fęminæ occiderētur: nā p ipsas totum peccatum euenerat, s. quia ipsę seduxerant Israelem allicientes viros ad sacrificia Deorū suorū propter blanditias meretricias, & Deus iratus est cōtra

tra Israel, & occidit multos: Num.c.25. Hoc autem A
expressit Moyses cum increpuit eos, qui reliquerant fœminas, dicẽs: Cur fœminas reseruastis? nonne istę sunt, quæ deceperõt filios Israel ad suggestionem Balaam, & præuaricari vos fecerunt in Domino super peccato Phegor? Vnde percussus est populus: Nunc autem fœminę nihil peccauerant, quia peccatum Amalecitarum contra Israel fuit, ꝙ pugnauerint bis contra eos, fœminæ tamen nunquã pugnabant. Iussit tamen Deus, ꝙ fœminę occiderentur, quia volebat, vt non maneret memoria Amalec: si tamen fœminę reseruarentur, adhuc ibi maneret memoria Amalec: ergo debebant occidi. Quod autẽ omnes Amalecitæ omnino perirent, vt supra fuit dictum, non fuit solùm causa ipsum, qđ B
fecerant Amalecitæ contra Israel, sed aliqua alia peccata, & hęc fortè ita erant communia viris sicut fœminis. Hoc autem aliqualiter apparet exemplo Chananæorum, quia Deus iussit, ꝙ occiderẽtur omnes Chananæi tam masculi, quàm feminę. Deutero.c.20. hoc tamen non fuisset, nisi peccata eorum promeruissent istud. Quod patet, quia quando Deus pepigit fœdus cum Abraham, ꝙ daret ei terrã Chanaan, quia aliquis diceret, quare non dabat immediate: dixit ꝙ filij Abrahæ quarta generatione reuerterentur illuc: & subdidit causam, scilicet nondum enim completa sunt peccata Amorrhæorum vsq; ad præsens tempus, ita Gen.c.15 postea tamen, quãdo consummatæ sunt omnes iniquitates eorũ, Deꝰ C
expulit eos de terra iubens Israelitis, quòd occiderent omnes tam viros, quàm fœminas: & hæc fuerunt peccata multarum turpitudinum, quibus tam masculi, quàm fœminę se immiscuerant. De hoc Leu.c.28.s. omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terrę, q fuerũt ante vos; & polluerunt eã: cauete ergo, ne & vos similiter euomat cùm paria feceritis, sicut euomuit gentẽ, quæ fuit ante vos. Sic autem de Amalecitis videtur dicendum. Quod autem fuerit similitudo eorum ad Chananæos apparet, quia sicut Deus decreuerat, & promiserat dare terram Chanaan Israelitis, & tamen non tradidit eam quasi vsque post quingentos annos, ita & iusserat, quòd Amalecitæ delerentur de sub cœlo, & D
promiserat, ꝙ eos deleret, Exod.c.17. tamen noluit quòd delerentur immediatè: sed expectauit, quasi per annos quadringentos, & viginti, aut triginta. Quod patet, quia præceptum istud fuit datum primo anno ab exitu de Aegypto mẽse secũdo in mãsione Raphidim Exod.c.17. ab exitu autẽ de Aegypto vsquequo incepit Salomon ædificare templũ Domini, fluxerunt anni 480. infra 3.lib.c.6. a quibus debent demi anni, qui fuerunt ab hac deletione Amalec vsque ad ædificationem templi. isti autem sunt quatuor anni, quibus regnauerat Salomon cũ incepit construere templum, ut patet præalle. cap. demitur etiam totum tempus, quo regnauit Dauid scilicet 40. anni, infra 2.lib.cap. 5.& infra 3. lib. ca. 2. E
debent etiam demi anni quibus regnauit Saul post hoc bellum: & isti sunt incerti. Sed dato, ꝙ dicamus illud factũ in tertio, vel in quarto anno regni Saulis, cùm ipse regnauerit. 20. annis manebũt. 16. anni, qui omnes scilicet 16.& 44. sunt 60. quibus demptis de 480. manent. 420. qui fluxerunt a tempore, quo fuit posita sup Amalecitas anũciatio mortis, Deus tamen noluit, quòd compleretur toto illo tempore: ergo videtur, quòd nondum completa fuerant peccata Amalecitarum propter quæ Deus iubebat illos occidi. Cum autem consummata sunt, iussit Sauli, quòd illos occideret: si tamen propter solam pugnam contra Israel Amalecitæ fuissent damnati ad omnimodam deletionem, immediatè vt peccauerunt Deus fecisset, quòd delerentur: sic patet de Madianitis: nam immediatè, ut peccauerunt cõtra Israel, Deus iussit, quòd punirentur, & mox Israelitæ deleuerunt eos: Nu.c.31. Ita ergo potuissent delere immediatè Amalecitas: Deus tñ noluit vsque post annos 470. a data sententia, & a pugna contra Israel: ergo non solũ deleti sunt propter illud peccatũ: sed propter multa alia, quæ quia nondum erãt completa noluit Deus, ꝙ immediatè disperderentur, sed expectauit ãnis 420. sicut expectauerat Chananęos a tempore facti fœderis cum Abraham annis ferè quingentis, sed ista peccata erãt peccata magnarum turpitudinũ, sicut ponuntur Leui.18.& 20. c. ergo crimina erant masculis, & fœminis: & sic nõ solùm viri, sed etiam fœminę perire debuerunt. *Paruulum atque lactentem.* i. nõ solum viros, & fœminas, qui sunt in magna ętate, sed ẽt paruulos, s. quatuor, vel quinq; annorum, vel toto illo tẽpore, qui vocãtur pueri. Etiã lactentes i. infantes, qui adhuc sunt in lacte, s. qui nondũ ablactati sunt debebant occidi.

Quare Deus iussit ẽt occidi paruulos Amalecitarũ. Quæ. VII.

QVAERET aliquis, quare Deus iubebat hic occidi paruulos: nam cùm erat bellum Israelitarum contra aliquam gentem, quæ non esset de terra Chanaan, siue illa gens susciperet Israelitas in pace, siue pugnaret contra eos, nunq̃ erant paruuli occidendi, quia si gẽs illa susciperet Israelitas in pace, seruituri erant sub tributo, & Israelitæ nihil nocebant eis. Si verò pugnarent mori debebant omnes viri paruuli aũt, & fœminę seruabantur, Deu. c.20. Sed Amalecitæ nõ erant de terra Chanaan: ergo non debebãt paruuli eorũ occidi. Rñdebit aliquis, ꝙ paruuli perierunt iussũ Dei non propter peccata sua, quia nulla egerant, sed propter peccata parentum: sic.n. Deus dicit, ꝙ punit peccata patrũ in filios vsq; in tertiã & quartã gñationẽ: Exo.34.c.& Nu.c.14. Etiã fiebat hoc ad pęnã ipsorũ parentũ: nã si occiderentur soli parẽtes filijs reseruatis, nulla mala passuris: & hoc parentes scirẽt, minus molestè ferrẽt. Cùm tñ coram se filios trucidari videbãt dolebant in immẽsum, vt igitur dolerent Deus fecit ẽt paruulos occidi. Sed aliter dicendum, & melius, ꝙ iussit illos occidi, qa Deꝰ volebat, ꝙ memoria Ama- Respõsio Aucto.
lec deleretur de sub cęlo: Exo.c.17.& Deut.c.25. si tamen paruuli manerent, in illis conseruaretur populus Amalecitarum, ergo debuerunt occidi. Cũ aũt arguebatur hic, & supra de mulieribus, ꝙ non deberent occidi, quia non erant de terra Chanaan. Respondendũ est, ꝙ illa lex erat, qñ Israelitæ pugnarẽt contra aliquã gentem, & Deus illis nihil dicebat: nã tunc obseruabant illã, quia tñ volũtas Dei erat lex, si aliquãdo ipse daret aliũ modũ agendi dẽbant obseruare illũ, qa ipse ꝯdiderat leges, & poterat mutare illas, vel addere, & declarare, & ponere casus speciales. Sic aũt fuit in Amalecitis, & Madianitis, quia neutri eorũ erãt de terra Chanaan, tñ viri, & fęminę occisi sunt in illis. De Madianitis tñ, & Amalecitis non fuit pœnitus eadẽ sñia, quia solũ inter Madianitas perierunt viri cũ paruulis, & fęminæ, quæ nouerãt viros: puellæ aũt virgines reseruatæ sunt: Nu. 31.c. Inter Amalecitas aũt oẽs perierũt tã viri quã fœminæ. *Bouem, & ouem; camelũ, & asinum.* s. oĩa gña aĩaliũ. Exprimũtur tñ ista hic gratia exempli. Intelligendum ẽt, ꝙ nõ solũ res animatę perire debebãt, sed etiã res inanimatæ, s. oĩa supellectilia; nã supra dixit Deus: Percute Amalec, & demolire vniuersa eius, idest quæcunque in terra illius reperies.

F *Quare Deus iussit etiam animalia bruta Amalecitarum occidi, & non accipi in prædam. Quæst. VIII.*

QVAERET aliquis, quare iussit Deus occidi animalia bruta, & consumi res inanimatas, nã in nullo bello sic fiebat: nõ solùm enim in bello cõtra gentes extraneas, in quo non occidebantur paruuli, & fœminæ; sed etiã nec in bello contra Chananęos iubebat Deus talia fieri, nam ibi solũ debebant occidi viri, & fœminæ, ita vt nullus maneret: p̄dã tñ accipere debebãt, ꝓ se, sicut iussit Deꝰ Iosue qñ pugnauit Israel contra vrbem Hai, quæ erat in

Opinio. Ra. Salomonis ridicula. terra Chanaã, vt patet Iosue. cap. 8. hic autem vniuersa iubetur deleri. Rñdet Ra. Sa. ꝙ iussit Deus occidi camelos, & boues, cęteraq; aĩalia, vt sic occiderent oẽs Amalecitę. Erant. n. Amalecitę malefici, & poterãt se conuertere in effigies boũ, camelorum cęterarumq; rerũ, vt ergo nullũ maleficiũ eis ꝓdesset, iussit pecora occidi, vt sic occiderent Amalecitę ẽt si essent conuersi in effigies pecorum. Sed istud ridiculum est, dato tamen ꝙ Amalecitę interdum ista facerent, tñ non erat hòc sufficiens remediũ: nã tunc possent se conuertere in figuras rerum inanimatarũ, vt lapidũ, vel arborũ: & sic euaderẽt, vel facerẽt se inuisibiles sicut erat opus maleficorũ: non ergo daret hoc Deus in remedium contra maleficia Amalec. Itẽ si ꝓpea boues, & oues occidebantur, quare iussit Deus ꝙ oĩa alia, quæ essent in terra illa, s. aurum, & argentũ, & supellectilia cõsumerẽ-

2. Opinio tur? Alij aũt dicunt ꝙ fiebat hic ad dolorem Amalecitarũ, s. ꝙ dũ viderent res suas consumi ab hostibꝰ ęgrè ferrent. Sed falsum est, nã cũ Israelitę pugnarent contra Amalec, & vincerent, acciperẽt omnes res Amalecitarũ in potestate sua: post hoc aũt, siue illas cõsumerent, siue sibi reseruarẽt nihil ꝑtinebat ad Amalecitas, quia solùm erat graue, ꝙ res suę auferrentur eis, & transirent in potestatem hostiũ: postea aũt quid de eis fieret, ad hostes, qui erant Domini eorum pertinebat, & non ad Amalecitas: imò si attendatur grauius erat Amalecitis, ꝙ non consumerẽtur res eorum, & transirent in potestatem hostium, q̃ ꝙ consumerentur: nam interdum sic hostes faciunt: cùm enim vident ꝙ non possunt conseruare res suas ab hostibus, sed solùm seipsos: consumunt res igne, ne hostibus proficiant: non ergo

3. Opinio fiebat hoc ad dolorem Amalecitarum. Alij dicũt, ꝙ fiebat ad detestationem criminis. Interdũ enim res, quæ peccare non possunt, pariter iubentur occidi propter peccata personarũ, ad quas aliquo modo pertinent: sic enim siquis coiret cũ pecore, iubebat lex lapidari virũ, & ipsum pecus: Leui. c. 20. q̃q̃ non peccasset pecus, sed propter horrorẽ criminis. Aliquãdo autem iubentur perire res ꝑꝑ detestationem criminis personarum, a quibus possidentur: sic enim quãdo Dathan, & Abiron cum socijs suis perierunt ẽt omnes res illorum absorptę sunt: nam iussit Deus, ꝙ nemo contigeret substantias eorum: Num. c. 16. Et hoc non erat, nisi crimen eorum esset

Opinio Authoris. detestabilius Israelitis, cùm viderẽt eos cum rebus suis simul perire. Aliter dici potest, ꝙ hoc factum est ad tollendum memoriam Amalec, quia Deus iusserat, vt periret memoria Amalec de sub cęlo: si tamen manerent res possessæ ab eis, adhuc aliqualis memoria esset Amalecitarum, ideo voluit omnia consumi. Aliter tamen dicendum est, & melius ꝙ Deus posuerat terram Amalecitarum tanq̃ anathema. In anathemate autem omnia pereunt, siue homines, siue iumenta, siue supellectilia, sicut patet de anathemate, quod Deus posuit super ciuitates Israelitarum, quæ colerẽt Deos alienos, Deut. c. 13. s. quòd nullus inde quicquam acciperet.

An Deus iusserit occidi canes, feras, & mures Amalecitarum. Quæst. IX.

QVAERET aliquis, cũ Deus iussit hic occidi boues, & oues, & omnia pecora, an ẽt iuberet occidi oĩa aĩalia in terra Amalec, vt canes, & murilegos, & feras. Rñdendũ est, ꝙ Deus ponebat terrã Amalec tanquã anathema: & hoc ꝑꝑ Amalecitas: ideo solũ ꝑtinebat istud anathema ad res illas, quæ aliquo modo erant Amalecitarum: feræ autem & oẽs bestiæ agri non ꝑtinebant ad Amalecitas, quia non erãt in ꝑtãte eorum, iõ non obligabantur Israelitæ occidere feras: nã ẽt si vellent eas occidere, fieret eis impossibile, quia eas cursu consequi nõ valerent, nec earũ possent ꝑcunctari latibula: manet autem dubiũ de aĩalibus domesticis, q̃ non erant pecora, sicut de auibus, canibus, & similibus. De q̃bus dicendum, ꝙ anathema pertinebat ad res, quæ possidebantur ab Amalecitis: quædã aĩalia sunt, quæ licet vrbana sint, tñ ꝑꝑ sui vilitatẽ a nemine possidentur, & hæc non cadunt sub anathemate: quæ aũt alicuius valoris erãt cuiuscunq; modi aĩalia essent, occidi debebant: nec ipsi Israelitæ applicare poterant eas sibi, & sic fiebat in quolibet alio anathemate.

G

Quæret aliquis an Saul deleuerit pœnitus vrbes Amalecitarum, scilicet non solùm occidendo viros, sed etiam cremando vrbes, & delendo eas pœnitus, ita vt non maneret locus habitaculi. Quæst. X.

An Saul deleuerit pœnitus vrbes malecitarum

H RESPONDENDVM est ꝙ hoc nõ põt patere ex diuino mãdato manifesto, cũ solũ exprimatur de viris, & fœminis, & pecoribus, & supellectilibus: infra quoq; qñ dicitur quid egerit Saul cõtra Amalecitas, solũ ponit, ꝙ occiderit oẽs viros, & fęminas, sed nõ dr̃, ꝙ deleuerit vrbes. Iosephus quoq; 6. Antiquitatũ idẽ ponit, s. quomodo acceperit oẽs vrbes terræ Amalec, occideritq; habitatores earũ: tñ non dr̃, an deleuerit ipsas vrbes. Videtur tamen dicendum ꝙ Saul combusserit saltẽ ipsa loca Amalecitarum: nã ꝙ ipse maneret delendo illa erat magnę occupationis: s. diruere oẽs vrbes, & habitacula vrbiũ vsq; ad solũ: flãma tamen illas cito consumere poterat, qđ credendũ est fuisse: nã in oĩbus alijs anathematibus sic fiebat. Patet de vrbe Iericho, quæ

I posita est sub anathemate, & cremata est cũ oĩbus, quæ ibi erãt, Iosue. c. 7. sic ẽt vrbs Hai posita est sub anathemate, & pęnitus cremata est, Iosue c 8. sic ẽt Deus iubebat poni sub anathemate vrbes illas, quæ in terra Israel colerent idola, & iubebat, quòd cremarentur, ita vt nihil de eis maneret, Deu. ca. 13. sed adhuc patet hoc efficaciꝰ, ꝙ Chananęi regis Arad, qui pugnauerunt ꝯtra Israelitas, deleti sunt ab Israel, & isti pugnauerãt bis cõtra Israelitas, sicut Amalecitæ, ut supra declaratũ est: ergo talẽ pœnã debebant pati Amalecitæ, sicut isti, sed isti fuerunt positi sub anathemate, vt patet Nu. 21 ca. s. Exaudiuit Dominus p̄ces Israel, & tradidit Chananęũ, quem ille

K interfecit subuersis vrbibus eius, & vocauit nomen loci illius horma. i. anathema. Parem ergo pœnam tolerare debebant Amalecitæ. s. vt subuerterentur vrbes eorũ: & sic credẽdũ ẽ, ꝙ fuerint subuersę: alioquin. n. non prohiberetur ꝙ Israelitę acciperent res Amalecitarum pro se, quia in oĩ bello licebat Israelitis accipere prædam, nisi poneretur anathema. Sic patet Deu. c. 13. s. Et nõ adhęrebit de illo anathemate quicq̃ in manu tua. Et Deu. c. 7. dicitur. Nec inferes quippiã ex idolo in domũ tuã, ne fiat anathema, sicut illud est: ergo si non esset anathema illud, liceret tolli ex illo; ex quo colligitur, ꝙ oĩa, de quibus nihil tolli debebat, posita erant sub anathemate: sic ergo fuerũt vrbes Amalecitarũ, & ꝯsequẽter exustę sũt.

Quare

Quare non iuſſit Deus, vt nullus habitaret in æternum in vrbibus Amalecitarum, cum in omnibus anathematizatis ſic factum ſit. Quæſt. XI.

QVAERET aliquis, quare non iuſſum eſt, ꝙ nullus habitaret in ęternū in vrbibus Amalecitarum, quia de omnibus vrbibus, quæ ponebantur ſub anathemate ſic fiebat, ſcilicet ꝙ eſſent tumuli ęterni, & non habitarentur. Sit patet Deut. c.13.ſ.& ſit tumulus ſempiternus, & non ędificabitur amplius. Et ibi agitur de ciuitatibus ponendis ſub anathemate. Patet etiā hoc ſpecialiter de vrbe Ierichó: nam illa poſita eſt ſub anathemate, vt patet Ioſue.c.6.& tamē dictum eſt, ꝙ non habitaretur in æternum: vnde dixit Ioſue: maledictus homo corā domino, qui ſuſcitauerit, & reędificauerit vrbē Iericho. In primogenito ſuo fundamēta illius iaciat, & in nouiſſimo liberorum ponat portas eius. Quod poſtea ſic factum eſt in eo, qui reędificauit illam vrbem: nam oēs filij eius mortui ſunt, vt patet infra. 3.lib. c. 16. Sic ēt factum eſt in vrbe Hai, quæ poſita eſt ſub interdicto: & combuſta fuit, atque poſita in tumulum ſempiternum, Ioſue.8.c.ſic ergo de Amalecitis dici debebat, ꝙ non habitaretur terra eorum in ſempiternum. Reſpondēdum eſt, ꝙ terra Amalecitarum ſubiecta fuit interdicto ſecundū legē cōmunem interdictorū, ideo conſequens erat, etiā ſi non exprimeretur, ꝙ non deberet habitari illa terra in ſempiternū: hic tamen non fuit expreſſum, quia lex interdictorū ponebatur Iſraelitis, ſcilicet ꝙ ipſi non habitarēt vrbem illam, quæ ſubijceretur intertdicto. In terra tamen Amalec ipſi non erant habitaturi, ēt ſi nō ſupponeretur interdicto, cùm eſſet extra terram Chanaan. Deus tamen iuſſerat Iſraelitis, ꝙ non habitarent extra terram illam, ideo pręfixit eis terminos habitationis ſuæ: Nu. 34. hos autem non licebat tranſgredi, ideo nullatenus habitarent ipſi in terra Amalec: & ſic non fuit opportunū dicere, ꝙ non habitaretur in ſempiternum.

Quæret aliquis an Amalecitæ peccauerunt redeundo ad habitandum in terra illa poſt bellum. Quæſt. XII.

ALIQVIS dicet ꝙ ſic, quia quando aliqua ciuitas ſubiecta erat interdicto, nemini licebat amplius habitare in ea, nec quicquam ibi ꝯſtruere, vt patet Deu.13.c.ſcilicet, erit tumulus ſempitern⁹, & non habitabitur amplius: & non ſolùm erat peccatum ſiquis poſtea habitaret in illis vrbibus, ſed ēt Deus inferebat pœnam habitantibus, vel ędificantibus, ſicut patet de vrbe Iericho. Nam ille, qui eam conſtruxit poſt anathema, perdidit filios ſuos, quia in primogenito ſuo poſuit fundamēta, & in nouiſſimo liberorum poſuit portas, vt patet infra. 3.lib.c. 16. ergo Amalecitæ deberent pati has pœnas, & peccarent grauiter cū redirent ad habitandum in terrā ſuam, quæ iam ſuppoſita fuerat interdicto. Reſpondendum eſt, ꝙ Amalecitæ non peccauerūt redeundo ad habitandum in terram ſuā, quamquam eſſet ſubiecta interdicto, quia interdictum, vel anathema erat inter Hebræos quædam lex cęremonialis, ideo ſolùm obligabat eos ſecundum quòd aliæ leges ceremoniales: ſed manifeſtū eſt, ꝙ alię leges cęremoniales, vel iudiciales ſolū obligabant Iudæos, ideo etiam lex de interdicto, vel anathemate eos ſolùm obligaret, quia lex ſolùm obligat illos, quibus ponitur, ut patet ad Rom.cap.3.ſcilicet: Scimus autem, quoniam quæcunque lex loquitur, his qui in lege ſunt loquitur: ſed lex Moſayca ſolum fuerat

[An] Amalecitæ peccauerūt redeundo habitare in terra ſua poſt bellum.

A data Hebræis, vt patet Pſal.147.ſcilicet. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. & Deut.cap.4.vbi Moyſes innuit, ꝙ nulla gens erat, quæ tales leges haberet ſicut Hebræi, ideo non fuit data iſta lex Amalecitis, vel alijs gētibus: ſolùm ergo obligauit Hebræos: aliæ autem gentes, quamquam non obſeruarent iſtam legem, non peccabāt, ſicut ſi non obſeruarent Circunciſionē: ergo quāquam redierunt Amalecitæ ad habitandum in terra ſua, quæ iam anathemati ſubiecta erat, non peccauerunt, quia iſtud ſolùm tenebat reſpectu Hebræorum.

Quare Deus noluit aurum, & argentum Amalecitarum ſeruari in theſauris Domini, ſicut factum eſt in vrbe Jericho. Quæſtio XIII.

B

QVAERETVR vlterius, quare nō ſolùm iuſſum eſt hic, ꝙ omne aurum, & argentum, & ęs quod eſſet in terra Amalecitarum reconderetur in theſauris Domini, ſicut factum eſt in anathemate Iericho: nam ibi poſitum eſt anathema ſuper ipſam vrbem, ſcilicet, ꝙ omnes, qui erant in vrbe, perirent tam homines quā iumenta, & ipſa vrbs flāma vreretur, nec caperet aliquis quicquā de vrbe, ſed oīa cōburerentur præter aurum, argentū, ęs, & ferrū, quę reſeruarentur in theſauris Dñi: ibi tamen erat anathema, vt patet Ioſue.cap. 6. ergo ſimiliter debuiſſet

C hic fieri. Reſpondendū eſt, ꝙ anathema non ponebatur ſemper eodem modo in oībus, in quibus ponebatur, ſed aliquādo grauius, & aliquando leuius. Accidebat aūt hoc tripliciter. Primo modo ponebatur anathema, ꝙ omnes, qui erant in vrbe occiderētur tam homines, quàm iumenta, & ꝙ de ipſis rebus, quæ erant in vrbe ſ. de auro, & argento cęteriſq; ſupellectilib⁹ nullus ſibi quicꝗ acciperet, ſed omnia cremarētur: nec ēt Deo aliquid proueniret: & ꝙ ipſa vrbs eēt in ęternū ſine habitatore. Iſte modus hr̄ Deut. 13. c. vbi agitur, quomodo ſubijciebantur anathemati ciuitates, quæ colebant idola. Secūdus modus anathematis erat, qñ omnes, qui erāt in vrbe, occidebantur tam homines, quàm iumenta, Anathema tripliciter ponebatur.

D & omnia ſupellectilia vrbis cremabantur, ita ꝙ nullus pro ſe quicquā acciperet, ſed ſolum aurum, & argentum, ęs, & ferrū reſeruaretur in theſauris Domini, & iſte fuit modus in anathemate vrbis Iericho; quia nullus de Iſraelitis quicquā accepit pro ſe de præda, ſed omnia concremata ſunt præter aurum, & argentum, quod poſitum eſt in theſauris Domini: & quia Achan furatus eſt quandam partem ſupellectiliū de vrbe Iericho, lapidatus fuit, Ioſue. c.7. Tertius modus anathematis erat qñ omnes viri, & fœminæ magni, & parui, qui erant in vrbe interdicto ſupponebantur, & occidebantur: ipſa quoq; ciuitas exurebatur, & fiebat tumulus ſempiternus: iumenta tñ, & omnia ſupellectilia, q̄ in vrbe erāt reſer

E uabantur, & cedebant in partē pugnatorū, nec dabatur de eis quicquā in theſauris Dñi. Et iſte modus fuit obſeruatus in anathemate vrbis Hai, vbi tota p̄da fuit diuiſa pugnatoribus: ſola aūt ciuitas fuit ſuppoſita anathemati in ęternū, Ioſue.c.8. De terra aūt Amalecitarum, dicendū eſt ꝙ fuit ſubiecta interdicto primo mō. ſ. ꝙ oēs viri, & fœminæ terræ illius occiſi ſūt, & ipſa terra exuſta eſt. ſ. oēs vrbes eius: pecora autē & iumenta, oīaq; ſupellectilia partim gladio, & partim flamma conſumi debebant, ita vt ninihil Iſraelitis, & nihil Deo proueniret. Sed tūc ſtat dubitatio, quæ prius, ſcilicet quare terra Amalec ſuppoſita fuit interdicto primo modo, & non ſecundo, vel tertio modo.

Respõsio ad principale quæsitũ, quare diuersimodè ponebatur anathema.

Respondendum est, ꝙ quandocunq; terra subijciebatur anathemati, aut erat specialiter ꝓpter culpam habitatorũ ipsius terræ, aut erat ex alia cã. s. ex voluntate solũ illorum, qui subijciebant terram illam anathemati. Si primo modo subijciebatur terra anathemati primo dicto, scilicet ꝙ nihil pertineret ad Deum, nec ad Israelitas, sed omnia consumerentur. Et causa huius est propter horrorem criminis: nam horribilius erat, quòd omnia cremarentur, & nihil Deo, aut hominibus applicaretur, quã quòd aliqua Deo prouenirent, vel hominibus: nam cùm omnia cremabantur, censebatur peccatũ illud ita graue, ꝙ non solùm homines, qui peccauerant, sed etiam res eorũ infectę essent crimine, ita vt nec Deus, nec homines acceptarent aliquid illorũ. Cũ autem aliquid proueniebat in partem Dei, vel in partem hominum de vrbibus interdicto subiectis, iam non reputabatur peccatum ita graue, cũ Deus aliquid illorum pro se acceptaret vel homines pro possessione sua. Ista autem fuit causa, quòd vrbes, quæ pro idolatria anathemati subiectę erant haberent anathema primo modo dictum, quia nullum peccatum grauius erat idolatria, ideo nulla pœna maior esse debebat, nec detestabilior, quàm in peccato idolatriæ: sed anathema primo modo dictum grauius erat alijs, ideo illud positum est pro idolatria: nam si aliquid de vrbibus idolatrarum reseruaretur in thesauris domini, non videretur Deus per omnem modum exosum habere idolatrię crimen. Vnde Israelitę minus illud cauerent. Vt ergo totaliter Israelitæ abhorrerent istud vitium, voluit Deus maximam pœnam esse, & pessimum anathema in peccato idolatriæ. Anathema autem positum secundo, & tertio modo non erat ita propriè anathema, sed fuit ex causis specialibus, & non propter culpam ipsorum qui subijciebantur anathemati. Sic patet in vrbe Iericho, quæ fuit anathematizata secundo modo. Nam non fuit propter aliquod peccatũ speciale Ierichontinorum: non enim peccauerant ipsi plusquam alij Chananęi; sed quia illa erat prima vrbs, quam accipiebant Israelitæ in terra Chanaam, volebant eam totaliter dedicare Deo nihil ꝓ se accipientes. Occiderunt ergo omnes viros, & fœminas: non quidem ad specialem cultum Dei, sed quia istud erat de lege cõmuni respectu terræ Chananęorũ, in qua nullus omnino permittendus erat viuere: Deut. 20. cap Aurum vero, & argẽtũ, ęs, & ferrum, quæ proficere poterant ad cultũ Dei in tabernaculo eius reseruata sunt in thesauris domini. Pecora quoque, & iumenta, & omnia supellectilia vrbis illius applicita fuissent ad cultum Dei, & reseruata si aliquid prodessent: non erant tamen talia quæ applicari possent, sicut declaratum fuit Iosuę 6 c. ideo cùm directè non possent applicari Deo, applicita fuerunt indirecte, s. vt omnia cremarentur ad honorem Dei: exhibebatur enim quidam honor Deo in hoc, ꝙ propter eum illa cremarentur, sicut in sacrificijs pecora cremabantur ad honorem Dei. In anathemate autem tertio modo dicto erat leuius, quàm in omnibus, quia ibi solùm fiebat ipsa ciuitas inhabitabilis, tamẽ non cremabatur aliquid de supellectilibus, nec occidebantur pecora, & iumenta, sed tota præda exercitui diuidebatur. Istud autem anathema ad quendam cultum Dei erat inquantum homines propter Deum incendebant vrbes hostium, & abdicabant a se vrbes illas in ęternum propter Deum. Quicquid tamen propter cultum Dei fiat, bonum erat, potissimè cùm homines sequestrent a se illa, quibus indigent: & sic erat de Israelitis quando incendebant vrbes, & abdica-

F bant a se eas in ęternum, cùm adhuc deficerent eis vrbes ad habitandum. De Amalecitis verò dicendum est, quòd anathema eorum fuit positum propter ipsorum peccatum, scilicet quia pugnauerant contra Israel, vt dicitur hic: Recensui quæcunque fecit Amalec Israel, & quomodo restitit ei in via, nunc ergo percute Amalec. Debuit ergo anathema amalechitarum pertinere ad primũ modũ, quia fiebat in detestationem criminis: & sic non debuit aurum, vel argentum, aut aliquid aliud reseruari in thesauris Domini.

Præpa- tio S- ad be- contr- malec-

Præcepit itaque Saul populo. Hic ponitur secundum huius primæ particulæ, scilicet aliqualis præcepti diuini executio, s. quomodo pręparauit se Saul ad bel-
G lum, & ponitur primo computatio virorum euntium ab bellum: & dicitur, ꝙ præcepit Saul populo, idest præcepit, ꝙ congregaretur ad eundem ad prędium: & hoc quia misit nuncios per totam terram, vel fecit clãgi buccina, sicut supra c. 13. Quando cõuocauit populum ad pugnandũ contra Philistinos. *Et recensuit eos quasi agnos*. i. postquam congregati sunt Israelitę computauit eos, quia in bello oportet esse pugnatores ordinatos sub ducibus suis, & nõ potest esse iste ordo determinatus, nisi sciatur numerus pugnatorum. Dicitur autem, ꝙ recensuit eos quasi agnos, i. sicut computantur agni. Pastor enim quando computat agnos, vel oues, facit eos singulariter trãsire coram se exeundo ꝑ portã ouilis, & sic ꝯputat. Iste modus ꝯputandi erat inter Israelitas ad red-
H dendum decimas pecorum, vt patet Leui. c. 27. scilicet. Omnium decimarum bouis, & ouis, & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt quidquid decimũ venerit sanctificabitur Domino. In Hebręo dicitur hic bethelain: & sunt duæ dictiones, s. Be est præposito, & significat, in: Thelain est nomen & communiter accipitur apud Hebræos tanquam nomẽ proprium loci, s. ꝙ computauit Saul Israelitas in loco, qui dicitur Thelain: sicut dicitur, supra c. 11. ꝙ computauit Saul Israelitas in Bezeth. Aliquando autẽ accipitur Thelain tanquam nomen commune, & significat agnos, & tunc est sensus ꝙ recẽsuit eos in agnis: sed quia iste sensus erat sine sensu secundum
I morem Hebraicum dixit litera nostra, quasi agnos. Hebræi autem qui accipiunt hic pro agnis exponunt dupliciter. Vno modo ꝙ Israelitæ computati sunt in agnis. i. non computati fuerunt ipsi per se, sed quilibet afferebat vnum agnum, & computatis agnis scitus est numerus Israelitarũ. Et qui isto modo exponunt, dicunt, ꝙ supra c. 11. cõputauit Saul Israelitas in Bezeth. i. ĩ testulis. s. ꝙ quilibet de Israelitis dabat vnam testulam, & per numerum testularum agnitus est numerus eorum. Sed ista expositio non stat: nimis enim est irrationabile, ꝙ ad hoc ꝙ Israelitæ computarẽtur, quilibet adduceret vnũ agnum, & non proficerent illi agni ad aliquid aliud, nisi ad computandum exercitum: potissimè, qa nõ
K est verisimile, ꝙ Israelitæ possent habere in vno loco simul tot agnos, quot viri erant hic. s. 210. millia virorum. Item quia quando istæ numerationes fiũt ad hoc, ꝙ leuius computetur exercitus: sicut cùm quidam Rex Persarum haberet exercitum magnũ, quem computare non posset faciliter, iussit ꝙ quilibet iaceret vnam sagittam ad signum, & sic per numerum sagittarum deprehensus est numerus virorum: hic autẽ è contrario accidit, quia facilius erat computari istos viros per se, quàm ꝙ quilibet adduceret vnum agnum, ideo non fuerunt sic cõputati. Aliter exponunt quidam, scilicet ꝙ Israelitæ computati sunt in agnis. i. ꝙ quilibet eorum dedit vnum agnum ad hoc, ꝙ computaretur: hoc autem erat,

Israe- numer- sunt, qu- agni, quo modo in- telligitur.

Prima expositio Hebræorum impugnatur.

Alia exp- sitio refe- litur.

quia

quia Deus iusserat, ꝙ Israelitæ quandocunque com- A
putarentur soluerēt quoddam precium, ne esset in eis plaga disperdens, alioquin sequeretur plaga: erat autem istud precium dimidij sicli, vt patet Exo. c. 30. sic autem dicunt isti hic, ꝙ fuit computatus hic populus per agnos, scilicet ꝙ quilibet Israelitarum dedit vnum agnum pro computatione. Sed etiā hoc nō stat, quia solùm tenebatur dare quilibet computatus dimidium siclum, siue esset pauper, siue diues, vt Exo. c. 30. Agnus tamen magis valebat, quàm dimidium sicli: nam vnus aries valebat duos siclos, Leuit. c. 5. Ergo vnus agnus valeret plusquam dimidium sicli. Item patet hoc, quia dato ꝙ dimidium sicli valeret vnū agnū, tñ Israelitę computati non darent agnos, sed dimidiū sicli, quia isti sicli ponen- B
di erāt in sanctuario in recordatione filiorū Israel ita Exo. c. 30. Ergo exponendum est sicut litera nostra dixit, scilicet in agnis. i. recēsuit eos quasi agnos. *Ducenta millia peditum & 10. millia virorū Iuda*. i. iste exercitus totus Saulis fuit ducentorum. 10. millium virorū: & erant. 200. millia virorū de 11. tribubus, decem millia autem erant de tribu Iuda. Iosephus autem ponit alium numerum, scilicet de tribu Iuda. 30. millia, & de 11. tribubus. 40. millia, vt patet 6. Antiquitatum, scilicet cùm ait: Cōgregās cunctū exercitum, eūq; dinumerans in Galgalis, inuenit Israelitarum absque tribu Iuda circa 40. millia virorum. Illa namq; tribus sola 30. millia habebat armatos. In hoc tamē credendum est magis literæ quàm Io- C
sepho, cùm scriptura ponat hic præcisum numerū pugnatorū. Erāt ista 200. millia de 11. tribubus & 10. millia de tribu Iuda, quod visum est Iosepho esse pter rationem. Nam semper tribus Iuda consueuerat habere plures pugnatores, quā quęlibet alia tribus, immo tot quot erant in quinque, vel sex tribubus, vt patet infra 2. lib. c. vltimo: vbi cùm computarentur omnes viri pugnatores Israel, inuēti sunt in tribu Iuda quingenta millia virorum, in alijs autem 11. tribubus inuenta sunt nongenta millia: ideo Iosephus ponit 30. millia in tribu Iuda. Hoc autem verum est, scilicet ꝙ plures pugnatores essent in tribu Iuda, quàm in qualibet: nō accepit tamen hic Saul omnes pugnatores, qui erāt in tribu illa, sed solùm D
10. millia: computantur autem per se hic pugnatores tribus Iuda ad vnam partem, & pugnatores aliarum. 11. tribuum ad aliam partem, quasi esset tribus Iuda per se vnus populus: & alię. 11. tribus essent alius populus: sed hoc factum est propter honorem huius tribus. Quare autem tribus Iuda per se computetur, & quomodo ipsa erat maior omnibus alijs tribubus, & quomodo dignior, & quomodo Reges denominabantur specialiter ab ea, declaratum est supra. c. 11. Erat autem consuetum, ꝙ ista tribus per se computaretur: sic quando cōputauit Saul Israelitas in bello contra Amon, per se fuerunt computati viri Iuda, vt patet supra c. 11. s. Fueruntq; filiorum Israel. 400. millia: virorum autem Iuda. 30. mil- F
lia: sic etiam infra 2. lib c. vltimo per se computantur quingenta millia virorū iuda, & per se nongenta millia de alijs tribubus. *Cumq; venisset Saul vsque ad ciuitatem Amalec*. Hic agitur de pugna, scilicet quomodo præualuit Saul contra Amalecitas: & dicitur ꝙ venit ad vrbem eorum. Non est intelligendum, ꝙ esset vnica vrbs in terra Amalec, & ista nominetur vrbs singulariter: nam multæ vrbes erant in terra Amalec, cùm esset terra spatiosa: sed dicitur ad vrbem Amalec. i. ad maximam vrbiū Amalec, vel ad primam vrbium: nam ibi immediatè tetēdit insidias in torrente, & pugnauit contra Amalec. Iosephus. 6. antiquitatū dicit, ꝙ Saul dupliciter pugnauit contra Amalec. Primò bello campali, & præualuit: deinde cùm Amalecitæ includerent se intra vrbes suas obsidebat singulas, & capiebat: vnde ait: Tunc verò Saul Amalecitarum regionē ingressus insidias occultas circa torrentem fecit, vt non solū ab apertè pugnans eos affligeret, sed etiam inopinate super eos per incertas vias irrueret, & circundatos deuastaret. Igitur cōgressus in pugnam, fugauit hostes, multosq; peremit, & reliquos persecutus est fugientes. Cumq; illud opus propitia diuinitate cōplesset, Amalecitarum vrbes obsedit, & alias quidē molitionibus, alias verò suffosionibus cloacarū, & muris extrinsecus è diuerso ędificatis, alias autē fame, & siti, alias verò modis alijs obsidens, & fortiter capiens ad necem cunctorum infantium, & mulierum simul inuectus nihil crudele, nec vltra naturā se facere credēs. *Tendit insidias in torrente*. Poterat Saul pugnare contra Amalecitas aperta pugna, sed voluit eos primò aggredi per insidias, vt facilius caperet, posuit autem eas in torrente, quia ibi erat locus decliuis, & occultus, vt non viderentur ab Amalecitis. *Dixitq; Saul Cineo*. Hic ponitur saluatio cuiusdā populi. Habitabat enim quidam populus in medio Amalecitarum, qui non erat de genere eorum, sed de genere Iethro soceri Moysi, qui vocabatur Cineus; ideo noluit percutere Saul Cineos, sed iussit, vt recederent de medio Amalec.

Quomodo Cinæi habitabant intra Amalecitas, cùm essent de terra Madian. *Quæst. XIIII.*

QVAERET aliquis, quomodo Cinęi, qui erāt de stirpe Iethro poterant habitare in terra Amalec, nam Iethro, erat de terra Madian, vt patet. Exo. c. 3. Respondendum est, ꝙ Moyses quando fugit de Aegypto a facie Pharaonis iuit in terram Madian, & ibi habitans cum Iethro Sacerdote Madian accepit vnam de filiabus eius in vxorē; genuitque ex ea duos liberos, scilicet Gersō, & Eliezer, vt patet Exo. ca. 2. 3. & 4. cùm autem redire vellet mandato Dei Moyses ad reliquos Israelitas, qui manebant in Aegypto, ducebat secum vxorem suam, & duos filios, sed cùm impediretur portando eos in itinere, remisit vxorem ad patrem suum Iethro: Exod. c. 4. Deinde eodem anno cùm egrederētur Israelitę de Aegypto, & venirent in montem Sinai, Iethro audiens, ꝙ esset ibi Moyses, iuit in montem Sinai ducens illuc vxorem Moysi, & duos filios eius: ita Exo. c. 18. Mansit autem aliquanto tempore Iethro cum Moyse, & ordinauit populum quantum ad iudices, vt patet p alle. c. Deinde cùm vellent recedere Israelitæ de monte Sinai, hortabatur Moyses Iethro, vt iret cum eis in terra Chanaan, dicens: proficiscimur ad locum, quē dominus Deus noster daturus est nobis, veni nobiscum, vt benefaciamus tibi, quia dominus bona promisit Israeli: cui Iethro: non vadam tecum, sed reuertar in terram meā, in qua natus sum: & ille: noli, inquit, nos relinquere, tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster, cunque nobiscum veneris, quicquid optimum fuerit ex opibus, quas nobis traditurus est Dominus, dabimus tibi, vt patet Nu. c. 10. Hic tamen non dicitur an Iethro redierit in terram suam, vel iuerit cum Moyse: sed Exo. capit. 18. dicitur ꝙ dimisit Moyses Iethro cognatum suum, qui reuersus abijt in terram suam. De ipso igitur satis apparet, ꝙ non venerit cum filijs Israel in terram Chanaan, filij autē sui venerunt: sed hoc stat dupliciter, scilicet ꝙ filij Iethro immediate vt redijt Iethro in terram suam secuti fuerint Israelitas

tas

tas per desertum, & ambulauerint cũ eis 40. annis vsq; in introitum in terram Chanaan, vel q̃ manserint filij Iethro in terra sua, vsquequo Israelitę introierunt in terram Chanaan, & obtinuerunt eam deletis habitatoribus eius, tũc audita fama huius victorię filij Iethro venirent de terra Madiã, quæ erat terra sua, vt habitarent cum Israelitis credentes, q̃ reciperẽtur ab eis propter patrem suum, & propter cognationem, quam habebant ad Israelitas per sororem suam, quæ erat coniuncta Moysi in vxorem. Primum tamẽ magis apparet, quia filij Iethro erãt cum Israelitis, quando steterunt Israelitę in vrbe Iericho: sed ista est prima ciuitas, in qua steterũt in introitu terrę Chanaan. De hoc Iudi. c. 1. scilicet: filij autem Cinęi cognati Moysi ascenderunt de ciuitate palmarum cũ filijs Iuda in desertum sortis eius, quod est ad meridiem Arad, & habitauerunt cũ eo: hic autem vocatur ciuitas palmarum Iericho: quia apud illam in quadam valle crescunt palmę multę versus terram Sodomorum. Hoc patet Deu. ca. vlti. scilicet: Ad australem partem, & latitudinem cãpi Iericho ciuitatis palmarũ, idest quę est ciuitas palmarum. Apparet igitur quomodo filij Iethro, qui vocantur Cinęi, venerunt in terram Chanaan, et habitauerunt cum filijs Iuda. Quomodo autem habitauerint in terra Amalec in medio eius, cum hic dicat, q̃ recessit Cineus de medio Amalec dubiũ est.

Dicendum est q̃ filij Iethro iuerunt cum filijs Iuda ad habitandum in sorte eorum, & habitauerunt ad meridianam partem sortis ipsorum, & illa terra est coniuncta terræ Amalech, & circundatur ab ea, ita vt videatur esse in medio illius quamquam non sit aliqua pars eius: hoc autem apparet Iudi. c. 1. cum dicitur, q̃ filij Cinęi ascenderũt de ciuitate palmarum cũ filijs Iuda in desertum sortis eius, quod est ad meridiem Arad: terra tamẽ Arad, & Amalec sunt coniunctę. Quod patet, quia cùm essent Israelitę in deserto: isti duo populi habitabant simul, & pugnabant contra Israel. Sic patet Num. c. 13. scilicet: Quoniam Amalecites, & Chananæus habitant in vallibus cras mouete castra: & iterum ibidem dicĩt. Descẽditq; Amalecites, & Chananæus, qui habitãt in montibus. Cùm ergo filij Ietro habitarent ad meridiẽ Chananeorum Arad: habitantibus apud terrã Amalec scilicet ita q̃ ambirenĩ ab ea: & sic dicerenĩ esse in medio Amalec, & exisse de medio Amalec.

Quæretur vlterius, an Saul peccauerit non percutiendo Cineos, qui habitabant in terra Amalechitarum. *Quæst. XV.*

An Saul peccauit nõ pcutiẽdo Cineos q̃ habitabãt in terra Amalecitarum.

ALIQVIS dicet q̃ sic, quia Deus dixit: nunc ergo vade, & pcute Amalec, & demollire vniuersa eius: sed Cinęi erant aliquid de terra Amalec cùm habitarent in medio eius, vt patet in littera: ergo peccauit non occidendo. In contrariũ videtur, q̃ non peccauerit, quia Samuel redarguit hic Saulẽ, eo q̃ dereliquit viuentem regem Amalec & pecora. De Cinæis tamen nihil dixit: quod fecisset, si Saul peccasset dimittendo illos: ergo non peccauit.

Respondendum est, q̃ non peccauit Saul parcendo Cinęis, quia Deus iusserat occidi Amalecitas. Cinęi autem non erant de stirpe Amalec, sed de stirpe Madianitarũ: nunc autem consanguinitate cõiuncti erant Israelitis propter filios sororis suæ, quos peperit ex Moyse, & habitabant in terra Israel, scilicet in sorte Iudæ, vt patet Iud. c. 1. scilicet Filij Cinęi cognati Moysi ascenderunt cum filijs Iuda de ciuitate palmarũ in deserto sortis eius, & habitauerũt cũ eo. Erat tamen occasio huius dubij, quia Cinæi cùm habitarent in extremitate sortium terræ Israel, erant

F coniuncti terræ Amalec, ideo Saul iussit, vt discederent inde, ne inuoluerentur cum illis. Item patet hoc non solùm ex cognatione, sed etiam ex habitatione, quia Cinęi non habitabant in aliquibus locis terræ Amalecitarũ, sed in terra Israel; ideo quamq̃ deberent deleri omnia, quæ erant in terra Amalec, non erant ledendi Cinęi. Item patet hoc, quia istud anathema, quod Deus posuit sup̃ Amalecitas fuit, quia ipsi persecuti sunt Israelitas in deserto, vt patet Deu. c. 23. scilicet. Memento quod fecerit tibi Amalec in via, quando egrediebaris ex Aegypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderit, quando tu eras fame, & labore confectus. Delebis ergo nomen eius sub cęlo, caue
G ne obliuiscaris. Filij tamen Ietro non fuerunt participes in isto malo, quod fecerunt Amalecitę cõtra Israel, ergo non debebant deleri. Item inhumanum est auxiliatorem expellere vel delere, iuxta Arist. 8. Ethico. sed filij Iethro, & pater eorum fuerunt auxiliatores Israelitarum: ergo inhumanũ erat, q̃ Israelitę eos nihil mali meritos percuterent. Hoc apparet hic: nam istam causam expressit Saul quare miserebatur Cinæis, scilicet. Tu enim fecisti misericordiã cũ omnibus filijs Israel cũ ascenderẽt ex Aegypto.

Ad rationem in contrarium dicendum, quòd quamquam Deus iusserit deleri vniuersa Amalec: tamen non includebatur hoc præcepto deletio Cinæorum, cùm non pertinerent ad Amalecitas co-
H gnatione, vel habitatione. De istis Cinęis dicit Iosephus. 6. Antiquitatum: Cumq; vicisset Saul vniuersos a Pelusio Aegypti, vsq; ad mare rubrum, residentes hostes, Sichimitarum gentem solummodo dereliquit: isti namq; in regione Madian in medio habitabant, quibus ante pugnam denũciauit, vt abscederent: ne forte Amalecitarum calamitati communicarent. Nam dum essent cognati Raguel soceri Moysi, credidit esse saluandos Vocauit autem Iosephus Sichimitas, non q̃ ipsi essent Sichimitę; quia Sichimitę dicuntur habitatores Sichem, quę est ciuitas in sorte Ephraim, vt patet Iosue. c. 20. sed p̃ Cinęis Sichimitas dixit, cum vellet transferre de Hebræo in formam latinã. *Abite.* Ista sunt verba Sau-
I lis ad Cinęos monentis, vt abeant idest separentur ab Amalec. *Recedite* idest separamini. *Atq; discedite ab Amalec* idest longe ite ab illo. Ista tria verba ad idem pertinent, sed ponuntur simul ad exaggerandum, quia est modus eorum, qui nimis persuadere volũt, multiplicare synonyma, vt idem per plura verba significatum efficacius proponatur. *Ne forte inuoluam te cum eo*, idest si manseris coniunctus Amalecitis forte inuoluam te cum Amalec, scilicet, quia volẽs percutere Amalec, & non potens discernere inter Amalecitas, & Cinæos propter locorum propinquitatem, inuoluam te cum eis, quamquam aliàs te saluare vellem. Alij intelligunt litterã hebraicam hic scilicet. Ne fortè inuoluaris cum eo. Quod po-
K test dupliciter intelligi, scilicet quantum ad pœnã; vel quantum ad culpam. Ad pœnam quidem, scilicet ne inuoluaris cum eo, scilicet ne occidaris cum illo: & istum sensum secuta est littera nostra, dicẽs: ne forte inuoluam te cum eo: quantum ad culpam intelligitur, ne inuoluaris cum eo, idest ne efficiaris particeps eius in repugnãdo nobis: & istum sensum sequuntur multi hebræi, & Iosephus. 6. Antiquitatum, dicens: Saul denunciauit Sichimitis ante pugnam, vt recederent, ne fortè Amalecitarum malignitati communicarent. Littera tamẽ nostra rationabilius transtulit, quoniam sequẽs littera declarat, q̃ Saul dixerit hoc, vt non perirent Sichimitę siue Cinæi: cùm dicitur: Tu enim fecisti misericordiam cum

Cap. 8.

cum omnibus filijs Israel. Hoc autem nihil attineret ad precedentia, si intelligeretur, ꝙ recederent Cinęi de medio Amalec ne communicarent malitię eorũ. Nimis tñ attinet, si intelligatẽ de pœna.s.ꝙ recederent ab eis, ne inuoluerẽtur cum eis. Et hoc quia fecerant misericordiã cũ filijs Israel. *Tu.n.fecisti misericordiam cum omnibus filijs Israel.* Hoc refertur ad populum Cineorum, qui dicitur semper esse idem populus per continuatam successionem: nam illi, qui fecerant misericordiam cum filijs Israel, non viuebant tunc, cùm ista misericordia fuerit facta, quãdo Israelitę exierunt de Aegypto, vt patet hic: tamẽ ab illo tempore vsq; nunc fluxerant anni ad minus. 420. vt sup. declaratum est in hoc c. Sed dicuntur isti nunc fecisse misericordiam: quia proaui eorum fecerunt: & semper populus idem est per continuationem. Ob hoc autem inhumanum erat, ꝙ Israelitę persequerentur Cinęos, cũ ab eis beneficia suscepissent: potissimè quia beneficia Cineorũ ad Israelitas non fuerunt spãliter ad aliquã personam, vel ad paucas, sed ad totum Israel: quia dicitur hic, tu fecisti misericordiam cũ omnibus filijs Israel, totus ergo populus Israel tenebatur benefacere Cineis: nec quidem vni soli, aut paucis, sed toti populo.

Quam misericordiam fecerunt Cinæi Israelitis. Quæst. XVI.

QVAERET aliquis, q̃ misericordia fuit ista, quã fecerunt Cinæi cũ filijs Israel. Aliqui respondent, ꝙ ista fuit in bello contra Sisaram Principem militiæ Regis Iabin: nam iste oppresserat Hebræos per 20. annos, vt patet Iudi. c. 4. Cùm autẽ pugnaret Sisara contra Israel ad omnimodã deletionem, fugiens a Deo perteritus declinauit in domũ Aber Cinęi: cuius vxor Iabel percussit Sisarã infixo clauo in capite eius, & fecit pacẽ in Israel, ita Iud. c. 4. & 5. Istud autem fuit beneficium ad totũ Israel, quia omnes Israelitæ liberati sunt a bello, & subiectione Chananæorum per mortẽ Sisaræ. Sed hoc non stat, quia hic dicitur, ꝙ fecit misericordia cũ Israel, quando ascendebat de Aegypto: mors tamẽ Sisaræ fuit in terra Chanaan multo tempore postq̃ Israelitæ venerunt in terram illam, ergo nõ intelligitur de eo. Itẽ quia ista Iahel, quæ occidit Sisaram, erat vxor cuiusdam Cinæi, qui iam non habitabat cũ ceteris Cineis, sed recesserat ab eis, & erat in sorte Nephtalim, vt patet Iudi. c. 4. s. Aber autem Cinęus recesserat quõdam a cęteris fratribus suis Cinæis filijs Obab cognati Moysi: ergo propter illum, cuius vxor benefeccrat Israelitis non debebat dici, ꝙ Cinæi, qui habitabant in medio Amalec benefecissẽt Israeli, cùm iste Aber Cinæus iam recessisset a cęteris fratribus suis, & non esset de populo eorum: secus autem si adhuc maneret inter illos: quia tunc propter eum, qui solus benefaciebat Israeli, dignũ erat omnes Cinęos misericordiã recipere ab Israel. Sed dicendum est, ꝙ istud beneficium fuit in hoc, ꝙ Iethro veniens in deserto ad Israelitas ordinauit eorum politiam quãtum ad iudices, statuẽs tribunos, Centuriones, quinquagenarios, & decanos: hoc autem fuit magnum beneficium, quia ante istam ordinationem iudicum Moyses grauabatur labore nimio audiẽdo a mane vsque ad vesperum causas populi: ipse quoque populus lædebatur nimis, quia cũ esset valde magnus, & inter eos multæ orirentur causæ, & Moyses solus esset, manebãt cãæ indiscussæ: quod erat ad velocem totius populi interitum, cum politia nimis inordinata in reddendo iura manere non possit: sic si non habeat victualia: nam ad

A cõseruationem politiæ magis necessarius est iudex, siue distributiuum iustitiæ q̃ panis, vt ait Aristo. 3. Politico. De hoc beneficio patet. Exo. c. 18. cũ dixit Iethro ad Moysen: Non bonã inquit rem facis, stulto labore consumeris tu, & populus, qui tecum est: vltra vires tuas est negocium: solus illud non poteris sustinere: sed audi verba mea, atque consilia, & erit Dominus tecum &c. Erat autem istud beneficium non solùm ad Moysen, sed ad oẽs filios Israel, vt hic dicitur: quia causæ totius populi peribant ꝓpter vnitatẽ iudicis, & grauabantur nimis expectãdo eum. Sic dixit Iethro: stulto labore consumeris tu, & populus iste, qui tecum est: Exo. c. 18. Etiã istud beneficium fuit, quando ascendebant Israelitæ de B Aegypto ĩ fine primi anni ab exitu de Aegypto, vel in principio secundi venit Iethro ad mõtẽ Sinai, & ordinauit politiam Hebræorum, vt declaratum est Exo. c. 18. & Nu. c. 10. Vel potest intelligi istud beneficium de directione Israelitarum per desertũ: nã Moyses petiuit a Iethro, vt iret cum Israel in terrã Chanaan ad demonstrãdum loca castrametationis per desertum, ut patet Nu. c. 10. s. Noli nos relinquere: tu enim nosti, in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster: Iethro tñ non iuit cum Israelitis, vt e. c. declaratũ est; sed filij sui: & isti etiam sciebant loca, in quibus castrametari poterant Israelitæ per desertum: & sic dirigerent eos: hoc autẽ magnum beneficium erat, cùm C pro eo Moyses promitteret Iethro quicquid optimum esset in opibus, quas Deus daret Israeli, vt patet Num. c. 10. Ergo cùm hoc fecissent filij Iethro, magnum beneficium præstabant Israeli, & retributione digni erant. Fuit autem beneficium istud toti populo collatum, quia totus populus per desertum dirigebatur. Fuit etiam istud beneficium, quando ascendebant Israelitæ de Aegypto, per quod trãsibant dirigendo eos ibi quantum ad loca castrametationis. Intelligenda est ergo misericordia quantũ ad aliquid horum duorum, vel quãtum ad vtrunq; simul. *Cum ascenderẽt de Aegypto,* s. istud beneficiũ fuit præstitum Israelitis, quando ascendebant de Aegypto. s. in ipso deserto, per quod ascendebant: nam D quocunque horum duorum modorum intelligatur, vel vtroque simul: necesse est, ꝙ fuerit beneficium in deserto collatũ. *Et recessit Cinæus de medio Amalec.* i. de terra illa, in qua habitabant, quæ erat in medio Amalec: non quidem intra terram Amalec. Nã nullam partem eius tenebant Cinæi, sed in medio Amalec. s. quia ambiebatur & quasi claudebatur terra Cinæorũ intra terram Amalec: nam terra Cinæorum erat quædam pars terræ Israel. s. in sorte Iudæ: & quia sors ibi habebat a parte australi terrã Amalec, erat terra Cineorum coniuncta Amalecitis, & q̃a parua erat, videbatur clausa inter cornua terræ Amalec. Recesserunt autem Cinæi de medio Amalec ad præceptum Saulis, quia viderunt, ꝙ recte monebat. Etiam quia ipsi non erant coniuncti E aliquo fœdere Amalecitis, sed Israelitis, sub quorũ protectione, & auxilio sperantes venerant de terra sua Madian, vt habitarent cum Israelitis in terra Chanaan: nunc aũt recesserũt de loco, in quo prius habitabant, s. introeuntes ad habitandum ad sortes interiores Israelitarũ, sicut Aber Cineus ante hoc recesserat ab alijs Cineis, & habitabat in terra Nephtalim iuxta vrbẽ Cedes. Iudi. cap. 4. *Percussitq; Saul Amalec.* i. occidit, & destruxit Amalecitas, s. primò pugnans cum eis bello campali: deinde inclusos in vrbibus obsedit, & quasdam vrbes molitionibus, alias verò suffosionibus cloacarum, & muris extrinsecus è diuerso ędificatis, alias autem fame, & siti:

Alius sensus.

alias

alias vero modis alijs cæpit, vt ait Iosephus 6. Antiquitatum. *Ab Heuila donec venit Assur.* Isti sunt duo termini, inter quos iacebāt omnes Amalecitæ. Heuila autem est aliqua terra, quæ est in principio terræ Amalec ex parte Israelitarū: & est in latere aquilonari terræ Amalec, & ibi incepit pugnare Saul, q veniebat de terra Israel ad terram Amalec: est autē aquilonaris terra Israelitarum ad terram Amalec, ideo dicitur ꝙ percussit Saul ab Heuila. Assur est nomen alterius terræ, quæ est in fine terræ Amalec ad partem meridianam eius; ideo dicitur hic ꝙ est a regione AEgypti.i. Assur est apud AEgyptum. Est aūt AEgyptus terra meridiana respectu Amalecitarū. Non est autem intelligēdū, ꝙ Assur sit hic terra Assyriorum, sicut aliàs accipitur, quia terra Assyriorū multum distat a terra Amalecitarum, & a terra Israel versus Aquilonem. sed est nomen cuiusdam deserti in terra Arabię, quod est apud mare Rubrum, & per istud desertum transierunt Israelitæ, vt patet Exo. c. 15. scilicet, Tulit Moyses Israel de mari Rubro, & egressi sunt in desertum Sur. Isti autem duo termini claudunt terram, quæ est inter terram Chanaan, & AEgyptum, s. Arabiam, & ponūtur aliquādo in scriptura, vt patet Gen. 25. c. vbi dicitur de Ismahele, ꝙ habitauit ab Heuila vsq; Sur, quę respicit AEgyptum, & illa terra vocabatur Arabia, ideo filij Ismahelis vocantur Arabes, & omnes alij populi habitātes inter Chananęos, & AEgyptios. Iosephus dicit hic ꝙ Saul percussit vniuersos hostes residentes a Pelusio AEgypti, vsq; ad mare rubrum: & isti duo termini videntur esse illi, qui vocantur hic Heuila, & Assur. De Assur satis apparet, quia dicit Iosephus, ꝙ percussit Saul Amalecitas, vsq; ad mare Rubrum. s. ꝙ mare Rubrum claudit a parte meridiana desertum Assur: sic patet Exo. c. 16. s. tulit Moyses Israel de mari Rubro: & egressi sunt in desertum Sur. De Heuila, & Pelusio AEgypti an sint idem non tātum patet, quia Heuila videtur poni hic tamquam terminus aquilonaris terræ Amalec: sed ibi non est aliqua ciuitas AEgypti. Nisi fortè dicatur ꝙ Heuila est hic terminus occidentalis terræ Amalec: & ibi potest esse aliqua ciuitas AEgypti. Assur autem sit ī confinio lateris meridiani, & orientalis terræ Amalec: quod etiam satis stat. *Et apprehendit Agag.* Hic ponitur secundum principale. s. mandati transgressio: quia non egit omnia quæ Deus iussit ipse Saul, nec populus, sed reseruauerunt regem & pecora. dicitur autem ꝙ apprehēdit Agag regem Amalec viuum. s. nolens eum occidere in bello: nec tamē peccabat Saul accipiendo Agag viuum, sed peccauit, quia nō occidit eum, sed duxit in terram Israel volens eum conseruare.

Quare Saul non occidit Regem Agag. *Quæst. XVII.*

QVAERET aliquis, quare Saul accepit viuum Regem Agag, & non occidit eū. Aliqui respōdent ꝙ hoc fecit Saul propter superbiam ad iactandum triumphum, quem habuerat de hostibus: nam cùm eum viuū duceret, gloriabatur ꝙ haberet sub se vnum regem. Alij autem dicunt ꝙ fecit hoc propter triumphum. s. vt conseruaretur Agag ad honorem triumphi. Alij autem volunt ꝙ seruauerit eum ex cupiditate. s. vt magna munera daret ei pro se Rex Agag. Vel ꝙ accepit eum, vt reuelaret ei aliquos thesauros occultos ī terra Amalec: hoc enim fieri solet tempore bellorum. s. vt ipsi, qui obsident, timore hostium thesauros in terrę visceribus condant: & hoc tenet Nicolaus. Sed dicendum est, ꝙ Saul reseruauit Regem Agag non occidendo eum,

Rū. auct.

F & hoc pietate: misertus fuit enim illius regis q erat speciosus, & potens: & in tantam venerat calamitatem, vt hostium suorum manibus teneretur perdito populo, & desolata terra, cunctisque deletis, quæ ad eum pertinebant: sic enim interdum hostes etiā ferocissimi hostium suorum cū calamitosi fuerint, miserentur. Sic ait Boetius de cōsol. 2. prosa prima, s. Legimus Paulum Persæ regis a se capti calamitatibus pias impendisse lachrymas. Hoc autem significatur in litera, cùm dicitur: Et pepercit Saul, & populus Agag: parcere autem ex misericordia est: si tamen Saul seruasset regem Amalec ad postea occidendum eum, non diceretur ei parcere. Item patet quia etiam postquam venit Saul in terram suam, &

G redargutus fuit a Samuele, nō occidit regem Amalec: sed Samuel petiuit eum sibi exhiberi, & occidit. Alij autem modi non sunt ita verisimiles. Cū enim dicebatur, ꝙ Saul acceperat viuum regem Amalec, vt manifestaret ei thesauros occultos, non est verisimile, quia tunc non solùm conseruasset regē, sed etiam de singulis vrbibus aliquos seruasset, qui manifestare possent ei thesauros absconditos ī omnibus locis: rex autem nō poterat cognoscere omnia hæc; sed solùm quātum ad thesauros suos, ideo non fuit pro hoc seruatus. Item si propter hoc seruasset eum Saul, non duceret viuū in terram Israel, sed primò cogeret illum manifestare thesauros terrę Amalec prius quam inde recederet, quibus inuē-

H tis occideret eum. Duxit tamen eum viuum in terram Israel, ergo non seruauit propter hoc. Item nō stat ꝙ seruauerit eum ad recipiendum magna munera ab ipso: nam iam deleta erat tota terra Amalec; & Saul & populus acceperant quæque optima terrę Amalec, vt patet inf. ergo non seruabatur, vt aliquid pro se daret: nisi forte dicas hoc esse quantum ad thesauros absconditos, quos non acceperāt Israelitę: sed hoc non stat, quia iam improbatū est. Item non stat alius modus. s. ꝙ seruatus est Agag ad triumphum: nam mos erat, ꝙ inter eos, qui seruabantur ad triumphum cùm exhiberetur a populo triumphus victori, occideretur principes hostiū captorum: sic enim ait Iosephus circa finem libro-

I rum de bello iudaico, dicens, ꝙ cùm datus est triūphus Imperatoribus Vespesiano, & Tito: Simon Dux Iudæorum, qui erant Ierosolymis, occisus est apud Capitolium in vrbe Roma, & sic cōsumatus est triumphus. Saul tamen non seruabat hic Agag ad occidendum eum, quia dicitur ꝙ pepercit ei: ergo non seruabat illum ad triumphum: potissimè quia inter Hebręos non fiebat triumphus ad honorem victoris, quamquam fierent alia gaudia. Hoc enim speciale inter Romanos fuit. An vero seruauerit Saul Agag ad ostentationē, & gloriam victoriæ suæ non apparet: magis tamen apparet, ꝙ seruauerit eum ex misericordia condolens eius calamitatibus. Hoc autem tenet Iosephus. 6. Antiquitatū,

K dicēs: Cępit Saul regem hostium Agag viuū, cuius corporis pulchritudinem magnitudinemq; mirat⁹ decreuit esse saluandum: nō hoc faciens diuina voluntate, sed iudicium proprium sequēs, & sine causa ei cedēs vitam quasi misericorditer: vnde illi potestas sine periculo suo miserendi non esset: Deus namq; sic odiuit Amalecitarū genus, vt nec infantibus parceret, quibus potius misereri naturale est, Saul itaq; regem Agag, & malorum, quæ contra hebræos gesta videbantur auctorem a morte seruauit, & hostis pulchritudinem præceptis Dei præposuit. *Omne autem vulgus interfecit in ore gladij.* s. omnes viros, & fęminas, paruulos, & senes, neminem a morte seruantes: in quo videbatur Saul, & populus peruertere

Iosephus 6. Antiq. c. 8.

Quare Saul magis misertus est regi quam paruulis.

uertere naturalem misericordiam. Nam quamquã secundum Dei iudiciũ nulli misereri debebant, nec poterant: si tamen alicui misereri voluissent, potius debebant misereri paruulis, quibus est natura misereri quàm regi: sed fortè hoc fecit, quia si miserẽdũ esset, paruulis omnibus miserendum erat, sed omnibus paruulis Amalec misereri videbatur nimis contra præceptum Dei, quia cùm esset magna multitudo paruulorum, breuiter efficeretur magnus populus Amalec: rex autem vnicus erat, ideo quamquã illi misererentur non videbatur magna præcepti violatio. Item, & melius, quia Saul cùm rex esset vidẽs regem Amalec, qui etiam in eadẽ dignitate erat, in qua Saul, ad tantam venisse calamitatẽ, compassus est illi cernens mobilitatem regiæ fælicitatis, & cõpassus est illi, & eripuit eum a morte. In paruulis aũt nulla fuerat prosperitatis amplitudo, secundũ quã nunc inciderent in calamitatem, ideo nõ misertus est illis. *Et pepercit Saul, & populus Agag.* i. tam Saul q̃ populus condoluerunt regi Agag, & nõ occiderũt eum: dicuntur autem pepercisse, quia non seruabãt eum ad postea occidendum, sed vt vita illi semper relicta foret. Peccauit autem in hoc Saul, & demeruit priuari regno, sicut patet hic: & non solùm regno caruit, sed etiam propter hoc Deus tradidit eũ postea in manu hostium, & occisus est a Philisthiim, vt patet infra c.28. cùm dixit Samuel ad Saulẽ: qd interrogas me, cùm Dominus recesserit a te, & trãsierit ad æmulum tuum? faciet enim tibi Dominus sicut locutus est in manu mea, & scindet regnum de manu tua, quia non obedisti voci Domini, nec fecisti iram furoris eius ĩ Amalec, idcirco quod pateris fecit tibi hodie Dominus: cras autem tu, & filij tui mecum eritis. Sic etiam patet 1. Parali. ca. 10. Peccauit etiam Saul excusando peccatum istud: nam cũ ipse pepercisset regi Agag, & gregibus ouium simul cum populo, solùm dixit de populo transferens crimen ad illum, vt patet infra. s. pepercit enim populus melioribus ouibus, & armentis. *Et optimis gregibus ouium.* i. Saul, & populus pepercerunt gregibus, & armentis. s. reseruando illa pro se: nõ accipitur hic parcere, sicut supra, quia regi Agag pepercit populus. s. vt nequaquam occideretur: gregibus autem non pepercit sic, sed vt nõ occiderentur immediate. Nam Deus iusserat, ꝙ omnia delerẽtur, & sic tenebantur Israelitæ greges, & armẽta delere in ipsa terra Amalec, & nihil secũ ducere, & quia non occiderunt immediatè greges, dicuntur pepercisse. i. seruauisse greges. s. ad postea occidendum. *Et armentorum.* Vocãtur armenta congregationes magnorum animalium, sicut boum, equorum, camelorum. Omnia autem isti seruauerunt Israelitæ, & vocantur supra greges ouium animalium paruorum. s. tam ouium quàm caprarum, & similium: quia omnia hæc seruauerũt Israelitæ nihil volẽtes delere, nisi quod inutile erat, vt patet infra.

Quare Israelitę non occiderunt greges optimos, & armenta Amalecitarum iuxta mandatum Domini.

Quæstio XVIII.

QVAERET aliquis, quare Israelitæ seruauerunt greges optimos, & armenta, & non occiderunt iuxta mandatum Dei. Aliquis respondebit, ꝙ hoc fecerunt, vt sacrificarẽt Domino de illis, & patet hoc, quia cùm venisset Samuel in Galgala, offerebat Saul ibi holocausta de p̃da Amalecitarum, vt patet infra. Item patet ꝙ propter hoc seruata fuerint pecora, quia cũ dixisset Samuel ad Saulem: quæ est vox gregum, quæ resonat ĩ auribus

A meis? ait Saul: de Amalec adduxerunt ea: pepercit enim populus melioribus ouibus, & armentis, vt immolarentur Domino Deo tuo, reliqua verò occidimus: & iterum infra in litera cùm excusaret se Saul de transgressione præcepti ait: Tulit populus de prędа oues, & boues, & primitias eorũ, quæ cæsa sunt vt immolaret Domino Deo suo in Galgalis. Item patet hoc, quia Israelitæ accipiẽtes pecora de Amalec elegerunt ea, quæ pulchra, & optima erant: reliqua verò occiderunt, vt patet infra, hoc autem pertinebat ad sacrificium, quia non debẽt domino immolari animalia, quæ immunda sunt, & maculata, & contemptibilia. Deute. c. 15. & Leui. 25. Nã Deus conqueritur de sacerdotibus per Malachiam dicẽs, (Tertia rõ. / Quarta rõ)

B ꝙ offerebant ei animalia clauda, cæca, & languida, qualia nullus de principibus humanis acceptaret, si offerrentur ei: ideo in hoc se despectũ dicebat Malach. c. 1. si tamen Israelitæ accepissent animalia ista ad cibos suos, omnia accepissent, siue maculata, siue immaculata. Quia quamquam iam nõ liceret offerri domino animalia immaculata, licebat tamen ea sumi in cibum a Iudæis, Deut. c. 12. & 15. Et dato ꝙ nollent Hebræi sumere illa in cibum, saltem proficerent eis ad alias vtilitates. s. quia possent vendere illa alijs gentibus: sicut erat de animalibus, quæ non licebat Iudæis comedere. Nam illa poterant vendere gentilibus, non tamen adduxerunt Israelitæ de præda Amalec aĩalia, quæ vilia, & reprobata erant,

C ideo non seruauerunt ea ad vtilitatem suam, sed ad sacrificia. Sed hoc non stat, quia si solùm voluissent immolare domino, duxissent sola animalia de terra Amalec; duxerunt tamen vestes, & omnia alia supellectilia quæcunque præciosa inuenerunt in terra Amalec: ista tamen non pertinebant ad immolationem, ergo solùm fecerunt hoc propter vtilitatẽ suam. s. quia concupiuerunt spolia terræ Amalec, q̃ multa, & præciosa erant: videbaturq; eis fore grauissimum, si omnia illa delerent nullo sibi relicto, quia nihil sic ex præda illa lucrarentur, sed suis sumptibus eam agerent. Nec stant rationes in contrariũ. Cũ enim dicebatur primò ꝙ Saul obtulit holocausta de præda in Galgala: dicendum ꝙ ipse non offe- (Impugna. / Ad rationes primę opi. / Ad primã.)

D rebat ea intentione, vt omnia animalia, quæ duxerat de Amalec offerret, sed solùm offerebat aliqua ĩ gratiarum actiones pro collata victoria: sic enim facturus erat in quocunque alio bello vicisset, etiam si inde nulla pecora acciperet. Apparet autem hoc, quia non dicitur in textu allegato, ꝙ Saul offerebat in holocaustum prædam Amalec: sed dicitur ꝙ offerebat holocaustum domino de initijs prædarum, quę attulerat ex Amalec: initia autem dicuntur primitiæ, ergo Saul non offerebat domino totam prædam, sed initia eius. Ad secundum quando dicebat Saul, ꝙ populus pepercit melioribus ouibus, & armentis, vt immolarentur domino: dicendũ ꝙ Saul mentitus est, faciens hoc ad excusandum se: accepe- (Ad secundam.)

E rat tamen prædam ad vtilitatẽ suam. Sic etiam patet in alio: nam Saul cum populo pepercerat optimis gregibus ouium, vt patet hic, infra tamen dixit Samueli, ꝙ populus pepercerat melioribus ouibus transferens in hoc peccatum ad populum, subticẽdo de seipso. Ad tertium cùm dicebatur, ꝙ populus accepit ea, quæ optima erant, & deleuit reliqua. Dicendum ꝙ non fiebat hoc ad sacrificium, quia requiruntur animalia mũda in sacrificijs: Israelitæ autem non respiciebant hic an essent munda, vel immunda, sed solùm an essent alicuius valoris: id autẽ quod nullius valoris erat, sed vile, & reprobũ destruxerunt: non quidem quasi non pertineret ad sacrificium, sed quia nulla vtilitas erat in possessione talium. (Ad tertiã)

Ad quartū lium. Cum autem dicitur, ꝙ si duxissent Israelitæ pecora ad vtilitatem suam, non solùm optima, sed etiam quæcunq; duxissent, eo ꝙ illa proficerent eis. Dicendum ꝙ aliqua erant ita vilia tā in pecoribus ꝗ̄ in supellectilibus, quòd labor portādi ea de terra Amalec in terram Israel, esset grauior, ꝗ̄ possessio eorū esset vtilis: ideo tamꝗ̄ simpliciter inutilia respuerunt illa portare, & deleuerunt. Etiam fecerūt hoc, ne penitus viderentur transgressuri præceptum dei iubentis omnia consumi, sed saltem in his vilibus, & reprobis illud obseruarent. *Et vestibus & arietibus pepercit.* i. pepercit populus, & Saul vestibus. s. seruando ꝓ se omnes vestes, quas repererūt in terra Amalec. Etiam arietibus pepercerunt, idest seruauerunt eos, sicut reliquos greges, & armenta. Hoc autem ponitur hic ex superabundanti, nam expresso supra de gregibus ouium intelligebantur etiam arietes, sed interdum scriptura nō curat ista seruare aliquid exprimens ex superabundantia, vt plenius intelligatur. *Et vniuersis quę pulchra erant* idest etiam pepercerunt omnibus rebus pulchris, & desiderabilibus ad possidendum scilicet auro, & argento cæterisque metallis, & omni supellectili preciosæ. *Nec voluerunt disperdere ea* idest quamquam Deus iussisset ꝙ omnia delerent, & nihil concupiscerent, concupiuerunt, & non deleuerunt ea. *Quicquid vero vile, & reprobum fuit, hoc demoliti sunt* idest solùm destruxerūt ea, quæ vilia erant idest nullius valoris: & reproba idest reprobabilia, scilicet quòd a nullo appreciarentur, sed in hoc nullum deo cultum exhibebant: melius enim foret, ꝙ non deleuissent quicquam, quamquam exequerentur præceptum in pessimis: sed nec ipsi in istis executi fuissent nisi graue esset portare illa de terra Amalec, cùm paruę vtilitatis forent. *Factum est autem.* Supra descripta est Saulis trangressio, hic autem describitur eius diffinitiua reprobatio: & diuiditur in tres partes. Primò ponitur ista reprobatio: *Secundo Saulis obstinatio*: Tertiò pœnitentię eiusdem simulatio. Secunda ibi. *Et ait Saul.* Tertia ibi. *Dixitque Saul.* Prima in duas, quia primò ista reprobatio Samueli reuelatur: secundo Sauli denunciatur ibi. *Dixitq; Samuel.* s. postquam Saul peccauit, Deus reuelauit istud peccatū Samueli, eo ꝙ Samuel habebat specialem curam de Saule, quia constituerat eum regem, & videbatur pertinere ad eum aliquid de bono, vel malo illius.

An Deus reuelauerit Samueli immediatè istam transgressionem, & quomodo. *Quæst. XIX.*

QVAERET aliquis, an Deus reuelauerit Samueli istam pręuaricationem Saulis immediatè, vt facta est, vel aliquanto tempore post. Respondendum est, ꝙ non reuelauit immediatè. Quod patet quia Deus locutus fuit ista Samueli per noctē, & in ipsa nocte cępit ire ad Saulem, vt patet inf. s. contristatus est Samuel, & clamauit ad Dominum tota nocte: cumq; de nocte surrexisset Samuel, vt iret ad Saul: mane nunciatum est ei, ꝙ venisset Saul, & in ipso die locutus est ei Samuel, vt patet infra. s. sine me, & indicabo tibi quid locutus est Dominus ad me nocte, idest præcedenti nocte: iam tamen redierat Saul de terra Amalec, & venerat in Carmelum, feceratq; ibi fornicem triumphalem, & inde venerat in Galgalam: offerebatq; sacrificia, vbi eum Samuel inuenit. Transierat ergo aliquantum tempus, ex quo Saul peccauerat, vsquequo ista reuelatio facta est.

F *Quomodo factum est verbum Domini ad Samuelē de trāgressione Saulis. Multi modi reuelandi aliquid Prophetis.* *Q. X X.*

QVAERETVR vlterius, quomodo factum est verbum Dñi ad Samuelē. Rñdendū est ꝙ poterat fieri multipliciter, sicut fiebat alijs prophetis. Interdū .n. fiebat ꝑ somnia, vt patet Nu. c. 12. Aliquando autem fiebat in vigilia. s. ꝙ formaretur aliqua vox in aere, & non videret formator illius: sicut factum est in datione legis, Deuter. cap. 4. Aliquando autem fiebat in voce formata ab aliquo apparente in figura humana, & erat Angelus: sicut patet de Iosue, quādo vidit Angelum in agro Iericho Iosue ca. 5. Sic etiam fuit de Gedeone, Iudic. cap. 6.
G Sic etiam de patre, & matre Sansonis, Iudic. ca. 13. Aliquādo autem fiebat reuelatio per solam immutationem intellectus, de quibus magis dictū est sup. ca. 8. Quolibet autem istorum modorum fieri poterat reuelatio Samueli. Sed dicendum potius, ꝙ fuerit facta secundo modo. s. in aliqua voce formata, cuius formator non videretur, quod patet, quia ista reuelatio facta est per noctem, vt patet infra. s. sine me, & indicabo tibi qd locutus est Dominus ad me nocte: sed per noctem consueuerat Deus loqui Samueli in voce, vt patet sup. c. 3. quando vocauit eū ter iacentem in sanctuario: si tamen velimus dicere ꝙ fuerit ista reuelatio facta per somnium, sicut multotiens fiebat in prophetis satis ꝯuenit, quia dicitur facta est per noctem, & ibi Deus solet per som-
H nium reuelare prophetis secreta: sicut patet Iob c. 33. s. per somnium visione nocturna quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo: tunc aperit aures virorum, & erudiens eos, instruit disciplina. Primum tamen melius est. *Pœnitet me quòd constituerim Saul regem.* Istud dixit Deus, quasi dolens de eo, quod fecerat: nam a principio erat Saul vir bonus & electus, & nō erat ī toto Israel vir melior illo, vt patet sup. ca. 9. & ob hoc Deus constituerat eum in regem quasi seruaturus esset mandata illius: nūc autem quia non seruabat, pœnitebat Deum constituisse Saulem regem. Sic enim dicitur Gen. cap. 6. ꝙ pœnituit Deum, ꝙ hominem fecisset, & tactus do-
I lore cordis intrinsecus, ait: delebo hominem, quē creaui. Pęnitētia tamen vel dolor in Deo nulla est, sed habet se ad modum pœnitentis: ille enim, qui aliquid fecit, & pœnitet quod fecerit, delet illud: sic etiam cùm Deus Saulem constituit regem, quem nunc abijcere decreuerat a principatu, pęnitere dicebatur: ipse tamen nec pęnitet, nec gaudet: non. n. dolet Deus, aut tristatur de malis operationibus nostris, quæ sunt contra cultum eius: nec gaudet de bonis operibus nostris, quibus eum colimus: nec magis Deus tristatur cùm pessima scelera in eum agimus, quàm cùm illi maximum obsequium impendimus: nec etiam gaudet magis cùm illum diligenter colimus, ꝗ̄ cū in ipso grauiter peccamus. Hæc. n.
K Deo valde aliena sunt: & hoc ꝗa naturæ diuinę nihil aduenire potest. Est n. Deus purus actus, nihil recipere potens, qđ aūt aliquid recipit, partim est in actu, & partim in potentia, & ex hoc ipso haberet compositionem ex actu & potentia, & esset imperfectus: non ergo potest ei accidere gaudium de operibus bonis nostris, nec tristitia de malo opere: ergo non gaudebit de bonis nostris, nec tristabitur de malis. Sed fortè dices, ꝙ ista illi ab ęterno insunt: sed non stat, quia cùm ille, qui tristatur, miser est ab æterno, Deus miser esset. Item pręter hoc Deus nō potest gaudere de bonis nostris, vel tristari de malis, quia aliquis lętatur de bono, quod ad eum aliquo modo pertinet: quod autē nullo modo ad aliquem

Deus non habet gaudium nec tristitiam, et dicim9 eū pęnitere.

quem pertinet, nec etiam secũdum existimationẽ A suam impossibile est, ꝙ illum lętificet: sed bonũ nostrum nullo modo est bonum Dei. s. ꝙ nihil realiter accrescit Deo de bono nostro: nec ipse existimat sibi aliquid accrescere, ergo impossibile est ꝙ gaudeat. De malo autem nostro facilius argumentum est: nam nihil de illo ei euenit, cùm in Deo nullum malum aut proprium, vel alienum esse possit: nihil ergo horum in Deo est, sed scriptura loquitur sic ad exprimendum passiones humanas. Proficit autem valde iste modus loquendi, quia si sic non loqueretur de Deo, scilicet, ꝙ lętabatur de bonis nostris, vel tristabatur de malis, significaretur quòd ipse non curat de operationibus humanis, siue bonę siue malæ sint: & hoc esset retrahere omnem hominem a B cultu Dei: quia si Deus nihil magis de bono opere, quàm de malo curat, nec pro bono præmia cõfert, nec pro malo quemquam punit, quo recepto, frustra esset Deum colere. Tolleremus quoq; prouidẽtiam Dei iuxta positionem illorum, qui dixerunt: Quid enim nouit Deus? quasi per caliginem iudicat, nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cęli perambulat. Iob c. 22. Pręter hoc ergo, ꝙ iste modus loquendi proficit ad hoc, ꝙ scriptura condescendat intellectui rudi humano, qui non valet de Deo intelligere res, sicut sunt: adhuc proficit magis ad hoc ꝙ significetur cura Dei, & ꝓuidentia humanarum operationum. *Quia dereliquit me*, idest dereliquit cultum meum. s. nolens obedire C mihi. *Et verba mea opere non impleuit*, s. quia non deleuit omnia pertinentia ad Amalec. Deus autem dixerat, percute Amalec, & demolire vniuersa eius, vt patet supra. *Contristatusq; est Samuel.* scilicet cùm audiuit, ꝙ Deus dolebat de constitutione Saulis in regem, & ꝙ vellet eum abijcere a regno. Hoc autẽ erat, quia Samuel valde diligebat Saulem: nam etiã postquam Deus totaliter reprobauerat Saulem, & Samuel recesserat ab eo, adhuc diligebat eũ valde, & lugebat pro eo q̃a Deus vellet auferre ei regnũ, vt patet inf. in littera scilicet. Et non vidit Samuel vltra Saulem vsq; ad diem mortis suæ: veruntamẽ lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pęnitebat, ꝙ constituisset Saul regem: erat autem iste D amor Samuelis ad Saulem, quia Samuel constituerat Saulem in regem, & erat totaliter Saul opus Samuelis: cùm de statu paruo populari erexisset eum ad honorem regalem. Diligunt autem naturaliter benefactores valde beneficiatos potius quã e contrario: & quanto fuerint maiora beneficia tanto magis in eis gaudent: nam ipsi beneficiati sunt opera benefactorum: diligit autem quilibet naturaliter opum suum: sicut poetæ diligunt poemata quasi filios. De quo Aristo. 9. Ethi. Cùm autem Saul priuaretur regno quãtum ad posteros suos, destruebatur opus Samuelis; ideo necesse est, ꝙ de hoc tristaretur. *Et clamauit ad Dominum tota nocte*, idest Samuel clamauit orando ad Deum pro Saule, ne priuare- E tur regno propter hoc, & dicitur quòd clamauit tota nocte, quia ista reuelatio fuit ei facta per noctẽ, & mox incepit orare: mansitq; in hac oratione per totam noctem, vsquequo iuit ad Saulem. Nam in illa eadem nocte surgens ire cœpit ad eum, vt patet immediate.

Quare Samuel orauit pro Saule, ne careret regno, cum sciret eum omnino cariturum. Quæst. XXI.

QVAERET aliquis, quare Samuel orabat hic ad Dominum pro Saule, ne careret regno: nã ipse sciebat, quod necessariò cariturus esset illo: ipse enim Samuel prædixerat Sauli sup. ca. 13. stultè egisti, nec custodisti mandata Dei tui: quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam vltra regnum tuum consurget. Respondendum est ꝙ quamquam ista dicta essent per Samuelem, tamen adhuc nesciebat an ista esset sententia Dei, vel solũ esset comminatio, quia Deus hoc non reuelauerat illi: orabat igitur indesinenter adhuc putans esse locum remedij. Inducebatur autem ad hoc, quia sciebat, quòd Deus interdum multa prædicebat per ꝓphetas indeterminatè, quæ tamen intelligebantur secundùm comminationem, & si illi, contra quos illa proferebantur, cõuerterẽtur ab iniquitate sua, non infligebatur pœna: & quia nondum Deus auferebat regnũ Sauli, quamquam prædixisset auferẽdum, putabat Samuel, ꝙ adhuc superesset remissionis locus. Nec solùm hoc: sed etiam postquam pro isto peccato Samuel dixisset Sauli, ꝙ Deus sciderat hodie regnũ de manu eius, & tradiderat proximo suo, nec flecteretur ab ira sua, adhuc orabat semper pro illo, & lugebat, ne Deus auferret illi regnum. Hoc autem fuit vsquequo Deus Samuelem lugentem increpuit, dicens. Vsquequo tu luges Saulem: cùm ego proiecerim eum, ne regnet super Israel, ita infra sequenti ca. Et tunc iussit ei Deus, vt vngeret Dauid in Regem: ex eo autem tempore cessauit Samuel orare, & lugere pro Saule, quia iã sciebat nullum superesse remissionis locum, eo quòd alius cõstitutus esset in Regem.

An Samuel peccauit orando pro Saule, cùm sciret eum a Deo reprobatum. Quæstio XXII.

QVAERETVR vlterius, an Samuel peccauerit orando pro Saule, cùm Deus reprobasset eum. Et videtur ꝙ sic, quia agebat contra voluntatem Dei, quæ vltimatè reprobauerat Saulem, ergo peccabat. Item si non peccasset Samuel orando ꝓ Saule, Deus non increpuisset eum, quia pro bono opere non debetur increpatio: fuit tamen increpitus, vt patet sequenti c. vsquequo tu luges Saulem, cum ego abiecerim eum? Respondendum est quòd Samuel non peccauit orando pro Saule, sed magis merebatur: nam cũ Deus alicui irascitur, siue homini, siue populo: & aliquis vir interponit se orãdo, ne Deus illud faciat, valde meretur: etiam si Deus dicat ꝙ semper illud facere vult, & Deo gratum est, vt aliquis se opponat orando contra mala, quæ Deus cõminatur se facturum. Sic patet Ezech. c. 22. s. Et quęsiui de eis virum, qui interponeret sepẽ, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni: & effudi super eos indignationẽ meam. Sic etiam erat hic, quia Deus prænũciabat mala cõtra Saulem, & Samuel indesinenter orabat, ne ista fierent: opus autem secundùm se bonum erat, cùm sit vnum de septem operibus pietatis orare. Nec poterat intercidere hic aliquod malum, nisi inquantũ aliquis contra voluntatem Dei interdum orare potest, sed in hoc si quis oret contra ea, quæ Deus diffiniuit, si ignoret illa diffinita esse, nõ peccat. Cùm autem cognouerit, ꝙ diffinita sunt, orare peccatũ est: sic enim de illo, qui orat peo eo, quem scit æternaliter esse damnatum; grauiter enim peccat: nam sicut iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre. extra de celeb. missa. c. cum marthe. eo ꝙ orando pro illo significat eum indigere oratione, & per hoc nõ fuisse perfectè adeptũ fęlicitatem suam. in quo status martyris diminuit: ita iniuriã facit Deo, qui orat ꝓ eo, qui æternaliter scit esse dãnatũ, vel pro quocũq; alio,

Bonũ est orare Dominũ, ne puniat delinquẽtes viatores, nisi p Dominũ prohibeatur.

alio,quod est contra Dei diffinitionem ei notam:in F
quo signat,ꝙ adhuc per orationē voluntas Dei mu
tari potest ad volendū contrarium, sed hoc iniuria
est Deo,cùm Deus sit simpliciter immobilis. Repu-
gnat ergo diuinę perfectioni ille, qui credit, ꝙ De⁹
mouebitur ab eo, qđ diffinierit: ideo qui petit, vel
orat pro damnato ęternaliter,vel pro aliquo quod
scit esse ꝯtra Dei determinationem,peccat. Samuel
autem non fecit sic, quia a principio, qñ orauit pro
Saule, q̃q̃ Deus comminatus fuisset illi per eum, ꝙ
regnum eius vltra nō consurgeret,credidit Samuel
hoc dictum esse secundū cōminationē, & nō scđm
diffinitionem Dei, ideo licuit sibi orare: deinde aūt
post peccatum quod fecit pugnando contra Ama-
lecitas,quamquam Deus per Samuelem nunciasset G
Sauli,ꝙ regnū eius scinderetur ab eo, & quòd non
flecteretur ab illa sententia, tamē quia non fuit as-
sumptus immediate alius in regem,putauit Samuel
adhuc locum esse veniæ: ideo orabat, & lugebat ꝓ
Saule quousque Deus dixit ei: Quousque tu luges
pro Saule,cùm ego proiecerim eum? & tunc desijt
orare Samuel pro Saule. Si autem post hoc orasset
pro illo,iam peccaret: q̱a præceptū Dei cōtēnebat.
Sic etiam fuit de Moyse,quia Deus sententiauerat,
ꝙ ipse non introiret in terram Chanaā propter ea,
quæ fecit in Cadesbarne,Nume.cap.20.& 27.postea
autem orauit sępius Moyses, vt Deus permitteret
eum transire in terram Chanaan,sed Deus dixit:suf
ficit tibi, nequaquā loquaris ad me vltra de hac re, H
Deut.c.3. & tunc cessauit Moyses orare Dñm. Si.n.
post hoc orasset, iam peccaret, quia sciebat senten-
tiam Dei cōfirmatā esse, & transgrederetur præce-
ptū illius: nō orauit tamen,& sic nō peccauit Moy
ses nec Samuel,quia qñ ipsi orabant ꝯtra Dei deter-
minationē nesciebant, an Deus sic determinasset.
Cumque de nocte surrexisset Samuel, s.ad eundum ad Sau-
lem. In illa enim nocte, in qua Deus sibi apparuit,
& reuelauit hæc,clamauit ad ipsum, & surrexit, vt
iret ad Saulem non sustinens morari vlterius.*Vt iret*
ad Saul mane.i.vt in aurora aggrederetur iter ad Sau-
lē: erat aūt hoc, quia quāquā peccasset Saul, adhuc
putabat Samuel superesse locū remissionis: iō iuit
cum festinatione, vt increparet Saulem, vt si forte I
Deus auerteretur ab ira sua, dolente Saule de pecca
to: Saul magis negauit se peccasse,vt patet infra, iō
etiam hoc aliquo mō dedit causam perditioni suæ.
Nunciatum est Samueli,quòd venisset Saul in Carmelum.s.cū
aggrederetur iter,quæsiuit vbi esset Saul:& nuncia-
tum est ei,ꝙ venisset in Carmelum: & iam nunc es-
set in Galgalis. Hoc autē erat immediatè, vt ingres-
sus est in terrā Israel,destructo Amalec:nam adhuc
nesciebat Samuel,an esset in terra Israel,quia mora
tus fuit aliquanto tempore, delendo omne genus,
& omnem ciuitatem Amalecitarum: venit autem
in Carmelum, qui est quidam mons apud mare in
sorte filiorum Aser: & est alius mons Carmelus in
Duo mōtes Carmeli. sorte Iuda apud ciuitatem Maon. De hoc patet Io-
sue.15.& 19. Videtur autem ꝙ iste mons Carmelus K
fuerit ille,qui erat in sorte Iudę: quia per illum erat
iter Sauli venienti de Amalec in Galgala, cùm sors
Iuda sit Meridiana,& coniuncta terrę Amalec,Car
melus autem qui est in sorte Aser est ad partem oc-
cidentalem apud mare,sic Iosue.19.c.per quem nul
lo modo erat via Sauli ad eundum in Galgalam. *Et*
erexit sibi fornicem triumphalem.i.fecit quoddam arcum
in signum triumphi. Fornix enim testudinem, vel
Fornix quid. arcum significat.s.parietem eleuatum in modū ar-
cus. Vocabatur autem ille fornix triumphalis,quia
ibi triumphus sculptus est, s. ꝙ fecit ibi Saul aliquas
imagines in testimonium rerum gestarum, & triū-

F phi habiti de Amalec. In Hebręo habetur. *Parat si-*
bi manum.i. nunciatum est Samueli, ꝙ Saul parasset
manum. Hoc autem exponunt aliqui, ꝙ parauit
ibi manum,i.locum ad diuidendum spolia, quæ du
xerat de terra Amalec:& istam expositionem tenet
Ionathas Chaldæus. Alij exponunt, quòd parauit
manum.i.fecit aram ad immolādum ibi Domino,
& mansit ibi illa ara per multa tempora vsq; ad tē-
pus Eliæ prophetę,& tunc iam destructa erat: Elias
autem quando cōuenerunt ibi cum eo prophetæ
Baal,restaurauit eā,vt patet infra 3.lib.c.18.s.& acce
dente ad se populo curauit altare Domini, qđ de-
structum fuerat. Sed istę expositiones non stant. De
prima patet, quia ad diuidendum spolia nihil para-
G ri, vel ędificari oportebat,hic tamē ꝯstat, ꝙ aliquid
construxit, vel parauit Saul. Secunda expositio nō
stat,quia Saul veniebat, vt offerret sacrificium Do-
mino in Galgalis,& ad hoc solùm venerat in Galga
lam: quomodo ergo offerret sacrificium in Carme
lo? Et patet hoc,quia quando descendit Samuel ad
Saulem, inuenit eum offerentem holocaustum i
Galgalis,vt patet infra.Item non offerret Saul sacri
ficium alibi,q̱a specialiter adduxerat pecora de ter-
ra Amalec,vt in Galgalis offerrentur, vt patet.inf.
scilicet tulit populus de præda oues, & boues primi
tias eorum, quæ cęsa sunt, vt immolaret Domino
Deo suo in Galgalis: ergo non in Carmelo.Et sic di
cendum ꝙ expositio literæ nostrę est vera.s. ꝙ ere-
H xerit Saul fornicē triumphalē: & hoc voluit magis
facere in Carmelo,q̃ alibi,q̱a ille loc⁹ erat famosus.

An Saul peccauerit erigendo arcum triumphalem.
Quæstio XXIII.

QVAERET aliquis,an Saul peccauerit erigē- Nicol. opinio resol-
do fornicē triumphalem. Nicolaus respon- litur.
dit, ꝙ peccauit: vnde dicit in principio.c.hu
ius,ꝙ in hoc.cap describitr̃ transgressio tertia Saulis,
quæ processit ex cupiditate,& superbia,quia arcum
triumphalem erexit ad suam iactantiam. Sed di-
cendum est,ꝙ an peccauerit Saul hoc faciendo pa-
tere non potest, cùm intentio eius manifesta nō sit.
I In moralibus autem ex intentione suscipiunt actus
malitiam, vel bonitatem: poterit ergo aliqua intē-
dens peccare, & aliqua intendens non peccare: act⁹
tamen sm seipsum non pertinet ad peccatum, po-
terat namq; Saul facere fornicem triumphalem ad
memoriam victoriæ a Deo datæ, vt per illam for-
nicem Deus laudaretur, qui tantam victoriam cō-
tulerat Israeli. Hoc autem non solùm non erat illi-
citum, sed erat valde licitum. Sic.n.fecit Moyses:
nam quando Iosue pugnans in deserto præualuit
contra Amalec,cōstruxit altare,quod uocauit Do-
minus exaltatio mea, ita Exo. c. 17. Sic igitr̃ licebat
Sauli ad memoriam victorię a Deo collatæ ꝯstrue-
re aliquod ædificium. Itē poterat fieri ista fornix
K ad incitationem posterorū. s. vt reges sequentes re-
colentes magnifica gesta Saulis per arcum illū mo-
uerentur ad faciendum similiter: vt ipsi quoq; ma
gnam gloriam sibi propagarent,& hæc erat vtilitas
publica: sic enim inter Romanos factum est,vt quā
do aliquis vir esset in aliquo valde excellens,siue ar
tibus belli,siue pacis,statua ærea ei a populo fieret,
& poneretur in foro, vel in theatro, aut in alio lo-
co famoso, vbi ab omnibus videretur, & sic cęteri
quorum animus generosus erat, & naturaliter ma-
gnus, cupidine gloriæ, & vt similes statuas habere
mererentur, multa magnifica opera aggressi sunt.
Et hoc modo multi Romanorum exterarumq; gē-
tium,q̱ inter Romanos vixerunt,statuas æreas asse-
cuti

cuti sunt. Quòd ergo Saul ad hanc intentionem faceret fornicem, vt posteri mouerētur ad opera magnifica, non erat peccatum, sed magis aliquid laudabile. Item, dato quòd Saul fecisset hoc ex solo desiderio laudis suæ, nō sequitur quòd peccabat, quia non omne desiderium laudis peccatum est, vel saltem mortale: sed solùm cùm quis desiderat excellentem laudem, vel indebitam, aut fruitur ipsa laude: non ergo peccaret mortaliter Saul moderatè laudem cupiens. Item alij viri sancti fecerunt similia, & ipsi non increpantur, quòd hæc fecerint; ideo nec Saul ex hoc solo peccare cōuincitur. Patet hoc quando Dauid similiter fecit sibi quoddam memoriale victoriarum suarum, vt patet inf. 2. lib. capit. 8. scilicet, Dauid fecit sibi nomen cum reuerteretur à Siria in valle salinarum. Facere autem sibi nomen est construere aliquid, quod pertineret ad nomen, idest ad famam suam, & sic non peccauit Saul. Sed aliquis arguet adhuc, quod etiam de Dauid manifestum non est an in hoc peccauerit, ideo non sufficienter ex hoc arguitur. Respondendum est, quòd non peccauit in hoc Dauid: quia nunquam peccauit Dauid mortaliter tota vita sua, nisi cùm iussit occidi Vriam Hethæum, & accepit vxorem illius, vt patet infra. 3. lib. capitu. 15 scilicet. Eo quòd fecisset Dauid rectum in oculis Domini, & nō declinasset ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Vriæ Hethæi. Item Machabæi erāt viri sancti, & nimis laudati in sacra scriptura: ipsi tamen fecerunt memorialia gestorum suorum in lapidibus ad memoriam æternam, & fuit ædificium illud valde magnificum, mansitque multis temporibus. Hoc patet. 1. Macha. cap. 13. scilicet, Et ædificauit Simon super sepulchrum patris sui, & fratrum suorum ædificium altum visu lapide polito retro, & ante, & statuit septem pyramidas vnam contra vnam patri, & matri, & quatuor fratribus: & his circumposuit columnas magnas, & super columnas arma ad memoriam æternam: & iuxta arma naues sculptas, quæ viderentur ab hominibus nauigantibus mare: Non ergo erat illicitū Sauli hoc facere, nisi fortè dicas, quòd, quia Saul in vno peccauit, in omnibus peccauit, quod absurdum est. *Et reuersus transisset, descendissetq; in Galgalam*, idest nunciatum est Samueli, quòd Saul de Carmelo iuerit in Galgalam, illuc enim ipse Samuel iuit. Dicitur autem quòd descendit, quia Galgala est non longe à Iericho in valle, in qua est Iordanis, vbi primo castrametati sunt filij Israel, quando transierunt Iordanem: Iosue c. 4. & 5.

Appetitus laudis nō semper est peccatum mortale.

Dauid nūquā peccauit mortaliter, nisi semel.

Cur Saul iuit in Galgalam ad sacrificandum.
Quæstio XXIIII.

QVAERET aliquis, quare Saul iuit in Galgalam. Respondendum est, quòd ipse proposuerat offerre sacrificium, & ob hoc elegerat locum illū; ideo ibat illuc, vt offerret: sic patet inf. in littera, scilicet. Tulit populus de præda oues, & boues, vt immolaret Domino Deo suo in Galgalis. Et sic factū est: quia ibi reperit Samuel Saulem offerētē holocaustum. Sed tunc dicetur, quare magis Saul iuit in Galgalam ad offerendum, quàm in alia loca? nā ibi non erat tunc sanctuarium, sed in vrbe Nobe, vt patet inf. c. 21. poterat ergo in quolibet alio loco ita offerre, sicut in Galgalis. Respondendum est, ꝙ Saul habebat spiritualem deuotionem offerendi in loco illo, & faciendi ea, quæ ad cultum Dei pertinent. Et hoc quia ipse ibi confirmatus fuit in regē,

A & celebratæ sunt victimæ solemnes, & gaudia magna sup. cap. 11. Item adhuc spiritualius hoc faciebat, quia, quando Samuel vnxit à principio Saulem in regem: iussit ei, quòd si quando ei occurreret aliquid graue, descenderet in Galgalam, & ibi Samuel offerret pro eo, vt patet sup. c. 10 & ob hoc quando philistini occurrerunt contra Israelem, descendit Saul in Galgalam, & ibi obtulit sacrificium sup. ca. 13. c. voluit ergo nunc spiritualius ibi offerre, quàm in alijs locis. *Venit ergo Samuel ad Saul*, idest venit ī Galgalam vbi erat Saul tunc offerens. *Et Saul offerebat holocaustum Domino.* Non quidem quòd ipse offerret ꝑ se, qa non erat ipse sacerdos, nec vsurparet sibi hoc ministerium; sed, eo iubente, sacerdotes offerebant,

B & sic dicebatur ipse offerre, Vel dicitur ꝙ offerebat, idest dabat animalia ad immolandum: offerre. n. propriè conuenit popularibus, sed immolare solis sacerdotibus: quia offerre est dare sacerdoti animalia immolanda Domino: immolare autem est iugulare illa, & facere cæremonias reliquas sacrificijs. *De initijs prædarum, quę attulerat ex Amalec.* Non est sensus, quòd offerret de omnibus prædis, sed solùm de pecoribus: nam de rebus inanimatis non fit sacrificium, dicitur autem de initijs prædarum, quia non offerebat Saul totam predam: sed initia, idest primitias: possunt autem vocari primitiæ de præda, quia primo offerebant. s. quia priusquam diuideret præda, ꝙ cōuerteretur ad vsus humanos, oblata est quę

C dam pars Domino. Vel vocant primitię: quia erant priores i. meliores s. ꝙ animalia, quæ erant meliora in tota præda offerrentur Domino, ea autem, quæ meliora sūt, vocant priora. Sic. n. interdum dicūtur primitiæ de auro, & argento, & purpura, & bysso. s. ꝙ meliores partes istorum darentur, & ille vocant primitiæ Exo. cap. 25. *Et dum venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul.* s. locutus est verba sequentia cum magno gaudio congratulans ei propter victoriam habitā. Iosephus autem 6. Antiqui. dicit quòd Saul occurrit Samueli, & osculatus est eum, quòd satis verisimile est, quia iterum cum esset Saul expectans Samuelem in Galgalam, audiens quòd veniret, egressus est ei obuiam, vt salutaret eum supra capit. 13.

D *Benedictus tu Domino.* Ista sunt verba congratulatoria, scilicet, Samuel prædixerat Sauli, quòd habiturus esset victoriam de Amalecitis. Et quia sic euenit, congaudebat ei Saul, & benedicebat illum. *Impleui verbum Domini*, idest iam impleui id, quod mihi dixisti ex parte Dei. Hoc potest intelligi dupliciter, vno modo, quòd impleuisset Saul verbum Domini, idest nihil omisisset de his, quæ Deus dixerat: & hoc falsum est, quia non impleuerat. Censebat se tamen impleuisse, etiam si reseruasset prædam, vt patet inf. scilicet. Et ait Saul ad Samuelem: imò audiui vocem Domini, & ambulaui in via, per quam

E misit me, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec interfeci. Aliter potest intelligi, impleui verbum Domini, idest euenit mihi, id quod dixi, scilicet, ꝙ possem occidere Amalecitas. *Dixitq; Samuel.* Hic consequēter sententia Domini reuelatur Sauli per Samuelem. *Et quæ est vox gregum, quę resonat in auribus meis?* Ista est increpatio, scilicet si compleuisti mandatum Domini sicut dicis, quæ est hæc vox gregum q. d. nullos greges habere debebas, si compleuisses verbum Dei, quia Deus iussit, quòd omnia, quæ pertinebant ad Amalec, destruerentur, scilicet percute Amalec, & demolire vniuersa eius. *Et armentorum, quam audio*, idest quæ est vox armentorum, quam audio? quasi dicat, armenta sunt hic de Amalec, quę occidi debuerant; & ponitur de gregibus, & armentis, quia tam greges pecorū paruorū, q̄ armēta

ta animalium magnorũ duxerũt Iſraelitæ de Ama
lec, & quicquid aliud pulchrum erat,& ad poſſidẽ-
dum deſiderabile: ſola autem quæ vilia,& reproba
erant,demolita ſunt,vt patet ſup. *Et ait Saul,de Ama
lec,adduxerunt ea*. Hic grauatur magis iniquitas Sau-
lis, quia debuerat immediatè confiteri humiliter
peccatum ſuum,vt,ſi forte Deus miſereretur ei:ex
cuſauit ſe primo transferens peccatum ſuum in po
pulum: deinde negauit ſe peccaſſe,dato ꝙ iſta fece-
rit, vt patet infra, & dixit de Amalec, adduxerunt
ea: & non dixit,adduxi,quaſi populus adduxiſſet,&
non ipſe: ſed falſum eſt, quia etiam ipſe voluit, ꝙ
ſeruaretur prẹda, vt patet ſupra.ſ.pepercit Saul, &
populus optimis gregibus ouium,& armentorum:
& ſic patet immediate.ſ. *Pepercit enim populus melior i-
bus ouibus, & armentis*. Hic excuſat Saul factum ſuũ,
transferendo in populum dicens, quòd qopulus pe
percit ouib9, ideſt reliquit oues,& armenta non oc
cidens illa. Colorat etiam factum ſuum dupliciter:
primò, quia dixit melioribus ouibus, & armentis.
q.d.non pepercit populus omnibus gregibus, & ar-
mentis,vt ſic diſſolueretur mandatum Dei, ſed ſo-
lũ melioribus,& iſta meliora ex cauſa ſeruata ſunt.
Secundò coloratur factum, quia dicitur, ꝙ ſeruata
ſunt,vt immolarentur Domino. Immolatio autẽ
licita erat,imò meritoria,ideo non videbantur pec
care hoc agentes: ſed non ſufficienter excuſatur fa
ctum per hoc:primo,quia Saul falſam excuſationẽ
allegauit, quia non ſeruauerat populus omnia pe-
cora,& armenta ad immolandum Domino, ſed vt
cederent eis in prædam,alioquin nihil duxiſſent Iſ-
raelitẹ de Amalec, niſi animalia, quæ poterant im-
molari: duxerũt tamen veſtes,& quicquid pulchrũ
erat in terra Amalec, vt patet ſup. Item,dato ꝙ iſta
excuſatio eſſet vera, erat tamen impertinens, quia
non debuiſſet Saul ſeruare pecora,& armenta ad of
ferendum Domino,etiam ſi omnia ſeruaſſet pro il
lo, quia Deus iuſſerat,ꝙ nullũ ſeruaretur, ſed om-
nia perirent.Obedientia autem melior eſt,quã quẹ-
cumq; victima, vt patet inf. etiam non licet alicui
pro cauſa quantũcũ q; iuſta,vel fine,quantũcũq; bo
no,quicquam agere,ſi contrariũ mandatũ à Deo ha
beat,quia firmius ſcimus,quod bonũ fit in operatio
nibus noſtris per mandatũ Dei,quàm per iudicium
noſtrum. *Vt immolarentur Domino Deo tuo*. Ad hoc ſer
uati ſunt greges,& armenta, vt immolarentur. Sed
ẽt hoc falſum erat: quia non ſeruati ſunt ad hũc fi-
nem,vt dictum eſt. Et dicitur Domino Deo tuo.i.q
ad te ſpiritualiter pertinet,quia cũ Samuel eſſet pro
pheta,magis erat Deo familiaris, quàm cẹteri: & in
hoc erat Deus ei9 ſpiritualiter magis q̃ aliorũ,vel dr̃
Domino Deo tuo.i.qui præcepit tibi hoc facere, &
mihi nunciare. *Reliqua vero occidimus*.ſ.omnia alia pe
cora,& greges. Iſta autem erãt,quæ vilia fuerint,&
reproba,& magis putauerint Iſraelitẹ eẽ onerosũ,
quàm vtile ducere ea de Amalec. *Ait autem Samuel
ad Saul*. Vidit.n.Samuel,ꝙ excuſationes Saulis erant
impertinentes,ideo voluit ei denunciare ſententiã
Domini contra eũ. *Sine me, & indicabo tibi*.i. permitte
me loqui, & indicabo tibi ſententiam Domini de
te.Et dicitur:ſine me: quia loquebatur tunc Saul,&
non habebat Samuel locũ proponẽdi: petiuit ergo
ꝙ audiret. Vel ſecundũ quoſdam dicitur: ſine me.i.
permitte.ſ.non lædas me,ſi quicquam dixero.Eſt.n.
iſte modus eorũ,qui referũt regibus,& magnis viris
aliqua, quæ ſunt eis triſtia, &,vt propter hoc nihil
patiant̃,petũt primo ſecuritatẽ.Sed iſta ſẽtẽtia non
ſtat,qa Samuel nõ timebat Saulem, ẽt ſi nũciaret ei
mala multa: ſed e ꝯrio magis timebat̃ ipſe à Saule:
vnde ſup.c.13.dixit Sauli, ꝙ ſtultè egerat,tamen ad

F hoc non petijt ſecuritatẽ.Itẽ,dato ꝙ Saul rex valde
ferox,& Samuel timeret eum,non peteret talem ſe
curitatem,quia nullus vnq̃ propheta,nec aliquis ve
rus profeſſor fidei petijt talem ſecuritatẽ. Nã iſtud
pertinet ad illos,quibus ſi non detur ſecuritas,nihil
proponet, prophetẹ tñ, etiam ſi reges minarent̃ eis,
ne quicq̃ proponerẽt ſub interminatione mortis,
proponerent. Nã mortẽ ſpernebant, vt Deũ cole-
rent,& obedirent ei:ideo intelligenda eſt littera pri
mo modo. *Quæ locutus eſt Dominus ad me nocte*, ideſt
quæ locutus eſt iſta nocte. In ipſa enim nocte ap-
paruit ei & locutus eſt, & mox Samuel venit ad
Saul. *Dixit ei: loquere*. Conceſſit audientiam, quia
ex parte Dei loqui volebat. *Et ait Samuel: nonne cum
G paruulus eſſes in oculis tuis*. Iſta eſt increpatio Saulis, &
ad hoc exprobrat hoc Deus beneficia, quæ contu-
lit Saul,ſcilicet, quia fecit eum regem,cum prius eſ
ſet minimus in toto populo, & tamen nũc fuit in-
gratus non obediendo præceptis eius. Dicitur autẽ
cum eſſes paruulus in oculis tuis, ſcilicet, quando
tu iudicabas te paruum, & eras humilis, tunc ego
elegi te: nunc autem quia ſuperbiens contempſiſti
mandata mea,ego te abieci. Vel aliter intelligitur,
quòd hic ſignificetur magnitudo beneficij,quẹ erat
in hoc,quòd de minimo ſtatu tranſiret Saul ad ma-
ximum: erat autem maximus ſtatus regalis. Mini-
mus vero erat, quem ante habebat Saul, & non ſo-
lùm erat minimus ſecundùm rem,ſed etiam ipſe ſe
H exiſtimabat minimum: & ſic erat minimus in ocu-
lis ſuis,ideſt ſecundùm exiſtimationem ſuam. Hoc
patet ſupra capitu.9. cum ipſe dixit ad Samuelem:
nunquid non filius gemini ego ſum de minima tri-
bu Iſrael, & cognatio mea nouiſſima inter filios Be
niamin? Et ſic exiſtimatione Saulis probat Deus be
neficium ei collatum. *Caput in tribubus Iſrael factus es*,
ideſt fecit te Deus regem: & hoc erat eſſe caput om
nium tribuum Iſrael. Nam Saul nõ dominatus fuit
ſpecialiter ſuper aliquam tribum,ſicut fuit poſtea,
diuiſo regno in poſteris, Dauid, ſed dominatus eſt
ſuper,omnes.12.tribus. *Vnxitque Dominus regem ſuper
Iſrael*. Eadem ſententia eſt repetita.Et dicitur quòd
Deus vnxit eum, qui iuſſit vngi, vt patet ſup.ca.10.
I *Et miſit te Dominus in via*, ſcilicet vt ires contra Ama-
lec. *Et ait: vade, & interfice peccatores Amalec*. Nomina-
uit peccarores, quia propter peccatum ſuum ipſi
merebantur hanc deletionem. Quomodo autem
hoc ſit,ſup.declaratum eſt. *Et pugnabis contra eos vſque
ad internitionem eorum*, ideſt pugnabis vſquequo tota-
liter deleas illos, & non ſolùm eos, ſed etiam res eo
rum ſicut.ſup.dictum eſt. Hic tamen ſcriptura non
repetit omnia ad plenum. *Quia ergo non audiuiſti vo-
cem Domini*.q.d.valde iniquus es,cum tantum exalta
tus fueris à Deo, & tam ingratus ei apparueris. *Sed
conuerſus es ad prædam*, ideſt non obediuiſti Deo,ſed con-
uertiſti te ad prædandũ,tranſgrediens,præ cupidita
te,ſermonẽ Domini, cũ ipſe iuſſerit omnia deleri.
K *Et feciſti malum in conſpectu Domini*. ſ. conuertẽdo te ad
prẹdã.Hoc aũt erat malũ in conſpectu Dñi,qa De9
iudicabat illud eſſe malũ,vel erat factũ ipſo vetãte.
Et ait Saul ad Samuelem. Hic deſcribit̃ ꝯſequenter Sau
lis obſtinatio. Eſt aũt in hoc obſtinatio eius,qa cũ à
principio peccatum eius cognitũ eſſet à Samuele,
& Deus locut9 fuiſſet ꝯtra eũ, debuerat ipſe humi-
liter confiteri,ſed excuſauit ſe,transferens peccatũ
in populum.Sed adhuc,cum poſtea Samuel iterum
increparet eũ, debuerat, ceſſante illa excuſatione,
cognoſcere iniquitatem: nunc tamen grauius pec-
cauit,quia cẹpit defendere dicens, quòd bonum fe
cerat. *Imò audiui vocem Domini*, ideſt non eſt ſic,ꝙ ego
non audierim vocẽ Domini,qa audiui.i.obediui ad
ple-

A plenum, existimabat enim Saul ꝙ quamquam seruasset viuum regem Agag, & pecora, tamen implebat mandatum Domini: eo quòd occiderat quædam de pecoribus, & totum vulgus Amalecitarum. *Et ambulaui in via, per quam misit me Dominus.* Non intelligitur hoc de via pedum, sed de executione mandatorum: scilicet feci omnia, quæ Deus iussit. Est enim mādatū vel lex, quasi quædam via, quia sicut via ambulantē instruit, qua transeundum sit, ita & lex instruit operantē quid, & qualiter agendū sit. *Et adduxi Agag regem Amalec.* s. adduxit eū viuum. Existimabat enim Saul ꝙ non peccauerat seruando illi vitā, præcipue, quia ipse fingebat, ꝙ adduxerat regē Amalec, non vt simpliciter ei vitam seruaret, sed vt quid de illo agēdum foret cum Samuele cogitaret, B vt ait Iosephus.7.antiqui. peccauit tamen, quia non adduxit eum ad hoc sed magis ad gloriam suam, vt quidam volunt, vel quia condoluit calamitatibus eius, Deus tamen iussit ne misereretur cuiusquam de Amalecitis, vt patet supra.s. Non parcas ei, nec concupiscas ex ipsis aliquid: sed interfice a viro vsq; ad mulierem, & paruulum atque lactentem. Etiam dato ꝙ Saul duxisset Agag ad cogitandum cum Samuele quid de illo fieri deberet, illicitum erat: quia super his, quæ à Deo determinata erant, nulla hominum deliberatio haberi debebat. Deus tamen simpliciter diffinierat de omnibus Amalecitis, ꝙ occiderētur: iō non debebat deliberare Saul. *Et Amalec interfeci.* s. totū populū Amalecitarū. De his.n. verū C est, ꝙ nullum reliquit, nec masculum, nec fœminā. *Tulit autem populus de præda oues, & boues.* Contēdit etiā Saul ꝙ non peccauerat relinquendo oues, & boues, excusat se sicut supra diximus.s. transferendo peccatum in populum cùm dicit: Tulit populus de præda oues. Et excusat aliqualiter populum, quia fecerunt hoc ad cultum Dei: nihil autem expressit hic Saul de vestibus, & omnibus supellectibus Amalecitarū, quia de illis saltē nullam apparentē excusationē habere potest: & in hoc apparet, ꝙ ipse habebat animum pertinaciter defedendi factum suū, & nō cognoscendi veritatē. *Et primitias eorum, quæ cæsa sunt.* i. tulit populus primitias animalium cęsorum in terra Amalec. Eadem sententia est cum superiori, quia D istæ primitiæ nihil aliud erāt, nisi greges, & armenta quæ attulerant Israelitæ de terra Amalec. vocātur aūt primitiæ eorū, quæ cæsa sunt. i. primitiæ aīaliū occisorū. Vocant̃.n. primitiæ in qualibet re partes meliores illius rei, sicut dicebat̃ supra, & quia de omnibus gregibus, & armentis terræ Amalec ea sola, q̃ reseruata sunt erant bona, & electa, quæ verò reproba, & vilia sunt occisa sunt, vt patet supra, iō pecora adducta de Amalec erant primitiæ cęsorum aīaliū. *Vt immolaret Domino Deo suo.* s. ad hoc duxerunt, quia visum est eis pulchrum ne tot armēta, & greges inutiliter perirēt, sed magis offerrent̃ Deo: in quo Saul falsum dixit, quia non duxerant ea, vt offerrent Domino, sed vt acciperent sibi. Etiā non erat bonū ali- E quid offerre Deo contra ꝓhibitionem suam. *In Galgalis.* i. vt offerretur in Galgalis, quia proposuerat populus in loco illo immolare, hoc autem dicebat Saul, quia deuotio sua magis erat in loco illo ex rationibus supra assignatis, & ob hoc in eodem loco immolauerunt Saul, & populus: nam ibi reperit eos Samuel offerētes. *Et ait Samuel.* Hic excludit responsionem Saulis, per quam probabat factum suū esse iniustum, & quamquam posset dupliciter destruere responsionem istam Samuel, tamen solùm vno modo destruxit: peccabat enim ista ꝓbatio dupliciter: primò quia falsa erat, scilicet, quia non adducta fuerant pecora ad offerendum Domino, sed ad conuertendum in proprios vsus: secundò peccabat quia erat impertinens.s. quia, etiam si esset vera, non sufficienter excusabat. Samuel autem voluit tenere primū modū.s. dicendo, ꝙ nō adducta fuerant ad immolandū, eo ꝙ ista erat valde grauis.s. quia diceret sic Sauli, ꝙ mentiebatur, quod erat graue. Et quia dato, ꝙ vellet, non poterat hoc probare: non enim poterant dari testes de eo quod occultissimum est: sic autem est intētio hominis: sed tenuit secūdum, scilicet probare, quòd hoc erat impertinens, & iste erat efficacior modus, quia grauius probabatur sic peccasse. *Nunquid vult Deus Holocausta, aut victimas, & non potius vt obediatur voci Domini.* q. d. Deus magis vult, ꝙ obediat ei, & nūquā fiant sacrificia, q̃ ꝙ sem- B per fiant sacrificia, & nunq̃ obediat ei: non sunt.n. Deo placita sacrificia hominum impiorum, quales sunt, qui ei nequaq̃ obediunt: qui autem Deo obediunt, etiā si nihil offerant Deo placent. Dicit enim Iosephus.6. antiquitatū, quòd Samuel dixit Sauli, Deum non super sacrificia delectari, sed super bonos, & iustos. Huiusmodi autem esse illos, qui eius consilium mandataque sequuntur, & nihil aliud bene se iudicant agere, nisi quod pro Dei fecerint voluntate. Is.n. contemnitur non quando ei non sacrificatur, sed quādo inobedientiæ spiritus adhibetur. ab his.n. qui subditi ei non sunt nec eum vera religione colūt, nec dū multas hostias, & magnas obtulerint, nec dum ornamenta ex auro argentoque facta C dicauerint, suscipit hoc libenter: sed potius aduersatur, & magis hoc studium nequitiæ iudicat nō pietatē. Ad illos autē, qui solūmō quod pręcipit diuinitas faciunt, & mori potius eligunt quàm præuaricari aliquid, quod iubetur: sēper conuertitur, & nec sacrificium ab eis exquirit; sed & dū sacrificauerint, siue simplex aliquid siue vilissimū gratius eorū parua munera, q̃ ditissimorum maximam suscipit opulentiam. Tu siquidem scito tibi Deum iratum: spreuisti namque, & neglexisti ea, quæ tibi mandauit: qūo ergo arbitraris eum sacrificia respicere ex his rebus, quas decreuit ipse perire? nisi forte similia iudicas esse peccata, & quęuis offerre Deo sacrificia. *Melior est enim obedientia, quàm victima.* Probat quod dixit, sci- D licet, ꝙ Deus magis vult, quòd obediatur voci eius, quàm, quòd fiant sacrificia, quia Deus ea, quæ meliora sunt, magis vult: sed melior est obedientia, q̃ victima, ergo magis vult obedientiam quàm sacrificia. Ponitur hic victima generaliter pro omni specie sacrificij, scilicet tam pro holocaustis, quàm hostijs pacificis, & pro peccato. In litera autem præcedenti ponebantur victimæ, & holocausta, ideo holocaustum accipitur hic pro vna specie sacrificij, victima autem pro duabus, scilicet pro hostia pro peccato, & pro hostia pacifica. Dicitur autem quòd melior est obedientia quàm victima, quia obedientia est per se bona; victimæ autem non sunt per se habentes aliquam bonitatem, sed solùm in quantum E a lege imponuutur, & a Deo acceptantur: & tamē secundum se occidere animalia, & cremare nihil maioris bonitatis habet q̃ per agros lapides spargere. Obedientia autem est de per se bonis naturaliter, quia etiam si nulla lex dicat Deo obediendum esse, nec ipse nobis iubeat, naturaliter est laudabile Deo obedire, & ideo hoc dicat faciendum, & laudat illud cùm factum fuerit. hoc autem modo omnis virtus, quæcunque illa sit, quæ habeat actum naturaliter bonum, melior est quàm victima, quia illa secundum se habet quandam bonitatem. Item non solùm hoc, sed etiā obedientia est melior omnibus virtutibus, & actus suus laudabilior actibus oīū virtutū, quia iuxta Arist.5. Ethicorū, præclarissima

Deus mauult obedientiā q̃ sacrificiū.

Obedientia melior oību virtutibu

inter oẽs virtutes eſt iuſtitia legalis, & fulget ĩter eas ſicut lucifer, vel heſperus inter aſtra. Iſta aũt iuſtitia legalis in ſubditis nihil aliud eſt, niſi obedientia totius legis, ideo virtutum clariſſima eſt obedientia: & ſic ipſa erit melior, quàm offerre victimas. Iſta autẽ operatio tenet, quando offerre victimas bonũ eſt, & obedire bonum: quia tunc melius eſt obedire p̄cepto Dei, etiã ſi nõ offeramus, q̃ ſi quis ſponte Deo offerat quodcunque ſacrificium q̃q̃ in offerẽdo mereatur, ſi tamen ipſum offerre illicitum ſit, comparatio nulla eſt, quia nullum mediũ eſt, in quo comparentur: velut ſi quis comparat coruũ & columbam in albedine. Sic aũt erat hoc, q̃a obedire mãdato Dei erat valde laudabile, & meritoriũ: offerre aũt ſacrificia, q̃ obtulit Saul non ſolũ non erat ęqualiter bonũ, vt obedire, ſed ẽt nullo mõ erat bonũ cũ eſſet ꝯtra præceptũ Dei. *Et auſcultare magis, quàm offerre adipẽ arietum.* Eadem ſñia eſt, ſ. ꝙ melius eſt auſcultare verba Dei, & exequi illa, q̃ offerre adipem arietũ. Dicitur aũt de oblatione adipis, q̃a in oblatione totius aĩalis nihil Deo gratius erat, q̃ oblatio, vel crematio adipis. Ideo in Leui. ſępe dicitur, ꝙ adeps cremabãt in odorẽ ſuauiſſimũ Dño: & ob hoc in oĩbus ſacrificijs ſemper Deus accepit ꝓ ſe adipes. De carnib⁹ aũt non erat ſic, quia interdũ accipiebat illas oẽs, ſicut in holocauſto, Leui. c. 1. Interdum aũt partẽ accipiebat, ſicut in quibuſdam ſacrificijs pacificis cremabãtur lumbi, & in quibuſdam ſacrificijs pro delicto, vt patet Leui. cap. 3. & 6. generaliter autẽ in alijs ſacrificijs pacificis, & pro peccato Deus nihil accipiebat de carnibus, vt patet præalleg. c. adipẽ tñ in omnibus ſacrificijs accipiebat: & ob hoc nulli homini licebat comedere adipem ſub interminatione mortis, Leu. c. 3. & 7. Gratior ergo erat Deo adeps, quã reliquum ſacrificium: ſed obedire Deo melius eſt, quàm offerre adipem arietum: ergo melius eſt, quã facere quodcunque ſacrificium. *Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare.* Hic probat Samuel quod dixit alio modo ſ. ex oppoſitis: ſupra. n. directè ex natura actus, vel habitus probat, ꝙ melius ſit obedire, q̃ immolare. Nunc aũt probat ex oppoſito. ſ. ex hoc quod eſt non obedire, ſ. quia nõ obedire habet ſe ſicut idolatria, quæ eſt peior omnibus vitijs. Iſte autẽ modus arguendi eſt valde ſcientificus: nã iuxta Ariſto. 8. Ethico. Optimus actus virtutis opponitur maximo vitio, & minimus habitus virtutis opponitur minimo vitio. ſ. ꝙ quanto aliqua virtus excellit omnes alias virtutes in bonitate, tanto vitium ſibi oppoſitum excellit oĩa alia vitia in malitia: ſi igĩ obedientia eſt magna virtus, inobedientia eſt magnum vitium, ſed ſic eſt, ꝙ inobedientia eſt maximũ vitiũ, ergo obedientia eſt maxima virtus. Hoc autẽ probatur hic, ſcilicet quia repugnare, i. nõ obedire Deo eſt ſicut peccatum ariolandi. Iſtud aũt peccatũ eſt maximũ: ariolari. n. eſt quædam ſpecies idolatriæ, ſcilicet quia eſt in aris veritatem inquirere: actus. n. ariolorum eſt, vt immolent animalia idolis ſuper aras, & poſtea in viſceribus eorum per ſignificationem venarum inquirant futura. Hoc autem dupliciter malum eſt, primò quia eſt actus idolatriæ inq̃tum offeruntur animalia idolis ſuper aras: ſecundo quia eſt actus ſuperſtitionis, ſ. inquantum creditur, ꝙ per colorem, & figuram venarũ poſſint occulta cognoſci. Iſtos aũt ariolos Deus valde vetuit, & occidi iuſſit Leuit. 19. & 20. c. & Deut. c. 18. *Et quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere.* i. nõ aſſentire his, quæ De⁹ iubet, eſt ſicut ſcelus idolatrię: eadem ſententia eſt, quia ariolari, & idolatrare idem ſunt, quamquam ariolari aliquid ſuperaddat.

Inobediẽtia magnũ vitium.

Ariolari quid.

F *Inobedientia ad Deum, an ſit maius peccatum idolatria, vel æquale. Quæſtio XXV.*

Idolatria eſt maximũ vitiorum.

QVAERET aliquis, an inobedientia ad Deũ ſit maius peccatũ, q̃ idolatria aut ęquale ei. Aliquis dicet, ꝙ ſit maius, vel ſaltem æquale: q̃a ex hoc arguit Samuel magnitudinẽ inobediẽtię. Reſpondendum eſt, ꝙ idolatria ſecũdum ſe eſt maximum vitiorum: & hoc propter duo. Primò quia ipſa idolatria eſt directè in Deum: nam alia peccata ſunt, quæ ſunt contra Deum, vt tanq̃ legiſlatorem ſolum: directè tamen ſunt contra proximum, quia damnum ex illis actibus proximo infligitur: ſicut furari, occidere, adulterari, & gñaliter oẽ peccatũ, qđ eſt ꝯtra præcepta ſecundæ tabulæ: G idolatria aũt nõ eſt ſic, quia non ſolũ eſt ꝯtra Deũ tanq̃ legiſlatorẽ, ſ. q̃a ipſe vetuit idolatriã, ſed ẽt eſt ꝯtra Deũ directè: quia damnum, vel iniuria ex idolatria ſoli Dęo directè prouenit, eo quòd honor eius ſolius ſic aufertur. Et quantum ad hoc idolatria excedit omnia peccata, q̃ ſunt ꝯtra p̄cepta ſecundę tabulæ: nõ tñ excellit pctã, q̃ ſunt ꝯtra p̄cepta primæ tabulæ, ſicut aſſumere nomen dñi in vanũ: vel non obſeruare ſabbathũ: q̃a ẽt in his iniuria, vel offenſa ſoli Deo ꝓuenit, & nihil ꝓximo niſi per accidens. Secundò idolatria eſt maior oĩbus iniquitatibus, inquantum Deũ magis offendit: peccatũ. n. iõ pctm̃ eſt, quia per illud Deus offenditur: cũ ergo Deus magis offendi- H tur peccatum maius eſt. Nullum tamen peccatum maiorem offenſionem Deo facit, q̃ idolatria, eo ꝙ maiorem imperfectionem in eo ponit. Nã qui idola colit incidit in vnũ de duobus. ſ. ꝙ iſtũ verũ Deũ quem nos colimus dicit non eſſe Deum, ſed aliquẽ alium quem ipſe colit. Vel ſaltẽ dicit iſtũ non eſſe ſolùm Deũ, ſed alios præter eum eſſe Deos, & quantum ad hoc eſſe ei æquales, vel maiores: nulla autẽ maior offenſio poteſt eſſe Deo, quàm quod dicatur, ꝙ ipſe non eſt Deus. Poſt hanc aũt nulla maior eſſe poteſt, quàm ꝙ dicatur alios eſſe Deos, & habere hunc excellentiſſimum honorem: cùm ſecundum veritatem ipſe ſolus ſit De⁹: ſic patet in regibus: nõ enim poteſt maior offenſa fieri regi alicuius prouin- I ciæ, quàm ꝙ dicatur ipſum non eſſe regem, nec impẽdantur ei aliqua obſequia ſicut regi. Proxima autem iniuria huic eſt, quòd dicatur ei, quòd quãquã ipſe ſit rex, alius tamen etiam eſt rex & ęqualis ei in illo regno. Quantum ad hoc autem idolatria non ſolùm ſuperat oĩa vitia, quæ ſunt contra ſecundam tabulam, ſed etiam omnia, quæ ſunt contra præcepta primæ tabulæ: nam in alijs præceptis primæ tabulæ ſi infringantur, parua iniuria Deo irrogatur in comparatione ad idolatriã: nam per ſecundum præceptũ. ſ. de non aſſumendo nomen dñi in vanum, irrogatur Deo quędam offenſio, ſcilicet quia nomen eius nõ habetur in debita reuerẽtia, tamẽ nemo ſic negat eum eſſe Deum, vel aſtruit aliquem alium ſibi K æqualem in præcepto quoq; de cuſtodia ſabbathi, ſi non ſeruetur, aliqualiter honor Dei diminuitur, ſcilicet quia non ſeruatur quod ipſe iuſſit: minus tñ quàm in duobus præcedentibus: nam per hoc non negatur eũ eſſe Deũ, nec aſtruitur ei quiſquã ęqualis: nec nomen eius minorat̃. Idolatria ergo cæteris maior ẽ: inobedientia aũt nõ põt ſic directè eſſe contra Deũ: ideo non eſt tm̃ vitiũ ſ̃m ſe. Hoc aũt ſignificatur in litera, cùm dr̃ ꝙ quaſi ſcelus idolatriæ eſt nolle acquieſcere. ſ. non eſt tm̃ nolle acquieſcere ſicut ſcelus idolatriæ: ſed eſt quaſi tm̃. Pro quo ſciendum ꝙ obediẽtia põt dupliciter accipi ſ. ꝓut eſt q̃dã virtus vniuerſalis, vel vt eſt virtus ſpãlis, ſic & inobedientia. Primò modo eſt peior, q̃ idolatria: ſcđa modo

modo non est ei æqualis. Ad cuius intelligentiam sciendum, ꝙ obedientia se habet sicut iustitia. Est autem iustitia duplex. s. particularis, & legalis: iustitia particularis est sm̄ quā quis reddit cuilibet id qđ suum est: & ista est cōmutatiua, & distributiua. Cōmutatiua quidem quantum ad oēs contractus humanos. Distributiua aūt in distributione honoris, vel pœnæ: lucri, vel dāni: sicut pertinet ad iudices respectu partium: ista autem vocatur iustitia particularis, quia non est circa omne obiectum, sed circa quoddam determinatum obiectum, sicut quęlibet alia virtus: iustitia autem legalis non habet se circa aliquod determinatum obiectum, sed habet se ad totam legē, & ideo vocatur legalis. Ad eam autē pertinet actus cuiuscunque virtutis, eo quòd lex præcipit actum omnis virtutis, & prohibet omnia vitia, scilicet lex prohibet non mœchari, non conuiciari, non dimittere arma in bello, iuxta Ari: 5. Ethi. ista autem iustitia legalis est omnis virtus, secundum Arist ibidem, & hæc in subditis vocatur obedientia totius legis: nam vocantur iusti legaliter inquantum toti legi obediunt, & quæ iubet exequuntur: & quantum ad hoc non distinguitur iustitia legalis ab aliqua virtute, sicut pars alicuius totius nihil addit supra suum totum cùm sit intra illud: ita cùm iustitia legalis vel obedientia sit omnis virtus, nulla virtus particularis addit ei aliquid, sed est intra illam, ideo hoc modo non potest comparari obedientia, vel iustitia legalis alicui virtuti particulari, sicut comparantur inter se duo distincta: & sicut est de iustitia legali, vel obedientia respectu virtutum, ita est de opposito suo respectu vitiorum, quia sicut iustitia legalis, vel obedientia legis est omnis virtus: ita iniustitia legalis, vel inobedientia legis est omne vitium: ideo nullum vitium poterit ei comparari in quantitate malitiæ: cùm nihil superaddat ad inobedientiam legis: si tamen aliquis vellet comparare aliquod vitium particulare ad inobedientiam legis, erit sicut cōparatio partis ad totū, quod semper maius est parte: in obedientia autem particularis est circa aliqua specialia præcepta: vt qui non consueuit obedire prælato vocatur inobediens: non tamen est iste inobediens legaliter, quia nō agit contra totam legem: vel siquis Deo iubenti aliquid speciale nō obediat, inobediēs est particulariter: & hoc modo contra quodcunq; præceptū legis aliquis male se habeat, vocatur inobediens. Patet ergo ex dictis, ꝙ inobedientia, si sit legalis est maior omni vitio, eo ꝙ ipsa cōtinet omne vitium, & peccata particularia nihil superaddunt ad inobedientiam legalem, & hoc modo idolatria est minor q̄ inobedientia, quia idolatria est quoddā vitium speciale: inobedientia autem legis est generale. s. non obedire alicui de mandatis in lege: sed in lege iubetur non solùm non coli Deos alienos, sed etiam quodlibet alterum vitium vetatur, ergo qui inobediens legaliter est, non solùm idolatra est, sed etiam quodlibet alterum vitium habet, vel saltē plurima. Si aūt accipiatur inobedientia particulariter, vocabimur inobedientes in cōtemptu, vel præuaricatione cuiuscunque præcepti etiam minimi: sed tunc distinguendum: quia aut vocatur quis inobediēs legaliter ꝓ quacūq; transgressione legis scriptæ, vel ꝓ inobiā, vel præuaricatione eius, qđ Deus nobis spāliter iubet. s. per seipsum, vel per angelum, vel per prophetam: & dirigit ad nos particulariter. Si primo modò accipiatur inobedientia, nō est quasi idolatria, nec habet ꝓpinquitatem aliquam, quia potest esse sic de minimis vitijs: imò in minimo vitio erit inobedientia. Si autem secundo modo, est inobedientia magnum vitium, quia magnus cō-

A temptus Dei est, quando ei per angelum suum, vel per prophetam nobis aliquid specialiter mandanti non obedimus. Et valde quidem maior q̄ si nō obediremus legi scriptæ: ideo isto modo inobedientia est quasi idolatria. s. aliquid proximum ei: tamē nōdum est ęquale, quia per idolatriam negatur Deum esse verum Deum: vel asseritur alios prêter eum esse Deos: & quantum ad hoc esse ei æquales. Per inobedientiam aūt nunc dictam non est aliquid tale, quia licèt nimis sic Deus contemnatur, non tñ negatur eum esse Deum, nec asseritur alios Deos esse, aut sibi æquales esse: ideo est ista inobedientia quasi idolatria, sed non est æqualis: & in isto casu intelligitur litera, quia Deus mādauerat Sauli specialiter per B Samuelem, ꝙ iret contra Amalecitas, & demoliretur vniuersa, ipse aūt non obediuit: ideo fuit quasi scelꝰ idolatriæ, vt patet hic. *Pro eo, quòd abiecisti sermonē Domini*. i. neglexisti facere vindictam, quam ipse fieri iusserat super Amalec. *Abiecit te Dominus, ne sis rex*. i. Deus solùm honorat, eos, qui honorant eum, alios autem spernit, vt patet supra, c. 2. s. Absit hoc a me, sed quicunque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem cōtemnunt me, erunt ignobiles: sed Saul a principio honorificauit Deum, quia erat vir bonꝰ, & electus, & in toto Israel non erat vir aliquis melior illo, sicut dicitur supra c. 9. ideo Deus tunc cōstituit eum regē. Postea autem cōtempsit dominum, ideo Deus abiecit eum, ne regnaret: ista autem fuit C diffinitiua reprobatio, quia licèt supra. c. 13. diceret, ꝙ regnum Saulis non consurgeret eo ꝙ stultè egerat, tamen non fuit ibi pęnitus reprobatus: & si postea non peccasset, nunquam fuisset abiectus de regno: nunc autem hic abiecit eum Deus: & ista sentētia est firma, quia infra dicitur, ꝙ triumphator in Israel non parcet, & pęnitudine non flectetur.

Quomodo dicatur, quòd Deus abiecerit Saulem è regno propter istud peccatum, cùm tamen tota vita sua regnauerit. Quæstio XXVI.

QVAERET aliquis, quō Deꝰ abiecit Saulē, ne regnaret p̄p istud peccatū: nam post istud ipse D fuit rex tota vita sua, & non solùm ipse, sed vnus de filijs suis regnauit post eum, vt patet infra, 2. lib. ca. 2. Respondendum est, ꝙ quomodocunque alicui tollatur ius regnandi dicitur abijci de regno: fuit autē ꝓpter istud peccatum ablatum Sauli magnum ius regnandi, ideo rectè dicitur, ꝙ abiectus est, ne regnaret. Pro quo sciendum, ꝙ pro isto peccato Saul priuatus est regno, tam in filijs suis, quàm in se. De filijs suis patet, quia Deus quādo instituit Saulem regem, non solùm instituebat, vt ipse solus regnaret, sed ēt vt tota posteritas eius post eum, vt patet supra, cap. 13. cùm dixit Samuel ad Saulem: stultè egisti, nec custodisti mandata domini, quod si non fecisses, iam nunc præparasset dominus regnum tuum super Is- E rael in sempiternum. Ecce qualiter regnum Saulis futurum erat æternum, idest magni temporis, nisi eius iniquitas obstitisset. Sed hoc non poterat esse, nisi per successionem filiorum: fuit tamen priuatus hoc iure regnandi in filijs cùm immediatè subiunctum fuit: Sed nequaquam vltra regnum tuū consurget. Sic aūt factū est, quia nemo de posteris Saulis regnauit, nisi Isboseth. Et iste qdē pauco tp̄e, & infeliciter, & ad extremū à seruis suis occisus ē, ita infra, 2. lib. c. 2. 3. & 4. Sed filij Saulis nō fuerūt priuati regno, nisi p̄p peccatū patris, iō ipse in eis priuabatur hoc iure. Fuit quoq; priuatus Saul regno in seipso: nam q̄q̄ toto tempore, quo vixit fuit rex, tamen minorauit Deus tempora regni eius propter peccatū

istud, s. quia pluribus dieb⁹ vixisset in regno, nisi obstitisset ista iniquitas. Propter hāc autem fecit De⁹, vt velociter careret simul regno, & vita occisus in bello a Philisthinis, vt patet infra 28. cùm dixit ei Samuel: faciet tibi Dominus, sicut locutus est in manu mea, & dabit illud proximo tuo Dauid: quia non obedisti voci Domini: nec fecisti iram furoris eius in Amalec: idcirco, quod pateris fecit tibi Dominus hodie, & dabit Dominus etiam Israel tecū in manus Philisthijm. Quod etiam velociter mortuus fuerit Saul propter peccatum istud patet. 1. Paralip. c. 10. s. mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas eo, quòd præuaricatus sit mādatum Domini, quod præceperat, & nō custodierit illud: insuper & phytonissam consuluerit, nec sperauit in Domino: propter quod interfecit eum, & transtulit regnum eius ad Dauid. Priuatus ergo fuit regno quātum ad se propter pc̄tm̄. Etiam fuit priuatus gloria regnandi, quia antequā peccaret, erat spiritus Domini semper in Saule, s. spiritus roboris, & fortitudinis, ita vt nullos hostes formidaret, sed cōtra oēs auderet, & omnes bello superaret, vt patet p̄cedenti. c. s. at Saul confirmato regno super Israel pugnabat per circuitum aduersum omnes inimicos eius, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philistheos: & quocunque se verteret superabat. Postquam autem peccauit contra Amalecitas redditus est corde infirmus, & iam timebat hostes nimis: in quo erat magnum dedecus eius, & diminutio gloriæ, vt patet in bello, quod habetur infra ca. 17. Nam cū venisset Goliath ad castra Israel, quotidie exprobrabat Israelitas per 40. dies continuos loquens contra exercitum Israel, & nec Saul, nec aliquis de populo audebat pugnare contra virum illum. In alijs quoque bellis timebat Saul: sicut factum est in bello, in quo mortuus est: nam dicitur ꝙ vidit Saul castra Philisthijm, & timuit, & expauit cor eius nimis, infra c. 28. Hoc autem fuit, quia spiritus Domini recesserat a Saule a die, qua vnctus est in regē Dauid: & erat cum Dauid, vt patet sequenti capit. & infra 28. Priuatus est quoque Saul honore regio, quia post istam iniquitatem fuit semper cum magno dedecore: nam spiritus Domini neq̄ arripiebat eum, & cogebat eum facere, q̄ faciunt arreptitij, ita vt serui eius compellerentur quærere virum bene canentem, & psallentem, vt quādo Saul arriperetur a Dæmone, illo psallēte leuius ei fieret, vt patet sequenti. c. magnum autem dedecus erat, vt rex in tantam calamitatem incideret, ꝙ cogeretur pati deformitatem gestus, & habitus, quam arrepticij patiuntur. Honorabilius ergo fuisset Sauli, vt ea die, qua peccauit in bello contra Amalec vitam finiuisset illæsa celsitudine honoris regalis, q̄ ꝙ postea infelicem, & calamitosam vitam cum tāta deiectione regalis honoris ageret, ita vt secundū veritatem illa die, qua Saul peccauit regno priuatus est, quia si saperet prælegisset ea die simul regno, & vita priuari, q̄ tam infeliciter regale tolerare nomen.

Quare Saul immediatè post peccatum nō fuit priuatus regno: ita vt succederet illico alius loco eius. Quæst. XXVII.

QVAERETVR vlterius, quare Saul nō fuit priuatus regno immediatè, ita vt loco eius alius ad regendum acciperetur. Respondēdum est, ꝙ quantum ad ius Saul fuit priuatus immediatè regno: de facto tamen non priuatus est. Quod patet, quia post istam iniquitatem iussit Deus Samueli, ꝙ vngeret Dauid in regem, & vnxit, vt patet sequenti cap. per vnctionem autem tradebatur titu-

F lus regni: sed non possunt duo insolidum determinatè habere ius eiusdē rei: sed in Dauid per vnctionem fuit translatum totū ius regni: ergo Saul iam carebat iure regni, cùm simul non posset esse in utroque: non fuit tn̄ de facto spoliatus, vel priuatus regno, qa semp ipse possedit regnū, dum vixit: hoc aūt non fuit sine ꝓuidentia Dei, & ꝑmissione, vt melius res gererētur. De⁹. n. diffinierat, ꝙ Dauid regnaret post Saulē: si autē immediatè, vt peccauit Saul, priuatus fuisset regno de facto, & constitutus fuisset Dauid in regem, orta fuissent scandala multa: nam Saul possidebat: & siquis conaretur eum spoliare regno, vel pro rege se gereret, Saul persequeretur eū nimis, qa ipse adhuc possidebat totū regnū: ex quo
G grauis seditio, & bella acerrima orirentur in Israel: quod patet quia Saul ex eo solùm, ꝙ suspicatus est, ꝙ Dauid esset post eum regnaturus, vel ꝙ populus vellet ei dare regnū, ꝑsecutus est eū nimis in desertis, & montib⁹, & cauernis: quousq; ꝯpelleret eū fugere de terra Israel ī terrā Philisthijm, vt patet inf. a cap. 20 vsq; ad 27. quantomagis igitur ꝑsecutus fuisset eū, si Dauid nominasset se regem, vel pro rege se gessisset? non decuit ergo ꝙ Saul viuens spoliaretur regno. Itē factum est hoc, ne daretur populo exemplum repugnandi regibus: nam si Deus abstulisset Sauli viuenti regnū ꝑ pc̄tm̄, populus qn̄ non libenter acciperet regē suū, haberet exemplum ad hoc, ꝙ interdū conaretur regē suum deponere ꝑ veris
H delictis, interdū aūt pro fictis: sed quomodocunque est causa seditionis magnæ si populo detur audacia ad deponendū reges, quia melius est regem iniquū tolerare, si non sit per oīa iniquus, ita vt sit intolerabilis, q̄ nouum cōstituere, quia in ꝯstōne noui regis plura forte erūt scandala, q̄ damna forent in toleratione prioris. Potissime quia dabitur populo occasio modicū obediendi regibus, cū sciant se faciliter posse deponere reges: & sic assuescerent ad nō viuendum sub aliqua ptāte, quod oīum pessimū est. Est. n. melius sub quacūque viuere ptāte, ēt si pessima sit, quàm sub nulla, quia inestimabilia dāna sunt, quæ sequūtur nullo dato principatu. Simile. n. dicit Aristo. 2. Politię de legibus, ꝙ non est vtile politię mu-
I tare legem quandocunque inueniatur alia melior: sed melius est tolerare legē iniquā, q̄ īducere nouā, ēt si bona sit: nisi prior pęnitus iniqua fuerit: qa magis nocebit qđ mutatum est, q̄ ꝓderit qđ introductū est: qa per frequentem mutationē legū assuefit populus ad non obediendū alicui legi. Hoc autem peius est, q̄ pessimas pati leges: vtilior. n. est politiæ lex pessima, q̄ nulla. De hoc. 2. Politiæ. cap. de politia Hippodamij Erifontis. Ad tollendum ergo hęc scādala, Deus noluit, ꝙ Saul viuens spoliaretur regno. Item hoc factum est ad magnam Dauid vtilitatem: nam ipse regnaturus erat super toto Israel post Saulem, sed non erat ipse aptus ad regnādū eo tp̄e, quo Saul peccauit: nā erat adhuc puer, & pascebat greges, vt patet sequenti. cap. non habebat ergo doctri-
K nam principādi, nec aptabantur mores pastorū regio statui. Potissime, quia puer & inexpertus tunc erat, quod non conuenit in illo, qui accipitur in regem non per successionem, sed propter probitatē. Viuente autem Saule, Dauid vocatus est ad palatiū regis, & ibi conuersatus in familiaritate regis instructus est ad regios mores. Factus quoq; est princeps exercitus Saulis, in quo accepit doctrinam pugnandi atque principandi, ita vt in anno, quo mortuus est Saul, ipse iam esset conueniētis ætatis, & maturæ ad regnandum, & haberet omnem doctrinam, quæ ad probitatem regiam expediebat: erat namque tunc annorum triginta, vt patet infra secundo

do libro. cap. 5. Item fuit valde conueniens, ꝙ prius moreretur Saul, quàm regnaret Dauid, & non fieret rex immediatè, vt Saul peccauerat: quia difficillimum est sola violentia, & tyrannide regnum acquiri: sed adhuc difficilius est sic gubernari: Dauid autem si immediatè, vt Saul peccauit, assumptus fuisset in regem, erat cunctis incognitus, & consequenter a nullo dilectus: nam nulla adhuc eius probitas apparuerat, propter quam diligi deberet. Multi autem, imò ferè totus populus diligebat Saulem: difficile ergo fuisset, ꝙ acceptaretur in regem viuente Saule. Per amorem autem, & obsequia regnum facilius obtinetur, & facillime conseruatur: sic enim fuit in Dauid dum viueret Saul: nam ipse erat constitutus Dux belli, & a principio deiecerat Goliath Gethæum: infra c. 17. Et postea faciebat omnia bella cōtra Philisthinos pro Israel, infra cap. 18. & 19. & tunc intantum conciliauit sibi populi amorem, vt mortuo Saule, & filio eius Isboseth eo non petente regnum, omnes viri Israel venirent ad Dauid petentes eum in regem, & dicentes: ecce nos os tuū, & caro tua sumus, sed & heri, & nudiustertius cū esset Saul rex super nos, tu eras educens, & reducens Israel &c. Et sic vnxerunt eū in regem propter beneuolentiam, quod nequaquā accidisset Dauid, si constitui debuisset in regem immediatè vt peccauit, sed maneret vsque ad mortem in illo. Factum est tamen in Dauid, & Saule, sicut in pupillo, & tutoribus, & curatoribus. Manet enim pupillus sub tutoribus, & curatoribus vsque ad tempus præfinitum a lege; quando iam ipse sciat disponere bona sua, tunc desinit esse officium tutorum, & curatorum: sic autem fuit in Dauid: nā tpe, quo peccauit Saul ipse erat paruulus, & inexpertus, & ad regnum ineptus: cùm autem procedente tempore ipse factus est ætatis maturæ, scilicet annorum 30. & disciplinæ conuenientis ad principatū, occidit Deus Saulem transferens regnū in Dauid: nam multis diebus adhuc potuisset regnare Saul, nisi Deus tradidisset eum in manus hostium, quia quādo mortuus est erat vir fortis, & in bello ferox.

Dixitq; Saul ad Samuelem. Hic ponitur pœnitentiæ simulatio. Et diuiditur in duo: quia primò ponitur Saulis ficta humiliatio, secundò Samuelis aliqualis condescensio ibi. *Reuersus ergo.* Circa primum dicitur, ꝙ Saul aliqualiter cognouit peccatum suū. Et dicunt doctores, ꝙ ista pœnitentia fuit ficta, quia non fecit hoc Saul, quasi contereretur de malo qđ egerat, sed propter aliam causam.

An Saul pœnituerit verè, vel fictè, quando dixit peccaui. Quæst. XXVIII.

QVAERETVR autem circa hoc, an ista pœnitētia fuerit ficta, nam ex verbis videtur esse vera, quia dixit hic Saul: peccaui, quia præuaricatus sum sermonem Domini, & verba tua. Respondendum est, ꝙ ista pœnitentia fuit ficta: nam si Saul verè doluisset, ꝙ peccauerat, cùm ante hoc ipse conscius esset sibi delicti sui, doluisset: semper tamē excusauit, & ad vltimum defendit, dicens, se non fecisse illicitū: nunc autem cùm cōfessus fuerit, videtur ꝙ fecerit propter aliquam vtilitatem quam ex hac confessione consequi intendebat. Item patet quia dixit hic, ꝙ fecerat hoc timens populum, & obediēs voci illus. Sed hoc manifestè falsum est: nam ipse nō timebat populum cùm non esset subiectus, sed potius timebat eum populus, quia erat subiectus illi: nam non solùm nunc, quando Saul dominabatur confirmato regno populus timebat eum, sed etiam

A a principio antequam confirmatum esset regnum eius timuit eum populus, vt patet supra capit. 11. Nec valet, si dicas, quòd populus cupiditate prędę non obediuit Sauli, & si repugnaret Saul illis semp contraria iubens opprimerent eum: nam si Saul vero corde voluisset mandatum Domini exequi, nullus de populo auderet ei resistere quamquam nimis concupisceret prædam, quia Deus incuteret timorem illis, vt non resisterent Sauli: sic enim factum est in principio regni Saulis, quando populus nondum plenè obediebat ei: nam cùm vellet pugnare contra Ammonitas, audito clamore virorum Iabes, insilijt in eum spiritus Domini, & diuisit vtrūque bouem in frusta, misitq; per omnes terminos

B Israel, vt omnes conuenirent ad bellum: tunc autē dicitur ꝙ inuasit timor Domini populum, & egressi sunt quasi vir vnus, vt patet supra cap. 11. Sic ergo nunc si Saul motus fuisset recto corde ad custodiā legis Dei, totus populus tremuisset coram eo, quia īuaderet eos terror incussus a Domino, nec auderēt resistere imperanti: non tamē desiderauit Saul obseruare mandatum Domini: ideo nec populus seruauit. Sic patet supra vbi ponitur principaliter Saul actor huius delicti cùm dicitur: Et pepercit Saul, & populus Agag, & optimis gregibus ouium, & armētorum. Allegauit tamen hic, ꝙ hoc permiserat timore populi, ergo pœnitētia ista erat ficta propter aliquam vtilitatem, quā inde consequi expectabat.

C *Tribus rationibus confessus est Saul se peccasse. Quæstio XXIX.*

QVAERETVR vlterius, q̄ vtilitas erat ista, propter quā Saul ꝓfessus est se peccasse, quia aliàs confessurus non erat. Respondēdum est quòd hoc fecit propter tria. Primò, vt honoraretur coram populo: erat enim Saul in statu regali: ideo desiderabat honorem cōuenientem illi statui: & quia ipse veniebat tunc de bello, ad hoc ꝙ daretur ei fauor debebat cum eo propheta ire ad adorandū Dominum: & quia si persisteret in contumacia sua, Samuel non reuerteretur cum eo, confessus est se peccasse; quod patet ex litera. s. peccaui, quia præuaricatus sum sermonem Domini, sed nunc quæso porta peccatum, & reuertere mecum, vt adorem Dominū. Iterū inf. dicitur: peccaui; sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israel, & reuertere mecum, vt adorem Dominum Deum tuum. Samuel autem nolebat ire cum Saule, quāq̄ confessus fuit peccatum; quantomagis si non confessus fuisset peccatū? ad vltimū tamen ꝯdescendit venire cum eo, quia ꝯfessus fuerat peccatū. Secunda vtilitas erat, vt Saul non vituperaretur, vel increparetur a Samuele coram populo: nam præter peccatū, quod primò fecerat in bello contra Amalec, adhuc addebat istam iniquitatē, ꝙ in pertinacia sua persistebat, & pro hac increpaturus erat Samuel nimis Saulem, nisi destitisset: nā iam inceperat, supra

E eum arguere. Videns ergo Saul, ꝙ Samuel non cessaret ab increpatione nisi ipse ꝯfiteretur peccatum, credidit sibi ꝯueniens esse ꝯfiteri illud, sic patet in litera. s. peccaui, quia ꝑuaricatus sum sermonē Dñi, sed nūc quæso porta pctm̄, i. rogo te, vt toleres peccatum meū non increpando me coram multitudine. Sic etiam dicitur infra, peccaui, sed nunc honora me coram senioribus, i. non dehonores, vel non increpes me coram senioribus. Tertia, & maxima vtilitas erat, quia Saul viderat, quod Samuel dicebat ꝙ Deus abiecerat eum ne regnaret: timuit ergo, ꝙ si persisteret in pertinacia sua, Samuel vellet constituere alium in regem, & quia totus populus

lus fauebat Samueli, si ille iuberet alium eligi in re-
gē populus eligeret, & sic priuaret ipse regno, ideo
ne careret illo, voluit confiteri peccatum suum ali
qualiter in voce.

An si Saul pœnituisset verè, fuisset reuocata sententia de priuatione regni lata à Deo contra ipsum. Quæst. XXX.

QVAERETVR vlterius, si Saul pęnituisset
verè: an pęnitentia illa profuisset sibi, & fuisset
sententia reuocata, scilicet quòd maneret in regno
ipse, & posteri sui. Respondendum est, quòd id qđ
Deus fieri debere iudicat irreuocabile est, quia vo-
luntas Dei immutabilis est, & quia Deus diffinie-
rat, quòd Saul priuaretur regno pro se, & posterita
te sua, non erat mutabile, vt regnum reciperet: sic
dicitur infra. Porro triumphator in Israel non par-
cet, & pœnitudine non flectetur. Sed tunc ali-
quis dicet, quòd verè pęnitere nihil magis proficit,
quàm nullo modo pœnitere, quod falsum est, &
absurdum valde. Respondendum est, ꝙ vera pęni-
tentia semper, & in quocunque statu sęculi, & pro
quibuscunque delictis profuit: quia quacunque
hora iniustus pęnituerit, Deus non recodatur pec-
catorum illius, vt patet Ezech. cap. 18. ideo si pęni-
tuisset verè Saul, profuisset sibi pœnitentia quantū
ad culpam, sed non quantum ad pœnam, scilicet
quòd culpa, quam induxerat in peccato belli Ama
lec, non imputaretur sibi, & iam non moreretur in
peccato mortali, quod futurum erat, si nunquam
verè pęniteret, pœna tamen non reuerteretur, s. qa
posteri sui semper carituri erant successione regni.
Nec est inconueniens ꝙ aliquis verè pęniteat, & nō
obtineat remissionē quantum ad pęnā: sic enim de
multis accidit: sic patet de Esau, qui vendidit pri-
mogenita sua, postea autem doluit, & cum lachry-
mis petiuit restitutionem illorum, sed non habuit
locum pœnitentię: sic patet ad Heb. cap. 11. scilicet
nequis sit fornicator, aut prophanus, vt Esau: qui
propter vnam escam vendidit primogenita, scito-
te enim, ꝙ postea cupiens hęreditare benedictionē
reprobatus est: nō enim inuenit pœnitētię locum,
quamquam cum lachrymis inquisiuisset eum. Sic
ēt patet de Moyse, qui ꝓpter ea, quæ fecit ad aquā
contradictionis, diffinitum est, ne intraret in terrā
Chanaan: postea autem orauit Dominum, vt per-
mitteretur illuc intrare, sed non obtinuit, quin po
tius dixit ei Deus: nequaquam loquaris vltra ad me
de hac re, Deu. cap. 3. Sic etiam fuit de Antiocho ꝓ-
phano, qui incidit in grauem morbū propter ma-
la, quæ fecerat in Ierusalem, & dolens de illis polli-
cebatur se multa bona facturum eidem vrbi, & om
nibus Iudæis, sed non potuit obtinere, vt patet. 2.
Macha. c. 9. s. Orabat scelestus Dominum, a quo nō
esset misericordiam consecuturus. Nec valet si quis
dicat, quòd isti non verè pęnitebant, ideo non me-
rebantur exauditionē, quia licèt hoc posset aliquali
ter intelligi de Antiocho, qui timore pęnę instātis
hoc faciebat. Sed de Moyse nemo poterit dicere,
quin verè pęnituerit: ipse tamen non obtinuit ve-
niam de pœna, quia Deus diffinierat contra ipsum:
sic ergo quamquam Saul verè pœniteret, tamen
non obtineret veniam, quantum ad pęnam, sed ob
tineret quantum ad culpam. Nunc autem per istā
fictam pęnitentiam, nec obtinuit quantum ad pę-
nam, nec quantum ad culpam. *Peccaui quia præuarica
tus sum sermonem Domini*, scilicet quia iussit Deus, vt
destruerem omnia, quæ pertinebant ad Amalec, &
non destruxi. *Et verba tua.* i. etiam præuaricatus
sum verba tua. Ad idem pertinet, quia verbū Do-

Vera pęnitentiā licet nō ꝓficiat quo ad pęnā, ꝓdest quo ad culpā.

F mini, & verbum Samuelis idem erat: dicitur tamē
ꝙ Saul præuaricatus est verba Samuelis, quia verba
Domini proposita fuerunt Sauli per Samuelem: &
sic idem verbum erat Domini, & Samuelis. *Timens
populum, & obediens voci eorum.* i. non feci hoc spōte, sed
timore populi, qui erat magna multitudo populi. s.
210. milliū, & omnes erant inclinati ad prædā, ego
aūt non poteram compescere eos, & ob hoc obedi
ui voci eorum. Sed hoc falsum erat, quia non fecit
timore populi, sed cupiditate: ipse enim ita cupie-
bat spolia, sicut populus: vnde dicitur sup. ꝙ Saul,
& populus pepercit Agag, & optimis gregibus o-
uiū, & armentorū: nam si desiderasset Saul seruare
mandatum Domini, Deus incussisset timorem Is-
G raelitis, ne quis auderet resistere verbo eius. *Sed nunc
quæso porta peccatum*, idest verum est, quod ego pecca-
ui, sed rogo te ꝙ portes peccatum; quod dupliciter
intelligitur. Vno modo porta peccatum, idest por-
ta super te. s. accipiendo curam orandi Dominum
pro illo, vt remittatur: & in hoc volebat Saul, quòd
oraretur pro peccato suo; sic autem dicitur, quòd
sacerdotes portant peccata populi. i. accipiunt su-
per se curam orandi ad Dominum pro remissione
illorum, sic patet Exo. ca. 28. s. Portabitque Aaron
iniquitates eorum, quæ obtulerunt & sanctificaue-
runt filij Israel. s. Aaron, qui erat sacerdos magnus
suscipiebat curam orandi pro omnibus peccatis,
pro quib⁹ aliquid sibi offerebatur. Aliter potest in-
H telligi porta peccatum, idest tolera illud. s. verum
est, quòd ego peccaui, & pro hoc peccato merebar
magnas increpationes, sed nunc rogo te ꝙ portes
.i. toleres peccatum meum. s. non increpando me
pro illo, & iste est melior sensus: nā in f. dicitur, pec-
caui, sed nunc honora me coram senioribus. i. ego
peccaui, & merebar pro peccato dehonorari, tamē
ego rogo te ꝙ honores me coram senioribus. *Et re
uertere mecum, vt adorem Dominum.* Hoc petebat Saul
ad significandum fauorem suum. s. propheta locu-
tus fuerat regi semoto a populo. s. quia nemo vide-
bat nunc verba increpationis huius: & antequam
rex recederet de Galgalis adoratur⁹ erat Dominū:
si autem propheta, qui cum eo erat ibi, non iret cū
I ipso ad adorandum Dominum, sed quasi furibun-
dus inde recederet, satis appareret peccauisse Saulē,
& ob hoc fuisse contemptum a propheta: orauit er
go vt rediret cum eo ne pęnitus videretur contem
ptus coram senioribus populi: & hoc est quod inf.
orauit. s. peccaui, sed nunc honora me coram senio
ribus. s. redeundo mecum. *Et ait Samuel ad Saul.* Erat
enim Samuel indignatus nimis Sauli, quia peccaue
rat contra Dominum, & postea defendebat pecca-
tum, ideo nolebat honorare eum, sed zelo Dei cō-
motus abijciebat tanquam magnum peccatorem,
nec dignabatur eum, vt regem honorare. *Non reuer
tar tecum.* s. Samuel, & Saul recesserant aliquantulū a
reliqua turba, vt non audirent̄ increpationes, quas
K faciebat Samuel ad Saulē: & finitis his recedere vo-
lebat Samuel nimis iratus propter peccatum, et per
tinaciam Samuelis, vnde relinquebat̄ Saul solus.
Hoc autem erat dedecus Sauli, ideo orauit Samue-
lem, vt iret cum eo vsque ad locum, in quo erat re
liqua turba, & ad locum altaris, quia ibi adoraturus
erat Dominum. Samuel autem dixit: Non reuertar
tecum, eo quòd tunc erat nimis iratus.

Quō intel-ligit̃ porta pec-tum.

Samuel an peccauerit eundo cum Saule mentiendo, quia dixit se non iturum. Quæst. XXXI.

QVAERET aliquis, an Samuel mentitus fue-
rit hic, siue peccauerit, quia dixit ꝙ non re-
uerte-

uerteret, & postea reuersus est, vt patet inf. s. Reuersus ergo Samuel secutus est Saulem. Respondendū est ꝙ Samuel non peccauit: nam si ipse intellexisset, ꝙ peccabat eundo, postquam dixit, ꝙ non iret non iuisset, quia nemo cogebat eum, cùm Saul non iuberet ei quicquam, sed potius oraret, & quamquā dixit hic, ꝙ non iret non peccauit postea eundo, qa hoc non dixit significando id, quod ipse facere intēdebat, sed significans quid mereretur Saul sibi fieri s. ꝙ propter peccatum eius merebatur, ꝙ non honoraretur tamquam Rex. Et hoc intendit litera sequens. s. non reuertar tecum, quia proiecisti sermonem Domini, & proiecit te Deus, ne sis Rex super Israel: intendebat tamen Samuel venire propter aliquod bonum, quod inde secuturū erat. s. ꝙ impleret iustitiam Domini: & sic factum est, quia quādo rediit, petiuit exhiberi sibi regem Amalec, & trucidauit eū, vt patet inf. ideo non mentiebat, nec peccabat, quia non agebat contra id, quod mente gerebat. Sic enim fuit de Christo, quando apparuit duobus discipulis euntibus in castellum Emmaus: nam dicitur ꝙ finxit se longius ire: Luc. 24 c. Christus tamen nihil finxit, sed visus est discipulis fingere, ꝙ iret longius. Sic ait Greg. super locū illū. s. nihil simplex veritas per duplicitatem egit: sed talis in oculis eorum apparuit, qualis in mentibus eorum erat. Aliter potest dici, ꝙ Samuel locut⁹ fuit ista animo nondum deliberato, & quia non erat istud, quod facere intendebat, non peccabat, nec mentiebat contrariū faciendo. Aliter potest intelligi ꝙ Samuel dixit, ꝙ non iret cū eo. s. immediatè, vel in illa hora, sed non negauit, quin postea ascendere vellet: sic. n. factū est de Christo Io. c. 7. nam cognati sui dixerūt ei, ꝙ ascenderet ad diem festū: ipse autem dixit, vos ascendite ad diem festum hūc, ego aūt non ascendā ad diem istū. Sequit tamen postea, ꝙ ipse ascenderit cū dicitur: vt autem ascenderūt fratres eius, tūc ipse ascendit ad diem festum. Sed intelligitur ꝙ iste non ascensurus erat. s. immediatè, & quando ipsi dixerunt, non negauit tamen, quin postea ascendere vellet. Quod patet ex verbis suis ibi. s. Vos ascendite ad diem festum, quia tempus meum nondū impletum est. s. tempus, quo ego ascendere debeo, & quia postea completū est tempus eius, ascendit. Vel intelligitur, ꝙ non ascenderet ad diem festū, eo modo, quo illi volebant, quia illi volebant, ꝙ ascenderet publicè, & faceret miracula magna ad ostensionem famæ suæ, vt patet præal. c. s. dixerunt ad eum fratres eius: transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua, quæ facis: nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærit ipse in palam esse: si hęc facis, manifesta te mundo. Ad hanc aūt intentionem Christus ascendere nolebat, sed valde in occulto: ideo dixit ꝙ nō ascenderet. s. eo modo, quo illi volebant. Et hoc patet ibi in littera, s. vt aūt ascenderunt fratres eius, tūc & ipse ascendit ad diē festū nō manifestè, sed quasi in occulto: ita ergo de Samuele fuit. s. dixit ꝙ nō iret cū Saule idest immediatè non iret, sed non negauit quin postea iret: & sic factum est, quia cùm super hoc aliquantulum disceptasset ad vltimum flexus Samuel iuit cum Saule. *Quia proiecisti sermonem Domini, & proiecit te Deus, ne sis rex Israel.* i. non ibo tecum, quia proiecisti sermonem Domini. q. d. ego non ibo tecū, quia tu petis, vt eam tecum, & honorem te sicut regem: ego autem non faciam, quia Deus abiecit te, ne sis rex super Israel, idest ego etiam abiicio te. s. ꝙ nolo te honorare, sicut regem. Quia aūt Deus abiecerit eū, satis apparet sup. & ista fuit abiectio diffinitiua: sicut inf. significat Samuel. *Et conuersus est Samuel, vt*

A *abiret.* s. nolebat reuerti cū Saule ad honorandū eū, sed voluit ire in terram suam, & relinquere Saulē solum. *Ille autem apprehendit summitatem pallii eius.* s. Samuel recedebat, & vt Saul teneret eū apprehendit summitatē pallii Samuelis. *Quæ scissa est.* Quia Saul tenuit violenter palliū Samuelis, Samuel quoque impetu facto recedebat: scissa est quædam pars pallii Samuelis. In littera hebraica est hic ambiguū qs sciderit vestimenta alterius. Aliqui hebræi dicunt, ꝙ Samuel scidit vestimenta sui ipsiusmet: & hoc in signū doloris. s. quia dolebat nimis de peccato Saulis, & ꝙ Deus abiecerat eum. Apud antiquos autē mos erat alicui sustinenti magnum dolorē propter iniuriam, quæ sibi fiebat, vel alteri, vel Deo, scindere vestimenta: sic summus sacereos Caiphas, quando Christus respondit, ꝙ viderent filiū hominis sedentem a dextris Dei, quasi blasphemasset, scidit vestimenta sua. Sic patet Mat. c. 26. iste sensus non stat, quia si Samuel scindere voluisset pallium suū ī signū doloris magni, scidisset a principio. s. quando venit ad Saulem, vel postea quando Saul erat in magna pertinacia, quia tunc erat peccatum suum maximū: nunc aūt aliqualiter leniri videbat, eo ꝙ Saul confessus fuerat illud: ideo non habebat occasionē scindendi nunc palliū suū. Item si scidisset Samuel vestimenta sua, hoc fuisset a summo vsq; deorsum, quia iste erat modus scindendi antiquorum: scidit tamen solùm extremitatem pallii, ideo non fiebat scissio ad hęc. Alii dicunt ꝙ Samuel scidit vestimēta Saulis, & per hoc dabat ei signum, quia ille vir, q vestimenta eius aliquādo scinderet regnaturus erat post eū. Hoc enim fecit Dauid: nam cùm introisset Saul in quandam speluncam, in qua latebat Dauid, scidit Dauid oram chlamidis Saulis, & post hoc dixit Saul: & nūc scio certissime, ꝙ regnatur⁹ sis, & habiturus in manu tua regnū Israel. s. per hoc ꝙ scidisti oram chlamydis meę: sed adhuc iste sensus non propriè significatur a littera hebraica: ideo hebręi magis sequuntur alium sensum, quem littera nostra facit: s. ꝙ Saul scidisset pallium Samuelis, & hoc vt retineret eum: sic ait Iosephus 6. Antiqui. s. Saul aūt volens retinere Samuelem apprehendit eius palliū violenterq; tractū, eo ꝙ Samuel impetu facto discederet vestem eius diripuit. *Et ait Samuel ad eum.* s. locutus est ad Saulem post scissionem pallii. s. ꝙ Saul regno cariturus esset. *Scidit Dominus regnum Israel a te hodie.* i. sicut tu scidisti pallium meū, ita Deus scidit regnum tuum. Non est sensus ꝙ scidit. i. diuisit. s. in duas partes, vt maneret vna Sauli, & alia trāsiret ad aliū regem, sicut factū est tempore Roboam, quando diuisum est regnum Israel in duo regna: sed dr̄: scidit. i. abstulit, quia totaliter ablatum est regnum de manu illius, sicut sup. declaratum est. Sciendum autem ꝙ Samuel non dixit ista ex ira. s. quia sciderat Saul pallium eius, ꝙ ipse diceret ꝙ Deus sciderat regnum illius, sed dixit hoc a Deo motus. Aliquādo enim Deus volebat ꝙ prophetę in solis verbis prophetarent. Aliquando autem volebat quòd permitterentur quædam signa ex operibus eorum, & quòd significaretur id qđ dicturi erant. Sic fuit de Isaia, cui iussit Dn̄s, vt nudus, & discalceatus ambularet per vrbem Ierusalem ad significandum captiuitatem Aethiopū, & Aegyptiorū per tres annos sub Nabuchodonosor: in quo tēpore illi essent nudi, & discalciati, Isa. ca. 20. Sic etiam Iere. prophetauit. Nam fecit Deus ꝙ Ieremias faceret sibi vincula linea, & mitteret ad regem Amon, & Tyri, & Sidonis, & Edom, & Moab & Sedechiam, ad significandum per hoc ꝙ captiuandi essent a Nabuchodonosor, Iere. ca. 27. Simile est Iere. cap. 1. & 18. & in multis

Mos scindendi vestimenta.

(B, C, D, E — marginal section letters)

tis locis Ezechielis. Sic autem ad significandum, ꝙ regnum abscindendum erat a Saule præcessit pallij scissio.

An conuenienter per scissione pallij Samuelis significata fuerit ablatio regni a Saule. Quæst. XXXII.

Ablationes regnorum, captiuationes, & mutationes cõmuniter designanť per aliqua signa.

QVAERET aliquis, an conuenienter per scissionem pallij significata fuerit ablatio regni de manu Saulis. Respondendum est primò vniuersaliter, ꝙ ablationes regnorum, & captiuationes, & mutationes, vt communiter in scriptura designantur per aliqua signa: & non solùm in voce prophetica scilicet, quia in prænunciatione aliarum rerum aliquando prophetæ solùm enunciant illas res, & præmittunt aliqua signa in operibus suis, per quæ cõiecturari possit qd dicturi sunt. In captiuationib⁹ aũt, & mutationib⁹ regnorũ, vt communiter, licèt fiat prænunciatio in verbo, tñ ẽt premittitur signũ aliquod: sic enim fuit in captiuitate Aegyptiorum, & Aethiopũ, quam Isaias nuditate sua designauit: sic etiam in captiuitate regnorũ Moab, & Ammõ, Edom, Tyri, Sidonis, & Iudæ per vincula linea Ieremiæ, vt patet Iere. ca. 27. sic etiam a principio captiuitas iudæorum a Babylonis designata est ꝑ virgam vigilantem: nam dixit Deus Iere. quid tu vides Ieremia, & ille dixit virgam vigilantem ego video: & dixit dominus: bene vidisti, quia vigilabo ego super verbum meum, vt faciam illud: & iterum dixit, qd tu vides: & ille dixit: ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. Et dixit Dominus: ab Aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terræ. Et declaratur hoc ibi immediatè de captiuitate Babylonica, Iere. c. 1. Fuit quoque designata ista captiuitas, & mutatio regni per lumbare, quod possedit Iere. & posuit illud in foramine petrę apud Euphratem, reperitq; putridũ, Ier. 13. Sic ergo hic, cùm ageretur de translatione regni conueniẽs fuit designari per aliquod signum, & postea verbis prænunciari. Nunc autem dicendum, quòd nõ solùm conuenit prænunciari istam ablationem regni in aliquo signo, sed etiam ꝙ significaretur in scissione pallij. Nam sic Deus consueuerat repręsentare mutationem regni, siue quãtum ad eum, à quo regnum transibat, siue quantum ad illum, in quem transibat: sic enim factum est, qñ Deus voluit diuidere regnum Israel in duas partes: nam Abias sylonites propheta Domini reperit in agro Ieroboam, & coram eo scidit pallium suũ in 12. partes: deditq; 10. ipsi Ieroboã, designãs in hoc, ꝙ de 12. tribubus Israel 10. trãsituræ erant ad Ieroboã, & duæ mansuræ cum filijs Salomonis, infra 3. lib. c. 11. Hic autem signabatur translatio regni, ideo conuenienter designata est per scissionem pallij: Scidit autẽ ipse Saul pallium ad signandum, ꝙ ipse pręstabat causam abscissionis regni, scilicet, quia propter peccatum suũ fiebat. *A te hodie.* idest regnum hodie scinditur a te, scilicet hodie est diffinitiua sententia de scissione regni contra te. Sed aliquis dicet, ꝙ non fuit nunc scissum regnum à Saule, sed quando non expectauit, 7. diebus Samuelem in Galgalis, vt patet supra ca. 13. cùm dixit Samuel ad Saulem: stultè egisti, nec custodisti mandata Domini, quod si non fecisses iam nunc pręparasset Dominus regnum tuũ super Israel in sempiternum, sed nequaquam vltra regnum tuũ consurget. Respondendum est, ꝙ ibi abscissum est regnũ Saulis, scilicet, quia ipse merebatur, ꝙ auferretur. Vnde si postea nõ peccasset Saul non fuisset ablatum regnum, vt ibi satis declaratum est: nũc autẽ diffinitiuè auferebatur regnũ Saulis, ideo etiã

Scissio pallij Samuelis fuit signum ablationis regni a Saule.

F si postea nunquam peccaret, regnum auferendum erat: imò dato, ꝙ verè pęnituisset, non profecisset ad hoc, ꝙ relinqueretur ei regnum, vt supra declaratũ est: ideo hodie scindebatur regnum, scilicet diffinitiuè. *Et tradidit illud proximo tuo.* s. tradidit Dauid, vt iam regnaret, & Saul esset reprobatus cum posteritate sua. Vocatur autem Dauid proximus Saulis, quia quilibet de populo erat proximus Saulis.

Quare Samuel non expressit, quòd regnum esset traditum Dauid. Quæst. XXXIII.

QVAERET aliquis, quare Samuel non dixit hic, tradidit illud proximo tuo Dauid. Ali-
G quis respondebit, ꝙ non expressit nomen Dauid, quia nesciebat illud, sed solùm, ꝙ Deus tradebat alteri reprobando Saulem. Sed contra hoc aliquis dicet, ꝙ Samuel sciebat, quia iterum expressit hoc, vt patet infra, ca. 28. scilicet. Faciet tibi dominus, sicut locutus est in manu mea, & scindet regnum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid. Respondendum est, ꝙ Samuel non expressit hic nomẽ Dauid propter duo. Primò, quia ignorabat illud: nam prophetæ quantum ad res supernaturales, quæ eis reuelãtur nihil plus sciunt, quàm reuelatur. Samueli aut reuelatum erat, ꝙ Deus transferebat regnum a Saule in alterum, sed non reuelauerat in quem, iõ nesciebat Samuel exprimere nomen. Sic fuit supra
H c. 13. cùm dixit, sed nequaquam vltra regnum tuũ consurget, quęsiuit enim Deus sibi virum iuxta cor suum, & præcepit ei, vt esset dux super populũ suũ: non expressit autẽ nomen. Quòd aũt nesciret illud patet, quia quando Deus misit Samuelem ad vngẽdum in regem vnum de filijs Isai, nesciebat Samuel quis erat, ideo fecit corã se duci oẽs filios eius, & de quolibet q̄rebat a Deo an ille esset, quẽ vngere debebat, vt patet sequen. c. si autẽ sciuerat determinatè vnxisset Dauid. Cùm autẽ arguitur, ꝙ Samuel hoc sciebat, quia nominauit illum infra. ca. 28. Respondẽdum est ꝙ hoc fuit multo tempore post vnctionem Dauid: per vnctionem autẽ cognouit Samuel, ad quem transibat regnum. Secunda causa
I fuit, vt non suscitaretur persecutio, vel mors Dauid: nam dato, ꝙ cognouisset Samuel quis iste erat non expressisset, quia si sciuisset Saul, ꝙ ad Dauid debebat transire regnum, immediatè fecisset eũ iugulari: nam si pro sola suspitione tam acrem suscitauit in eũ persecutionẽ, quid acturus foret si certissimè cognouisset? non decuit ergo exprimi Dauid.

An hodie tradiderit Deus regnum Dauid. Q. XXXIIII.

QVAERETVR vlterius, qũo dr̄ hic, ꝙ Deus tradidit hodie regnũ proximo Saulis, scilicet, Dauid: nã tradere erat, vel de facto, vel de iure, siue quantum ad titulum, siue ad possessionem: neutrũ
K tamen traditum fuit nunc Dauid. Non quidem possessio, quia Saul possedit tota vita sua: nec etiam fuit traditum regnum quantum ad ius, quia ius, vel proprietas tradebatur per vnctionem. Non fuit tamen Dauid illa die vnctus, sed aliquanto tempore post, ideo neutro modo ttaditum est sibi regnum. Respondendum est, ꝙ non accipitur hic ꝓpriè tradere: sed dicitur, ꝙ tradidit, idest disposuit tradere, & qa ista dispositio erat diffinitiua, & ꝑ hoc erat immobilis, tantum erat, ac si tradidisset, supra autẽ ca. 14. quia non erat diffinitum contra Saulem, nõ dicitur, ꝙ Deus tradiderat regnum alicui: sed ꝙ quæsiuerat virum iuxta cor suum. *Meliori te.* idest proximus tuus iste, cui traditur regnum melior te est: ideo

ideo non est iniustum, quòd tradatur ei regnum. Sed aliquis arguet, quòd Saul esset melior, quàm Dauid, quia dicitur sup. c. 9. quòd Saul erat electus, & bonus, & non erat vir de filijs Israel melior illo. Respondendum est, quòd a principio cum assumptus est in regem, non erat aliquis melior illo: nunc tamen multi erant meliores, imò iã Saul non erat bonus, quia reprobatus erat tanquam iniquus. De bonitate autem Dauid, & Saulis, quomodo se haberent sup. c. 9. satis declaratum est. *Porro triumphator in Israel non parcet.* i. Deus qui est triũphator in Israel, idest vincit omnia bella pro Israel non parcet. s. iniquitatib⁹ tuis. In hoc tollit Samuel Sauli occasionẽ orandi, vt pro peccato suo oretur: nam Saul ista videns forte peteret, ꝙ Samuel oraret pro eo ne auferretur regnum. Respondet autem Samuel hoc esse superfluum, quia quamquam oret, Deus nõ parcet. Nam triumphator in Israel non parcet. *Et pęnitudine non flectetur.* i. non inclinabitur per pœnitentiam. Pęnitere enim pertinet ad eum, qui iudicat se iniuste egisse, & recedit ab opere. Deus autem nõ flectitur pœnitudine, quia nihil male agit. Sciendum autẽ ꝙ duo sunt modi, quibus aliquis flectitur, vel recedit ab eo quod fecerat, vel cogitauerat. Primus est, si quod fecit iustum est, est tamen aliqualiter durum. Secundus modus est, si opus iniustũ est. Primo modo flectitur aliquis per misericordiam, mansuetudinem, vel clementiam. s. quando iustè poterat punire, & remittit totaliter, vel quantũ ad aliquid. Secũdo modo flectitur aliquis pęnitudine, siue pœnitentia, quia sciuit opus suum malũ esse, & pœnitet, ꝙ illud agere aggressus fuit. Vtrũq; autem modum excludit hic Samuel a Deo. Primũ cùm dicit: triũphator in Israel. s. per misericordiam. Secundum cùm dicitur: & pœnitudine non flectetur. s. non cessabit per pœnitentiam, tamq̃ de malo: ideo nullo modo mutabit sentẽtia. Dat immediate rationem hui⁹. s. *Nec est homo vt agat pœnitentiam.* i. Deus, non est sicut homines, quos interdum pęnitet eorũ quę egerũt, scilicet quia iniuste egerunt, vel disposuerũt. Deus autem non est sicut homo, qui peccare possit, ideo non potest pœnitere de opere malo, & per hoc sententia eius est immutabilis.

Quomodo dicitur hic, quòd Deus non flectitur, nec parcit. Quæst. XXXV.

QVAERET aliquis, quomodo dicitur hic, ꝙ Deus non flectitur, nec parcit, quia interdũ legitur, ꝙ Deus flectatur: sic patet de Ezechia rege. Nam cùm premeretur ęgritudine, misit Dominus Isaiam ad eum, qui dixit: Dispone domui tuæ: morieris, & non viues. Postea tamen cùm Ezechias conuersus ad parietem fleuisset, Deus iussit Isaiæ, vt diceret ei, ꝙ nõ moreretur, sed superuiueret. 15. annis inf. 4. lib. c. 20. & Isaiæ. c. 38. Ista quoq; erat sentẽtia prophetarum. s. ꝙ aliquando Deus flectatur ab eo, quod dixerit. Sic dixit Ioel. c. 2. quis scit, si cõuertatur, & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem? Ista quoq; erat sententia populorũ: nam Niniuitę cũ prędicante Iona audiuissent Niniuem post dies 40. subuertendam, dixerũt: Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur a furore iræ suæ: & non peribimus. Ionę. c. 3. Respondendũ est, ꝙ sententia Dei, secundùm ꝙ nobis per prophetas prænunciatur, dupliciter se habet: aliquando. n. est secundũ diffinitionem Dei idest sicut Deus apud se diffiniuit. Aliquando autem non est secundũ ea, quæ Deus disposuit apud se, sed secũdum ꝙ opera nostra iusta, vel iniqua promerentur. Prima senten-

A tia vocaĩ secũdum Dei præscientiam, vel prouidentiam certam. Secunda vocatur secundũ comminationem vel promissionem. De prima sententia dicendum est, ꝙ est immutabilis: ideo etiam si oretur ad Deum, vt contrariũ faciat, impossibile est mutari: & ob hoc in talibus superuacua est oratio: imò si notum sit alicui, ꝙ Deus aliquid secũdum diffinitionem suam prænunciauit, peccat grauiter si orat, vt Deus cõtrariũ efficiat, vt satis sup. declaratũ est: & de hoc intelligiĩ id, quod habeĩ hic. s. ꝙ triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur. s. quia hoc apud se diffinierat: ita etiam fuit in Balaam, Deus iusserat ei, ꝙ nõ malediceret Israelitis: Num. 22. c. & q̃q̃ sępe conareĩ maledicere, De⁹ B non permittebat, eo ꝙ secũdum diffinitionem suã dixerat, ne malediceret Israeli: frustra ergo erat conatus Hoc quippe signauit Balaam: Nu. c. 23. s. audi fili Sephor: non est Deus quasi homo, vt mẽtiatur, nec vt filius hominis, vt muteĩ: dixit ergo & non faciet? locutus est & non implebit? ad benedicendũ adductus sum: benedictionem prohibere non valeo. Sic etiam fuit de Moyse. Deus. n. dixerat ꝙ non intraret in terram Chanaã, ipse autem sępe orabat, ꝙ sineret intrare: quia tamen secundum Dei diffinitionem dictũ fuerat, non flexus est Deus, sed dixit: sufficit tibi, nequaquã loquaris vltra de hac re ad me: Deut. c. 3. Cũ aũt sententia Dei non est secũdum diffinitionẽ eius, sed secundũ comminationẽ, C vel promissionem, mutatur si status rerũ muteĩ. s. si Deus alicui populo, vel personę prænunciauit ꝙ bene faceret, quando populus, vel persona bene agebat. Si aũt ad iniquitatem declinauerit Dei quoque promissio commutabitur. Rursus autem si Deus alicui populo, vel personę prænunciauit ꝙ mala infligeret, quia iniquus erat status eius, quamquam absolutè hoc proferaĩ, si p̃sona vel populus in bonum commutatur, comminatio Dei vertitur ĩ bonum. De vtroq; locutus est Deus Iere. c. 18. De primo dicitur: subito loquar de gente & regno, vt ędificem, & plantem illud: si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, pœnitentiam agã super bono, quod locutus sum, vt facerem ei. De secũdo D dicitur ibidem: Repente loquar aduersus gentem, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud, si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, ego quoq; pęnitentiam agam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Et quia incertũ est nobis, quando Deus loquatur aliquid secũdum diffinitionem, & quando secundum comminationem, recurrendũ est semꝑ ad mutationem status. s. ꝙ si malũ aliquod prænunciet nobis a Deo, existimemus illud secundũ comminationem dici, & mutemus statum, si fortè Deus auertatur ab ira sua, & tunc patebit an secũdum diffinitionem, vel comminationem dictũ sit. Sic enim E fecerunt Niniuitę: nam audito ꝙ ciuitas subuertenda foret prædicauerunt ieiunium, & afflictionẽ, dicentes: Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur a furore irę suę, & non peribimus: & sic factũ est: Ionę. ca. 3. si tamen Niniuitæ existimassent ꝙ sententia Dei erat simpliciter immutabilis non prædicassent Ieiuniũ, & afflictionem: sic etiam fuit de Ezechia, quia audita contra se sententia Domini fleuit pro peccatis suis, & Deus auersus est a furore suo, inf 4. lib. c. 20. Sciendũ autem ꝙ non solùm populi contra quos prænunciaĩ aliquid a Deo, nesciũt an illud dicaĩ secũdum comminationem, vel diffinitionem Dei, sed etiam prophetę per quos ista prænunciant: sic fuit de Iohele, q̃ prænũciauit Israelitis, ꝙ ventura erant mala super fructus terrę: nesciuit tamen, quomodo hoc intelligereĩ: ideo per mo-

riẽ: prima ẽ ĩmutabilis secunda non.

Incertum est nobis q̃n Deus loquiĩ sm diffinitionẽ vel cõminationẽ, nec ẽt prophetę hoc sciũt

modū consilij dixit: Quis scit si cōuertatur, et ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem? idest faciat bonum, quamquam comminatus est malū. Et ob hoc subdidit: sacrificium, & libamē Domino Deo nostro, idest demus sacrificium, & libamina Deo. s. quia fortè istud dictū est comminatoriè propter peccata nostra, & si conuersi fuerimus, conuertetur Deus: & sic factum est, quia cùm afflixisset se Israel admonente Ioele, non misit Deus mala, quę comminatus fuerat Ioelis. c. 2. Hęc autem omnia fuerunt in prophetia comminatoria. Idem etiam euenit in prophetia secūdum diffinitionem Dei: nā quamquam Deus reuelet illam prophetis, nesciunt an sit secūdum diffinitionem; sic fuit de Balaā, cui Deus dixit, ꝙ non malediceret Israeli, quia benedictus erat. Putauit autem Balaam, ꝙ Deus flecterē ab hoc, ideo sæpe conatus est maledicere: putans ꝙ Deus permitteret sed non permisit: nec tamen conari desinebat, vt malediceret Israeli quousq; Deus reuelauit ei, ꝙ nollet ꝙ malediceretur Israel, & ista esset diffinitio sua: tunc autem cessauit Balaam a conatu maledicendi, vt patet Nume. c. 24. s. cumq; vidisset Balaam ꝙ placeret Domino, vt benediceret Israeli, nequaquam abijt, vt ante perrexerat, vt augurium quæreret. Sic etiam fuit de Moyse: nam q̄q̄ Deus ei reuelasset, ꝙ nō esset itroiturus ī terrā Chanaā, nesciuit an esset ista diffinitio Dei, ideo sēp orabat, vt Deus permitteret eū illuc transire, quousq; Deus reuelauit, ꝙ hoc erat dictum secundum diffinitionem suam, ideo interdixit ei orare super hoc Deut. c. 3. s. sufficit tibi: nequaquam loquaris vltra ad me de hac re. In Samuele quoq; idem fuit, quia quamquam secūdum diffinitionem Dei ista dicta fuissent, tamen putauit esse secūdum comminationem: ideo lugebat, & orabat pro Saule quousq; De⁹ ei reuelauit iubens ne vltra oraret pro Saule, quia ipse abiecerat eum, seq. capit.

Quare Samuel fleuit, & orauit pro Saule, cum sciret diffinitiuè abscissum esse regnum ab eo. *Quæst.* XXXVI.

QVAERETVR vlterius, cùm hic prænūciasset Samuel regnum Saulis transferendū esse, & ꝙ hoc intelligebatur secundū diffinitionem Dei, & ꝙ non parceret, nec flecteretur super hoc: quare postea orabat & flebat pro Saule, vt patet inf. cū dr̄. Verumtamen lugebat Saulem. Ad hoc aliquis respondebit, ꝙ postquam Samuel ista dixit nūquam orauit pro Saule, eo ꝙ intelligebat diffinitionē Dei cōtra eū: & cū dr̄ inf. ꝙ lugebat Samuel Saulem, dicet ꝙ non intelligitur, ꝙ lugebat pro eo orando, ne auferret regnū illius, sed lugebat ex compassione. s. quia primò dilexerat eum. Et hoc tenet Nicolaus, quod satis rationabiliter dici potest. Sed magis vr̄ dicendum, ꝙ Samuel lugebat Saulem. s. orādo pro eo, ne perderet regnū: nam si lugeret solùm ex cōpassione nihil orans, Deus non iussisset, ꝙ cessaret, nec increpuisset eū. Increpuit tamen, vt patet seq. ca. s. Vsquequo tu luges Saul, cùm ego proiecerim eū, ne regnet super Israel? Ergo orabat, vt non auferretur regnum; alioquin impertinenter diceret: cùm ego proiecerim eū. Hoc tamen dictū est tamq̄ causa cessandi a fletu. Item si Samuel luxisset Saulē ex compassione nihil orando, non cessauisset post vnctionem Dauid: cessauit tamen, ideo lugebat orādo, ne auferretur regnum Sauli: quod faciebat, quia cùm nondum conferretur alteri, putabat Samuel locum esse venię, ideo instanter orabat: cùm verò alius vnctus est in regem, iam credidit Samuel impossibilem esse mutationem, ideo desijt lugere. Sed

F tunc stat argumentum. s. quòd sciebat dictum esse secūdum diuinam diffinitionem, & tamen orabat. Respondēdum est, ꝙ quamquam Samuel dixisset: porro triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur. Quod significabat ista dicta fuisse secūdum Dei diffinitionem, tamen adhuc dubitabat an intelligeretur secūdum diffinitionem, vel secūdum comminationem, quia sicut verba significantia pœnam infligendā aliquando non habent effectum, eo ꝙ dicuntur secundum comminationē, ita verba significātia diffinitionē Dei intelliguntur aliquando a prophetis dicta esse secūdum comminationem: & quia sicut Deus interdum per prophetam aliquid denunciat, & non declarat ei an secun-

G dum comminationem, vel secūdum diffinitionem dicatur, ita aliquando reuelat verba signantia diffinitionem Dei, & non indicat an secundum diffinitionem dicantur. Indicauit autem postea Deus hoc Samueli, quando dixit: Vsquequo tu luges Saul, cū ego proiecerim eū? scilicet diffinitiuè abiecerim: & tunc non orauit pro eo. Simile autem fuit in Balaam, cui iussit Deus, ne malediceret Israelitis: ipse aūt conatus est maledicere, postea verò Deus prohibuit eum, & ipsemet dixit, ꝙ Deus nullo modo permissurus erat eum, ꝙ malediceret Israelitis, vt patet Nume. c. 23. s. non est Deus, quasi homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur: ad benedicendum autem adductus sum, benedictionem prohibe-

H re non valeo. Ista verba manifestè significant diffinitionem Dei super isto facto: & tamen Balaam ista proferens non intelligebat an secundum Dei diffinitionem dicerentur, ideo post hoc conatus est maledicere sicut prius. Quòd autem conatus fuerit post hoc, patet Nume. cap. 23. ex ordine litteræ. Quòd aūt quando ista dicebat nō intelligebat, an secundum diffinitionem Dei dicerentur hęc, patet, quia postea ītellexit. c. 24. cū dr̄: cūq; vidisset Balaā ꝙ placeret Domino, vt benediceret Israeli, nequaq̄ abijt, vt ante perrexerat, vt augurium quæreret: ergo non intelligebat ante hoc quamquam locutus fuisset verba illa: & sic fuit de Samuele qui protulit verba ista significātia diffinitionem Dei, tamen nō

I intellexit, an secundū diffinitionem dicerent, quousq; postea ei reuelatum est seq. ca. *At ille ait: peccaui, sed nunc honora me coram senioribus populi mei.* Quia vidit Saul ꝙ Samuel semper loquebatur durius, post abscissionem pallij timens, ne desereret eum: iterum confessus est peccatū suum, dicens: peccaui idest q̄q̄ nūc peccaui, tamen honora me coram senioribus, scilicet propter peccatum non eram dignus honore, sed honora me tolerando peccatum meum. *Et coram Israel,* idest coram toto populo vulgari. Distinguunt enim hic seniores, & Israel, quia seniores erāt viri honorabiles: Israel aūt significat homines vulgares: & omnes hi fuerūt ibi, coram quibus volebat honorari Saul. *Et reuertere mecum, vt adorem Dominum*

K *Deum tuum.* Hoc petebat Saul, scilicet ꝙ Samuel nō increparet eū coram populo, & ꝙ reuerteretur cū ipso ad adorandum Deum, quia Samuel volebat deserere Saulem solū: & in hoc erat dedecus Saulis, vt supra declaratū est. *Reuersus ergo Samuel secutus est Saulem.* Hic ponitur aliqualis condescensio Samuelis ad præces Saulis s. quia iuit cū eo ad adorandū Dominum: & dicitur quòd reuersus est. s. iam sperabat recedere a Saule, nunc autem non recessit, ideo dr̄, reuersus, quasi iam aliquantulum recessisset. Et secutus est Saulem. s. quia Saul præcedebat tamquam rex, Samuel autem comitabatur cū ad honorandū, ideo sequebatur illum. . *Et adorauit Saul Dominum.* s. accesserunt apud altare, in quo fiebant sacrificia in

Gal-

Galgalis, & ibi Saul adorauit Dominum.s.inclinãs secoram altari orauit. *Dixitq; ei Samuel.*s. postquam orauit Saul petiuit Samuel ab eo regem Amalec. *Adducite ad me Agag regem Amalec.* Ipse enim erat ibi in exercitu, quia nondũ exercitus Israelitarũ disper sus fuerat per loca sua, cũ tunc nouiter venirent de Amalec, habebant autem ibi regem Agag, quẽ petiuit Samuel ad occidendũ eũ. *Et oblatus est ei Agag pinguissimus, & tremens.* s. rex Amalec erat valde pinguis: & hoc præ delitijs, quas reges habere possunt facilius, quàm cęteri homines: erat autem tremens. s.timore mortis: nam videbat ꝙ ipse ad mortem petebatur, & confestim occidendus erat. *Et dixit Agag: sic me separat amara mors.* i. nunquid tam amaram mortem ego pati debebam, quæ me sic separaret a vita? q.d. valde amara mors est ista, & statui regali ĩdigna, quia ego sperabam in delitiarum fruitione vitã cõcludere. *Et ait Samuel. sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus.* Respõdet Samuel, ꝙ nõ erat ista mors iniusta, quamquã esset amara sicut conquerebat̃ Agag, quia sicut ipse plurimos occiderat, ipse occidendus erat: & sicut ipse fecerat plures mulieres filijs orbatas; ita mater sua filio orbanda erat. Dicitur autem ꝙ gladius istius fecit mulieres sine liberis, quod intelligendum est de gladio suorum: nam ipse per se paucos occiderat, vel forte nullos, sed qcquid Amalecitę faciebant, dicebatur facere rex eorum, quia ipso auctore, & iubente fiebant. Dicitur autem de mulieribus. s. hebræis, quia Deus non infligebat hic pœnam, vel saltem hebręi non prosequebant̃ vindictam in Agag propter mala, quæ fecerat alijs gentibus, sed propter mala, quæ fecerat solis hebręis, de qbus multas mulieres orbatas filijs fecerat. *Sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua.* i. sicut alię mulieres passæ sunt orbitatem filiorum per te, ita mater tua patietur te moriente.

Quomodo mater Agag erit absq; liberis per eius mortem cum non supersit. *Quæst. XXXVII.*

QVAERET aliquis, quomodo dicitur hic ꝙ mater Agag erit absq; liberis mortuo Agag cũ vnicus filius occideretur: & quomodo dicit̃, ꝙ erit absque liberis, cũ illa videatur iam non superesse. Respondendum ad primùm, ꝙ aut mater Agag habebat alios filios, aut non: si nullum habebat occiso eo mater sua erat absq; liberis. Si autem plures haberet, omnes illi iam occisi erant præter Agag, qui nunc occidebatur: ergo illo occiso mater sua erat sine liberis: patet hoc, quia omnes Amalecitę occisi fuerant præter Agag, vt patet. sup. ergo si alios fratres haberet, illi mortui essent, & sic quocumq; modo acciperetur, mortuo Agag erat mater sua sine liberis. Ad secundùm cùm dicebatur quomodo mater Agag esset nunc absq; liberis, quia videtur ꝙ illa iam occisa fuerat cum omnibus Amalecitis. Dicendum ꝙ mater Agag mortua erat. s. quia ipsa defuncta fuerat ante istam cladem Amalecitarũ vel in ea perijt: tamen dicebatur nunc esse absq; liberis, qa si superesset Agag, ista diceretur habere liberos, quia sup erat aliquis de filijs eius. Si autem ille moreretur iam nullus maneret de liberis, & sic ipsa esset absq; liberis, idest non resideret aliquis filius eius.

Samuel volendo occidere Agag tetigit magis dolorem matris quam vxoris. *Quæst. XXXVIII.*

QVAERETVR vlterius, quare non dicit̃ hic: sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus, ita absq; viro erit ĩter mulieres vxor tua: nã vtrũq;

A verum erat, scilicet quia ipse fecerat occidi multos Israelitas coniugatos, quorum vxores viduæ factæ sunt: & etiam ipse Agag vxorem habuit, quæ absq; viro esset ipso moriente. Respondendum est, ꝙ Samuel voluit iustificare opus suũ, scilicet ꝙ iustè occideret Agag. Et ob hoc tetigit radicẽ maximi doloris: est. n. maximus dolor, vbi est maximus amor: mater aũt magis diligit filiũ q̃ vxor virum, ideo tetigit de dolore quem matres patiuntur pro morte filiorũ, qui necessariò maior est, quàm dolor, quem patitur vxor pro viro. Quod patet, quia conditio amantis est semper de amato timere. s. suspicando, ꝙ aliquod malum ei veniat: sic patet per Ouid. lib. Heroidum in epistola prima, quæ est Penelopes ad

B Vlissem. s. Res est soliciti plena timoris amor, idest amor semper habet solicitudinem, & timorẽ. Quicũq; ergo magis timet pro altero, signũ est, ꝙ magis amet illum: sed matres magis timent pro filijs, quã vxores pro viris: ergo magis amant. Patet hoc, quia matres suspicantur mala euenisse filijs quando absentes sunt, vxores aũt suspicantur eis bona euenisse. s. ꝙ sunt in delitijs cum alijs fęminis. Quod patet in matre, & vxore Sisarę principis militiæ regis Iabin; nam mater per fenestram prospiciẽs vlulabat, & de cęnaculo loquebatur: cur morantur regredi currus eius: quare tardauerunt pedes quadrigarum illius: vxor aũt eius dixit hæc verba: Forsitan nunc diuidit spolia, & pulcherrima fœminarũ eligitur

C ei, vestes diuersorum colorum Sisarę traduntur in prædam, & supellex varia ad ornanda colla congeritur. Iudi. ca. 5. Magis ergo mater diligit quã vxor: & ob hoc tetigit Samuel de matribus, & nõ de vxoribus. *Et in frusta concidit Samuel Agag*, idest diuisit eũ in partes, & sic erat ista mors nimis amara, sicut dixerat Agag, scilicet, sic me separat amara mors.

Quo amor matrũ erga filios differat ab amore vxorũ erga maritos.

Magis diligit mr̃ q̃ vxor.

Quare Samuel occidit regem Agag. *Quæst. XXXIX.*

QVAERET aliquis, quare Samuel occidit Agag. Aliquis respoudebit ꝙ hoc fecit ad implẽdũ id, quod deerat præcepto Domini: iusserat enim Deus, quòd perirent omnes Amalecitę: Saul tamẽ

D non occiderat regem, qui solus superfuit, ideo voluit eum Samuel occidere. Sed aliquis dicet, ꝙ hoc non proderat: quia si fecisset hoc Samuel ad cõplẽdum præceptũ Domini nõ solùm occidisset Agag, sed etiam omnia pecora adducta de Amalec occidisset, & combussisset omnia supellectilia, sed hoc non factũ est, ideo frustra erat pro hac causa occidi Agag. Respondendum est ꝙ occisus est Agag ad impletionem mandati Dei de occisione Amalecitarum: pecora autem occisa non sunt, nec supellectilia exusta, nec decuit fieri. Ratio diuersitatis est, quia pecora, & supellectilia non erant consumenda quasi aliquid nũquam egissent, sed ad implendũ formã diuini præcepti. s. quia iussit destrui omnia, q̃

E pertinebant ad Amalec. Agag autẽ non solùm erat occidendus propter formam diuini mandati, sed ẽt si Deus non iussisset occidi illum, ipse merebat̃ mortem, qa occiderat multos de Israelitis. Et hoc obiecit ei Samuel, dicens: sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus, sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua. Quamquam ergo non fuerit occisus a principio, debebat nunc occidi. De supellectilibus verò nõ erat sic, qa solùm debebant consumi propter formam mandati Dei, & quia semel facta erat iam transgressio mandati diuini, nõ suberat aliqua causa quare consumerentur: melius tamen dici poterat, ꝙ omnia debebant cõsumi tam Agag, quam supellectilia, vt mandatũ Dei, qđ non fuerat expletum

tum ab Iſraelitis expleretur a Samuele: non expleuit, tamen illud quia non putauit ſe præualiturũ: nam Agag regẽ faciliter occidere poterat Samuel, eo quòd nullus de plebe ſibi reſiſteret, quia vita illiꝰ eis parum profutura erat. De ſuppellectilibus autẽ erat ſecus, quia multa abſconderentur, quæ nequaquam ad Samuelem poſſent peruenire. Et dato ꝙ omnia in manifeſto eſſent, populus non permitteret illa cõſumi, quia prędа diuidenda erat inter totum populũ: Samuel autem ſciens totũ populum non permiſſurum, non aggreſſus fuit hoc facere. Quòd tamen præda Amalec ꝯſumi debuiſſet a Samuele, ſi auderet, apparet: quia ſimile factum eſt in anathemate Iericho. ſ. Deus iuſſerat omnia cremari, & nihil inde accipi ad cuiuſquam vtilitatẽ: tranſgreſſus fuit autem hoc Achã, & tamen poſtea ipſe, & id quod furatus fuerat de anathemate perierunt, vt patet Ioſue c. 7. ergo quamquam hic facta fuiſſet pręuaricatio, debebat conari Samuel ad explẽdum mandatum Dei ſi exiſtimaſſet ſe præualiturum. Ioſue autem expleuit illud, quia ille qui peccauerat vnicus erat, & ꝯtra eũ faciliter poterat exerceri vindicta. Hic autem totus populus peccauerat, contra quem nihil poterat facere Samuel, ſed Deus per ſe ſumpturus erat vindictam ſi vellet.

An peccauerit Samuel occidendo crudeliter Agag. Quæ. X L.

QVAERETVR vlterius, an Samuel peccauerit, ꝙ valde crudeliter occidit regem Agag. Crudelitas apparet, quia dicitur quòd concidit eũ in fruſta. Etiam paret ex verbis Agag, qui cùm vidiſſet vultum Samuelis turbidum, & ſequientem ad mortem eius, ait: ſic me ſeparat amara mors. ſ. quia vidit duram pęnam ſibi paratam: cũ tamen aliquis pœnam infligit, etiam ſi illa iuſta ſit, ſi ipſe ferociter agit & animo vindictæ, vel deſiderio infligendi pœnas, peccat, quia quod iuſtũ eſt iniuſtè proſequitur: ſic de Samuele alicui videbitur, quia durè puniuit Agag. Reſpondendum eſt ꝙ non peccauit in hoc Samuel, imò meruit, nec quantamcumq; crudelitatem exercuiſſet in Agag nihil imputabile ei erat, qa non deſiderio infligendi pœnas, ſed putans ſe obſequium præſtare Deo, & verè pręſtabat cùm Deus hoc iuſſiſſet: nec ſi aduertatur ad alia, quæ Deus fieri iuſſit reputabitur crudelitas, quam exercuit Samuel in Agag: nam nullis magis miſereri naturale eſt, quam paruulis lactentibus: his tamen Deus non iuſſit miſereri, ſed ꝙ oẽs ſine pietate occiderent, vt patet ſup. in littera: ergo non erat crudelitas, ꝙ qualitercũq; occideret Agag. Samuel autem viſus eſt agere hoc crudeliter, quia agebat ex magno zelo. Erat aũt iſte zelus propter duo. Primò ad explendum mandatum Dei, quod impletũ erat. Secundò propter malitiam populi, qui Deum offenderat. Zelus autem ad iram pertinet, qui verò irati ſunt, q̃q̃ aliquid iuſtè agant videntur crudeliter agere: & ſic apparuit de Samuele: præſtabat tamen obſequium Deo, quia diligenter, & ex zelo exequebatur, quod Deus iuſſerat. Sic enim fuit de Elia qui nimis zelabat pro Deo Iſrael, vt ipſe dixit inf. 3. lib. c. 19. tamen ipſe occidit per ſe quadringentos prophetas Baal. inf. 3. lib. c. 18. Hoc tamen ad maiorem crudelitatẽ videbatur pertinere, quàm occidere vnum virum qualitercumq; Non fuit tamen crudelitas, ſed magnus cultus Dei. *Coram Domino in Galgalis*. i. occidit Samuel Agag coram altari Dei, quod erat in Galgalis: erat enim ibi locus ſacrificiorum, & apud illum trucidauit Samuel Agag, quaſi videretur eũ immolare Domino. Dicitur autem in Galgalis. Ad iſtum

Licèt Samuel videretur crudeliter agere in occiſione Agag, nõ tñ peccauit qa ex maximo Dei zelo fecit.

F locũ venerat Saul cum toto populo, vt ibi immolaret Domino, vt patet ſup. *Abijt autem Samuel in Ramatha*. ſ. receſſit a Saule, & iuit in vrbem Ramatha: in hac enim erat domus Samuelis, vt patet ſupra cap. 7. ibi quoque habitauerat pater, & mater eius, ſupra cap. 1. & 2. Receſſit autem a Saule, eo ꝙ videbat ſe iam nihil proficere apud eum, cùm ipſe non obediret mandatis Dei, & Deus abieciſſet eum. *Saul vero aſcendit in domum ſuam in Gabaath*. Iſta eſt vrbs Gabaa, de qua erat Saul, & apud quã poſuerat caſtra ſub malogranato, quando ꝯuenerunt aduerſus cum Philiſthijm pręce. c. ibi autẽ manere voluit, quia ibi erat domus eius, & volebat a bellis quieſcere. *Et non vidit Samuel vltra Saulem*. ſ. Samuel receſſit a Saule animo
G nunquam redeundi ad ipſum, & ſic factum eſt, quia poſtea nunquam vidit ipſum.

Quare Samuel receſſit a Saule mortuo Agag, & non vidit eum amplius. Quæſtio XLI.

QVAERET aliquis, quomodo ſtat, ꝙ Samuel nunq̃ vidit Saulem vſque ad diem mortis ſuæ. Aliqui reſpondent, ꝙ Samuel nunq̃ vidit poſt hoc Saulem dum viueret: vidit tamen vltimo die vitæ ſuæ quando mortuus eſt: & hoc eſt quod dicitur: Vſque ad diem mortis ſuę. Ad hoc dant modũ dicẽtes, ꝙ vniuerſus Iſrael congregatus eſt ad Samuelẽ, quando mortuus eſt in Ramatha, infra c. 25. & veri-
H ſimile eſt, ꝙ cùm totus populus venerit ad Samuelẽt venerit Saul cum eis, & tunc vidit eum Samuel. Sed ad hoc obijciunt, quia infra c. 19. dicitur ꝙ Saul iuit ad locum, vbi erat Samuel, vt comprehenderet Dauid, & prophetauit die, & nocte coram Samuel. Ad hoc reſpondent, ꝙ hoc intelligitur, ꝙ non vidit Samuel Saulẽ. ſ. regio habitũ indutũ: vidit tamẽ in alio habitu. ſ. quia expoliauit ſe coram eo, vt patet præalle. c. Alij aũt dicunt ꝙ Samuel non vidit Saulem vſque ad diem mortis ſuæ. ſ. vſque ad mortem Saulis, quia tunc vidit eũ Samuel cũ ſuſcitatus fuerit, & denunciauerit mortem ei in craſtinũ futurã, infra cap. 28. Sed reſpondendũ eſt, ꝙ iſta litera vult ſignificare, ꝙ nũquam viderit Samuel Saulem poſt
I hoc, & quando dicitur vſque ad diem mortis ſuæ: non ponitur hoc ad ſignandum ꝙ in die mortis ſuę viderit, ſed ad excludendum totum tempus præteritum. Quod enim non fit vſq; ad diem mortis, nũquam fit: & talis modus eſt loquendi ſcripturæ: Io. cap. 13. ſ. Non lauabis mihi pedes in æternum. i. nunquam. Et ſic dicit ibi Aug. quod in æternũ non fit, nunquam fit. Quòd autẽ inducebatur ꝙ Samuel in die mortis ſuæ vidit Saulem, quia congregatus eſt totus populus ad eum, non ſtat, quia non fuit cõgregatus ad videndum eum antequam moreretur, ſed ad lugendum eum poſtq̃ mortuus eſt: ſic colligitur infra cap 25. ſ. Mortuus eſt autem Samuel, & cõgregatus eſt vniuerſus Iſrael, & plãxerunt eum nimis,
K & ſepelierunt eum in domo ſua in Ramatha: ergo prius mortuus eſt, q̃ congregaretur populus. Item cùm dicitur, ꝙ vidit Samuel Saulem in die mortis ſuę, i. Saulis. ſ. qñ ſuſcitatus eſt Samuel, non ſtat. Primò quia nõ conſtat, an ille, qui ſuſcitatus eſt fuerit verè Samuel, vel aliquis dæmon. De quo magis dicetur inf. 28. ca. Secundò quia dato, ꝙ eſſet Samuel non poterat videre tunc Saulem, quia anima ſe ſola non poteſt aliquid videre, quia viſio fit per potẽtiam organicam, & organa: anima tamen ſeparata: Samuel nec habet organa, nec potẽtiam organicã: Samuel præſeus eſ tamen ſi ibi ſuſcitaretur, ſola anima eius præſeus eſſet. Sed aliquis fortè dicet, ꝙ quamquã non eſſet ibi corpus Samuelis, tamen anima illa aſſumeret aliqđ corpus

corpus de aere, per quod possim videre: quod appa ret, quia anima illa locuta est, vt patet infra cap. 28. Locutio tamen non fit sine corpore. Respondendum est, ꝙ per illud corpus assumptum non poterat anima Samuelis videre Saulem, quia ad visionẽ requiritur perfecta fabricatio organi. In corporib⁹ tamen assumptis nō est talis fabricatio, quia animę, vel Angeli assumentes illa corpora exterius solùm faciunt lineamenta corporis ad hoc, ꝙ videatur corpus hominis, vel equi. Interius autem nulla distinctio membrorum, aut qualitatis est, sed rudis aer cō densatus, vt declaratum est Exo. 7. c. & sic tenet Sanctus Tho. super secundum sententiarum. Ad verã tamen visionem, requiritur formatio organi in parte interiori: vnde præal. c. declaratum fuit, ꝙ Angeli, vel animæ in assumptis corporibus nihil vident, & nihil audiunt, licet oculos, & aures habere videantur. Sed adhuc aliquis dicet, ꝙ in corporibus assumptis sit perfecta formatio organi, quia ibi est vera locutio: non tamen fit locutio sine organis: ergo sunt ibi organa. Respondendum est, ꝙ q̄q̄ in corporib⁹ assumptis non sunt organa communiter: non tamẽ repugnat, ꝙ ibi sint organa: quia sicut Angeli formãt lineamenta organorum in parte exteriori, ita formare possunt in parte interiori, quia non repugnat hoc ex parte materiæ, quæ formatur, quia illa mollis est tam intus, q̃ extra, & cedit formatori: nō repugnat ẽt ex parte potentiæ, vel scientiæ Angelorum, quia qui scit, & potest fabricare figuras organicas in pte exteriori, sciet, & poterit fabricare in parte interiori: cùm non sint istę difficiliores, quàm illę: sic. n. est in voce, ad quam producendã requiruntur organa. Sed dicendum, ꝙ q̄q̄ in corporibus assumptis essent organa perfecta, non poterat fieri visio, quia non potest deriuari virtus organica in illa organa, cum hoc debeat fieri in corporibus, quæ sũt vnita animæ, tãquam formæ. Angeli tamen, & animæ sumentes corpora, non vniunt sibi illa formaliter, quia nō efficitur ex illa vnione aliquod animal, sed solùm est ibi vnio motoris ad mobile, ideo nō poterunt Angeli videre, vel audire per corpora assumpta. Nam istæ sunt veræ passiones, & sensationes, quæ nullo modo conueniunt, nisi animalibus: ergo necesse est esse animal, id quod videt, vel audit: non sunt tamen animalia Angeli, vel animæ cũ corporibus assumptis De formatione autem verborũ secus est, quia non oportet: ꝙ ille, qui loquitur, vel format verba, sit homo, vel animal, sed potest fieri per aliquid aliud. Ratio diuersitatis est, quia videre, & audire sunt verę sensationes, & aliquid, quod patitur animal: ideo non potest pati, nisi per formam determinatam Formare autem vocem non est aliquid pati, sed agere: & hoc q̄q̄ habeat aliquam formam, tanquam principium, tamen magis respicit determinationem instrumentorum, quàm potentiæ: quod patet: quia quædam infrã sunt, quæ vocare videntur. i. formare voces articulatas, vt ait Aristo. 2. de Anima. Cum ergo data fuerint aliqua organa talia, sicut guttur humanũ, & cętera instrumenta, poterit ibi formari vox, dum tamen sit, qui colligat ibi aerem: potest tñ dari faciliter, ꝙ aliquis formet talia instrumenta de aere, & ibi vox humana audiatur: vnde Angeli possunt nō faciendo aliq̃ effigiem humanam in organis, quæ sint similia organis vocatiuis humanis, formare vocem: & sic creditur, ꝙ fuerit in datione legis, vel alias, quando auditur vox, & nō videtur aliqua effigies. Ad hoc igitur, ꝙ fiat locutio perfectè articulata, non requiritur, ꝙ Angelus, vel anima vniat corpori formaliter, sed tanq̃ motor mobili, quia vox non est per passionẽ

A sensitiuam, quæ pertinet ad formam determinatã, sed est per motũ: q̄q̄ ergo anima Samuelis vnita corpori posset loqui, tamen non poterat videre, vel audire. Item, dato, ꝙ posset videre, vel audire, nō diceretur ob hoc Samuel videre, vel audire, quia anima non videt, nec audit, sed compositũ iuxta Aristo. 1. de Anima, scilicet, qui dicit animam tristari dicit eam texere, & ędificare. q. d. Anima nō tristatur, nec gaudet, sed compositum; & sic est de omnibus actionibus: sed, si aliquod compositum fieret, ex anima Samuelis, & ex corpore assumpto, illud non esset Samuel, sed aliquis alius vir: ergo nō poterat Samuel videre, vel audire propter animam suam, quæ eet in illo corpore assumpto. Nō vidit ergo Samuel
B Saulem: & sic nullo mō stat, ꝙ Samuel viderit Saulem in die mortis suæ. Sed dicitur, ꝙ non vidit eum vsque ad diem mortis suæ. i. nunquam vidit. Quòd autem obijcitur, ꝙ viderit eum infra cap. 19. Respõdendum est, ꝙ hoc solùm fuit semel, & in tanto tẽpore vnum semel pro nihilo computatur, tanquã nunquam fuisset. Aliter potest dici, ꝙ nunquam vidit Samuel Saulẽ. s. in habitu regali vsque ad diem mortis: vidit tamen in habitu communi, quia ipse exuit se veste sua, & prophetauit nudatus coram Samuele infra cap. 18. Aliter potest dici, ꝙ Samuel nũquam vidit postea Saulem, quia qñ vidit eum, iam non erat Saul, sed alius vir, eo ꝙ immutatus erat ꝑ prophetiam. Prophetia autem facit virum esse al-
C terũ, sic patet supra c. 10. s. Insiliet in te spiritus Domini, prophetabisq; cum eis, & mutaberis in virum alterum: & quia prius ipse erat Saul, quando vidit eum Samuel, erat quasi si non esset Saul. *Veruntamen lugebat Samuel Saulem.* i. q̄q̄ Samuel recessit à Saule, & postea nunquam vidit eum, tamen non desinebat plorare pro illo, & orare ad Dominum pro eo. Nicolaus autem dicit, ꝙ Samuel non orabat ad Deũ pro Saule, quia sciebat iam penitus eum reprobatum, sed condolebat ei, & ex hoc lugebat.

An peccauerit Samuel flendo pro Saule, & orando pro eo. Quæst. XLI.

D QVAERETVR, an peccauerit hic Samuel lugendo pro Saule, & dicendum, ꝙ hic non quæritur, an ipse peccauerit, quia supra declaratum est, ꝙ nō peccauit Samuel, eo ꝙ ipse ignorauit Saulem esse reprobatum. Sed dubium est nunc, an iste luct⁹ pro Saule secundũ se, nihil exprimẽdo, esset licitus, vel illicitus. Respondendũ, ꝙ secundum Nico. erat licitus, quia Samuel nō lugebat pro Saule orans, vt Deus remitteret pœnam, & restitueret eum in gradum pristinum, sed solùm lugebat ex quadam compassione, hoc autem illicitum non est. Sic patet de pœnis damnatorum ęternaliter: quia nulli licet orare pro eo, quem damnatum esse cognoscit. Si tamen quis cognoscat de patre, vel amico suo, ꝙ dam
E natus est licitum est ei dolere pro illo, nihil orando. Sic etiã est de pœnis quę dantur ꝑ diffinitionẽ Dei. Nam Moyses condemnatus fuerat, ne introiret in terram Chanaan: & cùm sæpe orasset, vt permitteret illuc introire, dictum est ei. sufficit tibi nequaq̃ loquaris ad me de hac re: Deut. c. 3. Post hoc vero illicitum erat Moysi orare pro hac re. Nec orauit: tamen doluit de sententia Dei contra se, vt colligitur ex verbis suis Deut. c. 4. s. ecce morior in hac humo; non transibo Iordanẽ, vos transibitis, & possidebitis terram egregiã. Ergo licèt cuilibet sic dolere, & Samueli liceret pro Saule lugere. Sed vr̃ ꝙ fuisset illicitus iste planctus, nisi Samuel ignorasset reprobationem Saulis, quia si licitus esset Deus non ꝓhibuisset

buiſſet eum: prohibuit tamen, quia dixit: cur tu lu ges Saulem, cum ego proiecerim eum? ergo ſecundum ſe illicitus erat planctus. Ignorauit tamen hoc Samuel; ideo credidit eſſe licitum quouſque Deus prohibuit lugere, vt patet ſeq. c. *Quoniam Dominum pœnitebat quòd conſtituiſſet Saul regem ſuper Iſrael.* i. pro hoc lugebat Samuel: quia cum pœniteret Deum pro cõſtitutione eius diffiniebat eum abijcere: noluiſſet tamen Samuel, ꝙ abijceretur Saul. Accipitur autem, ꝙ pœnituerit Deum de hac conſtitutione, ſicut expoſitum eſt ſupra; nam ſecundum veritatem nõ pœnitebat, quia nequaꝗ̃ eũ pœnitere põt alicuius rei, ſicut nec gaudere poteſt de aliquo, quod adueniat.

CAPITVLVM XVI.

De pœni. diſt. j. c. ꝓdixerat.

DIXITQVE Dominus ad Samuelm. Vſquequo tu luges Saul, cũ ego proiecerim eum, ne regnet ſuper Iſrael; Imple cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te ad Iſai Bethlehemitem: prouidi enim in filijs eius mihi regem.

IN ſuperioribus actũ eſt de regno labili ſub Saule: hic conſequenter agitur de regno ſtabili ſub Dauid. In quo conſiderandum, ꝙ vt præce. c. declaratum eſt, Dauid fuit electus, & vnctus ĩ regem, nõ vt immediatè poſſideret regnum, ſed poſt mortẽ Saulis: ideo quamquam hic incipiat regnum Dauid, tamen in ſequentibus per totum iſtum librum nihil agitur de regno Dauid, ſed de perſecutionibus, quas paſſus eſt, regnãte Saule: & diuiditur in quatuor partes. Primò deſcribitur ipſius Dauid vnctio. Secundò Saulis æmulatio ſequenti cap. Tertiò Dauid perſecutio infra cap. 19. Quartò Saul mors, & Dauid exaltatio infra 28. c. Prima in tres. Primò Samuel à Deo mittitur. Secundò Dauid inter fratres ſuos vngitur. Tertiò Saul tanquam à Deo derelictus à maligno ſpiritu affligitur. Secunda ibi. *Cumque egreſſi eſſent.* Tertia ibi. *Spiritus autem Domini.*

Ordo ſequentium ad præcedentia eſt rectus. Quæſt. I.

CIRCA primum dubitatur hic de ordine huius literæ ad præcedentem. ſ. an fuerit ordo rectus, vel aliqua mutatio: & dato, quòd ſit rectus, ordo, an fuerit iſtud, quod habetur hic immediatè poſt id, quod habetur ſupra. Ad primum reſpondẽdum, quòd ordo rectus eſt: quia ſupra dicebatur, quomodo Saul abiectus fuit, ne regnaret. hic autem agitur, quomodo fuit Dauid vnctus in regem: vnctio autem vnius regis ſequitur ad abiectionem alterius. Ad ſecundum, ſcilicet an immediatè, vt reprobatus eſſet Saul fuit vnctus Dauid. Dicendum, quòd non, quia ſupra dicitur, quòd receſſit Samuel à Saule, tamẽ lugebat eum vſquequo Deus dixit ei, vſquequo tu luges Saulem? ergo aliquanto tempore eum luxerat, poſtquam abiectus eſt. An verò iſtud tempus fuit paruum, vel magnum, non conſtat: ſatis enim patet, ꝙ fuit minus, quàm viginti annorũ, quia totũ tempus regni Saulis fuit ſolũ, viginti annorum, vt declaratum eſt ſupra cap. 8. Eſt tamen dicendum, ꝙ iſta vnctio fuit facta vltra mediũ tempus regni Saulis, ſcilicet ꝙ iam regnauerat pluſquã 10. annis, quando facta eſt. Quod patet, quia quãdo cępit regnum Saulis erat Dauid 10. annorum: hoc apparet, quia Dauid vnctus eſt in regem ſuper Iuda

Dauid nõ fuit immediate vnctus poſt Saulis reprobationem.

F eo anno, quo mortuus eſt Saul inf. 2. li. ca. 2. & tunc erat annorum 30. ſ. 2. li. c. 2. ſed regnũ Saulis fuerat 20. annorũ: ergo quãdo cępit regnare Saul erat Dauid annorũ 10. præciſe. Quod aũt ad minus trãſiret 10. anni de regno Saulis, quando facta eſt iſta vnctio patet, quia mox vt vnctus fuit Dauid in regem, receſſit ſpiritus Domini a Saule in Dauid, & exagitabatur Saul à dęmonibus, vt dicitur inf. in littera. Serui tamen Saulis quærentes aliquem iuuenem ſcientem pſallere, vt leuius toleraret, dixerunt: vidi filiũ Iſai Bethlehemitẽ ſcientẽ pſallere, & fortiſſimũ robore, & virum bellicoſum, & prudentem in verbis: ſed quando Dauid erat fortis robore, & vir bellicoſus, oportet ꝙ eſſet pluriũ q̃. 20. annorũ: ſed in anno

G 20. Dauid complebatur annus 10. regni Saulis, cum cęperit regnare, quando ęrat Dauid annorum. 10. vt dictũ eſt: ergo quando Dauid portatus eſt, vt pſalleret corã Saule, tranſierat pluſquam decẽnium de regno Saulis, ſed immediate poſt vnctionẽ Dauid, ductus eſt ipſe ad Saulem, qui confeſtim à dęmonibus exagitatus eſt: ergo erat Dauid, quando vnctus eſt vltra 20. annum, & de regno Saulis trãſierat pluſquam decennium. *Dixitq; Dominus ad Samuelem.* Voluit Deus loqui Samueli, vt lachrymis eius finẽ imponeret, quia ſupra dicitur, ꝙ Samuel receſſit à Saule, & non vidit eum vltra: veruntamen lugebat Samuel Saulẽ. Hoc aũt faciebat, quia adhuc putabat ſupereſſe locum remedij, & quia quamdiu hoc crederet ſemper, in lamentis vitam duceret, Deus dixit

H ei, ne amplius lugeret. *Vſquequo luges Saul?* Modus increpationis eſt, eo ꝙ in iſto luctu faciebat Samuel contra voluntatem Dei, quia diffinierat, ꝙ Saul nũquã recuperaret regnũ, qđ De⁹ ablatũ eſſe dicebat: Samuel tamen orabat, vt Deus miſereretur, quod iam impoſſibile erat: ſed quia non cognoſcebat Samuel diſpoſitionem Dei, non peccabat: ne tamen Deum præcibus, & lamentis fatigaret, Deus dixit ei non eſſe pro hoc lugendum: ſic enim in Moyſe factum eſt qui inquietabat Deum præcibus, vt ſineretur tranſire Iordanem, quouſq; Deus dixit: ſufficit tibi, nequaꝗ̃ loquaris vltra ad me de hac re Deuter. c. 3. *Cum ergo proiecerim eum, ne regnet ſuper Iſrael.* q. d. ſi ad

I huc ſupereſſet locus remedij ꝓ Saule, q̃q̃ ego cõminatus fuiſſem ei: lugendũ, & orandũ ꝓ illo erat, vt ego auerterẽ à furore meo: ſed ego diffinitiuè eum ꝓieci, ne regnet ſup Iſrael: ideo fruſtra eſt ꝓ eo lugere, qa volũtas mea immutabilis eſt. *Imple cornu tuum oleo.* Iſtud erat ad vngendũ Dauid, qa reges per vnctionem fiebant. Et dr̃ cornu tuũ, quia habebat Samuel aliquod vas corneũ ad fundendũ oleũ: illud aũt impleuit ad vngendũ Dauid. Dicit Nicolaus, ꝙ de Saule dictũ eſt, ꝙ fudit Samuel ſuper eũ lenticulam olei ſup. c. 10. & hic dicitur de Dauid, ꝙ fuſum eſt cornu ſup eũ ad ſignificãdũ differentiã regni, qa ſicut lenticula eſt vas fragile, ita regnũ Saulis fuit debiliter firmatũ: cornu aũt eſt aliquid durum, ita re

K gnum Dauid fuit aliquid perpetuũ, vel magno tpe durans. Sed in hoc nihil differt, quia aliquando ponitur in ſcriptura lenticula, & aliqñ cornu, nec fit ĩ hoc magna differentia. De vnctione aũt regũ, & de cęremonijs, quæ fiũt in vnctione, à quibus vngant reges. ſ. an prophetis, vel ſacerdotibus, vel popularibus, declaratum eſt ſup. c. 10. in principio.

Cur gratis erat Dauid, qui fuit vnctus.

An Dauid, quando fuit vnctus in regem, fuerit vnctus oleo ſancto, vel communi. Quæſt. II.

QVERET nũc aliquis, an Dauid hic fuerit vnctus oleo ſãcto, vel oleo cõi. Vocat aũt oleũ ſanctũ illud, qđ nõ erat ſimplex de arboribus, ſed cõfectum

fectum ex multis rebus in modum vnguenti, de cuius compositione Exo. cap. 30. Erat autem istud oleum ad vngendum sacerdotes, & tabernaculũ, cum rebus suis. Exo. cap. 31. Oleum autem simplex vocatur, quod de arboribus gignitur.

Respondendum, ꝙ reges poterant vngi indifferẽter Oleo communi, vel Oleo sancto. De Oleo communi, patet in Saule, patet in Iheu, & Azaele, de qb⁹ declaratum est, supra. cap. 10. Quòd autem aliqui vngerentur Oleo sancto, patet de Salomone, de quo infra. 3. lib. cap. 1. scilicet, Sumpsitque Sadoc Sacerdos cornu Olei de Tabernaculo, & vnxit Salomonem. De Dauid igitur dici poterat, quòd vnctus fuit Oleo communi, vel Oleo sancto. Hic tamen magis est dicendum, quòd fuerit vnctus Oleo communi. Quod patet: quia Oleum sanctum erat in Tabernaculo, & solum erat ad vnctionem Sacerdotum, & Regum, & rerum sanctuarij. Si ergo Samuel vnxisset Dauid Oleo sancto, oportebat, vt iret ad tabernaculum pro illo, quia sic dicitur in vnctione Salomonis, quod Sadoc Sacerdos tulit cornu Olei de Tabernaculo. Samueli tamen non erat nunc locus eundi pro Oleo ad sanctuarium: quia ipse etiã sine Oleo sancto non audebat ire ad vngendum Dauid, nisi primò peteret à Deo modum eundi, ne occideretur à Saule: & dictum est, ꝙ portaret vitulũ. Quanto minus igitur auderet ire ꝑ Oleo sancto ad Tabernaculum? quia tunc manifestum esset, quòd volebat vngere aliquem in Regem, cum illud Oleũ pro solis Regum, & Sacerdotum vnctionibus sumeretur; & tunc Saul occideret eũ: non ergo assumpsit De illo, sed de Oleo communi. Sed aliquis obijciet, ꝙ dicitur Psal. 88. Inueni Dauid seruum meum, Oleo sancto meo vnxi eum: ergo non fuit Oleum commune. Dicendum, ꝙ illud potest referri ad tertiam vnctionem, vel secundam Dauid. Ad primam tamen, de qua hic agitur, non refertur. De quo declaratum est, supra. c. 10.

Quare iussit Deus Samueli, quòd ferret secum Oleum ad vngendum Dauid, cum vbique reperiretur.

Quæstio. III.

QVAERET aliquis, Cum dicatur, quòd Dauid vncturus fuerit hac vice Oleo communi, Quare Deus iussit Samueli, vt portaret cornu Olei secum: nam Oleum inuenturus erat in Bethlehem, vbi vngendus erat Dauid. Aliquis forte respõdebit ꝓpter hoc, quòd istud Oleum erat sanctum: & quia non inuenturus erat tale Samuel in Bethlehem, iussit Dominus, quòd ferret secum Oleum. Sed tunc obstant. supr. dicta, scilicet: quia, si Oleum sanctum tulisset, oportebat, quòd iret pro illo ad Tabernaculum, quòd nequaquam faceret Samuel timore Saulis. Dicendum ergo, quòd istud Oleum erat commune. Deus tamen iussit Samueli portare illud, vt absconderetur, ꝙ facere volebat. Et hoc nõ solum quantum ad eos, qui inuenirent Samuelem in itinere, sed etiam quãtum ad viros Bethlehemitas, quia, si Samuel non ferret secum Oleum, oporteret, ꝙ peteret illud in Bethlehem, & tunc cognosceretur quid agere volebat Samuel. Decuit ergo, vt ipse portaret secum Oleum.

Quomodo portauit Samuel secum Oleum ne cognosceretur.

Quæstio. IIII.

QVAERET aliquis, Quomodo Samuel portabat secum Oleum, quia istud erat contra intentionem suam. Ipse enim timebat Saulem, ne A si cognosceret hoc, occideret eum: & ob hoc portabat secum vitulum. Cum tamen portaret Oleum in cornu, manifestum erat, ꝙ ibat ad vngendum aliquem in Regem, ideo faciliter sic depræhẽderetur. Aliquis respondebit, quòd Samuel poterat se excusare inuento Oleo, quòd portobat illud pro libamẽtis: nam, cum omni sacrificio fiebant libamenta de farina, vino, oleo, thure, & sale: de quibus patet Leuit. cap. 2. & Num. 15. Sed ipse portobat vitulum ad immolandum, ideo poterat dicere rationabiliter, ꝙ portabat cornu Olei pro libamine. Sed dicendum, quòd non stat, quia ipse portabat vitulum ad immolandum; cum vitulo autem semper dabatur medietas mensurę hin de Oleo, vt patet Nu. 15. & 28. Sed B ista est magna mensura, quæ nequaquam capi poterat in cornu, nec etiam medietas eius: ideo nõ erat excusatio de Oleo ab libamina: potissimè, quia dici poterat, ꝙ in Bethlehem, vbi immolaturus erat, reperiret Oleum, certusque erat de hoc, sicut de alijs libamentis, scilicet, de vino, simila, & thure, quæ non portabat secum. Cum ergo specialiter Oleum portaret, ad aliquid aliud esse videbatur. Dicendum est ergo, quòd Samuel, si reperiretur portãs Oleum, nullo modo posset se excusare, quasi ferret ad libamina, confisus tamen est, ꝙ non reperiretur oleum. Et hoc ꝓpter duo, primò, quia cornu illud, in quo ferebatur Oleum erat valde paruum, in quo caperetur Oleum, quod sufficeret ad fundendum super ca C put regis, parũ tamen de Oleo fundebatur, ideo cornu illud paruum foret, ita, vt vbicumque faciliter occultaretur. Secundò confidebat non esse deprehendendum Oleum, quia, cum ipse esset vir magnę auctoritatis, & honoratissimus in toto Israel, nemo eum tangeret inquisiturus quid secũ ferret. Ob hoc autem quamquam aliqualiter Samuel videbatur recusare ire in Bethlehẽ ad vngendũ Dauid: tamẽ nõ recusauit, cum dictum est ei, quòd portaret secum Oleum: recusasset tamẽ, si existimaret, ꝙ depræhẽdi poterat Oleum, quod ferebat. *Et veni, vt mittam te ad Isai Bethlehemitē.* Iste Isai erat pater Dauid, & vocatur alio nomine Iesse. Sic patet Isa. c. 11. & Mat. 1. Missus est aũt Samuel ad eũ, quia de filijs eius vncturus erat D regem. Vocatˀ Isai Bethlehemites, quia erat de vrbe Bethlehem in tribu Iuda. *Prouidi enim mihi in filijs eius Regem.* i. ego inquisiui Regem vnum de filijs eius, & illum vnges.

An declarauerit Deus Samueli nomen Dauid, quem vncturus erat in regem, quando misit eum in Bethlehem.

Quęstio. V.

QVAERET aliquis, An Deus declarauerit hic Samueli, quem vncturus erat in regem. Respondendum est, ꝙ solum dixit, ꝙ vnum de filijs eius vncturus erat in Regem, sed nomen illius non expressit Samueli. Quod patet, quia infra dici E tur: Ego ostendam tibi quid facias, & vnges quẽcũque monstrauero tibi: ergo nunc nondum mõstrauerat, sed mõstraturus erat postea in Bethlehem. Itẽ patet, quia, quando adducti sunt filij Isai coram Samuele, videns primogenitum corpore excellẽtem, putauit, ꝙ eum elegerat Dominus, & dixit: num coram Domino est Christus eius? similiter aũt de secũdò, tertiò, & quartò, & vsque ad finẽ omniũ fecit: si tñ declarasset ei Deus quẽ vncturus erat, nõ inquisiuisset consulẽs Deũ per singulos. *Et ait Samuel. Quomodo uadam?* quasi dicat, difficile est mihi, quòd vadam, quia, qualitercumque vadam, periculum mortis est. *Audiet enim Saul, & interficiet me*, scilicet, audiet, quòd ego iui ad vngẽdum aliqnem in Regem,

& tunc interficiet me, quia in hoc apparebo hostis F illius, nec erat aliquid, cur facilius Saul Samuel occideret, quàm ex hac causa.

An Samuel peccauerit qualitercumque, recusando Dei missionem. *Quæstio. VI.*

QVAERET aliquis, An Samuel peccauerit hic, ꝙ aliqualiter videtur recusasse Dei missionē. Aliquis dicet, ꝙ peccauit, quia qualitercumq; Deo repugnare, cum voluntas eius cognita est, peccatū est. Respondendum est, quòd Samuel non repugnauit hic Deo, dicens, quòd nolet ire in Bethlehē, vel aliqualiter ingratum ducens illuc ire: hoc enim proculdubio peccatum esset: nec etiam dubitauit G quin Deus posset eum eruere ab illa morte, quàm Saul ei inflicturus foret, si cognosceret. Si enim circa hoc esset incredulus, peccaret, etiā si aliqualiter dubitaret: sic.n.fuit de Gedeō, qui sępius quæsiuit signum à Domino in vellere, & area: suffecisset enim sibi, quòd daretur ei modus, quomodo pugnaturus erat contra Madiam, & non quæreret signum, an victoria ei crederet. De hoc enim confidere debebat: peccauit tamen, vt communiter dicitur, venialiter, quia non fuit penitus incredulus, sed aliqualiter dubius. De quo Iudi.cap 6. Samuel autem nullo modo dubitauit, sed quæsiuit modum: sciebat enim, quòd Deus posset ei dare modum, quo vadens in Bethlehem non occideretur: sciebat quo H que, quòd, si inconsulte iret illuc, & Saul hoc cognosceret, occideret eum: ideo quæsiuit modum, quo iturus erat, non tanquam aliquid de potestate, & bonitate Dei circa liberationem suam dubitās, sed tamquam modum ignorans, quem à Deo inquisiturus erat. Hoc autem patet satis, quia Samuel dixit. Quomodo vadam, scilicet, quis modus est, quo decet me ire, ne occidar à Saule? quærere autem modum incredulitas nulla, nec peccatum est. Sic patet in Virgine, quæ dixit ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum, non cognosco? Luc. cap.1. nemo tamen vnquam dixit, quòd Domina nostra in hoc peccauerit. In Samuele autem sic est. Fuisset autem peccatum, si Samuel credidisset, se nō I posse mortem euadere faciendo hæc, vel si dubitasset, an posset: sic enim fuit in Zacharia patre Ioannis Baptistæ, cui, cum Angelus diceret, quòd gigneret filium, ait: Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Ex quo videtur, quòd non posset fieri, & sic non assensit verbis Angeli: vnde peccauit in hoc, & data est ei pœna, vt patet præalleg. cap. scilicet. Ex ecce eris tacēs, & non poteris loqui vsque in diem, quo hæc fiant, pro eo, quòd non credidisti verbis meis, quæ implebuntur tempore suo. Sed dicet aliquis, quòd Samuel fuit aliqualiter incredulus circa Dei bonitatem: nam, cum Deus dixisset ei, quòd iret in Bethlehem, credere debuisset, quòd eriperet eum ab om K ni malo, occasione vię huius, nec dubitasset vltra aliquid inquirere, sed Deo se totum tradere.

Respondendum, quòd si Samuel inquisiuisset aliquid à Deo, tamquam certificandus de liberatione sua, de qua aliqualiter dubitaret, peccasset, non tamen inquisiuit sic, sed quia sciebat, quòd aliquis modus ei dandus erat, vt non cognosceretur iter eius à Saule, quæsiuit à Domino de isto modo: quærere autem modum nihil dubietatis, vel incredulitatis facit plusquam, si homo nihil inquirens se Deo totum traderet, sicut enim fuit in Virgine inquirente modum, & in Samuele.

An peccauerit Samuel recusando implere mandatum Dei timore mortis. *Quæst. VII.*

QVAERET aliquis, An Samuel peccauit, qa timore mortis videbatur aliqualiter recusare impletionem diuini mandati, dicens: Audiet enim Saul, & interficiet me.

Respondendum est, quòd Samuel non peccauit: nam verum est, quòd timore mortis non debebat recusare mandatum Domini Samuel: nam, etiam si sciret mortem certissimam sibi paratam esse, non licebat ei subterfugere mandatum Dei: si ergo nollet ire in Bethlehē, vel aliqualiter excusaret se, vt nō occideretur à Saule, peccaret, nihil tamen tale fecit, quia nō dixit, ꝙ volebat ire, vel quòd erat sibi difficile ire, sed dixit: Quomodo vadam? scilicet, si ego vado manifeste, Saul occidet me: & hoc Deus non acceptat, qui magis vult salutem meam: dandus ergo erat aliquis modus, per quem iter Samuelis occultaretur Sauli, & quia sciebat Samuel, quòd Deus volebat eum nunc liberare, quæsiuit modum liberationis: si tamen Deus iussisset, ꝙ Samuel iret illuc apertè, ita quòd occideretur à Saule, nec vellet dare aliquem modum occultationis, tenebatur Samuel sine aliqua recusatione, vel excusatione, aut consultatione Dei gratum habere mandatum, & sic fecisset, quia alij viri sancti sponte subibant vincula, & carceres, variaque mortis genera propter Dei præceptum, vt patet ad Heb.ca.11. Sic facturus erat Samuel. *Et ait Dominus, vitulum de armento tolles in manu tua.* Hic ponitur modus occultationis itineris Samuelis, scilicet, quia fingeret se ad illud ire: & hoc fuit conueniens in sacrificio, scilicet, vt diceret se ire ad sacrificādum Domino in Bethlehem: & quia etiam hoc facere poterat, non ferendo secum animal, cum illud emere posset in Bethlehem, sed quia non ita manifestum esset, quòd ibat ad sacrificandum, si non portaret secum animal immolabile, voluit illud portare. Dicitur autem tollas in manu tua idest, coram te: nam non poterat in manu sua portare vitulum, sed est modus loquendi veteris Testamenti, quo omnia, quæ portantur, dicuntur in manu portari.

Quomodo iter Samuelis potuit esse occultum, portando vitulum secum. *Quæstio VIII.*

QVAERET aliquis, Quomodo Samuel portando vitulum faciebat iter suum occultum, & à quibus volebat ipse occultare intentionē suā. Respondendum est, quòd, cum Samuel ante hoc habitaret in Ramatha, ad quam iuerat, quando recessit à Saule, vt patet prçce. cap. si inde nunc recederet, vt iret in aliquem locum, putarent omnes iudæi ipsum ire ad aliquid magnum agendum, quia erat vir maximè auctoritatis in populo: sic cognosceretur via eius, vel cogeretur mentiri, si non haberet aliquem modum occultum. Quod autem omnes suspicarentur aliquid de eius itinere, apparet, quia immediatè, vt ingressus est Samuel in Bethlehē, admirati sunt seniores ciuitatis occurrentes ei: dixerūtq;. Pacificus ne est ingressus tu? ita ergo oēs alij, q viderēt eū recedentē de Ramatha, suspicarēt aliquid de itinere eius, vel cognoscerent illud: si autem cognoscerēt, esset magnum periculum Samueli, quia Saul audiens occideret eum: Dauid quoque imminebat periculū, qa Saul psequeret eū ad mortē, si sciret eū vnctū in Regē. Debuit ergo celari omnibus, non solum extraneis, sed etiā Bethlehemitis cōtribulibus suis, quia fortè aliquis, concepto liuore de magna excellentia Dauid, pderet Sauli, quod factum

factum fuerat, vel vt acciperetur in gratiam Saul, A tanquam dolens pro eo, nunciaret Dauid vnctum in regem. Fuit autem ad occultandum hoc conueniens modus, quòd portaret Samuel vitulum, quaſi vellet immolare. *Et dices; ad immolandum Domino veni.* id eſt, ſi aliquis quęſierit ad quid vadis, reſpondebis hoc: & ſic celabitur itentio tua. Hoc patet de ſenioribus Bethlehem, qui immediate quæſierunt, qualis eſſet aduentus ſuus: reſponditque ad immolandum Domino veni.

An peccauerit Samuel, cum dixit, ſe veniſſe ad immolandum, cum tamen venerit vngere Dauid. Q. IX.

QVAERET aliquis, An Samuel peccauerit B in hoc, quia dixit, quòd veniebat ad immolandum, tamen iter ſuum erat ad vngendũ Dauid in Regem. Reſpondendum, quòd non: quia ſi fuiſſet hic peccatum aliquod, ſaltem veniale, Deus non iuſſiſſet Samueli hoc facere, cum Deus nullum impellat ad peccandum, quia maximè odit iniquitatem: apparet autem hoc Pſalmus 5. ſcilicet: Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Iuſſit tamen Deus Samueli hoc facere: ergo non erat peccatum. Cauſa huius eſt, quia, ſi hic fuiſſet aliquod peccatum, iſtud eſſet mendacium, ſ. quia dixit Samuel aliud, quàm intendebat. Sed dicendum, ꝙ non fuit hic mendacium, quia verè intendebat Samuel immolare Do- C mino in Bethlehem, & immolauit: non tamen ibat principaliter ad immolandum, ſed ad vngendum Dauid in regem. Immolatio autem fiebat ſolum ad occultandum vnctionem. Quòd autem Samuel occultaret id, quod principaliter intendebat, & exprimeret id, quod minus intendebat, peccatum nõ erat: ſicut non eſt illicitum alicui homini occultare alteri intentionem ſuam: exprimere tamen mendacium quocunque modo, peccatum eſt: ideo ſi dixiſſet Samuel, ꝙ non ibat ad vngendum aliquem in regem, peccabat, quia exprimebat falſum: dicendo tamẽ, ꝙ ibat ad immolandum, non peccabat: quia, quamquam ſubticeret principale, veruntamen nõ exprimebat aliquod falſum. Poſſet autem pecca- D re Samuel in hac reſponſione, vt ſi cogeretur iurare, ꝙ totaliter exprimeret id, ad quod ibat in Bethlehem, & diceret ad immolandum Domino veni, quia non erat illud totum, ad quod veniebat: quia tamen ſimpliciter fuit inquiſitus de aduentu ſuo, & reſpondit, quòd venerat ad immolandum, non peccauit. Ex hoc apparet, quòd cuique licet occultare veritatem, vel intentionem ſuam alijs per verba, vel per ſigna exteriora, dum tamen nihil falſum exprimat: vtrumque enim fecit hic ſamuel. Nam primo, per ſigna finxit aliud ſe intendere, quàm intendebat: nam, cum portaret vitulum coram ſe ſignificabatur, ꝙ intenderet ire ad immolandum, aliud tamen principaliter intendebat. In verbis etiam fin E xit, quia, cum quæreretur de aduentu ſuo, reſpondit ad immolandum Domino veni, quaſi hoc ſolũ, vel precipuum eſſet ad quod veniebat, ſed non erat. Sciendum etiam, quòd non ſolum licet alicui occultare intentionem ſuam ſignis exterioribus, & coloribus verborum, ſed etiam, quòd velit alios falſè intelligere per ſigna illa, & verba. Sic patet de Samuele: nam, cum ipſe portaret vitulum, ſignabat in hoc, quòd ibat ad immolandum: non ſolùm tamen in hoc volebat, quòd alij hoc intelligerent, ſed quòd putarent eum veniſſe ſolum ad immolãdum, vel ad hoc veniſſe principaliter: nam, ſi ſolum intelligerent aduentum eius eſſe ad immolandum, & nõ putarent ad hoc ſolum eſſe, vel ad hoc eſſe principaliter nihil valeret fictio Samuelis; quoniã ad huc putarent ſupereſſe cauſam principalem aduentus ſui, & de illa inquirerent, & tunc cogeretur Samuel dicere falſum, ſcilicet, quòd nõ veniebat ad aliquid aliud, vel exprimere aliquid, ad quod non veniſſet: Vtrumque autem erat inconueniens, ideo neceſſe eſt, ꝙ vellet, ꝙ intelligeret aduentũ ſuũ ſolũ fuiſſe ad immolandum Domino: & hoc eſt velle, ꝙ alij falsè intelligant, ſed hoc non eſt peccatum: quia ipſe nihil falſum agit: ſecus autem ſi ipſe ageret: nec aliquis debet vocare talem fictorem, ſecundum, ꝙ opponitur veridico, de quo Ariſt. 2. Eth. Nam fictor eſt, qui in habitu, vel in verbis aliud fingit, quàm ſit. Et hoc vitium eſt, cum quis contra honeſtatem, vel in alterius damnum fingit. Sicut patet de hypocritis, qui veniunt in veſtibus ouium: ſi tamen quis ſolum hoc agat, vt occultet intentionem ſuam alteri ex cuius manifeſtatione ſequeretur ei damnum, nõ peccat, nec fictor.

An Samuel peccauit immolando Domino in Bethlehem. Quæſtio. X.

QVAERET aliquis, An Samuel peccauit immolando Domino in Bethlehem. Aliquis reſpondebit, ꝙ peccauit, quia Deus iuſſerat, ꝙ immolatio ſolum fieret in ſanctuario ad oſtium tabernaculi, & qui alibi immolaret, cenſeretur tanquam ſi occidiſſet hominem: Leui. 17. c. etiam Deut. ca. 12. dicitur nõ eſſe holocauſta offerenda in omni loco, ſed ſolum in eo, quem Dominus elegit: ſed in Bethlehem non erat ſanctuarium, ſed in vrbe Nobe, vt patet infra, c. 21. ergo non licebat Samueli immolare in Bethlehem. Reſpondendum eſt, ꝙ licuit, quia id quod Deus iubet, licitum eſt, immo neceſarium. Deus tamen iuſſit Samueli immolare in Bethlehẽ, ergo ibi licebat immolare. Pro quo ſciendum, ꝙ Deus iuſſerat, ꝙ omnes Iſraelitæ immolarẽt in vno loco tantum ſ. in Atrio tabernaculi ad tollendum ſuſpitionem idolatriæ, quia, ſi quicunque immolaret vbi vellet poſſet immolare Dęmonibus, & facere cęremonias idolorum. Cum autem omnes in eodem loco immolarent, & fieret per ſacerdotem ſacrificium, non erat occaſio vlla idolatrandi. Si tamẽ Deus alicui iuberet alibi immolare, manifeſtũ eſt, ꝙ teneretur, nec obſtabat lex poſita, quia cum Deus legem tulerit, poteſt illam abrogare, vel interpretari illam, aut diſpenſare in ea. Sic autem fuit hic de Samuele, ideo manifeſtum eſt, ꝙ licebat ei hoc. Sed adhuc dicendum, ꝙ quamquam Deus non iuſſiſſet hoc expreſsè, dicẽdum erat, ꝙ licebat Samueli iſtud: quia in viris paruę auctoritatis, de quorum fide non erat firma ſecuritas, quando viderentur extra locũ ſanctuarij immolare, putabatur, ꝙ agebant ad idolatriam. In viris autem magnæ auctoritatis, quantũ ad Deum, ſicut ĩ prophetis, & alijs viris ſanctis, quãquam videretur agere aliqua contra legem, non iudicabatur, ꝙ iniquè agerent, ſed credebatur, quòd Deus illos moueret: huiuſmodi autem erat de Samuele, qui erat Propheta magnus: ideo quodcumque ageret, credebatur agere motus à Deo: ſic enim cõſtruxit altare in Ramatha, & immolabat ibi ſup. cap. 7. Immolauit etiam poſtea in Galgala, ſed non patet de aliquo illorum locorum, ꝙ Deus iuſſerit eum ibi immolare: populus tamen credebat eum in hoc bene agere. Sic etiam fuit hic, quia mox, vt venit in Bethlehem, dixitque ad immolandum Domino veni. Acceptauerunt ſeniores reſponſum illius, quaſi hoc ei liceret.

Modus iste occultandi iter Samuelis fuit conueniens, alias Deus non dedisset eum. Quæst. XI.

QVAERETVR vlterius, an modus iste datus hic Samueli ad occultationem itineris sui, esset conueniens. Respondendum, ꝙ sic, quia Deus illum dedit: si tamen non esset conueniens, non dedisset. Apparet autem in hoc, quia volebat Samuel elidere præsumptionem, & quęstionem videntium eum: qui enim videret eum ire in Bethlehem, crederet non immerito hoc fieri, & ad aliquid magnũ ire. Cùm verò vitulum videret, quia iste erat apparatus volentis immolare, cessaret suspicari, credens quòd ad immolandum ibat: cessarēt etiam per hoc inquisitiones de itinere eius, quia, si Samuel nihil secum portassent, omnes videntes eum inquietassent ipsum inquirentes de via illius. Et quamquam responderet, quòd ibat ad immolandum, non contentarentur inquirentes, non videntes aliquod signum huius, ideo inquietarent Samuelem frequēti inquisitione quousque deduceretur ad indicandum intentionem suam, vel exprimēdum aliquod falsum, vel penitus subticendum, quorum quodlibet erat inconueniens. De primò patet, quia sequeretur mors Samuelis, & Dauid, sicut hic dicitur: Audiet Saul, & interficiet me. De secundò patet, quia peccaret mentiendo, quod maximè fugiendũ est, in Propheta. Tertiùm quoque erat inconueniens, quia per omnimodam taciturnitatem redderetur suspectus, quòd vellet aliquod magnum, & secretum agere, & fortè impediretur, quia suspicantes niterentur scire quid faceret. Nunc autem, dato modo isto de ferendo vitulum, tollebant hæc. Erat etiam valde conueniens hoc ad occultandum rem Bethlehemitis, quia cùm in Bethlehem vellet immolare Samuel, poterat vocare ad victimā quē vellet scilicet, vt comederet cùm eo de victima. Et q̃q̃ aliquis ibi specialiter vocaretur ad victimā, cęteri nihil suspicarentur & ibi posset facere Samuel, quod intendebat. Sed dicet aliquis, quòd non erat cōueniens modus iste ad occultandum iter Samuelis, quia, quamquam Samueli liceret immolare vbicunque vellet, tamen Bethlehem non erat locus, in quo consuetum esset immolari Domino, ideo videntes eum velle ibi immolare, putarent, quòd nō venisset principaliter ad immolandum, sed ad aliquid aliud, & sic semper maneret suspitio.

Respondendum est, quòd iste erat modus conueniens, quia quamquam non esset locus consuetus Bethlehem ad immolandum Domino, tamen forte Deus vellet, quòd in loco illo immolaretur sibi, quia aliquando eligebat vnum locum, & aliquādo alterum. Sic dicitur Deu. c. 12. ꝙ immolatio fieri deberet in loco, quem Dominus elegisset. Samuel autem erat propheta, ideo, cùm iret ad immolandum in Bethlehem, crederent videntes, ꝙ Dominus elegisset locum illum ad immolandũ sibi, siue pro tūc, siue pro semper; & sic non suspicaretur, ꝙ venisset Samuel ad aliquid aliud. *Et vocabis Isai ad victimam.* i. quando portaueris in Bethlehem vitulum, immolabis illum, & vocabis Isai ad victimam, idest, vt comedat tecum de victima.

Quare victimam offerre debebat Samuel, vt vocare posset Isai ad comedendum. Quæst. XII.

QVAERET aliquis, quæ victima erat ista, ad quam vocare poterat Samuel Isai, vt come-
F deret cum eo. Respondendum est, quòd ista erat
victima pacifica: erat enim triplex genus sacrificio-
rum, scilicet, Holocaustum, hostia pacifica, & ho-
stia pro peccato: si autem fuisset hic holocaustũ, non
potuisset Samuel vocare Isai ad victimam, vt come
deret de illa, quia de Holocausto nihil proueniebat
offerentibus, nec sacerdotibus, sed oēs carnes crema
bantur coram Deo, vt patet Leuit. cap. 1. sola autē
pellis cedebat sacerdoti facienti sacrificium, vt pa-
tet Leuit. cap. 6. ideo non erat ibi aliquod conuiuiũ,
ad quod aliquis posset vocari. Non potest quæque
intelligi de hostia pro peccato, quia de illa nihil pro
ueniebat offerentibus: nam hostia, quæ erat pro
peccato, interdum vocatur pro peccatò, & interdũ
G pro delicto. Cum enim pro delicto est, tota cedit
sacerdotibus, præter lumbos, cum cauda, & adipi-
bus. Leuit. cap 6. Si autem esset pro peccato, quan-
do erat pro peccato totius populi, vel summi sacer-
dotis cremabatur totum animal, cum pelle, carni-
bus, & fimo Leu. c. 4. Si autem esset pro peccato alia
rum personarum, totum animal proueniebat sacer
dotibus, præter adipes, qui cremabantur Leuit. cap.
6. & sic numquam de sacrificio pro peccato proue-
niebat quicquam offerenti, ita, vt ipse posset come-
dere; & alij, quos inuitaret. Manet autem sola ho
stia pacifica, de qua potest comedere offerens, & a-
lij, quos ipse voluerit. Vnde de ista hostia Deo soli
adipes cedunt. Leuit. cap. 3. sacerdotibus autem pe-
H ctusculum, & armus dexter Leuit. cap. 7. reliquæ au-
tem carnes proueniebant offerentibus, & has come
debant ipsi coram Domino, scilicet, in sanctuario,
cum filijs vxore, Seruo, Ancilla, Aduena, Peregri-
no, & leuita, & generaliter, cùm omnibus, quos
ipse offerens vellet vocare ad prandium. De hoc
Deut. cap. 12. & 16. Cum igitur Samuel immolaret
vitulum in hostiam pacificam, poterat inuitare ad
cibos illius Isai, vel quoscumque vellet, dum tamē
essent mundi; & ob hoc Samuel dixit ad Isai, & fi-
lios suos, quòd sanctificarentur, scilicet, quòd pu-
rificarentur, vt essent apti ad comedendum de ista
hostia pacifica.

I *Conuenienter vocatus est Isai ad victimam, vt occultaretur intentio eius. Quæst. XIII.*

QVAERETVR vlterius, Quare Deus iussit, ꝙ
Samuel vocaret Isai ad victimam.
Respondendum, quòd hoc fuit ad celandum in-
tentionem Samuelis, quia licet Samuel immolas-
set in Bethlehem, si postea vocasset Isai ad aliquid,
vel cùm eo specialiter loqueretur, suspicarentur
aliquid alij Bethlehemitæ: & sic semper maneret
infestatio Samuelis, ad sciendum, ad quid venisset.
Cùm autem Samuel vocasset ad victimam Isai, &
filios eius, sciebant Bethlehemitæ, quòd cùm eo co
mesturus esset: & sic quamquam aliquid loquere-
K tur eis secretè, nihil ad hoc aspicerent Bethlehemi
tæ: & sic haberet locùm Samuel ad faciendum, qđ
intendebat sine suspitione: & sic factum est, quia
ibi ante prandium vnctus est Dauid in regem, ut pa
tet infra. Sed aliquis dicet, quòd Samuel vocauit
ad victimam Isai, scilicet, non vt comederet de vi-
ctima, sed vt astaret immolationi, & reliquis cœ-
rimonijs sacrificij: & tunc nihil refert, an esset ho-
locaustum, vel hostia pacifica, vel pro peccato, quia
quicunque poterat astare.

Sed dicendum, ꝙ non stat: quia hoc modo non
solum vocasset Samuel Isai, sed etiam cæteros Be-
thlehemitas, immo etiam non vocati aduenirent
ipsi ad cerimonias sacrificij propter deuotionem, &

& reuerentiam prophetæ. Item patet, quòd intelligatur de vocatione ad cibos, quia dixi infra, Samuel ad Isai: Mitte, & adhuc eum: non enim discumbemus plusquam ipse huc veniat, ergo pariter illa die sumebant cibos Samuel, & Isai, quod referendum est ad cibos de hostia pacifica oblata. *Et ego ostendam tibi quid facias.* scilicet, quando ibi fueris, & iam immolaueris victimam, ego ostendam tibi, qd facias, idest, quem vngas in regem: non dicitur hic quid facias quantum ad actum, sed quantum ad ꝑsonam: quia cognouerat Samuel, quid facturus esset, scilicet, quòd vncturus esset aliquem in regem, non tamen nouerat, quis esset ille. *Et vnges, quem monstrauero tibi.* idest, vnges in regem illum, de quo ego dixero: nam Deus loquebatur sibi specialiter B præsente quocunque filio Isai, an ille esset, quem volebat vngi.

Quare dixit vnges, quem monstrauero.
Quæst. XIIII.

QVAERET aliquis, quare Deus dixit vnges, quem monstrauero tibi: quia manifestum est, quòd, cum Samuel non accepisset determinate à Deo, quem vncturus erat, nullum vngeret, nisi eũ, quem Deus monstraret.

Respondendum est, quòd hoc dictum est ad tollẽdum dubium, & ne vngeret Samuel alium, quàm eum, quem Deus volebat: cum enim nihil dixisset C Deus Samueli de viro vngendo, & Isai haberet multos filios putaret Samuel, quòd primogenitus vngendus erat, & hunc vngeret. Hoc autem patet, quia in veteri Testamẽto primogeniti tam de lege communi, quàm de lege speciali præcellebant cœteros. De lege communi patet: nam apud omnes Hebræos erat lex, quòd primogenitus cuiuslibet tãtum haberet de successione paterna, quantum duo filij de aliis, vt patet Deu. cap. 21. De lege quoque speciali erat hoc, quòd summis sacerdotibus, si haberet summus sacerdos multos filios, non succedebant omnes in summo sacerdotio, sed solus primo genitus Leui. cap. 21. alij autem erant sacerdotes minores. Inter gentes quoque sic erat, quòd primo- D genitus succederet semper in honore Patris, siue in regno, siue in alio principatu, sic autem existimaret Samuel debere fieri inter filios Isai. Iussit ergo Deus, quòd Samuel vngeret illum, quem sibi mõstraret, vt non vngeret primogenitum. Hoc autem patet: quia cum præsentatus est Eliab primogenitus Isai Samueli, voluit eum vngere, & dixit: Num coram Domino est Christus eius? Deus autem dixit: Ne respicias vultum eius, nec altitudinem staturæ eius, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis iudico. Ex quo apparet, quòd Samuel, vt homo iudicabat illum esse vngendum: Deus tamen vetuit: debuit ergo admoneri, ne aliquem eligeret, nisi quem Deus ei demonstraret: ideo quan- E do omnes septem filij Isai adducti sunt coram Samuele, & nullus eorum inuentus est, quem Deus eligeret, quamquam videretur Isai nullum alium filium habere: tamen nullum illorum voluit vngere Samuel, sed quæsiuit, an aliquem alium haberet Isai filium.

Quare Deus noluit distinctè ostendere Samueli, quem vncturus esset, & an fratres hoc sciuerint.
Quæst. XV.

QVAERETVR vlterius, quare Deus non determinauit nunc Samueli quem vncturus A esset in regem, sed locutus fuit indistinctè.

Respondendum est, quòd hoc factum est, ad tollendam suspitionem, & indicandum, quòd à Deo hoc fieret. Si enim Deus dixisset Samueli, quòd vngeret Dauid, & ipse, nullo præmisso, vngeret eum in regem, crederetur hoc factum fuisse affectione quadam humana, & non iussu Dei: & sic cognati Dauid non multum confiderent regno eius. Item, quia forte fratres Dauid putantes hoc factum affectione humana, & non, quia Deus elegisset specialiter Dauid, emularentur ei, & niterentur surripere, vel violenter auferre principatum, tanquam nõ iuste acquisitum: vt ergo tollerentur hæc, voluit, Deus declarare quomodo specialiter eligeret Dauid: & hoc fuit, cum super singulos consuluisset Samuel Dominum, an eligeret eos. Et responsum est, quòd non: deinde, cum venisset Dauid de Agro, dixit Deus Samueli: Surge, & vnge eum: ipse est enim. Apparebat ergo manifestè, quòd Deus eligeret Dauid: & sic fratres eius non niterentur tollere ei principatum: sic fuit de Israelitis contra Aaron: quia quamquam Deus elegisset eum in summum sacerdotem, quia tamen non apparuit aliqđ signum electionis diuinæ, putauerunt Israelitæ, ꝙ Moyses fecisset hoc affectione carnali, tribuens principatum cognatis suis, ideo insurrexerunt aliqui de populo contra Aaron, vt acciperent summum sacerdotium, vt patet Num. cap. 16. Et quamquam ibi Deus acriter puniret illos, dixit quòd non cessarent ab hac insidia, quousque Deus daret aliquod signum, per quod pateret, quòd elegerat Aaron in summum sacerdotem. Et ad hoc dedit signum de virgula florente. Vnde dicitnr Num. ca. 17. Quem ex his elegero germinabit virga eius, & cohibebo à me quærimonias filiorũ Israel, quib⁹ cõtra me murmurant, quasi dicat, quod per istud signum manifestatiuum voluntatis diuinæ iam cessarent Israelitæ ab impugnatione Aaron, nec quisquam auderet insurgere contra eum, quia sciret, quod Deus eum elegerat: ita erat de Dauid, quamtum ad vnctionem suam, quia, si fratres eius putauissent illam vnctionem factam humana affectione, insurgerẽt contra eum, vt surriperent Regnum, quasi ad eos pertineret, eo quod maiores erant: vt ergo hoc non fieret, debuit manifestari nimis, quòd Deus illum eligebat per modum præcedentem, scilicet, quòd Propheta nesciret, quẽ vncturus erat, & cum ꝑ oẽs discurreret, reperiretur solus Dauid electus a Deo.

An debuit ista vnctio etiam fratribus occultari.
Quæstio. XVI.

QVAERETVR vlterius, cum Deus voluerit occultari nimis istam vnctionem Dauid, ne perueniret ad notitiam Saulis, vel aliquorum de populo, an occultata fuerit patri, & fratribus Dauid. Aliquis respondebit, quòd occultari debuit, Prima rõ. quia, cum hic Dauid ad magnam dignitatem extolleretur, & esset minimus fratrum suorum alij inuiderent ei: vt ergo non inuiderent, debuit occultari. Sic patet de Ioseph, qui referebat somnia fratribus suis, in quibus significabatur eum futurum Dominum fratrum suorum, qui ob hoc inuiderũt ei vsque ad mortem, nec poterant quicquam pacifice loqui, sed decreuerunt eum occidere: & ad vltimum vendiderunt eum: Gen 37. cap. Si tamen tacuisset somnia non fuissent suscitata inuidia. Debuit ergo hic subticeri, vel occultari vnctio Dauid fratribus suis. Item patet hoc exemplo Saulis, qui Secunda ratio. quan-

quando vnctus est in regē, nulli voluit significari, & quamquam cognati sui inquisiuissent quid ei accidisset, subticuit de sermone regni supra, cap. 10. hoc autem fuit, ne concitaret inuidiam contribulium suorum, contra se, vt ait Iosephus 6. Antiqui, quia in magnis prosperitatibus nemo amicus, & vsquequaque fidus est.

Respondendum est, quòd vnctio Dauid notificata fuit fratribus eius scilicet, quia ipsi sciebant, ꝙ Samuel veniebat ad vngēdum aliquem de eis in regem. Quod patet, quia per ordinem applicuit eos coram Domino: & dixit de primò. Num coram Domino est Christus eius? ergo bene videret ibi Eliab, quòd Samuel volebat vngere eum, sed Deus abijciebat illum. Sic etiam de omnibus alijs fratribus eius factum est: ergo quilibet illorum sciebat, quòd veniebat Samuel ad vngendū aliquem in regem. Item patet, quia omnes fratres Dauid viderunt eum vngi, vt patet infra scilicet, tulit Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius, ergo videbant fratres sui. Quòd autem pater eius cognouisset hanc vnctionem, apparet, quia Samuel faciebat, quòd Isai applicaret per ordinem filios suos coram eo, & cum applicuisset Eliab dixit Samuel: non elegit hunc Dominus, & applicuit secundum: & sic fecit de omnibus filijs: ergo Isai videbat, quòd Samuel vellet vngere aliquem de filijs eius in regē. Patet etiam, quia cum nullus de septem filijs acceptaretur à Deo, iussit Samuel vocari Dauid, qui erat in pascuis, dicens ad Isai: mitte, & adduc eum: non enim discumbemus priusquam ille huc veniat: ergo sciebat Isai quid vellet Samuel. Post hoc autem vnctus est Dauid inter fratres suos. Ergo etiam pater cognouit hoc.

Ad rationem primæ opin. Respondendum est, ad rationem in contrarium, quòd quamquam Dauid vngeretur scientibus fratribus, & patre, non concitaretur inuidia, cum scirent hanc electionem à Deo esse, nec valet exemplum de Ioseph: quia fratres sui non putabant illa somnia esse à Deo, sed per arrogantiam, & superbiā Ioseph alioquin non tentassent eum occidere, cùm contra Dominum scirent se non præualituros. Itē & fortius, quia fratres Ioseph inuidebāt ei, eo quòd ante hoc nemo erat eorum Dominus: nunc autem minimus eorum Dominari volebat illis. In Dauid autem fuit secus. Primò, quia ista vnctio cognoscebatur à fratribus suis esse à Deo, & ob hoc non inuiderent. Secundo, quia magis ex hoc lætari debebāt, cum ante hoc dominabatur eorum aliquis extraneus: nunc autem transiturus erat principatus in eos. Nam non solùm Dauid futurus erat Dominus fratrum suorum, sed magis Dominus totius populi: quod gratum erat fratribus suis, quia ex hoc magnus honor eis accrescebat. In Ioseph autem solùm significabatur, quòd esset dominaturus fratrib⁹ suis, & patri: in quo iugum erat, & non honor: ideo inuiderunt ei. Item ex hoc, quòd Dauid vngebatur in regem magnus honor, & vtilitas accrescebat fratribus, quia non solùm ipse principaturus erat, sed etiā omnes de cognatione sua extollerentur, ad maiorē dignitatem. Sic enim cum Samuel denunciaret Sauli, ꝙ futurus esset rex, ait: cuius erunt optima quæque in Israel? nonne tibi, & omni Domui patris tui? supra, cap. 6.

Item fratres Dauid habebant iam regem, & semper habituri erant aliquem, qui dominaretur eis: præeligerēt ergo illum habere de genere suo, quàm de extraneis, & sic non inuiderent. Sic autem factum est: nam non inuiderunt fratres Dauid ei, sed potius eum dilexerunt, & adiuuerunt. Vnde cùm

F Saul inciperet persequi Dauid, & ipse fugisset in speluncam Odollam, dicitur, quod cum audiuissent fratres eius, & omnis domus patris eius, descenderunt ad eum illuc, & conuenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo, & factus est princeps eorum infra. ca. 22. Ad secundum autem dicebatur de Saule, quòd noluit reuelare sermonem regni, timēs inuidiam. Dicendum quòd aliqui volunt, quòd non egerit timore inuidiæ, sed ex humilitate. Sed adhuc dicendum, quòd quamquam egisset hoc ex inuidia, non sequitur, quòd subticendum erat, quia cognati ei⁹ nō inuiderēt ei, sed ipse timuit vltra modū, quia homines maximè circa ista efficiuntur timidi. Aliter potest dici, quòd non erat simile de Saule, & de

Ad secundam rationem.

G Dauid, quia cum Saul vnct⁹ est in regem, nullus rex præcesserat: sed ibi fiebat nouiter: solent autem nouitates odia parere, & inuidentiam: tempore autē vnctionis Dauid iam erat rex in Israel, & semper aliquis futurus erat, ideo quòd vngeretur Dauid in regem non erat nouitas, nec pareret odium: & sic non fuit inconueniens vnctionem illam patri, & fratribus notam esse.

Fecit ergo Samuel, sicut locutus est ei Dominus, scilicet, impleuit cornu suum oleo ad vngendum Dauid. *Venitque in Bethlehem*. Quia illuc iusserat Dominus ire eum, cum ibi habitaret pater Dauid. Erat autem nunc Samuel in Ramatha, quia ad ipsum locum venit, quando recessit à Saule, & ad eum re-

H dijt postquam vnxit Dauid, vt patet præced. cap. & infra, in littera. *Et admirati sunt seniores ciuitatis occurrentes ei.* scilicet occurrerunt ei, ad honorandum ipsum. Scientes enim, quòd veniret exierunt ei, obuiam, eo, quòd esset vir honoratissimus Samuel in toto populo, & paulo ante hoc ipse fuerat Dominus in toto Israel supra, cap. 7. deinde autem, vncto Saule in regem, adhuc ipse dominari videbat, quia quicquid ipse iubebat faciebat Saul: fueruut autem admirati seniores de aduentu eius, quia nesciebant causam.

I *Quare valde mirati sunt seniores Bethelehem de aduentu Samuelis. Quæst. XVII.*

QVAERET aliquis, cur admirati sunt seniores de aduentu Samuelis.

Respondendum est, quòd admirati sunt, eo, quòd iste erat magnus vir, & non consueuerat venire in vrbem Betheehem: nunc autem veniebat: ideo aliquid noui subortum erat. Item mirabantur, quia cum ipse esset præcipuus omnium virorum Israel, non posset venire in Bethlehem, sine causa. Et ista causa non erat nota eis: ideo obstupuerūt quid hoc esset, quia necesse erat, quòd esset aliquid arduum. Itē admirati sunt, quia, cum Samuel ēēt honoratis-

K simus in toto populo, debebat sociari à multis: nūc autem veniebat solitarius: non ergo erat signum alicuius boni. Sic enim fuit de Dauid, cum fugit à facie Saulis ad Achimelech: nam dicitur, quòd obstupuit Achimelech, quòd venisset Dauid, & dixit ei: Quare tu solus, & nullus est tecum? infra. cap. 21. Non est bonum signum. Item admirati sunt, quia aduentus iste Samuelis fuit festinatus, & incognitus eis: Cum enim tantus vir ad aliquem locum veniret: debuisset tota vrbs prænoscere aduentum eius, vt possent ei exire obuiam, nullus tamen hoc cognouit, & hoc erat eis peius signum, scilicet, quòd recessisset Samuel quasi fugiens, & ob hoc quæsierunt: Pacificus ne est ingressus tuus? idest

idest nunquid venis cum pace? decuit tamen, vt sic faceret Samuel, quia ipse volebat aduentum illum esse occultum, ne Saul sciret hoc, & occideret eũ, vt patet supra. *Dixeruntque. Pacificus ne est ingressus tuus?* idest, nunquid venis cum pace? quod dupliciter intelligitur. Vno modo, quòd Samuel veniret ad denunciandum aliquod malum vrbi: & tunc nõ erat pacificus ingressus eius: hoc autem quæsierũt senes, scilicet, si apportaret aliquod malum vrbi. Aliter autem intelligitur. s. ꝙ senes, eo quòd viderũt Samuelem velociter venisse, & sine socijs viæ: putauerunt, ꝙ fugeret à facie Saulis, quasi Saul vellet eũ occidere, eo ꝙ denunciauerat ei mala, scilicet auferendum esse regnum: vel quia increpuerat eum nimis. Et ob hoc quæsierunt, an cum pace veniret, vel mortem fugeret. *Et ait: Pacificus.* i. dixit, quòd cum pace veniebat, scilicet, quòd non fugiebat à facie Saulis, nec timor alicuius eum illuc deduxerat, sed causa pacifica, quam immediatè expressit. *Ad immolandum Domino venit.* idest non venio fugiens, sed ad immolandum: hoc autem pacificum est: seniores vero crediderunt ei, eo quòd erat vir propheta, & quia viderunt apparatum sacrificij, scilicet, quòd portaret vitulum in manu sua, nec admirati sunt, quòd vellet immolare in Betelehem: quia, cùm esset propheta, licebat ei immolare, vbi vellet. *Sanctificamini, & venite mecum, vt immolemus Domino.* i. parate vos ad sacrificium, & immolabimus.

Quos vocauit Samuel ad sacrificium.
Quæst. XVIII.

QVAERET aliquis, quibus dixit, quòd sanctificarentur ad sacrificium. Aliquis dicet, quòd toti populo, quia omnes seniores vrbis occurrerũt ei, cùm quæsiuissent de ingressu suo, & ipse respondisset: ad immolandum Domino veni: ait sanctificamini, & venite mecum: ergo ad omnes seniores, qui occurrerant ei, loquebatur hæc. In contrarium dicetur, quòd solùm dicta sunt ista ad Isai, & filios suos. Qđ patet immediate. s. sanctificauit ergo Isai, & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium: alij igitur non fuerunt vocati.

Respondẽdum est, quòd hic fuit duplex vocatio ad sacrificium: aliqui enim vocabãtur ad sacrificiũ, scilicet, vt adessent, quando fieret: alij autem vocati sunt ad illud. s. vt comederent de eo. Primum enim erat ad deuotionem: quia sacrificium erat præcipua ceremonia veteris Testamẽti, quæ expressius signabat Deum: ideo qñ aliqs offerebat alij veniebant, vt astarent ei, & laudarent Dominum. Hoc modo omnes seniores vrbis Bethelehem vocati sunt ad sacrificium, & de hoc intelligitur, quod hic dicitur. s. sanctificamini, & venite mecum. Alia erat vocatio ad sacrificium, scilicet, ad comedẽdum de illo, quia cũ istud esset sacrificium pacificum, plures, partes eius proueniebant offerrenti, ad quas ipse poterat inuitare, quos vellet. Et sic fecit Samuel in Isai, & filijs eius: qui inuitauit eos ad cibũ, vt ibi haberet opportunitatem faciendi, quod volebat. Non fuerunt autem hoc modo vocati aliqui de populo, præter Isai, & filios eius: quia ibi iungendus erat vnus de eis, sed hoc volebat Samuel esse occultum: ideo nemo debuit de alienis interesse, & de hoc intelligitur, quod habeẽ infra. s. sanctificauit ergo Isai, & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium, scilicet, eos solum: hoc autem patet: quia in prima, dicitur: venite mecum, vt immolemus Domino, & sic solum inuitauit eos ad immolandum, & nõ ad comedendnm de immolato. De Isai autem, & filijs eius secus erat, quia ad

A vtrumque uocati sunt. *Sanctificauit ergo Isai, & filios eius.* i. iussit eis, quòd sanctificarentur: nam ipse non poterat eos sanctificare: sic etiam dicitur Exo. cap. 19. sanctifica eos in diem tertiũ idest, iube eis, quòd sanctificentur.

Qua sanctificatione Samuel sanctificauit Isai, & filios eius.
Quæstio. XIX.

QVAERET aliquis, quæ sanctificatio erat ista. Respondendum, ꝙ cum Isai, & filij sui comesturi essent de cibis sanctificatis, oportebat, ꝙ essent mundi, alioquin incurrerent magnam penam: quia qui immundi comederent de sanctificatis perituri B erant coram Domino Leui. cap. 22. debebant ergo mundari ab omnibus immundicijs si quas incurrerant. Sunt enim quædam immundiciȩ naturaliter euenientes, vt esse leprosum, & fluentem semine: & isti erant immundi toto tempore, quo manebãt in hac immundicia. Aliæ autem erant immundiciæ legales per contactum, ut si quis comederet carnes vetitas, vel tangeret morticina eorum, vel vestes, aũt suppellectilia tacta ex his: de quibus Leui. c. 11. Erat etiã immundicia, si quis tetigisset hoĩs impuritatẽ, vel reptile, aut per se mortuum, vel occisum à bestia, & similia, de quibus Leui. ca. 5. & 20. Erat etiam immundicia, si quis tetigisset hominem mortuum, vel ea, quæ erant in tabernaculo eius Nume. c. 19. sic C etiam, si quis tetigisset mulierem menstruatã, vel res illius: & virum fluentem semine, vel res illius Num. c. 15. sic etiam si quis tangeret leprosos, vel res leprosorum: aut introiret in domum, quæ de lepra suspecta est Leui. c. 14. similes autem modi sunt alij: si quã autem harum immundiciarum quis pateretur, non poterat accedere ad sanctuarium, nec ad aliquam rem sacram, aut comedere de sanctificatis, alioquin moreref, vt patet Leui. c. 15. s. docebitis filios Israel vt caueant immundiciam, & non moriantur in sordibus suis: cum polluerint tabernaculum meum, qđ est inter eos Quancumque ergo harum immundiciarum paterentur Isai, & filij sui, vel aliquis eorum, debebant purificari, vt comederent de sacrificio. Di D cendum tamen, ꝙ ipsi non habebant aliquã immũdiciam de naturalibus, vt esse leprosum, vel fluentẽ semine, quia istȩ immũdiciæ tandiu durant, quãdiu manent ægritudines: Samuel aũt non poterat expectare diutinam, & incertam purificationẽ eorum, si aliquid tale paterentur. Item, quia si haberent aliquam illarum immundiciarum, non manerent in vrbe, sed extra, quia omnes leprosi, & fluentes semine eijciebantur de castris Num. cap. 5. erant tamen Isai, & filij sui in vrbe, vt patet hic. Item non habebãt immundiciam, quȩ contrahitur super mortuo, quia ista reddit hominem immũdum. 7. diebus Nume. cap. 19. & facit, quòd moretur extra castra Nume. cap. 5. Isai tamen, & filij sui erant in vrbe: pote- E rant autem habere aliquam de immundicijs alijs, q̃ leuiter tolluntur, scilicet, vsque ad solis occasum, & in his per aspersionem aquæ lustrationis, vel per lotionem in aquis viuentibus, fieret puritas. Potissime autẽ sanctificauit Samuel Isai, & filios suos. i. iussit, ꝙ essent sanctificati, vetans accedere ad vxores suas: Nam cum omnes immundiciæ prohibentur in his, qui accedere debent ad Deum, & comedere de sanctificatis: nulla magis prohibetur, quàm accedere ad vxorem: vnde cùm Deus daturus esset legem, dixit Israelitis, ne tangerent vxores suas, vt patet Exo. cap. 19. scilicet estote parati in diem tertiũ, ne appropinquetis vxoribus vestris. Item cùm Dauid peteret ab Achimelech panem sanctum, quem

non licebat comedere alicui, nisi mundo. Respõdit sacerdos, si mundi sunt pueri maximè à mulieribus, manducẽt infra 21.ca. ergo contaminatio ex coitu erat, quæ maximè vetabatur in accedentibus ad res sacras, & cùm Samuel non immolaturus esset ipsa die, qua venit in Bethleem, sed sequẽti: iuberet Isai, & filijs suis, ꝙ ipsa nocte non accederent ad vxores suas, & hoc erat sanctificari.

An seniores sanctificati fuerint. *Quæst.* XX.

Sanctificatio multipliciter accipitur.

QVAERET aliquis, an alijs seniores de populo sanctificati fuerunt.i.purificati ab immundicijs. Aliquis dicet, ꝙ non oportebat, quia soli filij Isai cum patre suo comesturi erant de sanctificatis, ideo ad eos solùm pertinebat immundiciam expiari. Respondendum est, ꝙ non purificati fuerint alij de populo, saltem non erat necesse, ꝙ purificarentur, quia nulla causa suberat ad hoc. Sed obiiciet aliquis: quia supra dixit Samuel ad omnes seniores: sanctificamini, & venite mecum: ergo ad omnes pertinebat purificatio. Respondendum, ꝙ sanctificatio aliquãdo accipitur pro applicatione, & sic dicitur: sanctifica mihi omne masculum, quod aperit vuluam.i. applica ad me Exo cap.13. aliquando autem accipitur ꝓ purificatione, & sic dicitur: sancti estote, quia ego sanctus sum.i.mundificamini, quia ego sum mũdus: aliquando accipitur pro apparatione ad aliqd faciendum, & sic accipitur Exo.c.19. cùm enim Deꝰ dixisset: sanctifica eos in diem tertiũ, dixit Moyses, estote parati in diem tertiùm, quasi nihil aliud esset sanctificare, quàm parare. Aliquãdo autem accipit sanctificare.i.denunciare, & sic dicitur Iohel. cap.3. sanctificate bellum.i. denunciate: sic etiam dicitur de quibusdam prophetis per Micheam.c.3. hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis, & prædicãt pacem, &, si quis nõ dederit in ore eorum quippiam sancticans super eum prælium.i.denuncians præliũ venturum super illum: hic autem accipitur sanctificare.i. parare.s.sanctificamini, & venite mecum.i. estote parati ad sacrificium, non tamen iussit, ꝙ purificarentur. Sed adhuc obijcietur, ꝙ dato, ꝙ non comesturi essent seniores de sacrificio, sed solũ ituri ad illud, purificandi erant, quicumque introiret in sanctuarium immundus, moreretur Leui.c.15. Respondẽdum, ꝙ si seniores ituri essent ad sanctuariũ, vt viderent sacrificia, purificandi erant. In Bethlehẽ tamen non erat sanctuarium Domini, sed in vrbe Nobe vt patet infra 21.c. ideo quamquam irent seniores ad videndum sacrificia, non introirent in sanctuarium, & consequenter non essent in culpa propter immundiciam, nisi forte cõtingere vellent aliquid sanctificatum: nõ ergo erat in eis necessitas purificationis. Hoc autem satis innuitur ex litera: quia cùm dictum fuisset hic ad omnes seniores, sanctificamini: non dicitur tamen, ꝙ sanctificauerit eos Samuel, sed de Isai, & filijs eius dicitur, ꝙ sanctificauit eos: ideo ipsi soli fuerunt, qui sanctificati sunt.i.purificati. *Et vocauit eos ad sacrificium.*i.ad comedẽdum de sacrificio: quantum ad hoc autem erat speciale in Isai, & filijs eius, quia cęteri de populo vocati sunt ad videndum sacrificium, sed non ad comedẽdum. Quòd autẽ Samuel comederit cum Isai, & filijs eiꝰ, patet: quia infra dixit Samuel ad Isai: mitte adhuc eum, non enim discumbemus priusquã ille veniat: ergo discumbere volebant, & discubuerunt.

Cumque ingressi essent. Hic ponitur secundùm.s.ꝙ Dauid inter fratres suos vngitur: & dicitur.cumque ingressi essent, scilicet in domum illam, in qua dis-

F cubituri erant: hoc enim erat expleto sacrificio: nã sacrificium fiebat in loco publico: ibi autem non tẽtaret Samuel vngere Dauid, cùm vellet hoc omnibus occultari. Cum tamen ingressus est, dicitur, ꝙ incepit cærimonias vnctionis, vt patet immediatè: & dixit de Eliab: num coram Domino est Christus eius? ergo non erat iste locus, in quo immolabatur, quia ille communis erat: sed in quo pransuri erant, quia iste erat locus specialis in Domo Isai, vbi secrete fieri poterat. quod volebat Samuel. *Vidit Eliab.* Iste erat primogenitus Isai, vt patet seq.c.& 1.Paralipo.c.2.ideo iste primò præsentatus est Samueli, vt videret si Deus elegisset eum.

G *Quis ordo fuit in videndo, quem Deus elegisset de filiis Isai.* *Quæstio.* XXI.

QVAERET aliquis, quis ordo erat in hoc. Respondendum, ꝙ Samuel indicauerat Isai, ꝙ Deꝰ iusserat, ꝙ vngeret vnum de filijs eius in regem, non tamen designauerat eum, sed tunc iudicaturus erat: ideo ꝙ ꝓsentaret ei filios suos per successionem, vt videret quem eorum elegisset Dominus. Hoc autem apparet, quia cũ repulisset Deus Eliab dicitur, quòd Isai vocauit Abinadab, & sic sciebat ipse id, quod fiebat: alioquin nullum vocaret. Erat autem modus, quòd separaretur Samuel in partem vnam, & ibi præsentaretur vnus de filijs Isai: de quo H mox quærebat, an ille esset Christus Domini, & cũ ille repelleretur, veniebat alius, qui succedebat ei secundùm ordinem natiuitatis, & sic vsque ad finem omnium. Quod patet, quia hic primò vocatus fuit Eliab, secundò Aminadab, tertiò Samma, vt patet hic. & iste erat ordo natiuitatis eorum, vt patet seq. cap scilicet, hæc nomina trium filiorum eius, qui perrexerant ad bellum: Eliab primogenitus eius, & secundus Abinadab, tertiusque Samma. Ad vltimum autem, cùm nullus superesset de fratribus, Dauid vnctus est, præsentibus oĩbus illis, vt patet infra .s. tulit Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum suorum.

I *Quare Samuel processit in his secundum ordinem ætatis.* *Quæstio.* XXII.

QVAERET aliquis, quare incepit Samuel ab Eliab. Respondendum, ꝙ hoc fuit propter duo: primò propter ætatem, quia ipse erat primogenitus Isai. Honor autem quidam debetur homini propter solam ętatem, sicut senes tenemur reuereri, vt patet Leui.cap.19. Coram capite cano surge, & honora personam senis. Arist. quoque. 9. Ethi. cùm distinguit honores, ad quos singuli tenemur: dicit, quòd tenemur senibus ad quendam honorẽ propter ætatem, & hoc modo fratres minores tenẽtur maiori ad quẽdam honorem, & sicut est de om- K nibus fratribus respectu primogeniti, ita est de cęteris inter se secundum habitudinem ætatis, ideo non solùm samuel inquisiuit primò de Eliab, qui erat primogenitus, an esset Christus Domini: sed ẽt de omnibus alijs secundùm ordinem ætatis: quòd patet in tribus, scilicet Eliab, Abinadab, Samma, qui istum quoque ordinem natiuitatis habebant, vt patet seq.cap. De primogenito autem adhuc rationabilius erat, ꝙ primo quæreretur, quia ad illum pertinebat honor, & principatus, atque maioritas in facultatibus, & successione paterna. Sic patet de Rubẽ Gen.49.c. cũ dixit Iacob: Rubẽ primogenitꝰ meꝰ tu fortitudo mea, & principiũ doloris mei: prior in donis, maior in ĩperio.i.prior in donis, quãtũ ad successio-

cessionem hæreditatis:maior in imperio,quantũ ad principatum : vnde credidit Samuel, ꝙ Eliab vngendus erat.Secundùm fuit proceritas,& habitudo corporis : nam ex hoc videbatur dignus regno: & ob hoc tanquam ad certissime regnaturum primo recurrit, & quia ad ista respiciebat Samuel dixit ei Deus:ne respicias vultum eius,nec altitudinem staturæ eius:quoniam abieci eum: nec iuxta intuitum hominis iudico. *Et ait; num coram domino est Christus eius?* idest nunquid iste, qui est præsentatus coram domino,est Christus eius? idest ille, quem vult ipse vngi.Hoc dicebat Samuel,quia nesciebat,quẽ Deus elegisset: & petebat ab eo sic certificari. Dixit autẽ: num coram domino,quia locꝰ, in quo erat Samuel cum Eliab dicebatur esse coram domino. Aliquis dicet ex hoc,ꝙ Samuel, & Eliab essent tunc coram altari, quia in altari dicitur esse dominus spiritualiter,& ea, quæ sunt coram altari,dicuntur fieri corã domino. Dicendum,ꝙ non erat coram altari, quia erant in domo Isai,vbi pransuri erant in loco secreto.Altare autem erat in loco publico, ad quem omnes conueniebant.Sed dicendum, ꝙ quamquam essent in domo Isai,dicebantur esse coram domino, eo ꝙ,quandocumque aliqui conueniunt ad faciendum aliquid, quod pertinet ad Deum,dicuntur esse corã domino,& Deus est inter illos:sic patet Matth. 18.c.s.quando fuerint duo, vel tres cõgregati in nomine meo,in medio eorum sum. *Et dixit dominus ad Samuelem.*Respondit ei,ꝙ non erat eligendus Eliab.

Quomodo locutus est Samuel ad dominum,& ab eo responsum accepit quem esset vncturus in regem de filijs Isai.
Quæstio. XXIII.

QVAERET aliquis quomodo loquebatur hic Samuel ad dominum,& quomodo ei responde bat. Dicendum ꝙ Samuel non poterat loqui ad dominum,nisi in oratione, quia quandocumque Prophetæ volebant, vt Deus aliquid responderet, orabãt,vt loqueretur eis, & tũc Deus immediate rñdebat,vel post aliquos dies:sic fuit de Ieremia,qui quæsiuit à domino, an deberent descendere Israelitæ in Aegyptum: & respondit ei dominus post decẽ dies, vt patet Iere.42.c.Sic Samuel orabat hic dominum .s.ꝙ quãdo præsentabatur ei aliquis de filijs Isai, orabat,vt indicaret,an ille esset,quẽ eligeret: sicut Apostoli,quando voluerunt assumere vnum,qui deerat de numero Apostolorum,orantes dixerunt : tu domine, qui nosti corda omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum accipere locum ministerij huius: Actuum c.1.ita Samuel orabat,vt Deus indicaret,an elegisset illũ,qui præsens erat, & dicebat: Num coram domino est Christus eius? Deus autem respondere poterat multipliciter. Vno modo per somnia,sicut consueuit loqui Prophetis.Num.12.c. Alio modo,ꝙ responderet aliquis Angelus in figura assumpta;sicut factum est ad Iosue,vt patet Iosue c.5.& ad Gedeonem:Iudi.c.6. Alio modo,ꝙ aliquis Angelus sine aliqua figura assumpta loqueretur, & non videretur,quis loquebatur:sic factum est in datione legis Deut c.4.& fiebat cõiter in columna nubis ad ostiũ tabernaculi,vt patet Nu.c.12. Alio modo poterat respõdere,mouendo solùm intelligit in vigilia, sine aliqua apparitione, & voce exteriori, & sine mutatione phantasiæ:sic fiebat in Balaã: Nu. c.24.& in Eliseo infra 4.li.c.3. Non poterat autẽ Samuel quolibet istorum mõrum accipere respõsum à Deo: nam non poterat per immutationem phantasiæ in somnijs responderi ei,quia ipse nõ dormiebat tunc, quod pertinet ad primum modum. Nec

Responde domi- eius con- sueuit mul tipliciter.

etiam respondebatur secũdo modo.s.vt aliquis Angelus in effigie humana appareret, & responderet, quia tunc videretur ille non solùm à Samuele, sed etiam à quocunque de filijs Isai, qui astaret ei, quod non est satis conueniens, quia Deus non volebat se sub hac forma cuilibet indicare: nam ob hoc iubebatur,ꝙ summus sacerdos,quando introibat in sancta sanctorum,portaret secum thymiamata emittẽtia fumum crassum,ne videre posset id,quod erat super propitiatorium,vt patet Leui.16.c.& hoc pertinet ad secundum modum:manẽt ergo alij duo modi.s.ꝙ loqueretur ei aliquis Angelus, non apparẽte aliqua figura assumpta, vel ꝙ ista fierent per solam immutationẽ intellectus nulla voce existente. Vtrũque autem satis est rationabile. Sed potius videtur dicendum,ꝙ Samuel oraret in voce,dicens: Num coram domino est Christus eius?& Angelus responderet ei, ꝙ Deus non eligebat illum, & audirentur iste voces à quolibet de filijs Isai,qui astarent. Quod patet:quia supra dicebamus, ꝙ Deus noluit indicare Samueli,quem vncturus esset,vt magis declararetur,ꝙ ista fierent opere Dei,& non volũtate Samuelis:si tñ Samuel in corde suo oraret, nihil loquens, & Deus responderet ei solùm immutando cor eiꝰ, nihil constaret filijs Isai,qui astarẽt,an hoc fieret voluntate Dei,vel fictione quadam Samuelis, quia nihil videbant,per quod ad credendum hoc mouerẽtur. Si autem dicatur, ꝙ Samuel orabat in voce, & quilibet de filijs Isai astaret,ipsi enim audirent, quid ipse orabat,& quid Angelus respondebat,& cognoscerent,ꝙ à Deo reprobabãtur,& quomodo postea eligebatur.Quod:& sic plenè certificati essent de voluntate Dei. Sed in hoc licet concedamus, ꝙ cognitio responsionis Dei circa quemlibet perueniebat ad omnes filios Isai, magis est credendum, ꝙ illi nõ erant præsentes, sed solùs Isai pater eorum cum Samuele,& præsentabat singulos filios successiuè,& ei dicebat:Samuel non elegit Deus hunc,& hoc audiebat ille,qui præsentatus erat, ꝙ non erat electus, & sic quilibet de se cognoscebat, & Isai de omnibus. Et hoc infra sequemur, quod magis cõuenit literę. *Ne respicias vultum eius.* Dixit hoc dominus de Eliab, quia erat pulcher,& statura pcerus,& volebat eum Samuel vngere.

Quare Deus dixit Samueli, quod non respiceret ad vultum,& altitudinem staturæ Eliab. Quæstio XXIV.

QVAERET aliquis quare dictum est hic, qđ non respiceret Samuel vultũ, & altitudinem staturæ in Eliab, ꝙ de nullo alio dictum est in filijs Isai. Respondendum est,secundum quosdam,quòd ista verba deferuntur ad Saulem: dicunt enim,ꝙ qñ Samuel præcepit sibi præsentari Eliab,cogitabat de Saule,quomodo Deus abiecerat eum, & orabat ne penitus abijceret, quia erat dignus regno, cum esset decori vultus,& proceræ staturę.Deus autem dixit: ne respicias vultum eius, nec altitudinem staturę, idest,quamquam iste habeat,non est dignius regno, nec pro his curandum est. Sed hoc nimis est alienum,scilicet,ꝙ Samuel aliquid putaret de Saule,vel oraret pro eo, quia iam Deus increpuerat illum,dicens; vsquequo tu luges Saulem,cum ego proiecerim eum? nimis ergo nunc peccaret,si adhuc oraret pro eo. Item hoc nullo modo adaptatur, quia Samuel habebat coram se Eliab, & quæsiuit pro eo: Num coram domino est Christus eius? esset ergo valde impertinens responsio Dei,si diceret:ne respicias vultum eius, idest Saulis. Sed dicendum, quòd intelligitur de Eliab: erat enim pulcher vultu,& statura præ-

ra præclarus: ob hoc autem Samuel putabat, quòd Deus eum acceptasset, & sic putabat nimis ponderare ad vnctionem hanc pulchritudinem, & altitudinem Eliab. Inducebatur autem ad hoc, quia Saül, quem Deus prius in regem elegerat, erat corpore excellens super omnes Israelitas, vt patet supra ca. 9. s. ab humero, & sursum eminebat super omnem populum. Et quamquam iste decor corporis, & aptitudo nihil faceret ad electionem Dei, Samuel putabat, quod multum faciebant: & sic cum Saul in electione sua stans in medio populi, fuit altior vniuerso populo ab humero, & sursum, dixit Samuel. Certè videtis quem elegerit dominus, quoniam nõ est similis ei in omni populo. supra c. 10. Et quia nimis ponderabat Samuel decorẽ, & staturam Eliab, & determinatus erat ad vngendum eum, quasi Deus hoc vellet, dixit ei. Ne respicias vultum eius, &c. idest non respicias ad vultum, quasi ego eum eligere debeam propter vultum. *Nec altitudinem staturæ eius.* In vtroque excellebat Eliab cæteros fratres. s. in magnitudine corporis, & decore, quæ sunt duo signa probitatis cuiusdam, licet non sufficienter probẽt: vnde dictum est: Spẽs Priami digna est imperio, idest pulchritudo, vt ait Porphyrius. *Quoniam abieci eum,* idest ego habeo eum, tanquam despectum, nec dignor illum esse regem.

Quare Deus abiecit Heliab. *Quæstio. XXV.*

QVAERET aliquis quare Deus abiecit Eliab? Respondet Nicolaus, & Hebræi, ꝙ hoc factum est, quia Eliab erat superbus corde, & iracundus, quod patet ex eo, quod dicitur seq. c. s. quod iratus est contra Dauid, & increpuit eum dure, dicens: Ego cognoui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui, quia, vt videres prælium descendisti, & tamen Dauid nihil mali meruerat. Aliter dici potest, quòd Eliab abiectus erat à Deo, quia commiserat aliqua grauia, illa tamen non sunt scripta: sufficit enim, ꝙ Deus illum abiecerit. Aliter responderi potest, & melius, quòd Deus abiecit Eliab, etiam si nihil peccasset: quia abiectio nostra, vel sublimatio à Deo disponitur, non præcedente aliquo merito, vel demerito nostro. Deus enim ab æterno de quolibet disponit, quantum velit eum extolli, vel deprimi, & quosdam præparat ad magna bona, alios verò disponit, vt semper sint in magna calamitate. Hoc autem cum ab æterno fiat, non habet merita nostra, vel demerita tãquam causas, quia ante æternum nihil est, sed Deꝰ ex liberalitate sua quem vult ad magna disponit, & quem extollere non vult, in magnis relinquit calamitatibus, eo ꝙ potestatem habet de nobis, qui sumus figmentum suum, disponere, vt voluerit: quia potestatem habet figulus ex eadem massa facere vnum vas in honorem, & aliud in contumeliam. Ita vt patet ibidem ad Roma. ca. 9. Hæc aũt ex benignitate sua, & libertate, quia cui vult miseretur, & quẽ vult indurat ibidẽ, & Exod. 33. Quod autẽ Deus ab æterno quosdam disposuerit ad calamitates, vt illas tolerent, patet in Pharaone, cui dixit Deus Exod. c. 9. & ad Roman. 9. in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Quod verò Deus homines quosdam ab æterno sine meritis ad bona disposuit, aliòs verò sine demeritis ad duras præparauit calamitates, patet Malac. c. 1. & ad Roman. cap. 9. Dilexi vos, & dixistis, in quo dilexisti nos: nonne frater erat Esau, Iacob, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui, & posui montes eiꝰ in solitudine, & hæreditates eius in dracones

Quẽ Deus vult extollit, & quẽ deprimi, deprimit, nulla cã præcedente, & hoc ab æterno.

F deserti? Quòd autem hæc fierent sine meritis, patet: quia ad Roman. ca. 9 dicitur, quòd antequam quicquam boni, vel mali facerent, hoc erat. Sic igitur de Eliab, quòd Deus ab æterno abiecit eum, idest non disposuit ad aliqua magna bona, vt ad principatum regalem, sed, vt esset tamquam abiectus, & hoc etiam si non præcessissent iniquitates aliquæ Eliab. De Dauid autem è cõtrario erat, quia Deus ab æterno disposuerat eum ad principatũ regalem, etiam si non præcessissent aliqua merita eius. *Nec iuxta intuitum hominis iudico*, idest quamquam tibi videatur iste dignus ad principatum, quia iudicas secundum intuitum hominis, idest secundum, quòd homo intueri potest, vel cognoscere de aliquo: mihi tamen
G non videtur iste dignus principatu, quia aliter iudico, & declaratur immediate differentia huius iudicij, scilicet *Homo enim videt ea, quæ apparent*, idest homo solùm iudicat de his, quæ apparent, quia illa solùm potest contemplari. *Deus autem intuetur cor*, idest Deus etiam videt ea, quæ sunt in corde: ideo potest melius iudicare: ad eum enim solum pertinet corda nostra cognoscere, sic dicitur Psalm. 7. Scrutans corda, & renes Deus.

Quæ differentia sit inter iudicium humanum, & diuinum: & quomodo iudicium humanum errat.

Quæstio 26.

H QVAERET aliquis de differentia iudicij humani, & diuini, & quomodo iudicium humanum errat. Respondendum, quòd quando de aliquo iudicatur, quæritur an ille bonus, vel malus sit: esse autem bonum, vel malum non est aliqua conditio corporis: sed est quædam qualitas animi, scilicet habere vel bonos, vel malos habitus, prauas, aut rectas affectiones: qui autem rem perfecte cognoscere vult, debet eam cognoscere per seipsam: sicut qui de albedine iudicat, videt eam per seipsam, & tunc perfectè de ea diffiniet: si autem albedinem per se nõ videret, sed in aliquo signo, vel simili ei demõstraretur, ambiguum esset iudicium. Ita est de iudicio Dei, & humano, quia, cum bonitas, vel malitia
I nostra sit in corde, & Deus clarissimè intueatur cor, iudicabit sine errore, quis malus, vel bonus sit, sicut si coram aliquo prosperitatis visus albus homo constiterit, impossibile, quòd erret in iudicando eum album. Hoc autem viatori non datur, quòd contempletur cor alterius, quia istud pertinet ad dotes beatorum, sed iudicamus per quædam signa, ideo iudicium nostrum ambiguum est, & ista sunt, quæ nos videmus, idest quæ exterius cernuntur, & sunt tria, scilicet dispositio corporis, verbum, & actus. Primò enim per corporis dispositionẽ iudicamus: sunt .n. quidam homines vultus valde reuerendi, & modesti aspectus, quos naturaliter ad virtutem genitos iudicamus. Alij enim sunt ita peruersi aspectus, quòd
K ipsa eorum habitudo iudicat à nullo sibi communicandum fore, & quantum ad hoc homines pulchros, & bonæ dispositionis corporalis iudicamus ad virtutem aptos, & ad opera intellectus: vnde ex hoc Arist. distinguit euechiuos, & catechiuos. In hoc autem multoties verum reperitur, eo quòd dispositio corporis, dispositionem animæ prodit iuxta Arist. in libro Physonomiæ: & cum ad virtutem, secundum habitudinem corporis iudicemus maxime ad principatus iustificãdum erit, quoniam in principatu requiritur homo reuerendus: magnitudo autem corporis, & decor quandam reuerentiam promerentur, ideo illi, qui huiusmodi sunt, ad principatum sunt conuenientes: & ob hoc Samuel videns

Tria sig[illegible] exteri[illegible] per qua[illegible] dicamus de homine, an bonus, vel malus sit.

videns magnitudinem Eliab, & decorem eius, iudicauit eum esse vngendum, errauit tamen in signo. Secundum per quod iudicamus est verbum: nam per verbum humana affectio iudicatur: sunt enim ea, quæ sunt in voce earum, quæ sunt in anima, passionum notæ, iuxta Arist. 1. Periher. ideo, si mentiri nolimus, per verba nostra cognoscetur qualem animum geramus, quia ex abundantia cordis os loquitur Luc. ca. 6. & qualis vnusquisque est, talia dicit, & operatur 2. Ethi. est, tamen istud signum fallax, quia qui mali sunt bonorum verba loquuntur, & facile hoc habent: si tamen ex studio agant, ideo in moralibus parum verbis creditur: sed magis operationibus 10. Ethic. interdum, tamen verba verā habitudinem animi iudicant: & hoc, cùm quis non ex studio loquitur, sed non aduertens, quia tunc qui turpis est, turpia loquetur, & qui commessator, vel libidinosus de libidine, & crapula dicet: eo, quòd ex abundantia cordis os loquitur, istud tamen signum multoties fallax est, nec est aliquod minoris firmitatis. Tertium signum est actus, & istud est magis certificatiuum, quàm cętera, quia qui malum habitum habet, non potest per illum bene operari, & qui bonum habitum gerit, non potest peruersam principiari operationem, nisi quis ex studio agat, & propter finem: nam tūc qui malus est, potest bonorum imitari actus: grauissimum tamen est, quia illi, qui mali sunt, difficulter operantur bonum recedentes à delectationibus, qui maximè sitiunt, & adhærentes operibus bonis, quæ dura sunt, & tristia illis: triste tamen nemo diu tolerat, quia etiam ipsum bonum, idest fęlicitatē fugeremus, si triste esset 8. Ethi. Est autem contra naturam malorum bene agere, & ob hoc paruo tempore manere possunt in bono, etiam dato studio ad hoc, quia nullum violentum est perpetuum iuxta Arist. & sic isti, qui mali sunt, & bonos se esse fingunt, non possunt diu latere, quia nequeunt tolerare operationes bonas, & ipse iniquus habitus, qui eis insitus est, reducet eos, quasi violenter ad operationes proprias. Ob hoc igitur, quā quam signa cognoscendi bonitatem hominis deficiant, nullum tamen est firmius, quàm per actus iudicare, ideo Christus dedit nobis signum cognoscendi Matth. c. 7. s. A fructibus eorum cognoscetis eos: nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic etiam Luc. ca. 6. dicitur: Vnaqueque arbor de fructu suo cognoscitur: nec enim de spinis colligunt ficus, nec de rubo vindemiant vuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro cordis sui, profert malum: ex abundantia enim cordis os loquitur. Sed dicet aliquis cum Christus dederit istum modum cognoscendi bonitatem, vel iniquitatem viri, quomodo dixit, quòd iudicium hominis est fallax? cū per operationem interdum iudicemus? Respondēdum est, quòd Christus dedit illum modum cognoscendi, non, quòd certissimus esset, sed secundum materiam subiectam erat optimus: nam non reperitur alius modus cognoscēdi certior inter mortales humanos. Quomodocunque ergo homo iudicet, falli potest, quia iudicat secundum ea, quæ patent. Dei autem iudicium certissimum est, quia De⁹ intuetur cor. *Et vocatur Isai Abinadab.* Subintelligendum est, quòd cū Samuel audierit, quòd Deus abiecerat Eliab, dixit Isai, quòd adduceret sibi alium de filijs, quia istum non elegerat dominus, & quia alij filij aberāt à loco ipso, vocabat quemlibet corū Isai; nunc autem vocauit Abinadab, quia iste erat secundus filius eius, vt patet seq. c. *Et adduxit eum coram Samuele.* s. ad locum, in quo ipse erat cum Eliab, quia

A non aderant omnes filij Samueli, cum hæc faceret, sed accedebant per ordinem suum, iubente patre. *Qui dixit, nec hunc elegit dominus.* Hoc dixit Samuel. Nō est autem intelligendum, quòd mox, vt prȩsentatus est ei Abinadab, diceret hoc, sed replicauit super eū eā, quæ fecerat super Eliab, dicens: Num coram domino est Christus eius: Et responsum est, quòd non. Tunc Samuel dixit Isai, quòd etiam non elegerat hunc. *Adduxit itaque Samma.* Iste erat tertius, secundum ordinem natiuitatis, & isti tres fratres erāt bellicosi, & sequebantur castra Saulis, vt patet seque. c. *De quo ait*, scilicet Samuel. *Etiam hunc non elegit dominus.* Subintelligendo ea, quæ facta sunt in alijs, scilicet, quòd Samuel orauerit, an iste esset: & respōsum

B fuerit, quòd non. *Adduxit itaque Isai septem filios suos, coram Samuele*, scilicet sicut fecit de istis tribus, ita de omnibus septem egit, & nullum illorum Deus elegit. Non est autem intelligendum, quod omnes, & filios suos simul duxerit, quia istos tres superiores successiuè constituit coram Samuele, & isti erant de septem. De alijs quoque quatuor, eodem modo intelligendum est, quòd non fuerint ducti simul, sed successiuè, secundum ordinem natiuitatis: nam si simul adducerentur, & aliquem eorum Deus eligeret, non posset cognosci quis ille esset: scriptura tamen simul illos posuit, ne cogatur de quolibet dicere: ordinem tn̄ oīum ex tribus superioribus iudicat.

C *Cum septem filij Isai adducti fuerint ante Samuel, an inter eos computetur Dauid.* *Quæstio* XXVII.

QVAERET aliquis, an cum nominantur hic septem filij Isai, intelligatur in eis Dauid. Aliquis respondebit, quòd sic, quia septem solum erant filij Isai, & duæ Filiæ, vt patet 1. Paralip. c. 2. s. Eliab, Abinadab, Samma, Nathanael, Radai, Ason, Dauid, sorores autem fuerunt Saruia, & Abigail. Oportet igitur, quod in his septem intelligatur Dauid. Respondendum, quòd non stat, quia dicitur hic, quòd Isai duxit. 7. filios suos coram Samuele, & dixit Samuel non elegit dominus ex istis. Dominus tamen elegit Dauid, ergo non erat de istis septem. Item, cū

D præsentasset Dauid istos septem filios Samueli, quæsiuit Samuel, an aliquis superesset? dixitque Isai paruulum superesse, qui pascebat greges: ergo præter septem erat ille paruulus. Item patet quia in seq. c. dicitur, quòd Isai habebat octo filios, & erat vir grandęuus, ergo Dauid non erat vnus de septem. Cum autem dicitur. 1. Paralip. c. 2. quòd erant. 7. filij Isai. Respondendum, quòd scriptura nō numerauit ibi eos complete: est enim iste modus scripturæ, quòd cum aliquid multoties refert, non describat, vt hic complete, sed alicubi plus, & alicubi minus, sic patet de filijs Saulis. Nam supra c. 14. ponuntur tres filij eius, scilicet Ionathas, Iesui, & Melchisua, & tamen 1. Paralip. 8. c. ponuntur quatuor filij Saulis, scilicet Io

E nathas, Esbaal, Abinadab, & Melchisue. E contrario autem fit in filijs Isai, quia hic ponuntur octo. & 1. Paralip. c. 2. ponuntur septem, sed in hoc nihil differt. *Et ait Samuel ad Isai, non elegit dominus ex istis*, idest nullus de istis septem à Deo eligitur, quia Deus elegerat Dauid, qui erat præter istos septem. Non est autem intelligendum, quòd Samuel dixerit sic, vt habetur hic, scilicet nō elegit dominus ex istis, quia tunc oportebat, quòd præsentati fuissent ei simul omnes filij Isai, tamen nō fuerunt. Sed dicitur, quòd non elegit ex eis, quia quilibet præsentabatur ei singillatim, & de quolibet dicebat, nō elegit dominus hunc, quia tamen scriptura noluit de quolibet per se enarrare, vt euitetur prolixitas, dixit de omnibus

sub

sub clausula generali, non elegit dominus ex eis. *Dixit Samuel ad Isai, Nūquid iam completi sunt filij?* Subintelligendum est, quod presentauit omnes septem filios suos Samueli successiuè, qui erāt tunc in Domo, & vsque ad extremum eorum non cessauit præsentare. Cum autem nullus eorum superesset præter Dauid, qui erat in pascuis desijt præsentare alios: nec dixit, quòd nullus supererat, sed subticuit, quasi iam nullum filium haberet. Samuel autem admiratus est, quia Deus dixerat ei, quòd de filijs Isai elegisset sibi vnum: nunc autem, omnibus inquisitis, nullus reperiebatur, ideo inquisiuit, an aliquis superesset de filijs. Causa autem quare Isai subticuerat prius non curando de Dauid, erat duplex. Prima, quia Dauid erat paruulus, & putauit, quòd Deus non elegisset eum, & cum inter omnes maiores nullus aptus repertus fuerat, minus illum idoneum esse credidit. Secūda causa fuit, quia Dauid nō erat tunc in Domo, sed manebat in pascuis: ideo non vocaret eum nihil dixit, quia aliud tempus erat, quo experiri posset si forte Deus illum elegisset. *Qui respondit, adhuc reliquus est paruulus*, scilicet Dauid. Vocauit eum paruulum, quia erat minimus fratrum suorum, & secundum veritatem, ætate paruulus erat: nam vix esset annorum 20. aut nondum illos compleuerat: & ob hoc reputabat Isai eum ineptum, vt ad regnum eligeretur. *Et pascit oues*. Iste enim, quia minimus erat, destinatus fuerat ad pascendum Gregem, nec erant alij fratres cum eo in pascuis, quia paucę oues erāt, quas possidebat Isai, nec multis egebant pastoribus: sic .n. dixit Eliab frater Dauid, Quomodo reliquerat pauculas oues in deserto? seq. c. Tres autem fratres maiores erant in castris cum Saule, quia erant viri fortes, & omnem virum fortem, & aptum ad Bellum, quem Saul videbat, iungebat sibi supra ca. 14. alij autem fratres quatuor manebant in Domo vacantes alijs laboribus: Vnde cum Dauid missus est ad bellum, vt deferret quādam partem victualium fratribus suis, nō reliquit Gregē alicui fratri suo, sed commendauit custodi, vt patet seq. c. *Et ait Samuel ad Isai: Mitte, & adduc eum*. Iussit hoc fieri Samuel, qm̄ firmissimè nouerat, quòd verbum domini, declinari non poterat, & quia ipse dixit, quòd vnum de filijs Isai volebat vngi in regē, necesse erat, quòd aliquis illorum esset, sed omnes abiecerat, præter Dauid: ergo necesse erat, quòd Dauid esset vngendus; ideo cō fidenter fecit eum vocari. *Nec enim discumbemus priusquam ille huc veniat*, idest non sedebimus ad prādium, quousque veniat puer. Discumbere enim est sedere ad sumendos cibos. Est autem intelligendum, quòd cum Samuel immolasset vitulum in hostiam pacificam, plurima pars carnium cedebat ei in cibos, & quibus ipse voluisset illam daret. Nunc autem ipse vocauerat Isai, & filios suos ad cibum, vt comederent cum eo de sanctificatis, iamque omnia parata erant, vt Samuel pranderet cum Isai: dixit tamen, quòd non discumberet, quousque veniret Dauid.

Quare Samuel noluit discumbere, donec veniret Dauid. Quæstio XXVIII.

QVAERET aliquis, quare hoc dixit: nam restabat sibi tempus postea hoc faciendi. Respondendum, q̄ Samuel fecit hoc, vt incitaret Isai ad immediatè vocandum Dauid: iam enim hora prandij aduenerat, & fortè pascua aliquantulum ab vrbe distabant, ita, vt si Dauid vocandus foret aliquāta mora contrahenda esset, ideo Isai, vt non grauaretur Samuel diù expectans cibos, volebat, vt nunc cessantes ab hoc cibis vacarent, postea autem ad hoc reli-

F quum tempus esset: Samuel verò, vt mox Dauid vocaretur, ait. Nō discumbemus, donec ille veniat. Sed tunc dicetur, cur tam festinanter hoc Samuel volebat? Respondendum, q̄ solicitus erat circa mandatum domini explendum, & in hoc erat sibi cibus, & potus, ita, vt interdum non curaret de cibis, vt expleret mandatum Dei. Ista enim est conditio virorum habentium zelum Dei: sic enim Christus, cum loqueretur ei Samaritana mulier ad Fontem, iā trāsierat hora ciborum, & discipulis afferentibus ei cibos de vrbe, atque exhibentibus, accipere nolebat, vt sermoni vacaret ad fœminam edocendam, ita vt discipuli mirarentur, & putarent, quòd aliunde cibos habuerat: sic patet Io. c. 4. scilicet. Interea roga-
G bant eum Discipuli eius, dicentes: Rabbi manduca. Ille autem dixit: ego cibum habeo manducare, quē vos nescitis: dicebant Discipuli ad inuicē: Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, & perficiam opus eius. Samuel autem erat vir valde zelās pro Deo, ideo desiderabat explere mandatum istud velociter, maxime, quia ista vnctio honestius fit ante cibum, quàm postea. Vnde dicit Nicolaus, quod debet fieri cum magna reuerentia, & saliua ieiuna. Non est tamen intelligendum, quòd debet esse saliua ieiuna, ita, quòd vngendus in regem saliua tāgi deberet, quia solum fundebatur oleum super caput eius, sed dicitur hoc ad honestatem, quia hone-
H stius quis facit opera quæcunque alicuius auctoritatis saliua ieiunia, quam alijs. *Misit ergo, & adduxit eum*, scilicet ante cibum, eo, quòd sic diffinierat Samuel. *Erat autem rufus, & pulcher aspectu, decoraque facie*. Describitur habitudo pueri in corpore: erat enim Dauid rufus, idest rubeus secundum literam Hebraicam, scilicet, quia color eius erat viuidus: & cum adhuc esset puer, teneritudo faciei hilarem colorem reddebat: erat autem pulcher aspectu, quantum ad totam habitudinem staturæ, scilicet, quòd quamquam nō esset corpore magnus, sicut Eliab erat tātum in proportionatæ staturæ; & omnia membra inter se consonabant, hoc autem facit hominem esse pulchrū, & non vultus teneritudo: erat enim facie decora, *Habi. Dauid qualis erat.*
I scilicet, quod color eius erat viuidus, & hilaris, & pulchra habitudo faciei, & sic in omnibus erat Dauid bene se habens. *Et ait dominus*, scilicet locutus est, Deus Samueli, vt vngeret Dauid: Ista locutio est intelligenda, sicut supra dicebatur, scilicet, quod loqueretur ei Deus solum immutans cor illius, & nulla vox, vel apparitio exterius fieret, vel, quod Angelus, sine aliqua effigie assumpta, loqueretur ei, & audiretur vox illa ab omnibus, vel saltē à Samuele, & Isai, & à presentato: cęteri enim absistentes erant, vt dictum est. *Surge, & vnge eum; ipse est enim*, idest iste est, quem ego elegi. Dicitur surge, idest incipe facere, quod debes: Nam surgere, vel egredi, in Sacra Scriptura interdum non significant aliquos actus, sed
K initium agendi: vel ponuntur ex modo loquendi idiomatis Hebræi: quodlibet enim idioma suam habet conditionem, & in quibusdam multa verba sūt ex conditione idiomatis, quæ ad significandum nihil efficiunt: sic patet Deuter. cap. 20. scilicet: Qui est homo formidolosus, & corde pauido, vadat, & reuertatur in domum suam. Ibi enim ponitur vadat ex superabundanti, quia nihil aliud est vadat, & reuertatur, quam reuertatur solum. Sic etiam hic quamquam Samuel non iacet, tamen Deus dixit ei, Surge, ex conditione idiomatis Hebræi. Vel potest dici, quod, cum venit Dauid, sedebat Samuel, & tūc Deus dixit, quod surgeret, quia vnctio non debebat fieri iacendo, sed stādo. *Tulit ergo Samuel cornu olei*, idest acce-

accepit cornu, quòd secum duxerat, in quo ferebat oleum ad vngendum. *Et vnxit eum in medio fratrum eius*, idest fudit super caput eius oleum, præsentibus omnibus fratribus suis. In alijs autē non fiebat sic, quia, cum inquireretur de quolibet eorum, an Deus elegisset eum à cœteris, sequestratus erat, & Isai vocabat eos per ordinem: nunc autem Dauid corā omnibus vnctus est, eo, ꝙ iam nullus fratrum superat, de quo inquiri posset. Etiam quia certissime notum erat, quod Dauid esset vngendus. *Et directus est spiritus Domini in Dauid à die illa, et in reliquo*, idest sedit spiritus dñi super Dauid, & fuit cum eo à die illa, & postea in omni tempore. In Hebræo dicitur: profecit spiritus Domini in Dauid, idest fecit prosperari omnes actus Dauid, scilicet, quia semper postea prospere agebat in omnibus, ad quæ manum mittebat.

Quis spiritus Domini directus est in Dauid post vnctionem. Quæstio. XXIX.

QVAERET aliquis, quis spiritus domini fuit iste, qui directus est in Dauid à die vnctionis. Aliquis respondebit, quòd ista est gratia gratum faciens, quę tunc fuit infusa Dauid: sic enim accipitur spiritus Psalm. 50. Spiritum rectum innoua in visceribus meis, idest, da mihi nouiter spiritum rectificātem: Gratia autem est, quę rectificat operationes nostras, & eas gratas reddit. Sed dicendum, quòd non accipitur hic spiritus sic, quia Dauid tūc erat in gratia, cum vnctus est, non ergo daretur sibi tunc spiritus Domini, quasi de nouo. Iste tamen spiritus, de quo hic nouiter datus est, ideo nō accipitur pro gratia. Potest autem dici, quòd accipitur hic spiritus domini, pro spiritu Prophetiæ. Vocatur enim iste spiritus domini, sicut patet, supra c. 10. s. Insiliet in te spiritus Domini, & Prophetabis cum eis. Istum sensum sequitur Hieronymus, dicens, quod ab illa die fuit in eo spiritus Prophetiæ, & tunc cępit Psalmos canere. Quod autem Dauid habuit spiritum Prophetiæ, patet. An verò habuit ante vnctionem, vel post, non apparet. Satis tamen Dauid, quòd datus est in vnctione sua, quia, si ante hoc habuisset, cognouissent hoc fratres sui: & in isto scirent eum virum electum esse à Deo. Constat tamen, quòd hoc nesciebant, vnde nec reputabant eum esse aliquid: nec pater pręsentabat eum inter cęteros fratres, tanquā de quo suspicaretur, quòd electus esset, sed, vt velut nihil curans in pascuis eum relinquebat: datus est igitur sibi spiritus Prophetiæ: postea enim in die vnctionis suæ: & ex eo tempore cœpit Psalmos canere: constat enim, quòd multos illorum, antequam regnaret, edidit, vt patet ex titulis suis. Fuit autē cōueniens, quòd daretur spiritus Prophetiæ regi nouiter vncto, quia sic factū est in Saule: nam ea die, qua vnctus est, insilijt in eum spiritus domini, & Prophetauit cum cœteris Prophetis, supra c. 10. Aliter autem dici potest, quòd quamquam verum sit, quòd spiritus Prophetiæ tunc nouiter datus est Dauid: tamen hic non intelligitur de spiritu Prophetiæ: sed de spiritu roboris, vel fortitudinis, scilicet, quòd ante hoc non erat Dauid fortis vir excellenter, scilicet non erat nimis audax ad pericula, nec corpore robustus: nunc autem datus est sibi spiritus fortitudinis, ita, vt nulla aduersa formidaret, sed omnia confidenter subiret: datum quoque est ei robur, vt magna, & ferocia viribus superare posset, & iste vocatur spiritus Domini, quia omne, quod à Deo datur, & in nobis est, vocatur spiritus Domini, sicut declaratum est, supra cap. 10. Hoc etiam modo fuit Spiritus Domini in Saule, quia dicitur supra ca. 11. quod

A insilijt spiritus domini in Saul, quando audiuit verba virorum Iabes. Erat autem iste spiritus roboris, scilicet, vt non formidaret pugnare contra Ammonitas, & sic factum est ibi: nunc autem in Dauid directꝰ est spiritus Domini, scilicet fortitudinis, & roboris, quia post vnctionem faciebat aliqua opera dura, quæ ante hoc nequaquam faceret: & quæ etiam nullus virorum auderet, scilicet, quod appræhendebat Leonem, vel Vrsum per Maxillam, & suffocabat eos, vt patet seq. ca. fuit autem iste spiritus in eo, quia erat multum necessarius ad pugnam, contra Philisthijm, & contra alias gentes, quas Dauid postea debellauit.

B *An spiritus Domini semper manserit cum Dauid. Quæstio. XXX.*

QVAERET aliquis quomodo dicitur, quod spiritus domini fuit directus in Dauid ab illa die, & in reliquo, idest semper postea mansit cū Dauid: nam videtur, quod non semper manserit: quia gratia, quæ est spiritus domini, non semper mansit, eo, quod gratia non consentit secum peccatū, Dauid tamen aliquando peccabat, ergo non semper erat in eo gratia. Aliquis respondebit, quod Dauid non peccabat mortaliter, nunquam enim peccauit nisi bis tota vita, vt patet infra 3. lib. c. 15. s. Eo, quod fecit Dauid rectum in oculis domini, & non declinasset ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ: excepto Sermone Vriæ Hethæi. Sed dicendum, quod saltem, cum hic peccaret mortaliter, desereret eum spiritus gratiæ. Respondendum, quòd hoc verum est, hic tamen non accipitur spiritus pro gratia gratificante, sed dato, quod acciperetur pro illa, satis stat, quia cum solùm bis peccasset in tota vita, quia valde modicum est, reputatur qua si nunquam peccasse. Aliter autem dicēdum, quod accipitur spiritus, pro spiritu Prophetiæ. Sed adhuc dicet aliquis, quod iste non fuit in Dauid omnibus diebus suis: non enim Prophetabat semper. Respondendum est, quod ad hoc, quod aliquis habeat spiritum Propheticum omnibus diebus suis, nō requiritur, quod semper actualiter Prophetet, quia hoc impossibile est, quia sic nec cibum, nec potum caperet, nec sopori vacaret. Etiam non requiritur, quod spiritus Propheticus habitualiter semper maneat in Propheta: quia hoc etiam impossibile est, cum spiritus Propheticus non sit habitus, sed quoddam lumen raptim transiens per modum actus. Vnde non semper Propheta potest Prophetare, quando vult, sed solū quando irruit in eum spiritus Domini. Dicitur tamen aliquē omnibus diebus suis habere spiritum Propheticum, si Prophetet, quamquam non continue: ita tamen, quod spiritus Propheticus nunquam totaliter ab eo recedat, postea non reuersurus. Et non solum isto modo dicitur habere spiritū Propheticum, sed etiam nunquam cessare à Prophetia, sic patet Num. c. 11. cum dicitur de 70. senioribus, quod cum requieuisset in eis spiritus, Prophetauerunt, nec vltra cessauerunt. Constat tamen, ꝙ non semper habebant spiritum Propheticum secūdum actum, vel secundum habitum, sic ergo de Dauid, quamquā enim non semper Prophetauit, quia tamen nunquam totaliter vsque ad mortem suam deseruit eum spiritus Prophetiæ dicitur, quod semper fuit in eum spiritus Domini. Potest etiam intelligi, & magis propriè pro spiritu roboris, qui fuit in Dauid, vt supra dicebatur ex die vnctionis suæ, & iste māsit in eo omnibus diebus suis. Sed obijcietur, quod iste spiritus roboris non mansit semper in Dauid,

C D E

BIBLIOTECA U... SEV...

uid, quia, cum in quodam Bello descendisset Dauid cum seruis suis contra Philisthinos, quidam de Philistinis conatus est occidere Dauid iam deficientem, & occidisset, nisi fuisset ei in auxilio Abisai, vt patet infra 2. li. c. 21. ergo iam non habebat spiritum roboris: Responderi potest dupliciter: vno modo, quòd Dauid tunc haberet spiritum roboris, sicut prius habuerat: non est tamen sensus, quod illi, qui habēt spiritum roboris, nunquam fatigentur, sed, quod per illum spiritum aggrediantur, & faciant maiora, quā alij viri: sic enim Dauid erat tūc robustus, sed nimis laborando in Bello illo defatigatus erat, eum autem iam deficientem agressus est Philistheus, & sic faciliter potuisset eum occidere. Sic enim fuit de fortissimo inter viros Dauid, Eleazaro, qui, cum totus populus fugeret de facie Philisthinorum, ipse solus sustinuit impetum vnius aciei, percussitque Philistheos, donec deficeret manus eius, & obrigesceret cum gladio, infra 2. li. c. 23. ergo ille fortissimus deficiebat, idest fatigabatur: sic ergo Dauid, quamquam haberet spiritum roboris. Rñsio. 2. Aliter dici potest, quod iste spiritus mansit in Dauid, omnibus diebus suis s. omnibus diebus, quibus pugnare debuit contra gentes: cum tamen cessauerunt Bella, & ipse inueteratus est, nō mansit in eo spiritus iste. Nec solum hoc, sed etiam viribus naturalibus, & calore vitali destitutus erat, ita, vt cum operiretur vestibus, calefieri non posset, quousque quæsita est ei adolescentula, quæ cubaret in sinu eius, & calefaceret eum, infra 3. li. c. 1. sic autem erat forte in Bello illo, quia iam Dauid senuerat: sed primum melius est. *Surgensque Samuel, abijt in Ramatha*, scilicet postquam vnxit Dauid recessit in terram suam Ramatha: ibi enim habitare consueuerat, & proaui eius habitauerant.

Quare Samuel non mansit cum Dauid ad erudiendum eum circa opera regalia. Quęst. XXXI.

QVAERET aliquis, Quare Samuel non māsit aliquanto tempore cum Dauid, ad erudiendū eum circa opera regalia, cum iam in regem vnctus esset: nam, cum Samuel vnxisset Saulem, dedit ei regulam viuendi, erudiens qualiter se deberet habere in rebus magnis, descendendo ad dominum in Galgalam, & vocando illuc Samuelem, vt patet, supra cap. 10. Respondendum est, quòd Samuel non debuit manere aliquanto tempore in Bethlehem, cū Dauid, & Isai, quia, cū quæsiuissent seniores Bethlehem de Aduentu Samuelis, respondit, quòd venerat ad immolandum domino; si ergo pluribus diebus ibi maneret, suspecta esset mansio eius Bethlehemitis possent enim aliquid de hoc cognoscere, & referre Sauli, ex quo sequeretur mors Samuelis, & Dauid, sicut timebat Samuel: nō expediuit ergo, ꝙ maneret ibi Samuel aliquot diebus cū Dauid. De præceptis autem dandis ei, pro regali regimine, dicendum, ꝙ non oportuit tunc dari, quia, quāquam Dauid vngeretur in regem, tamen immediatè non erat regnaturus, sed post mortem Saulis, quod magno tempore post futurum erat: ideo non erat necesse tunc dari ei præcepta aliqua. De Saule autem secus fuit, quia ipse immediatè vt vnctus est, regnare cœpit: ideo oportuit ei dari præcepta. Iosephus tamen 6. Antiquit. dicit, quòd erudiuit eum timere dominum, & obedire mandatis eius: sic enim regnum illius firmum esset, & præualeret contra omnes gentes. Hoc autem satis verisimile est, quia quamquam vnctus esset, si ad mala diuerteret, Deus non faceret eum regnare post Saulem, ideo admonendus fuit, quòd timeret Dominū. De modo tamen regali ni-
F hil proderat tunc instrui, quia non erat futurus Rex vsque ad magna tempora.

Spiritus autem Domini recessit à Saul. Quia immediatè, vt vnctus est Dauid, directus est in eū spiritus Domini, constituens eum sibi regem, ideo nihil habebat in Saule, propter quod mansurus esset in eo, sed mox recessit. *Et exagitabat eum spiritus nequam à Domino*, idest cruciabat eum spiritus malus missus à domino, s. Deus dederat Dęmonem tanquam Tortorem Saulis: sic enim decēs videbat, vt, vnde spiritus Domini bonus recesserat, spiritus nequam subintraret. Dicit autem Iosephus 6. Antiq. ꝙ Saul quædam passiones, & Dęmonia comprahenderunt, suffocationes ei, & angustias inferentes, ita, vt medici ei salutis G nullum remedium inuenirent. Spiritus Domini recessit à Saul

Quis spiritus Domini recessit à Saule. Quæst. XXXII.

QVAERET aliquis, Quis spiritus domini fuit iste, qui recessit à Saule. 1. opi. Aliquis respondebit, ꝙ fuit gratia: s. ꝙ tunc desijt esse gratus Deo. Sed hoc non stat; quia gratia non stat cum peccato, sed Saul peccauerat grauiter ante hoc, ergo iam non erat in gratia. Item, si ante hoc Saul esset in gratia illa, non recederet ab eo, quia gratia nunquam recedit ab aliquo, sed à nobis expellitur, quia gratia nunquam desinit, nisi per peccatum, cum necesse sit alterum eo-H rum in nobis esse, sed peccatum per nos solum fit: ergo nos soli expellimus gratiam, & ipsa non recedit à nobis; sed necesse est, quod hoc intelligatur de aliqua gratia gratis data, quam Deus dat, & tollere potest, cū voluerit. Alia Aliquis dicet, quod intelligitur de spiritu Prophetico, quia iste spiritus Domini etiam datus fuit Sauli in die vnctionis suę, supra c. 11. nunc autem auferebatur ab eo. Respondendum, ꝙ non intelligitur hoc, quia non potest dici, quòd recessit spiritus domini à Saule, nisi ille semper esset in eo, sed spiritus Prophetiæ non fuit semper in Saule, sed solum datus est ei momentaneè in die, qua vnctus est ad hoc, quod cognosceretur, quod Deus erat cū eo: ergo non est iste spiritus, qui recessit ab eo. Si ta-I men aliquis proteruiat, dicēs, quod Saul semper habuit spiritum Propheticum, vsq; ad diem hunc, dicendum non stare, quia, si Saul ex die illo semper habuisset spiritum propheticum, quando postea persequens Dauid, prophetauit corā Samuele in Naioth, non fuisset aliquid nouum, nec admirabile: mirati tamen sunt omnes, qui hoc viderant, & exijt in prouerbium. Num & Saul inter Prophetas, vt patet infra 19. ergo ante hoc nō prophetabat Saul, & sic spiritus propheticus nūquam mansit in Saule, sed momentaneè datus est ei die vnctionis suæ: & ad notandum, hoc dictū est: Num & Saul inter Prophetas? supra c. 10. dicitur, ꝙ insilijt in eum spiritus domini, & non dicitur, ꝙ requieuit: ergo non fuit iste spiritus, K qui recessit à Saule. Sed dicēdum, ꝙ iste spiritus erat roboris, s. Deus dedit Sauli spiritum fortitudinis, vt expugnaret hostes Israel, & iste spiritus primo datus est ei, quando pugnare debuit contra Ammonitas, quia tunc dicitur, ꝙ insilijt in eū spūs domini, supra c. 11. & cū haberet hunc, prosperabatur in omnibus Bellis, & quocunq; se verteret, superabat, supra c. 14. nunc aūt ablatus est ei iste spūs fortitudinis, & post hoc iam cœpit esse timidus: vnde in Bello sequenti cū per 40. dies Goliath, exprobraret castra Israel, nō ausus est Saul illū aggredi, vt patet seq. cap. in Bello, quoq; vltimo, ꝙ habuit contra Philisthinos nimis timuit, vt patet infra c. 28. s. Et vidit Saul castra Philisthijm, & timuit, & expauit cor eius nimis. Apparet

ret autem hoc magis, quia ille spūs recessurus erat à Saule, qui nouiter transibat ad Dauid, sed spūs domini, qui directus est in Dauid, erat spūs roboris, ergo iste erat, qui recessit à Saule.

Quomodo spiritus nequam vexabat Saulem.
Quæstio. XXXIII.

QVAERETVR vlterius. Quomodo spūs Domini nequam cruciabat Saulem, & quomodo consequens erat, ꝙ recedēte spū domini à Saule, vexaret eum spiritus nequam. Respondendum est, ꝙ spūs iste Domini erat Dæmon, & datus est in pœnā Sauli, vt vexaret eū, sicut faciunt Dæmones in omnibus arrepticijs. Iosephus aūt dicit, ꝙ patiebatur Dæmonia, & suffocationes, s. ꝙ Dæmon ita vexabat eū, ꝙ videbatur suffocaturus illū: fuit aūt datus iste Dæmon ad pœnam Sauli, propter mala, quæ egerat. Etiam, vt inde magna verecundia sequeretur, quia dedecus erat, vt homo in regali celsitudine cōstitutus ad arrepticiorū deturparetur effigiem: grauior tamen erat Sauli pœna, quam dedecus, ideo prouidit sibi circa pœnam, s. ꝙ quæreretur aliquis benè psallens in cithara, vt cū arriperetur à Dæmone, leuius toleraret: & ob hoc Dauid inquisitus est, vt patet infra. Ista aūt Dæmonia non semper cruciabant Saulem, sed aliquando arripiebant eū, & aliqñ cessabant, vt patet infra. s. Quærant hominem scientem psallere cithara, vt, quando arripuerit te spiritus Dei malus, psallat manu sua. ergo non semper tenebat eum, sed aliquando rapiebat. Cum aūt diceretur, an cōsequens esset, ꝙ, cū spūs Domini bonus recederet à Saule, inuaderet eum spūs nequam. Dicendū, ꝙ non est consequens, quia poterat priuari quocunq; spū, i. quæcunq: gratia gratis data, & tamen ꝙ non arriperet eum Dęmon. Sed hoc fuit superadditum in pœnam eius, vt de peccatis suis aliqualiter torqueretur.

Quamdiu ista arreptio à Demonibus fuit in Saule.
Quæstio XXXIV.

QVAERETVR vlterius, An ista arreptio à Dęmonibus fuit in Saule per totam vitam suā, vel si durauit magno tempore, aut breui? Respondendum est, ꝙ non potest patere, an tota vita durauerit, quamquam satis rationabile est, ꝙ durauerit, eo, ꝙ dabatur ista pęna pro peccato Saulis: peccata autem eius non cessabant, sed quotidie augebantur in persequendo Dauid, ideo rationabile est, ꝙ semper duraret. Constat tñ saltem, ꝙ durauerit magno tpe, quia immediatè, vt Dauid est vnctus in regē, Dęmonia Saulem arripere incęperūt, cū dicatur hic, ꝙ spūs domini recesserat à Saule, & exagitabat eū spiritus nequam. Hanc aūt passionem aliquandiu tolerauit, cūq; remediū nullum haberet, serui eius suaserūt ei, vt inquireretur hō bene psallens, & inquisitus est Dauid, qui aliquanto tpe mansit cū Saule, deinde rediit ad patrem suū, & rursus pascebat oues, sicut prius, seq. c. post hæc venit tps Belli: & Dauid, superato Goliath, factus est Princeps virorū belli, vt infra c. 18. Et post hæc aliquanto tpe prospere agens, accepit in vxorē filiā Regis. Sed adhuc post hoc Dæmonia arripiebant Saulem, & quadā die, cū Dauid psalleret corā Saule à Dæmone arrepto, accepit Saul lāceā, & conatus est transfigere Dauid cū pariete, inf. c. 19. ergo adhuc spūs nequam vexabat eū. Post hęc aūt nunquam apparuit Dauid coram Saule, vt psalleret, eo arrepto: ideo non constat, an post hoc arreptus fuerit. Sed credendū est, ꝙ sic. Dicitur aūt hic,

A ꝙ exagitabat eū spūs nequam à Domino, i. missus à Domino ad exagitādū eū. *Dixeruntq; serui Saul* Hic ponit̄ prouisio q̄dam ad ægritudinem Saulis: nā, vt ait Iosephus 6. Antiq. mox, vt incurrit Saul hanc vexationē, conatus est à Medicis quęrere remediū, q rñderūt hoc esse impossibile arte medicorū, sed dederūt quadam alleuiationē. s. vt q̄reret aliquē psallētē coram eo, & sic leuius toleraret. *Ecce spiritus Domini malus exagitat te.* Hoc dixerunt serui Saulis, qui erāt Medici secūdū Iosephū. s. ecce Spūs Dñi. i. Iam tu vides, ꝙ ista ægritudo tua nō est aliquis naturalis morbꝰ, de quo arte Medicorū sanari queas: sed spūs Dñi malus verat te, ideo non possumꝰ dare sanitatē, sed alleuiationem. Vocat̄ hic Dæmon Spūs Dñi malus:

B Spūs quidē, quia secūdū naturam suā, Spūs est, i. substantia spūalis, Dñi aūt, quia à Dño creatus est. Vel Spūs Dñi, quia à Deo missus erat ad vexandū Saulē. Sic dicitur, supra: Spūs Dñi recesserat à Saul, & exagitabat eū Spūs nequā à Domino, i. missus à Domino. Vocat̄ aūt malus ad distinguendū, ne intelligat̄ pro Spū Sancto, quia, si dicatur Spūs Domini, nihil addendo intelligit̄ de Spūsctō. Sic patet Sap. c. 1. s. Spiritus Dñi repleuit orbē terrarū. Vocatur aūt Dęmō Spūs multipliciter: aliqñ vocatur spūs Domini malus, vel nequam: & sic accipitur hic. Aliqñ vocatur spūs immundus: sic patet Matth. ca. 11. s. cū spūs immundus exierit ab hoīe. Aliqñ vocatur spūs solū: sic patet infra 3. li. c. 22. cū Deus loqueretur, quis deciperet Achab, & vnus daret vnam sententiam, & aliùs aliā, dicitur. Egressus est Spūs, & stetit corā Dño, & ait. Ego decipiam illū. Vocatur aūt hic spūs Dęmō, qui aliqñ coram Domino stat, sicut habetur Iob. c. 2. s. Factū est aūt, cū quadam die venissent filij Dei, & starent coram Dño, venisset quoq; Satan inter eos, & staret in conspectu eius. *Iubeat Dominus noster Rex*, i. solū iubeat Rex, ꝙ inquiratur sibi hō bñ psallēs, qa serui sui inquirent, & leuietur cruciatus eius. *Et serui tui, qui coram te sunt.* Dicitur de seruis illis, qui erant coram Saule, quia aliqui, qui serui sunt, qui nō astabāt ei, sed veniebant ad iussum eius, qñcunq; ipse præciperet, & isti non habebant curam aliquā de rebus regis, nisi quatenus eis iubebatur. Alij aūt erant, qui sēper astabant Regi, vt illi, qui erant in camera eius, &

Dæmō vocatur spiritus multipliciter.

D quibus ipse familiariter colloquebatur: sic enim dicitur Hester. c. 1. de septē Eunuchis Principibus Persarum, qui semper videbant faciem regis, & post eū residere soliti erant: ideo isti habebant curam de rege, & procurabant eius negocia: vnde ipsi iuerunt ad introducendū Reginam Esther coram eo, vt patet e. c. sic dr̄ hic, ꝙ serui eius, qui erant coram eo. i. videbant semper vultū eius, & erant in camera sua, quærant hoīem, q sciat psallere, eo ꝙ ad istos pertinebat regios defectꝰ tegere, & de remedio prouidere. *Quærant hominem scientem psallere cithara*, i. scientē excellēter psallere, quia inuenire aliquē, q solū psallere sciret, facillimū erat, sed, ꝙ sciret excellenter psallere, erat

E difficile, & hoc erat dignū inq̄sitione. Apparet hoc, quia inquirebatur iste Citharista, vt in pñtia huiꝰ gaudij, ꝙ ex cantu caperetur, fugeret oīs dolor, vel leuiter toleraretur, & quia non pōt tristitia pñs expelli, vel leniri, nisi p̄ magnam delectationē, necesse erat, ꝙ delectatio illa ex cantu esset excellens: non poterat tñ esse excellens, nisi iste psallens esset valde eruditus. Qūo aūt vna delectatio non pōt tolli p̄ aliam, nisi illa sit magna: vel tristitia per delectationem, declarat Arist. 10. Eth. dicens, ꝙ leuis est illa delectatio, in cuius pñtia altera sentitur, sicut est de ludo athletarū, & cibo frugū, siue leguminū. Hoc aūt considerauerunt serui Saulis: ideo inquisierunt ei excellētē Citharistam. s. Dauid. Dr̄ aūt hic de Cithara non, ꝙ istud

istud instr̃m haberet specialiter vim expellendi Dæmones de corporibus obsessis magis, quàm alia, sed quia fortè istud erat cęteris iocundius tp̃e illo. *Vt quãdo arripuerit te spiritus Dei malus*, s. non tenebat eum semper Dæmon, quia breuiter eum exanimasset duris cruciatibus, sed interdum eũ arripiebat, sicut fit in cœteris arrepticijs. *Psallat manu sua*, i. percutiendo citharam manu, Non dr̃ hic, an in voce psallere deberet, quia interdũ Dauid in voce canebat, & plectro Citharam tangens. Hic tñ vr̃, ꝙ solum manu psallebat. *Et leuius feras*, i. tunc alleuiabitur dolor tuus. Intelligebant isti, ꝙ p̃nte Citharista, non ita durè torqueretur Saul, & sic fiebat: quia infra dr̃, ꝙ, qñ spũs malus arripiebat Saul, tollebat Dauid Citharam, & leuius habebat, & refocillabatur, & recedebat ab eo spũs malus. *Et ait Saul ad seruos suos*. Vidit.n. ꝙ rectè loquebantur, ideo consensit, ꝙ inquireretur sibi aliqs psallens, & iussit hoc. Et dr̃, ꝙ locutus est ad seruos suos, s. ad illos, qui erant in conspectu suo, & ei familiariter deseruiebant. *Prouidete mihi hominem bene psallentem*, i. inquirite mihi hominem bñ instructũ in arte Citharistica. *Et adducite eum ad me*, s. vt stet in cõspectu meo, qñ arreptus fuero, & psallat. *Et respondens vnus de pueris, ait*. Immediatè vt locutus fuit Saul, rñsũ est sibi, quia quidam de pueris illius nouerat Dauid, qui erat optimus Citharista. Dicunt Hebræi, ꝙ iste fuit Goeth, qui erat principalis inter famulos Saul. Et dixit hoc ex odio, quia iam habebat exosum Dauid, & sic quærebat, vt staret in p̃ntia Saulis, cũ à Dæmone affligeretur: vt à Saule, vel à Dæmone ipsum agitante occideretur, & ideo ipsum commendauit non ad bonum Dauid, sed, vt malum inde sequeretur. Huic opinioni consentit Nicolaus, & cõfirmat eam, dicẽs, & ob hoc iste Goe, addidit aliquid in laudibus Dauid, ꝙ non videbatur verum: nam dixit eũ esse virum Bellicosum, qui adhuc erat iuuenis. Vnde & Saul dixit ei, postea seq. cap. non vales resistere Philistheo isti: quia puer es: sic.n. faciũt homines maliciosi cõmendando eos, quos oderunt, vt in aliquo casu, sub spetie boni eos confundant. Sed Deus frequenter eorum insidias conuertit ad bonum illorũ, quibus insidiantur: quia non est scĩa, nec p̃tãs cõtra Dominum: sicut Deus malitiã fratrum Ioseph inuidendo ei, ne dominaretur ipsis, conuertit in bonũ, quia per hoc fuit exaltatus in AEgypto, & fratres sui coacti sunt adorare ipsum. Sed istud non est satis verisimile, quia non patet, ꝙ iste esset Goe, & dato, ꝙ esset Goe, nõ est verisimile, ꝙ odio haberet Dauid, quia nondum suberat aliqua causa, propter quã eũ haberet exosum. Nam & in prima vice, qua Goe denunciauit se vidisse Dauid, apud Achimelech: non fecit hoc, quasi Dauid haberet exosum, vel Achimelech; sed vt placeret Sauli: nam sciebat, quod Saul nimis desiderabat persequi Dauid, Nunc autem nondum venerat Dauid ad Saulem, nec erat aliqua causa odij: cur ergo Goe loqueretur ista ad malum Dauid? Item non stat, ꝙ ista dicerẽtur ad malũ Dauid, quia non videtur, quomodo ex hoc aliquid malum sequeretur Dauid, sed poti⁹ magnum bonum, quia dicitur infra, ꝙ Dauid stetit ante Saul, & ille dilexit eum nimis, & factus est armiger eius, misitq; Saul ad Isai dicens: stet Dauid in conspectu meo, inuenit.n. gratiam in oculis meis. Cum autem dicunt, ꝙ hoc faciebat Goe, vt Dauid occideret à Saule, vel à Dæmone, qui exagitabat eum: habent incentiuum ab eo, quod dicitur infra 19. ca. scilicet, quod cum psalleret Dauid coram Saule, appræhensa lancea, conatus est Saul configere Dauid cum pariete. Sed hoc non stat, quia non fecit hoc Saul propter Dęmonẽ, à quo vexabatur: sed quia desiderabat valde occide-

Opinio Hæbreorum, & Nicolai.

Quod Dauid laudatus est à quodam eum odiẽte.

F re Dauid. Et post hoc omni tempore, persecutus est eum fugientẽ per deserta, & colles, vt patet ex prosecutione huius libri. Item confirmatio Nicolai in hoc non stat, scilicet, quòd iste puer mentitus fuerit laudando Dauid, dicens eum esse virum bellicosũ, quia nondum erat vir. Respondendum est, quod iste nihil mentitus est: nam non habebat colorẽ mẽtiendi, quia cum Dauid compariturus esset coram Saule, si reperiretur falsum, ꝙ iste dixerat, puniretur: ideo non est verisimile, ꝙ falsa nunciauerit regi, etiam si inuidia torqueretur. Quod autem Dauid tunc esset vir Bellicosus, satis stat: quia non vocatur vir bellicosus ille solus, qui ætatis maturæ est, & bella nouit, sed quicunque robore excellens est, & facit
G opera fortia: sic autem erat de Dauid, quamquam esset iuuenis, quia erat fortis robore, & faciebat opera admiranda, & erat ad Bellum aptissimus. Item non stant aliquo modo ea, quæ dicta sunt, quia iste non poterat esse Goe: nam Goe erat Pastor, vt patet infra c. 21. s. ꝙ erat potentissimus Pastorum, sed iste, qui locutus est hæc, erat vnus de familiaribus Saulis, qui stabant semper coram eo, ergo nõ erat Goe. Patet quia supra dicitur iubeat Dominus Rex, & serui tui, qui coram te sunt, quærant hominem scientem psallere. *Ecce vidi filium Isai Bethlehemitem*. Hoc dixit ille puer Saulis zelo bono concitatus, quia viderat Dauid esse magnum Citharistam, & virum omni probitate laudabilem, qualem coram regibus sta-
H re decebat, ideo dixit Regi, quòd illum adduceret, & rex consensit.

Deus permisit Dauid vocari, & stare ante Saul, & pati acerrimas perescutiones ad maiorem exaltationem.

Quæstio. XXXV.

QVAERET aliquis, Cum Dauid tam grauia mala passus sit ex familiaritate Saulis, cur Deus permisit eum vocari, & stare coram Saule. De malis patet, quia persecutus est eum Saul accerrimè, quod non fecisset, si semper ei fuisset incognitus. Respondendum est, quod Deus faciebat hæc, ad maiorem exaltationem Dauid, & ad instructionem eius: ipse
I enim vnctus erat in Regem, & regnaturus erat post Saulem: si tamen semper mansisset in habitu Pastorali, vsque ad mortem Saulis, fuisset postea ineptus ad Regem, quia status Regius requirit scientiã principandi, & mores valde dissonos à Pastorali conuersatione: ideo debuit exercitari Dauid ibi, vbi posset mores regales addiscere, & induere animum Regis. Hoc autem erat in communicatione cum Regib⁹, & magnis viris: ideo expediẽs fuit, quod Dauid maneret cum Saule. Item Dauid, cum non esset de progenie Saulis, & esset post eum regnaturus, nõ posset hoc fieri, nisi viribus arriperet sibi principatum populi tollens de Domo Saulis, sed difficile valde erat, inuito toto populo, Principatum trãsire ad Dauid;
K difficilius quoque sustineri in manu eius, quia violẽtum non est perpetuum: ideo debuit principatus regalis aliter acquiri à Dauid: si tamen ipse fuisset semper in conuersatione pastorum, nunquam populo cognitus, non conciliasset sibi fauorem populi, vt mereretur principatum: nunc tamen ex communicatione, quam habuit in Domo regia, promeruit fauorem totius populi. Nam Saul constituit eum Principem virorum Belli, & sæpe pugnans contra Philisthinos in omnib⁹ prospere agebat, ita, vt post mortem Saulis, ipso non petente regnum, totus populus eum in Regem petierit, infra 2. lib. cap. 5. quæ nunquam accidissent, nisi per communicationem in Domo Regis conciliasset sibi fauorem populi: ideo

ideo expediens fuit Dauid, ꝙ vocaretur à Saule. Cũ aũt obijcitur, ꝙ ex hoc passus est magnã aduersitatẽ Saulis. Respõderi potest, ꝙ Deus interdũ infligit homini pęnã ad instructionẽ suam: & in hoc potius ei gratiam facit, cum ex hac pęna magna insurgat vtilitas: sic.n. fuit in Dauid, quia persecutio, quam sustinuit à Saule, fecit eum fortiorem virum, & magis aptum ad tolerandum dura: iustificauit quoq; illũ magis, & notificauit regnum eius post mortẽ Saulis: nam ex hoc, ꝙ Saul persecutus est tã iniquè Dauid, & incidit bis in manus eius, nec eum voluit percutere Dauid: apparuit nimis iustum fore, & innocentem Dauid. Nam potuisset eum occidere in spelunca in monte Engaddi, cum abscidit extremitatem pallij eius, sed noluit inf. 24. c. Iterum quoq; introiuit in castra Saulis, dormiẽte ipso, & accepit Dauid lanceam, quæ erat apud Saulem, potueratq; eũ configere, sed noluit inf. ca. 26. Ex his autem nimis claruit iustitia Dauid toti populo, vnde & ipse hostis suus Saul eum laudauit, dicens: Iustior tu es, quã ego: tu enim mihi tribuisti bonum, ego aũt reddidi tibi mala: & nũc scio, ꝙ certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnũ Israel inf. ca. 24. expediens ergo fuit Dauid hanc experiri aduersitatem. Aliter posset respõderi, ꝙ iste aduentus ad Saulem non fuit occasio immediata, nec mediata aduersitatum, quas passus est Dauid à Saule, quia, cũ nunc vocatus fuisset, stetit aliquo tẽpore coram Saule; deinde rediens in domum paternam, rursus vt primo custodiebat oues: & tunc, adueniente bello contra Philisthinos, misit eum pater ad visitãdos fratres, occiditq; Goliath: cũq; laudaretur à fęminis propter victoriam illam, suscitatus est liuor Saulis contra ipsum, & ex hoc habuit locum persecutio inf. c. 18. Vocatio ergo ista Dauid à Saule nihil ad persecutionem suam contulit, etiam si ei omni tempore astitisset, nisi occidisset Goliat. *Scientem psallere.* i. iste Dauid sciebat excellenter psallere. s. ꝙ non reperiretꝰ ei tunc similis citharista: nam si esset de qualibuscũq;, non fuisset citatus à rege.

An Dauid habuerit scientiam psallendi per diuinam infusionẽ, vel per doctrinam. Quæstio. XXXVI.

QVAERET aliquis. An Dauid habuit sciẽtiã psallendi per diuinam infusionem? Ratio autem dubitandi est, quia ipse erat excellentissimus citharista, & sicut spiritũ prophetandi & canẽdi hymnos à Deo accepit in vnctione sua, ita quoq; accipere potuerit scientiam psallendi. Respondendũ est, ꝙ de scientia componendi hymnos, & cantica, manifestum est, ꝙ eam Dauid à Deo assecutus fuerit, quoniam secũdum hanc Propheta dicebatur, & canebat aliqua, quę non poterant comprehendi humana doctrina, sed per inspirationem. De arte aũt psallendi secus est: quia hanc poterat ingenio suo assequi, vel per eruditionem sicut alijs ineſt. Dicendum tñ, ꝙ hoc poterat habere per inspirationẽ, qa quilibet habitꝰ doctrinę, prudentię, vel artis, potest à Deo infundi: sic est de habitu citharistico. Nam, si Dæmones facere possunt, vt ille, qui numq̃ nouit citharizare, subito optimè citharizet, faciliꝰ Deo hoc fuberit. Quod autem Dæmones hoc possint, patet, quia interdum aliqui arreptitij à Dæmonibus visi sunt, qui priusquam arriperent, nihil omnino musicã nouerãt, nec ipsa quidem musica organa cognoscebant, & cum arriperentur, optimas faciebãt ĩ cithara, vel alio instrõ armonias, velut, si in hac essent arte peritissimi. Deo ergo facilius erit, vt det alicui scientiã citharizandi: quod esse potuit de Dauid. Et

A si hoc cõcedamus, dicere debemus, ꝙ in die suæ vnctionis, cũ primo directus est ĩ eo spũs Dñi, aduenit sibi oĩs spũs. s. spũs roboris, & prophetię, & citharizandi ad canendũ propheticos hymnos. *Et fortissimũ robore.* Vocat Dauid fortissimꝰ robore, nõ ꝙ ex habitudine corporis sui valde magnas haberet vires, sed quia requieuerat in eo spiritus Dñi, qui erat spiritꝰ roboris: manifestũ aũt erat robur Dauid multis Israelitis: nã post vnctionẽ suã sæpe, cũ esset ĩ pascuis, leonẽ apprehendit, & vrsum per maxillas, & suffocabat eos, eruens prædam de ore ipsorum, vt patet seq. c. Putabant autem Israelitę istud robur Dauid esse à Deo: vnde dixit iste puer Saulis: & Dñs est cũ eo. i. habitat in eo: & omnia quæ facit, à Deo facit.

B *Et virum bellicosum.* Non vocatur Dauid vir bellicosus, quasi haberet peritiam bellandi per freqũẽtem peritiam bellorum: nam numq̃ fuerat in bellis, sed vocatur bellicosus. i. ad bellum aptus, eo ꝙ erat vir robore fortis. *Et prudentem in verbis.* Prudentia nõ solum attenditur in verbis, sed ẽt in factis, qa prudẽtia non est specialiter directiuũ alicuius operationis, sicut habitus artiũ determinantꝰ ad certa obiecta, & actus: sed est prudẽtia regulatiua oĩum eorũ, q̃ ptinent ad totã vitã, vt patet. 6. Ethi. Et quia operatio est maior pars vitę, q̃ verbũ: magis se extẽdit prudẽtia ad operationẽ, q̃ ad sermonem. Vocauit tñ iste puer Dauid prudẽtem in verbis. i. lepidũ, vel facetũ: hoc enim nimis conueniebat hominibus, qui regi-

C bus astãt, in quorũ sermone nihil rusticitatis apparere debet. Hoc autem Dauid specialiter à Deo consecutus est, qa præter cõsuetudinẽ pastorum est: licèt enim interdũ quidã de pastoribus ingenio valeant, rudes tamen eloquio sunt, cũ non duxerint in consuetudinem verba polire. Dauid autem consecutus est ornatũ dicendi, quod pertinet ad artem oratoriam, quia Deus infuderat ei spiritum propheticũ, & potissime pertinentem ad partem hymnidicam. Hæc autem pars magnos rhetoricos flores habet: & sine dulcedine eloquij non fit, ideo ex hoc aliud habuerat, quod in verbis suis sententiosus, & dulcis appareret: & ob hoc vocauit eũ puer istę prudẽtem verbis. *Et virum pulchrum.* Erat.n. Dauid rufus, & pul-

D cher aspectu, decoraq; facie, ita, vt vultus eius inspiciẽtibus iocũdus foret. Oĩa hęc erãt ĩ Dauid, & nihil puer iste mẽtitus est. Expressit aũt hęc oĩa, & nõ solũ artẽ citharisticã, qa licet pp artẽ citharisticã, q̃reretꝰ, tñ accumulatiora desiderabiliorẽ eũ facerẽt. Hæc aũt valde conueniẽtia erant, & vtilia regibus .s. hr̃e viros robustos bellicosos, pulchros, verbo prudentes. Vnde Saul persuasus his verbis, fecit eum vocari illico, inuenitq; gratiam magnam in oculis eius pp istas pbitates. *Et Dominus est cum eo.* i. habitat in eo, & dirigit eum in omnibus operibus: ex quo innuere volebat iste puer Saulis, ꝙ oĩa hęc consecutus fuerat Dauid, quia Deus erat in eo.

E *Quomodo sciuit iste, quòd Deus esset in Dauid. Q. XXXVII.*

QVAERET aliquis, Qũo sciebat istud puer, ꝙ Deus erat in Dauid? Respõdendũ est, ꝙ fm naturam, oĩs operatio reducẽda est in aliq̃ causam, & cũ vna nõ sufficit ad operationẽ, reducẽdũ est in aliã causã superiorẽ: sic ẽt ĩ Dauid apparebãt aliquę operationes, quarũ ipse nõ poterat esse sufficiens causa: sicut in prophetando q̃tũ ad compositionẽ hymnorũ. Nã canebat aliqua, q̃ nullus hõ, nisi à Deo inspiratus, scire posset; iõ arguebatꝰ, ꝙ Deus inspirabat. Itẽ apparet hoc ex operibꝰ roboris, qa faciebat aliqua tã admirãda, vt nullus ea facere posset, nec ẽt aggredi. Quis.n. leonẽ, & vrsum aggrederetꝰ, & suf

focaret eos? potiſſime cũ eſſet in tam tenera ętate: F
nam vix erat annorum 20. Dauid cum hęc faciebat
in paſcuis; oportebat ergo reduci iſtam operationẽ
in aliquam cauſam ſuperiorem.ſ.in Deũ, & ſic De⁹
iudicabatur eſſe cum illo. Item homines, qui conce
dunt prouidentiam, & credunt res noſtras à Deo di
rigi, putant, ꝙ, quãdo alicui proſpera eueniũt, hoc
à Deo fit: ideo quando alicui homini proſpera eue-
niunt, dicunt Deum eſſe cum illo: quod quidem ve
rum eſt.ſ.quia iſta non proueniũt homini, niſi Deo
volente: aliquando tamen eo propitio, & aliquan-
do eo irato: puer autem iſte Saulis videbat, ꝙ om-
nes operationes Dauid dirigebãtur, & oĩa proſpera
bantur ad quæcũq; miſiſſet manum, ideo arguebat
Deum eſſe cum illo. Iſta aũt ſententia ſemper fuit G
omnium hominum, qui aliquid attribuerunt ꝓui-
dentiæ: & nunc ſic eſt. Sic patet Gen. 39. c. vbi dr̃ de
Ioſeph. Fuitq; Dominus cum eo, & erat vir in cun-
ctis ꝓſpere agens, habitauitq; in domo Domini ſui,
qui optime nouerat Dominum eſſe cum eo, & om
nia, quæ gereret ab eo dirigi in manibus illius. Ec-
ce qualiter iudicabat Aegyptius Deum eſſe cũ Io-
ſeph propter proſperationem: Moyſes quoq; idem
aſſeruit. Et ſic fuit de Dauid: nam, cum omnibus die
bus ſuis ꝓſpere egerit, apparebat Deum eſſe cum il-
lo. *Miſit ergo Saul nuncios ad Iſai*.ſ. placuerunt valde iſta
verba Sauli, eo ꝙ tantum fuerat Dauid; miſit ergo
illico pro eo. *Mitte ad me Dauid filium tuum, qui eſt in pa
ſcuis*. Noluit Saul, inuito Iſai, tollere ei filium ſuum, H
ideo miſit ad patrem: mittebat autẽ, quòd veniret
Dauid coram Saule, non quaſi ſemper ſtaturus co-
ram illo, ſed quaſi aliquid breuiter acturus: quod
patet: quia poſtquam ſtetit Dauid in conſpectu Sau
lis, & inuenit gratiã in oculis eius, miſit Saul ad Iſai,
dicens: Stet Dauid in ꝯſpectu meo: ſi tamen à prin-
cipio petiuiſſet eũ, vt ſtaret ſemper coram illo, non
mitteret denuo Saul ad Iſai, dicens: Stet Dauid in
conſpectu meo. Dicitur hic, qui eſt in paſcuis, ad dif
ferentiam aliorum, quia nemo de alijs paſcebat gre
gem: nam tres filij maiores vacabant Bellis cũ Sau-
le, vt patet ſequẽti. c. Alij aũt quatuor iuniores alijs
operibus inſiſtebant, ſolo Dauid manẽte in paſcuis:
vnde ea die, qua in regem vngi debuit, cęteri fratres I
in domo erant, ipſe aũt in paſcuis, & inde adductus
eſt ſup. in littera. *Tulitque Iſai Aſinum plenum panibus*.i.
onuſtũ panibus. Vel, ſm̃ alios dicitur, Aſinus plen⁹
panibus i. corium aſini in modum ſcuti plenum pa
nibus. Sed primum melius eſt.ſ.ꝙ onerauit Iſai vnũ
Aſinum plenum panibus, & miſit eum ad Saulem:
cum. n. Iſai miſſurus eſſet filium ſuum ad Saulẽ, no-
luit eum vacuum mittere: nam inhoneſtũ videbat̃,
ꝙ appareret vacuus coram rege: nam ſicut De⁹ iuſ-
ſerat, ꝙ non appareret homo vacuus corã eo, vt pa
tet Exo. 23. & 34. c. ita in magnis Dominis videbat̃,
ꝙ nemo coram eis deberet vacuus apparere: miſit
ergo de eo, quod habuit munuſculũ regi. *Et lagenam
vini*. Miſit. n. Iſai oĩa, quæ neceſſaria erant ad cibum K
& potum. Eſt aũt lagena nomen vaſis. An verò ſit
paruũ vas, vel magnum, non apparet: potiſſimè, qa
in Hebræo, nomen, quod hic ponitur, eſt ęquiuocũ
ad vtrem, & ad vas quodcunq;. Apparet tamen, ꝙ
debeat eſſe vas aliqualiter magnum, ſicut vter, quia
dicitur Iſai. c. 5. Decem iugera vinearũ facient lãgũ-
culã vnã: & 30. modij ſementis facient modios tres.
eſſet hic lagena, vter, vel aliquod magnũ vas. *Et Hæ-
dum de capris vnum*. Intelligendum eſt de hædulis par-
uæ ætatis, quia tunc dulciſſimi ſaporis ſunt; cum ve
rò ĩcreuerint fętidi, & inſipidi ſunt. *Miſit per manum
Dauid filij ſui Sauli*. i. hęc miſit, vt Dauid offerret illa
Sauli ex nomine patris ſui.

*Quare Iſai paruum munus obtulit Sauli, cum non eſſet pauper.
Quæſtio. XXXVIII.*

QVAERET aliquis, Quomodo Iſai deſtinauit
regi tam paruũ mun⁹, & indignũ rege? Aliquis
reſpõdebit, ꝙ hoc faciebat ex paupertate: nequibat
.n. maiora offerre. Sed hoc nõ ſtat: quia Iſai erat vir
diues, & honoratiſſimus inter omnes Bethlehemi-
tas, ideo potuiſſet maiora offerre munera. Item, da-
to, ꝙ diceremus fuiſſe virum pauperem Iſai, potius
debuiſſet nullum offerre munus, quàm aliquid pręſ-
ſtare tam indignum regi. Dicendum igit̃, ꝙ Iſai di-
ues erat, & potuiſſet maiora offerre munera, & offe
rendo hęc, non putabat aliquid indignũ offerre re-
gi, ſed munus ſatis laudabile, & ſm̃ rẽ ſic erat. Nũc
aũt eſſet aliqd viliſſimũ talia offerre regi: maxime,
ſi offerret aliquis vir nõ parui ſtatus. Ratio differen
tiæ eſt inter tẽpus iſtud, & illud: quia tũc erant ſæcu
la rudia, nec tantum ęſtimabant̃ principatus, nec de
uenerant homines in tantam ambitionẽ honoris,
& iactantiã, ſed ſimplici victu, & veſte contẽti erãt,
ẽt ſi eſſent viri magni principatus: ideo id, quod mo
dicũ eſt nũc, apud illos tanq̃ aliquid magnũ ęſtima-
bat̃: qa nondum illis tanta opum poſſeſſio erat, nec
tã immenſa honoris poſſidendi cupido. Fuerũt igit̃
munera temporis illius parua, q̃ tunc tanti ęſtima-
bant̃, vt nunc ea, q̃ clariſſima ſunt. Quod patet: quia
Samuel propheta priusq̃ Saul regnaret, erat iudex,
& princeps in toto Iſrael: Saul tamen, & puer eius
volebat offerre ei in munus aliquem panẽ, vel parũ
de moneta: vnde, quando puer Saulis inuenit in ma
nu ſua quartã partẽ ſtateris.i. ſicli, dixit Saul, ꝙ darẽt
eã Samueli, & tamen illud valde modicũ erat: quia
quarta pars ſtateris non valeret vltra quinq; mora-
bitinos, vt declaratũ eſt ſup. c. 9. exiſtimabant tamẽ
Saul, & puer eius illud eſſe dignum munus. Item, cũ
mitteret Iſai ad tribunum, q erat princeps mille vi-
rorum, ſub quo militabant filij ſui, munera: obtulit
decẽ formellas caſei. i. decẽ caſeos valde paruos, vt
dr̃ ſequẽti. c. & tñ illud valde paruũ erat, vt alicui tri
buno offerret̃: cõditio tñ tp̃is illud patiebat̃. *Et venit
Dauid ad Saul*.ſ. ferẽs munera. *Et ſtetit coram eo*.ſ. offerẽ
do illa. Etiã ſtetit coram eo.ſ. manendo ibi aliquãto
tp̃e, quouſq; mitteret Saul ad Iſai nuncios, ꝙ vellet
apud ſe tenere Dauid. *At ille dilexit eum nimis*.ſ. Saul di
lexit Dauid valde, eo ꝙ erat vir probus in omnibus:
& ſatis conſolabat̃ ex pręſentia eius, quia cum eum
Dæmon arriperet pſallebat, Dauid, & Saul leui⁹ ha-
bebat, atq; recedebat ab eo ſpiritus malus. Iſta aũt
magna dilectio Saulis ad Dauid poſtea in atrociſſi-
mum odium verſa eſt, eo quòd concepiſſet liuorẽ
Saul de Dauid, & metum quemdam, vt patet inf.
18. c. *Et factus eſt armiger eius*. i. fecit eum Saul armige
rum ſuum. In hoc enim oſtendit affectionem ſuã,
quia dedit ei officium familiaritatis. ſ. ꝙ eſſet armi-
ger illius. Stabat quoq; ſemper coram illo propter
artem cithariſti cauſa. *Miſitque Saul ad Iſai*. Cum
enim ſtetiſſet Dauid in conſpectu Saulis, & placuiſ-
ſet ei, voluit eum ſemper ſecum tenere, & quia ad-
duxerat eum non tanquam ſemper manſurum ſe-
cum, ſed vt aliquid breuiter facturum. Miſit ad pa-
trem eius, vt permitteret eum manere apud ſe, &
hoc, ne pater expectaret eum, tanquam illico redi-
turum: Etiam vt oues, quas Dauid paſcebat alteri
committeret, tanquam, eo nunquam redituro ad
paſcua. *Stet Dauid in conſpectu meo*, ideſt maneat ſem-
per apud me. *Inuenit enim gratiam in oculis meis*. i. eſt mi-
hi gratus, & delectat me, ꝙ hic maneat. Qđ aliquis
ĩueniat grãm ĩ oculis alterius eſt, ꝙ aſpectus eius ſit
alteri

alteri delectabilis,& omnia, quæ agit,illi grata ſint. A Sic enim homo inuenit gratiam in conſpectu Domini, quando in charitate eſt, quia tunc eius opera ſunt accepta Deo, & omnia,quæ egerit,tanquā recta à Deo iudicantur: & iſta eſt gratia gratū faciens. Cum quis aūt non inuenit gratiā in oculis alterius, triſtis eſt illi viſio eius,& homines fugiunt tales aſpectus. Erat igitur iocundum Sauli videre Dauid,quia inuenerat gratiam in oculis eius.

Quare Saul permiſit Dauid à ſe recedere, cum ex eius præſentia dolor eius mitigaretur. Q. XXXIX.

QVAERET aliquis.Cū Dauid inueniſſet gratiam in oculis Saulis,& ex eius præſentia leuia B batur morbus illius,atq; recedebat Dæmon, cur pmiſit poſtea eum à ſe recedere. Aliquis forte dicet, ꝙ nō receſſit,quia Saul dixit:Stet Dauid in conſpectu meo.i.maneat ſemper coram me. Sed hoc non ſtat:quia poſt iſtud factum eſt Bellum, qđ habere ſequēti c.2. & tūc Iſai miſit Dauid,q cuſtodiebat Gregem ad fratres ſuos in Bellū.Et patet,quia dicitur ī. ſequenti c. Abijt ergo Dauid,& reuerſus eſt à Saule, vt paſceret gregem Patris ſui in Bethlehem.Ergo pmiſit eū Saul à ſe recedere. Aliquis forte reſpōdebit,ꝙ hoc factū eſt, quia Saul iam fuerat liberatus à morbo, & quia ob hoc Dauid erat in cōſpectu ei⁹, vt cum à Dæmone arriperet̄,pſalleret, permiſit eū redire ad patrem ſuum, & tunc cuſtodiuit oues, vt C prius. Sed falſum eſt,quia etiam poſt illud Bellum, de quo ſequenti. c.arripiebat̄ Saul à Dęmone,quia inf.c.19. dicitur qūo Semel arrepto Saule à Demone,Dauid pſallebat coram eo,& accepta lancea,voluit eū Saul configere cū pariete:ergo nondū morbus deſierat.Reſpondendum eſt, ꝙ Saul dilexit Dauid,& voluit,ꝙ ſemper ſtaret corā eo, quia delectabatur ex præſentia eius:adueniente tñ bello,de quo ſequēti.c.quia neceſſe erat,ꝙ Saul vacaret operi bellico iam abſtinens à delectationibus citharizandi, credidítq; Dauid, quia puer erat, ineptū eſſe ad Bellum:ideo permiſit eū redire in domū patris ſui,vſq; in finem belli, poſtea rediturum ad officium ſuum priſtinum, vt ſtaret coram Saule.Et tunc potuit pr̄ D ſuus mittere eū ad paſcua, ſicut prius: & deinde ad viſitandos fratres in Bello. Penitus tamen nō permiſerat eū à ſe recedere Saul, quia ſemper illo opus habebat propter ęgritudinem ſuam.*Igitur quandocūque Spiritus Domini malus arripiebat Saul*.ſ. non erat iſte cruciatus continuus,ſed per temporum interualla, ſicut fit in omnibus alijs arrepticijs.*Tollebat Dauid citharā*.ſ quia in illa pitus erat,& nouerat alia muſica organa: nā ipe dicit: In pſalterio decachordo pſallā tibi.In cithara tñ magis aſſuetus erat,& hanc manu tenebat cū Saul arriperet̄.*Et percutiebat manu ſua*.ſ. ad reddendū ſonitū. *Et refocillabatur Saul*. i.requieſcebat,quia delectatio armoniarū aliquantulū minuebat vim doloris.*Et leuius habebat*.i. alleuiabat̄ aliqualiter.ſ.quia in præſentia magnæ delectationis armo- E nicę,non poterat tota triſtitia percipi,ſicut ſentiretur,nulla præſente iocundate.*Et recedebat ab eo ſpiritus malus*.ſ. non ſolum leuiabatur dolor,ſed etiam alleuiabatur pro tūc,qa recedebat ſpiritus neq̄ à Saule.

An Dæmones poſſent eijci de corporibus virture melodiæ, vel alicuius alterius rei. Quæſt. XL.

QVAERET aliquis Circa hoc, An Dæmones poſſent eijci de corporib⁹ aliqua virtute melodiæ,vel aliarum rerum. Et videtur ꝙ ſic, quia dr̄ hic,ꝙ recedebat ab eo ſpūs malus pſallente Dauid. Alph.Toſt. ſuper 1.Regum. A Item Tobiæ.6.Dixit Angelus Raphael de iecore piſcis, ꝙ,ſi ſuper carbones ponatur fumus eius extricat omne genus Dęmoniorum,ſiue à viro,ſiue à fęmina: ſed odor fumi non eſt maioris efficaciæ, quā melodia, quin potius è contrario: quia melodia eſt aliquid magis ſpirituale,quam fumus, & magis cōueniens cum natura Dæmonis: ideo potius in eum agere poterit,quàm fumus. Item in muſica Guidonis dicitur, quòd ſunt quidam Dæmones, qui melodiam ſuſtinere nō valent. Item communiter dr̄, ꝙ per quandam fumigationem poſſunt Dæmones cōgregari ad aliquem locū, vel ab aliquo loco eijci. Item Ioſephus.8.Antiqui aſſerit per radicem cuiuſdam herbæ expelli Dæmones de corporibus obſeſ- B ſorum,cū ait:Præſtitit autem Deus Salomoni,vt ēt contra Dæmones artem ad vtilitatem hominum, & eorum curas ediſceret,& incantationes inſtituit, quibus ægritudines ſoleant mitigari,modū ēt côiurationum,quibus adſtricti Dæmones, ne denuo redeant,effugent̄,inuenit.Et hæc cura hactenus apud nos multū præualere dignoſcitur. Vidi etenim quēdam Eleazarū de gēte noſtra,præſente Veſpaſiano, & eius filijs,& tribunis, alioq; ſimul exercitu,curantem eos,qui à Dæmonibus vexabantur.Modus aūt medicinę fuit huiuſmodi.Intulit naribus eius,qui à Dęmonio vexabatur, annulū habentem ſubter ſignaculum radicem à Salomone mōſtratā: deinde Dæmonium per nares odorantis abſtraxit:& repen C te cecidit homo. Poſtea coniurauit eū,iuramentū Salomonis obijciens, ne ad eū denuo remearet.i.cātica,q̄ ille compoſuit ſuper eū dicēda.Volens aūt ſatisfacere,atq; probare præſentibus Eleazarus hanc ſe habere virtutē,ponebat ante eos aut calicē aquę plenū,aut peluē,& Dęmoni impetrabat, vt hæc ab homine egreſſus euerteret, & videntibus præberet indiciū,ꝙ hoīem reliquiſſet. Si ergo herba illa hoc potuit, à fortiori melodia. In contrariū vr̄, ꝙ non habeat melodia vires eijciendi Dæmones: qa ſemp virtus agens eſt maioris efficacię q̄ res patiens,alioquin non ſequeret̄ operatio.Sed Dæmon eſt maioris poteſtatis, quàm quæcumq; res corporalis, quia dr̄ Iob.41.c.nō eſt poteſtas ſub cœlo,quæ comparet̄ D ei, & intelligit̄ de Dæmonę, ergo nō poteſt aliqua res corporalis in eū agere,vel expellere de corpore. Rn̄dēdū eſt,ꝙ Dęmones nō pn̄t eijci de corporib⁹, vel cōgregari ad aliquē locū virtute alicuius rei naturalis. Quia Dęmones ſunt entia non naturalia.ſ. ſpūs puri nō vniti corporibus,ideo res naturales nō habent ſup eos efficaciā agēdi, quia naturale ſolum agit in rē naturalē. Si aūt Dęmones eſſent aliquid naturale. ſ.corpora, vel ſpūs vniti corporibus, poſſent pati aliquid à rebus naturalibus,q̄ ſunt de cōditionibus corporum: & hoc tenuit Plato: ſic.n.dicit Apuleius platonicus ex auctotitate Platonis,ꝙ Dæmones ſunt aīalia corpore aerea, mente rōnabilia, tpe ęterna, aīo paſſiua: quodcumq; autem corpus, qđ elementū eſt, vel elementatū,pati pōt, & ſuſci- E pere,& ſic Dæmones,cū haberent corpora aerea,eſſent paſſiui, ideo ſatis diſpoſiti ad patiendum: quia inter omnia corpora elementalia, nullum eſt tam diſpoſitū ad ſuſcipiēdū oēm impreſſionē, ſicut aer: ideo Dæmones accipiūt, & Angeli magis corpora de aere, q̄ de quocunq; alio elemento, vt declaratū fuit Nume.c.21.& ipſe Apuleius dicit,ꝙ Dæmones ſunt aīalia paſſiua,Hoc modo non erat incōueniēs, ꝙ à fumo, & à melodijs, & multis alijs rebus pati poſſunt,ſicut patiuntur hoīes,qui corporei, & compoſiti ſunt. Conſtat tamen ex aſſertione fidei catholicę Dæmones eſſe puros ſpiritus, cum ab Angelis nihil diſtent, niſi quòd illi bonitate perſtiterunt,

Secunda ratio. Tertia rō. Quarta ratio. Quinta ratio. Dæmones nulla re naturali eijci, vel cogi poſſunt. Dæmon quid. Contra Plat.

isti autem in malũ conuersi sunt. Apparet ẽt hoc, F quia Dæmones sunt in corporibus humanis interdũ: si tamen corporei essent, non possent intus esse, quia non caperentur intra humana viscera, potissimè cũ multi sint, sicut in quodã viro, de quo Christus legionem Dæmonum eiecit. Sunt autem in legione sex mille sexcenti sexagintasex Dæmones. De hoc Matthæi 8. c. Si ergo illa essent animalia, nõ caperentur in multis corporibus: ergo nõ sunt animalia, sed sunt spiritus simplices, sicut Angeli boni: & manẽt in eis omnia naturalia integra, ideo sicut Angeli, non possunt cogi per aliqua corporalia, ita nec Dęmones. Ideo dicẽdũ, ꝙ Dęmones nõ possũt cogi, vt exeant de aliquo corpore, vel, vt veniãt ad illud per aliquas res naturales, nec per quascunq; G cęremonias.

An verbis Dęmones cogi possint. *Quæst.* XLI.

De verbis primo patet: quia verbum naturaliter non habet aliquas vires, nisi ad mouendum auditum, quia vox est obiectum potentiæ auditiuæ, & non potest obiectum agere, nisi in potẽtiam suam; sicut potentia non potest vltra obiectum suum. Dęmones autem non habent potentiam auditiuam, ideo voces ad eos nihil pertinent. Item, dato, quòd Dæmones haberent potentiam auditiuã, voces nõ sufficerent ad eijciendum eos de aliquo loco, vel aggregandum eos ad aliquem locum: quia vox nõ ha H bet efficaciam, nisi inquantum est dura, vel mollis: & aliquando voces terribiles, vel sonitus cogũt homines procidere in terram. Et sic Dæmones, dato quòd essent corporei, non possent eijci de aliquo loco, nisi propter voces nimis duras, quæ essent eis terribiles, & fugerent propter illas: illi tamen, qui conantur Dæmones per verba eijcere de corporibus obsessis, nõ proferunt ea durè, nec ad hoc respiciũt, sed, ꝙ sint talia, vel talia. Itẽ coniuratio, quæ Dæmonibus fit, vt non redeant ad corpora, de quibus exierunt, non potest secundum se habere aliquas tales vires: quia iuramentũ nõ habet efficaciam ex hoc, ꝙ aliquis proponit alteri verba, quæ iurare debet, sed ex hoc, quòd alius iurat illa se seruaturũ. In Dæmonibus autem non est sic: quia ipsi non respõdẽt ad ea, quæ eis obijciuntur, vt iurent. Et, si aliquis dicat, ꝙ Dęmones dant signum, quòd nunquam redibunt, quamquam non loquentur, & illud sufficit. Dicendum, ꝙ non sufficit: quia necessitas impletionis iuramenti nõ stat in hoc, ꝙ aliquis iurauit: quia etiam si iurauerit, potest infringere, sed ex bonitate sua pẽdet firmitas impletionis, quia si bonus est, implebit quod promisit: quamquam ergo Dæmones signa dent se ad corpora nũquam redituros, impossibile est, ꝙ ex hoc sint astricti ad non redeundum. Sed, si nõ redeũt hoc est, qa nolũt, vel ex aliqua alia

Obiectio causa, q̃ eos cogit, non tñ sunt ista verba. Sed obijciet aliquis de exorcistis, q eijciũt Dæmones de cor K poribus humanis inuitos, & interdũ clamant, sicut erat de Christo, qñ eijciebat Dæmonia: nã dicitur, ꝙ egrediebantur Dæmonia de corporibus clamãtia: Marci. c. 1. & ĩterdũ dicebant: Quid tibi, & nobis Iesu fili Dei? venisti huc ante tẽpus torquere nos. Matthæi. cap. 8. & exorcistæ per sola verba expellũt Dæmonia, & non est ibi aliqua fraus: ideo verba habẽt

Rñsio. efficaciã super Dæmones. Respondendũ, ꝙ verba, q̃ proferũt exorcistę nullã efficaciam habent super Dæmones, nec exiret aliquis Dæmon de corpore ĩ virtute verborũ exorcistę, ẽt si per mille annos loquerent: sed, qñ loquit Exorcista, Dęmones expellunt, nõ coacti viribus verborũ, sed à virtute Dei, q vult operari, prolatis illis verbis. Sic. n. est in oĩbus sacramentis: nam in sacro Eucharistię, prolatis verbis à Sacerdote, est ibi verũ corpus, & sanguis Christi: & tñ ista verba non hñt aliquam virtutẽ ad hoc efficiẽdũ, quia, si in verbis esset virtus à quocunq; illa ꝓferrent, conficeret Eucharistia. Sed falsum est, qa, si laicus illa protulerit, nihil efficit. Etiã non est efficacia à sacerdote, quia tũc, qñcũq; sacerdos illa proferret, conficeret: sed falsum est, quia si non proferant cũ intẽtione cõsecrãdi, sed intentione iocãdi, nihil efficitur: solus ergo Deus est, qui consecrat faciẽdo ibi esse verũ corpus Christi, & sanguinem: facit tñ hoc qñcũq; illa verba ꝓferunt à sacerdote cũ intentione consecrandi: non quidẽ, ꝙ ex virtute verborum necesse sit sic fieri, sed qa Christus ꝓmisit, ꝙ, qñcũq; hoc sacerdotes facerent, esset ibi corpus Christi: & sic ipse fieri iussit Io. ca. 13. & prima ad Corin. 11. Ita ergo in exorcistis, q̃q̃ verba, quæ ipsi proferunt, non habeãt aliq̃ efficaciã ad expellendum Dæmones de corporibus: ꝓlatis tñ illis verbis, q̃ ẽt in forma dedit Deus, illico Dęmonẽ eijcit de corpore. Et hoc, quia ipse ꝓmisit. s. ꝙ, ꝓlato noĩe suo, ista fierẽt Marci. c. vltimo. s. in noĩe meo Dęmonia eijciẽt. i. prolato noĩe meo. De armonijs, autẽ eodẽ modo dicendum est, ꝙ ille s̃m se nõ habent aliq̃ efficaciã ad excludendũ Dęmones de corporibus, vel ad cõuocandũ eos: nã armonia est vocũ proportio, ideo ad potentiã illã, ad q̃ pertinet vox, pertinebit armonia vocum, sed vox ad solũ auditũ ꝑtinet, ergo & armonia. In Dęmonibus tñ non est auditus: quia potentia auditiua in solis animalibus est, ideo ad eos nihil proficiunt armonię. Item armonia naturaliter habet efficaciã ad mouendum passiones. s. amorẽ, vel dolorem, tristiciã, vel solicitudines; & lasciuiã, & leuitatem, vel grauitatem morum: ideo Aristo. 8. Poli. volens instituere mores iuuenũ, dixit ad hoc multũ facere sonos armoniarũ, & qbusdã ꝓdesse frigistã armoniã, alijs verò doricã. De instrumẽtis ẽt musicis sic dicit, ꝙ q̃dã pertinẽt ad vnã passionẽ, & q̃dã ad aliã, & ꝙ q̃dã conueniũt iuuenibus, & q̃dam nõ. In Dęmonibus aũt non est pars affectiua, in qua sunt istæ passiones ex parte carnis, ideo nihil proficiẽt armoniæ. Item

I dato, ꝙ Dęmones haberent motus passionales, & ꝑciperent armonias, nõ poterant excludi de corporibus humanis ꝑ dulcem armoniã, qm̃ armoniarũ est ista vis, quòd illa, q̃ est s̃m artem, naturaliter cõdelectat auditũ, & ferunt homines ad illam audiendam magno desiderio, nec solũ hoĩes, sed ẽt q̃dã de pecoribus, & volatilibus, quæ habent aliquam excellentiam in auditu. Sic est de cygnis, qui dulciter cantant, sicut ait Isidorus Etymologiarum li. 12. ferunt in Hyperboreis montibus cygnos citharędis canentibus aduolare: eisq; concinere. Armonia autem, quæ præter artem est, vbi voces non bene consonant, naturaliter est contristatiua auditus, potissime in illis, qui habent sensum auditus optime temperatum. De hoc Aristo. Ethi. li. 9. Dæmones ergo, si perciperent armonias, non fugerent quando fierent armonię secundum artem, sed magis congregarẽtur: & fugerẽt, qñ fieret discordia vocũ. Dauid tñ, cũ esset excellens citharista, faciebat armonias valde modulatas; ideo ad eius cantum non debuisset recedere Dæmõ à Saule, sed magis vnire ad torquẽdũ eum, vt semper audiret armonias: recedebat tñ Dæmon, Dauid canente, ergo nõ fiebat ex viribus armonię, sed ex alia causa. Patet ergo, ꝙ in verbis, vel armonijs nõ est aliqua efficacia ad Dæmones cõgregãdos, vel expellendos. Sed adhuc aliquis obijciet, quòd in verbis sit aliqua virtus, quia quidã per incantationes, & prophanas artes, atque illicita

cita verba Dæmones expellũt de corporibus:ibi tñ non potest dici, ꝙ fiat ex virtute Dei,qui prolatis illis verbis,velit Dæmones eijcere:nam Deus nõ cõcurrit,nec concausat actibus prophanis,& verbis illicitis.Sed hic Dæmones excluduntur:ergo necesse est,ꝙ fiat ex viribus verborum. Respondendum,ꝙ, siquis per artes nefarias,vel illicitas cęremonias Dęmonẽ ab aliquo excludat,non ipse Dæmonẽ exclusit, sed Dęmon seipsum exclusit: exiuit. n. quia voluit.Sunt quippe Dæmones ęmuli salutis nostræ,& ambitiosi honoris diuini,ideo desiderant nimis, vt colantur.Inuenerunt igitur ob hoc multiplices artes,imò fallacias,quibus cũ hominibus aduersari valeant, & ab eis diuinũ cultũ recipiant : dederunt ẽt quasdam superstitiosas cęremonias, quibus ipsi de corporibus humanis excludi possent, non quidẽ, ꝙ per illas verè excludãtur,sed quia, vt semper fallãt, volũt,quando illa facta fuerint, exire de corporib⁹. Nam,etiam si Dæmones voluissent dare nobis aliquam artem,per quam de corporibus excludi possent,impossibile fuisset eis,quia ipsi non poterãt nobis dare, ꝙ faceremus aliquid, nisi quod ad naturalia pertinet:nihil tamen huiusmodi habet vires sup illos: nulla ergo verba siue bona, siue mala,nec soni tus duri, siue quantuncũq; terribiles,habent efficaciam super Dæmones.

Quod nulla re naturali Dæmones cogi possunt. Quæ. XLII.

DE rebus ẽt dicendum est,ꝙ nulla res habet efficaciam ad exeludendum Dæmonem.s. de reb⁹ naturalibus, siue sit animal, siue res inanimata,herba,vel arbor,vel fumus alicuius rei, vel odor bon⁹, vel malus.Ratio huius est,quia in omnibus naturalibus, virtus agẽdi est ipsa qualitas,siue sit de primis, vt calor, vel humiditas: siue de secundis, vt q̃cunq; aliæ qualitates ortæ ex quatuor primis. Istę aũt qualitates sunt accidentia corporum, & non quidem omnium,sed solum elemẽtatorum:iõ non possunt agere res per istas qualitates,nisi in elementata corpora: Dæmones autem, non sunt corpora, nec habentes corpus,ideo nõ possunt pati ab istis rebus naturalibus. Patet hoc:nam ẽt ipsa corpora cœlestia, q̃q̃ corpora sint, quia tamen non habent conditionem elemẽtalem, non possunt pati ab aliquo agente naturali.s.quia non patiuntur à calido, nec à frigido: à fortiori ergo,Dæmones,qui incorporei sunt, non poterunt pati ab his qualitatibus. Ex hoc autẽ patet,ꝙ errant illi, qui dicunt Dæmones à corporibus posse expelli per fumũ,vel herbã,vel lapides,q̃a oĩa ista sunt entia naturalia Sed adhuc circa hoc dubitabit̃,an Dæmones ad aliquã locũ cõgregari possint, per suffumigationes, vel lapides, aut expelli de locis illis Multi.n sic fieri asserũt,& oĩum,qui cõiurationibus vtuntur, & cęremonijs superstitiosis,est modus iste. Respondendum est,ꝙ,vt dictũ fuit,nulla res naturalis potest habere efficaciã super aliquẽ purũ spiritum, quia etiam, sic est de anima nostra, q̃ est purus spũs: & tñ,q̃q̃ in corpore sit,non mouetur à calido,& frigido,vel ab alijs qualitatibus:quãto magis de Dæmonibus, qui sunt spiritus, non vniti corporibus? minus enim isti pati poterunt.

Dęmones congregari non possunt re naturali ad aliquem locum. Quæst. XLIII.

SED adhuc distinguendũ,quia aut quærit̃ de Dæmonibus, quantum ad hoc, ꝙ congregentur ad aliquem locum,vel quantum ad hoc, ꝙ expellãtur de illo. Quantum ad primũ, dicendum,ꝙ nulla res naturalis habet efficaciam congregandi Dęmones

A ad aliquem locum: quod patet:q̃a Dæmones,quando congregandi sunt, sunt substantiæ in se purè spirituales,& non habentes aliq̃ vnionẽ ad aliquod corpus,propter quod aliquo modo pati possint à rebus naturalibus: facilius aũt pati possent,si vniuisset sibi aliqua corpora:sic enim est de anima nostra , q̃, q̃q̃ sit purus spũs,q̃a tñ est vnita corpori ĩdirectè, suscipit quasdã passiones; & ſm diuersam corporis habitudinẽ diuersimode afficit̃: patet ergo , ꝙ nec fumigatio,nec aliquid alterũ vires habet agendi ĩ Dæmones ad congregãdũ eos ad aliquẽ locũ. Sed dicũt q̃dam,ꝙ q̃q̃ ista,non cogant Dæmones; tñ mouent ad illa Dæmones, tanq̃ ad aliqua sibi delectabilia, & sic fumus quarundã rerũ est eis nimis dele- Opi. quorundam.
B ctabilis, & sanguis quorũdam animaliũ, vel aliquæ herbæ:ideo,q̃n istę fuerint positę,in aliquo loco Dęmones confluunt ad illa. Sic ẽt dicunt,ꝙ aliquæ res sunt valde odibiles Dæmonib⁹, & ideo vbi illas senserint,fugiunt. Sed r̃ndendum est,non stare,q̃a nullum istorũ potest esse delectabilè,vel triste Dæmonibus; q̃a istę res sunt delectabiles, vel tristes alicui,inquantũ earum qualitas est conueniens , vel disconueniens illis, quia ex similitudine sequit̃ delectatio, & ex dissimilitudine sequitur tristitia. Non est tamẽ in Dæmonibus aliquid , secundum q̃d ista sint sibi delectabilia,vel tristabilia, eo ꝙ nõ habent aliquid , q̃d per illa percipiant. Sicut cibus nulli est delectabilis,nisi habenti potentiã gustatiuã : & color nulli est tristis,vel iocundus, nisi habenti visum, quia in po- Impugnatio.
C tentia,& organo reperitur aliqua conformitas, vel dissimilitudo ad suum obiectum:in Dæmonib⁹ tñ, cum non sint animalia , non potest reperiri aliqua potentia perceptiua harum qualitatum , ideo non possunt esse eis istę res delectabiles,vel tristes,ẽt si ipsi vellent hoc , sicut non habenti visum non potest esse color delectabilis,vel tristis,etiam si vellet: non ergo possunt Dæmones cõgregari ad aliquẽ locũ p suffumigationem,vel aliquid alterũ,tanquam illud iocundũ sit. Si aũt dicas, ꝙ aliq̃n congregarent̃. Dicendũ,ꝙ hoc est, quia volunt istis positis cõgregari, non tñ, ꝙ cogant̃: sed vt acquiescant hominibus, quos fallere cupiunt,veniunt,q̃n ipsi voluerint:nec
D veniũt magis posita illa re,q̃ alia quacunq; ,vel nulla,quia nihil magis ab illa patiunt̃,q̃ à nulla. Sed hoc faciũt,vt hoĩes inducãt ad cęremonias supstitiosas.

Indirectè possunt res naturales super Dæmones, vt sunt expellendi. Quæst. XLIIII.

SI autem quæratur,an Dæmones expelli possint de corporibus. Respondendum est, ꝙ q̃q̃ nulla res possit directè habere efficaciã super Dæmones, ad illos congregandum, siue expellendũ ; indirectè tamen magis possunt res naturales sup Dæmones
E inquantũ sunt expellendi de aliquo corpore,q̃ inq̃tum sunt ꝯgregandi ad illud: eo ꝙ,quando expellẽdi sunt de corpore,iam habẽt vnionẽ aliquã ad corpus:inquantum verò congregandi sunt nullo modo sunt vniti. Sed sciendum, quòd in hoc Dæmones aut sunt expellendi de aliquo loco,ita,ꝙ ibi nullo modo sint, aut sunt expellendi , ita, quòd nullo modo operentur ibi. Quantum ad primum Dicendũ,ꝙ nulla res naturalis habet efficaciam ad expellendũ simpliciter Dæmonẽ de aliquo loco , habet tñ efficaciam interdũ ad expellendũ. s. ne operetur ibi. Hoc enim patet in anima nostra:ipsa est.n.spũs simplex alligatus corpori,in quem non potest agere aliqua res naturalis,nec potest excludi de corpore,ita q̃d nullo modo sit:excludit̃ tñ,ne ibi operet̃. Nam anima nostra manet ĩ corpore vnita ei, vt for-

F ,mam ad dandum esse, & vnita, vt motor mobili ad-mouendū, & faciendū quasdam operationes quasi spirituales per illud, sicut oēs sensationes. Aīa aūt manet in corpore, quādiu manet armonia īter qualitates, q̄ sunt instrumenta animæ operantis ad vegetandū illud corp⁹. Cū aūt defecerit ista armonia, aīa iam non vegetat, & homo morit: & ista est causa, propter quā ex nocumentis exterius illatis, vita tollat. s. quia per illa nocumēta tollit armonia qualitatū: & tūc non habet aīa instrumentū vegetandi corpus, & causandi in illo operationes spūales: non tn̄ potest tolli, quin aīa ibi maneat, ēt, iam homine mortuo, & corpore, quantuncūq; resoluto: quia sicut potest aīa nostra, vel quæcūq; superba spiritualis vniri cuicūq; corpori inanimato, & mouere illud localiter, ita poterit aīa applicare se corpori, in quo prius erat, & poterit illud mouere localiter, vel saltē aliquā partē eius. Ideo à fortiori poterit ibi manere. Non poterit tn̄ dare vitam, vel audire, aut videre per illud. Ratio diuersitatis est, quia ad hoc, ꝙ aīa vniat corpori, vt forma materię, velut motor mobili, in motu spirituali. s. quantū ad sensationes requirunt multa media, & instrumenta, q̄ sunt armoniæ qualitatū. Ad hoc tn̄, ꝙ anima solū sit intra corpus, vel moueat illud localiter, nō requirit armonia alicuius qualitatis, sed sola applicatio virtutis motiuæ ad quantitatem rei: nullū aūt agens naturale potest prohibere istam applicationē virtutis motiuæ; ideo, q̄q̄ nocumenta illata possint tollere aīæ, ꝙ sit vnita corpori formaliter, & quātū ad operationes spirituales: nō tn̄ possunt tollere, qn aīa moueat corpus, vel aliquam partē corporis localiter, & in eternū maneat in illo corpore. Nec est putandū, ꝙ, homine mortuo, aīa nullo modo maneat in corpore, quasi manere nō possit, sed quia iā manere non finitur: nā mox vt homo morit, Deus facit, ꝙ aīa ducat ad loca gaudij, vel supplicij. Alioquin, sicut aīa, resoluto corpore, manet in Inferno, vel Purgatorio, ita manere poterat in corpore, & aliquando mouere illud: sed iā, non esset homo, quia nō manet ibi vnio formalis, imò, qđ magis est hoīe mortuo, aīa potest loqui per corpus, illud aliquo tp̄e: qđ patet, qa sicut aliqn̄ Dæmones subintrāt cadauera, & loquuntur per illa, ita aīa facere poterit in corpore suo, cum loquendi peritiā habeat, sicut Dæmon. Nunc aūt dicēdū est de Dæmonibus, sicut dicebat de aīa. s. ꝙ possint Dæmones expelli de corpore, quātū ad aliquas operationes, ne possint illas exercere per corpus, nō tn̄ possunt expelli quātum ad hoc, ꝙ ibi nō sint. Qđ patet, quia Dęmones interdū loquuntur in corporibus mortuorum, sicut loquuntur in corporibus de aere fabricatis, & quia ad locutionē requirit specialis applicatio virtutis Dæmonis ad ipsum corpus, per quod loquit, quæ applicatio fit per qualitates naturales, poterūt agentia naturalia impedire istā actionem, quia potuerūt corrumpere qualitates, quæ sunt mediū huius actionis. Qđ patet: quia qn̄ malefici volūt, ꝙ Dęmones eis loquant per cadauera mortuorum, accipiunt aliqua cadauera recenter exanimata. s. post vnū, vel duos dies, & deinde effundunt sanguinē calidū per guttur illius cadaueris. Aliter aūt Dæmones non possunt loqui per corpus illud. Ratio huius est, quia locutio, nō potest fieri sine organo determinato, in quo aer collidat, & vox articulet. Si autem cadauer esset à multis dieb⁹, iā aliqua pars organorum locutionis esset putrefacta, vel resoluta: ideo non posset fieri locutio. Itē effundit sanguis intra guttur cadaueris, propter humiditatē, & calorē: post mortē. n. manet cadauer frigidum, & desiccatum, & ex hoc organa sunt con-

G H I K

Qūo Dęmones loquunt per cadauera mortuorum.

creta, & dura, & inepta ad modum locutionis. Calore autem sanguinis frigiditas illa tollitur, & humiditate eius siccitas temperatur, ita, vt iam organum sit tenerum, & calidum. Ista autem est dispositio, quæ requiritur ad omnem operationem spiritualem substantiæ spiritualis in corpore. Hoc modo satis apparet, quòd poterit impediri operatio Dæmonis in corpore. s. ne ibi loquatur. Et hoc si nos p̄ magnā frigiditatem, vel caliditatem corrumpamus tēperiē organi, quæ requirebatur ad hoc, ꝙ Dæmon loqueretur per illud corpus: & hoc est indirectè expelli: non tamen potest expelli de corpore ad hoc, ꝙ non moueat illud localiter, vel nō sit intra illud, quia ad hoc, quòd sit interius, non requirit aliqua dispositio media: ideo agentia naturalia non habēt in quid agant ad excludendum Dæmonem de corpore, vel loco. Ad vniendum autem se corpori, & mouendum illud localiter, non requiritur aliqua dispositio, nisi, ꝙ corpus sit extensum, cui virtus possit extēsè applicari. Sed hoc est ī oī corpore, nec potest tolli per agens naturale, ideo non potest prohiberi Dæmon per aliqua naturalia agentia, ne moueat corpus, quòd voluerit localiter. Hæc autem dicta sunt de habitudine Dæmonis ad cadauer. Secus autem est de habitudine eius ad hominem viuētem. Facit enim tria Dæmon in homine viuente. s. ꝙ eum cruciat. Secūdo illum localiter mouet. Tertio per illum loquitur quando vult. Nihil autē istorum potest tolli Dæmoni, quin illud faciat in hoīe viuente. De primo patet, quia vexatio arrepticiorū est per quandā coertionem, quam Dæmones faciūt in corporibus arrepticiorum: velut si quis stringeret guttura alterius, vel aliquam partem eius: aut illam distraheret extendendo plus debito: istud autē pertinet ad solum motum localem, ideo cū ad hoc Dæmones non egeant aliqua applicatione speciali ad corpus, sed solum applicatione virtutis motiuæ ad quantitatem corporis, nō poterit tolli per aliquod agens naturale, quin hæc faciant, siue sint Dæmones intra corpus hominis, siue extra. Secundum est, ꝙ Dæmones interdum mouent arrepticios localiter, faciendo, quòd ferātur in ignem, vel aquam, aut in præcipitium: sic patet Matthęi. 17. c. de quodam, qui dixit Christo. Domine miserere filio meo, quia lunaticus est, & malè patitur: nam sępe cadit ī ignē, & crebro in aquā. Hoc autē non potest tolli Dæmonibus, quin illud faciant: quia hic est solus motus localis, & applicatio virtutis motiuæ, quæ non requirit aliquam qualitatem naturalem. Tertium est, ꝙ Dæmones loquuntur interdum per arrepticios, & hoc poterat prohiberi eis in cadaueribus, vt sup. dictum est: non potest tamen prohiberi ī corpore viuenti. Causa est: quia, cum hoc prohibetur, fit p̄ corruptionem proportionis organi, scilicet per maximum calorem, vel per maximum frigus, vel magnam siccitatem. Hæc autem si inducantur in aliquo arrepticio, morietur: quia non potest aīa manere vnita formaliter alicui corpori, si totaliter fuerit in aliqua extremitate contrarietatis, ideo quamdiu organum arrepticij hominis manet dispositum ad locutionē, poterit Dæmon semp̄ loqui per arrepticium. Si autem voluerimus corrumpere organum ad hoc, ꝙ sit ineptum totaliter ad locutionem, non poterit esse, nisi arrepticius moriatur. Patet ergo ex dictis, ꝙ Dæmones non possint cogi, vt congregentur in aliquo loco ad respōdendum, vel ad aliquid faciendum: & si in loco fuerint, non possunt cogi ad loquendum, & si noluerint recedere, non possunt cogi, vt recedant: sed solum possunt cogi à Deo, vel à sanctis Angelis virtute Dei.

Tria Dæ. in hoīe.

Prima

Prima ratio quæst. superiores 40. dissoluitur. *Quæst. XLV.*

AD rationes aũt in contrariũ, respondendũ est. Ad primã, cũ dicebat, ꝙ Dauid psallente in cithara recedebat spũs malus, ergo armonia potest effugare Dęmonem. Aliqui respondēt, ꝙ non fiebat hoc virtute Armonię; sed virtute Dauid. s. qa erat vir sanctus, & De⁹ propter eũ effugabat Dęmonē à Saule: sed hoc non stat penitus: nam serui Saulis dixerunt ei, ꝙ iuberet inquiri aliquem virũ bene psallentem in cithara, vt qñ à spũ nequam vexaret, illo psallente melius haberet. Isti aũt nõ aspiciebant ad sanctitatē eius, qui debebat psallere coram Saule, qa nesciebant, an futurus esset vir bonus, vel non: sed respiciebant ad vires armonię; ideo videtur, ꝙ ipsi putabant armoniam habere efficaciã ad expellēdum Dęmones. Respondendum est, ꝙ serui Saulis putabant, ꝙ eo, ꝙ Saul erat dęmoniacus, non poterat habere remediũ ꝑ medicos, nec ꝑ aliquid aliud, nisi per Deũ: poterat tamen habere aliquam alleuiationem, ideo dixerunt ei serui sui, ꝙ psalleret aliqs corã eo, & alleuiaret: non tñ dixerunt, ꝙ sanaret, qđ patet ex littera. s. serui tui, qui coram te sunt, quærant hominem sciētē psallere cithara, vt qñ arripuerit te spũs Dei malus, psallat manu sua, & leuius feras. i. aliqualiter molliatur dolor. Non tamen dixerũt; psallat manu sua, & recedat à te spũs nequam. Quod aũt armonia habeat vires alleuiandi dolores inflictos à dęmonibus, patet, qa dolor est perceptio nocumenti, sicut delectatio est perceptio conueniētis. Quamquam ergo potentię ꝑceptiuę assistat nocumentũ: si non percipit illud, non sequitur dolor, sicut ẽt si assistat ei cõueniens, si non percipiat illud non sequitur delectatio: cũ tñ alicui potentiæ perceptiuæ adest aliquod nocumentũ, necessario percipiet illud, nisi sit aliquid, quod impediat perceptionem, & sic causet dolor, vel tristitia: impeditur aũt potentia perceptiua à perceptione nocumenti, si assistat ei aliquod delectabile, quod præ ponderet ad nocumentũ; & sic quãdo sunt coram nobis duo. s. vnum delectabile, & aliud tristabile, si delectabile sit valde excellens super tristabile, faciet, ꝙ non sentiatur aliqua tristitia, vel, ꝙ non sit tam grauis: sic. n. cũ cruciatus, quem Dæmõ infligeret Sauli esset durus: melodia autem erat naturaliter causatiua delectationis, ideo, præsente illa, aliqualiter distraheret potentia à perceptione nocumenti, & sic leuior fieret dolor: non autem non est quasi melodia habeat specialiter vires mitigandi dolores a Dęmonibus inflictos: quia tunc directe proficeret cõtra Dęmonē, sed in quocunq; dolore hoc efficit. s. vt nõ tantum sentiatur, sicut sentiretur, nisi adesset armonia. Itē nõ solũ armonia habet istas vires, sed q̃cũq; delectatio hoc efficit; qa qñ delectabile, & tristabile simul cõiũgant potētię ꝑceptiuę, necesse est, ꝙ q̃libet illorũ faciat aliud min⁹ sētiri; ideo idē secutũ fuerat in Saule, si q̃cũq; alia gaudia in conspectu eius facta fuissent, qñ à dęmone vexabaт. Serui tñ sui elegerũt hoc, tanq̃ satis opportunũ. Cũ aũt dr̃, ꝙ recedebat spũs malus Dei à Saule psallente Dauid, dicendũ, ꝙ hoc non fiebat ex viribus armonię, sed quia Deus volebat: & hoc fortè propter merita Dauid, & quia Deus volebat illius sanctitatem manifestare.

Secundum argumentum quæst. 40. tollitur. *Quęst. XLVI.*

AD secundũ, cũ dicebat Tobiæ. c. 6. ꝙ Angelus Raphael dixit, ꝙ fumus iecoris piscis extricat oē genus dęmoniorũ. i. expellit à viro siue à fęmina. Dicendum, ꝙ ista ꝓbatio, non est sufficiens, quia

A liber Tobiæ non est de canone sacrarũ scripturarũ: ideo, licet recipiat ad legendũ in ecclesia pro ædificatione, quia sunt ibi multa incitatiua ad bonũ, nõ tñ est efficax auctoritas eius ad probationē alicuius dubij, vt ait Hieronymus ĩ prologo galeato. Aliter potest dici, ꝙ fumus iecoris piscis nihil proficiebat ad excludendum Dęmonem à viro, vel à fœmina: sed illud fuit factum precibus Tobię: quia ipse cũ Sara vxore sua prima nocte vacauerũt orationib⁹, non dãtes operã libidini: ideo exaudiuit Deus illos, & non permisit Dęmonem nocere eis. Quòd autē nõ fuerit hoc factum virtute fumi iecoris apparet, quia Tobiæ. ca. 8. dr̃, ꝙ Raphael religauit Demonē ĩ deserto superioris Aegypti: ergo non fumus. Sed

Vt rectius hoc, teneas, vide superius in præfa tiorem. D. Hierony. q. 29.

B tunc dicetur, quare ergo inducebat Angelus Tobiam ad istã superstitionē, ꝙ cremaret iecur piscis ad excludēdũ Dęmonē? nã superstitiones nimis fugiendæ sunt: pertinēt enim ad quoddam genus idolatriæ: Respondendum, ꝙ hoc fecit, vt se occultaret: nam Raphael cùm esset Angelus, in forma viri videbatur: nec volebat se manifestare vsq; quo omnia facta essent: & qa Tobias nouerat, ꝙ Dęmon suffocabat oẽs Sarę viros, nollet ducere eã vxorē, nisi daret sibi securitas, ꝙ non suffocaretur à Demone. Potuisset autem eam dare Raphael, si dixisset, ꝙ ipse religaret Dęmonem, sicut fecit. Sic tamen proderet se: posuit ergo aliud, per quod occultaretur, dicens, ꝙ fumus iecoris illius piscis effugabat Dæmonem; & sic non cognouit eum Tobias, Sed tunc di

C cet aliquis, ꝙ mentitus est Angelus, cum fumus ille nullam haberet virtutem. Respondendum est, ꝙ Angelus non intellexit absolutè, ꝙ iecur piscis cõbustum Dęmones extricaret: sed locutus est spiritualiter in Tobia, dicens: cordis eius particulam si super carbones ponis, fumus eius extricat omne genus Dęmoniorum, siue à viro siue à muliere. Et sic verum est, ꝙ quando Tobias poneret iecur siue cor super Carbones, Dæmon effugaretur: non tamen virtute Carbonum, vel fumi cordis, sed orationum Tobiæ, & Angeli Dæmonium religantis. Sic ergo Raphael mendacium hic non expressit: veritatem tamen subticuit, sicut fecit supra Samuel, vt patet

D in littera: & hoc, non est illicitum, cum Deus illud iusserit Samuli. Ad tertiam rationem, cum dicitur in musica Guidonis, quòd quidam Dæmones melodiam sustinere non valent. Dicendum, quòd de illo dicto non multum est curandum, quia nullius est auctoritatis; & fortè accepit ex loco isto, scilicet, quòd, Dauid psallente, recedebat spiritus malus à Saule, sed non intellexit: putauit enim, per virtutem melodiæ illũ expelli: vnde in hoc ipse laudat melodiam. s. ꝙ tantę virtutis sit, ꝙ Dęmones expellere queat. Aliqñ tñ recedunt Dęmones, ꝑsente melodia: non quidem virtute melodiæ, sed ꝑꝑ sanctitatē eius, qui facit melodiã: sed sic erat de Dauid, qa

Ad tertiã rõnem q. 40.

E virtute eius expellebatur Dæmon: vel fit ꝑꝑ maliciã facientis melodiã, scilicet, quòd Dæmon vult ei in hoc complacere, vt sibi diuinum honorem exhibeat: & tunc non recedit Dæmon coactus, sed spõte, vt sic semper homines fallat. Ad quartam rationem, cum dicebatur, quòd Iosephus asserit Eleazarum exclusisse Dæmones virtute radicis cuiusdam coram Vespasiano. Dicendum, quòd non est negandum, quin tunc Eleazarus Dæmonem exclюserit: non tamen virtute illius herbæ exclusus est, sed quia ipse voluit. Nam impossibile est, quòd herba, vel odor cuiuscunque rei in Dæmonem agere possit, cum Dæmon sit purus spiritus, & omnis actio in rebus naturalibus fit per contactum, iuxta Arist. 2. de Genere, & corrup. Dæmon autem

Ad iiij.

autẽ,quia non est quantus,nõ potest contingi: ideo nec pati: exiuit tamen Dęmon,quia fortè ille Eleazarus erat Magus, & habebat aliqua pacta cum Dęmonibus,vt illud facerent. Cũ aũt dr,quòd obiecit Dęmoni iuramẽtum Salomonis, ne rediret ad corpus. dicendũ, ꝙ si illa erant aliqua verba sacra sine admixtione alicuius cęremonię illicitę: Deꝰ excluderet Dęmonẽ, prolatis illis verbis, non quidẽ virtute verborum, sed quia Deus volebat illud facere, eo ꝙ inuocabatur ibi nomen eius. Vnde Christꝰ approbauit artem exorcistarũ veteris Testamẽti, qua Dęmonia eijciebantur, vt patet Matthæi 12. ca.s. si ego in Beelzebub eijcio dęmonia, filij vestri in quo eijciunt? q. d. sequeretur, quòd ipsi eijcerent etiam in Beelzebub: sed non eijciunt,ideo nec ego. Appa ret igitur de Dæmonibus qualiter se habeãt ad eos, quos vexant, & an possint per Melodiã, vel per aliquid alterum expelli de corporibus, vel cõgregari.

CAPITVLVM. XVII.

CONGREGANTES autem Philisthijni agmina sua in prælium conuenerunt in Socho Iudæ, & castrametati sunt inter Socho & Azeca in finibus Dommim. Porro Saul,& filij Israel congregati venerunt in valle Terebinthi, & direxerunt aciem ad pugnandum contra Philisthijm.

In superioribus descripta est ipsius Dauid electio; hic consequenter describitur contra eũ Saulis ęmulatio. Et primò ponitur huius ęmulationis causa: Secundò inuidia subsecuta sequenti c. Sciendũ autem, ꝙ causa emulationis, quam accepit Saul de Dauid,fuit laus exhibita Dauid à mulieribus de victoria, quàm habuit contra Goliat sequenti.cap. Et hoc fuit in Bello,ideo hic Bellũ describitur,& diuiditur in quatuor partes. Primò ponit Belli apparatus,secundò ipsius Dauid aduentus, tertiò Dauid conflictus, quartò ipsius triumphus. Secunda ibi. *Dauid autem erat.* Tertia ibi. *Audita sunt autem.* Quarta ibi. *Præualuitque Dauid.*

De ordine sequentium ad præcedentia, an sit aliqua mutatio. Quæstio I.

CIRCA primum quæritur,an ea,quæ dicũtur in hoc. c. habeant ordinem consequentem ad
Prima rõ. præcedentia,vel sit aliqua mutatio. Aliquis respõdebit,quòd sit mutatus ordo,quia prius fuerunt ea, quæ habentur præcedenti c.q̃ ista. Quod patet, quia præcedenti. c. dicitur, ꝙ Dauid venit coram Saule, & placuit illi, misitq; Saul ad patrem eius,vt Dauid semper staret in cõspectu suo. Sed hic dicitur, ꝙ Dauid pascebat Gregem, & missus est ad visitandũ fratres suos ad aciem: ergo prius fuit hoc,quam illud.
Secunda ratio. Item quando Dauid pugnauit hic contra Goliat, Saul quæsiuit de qua stirpe esset iste adolescens, & ait ad eũ: De qua progenie es, ò adolescẽs, vt patet. inf. in littera. Si tamen prius stetisset coram Saule, sicut dicitur præcedenti.c. cognouisset eũ nũc, quia fuisset nimis familiaris ei, cum psalleret coram eo, & esset armiger suus: ergo nondum illud acciderat, quod habetur præcedenti.c. Respondendum est, ꝙ ea,quę habentur supra,fuerunt prius,quàm hęc: q̃a
F si ista accidissent ante illa, non esset Dauid incognitus Saul: quia iam in isto Bello cognouisset eũ: erat tamẽ adhuc incognitus, vt patet præcedenti. ca. q̃a q̃dã de pueris Saulis dixit: Ecce vidi filiũ Isai Bethlemitem, scientẽ psallere,&c. Ista autem loquebatur ille Sauli,tanquam non cognoscenti Dauid. Quod etiam satis patet ex missione Saulis, quia fecit eum vocari,vt,si fortè placeret in oculis eius: postea aũt, quia placuit,misit ad Isai, dicens: Stet Dauid in conspectu meo: inuenit.n.gratiam in oculis meis: nondum ergo cognouerat eũ hic. Item patet efficacius, quia, si ista accidissent prius quã illa, quæ habent̃ præcedenti c. nũquam illa fieri potuissent. Quod patet, quia postq̃ Dauid occidit Goliat semper mansit cũ Saule, vt patet inf. sequenti c.s. Tulitq; eum Saul in
G die illa,& non concessit ei, vt reuerteretur ĩ Domũ Patris sui: tamen præcedenti.c. dicitur, ꝙ Saul misit ad vocandum Dauid in Bethlehem: & venit de pascuis: ergo prius accidit illud,quam istud. Itẽ patet hoc expressius inf. in littera.s. Abijt ergo Dauid, & reuersus est à Saule,vt pasceret Gregem Patris sui ĩ Bethleem: ergo prius reuersus est à Saule, quã acciderent ista, quæ habentur hic: & sic non est aliqua mutatio ordinis. Ad rationes in contrarium, dicẽdũ. Ad primam, cũ dicitur, ꝙ Dauid venit ad Saulẽ, vt semper staret cum eo,&c. Dicendum, ꝙ quando Saul fecit coram se manere Dauid, dicens: Stet Dauid in conspectu meo, volebat, ꝙ semper maneret Ad rõnes primo principio.
H cum eo. Postea tamen accidit bellum istud: & forte alia negocia priora, in quibus iudicauit Saul non esse sibi necessariũ Dauid, Ideo permisit eum redire ad Patrem: & tunc pascebat Gregem, sicut prius, & missus est à patre in Bellum, & acciderunt hec, vt patet inf. in littera.s. Abijt ergo Dauid, & reuersus est à Saule,vt pasceret Gregem patris sui in Bethlehem. Ad secundam rationem, cum dicebatur, ꝙ si ea, q̃ habent̃ pręcedenti.c. fuissent ante hęc, non ignoraret Dauid ipse Saul: & tamen non cognouit eũ. Respondendum, ꝙ prius acciderũt ea, q̃ habentur precedenti.c. tamen Saul, quamquã ibi cognouisset Dauid iam tunc, non cognoscebat, eo ꝙ mutata erat statura, vel habitudo faciei Dauid s. ꝙ ante non erat Ad secundam.
I barbatus, nunc vero sic. Et in tali tempore breuiter mutant̃ homines nimis à priori effigie. Sic respondet Augu. de quo etiam magis dicetur in fine.c. non est ergo hic aliqua mutatio ordinis.

Existimandum est non fuisse magnum tempus inter ea, quæ sequuntur, & præcedentia. Quæst. II.

QVAERETVR vlterius, an ea, quæ habentur hic, fuerint immediate facta post ea, quæ habẽtur præcedenti.c. vel magno tempore post. Respõdendum est, ꝙ non potest hoc patere. s. quantũ tempus fuerit: Satis tamen dicendũ est, ꝙ non fuerit magnũ tempus, quia tamẽ primo venit Dauid ad Sau-
K lem ad psallendum coram eo erat. 20. annorũ, aut parum plus, vt declaratũ est præcedenti.c. nunc autem etiam erat satis iuuenis: quia dixit inf. Saul ad Dauid: non vales resistere Philisteo isti, q̃a puer es. Post hoc aũt, transierũt multa tempora, in quibus Saul persecutus est Dauid vsque ad mortem suam: Tamen anno, quo mortuus est Saul, & factus est Dauid rex, erat annorum. 30. vt patet inf. 2. li. c. 5. Ergo non multum tempus transiuit inter illa, quæ habentur sup. & ea. q̃ habentur hic: sed etiam tẽpus vnius, vel duorũ annorũ ad plus: vt patet ẽt ex sententia Iosephi. 6. Antiqui. dicentis: Post non multa siquidẽ tpa Palestini, denuo congregati, magnũ sup oẽs Israelitas exercitũ colligẽtes, castrametati sunt inter Socho,

Socho, & Azeca. *Congregauerunt ergo Philisthini agmina sua in prælium*, scilicet congregauerũt Philisthini multitudinem suam ad pugnandum contra Israel. Et dicitur de agminibus, qa terra Philisthijm nõ erat tota, quasi vna, sed erat diuisa p qnq; reges, q vocantur Reguli: Iosue 13.c. & vocantur satrapę, Supra c. 6. ideo Philisthini non erant oẽs in vno agmine, sed erant quasi quinque multitudines sub quinque Regibus constitutæ: cum tñ pugnandũ erat contra Israelitas, congregabantur oẽs Philisthini cùm Regibus suis. Sic patet infra c.29.f. Congregati sunt ergo Philisthijn vniuersa agmina in Aphec, & Satrapę quidẽ Philisthijni incedebant in Centurijs, & millibus. Ita aũt ꝯgregata fuerũt vniuersa agmina Philisthinorũ.

B

Quare Philisthini conuenerunt ad Bellum contra Israelitas, cum essent subditi, & tributarij eorum. Quæst. III.

QVAERET aliquis, Quare Philisthini conuenerunt in bellũ contra Israelitas, cũ essent Israelitæ subditi illis, & tributarij: Nam nũquam fuit ablatum iugum tributi, quod imposuerant Philisthini Israelitis vsque ad tempora Dauid, vt patet infra 2. lib. cap. 8. f. percussit Dauid Philistheos, & humiliauit eos, & tulit Dauid frenum tributi de manu Philisthijn: si tamen non fuissent subditi illis in tributo, haberent causam ad pugnãdum ꝯtra illos, vt subijcerent eos sibi, nũc autem, cũ subiecti essent, non videtur quare pugnarent. Respondendũ est, ꝙ à principio ex multis temporibus Philisthini dominabantur Israelitis, & grauabant eos magno iugo, cogentes, ne haberent arma: vnde quãdo pugnare voluit Saul contra Philisthijn, non est inuentus Ensis, aut Lancea in manu totius populi, qui erat cũ Saule, excepto Saule, & Ionatha. abstulerunt etiã Fabros de terra Israel: vnde non reperiebatur faber ferrarius in tota terra Israel. De hoc supra c. 13. Hæc & multa alia grauia tolerabant Israelitæ à Philisthinis: vnde, vt Philisthini cogerent Israelitas seruare leges suas, ponebant aliquam partẽ exercitus de seipsis in terram Israel, vt illa comprimeret Israelitas. Et ista vocatur statio Philisthinorum. Erat autem ista acies in Gabaa Saulis, vt patet supra c. 10. & 13. & ex eo lo co diuidebantur per terram Israel, vt viderent quid facerent Israelitæ: & nihil moueretur ꝯtra voluntatem Philisthinorum. In principio autẽ regni Saulis, Ionathas filius eius aggressus est, cũ statione Philisthinorum, & percussit illos, vt patet supra c. 13. scilicet Percussit Ionathas stationem Philisthinorum, quæ erat in Gabaa, & erexit se Israel aduersus Philisthijn. Tunc autẽ congregati sunt omnes Philisthini cõtra Israel, vt patet. e. c. & percusserunt eos Israelite, vt patet supra c. 14. post hoc autem Israelitæ cęperunt liberiores esse, quã prius, exclusis Philisthinis de terra: habueruntq; fabros, quos ante nõ habuerant, & seruauerũt leges suas, exclusa seruitute Philisthinorum; non tamen fuerũt penitus liberi, quia adhuc manebat aliquod iugum tributi, saltem in aliquibus terris Israelitarum: & istud mansit vsque ad tempora Dauid, qui abstulit iugũ Philistinorũ, quantum ad tributa, vt patet infra 2. lib. c. 8. Philisthini ergo, quãquam haberent aliquod iugum tributi sup Israelitas quãtum ad aliquid, tamen ista tributa nõ bene soluebãtur, quia, quando Israelitæ superabãt, nihil reddebant, ideo nitebantur Philisthini reducere Israelitas in pristinam seruitutem, s. vt essent serui eorum ad libitum suum. Hoc autẽ significauit Goliath: in verbis suis, cũ dixit: Nunquid ego non sum Philisteus: & vos serui Saul: eligite ex vobis virum, descendatq; ad singulare certamen: si quiuerit pugnare mecum, & percusserit me, erimus vobis serui, si autem ego præualuero, & percussero, eum vos serui eritis, & seruietis nobis. Apparet ergo ex verbis his, ꝙ Philisthini desiderabant subijcere Israelitas penitus in seruitutem, sicut à principio fuerant, & ꝙ tunc paucam habebant seruitutem. Cùm autem obijciebatur, ꝙ non haberent Philisthini causam pugnandi contra Israelitas, dicendum, ꝙ ipsi non solùm volebãt habere seruitutem aliquorum tributorum, sed omnimodam subiectionẽ, sicut habuerunt à principio: ideo pro hac pugnabãt. Etiam, quia tributa nõ erant eis secura in Israelitis, nisi magis eos sibi subijcerent, cum illi possent negare tributa, quando prosperarentur. Et forte multoties tempore Saulis nihil soluebant. *Et conuenerunt in Socho Iudæ*. i. venerunt in quandam vrbem, quæ vocat Socho, & est in sorte Iudæ: Nam Philisthini ferè oẽs habitabant in sorte Iudæ, vt declaratũ est Iosue. ca. 15. & ob hoc, quando pugnabant contra Israelitas castrametabantur in sorte Iudæ, vel in terra propinqua, s. Beniamin, vel Effraim. Sciẽdum autem, ꝙ, ꝗꝗ dicatur hic, ꝙ conuenerunt in Socho; tamen nõ posuerunt Castra ibi, quia immediatè dicitur, ꝙ, castra metati sunt inter Socho, & Azeca. Sed conuenerũt in Socho, s. ad habendum ibi consilium, in quo loco castrametari deberent, vel quid agerent: & tunc castrametati sunt apud vrbem Socho.

C

Socho nomen vrbis, & vocatur Socho Iudæ, quia erat in tribu Iudæ. Quæst. IIII.

QVAERETVR quare vocatur hic Socho Iudæ. Respondẽdum est, ꝙ aliquando in scriptura sacra idem nomen vrbis cõuenit duabus vrbibꝰ, sicut vna ciuitas vocatur Bethlehem: & est in tribu Iuda, vt patet Matth. c. 2. & alia Ciuitas vocatur Bethlehem, quæ est in tribu filiorum, Zabulon. Iosue. cap. 19. Simile autem est in multis alijs vrbibus, ideo scriptura interdum ad notificandũ de qua vrbe loquatur, ponit ei quandam adiectionem denotantẽ tribũ. Sic patet de vrbe Bethlehem, de qua cum loqueretur Micheas, non vocauit eã Bethlehem absolutè, sed Bethlehem Iudæ, vt patet Miche. c. 5. f. Tu Bethlehem Ephrata paruula es in milibus Iuda. Sic etiam accipitur Matth. c. 2. Et tu Bethlehem terra Iuda. Hoc autem, vt intelligeretur, ꝙ Messias nasciturus erat in Bethlehem tribus Zabulon. Sic autẽ in ista vrbe Socho. Erat enim duplex vrbs Socho: vna erat, ad Orientem Iordanis in sorte Iudę, vt patet Iosue. c. 15. nũc autem ista vrbs Socho, in qua castrametati sunt, vel conuenerũt Philisthini, nõ erat in tribu Gad, sed in tribu Iuda, ideo dictũ est in Socho Iudæ. Erat autem illa Socho, quæ erat in tribu Gad, vt aliqui volunt, illa, quã denominauit Iacob veniens de Mesopotamia, quando fixit ibi tentoria, vt patet Gen. 33. c. Sed falsum est hoc, quia illa Socho est in tribu Iuda, & post Iordanem: iam enim transierat Iordanem Iacob, vt patet. e. c. Sed magis dicendum, quòd illa sit Socho de, qua hic.

D

E

Philisthini, an sint castrametati nunc in terra Israelitarum. Quæstio V.

QVAERET aliquis, an fuerint castrametati hac vice Philisthini in terra Israel, vel in terra sua. Aliquis dicet, ꝙ manifestum est Philisthinos castrametatos fuisse in terra Israel, quia dicitur, ꝙ conuenerunt in Socho Iudæ. Si ergo Socho erat de terra Iudæ, iam erant Philisthini in terra Israel. Itẽ patet, quia dicitur, castrametati sunt inter Socho, & Azecha;

Azeca; vterq; tamen locus erat in sorte Iudæ Iosue. c. 15. ergo, siue referatur ad castrametationem, siue ad congregationem, vtrunque factum est, in terra Iudę. Respondendum est, ꝙ non probatur ex istis fuisse congregationem, & castrametationem Philisthinorum in terra Israel: nam q̄q̄ essent in sorte Iudæ, nondum erant in terra Israel. Quod patet, quia tota ipsa terra Philisthinorum erat in sorte Iudæ: & in aliquibus coniunctis, vt declaratum est Iosue. 13. & 15. c. terra tamen Philistinorū nondū erat capta ab Israelitis, nec capta fuit vnquam. Deus tamē iussit, ꝙ Iosue diuideret omnem terrā Chanaan, etiā si nondum capta esset. Huius autē pars erat terra Philisthijn, quæ nondum fuerat capta, & Iosue c. 13. nominatur tanquam non capta. Iubetur tamē diuidi. Quamquam igitur Socho esset in sorte Iudæ, tamē poterat adhuc possideri à Philisthinis, sicut possidebantur multa alia loca eiusdem sortis. Credendum tamen est, ꝙ Socho pertineret ad terram Israel, scilicet, ꝙ habitarent in ea Israelitæ: nam Philisthini, cùm mouerent pugnā contra Israel, oportet, ꝙ figerent castra in terra Israel, quia aliàs, dū ipsi manerēt, in terra sua, non pugnarent contra aliquem, nec faciebant cuiuis iniuriam: & sic Israelitę non irent cōtra eos in bellum; occurerrunt tamen. Oportet ergo, ꝙ esset castrametatio in terra Israel. *Et inde castra metati sunt inrer Socho, & Azeca.* i. recesserunt inde. s. de Socho. Et paululum progredientes, fixerunt Castra inter Socho, & Azaca. Erant. n. istę duę vrbes in sorte Iudæ, vt patet Iosue. c. 15. & sicut hic ponuntur simul, ita ponuntur. e. c. ad signandum, ꝙ parū ab inuicem distabant. Est autem Azeca Ciuitas, apud, q̄ persecutus est Iosue, quinque Reges, qui expugnabant Gabaon, & misit Dominus lapides magnos, de cęlo super illos Reges, & occidit multos ab vrbe Bethoron, vsque ad Azeca, vt patet Iosue. c. 10. &, cū apud ipsum locū esset Iosue, orauit Dominum, vt staret soli, & stetit, vt patet præalle. c. Est autem ciuitas Azeca iuxta latus Aquilonare sortis Iudæ: nā est apud terminos Dommim, vt patet hic: & tamen iste locus ponitur in terminis sortis Iudę, vt patet Iosue. c. 15. & hoc, vt quidam volunt. *In finibus Dommim.* Istud est nomen alicuius terræ, in sorte Iudę. In Hebræo vocatur Dammin, & interpretatur sanguinum pluraliter. *Porro Saul, & viri Israel congregati venerunt in vallem Terebinthi.* i. Israelitæ videntes, ꝙ Philisthini instruxerant aciem contra Israel, ipsi quoque congregati sunt, quia vocauit eos Saul, & venerunt in valle Terebinthi. Ista vallis erat apud vrbem Socho: nam ibi posuerant Israelitæ Castra iuxta Philisthinos, sed Philistini posuerūt Castra inter Socho, & Azeca, vt patet supra ergo Castra Israelitarum erant non longe ab vrbe Socho; quia non multū distabant inter se Castra hostium. Vocatur. n. illa vallis Terebinthi, quia erat ibi quædam Terebinthus: est enim Terebinthus nomen arboris Arabicem, de qua gummi manat, vt ait Isidorus Etymo. 16. sed litera hebraica accipit eam pro quercu. nam supra c. 10. cum dicitur: cumque abieris vltra, & veneris, ad quercum Thabor: ponitur talis dictio, sicut hoc ponitur pro Terebintho, s. elon. Et ista aliquando vocatur ilex, sicut dicitur de Abrahā, ꝙ habitabat sub ilice Membre. Et ponitur ibi elon, pro ilice, sicut ponitur hic pro Terebintho: & supra c. 10. pro quercu. *Et duxerunt aciem ad pugnandum cōtra Philistiim.* s. ordinauerūt aciem suam, vt pugnarent contra Philisthinos non tamen pugnabant, quia 40. diebus manserunt acies vtrinque, & nequaquam pugnatum est, eo, ꝙ Goliath Philistheus, per 40. dies exprobrabat Israelitis, dicens, ꝙ darent aliquem, qui pugnaret,

Azeca ciuitas.

Terebinthus nomen arboris.

F cum eo singulariter, & nō pugnaret tota multitudo. Fecit autem hoc 40. diebus, ideo in illis non pugnauerunt Israelitæ, q̄q̄ pugnare uellent: sed primū initum est singulare certamē Dauid, cū Goliath, & deinde secutum est bellū, vel magis psecutio Israetarū ꝯtra Philisthinos. *Et Philisthini stabant super montem.* Ex hac parte ponitur hoc situs castrorū Philistinorum, & Israelitarum: & dicitur, ꝙ Philisthini posuerant Castra super quēdam montē. *Et Israel stabat super montem ex altera parte*, idest etiam Israelitæ fuerunt castra super alterum montem. Hoc enim factum est à quolibet exercitu ad maiorem sui tutelam, quia cum essent castra super montem, illi, qui ibi erant, poterant conspicere hostes à longe, & an

G aliquid contra eos molirentur. Si autem in valle essent, possent subito ab hostibus incauti circundari, & repentine peruenirentur. Item cum esset vnus exercitus in monte, & alius in alio monte quicunque vellet aggredi pugnam contra alterum, esset inferioris conditionis, scilicet, quia alius stans super montem faciliter venientes ex vallibus deijcere posset. Dicit tamen Iosephus 6. Antiquitatum, quod Philisthini nō tenuerunt priora castra, sed Saul coegit eos mutare illa, & ex aduerso montis, quem Saul apprehenderat aduenire, diuisitque eorum exercitum medius mons, qui erat positus inter eos. *Vallisque erat inter eos*, idest cum essent isti duo exercitus super duo cacumina montium opposita, necesse est, ꝙ

H vallis esset inter illos, & illa diuidebat. Iosephus tamen dicit, ꝙ erat medius mons inter illos: sed hoc latis potest stare. s. ꝙ ex vna parte esset mons inter illos, & ex alia vallis esset. *Et egressus vir spurius de castris Philisthinorum*, idest egressus est quidam vir de castris Philistinorum, & erat spurius, scilicet patiens defectum in Natalibus: Exibat autem ad petendum singulare certamen. Hebræi dicunt, quod hoc dicitur egressus est vir de inter medias acies, scilicet, quòd egressus est inter aciem Philisthinorum, & Israelitarum, non enim audebat introire in aciem Israelitarum, ne ex hoc possent iustè contra eum pugnare. Diuersitas ista est propter æquiuocationem, quia in Hebręo ponitur hic quędam dictio, scilicet, Benain,

I vbi nos dicimus spurius, & potest significare inter, vel filium. In primo significato accipiunt Hebræi, scilicet, ꝙ egressus est vir de inter medias acies. In secundo significato accipit litera nostra, dicens eum esse spurium, idest filium illegitimum. Aliqui etiam Hebræi sequuntur istum sensum: & dicunt, ꝙ Goliath erat filius centum virorum, & vnius canis: sed hoc ridiculum est. Motiuum tamen eorum est, quia Goliath erat vir statura procerus super omnes alios viros, ideo crediderunt, quòd ipse non potuisset gigni ab vno homine, sed ad tantam magnitudinem procreandam oportebat multorum virorum materiam seminalem esse decisam. De cane autem motiuum est, quia ipse Philistæus dixit: nunquid ego ca-

K nis sum, quia tu venis ad me cum baculo? Sed ista motiua absurda sunt. Primum enim, quia impossibile est, aliquem hominem esse filium, nisi vnius tantum hominis. Quòd autem arguunt de magnitudine, non sequitur, quia magnitudo corporis, quæ postea sequitur in fætu, non est propter magnitudinem materiæ decisæ, ex qua formatur fætus, sed propter maioritatem virtutis augmentatiuæ, quia in quodam semine efficacius est, virtus augmentatiua, quam in alio. Item inconueniens erat hoc, quia damnato, quòd ab eodem viro sæpius decidatur materia seminalis in eodem vtero, nō conuenit quælibet pars decisionis ad formationem fætus, sed ex vnica illarum fit. Cum autem mulier semel conceperit pellis se-

Goliath quare dictum sit ab Hebræis, quod sit filius 100. virorum, & vnius canis.

Impossibile est aliquem hominem esse filium, nisi vnius tantum hominis.

lis secundina illico clauditur, ita, vt impossibile sit etiam si mulier cognoscatur, semen descendi in matricem, vbi est locus conceptionis. Non ergo est possibile, nec opinabile eundem virum esse filium multorum hominum, sed vnius tantum. Quod autem dicunt fuisse filium centum virorum, posset intelligi, si diceretur hoc in dubium, scilicet, quod omnes centum cognouerāt matrem illius, & nesciebatur de quo illorum concepisset. Et sic vocantur aliqui vulgo concepti, idest geniti à toto populo, non quidem, quod totus populus eos genuerit, sed quod dubium sit, quis de toto populo genuerit illos. Sed hoc non attinet ad intentionē istorū. Quod aūt dicūt de cane, magis inopinabile est, quia si aliquis sit filius hominis, & canis est sicut si gigneretur à duobus viris, & tunc redit inconueniens supra positum, & adhuc maius propter differentiam hominis, & canis. Item motiuum illorum ridiculum est: quia cum dixit Goliath, nunquid ego canis sum: non dicebat se esse canem, sed improperabat Dauid, quod armaretur contra eum, tanquam contra canem. *Nomine Goliath de Geth*; idest siue vir erat de vrbe Geth. Ista est vna de quinq; Metropolibus Philisthinorum: Erat enim Ciuitas Regalis, vt patet Iosue. ca. 13. & supra. c. 6. Nicolaus dicit de isto Goliath, quod erat vir intermedius, accipiendo expositionem Hebraicam, & dicit, quod intermedius est homo fortis, & audax: & hoc apparet ex actibus suis, quia voluit habere singulare certamen cum aliquo Israelita. *Altitudinis sex cubitorum, & palmo*. Hic ponitur mensura istius viri ad significandam victoriam triumphi Dauid, qui potuit pugnare contra virum, tam fortem, & tantæ magnitudinis: nam sicut erat corpore magnus, ita viribus excellens erat: quod apparet ex pondere armorum, quæ ferebat, vt patet infra.

An mensura cubitorum Goliath accipiatur de cubitis Geometricis, vel humanis. Quæstio. VI.

QVAERET aliquis quomodo sint intelligendi isti cubiti, quos habebat Goliath, s. an de Geometricis, vel de humanis, non potest intelligi primo modo: quia cubitus Geometricus est, valde excedens super cubitum humanum, & nō esset iste vir tantæ magnitudinis, etiam si esset Gigas. Sed intelligendum est, de cubitis humanis: nā non est credendum, quod scriptura hic loqueretur de cubitis Geometricis, quia hoc volebat notificare magnitudinem huius viri vulgaribus. ipsi tamen non intelligunt quid sit cubitus Geometricus etiam: quia dato, quòd intelligerent, quia ipsi non consueuerūt mensurare cubitis Geometricis, sed cubitis nostris, intelligerent dictum esse de nostris. Sed tunc stat dubium an isti sex cubiti, & palmus computarentur de cubitis ipsius Goliath, vel de cubitis aliorum virorum. Respondendum est, quòd non poterat intelligi de cubitis suis, quia nemo virorum habuit vnquam de cubitis suis quatuor. sed omnes manēt inter tres, & quatuor: nisi essent pessimè commensurati. In corporibus autem non commensuratis non sunt vires, sed iste erat robustus: ideò commensuratus esset: & sic non haberet de cubitis suis quatuor. habebat tamen sex, & palmum. Intelligitur ergo de cubitis aliorum virorum. Item, si intelligeretur de cubitis suis, non daretur hic aliqua certificatio magnitudinis eius, quia mensuraretur ignotū per ignotum, quia sicut quantitas corporis Goliath erat nobis incognita, ita & quantitas cubiti, & palmi eius. Nescietur ergo, an ista esset magna quātitas, vel parua. Accipiendum est igitur, ꝙ mēsura sit hic aliquid

A notum, & erit cubitus communis: nam cubitus virorum communium cognitus est. Et dicto, quòd esset Goliath, sex cubitorū, & palmi, intelligi poterat quanta esset sua magnitudo. Sed aliquis dicet, quomodo Israelitæ sciebant, ꝙ tanta esset quātitas Goliath? Respondendum, quòd hoc scire poterant per mensurationem eius, scilicet, quia postquam eum occidit Dauid poterat illud mensurare, & sic credendum est. *Et cassis ærea super caput eius.* Hic ponitur armatura Goliath, & denominatur pondus illius ad significandum vires huius viri, quia qui tantum armorū pondus per se ferebat, necesse erat, vt fortissimus esset. Est enim cassis capitis armatura, quando accipitur in fęminino. Cū autem in masculino, significat B rete. Sic dicitur. Casse meo venor, nunc armor cassi de clara. Vocatur ista cassis ærea, idest ærata. non quidē erat de ære tota, sed de Ferro, quia de ęre nō poterat fabricari. *Et lorica hamata induebatur.* Istud est genus armaturæ ad protegendum totum corpus. Vocatur autem lorica hamata, idest hamis contexta. Est enim hamus catena, vel vncinus: & quia in lorica erant plures vncini se concatenantes: & ex illa concatenatione resultabat tota lorica, vocabatur concatenata, vel hamata. Nicolaus vult, quòd isti hami essent squamæ super loricam extentę, ita, vt non posset aliquod genus armaturæ penetrare foramina loricæ. Litera tamen non vult ponere hic aliquam armaturam super loricam. *Porro pondus* C *loricæ eius quinque millia siclorum ęris erat.* Hic ponitur pondus armorum, & non ponitur pondus omniū, sed solùm loricę: & ferri lanceæ eius. Istud autem fit ad notandum robur viri.

Armatura Goliath. — *Nicolaus.*

Quomodo Israelitæ sciuerunt distinctè pondus loricæ Goliath. Quæstio VII.

Pōdus loricæ eius.

QVAERET aliquis quomodo Israelitæ sciuerunt determinatè pondus armorum eius: poterant enim scire aliquo modo confusè, quia, cùm ille esset magnus vir, iuxta corporis sui quantitatē, magna arma erant necessaria, & magni ponderis sed non poterat ex hoc determinatum pondus ar- D morum coniecturari. Aliquis dicet, ꝙ hoc sciebāt, quòd audierunt à Philisthinis: sed hoc leue testimonium est, nec scriptura illud poneret. Sed dicendū, ꝙ Israelitæ sciuerunt determinatum pondus armorum Goliath ponderando illa: nam sicut mensurā eius cognouerunt mensurando illam, ita & pondus armorum eius poterant cognoscere, quia cum corruisset in terram, Dauid accepit arma eius, & seruauit penes se, vt patet inf. s. assumēs Dauid caput Philisthęi attulit illud in Ierusalem: arma vero eius posuit in tabernaculum suum. Sic etiam de lācea ei⁹, & de omnibus cognouerunt. Scriptura tamen solū ponit pondus loricæ, & ferri Lanceæ, quia ista erāt notabilis magnitudinis super omnia arma. *Et Ocreas* E *æreas habebat in cruribus*. Totum. n. corpus eius armis protegebatur, ideo in crurib⁹ habebat ocreas ęreas, idest ferreas. Iosephus autem dicit ibi alia ęrea, sed idem est. In hebræo est hic litera aliqualiter obscura: nam dicitur. *Et nassaria, vel frontaria versus pedes eius.* Dicunt. n. ꝙ à Galea, quæ erat super vertice, descendebat quædam lamina cooperiens nasum, & tēdens versus deorsum. Sed ista expositio nō satis stat, quia tunc nassaria, vel frontaria non essent genus armaturæ per se, sed esset quædam particula cassidis. Hic tamen ponitur, tanquam distinctum genus armorum: nam postquam dictum fuerit de casside, & lorica subiungitur hic de istis. Ideo dicendum, ꝙ sint genus armaturæ crurum. Et hoc signat litera hebrai-

hebraica, quæ dixit versus pedes.i.in pedibus. Idem etiã tenet Iosephus: nam vbi dicit hic litera nostra: & ocreas æreas habebat, dicit Iosephus: & tibi alia ærea, quod idem est. *Et clypeus eius tegebat humeros eius*, idest etiam habebat clypeum pendentem ad partẽ posteriorem super humeros. Hebræi dicunt, ꝙ nõ dicitur hic clypeus, sed spiculum, vel lancea, quia ponitur hic in Hebræo. *Quidon*. Quod dicunt significare vexillum: nã sic habetur Iosue.c.8. ꝙ deberet Iosue extendere quidon.i. vexillum contra vrbẽ Hai. Et etiam ibi litera nostra dicit clypeũ. Aliqui autẽ de Hebræis dicũt, ꝙ erat istud spiculum, quod protegebat humeros, quædam lamina descendens à casside, & procedens in acutũ inter scapulas, vt sic protegeret collum, & iuncturam armorum capitis: sed secundum literam nostram, cũ dicatur; clypeus æreus tegebat humeros eius: dicendũ est, ꝙ clypeus non pendebat inter humeros, quasi ibi esse deberet. Sed nunc quando procedebat Goliath ad exprobrãdum Israelitas, ponebat clypeum ad partẽ posteriorem. Si tamen pugnandum foret, clypeum manu teneret. *Hastile autem hastæ eius erat quasi liciatorium texentium*. Ponitur hic magnitudo, & pondus hastæ tam in hastili, quàm in ferro. De hastili dicitur, ꝙ erat ita grossum, sicut liciatorium texentiũ. Est.n. liciatoriũ quoddam lignũ positũ ante textores, quod ipsi Axẽ vocant: & in illo conterquetur totum, quod texuerunt. Est autem illud lignum magnum: & sic erat hasta illa Goliath vasta nimis. *Ipsum autem ferrum hastæ eius sexcentos siclos habebat ferri*. In hoc significatur magnitudo ferri, sed sic coaptabatur magnitudini hastilis. Siclus autem ponitur hic, tanquam pondus aliquando autem tanquam moneta, sicut dicitur, ꝙ quilibet dabat quinque siclos pro primogenito: Num.c.3.& 18. & ꝙ Aries poterat vendi duobus siclis: Leui.c.5. Aliquando autem accipitur pro pondere, sicut hoc. Nec tamen differebat, quando erat moneta, & ad pondus: quia sicli de argento & in certo pondere fiebant: ideo accipiebantur, tanquã moneta, propter valorem, & tanquã pondus, ꝑpter determinatam quantitatem. *Et armiger eius antecedebat eum*. s. ille, qui portabat arma sua, ibat ante eum, portans fortè aliqua arma eius. Sic.n.fit in pugilibus, quando vadunt ad congrediendum: quia alij portant coram eis arma sua: cum tamen congredi debent, ipsi accipiunt illa. In hebræo dicitur. *Et portans peltam suam, vel scutum antecedebat eum*. s. ꝙ armiger eius portabat scutum illius, & iste præcedebat eum. Ex hoc dicit Nicolaus meliorẽ eẽ expositionẽ Hebręorum, ꝗ̃ literæ nostræ: quia dicebatur supra in litera nostra, quòd clypeus tegebat humeros eius. Hic tã dicitur, quòd portans scutum præcedebat eum: ergo armiger ferebat scutum, & non ipse: & sic id, quod ipse vocat clypeum, erit aliud genus armaturæ. Sed dicendum, quòd non concluditur ex hoc, quod vult Nicolaus. quia cum dicitur in Hebræo, ꝙ portans scutum, vel Peltam præcedebat eum: nõ est sensus, ꝙ ille, qui præcedebat eum, portaret tunc scutum, sed ille erat, qui consueuerat portare scutũ eius. Nunc autem portabat aliud genus armaturæ: & hoc voluit litera nostra, cum dixit: & armiger ei⁹ præcedebat eum. s. qui consueuerat portare arma, siue scutum, siue alia arma. Iosephus tamẽ aliter exposuit istam literam, scilicet, ꝙ multi armati irent cũ Goliath, cũ dicit: Sequebãturq; eum multi arma portantes. *Stansque clamabat aduersus phalangas Israel*. idest loquebatur ad turbas armatorum. Phalanx sĩgnificat multitudinem; & pertinet maxime ad armatos. Loquebatur autem Goliath ad omnes armatos, vt, siqs; de illis vellet suscipere singulare cer

Nicolaus

F tamen cũ eo. *Et dicebat eis quare venistis ad prælium parati?* q.d. superfluum est, & nociuum, quod agere vultis, scilicet ꝙ pugnet acies contra aciem, & tot virorum millia pereant: melius autem est, vt singulari certamine res ista dirimatur. *Nunquid ego non sum, Philisthæus, & vos serui Saul*: q.d. benè videtis, ꝙ lis ista est inter Philistheos, & Saulẽ: ego autem de Philisthęis sum, & vos estis serui Saulis: ad me ergo pertinet, & ad aliquem ex vobis, ꝙ litigiũ istud singulari certamine dirimamus. In Hebræo ponit̃ hoc Philisthęus cũ articulo quodã, quæ significat aliquid speciale, & cognitũ: quod in Latino possumus dicere. ego sum ille Philisthęus. Et exponunt Hebræi.s. ego sum ille Philisthęus, qui accepi arcam Domini, & qui occi-

G di filios Heli, & fugaui Israelem, feciq; omnia mala. Sed istud nihil est: nam aliquando articuli ponũtur in Hebręo, & nihil significant, vt patet in multis locis. *Eligite ex vobis virum*. In hoc gloriabatur nimis Goliath innuens, ꝙ non sufficeret quilibet de Israelitis ad pugnandum contra eum: sed oportebat fieri electionem, & vix reperiri posse credebat qui cũ eo congredi vellet: imò putabat neminẽ esse reperiendum, qui tanta auderet. *Et descendat mecum ad singulare certamen*. i. ambo soli certemus, & per nos dirimatur ista lis. *Si quiuerit pugnare mecum*.i. si potuerit resistere mihi. *Et percusserit me*.i. occiderit me. *Erimus vobis serui*. i. tota gens Philisthinorum seruiet Hebræis sub tributo, & obediet legibus ab eis positis. *Si autẽ*

H *ego pręualuero, & percussero eum*, idest, si potuero occidere virum, qui mecum congressus fuerit singulari certamine. *Vos serui eritis, & seruietis nobis*. Non intelligitur, ꝙ essent serui totaliter, sicut sunt serui legales, qui nequaquam sunt sui iuris, sed alieni. Sed intelligitur, ꝙ seruirent in tributis, & quantum ad aliquas leges, quas imponerent Philisthini Israelitis, & sicè conuerso futurum erat de Philisthinis, si Goliath moreretur.

An Goliath de consensu Philisthinorum certamen singulare agere voluit cum aliquo de Hebræis. *Quæst. VIII.*

I QVAERET aliquis. Quare Philisthini permittebant, ꝙ Goliath, ista faceret, & an faceret de consensu eorum. Respondendum, ꝙ Philisthini volebant, ꝙ Goliath ista faceret. Nam contra voluntatem omnium Philisthinorum, nec voluisset, nec potuisset Goliath ista facere: quia punirent eũ Philisthini, tanquam transgressorem. Item patet hoc, quia si noluissent Philisthini istud facere, quod proponebat Goliath, non expectauissent. 40. diebus. Nã 40. diebus venit Goliath ad Castra Israel ista dicẽs, sed immediatè pugnassent. Cum autẽ dicitur quare faciebant hoc? Respondendum, ꝙ ipsi voluissẽt, ꝙ Hebræi acceptarent istam conditionem: nã credebant, ꝙ nullus posset esse vir ita fortis, & audax inter Israelitas, sicut Goliath: nam, ẽt si aliquis robu-

K stus esset, visa tamen tanta viri magnitudine, pertimesceret, ideo certissime credebant, si Hebræi conditionem acceptarẽt, se esse præualituros: etiã faciebant hoc, quia dato, ꝙ intelligerent, ꝙ nemo Hebręorum istam conditionem acceptaret: tamẽ volebant eis, sic timorem incutere. Cum.n. quotidie conspicerent animositatem Goliath, & se impotentes viderent ad resistendũ illi, quotidie pertimescerent; & sic fiebat. Nam cum veniret Philisthęus, & loqueretur sermones istos, stupebant: & metuebãt nimis Saul, & omnes viri Israelitæ, vt patet inf. hoc autem modo, si Dauid non venisset, qui congrederetur cum Philisthino tanto tempore expectando, pauerent quotidie magis Israelitæ, & sic fugerent, sicut

sicut, cū Saul erat in Galgalis, & inturus erat ad pugnam contra Philistinos erat ibi multus populus cū eo, quia tamen expectauit diebus 7. populis quotidie magis timebat, & dilapsus est ab eo, ita, vt non manerent, nisi viri sexcenti, vt patet, supra ca. 13. ita ergo nunc futurum erat: & hoc volebant Philistini.

Quare Israelitæ non inierunt pugnam cum tota acie. Quæstio. IX.

QVAERET aliquis, Cū Israelitæ nolēt suscipere istam conditionem, quia inter eos nullus vir erat, quem crederent posse congredi cum Goliath, Quare non iniebant pugnam, s. tota acies. Respondendum est, ꝙ Israelitæ hoc facere voluerunt, & à principio sic deliberabant facere: vnde dicitur, supr. ꝙ viri Israel direxerunt aciem ad pugnandum contra Philisthiin: tamen non fecerunt, quia cum Philisthini nolent pugnare in acie, sed dare aliquem singulariter pugnantem: ipsi Hebræi iudicabant inhonestum esse, & verecundū, si ipsi non darent alium virum pugnaturum cum Goliath. Expectabant ergo, si fortè aliquis vellet subire istud certamen. Itē, & potissimè, quia Israelitæ non audebant aggredi Philisthinos: nam, quamquam desiderarent pugnare contra eos. si tamen Philisthini nolent, non erat secura pugna Israelitis contra illos, eo, ꝙ erant castra Philisthinorum super montem, & si Israelitæ aggrederētur, manentibus Philisthinis, super mōtem, cū essent Philisthini superioris, possent faciliter opprimere Israelitas. Hoc ergo formidantes, non audebant inire pugnam, quousq; Philisthini etiam hoc decreuissent: quia tunc vtriq; descenderent ad plana, & esset æqua conditio vtriusq; aciei. Item fiebat hoc, quia Deus etiam incusserat Israelitis timorem, ne pugnarent quousq; veniret Dauid, & susciperet istud certamen: ideo vsq; ad 40. dies nihil ausi sunt facere, quia Deus disposuerat magnificare Dauid in isto certamine.

Quare Dauid magis suscepit istud certamen, quàm aliquis alius, cum essent alij fortiores eo. Quest. X.

QVAERETVR vlterius, Cum inter Israelitas alij essent viri fortiores, quàm Dauid, Quare nō susceperunt istud certamen singulare, patet hoc, q̄a infra 2. li. ca. 23. vbi ponuntur nomina fortium Dauid, dicitur de tribus viris, qui pugnauerunt soli, cōtra aciem Philisthinorum, dicitur etiam de Eleazaro, qui solus pugnauit contra Philisthinos: nam totus populus conuenerat contra Philisthinos, & fugit à facie eorum: solus autem Eleazarus pugnauit contra Philisthinos, & fugauit eos, & reuersi sunt Israelitæ ad accipiendum spolia. Simile fecit iterū Semnaa, qui erat vnus de fortibus Dauid, & fugauit per se totum exercitum Philisthinorum: poterat ergo quilibet istorum pugnare contra Goliath, cum isti essent fortiores Dauid. Potest responderi vno modo, ꝙ Dauid non suscepit certamen contra Goliath, confidens viribus suis, sed solum in nomine Dei Israel, vt patet infra, s. Tu venis ad me cum gladio, & asta, & clypeo: ego aūt venio ad te in nomine Domini exercituum. Et patet, quòd nō confideret Dauid aliqualiter in viribus suis, quia non erat paratus ad pugnandum virtute humana: cum solū portaret Fundam, & lapides. Ista enim non est firma pugna, cum Goliath esset vir robustus, & protectus armis vndique; ideo, quamquam percussisset eum aliquoties Dauid funda sustineret ictus illius. Ipse autem non poterat sustinere ictus Goliath: nec nullum, cum nulla haberet arma: sed baculum tantum, & Fundam, & lapides, vt patet infra erat tamen spiritus Domini in Dauid, quia à die, quo vnctus est in regem, directus fuit in eo spiritus Domini, vt patet præcedenti. c. iste verò mouit eum, vt nō timeret Goliath, sed audacter se illi oponeret. Alij autem fortes Dauid, de quibus inf. 2. lib. c. 23. erant fortes robore humano, quia non erat specialiter in eis spiritus Domini: ideo non audebant congredi cū isto Philisthino, quāquam fecissent alia opera magnifica. Aliter autem dicendum est, & melius, quòd si fortes Dauid fuissent hic, multi de illis ausi fuissēt congredi cū Goliath singulari certamine: Nam, quidam de fortibus Dauid occidit quendam Gigātem de Philistheis, qui erat de cognatione istius Goliath, de quo inf. 2. lib. ca. 21. non erat tamen is aliquis de illis viris fortibus, eo ꝙ illi nō erant viri, quando ista acciderunt, vt patet, quia, quando Dauid erat senex, erant illi viri robustissimi, ergo, quando Dauid erat paruulus in principio iuuētutis, essent illi adolescentuli, & non apti ad Bellum: nunc tamen Dauid erat valde iuuenis, quia forte non esset vltra. 21. vel 22. annos. Vnde dixit ei Saul: Non vales resistere Philisthæo isti, quia puer es: omnes ergo fortes Dauid, q̄ postea fuerunt, essent tunc paruuli non ad bellum. Aliter posset dici, ꝙ, quāquam aliqui illorum essent tunc viri robustissimi: tamen, nemo eorum ausus est congredi cum Goliath, quia Deus incusserat illis timorē, vt seruaretur iste triūphus pro Dauid. Alia rō.

An posita fuerit conditio quando Dauid suscepit istud certamē, quam expressit Goliath. Quæst. XI.

QVAERETVR vlterius, Cum Philisthini peterēt, vt daretur eis de Hebræis pugnaturus singulari certamine cū Goliath sub conditione supra posita: An, quādo Dauid suscepit istud singulare certamen, intercidit ista cōditio. s. ꝙ Israelitæ seruirēt Philisthinis, succumbente Dauid, vel Philisthini seruirent Israelitis, succūbente Goliath. Respondendum est, ꝙ non patet ex litera, an interuenerit conditio. satis tamen credendum est, ꝙ intercidit, quia Goliath cū ista cōditione proponebat singulare certamen: quicunque ergo certamen susciperet, istam conditionem subiturus erat. Quòd autem Philisthini suscipere vellent istam conditionē, satis apparet, quia ipsi illam proposuerant, potissimè quando viderent, ꝙ iuuenculus ille inermis oblatus erat pugnaturus. De Hebræis tamen est difficultas, quomodo ipsi acceptarēt, ꝙ Dauid pugnaret ꝑ eis sub hac conditione, cū nequaquā ipse videretur præualiturus ꝯtra Goliath, quia erat Goliath vir fortissimus, & in armis expertus. Dicendum, ꝙ Israelitæ ēt susceperunt istam conditionem: nam Saul, q̄q̄ à principio dixisset Dauid, ꝙ non posset pugnare contra Philisthæum, quia erat vir fortis, ipse autem puer: visa tamen Dauid responsione de robore suo, & cōfidentia confisus est in Domino, & dixit ei. Vade, & Dominus tecum sit. Hoc autem, quia Deus mouebat cor Saulis, vt confideret, ꝙ Dauid posset superare Goliath. Aliter potest responderi, ꝙ Hebræi cōfidebant ad vltimum in robore exercitus: nam non poterat esse peior conditio eorum, etiam si succumberet Dauid, q̄ nunc erat, quia oportebat nunc pugnare in acie, si non esset istud singulare certamē. Si Autē Dauid vinceretur, eodē modo possent Israelitæ defendere se per exercitum. Sic. n. fecerunt Philisthini, quia, q̄q̄ ipsi posuissent conditionem, ꝙ seruirent Hebræis, si succumberet Goliath: tamen, eo succumbente, noluerunt eam tenere, sed succūbente

te illo fugerunt in terram suã, vt ibi se tuerentur, & non subijcerentur Israelitis in tributũ, vt patet inf. hoc idem facturi erant Israelitę, si succubuisset Dauid, ideo istud singulare certamen modicum futurum erat, cum hostes nollent sibi seruare fidem, etiã si pepigissent, cum res verteretur super toto statu, sed magis offerebatur istud certamen ad terrorem Hebræorum, vt sic venirent ad aliqam conditionẽ subiectionis, sine bello. *Et aiebat Philisthęus*, i. dicebat ad Israelitas. *Ego exprobraui agminibus Israel hodie*, i. ego intuli vituperium, vel obrobrium, siue verecundiã toti multitudini Israelitarum, cum nemo sit de eis, qui audeat congredi mecũ: ista verba amara, & pungitiua dicebat Philisthæus Israelitis, vt eos sic stimularet ad ponendum aliquem virum pro se: de quo ipse posset habere victoriam, & sic esset gloriosus, & succumberent Israelitæ conditioni, vel saltem timore magno fortissimi eorum, qui occisus esset, fugerent: sic. n. fecerunt Philisthini, quia videntes, ꝙ fortissimus eorum mortuus esset, fugerunt, vt patet infra. *Date mihi virum*, i. eligite aliquem virum de vobis. *Et ineat mecum singulare certamen*. i. pugnet me, cum sub conditione supra posita. *Audiens autẽ Saul, & omnes viri Israelitæ*. Sermones istius Philisthæi erant nimis duri Sauli, & toti Israel: eo, ꝙ non videbãt inter se aliquem, qui putaretur posse pugnare contra Goliath: potissimè, cum quotidie animosiori voce ista verba replicaret. Hoc tamen non absolutè Saul inquirebat, an aliquis esset in castris, q̃ vellet pugnare cõtra Goliath, &, vt concitaret animos virorum fortium, proposuit edictũ, ꝙ quicunq; pugnauerit cum Goliath, & percusserit eum ditabatur à Rege magnis diuitijs, & filiam suam dabit ei in vxorem, & domum patris eius faciet absque tributo in Israel. Patet quia quando Dauid quærebat in castris q̃d daretur viro, qui percuteret Philisthæum, quilibet de populo respondebat ei hæc, vt patet inf. Si tamẽ non fuissent ista à rege posita sub edicto, nesciret populus, an ista darent. *Sermones Philisthæi huiuscemodi*. i. audiebãt sermones, in quibus petebat singulare certamen, cũ conditione supra posita, & ex hoc turbabantur, quia erat eis hoc amarum. *Stupebant, & metuebant nimis*. Ista duo idẽ significãt, sed fit replicatio, ad significandum magnitudinem timoris. Populus enim timebat propter viri magnitudinẽ, & robur: Saul autem, q̃q̃ non esset solitus timere, sed confidere in omnibus, tamen tunc timebat eo ꝙ recesserat ab eo Spiritus Domini, qui erat spiritus roboris: & transierat ad Dauid in die vnctionis suæ: ideo post hoc non fuit Saul confidens in Bellis, sicut prius: q̃a etiam in alio Bello contra Philisthinos expauit nimis, & pertimuit, vt patet infra cap. 28.

An Saul iustè possidet regnum, cum Spiritus Domini recesserit ab eo. *Quæst. XII.*

QVAERET aliquis Circa hoc incidentaliter, cũ dictum fuerit præcedenti. c. ꝙ Saul perdidit Spiritum Domini, & vnctus est in Regem Dauid: An iam licitè possideret Saul Regnũ, vel teneretur illud dimittere Dauid. Aliquis dicet, ꝙ peccabat tenendo, quia, quando quis possidet nullũ titulum possessionis habendo iniustè possidet: nõ habebat autem Saul iam aliquem titulum possidendi Regnum Israel, cum per vnctionem acciperetur titulus, vel ius regni: sed Dauid iam vnctus fuerat in regem, ergo ad eũ pertinebat ius regni, & nullo modo manebat in Saule: ergo peccabat detinendo regnum, quod ad alterum pertinebat. Item, cum quis violenter tenet quod ad alterum pertinet, peccat:

F sed iam Saul erat violentus detentor rerum Dauid;
cum iã pertineret regnum ad eum, ideo peccabat.
Item, qui iure possidet, & iudicis decreto iustè pos-
sidet: ergo à fortiori, qui Dei decreto possidet, iustè
possidet: sed Dauid adiudicatus fuerat debere regna
re à Deo: ergo iam Saul, decreto Dei exclusus erat,
ne regnaret. Sed qui contra auctoritatẽ iudicis pos
sidet, vniuersaliter iniustè possidet: ergo Saul, qui
contra Dei auctoritatem, & decretum possidebat,
iniustius possidebat. Respondendum est, ꝙ Saul nõ
peccabat gerendo se pro rege, & possidendo regnũ;
nec cogebatur dimittere illud, quia, q̃q̃ Deus adiu-
dicasset regnum Dauid faciendo eum vngi, tamen
Saul nesciebat hoc, quia eo nesciẽte, & occultè fuit
G facta ista vnctio, per quam trãsierat ius ad alterum:
quamquam ergo contra auctoritatem Dei posside
ret, non peccabat, nec erat violentus detentor, quia
non fuerat sibi Dei decretũ annunciatũ. Sed aliq̃s di
cet, ꝙ Saul hoc sciebat, q̃m Samuel dixerat ei, ꝙ Deꝰ
sciderat regnum eius ab illo, & tradiderat proximo
suo, vt patet supra c. 15. ergo iam sciebat ad aliũ per-
tinere. Rñdendũ est, ꝙ Saul non intellexit, ꝙ ꝑ hoc
totaliter regnum sibi erat auferendum, sed ꝙ erat
quædam comminatio Dei. Et dato, ꝙ decreuisset
totaliter ei regnũ auferri, tamen nondum aufere-
bat, nec determinatè dabat alicui: quousque er-
go determinatè alicui conferretur ius super, posside
bat Saul iustè, quia nunquam debebat dari regnum
H sine aliquo possessore potissimè, quia similia verba
fuerant iterum dicta Sauli, s. quando peccauit non
expectando Samuelem diebus 7. in Galgala. s. Stultè
egisti, nec custodisti mandatũ Dei tui, quod si non
fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnũ tuũ
super Israel in sempiternũ: sed nequaquam regnũ
tuum vltra consurget: quæsiuit. n. Deus virum iux
ta cor suum. Post hæc tamen, Deus habuit Saulem
pro rege, & manebat in eo Spiritus eius: ergo pro-
pter illa verba non efficiebatur iniquus possessor.
Sed adhuc dicetur, ꝙ Saul cognoscebat pertinere
ius regni ad Dauid: ipse. n. dixit infra 24. cap. & nunc
scio, quia certissimè regnaturus sis, & habiturus in
manu tua regnum Israel: ergo non poterat tueri se
I ignorantia ad hoc, quòd possideret iustè. Respon-
dendum est, ꝙ ex illis verbis non apparet, ꝙ Saul sci
uerit Dauid esse vnctum in regem, sed fuit locutus
ex quadam præsumptione attendens iustitiam il-
lius, & iniustitiam suiipsius. Vidit. n quomodo iniu
stè persecutus fuerat Dauid, & quomodo Dauid po
tuisset eum occidere, & non occidit: ideo credidit,
ꝙ pro hac bonitate eius Deus vellet tradere ei re-
gnũ, non tamen sciebat eum vnctum fuisse. Patet
hoc, quia dicitur ibi: & nũc scio certissime. q. d. ex eo
q̃d fecisti nunc, ego scio, quòd sis regnaturus: non
ergo sciebat iam ad eum translatum esse ius. Sed ad-
huc dicendum, ꝙ dato, ꝙ Saul sciuisset esse vnctum
in regem Dauid, nõ cogebatur dimittere regnum,
K quia nesciebat, an Deus vellet, quòd immediatè re-
gnaret Dauid, vel vnctus erat, vt regnaret post mor
tem illius: ideo quousque Propheta denunciaret ei
ex parte Dei, ꝙ deponeret principatum, nunquam
erat iniustus possessor regni, nec tenebatur dimit-
tere illud: & quia nunquam ei denunciatũ est istud,
nunquam peccauit possidendo. *Dauid autem erat*.
Hic ponitur secundum huius cap. in quo describi-
tur Dauid aduentus. s. quia ipse erat apud patrem
suum, & custodiebat Gregem eo tempore, quo fie-
bant hæc in Castris: fuit autem postea missus illuc
ad fratres. *Dauid autem erat filius hominis Ephratæi*. Hic
repetitur origo Dauid. s. cuius filius erat, q̃q̃ præce.
c. dictum fuisset hoc, quia tñ iam incipit hic alia hi-
storia

ſtoria,repetit id,quod prius fuerat dictum. Dicitur A Dauid filius viri Ephratæi,i.viri Bethlehemitæ, ſcilicet Iſai,qui erat de Bethlehem:vocatur .n. Bethlehem Ephrata.Sic patet Michææ,cap.5.ſcilicet.Et tu Bethlehem Ephrata, quoniam nomen huius loci prius erat Ephrata:poſtea autem fuit Bethlehem,vt patet Gen. 48. Vbi ponitur Ephrata nomen principale: & dicitur, quòd alio nomine vocatur Bethlehem. *De quo ſupra dictum eſt*, ideſt in cap. præcedenti dictum eſt de iſto Dauid,& de Patre eius Iſai.Hic tamen,quia incipit mētio de Dauid, quæ ſupra interclusa fuerat, repetitur origo eius. *De Bethlehem Iuda*, ideſt Pater Dauid erat de Bethlehem: nam Bethlehem,& Ephrata idem locus ſunt, & idem de Bethlehem Iuda ad differentiam alterius Bethlehem, quæ B eſt in ſorte Zabulon,vt patet Ioſue in cap.19.& hoc modo cōſueuit ſcriptura loqui de iſta Vrbe Bethlehem,notificando eam per adiunctum:aliquando ſ.n. notificat per iſtud nomen Ephrata: vt,cum dicitur, Et tu Bethlehem Ephrata Michææ,capit. 5. & hoc, quia Ephrata non pertinebat ad alteram Vrbem Bethlehem, quæ erat in Tribu Zabulon. Aliquando notificatur per iſtud adiunctum Iuda, vt, cum dicitur de Bethlehem Iuda,ſicut hic, vel Mat.ca.2:cum dicitur: & tu Bethlehem Terra Iuda. *Cui nomen erat Iſai.* Iſte erat Pater Dauid, qui vocatur Iſai, & Ieſſe. De Iſai apparet præce.cap.& hic. De Ieſſe apparet Iſa.cap.11.& Mat.cap. 1.ſ. Egredietur virga de radice Ieſſe. *Qui habebat octo filios.* Sic enim patet præce. c. C quia ſeptem illorum præſentauit Iſai, Samueli ſucceſſiuè ad vngendum, & dixit, quod non elegerat Deus quemquam ex illis.Et ibi dicitur,quod adhuc reliquus erat, qui paſcebat greges. *Et erat vir in diebus Saulis ſenex*, ideſt Iſai erat nimis ſenex in diebus Saulis, ſcilicet, in iſto tempore, quomodo imperabat. Hoc ponitur ad deſignandum, quomodo Iſai non iuerit ad Bellum, ſicut iuerunt tres filij ſui maiores. Et dicitur, quod hoc fuit, quia erat iam vir ſenex nimis. *Et grandæuus inter viros*, ideſt valde magnæ ætatis. Iſtud ponitur ad ſignandum veram ſenectutem: nam in ſcriptura vocatur aliquis ſenex, etiam ſi non ſit magnæ ætatis: cum tamen vult ſcriptura deſignare magnam vetuſtatem ponit aliud D adiunctum,ſcilicet,quòd erat ſenex,& prouectæ ætatis,vel perſenilis ætatis.Sic dicitur de Ioſue,vt patet Ioſue,cap.23.Aliquando ponitur iſtud adiunctū grandæuus:ꝙ dicitur grandæuus, ideſt grandis æui, ſcilicet magnæ ætatis. Sic autem erat Iſai grandæuꝰ inter viros, ideſt magnæ ætatis inter omnes viros illius temporis, ſcilicet, quòd rari erant eo ſeniores. *Abierunt autem tres filij eius maiores poſt Saul in prælium.* Hic ponitur cauſa eorum, quæ ſequuntur, ſcilicet, quia Dauid miſſus eſt à Patre in Bellum, ideo exprimitur quare,& dicitur, quod tres fratres eius ſecuti fuerant Saulem in caſtris,& ob hoc Dauid miſſus eſt ad ferendum eius victualia,&, vt ſciret,an proſpere agerent.Dicitur autem,quod iſti tres erant filij ma- E iores,quia ſecundum ordinem,qui hic ponitur,erat ordo Natiuitatis eorum:nam præce.ca.cum Iſai offerret filios ſuos Samueli ſecundum ordinem Natiuitatis,iſtos tres primo obtulit.*Et hæc nomina trium filiorum eius, qui perrexerant ad Bellum*, ſcilicet,iſta quæ ſequuntur ſunt nomina eorum. Hic enim ſolum ponuntur nomina trium, quia iſti ſoli ad Bellum iuerant.Et tamen 1. Paralip. cap. 2. ponuntur nomina ſeptem filiorum eius. *Eliab primogenitus eius*, ideſt primogenitus Iſai:ſic enim patet ex ordine, quem habuit Iſai præſentando filios ſuos Samueli: nam primo oblatus eſt Eliab, & hūc vngere voluit Samuel, vt patet præce.c.dicitur autem, quod erat primogenitus.ſ.reſpectu virorū:nam,an eſſet primogenitus reſpectu filiarum Iſai,nō patet: habuit enim duas filias Iſai.ſ.Saruiā,& Abigail,vt patet 1.Paralip.ca.2. Sed dato,quòd iſtæ duę fœminæ natę fuiſſent ante Eliab,vel aliqua earū, quia tamen ius primogenitu ræ attenditur ſolū in viris, vocabitur Eliab primogenitus,quia ipſe fuit primus inter filios. *Et ſecūdus Abinadab,tertiuſq; Samma.* Etiam iſti duo erant in ordine natiuitatis reſpectu Eliab. ſ. ꝙ nullus alius de filijs Iſai natus eſt inter eos, & Eliab, ob hoc vocantur iſti tres hic maiores. ſ. qa quilibet illorū erat maior cęteris filijs Iſai.Si tamē aliquis intercidiſſet inter eos, non eſſent oēs iſti maiores: & ob hoc iſti tres miſſi ſunt ad Bellū,quia robuſtiores erāt cęteris,cū eſſent maioris ętatis. *Dauid autem erat minimus.*i. erat minor omnium fratrum,non ſolum reſpectu omniū triū, ſed etiam reſpectu omnium aliorum, qui manebāt in domo patris: ſic.n. dicitur præce.c. nā,præſentatis omnibus filijs ſeptem Iſai,dixit ad Samuelē: Adhuc reliquus eſt paruulus. Ponit aūt hic, ꝙ erat Dauid minimus ad ſignificandum id, quod infra dixit Saul ad Dauid.ſ.non vales reſiſtere huic Philiſthæo, quia puer es. *Tribus maioribus ſecutis Saulem.* Aliqui cōiungunt iſtam literā cum ſuperiori, ſ. ꝙ erat Dauid minor tribus fratribus ſuis ſequentibus Saulem,referendo iſtud ablatiuū ad illud nomē minimus.Sed hoc falſum eſt,quia tunc ſignificaretur, ꝙ Dauid ſolùm erat minor illis tribus fratribus, tamen non ſolùm illis erat minor, ſed etiam alijs quatuor manentibus apud patrē:etiā,quia ſi hoc voluiſſet ſcriptura explicare non dixiſſet, ꝙ erat Dauid minimus, ſed minor,quia minimus non poteſt referri ad illū ablatiuum ſequentem,cū ſolùm regat genitiuū, quia eſt ſuperlatiuus.Sed ſenſus eſt, ꝙ Dauid erat minimus, ideſt minor omnium fratrum ſuorū. Et hic eſt punctus:& tunc ſequitur alia ſententia,ſ.tribus maioribus ſecutis Saulem,i.tres iſtorum erant maiores, & iſti ſecuti fuerunt Saulem. *Abijt ergo Dauid, & reuerſus eſt à Saule*.i.receſſit à Saule, cū quo prius morabatur. Sciendum,ꝙ hic eſt mutatio ordinis, quia prius Dauid receſſit à Saule,ꝗ fierent iſta, quę habentur hic: ſcriptura tamen non poteſt ſemper ſeruare ordinē naturalem in relatione geſtarum rerum, quia tunc oporteret,ꝙ quælibet hiſtoria aliqualiter magna diuideret mille minutias, & interponerentur alia, quæ non pertinēt ad hiſtoriam, eo ꝙ ſunt contemporanea, & ſic fierent omnia inintelligibilia: ideo neceſſe eſt,vt quilibet hiſtoriographus faciat anticipationem, & recapitulationē, & ſic facit ſcriptura ſacra.Dr̄ autem hic,ꝙ abijt, & receſſit ſolùm, quia abire,& recedere non ponuntur hic pro diſtinctis, ſed ponitur abire,tanquā aliquid ſuperadditum ex modo idiomatis: ſic dicitur Deut c.20. vadat, & reuertatur in domum ſuam,ideſt reuertatur: & vadat nihil ibi ſignificat, ita hic.

Quomodo Dauid receſſit à Saule, cum vellet eum ſecum ſemper habere. Quæſtio XIII.

QVAERET aliquis,Quō Dauid reuerſus eſt hic: à Saule: nā Saul fecerat diligenter, ꝙ ſibi aſſiſteret Dauid,& dixerat ad patrē eiꝰ Iſai: Stet Dauid in conſpectu meo, quia inuenit gratiā in oculis meis. Aliquis dicet,ꝙ Saul volebat ſecum habere Dauid, vt,qn̄ à Dæmone arriperetur,pſalleret corā eo: nūc aūt erat liberatus à Dæmone,ideo non erat opus,vt ſecum haberet Dauid. Reſpondendū eſt non ſtare, quia Dæmon arripuit poſt hoc Saulē, vt patet inf. cap.19.Sed dicendum, ꝙ Saul volebat habere corā ſe Dauid,non ſolùm,quia erat citharista, & eo pſallente

lente leuius ferebat, ſed ẽt quia erat habens alias ꝓbitates, ſ. vir prudens in verbis, & pulcher, ideo, dato, ꝙ Saul iam nõ arriperetur à Dæmone, vellet eum ſecũ tenere, quia inuenerat gratiam in oculis eius: nec tamen ceſſauerat ſpiritus malus à Saule, quia adhuc poſtea eũ arripuit, vnde ꝓpter artẽ citharisticã erat ſibi neceſſarius, & p̄p alias ꝓbitates erat ſibi gratus, ideo ſemper eũ ſecum habiturus: nũc tñ, quia intercidit iſtud bellũ, & fortè aliæ res ante illud, q̄bus intendere Saulẽ oportebat, dedit licẽtiã Dauid redeũdi ad Patrẽ ſuum eo tp̄e, quo negocia vrgerent. poſtea tñ rediturus erat: & hoc tp̄e accidit, quia ipſe paſceret Gregẽ, & iret in Caſtra ad fratres ſuos. Sed adhuc aliquis dicet. Qũo Saul dedit licentiã Dauid redeundi ad Patrem ſuum hoc tp̄e, quo ei maxime neceſſarius erat? Nam ad pugnãdũ cũ Goliath erat ſibi opportunus, cũ nemo de omnibus Caſtris auſus fuerit contra illum pugnare. Reſpondendũ eſt, ꝙ Saul non putabat eũ ſibi opportunũ eſſe ad hoc, quia credidit non eſſe tanti roboris, nec fortitudinis, vt poſſet aliquid memorabile in Bello agere: ideo ꝑmiſit eum abire. Sed obijcietur, ꝙ nouerat Saul Dauid eſſe virum aptũ ad bellum, quia ille, qui primo nũciauit ei de Dauid dixit: Vidi filium Iſai Bethlhemitẽ ſcientem pſallere, & fortiſſimum robore, & virum bellicoſum, vt patet præcedenti c. ideo ſciebat eum ad hoc aptum. Dicendum, ꝙ Saul hæc audierat, & credebat Dauid eſſe bonæ indolis ad gerendũ magnifica opera, q̄a tñ adhuc puer erat, & nimis tener, credidit eum non ſufficere ad dura opera belli. Quod autem hoc intelligeret, patet inf. cũ dixit ad Dauid: Nõ vales reſiſtere huic Philiſthæo, quia puer es: poſtea tñ euẽtus ipſe rei contrariũ notum fecit. *Vt paſceret Gregem patris ſui in Bethlehem.* i. reuerſus eſt in Bethlehem, vt ibi paſceret Gregẽ: prius.n.q̄ Saul faceret Dauid ad ſe venire, paſcebat Dauid gregem, vt patet præcedenti c. vnde Saul dixit ad Iſai: Mitte mihi filiũ tuũ Dauid, qui eſt in paſcuis, vt patet præcedenti. c. Ex hoc autẽ manifeſtatur humilitas Dauid, q̄a, q̄q̄ moratus fuiſſet cum rege nimis familiariter magno tp̄e ſemper ſtans in conſpectu eius, nõ erubuit poſtea redire ad cuſtodiendos greges, nec hoc refutauit. Etiã factum eſt hoc ex conditione illius tẽporis, quia, cùm eſſet adhuc ſæculum rude, nõ erant principatus tantæ iactantiæ: nec æſtimabantur tanti honoris, vt nunc: ideo ſicut ipſi reges non dedignabant ſe humiliare ad quaſdam res, ad quas nunc nequaquam ſe humiliãt: ita & ipſorum regũ familiares nõ erãt tãti honoris, & faciliter q̄buſcunque miniſterijs īfimis ſe implicabant: nã & filij regũ ibãt ad tondendas oues, & gloriabantur in hoc magnũ agentes feſtũ, ſicut patet de Abſolone filio Dauid, q. cũ tonderet Greges ſuos, inuitauit illuc omnes fratres ſuos inf. 2. lib. c. 13. *Procedebat vero mane, & veſpere Philiſthæus.* Hic redit ſcriptura ad hiſtoriam principalẽ, q̄ omiſerat, vt aliq̄d narraret de Dauid. Et vr̄, ꝙ Philiſthæus. ſ. Goliath procedebat mane, & veſpere. i. quotidie bis exibat de Caſtris ſuis veniens ad Caſtra Iſrael, vt peteret ſingulare certamen. Hoc aũt faciebat ad magnã iactãtiã ſuã, &, vt nimis exaſperaret Iſraelitas irritãdo verbis duris, &, ſic aliquis cũ eo congredi vellet ſingulari certamine. *Et ſtabat 40. diebus.* i. ſtetit 40. diebus. ſ. ꝙ 40. diebus mãſit in hac petitione quotidie bis vadens ad Caſtra Iſraelitarũ petens ſingulare certamen.

Quare Goliath. 40. diebus, & non pluribus progreſſus eſt ad petendum certamen. *Quæſtio XIIII.*

1. Opinio QVAERET aliquis, Quare tot diebus Philiſthęus iſte progreſſus eſt, ad petendũ certamẽ,
F vt patet hic, & non pluribus. Reſpondent quidam
Hebræi, ꝙ Deus permiſit, quod 40. diebus Goliath
exprobraret Iſraeli, & non pluribus: & hoc p̄p meri
ta Orphę, de cuius genere iſte erat: quia illa 40. paſſi
bus progreſſa eſt, cum Noemi: fundantur.n. in Hiſto
ria Ruth: habebat.n. Noemi duas nurus, ſ. Orphan,
& Ruth. Cùm autem reuerteretur in terram ſuam
vtraq; comitata eſt eam egrediente de vrbe, ſed mo
nitis eius Orpha redijt: Noemi autem non potuit à
ſe abijcere Ruth. de hoc Ruth. cap. 1. Dicunt aũt, ꝙ
Orpha comitata fuit tunc Noemi. 40. paſſibꝰ, & me
rito illorum permiſit Deus Goliath, qui erat de ge
nere Orphę, quod exprobraret Iſraeli diebus. 40. ꝙ
aũt eſſet Goliath de genere Orphę, patet, quia infra
G 2. li. ca. 21. ponitur qũo Gigantes Philiſthei erant de
genere Arrapha: & in Hebræo ponitur ibi Orpha:
& ſic habetur in libro Ruth. Sed dicendum eſt hoc
eſſe ridiculum. Primo, quia Goliath non erat de ge
nere Orphę, de qua habetur Ruth. ca. 1. quia quamq̄
mater ſua vocaretur Orpha, tamen erat alterius gẽ
tis: nam Orpha, & Ruth erant Moabitides, vt patet
Ruth. cap. 1. Orpha aũt mater Goliath erat de ſtirpe
Philiſthinorum, cùm ipſe Goliath eſſet Philiſtheus.
Item dato, quòd illa Orpha eſſet mater, vel auia Go
liath, vel qualitercunque progenitrix, non poterat
dici, quod merito 40. paſſuum, quibus ipſa comitata
eſt Noemi permiſit Deus, quod Goliath 40. diebus
exprobrauerit Iſraelitis, quia illud nihil mereri erat.
H Etiam dato, ꝙ mereretur aliquid, non ſatis coarcta
tur, ꝙ pro quolibet paſſu mereretur vnum diem: po
tiſſime, quia, ꝙ Orpha comitata fuerit Noemi 40.
paſſibus fictitium eſt, quia neſcitur an. 40. vel pluri
bus, vel paucioribus. Nam ſolũ dr̄ Ruth. c. 1. ꝙ egreſ
ſa eſt Noemi de loco peregrinationis ſuæ, cũ vtraq;
nuru, & iam in via poſita, reuertendi in terram Iu
da, dixit ad eas: Ite in domũ matris vr̄e. Non colligi
tur ergo quot paſſibus comitata fuit Orpha Noemi.
Sed dicendũ, ꝙ Goliath 40. diebus exprobrauit Iſra
elitis, quia ipſe intendebat quotidie exprobrare illis,
petendo ſingulare certamen vſquequo offerretur il
li, vel finiretur Bellum, & quia in iſtis 40. diebus nõ
dum fuerat ei oblatum certamen, nec etiam Bellũ
I finiebatur ſemper petebat illud, procedens ad caſtra
Iſraelitarum: & pluribus diebus proceſſiſſet, niſi ſu
perueniſſet Dauid, qui die. 40. huius exprobrationis
ſuperuenit, & acceptauit ſingulare certamen. *Dixit*
autem Iſai ad Dauid filium ſuum, ſcilicet, qui erat tunc cũ
illo in Bethlehem paſcens Gregem. Iſtum enim mi
ſit in caſtra, quia, quamquam haberet alios quatuor
fratres eius apud ſe, credidit iſtum eſſe virum magis
induſtrium, vt videret qualiter conuerſabantur fra
tres ſui in Bello: etiam, quia Deus mouerat Iſai ad
mittendũ eũ, eo, quod volebat illi hac vice dare triũ
phũ, &, ſi alius fuiſſet miſſus non habuiſſet opportu
nitatem Dauid veniendi in caſtra, & pugnandi cum
Goliath. *Accipe à fratribus tuis ephi polentam,* id eſt acci
K pe pro fratribus tuis, polentam menſuræ ephi, vel
vnũ ephi de polenta: eſt.n. polenta cibus quidã, qui
fiebat de granis ſpicarum decorticatarum: ponebã
tur.n. ſpicę ad ignem, cũ erãt aliqualiter maturę: &
tollebantur ſquamę, & cortices, & manebat medul
la, vel granũ mundum, & iſte comedebant Hebræi.
Erat.n. cibus apud eos viſitatus: vnde Abigail vxor
Nabal iuit ad Dauid, & obtulit ei quinq; ſata polen
te, cum panibus, & arietibus, alijſq; pertinentibus ad
cibum, infra c. 25. Lex quoq; Hebræorũ de iſto cibo
locuta eſt, tanq̄ eſſet aliquid cõe inter Hebręos, vt pa
tet Leui. c. 23. ſ. Panem, & polentam, & pultes non
comedetis ex ſegete vſq; in diem, quo offeratis ex ea
Dęo vr̄o. Dicitur aũt polenta à poliendo, quia poli
tur, id eſt

tur,i.purgatus cortices,vel squamæ spicarũ, & gra- A
norum. In Hebręo aũt vocat granata,i.de granis,q̃a
fiebat de granis spicarũ. Dr̃ aũt, ꝙ portaret ephi polẽ
tæ,i.vnã mensurã,q̃ vocat̃ ephi. Est.n. ephi continẽs
10.Gomor,vt patet Exo.16.ca de oĩb. aũt mensuris
Hebræorũ tã rerũ liquidarũ,q̃ aridarũ:& de põderi-
b.hr̃ Exe.c.45. *Et decẽ panes istos*, s. dedit ei istos panes
pariter cũ polẽta. *Et curre in castra ad fratres tuos*. Nõ.n.
multũ distabant castra Israel, & Philisthinorũ à Be-
thlehẽ. Nã erant in Terra Iuda,vt patet in prin. c Be
thlehẽ quoq; erat in sorte Iudæ : iõ potuit Dauid ire
illuc velociter. *Et decẽ formelas casei*,i. accipe ẽt decem
formelas casei. Vocat̃ formela casei paruus case⁹ ha
bens paruã formã,vel quantitatẽ. *Has deferes ad tribu-
num*,i.nõ dabis istas formelas frib.tuis,sed offeres tri- B
buno exercitus,in quo sũt fratres tui. Dicitur tñ tri-
bunus,qui præest mille viris: erant quippe viri Israe
litæ in castris ordinati ꝑ turmas suas, & duces, sicut
fieri solet in oĩb alijs exercitib.:& erant aliqui duces
millenarij,alij centenarij, & alij s̃m alios numeros,
q̃ verò mille viris præsunt,tribuni appellant̃. Voluit
aũt Isai offerre decẽ caseos tribuno, sub quo disposi
ti erãt filij sui, vt ipse benigne se haberet ad eos,quã
tũ ad opera belli. *Et fr itres tuos visitabis,si recte agant*,i. vi
debis fratres tuos,& inquires,si rectè agunt, i. ꝓspe-
rant̃ in bello,vel,an aliquis ipsorũ mortuus,vel vul-
nerat⁹ est. *Et cum quibus ordinati sunt disces*,i. inquires cũ
quib.ordinati sunt ad bellũ,s.quã partẽ aciei teneãt,
& qui sunt socij eorũ in pugnando: quia ex hoc po- C
terat lætari Isai,si sciret,ꝙ filij sui hẽbant socios, qui
essent viri probi. In Hebræo dicitur. *Pignora eorum lu-
es*,i. tolles de manu eorũ,apud quos fuerint: Est sen-
sus,ꝙ filij Isai,qui erant in bello,contraxerant fortè
aliqua debita pro victualib.vel alias, & pro his tradi
derant pignora:nunc aũt mittebat eis pecuniã,vt li-
berarentur pignora eorũ à creditorib. sed hoc pro-
cedit ex æquiuocatione sñiarũ:iõ litera nostra secu-
ta est id,ꝙ magis videbat̃. *Saul aũt,& oẽs filij Israel in val-
le Terebinthi pugnabant aduersus Philisthim.* A principio,
n.Israelitæ direxerant aciẽ cõtra Philisthinos ad pu
gnandũ,tñ non pugnabãt:quia Philisthæus ille quo
tidie petebat singulare certamen,& impediebat bel
lũ. Ad vltimũ aũt,cũ non reperiret̃ aliquis in castris D
Israel multis dieb. qui cõgrederet̃ singulari certami
ne cũ Goliath, cœperunt pugnare in acie Israelitæ
cum Philisthinis: pugnabãt aũt in valle Terebinthi,
relicto castrorũ loco:nã Philisthini castrametati fue
rant super montẽ, & Israelitę super aliã partẽ mon
tis,& inter eos vallis media erat, vt patet supra in li-
tera:Nunc aũt ad pugnãdũ exierunt Israelitæ de ca-
stris suis,& Philisthini de suis, & conuenerunt in val
le Terebinthi inter castra vtrorumq; & ibi pugna-
bant,vt patet infra, quia,cũ Dauid venisset ad sarci-
nas,i.ad locũ castrorũ,vbi erant sarcinę oĩum bella-
torũ,dicitur,ꝙ reliquit ea, quæ attulerat sub manu
custodis,& cucurrit ad locũ certaminis: ergo locus
certaminis erat extra castra,& hoc in valle Terebin E
thi,i.in valle quercus, quia Terebinthus idem est, ꝙ
quercus s̃m modũ loquendi Hebraicum. Nã supra
c.10.vbi ponitur quercus Thabor:& hic vbi ponitur
Terebinthus eadem dictio est,s.Elon. Etiã Isa.c. 6.si-
gnificatur,ꝙ idẽ sit quercus,& Terebinthus,cũ dici-
tur:Et conuertetur,& erit in ostensionem,sicut Te-
rebinthus,& sic quercus,quæ expandit ramos suos.
Surrexit itaque Dauid mane,s.in Bethlehem volens dili-
genter exequi præceptũ Patris. *Et commendauit Gregem
custodi*. Erat.n.Dauid custos Gregis antequam iret ad
Saulem,& postquam redijt:nunc aũt, vt ipse recede
ret in castra cõmendauit alteri Gregẽ. *Et onustus abijt,
sicut præceperat ei Isai*, i. oneratus iuit,portans oĩa hæc,

quæ dederat ei pater. Non est aũt intelligendum, ꝙ
ea ferret:quia non poterat tantum põdus ferre, sed
ferret super aliquod iumentum. *Et venit ad locum Ma-
gala*. Iste est locus Belli:nam in Valle Terebinthi erat
locus iste,apud quem castra erant, & ibi primo sarci
nas posuit. Et s̃m hoc litera nostra accepit Magala,
tanquam nomen propriũ. Hebręi tñ dicunt,quod
est nomen causæ, & signant circulum in situatione
castrorum: nam in circuitu castrorum debent fieri
fossę in modum circuli,sicut docet Vegetius in li. de
re militari:quia ẽt si paruum sit, tamen castra inter-
posita tutiora sunt cõtra hostium repentinos insul-
tus:magis tamen accipitur pro nomine proprio:q̃a
non diceretur, quod venit Dauid ad circulum, vel
fossas,sed ad castra,vel ad locum pugnæ: & hoc vo-
luit litera nostra. *Et ad exercitum,qui erat egressus ad pu-
gnam*,i.non solum iuit in locum Magala, sed etiã ad
locum pugnæ:erat.n.Magala,vbi erãt castra: pugna
autẽ extra castra fiebat:ideo dicitur; ꝙ fuerat egres-
sus exercitus: Hoc autem fecit Dauid, quia volebat
videre, qualiter se haberent fratres sui, sed ipsi non
erant tunc in castris: quia egressi fuerãt ad pugnam,
ideo etiam iuit in locum certaminis, & vociferatus
est in certamine,i. populus clamauit,quando pugna
bat:ista.n.est vox communis pugnatorum:clamant
.n.cohortantes se ad bellum, vel compellentes ho-
stem ad fugam:sic dicitur Exo.c.32.cum dixit Iosuè
ad Moysen:vlulatus pugnę auditur in castris. Respõ
dit Moyses:non est clamor adhortantiũ ad pugnã,
nec vociferatio compellentium ad pugnam,sed vo
cem cantantium ego audio. Sic etiam dicitur Iosue
c.8.de viris, Hai.s.at illi vociferãtes pariter,& se mu
tuo exhortantes persecuti sunt eos. *Direxerat .n.aciem
Israel*,i. Israelitę ordinauerant aciem suam ad pugnã
dum contra Philisthinos eo die, qua ista, quæ dicta
sunt,attulerat Dauid in castra. *Sed & Philisthini ex ad-
uerso fuerant præparati &c.* i. ẽt Philisthini videntes, ꝙ
Israelitę istruxerant aciẽ,parauerũt seipsos ad bellũ.

*Israelitæ an in his 40. diebus, in quibus Goliath exprobrauit eis,
pugnauerint.* *Quæstio XV.*

QVAERET aliquis circa id,quod sup. diceba
tur,s.ꝙ 40.dieb Goliath exprobrauit Israelitis,
quid faciebant Israelitę his diebus,s. An pugnabant.
Nam in his.40. diebus necesse est, quod fuissent mul
ti dies Sabbathorum,in quib. Hebræi ab omni ope-
re vacare debebant: quomodo ergo vacarẽt bellis?
Aliquis dicet, quod in his.40. diebus non pugnaue-
runt Israelitæ: quia, cum Goliath quotidie peteret
singulare certamẽ,expectabant Israelitæ, an aliquis
de eis esset,qui susciperet illud: ideo,quamquam es-
sent dies Sabbathorum multi in illis.40.diebus,non
impediebatur vacatio Sabbathi,cũ non pugnarent.
Respondendum est, quod,an Israelitæ pugnauerint
tunc in aliquo die Sabbathi, vel non: non potest hic
apparere:an tamen liceret eis pugnare in Sabbatho,
dicẽdum,quod sic: quamquam in hoc inter Iudęos
dubium erat. Aliqui enim dicebãt, quod nullo mo-
do liceręt pugnare in Sabbatho, nec aggrediendo,
nec defendendo; sed potius debebat quis permitte-
re se in manibus hostium,quàm pugnare defenden-
do se ab illis: sic enim fecerũt quidam tempore Ma- An licuerat Israelitis pugnatur in die Sabbathi.
chabæorum:quia,cum hostes concitauissent præliũ
aduersus eos,non respõderunt illis,quia erat in Sab-
batho,nec lapidem miserunt eis,nec opilauerunt lo
ca occulta,dicẽtes: Moriamur omnes in simplicita-
te nostra, & testes erunt super nos Cœlum, & Ter-
ram,ꝙ iniustè perditis nos. Et occisi sunt viri multi,
& fœminæ vsque ad mille animas. 1. Macha. cap. 2.

alij aũt Iudæi videntes hæc, dixerunt:ſi non pugnauerimus pro animab. noſtris aduerſus gentes, citius diſperdent nos à Terra, & cogitauerunt in die illa, dicentes: Omnis hõ quicunq; venerit ad nos in bello in die Sabbathorum pugnemus aduerſus eum,& non moriamur oẽs, ſicut mortui ſunt frẽs noſtri in occultis.e.c.Fuit aũt iſtud tpe Mathathiæ patris Machabæorũ. Ex eo aũt die manſit diſſinitio apud Iſraelitas,ꝙ ipſi nõ poſſent inuadere hoſtes in Sabbatho: poſſent tñ reſiſtere illis, ſi inuaderent: vnde dato,ꝙ Hebræi manifeſtè viderent, ꝙ inuadendo Hoſtes in Sabbatho facillimè ſuperarent, & inuadẽdo in alijs dieb.eſſet victoria impoſſibilis, nequaꝗ̃ inuaderent. De defenſione aũt ſecus erat:ſed adhuc illam nõ fecerunt, quia non crediderunt licere ſibi defendere ſe ab Hoſtib.qualitercũq;in Sabbatho; ſed ſolum defendere ſe ab eis,ſi actu bellũ afferrẽt.Nam ſi Hoſtes inuaderent Hebræos ad occidendum in Sabbatho, reſiſtebant Hebræi:ſi aũt non inuaderent eos,ſed facerent aliquas munitiones,vel machinas ad capiendum vrbes eorum, non licebat Iſraelitis defendere ſe,ſcilicet,deſtruendo machinas hoſtium:& iſto modo, quando Pompeius pugnauit contra Ariſtobolum ſummum Sacerdotem, & Regem Iudeorum, qui incluſus erat in Templo,non valentibus Romanis contra illum pugnare propter naturam loci cõſtruebant Machinas,& faciebant aggeres, ſed Iudæi illico eas comburebãt.Cum autem Romani ſic non præualerent in dieb Sabbathorũ,aggerẽ conſtruxerunt:quẽ ꝗ̃ꝗ̃ Iudęi viderent in malũ ſuũ eſſe,quia tñ Sabbathũ erat,non cõbuſſerunt illũ:& ſic capti sũt. De quo Ioſeph.14.antiq. circa principiũ inquit: ſed ſi nobis patriũ non fuiſſet ſeptima die vacare,nullatenus aggerẽ cõſtruere,Iudæis repugnantib. Romani potuiſſent: nam bellantib. & occidentib. reſiſtere Lex concedit: ſiquid vero aliud aduerſarij velint facere,nulla nobis datur licentia Sabbathis eos prohibere:quapp, non certantib.Iudęis,nec manus armãtib.Turres vel Machinamenta Romanis licuit fabricare:quib poſtero die vtebantur. Dato igitur,quod Iudęi obſeſſi eſſent ab hoſtib.& in Sabbatho viderẽt muros dirui,& vrbis portas exuri, non credebant ſibi licitũ eſſe reſiſtere hoſtib.quouſq; introirent in vrbem, & inciperent occidere aliquos de eis: iſtud tñ non habebant ipſi de lege Dei,nec eos tantum Deus aſtrinxerat ad Sabbathi obſeruationẽ, ſed cõi eorũ diffinitione,vel ſapientũ ſuorũ introductũ eſt.Iſraelitæ ergo,qui nunc erant in caſtris,non poterant aggredi Philiſthinos diebus Sabbathorum,etiam ſi crederent ſic eos faciliter ſuperare: ſi tamen aggrederentur Philiſthini illos, licebat Hebræis ſe defendere.Sciendum tamen,quod,quamquam liceret Iſraelitis iſta defenſio, ſi acies Philiſthinorum contra eos pugnaret,nõ licebat tamen Dauid,vel alicui de Iſraelitis congredi ſingulari certamine cum Goliath. Ratio differentiæ eſt:quia, quod Iſraelitæ pugnarẽt contra Philiſthinos,ſi aggrederent eos in Sabbatho, erat de neceſſitate ſalutis,quia alioquin oẽs faciliter necarent: ꝙ tñ ſuſciperet aliquis ſingulare certamẽ, non erat de neceſſitate,ſed ſpontaneũ: iõ nõ licebat contendere ſingulariter. *Derelinquens ergo Dauid vaſa, quæ attulerat*,ſ.Dauid iuit in caſtra, & quia nõ erãt ibi fratres eius,reliquit ea in caſtris, & iuit ad locũ certaminis,vt ibi cognoſceret de ſtatu fratrũ ſuorũ,& dicitur,ꝙ dereliquit vaſa,ſ.ea,q̃ portabat fratrib.& vocantur vaſa generaliter quæcunq; ſupellectilia, vel res,q̃ proficiunt ad aliquem vſum:& ſic panes,& polenta vocantur vaſa. Aliter põt accipi,ꝙ vaſa dicantur hoc ſacculus,vel id,in quo ferebat Dauid res traditas à patre,ſ.panes,polentam,& caſeos.*Sub manu cu*

F *ſtodis ad ſarcinas*, ideſt dereliquit illa in caſtris, ne ipſe iret onuſtus in locum belli: manebant enim in loco caſtrorũ aliqui viri ad cuſtodiendas ſarcinas omniũ bellatorũ:& de iſtis diffiniuit Dauid tpe ſuo, ꝙ haberent ęquã partẽ de præda cum illis,qui iuerãt ad bellũ,vt patet infra c.30. Aequa .n.pars erit deſcendentis ad præliũ, & remanentis ad ſarcinas: & ſimiliter ſpolia diuident.*Cucurrit ad locum certaminis*, i. ad locũ, vbi conuenerant acies Iſraelitarũ, & Philiſthinorũ ad pugnandũ. Vtriq;.n.erant de caſtris ad vallem, vt ibi pugnarent.*Et interrogabat ſi omnia rectè agerentur erga fratres ſuos*,i. inquiſiuit,an fratres eſſent ſani, vel quõ ſe haberent in bello,ſ.an eſſent ſtrenui viri. Nõ cõſtat aũt,an ipſe hæc quæſierit à fratribus,vel ab alijs,

G magis tñ credendũ eſt,ꝙ ab alijs hæc quęſiuit,ſ.quãtũ ad habitudinẽ belli,ſ.ſi bene pugnarent, vel non: tñ de ſalute eorũ, & cœteris euentib. ab eis interrogabat.Et iſtud,ꝙ hic dicitur,ſ.ꝙ quæſiuit,an agerentur rectè omnia erga fratres ſuos à fratrib. ſuis quæſitum eſt.Nam immediatè dicitur:cumq; ille adhuc loqueretur eis, ꝙ neceſſe eſt referri ad fratres ſuos, de quib.hoc agitur.Et ſic intelligendum eſt, ꝙ ꝑ iſta verba quærebat Saul à fratrib. ſuis de ſtatu eorum, & ſucceſſibus.*Cumque ille adhuc loqueretur eis*, i. cui maneret loquens apud fratres ſuos de ſtatu illorum.*Apparuit illi vir ſpurius aſcendens*, i. illa hora contigit aſcendere Goliath,qua loquebatur Dauid fratribus,eo,ꝙ Goliath ſolit⁹ erat quotidie bis venire ad caſtra Iſra-

H elitarũ,vt peteret ſingulare certamen. Vocatur aũt vir ſpurius,i. de illegitimo coitu natus. Hebræi aũt dñt ꝙ egrediebatur de intermedias acies, vt ſup.expoſitum eſt in principio,c. *Goliath nomine Philiſthæus de Geth*,ideſt erat iſte Philiſthæus de Vrbe Geth,quæ eſt vna de quinq; Metropolibus Philiſthinorum, patet Ioſue c.13.ſup 6.Nam ꝗ̃ꝗ̃ multæ aliæ ſint Vrbes,illę tñ ſolæ erant Metropoles, & Regales Vrbes, ſ. quia quælibet earũ habebat vnum Regem, qui denominabatur ab ea. *Ex caſtris Philiſthinorum*.Refertur ad illud participium,aſcendens, ſ. aſcendebat tunc Goliath de caſtris Philiſthinorum ad caſtra Iſrael, ſicut quotidie facere ſolitus erat, *Et loquente eo, hæc eadẽ verba*,i. loquebatur tunc Goliath illa verba, quæ loqui

I ſemper ſolitus erat, ſ. ꝙ daretur ei aliquis, qui cũ eo ageret ſingulare certamen.*Audiuit Dauid*, i. erat Dauid tunc cum fratrib. ſuis,interrogans de eorum ſtatu,& protulit Philiſthæus ille verba,quæ ſolebat ꝓferre,& Dauid illa audiuit. *Omnes autem Iſraelitæ cum vidiſſent virum,fugerunt à facie eius*,ſ.Goliath veniebat de caſtris Philiſthinorum,& ad locum,in quo conuenerant Iſraelitæ ad pugnandum,& aſcendens apud caſtra loquebatur:Iſraelitæ autem, qui erant in extremitate caſtrorum videntes virum illum apud ſe timebant, & fugiebant à facie eius: quia ſtatura eius erat omnibus terribilis: tantæ enim erat alitudinis ſicut duo viri mediocres ſimul: nam duo viri ſimul non habebant ſeptem cubitos de ſuis,ſed parum vltra ſex,& dimidium:Goliath autem erat ſex cubito-

K rum, & vnius palmi, ideo erat æqualis in altitudine duobus viris ſimul. Corporis autem vaſtitas correſpondebat longitudini, ideo omnibus admirandus erat, fugiebantque à facie eius. *Timentes eum valde*, ſcilicet, quia magnitudo eius,& aſpectus quotidianus incuſſerat eis magnum timorem. *Et hoc* eſt Dauid volebat Goliath, ſcilicet, quod timerent Iſraelitæ, & fugerent de acie propter eum. *Et dixit vnuſquiſpiam de Iſrael*, ideſt aliquis de Iſraelitis locutus eſt iſta verba,quæ ſequuntur coram Dauid.*Num vidiſti virum hunc,qui aſcendit?* Iſta dicebantur ad Dauid, quia ipſe erat nouus in caſtris,ſcilicet, quia tunc venerat,& illi,q aſtabant ſcientes,ꝙ ipſe nouus erat in caſtris

castris,& nesciret de aduentu cā Philisthęi narraue runt ei ad quid veniret ille Philisthæus, s. q̄ veniret ad exprobrandū Deū Israel. Et dicebant: Nunquid vidisti virū hunc, qui ascendit? q. d. Istę vir in contumeliam Dei Israel venit. *Ad exprobrandum.n. Deum Israel ascendit*, i. ad vilipendendum, vel dehonorandū Deum Israel venit. Dixerat.n Goliath, q̄ ipse exprobrabat agmina Israelitarū, vt patet, su. de Deo tñ Israel nihil dixit. Erat tñ tacitè istud in exprobrationē, & vilipendiū eius, quia, q̄ ille vir tot dieb. loqueretur improperia coram Israel, & nemo esset de Israelitis, qui ei auderet resistere, nec Deus eum puniret, contumelia magna esse videbatur Dei Israel, cuius erat populus iste: & Israelitæ retorquebāt hoc in Deum suum, existimantes, q̄ non solū esset ista contumelia ipsorū, sed et Dei sui; immo magis Dei, q̄ eorū. *Virū ergo, qui percusserit eum, ditabit Rex magnis diuitijs*, i. si aliqs ausus fuerit singulare certamen cū viro isto subire, & percusserit eū, Rex dabit ei magnas diuitias, s. quia liberat Israelitas ab obbrobrio. Hoc aūt Rex posuerat in edicto, s. q̄ quicunq; auderet congredi cū eo, susciperet illa, q̄ hñr hic. *Et filiam suam dabit ei*. Intelligit hoc de primogenita, qa Rex hēbat duas filias, s. Merob, & Michol, vt patet sup. c. 14. maior erat Merob, & istā dāda erat illi viro, q̄ pcuteret Philisthæū.

Licet non constet; credendum tamen est Saul posuisse edictum, quod daret filiam suam in vxorem vincenti Goliath singulari certamine. Q. XVI.

QVAERET aliquis. An istud esset verum, s. q̄ Rex posuisset edictum, q̄, quicunque occideret Philisthæum illū, acciperet filiam eius in vxorē. Rñdendū, q̄ non cōstat. An Saul posuerit istud edictū; credendū tñ est, q̄ posuerit, quia, si non posuisset, nō sciret populares, An Saul vellet hoc facere, iō nō dicerent, q̄ Rex daret ei filiā suam: oēs tñ dicebant ei sermonem hunc, ergo vr̄, q̄ Rex dixerat. Aliquis dicet, q̄ necessario concluditur, q̄ Rex hoc dixerit, qa sequenti c. dr̄, q̄ filia maior Saulis, quæ debebat tradi Dauid, data est Hadrieli Molathitæ, ergo videtur, q̄ illa obligata erat ei, vt fieret vxor eius: maximè cū litera dicta: Factū est aūt tp̄s, cū deberet dari Merob filia Saul Dauid, data est Hadrieli Molathitæ vxor. Ergo videtur, q̄ erat facta aliqua obligatio, vel pactū, pp quam obligatus erat Saul dare filiam suā Dauid. Rñdendū est, q̄ ex illo loco, nō patet, q̄ obligaretur Rex dare eam pro morte Goliath, sed, quia promisit eam specialiter dare, vt patet seq. c. nam dixit Saul ad Dauid: Ecce filiam meam maiorem Merob, ipsam dabo tibi in vxorem: tantūmodo esto vir fortis, & præliare bella Domini; Et quia sic fecit Dauid, tenebatur ei Rex dare filiam suam. De Michol et patet: nam, cū postea eam assumpsit in vxorem, accepit pro speciali promissione, s. pro cētū præputijs Philisthinorū, vt patet seq. c. Ex his ergo non apparet, q̄ Rex posuisset edictū de dando filiam suam ei, qui occidisset Philisthinū. Satis tñ dicendū est, q̄ posuerit, quia, si non posuisset nemo de populo sciret an Rex hoc vellet, &, si nescirēt, nemo auderet loq. *Et domum Patris sui faciet absque tributo in Israel*, s. omnis Israel soluebant tributum regib. nec erat ibi aliqua excusatio generositatis, iō, q̄q̄ Dauid esset de optima Tribu Israel, s. de Iuda, & veniret per lineam primogenitorum ipsius stirpis, tamen pater suus soluebat tributum, & sic de omnib. alijs Israelitis, præter leuitas, qui non erant obnoxij alicui tributo, eo q̄ non computabantur ipsi cum Israelitis, immo nec obligati erant ire ad bella: vnde iussit Deus ne computarentur inter bellatores, vt patet Nu. c. 1. vbi, cū com

A putati fuissent omnes Israelitæ per tribus suas viri fortes, qui poterant ad bella procedere, dictum est: Tribum Leui noli numerare, nec ponas summā eorum cum filijs Israel, sed constitue eos super tabernaculum testimonij. Si ergo Leuitæ non erant obligandi ad eundum ad pugnam, minus essent obligati ad tributa soluenda, quia maior est obligatio eūdi ad pugnam, & pugnandi pro prima, q̄ soluendi tributū alicui personæ; quia nemo potest obligari alicui Domino magis, q̄ patriæ: obligatio tamen soluēdi tributa est ad Dominum: obligatio pugnandi est ad patriam: ergo magis obligatur quis ad pugnādū, q̄ ad tributa: sed Leuitæ non obligabātur ad pugnā dum cum ceteris Israelitis pro patria: ergo nec obli

B garentur ad soluendum alicui tributa: reliqui autē tributum soluebāt, & hoc mō Domus patris Dauid tributaria esset, & ob hoc illi, qui astabant Dauid, dixerunt ei, q̄ Rex faceret sine tributo Domū Patris illius, qui pugnaret contra Goliath: quasi in hoc aliquid acquireretur Dauid: nihil tamen acquireretur, nisi Domus Patris suæ esset tributaria. *Et ait Dauid ad viros, qui astabant secum*. Hoc intelligitur de alijs viris, qui nō erant fratris sui: nam primo ipse steterat cum fratribus, & dederat eis, quę attulerat quærēs, an rectè ageret apud eos, deinde declinauit ad alios viros, à quib⁹ quæsiuit ista, quę hñr hic. Quod patet: quia infra dicitur, quòd, cū audisset Eliab frater Dauid maior loquentē eū cū alijs, iratus est contra Da-

C uid: ergo nūc non loquebaṫ ad frēs suos, sed ad alios.

Quare Dauid toties de edicto Saulis petijt. Quæstio. XVII.

QVAERET aliquis, Cum Dauid supra audiuisset, quid daturus esset Rex viro percutienti Goliath, quare rursus q̄rebat de hoc? Aliquis rñdebit, q̄ hoc idem erat, q̄ habetur hic, & q̄ habetur supra, nec fuit interrogatio duplicata. Sed dicēdū est, q̄ non stat: quia in prima vice Dauid nihil quæsiuit de hoc, quia ignorās erat eorum, quæ fiebant: sed q̄dam de populo ei hoc narrauit, vt patet supra. Nūc aūt ipse quæsiuit à circūstantib. vt patet hic: ergo nō erat vnica inquisitio, sed repetebatur idem. Item pa

D tet, quia, cū Dauid ista quæsierit hic respondetur infra, q̄ referebat ei populus hunc eundem sermonē: ergo iam istud dictum fuerat iterum. Item patet, qa infra dicitur, q̄, postq̄ increpitus est Dauid à frē suo, declinauit ab eo ad alium, & dixit eūdem sermonē, i. quæsiuit quid daretur viro, q̄ percuteret Goliath. ergo Dauid sæpe ista dicebat. Respondendum ē igitur, q̄ Dauid ista replicabat ex conditione amantis, quia, qui aliquid intense amat, vellet illud sæpe sibi repeti. Dauid aūt ardebat desiderio pugnādi cū Goliath, iō volebat sæpe audire, quæ darentur viro pugnanti. Aliter pōt dici, q̄ Dauid faciebat ista ex industria: desiderabat.n. pugnare cū Goliath, quia De⁹ mouerat eū ad pugnandū, & qa non esset sibi fas pu

E gnare, nisi Rex hoc iuberet, captabat modū, vt Rex iuberet ei pugnare. Et, quia ipse nō audebat cōparere corā rege petēs singulare certamē, qa iuuenculus erat, voluit, vt magis eū Rex introduci faceret ad se. Hoc aūt putabat euēturū, si frequētet apud multos de populo illa q̄reret. Et sic factū est, qa, cū plurimi audiuissent, introierūt ad Regē, & retulerūt ei đ Dauid, q̄ fecit eū ad se introduci, & sic habuit opportunitatē pugnādi. *Quid dabitur viro, qui pcusserit Philisthæū hunc*, i. q̄ p̄mia pponit ei Rex? Aliquis dicet, q̄ Dauid nimis desiderabat p̄mia, quę Rex pposuerat viro pugnanti; ideo volebat sæpe sibi repeti. Sed dicendum, q̄ non desiderabat nimis hæc: quin potius mouebatur cupidine pugnandi contra Philisthæum, vt ze-

lo patriæ: quia Deus eum inflammauerat, & non poterat habere istam opportunitatem, nisi hęc sępe quęreret, vt dictū est. *Et tulerit obbrobrium de Israel.* Erat .n. magnū obbrobriū Israelitis, ꝙ vir ille per 40. dies exiret, petens singulare certamē, & oēs fugerent ab eo, nec auderet quis pugnare cū illo, vnde ipse dicebat: Ego exprobraui agminib. Israel hodie, vt patet, supra, s. petendo singulare certamen, & nō inueniēdo. *Quis .n. est hic Philisthæus incircumcisus?* Hic Dauid dabat bonā spē Israelitis posse vinci Philisthęū, dicens, eū nō esse aliquid magnū, & ex hoc iudicabat se cōfidere, ꝙ posset pugnare contra Philisthæū: alioquin non spreuisset eū; quia nemini licet alterū spernere, nisi se ei æquiparari possit, aut saltē credat. Hanc aūt spē dabat Dauid Israelitis, vt sic incitarentur ad nunciādū hoc Sauli. Dixit aūt: Quis est iste incircūcisus? ad signandū improperiū: quia esse incircūcisū erat obbrobriū apud Iudæos: nā primū præceptū, ꝙ datū fuit generi Iudæorū, & ꝙ primo cōplebatᷓ in eis, atq; per illud ab alijs gentib. distinguebātur, erat circūcisio: iō reputabāt eā valde honorabilē: quęcūq; aūt incircūcisum scirent, pro contumelia hēbāt, & tanꝗ canē reputabant. Sic aūt Dauid vocauit Philisthæum canē, & incircūcisum. Hoc mō Ionathas filius Saulis, volēs maledicere Philisthinis, putauit nihil peius posse dici, ꝗ ꝙ erant incircūcisi. Vnde dixit ad armigerū suū: Veni transeamus ad stationē incircuncisorū horū, sup. c. 14. *Qui exprobrauit acies Dei viuentis,* idest maledixit illis, vel intulit eis obbrobriū. Dauid .n. præcipuè dolebat cōtumeliā Dei: erat aūt, quia Philisthæus ille maledicebat cultorib. Dei, qui in confidentia eius veniebant ad bellū, iō dixit Dauid, ꝙ ille Philisthæus non erat talis, qui deberet maledicere acieb. Dei viuentis, quia, ēt si nullus hō resistere posset illi, Deus tn̄ resisteret. *Referebat aūt ei populus hunc eundem sermonem,* i. oēs illi de populo, à quib. Dauid ista inquirebat, repetebant ei sermonē hūc, s. illū, quē supra audierat de filia Regis dāda, & de tollendis tributis. Ex quo patet, ꝙ Saul fecerat poni edictū, ꝙ darentur illa, quæ hn̄r, supr. viro, qui percuteret Philisthæū: alioquin non referret hoc totus populus: oēs tn̄ referebant idē, quia sicut primi hoc dixerunt, Dauid eo nō quęrente, ita, & secundi rn̄derunt idē, & oēs alij, ad quos declinabat. *Hæc dabuntur viro, qui percusserit eum,* i. ista, quę supra dicta sunt, dabūtur illi. *Quod cum audisset Eliab frater eius maior.* Iste erat primogenitus Isai, vt patet, supra in litera. Et hunc primo voluit vngere Samuel, vt patet præcedenti c. erat .n. iste vnus de trib fratrib. Dauid, qui erāt in bello. *Loquentem eum cum alijs,* s. declinauerat Dauid à fratrib. suis, coram quib. audierat ea, quæ darentur viro percutienti Goliath, & nunc quærebat ab alijs: non .n. audebat ista corā fratrib. suis proponere, quia putabat eos sibi aduersaturos, sed ab alijs inqrebat. *Iratus est contra Dauid,* s. quia vidit, ꝙ quęrebat, quid dare tur viro percutienti Philisthæum: & in hoc putabat eū velle pugnare cū illo, ꝙ erat super ætatē Dauid: iō irascebatur nimis, quia ad eū pertinebat curā agere pro Dauid, qui erat minimus fratrū suorū: *Et ait, Quare uenisti?* Ista sunt verba increpatoria, vt patet ex sequentib. Et hoc erat in Eliab, vt redire faceret Dauid in Domum patris sui ad custodiēdum Gregem, & desisteret ab insania, quam conceperat.

Quare Eliab petijt à Dauid fratre eius ad quid venisset. Quæstio XVIII.

QVAERET aliquis. Quomodo Eliab quæsiuit à Dauid quare venerat, quia ipse sciebat ad quid venisset? Aliquis fortè rn̄debit, ꝙ Eliab nondū

F viderat Dauid, vsq; tunc, & cū subito vidit, putauit eū deseruisse oues, & venisse ad videndū Bellū. Sic patet ex verbis ei⁹, s. Quare dereliquisti pauculas oues in deserto? ego cognoui superbiā tuā, qa, vt videres bellū, descendisti. Si aūt obijciatur, ꝙ iā steterat cum fratrib. suis, vt patet, sup. dicetur, ꝙ illud est per anticipationē positā. Sed dicendū, ꝙ non stat: quia, qn̄ venit primo Dauid in castra, non inuenit ibi fratres suos, & cōmendauit sarcinas custodi: ipse vero descendit ad locū certaminis, & locutus est fratrib. suis, vt patet, sup. Postea aūt dr̄, qūo q̄siuit ab alijs de Sermone hoc. Ergo iā steterat cū fratribus suis: & sic non posset hoc dicere Eliab, quasi ignoraret ad quid venisset Dauid. Item si Eliab ista diceret, ignorans cām
G aduentus Dauid, debuisset rn̄dere Dauid ad quid venerat, quia cā legitima, & necessaria erat, s. patris iussio: sed non rn̄dit hoc, sed dixit: Nūquid non verbū istud est? ergo vr̄, ꝙ Eliab non quęrebat ignorans, qa alioquin Dauid aliter rn̄disset. Dicendū igr̄, ꝙ Eliab sciebat ad quid Dauid venerat: quærebat tn̄ ista, qa iratus erat Dauid, vt haberet locū redarguendi eum. Sed adhuc pōt dupliciter intelligi. Vno mō: Quare venisti? s. de loco castrorū ad locū certaminis? Aliter qr̄ venisti, s. de Domo pr̄is mei huc? De primo est sensus, ꝙ Dauid venerat in locū castrorum, ferens sarcinas, & relictis illis ibi, iuit in locum certaminis, vt patet sup. Et de hoc increpabat eū Eliab, s. qr̄ venisset in locū certaminis. Faciebat aūt hoc ad intentionē
H suā, quia ipse putabat, ꝙ Dauid vellet pugnare cum Goliath, & ad hoc incitaretur, quia venerat in locū certaminis: si aūt mansisset in castris, nō vidisset Goliath, nec desiderasset pugnare ꝯ eū. Huic consonat, ꝙ dixit Eliab, s. cognoui superbiā tuam, quia vt videres prælium descendisti. Secundus sensus est, ꝙ venerit Dauid de Domo Patris sui ad portandū sarcinulas: & de hoc increpabat eū, q. d. ꝙ non venisset, vt cōpleret Patris iussionē, sed magis, ꝙ ipse se ingessisset ad veniendū, vt videret bellum. Et iste est sensus, quem intendit litera. Nam primus non consonat, cū dicatur immediatè? Quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto. Sed ad hoc nihil attinebat, ꝙ descendisset de loco castrorū in locū certaminis, sed,
I ꝙ venisset de Vrbe sua: ibi .n. deseruerat oues ī deserto. Eliab aūt hic quærens, non quærit quasi ignorās, sed quasi iratus: est .n. iratorū modus, ēt de notissimis dubitare, & quærere: hoc aūt faciunt, vt habeant radicē increpandi eos, quos volunt ex rn̄sione ad quęsita. Sic aūt dicebat Eliab, ꝙ, ꝗꝗ Dauid venisset ex pcepto: tn̄ increpādus erat, quasi ipse submouisset patrē, vt eū mitteret ad locū belli. *Et quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto?* Hoc dr̄ ad grauandū, q. d. Pater noster paucas oues habet, & eas in deserto reliquis: non tn̄ reliquerat eas Dauid incustoditas; quia supr. dicitur, ꝙ cōmendauit Gregem custodi, & ipse onustus abijt sicut pceperat ei Pr̄. Sed Eliab dicebat hoc,
K quia ꝗꝗ sciret Gregē custodiri: quia tamē Dauid volebat se excusare à custodia Gregis, & venire ad bellum: increpabat eum de hoc, quod desereret oues. *Ego cognoui superbiam tuam.* In hoc tāgit Eliab id, quod intendebat, s. ꝙ Dauid vellet pugnare cum Goliath, ꝙ erat quidam modus superbiæ in Dauid, cū super ætatem suam, & armorum experientiam hoc attentaret. Vel refertur superbia ad aliud, s. superbire est, cum quis, neglecto eo, quod sibi æquale est, ad maiora inhiat: sic aūt videbatur de Dauid, quia pastoralis cura ei cōsona, & æqualis erat, eo, ꝙ se in hoc à iuuētute: immo à pueritia exercuerat: ire aūt ad bellum maxime pugnare cū Philisthino, aliquid erat nimis inęquale ei, iō superbia erat, ꝙ, deserto Grege, ad bellū cōtēderet. *Et nequitiam cordis tui.* Neqtia est inigtas, & acci-

& accipitur pro quadam aſtutia ad malum, cũ quis A
male agens ſub probitatis colore, illa velat. Sic autẽ obijciebat Eliab contra Dauid, ſcilicet, quod, quam quam ipſe in Bellum deſcẽdiſſet, ferens ſarcinulas, tamen non ideo venerat, vt ferret ſarcinulas, ſed vt videret bellum, & ob hoc ſubmouerat patrem procurans, quod mitteretur in caſtra. *Quia, vt videres prælium deſcendiſti*, ideſt ego ſcio, ꝙ non veniſti principaliter ad ferendũ ſarcinas, ſed magis motus es, vt videres prælium. *Et dixit Dauid? Quid feci*. q. d. id, ꝙ egi? nõ eſt malũ, quia venerat Dauid obediens iuſſioni Patris, nec ipſe procurauerat aduẽtũ, q̃q̃ hoc conſideraret frater eius. *Nunquid non verbum eſt?* q. d. nunquid iſtud, ꝙ ego dico, non eſt verbũ ſolũ; ſ. verbũ eſt, & nõ res. Hic rñdet Dauid directè ad ea, quæ intẽdebat Eliab B
frater eius: q̃q̃. n. increparet eum, ꝙ deſeruiſſet oues, tñ principaliter increpabat, quia putabat, ꝙ vellet pugnare cũ Goliath: Dauid aũt rñdit: Nunquid non verbum eſt? ſ. iſtud, de quo me arguis, non eſt res, ſed ſolũ verbũ, de quo non eſt dignũ me argui? q. d. ego nõdũ pugno cũ Goliath, nec ad illud me offero: nã pro hoc redarguendus eſſem, ſed ſolũ inquiro de p̃mio eius, qui pugnauerit: & hoc ſolũ verbũ eſt, ideo non ſum redarguendus. *Et declinauit paululum ab eo ad alium*. i. cũ vidiſſet Dauid, ꝙ increpuiſſet eũ durè frater eius declinauit ab eo: nam adhuc tenebat eũ deſideriũ pugnandi contra Goliath, & quia frater eius impediſſet eũ, ſi mãſiſſet apđ eũ, declinauit ab eo ad alios de populo. *Dixitque eundem ſermonem*, i. Dauid di- C
xit ſermonem, quem ſolicitus erat dicere, ſ. quid daretur pugnanti contra Goliath: hoc aũt crebro repetebat, quia pugnandi cupidine ſuccenſus erat, præcipuè aũt, quia per hoc volebat innoteſcere regi, ꝙ ipſe pugnaret. *Et reſpondit ei populus verbum, ſicut prius*, i. reſpondit ei illud verbũ, ꝙ prius dixerat, ſ. ꝙ talia, & talia darentur pugnanti contra Goliath: omnes enim populares idem rñdebãt, quia edictum Regis fuerat per omnia caſtra, & omnes ſciebant quid dandum eſſet viro, qui pugnaret contra Goliath.

Audita ſunt aũt. Hic ponitur tertiũ, ſ. Ipſius Dauid conflictus, & ponitur hic primo belli apparatus, ſcilicet, qũo Saul acceptauerit Dauid ad pugnandũ, & cũ illuc miſerit. Et dr̃. *Audita ſunt autem verba, quæ locu-* D
tus eſt Dauid. ſ. audita ſunt ꝑ oĩa caſtra, quia ipſe declinabat ad plurimos, & apud oẽs inquirebat, quid daretur viro pugnãti: & dicebat: Quis eſt hic Philiſthe⁹ incircunciſus, qui exprobrauit acies Dei viuẽtis? Et in hoc oẽs Iſraelitæ cognoſcebant aĩoſitatẽ eius, & deſideriũ pugnandi, & hęc audita ſunt, i. innotuerũt per oĩa caſtra. *Et annunciata in conſpectu Saul*, i. annunciata fuerunt Sauli, qũo Dauid diceret talia, & talia. Et hoc erat, ꝑꝑ ꝙ Dauid ſæpe repetebat eundẽ ſermonem: nam alioquin non fuiſſet cognitum Sauli de eo. *Ad quem cum fuiſſet adductus*, ſ. Dauid ductus fuit añ Saulem, quia ipſe iuſſit, ꝙ duceretur coram eo ille, q dixerat hæc. *Locutus eſt ei*, ſ. Dauid locutus eſt Sauli. Quod patet, quia iſta verba, quæ ſequuntur, ſunt Da E
uid, & non Saulis. Primo tñ intelligendũ eſt, ꝙ aliqd quæſiuit Saul à Dauid, quia iſta verba Dauid nõ ſũt nimis conſona inchoationi ſermonis: potiſſimè cũ in eis fiat relatio alicuius præcedentis. Intelligendũ eſt ergo, ꝙ alia dicta fuerunt: ſcriptura tñ ſubticuit. *Non concidat cor cuiuſquam in eo*. Hic tollit Dauid timorem Saulis: erat. n. Goliath ſtatura procerus, & robore famoſiſſimus ſuper oẽs viros tꝑe illius: & ob hoc Saul, & oẽs timebant. Dixit Dauid: non cõcidat cor cuiuſquam in eo, i. non cadat cor alicuius viri ꝑꝑ illum. Quod cor concidat eſt, ꝙ ceſſet aĩoſitas. Cũq. n. quis ad aliqua ſe ſufficientem credit, eleuatur cor illius, cùm verò ineptũ ſe putat ad illa, cadit animus

eius, & timet quaſi ſuccũbens: & hoc eſt concidere. Dicebat aũt, ꝙ non concideret cor in eo, i. inuidendo illi, ſ. q̃a, q̃q̃ terribilis eſſet, tñ ipſe auderet pugnare contra eum. *Ego ſeruus tuus vadam, & pugnabo aduerſus Philiſtheum*, ſ. ſi nullus alius eſt, qui pugnare velit contra eum, ego ibo, & pugnabo. non. n. debet quiſquam timere illum. *Et ait Saul ad Dauid*. Hic rñdit Saul aliqualiter hoc excuſans, quia videbatur ei Dauid ad hoc inſufficiens. *Non vales reſiſtere Philiſthæo iſti, nec pugnare aduerſus eũ*. Duo dixit Saul, & ad vtrũq; reputauit Dauid inſufficientem: Philiſtheus nãq; petebat quotidie ab Iſraelitis ſingulare certamen, & quia nemo erat, q acceptaret illud, erat obbrobriũ magnũ Iſraelitis. Si quis verò de eis pugnauiſſet contra Goliath, & occideret eum, vel ſaltem reſiſteret ei, ita, ꝙ Goliath non poſſet eũ ſuperare, auferebatur obbrobrium Iſraelitarũ; ſed ad neutrũ horũ reputabat ſufficiens Dauid, ſ. quia nec erat maior viribus Goliath ad hoc, ꝙ percuteret eum, nec erat æqualis ad hoc, ꝙ reſiſteret illi, ne vinceretur ab eo, iõ dixit Saul: Nõ vales reſiſtere Philiſtheo iſti, i. nõ potes defendere te ab eo, repugnãdo illi, nec pugnare aduerſus eũ, i. nõ potes pugnare ad expugnandũ ipſum, & occidẽdũ. *Quia puer es*, i. es in ætate parua: & ob hoc deficis in duobus, ſ. in robore, ꝙ requiritur ad Bellũ, & in experientia pugnandi, quę nimis cõfert: hoc aũt ſignauit Saul inquantum poſuit duo oppoſita, ſ. robur, & experientia armorum in Philiſtheo, dicens: Hic autem vir pugnator eſt, ab adoleſcentia ſua.

Quare Saul dixit Dauid, quod non poſſet reſiſtere Goliath, cùm ſciret eum virum bellicoſum. Quæſtio. XIX.

QVAERET aliquis. Quare dixit Saul, ꝙ non poſſet Dauid pugnare cõtra Philiſtheum? quia ſciebat eum virũ bellicoſum: ꝙ patet, quia cũ dictũ ẽ Sauli, ꝙ adduceretur ad eũ Dauid, dictũ fuit: Vidi filiũ Iſai Bethlehemitẽ ſciẽtẽ pſallere, & fortiſſimũ robore: & virũ bellicoſum præcedenti c. ſed ẽt ſtete rat Dauid cũ Saule: ergo cognoſcere poterat, ꝙ vir bellicoſus erat: nã & armigerũ ſuũ eũ fecerat præcedenti c. Rñderi poſſet, ꝙ Saul audiuit Dauid eſſe virũ bellicoſum, & vidit eũ bonę indolis, iõ credidit, ꝙ ad præclara facinora aptus eſſet: quia tñ adhuc erat teneræ ætatis, credidit, ꝙ nondũ ſufficeret ad opera dura, ſed, cũ perueniret ad virilis ætatis robur: nunc aũt non dixit Saul Dauid, ꝙ ſimpliciter erat ineptus ad pugnandũ contra Philiſtheum, ſed, ꝙ nõdũ erat aptus, quia puer erat: ſi tñ ad ætatem virilẽ veniſſet, eſſet ſufficiens ad hæc. Aliter rñderi põt, ꝙ Saul dixit iſta, quia non cognoſcebat Dauid: ſi aũt cognouiſſet, non dixiſſet. Quod aũt non cognouerit, patet; quia infra dr̃, ꝙ eo tꝑe, quo vidit Saul egrediẽtẽ Dauid ad pugnandũ contra Philiſtheum, ait ad Abner: De qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcens? ergo nõ putabat eum eſſe Dauid, quia alioquin ſciuiſſet de qua ſtirpe erat, cũ patrem eius ſciret c. præcedenti, & dñt iſti, ꝙ iõ Saul iſta dixit, quia nõ cognoſcebat Dauid: ſi aũt cognouiſſet eũ putaſſet illũ ſufficientẽ ad Bellũ, & non dixiſſet hæc. Sed adhuc non ſtat hoc, quia, ſi Saul putauiſſet Dauid eſſe aptũ ad pugnãdũ cum Philiſthino, non remiſiſſet eũ ad patrẽ ante pugnã hanc, vel, ſi remiſiſſet nunc denuo eũ reuocari iuberet, vt pugnaret contra Philiſtheũ, ſed non fecit vocari: iõ putabat eum eſſe inſufficientẽ: & ſic licet cognouiſſet, ꝙ ille erat Dauid, dixiſſet ei, ꝙ erat inept⁹, quia erat puer. Dicẽdũ ergo, ꝙ Saul iſta dixit Dauid, quia, cum vidiſſet eum puerilis ætatis, ideſt nõdum perueniſſe ad maturitatẽ iuuenilem, credidit eum ineptum ad pugnandum.

Quare Saul permisit Dauid pugnare, cum non crederet ipsum potentem resistere. Quæstio XX.

QVAERETVR vlterius, Cum Saul dixerit hic Dauid, quod non poterat pugnare contra Philistheum, nec resistere illi, quare permisit ei, ꝙ pugnaret? Respondendum est, ꝙ Saul non dixit ista, tanquam asserens, ꝙ Dauid nequaquam posset pugnare contra Philistheum; sed dixit timendo. id .n. quod quis cupit, facit eũ solicitum esse, & timere: qa tamen vidit animositatem magnam Dauid, qui se libenter obtulit ad pugnandum, quasi petens sibi cõcedi istud certamen: aliqualiter confidens concessit, ꝙ pugnaret: potissimè qa Dauid induxit hic probationem roboris sui magni, ſ. quia sępe ipse pugnauit contra Leonem, & Vrsum, & suffocabat eos, eruebatque pecora de ore eorũ non poterat tamen maior esse animositas Philisthini, quã animositas Leonis, nec robur eius maius robore Leonis, & Vrsi, qui ergo præualuit contra Leonem, & Vrsum, præualere posset contra Philistheum illum, & sic cõclusit Dauid: erit igitur Philistheus hic incircuncisus, quasi vnus ex his. In his autem, quæ dicebat Dauid, non mentiebatur. Aliqui quoque huius rei conscij erant in castris, ideo animositati eius fides adhibita est, & concessum fuit, vt pugnaret.

Quare Saul permisit Dauid pugnare, quamuis videret eum inexpertum in armis. Quæst. XXI.

QVAERETVR vlterius, Cum Dauid induit se armis Saulis, & non potuit incedere, quomodo Saul concessit ei, ꝙ pugnaret; quia hoc derogabat omnibus, quæ dixerat Dauid: nam licet ipse dixisset, ꝙ erat tanti roboris, ꝙ occidisset Leonem, & Vrsum, cum nunc videretur, ꝙ non posset armatus incedere, deberet credi, ꝙ falsũ dixisset, & ꝙ non esset ad bellum aptus. Respondendum est, ꝙ hoc nõ derogabat præcedentibus: nam Dauid solum probauerat animositatem suam, & vires, eo, ꝙ cõtra Leonem, & Vrsum sæpe pugnauerat; expertum tamen se in armis non dixerat: ideo, quamquam robustissimus esset, cum non fuisset assuetus armis, non poterat prima vice in eis aptè moueri: nec ob hoc turbatus est Saul, quia cuilibet viro experto in armis cognitum est, ꝙ, si quis sit ineptus armorum, etiam si robustissimus sit, non potest faciliter arma mouere. Itẽ fuit Saul motus, vt, hoc non obstante, concederet Dauid pugnare, quia Deus inspirauerat ei, vt concederet. Et hoc aliqualiter significatur, cũ dicitur infra dixit Saul ad Dauid. Vade, & Dominus tecũ sit. Item dato, ꝙ non fuisset inspiratus à Deo, concedere debuisset Dauid, ꝙ pugnaret: quia ex hoc proficere poterat status Iudæorum; deteriorari aũt nequibat: nam, si Dauid præualeret contra Goliath exaltarẽtur Iudæi, sicut factum est: si aũt præualeret Philistheus, ex hoc non fiebat peior eorum conditio, qa sicut à principio si nullus peteret singulare certamẽ in acie, pugnandum erat: ita, si Dauid succumberet, restabat Israelitis, vt ipsi in acie contra Philisthinos pugnarent: non ergo erat inconueniens mitti Dauid ad pugnandũ, etiam si non consideretur, quod præualere posset contra Philistheum. *Hic autem vir bellator est ab adolescentia sua*, ſ. Philisthæus iste. In hoc signãtur duo, ſ. robur, & experientia Belli: robur quidem, quia dr̃, ꝙ erat vir: experientia verò Belli erat, quia dr̃, ꝙ erat bellator ab adolescentia sua. In Dauid aũt neutrũ horum erat, quia puer erat, & ob hoc viribus carebat, & experientia belli deficiebat. *Dixitq; Dauid ad Saul.* Respondet hic Dauid ad ea, quę

F obijciuntur, dicens, ꝙ, q̃q̃ puer esset ætate, tamen robustus nimis erat: & ad hoc inducit exempla de Leone, & Vrso, contra quos sæpe pugnauit. Est aũt ista probatio conueniens: quia propter alterum duorũ Philistheus excederet Dauid, scilicet, vel propter robur, vel propter animositatem. Probat autem vtrũque sibi inesse potius, quàm Philisthino: si enim Dauid diceret se solum esse robustissimum, adhuc non sufficienter respondebat, quia aliqui sunt robusti nimis, & tñ nõ sunt aĩosi, & isti ad bellum apti nõ sũt. Dauid ergo vtrũq; probat, ſ. robur, quia, ꝙ maius robur esse pōt, q̃ viribus Leonem, & Vrsũ suffocare, animositatẽ quoq; probat, quia nulla maior esse pōt, q̃, ꝙ quis his bestijs se opponat, immo super animo-

G sitatẽ virilem hoc est. *Pascebat seruus tuus Patris sui Gregem.* Hoc introducitur ad significandũ, qũo ipse habuit opportunitatẽ, vel qũo erat verisimile, ꝙ occidisset Leonem, & Vrsum, & dr̃, ꝙ hoc erat, quia pascebat Gregẽ, & ĩ Pascuis, vt liberaret Gregẽ, pugnabat contra Leones, & Vrsos. Pascebat .n. Dauid Gregẽ anteq̃ ductus esset, vt psalleret coram Saule præcedenti c. postea quoq; cũ redijt ad patrẽ suũ de Domo Saulis, pauit Gregẽ, vt supra in littera. *Et veniebat Leo, vel Vrsus*, ſ. ad accipiendũ aliquod pecus: nam in terra Chanaã sunt multi Leones, & Vrsi, atq; animalia fera hmõi, quia terra illa calida est, & ibi nutriuntur talia: est quippe pro maiori parte in tertio climate, & sic, qñ Dauid pascebat Gregem, veniebãt ad eũ

H interdum Leones, & Vrsi, vt raperẽt Gregẽ. Sic aũt erat de Eliseo, qñ ipse ascẽdit in Bethel: nam pueris irridentib⁹ eũ, & dicentibus, Ascende calue, maledixit eis, & egressi sunt de saltu duo Vrsi, & lacerauerũt 42. pueros infra 4. li. c. 2. *Tollebatque arietẽ de medio Gregis*, ſ. interdũ arietẽ, & interdũ alia pecora, sicut accidebat. Et dr̃ de medio Gregis, i. de Grege; nam non intelligitur, ꝙ semper Leo, & Vrsus acciperent arietem, vel aliud pecus de medio Gregis: imo fortè nũq̃ accipiebant de medio, sed de extremitatibus. *Et persequebar eos*, ſ. cũ portarent arietem, vel aliud aĩal: & in hoc significatur maxima aĩositas, & confidẽtia Dauid: quia pro re parua exponebat se magno periculo: nam, si Leo, vel Vrsus persequeretur Dauid, &

I ipse defensurus se opponeret Leoni, non erat aliq̃d magnũ, quia timor eũ ad hoc impelleret, ꝙ ẽt interdũ superaret q̃q̃ admirabile, non tñ nimis erat, quia naufragio vires suggerit ipse timor: quia tñ sine aliqua cã impellente pro solo raptu pecoris Dauid aggrederetur Leonẽ, nimia aĩositas erat, & confidẽtia, quasi de facili victoria. Sufficienter ergo in eo probatur aĩositas. *Et percutiebam*, ſ. Leonem, & Vrsum. Accipitur hic percutere pro quacũq; vulneratione, & non pro occisione, qa infra dicitur de occisione, sed ad percussionẽ quantũcũq; leuem mouebatur Leo, vel Vrsus, & persequebatur Dauid percutientem deferens pecus. *Eruebamque de ore eorum*, idest accipiebã adhuc aĩal viuens de ore Leonis, vel Vrsi, & reduce-

K bam ad Gregem. Dicitur aũt de Leone, & Vrso specialiter, non ꝙ non pugnaret contra alias feras, sed, quia istę sunt ferociores, de alijs ergo subticuit. *Et illi consurgebant aduersum me*, ſ. Leo, & Vrsus: nam cum Dauid percuteret eos, relinquebant pecora, & insurgebant in Dauid, fiebatque pugna. *Et apprehendebam mentum eorum*, idest accipiebam Leonem, & Vrsum pro maxilla: in hoc enim significatur adhuc maior animositas Dauid, & robur: nam, si ipse armatus ferro processisset contra istas Beluas, potuisset eas facilius occidere, essetq; aliqua spes occidendi non tangẽdo ea manib. sed, ꝙ nudis manib. & prors⁹ inermis se illis opponeret, erat quid acerrimum, & inditiũ admirandi roboris, atque animositatis stupendæ. *Et suffocabam,*

bam,interficiebamque eos,scilicet Leonem,& Vrsum:& hoc,quia stringebam guttura eorum,& cogebam illos expirare. Vel lacerabam ora eorum,appræhendens per vtrumque,scilicet superiorem, & inferiorem mandibulam.

Quomodo Dauid potuit esse tantarum virium, vt interficeret Leonem,& Vrsum. Quæstio XXII.

QVAERET aliquis. Quomodo Dauid poterat esse tātarum virium,vt occideret Leonem,atque Vrsum: aut saltem qūo tātæ animositatis erat, vt se illis opponere auderet? Aliquis respondebit,ꝙ satis potuit esse Dauid tantarum virium,vt Leonē, Vrsumque occideret. Nam alij ante eum hoc fecerunt,sicut patet de Samsone, qui,cum iret in Tanatha,egressus est Leo obuiam illi,& ipse apprehendēs dilacerauit eum,quasi hædum, nihil omnino habēs in manu,vt patet Iudi.c.14. simile etiam accidit tpe Dauid: nam Banaias vnus de viris Dauid percussit duos Leones in Terra Moab: & iterum descendit in Cisternam Leonis,& occidit Leonem vnum, vt patet infra 2.li.c.23. Aliquis respondebit, quòd Dauid hoc faciebat virtute Dei operante per eum, viribus autem suis ad hoc non suffecisset: sic enim erat, quod inductum est de Samsone: nam ipse non habebat naturaliter vires excellentissimas super alios homines,sed specialiter à Deo. Quod patet,quia detōsis crinibus eius non habuit vllas vires ad defendendum se à Philisthinis,sicut prius,vt patet Iudi.ca.16. si tamen vires fuissent in eo naturaliter, siue habuisset crines,siue tonsi fuissent, semper habuisset vires. Item,quando occidit Leonem,non fecit hoc virib⁹ suis, sed quia specialiter in eo irruit spiritus Domini,vt patet Iudi.ca.14. De Dauid, ergo aliquis sic dicet,quod spiritu Dei ista agebat,& aliter facere non poterat. Sed hoc non stat, quia alij similia fecerunt, sine virtute supernaturaliter data: sicut patet de Banaia,qui erat vnus de viris fortibus Dauid, & occidit tres Leones,vt patet infra 2.li.c. 23. illud tamen fuit naturali robore, quia ille non legitur fuisse aliquis vir sanctus, nec spiritum Dei venisse in ipsum; sed solum computatur,vt vir robustus: poterat ergo Dauid similiter habere robur, vt posset occidere Leonem,& Vrsum naturali robore. Respondendū est,quod Dauid vtroq; modo poterat habere robur ad occidendum Leonem,& Vrsum .s. supranaturaliter,vel ex Natiuitate. Sed tunc dicetur, quis mod⁹ horum verisimilior est? Respondendum est, quod primus est verisimilior,s. quod istud robur inesset sibi miraculosè per spiritum Dei. Et hoc patet, quia à die,in qua vnctus est, venit super eum spiritus Domini,& directus est in eo,vt patet præcedenti c. hoc autem intelligitur de spiritu roboris, vt ibi declaratum est, & ex illo tempore Dauid pugnauit contra Leonem,& Vrsum, & alias feras. Prius autem non est credendum,quod hoc fecerit.

An Dauid peccaret laudando se de robore suo. Quæstio. XXIII.

QVAERETVR vlterius, Cum Dauid haberet istud robur supernaturaliter, An peccabat dicendo se illud habere, & cum diceret se habere, quia non dicebat, quod habebat ex Deo, sed quasi ex semetipso. Aliquis dicet,quod peccatum erat, qa illi,qui aliquid eminens à Deo recipiunt,debent humiliari,& subticere illud: qui autem illud reuelat,videtur iactare se de eo,ꝙ suscepit:& hoc superbia est. Respondendum est,ꝙ Dauid non peccauit, dicen-

A do se esse robustum,& quod occiderit Leonē,& Vrsum;quia,cum ista à Deo suscepta essent, non debebat de eis superbire, nec in vanum ea propalare, cū tamen vtile foret ea proferri, proferenda erant. Sic patet de Beato Paulo,qui susceperat altissimum donū.s.ꝙ raptus est vsq; in tertiū Cęlū, & vidit Archana,quæ non licet hoī loqui s.diuinam essentiam: & tñ hoc subticuit.14.annis: cū verò vtile fuit illud reserari ad vtilitatē Ecclesiarū disputando contra falsos Apostolos,illđ ꝓtulit,vt patet 2.ad Corin.ca.12. Non reuelauit tamen immediatè, vt suscepit, sed post 14.annos,innuens,quod,si non se obtulisset casus, in quo vtile foret talia declarari, nunquam illa protulisset: alioquin si sine causa liceret illa referri

B à principio,prodidisset illa. Sic fuit de Dauid, qui,q̄quam spiritum roboris à Deo susceperit ex die,qua vnctus est,tñ nunq̄ hoc retulit, nec se fortitudinem hr̄e dixit vsq;ad diem,qua pugnandū fuit cōtra Goliath:hoc aūt,quia iam cā suberat: nam arguebatur contra eū,ꝙ iuuenis esset,& pauci roboris. Philisthe⁹ aūt esset vir robustissimus, & quia si non respōdisset se magnas habere vires,non fuisset admissus ad pugnandū contra Goliath, oportuit ipsum hoc reserare,dicens se esse robustissimū:& ꝙ aliqñ Leonem,& Vrsum occiderit:hoc aūt erat ad gloriam Dei,& ad vtilitatem populi Hebræorū, ideo licitū erat referri. Sed tunc dicet aliquis,cū Dauid hr̄et à Deo istam fortitudinem, quare non confessus est,se illa habere à Deo, sed sic ista dixit,quasi à se haberet fortitudinē: Rñdendum est,ꝙ Dauid dixisset hoc se habere à Deo;tñ nō expediebat: nam,si robur esset aliquid,ꝙ nō posset haberi,nisi supernaturaliter,sicut spūs Prophetiæ,vel similia,& Dauid debuisset ista de se confiteri,diceret,ꝙ à Deo habuerat:erat tñ robur aliqd, ꝙ tā supernaturaliter,q̄ naturaliter haberi potest,& cōius habetur naturaliter, q̄ miraculosè: ideo non fuit necesse exprimi,ꝙ habuisset à Deo,qa forte hoc non crederet Saul. Rursus aūt erat conueniēti⁹ hoc subticeri: nam,si dixisset Dauid, quod acceperat à Deo fortitudinem,mai⁹ de se dedisset dubium, quia nesciretur,qu omodo à Deo habuisset robur: ideo difficilius crederetur. Erat etiam aliud inconueniēs,

Quare Dauid non dixerit, se habere istam fortitudinē à Deo.

C

D & maius, quia,si Dauid confessus fuisset, ꝙ habebat robur à Deo, coactus fuisset exprimere modū, quo habuisset:erat autem modus, scilicet, quod spiritus Domini direct⁹ fuit in eo à die, qua vnctus est in Regem,& eadem die recessit à Saule, & arripuit eū spiritus Domini malus,vt patet præcedenti cap. Si autem hoc confiteretur,occideret eum Saul, & etiam Samuelem,quia vnxerat eū. Si autem voluisset Dauid exprimere alium modum,mentius fuisset, ideo non expediebat, quòd confiteretur se accepisse hoc à Deo,sed sub silentio præteriret solum,dicens se esse robustum. *Nam Leonem, & Vrsum interfeci ego seruus tuus.* Hoc dicit ad determinatam probationem,quia supra dicebat,ꝙ interdum eruerat de ore Leonis,&

E Vrsi Arietē, vel ouem: & pugnabat contra Leonē, & Vrsum:hic autem exprimitur, quod non solum pugnauit,sed etiam interdum contingit, quod occideret Leonem,& Vrsum:& iam aliquos eorum occiderat. *Erit igitur, & Philistheus hic incircumcisus quasi vnus ex his*,idest sicut potui occidere Leonem,& Vrsum,ita potero occidere istum Philistheum:quia nō erit iste Leonibus fortior,aut animosior. Et est sensus: erit sicut vnus ex his, idest quamquam sit robustissimus vir: ad plus erit sicut vnus Leo, vel Vrsus. Sed ego occidi Leonem,& Vrsum: ergo potero occidere istum sicut vnum ex illis. *Nunc vado, & auferam obbrobrium populi*, idest, ibo ad pugnandum cum Philistheo, & occidam: & tunc auferam obbro-

brium populi,ſcilcet,quia ille veniebat quotidie bis ad caſtra Iſrael,petens ſingulare certamen, & hoc erat magnum obbrobrium totius populi, cum nemo auderet illud ſuſcipere: nūc aūt Dauid ſuſcipiēte illud,ſi ſuccumberet Philiſtheus,erat ablatum obbrobrium:& quia Dauid cōfidebat ſe poſſe illū vincere,dixit: Auferam obbrobrium populi. *Quoniam quis eſt iſtus incircuncifus?* In hoc Dauid innuit non eſſe timendum Philiſtheū,quia ipſe erat.i.non erat talis, qui poſſet obbrobrium inferre exercitui Dei, Vocat aūt eum incircumciſum ad vituperium,& ad male dictionem,quia incircūciſio erat vituperabile quid apud Hebræos;& eo tp̄e, quo Iſraelitæ manebāt in circuncisi erant exprobabiles. Sic dr̄ Ioſue ca. 5.nā oēs Iſraelitæ nati in deſerto,per 40.annos incircunciſi erant, & quando in introitu terræ Chanaam circuncidit eos Ioſue,dixit:Deus hodie abſtulit obbrobrium Aegipti à vobis,ſ. quia hodie circunciſi eſtis. *Qui auſus eſt maledicere exercitui Dei viuentis,* i. iſte Philiſtheus auſus fuit inferre obbrobrium,& maledictionem ſuper Iſraelitas, quia non dabant illi aliquē virum,qui congrederetur, cum eo ſingulari certamine,ſed hoc erat ſuper vires illius;quia,cum Iſraelitę eſſent exercitus Dei, Deus defenderet illos:|intelligit ergo Dauid,ꝙ ex eo, ꝙ Philiſthinus iſte auſus eſt maledicere exercitui Dei,tradet eum Deus in man⁹ eius,quia contra Deum locutus eſt,& dr̄,ꝙ erat Iſrael exercitus Dei viuentis:in quo innuit Dauid,ꝙ habebat robur ad vindicandum ſe de hoſtibus ſuis: & dicitur ad differentiam Deorum Gentilium, qui erant Dij mortui,eo,ꝙ erant lapides,& ligna; iō non habebant vires adiuuandi cultores ſuos,ſicut patuit de Dagon Deo Azoti, qui corruit coram Arca, & fracti ſunt pedes eius,& palmæ,& caput quando introducta eſt Arca Domini in Templum eius, vt patet ſupra c. 5. Si autem fuiſſet Dagon Deus viuens, potuiſſet ſe defendere à quocunque volente nocere:Deus autem Iſrael erat Deus viuens, quia operabatur mirabilia,ideo poterat defendere cultores ſuos,& ſic nominari exercitum Dei viuētis. *Et ait Dauid.* Poſtquam poſuit,ꝙ Philiſtheus ille aggreſſus fuerat aliquid ſupra vires.ſ.maledicere exercitui Dei viuentis,quia Deus viuens ſeipſum defenderet, & cultores ſuos,ponit qūo ipſe nomine huius Dei viuentis poterit occidere Philiſtheum illū, dicens, ꝙ Deus liberabit eum. *Dominus, qui eripuit me de ore Leonis,et de manu Vrſi*, ſ. quando ego pugnabam contra Leonem,& Vrſum in Paſcuis,Deus liberauit me ab his, ideo ita liberabit à robore Philiſthei. Et dicitur hic de ore Leonis ad ſignificandū atrocitatem eius magnam,quæ eſt in deuorando: & dicit de manu Vrſi ad ſignificandum robur illius,ꝙ eſt in brachijs,quib. omnia confrigit. *Ipſe liberabit me de manu Philiſthei huius.* Eſt argumentum à fortiori,quia Philiſtheus non erat Vrſo robuſtior,nec Leone ferocior: qui ergo liberauit de manu Vrſi,& Leonis: liberabit quoq; de manu Philiſthei.Satis tenet argumentū, quia ꝙ De⁹ liberaret Dauid de poteſtate Philiſthini dependebat à duobus.Primum erat.An Deus poſſet liberare,ſecundum.An vellet.De potentia patet,quia,qui liberauit de manu Vrſi, & Leonis, poterit liberare de manu Philiſthini, cū illi eſſent Philiſthino robuſtiores,atque ferociores: ideo bene arguitur, quantū ad hoc,Quod autem Deus vellet eum liberare, etiā patet,quia voluntas Dei ſummè rationabilis eſt. Sed Deus ſæpe liberauit Dauid de manu Leonis,& Vrſi cū ſolum res verteretur ſuper vno Ariete, vel oue, quantomagis ergo nunc liberauit,cum pro toto populo,& Dei honore res agatur? ſatis ergo infert, ꝙ ſi Deus eripuit eum de manu Leonis, & Vrſi potius

F liberabit de manu Philiſthei. Accipitur autem hic liberare non ſolum pro eripere,ſed etiam pro dare victoriam,quia non ſolum exiſtimabat Dauid,ꝙ Deus liberaret eum, ne occideretur à Philiſthino, ſed etiam, ꝙ præberet vires, ad occidendum Philiſthinum:Sic patet cum dicitur de Leone,& Vrſo,quod eripuerit eum Deus de manu eorum:quia non ſolū eum eripuit,ſed etiam ei animoſitatem,& robur ad occidēdos illos dedit. *Dixit autem Saul ad Dauid.* Quia Saul vidit animoſitatem magnam Dauid, & magnalia,quæ retulerat ſe egiſſe,conceſſit ei pugnare contra Philiſthinum. *Vade, & Dominus tecum ſit*, i.vade ad pugnandum contra eum,& Dominus tecum ſit,ſcilicet adiuuando, vt præualeas.

G

An ex verbis Dauid potuiſſet intelligi, quod à Deo ſpecialiter habuit robur. Quæſtio XXIV.

QVAERET aliquis, An ex verbis Dauid appareat, ꝙ ipſe habuerit robur ſpecialiter à Deo? Aliquis dicet,quod ſic,quia ipſe dixit: Dominus,qui eripuit me de ore Leonis, & de manu Vrſi, ipſe me liberabit de manu Philiſthei huius. Ergo totam liberationem ſuam ab Vrſo,& Leone præteritam, & à Philiſthinis futuram Deo attribuebat,& ſic aliqualiter confitebatur ſe hæc habere à Deo ſolum. Item patet hoc aliqualiter ex verbis Saulis: ipſe enim videtur intellexiſſe,quod Dauid robur iſtud à Deo ſor-
H titus fuerat,ideo dixit:vade, & Dominus tecum ſit, ſ.ſicut in omnibus alijs tecum fuit, ita nunc ſit contra Philiſtheum. Reſpondendum eſt,quod ex verbis Dauid non colligitur, quod habuerit ſpecialiter à Deo robur, ſed ſolum, quod erat vir robuſtus, ſiue hoc eſſet Dei voluntate,& beneficio ſolum,ſiue naturaliter:nec obſtat,cum dicitur, quod Dominus eripuit eum de ore Leonis, & Vrſi: nam quodcunq; bonum homo habeat,ſiue naturaliter,ſiue ſupernaturaliter illud ſortitus ſit,à Deo habet: nam omne datum optimum, & omne donum perfectū deſurſum eſt,deſcendens à Deo Patre luminum. Iaco. ca. 1. Sed bona, quæ naturaliter inſunt, quædam dona ſunt:ideo iſta à Deo prouenerunt:nam Deus prima
I cauſa eſt in cōcatenatione cauſarum vniuerſi. Cauſa autem primaria plus influit in effectu, quàm cauſa ſecundaria, vt patet prima propoſitione libri de cauſis:ſed Deus eſt prima cauſa in omnibus naturalibus,ideo ipſe magis conferret ad quodcunque naturale,quàm omnes cauſę poſteriores,& ſic omnia, quæ in nobis purè naturaliter ſunt magis, adhuc à Deo ſunt,quàm à cauſis naturalibus. Solum autem differt,quia ea,quæ à Deo miraculosè ſunt, ab eo ſolo ſunt, & non cooperatur aliqua cauſa naturalis, huic effectui,quaſi ſecundario,ſicut eſt in creatione, vel ſuſcitatione mortuorum, & ſimilibus. Cum aūt aliquid naturaliter fit illud originem à Deo habet, tanquam à prima cauſa, tamen nō fit ab eo ſolum,
K ſed aliæ cauſæ naturales poſteriores cooperantur, huic effectui: ideo ea, quæ ſunt à Deo miraculosè proprius ab eo ſunt,quam ea,quę procedunt modo naturali, quia miraculoſa ſunt à Deo tanquam à tota cauſa,& vnica: naturalia autem ſunt à Deo, tanquam à prima cauſa,& magis influente,non tamen tanquam à tota,nec vnica,cum aliæ cauſæ poſteriores concauſent: vtrunq; tamen à Deo eſt;ideo quaſcunque res homines habeant de illis verum eſt, ꝙ à Deo habent, & quamquam vires habeāt ad aliquid faciendum ſi illud egerint Deus dicitur conceſſiſſe eis,vt hoc agerēt. Sic ergo de Dauid,dato, ꝙ ipſe naturaliter hr̄et vires ad occidendū Leonē,& Vrſum, tn̄ cū occideret eos,De⁹ ei hoc ꝯferebat: nā interdū vide-

videmus, ꝙ illi, qui robustiores alijs sunt, eorum potestati succumbunt, hoc solo Deo agente. Cum ergo Dauid habens vires ad occidendum Leonem, & vrsum non traditus est ab eo, in manus Leonis, & Vrsi, Deus ei illam victoriam contulit. Et sic cõsueuimus dicere, qñ aliquid prospere egimus, ꝙ Deus direxit nos ad faciendum illud. Non apparet ergo ex his verbis Dauid, ꝙ Deus eum fecisset supernaturaliter habere vires istas. Eodem modo non apparet ex verbis Saulis: ipse.n.dixit: vade, & Dñs sit tecũ. In quo non innuitur, ꝙ Deus eum supernaturaliter liberaret, sed ꝙ Deus prosperaret actum eius: nam ẽt si naturaliter haberet vires, oportebat, vt Deus eum dirigeret, alioquin caderet in manus infirmioris se. *Et induit Saul Dauid vestimentis suis.* Dauid erat indutus vestibus rusticanis: voluit aũt Saul eũ honorare, qa pro eo subibat certamen istud: ideo exuit eum veste pastorali, & induit veste sua. Hoc potest intelligi de aliquibus vestibus leuibus, quæ haberet sub armis: nam postea indutus est lorica, & alijs armis, vt patet immediate. Vel potest intelligi, ꝙ esset aliqua vestis leuis, quam acciperet super arma: nam infra, dicitur ꝙ accinctus est Dauid gladio Saulis super vestẽ suã: magis tamẽ videtur, ꝙ essent vestes leues sub armis. Hebræi dicunt hic, ꝙ, qñ indutus est Dauid vestibus Saulis, ita illę vestes coaptatæ sunt ei ſm omnem dimensionem, ꝙ videbant̃ pro eo fuisse factæ; de quo nimis obstupuit Saul, quia ipse erat maior omnibus Israelitis ab humero & sursum, vt patet supra, ca. 9. & 10. Dauid aũt non erat corpore magnus, sed statura mediocris: ideo stupuit, cum ei coaptatæ sunt. Hoc aũt dicunt, quia in Hebræo dicitur. *Madaf.* vbi nos habemus vestimenta, & Hebræi exponunt pro vestimentis: significat tamen Madab.i.mensurã suã: ex quo volunt, ꝙ vestes Saulis coaptatę fuerunt Dauid ſm mensuram suam: & ex hoc dicunt, ꝙ incitatus fuit Saul ad quærendum de qua progenie erat Dauid timens, ꝙ ille futurus esset rex, cùm vestes regales, quæ eo maiores erant, coaptarentur illi. Sed dicendũ hoc non stare, quia istę vestes, quas Saul imposuit Dauid, non erant tales, quæ non possent coaptari ei: nec erat aliquid, propter quod obstupesceret Saul: nam, si vestes Saulis essent longe, vsque ad pedes, verum est, ꝙ nõ possent coaptari Dauid, quia longiores essent, tñ istę non erant tales, ꝙ cũ indueretur eis Saul, pertingerẽt vsque ad pedes, sed essent aliquæ vestes paruæ ad ponendum sub armis, ideo, cũ eas susciperet Dauid, nihil erat mirũ, ꝙ ei coaptarentur. Item patet, ꝙ istę non essent tales vestes, de quibus deberet admirari Saul, si coaptarentur Dauid: quia, si essent prolixæ vsque ad terram Saul non dedisset illas Dauid, sciens non esse ei coaptandas. Et dato, ꝙ eas postea asseras miraculosè fuisse coaptatas, nõ valet: quia Saul non expectabat aliquod miraculum in hoc, ideo non indueret eis Dauid, nisi sciret esse tales, quæ ei faciliter coaptarent̃, vel cuicũque alteri. Cum aũt obijcis, ꝙ hic dr̃: induit mensura sua: dicendum, ꝙ hoc non refert̃ ad Dauid, sed ad Saulem.s. ꝙ ista mensura erat Saulis: & fuerãt factę vestes ſm commensurationem ipsius: non tñ ſm totam longitudinem. Ex hoc aũt non arguit̃, ꝙ tota mensura Saulis fuerit commensurata Dauid. *Et imposuit Galeam æream super caput eius.* scilicet, dedit ei arma sua: & erant ista Galea, & lorica, & gladius. Credendum est etiam, ꝙ clypeũ ei tribuerit, quia sine eo non poterat conuenienter pugnare: Saul autẽ pugnans, clypeũ habebat, vt patet infra. 2. lib. c. 1. s. Clypeus Saul, quasi nõ esset vnctus Oleo à sanguine interfectorum, ab adipe fortium. Dr̃ aũt de galea, quia erat primum armamentum, licet non ſm ordinem

A induendi. Et vocat̃ hic galea ærea: non ꝙ esset tota de ære: quia magis erat de ferro, sed ponitur ęs pro quolibet metallo. *Et vestiuit eum lorica.* Istud est armamentũ protegens totũ corpus: de alijs aũt non dicitur. *Accintus est ergo Dauid gladio eius super vestem suam.* i. accinxit Dauid ensem Saulis sibi super vestem.i. super loricam: nam in parte exteriori ensis erat: & sic dicit̃ hic, ꝙ iste gladius erat Saulis, ita intelligẽdum est de alijs armis.s. ꝙ Saul dedit ei arma sua ad pugnã dũ: & hoc ex dilectione, quia diligebat eũ nimis, cũ videret eũ iuuenẽ tam animosum. Vel fortè dedit ei arma sua, quia raræ armaturę erant in populo, sicut fuit in bello primò contra Philistinos: vbi dicit̃, ꝙ non erant aliqua arma, nec ensis, aut lancea in ma

B nu totius populi, qui erat cũ Ionatha, & Saule, præter arma Saulis, & Ionathæ, vt patet, supra. c. 13. nũc tñ plura arma erant: qa ex multis bellis contra gentiles factis Israel arma susceperat. Etiam, quia non habebat fabros armorũ, quos prius non habuerant prohibentibus Philistinis: ideo credendum, ꝙ ex dilectione dedit, & ad honorandũ eũ. *Cępit tentare, si armatus posset incedere.* Dauid non dubitabat, an ipse esset vir robustissimus, sed dubitabat de armorũ coaptatione, quia, cũ ipse non esset expertus in illis, putauit fortassis sibi non conuenire, & cũ tentasset non potuit apte moueri. *Non enim habebat consuetudinem.* s. non erat assuetus ad portandum arma: nam, quamquam assuetus fuisset ad opera maxima fortitudinis, vt pu

C gnare cũ Leone, & Vrso: hoc tamen inermis exercuerat: nam nec baculo, nec lapide ꝑcutiebat Leonẽ, aut Vrsum, sed apprehendebat eos per maxillã, & suffocabat, vt patet, supra, nunc ergo non consueta tentare voluit. Potest autem referri ista clausula ad duo.s. ad superiora, & ad inferiora. Primò modo sic, quia dr̃, ꝙ cępit tentare, an armatus posset incedere: & hoc, quia non habebat cõsuetudinem.i. ꝑ hoc tentauit, an posset, quia numquam fuerat assuetus in armis. Si.n. ante hoc assuetus fuisset, iã sciret, an arma ei conuenirent, vel non tentaret, an posset armatus incedere, sed tentauit, qa non habebat cõsuetudinem. Alio modo refertur ad sequentia.s. ꝙ non poterat Dauid incedere in armis, & hoc, quia

D non habebat consuetudinem.

Quare Dauid tentauit assumere arma, cùm non agrrederetur tale Bellum suo robore. *Quæst.* *XXV.*

QVAERET aliquis. Quare Dauid indutus est armis, & tentauit incedere in eis: nam ipse aggrediebatur hoc bellũ non confidens in robore suo, nec in experientia belli, sed in Dei fortitudine, qui eripuerat eũ de manu Leonis, sicut ergo cõtra Leonem, & Vrsum præualuit, nihil omnino habens in manu, ita debuisset credere, ꝙ præualeret cõtra Philistæũ, nulla accipiens arma: sic.n. fit in operibus miraculosis, ꝙ solùm fiant per operationem Dei, & nõ

E sit aliquid humanu admixtum. Sic fuit, qñ Samson pugnauit contra catulũ Leonis in Tamnatha, quia tũc nihil hẽbat in manu, vt patet Iudi. ca. 14. s. irruit aũt spũs Domini in Samson, & lacerauit Leonem, quasi hædũ in frustra decerperet: nihil omnino hñs in manu; Dauid quoq;, quia miraculose cõtra Leonem, & Vrsum pugnauerat nõ habuit quicquam in manu sua qñ pugnauit. Dicendũ est, ꝙ Dauid confidebat in Domino se posse Philisteũ superare sine armis: sicut postea fecit solũ habens fundam, & lapides: voluit tamen accipere arma, non tanquam ad maiorem necessitatem, aut cautelam corporis sui, sed, vt condescenderet regi: quia rex volebat, ꝙ pugnaret in armis, sicut alij viri pugnabãt: Deus tñ hoc

non

non permisit, quia licet alias Dauid posset in armis F
incedere, licet esset inexpertus, qa erat vir robustus: Deus tñ fecit, vt non viderent sibi apta: vnde illa faciliter abiecit, vtens sola funda, & lapidibus. Hoc autem erat, quia Deus volebat gloriam huius certaminis sibi attribui, & quia, si Dauid indutus esset armis bellicis, vt Goliath, videret eum superare apparatu bellico, & robore modo humano, & minueret gloria triūphi diūini: ideo voluit, ꝙ in sola funda pastorali superaret, ex quo appareret sola Dei virtute hoc actū esse, vt patet, īfra ex verbis Dauid ad Philistæū, scilicet, Tu venis ad me cùm gladio, & hasta, & clypeo, ego aūt venio ad te in nomine Domini exercituū Dei Israel. q d. ego non confido me posse habere victoriam in spe armorū, sed in nomine Domi- G
ni, tu autem confidis in gladio, & hasta.

Quare sicut Dauid sine armis superauit Goliath, quare etiam sine funda, & lapide non superauit. Quæstio. XXVI.

QVAERETVR vlterius. Cū ad laudē Dei triūphus iste factus fuerit sine armis, quare etiam non fuit factus sine funda, & lapidibus? nam tunc videret esse maius miraculū. patet aūt simile, quia quādo Dauid pugnabat cōtra Leonem, & Vrsum: nec lapide, nec baculo percutiebat eos: sed apprehendēs per maxillam, lacerabat eos, vt patet supra, sic etiā Samson, cùm pugnaret contra catulū Leonis nudis
eū manibus lacerauit. Iudi. ca. 14 Respondendū est, H
ꝙ non decuit, vt Dauid procederet contra Philistæum sine funda, & lapide: sicut procedebat contra Leonem, & Vrsum. Ratio diuersitatis est, quia quāquam Leo, vel Vrsus esset ferox: tñ non poterāt nocere Dauid, quousque accederet ad tangendum eū: ideo, cū esset Dauid vir robustus, sufficiebat, ꝙ impetu facto apprehēderet Leonem, vel Vrsum per maxillam, atq; laceraret. Non poterat aūt sic apprehendere Goliath, quia ille erat gladio accinctus, & hastā ferens, vnde non permitteret accedere ad se Dauid, sed cum eminus stantē hasta confoderet, aut gladio trucidaret. Oportebat ergo, vt Dauid haberet aliqđ
genus armorum, quo similiter à longe stantem pos I
set percutere Philisthæum: & ad hoc fuit cōueniēs funda. Alia ratio est, quia non videbatˉ gloriosior victoria, quantū ad Deū, ꝙ Dauid sine armis, & funda accedens ad Philistæum, eū sicut Leonem trucidaret, q̄ ꝙ à longe funda percuteret. Nam, si eū nulla habens arma, nec fundam, nudis manibus lacerasset argueretur in eū magnum robur, & animositas: cuius pars magna naturaliter esse poterat, aut in totū. Cum autem funda à longe eum percuteret, argueretur Dei potentia, qui direxit manum Dauid, vt vnico lapide, & vnico ictu fortissimum illum, atque ferocissimum inter Philistinos trucidaret, licet galea caput eius ꝓtexisset. Sed adhuc prima ratio me-
lior est. *Dixitque Dauid ad Saul; Non possum incedere.* Ten K
tauerat enim, Dauid armatus incedere, vt complaceret regi, qui volebat eum armatum pugnare, sed nequiuit: ideo reiecit arma. *Quia nec vsum habeo.* idest, hoc fit, quia non est mihi consuetudo pugnare armatum. Motus autem conueniens in armis non solum vires, sed etiam consuetudinem exigit. Hoc autem verum est, ꝙ Dauid erat inexpertus in armis, & ob hoc erat sibi difficilis motus, sed non solū hoc ingerebat sibi difficultatem, sed adhuc amplius, qa Deus nolebat, ꝙ pugnaret armatus, & fecit sibi arma videri difficilia ad motum. *Et deposuit ea.* scilicet, abstulit sibi omne genus armaturæ.

Conueniens fuit Dauid sibi arma relinquere, vt pugna pastorali solum ageret. Quæst. XXVII.

QVAERET aliquis. Quare Dauid abstulit sibi omnia arma? nam ratio præcedens non vr sufficiens ad hoc, quia difficultas erat sibi, eo ꝙ non poterat portare arma: si, tñ solum ensem portasset, nulla erat difficultas, quare ergo non portauit? Respōdendum, ꝙ non decuit, vt Dauid portaret gladium ad pugnandum contra Philisthæum, quia aut ipse pugnare debebat pugna virili contra goliath, aut pugna pastorali. Si primò modo, oportebat, vt omnib⁹ armis vteretur, tam defensiuis, q̄ offensiuis, vt pati, & agere posset impunè. Si aūt solo gladio vteretur, pugnandū sibi cominus erat, & tunc, cū eum repercutere vellet Philisthæus non haberet arma defensiua. Erat ergo gladius sibi simpliciter ineptus ad pugnandum: fuisset aūt aptior hasta, quia eminus stantem cōfingere posset. Sed adhuc ista erat inepta nulla alia arma habenti, quia post actū fugiendū erat. Cum ergo Dauid nō potuerit portare omnia arma, non decuit nec expediuit aliquod ferre armorū genus, quantuncūq; leue. Si aūt Dauid pugnare deberet bello pastorali contra Goliath. s. lapidibus, & funda, & quia ista arma ad percutiendum eminus sunt, & sic non erat sibi opus hastam habere, aut gladium: & sic nihil secum tulit, nisi fundam, & lapides, & baculū. Sed aliquis forte dicet, ꝙ Dauid tulit secum gladiū quamquam de hoc non exprimatˉ. Sed dicendū est, ꝙ non stat, quia quando Dauid lapide percussum interfecit Philisthæum, cum non haberet gladium in manu sua, cucurrit, & stetit super Philisthæū, & educens gladium eius de vagina præcidit caput ei⁹, vt patet, infra. Non habebat ergo tūc Dauid gladiū, vnde nihil secum armaturę duxit. *Et tulit baculum suū.* Iste erat baculus pastoralis, quem Dauid gerebat in manu sua, & tulit illum contra Philisthæum.

Dauid propter quid tulit secum baculum ad pugnam. Quæstio. XXVIII.

QVAERETVR, Ad quid ferebat hic Dauid baculum, & an aliquid sibi opus esset. Aliquis respondebit, ꝙ portabat cum sicut consuetus erat eum portare contra Leonem, & Vrsum, vt percuteret eos. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia Dauid portabat baculum contra leonem, & vrsum ad irritandum eos ad pugnam: nam, cum Leo, vel Vrsus rapuisset Arietem, vel ouem, nolebat cōtēdere cōtra Dauid, sed ipse aggrediebatˉ eos, & ꝑcutiebat baculo, vt irritaret ꝯ se: vt sic effugeret Aries, vel ouis, & tūc arripiebat Leonem, vel Vrsum per maxillam, & lacerabat eum: hic autem non erat opus irritatione, quia ipsemet Philisthęus irritatus erat ad pugnādū contra Dauid, & veniret non pulsatus. Secundò, qa baculus erat ad percutiendum cominus, sed cū Goliath non erat Dauid cominus pugnaturus, cū esset Goliath ferro velatus, & præter hoc habebat arma offensiua, quibus non sineret Dauid ad se cominus accedere: non ergo videtur, ꝙ propter hoc portauerit, nec est aliquis vsus, vel vtilitas alia, propter quam Dauid baculum gestare debuisset. Sed viderˉ, ꝙ hoc fecerit ex assuetudine. s. quia semper illum portare solebat. Et dato, ꝙ ad nihil sibi vtilis foret, portaret eū, Hoc apparet ex sequenti litera, quia dicitˉ: Tulit baculum suū, quem semper habebat in manu: hoc autem considerauit Goliath, quia, cùm vidisset ad se venientem Dauid, cū baculo, & nesciret, quæ vtilitas pugnandi esse poterat in eo, nisi fortè contra canem pugnaretˉ, ait ad Dauid: Nunquid ego canis
suum

A ſuũ, qa tu venis ad me, cùm baculo? q.d. baculus ad nihil tibi proficit, niſi ego eſſem canis. *Quem ſemper habebat in manibus.* Hic erat mos paſtoralis, vt baculum haberet ad minandum oues, vel ad irritandum feras, quando pugnaret contra eas: ideo, quamquam non relictis ouibus, veniſſet in caſtra, tamen nõ deſeruit baculum paſtoralem, quia ſuper eum habere ſolitus erat. *Et elegit ſibi quinque lapides limpidiſſimos de torrente.* Iſti erant lapides valde duri: & vocantur limpidi, quia non erant habentes admixtionem terræ glebosæ, vel arenosæ, aut calcis, quia huiuſmodi lapides infirmi ſunt, & facili ictu in partes minutas deſiliunt. Egebat autem Dauid lapidibus valde duris, quia Philiſthæum ferro vallatum percuſſurus erat.

B *Quare elegit Dauid quinque limpidiſſimos lapides de torrente, & peram paſtoralem. Quæſt. XXIX.*

QVAERET aliquis. Quare Dauid elegit quinque lapides limpidiſſimos de torrente? Reſpõdendum eſt, ꝙ accepit lapides priuſque iret ad bellum, quia fortè poſtea quando pugnaret, non reperiret lapides in loco, & interim poſſet eum percutere hoſtis. Vel fortè non reperiret lapides conuenieẽtes ſibi in loco. egebat enim duriſſimis, vt dictũ eſt, quia percuſſurus erat ferro velatũ. Sed tunc dicet. Quare elegit lapides de torrente? Rñdedũ, ꝙ hoc fuit, quia ibi eos duriores inueniret: & hoc ſignificat litera, cũ dicit, lapides limpidiſſimos, quia vocant̃ lapides limpidi illi, qui ſunt purgati ab omni materia glebosa terrea, vel arenoſa, & ſunt puri lapides. Sed tunc dicetur: Cur elegit quinque? Reſpõdendum, ꝙ aliqui volunt referre hoc ad allegorias, ſed Dauid iſta non reſpiciebat. Sed dicendũ, ꝙ ſolũ quinq; elegit, quia plures grauarent eum: etiam, quia putauit iſtos ſufficere ad rem agendam. *Et miſit eos in peram paſtoralem.* Vt ibi ſeruarentur: ferebat enim ſecum illam, ſicut & baculum, & fundam.

Quare Dauid tulit ſecum peram paſtoralem. Q. XXX.

QVAERET aliquis. Quare Dauid tulerat ſecũ peram paſtoralem in caſtra, cùm illa non videretur ſibi apta, niſi tempore, quo paſcebat oues? Aliquis reſpondebit, ꝙ hoc fecit, quia illa ſibi proderat ad ferendũ lapides, ſicut nunc tulit: nam manu eos ferre non poterat, quia quinque erant. Sed dicendũ, ꝙ non fecit propter hoc, quia Dauid ignorabat, ꝙ pugnam initurus eſſet, cũ Goliath, ideo nec neſciebat, an pera ſibi ꝓfutura eſſet. Sed dicendũ fortè, ꝙ Deus eum mouit ad portandum eam, quia ſibi ad aliquid profutura erat, & Deus interdũ mouet hominem ad id, quod ipſe ignorat, vt inde conſequat̃ aliquid proſperũ, vel aduerſum. Aliter põt dici, ꝙ dauid tulit peram paſtoralem ab intentione. ſ. quia erat ſibi in via neceſſaria ad ferendũ aliquid de onere, quod portabat fratribus ſuis: nam paſtores vtuntur pera ad ferendum ibi ſarcinas ſuas, & cibos: ita Dauid ad ferendum in caſtra cibos, vel aliquas ſarcinulas nihil aptius inuenit, quàm peram paſtoralẽ: & fortaſſis hoc fecit, vt ibi portaret aliquam particulam ciborum pro fratribus, quia ſupra dicitur, ꝙ onuſtus abijt. Vel dicendum, quòd tulit ex conſuetudine ſecum peram, quia, cùm in opere paſtorali ſemper aſſuetus eſſet illam ferre, nunc quoque illam ſecum tulit: ſed prius dicta melius ſtant. *Quam habebat ſecum.* Scilicet, quia tulerat eam de Domo Patris ſui ſecum ad ea, quæ dicta ſunt: & tunc viſa eſt ſibi vtilis ad ferendum lapides. *Et fundam manu tulit.* Quia iſta erat, qua pugnare debebat.

Tulit Dauid fundam ſecum inſpiratus à Deo, & ex aſſuetudine. Quæſt. XXXI.

QVAERET aliquis. Quare Dauid ſecum tulit fundam? nam iſta non videbatur ſibi vtilis in caſtris, ſed ſolum in opere paſtorali. Nec valet ſi dicas, ꝙ nunc ſibi nimis vtilis erat, quia in ipſa pugnauit: nam ipſe neſciebat, an pugnare debebat contra aliquem. Sed dici poſſet, ꝙ Deus mouit eum ad ferendum eam, quia profutura erat ſibi, licet ipſe neſciret. Aliter dici poteſt, & melius, ꝙ Dauid fundã gerebat pro genere armorum, ideo ſicut in itinere portaturus erat ſecũ aliquod genus armaturæ, portauit fundam. Vel poteſt dici, ꝙ tulit eam ex aſſuetudine, quia in opere paſtorali ſemper aſſuetus erat eam ferre. *Et proceſſit aduerſus Philiſthæum.* ſ. ad pugnãdũ contra illum in iſto genere armaturæ.

Saul dimiſit Dauid pugnare, cùm Goliath ſine armis confiſus, quòd Deus adiuuaret eum. Q. XXXII.

QVAERET aliquis. Quomodo Saul permiſit, ꝙ pugnaret Dauid contra Goliath, cùm nõ ferret aliqua arma, ſed ſolam fundã, & lapides: Philiſthæus autem eſſet armis accinctus, & videbat̃ ſic impoſſibilis victoria? Reſpondendũ eſt, ꝙ Saul audiuerat robur Dauid, quomodo ſine armis occiderat Leonem, & Vrſum, ideo ſic poterat inermis occidere C Philiſthæum, ſic enim dixerat Dauid, ꝙ Deus, qui eripuerat eũ de ore Leonis, & Vrſi, eriperet eum de manu Philiſthæi. Confidit autem Saul, ꝙ Deus, qui adiuuerat Dauid in præcedentibus, adiuuaret eum nunc; potiſſimè, quia Dauid non potuerat pugnare armatus, ideo oportebat, vt pugnaret in funda, & lapide, vel ceſſaret à pugna. Viſum eſt autem Sauli vtilius eſſe, ꝙ pugnaret qualitercũque, q̃, ꝙ ceſſaret, quia, ſi ex pugna eius ſequeret̃ victoria, iudæi exaltarent̃ nimis, & proſperarent̃ res eorũ, ſicut factũ eſt: ſi autem ipſe vinceret̃, redeundũ erat ad pugnandũ in acie, ſicut ſi non eſſet initũ ſingulare certamen, & ſic non deteriorabat̃ conditio Hebræorũ ex morte Dauid, & proſperabatur ex eius victoria, ideo per- D mittendũ fuit ad omnem euentũ, ꝙ pugnaret. Sed dicet aliquis, ꝙ ſicut ex victoria Dauid proſperabãt̃ nimis res iudeorũ, ita ex eius morte diſperderẽtur, & fugerẽt timore conterriti: ſic enim accidit Philiſthinis, quia, cùm viderunt occubuiſſe Goliath, licet prius haberent magnam cõfidentiam in armis, cõterriti ſunt, & fugerunt, vt patet, infra. Reſpondendum eſt, ꝙ non erat ſic euenturum iudeis ex morte Dauid, ſicut euenit Philiſthinis, ex morte Goliath. Ratio diuerſitatis eſt, qa inter Philiſthinos Goliath erat fortiſſimus, & in eo erat tota ſpes belli. Cum ergo viderunt eum occubuiſſe, elanguerunt corda ipſorũ: ita, vt non remaneret ſpiritus; Vnde non potuerunt ſuſtinere faciem hoſtis perſequentis, de Da- E uid aũt ſecus erat inter Iudeos, quia non reputabat̃ fortiſſimus inter eos, ſed puerulus paſtor, & inexpertus in armis: vnde dixit ei Saul: Non vales reſiſtere Philiſtheo iſti, nec pugnare aduerſus eũ, quia puer es, hic aũt vir bellator. Iõ licet occubuiſſet Dauid, non multũ labefactarent̃ eorũ corda, nec putarent aliquid deperiſſe ſtatui ſuo, & non timerent, nec fugerent à facie hoſtili. Hoc aũt apparet, infra, cũ dr: videntes aũt Philiſthijni, ꝙ mortuus eſſet fortiſſim⁹ eorum, fugerunt, q.d. ideo fugerunt, quia putabant illum eſſe fortiſſimum, qui ex eis occubuit: ſed Iſraelitæ non putabant Dauid eſſe fortiſſimum inter ſe, ideo licet occumberet, non multum mouerentur. *Ibat aũt Philiſthæus incedẽs, & appropinquãs aduerſus Dauid.* ſcilicet,

scilicet, sicut Dauid egrediebatur de castris Israelitarum ad pugnandum contra Goliath, ita egrediebatur de castris Philisthinorum ad pugnandũ contra Dauid: & hoc, vt ambo conuenirent in campum, vbi pugnandum erat. *Et armiger eius ante eum.* idest, armiger Goliath præcedebat eum, ferens aliqua arma illius. Ista est enim solemnitas, quæ fit viris euntibus ad singulare certamen. s. vt præcedant eos armigeri sui: Dauid autem armigerum nullum habebat, quia nec armatus erat, cum solum portaret fundam, & lapides in pera pastorali: ideo non egebat armigero. *Cumque inspexisset Philisthęus, & vidisset Dauid, despexit eũ.* Putauit enim Philisthæus, ꝙ daretur sibi aliquis vir fortis nimium pugnaturus cum eo, qui veniret in magno apparatu bellico: cum autem vidit illũ ætate puerulum, & inermen, cum solo baculo, & funda, despexit eum: putans non esse pugnam, sed irrisionem. *Erat enim adolescens rufus, & pulcher aspectu.* Hoc supra dicit præcedenti. c. s. ꝙ erat rufus, & pulcher aspectu, & decora facie. Ponitur aũt istud pro causa despectionis. s. quia erat adolescens, & ob hoc ineptus ad bellũ: tam propter inexperientiam, quæ paruę ætati inest, q̃ propter vires, quæ ei desunt, & hoc dixit Saul ipsi Dauid. s. non vales resistere Philisthęo isti, nec pugnare aduersus eum quia puer es, hic aũt vir bellator ab adolescentia sua. Dicit etiam, ꝙ erat pulcher facie, & rufus, ad significandum, ꝙ erat delicatus, & qui huiusmodi sunt, magis ad quietem cõueniunt, quàm ad bellum. *Et dixit Philisthæus ad Dauid.* Postquam eum despexit in corde suo: voluit contumeliari ei in voce proferens, quæ sequuntur. *Numquid ego canis sum, quia tu venis ad me cùm baculo?* Vidit Philisthæus, ꝙ veniebat Dauid cum baculo, & funda, & vidit, ꝙ ista arma non proficiebant sibi aliquo modo contra viros, sed solum contra canes, ideo dixit: Numquid ego canis sum? q. d. si ego essem canis, proficerent tibi ista arma contra me, sed, quia sum vir, nihil tibi proficiunt. Vel aliter introducitur per modum increpationis. s. ò miserabilis adolescens, numquid existimasti, ꝙ eras pugnaturus contra canem, quoniam portasti baculum, & fundam, q. d. insensatus fuisti. *Et maledixit Philisthæus Dauid.* idest, protulit verba maledictionis super eum. s. ꝙ maledict⁹ esset dijs, & ꝙ dij destruerent eum, atque euellerent de terra. Ista autem maledictio poterat esse propter duo. Primùm erat in confusione propter stultitiam Dauid. s. ꝙ visus est Dauid nimis stultus Philisthæo, cùm ipse esset nimis iuuenis, & vellet pugnare cùm viro fortissimo, atque experire bellis. Et ob hoc, quasi iratus propter stultitiam illius, dixerit: Maledictus sis à dijs, quia talem stultitiam commisisti. Alio modo põt ĩtelligi, ꝙ hoc dixerit mõ hostili. s. qa isti erãt hostes, & cõgressuri erant singulare certamen, ideo Philisthęus, tanquam hostis maledixit Dauid, & Dauid respondit ei, in maiori maledictione. Et fortè iste erat modus pugnantium singulari certamine, vt se mutuo ad pugnam concitarent. *In dijs suis.* idest, ista maledictio fuit in nomine Deorum suorũ. q. d. Deus meus talis, & talis maledicat tibi, & euellat te de terra: Refertur autem hoc ad Deos Philisthinorum, scilicet, in dijs suis, idest, in dijs Goliath. Erant apud gentiles multi dij, quia quælibet ciuitas habebat Deum suum specialem. Nam in Azoto vrbe Philisthinorum erat Deus Dagon, vt patet supra c. 5. in Acharon autem vrbe Philinorum erat Deus Beelzebub, vt patet infra 4. lib. c. 1. & sic de alijs vrbibus. Maledixit autem in nomine Deorum suorũ, & non in nomine Dei Israel. Et hoc propter duo: primùm, quia credidit Deos suos esse potentiores Deo Israel. Nam propter hoc eos colebat, potissi-

Goliath maledixit Dauid, qa cũ armis pastoralibus incessit ad eũ.

F mè, quia erant multi: Deus autem Israel erat vnicus, Secundum, quia credebat, ꝙ dij Philistinorum
vellent adiuuare eos: ideo pugnarent pro ipsis, sic
enim maledicerent Dauid: quia erat hostis ipsorũ.
Deus aũt hebræorum adiuuaret Israelitas, ideo nollet maledicere Dauid. Orauit ergo maledictionem
in nomine Deorum suorum, & nõ in nomine Dei
Israel. Hoc patet, quia dicĩt in dijs suis. Apud Israelitas tamen non erant multi dij, ideo de dijs Philisthinorum necesario intelligendum est. Sed adhuc dicere posset aliquis, ꝙ intelligĩt de Deo Israel, quia,
licet non haberent Israelitæ multos Deos, putabãt
Philisthini esse multos, sicut apud ipsos erat: sic patet supra, cap. 4. cùm veniente arca in castra Israel
G dixerunt Philistini: Væ nobis, quis nos saluabit de
manu Deorũ sublimium istorum? Hi sunt dij, qui
percusserunt Aegyptum. Ergo poterat Goliath maledicere Dauid, in nomine Deorum suorum, idest,
Dauid, putans eum habere multos Deos. Sed adhuc
non stat, quia, si hic ponerentur verba Goliath in
forma poterant nominari multi dij, qa tamen scriptura refert quid factum sit, & non ponit verba Goliath, non diceret Deos pro Deo hebræorum, sed
diceret, ꝙ malediceret in nomine Dei: dixit tamen,
ꝙ maledixit in dijs suis: ergo intelligitur de dijs Philisthinorum. *Dixitque ad Dauid; veni ad me.* Hoc dicitur ex despectione. s. ego nolo ire ad te, nec volo pugnare, vt vir contra miserum adolescentulum. Sed
H ego non motus lacerabo te pugnantem, vt volueris. *Et dabo carnes tuas volatilibus cęli, & bestijs terræ.* idest,
quia commisisti hanc insaniam, vt mecum congredi auderes, lacerabo te, & dabo carnes tuas volatilibus cœli: quia quædam volucres sunt, quæ solis carnibus pascuntur, scilicet, volucres venatrices. Dixit
etiam de bestijs terræ, idest, de feris, quia pecora non
vescuntur carnibus: sed solæ feræ, quæ bestiæ vocantur: nam pecora, & iumenta carnibus non vescuntur. *Dixit autem Dauid ad Philisthæum.* Cùm improperasset Philisthęus Dauid tanquam hostis, ipse
retribuit ei maiorem contumeliam, demonstrans
confidentiam suam. s. *Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo.* idest, tu habes arma, & ego non: & tamẽ
I ego scindam caput tuum: in quo maior virilitas ẽ,
scilicet, ꝙ inermis armatum superet. Vel aliter: Tu
venis ad me cum gladio, hasta, & clypeo, idest, confidens in istis armis: ego autem non confido in aliquo genere armaturæ, ideo inermis venio. Abundans enim mihi atmatura est protectio Dei Israel.
Dixit autem Dauid de gladio, hasta, & clypeo, non,
ꝙ ista arma solùm haberet Philisthæus, quia omne
genus armaturæ habebat ad protegendũ corpus. s.
galeam æream, loricam, & ocreas ærea, vt patet supra, sed voluit Dauid ista solùm nominare, quia per
hæc intelligebat reliqua arma. *Ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum.* i. ego non habeo contra te
aliud ꝓpugnaculũ, nisi nomen Dñi. s. quia confidẽs
K in eo sine armis præualebo contra te. Et vocaĩ Dominus exercituum. i. Dominus, qui habet potestatẽ
super exercitus, & bella s. ipse est, qui victoriam dat,
cui voluerit: ideo satis est mihi, ꝙ ipse faueat parti
meæ, etiam si inermis sim: & hoc significatur infra,
in verbis Dauid. s. & nouerit vniuersa Ecclesia hæc:
quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominus, ipsius enim est bellum, & tradet vos in man⁹ nostras.
Alio modo poteit intelligi, ꝙ sit Dominus exercituum. i. habens secum multos exercitus. s. angelorũ
millia, & cẽtena milia. Sic patet Iob. c. 25. s. Nũquid
est numerus militũ ei⁹? Milites tñ exercitũ faciunt.
Et in isto sensu secũdò accipiĩ ista propositio cõiter
in scriptura. *Dei agminum Israel.* i. iste Deus exercituũ
est

eſt Deus agminum.i.turbarũ Iſrael. Hoc ponitur ad
confirmandũ ſententiam Dauid: nam ipſe dixerat,
ꝙ veniebat in nomine Domini exercituum, ꝙ ſuffi
ciebat ad victoriam? Reſponderet aũt Philiſthinus,
ꝙ non conſtabat, an magis faueret iſte Deus Iſraeli
tis, quàm Philiſthinus: Dauid probat, ꝙ magis faue-
bat Iſraelitis, quia erat Deus ipſorũ. *Quibus exprobra-
ſti hodie.* Hoc ponitur ad maiorem cõfirmationem,
quia diceret Philiſthinus, ꝙ licet Deus exercitiuum
eſſet Deus Iſrael, non tamen habebant aliquam cau
ſam Iſraelitæ, quare nunc faueret eis Deus. Rñdet
Dauid, ꝙ erat cauſa maxima.ſ. quia Goliath expro-
brauerat Iſraelitis illa die, quod cedebat in vitupe-
rium Dei: ideo ipſe, tamq̃ pugnaturus ꝓ cauſa ſua,
ageret contra Goliath, & dr̃ quibus exprobraſti ho-
die: non, ꝙ hodie ſolum exprobraſti, q̃a per 40. dies
hoc fecerat: & quotidie bis, vt patet ſup. dicit tamẽ,
quibus exprobraſti hodie, ad ſignificandum pertina-
ciam Goliath in malo: nam, ſi diebus præcedentib⁹
exprobraſſet Iſraelitis, & iam reſipuiſſet, atq; ceſſaſ-
ſet, Deus remiſiſſet ei peccatũ, & fortè non adiuua-
ret Dauid contra eũ: illa tñ die, ſicut præcedentibus
exprobrauerat, ideo propter contumaciam Deus
contra eũ pugnaturus erat. *Et dabit te Dominus hodie
in manu mea.* i. ponet in poteſtate mea, ita, vt poſſim,
quodcumq; voluero de te facere. *Et percutiam te, & au
feram caput tuum à te.* Percutere.n. accipit̃ hic pro oc-
cidere. Et dicitur, ꝙ auferret caput eius, quia poſtea
ſic factũ eſt, & introductũ corã Saule, vt patet infra.

An Dauid ſpiritu Prophetico reſpondit Philiſtęho.
Quæſtio. XXXIII.

QVAERET aliquis. An Dauid dixerit iſta ſpi-
ritu Prophetico? Aliquis reſpondebit, ꝙ ſic:
nam omnia euenerunt ſicut Dauid dixit: ipſe.n. di-
xit, ꝙ percuteret Philiſthæum, & auferret caput ei⁹,
& daret cadauera caſtrorum Philiſthinorum volati
libus die illa, vt patet hic: & ſic immediate comple-
ta ſunt omnia, vt patet, infra, ſic.n. dicit Nicolaus, ꝙ
hoc habuerat per diuinam reuelationem, quia futu
rum contingens certitudinaliter prænunciauit. Sa-
tis aũt hoc eſt veriſimile: nam Dauid Propheta erat,
& ſpiritus Domini directus fuerat in ipſum ex die,
quo vnctus fuit, vt patet præcedenti, c. Sed adhuc ſa
tis rõnabiliter dici poterat, ꝙ hoc non faciebat Da-
uid, ſciens ſpiritu Prophetico: ſed dicebat, ad ſigniſi-
candũ animoſitatẽ ſuam: id.n: quod optabat, id dice
bat, & quia Deus fauebat ei, compleuit id, quod deſi
derabat, & quod prænunciauerat: tamen neſciebat
à principio per reuelationem ad quid deuenturum
eſſet bellum. *Et dabo cadauera caſtrorum Philiſthinorum
hodie volatilibus cœli, & beſtijs terræ.* In hoc ſuperaddidit
Dauid contumeliari Philiſthęo vltra cõtumeliam,
quam ab eo receperat: nam Philiſthęus ſolum dixe-
rat, ꝙ occideret Dauid, & daret carnes eius beſtijs.
Dauid aũt dixit, ꝙ nõ ſolum occideret Goliath, ſed
etiam alios Philiſthinos, qui erant in caſtris, & dicit̃
dabo cadauera caſtrorum Philiſthinorum.i.eorum,
qui ſunt in caſtris: nõ quidem, ꝙ in caſtris occiſi fue-
rint, ſed quia in caſtris erant antequam occiderent̃:
nam fortè nullus de eis in caſtris occiſus eſt, aut pau
ciſſimi, quia, vt viderent, ꝙ occubuiſſet fortiſſimus
eorũ, fugerent, & Iſraelitæ perſequentes eos, occide
runt in fuga plurimos, vt patet, infra, dr̃ aũt de cada-
ueribus caſtrorũ ad ſignificandũ, ꝙ nunc non erant
perituri omnes Philiſthei, qui erãt in terra Philiſthi-
norũ, ſed ſolũ illi, qui erant in caſtris. *Vt ſciat omnis ter
ra, quia eſt Deus in Iſrael.* i. per hoc, ꝙ occidam te, & dẽ
cadauera Philiſthinorũ volatilibus, omnis terra co-
A gnoſcet, ꝙ eſt Deus in Iſrael.ſ. quia hoc non poterat
fieri, niſi Dei virtute, cùm ego ſim inermis: cum er-
go factum fuerit manifeſtè, cognoſcent, ꝙ à Deo fa
ctum eſt: & per hoc intelligent, ꝙ in Iſrael ſit Deus.
Nec ſolum intelligitur, ꝙ per hoc cognoſcerent gẽ
tes, ꝙ erat Deus aliquis in Iſrael: quia, etiam hoc nõ
obſtante, cognoſcebant eos colere aliquem Deum,
cum nulla eſſet gens, quę non coleret Deos multos,
aut ſaltẽ vnũ: ſed intelligit̃, ꝙ cognoſcerẽt eſſe Deũ
in Iſrael.ſ. Deum ſpecialẽ, & potentiorem omnibus
dijs gentiliũ, cum poſſit dare victoriam cultoribus
ſuis contra omnes gentes, & Deos earũ. *Et nouerit vni
uerſa Eccleſia hęc.* i. cognoſcat tota iſta multitudo: Ec-
cleſia.n. congregatio, vel concilium eſt. Sic enim di-
B cit Philoſophus 2. Politico. c. de politia Calcedonio
rũ.ſ. ꝙ Calcedonij Eccleſiam non faciunt.i.non cõ-
gregant multitudinem, vel conciliũ ad deliberãdũ
facta. Dicitur autem hic Eccleſia ipſa multitudo he
bręorum, & ipſa ſpecialiter cognoſcere debebat id,
quod ſequitur. *Quia non in gladio, nec in haſta ſaluat Do-
minus.* ſ. ſalus, quę inducitur à Deo in bellis, non eſt in
haſta, vel gladio i. in apparatu armorũ, nec in robo-
re virorum: ſic patet Pſal. 146. ſ. Non in fortitudine
equi voluntatem habebit, nec in tibijs viri benepla-
citũ erit ei. Sic etiam dr̃ Pſal 32. Nõ ſaluabitur Rex
per multam virtutẽ, & Gigas non ſaluabit̃ in mul-
titudine virtutis ſuæ. Iſtud autem debebant cogno-
ſcere Iſraelitæ: nam primũ.ſ. ꝙ, eſſet Deus in Iſrael
C non erat ſibi nunc cognoſcendũ, quia iam nouerãt
ſine aliquo experimento: ſed, ꝙ Deus ſaluaret in ſin
gulari certamine ſine haſta, & gladio, hoc eis cogno
ſcendũ erat: ideo dixit: & nouerit vniuerſa Eccleſia
hæc.i. multitudo Hebręorum. *Ipſius enim eſt bellum.* i.
in poteſtate eius eſt euentus belli.ſ. dare victoriam,
cui voluerit, vel facere ſuccumbere alterũ: ideo põt
ſine armis, & alijs apparamentis dare victoriam. Sic
dixit Iudas Machabæus. 1. Macha. c. 3. facile eſt con-
cludi multos in manu paucorum, & non eſt differẽ
tia in conſpectu Dei cęli liberare in multis, & pau-
cis, quoniam nõ in multitudine exercitus eſt victo-
ria belli; ſed de cęlo fortitudo eſt, & eo. c. declarauit,
ꝙ ex ſola voluntate Dei eſt, ꝙ quis in bello pereat,
D vel ſuperſit: & quis vincat, vel ſuperet̃, cũ ait: Melius
eſt nos mori in bello, q̃ videre mala gentis noſtrę, &
ſanctorũ; ſicut autem fuerit volũtas in cęlo, ſic fiat,
ideſt, ſi volũtas eſt in cęlo, ꝙ moriamur, moriemur:
alioquin ſuperabimus. Sic etiã dixit Ionathas filius:
Saulis Non eſt difficile ſaluare Deo in multitudine,
vel in paucis ſup. c 14. hoc aũt eſt, quia ex voluntate
Dei dependet euentus belli. *Et tradet vos in manus no-
ſtras.* i. faciet, ꝙ ſuccumbatis poteſtati noſtræ: & hoc
non ſolum quãtum ad Goliath, ſed quantũ ad oẽs
alios Philiſthæos, quia ſupra dixerat, ꝙ tradet cada-
uera caſtrorum Philiſthinorum volatilibus cęli, &
beſtijs terræ. *Cùm ergo ſurrexiſſet Philiſthæus.* Hic incipi
tur bellum, & dr̃, ꝙ ſurrexit.ſ. vt veniret ad percutiẽ
E dum Dauid, & non ſurrexit, tanquam ante iaceret,
ſed eſt modus loquendi ſcripturæ, quia dicit illum
ſurgere, qui aliquid noui facere incipit: &, quia tũc
incępit venire Goliath contra Dauid, dicit̃ ſurrexiſ
ſe contra eum. *Et veniret, & appropinquaret contra Da-
uid.* ſ. quia ante hoc, cum ſibi loquebantur verba cõ-
tumalioſa nondum appropinquabant ſibi: quia illa
erant præparatoria, vel præludia bellorũ.i. quædã,
quæ ex more præmittẽbantur, quibus paratis, incę-
perunt realiter pugnare. *Feſtinauit Dauid, & cucurrit
ad pugnam ex aduerſo Philiſthæi.* ſ. cùm videret Dauid, ꝙ
Philiſthęus veniebat contra ipſum non expectauit,
ſed ipſe velocius cucurrit in aduerſum illius. Hoc
aũt fecit ad meliorandum conditionem ſuam, quia
in

Salus quæ à Deo eſt non eſt in haſta, vel gladio.

Bellum Dauid, cũ Goliath.

in bello melior est conditio aggredientis, q̃ sustinẽtis: potissimè, cùm aliqualis incutiatur timor ei, contra quem, quis aggreditur, quia ex aggressione probatur quædam pars confidentiæ, & animositatis. Et aggressus est, quia apparatus suus non erat ad pugnā dū sustinendo: nam solùm ille sustinere potest, qui arma habet defensiua, Dauid autem nulla habebat huiusmodi arma, sed solùm offensiua. s. fundam, & lapides, ideo oportebat, ꝙ aggrederetur, & non sustineret. Sic factū est: nam antequam Philisthæus peruenisset ad eū, percussit eū lapide, vt patet, infra. *Et misit manum suam in peram pastoralem.* s. quia ibi ferebat lapides, vt acciperet aliquem ad percutiendum hostem. *Tulitque vnum lapidem.* s. vnum de quinque, quos elegerat de Torrente.

An Dauid occiderit Goliath vnico lapide, vel multis. Quæstio. XXXIIII.

QVAERET aliquis. An Dauid occidit Philisthæum vnico lapide, vel multis. Videtur aūt, ꝙ essent multi: nam vulgariter dicitur, ꝙ erant tres,
Argumẽ.1. Item Mat. cap. 4. est quædam glosa, ꝙ Christus vicit
In oppositum. Diabolum in tribus tentationibus, sicut Goliath occisus est à Dauid tribus lapidibus. In contrarium vr̃, quia hic dicit, ꝙ tulit vnum lapidem, & si trib⁹ percussisset Dauid Goliath: duo fuissent inanes, qđ patet, quia, quicunque eorū infixus fuisset in fronte, faceret Philisthæū occumbere, sed non occubuit, vt ipsi dicunt nisi tribus, ergo duo fuerūt inanes, quod non pertineret ad rationem miraculi. Istud tñ miraculosè factū est, ideo vnicus lapis suffecisset: potissimè, quia si tres lapides iecit Dauid contra Goliath, aut omnibus tribus eum percussit, aut vnico: si autē omnibus tribus, necesse est, ꝙ fuerint duo illorum infirmi. s. quia nihil nocuerant: quod est incōueniēs: si autem dicatur, ꝙ non fuit percussus omnibus tribus, sed vnico, adhuc erit istud inconuenientius. Sed non stat id, quod vulgariter dicit̃. s. ꝙ omnibus trib⁹ percussus fuerit in eodem loco, & primus infix⁹ est, deinde secundus repulit primùm ad partem interiorem cerebri, tertius autem extra caput vtrumq; expulit. Sed istud non solum est falsum, imò etiam ridiculū; quia, si aliquis lapis infixus fuisset cerebro Goliath, mox corruisset in terram, sed dicunt, ꝙ nō corruit: ideo irridendum est dictū eorum. Et dicendum, ꝙ vnicus lapis infixus fuit cerebro Goliath, & non tres. Quòd aūt dicunt vulgares, ꝙ fuerint tres, nihil est, quia vulgaribus nulla fides adhibenda est. Ad aliud autem, qđ dr̃ de Glosa super Matthęum, dicendū, ꝙ illa non est nimis autentica: nam nō ponitur ibi cuius sit: ideo credendum est, ꝙ fuerit apposita ab aliquo, qui nō esset magnæ auctoritatis: ideo de ea non est curandum. *Et funda iecit, & percussit Philisthæum in fronte.* i. primùm lapidem iecit in fundam, & percussit illico Philisthæum: nam Deus direxit lapidem contra Philisthæum, & percussus est in loco, vbi illico mori posset. *Et infixus est lapis in fronte eius.* i. penetrauit superiorem armaturam, si aliqua erat, & transiuit ad quandam partem cerebri. Dicūt quidā, ꝙ miraculose ferrum galeæ cessit illi lapidi, vt transiret: sed pōt dici, ꝙ etiam sine miraculo hoc fieret: & hoc dupliciter. Vno modo, ꝙ arma illa non essent nimis fortia, ideo, ꝙ ictu forti alicuius lapidis posset penetrari. Alio modo potest dici, ꝙ pars illa capitis esset discooperta, vt videret sicut fiebat in Galeis antiquis, & per illam lapis infigeretur in capite, ꝙ tñ dicamus miraculosè factum esse, non est inconueniens: quoniam aliquid oportet hic factum esse miraculosè. *Et cecidit in faciem suam super terram.* i. mox, vt

F percussus est, cecidit in terram, quia fuit fortiter vulneratus: & hoc super faciē suā. i. cecidit ad partē anteriorē, & nō ad posteriorem. Dicunt hebræi, ꝙ hoc fuit factū miraculosè, quia oēs vulnerati solent cadere è cōtrario. s. super dorsum, & non super faciē: iste aūt cecidit super faciem ad tollendū laborē Dauid: nam ipse erat magnus longitudine cubitorum sex, & palmi, vt patet supra in litera. Si autem cecidisset ad partē posteriorem, manebat Dauid labor s. quia magis appropinquaret ad castra Philistinorū quasi per. 13 cubitos, q̃ alias appropinquaturus erat, si non cadet super faciē, sicut nunc cecidit. Sed hoc ridiculum est, quia nihil magis timeret Dauid accedere vltra. 13. cubitos, q̃ ad locum, ad quem accessit:
G nam, qui non timuit pugnare cōtra illum Gigántē viuētē, & exire in campum cum ipso inter medias acies, non timeret ei iam defuncto caput amputare eundo per 13. cubitos vltra locum, ad quem iuit potissimè, cū cerneret omnes Philisthinos vacillare timore: illo. n. percusso, illico fugerunt, vt patet, infra. quòd etiam dicunt, quod omnes percussi corruere solent super dorsum, non est vniuersaliter verum, quia, q̃q̃ interdum hoc accidat, & sepissimè: tamen interdum accidit contrarium, potissimè secūdum diuersos modos vulnerandi: ideo dicendum, ꝙ quātū ad illud, nō fuit aliqua operatio miraculosa, nec fuit quicq̃ alleuiatum de labore Dauid, nisi loquendo largissimè: & in talibus non est ponenda opera-
H tio miraculosa. *Preualuitque Dauid aduersus Philisthæū.* Hic ponitur quartū huius. c. s. Dauid triūphus quō triumphauit de Philistheo & tulit spolia, atque honoratus est. Et dicit, ꝙ p̃ualuit aduersus Philisthæū, idest, superauit eum. *In funda, & lapide.* i. percutiendo eū lapide emisso à funda, & in hoc significatur, ꝙ nō habebat alia arma Dauid, nisi fundam, & lapidem. Goliath aūt erat ferro vallatus, percussitque Philisthæū, & interfecit. s. quia illa percussio fuit ad mortem: nā ex hoc, ꝙ infix⁹ est lapis in cerebro Goliath, illico mortuus est. Et qñ Dauid præscidit ei caput, non prescidit, vt moreretur, sed quia volebat caput illius ferre ex causa, quæ, infra, declarabitur. *Cumque gladium non haberet in manu Dauid.* Volebat enim Da-
I uid amputare caput Goliath, ad ferendum secum, &, quia non habebat secum gladiū, eduxit gladium de vagina Philisthei. Nō duxerat aūt Dauid secū aliquod gladium, quia non portabat de vrbe sua in castra nisi baculū, & fundam, quæ sunt arma pastoralia. Postea autem, cùm indutus fuisset armis Saulis, nec posset cùm eis incedere, reliquit illa, tollens solum baculū, fundam, & lapides, vt patet supra: ideo nec minimū gladiū secū tulerat, quo posset amputare caput Dauid illius Philisthæi. *Cucurrit, & stetit super Philisthæum.* Nam cùm vidit eum mortuum, lętatus est, & cucurrit velociter ad tollendū caput illi⁹: & adhoc stetit super illū. s. quia erat Philisthæus extensus super terram: & Dauid fixit genua super ip-
K sum. *Et tulit gladium eius.* s. ensem, quē Goliath ferebat ad pugnādū cōtra Dauid. *Et eduxit de vagina sua.* i. eduxit iliū de vagina Philisthæi: & hoc, qa nōdū Philisthę⁹ eduxerat. erat. n. prīcipiū Belli, & anteq̃ quicq̃ faceret Goliath, Dauid p̄ueniens eū percussit lapide in fronte, & illico occubuit. Vel forte nondum eduxerat gladiū, quia milites prius lancea pugnant, deinde gladio: &, quia tunc erat initium belli, pugnaturus erat Goliath lancea, & non gladio: iō nondū illū de vagina eduxerat. *Et interfecit eum.* Istud est recapitulatio: nam iam dictū est, ꝙ Dauid occiderat Goliath infixo lapide in frōte: nec occidit eum gladio, postea amputando caput illius: q̃q̃ satis dici posset, ꝙ lapis infixus in fronte breuissimè facturus erat, vt more-

moreret Goliath: tñ, qa Dauid illico irruit super eũ, A
vt ipse in terram corruit nondum expirauerat qñ
insilijt Dauid in eũ, ideo adhuc viuebat qñ abscidit
ei caput. *Præsciditq; caput eius.* ſ. abstulit Galeam, & caput
præscidit, vt ferret coram Rege.

Quare Dauid præscidit caput Goliath, cum iam mortuus esset. Quæstio. XXXV.

QVAERETVR, Quare Dauid præscidit caput Philisthæi: nã sufficiebat ei, ꝙ occidisset eum. Aliquis rñdebit, ꝙ fecit hoc Dauid ad occidendum Philisthæum, quia nondũ expirauerat. Sed hoc non stat: quia, supr. dr̃, ꝙ percussus est lapide in fronte, & interfectus: ergo anteq̃ Dauid arriperet gladiũ obie- B
rat, & sic non oportebat amputari caput ad hoc, ꝙ moreret̃. Sed adhuc rñdebit aliquis, ꝙ nondũ mortuus erat, sed postea in amputatione capitis obijt. Scriptura tñ facit anticipationẽ. Sed adhuc dicẽdũ, ꝙ non stat: quia si hoc fecisset, vt occideret eum sufficisset, ꝙ iugularet, & non curaret præscindere caput. Etiam dato, ꝙ præscidisset caput non detulisset illud Sauli. Detulit tñ. Videt̃ ergo, ꝙ propter aliam causam egerit. Aliquis ergo dicet, ꝙ Dauid abscidit caput in testimoniũ, ꝙ ipse occiderat eum, & tulit illud coram Saule, sicut facere solent milites singulari certamine pugnantes, cùm deiecerint hostes: capita.n. eorũ, vel linguas abscindũt ne quis alius vsurpare sibi valeat illam victoriã: & postea hæc in testi- C
monium victoriæ habitę exhibent. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat: quia istud fit qñ aliquis congreditur, cum alio singulari certamine nemine vidente, qui testis victoriæ sit: & hoc ferunt secum aliquid in testimonium; cum tñ victoria manifesta est, non oportet hæc signa ferri: in Dauid aũt sic acciderat, quia præsentibus omnibus Israelitis, & Philisthinis, ipse decertauerat contra Goliath, & occiderat eum: iõ et si non ferret aliqđ testimoniũ, nota erat victoria, ergo non tulit ad manifestationem, sed ad aliã cãm. Rñdẽdũ est ergo, ꝙ hoc poterat fieri p̱p duo. Primò ad augmentationem gloriæ illius victoriæ. Secũdo, vt oẽs viderent victoriam. De primo dicendum, ꝙ q̃q̃ oẽs vidissent, qũo Dauid pugnauerat, & percusse- D
rat Philisthæum, tamen nondum viderant horrendam faciem illius, quia fortè, qñ veniebat ad castra erat Galea opertus, & q̃q̃ videret̃ magnitudo corporis illius, non videbatur horribilis. Vel dato, ꝙ videret, non poterat considerari vultus eius perfectè: eo, ꝙ oẽs videntes eum fugiebant. ſ. quando veniebat in castra Israelitarum ad petendum singulare certamen, omnes conterriti, fugiebant ab eo, vt patet, su. in litera: nunc aũt, eo mortuo, cùm adduceret̃ caput illius, poterant oẽs considerare ferocitatem vultus eius. Et satis est rationabile, ꝙ fecerit Dauid ad hunc finem. ſ. vt magis manifestaret̃ triumphus: nam ob hoc scriptura descripsit pōdus armorum, & viri magnitudinem. Omnes quippe Israelitæ viderunt Go- E
liath, & ꝙ esset vir magnus, tamen ad magis manifestandum triumphum descriptum est, ꝙ haberet sex cubitos, & palmum altitudine. Descriptum quoq; fuit pondus loricę, & lanceę: q̃q̃ oẽs Israelitæ ista arma vidissent: nemo tamen poterat dicere perfectè eorum quantitatem, nisi per mensuram, & pondus, iõ scriptura vtrumq; expressit. Alia aũt rõ huius fuit ad notificandum triumphum illis, qui non viderãt: nam non erant oẽs Israelitæ in castris, quando factũ est hoc Bellũ, iõ licet postea audirent, ꝙ Dauid occidisset quendam virũ fortissimũ, & statura mirabilẽ: non tam distinctè cognosceret magnitudinẽ victoriæ: hęc tã abundanter gauderet, sicut cum videret̃ caput illius, qui eis præsentabat̃ velut viuens, & ista fuit intentio principalis: nã postq̃ finitũ est Bellum, portauit Dauid caput Goliath in Ierusalẽ, & ibat cũ Saule, & militis viris Israel: exibant aũt mulieres, & viri de oĩbus locis in occursum Dauid, & Saulis: & videntes caput Philisthęi, canebant Dño laudes. De hoc apparet, inf. in litera. ſ. Assumens aũt Dauid caput Philisthęi, attulit illud in Ierusalẽ, & seq. c. dicit̃, Porro cũ reuerteret̃ Dauid, percusso Philisthæo, & ferret caput ei⁹ in Ierusalẽ, egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbib⁹ Israel in occursum Saulis Regis. & sic manifestabat̃ tũc caput Goliath oĩbus Israelitis p̱ varia loca, & nõ fuisset hoc, nisi abscidisset Dauid illud. Sic.n. faciebant Philisthini: nam cũ occidissent aliquẽ famosum de Israelitis, qui erant hostes eorũ, ducebant caput illius per terrã Philisthinorũ, vt videret̃ magnitudo victoriæ: & oẽs gauderent: sic.n. factũ est, cũ ipsi occiderũt Saulẽ in montibus Gelboe: nã præsciderunt caput eius, & miserunt in terrã Philisthijm, vt duceret̃ per circuitũ, & in tẽplis idolorũ annũciaret̃ victoria. Corpus aũt eius, & filiorũ suorũ miserũt in Bethsan, & suspẽderũt ibi, vt patet. infr. c. vlti. *Videntes aũt Philisthijm, quòd mortuus esset fortissimus eorũ, fugierunt.* ſ. tota spes belli Philisthinorũ erat in Goliath, quia ipse erat fortissimus inter oẽs viros Philisthijm: & obtulerat ad se singulare certamen, quasi nemo esset in Israel, qui ei auderet resistere. Cũ ergo viderunt, ꝙ occubuit occisus à quodam iuuenculo, inermi obstupuerunt supra modũ, & consternati aĩo stare nõ valuerunt ante faciẽ hostis, sed illico fugierunt, nemine adhuc inferente pugnã. *Et consurgentes viri Israel, & Iuda vociferati sunt.* ſ. postq̃ viderunt Israelitę, ꝙ fugiebant Philisthini persecuti sunt eos, ne elaberent̃ impunes, & dr̃, ꝙ consurrexerunt viri Israel, & Iuda. i. viri vndecim tribuũ: q̃ tribus intelligũtur nomine Israel: & viri de tribu Iuda, quæ tribus p̱ se nominat̃, eo, ꝙ erat cęteris maior, & honorabilior: & qñ fiebant aliqua bella, consueuerant oẽs aliæ tribus simul numerari, tanq̃ esset vnus populus, & filij Iuda per se numerabant̃, tãq̃ essent alius populus distinctus ab Israel. Cã huius magis declarata est. sup. c. 11. & 15. dr̃ aũt, ꝙ vociferati sunt. ſ. exhortãtes se ad Bellũ cõtra hostes fugientes: sic.n. dr̃, ꝙ populus vociferatus fuerat in certamine. ſ. ad se exhortandum: nam de viris vrbis Hai dicitur Iosue. cap. 8. ꝙ vociferantes, & mutuo se exhortantes, persequebantur filios Israel: ita autem hic, potissimè, quia ista vociferatio erat quasi notificatio Belli, & conuocatio: quia aliqui de castris Israel, qui erant in extremitatibus castrorũ, non videbant, an fugerant Philisthini, ideo nesciebant esse bellum: illi autem, qui primo viderunt, vociferati sunt conuocantes alios ad Bellum. *Persecuti sunt Philisthæos.* idest, cum fugeret̃ Philisthæi toto cursu Israelitæ à tergo sequebantur, occidentes plurimos.

Quare Israelitæ immediatè, mortuo Goliath, non inuaserunt Philisthęos. Quæst. XXXVI.

QVAERET aliquis. Quare Israelitæ non inuaserunt Philisthinos mox, vt occubuit Goliath, antequam ipsi fugerẽt de castris? Aliquis rñdebit, ꝙ hoc factum est, quia Israelitæ volebant expectare conditionem positam in singulari certamine: Goliath enim dixerat ad Israelitas: eligite ex uobis uirum, & descendat ad singulare certamen: Si quiuerit pugnare mecum, & percusserit me, erimus vobis serui, si autẽ ego præualuero, & percussero eum, vos seruietis nobis. Cum ergo succubuisset

Go-

Goliath, Philisthini seruituri erant Israelitis, cū ipsi
hāc cōditionē obtulissēt: expectabāt ergo Israelitę,
ꝙ Philisthini offerrent se seruituros Hebræis, iō nō
inferebant Bellum: & dato etiam, ꝙ timerent Israe-
litæ. s. ꝙ non seruaretur conditio apposita, non au-
debant inuadere Philistinos, ne sic obijceretur eis,
ꝙ à iure deciderant: dicerent enim Philisthini, ꝙ ip-
si volebant se sponte subijcere seruituti Hebręorū
propter pactum interpositum, sed, quia ipsi eis Bel-
lum intulerunt, cùm pacifici essent volentes imple-
re conditionem, ceciderunt à iure suo, ideo iam po-
terant se defendere ab eis, vel inferre Bellum tam-
quam liberi ab interposito pacto. Cùm autem vide-
runt, ꝙ Philisthini fugiebant, quia manifeste appa-
ruit, ꝙ nolebant implere conditionem interposi-
tam, persecuti sunt eos, vt occiderent. Sed melius
videtur dicendum, ꝙ Israelitæ non expectabant ali-
quid horum. s. ꝙ Philisthini obseruarent pactū in-
terpositum: quia putabant, ꝙ non obseruarent, sed,
quia Philisthini præoccupauerunt fugere, nō value-
runt Israelitæ irruere in eos manentes in castris, sed
persecuti sunt eos iam fugientes; si tamen māsissent
aliquandiu in castris irruituri erant Israelitæ super
eos: sed non expectauerūt: quod apparet, quia nihil
secum ferentes fugierunt: nam, postquam Israelitæ
persecuti sunt Philisthinos vsq, ad vrbes eorum, re-
deuntes inuaserunt castra ipsorum: nihil. n. expecta-
uerūt Philisthijm, sed illico, vt mortuus est Goliath,
fugierunt. sic enim litera significat. s. videntes Phili-
sthijm, ꝙ mortuus esset fortissimus eorum, fugerūt.
Quòd aūt Israelitæ non expectarent Philisthinos
obseruaturos pactū interpositū, sed intenderēt pu-
gnare contra eos: etiā si Dauid superaret. apparet ex
verbis Dauid, & Goliath: dixit. n. Hodie dabit te Do-
minus in manu mea, & percutiā te, & auferā caput
tuū, & dabo cadauera castrorū Philisthinorū hodie
volatilibus cęli: Si tn̄ intellexisset Dauid, ꝙ Philisthi-
ni parituri erant, interposito pacto, non dixisset da-
bo cadauera castrorum Philisthinorum volatilibus
cęli: sed dixisset, percutiam te, & auferam caput tuū
à te, & dabo castra Philisthinorū in seruitutē Israel.
Ergo intelligebant Israelitæ, ꝙ Philisthini non erāt
obseruaturi pactū, sed pugnaturi erant contra eos,
si occumberet Goliath: & sic facere voluerant, nisi
Philisthini cōterriti, mortuo Goliath, fugere præoc-
cupassent. *Vsque dum venirent in vallem.* i. p̄secuti sunt
Israelitæ Philisthinos vsq; ad vallē quādā, quæ erat
in terra Philisthinorum apud ciuitates eorum nobi-
lissimas Geth, & Accaron. *Et vsque ad portas Accaron.* i.
vsq; ad locum illum accesserunt Israelitę pugnātes,
& persequentes Philisthinos: nec timuerunt introi-
re in terram Philisthinorum: adeo enim conterriti
erant Philisthini, ꝙ etiam si introirent Israelitæ in
terrā eorū, non auderent ei resistere. Est aūt Accarō
vna de quinq; Metropolibus Philisthinorū, & erat
Ciuitas Regalis, vel habens satrapā, vt patet. sup. c. 6.
& Iosue. 13. Est aūt ista ciuitas maximè aqlonari Phi-
listhinorū, iō erat maximè cōiūcta terrę Israel: vnde
vsq; ad illū locū, & vsq; ad vrbē Geth, q̄ erat propin-
qua, durauit persecutio. Nec est intelligendū, ꝙ vsq;
ad ista loca solū persecuti fuerunt Israelitę Philisthi-
nos, tāq̄ non auderent introire vlterius in terram eo-
rum, sed non persecuti sunt vlterius: quia omnes fu-
gientes latuerunt in vrbibus illis. *Cecideruntque vulne-
rati de Philisthijm in via Sarim.* i. multi Philisthini mor-
tui sunt in fuga gladio Hebræorum: & hoc in via
Sarim. Est enim aliquis locus, qui vocatur Sarim in
terra Philisthinorum, & in via illius perierunt plu-
rimi Philisthini: nam, quia locus ille p̄pinquus erat,
illuc multi confugiebant, qui in via trucidati sunt:

F fuerunt aūt oēs, qui occisi sunt in hoc bello de Phi-
listhinis. 30. millia, & vulnerati sunt. 60. millia, vt ait
Iosephus. 6. Antiquitatum. *Et vsque ad Geth, & vsq; ad
Accaron.* s. qn̄ fugerunt Philisthini, non processerunt
oēs eadē via, sed qua poterant ibāt: ideo aliqui dire-
xerunt se ad vrbē Accaron: alij aūt in Geth: alij ve-
rò per viā Sarim, quos Israelitæ per istas tres vias p-
secuti sunt, & occiderunt plurimos in qualibet ea-
rum vsquequo se includerēt in locorum præsidijs.
Est autem Geth, de qua hic dr̃ quædam Metropolis
Philisthinorum, & regalis ciuitas: sicut dicimus de
Accaron, vt patet Iosue. 13. c. De hac autē vrbe erat
Goliath: iō vocat̃ Getheus, vt patet, supra, in litera.
*Et reuertentes filij Israel postquam persecuti fuerant Phi-
listhæos.* s. ꝙ, q̄q̄ aliquid maneret in castris Philisthino-
rum diripiendum, Israelitę tn̄ nihil oīno rapuerūt,
nec introierunt in castra, quousq; p̄secuti sunt Phi-
listhinos, & occiderūt plurimos, deīde reuersi sunt,
& inuaserunt, atq; diripuerunt, q̄ erant in castris. Et
hoc factū est, qa fortè Rex posuit edictū, ne quis de-
clinaret ad spolia anteq̄ cessaret persecutio hostiū.
Nec solū credendū est hoc fuisse q̄tum ad ea, q̄ erāt
in castris, sed ēt quantum ad ea, q̄ erant spolia occi-
sorum in via vsq; Accaron, & Geth. s. ꝙ nemo quic-
quā raperet; nā si immanerent spolijs, permitterent
hostes impunes effugere. Finita autē persecutione,
redierunt per vias, quibus persecuti fuerant Phili-
sthinos, & colligerunt spolia occisorum: deinde aūt
H in castra reuersi sunt. *Inuaserunt castra eorum.* Non est
intelligendum, ꝙ inuaserant pugnantes, quasi esset
ibi aliquis, qui resisteret: nā oēs Philisthini fugerant,
sed inuaserunt. i. diripuerunt: erant. n. ibi multa spo-
lia, quia Philisthijm reliquerant ibi oīa, q̄ duxerant
in Bellum nihil secum ferentes, ne grauarent̃ ad fu-
gam. *Assumens autem Dauid caput Philisthęi attulit illud in
Ierusalem.* Iam dictum fuerat. sup. ꝙ Dauid præscidit
caput Philisthæi: nunc autem dr̃, ꝙ tulit illud in Ie-
rusalem; quia ad hoc illud præsciderat. Sciēdum tn̄
ꝙ hoc ponit̃ hic per anticipationem: nā prius tulit
Dauid caput Philisthæi corā Saule, vt patet, ĩ. in lite-
ra: postea autem tulit in Ierusalem, vt patet seq. cap.

Numerus Philisthinorū occisorū, & vulneratorum.

I *Quando caput Goliath fuerit portatum in Ierusalem, & ad quid. Quæstio. XXXVII.*

QVAERET aliquis, Ad quid portatum est ca-
put Philisthæi in Ierusalem, vel quando? Re-
spondet Nicolaus, ꝙ nō fuit portatum immediatè,
vt mortuus est Philisthæus, sed postea, tempore re-
gni Dauid duxit illud illuc ad terrendum Iebuseos,
qui habitabant in arce vrbis. Sed hoc non stat: quia
caput istud portatum est, finito bello, & cum porta-
bat, ibat illuc Saul, vt patet sequenti. c. s. Porro cum
reuerteretur Dauid, percusso Philisthæo, & ferret ca-
put eius in Ierusalem, egressę sunt mulieres in occur-
sum Saul regis cantantes, & ducentes choros: Bellū
K tn̄, quod habuit Dauid contra Iebusæos in Ierusa-
lem, fuit post mortē Saulis, ideo caput Goliath por-
tatum fuit in Ierusalē immediatè post Bellum, præ-
sente Saule Cum autem dicis ad quid portatum est
in Ierusalem? Respondendum est, ꝙ non fuit por-
tatum solum in vrbem illam, sed in omnes alias vr-
bes Israel, vel saltē in multas, scilicet, ꝙ Saul circui-
bat vrbes Israel, & Dauid cū eo ferēs caput Goliath,
& ad vltimū ductum est in Ierusalem, & mansit ibi.

Quare magis portatum fuit caput eius in Ierusalem, quàm in aliam Ciuitatem. Quæst. XXXVIII.

QVAERET aliquis, Quare magis positum est
in vrbe Ierusalē, q̄ in aliqua alia? Rn̄deri pōt,
ꝙ

quòd hoc factum est: quia illa erat Vrbs excellentior omnibus Vrbibus Terræ Israel: & ista insignia memorabilium rerum in talibus Vrbibus poni debent. Aliquis fortè dicet, quòd Saul posuisset caput illud in Vrbe Gabaa, de qua ipse erat oriundus, & in qua manebat ad memoriā Belli; sed, quia Dauid occiderat Goliath, debuit poni ī Vrbe, quę pertineret ad Dauid: & quia erat Dauid de Tribu Iuda, ad quā pertinebat Ierusalē, positum est caput in Vrbe Ierusalem. Sed hoc non stat: quia Vrbs Ierusalem non pertinebat ad Tribum Iuda, sed ad tribum Beniamin, vt patet Iosue. 18. ca. & ibi satis declaratum est. Item, si Dauid posuisset in Ierusalē caput Goliath, quia erat de Tribu sua, à fortiori posuisset in Bethlehem: quia de hac Ciuitate erat oriundus Dauid, vt patet præcedenti cap. & hic positum est tamen in Ierusalem. Dicendum ergo, quòd fuit positum in Ierusalem propter duo: primo: quia ipsa erat nobilissima Vrbs totius Regni Israel. Secundo: quia erat in Tribu Saulis: nam Saul erat de Tribu Beniamin, vt patet supra cap. 9. Ierusalem autem erat in Tribu eadem: Iosue. 18. cap. ideo propter honorem Regis ibi poni debuit, & propter honorem Vrbis: sic enim Philisthini auferentes arma, & caput Regis Saulis posuerunt in Vrbe honorabilissima Regni sui in tēplo Astaroth, vt patet infra cap. vltimo.

An Ciuitas Ierusalem esset capta tempore Saul. Quæstio XXXIX.

QVAERETVR vlterius, Quomodo potuit Dauid portare caput Philisthei in Ierusalem: quia nōdum capta fuerat ista Vrbs à filijs Israel, sed manebat in potestate Iebuseorum: postea autem capta est tempore Dauid, vt patet infra 2. lib. c. 5. & 1. Paralip. cap. 11.? Respondendum est, quòd caput Goliath ductum est illuc, quia iam ciuitas Ierusalem capta fuerat ab Israelitis à magno tempore ante hoc, & habitabant ibi, tamen non capta fuerat quantum ad totum. Nam post mortem Iosue filij Iuda, & Beniamin inuadentes Vrbē totam igne cōbusserunt, vt patet Iudi. cap. 1. Hoc tamen fuit quantum ad loca plana, quæ erant in Vrbe: sed arcem Ciuitatis obtinere non valuerunt, ideo habitabant Iebusæi mixti cum filijs Israel in eadem Vrbe, vt patet Iosue cap. 15. & Iudi. c. 1. mansit aūt hoc à tempore mortis Iosue vsq; ad tempora Dauid: ipse enim pugnauit contra Iebusæum, qui habitabat in arce Vrbis, & obtinuit illud, vt patet infra 2. lib. cap. 5. eo ergo tempore, quo Dauid occidit Philisthęum, Ierusalem pertinebat ad Israelitas, non tamen tota: quia partem tenebant Iebusæi, sed qualitercunque esset, ipsa erat melior Ciuitas oīb⁹, quæ erāt in terra Israel, ideo ad illam ductū est caput Goliath. Cùm autē obijcitur, quòd nōdū capta erat ab Israelitis, sed postea capta est, dicendum, quòd iam capta fuerat, tñ non quantum ad totū. hoc autem sufficiebat, ad hoc, quòd poneret ibi caput Goliath, & quòd habitarent ibi Israelitæ. *Arma vero eius posuit in tabernaculo suo.* i. arma Goliath custodiuit in domo sua apud se. Non vocatur hic tabernaculum ipsa Domus sancta, in qua erat arca, quia ibi non fuerunt posita arma Goliath, sed solus gladius, vt patet infra 21. c. Etiam, quia tabernaculum Dei non vocatur tabernaculum Dauid. Hic tamē dicit, quòd Dauid posuit illa in tabernaculo suo: ergo debet intelligi de aliquo tabernaculo Dauid, non quidem de tabernaculo, qđ haberet in Castris: quia ibi nullum habebat, cū venisset ad Castra, non vt bellator, sed vt ferens sarcinas fratribus suis in habitu Pastorali: sed vocatur tabernaculum Dauid ip-

A sum, qđ habebat in vrbe sua in domo patris sui. Vel tabernaculum suum est, qđ habuit postea, quando habitabat cū Rege, & habebat filiā Regis in vxorē. Sciēdum autem, quòd Dauid non posuit oīa arma Goliath in tabernaculo suo: nā gladiū posuit in tabernaculo Dei post Ephod, vt patet infra cap. 21. Item sciendum, quòd Dauid non posuit ista arma in tabernaculo suo, vt ipse vteretur eis ad Bellum, quia nō poterāt coaptari ei propter magnitudinem ipsorum: nam Goliath erat sex cubitorū, & palmi: Dauid autē erat vir paruus: lorica ergo, & galea, & ocreę ęreę nequaquā ei coaptarentur: Clypeus autem, & lancea, & gladius secus se habebant, quia ista nō coaptabantur corpori: & tamen istis non poterat Dauid p omnem modū vti, quia lancea eius erat magna nimis: nā hastile eius erat quasi liciatoriū texentium: ferrū aūt sexcentos siclos habebat pōderis, vt patet supra: Dauid ergo non posset eam mouere. De clypeo quoque credendum est, quòd esset secundum proportionem istā magnum nimis: solus vero gladius erat, quo Dauid poterat vti ad Bellū, iō qñ fugit à facie Saulis, non ferens secum aliqua arma, petiuit gladium à Sacerdote Achimelech, & accepit gladium Goliath, vt patet infra c. 21. si tamen non fuisset sibi conueniens ad pugnādum, non accepisset eū. Sciēdum, quòd Nicolaus dicit hic, quòd omnia arma Goliath posita fuerunt in tabernaculo Domini: quod patet, quia ibi erat gladius eius infra cap. 21. Sed hoc C non stat: quia ibi dicitur, quòd Dauid posuit arma, in tabernaculo suo, sed tabernaculum Dei non vocatur tabernaculum Dauid. Quòd autem postea Dauid dederit gladium Goliath, vt poneretur in tabernaculo Dei, vel etiā posita fuerint ibi omnia arma, nihil differt: necesse tamen est, quòd primo posita fuerint in tabernaculo Dauid, & litera ista debet de hoc necessario intelligi. *Eo autem tempore, quo viderat Saul egredientem Dauid contra Philisthęum.* Hic ponitur dubitatio, & inquisitio Saulis circa Dauid, & hoc fuit qñ vidit eum egredientem contra Philisthæum, scilicet, quando stetit coram ipso, & petiuit sibi concedi singulare certamen. Cum enim staret coram eo, nō petiuit de qua stirpe esset: cum autem exiuit ad pu-D gnandum, quæsiuit hoc. Ratio inquisitionis fuit, qa cognita eius nimia animositate, admiratus est: voluitque scire de qua stirpe esset talis vir. *Ait ad Abner Principem militiæ.* Iste Abner erat Princeps militię Saulis, & erat cognatus eius in secundo gradu, scilicet patruelis suus, vt patet supra capit. 14. erat ergo honorabilior in tota Domo Saulis, & sibi familiarior, & ob hoc magis locutus est ei Rex, quàm alteri, quærens de iuuene illo. *De qua stirpe descendit iste adolescens, ò Abner?* idest de qua Tribu est: & de qua familia, & Domo: nam nomine stirpis omnia ista cōprehenduntur? Et non solum volebat certificari Rex de Tribu, quia hoc nimis vniuersale erat, sed etiam de Familia, & Domo.

E

Quomodo potuit Saul ignorare stirpem Dauid, cum ante hoc cognosceret eum. Quæst. XL.

QVAERET aliquis: Quomodo Saul potuit ignorare stirpem Dauid: ipse enim cognoscebat ante hoc stirpem Dauid: quia manserat cum eo Dauid diebus multis, & psallebat in cithara, cum Saul arriperetur à Dæmone præcedenti cap. Respondendum est, secundum Augustinum, quòd non cognouit Saul ipsum Dauid propter mutationem faciei. Nam qñ venit primo ad standum coram eo, erat adolescentulus non habens Barbaram,

postea autem, crescente barba, immutatus fuerat a-
spectus eius, & sic fit in quolibet viro: quia, cum in-
cipit habere barbam, in paruo tempore fit in eo ma-
gna mutatio: Saul ergo non cognouit Dauid iam ni
mis mutatum à priori habitudine faciei. Aliquid
quoq; ad hoc conferebat mutatio habitus: nam cũ
steterat prius Dauid in conspectu Saulis erat in ha-
bitu famulorum regis, nunc autem erat in habitu
Pastorali habens peram Pastoralem, & fundam, &
Baculum. Accidit etiam ista ignorantia hominum
aliquando visorum in regibus: maximè quia assueti
sunt multos videre, nec semper eosdem, sed varian-
tur: ideo nullius eorum firmam cognitionẽ habent:
haberent autem, si paucos viderent: & tunc cum ali
quid vidissent, etiam si multo tempore intermitte-
retur visio illius, rursus cum viderent illum cogno-
scerent: variatio tamen tollit firmitudinem cogni-
tionis: sic est in recipientib. hospites: quia cum mul-
tos recipiant, & quotidie varientur: etiam si iterato
redierint, vix cognoscunt, vel nõ cognoscunt: sic n.
Sap. ca. 5. cum designatur breuis vtilitas impiorum,
dicitur, quod illa est tanquam memoria hospitis v-
nius diei prætereuntis: sic autem erat de Rege Sau-
le, quia, cũ assuetus esset videre plurimos, qui venie-
bant ad stãdum sibi: quamquam Dauid aliquo tem-
Nic. resp. refellitur. pore ab eo cognitus esset, iam nunc non agnosceba
tur. Nicolaus respõdet aliter, s. phantasia Saulis erat
perturbata, & impedita ex afflictione Demonis, iõ
non cognoscebat Dauid: sed hoc non est multum
solidum: quia, vel dicetur, quod phãtasia Saulis erat
nunc perturbata, quando ista interrogabat: vel erat
perturbata à principio, cum adductus est Dauid ad
eum, vt psalleret. Primum non potest stare: nam ma
nifestum est, quod nunc non erat arreptus Saul à De
mone, alioquin Dauid cecinisset coram eo, sicut a-
lias faciebat, & post hoc fecit, vt patet sequenti cap.
& infra 19. tamen non cœcinit, ergo non erat arre-
ptus. Item, si fuisset arreptus à Dæmone, non inqui-
siuisset ista, quia ista inquisitio erat hominis habentis
iudicium tranquillum, cum tamen arripiebatur à
Dæmone, Saul cruciabatur nimis: ita, vt ad lenien-
dum dolorem eius psalleret Dauid; ergo non erat
arreptus à Demone: Item si daremus, quod tunc Sa-
ul esset arreptus à Dæmone, & haberet phantasiam
perturbatam, nõ solum ignoraret Dauid, sed etiam
omnes alios, & de quolibet dubitaret, quia eadem
causa erat: non tamen dubitauit de Abner, cum ab
eo quæsierit de qua cognatione erat Dauid: ergo nõ
erat tunc perturbatus in phantasia. Etiam non est
dicendum, quod fuisset perturbatus à principio, qñ
fecit vocari Dauid, vt psalleret coram eo: quia tũc,
licet fuisset aliquando perturbatus, s. quando à Dæ-
mone vexabatur: tamen non erat semper turbatus,
cum dicitur præcedenti cap. quod, quando arripie-
batur à Dæmone Saul, psallebat coram eo Dauid, &
melius habebat: ergo videtur, quod nõ semper, quã-
do fuit Dauid cum Saule, erat turbatus Saul: & sic
cognosceret eum. Vnde pro eo specialiter misit ad
patrem: & postea dicitur, quod inuenit gratiam co-
ram oculis eius: nõ posset tamen inuenire gratiam,
si esset Saul perturbatus: quia non cognosceret Da-
uid: ergo non erat turbatus: & sic cognouit eum pri
mo, & etiam nunc. Non est ergo standum in respon
sione hac: sed in prioribus duobus. *Dixitque Abner, Vi-
uat anima tua, Rex, si noui.* Modus iurandi est, scilicet, sic
oro Deum, quod viuat anima tua, sicut ego ignoro
hoc: vel aliter ego iuro per animam tuam, idest per
vitam tuam, quod ignoro quid quæras: nõ enim co-
gnouerat Abner Dauid.

F *Unde prouenit, quod Abner non cognouerit Dauid, cum esset fa-
miliarissimus Saulis. Quæstio XLI.*

QAERET aliquis, Quamquam Saul non co-
gnouisset nunc Dauid, quomodo non cogno-
uit eum Abner: quia ipse erat familiarissimus Regi,
& astabat illi, ideo debuisset cognoscere Dauid, qui
prius steterat coram Saule, vt patet precedenti c. Re
spondendum est, quod Abner ignorauit quis esset
Dauid, & potuit hoc ignorare ex duabus causis, su-
pra assignatis in Saule. Prima, quia Dauid erat iam
multum immutatus secundum faciem propter bar-
bam, quæ nouiter creuerat, ideo videbatur dissimi-
lis à statu priori, & sic nõ cognosceret eũ licet prius
G cognouisset. Secunda causa est, quia sicut Saul soli-
tus erat videre plurimos: & ob hoc non manebat ei
firma cognitio alicuius eorum, ita Abner, qui erat
Princeps militię, & erat potẽtissimus in toto regno
videbat plurimos, & faciliter obliuiscetur illorum.
Sed adhuc aliter potest respõderi de Abner, scilicet,
quod Abner nunquam viderat Dauid, & hoc: quia,
cum esset Abner Princeps militiæ Saulis, & Israeli-
tæ semper haberent hostes, credendum est, quod vt
in plurimum manebat Abner in confinibus Regni
Israel, & Philisthinorum ad protectionem locorũ,
quæ erant in extremo, & licet venisset Dauid ad Sa-
ul: fortè non vidit eum Abner in prima vice, ideo
nunc non cognouit. *Et ait Rex: Interroga tu cuius filius sit*
H *iste puer*, idest istæ adolescẽs: ex eo enim, quod Dauid
incognitus erans Sauli, & nesciuit respondere Ab-
ner d̃ eo, iussit vt Abner interrogaret ab alijs: & hoc
quia Rex nolebat familiariter loqui ad alios per se,
sed per ministrum suum. Dicunt autem quidam He
bræi, quod iussit queri cuius filius esset ad sciendum
si erat fortis pater suus, quia per hoc poterat præsu-
mi de robore filij, scilicet, quod pater robustus gene
rat filios robustos. Nicolaus autem dicit, quod quæsi
uit de patre ad sciẽdum specialiter genus illius, quia
Rex promiserat, quod, quicunque superaret Phili-
sthæum, acciperet filiam eius in vxorem, &: quia nõ
decebat filiam Regis copulari alicui viro vilis gene-
ris, inquisiuit Rex de stirpe sua. *Cumque regressus esset*
I *Dauid, Philisthæo percusso.* Ponuntur ista hic, quia ad idẽ
pertinent, quamquam non simul facta fuerint, quia
istud, quod dictum est, supra factum fuit antequam
Dauid procederet contra Philisthæum. Quod au-
tem hic dicitur factum fuit postea, scilicet: quia illo
reuerso à percussione Philisthæi inter rogauit eum
Saul de progenie sua. *Tulit eum Abner, & introduxit
coram Saul.* Istud fuit ad honorandum Dauid propter
victoriam, quã habuerat: nam, percusso Philistheo,
erat Saul in tentorio, Dauid autem volebat introire
ad eum, ferens caput Goliath: & non licet ei: nisi
quis introducet illum: ideo Abner, qui erat Regis
familiarissimus, & potentissimus, vt honoraret Da-
uid, introduxit eum coram Saule. *Caput Philisthei ha-*
K *bentem in manu*, s. Dauid habebat in manu sua caput
Goliath, qñ introductus est ad regem, eo, ꝙ mox, vt
corruit Goliath, iugulauit eũ Dauid, atq; præscidit
caput. *Et ait Saul ad Dauid.* Quia nõ cognouerat supra
Saul cognationẽ Dauid, qñ quæsiuit ab Abner: nũc
ipse ꝑ se inqsiuit. *De qua progenie es, o adolescens?* i. de qua
Tribu, & Familia, & Domo? nam non quæsiuit solũ
de Tribu, quia hoc erat aliquid cõfusum, sed specia-
liter de Familia, & de Domo. *Dixitque Dauid. Filius ser-
ui tui Isai Bethlehemitis ego sum.* Quæsiuit Saul de proge-
nie: in quo intelligebatur tam Tribus, quàm Fami-
lia, & Domus. Dauid autem vnico verbo respondit
ad omnia hæc, s. ꝙ erat filius Isai Bethlehemitis. Di-
cunt Hebręi, s. Ra. Dauid Kimhi, ꝙ vocabatur pater
Dauid

Dauid Bethlehemites dupliciter. Vno modo: quia erat de Vrbe Bethlehem. Alio modo: quia erat vir fortis: quia secundum deriuationem Hebraicam Bethlehem ita p̄t significare, vel fortē bellatorem. Dauid autem dixit, ꝙ pater suus erat Bethlehemites de vrbe Bethlehem: & hoc ad notificandum genus suum. Aliqui tamen Hebręi volunt, ꝙ vocauerit patrem suum Bethlehemitem, i. bellatorē: & hoc dicunt, vt videatur respondere Dauid ad intentionem Saulis quærentis, qui secundū eos quæsiuerat de patre Dauid, vt sciret, an esset filius viri fortis: Ipse autem respondit, ꝙ erat pater suus Bethlehemites, i. pugnator, vel robustus. Sed hoc non stat: quia si Dauid sic respōdisset, nō intellexisset Saul de quo loqueretur: quia multi erant in terra Israel, qui vocabantur Isai: si ergo non nominasset locū, vel tribum, superuacuum erat dici, quòd pater eius erat Isai, ideo intelligitur, quòd erat Bethlehemites, idest de Vrbe Bethlehem.

Dauid sufficienter se manifestauit, Dicendo nomen Patris eius, & nomen Ciuitatis. Quæst. XLII.

QVAERETVR, An Dauid sufficiēter respōderit ad intentionē Saulis, dicēdo, ꝙ pater suus erat Isai Bethlehemites. Et vr̄, ꝙ sic: quia, cognito patre, cognita esset cognatio filij, cū pater sit principiū immediatum filij, nominando ergo patrem suū, nominauit Dauid tribum suam, & familiam, atq; domum, sed Saul cognoscebat Isai: q̄a præcedēti. cap. miserat ad eū, vt sibi mitteret filiū suū Dauid, & Isai misit Regi munera, vt patet ibidem: ergo cognoscebatur à Rege. Sed dicendum, ꝙ ista responsio non est sufficiens: quia sicut Saul ignorabat Dauid, quē prius viderat, & secum habuerat, ita posset ignorare ipsum Isai patrem eius, qui ei munera miserat, & tunc non cognosceretur Dauid per Isai. Dicendū est, Saul benè cognoscebat Isai, qui erat vir famosus inter omnes Bethlehemitas: potissimè: quia habebat Saul secum alios tres filios eius, vt patet supra iō mox, vt nominaret Dauid patrem suum Isai, cognosceretur cuius filius erat. Et hoc apparet: quia mox, vt Dauid dixit se esse filium Isai Bethlehemitis, cessauit quæstio Regis, nec vltra quæsiuit, cuius filius esset, vel de qua progenie: quæsiuisset tamen, si per hoc non fuisset certificatus, tamen non quæsiuit: ergo cognoscebat Saul Isai, & consequenter erat ista responsio sufficiens. Sed adhuc aliter dici potest, scilicet, quòd dato, ꝙ Saul non cognouisset Isai patrē Dauid, erat sufficiens ista responsio: nam quærebat Saul de qua progenie esset Dauid: in quo erat quæstio de Tribu familia, & domo. Sed, cum diceret Dauid se esse filium Isai Bethlehemitis, respondebat ad omnia hæc. Nam ex eo, ꝙ erat pater Dauid Bethlehemites, sequebatur ipsum esse de Tribu Iuda: nam Bethlehem erat ciuitas in sorte Iuda, vt patet Mat. cap 2. & tamen in ciuitatibus Iuda, soli filij Iuda habitabant, & per hoc, quòd aliqui erant de talibus locis, certissimè cognoscebatur eorum progenies. Cognoscebatur etiam per hoc, de qua familia erat Dauid: nam in Tribu Iuda erant multæ familiæ, scilicet quinque, vt patet Num. 26. cap. & istę acceperāt diuersas partes sortis Iuda: Vrbs autem Bethlehem fuit assignata familiæ Phares, de qua erat Dauid: iō dicēdo, ꝙ erat Bethlehemites, cognoscebatur familia eius: domus autem cognoscebatur ex nomine patris. Et dato, quòd non cognosceret Saul ipsum Isai: quia tamen cognoscebat iam familiam, & tribum, sufficiens erat hoc, ideo Dauid conuenienter respondit.

Quare Saul tam diligenter inquisiuit de stirpe Dauid. Quæstio. XLIII.

QVAERETVR vlterius, Cur tam solicitus erat Saul inquirendo de stirpe Dauid? Aliquis respōdebit, secundū quosdā Hebræos, ꝙ hoc faciebat ad sciendum, si erat filius alicuius viri fortis. Hoc tamē non stat: quia licet à principio potuisset habere locum, antequam Dauid procederet ad pugnandum contra Philisthæum, tamen postq̄ pugnauisset, nihil referebat, quòd cognosceretur, an esset filius viri fortis, cū iam fortitudo eius cognita esset: scire autem an pater eius esset fortis, erat ad habendum præsumptionem de ipso, an esset fortis, sed iā non erat opus præsumptione, cū veritas cognita esset. Aliter diceret aliquis, secūdum alios Hebræos, scilicet, quòd hoc fecit Saul: quia erat conterritus propter Dauid, nam cum induit se vestimentis Saulis, dicunt, quòd vestimenta eius fuerunt cōmensurata ei, sicut commensurabantur Sauli, & hoc erat miraculum: ideo obstupuit Saul putans, ꝙ ille futurus esset Rex, eo, ꝙ vestes regiæ erant ei proportionatè: dicunt ergo Iudæi, ꝙ tunc dixit Saul, an esset Dauid de familia Phares, vel de familia Zaram: si erat de familia Phares, dicebat eū futurū Regē, quia Phares interpretatur ruptura, vel diuisio: Rex autem facit rupturam, quam intret. Si autem erat de familia Zarā, dicebat eū nō futurū Regem, sed virū famosum. Dicūt autem, ꝙ tunc respōdit Doeg Idumęus, ꝙ Dauid erat de familia Phares: non tamen poterat esse Rex, nec habere aliquam excellētiā, eo, ꝙ erat de stirpe Moabitarum: & dicit̄ Deut. c. 23. Ammonites, & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt ecclesiam Domini in ęternum. i. non habebūt dignitatem aliquā inter Israelitas. Dicūt aūt, ꝙ tūc respondit Abner, ꝙ illud intelligebat̄ de viris Moabitis, quia litera Hebraica ponit ibi masculos, & nō fœminas: Dauid autem erat de stirpe Moabitarum quantum ad matrem, sed non ex parte patris: quia Ruth erat Moabitis, sed vir eius Booz erat de Tribu Iuda, ideo non prohibebatur à lege accipere Regnum. Sed ista omnia ridicula sunt: Nam de vestibus commensuratis supra improbatū est. Quod autem Saul diceret, an erat de familia Phares, vel de familia Zarā nō est verisimile: quia in hoc præsupponeretur, ꝙ erat de Tribu Iuda: sed istud adhuc ignorabat Saul. Item dato, quòd sciret eum esse de Tribu Iuda, non sufficienter distinguebat dicens, an esset de familia Phares, vel Zaram: quia præter has, erant aliæ tres familię tribus Iudæ, scilicet familia Selaitarum, Esromitarum, Amulitarum, vt patet Nuro cap. 26. omnia ergo hæc conficta sunt. Dicendū est igitur, quòd Saul erat solicitus circa inquisitionem de progenie Dauid, eo quòd viderat eum virū valde extremum: ideo desiderabat scire cognationē eius: vel forte, q̄a daturus erat ei filiā suā in vxorem, eo, ꝙ ꝓmiserat: volebat ergo scire de qua progenie esset, vt, si esset de bono genere, lætaret̄ in eo.

An Dauid peccauerit iniendo Bellum cum Goliath. Quæstio XLIIII.

QVAERETVR vlterius circa ea, q̄ dicta sunt: quā Dauid iniuit singulare certamen ꝯtra Goliath, quod vocatur Duellum: An istud duellū licitum sit, vel peccauerit Dauid committēdo illud, suscipiendo Duellum. Respondendum est, quòd non peccauit: quia dauid erat vir sanctus, in quo erat spiritus Domini, & semper fuit in eo à die, qua vnctus est, vt patet p̄cedenti. c. sed cū spiritu Dei nō p̄t stare peccatum mortale: ideo Dauid nunq̄ peccauit mortaliter postquàm vnctus est in Regē: sed istud Duel-

lum suscepit post vnctionem, ergo non peccauit. Sed dicendum, ꝙ ista responsio nō stat, quia manifestū est, ꝙ Dauid peccauit mortaliter postq̄ vnctus est in regē. s. qñ iussit occidi Vriā Hetheū & cōcubuit, cū vxore eius, vt patet inf. 2. li. c. 11. Cū aūt arguitur, ꝙ habuit spiritū Dñi semper postq̄ vnctus est, conceditur: & cùm dr̄, ꝙ cum spiritu Dei nō pōt stare peccatū mortale, dicendum verum esse, si sit spiritus, q̄ est gratificans: benè tñ stat, si sit spiritus gratis datus: sic aūt fuit in Dauid: quia spiritus Dñi, qui directus est in eo à die vnctionis suę, non fuit gratia gratū faciens, vt declaratum est præcedēti. s. sed fuit spiritus roboris, & prophetiæ: ista aūt bene stant cū peccato mortali, iō potuit peccare Dauid, licet semp̄ haberet spiritū Dñi, nec ex hoc inducitur, ꝙ non peccauerit in duello. Sed dicendū est, ꝙ non peccauit: q̄a Dauid nunq̄ peccauit mortaliter, nisi ī morte Vriæ in adulterio Bersabeæ: ergo in isto duello non peccauit hoc patet, q̄a inf. 3. lib. c. 15. dr̄ ꝙ Dauid fecit rectum in oculis Dñi, & non declinauit ab oībus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suæ: excepto sermone Vriæ Hethæi: ergo in isto duello non fuerat peccatum. Quare aūt non fuerit pc̄m̄, potest sic dici: quia aut duellū est, secūdum se illicitū tam quam tum ad offerentē, q̄ ad suscipientē, aut est in aliquo casu licitum. Si dicatur, ꝙ aliqñ sit licitum, sic dicet, ꝙ Dauid potuit, vtēs iure suo, suscipere Bellum oblatum, nec fuit ibi aliqua dispensatio. Si autē dicat̄, ꝙ erat totaliter illicitum, est dicendū, ꝙ non peccauit Dauid, q̄a Deus mouebat eum ad faciendū hoc. Et cū quis agit, qđ Deus iubet ēt, si illud malum sit nō peccat, imò meretur, ꝙ p̄p mandatum Dñi iam illud efficitur licitū, sicut Abraham nō peccabat volendo occidere filium suum, & iam quasi actualiter occidēdo, imò in hoc meruit inestimabiliter: & fuit istud maximū bonū, qđ fecit Abraham: & p̄p hoc promisit ei Deus terram Chanaam, & Christum uēturū de semine suo: & iurauit hoc, vt patet Geñ. 32. c. ergo Dauid, non solum, non peccauit in hoc, sed ēt meruit: quia posuit se ad mortē p̄p Dei immutatione. Sed adhuc dato, ꝙ Deus non mouisset specialiter Dauid ad faciendū hoc, non peccabat: q̄a in Patriarchis multa, per dispensationem fuerunt licita, q̄ in alijs viris erant illicita: sic Iacob excusatur à mēdacio, Israelitæ à furto, Sanson ab homicidio, Patriarchę, qui multas vxores simul habuerunt, ab adulterio excusantur. extra de diuor. c. gaudem⁹. Nō fuit ergo peccatum in Dauid suscipiendo Bellum.

An Duellum, secundum se, sit licitum. Quæst. XLV.

QVAERETVR vlterius, Dato, ꝙ Dauid nō peccauerit suscipiendo Duellum, quia forte in eo fuit aliquid speciale: an Duellum, secundum se, sit licitum, vel illicitum, s. illi: qui Duellum petūt, vel suscipiunt, an peccant; vel in aliquo casu licitè suscipiunt? Ad hoc rñdendū est, ꝙ, aut isti: qui suscipiūt, vel petunt, sunt laici, vel clerici, si clerici simpliciter est eis illicitū, iō, si pugnauerint in Duello, sunt irregulares, & dēnt deponi, & si nōdum fuerint promoti ad sacros ordines, nō debent promoueri. De hoc extra de cleri. pugnan. in Duello, per totum. Si autē sunt laici, est dubium: & est controuersia inter doctores, an sit in aliquo casu licitū: nam, ꝙ cōiter sit illicitum nemo dubitat, s. an aliquo casu liceat, est controuersia. Snīa Nicolai est, ꝙ nunq̄, licet alicui petere Duellum tam in causa ciuili, quàm criminali: suscipere tamen licet in aliquo casu, siue in criminali, siue in ciuili; ad cuius declaratioñē ipse arguit dicens, ꝙ sit licitum: quia Dauid pugnauit in Duel-

F lo, & nō arguit̄ in scriptura, sed cōmendat̄. In contrariū arguit: q̄a in Duello dat̄ ptās, vel saltē ꝯcedit̄ licentia vtriq; interficiendi alium, vel se mutuo. Cū igitur alter eorū sit innocēs, p̄stat̄ auctoritas, vel saltem datur licentia interficiēdi innocentē, qđ est simpliciter illicitū, q̄a est contra dictamen iuris naturalis, & ꝯtra diuinū p̄ceptū. Rñdet ad hoc, ꝙ Duellū pōt accipi dupliciter. vno mō proprie: & sic duellū est singularis pugna duorū, vt per victoriā vnius appareat iustitia, tanq̄ per diuinū iudicium, & alterius iniustitia: & sic, secundum omnes doctores, Duellū est illicitum tam ex parte dantis, q̄ ex parte accipiētis: & iudicis dantis licentiam, & consulentium, & fauorem prętantium: q̄a ibi manifestè est tentatio
G diuina: & hoc mō dixit intelligi iura, quæ loquunt̄ de Duello prohibēdo, s. 2. q. 5. c. Monomachiam. & extra. de purga. vul. c. cum suscepta. nisi per diuinam reuelationē manifestatū fuerit, ꝙ Deus vult sic indicare suam iustitiā: & hoc mō dicit, ꝙ sancti doctores dñt, ꝙ Dauid iniuit singulare certamē cū Philistheo, q̄a sibi reuelatum fuit à Dño, ꝙ sic volebat indicare suā Iustitiā ꝯtra Philistheos: vñ procedēs cōtra Philistheū, dixit: Ego venio ꝯtra te, in noīe Dei viuentis, & sic non fuit p̄prie Duellator, sed magis diuinæ iustitiæ executor. Alio modo p̄t accipi Duellum, p̄ut est Bellum singulare vnius cū vno absque expectatione diuini iudicij, sed vt per virtutē, vel artē, vel fortunā, vel oībus istis, vel aliquibus eorū con
H currentibus aliqua controuersia inter eos criminalis, vel ciuilis terminetur. Et sic adhuc dicūt aliqui, ꝙ Duellū est oīno illicitū nō solum à parte petentis, & indicentis, sed ēt recipientis: ita ꝙ magis dēt sustinere rerum suarum spoliatione, & suæ p̄sonæ suspēsionē, & mortem, q̄ Duellū recipere: vel ēt offerre, dato, ꝙ se sentiat innocētē. Cuius ratio est: q̄a intentio intrātis Duellū est interficere aduersarium suū, qđ nulli personæ priuatę licitum est: & ad hoc inducunt verbum Aug. lib. de libero arbitrio, dicētis sic: Quomodo possum arbitrari istos carere libidine, q̄ pro his quoq; reb⁹ gladiant̄, quas possunt amittere inuiti? & inter istas res, secundum ipsum ponit̄ vita p̄pria. Sed dicit Nicolaus, ꝙ ista snīa vr̄ alijs nimis
I dura: & dicunt, ꝙ si appellatus de Duello non possit declinare: vtpotè, quia denegantur sibi p̄bationes aliæ: & si appellet non defertur appellationi suæ p̄t licitè se defendere duellando, & non solum in causa criminali pro vita sua defendendo, sed ēt in causa ciuili, q̄a, sicut licitum est alicui bellare ad sui corporis defensionē, ita ēt ad rerum suarum ꝯseruationē. Dicit ēt, ꝙ non valet argumentum, cum dr̄, ꝙ intēdere aliū occidere, est contra dictamen naturæ: q̄a hoc verum est, si per se intendatur: sed in hoc casu nō intēditur, nisi per accidens, si nō possit aliter vitā suā, vel res suas seruare, ad quorum ꝯseruationem, per se dirigit̄ intentio sua. Qđ patet ex hoc, ꝙ declinat Duellum q̄tum p̄t, & ad ꝯseruationē vitæ p̄priæ ma
K gis inclinat natura. Cum autem obijcit̄, ꝙ duellator agit ꝯtra p̄ceptum diuinum, s. nō occides: dr̄, ꝙ intelligit̄ de occisione innocētis: petens tñ duellum in hoc casu non est innocens, & p̄ ꝯñs iste se defendēs de mandato, & volūtate Iudicis, nō vr̄ peccare, maximè pro vitę suæ defensione. Ad dictum autē Augustini dicit, ꝙ loquitur inquisitiuè, & dubitatiuè, & nō terminatè: deinde dicit, ꝙ isti volunt, quòd licet appellat⁹ de Duello in hoc casu excusetur à peccato: petens tamen Duellum, & iudex auctoritatē, vel licentiam præstans semper peccant mortaliter. Dicit tamen hoc esse durum, quia multi Principes sanctę vitæ, & qui bonorum consilio vtebantur, aliqñ Duellum sustinuerūt, seu, ꝯcesserūt, sicut Beatus

Ludouicus

Ludouicus Rex Franciæ, & Carolus Magnus,& plures alij, & Archiepiſcopi, & Epiſcopi iuſtitiam temporalem habentes: videtur ergo durum condemnare duellũ in omni caſu ex parte Iudicis. Dicit ergo, ꝙ ſine aliqua aſſertione per modum collationis põt dici, ꝙ in aliquo caſu poſſunt à iudicibus licitè permitti duella, vtpotè quando aliqui nobiles habent inter ſe Guerram, quam poſſunt mouere,& ex longa conſuetudine quamuis ſuperiorem habeant, vt patet in pluribus Terris, & Regnis: & ex hoc vnus vaſtat Terram alterius ferro, & igne, in quo ſubditi, qui ſunt innocentes,in rebus,& corporibus multipliciter affliguntur, & aliquando contingit, quòd vnus coram ſuperiori Principe prouocat alium ad duellũ, & alius ſtatim recipit abſque alia recuſatione: ſi iudex in tali caſu probabiliter videat, ꝙ prædicta vaſtatio innocentum ſubditorum per duellum iſtud debeat terminari, nõ videtur peccare tale duellum permittendo: quia ei, qui habet auctoritatem alicuius communitatis,licitum eſt minora mala pmittere ad euitandum maiora: ſicut licitè permittuntur meretrices in ciuitatibus, ne omnia libidinibus conturbentur, vt ait Auguſt. Dicit etiam quòd eadẽ ratione videtur accidere de ignobilibus guerram adinuicem non petentibus in aliquo caſu, vt ſi per hoc, quòd nullus poteſt aliũ prouocare ad duellum,multiplicarentur homicidia occulta in terra, eo ꝙ tales homicidæ non timerent ad duellum ab aliquo prouocari: non videtur in tali caſu eſſe illicitum Principi aliqua duella permittere, vt prædicta homicidia ceſſent, quæ ſunt maiora mala. Ad argumentum autem,cum dicebatur, ꝙ in duello datur licentia occidendi innocẽtem, quòd eſt illicitũ. Reſpondet, ꝙ in caſu prædicto nullus duellantium eſt innocens, ideo datur licẽtia occiſionis illis, quorum vterque peccat: eo, quòd ipſi volunt expediri per duellum, prætermiſſis alijs vijs iuris. Sed dicendum eſt ſecundum Hoſtieñ,ꝙ Duellum in nullo caſu eſt licitum, nec quantum ad petentem, nec quantum ad recipientem, nec ad iudicem dantem licentiam, nec ad aſſiſtentes,vel conſulentes, ſiue in cauſa ciuili,ſiue in criminali: vnde dicit etiam,ꝙ ſecũdũ legem Romanam reprobantur duella.C. de gladi.l.1.& dicit,ꝙ,quamuis pugnauerit ſingulari certamine cum Goliath, nõ eſt pro lege tenendum: quia in talibus manifeſte videtur Deus tentari, vt patet. 2.q.5.c.mena.& extra de purga.vul.c. cum ſuſcepti. Deus autem nũquam tentari debet. Dicit etiam, ꝙ nunquam excuſat conſuetudo loci,ſicut quidam dicere voluerunt adducentes pro ſe: illud quod mos erat,peccatum non erat 32.q.4.c.obijciuntur. Et qñ obijcitur de Dauid,& de ſimilibus dicit, ꝙ hoc fuit ex diſpenſatione, ſicut à multis alijs Patriarchæ excuſati ſunt per diſpẽſationem extra.de diuor. c. gaudemus. Dicit etiam, ꝙ non eſt recipienda diſtinctio illorum, qui dicunt differre, vtrum quis duellum offerat,vel oblatum ſponte ſuſcipiat:quia tunc dicũt, ꝙ mortaliter peccant: ſi tamen aliquis inuitus, iudice præcipiente, ſuſcipiat illud,cũ aliter euadere non poſſit, vel res ſuas ſaluare, non peccat:dicit tamen, ꝙ hoc non tenet: nam,licet præceptum iudicis à tãto excuſet, non tamen à toto: & potius debemus iacturã rerum ſuſtinere, quàm huic malo conſentire. Extra de homi.c.ſuſcepimus. & etiam in criminalibus potius debemus omnia mala pati, quàm aliquod malum agere.33.quæſt.5. c.ita,vt: vnde ſi aliqs clericus duellum offerat, vel oblatum ſponte ſuſcipis, de rigore iuris deponi debet, ſiue victor, ſiue victus ſit. Extra.de clericis pugnan.in duel c.1. & ſi homicidium contingat fieri in duello, omnes irregula-

A ritatem contrahunt,ſiue pugnantes fuerint, ſiue iudices pcipientes, ſiue aſſeſſores,ſiue cõſiliarij,vel aduocati, vel quicũque alij ar. extra de clericis pugnã. in duello cap.2.& extra de homi.c.ſicut dignũ. hoc tenet Hoſtien. in ſumma. ti. de clericis pugnan. in duello. Eandem ſententiã tenet Henricus. eod. tit. cap.Henricus. & allegat ſex cauſas,quare non debet permitti duellum. Prima eſt, quia Deus tentari videtur in allegatis iuribus.2.q.5 cap.Mena. & de pur. vul.per totum. Secunda cauſa: quia mortes hominum,& pericula animarum inde proueniunt, & homicide inde exiſtunt. Tertia cauſa, quia non eſt veriſimilis probatio illa, quæ fit per duellum. Non.n. eſt veriſimile, niſi ꝙ fortior debiliorem conculcet.

Quare nõ debet permitti duellum.

B Quarta cauſa, quia vix,aut nunquam in eo reperitur æqualitas,quæ in iudicijs approbatur. extra de accepti.c.cum iter. & de mutui.peti.c.2.Quinta cã: quia Diabolo ſuggerente,inuentum eſt duellum,vt in alleg.cap.mena.& cap.conſuluiſti.2.quæſt.5. Sexta cauſa;quia falſa probatio eſt: vnde ſententia,hac occaſione, nõ tranſit in rem iudicatã,extra de purga.vul.cap.2.Idem autem tenet Alanus dicẽs,ꝙ nulla cõſuetudo, vel verius corruptela poteſt aliquem in hoc caſu excuſare,quia diuturnitas temporis peccatum non minuit, ſed augmentat, extra de ſimo. cap.nõ ſatis, & quamquam omnes peccent in duello, qui aliquo modo conſentiunt: non tamen ęqualiter: quia qui ſuſcipit, peccat, & tamen ſi per metũ

C ſuſcipiat,attenuatur peccatum: vt,ſi propter periculum perſonæ, vel rerum extra,de his,quæ vi, metuve. cap.fiunt. cap.ſacris. qui autem ſponte ſuſcipit, & qui offert, & iudex, qui præſtat auctoritatẽ, & omnes,qui aſſeſſores ſunt, vel cõſilium, aut fauorem tribuunt, ſicut alicubi conſuetudo eſt, grauius peccant. Guilielmus aliter dicebat,ſcilicet,quòd ſi aliquis innocens accuſatur ad mortem,qui, ſi duellum oblatum recuſauerit ſtatim, ſuſpenditur: durũ videtur dici, quòd talis non poſſit ſubire duellum: ideo dicit,ꝙ fortè diſtinguendum eſt, inter ſuſcipiẽtem duellum oblatum in cauſa criminali, & ſuſcipientẽ in ciuili pro rebus ſuis: ita, vt dicatur, quòd in primo caſu licitum ſit ſuſcipere duellum,& non

Opi. Guilielmi refellitur.

D offerre: in ſecundo caſu non ſit licitum offerre, nec ſuſcipere, cum in temporalibus potius debeat quis quodlibet damnum pati,quàm duellum ſubire:ſed dicit, quòd, cũ res ſuas liceat armis defendere,eaſq; defendendo raptorem occidere, ſi aliter defendere non poſſit, quare non poteſt eas defendere in bello, ſiue duello? non ꝙ ipſe offerat, ſed quòd à iudice offeratur, vel imponatur. Credit ergo,quòd hoc ſit benignius, ne videatur damnare omnes,qui pro ſe, vel rebus ſuis duellum ſubierunt.

Sed iſtam diſtinctionem non vult recipere Hoſt. Dicit etiam Henricus vbi ſupra, quòd, cum duellũ ſit damnatum, & in actu damnato non licet alicui ſe defendere contra auctoritatem legis,nec ſe defen-

E dendo aliquem occidere, non licebit duellum: ita dicit, quòd ſi iudex imponeret duellum, non tenebatur pars ſubire illud, ſed poterat reſiſtere iudici, vel,ſi non poteſt, melius eſt omnia mala pati,quàm malo conſentire. Dicendum eſt ergo ſecundum ſententiam omnium iſtorum doctorum, quæ tenetur communiter, quòd duellum nullo modo eſt licitum, tam quantum ad offerentem, quàm ad recipientem, aut quàm ad iudicem præſtantem, & fautores, vel conſiliatores duelli. Et hoc, ſiue in cauſa criminali, ſiue in ciuili. Inter omnes tamen minus peccat ille, qui ſuſcipit in cauſa criminali, potiſſimè, cum aliter non poteſt effugere mortem, & ipſe eſt innocens; potius tamen de-

bet pati mortem, quàm subire duellum. Nec valēt
rationes Nicolai, aut aliquorum aliorū, dicentium,
ꝙ, sicut licet alicui pro vita sua defendenda occide
re quemquā, vel pro rebus, ꝙ ita liceat in duello pro
defensione vitæ, & rerum: errant.n. quia faciunt si-
milia ea, quæ non sunt similia: nam, ꝙ quis occidat
alium, defendēdo se, vel defendendo res suas licitū
est, quia ibi sustinetur inuasio, & defensio in talibus
licita est: aggressio tamen nunquā. In duello autem
non est sic: quia tam offerens, q̄ suscipiens aggredit:
offerens enim, quia offert, & suscipiens, quia susci-
pit: secus autem, si offerens duellum offerendo inci
peret pugnare: quia tunc alius posset confestim cō-
gredi cum illo: nec erat tunc duellator, quia nō age
bat hoc conditione duelli suscepta, sed defendendo
se, quia alius eum inuaserat. Item, quando datur po
testas aliquibus pugnandi in duello manifestum est,
ꝙ datur licentia occidendi innocentem, quia, cum
duo super eadem re litigantes contradictoriam in-
tentionem habeant, necesse est alterum eorum cau
sam iustam fouere, quātum ad id, quod intendit: li-
centia tñ occidendi in duello datur vtrique contra
alterum: ergo datur impio contra innocentem, qđ
est iniustum: & potius debet iudex alia mala pati fie
ri in politia, si illa nequaquam euitare potest, quàm
hoc malum agere. Item, quando Nicolaus respon-
debat ad argumentum illud.s. quòd occidere inno-
centem est contra dictamen rationis, ideo peccat
omnis, qui vult sic occidere, dicebat, ꝙ occidere si ꝑ
se intendatur, peccatum est: si tamen intendatur, ꝑ
annos, cum aliter non possit vita, aut res defendi, nō
est illicitum. Sed dicendum est, ꝙ non dicitur ali-
quis agere quandocunque intendit aliquid non per
se, sed per alterum: vel, si istud vocaueris per accidēs,
non exscusat: quia isto modo daremus, quòd per ti-
morem debet quis cogi ad faciendum omnia mala:
vt, si alicui diceretur, ꝙ confestim occidendus erat,
nisi occideret aliquem innocentē nihil agētem, vel
ferret falsum testimonium: nā, si iste propter timo-
rem, ista egerit manifestum est, ꝙ non agit directè,
vel propter se, sed per accidens ista vult: & tamen
propter hoc non excusatur: quia potius debet mo-
ri, quàm ista agere. Sed adhuc accipiendo propriè,
non agit ista per accidens: quia ille, qui aliquid in-
tendit, quamquam propter se non intendat, tamen
iam determinat se ad illud, ideo, cum euenerit id,
quod intendebatur, non est per accidens, sed ad intē
tionem, ideo non excusat, quamquam minus pec-
cat, qui sic agit, quàm ille, qui sine timore, & aliquo
impellente. In quo considerandum est, ꝙ, cum quis
alium occidere debet ad hoc, ꝙ immunis sit, nunq̄
debet habere intentionem occidendi, nec directè,
nec indirectè, sed semper intentionem defenden-
di se: si autem ex defensione ista sequatur occisio,
eo, ꝙ ille, qui aggreditur, siue eius occasione non po
terit sustineri, quia talem se exhibuit: si tamen le-
uius pugnasset, nō coactus fuisset alius occidere eū,
ideo, cum sequitur occisio, nō est voluntaria aliquo
modo, sed per accidens. In duello autem secus est,
& nimis differt: quia ad hoc, quòd aliquis sit nolens
mortem alterius, oportet, quòd nō sit aggressor: ne-
cesse est enim aggressorem aliquid velle præter de-
fensionem, scilicet, siue mortem, siue occisionem: q
autem se defendit, non intendit aliquid agere præ-
ter defensionem: in duello autem vterque aggressor
est: etiam vterque intendit alterum occidere: nam
conditio duelli talis est, ꝙ, qui alterum occiderit iu-
dicetur iustam causam fouere. Cum ergo vterque
litigans contendat obtinere in causa, necesse est, ꝙ,
cū duellum subierit, intendat alterū occidere, cùm

F aliàs obtenturus non sit: in illa tamen defensione,
quæ vera, & à iure permissa nullus habet intentio-
nem alterum occidendi, sed defendendi: vnde, si
aggressor fugerit, inuasus non persequetur eum: &,
si pugnare cessauerit, inuasus non expugnabit illū:
in duello tamen secus est, quia dato, quòd ille, qui
petiuit duellum, fugiat, non desinit pugnare, qui su-
scepit: quia contraria est conditio Duelli, ideo in
duello datur potestas personæ priuatæ licitæ occi-
dendi alterum, & volendi occidere, atque laboran-
di ad occisionem, quod nunquam iura concesserūt,
ideo peccatum est. Item dicebat Nicolaus, quando
arguebatur, quòd occidere aliquem, est peccatum,
quòd hoc intelligitur de occisione Innocentis: se-
G cus autem de noxio, sed ille, qui prouocat alterum
ad duellum est noxius, ideo licet suscipienti duel-
lum illum occidere. Sed dicendum, quòd non stat,
quia non solum est prohibita mors innocentis, sed
etiam impiorum: nam non licet alicui occidere al-
terum: licet eum sciat morte dignum, nisi sit iudex:
& etiam non licet simpliciter, sed, cum fuerit iudi-
cialiter probatum, vel constet per notorietatem fa
cti: aliàs autem etiam, si iudex sciat aliquem mor-
te dignum, non potest eum occidere: sed illi, qui
congrediūtur in duello sunt personæ priuatæ, ideo
minus eis licet. Nec valet si dicas, quòd hoc faciunt
auctoritate Iudicis, quia iudex non potest illis aucto-
ritatem præstare, cum sint hæc contra ius. Etiam
H isti duellantes non agunt, vt ministri iustitiæ, sed
vt hostes: ideo eis non licet. Item respondebat ad Ad Nic.
auctoritatem Augustini, quòd intelligitur dubita-
tiuè, & non determinatè: sed hoc manifestum est,
quòd non stat; quia iste est modus loquendi docto-
rum, scilicet, ꝙ loquantur interrogatiuè ad infir-
mandum illud, quod volunt: maximè cum litera
ipsa Augustini declaret, quòd intelligatur asserti-
uè, cum dicit: Quomodo possum arbitrari istos ca-
rere libidine, qui pro his quoque rebus gladiantur,
quas possunt amittere inuiti? quasi dicat, in nullo
modo possum arbitrari eos carere libidine, idest de-
siderio occidendi alios. Item dicebat, quòd non e-
rat totaliter rationabile condemnare Iudices, qui
I concesserunt duellum, quia Beatus Ludouicus Rex
Franciæ, & Carolus Magnus, & multi Episcopi cō-
cesserunt, & erant sanctę vitę. Ad hoc posset ali-
qs respondere, quòd, etiam si isti essent bonæ vitę:
non sequitur, quòd non peccauerint aliquando:
& sic in hoc potuerūt peccare. Aliter potest respon
deri, & melius, atque benignius, scilicet, ꝙ isti viri
sancti, si aliquando concesserunt, fuit hoc ex specia
li dispēsatione, quia fortè aliquam reuelationem su
per hoc habuerunt: sic enim Patriarchæ à furto, ho
micidio, mendacio, & adulterio excusantur ex spe-
ciali Dei dispensatione. extra de Diuortijs, cap. gau
demus. Item, quando Nicolaus ponit casum de no-
bilibus inter se pugnantibus, vel de ignobilibus, ꝙ,
K si multa damna euitari possunt per hoc, quòd con-
cedatur eis duellum, quòd iudex non peccat, conce
dendo, non potest stare: nam etiam si multa alia dā-
na sequantur maiora: quamquam moriatur vnus
istorum in duello, non debet permittere iudex duel
lum, quia non debet aliquis agere paruum malum,
vt alij excusentur à magnis peccatis: sic enim po-
nit casum Sanctus Thomas secunda secundæ q.88. Non fu[...]
Articulo 11. Quod si aliquis solemnizasset votum facien[...]
continentiæ per ingressum religionis, & aliqua Re- mala: [...]
gina Saracenorum promitteret se cum tota ter- inde eu[...]
ra sua redituros ad fidem Christi, si daretur ei ille niant bo[...]
Monachus in virum, non debet dispensari cum eo, na.
quòd infringat votum castitatis: & tamē, si ille Mo-
nachus

A nachus acciperet in vxorē illā Reginam, multæ animæ Deo acquirerent, quæ pereunt manifestè: ergo nō debet aliquis facere paruū malū, vt excuset alios à grauibus peccatis. Et sic, cū concedere duellum sit secundum se illicitum, licet videat iudex, ꝙ per concessionem eius tollerentur multa mala: non dēt illud concedere dando auctoritatem. Itē dicebat Nicolaus confirmādo istam rationem, ꝙ ad illū, qui habet curam alicuius cōitatis, pertinet minora mala permittere, vt maiora euitentur. Dicendū est, ꝙ verū est de permissione, sed non de actione, ſ. ꝙ iudex, vel quicunque Dn̄s pōt permittere minora mala, vt tollantur maiora: non tn̄ debet facere aliquod malū, ēt minimū, vt euitentur omnia mala quæcunq; B & quantumcūq; grauia: sed qn̄ iudex aliquid iubet, vel dat auctoritatem facit illud: ergo non dēt aliqd iubere, qđ malum sit: ēt si tollātur omnia mala. Sic etiam est de iudice imponēte duellum, quia ipse nō solū permittit, sed ēt iubet, & auctoritatē præstat: iō semp indistinctè peccat. Secus aūt si solum ꝑmitteret. Vnde dicendū est, ꝙ in duobus casibus, quos posuit Nicolaus, & in similibus iudex nō peccaret, si solum permitteret duellū. Verbi gratia, si ex intentione antiqua aliquorum sequantur multa damna innocentum, quæ vitari non possunt, nisi per duellū, & vtraq; pars sponte duellū subeat, si iudex hoc videat, & nō petita auctoritate ab eo, ad duellandum illi subeāt certamē, & credat iudex, ꝙ per illud duel- C lum terminabitur controuersia: non debet resistere illis duellantibus, & tūc solum ꝑmittit, & non peccat: si tn̄ petat ab eo auctoritas duellandi, ēt si videat, ꝙ per hoc multa mala tollentur, non dēt cōcedere duellū, vel iubere: quia tunc iam non solū permitteret malū, sed ēt ipse illud faceret: quod in nullo casu dēt fieri. Cum aūt dicitur, ꝙ pertinet ad habentem curam de aliqua politia permittere minora mala, vt tollantur maiora, & ponit exemplum de meretricibus secundū August. Dicendū est, ꝙ mala ꝑmittuntur in politia, quia impossibile est legislatori illa penitus corrigere, sicut est de meretricibus: qa si tollantur de vrbe, omnia conturbabuntur libidinibus: nam nullus iudex, vel legislator quantūcunq; solici- D tus sit circa rēpublicam, pōt inducere totā multitudinē virorum alicuius vrbis non hn̄tium vxores ad castè viuendū. Ideo, si lex districtè prohiberet meretrices, sequerentur aliæ peiores libidines: ideo legislatores non vetuerunt, nec iudices puniunt meretrices, & hoc est permittere pp nō posse corrigere. Nō iubet lex, ꝙ meretrices in vrbe sint, nec iudex cogit aliquā ad meretricādū, ne in alijs sequanť fœdę libidines. Ita ergo circa duellū, si aliqui subirent illud, & iudex non possit corrigere mala eorū, alias deberet ꝑmittere: nō tn̄ iubere, nec auctoritatē ꝓstare, qa iam hoc turpe esset, velut, si lex iussisset, ꝙ certus numerus mulierū in vrbe vacarēt meretricatui, ne omnes aliæ libidinibus polluerentur. De duello ergo E quomodo ad omnem casum illicitum sit, dictū est.

CAPITVLVM XVIII.

ET factum est cum complesset loqui ad Saul, anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas, quasi animam suam. Tulit eum Saul in die illa, & non concessit ei, vt reuerteretur in domum Patris sui. Inierunt autem Dauid, & Ionathas fœdus.

IN præcedentibus descripta Dauid victoria, hic consequenter ponitur ex hoc nata inuidia. Et diuidiť in tria: quia primò describiť circa Dauid omniū gratia. Secundò Saulis inuidia. Tertiò in opere propalata malitia. Secunda ibi. *Porro, cum reuerteretur.* Tertia ibi. *Post diem autem alterum.*

Quæ sequuntur immediatè facta sunt post præcedentia: ideo ordo rectus. Quæstio. I.

CIRCA hoc quæritur de ordine huius ad præcedentia, An sit ordo rect⁹, vel aliqua anticipatio, vel recapitulatio. Et respondetur, ꝙ hic est ordo continuus: nam supra de morte Goliath actum est: hic aūt dr̄ quomodo Dauid tulit caput Goliath in Ierusalem: ꝙ nō potuit esse, nisi post superiora. Sed tunc dicetur, an ista fuerint facta immediatè post præcedentia, vel an fuerit aliquod intermedium. Dicendum, ꝙ ista fuerunt facta immediatè post ea, quæ habentur præcedenti, cap: scilicet, in eadem hora: nam præcedenti, cap. dicitur quomodo quæsiuit Saul à Dauid de qua progenie esset: & locutus est cùm eo aliquantulum: hic autem dicitur, quòd, cùm complesset Saul loqui ad Dauid, anima Ionathæ colligata est animæ Dauid, ideo immediatè factum est. *Et factum est, cum complesset loqui ad Saul.* idest, immediatè, vt Dauid compleuit locutionem, quā habebat cùm Saule: Ionathas incæpit diligere Dauid. Ista locutio erat, quæ habetur præcedenti, cap. scilicet, quòd quæsiuit Saul à Dauid de qua progenie esset. *Anima Ionathæ colligata est animæ Dauid.* idest, incæpit Ionathas tantum diligere Dauid, quòd anima sua colligata est animæ Dauid: vel saltem sic videbatur. Et est sensus, quòd Ionathas nihil magis diligebat, quàm seipsum, sed tunc subito incæpit diligere Dauid quasi æqualiter sibijpsi: ideo anima sua vita est colligata animę Dauid, scilicet, tanquam anima Dauid, & sua esset vna anima, ꝙ immediatè declarat litera, scilicet, Dilexit Ionathas Dauid quasi animam suam: tangitur autem in hoc propria radix amicitiæ: quia, quando aliqui veri amici sunt, tanta est in eis colligatio, ꝙ iam non sunt, vt duo homines, sed vt vnus per vnitatem affectionis, quia vera amicitia est idem velle, & idem nolle, vt ait Tullius in libro de vera amicitia. Et intantum est ista identitas volitionis, ꝙ iam prædicatur identitas substantiæ, ita, vt non dicatur, ꝙ duo amici sunt duo homines, sed idem homo. Sic Arist. 9. Ethic. scilicet, quòd amicus est alter ipse, & hoc non solùm est in amicitia humana, sed etiam in omni amore locum habet: ista enim identitas sequitur, quando Deum vere diligimus. Sic patet. 2 ad Corin. ca. 6. scilicet. Qui diligit Deum vnus spiritus est cùm eo. Hoc autem est, quia anima amantis non manet in amante, sed trāsit ad amatum. Vnde anima verius est vbi amat, quàm vbi animat, vt ait Diony. lib. de diuinis nominibus. *Et dilexit Ionathas Dauid sicut animam suam.* q.d. tantū diligebat Ionathas Dauid sicut seipsum. Anima namque accipitur hic pro vita. Nihil est antem, ad quod naturaliter amando magis iuclinemur, ꝙ ad vitam nostram: esse tamen nostrū est viuere, quia secundum Arist. 2. de Anima, viuere viuentibus est esse. i, idem est vita, quod esse.

Quomodo Ionathas tantum dilexit Dauid, vt conglutinaretur ei, & diligeret eum sicut animam suam. Quæstio. II.

QVAERET aliquis, Quare Ionathas tm̄ dilexit Dauid, vt cōglutinaretur ei, & diligeret eū quasi

Teneritudo quid. quasi animam suam. Respondendum est, ꝙ Ionathas passus est hic quandam teneritudinem cordis, quæ est in cordibus naturaliter generosis, & excellētibus, & est quidā motus interior præcordiorum, q̄ facit hominem tremere, & interdum ex amoris nimietate, & sinceritate amantem prouocat ad dulcissimas lachrymas. Et iam non pōt esse maior gradus amoris: & cū aliquis ad istum peruenerit, omnia cōtemnit vitam, & famam, & quicquid esse pōt pro eo, quē diligit, eo, ꝙ amans iam non est sui iuris, sed totum se posuit in amato. Est autē iste amor fortis, & tener, q̄q̄ ista videantur repugnare: tener quidem vocatur, quia in teneritudine cordis fundatur, quæ est motus præcordiorum. Fortis autē est, quia nulla est affectio, quæ præcordia mouere posset, nisi amor: ideo Canti. 8. c. dicitͬ fortis est, vt mors dilectio, lampades eius, lampades ignis, aquæ multę non poterunt extinguere Charitatem, nec flumina obruent illam, hanc autem teneritudinem præcordiorum, quæ ex amore causatur, scriptura vocat cō motiones viscerū, quia præcordia viscera sunt: sic patet inf. 3. lib. c. 3. de illa muliere, cuius filius erat viuus, & dixit Salomoni: Obsecro te: date illi infantē viuum, & nolite interficere. Dicit enim ibi litera, ꝙ commota sunt viscera eius pro filio suo: erat. n. ista cōmotio teneritudo quędam cordis causata ex nimio amore naturali ad filium, quæ cito eam ad lachrymas compulisset. Sic etiā dicitur de Ioseph, quando vidit fratrem suum Beniamin, ꝙ commota fuerunt viscera eius super fratre suo, & erumpebant lachrymæ: Gen. 43. c. Hanc autem teneritudinem præcordiorū passus est Ionathas hic ad Dauid. Et quia ista non pōt esse, nisi cum vltimo, & excellentissimo gradu amoris, necesse erat, vt Ionathas diligeret Dauid sicut animā suam. Quod aūt ex ipsa teneritudine aliquando cōpelleretur ad lachrymas pro Dauid, apparet inf. c. 20. vbi dicitur, ꝙ cū Dauid, & Ionathas oscularentur se, fleuerunt pariter.

Ionathas motus fuit à Deo, vt tanta amplecteretur dilectione Dauid: & etiam propter probitatem suam.

Quæstio III.

QVAERETVR vlterius. Quid fuit ꝑpter qđ Ionathas pateretur talem teneritudinem cordis, & moueretur ad tam intense amādum Dauid? Respondendum est, ꝙ forte hoc fuit à Deo mouente Ionatham ad hoc: volebat enim Deus conseruare salutem Dauid, quod impossibile fuisset, manente eo cum Saule, nisi forte Dauid haberet aliquem amatum nimis acceptum regi, qui posset regem ad aliquid commouere, molliendo furorem, quem cō ceperat contra Dauid, & declarādo ei quid Saul intenderet contra eum agere: nullus autem erat, qui ita conuenienter agere posset, sicut Ionathas: quia ipse erat filius regis, & vir strenuus, cui Rex nihil celabat, vt ipse dixit infra cap. 20. ideo ipse debebat eligi ad hoc, ꝙ esset amicus Dauid, & liberaret eum à morte. Et quia, si Ionathas non dilexisset Dauid gradu excessiuo amoris, non egisset ista fideliter liberando Dauid, & pro eo ponendo se contra Patrem, iō decuit, vt Ionathas moueretur à Deo ad tam extensiuum gradum amoris erga Dauid: patent autē hęc per opera Ionathæ. Nam quando Saul aliquid concipiebat furoris contra Dauid Ionathas indicabat ei, & faciebat eum recedere à facie Saul. Cum verò sciebat omnia esse pacifica, reducebat eum coram Saule, vt patet sequenti cap. tantum autem se exercebat Ionathas solicitè in rebus Dauid, & respondebat Patri pro Dauid, quòd Pater arripuit semel

F lanceam, vt configeret Ionatham cum pariete infra cap. 20. Hæc autem omnia patiebatur Ionathas pro Dauid: vnde diligebat eum magis, quàm patrē suum, vt colligitur eo. c. Aliter potest dici, ꝙ Ionathas motus fuit ad diligendum Dauid ita intense ꝑpter probitatem eius, nam Dauid apparuit animosior, & gloriosior omnibus, qui fuerunt in Castris Israel, cum nullus etiam pręmijs incitatus ausus fuerit congredi cum Goliath: ipse autem non solū ausus est, sed etiam confidenter petijt sibi dari certamen. Et, cum Saul à principio aliqualiter videretur repugnare, & diligenter institisset, vt sibi concederetur, ꝙ eius excellentem indicabat animositatem. Et quia Ionathas erat vir bonus, motus fuit ad diliG gendum nimis eum, qui dignus erat diligi. Item Ionathas erat vir strennuus in armis, & ob hoc diligebat omnes viros excellentes in arte bellica: sic autē erat de Dauid; quia ipse erat vir strenuus, secundum quòd patet ex bello, quod habuit cum Goliath. Quod autem Ionathas esset vir excellens in opere bellico, & nimis animosus, apparet, quia in principio regni Saulis, cum adhuc Israelitæ essent subiecti Philisthinis, & Philisthini erant in terra Israel, ipse cum mille viris, quos habebat in Gabaa, inuasit primo stationem Philisthinorum, atque percussit eam, & fecit Israelitas insurgere cōtra Philisthinos. supra cap. 13. Item Ionathas cōmisit quoddā opus, quod erat valdę animositatis, & adhuc maioris, q̄ H istud, quod fecit hic Dauid pugnando cū Goliath: nam ipse cum solo armigero suo inuasit Castra Philisthinorum, vbi erant plura, quàm millies millia virorum, & turbauit Castra hostium, atque occidit viginti viros priusquam venirent alij Israelitæ, supra cap. 14. Et quamquam istud opus, quantum ad interfectionem virorum, & turbationē Castrorum attribuendum sit Deo, & non Ionathæ; tamē quantum ad animositatem attribuendum est Ionathæ pro magna parte, & tunc non poterat esse maior animositas, quàm ista, quā habuit Ionathas: & forte ipse aggressus fuisset Goliath singulari pugna, sicut aggressus est Dauid, nisi quia Dominus eū compressit, scilicet reprimens eius animositatem, vt exalI taret Dauid conferens ei istum triumphum. Et quia illi viri, qui sunt nimis strenui in armis, & animosi, diligunt alios, qui in hoc animosi, & strenui sunt, valde dilexit Ionathas Dauid, quia, cum ipse esset excellens in his, nullum alium reperit tam excellentem in toto Israel, sicut Dauid. Sed adhuc prima responsio magis valet.

Ionat. excell. bellat.

Quare dictum est, quòd post verba Saulis, anima Ionathæ sit conglutinata Dauid, cum istud fuerit ante.

Quæstio IIII.

QVAERETVR vlterius. Quare dr̄ hic, ꝙ anima Ionathę colligata est animæ Dauid, postquā K compleuit loqui ad Saul: nam dilectio Ionathæ ad Dauid fuit propter probitatem Dauid, quia mirabiliter se habuerat in armis contra Goliath: sed istud fuit antequam loqueretur Dauid ad Saulem, ergo prius debuit anima Ionathæ conglutinari animæ Dauid, quàm loqueretur Dauid ad Saulem. Respondendum est, ꝙ istud dependet ex præcedenti, scilicet propter quid Ionathas dilexit tantū Dauid, & quia ibi responsum est dupliciter, ideo secūdùm illos modos potest hic applicari responsio. Si enim dicamus, quòd Ionathas dilexit Dauid, quia à Deo motus fuit, dicetur, quòd Deus nunquam mouit Ionatham ad diligendum Dauid vsquequo cessauit loqui ad Saulem, ideo post illam locutionem anima

anima Ionathæ colligata est animæ Dauid, & non A prius, Si autem dicatur, ꝙ Ionathas dilexit Dauid secundo modo, scilicet, quia vidit eum virum strenuũ in armis: potest dici, ꝙ tunc nouiter eum dilexit; quia licet prius Dauid pugnasset cõtra Goliath. Et ex hoc insurrexisset causa dilectionis magnæ Ionathæ ad Dauid, tamen nondum viderat Ionathas Dauid diligenter, quia forte à principio, quando stetit Dauid coram Saule petens certamẽ singulare, non aderat Ionathas, nec vidit Dauid, ideo non poterat eum diligere nimis intensè: nunc autem cum vidit eum, quem propter strennuitatem suam dilecturus erat, cępit immenso amore flagrare potissimè, quia secundum naturam, cum bonum sit obiectum voluntatis, & quælibet perfectio sit aliquod B bonum, mouebit voluntatem ad diligendũ ipsam: & quanto fuerit aliquid habẽs plures perfectiones, tanto diligibilius apparebit, & quia Ionathas solum peius cognouerat de Dauid animositatẽ, & robur, nũc autem, cum loqueretur ad Saulem, viso eo, cognouit polchritudinem vultus illius, & eloquentiã: ideo habuit incentiuum ad magis eum amandum. Erant ista duo non parua in Dauid. s. pulchritudo, & eloquentia: vnde ille, qui primo eum coram Saule notum fecit, collaudauit ipsum de his duobus, vt patet sup. c. 16. cum dicitur: Vidi filiũ Isai Bethlehemitem scientem psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis: & virũ pulchrum. Cum ergo ista duo super præcedẽtia co- C gnouisset Ionathas de Dauid, cum loqueretur corã Saule, tunc colligata est anima eius animæ Dauid. Vel potest aliter dici, quòd immediate, vt Dauid occidit Goliath, Ionathas dilexit eum nimis, tamẽ nõ potuit ei ostẽdere magnitudinẽ affectus sui, vsquequo locutus est ad Saulem: nam ante hoc non viderat, vel saltem non fuerat locutus Ionathas Dauid. Cum autem locutus est ad Saulem, accepit eum Ionathas, & locutus est ei verba ostendentia magnũ affectum: & istud fuit, ꝙ colligaretur anima ei⁹ animæ Dauid. Et hoc satis consonat literę sequenti. Nam immediate post hoc dicitur, ꝙ Ionathas, & Dauid inierũt fędus, quia diligebat eum Ionathas, sicut animam suam. D

An inter Ionatham, & Dauid fuerit amicitia immediatè quòd Ionathas dilexit Dauid. *Quæstio V.*

QVAERETVR vlterius, An immediate, vt Ionathas dilexit Dauid, sicut animam suã, cõglutinata fuerit anima eius animæ Dauid, ita ꝙ ambo essent amici, vel saltem Ionathas esset amicus Dauid? Aliquis dicet, ꝙ sic, quia ad amicos pertinet gradus perfectissimus amoris: sed Ionathas dilexit Dauid immediate, vt cessauit loqui ad Saulem amore intensissimo', vt patet in litera: ergo erat amicus illius. Respondendum est, ꝙ nõ fuit immediate amicitia inter vtrumq;: maximè patet de Dauid: nam, E quamquam Ionathas diligeret Dauid ualde: tamẽ Dauid nõdum diligerat Ionatham, quia nesciebat, an ab eo diligeretẽ, sed etiam Ionathas non esset amicus Dauid, quamquam eum valde diligeret. Apparet ꝙ amicus est nomen relatiuũ æqualitatis, ideo non potest esse amicus sine amico, sed Dauid nondum erat amicus Ionathę, vt patet ex dictis; ergo ẽt Ionathas non erat amicus Dauid, imò dato, ꝙ Dauid à principio dilexisset Ionatham ęqualiter, vt ab eo diligeretur, non erãt amici, quia apud amicitiã, secundum Arist. 8. Ethi. tria requiruntur. Primum est amare. s. ꝙ vnus amet alterũ: nã sine amore amicitia nulla est. Secũdum est, ꝙ hoc sit in vtroq;. s. ꝙ

vterq; amet, & vterq; ametẽ: nam, si aliquis amat alterum, & non amatẽ ab eo, nullus est amicus alterius. Tertium requiritur, ꝙ iste amor sit non latens. s. ꝙ non solum quilibet amet alterum, & ametur, sed ẽt ꝙ cognoscat, ꝙ amatur: & non solum hoc, sed etiã ꝙ cognoscat alterum cognoscere se amari, ideo si contingat aliquos duos inuicem se amare: etiam si æqualiter ament, & amentẽ: dum tamen vnus de alio hoc nõ cognoscat, nõ est amicitia, sed amor. Ex his trib⁹ colligit philosoph⁹ diffinitionẽ amicitiæ. 8. Ethi. dicens: Amicitia est amor non latens in contra passis. In his tribus tangũtur tria, quæ dicta sunt. Amicitia quid. Primum, quia dicitur amor, secũdum inquantum dr̃ non latens, tertium inquantum dicitur in cõtra B passis. Hæc autem tria nondum erãt inter Ionathã, & Dauid à principio, quando incepit Ionathas diligere Dauid, sicut animam suam: nam, quamquam tũc esset primũ. s. amor, quia Ionathas diligebat Dauid: tamen non erat tibi amor mutuus, qui vocatẽ ĩ contra passis. s. ꝙ quilibet amet, & ametur: nam Dauid tunc nondum amabat Ionatham, quia non cognouerat eum, nec habuerat aliquid speciale circa eum, propter quod deberet ipsum diligere. Etiam non erat ibi tertium. s. ꝙ non esset latens, quia dato ꝙ Dauid diligeret Ionatham aliqualiter, vt diligebatur ab eo: tamen iste amor erat latens. s. quia nondum fuerat inuicem manifestatus per aliqua signa: fuerunt tamen parum post hoc amici Ionathas, & C Dauid, qa Ionathas indicauit affectionẽ suã Dauid, dans ei omnia vestimenta sua vsq; ad gladiũ, & Baltheum, vt patet inf. in littera: & tunc inierunt inter se fœdus: quod pertinet ad amicitias manifestas. *Tulitq; eum Saul in die illa.* i. in die, in qua Dauid occidit Philisthęum, Saul tulit eum. s. vt viueret cum eo, & maneret apud ipsum.

Quomodo Saul accepit Dauid in die, in qua interfecit Goliath, ad manendum cum eo. *Quæstio VI.*

QVAERET aliquis, Quomodo Saul tulit tũc Dauid ad manendũ cũ eo: nam ante hoc iã eũ tulerat, & fecerat familiarem suum, vt patet sup. c. D 16. cũ misit Saul ad patrem eius pro illo, dicens: Mitte ad me Dauid filium tuum, qui est in pascuis: post hoc autem Dauid venit ad Saulem: quasi illico redi turus ad patrem, quia tamen placuit in conspectu Saulis, misit Saul ad patrem eius, vt permitteret eũ stare semper coram illo Sic patet eo. cap. s. misitque Saul ad Isaj, diceus: Stet Dauid in cõspectu meo, inuenit enim gratiam in oculis meis. Item non solũ Saul accepit Dauid tũc, vt maneret cũ eo, sed etiam dedit ei officium speciale in domo sua. s. fecit eum armigerum suum, vt patet sup. c. 16. s. at ille dilexit eũ nimis, & factus est armiger eius: non ergo oportebat, vt nunc nouiter caperet eũ ad manendũ cũ ipso. Respondendum est, ꝙ potest dici, ꝙ nũc noui- E ter cęperit eum ad manendũ secũ: & hoc propter tria. Primo quia, quamquam iam cępisset Saul Dauid ad manendum secum, & alias fuisset cum eo: tamen reliquerat illũ redire ad patrem, & iam pascebat oues, sicut prius, nec ipse habebat spem redeũdi ad regem, nisi denuo vocaretur, & nunc non venit ad eum, nisi per accidens. s. vt videret fratres suos. Quia ergo iam relictus fuerat à rege, nnnc nouiter ab ipso susceptus est. Secundo dicitur, ꝙ fuit susceptus ad differentiam primæ susceptionis, quoniam in prima susceptione accepit eum, & dimisit: nunc autem cępit, & non dimisit, & habuit propositum numquam dimittendi eum à se recedere. Et ista differentia significaretur in littera, cum dicitur immediatè.

diatè, & non concessit ei, vt reuerteretur in Domū Patris sui. Tertiò dicitur suscepisse eum de nouo, qa nunc suscepit eum ad aliud maius officium, q̃ prius habebat: nam prius erat solum armiger eius, vt patet, supra cap. 16. nunc autem factus est Princeps super viros Belli, vt patet hic: mittebatque eum Rex ad multa negocia expedienda, quia illum familiarē habebat. *Et non concessit ei, vt reuerteretur in domū Patris sui*, idest tantum dilexit eum, quod noluit ei iam dare licentiam, vt rediret ad patrem suum: sed, ꝙ semper maneret apud regem. Et istud ponitur ad differētiam primæ susceptionis, quia, cùm primò suscepit eum permisit postea redire in domum patris sui, vt patet præcedenti cap. postquam verò nūc susceptus est, non fuit permissus illuc redire, sed semper mansit apud Regem, quia erat nimis familiaris ei. Nō est autem intelligendum, ꝙ nunquam permiserit eum ire in Bethlehem ad cognatos suos, sed, quod non permiserit redire ad manendum cum Patre, tanquā non esset iam rediturus: nam, quod aliquando velociter iret ad videndum cognatos, & contribules suos, non tollitur ex hoc, sed solum negatur, quod permissus fuerit redire ad habitandum cum patre, & manendum in pascuis, in statu priori: hoc enim fecerat vice, qua recessit à Saule.

Quare Saul non permisit Dauid reuerti etiam nunc in Domum Patris sui. Quæstio VII.

QVAERET aliquis, Cum Saul acceperit prima vice Dauid ad magnam familiaritatem, & tamen permisit eum redire ad patrem suum: quare nunc non permisit? Quod patet, quia supra cap. 16. dicitur, ꝙ inuenerat gratiam coram eo: & tamen ꝑmissus est redire. Respondendum est, quod Saul permisit Dauid redire ad patrē suum prima vice, quia tunc non videbatur ei nimis necessarius: nunc autē visus est sibi necessarius pro omni tēpore, ideo nunquam permisit eum redire ad patrem. Hoc patet, qa prima vice solum acceperat Saul Dauid in Citharistam, scilicet, quod, quandocunque spiritus Domini malus vexaret Saulem, psalleret coram eo Dauid in Cithara, & leuius habebat, atque recedebat ab eo spiritus nequam. Fecit etiam eum armigerum suū, ex quadam dilectione, sed cum tempus Belli cōtra Philisthinos aduenisset, vel fortè ante illud Dauid non visus est necessarius Sauli: fortè enim, quia raro exagitabat eum spiritus nequam, postquam steterat cum eo Dauid Rursus, quia Dauid, quamquam videretur bonę indolis ad opera fortitudinis, tamen, quia erat nimis iuuenis, putauit eum Saul, non profuturum sibi ad opus Belli, ideo remisit illum ad patrem, & tunc fuit in pascuis. Nunc autem cognouerat Saul ex bello præterito, quod Dauid esset vir valde strenuus in armis, ideo ex hoc putauit eum sibi necessarium, cùm semper haberet aliquem cōflictū contra Hostes. Quod autem Dauid ad hoc acceptus fuerit, apparet: quia dicitur infra, posuit eum Saul super viros suos belli: ergo nunquam debebat permitti redire ad patrem. Item proficiebat nunc Dauid ad id, ad quod primo assumptus fuerat, s. ad Citharizandum coram Saule: nam etiam postea quandocunque arripiebat spiritus nequam Saulem, psallebat Dauid coram eo, vt patet infra in litera: & iterum sequenti cap. *Inierunt aūt Ionathas, & Dauid fędus*, idest fecerunt inter se pactum iurando, quod sibi seruarent amicitiam in æternum. Fuit autem istud magnum signum amoris: Nam fœdus semper ponitur inter illos, qui sunt æquales, vel saltem in aliquo æquales. Inter subditum autem, & Dominum non est

F fœdus de seruanda amicitia, sed de seruanda fideli-
tate: Ionathas ergo, cùm esset filius Regis, & Dauid
fuisset pauper, non posuisset cum eo fędus, nisi ex a-
moris nimietate, & hoc significabat littera sequens,
s. Diligebat eum quasi animam suam, idest propter
hoc iniuit fędus cum eo, quia diligebat eum nimis:
alioquin, quamquam dilexisset eum, & accepisset in
aliqualem familiaritatem, tamen non iniuisset fœ-
dus cum eo, quia hoc erat facere sibi Dauid æqualē:
vnde istud fœdus accepit Dauid pro magno benefi
cio, cùm ipse esset seruus Ionathæ, vt patet infra ca.
20. s. Fac ergo misericordiam in seruum tuum: quia
fœdus Domini me famulum tuum tecum inire fe-
cisti. *Diligebat enim eum, quasi animam suam*, idest tantum
G diligebat sicut vitam suam, istud ponitur hic tāquā
reditiuum causæ superioris, s. quod ex hoc Dauid,
& Ionathas inierunt fœdus, quia Ionathas diligebat
valde Dauid.

Quid sit inire fœdus, & quomodo hoc fiat. Quæst. VIII.

QVAERET aliquis, Quid sit inire fœdus, & quomodo hoc fiat. Respondendum est, quod fœdus est pactum mutuum inter aliquos, de amicitia seruanda in æternum, vel de obseruanda subiectione, aut fidelitate, aut similibus, s. de veritate seruanda: & ideo fœdus tripliciter fit. Primum est fœ-
H dus amicitiæ, quando promittitur seruari amicitia perpetuo inter aliquos: sic autem fuit inter Dauid, & Ionatham: quia, quamquam essent inæquales, tamen Ionathas ex nimio amore condescendit, vt eēt æqualis Dauid, & iniret cum eo fœdus æqualitatis. Secundo modo fit fędus inter minores, & maiores, scilicet, quando minores præstant fœdus, promittētes se aliquid facturos, quod confirmant in fędere. Maiores autem solam obligationem suscipiunt, nihil promittentes: sic enim fuit fœdus inter Israelitas, & Deum, cū ipsi promiserunt se seruaturos omnia mandata eius, & hoc confirmauerunt, facientes cæremonias fœderis, vt patet Exod. ca: 24. & iterum tempore Iosue inierunt fędus cum Domino de ser-
I uando totam legem ad petitionem Iosue, vt patet Iosue 24. ca. s. Percussit ergo Iosue in die illo fędus, & proposuit præcepta, atque iudicia populo in Sichen. Tertio modo fit fœdus inter maiores, & minores, s. ꝙ soli maiores præstēt fœdus, s. promittendo se aliquid facturos, minores verò solùm recipiūt obligationem. Et sic est, si Domini præstent obligationem, & fidem de seruando Priuilegia, & immunitates subditorum: vel de conferendo eis aliquid. Et hoc modo Deus pepigit fœdus cum Abraam, promittēdo ei, quod daret semini suo terram Chanaā, vt patet Gen. 15. s. In die illa pepigit Dominus fœdus cum Abraam, dicens: Semini tuo dabo Terram hanc. Considerandum vlterius, quòd, cùm fędus sit
K obligatio quædam inducta per promissionem, vel promissio inducens obligationem, vt ista promissio firmior esset, fiebant quædam cęremoniæ, quib. positis, non licebat alicui retrocedere à promissione posita: & propter illas cæremonias vocabatur specialiter ista promissio. Erant autem cæremoniæ, ꝙ, quando fiebat fœdus, occideretur aliquod animal, & diuideretur in duas medietates à summo, vsq; ad deorsum, & ponebantur altrinsecus oppositæ: inter quas transibat vterque, qui iniebat fędus, vel si multi essent omnes transibant: & significabatur in diuisione illa animalis, quod, quicunque de componentibus fœdus pręuaricaretur illud, diuideretur in duas partes, sicut diuidebatur illud animal. Iste fuit modus ab

Fœdus q̄
Fœdus triplicit
Quæ cęremoniæ, quādo fiebat fœdus obseruabantur.

dus ab antiquissimo inter omnes Gsntes, vt ait Paulus Orosius tertio libro de Ormesta mundi. Fuit etiã inter Hebræos: vnde Deus fecit sæpe, ꝙ Hæbrei cũ illo inirẽt fęd⁹, factis istis cęremonijs, & ipse quoq; similiter cum illis iniuit, occisis animalibus, sicut inter gentiles, vt patet Gen. 15. c. & hoc, quia non putabant alias gentiles aliquod pactum firmum esse, nisi fœdere firmaretur.

An Ionathas, & Dauid obseruauerint istas cęremonias in fœdere amicitię eorum. *Quæstio. IX.*

QVAERETVR vlterius, An in fędere, quod inierunt Ionathas, & Dauid, obseruatæ fuerint istæ cæremonię. s. ꝙ occisum fuerit aliquod animal inter cuius diuisiones trãsierint Dauid, & Ionathas? Respondendum est, ꝙ non patet expresse, an istę cęremoniæ fuerint obseruatæ in fędere eorum, vel solum fuerit pactũ iuramento firmatũ. Credendũ tamen est, ꝙ istæ cæremoniæ interuenerunt: nam aliter non vocarẽt fœdus, sed promissio, vel obligatio, aut pactum: vocatur aũt fœdus: ideo dicendũ, ꝙ obseruatæ fuerint cęremoniæ, nec oportuit, ꝙ exprimerẽt, illas seruatas fuisse: quia non vocat̃ fœdus, nisi cũ ista fiũt: & ideo, expresso nomine fęderis subintelligũtur illa, sine quibus fœdus nõ est: & huiusmodi sunt istæ cęremoniæ: potissime: quia etiam in fœderibus, quæ fiebant ad Deũ, vel quæ Deus faciebat cum Israelitis, ista seruabantur. A fortiori ergo in fęderibus, quæ componebantur inter homines. Apparet aũt hoc, q̃a quando Deus pepigit fędus cum Abraham de dando ei terram Chanaã, occisa sunt animalia ad cęremonias fęderis, scilicet vacca triũ annorum, & Capra, & Aries totidem annorum, & Turtur, & columba: aues autem non fuerunt diuisæ; quadrupedia autem sic: & fuerũt positæ partes altrinsecus, ita, vt maneret in medio via, per quam aliquis transire posset. Et quia Abraham ibi nihil ꝓmittebat Deo, sed acceptabat promissionem illius, non transiuit inter medias diuisiones: Deus autem transiturus erat, & quia Deus erat incorporeus, nõ potuit per seipsum transire ad occubitum Solis facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumãs, & lampas ignis transiens inter medias diuisiones: iste autem transitus flammę erat loco Dei, & ĩ hoc ipse iniebat fędus. Vnde dicitur ibi immediate ĩ die illa pepigit Dominus fœdus cũ Abraham. s. per cęremonias istas, quæ præcesserunt, & per verba, quæ ibi sequũtur. s. Semini tuo dabo terram hãc à fluuio Aegypti vsq; ad flumen magnũ Euphratem: De his Gen. c. 15. Rursus autem, cũ Israelirę fecerũt fœdus cum Deo in confirmatione legis, factæ sunt istæ cęremoniæ: nam immolata sunt animalia in sacrificium, & in signum fęderis aspersus est sanguis eorũ super populũ, & super librum eius, & super altare, vt patet Exo. 24. c. & ad Hebre. 9. Quod autem istud esset fœdus, patet pręalle. c. nam dixit Moyses ad totum populũ: Hic est sanguis fęderis q̃d pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his: sic quoq; quando aliàs faciebant specialiter Israelitæ fœdus cum Domino, obseruabant istã cęremoniã occidendi animalia Sic fuit in tempore Regis sedechiæ, quando omnes Israelitæ permiserunt omnes seruos suos, quos habebant de genere Iudæorũ abire liberos, & inierunt fœdus cũ Domino, ꝙ nũquã eos repeterent in seruitutem: postea aũt redegerũt eos, vt prius in seruos, & Deus comminatur eis super hoc: tamen, quando istud fędus inierunt, occiderũt animalia, & omnes, qui erant in Ierusalem, transierũt inter diuisiones vituli occisi. De hoc Iere. c. 34. s.

A Et dabo vos in commotionem regnis terræ; & dabo viros, qui præuaricantur fœdus meum, & non obseruauerũt verba fęderis, quibus assensi sunt in conspectu meo: vitulũq; occiderunt in duas partes, & trãsierũt inter diuisiones Principes Iuda, & Principes Ierusalem, eunuchi, & Sacerdotes, & omnis populus terræ. Ex hoc ergo apparet, ꝙ in q̃buscũq; fęderibus, quæ fiebant ad Deum, obseruabantur cęremonię occisionis auimaliũ, quamquam non semper fiat mentio de illis: à fortiori ergo in fęderibus, quæ fiebant inter homines: quia isti volebãt magis cęrtitudinem in signo sensibili. s. in cęremonijs exterioribus. Inter Ionatham ergo, & Dauid, dicendũ est istas cęrimonias fœderis, & intercessisse generaliter vbicũq; dicitur fœdus initium fuisse, credendum est, ꝙ interciderint omnes istæ cęrimoniæ, q̃q̃ non exprimantur. *Nam spoliauit se Ionathas tunica, qua erat vestitus.* Istud inducitur hic ad probationẽ præcedẽtis dicti. s. ꝙ diligebat Ionathas Dauid sicut animam suam, & manifestatur in opere, q̃a mox exuit se vestibus suis, & dedit eas Dauid. Tunica, de qua hic dicit̃, erat vestis superior Ionathę. s. clamys eius, vel pallium, quod patet, quia postea dicitur de reliquis vestimentis. Esset ergo tunica præciosior cæteris, q̃a erat vestis superior: & de ea fit mentio specialiter. *Et dedit eam Dauid, et reliqua vestimenta sua.* Hoc faciebat ad mostrandum amorem: vnde nõ solum vestem superiorem ei contulit, sed etiã omnia alia vestimenta, ita, vt nudus omnino maneret tunc Ionathas, sed induit se vestimẽtis alijs, quia, cũ esset fili⁹ Regis, facile erat sibi habere multa de his. *Vsq; ad gladium, & arcum suum, & vsq; ad baltheum.* i. etiam dedit sibi Gladium, & Baltheum, & Arcum. Vocatur hic gladius Ionathę Ensis suus, quo vtebatur ad bellũ: Arcus erat quem ipse familiariter habebat vtens arte sagittaria. Baltheus erat cingulum Ionathæ: & non est Baltheus absolute cingulum, sed solum cingulum militare, & significat quandam dignitatem: Dauid autem iam factus fuerat miles, cum pugnauisset contra Coliath, ideo ad repręsentandũ dignitatem militarem datum est sibi cingulum.

Ionathas in signum maximi amoris dedit Dauid omnia vestimenta, quibus indutus erat. *Quæstio X.*

QVAERET aliquis, Quare Ionathas dedit Dauid vestes suas? Respondendum est, quòd littera hoc innuit factum esse propter amorem nimiũ: vnde, cũ sup. dixisset, ꝙ Ionathas diligebat Dauid, quasi animam suam, subditur: Nam spoliauit se Ionathas tunica, qua erat vestitus, & dedit eã Dauid, & reliqua vestimenta sua: Sed tũc dicetur: quare magis dedit vestimenta, quàm aliquid aliud. Respondendũ est, ꝙ Ionathas, eo ꝙ maxime diligebat Dauid, voluit ei dare aliquod donum in signum amoris, potissime, quod maneret apud amicum, vt per illud donum esset continua memoria alteri⁹ amici. Visum est aũt Ionathæ, ꝙ nullum erat conuenientius donum pro tunc, quàm vestimenta, & arma: iõ, quamquam Ionathas potuisset dare Dauid pecuniã magnam, vel aliquid aliud, q̃d esset maioris precij, quàm vestimenta, & arma, dedit tamen ista, q̃a magis conueniebant, & erant ista conuenientia in duobus. Primo, ex parte Ionathæ. Secundo, ex parte Dauid. Ex parte Ionathæ ista nimis conueniebant, q̃a Ionathas tunc non dabat donum aliquod Dauid, vt eum ditaret, sed, vt ei affectionem nimiã demonstraret. Nihil autem erat, per quod tãtum posset indicari affectio Ionathæ ad Dauid, quantum dando ei vestes suas omnes: nam ille, qui intense amat, iam non

non est sui iuris, quia se totum posuit in amato; cũ
anima verius sit vbi amat, q̃ vbi animat iuxta Dio-
nysiũ.li.de diuinis nominibus. Et quia Ionathas ni-
mis intensè diligens, se totum posuerat in Dauid,
voluit ei hoc indicare, qđ nõ potuit esse cõueniẽti⁹
q̃ dãdo ei oĩa illa,q̃ erãt sibi ĩmediata: nihil aũt erat
ĩmediati⁹ sibi,q̃ vestes.Dare ergo omnes has illi,erat
quasi seipsum totũ dare, ideo conuenientius datę
sũt vestes ad significandũ amorem, q̃ aliquid aliud.
Et hoc potissimè,quia non solũ fuit data vestis supe
rior,sed omnes vestes vsq; ad carnem. Secũdo fuit
hoc conuenientius,q̃ aliquod alterũ donum ex par
te Dauid: nam illud quisque desiderat,& illud ma-
ximum bonum esse estimat, quo maximè indiget:
vnde infirmi salutem maximum bonũ dicunt:pau
peres autem diuitias:& qui, sibi ignorantiæ conscij
sunt,eos qui supra se aliquid magnum dicunt, tanq̃
aliquid diuinum admirantar,vt ait Aristo.1. Ethic.
sed Dauid nullo tunc magis egebat, quàm vestibus
quando Ionathas ei illas contulit: ideo conuenien-
tissimum munus fuit dari vestes.Patet hoc:quia Da
uid venerat in habitu pastorali portans peram,& ba
culum, & fundam: alię quoq; vestes essent rudes.i.
de panno grosso, & parui valoris: hoc autem inho-
nestum erat in Dauid, cum assumptus fuisset ad ma
gnũ honorem,& familiaritatem Regis:ideo nõ de-
cuit,vt amplius illis vestibus vteretur,quod conside
rans Ionathas illico ꝓuidit inopiæ amici sui,exuẽs
se omnibus vestibus,& conferens eas illi. Nec passus
est expectare quousq; fierent aliæ vestes nouæ pro
Dauid: tum vt maiorem affectionem indicaret dã-
do ei vestes, quibus ipse tegebatur,tum saltem: nec
per modicũ tẽpus maneret Dauid in priori habitu.

Quare Ionathas dedit Arcum,& Baltheum. Quæst. X I.

QVAERETVR vlterius, Quare Ionathas de
dit Dauid Arcum,& Baltheum: quia ista, non
erant ad supplẽdam necessitatem eius, sicut fuit de
vestibus. Etiam non erant necessaria ad iudicandũ
magnitudinem amoris sui,quia iam sufficienter iu-
dicauerat conferendo vestes. Respondendum est,
ꝙ in istis est controuersia propter istam dictionem
vsq;: quæ potest teneri inclusiuè,vel exclusiuè: Ali-
qui exponunt hoc exclusiuè. s. ꝙ dederit oẽs vestes
vsq; ad gladium arcum, & baltheum.i.& non dede
rit gladium,nec arcum,nec baltheum.Et hoc: quia
non poterat his honeste carere. Alio modo expo-
nit vsq; inclusiuè. s ꝙ dederit omnes vestes vsq; ad
gladium arcũ, & baltheum. i.etiam dederit ista. Et
iste modus exponendi est communis,& nos,cum lo
quimur similia, communiter intelligimus vsq; in-
clusiuè.Hic autem sic accipitur, nec est aliquod du-
bium, ꝙ teneatur inclusiuè,vel exclusiuè:quia quã-
docunq; aliqua sunt subordinata, vel pertinent ad
idem genus,potest teneri vsq; inclusiue, vel exclu-
siuè: velut si aliquis diceret,iste dedit illi omnes ve-
stes vsq; ad interulam: potest ibi dubitari, an teneat
vsq; inclusiuè,vel exclusiuè. Et hoc:quia vestes sunt
subordinatæ,& pertinẽt ad idem gen⁹. s.omnes sũt
ad induendũ,ideo, cum dicitur vsq; ad ĩterulam, ra
tio dubitandi est, An interula quoq; data sit, vel ĩ ea
fuerit terminus donationis exclusiuè. Quando ta-
men aliqua pertinent ad diuersum genus, & nõ ha-
bẽt inter se aliquam coordinationem, semper vsq;
tenetur inclusiuè,addendo aliquid,vt si dicat:iste de
dit illi omnes vestes suas vsq; ad Equũ, & vsq; ad li-
bros,intelligitur,ꝙ dederit vestes,& etiam Equum,
& libros. Ratio diuersitatis est: qa ista dictio, vsq;,de
bet poni ad aliquid significandum. Cùm ergo poni

Vsq; si ponat inter res eiusdẽ gñris, potest teneri exclusiuè, &, inclusiuè: si vero inter res diuersorum generũ, nõ nisi inclusiuè.

F tur in rebus eiusdem generis, vel habentibus inter
se ordinem, siue ponat inclusiue,siue exclusiuè,ali-
quid operatur. Si autem in rebus diuersorum ge-
nerum poneretur vsq; exclusiuè, esset omnino su-
perflua, ideo oportet, ꝙ ponat inclusiuè cũ propriè
ponitur. Apparet hoc: quia si solum diceret:iste de-
dit illi omnes vestes:simpliciter intelligeret de om-
nibus; cum tamẽ dicitur,ꝙ dedit omnes vestes vsq;
ad interulam, potest poni ibi, vsq;,ad excipiendum
aliquid de ista vniuersitate: si autem ponatur inclu-
siuè, etiam tollitur dubiũ: quia quamquam interu-
la esset vestis, qa tamen est vltima & parui valoris,
& q̃ non consueuit dari,putaret aliquis eã non fuis
set datam, ideo ad significandum,ꝙ fuerit data po-
G nitur vsq; inclusiuè. Siue ergo inclusiuè, siue exclu-
siuè ponatur in rebus coordinatis,nõ est superflua:
si tamen in rebus non coordinatis, nec pertinenti-
bus ad idem genus ponerẽ vsq; exclusiuè esset su-
perflua,qa aliquis dicat:iste dedit illi oẽs vestes suas,
de vestibus solum intelligitur. Et non est dubiũ ali-
quod, an libri,vel equ⁹ intelligantur per hoc. Si aũt
dicaẽ:iste donauit illi omnes vestes suas vsq;ad equũ
& libros, si teneatur vsq; pro præter exclusiuè non
operatur aliquid: quia nihil magis significat, quàm
cum dicatur: iste donauit illi omnes vestes. Si autẽ
ponatur inclusiuè, stat additiuè, & tũc multũ ope-
ratur: vt si dicatur: iste donauit omnes vestes vsque
ad equum,& libros.i.etiam donauit equũ,& libros,
H significatur aliquid plusquam si diceretur,iste dona
uit illi omnes vestes. Item non potest stare vsq; ex-
clusiuè, vel exceptiuè in rebus diuersorum generũ,
vel non coordinatis: qa exceptiua semper excipit
quod pertinet ad idem genus,vt, cum dicitur,om-
nis homo, præter Sortẽ,currit:Sortes enim ad ho-
mines pertinet,& ob hoc dicitur,ꝙ exceptiua exci-
pit partem à toto: si tamen poneretur exceptiua in
rebus diuersorum generũ, non posset excipi pars à
toto: vt,si dicatur: Oĩs Homo, præter Asinum, cur
rit,Et, si sic ponaẽ, est impropriã.Si ergo vsq; pona-
tur exceptiuè, vel exclusiuè secundum modum lo-
quendi iuristarum, necesse est, ꝙ ponatur in rebus
eiusdem generis,vel coordinatis.Si autem ponaẽ in
I rebus diuersorum generum,necesse est teneri inclu
siuè,vel additiuè. Sic etiam erat hic, quia vestes, &
arma sunt diuersorum generum,& non sunt inter
se coordinata:ideo cum dicatur, ꝙ Ionathas,dedit
Dauid omnes vestes suas vsq; ad gladium, & arcũ,
necesse est, ꝙ vsq;, teneaẽ inclusiuè,vel additiuè.s.
ꝙ etiam dederit Arcũ, & Gladium.Hoc autem sup
posito, stat dubium.s. Quare Ionathas dederit Da-
uid gladium arcum, & Baltheum, cum non indige
ret eis, sicut vestibus? Respondendum est, ꝙ hoc
potuit fieri propter duo, sicut supra dicebaẽ de ve-
stibus s.ad subueniendum inopiæ Dauid,& ad indi
candum affectionem Ionathæ.De primo dicendũ,
ꝙ, q̃q̃ Dauid nõ egeret æqualiter Arcu Gladio,
K & Baltheo; tamen indigebat eis aliqualiter: egebat
enim baltheo, qa iam erat miles per hoc,quòd pu-
gnauerat contra Goliath:milites autem accingebã
tur baltheis ad ostendendum dignitatem militatẽ:
ideo Dauid egebat baltheo.Arcu quoq;, & Gladio
egebat: qa nulla habebat arma; cum solum venis-
set in castra portans Baculum, & fundam: ad statũ
tamen militarẽ armis egebat. Sed adhuc magis stat
secunda ratio.s. quòd ista data fuerint ad indicandã
affectionem Ionathæ erga Dauid: nam sicut vestes
dedit, non quia illę essent valde magni valoris,sed
quia erant sibi coniũctę; ita Gladiũ, Arcum,& Bal
theũ dedit, qa ista erãt sibi nimis familiaria. Et ob
hoc,q̃q̃ Ionathas haberet alia genera armaturæ nõ
tamen

tamen dedit Dauid nisi ista: quia erant familiaria nimis. De Baltheo patet: quia in illo significabat̄ dignitas militaris Ionathæ, & eo semp accinctus erat: dans ergo illū Dauid videtur quasi dedisse ei dignitatem suam militarem, vt illa iam esset in Dauid: Gladium quoq; dedit, q̄a cum sit armatura leuis, & cōmunis vtebatur eo semper Ionathas. Et ob hoc erat sibi familiarior, quam alia arma. De Arcu autē adhuc specialius erat: quia nullum genus armature erat, ad quod magis afficeretur Ionathas, q̃ ad illud: nam exercebant se nimis Ionathas ī arte sagittaria, & erat in ea expertus, atq; habebat semper secū arcum, sicut Saul afficiebatur nimis ad lanceam, & habebat eam semper secum. Vnde quando Ionathas voluit dare Dauid signum, & loqui ad Dauid secretè, vt recederet à facie Saulis dixit ei: Sedebis iuxta lapidē, & ego tres sagittas mittam iuxta eum, & iaciam quasi exercens me ad signum, vt patet inf. cap. 20. Ex quo innuitur, ꝙ ipse assuetus erat ad exercendū se in arte sagittaria. Vnde q̄a in hac erat valde excellens, laudauit eum Dauid in planctu, quem fecit pro morte eius, & Saulis de arte sagittaria, vt patet inf. 2. li. ca. 1. s. Sagitta Ionathæ nūq̃ rediit retrorsū, & gladius Saul non est reuersus inanis. Habebat ergo nimis familiarem sibi Arcum: & cū illū dedisset Dauid, designabatur in hoc magnus amor. Apparet ergo ꝙ ista tria s. Gladius, arcus, & Baltheus conuenienter fuerint data Dauid à Ionatha ad designandum amorem. *Egrediebatur quoque Dauid ad omnia quęcunq; misisset eum Saul.* In hoc significatur magna familiaritas, quam habebat Saul ad Dauid: nā priusq̃ fæminę cecinissent coram eo, percussit Saul mille, & Dauid. 10. milla, erat nimis acceptus Dauid Sauli, & mittebat eum ad omnia opera quæcūq; secretè agere debuisset, atq; cōfidebat ei res magnas. Postquam vero audiuit verba hæc, non potuit eum aspicere rectis oculis, sed conabatur eum occidere, vt patet inf. *Et prudenter se agebat.* i. de omnibus negociis erat prudens ad procurandū illa. Et ob hoc erat nimis diligendus, quia esse prudentem est vna pars, & quasi medietas totius esse, & boni humani. Sed postea hoc versum est Dauid in scandalū: nam, sicut à principio diligebat eum Saul, q̄a prudens erat, ita postea cœpit abominari illum, & fugere ꝓpter prudentiam, vt patet inf. in littera. s. vidit itaq; Saul, ꝙ Dauid prudens esset nimis, & cœpit cauere eum. *Posuitq; eum Saul super viros belli.* Hoc fuit anteq̃ haberet eum exosum: nam postea amouit eū a se, vt patet inf. Fuit autem positus super viros belli, q̄a cum cognitum esset eū esse virum nimis animosum, sicut patuit in bello contra Goliath, & esse valde prudentem ad habendū se cautè in omnibus negociis, commissa est sibi cura belli, quia ista duo faciunt ducem esse perfectum. Sciendum tamen, ꝙ quamq̃ esset positus super viros belli non cessabat à familiaritate Saulis, quia nondum habebat eū exosum: postea autem cœpit illū abominari cōstituit in magna dignitate. s. quia fecit eū tribunum super mille viros: amouit tamen illum à se, vt patet inf. nūc aūt simul erat in familiaritate Regis, & in principatu. *Et acceptus erat in oculis vniuersi populi.* s. omnes de populo diligebant eū nimis, & hoc quia ipse liberauerat Israel de manu Philistinorū occidēdo Goliath. Rursus, q̄a cū ipse esset principatu virorū belli omnes res prosperè gerebat, & quamquam haberet honorem, & potestatem, nemini tamen erat iniurius, vel onerosus, sed omnes cū quadam benignitate, & mãsuetudine tractabat: hoc autem maximè fauorem comparant viro in potestate cōstituto: vnde nemo erat in populo, qui eum odiosum haberet. *Maximè*

A *in conspectu famulorum Saul.* s. ꝙ quamquam esset in cōspectu oīm de populo acceptus, magis tamen erat in conspectu famulorum Saulis. Vocantur autem famuli Saulis illi, qui ei specialiter seruiebant in Domo sua, & manebant coram eo. Nam generaliter accipiendo, oēs erant famuli Saulis, quotquot erāt in Israel, sed hoc accipitur specialiter, & erat coram istis Dauid magis acceptus, quàm coram populo: eo ꝙ probitas eius magis erat istis manifesta, quàm populo: assiduitas. n. communicandi virum nobis ostēdit, siue bonus, siue nequam fuerit. Quòd si bonus fuerit: abundantius hoc patebit eis, cum quibus sēper communicat, quàm illis, cum quibus raro. Ex quo sequitur eum diligibiliorem esse consociis suis, B quàm ad extraneos: è contrario autem, si nequam fuerit. Sic quippe fuit de Dauid, quia in omni operatione sua abundanter patebat illius virtus, & quia magis assidue cōuersabatur ad famulos Saulis, q̃ ad alios de populo, manifestior erat eis ꝓbitas illius, q̃ popularibus, & cōsequēter ab eis magis diligebatur.

Quomodo Dauid positus est à Saule super viros belli, cùm Abner esset Princeps. *Quæst.* XII.

QVAERETVR quomodo Saul posuit Dauid super viros belli, quia Abner erat princeps militiæ Saulis, vt patet sup. c. 14. & præcedenti. ca. dicit: Ait Saul ad Abner principem militiæ: quomodo erC go priuaretur Abner dignitate sua, quam à principio regni Saulis habuerat, vt nunc Dauid instituere tur? Aliquis respondebit, ꝙ Saul deposuit Abner de principatu militiæ, eo, ꝙ vidit habiliorē esse ad hoc Dauid, cum esset prudens animosus, & iuuenis. Sed hoc non est satis rationabiliter dictum: quia Abner nihil mali meruerat, vt deponeretur, potissimè: q̄a erat sanguine coniunctissimus Sauli. s. quia erat patruelis eius. s. fili⁹ patrui, & cognatus in secundo gradu, vt patet, supra. c. 14. Item patet, ꝙ non amouerit eum à principatu: nam etiā in morte Saulis Abner erat princeps exercitus: & ipse constituit Isboteh filium Saulis Regem, vt patet, infra. 2. lib. ca. 2. Etiam quando fugiebat Dauid à facie Saulis, Abner erat D princeps militiæ Saulis, vt patet, infra. c. 26. ergo videt̄, ꝙ non fuit amotus Abner, vt subrogaret̄ Dauid. Sed aliquis respondebit, ꝙ Abner fuit priuatus principatu militiæ, quādo Dauid erat acceptus Sauli, & fuit in illum constitutus Dauid: postquā tamen fugit Dauid à facie Saulis, restitutus est Abner in gradum pristinum principatus militiæ. Sed dicendū, ꝙ hoc nō stat: nā ēt t̄pe, quo Dauid erat accept⁹ Sauli, erat Abner princeps militiæ, vt patet, inf. 20. c. nā in die solemni, in quo sedere debebat Dauid ad mensam Regis cùm Ionatha, & aliis, dr̄, ꝙ sedit Abner coniunctus Regi ex latere: si tamē mansisset in principatu suo, sed fuisset depositus ꝓpter Dauid: sedes Dauid debuisset esse propinquior regi, quàm sedes Abner, sed falsum est: ergo adhuc manebat Abner in principatu militiæ. Dicendum est igit̄, ꝙ Abner E non fuit depositus de principatu suo ꝓpter Dauid, fuit tamen Dauid positus in alio principatu, quem non habebat Abner: nam erat Abner princeps toti⁹ militiæ Israel: Dauid autem nō erat princeps totius militiæ, sed virorum belli: erant enim semper aliq viri separati in Israel ad opera bellica: nam Israelitę habebant hostes cōiunctos. s. Philisthinos: ideo oportebat eos super vacare bello, & ad hoc erāt aliqui viri separati, q ponebāt in extremitatib. Israel, & philisthinorū, & isti resistebāt hostib⁹ veniētib⁹ ad terrā Israel, & ingrediebant̄ aliqn̄ in terrā hostium: super hos autem constitut⁹ fuit Dauid, quia ipse erat conueniens

ueniens ad Bellum, & non fuit priuatus Abner aliqua potestate, quam prius haberet. *Porro cum reuerteretur.* Hic ponitur secundum huius, c. scilicet, inuidia secuta ex victoria Dauid. Nam licet non inuideret Saul propter victoriam, quã habuit contra Goliath, immò ex nimis gauisus est, inuidit tamẽ in eo, quod cantabant mulieres de eo propter victoriam. *Porro cum reuerteretur, percusso Philisthæo*, idest, quãdo reuertebatur post mortem Philisthæi ad ferendum caput illius in Ierusalem acciderunt ista, quæ dicuntur hic. *Et ferret caput eius in Ierusalem.* Fuit enim caput Philisthæi portatum per multas vrbes Israel, & ad vltimum positum est in Ierusalem. Quare autem fuit ibi magis positũ, quàm in alio loco, declaratur præcedenti cap. Sciendum autem, quod quando Dauid portabat caput Goliath in Ierusalem, non ibat ipse solus, sed etiam ibat illùc Saul: nam immediatè dicitur, quod, quando portabat Dauid caput Philisthæi, egressæ sunt mulieres obuiam Sauli: & tunc ipse audiuit eas canentes: Saul percussit mille: Dauid autem decem millia.

Inuidia Saulis cõtra Dauid vnde orta est.

An immediatè post mortem Goliath, portatum fuerit eius caput in Ierusalem. Quæstio. XIII.

QVAERET aliquis. An istud, quod dicitur de portatione capitis Philisthæi in Ierusalẽ, fuerit immediate post occisionem Goliath, vel intercideret aliquantum tempus. Respõdendum, quod aliqui dicunt, quod non fuit immediatè: sed fuit satis tempus magnum medium, s. quod fuit tempore, quo pugnauit Dauid contra Iebusæos, qui habitabãt in Ierusalem, & tunc portauit eis illud caput videndum, vt timerent nimis. Et sic videtur dicere Nicolaus præcedenti cap. Sed hoc non stat, quia, quando Dauid portauit caput Goliath in Ierusalem, ibat illùc etiam Saul, cum dicatur infra, quod, cum iret Dauid in Ierusalem portans caput Philisthini, mulieres exierunt obuiam Sauli, sed quando Dauid pugnauit contra Iebuseos, qui erant in Ierusalem, iam Saul mortuus fuerat, & regnabat Dauid, vt patet infra sequenti li. cap. 5. Ergo non portatum fuit tunc caput Philisthæi illùc, sed ante hoc. Hoc autem dato, cum necesse sit illud fuisse portatum immediatè post occisionem Goliath, viuente Saule, est dubium, an fuerit portatum immediatè post occisionem Goliath, vel fuerit aliquod tempus medium. Videtur autem, quod fuerit immediatè: qa dicitur hic: Porrò, cum reuerteretur Dauid, percusso Philisthæo, & ferret caput illius in Ierusalem. Ergo videtur, quod immediatè, vt reuersus est de occisione Goliath, iuit in Ierusalem ad portandum caput illius. In contrarium dicet aliquis, quod non fuerit immediatè: nã, cum Dauid portabat caput in Ierusalem, mulieres exeuntes de vrbibus canebant, dicentes. Percussit Saul mille, Dauid autem decem millia. Et tunc fuit nimis exosus Sauli Dauid, & non potuit amplius videre eum rectis oculis, sed cogitabat eum occidere: & tamen post mortem Goliath, aliquanto tempore fuit acceptus Dauid Sauli, & constituit eum super viros belli: ergo videtur, quod non fuerit immediatè post mortem Goliath. Respondendum est, ꝙ Dauid portauit caput Goliath in Ierusalem, vt ibi maneret, & portatum fuit etiam per alias vrbes, & tunc mulieres exeuntes, & canentes prouocauerũt odiũ Saulis ad Dauid, non fuit tamen immediatè ista portatio post bellum habitum contra Philisthinos, sed aliquãto tempore quieuit Saul in domo sua, & illo tempore erat Dauid nimis acceptus ei: & de isto tpe dicitur, quod Saul accepit Dauid, & non concessit

Resp. Nic refellitur.

F ei, vt reuerteretur in domum patris sui: tunc etiam fuit, quod habetur supra, scilicet, quod egrediebatur Dauid quocunque mittebat eum Saul, & in omnibus prudenter se agebat. Etiam tunc constitutus est Princeps super viros belli: sed istud nõ fuit multum tempus. Cum autem Saul egressus est, vt iret in Ierusalem, & cum eo Dauid ad portandum caput Goliath, incurrit Dauid odium Saulis, & iam non aspiciebat eum rectis oculis, vt patet infra. Cum autem dicitur. Cũ reuerteretur Dauid, percusso Philisthæo, & ferret caput eius in Ierusalem, non est intelligendum, quod immediatè, vt reuersus est Dauid de percussione Philisthæi, ferret caput eius in Ierusalem, sed fuit post occisionem, licet aliquanto tempore

G post. *Egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel.* Istæ egrediebantur ad honorandum Saulem incedẽtem per vrbes Israel. Et dicitur, quod egressæ sunt de omnibus vrbib⁹, quia fortè ibat Saul ꝑ oẽs vrbes Israel.

An puellæ de omnibus vrbibus egressæ fuerint obuiam Sauli, & Dauid. Quæstio XIIII.

QVAERET aliquis. Quomodo potuerit esse, ꝙ mulieres de omnibus vrbibus Israel egrederentur obuiam Sauli? Aliquis respondebit, quod dicitur de omnibus vrbibus, idest de aliquibus, quia mos scripturæ ẽ dicere vniuersaliter, qñ multa sunt, iõ, cũ nunc egressæ fuerint mulieres de multis vrbi-

H bus obuiam Sauli, dicebatur, quod egressæ fuerant de omnibus. Sed dicendum est, quod istud, quod hic dicitur de mulieribus exeũtibus obuiam Sauli, fuit quando iuit in Hierusalem, ad portandum caput Philisthæi. Et põt dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ egressæ fuerint mulieres de omnib. vrbib. Israel, idest de omnibus illis, per quas Saul procedebat iturus in Ierusalem. Alio modo potest intelligi, quod de omnibus vrbibus egressæ fuerint mulieres, s. quia Saul ibat per omnes vrbes Israel: hoc autem esse potuit ad indicandum magnum gaudium, ex victoria habita contra Philisthinos, & ad ostendẽdum caput Philisthæi per omnem terram Israel, vt ex eius magnitudine indicaretur magnitudo victoriæ: & hoc

I verisimile est: nam sic faciebant Philisthini, quando habebant aliquam excellentem victoriam de Israelitis. Nam cum occiderunt Saul, & filios eius, præciderunt caput Saulis, & spoliauerunt eum armis, & miserunt in Terram Philisthinorum per circuitum, vt annunciaretur in templo idolorum, & in populis, vt patet infra cap. vltimo. Sic ergo existimãdum est, quod factum fuerit hic, cum essent Israelitæ, & Philisthini hostes, & vellent magnificare victorias, quas de se inuicem habebant. *Cantantes, chorosque ducentes*, idest istę mulieres canebant coram Saule. Et hoc erat in choris, s. ꝙ non canebat quęlibet per se, sed diuidebantur per choros: iste enim est modus canendi fœminarum. *In occursum Saul Regis*, idest istæ fę-

K minæ exibant in occursum Saulis ad honorandum eum, quia erat Rex: & non dicitur, quod exibant in occursum Dauid. Et tamen, cum cœcinerunt mulieres suo quã Saulem, ... to magis laudauerunt Dauid in cantu suo quã Saulem, vt patet immediatè: vnde ex hoc indignatus est nimis Saul. *In tympanis lętitię, & sistris*, idest exibant cũ tympanis, & cum sistris. Istis instrumentis vtebãtur ad solemnitatem in cantu, & ad concinẽdum: quia vox sola non videtur habere perfectam armoniam. Ponuntur autem hic duo instrumenta, s. tympana, & sistra: tympana enim dicuntur esse instrumenta lignea concaua, quæ pergameno contecta sunt: & percussa vocem reddunt, & dicuntur tympana à tinniendo: quia tinnitum reddunt. Sistra dicuntur esse instru-

Tympana, & sistra.

instrumenta lignea cōcaua: quæ pergameno contecta sunt:& percussa vocem reddunt,& dicunt tympana à tinniẽdo,q̃a tinnitum reddunt. Sistra dicuntur esse instrumenta de ligno, quæ in circuitu rotulas quasdam de ferro volubiles habent, & cum illa mouentur, concutiunt rotulæ ferri,& reddunt cō cordem armoniam. Vocantur autem sistra in Idiomate nostro, sonaias. Alij autem, volunt quòd sistra dicantur esse duæ particulæ ferri concauæ, q̃ cum manibus teneantur, concutiuntur, & sonitum reddunt:& vocantur vulgariter terrenumellas, & istã expositionẽ tenet littera chaldaica. Alii autẽ dicũt, quòd sit quoddam instrumentum habens tres chordas: & hoc volunt ex deriuatione Hebraica, q̃a vbi nos habemus sistra, Hebrei dicunt. Selossin: quod deriuatur de Selossa,& significat tria. *Et præcinebant mulieres laudentes*.i.ludebant, & canebant. Ludere enim significat corizare,& manibus plaudere, & agere tripudia. Sic dicitur Exo.c.32. sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. s.ad ducendum choros, vt patet ibi. *Atq; dicebant: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia.* Hoc dicebant ad honorem victoriæ: nam, quia tunc agebatur festiuitas victoriæ, carmina facta sunt de victoria; sic enim quando Israelitæ transierunt mare rubrum, & Aegyptij perierunt: Inceperunt canere Hebræi, dicentes. Cantemus Domino: gloriosè enim magnificat⁹ est: equũ, & ascensorem proiecit in mare. Exo.c.15. Ita hic de victoria fiebant carmina, sicut ibi de morte Aegyptiorum, & liberatione Israelitarum. Sciendum tamen: quòd non dicitur, quòd Dauid occiderit decẽ millia: quasi ipse tot occiderit, quia non legitur occidisse, nisi Goliath: Saul quoq; nō occidit mille, sed dicuntur ista per comparationem: quia totum Bellum, quod fecerunt Israelitę, persequendo Philisthinos, attribuitur Sauli,& totum Bellum, quod factũ est occisione Goliath, attribuitur Dauid. Hoc autẽ dicebant esse decies æquiponderans: ideo dederunt Dauid decem millia, Sauli autem mille. Et in hoc rationabiliter loquebantur: quia, si Dauid non occidisset Goliath, Israelitæ non occidissent aliquẽ Philistinũ, nec Philistini fugissent à facie Israel, sed potius Israelitæ fugerent à facie Philistinorũ, ideo nō solum.10.millia virorum tradi debuerunt Dauid, sed etiam totum bellum: fœminę tamen voluerũt aliquid tribuere Sauli, & dederunt ei mille viros. *Iratusq; est Saul nimis*.s. quia audiuit verba mulierum canentium: Et verũ est, quòd illę mulieres fuerunt insipientes: quia non debebant magis honorare Dauid, quã regem, etiam si Dauid hoc mererẽt, ideo, si voluisset eũ nimis honorare, potuissent aliter canere, scilicet attribuentes totam victoriam Dauid, & nihil loquentes de Saule, & tunc fuisset maior honor Dauid,& non fuisset aliquod dedec⁹ Sauli: quia dedecus ex comparatione apparuit, cum daretur aliquid de victoria Sauli, sed maior pars decuplo fuerit attributa Dauid. *Et displicuit in oculis eius iste sermo*, scilicet sermo mulierum canentium: Percussit Saul mille,&c. Displicebat autem, quia multum auferebatur de honore eius. In Regibus autem potissimum, quod est, honor est, quo ablato, principatus Regalis ad nihilum deductus est.

Sau- Da- cã- pu Israe

Quare sermo puellarum Israelitarum displicuit Sauli. Quæst. XV.

QVAERET aliquis, Quare displicebat hic Sauli de sermone isto.s. An displicebat ex hoc, ꝙ magis honorabatur Dauid: quàm ipse, vel propter aliquid aliud, q̃d sequebatur ex hac honoratione?

A Respondendum est, quòd displicuit hoc Sauli propter duo. Primo: quia nimis fuerat dehonoratus in hoc, quòd Dauid fuerat habitus, tãquam maior ipso. Secundo displicuit ei: quia ex hoc videbatur infirmari Regnum Saulis. De primo patet: nam rationabiliter poterat contristari Saul, quòd ai quis ĩ regno suo magis honoraret, q̃ ipse: nec ĩhoc nimis peccauit, sed quia propter illud secutus est Dauid, qui in hoc innocens erat, cum ipse non procurasset istam laudem, sed fœminæ errauerant canendo sic: nec, si hoc solum fuisset causa iracundiæ Saulis, fuisset tam grauiter iratus: q̃a etiam si tũc nimis irascerẽ post paululũ requiesceret furor, cũ nō hr̃e aliq̃ causam, quotidie tamẽ magis incãdescebat, vt patet j.

B Sed dicendum est, ꝙ aliud est principalius, scilicet q̃a timuit Saul ex hoc priuari Regno, vel saltem, ꝙ posteri sui priuarentur: nam ex verbis mulierum canentium collegit Saul magnitudinem affectionis totius populi erga Dauid, cum etiam, præsente Saule, ausę fuissent fœminæ decupulo laudare Dauid super Saulem. Credidit ergo Saul, ꝙ, cum esset tantus fauor populi erga Dauid: posset Dauid faciliter conciliare sibi animos omnium populariũ ad hoc, ꝙ eligerent eum in Regem,& deponerent Saulem. Hoc autem significauit Saul in verbis suis immediatè, dicens: Dederunt Dauid. 10.millia,& mihi dederunt mille; quid ei superest, nisi solum Regnum? quasi dicat, cum totus populus tantum eũ diligat, ꝙ etiã, me pręsente, eum magis laudet, quàm me: q̃d

C superest, nisi ꝙ, propter magnitudinem fauoris, det ei regnum? q.d. nihil aliud superest. Vt ergo Saul euaderet istum timorem, scilicet, ne Dauid eligeretur in Regem à populo, intendebat eum occidere, sicut sequenti die conatus est occidere, vt patet inf. Etiã Saul timuit, ꝙ, cũ Dauid videret tantum fauorem populi erga se, ꝙ libenter eum facerent regem, conaretur occidere Saulem, vt regnaret post eũ: & q̃a habebat ante hoc magnam familiaritatem Dauid cum Saule,& poterat eum sic faciliter occidere: curauit Saul amouere à se Dauid, vt nō darẽ ei occasio faciendi malũ, vt patet inf. in littera.s. Et timuit Saul Dauid, eo, ꝙ esset Dominus cum eo, & à se re-

D cessisset: amouit ergo eum Saul à se, & quantò Dauid habebant maiorem opportunitatem ad occidendum Saulem,& conciliandi sibi animos populi, vt regnaret, tanto magis timebat eũ Saul, & quia Dauid erat prudens, & propter hoc poterat cauti⁹, & facilius procurare, quod vellet, timebat eum magis Saul, & tanto magis seruabat se ab eo. Quod patet inf. in littera s. Vidit itaq; Saul, ꝙ Dauid esset nimis prudens,& cepit cauere eum. Item, postquàm Michol filia Saulis data est in vxorem Dauid,& dilexit eum nimis, timuit eum magis ob hoc Saul: q̃a habebat iam maiorem opportunitatem nocẽdi ei: sic patet inf. in littera.s. Michol autem filia Saulis diligebat Dauid: Saul magis cępit timere eũ. Itẽ, Saul

E putauit, ꝙ dato, quòd non auferretur ei viuenti Regnum, quòd auferretur posteritati eius: & ob hoc, cum quæreret eum ad occidendum, & Ionathas filius Saulis defenderet Dauid, dixit ad eũ Saul: Omnibus diebus, quibus filius Isai vixerunt super terram, non stabilieris tu, nec reguum tuum.i. nunquã erit regnum tuum firmum, dum ipse vixerit: & ob hoc volebat eum interficere, vnde subiunxit: Itaq; iam nunc mitte,& adduc eum ad me: quia fili⁹ mortis est, vt patet inf. 20.c.& ista fuit causa totalis, quare persecutus fuit Saul Dauid semper quousq; fugit de Regno Israel: nam putabat, eo viuẽte, regnũ suum non esse securũ. *Dixitq;. Dederunt Dauid. 10. millia, & mihi dederunt mille*.q.d. multum est auersus ani-

mus

mus populi à me,& nimis est fauorabilis Dauid, cū F ei dederint. 10. millia,& mihi mille. Sciendum autē, ꝙ istę lætitiæ, & cantus facti in honorem Dauid,innotuerunt Philisthinis: vnde quando iuit Dauid ad Regem Achis in Geth, quæ est terra Philisthinorū, dixerunt serui Achis: Nunquid non est iste Dauid Rex terræ? Nonne hic est,cui cantabant per choros dicentes:Percussit Saul mille, & Dauid decem millia? infra,c.21.etiam Principes Philisthinorum dixerunt hoc regi Achis,quando ducebat secum Dauid in Bellum contra Israelitas.s. Nonne iste est Dauid, cui cantabant in choros, dicentes percussit Saul in milibus suis, & Dauid in decē milibus suis? inf c.29. *Quid ei superest,nisi solum Regnum?* i.quid deficit sibi,nisi Regnum? q.d.nihil. Et est sensus, ꝙ cum populus tāto eum fauore diligat,quia etiam,me præsente,plus G illum,quam me laudat,nihil deest de eis,quæ populus sibi dare potest, nisi, ꝙ det ei Regnum. q.d oēm alium honorem,quem ei dare poterat,iam dedit,cū ei plusquam mihi laudes tribuerit. Vel aliter,quid ei superest,nisi solum regnum? i. Dauid iam habet oīa alia bona,cum honoratus fuerit plusquam Rex:nec deficit sibi ad cumulum omnium bonorum, nisi ꝙ habeat regiam potestatem. q. d. cū ergo ipse videat iam nihil sibi deficere,nisi regnum,laborabit, vt regnum habeat: & sic erit mihi hostis,insidiabiturque mihi, donec accipiat Regnū: & ob hoc cępit persequi eum ad mortem, vt patet immediate. *Non rectis ergo Saul aspiciebat Dauid à die illa,& deinceps.* i.in die illa, H & in omnibus sequentibus Saul non aspiciebat Dauid rectis oculis,sed cum odisset eum,auertebat oculos suos ab illo, & cùm respiceret eum intuebatur oculo furibundo. *Post diem autem alterum.* Hic ponitur tertium huius. c.s.malitia Saulis in opere propalata: & diuiditur in duo, quia primò ponitur malitia eum inuadendo. Secundò filiam suam illi insidiosè promittendo.ibi. *Dixit autem Saul.* Circa primū dicitur. *Post diem alterum inuasit spiritus Domini malus Saul.* Nondum enim Sanatus fuerat Saul à morbo arrepticio,sed quamquam non inuaderet sæpe Demon Saulem:inuadebat tamen interdum. Accidit autem,ꝙ sequenti die,postquam mulieres cecinerāt corā Saule,arriperet eum Dęmon,sicut solitus erat. I Aliqui autem dicunt,ꝙ sequenti die eum aripuit in penam peccati.s. quia conceperat odium ferox cōtra Dauid,cum ipse innocens esset. Dicunt etiam,ꝙ tunc eum grauius agitauit,quàm prius torquere solebat. *Et prophetabat in medio Domus suæ.* i. erat Saul in Domo sua,quando arripuit eum spiritus nequā:& prophetabat.s.loquendo verba illa,ad quæ Dęmon eum impellebat,sicut facere solent alij arrepticij.

Quomodo Saul vexatus à Dæmone prophetauit,& an aliquis potest prophetare per Dæmones. *Q. XVI.*

QVAERET aliquis, Quomodo Saul prophetauit hic,quia nunc vexabatur à Dœmone? K Aliquis respondebit,ꝙ non erat mirum, ꝙ prophetaret Saul:quia iam aliàs prophetauerat, & post hoc etiam prophetauit. Quòd prius prophetaret apparet.sup.c.10.quia dixit Samuel Sauli:insiliet in te spiritus Domini,& prophetabis cum eis,& mutaberis in virum alterum:& postea sequitur eo.c.ꝙ cum venisset Saul ad collem,exijt cuneus prophetarum obuius ei,& insilijt super eum spiritus Domini,& prophetauit in medio eorum. Post hoc etiam iterum prophetauit Saul, cum iuit ad quærendum Dauid coram Samuele, & ibi nudus prophetauit tota die, & nocte coram Samuele, vt sequenti.ca.patet,non ergo stat: quia nunc non prophetaret.

Sed dicendum est, ꝙ hoc non stat:quia nunc non prophetauit eo modo, quo in duobus locis allegatis:nam ibi prophetabat: quia spiritus Domini, qui erat spiritus prophetiæ,insiliebat in eum, vt patet, sup.c.10.s.Insiliet in te spiritus Domini,& prophetabis. Etiā sequenti, cap. dicitur, ꝙ factus est super eū spiritus Domini,& ambulabat ingrediens vsq; dum veniret in Ramatha,& prophetabat. Nunc autem non insilijt in eum spiritus Domini,sed magis inuasit eum spiritus Domini malus,vt patet hic:ideo nō prophetabat, sicut illis duabus vicibus. Item patet: quia in illis duabus vicibus dicitur, ꝙ exiuit in prouerbium: Num Saul inter prophetas? vt patet. sup. c.10.& sequenti.c.in quo innuitur, ꝙ illis duabus vicibus verè prophetauit: & spiritus Domini mouebat eum:ideo exiuit in prouerbium: Num Saul inter prophetas? In ista autem vice non exiuit in prouerbium: ideo videtur, ꝙ non sit æstimata à populo verè prophetia, sicut in illis duabus vicibus, & hoc: quia non mouebatur à spiritu Dei, sed à spiritu nequam ad dicendum hæc. Aliquis autem dicet,quòd Saul ꝓphetauit hic,& non fuit motus à spiritu Dei, sed à Dęmone:erat tamē vera prophetia:quia multi etiam vocantur prophetæ idolorum,vt patet.infra,3.lib.ca.18.vbi Elias occidit quadringentos prophetas Baal.& infr.4.lib.ca.3. dixit Eliseus ad regem Israel: Vade ad prophetas patris tui,& matris tuę.s. ad prophetas idolorum: quia isti erāt ꝓphetæ, quos habebant Reges Israel,prophetę tamen idolorū nō mouebantur,nisi à Dęmone: ergo ita vocantur ꝓphetæ,qui mouentur à Dęmone,sicut qui mouent à Deo:Saul autem nunc mouebatur à Demonæ, vt patet hic: ergo poterat prophetare. Sed dicendum est, ꝙ non stat:quia omnis vera prophetia à Deo est, & ab eo solum. Nam prophetia dicitur esse cognitio quædam de his,quæ nullo modo naturaliter cognosci possunt:ea tamen, quæ cognoscunt Dęmones,non sunt supra omnem cognitionem naturalē, ideo quicquid ipsi hominibus reuelant, non poterit vocari prophetia, nisi Deus hoc reuelauerit: & etiā illud sit tale,qđ aliter cognosci non possit, nisi Deo reuelante. Cum autem dicitur de prophetis idolorum,ꝙ à Dęmone mouebantur, & tamen erant ꝓphetæ:dicendum,ꝙ inter istos aliqui erant veri prophetæ,& aliqui non,sed fingebant se prophetare,cū nihil cognoscerent. De illis aūt, qui erant veri prophetę,dicendum,ꝙ,quāq̄ essent in cultu idolorum, tamen à Deo accipiebant reuelationem, & nō mouebant eos dæmones ad aliquid dicendum. Nec obstat,ꝙ isti colerent idola,quia Deus aliquando reuelabat veritates ocultas cultoribus Dęmonum:sic patet de Balaam,qui erat superstitiosus.s.ariolus,& valde peccans omni immundicię idolorum: atque nimis peccator: erat tamen verè propheta, & prędixit multa futura,quæ scripsit Moyses: Nume.c.24.& ibi dicit, ꝙ irruebat super eum spiritus Domini,quando prophetabat. Alij autem erant prophetæ idolorū, qui fingebant se esse prophetas,& non erant,& isti interdum dicebant aliqua,quę sciebant consultu Dęmonum: sed in hoc non erant prophetæ,quamquā ista alijs hominibus essent incognita. De Saule autem dicendum est,ꝙ ipse non poterat dici verè prophetare,qa à Dæmone mouebat̄,vt patet hic. Accipitur tamen prophetia largè: & hoc modo arrepticij dicuntur prophetare. Quod fit propter duo: Primo, quia prophetæ veri quantum ad ea, quæ prophetāt, non mouentur à seipsis, sed à solo Deo, vt patet secunda Petri. ca.2.s.hoc primum intelligentes,ꝙ oīs prophetiæ scriptura propria interpretatione nō fit, non enim voluntate humana allata est aliquando pro-

Arrepticij quare dicuntur prophetæ ... non ...

phetia, sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Ita illi, qui arrepticij sunt, non loquuntur à seipsis, sed à Dęmone mouentur, ideo dicuntur prophetare. Secundo dicuntur prophetare: quia prophetia est reuelatio alicuius veritatis occultę, sed illi, qui arrepticij sunt, Dęmone mouēte eos, loquuntur aliqua occulta, ideo dicuntur prophetare. Hoc autem patet, quia quidam arrepticij sunt, ꝙ, quando à Dęmone arripiuntur, citharizant excellenter, & ante hoc nunquam nouerant citharizare, & cum Dęmon eos deseruerit, nesciunt quicquam. Iam quoque visa est quædam puella rusticana, quæ nullas omnino literas nouerat, & cum à Dęmone arriperetur, loquebatur secūdū omnem puritatem idiomatis hebraici: & hoc autem erat, non, ꝙ puella loqueretur, sed, quia Dęmon mouebat linguā illius, & formabat verba hebraica, quæ à puella nullo modo intelligebātur: sicut cum asina Balaā locuta est, Angelo mouente linguam eius, Num. c. 22. manifestum est tamen, ꝙ asina nihil intelligebat, nec ipsa erat, quæ formabat verba. Quòd aūt Dęmones loquantur hoc per linguam arrepticiorū, patet Matt. c. 8. cum dicitur de duobus habentibus Dęmonia, ꝙ clamauerunt, dicentes: Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei: venisti huc ante tempus torquere nos. Et, vt significaretur, ꝙ non loquebantur arrepticij, sed ipsa Dęmonia in corporib⁹ eorum, subiunxit immediatè: Dęmones autem rogabant eum, dicentes: si eijcis nos hinc: mitte nos in gregem porcorum. Simile habetur Marci. c. 1. vbi dicitur, ꝙ egrediebātur Dęmonia clamantia: & ipse non sinebat ea loqui, quoniā sciebāt: isti autem Dęmones, qui sunt in corporib⁹, consueuerunt interdum turpia loqui, quia spiritus immundi sunt: & cùm aliqui astant eis, referunt illis turpitudines, quas fecerūt, vel alias nequitias: & hoc quādo sunt Dęmonia loquentia: aliquando autem Dęmones sunt muti, & illi, qui patiuntur, nihil loquuntur. Sic dicitur de quodam Dœmone, quem Christus eiecit, ꝙ erat mutus. s. Erat Iesus eijciēs Dęmonium: & illud erat mutum. Quando tamen loquuntur ista Dęmonia, dicunt multa, quæ occulta sunt hominibus: & ob hoc illi, qui vident Dęmoniacos ista loquentes, dicunt eos prophetare, quia conditionem prophetarum habent. s. quia reuelant occulta: & isti Dęmones, qui introeuntes in corpora loquuntur per illa, vocantur ventriloqui, vel Phytones: & illi, qui habent eos, dicūtur diuinare: quia, dum ab eis exagitantur, secreta reuelant, de quibus interrogantur. Sic factum fuit in vrbe Neapoli, tpe, quo ibi erat Paulus: nam quædam puella habebat spiritum Phytonem, & diuinando, quando eam Dęmon arripiebat, multum lucrabatur: nā cū arrepta foret, conueniebāt ad eam omnes, qui habebant aliqua dubia, & respondebat eis: Paulus aūt hoc vidēs, condoluit illi, & iussit Dęmoni, ꝙ exiret ab ea, ita, vt iam non posset diuinare. Dñi aūt puellę videntes, ꝙ perdiderant lucrum suū, fecerunt eum fustigari, & in carcerem mitti. De hoc dr̄ Actuū. 16. c. s. factū est autem euntibus nobis ad adorationem puellā quādā habentē spūm Phytonē obuiare nobis, quę quęstum magnū præstabat Dominis suis diuinandò. Simile aūt fuit apud Gentiles in famosissimo, atq; antiquissimo Tēplo Apollinis apud insulam Delphos: ibi. n. in quodam Antro apud gētiles dicebatur esse Numen, & rñdebat ibi inquirentibus de omnib⁹ dubijs. Erat autē modus, ꝙ puella virgo erat sacerdos Apollinis, quæ intrabat in antrum, & ibi, cùm à Dęmone arriperetur, cadebat in terra, & expumabat: sicut nunc arrepticij faciunt: & tūc loquebatur per eam Dęmon, quem Gentiles Apollinem Deum vocabant: & puella nesciebat, quid loquebatur: & quādo surrexisset à furore illo, nesciebat, an aliquid locuta fuisset. De hoc ponit Lucan⁹ in 5. de bello plusquam ciuili in principio, vbi introducit quendā Romanum inquirentem de aduentu illorum bellorū, cui responsum est sic.

Effuges in gentes tanti discriminis expers,
Bellorum Romane minas solusque quietem.
Euboici vasta lateris, quale tenebris:
Cętera suppressit, faucesque obstruxit Apollo.

Quamquam Lucanus aliter sentit de virtute illa, q̃ respōdebat in illo loco, sed de hoc nihil ad pręsens. Sicut ergo illa puella dicebatur diuinare, vel ꝓphetare, quia dicebat ea, quæ homines ignorabant quādo arripiebat eam Dęmon Apollo: ita Saul dicitur prophetasse in domo sua, quia, quādo arripuit eum Dęmon, loquebatur aliqua occulta alijs hominib⁹. *Dauid autem psallebat manu sua.* i. cùm arreptus fuit hac vice Saul à Dęmone vocatus fuit Dauid, vt veniret ad Saulem: nam venit ad hoc solum, vt, quando arriperetur à Dęmone, psalleret coram eo, & leuius haberet, vt patet, sup. c. 16. nunc ergo cùm videret arripi Saulem à Dęmone, incępit psallere, vt leuius haberet, & recederet Dęmon. *Sicut per singulos dies.* i. Dauid psallebat nunc coram Saule, sicut solitus erat facere per singulos dies: quod dupliciter intelligitur. Vno modo, ꝙ faciebat hoc per singulos dies. i. singulis diebus, quibus arripiebatur Saul à Dęmone. Aliter, ꝙ faciebat per singulos dies. i. quolibet die solit⁹ erat Dauid psallere coram Saule: & hoc, quia fortè Saul delectabat̄ in armonia, quam faciebat Dauid, ideo volebat, ꝙ quotidie psalleret corā eo: est enim musica delectabilis, & potissimè post cibum, sic dicit̄ Ecclesiasti. c. 49. Memoria Iosue in cōpositione odoris facta est opus pigmentarij, & quasi mel indulcorabitur, & sicut musica in conuiuio vini. Ergo post cibos musica delectabilis est, & sic Saul volebat delectari: Et isto modo dicetur, ꝙ cū psalleret Dauid coram Saule, accidit, ꝙ arriperetur à Dęmone, & tunc etiam continuauit cantū: quia prius canebat ad delectationem, nūc aūt incępit canere ad remedium. *Tenebatque Saul lanceam.* i. tenebat eam in manu sua, quando à Dęmone arreptus est, & misit eam, vt percuteret Dauid,

Saul tenebat lanceam, tanquam Regni insignium. *Quæstio.* XVII.

QVAERET aliquis. Quomodo Saul tunc tenebat lanceā, quia in quiete erat, & non erat aggressurus aliqđ op⁹ belli? Aliqs rñdebit, ꝙ lācea erat ibi apud Saulem, & accidit, quòd, quando vexabatur à Dęmone, arriperet eam ad percutiendum Dauid. Sed dicēdū, ꝙ non stat: quia littera dicit, ꝙ Saul tenebat lanceam, ergo in manu tenebat, & antequā arriperetur à Dęmone, tenebat eam. Dicendum est ergo, ꝙ Saul habebat lanceam tanquam regni insignium: nam sicut nunc coram regibus Ensis defertur in signum regalis dignitatis, ita tunc habebat Saul lanceam: ideo eam semper tenebat in manu, vel saltem habebat apud se, vbicumque esset etiam si dormiret, vel si esset in conuiuio: nunc autem erat in quiete in domo sua, tamen lanceam habebat in manu. Et iterum sequenti. c. dicit̄, ꝙ sedebat Saul in domo sua, & tenebat lanceam, porro Dauid psallebat manu sua, nisusque est Saul configere Dauid lācea, cum pariete: ergo non tantū semel eam habebat, sed et̄ solitus erat habere. Quòd aūt hr̄et apud se lanceam qn̄ sedebat ad mensam, apparet. inf. c. 20. qa ibi dr̄, ꝙ sedebat ad mensam, & cum quęreret de

Dauid, & Ionathas rñdisset pro eo, arripuit lãceam, vt percuteret Ionathã. Itẽ, ꝙ haberet eã apud se qñ dormiebat, apparet. inf. c. 26. nã cũ esset Saul in tẽtorio suo, habebat istã fixã in terra ad caput suũ:, & Dauid descendit cũ alio viro, & accepit eã: ergo omni tpe solitus erat Saul habere lanceã in manu, aut saltẽ apud se: & hoc pp dignitatẽ regni, vel fortè, quia nimis afficiebat̃ ad lanceam, & pugna sua erat in clypeo, & lãcea. Vnde sicut supra diximus de Ionatha, ꝙ afficiebat̃ ad arcũ, & multũ se exercebat in eo, & scriptura laudat eũ, tanquã excellentem sagittatorem, ita fuit de Saule, ꝙ afficiebat̃ ad clypeũ, & lanceam, & exercebat̃ in eis: & in scriptura laudat̃ tanꝗ excellens in hoc genere pugnæ. De hoc. inf. 2. li. c. 1. s. Clypeus Saul quasi non esset vnctus oleo: à sanguine interfectorũ ab adipe fortiũ: sagitta Ionathę nũquam abijt retrorsum, & gladius Saul non est reuersus inanis. *Et emisit eam.* s. hastam de manu ad percutiendũ Dauid. *Putans, quòd configere posset Dauid cum pariete.* i. non misit lanceam à manu à casu, vel præter intentionem, sed ad occidendũ Dauid: volebat. n. eũ figere cũ pariete, ideo fortiter misit lanceã, vt posset eũ perforare, & insuper aliquid parietis. In quo sciẽdũ est, ꝙ, ꝗꝗ Saul arreptus esset à Dęmone, non penitus caruerat iudicio: sed solũ torquebat̃ nimis: & ẽt dato, ꝙ Dęmon cogeret eũ prophetare. i. dicere aliqua, quæ ipse non intendebat dicere, vt patet supra: tñ manebat ei iudiciũ, & intendebat, atque volebat: vñ potuit hr̃e intẽtionẽ cõfigẽdi Dauid cũ pariete.

Quare Saul ante hunc diem non quęsiuit interficere Dauid.
Quæstio. XVIII.

QVAERET aliquis. Cum in diebus præcedentibus, & ẽt in eodẽ die, anteꝗ arriperet̃ Saul à Dęmone, potuisset mittere lanceam ad configẽdũ Dauid, sicut nũc misit, quare nõ fecit? Aliquis rñdebit, ꝙ Saul hoc fecisset, tñ numꝗ habuit opportunitatẽ: s. quia non erat corã eo Dauid: nunc aũt erat coram eo Psallens, & fortè posset induci verisimilitudo. s. quia Dauid timeret Saulẽ, ideo ante hoc non comparuisset coram eo: nunc aũt, quia vidit eũ à Dęmone arreptũ, vt leniret̃ morbus eius, astitit Psallens in Cithara, sicut solitus erat: ideo habuit tũc opportunitatem mittendi lanceam, & prius non. Sed hoc non stat, quia ante hoc Dauid stabat singulis diebus corã Saule, & Psallebat in cithara, vt patet sup. s. Dauid aũt Psallebat manu sua, sicut per singulos dies, & in oĩbus alijs diebus potuisset mittere lanceam ad eũ, si voluisset. Sed aliquis rñdebit, ꝙ non intelligit̃ illud, ꝙ quolibet die esset Dauid corã Saule, Psallẽs in cithara, sed dr̃: per singulos dies. i. per dies singulos in quibus vexabat̃ à Dęmone, & sic nõ importat̃ ex hoc, ꝙ quolibet die præcedentiũ stetisset Dauid corã Saule ad hoc, ꝙ posset ad eũ lanceã mittere. Sed adhuc dicendũ, ꝙ, ꝗꝗ sic exponat̃, non stat: nã Dauid erat ante hoc nimis familiaris Sauli, & mansit ista familiaritas quousq; Saul misit lanceã ad Dauid, vt patet. inf. nam dr̃: Amouit ergo eũ à se Saul, & fecit tribunum super mille viros, ergo vr̃, ꝙ ante hoc valde erat coniũctus Sauli familiaritate, & assiduitate manendi, & sic potuisset quocũq; die eũ percutere. Itẽ die illa, qua Saul cępit indignari nimis Dauid propter cantũ mulierũ, Dauid erat pręsens. s. quia tũc ferebat caput Philisthei in Ierusalem, vt patet supr. & Saul ibat tunc per oẽs ciuitates Israel, Dauid ferẽte coram eo caput Goliath: ergo potuisset eadem die eum percutere. Item apparet, quia ante hoc cõsuetus esset Dauid stare coram Saule post indignationem, quam conceperat de eo Saul, vt patet, sup.

F scilicet, non rectis ergo oculis Saul inspiciebat Dauid à die illa, & deinceps: ergo multoties videbat eum post diem illam, alioquin non diceretur, ꝙ respiciebat eũ oculis non rectis, quia, si nũquam esset, coram eo non respiceret̃ ab eo oculis rectis, vel turbatis, ergo habebat omnib⁹ illis diebus opportunitatem percutiendi Dauid, si voluisset. Sed dicendũ est, ꝙ noluit alijs diebus percutere, & nũc volebat, quia Saul non habebat aliquã causam occidendi Dauid, ideo nolebat occidere, quasi palam, vel ab intentione: & quia si emisisset lanceam ad percutiendũ eum alijs diebus, qñ erat sanę mentis, videret̃ hoc agere iniquè, ideo quando nunc erat à Dęmone arreptus, & putaretur ab omnib⁹ insanire, emisit lanceam ad
G Dauid; vt, dato, ꝙ occidisset eum, non putaret̃ ab intentione egisse, sed ꝓpter insaniam, & nesciens quid ageret: & sic consequeret̃ intentum, & non argueretur criminis, &, quia postquam Saul incępit indignari Dauid, numquã fuerat arreptus à Dęmone, nisi nunc: emisit nunc nouiter lanceam ad eũ: postea autem, cùm cessauit Dęmon vexare eum, simulauit se pęnitere fingens nescire, quid egisset. *Et declinauit Dauid à facie eius secundo.* i. recessit tunc Dauid à Saule: & istud fuit in secunda vice, qua declinauit ab eo: iam enim bis recesserat Dauid à Saule. s. prima vice, quãdo erat cum eo ante pugnam contra Philisthęos, & concessit ei Saul, ꝙ rediret in domũ patris sui, vt patet præcedenti. c. Nunc autem secundo recessit ab
H eo: timuit. n. Dauid, ꝙ vellet eũ occidere Saul, cũ vidisset lanceam ad se missam, ideo fugit: sed non fugit sic ista vice, sicut prima, quia primo recesserat à Saule de licentia eius, & non propter aliquod odiũ, nunc autem recessit, mortem timens.

Dauid rationabiliter fugit à facie Saul post emissam lanceam.
Quæstio. XIX.

QVAERET aliquis. Quare Dauid recessit à Saule propter lanceam ad se missam: nam cũ non fuerit percussus, non debuit hoc esse sibi causa timẽdi, quia credere debuit, ꝙ Saul non faciebat hoc ab intentione, vt percuteret eũ, vel aliquem alterũ, sed
I furor, & alienatio mentis eũ inducebant ad hoc: nã propter istud Saul expectauerat tempus, qñ arriperetur, vt putaret̃ facere cũ furore: omnes ergo viderentes crederent Saulem non egisse ab intentione. Respondendũ est, ꝙ Dauid fugit à facie Saulis, quia timuit mori: non quidem pp lanceam iam missam, quia illa casso vulnere transierat, sed, quia putabat, ꝙ lancea illa missa fuerat ab intentione: ideo licet nũc caruisset effectu, tñ immediatè Saul iuberet eũ occidi: declinauit ergo ab eo. Sed aliquis dicet, ꝙ nõ habebat Dauid aliquid, quod eũ impelleret ad suspicandum, ꝙ Saul vellet eum occidere: ideo non debebat fugere. Respondendum est, ꝙ quamquam Dauid non videret aliquam causam manifestã, qua
K re eum vellet occidere Saul, quia tamen vidit lanceam ad se missam, quod signum magnum erat mali, cępit cogitare, an propter aliquid occultum Saul concepit liuorem contra se. In dubio ergo voluit vitæ suę prouidere fugiẽdo. Aliter potest dici, ꝙ, ꝗꝗ Dauid non videret aliquam cãm, propter quã timere deberet, & suspicaturus erat lanceã fuisse missam pp insaniam, & non ab intentione, tñ Deus infixit cordi eius stimulos, vt timeret: Deus enim dirigebat Dauid, volens eũ esse incolumen: & qa Saul pro tunc intendebat eum occidere, & occidisset, si mansisset apud eum, Deus posuit ei in corde, vt timeret, & fugeret. Aliter, & melius dici potest, ꝙ Dauid iam viderat aliqua signa indignationis Saulis contra eũ, ideo

ideo, quando nunc missa est lancea, credidit nequitiam Saulis esse consummatam: s. volendo occidere eum, ideo declinauit mortem nō dubiam. Signa autem indignationis, quæ viderat Dauid, erant, quia nō respiciebat eum Saul oculis rectis à die, qua mulieres cantauerant: percussit Saul mille, &c. vt patet, supra, & cùm ante hoc Saul nimis familiariter, & benignè tractauit Dauid, credidit eum concepisse indignationem, & fugit, timens mortem. *Et timuit Saul Dauid*. i. postquam recessit Dauid à Saule, incepit Saul timere eum: ante hoc enim timebat eū: s. à die illa, qua mulieres cantauerunt, percussit Saul, &c. q̄a putabat, ꝙ acciperet regnū fretus fauore populi: nūc aūt magis timuit. Causa verò timoris fuit, quia ante hoc nōdum se Saul ostenderat hostem Dauid: nunc verò, lancea missa, erat manifestus hostis: ideo putabat, ꝙ Dauid nunc conaretur ad occidendum eum: & ad suggerendum populo, vt ipsum regem facerent, & hoc rationabile erat, si Dauid voluisset retribuere vicem Sauli pro iniquitate sua, sed non attendit ad hoc: voluit enim semper esse innoxius. Vnde quamquam postea apertissimè Saul persequeretur Dauid, & cogeretur Dauid latere in montibus, tamen noluit eum occidere, vt patet, infra, c. 24. & 26. *Eo, quod esset Dominus cum eo.* idest Saul timebat ipsum Dauid: quia erat Dominus cum Dauid, & dirigebat omnes actus illius, & ob hoc iustè timebat Saul ipsum: nam ea, quæ à Deo diriguntur, oportet, ꝙ consequantur finem suum, &, quia Dauid dirigebatur à Deo, credebat Saul, quòd præualeret contra eum, ideo timebat.

Quomodo Saul sciebat Deum esse cum Dauid. *Q. XX.*

QVAERET aliquis. Quomodo Saul sciebat, ꝙ erat Dominus cum Dauid? Respondendum est, ꝙ modus iudicij hominum est, & etiam ordo naturę, ꝙ, quando aliquis effectus fit, si non habeat causam inferiorem potētem ipsum producere, reducatur in cām supremā. s. in Deum: & ita est de operibꝰ miraculosis, ꝙ, cùm nos videamꝰ nullā cām naturālē esse ad hoc potētem, reducimꝰ in Deū ista opa: & ob hoc ea miraculosa. Sic. n. videbāt in Dauid, ꝙ ipse faciebat quædam opera, quæ nullo modo posset facere virtute sua: sicut occidere vrsum, & leonem nudis manibus, & similia: ideo dicendum erat, ꝙ Deus per eum ista faciebat. Item omnia negocia Dauid prosperabātur. Quando tamen aliquis prosperatur circa omnia, quæ incipit, &, eo non cogente, res suæ quasi ex seipsis ad multum fęlicitatis perueniunt, arbitrantur homines illum à Deo dirigi, & quia videbat istud Saul in Dauid, credebat eum à Deo dirigi. Expertus fuerat autem hoc: quia ad quæcunq; mittebat eum, feliciter expediebat, & prosperabantur in manu eius omnia negocia. Ista autem snīa sacrę scripturæ. s. ꝙ illi, qui in omnibus prosperantur, habeant Deum secū: sic dicitur immediatè de Dauid, scilicet, in omnibus quoque Dauid vijs suis prudenter agebat, & Dominus erat cum eo. Semper etiam ista sententia fuit apud omnes homines. Vnde Putiphar. qui emerat Ioseph, & fecerat eum procuratorem domus suæ, credidit, ꝙ Dominus erat cum eo, quia dirigebantur omnia negocia per eum. de hoc Gen. cap. 39. s. fuitque Dominus cum Ioseph, & erat vir in cunctis prospere agens, habitauitq; in domo Domini sui, qui optimè nouerat Dominum esse cū eo, & omnia, quę gereret ab eo dirigi in manibus illius: sic ergo Saul sciebat Deum esse cum Dauid. *Et à se recessisset.* Illud potest dupliciter intelligi: vno modo, ꝙ recessisset Dauid à se. i. à saule. Secundo modo, ꝙ recessisset Dominus à Saule. Primo modo est sensus, ꝙ Saul timebat Dauid propter duo. Primò, quia Dominus erat cum eo, & dirigerentur omnia negocia illius. Secundò, quia recesserat Dauid à Saule. i. quando erat Dauid cum Saule non tantum timebat eum Saul, eo, ꝙ non manifestabatur hostis eius: nunc autem, quia recesserat, posset se manifestare, vt hostem: & habebat ad hoc rationabile motiuum, ideo timuit eum, quia recesserat. Exponendo in secundo sensu intelligetur, ꝙ recesserat à Saule Deus: scilicet erat Dominus cum Dauid, & propter hoc timebat eum Saul, & insuper recesserat Dominus à se. i. à Saule, ideo habebat occasionem magis timendi. Est autem sensus, ꝙ si Deus fuisset in Dauid, dum tamen non recessisset à Saule non multum timeret eum Saul, quia, cum Deus esset cum vtroq;, non præualeret vnus contra alterum, quia tamen erat cum Dauid, & recesserat totaliter à Saule, timebat eum nimis. Quòd autem recessisset Deus à Saule, apparet sup. c. 16 quia dicitur, ꝙ directus est spiritus Domini in Dauid à die vnctionis suæ, & in reliquo, & recesserat spiritus Domini à Saule, & exagitabat eum spiritus nequam: hoc autē sentiebat Saul, quia prioribus temporibus sciebat se moueri à spiritu Dei, & nunquam vexauerat eum spiritus nequam: postea autem, vt vnctus fuit Dauid, nunquam sensit in se spiritū Domini, sed sæpè exagitabatur à spiritu nequam. Et iste sensus secundus est, quem tenet litera. *Amouit ergo eum Saul à se.* i. remouit à familiaritate, q̄ prius habebat erga eum: quia fortè prius assistebat ei semper, sicut ipse dixerat. sup. ca. 16. s. Stet Dauid in conspectu meo: inuenit enim gratiā in oculis meis. Tractabat etiam Saul cum eo negocia sua secreta, & mittebat eum ad expedienda illa, vt patet. sup. in litera: scilicet egrediebatur quoq; Dauid ad omnia, ad quæcūq; misisset eū Saul, & prudenter se agebat: nunc aūt amotus fuit Dauid à tota ista familiaritate, & hoc, quia timuit Saul, ꝙ posset eum occidere, conuersans cum eo tam familiariter, vt ergo tolleretur causa, amouit eum à se. *Et fecit eum tribunū super mille viros.* i. fecit principem mille virorum. Ponitur hic vnū istorū ex superabundanti; quia tribunus significat determinatè principem mille virorū, interdū tñ sic scriptura superabūdat: sicut cū dicitur iste ē cęcꝰ visu: suffecisset. n. dici, ꝙ esset cęcus: & ita hic suffecisset dici, ꝙ fecit eū tribunum, nihil addendo.

Quomodo Saul amouit à se Dauid, tribunum constituens, cùm iam recessisset. *Quæst.* *XXI.*

QVAERET aliquis. Q̄ō Saul potuit amouere à se Dauid, & constituere eū tribunū, cū ipse recessisset ab illo, vt patet. sup? R̄ñdēdū est, ꝙ Dauid fugit à Saule, q̄ñ misit ad eū lāceā, timēs mortē, nec postea redire voluisset, sed persuasus fuit, vt rediret, quia Saul nihil mali ei inferre voluisset. Intelligēdū est. n. ꝙ cū Saul fecisset istud q̄ñ à Dęmone vexabat̄ volebat innuere, ꝙ fecisset à casu, vel per insaniā, & nō tendens alicui nocere, cū verò liberatus est à Dęmone, & videret̄ quasi redire in sanā mētē, finxit se nescire, an aliquid egisset, vel ignorare qualiter egisset: vnde dixit, ꝙ non erat timendū Dauid, quia non intenderat ipse nocere ei, nec cuiq; alteri, sed fecerat extra mentē positus: & fortè Ionathas, qui erat valde amicus Dauid, reuelauit ei, ꝙ nihil mali esset, & fecit illū redire ad Saulē: iste. n. indicabat ei, q̄ñ Saul moliret̄ aliquod malū contra eū, vt patet sequenti, ca. & inf. & 20. & tunc Dauid redijt, & tunc amouit Saul Dauid à priori familiaritate, & constituit eum principem mille virorum.

Quare Saul constituit Dauid in magna dignitate, cũ tamen non diligeret eum. Quaſt. XXII.

QVAERET aliquis. Quare nunc constituit
Saul Dauid in magna dignitate: quia non dili
gebat eum ſicut prius? Reſpondet Nicolaus, ꝙ nõ
fecit hoc, vt honoraret eũ, ſed vt egrediens ad belli
pericula occideretur, ſicut infra dicitur, ſed Domi-
nus conuertit hoc in bonum ipſius Dauid. Sed di-
cendum, ꝙ hoc non ſtat: quia dato, ꝙ Saul vellet, ꝙ
occideretur Dauid à Philiſthinis, vt patet infra, ſci-
licet, Saul reputabat dicens: non ſit manus mea in
eo, ſed ſit ſuper eum manus Philiſthinorum: & ob
hoc deſiderabat Saul, quòd exponeret ſe Dauid ma
gnis periculis: tamen iste principatus non eſt ſibi da
tus, vt ſe exponeret bellis, quia non poterat eſſe ma
ior occaſio Dauid moriendi in bello, quàm ſi habe
ret principatum, quẽ ante habebat: erat enim prius
conſtitutus ſuper viros belli, vt patet ſupra. Sed di-
cendum, ꝙ iſte principatus fuit datus Dauid pro-
pter duo. Primò ad colorandum factum præteritũ.
Secundò ad tegendum id, quod nunc Saul inten-
debat: prius enim Saul conatus fuerat percutere lan
cea Dauid, &, quia fortè putaretur hoc feciſſe ab in-
tentione, ſi maneret in priori ſtatu Dauid, voluit ei
Saul indicare maiorẽ affectionẽ, & ob hoc cõtulit ei
maiorem principatum, & honorem conſtituens il-
lum tribunum ſuper mille viros: & ſic videretur, ꝙ
non fecerat Saul ab intentione id, quod factũ erat
de miſſione lanceæ, cum nunc magis honoraret Da
uid, quàm à principio. Secundo, & principaliter
fecit Saul Dauid tribunum, vt non cognoſceretur
id, quod nunc faciebat: nam ipſe timebat nimis Da
uid putans, ꝙ per nimiam familiaritatem poſſet eũ
occidere aliqua die, ideo amouit eum à ſe. Et, quia
amoueri aliquem à dignitate ſua deſignat culpam
in eo, vel odium in amouente, vluoit hoc colorare
Saul promouens eum ad maiorem dignitatem, vt
ſic non cognoſceretur, quòd amouebat eum à ſe ex
odio, ſed propter honorem maiorem & iſta fuit cã
potiſſima. Rurſus autem mouebat Saul id, quod
intendebat, ſcilicet, ꝙ periret Dauid in manibꝰ Phi
liſthinorum, nam ſicut prius cum eſſet Dauid prin-
ceps virorum belli, habebat occaſionem incidendi
in manus Philiſthinorum propter frequentia bella;
Ita, nunc, quia cum eſſet tribunus, ideſt princeps
mille virorum, ibat ſæpe ad bellum cum eis contra
Philiſthinos: ſolum aũt differebat, quia nunc erat
in maiori dignitate, q̃ prius. *Et egrediebatur, & intrabat in conſpectu populi.* Dupliciter põt intelligi: vno mo-
do, ꝙ egrediebať, & intrabat, ideſt dirigebat populũ
quantum ad omnia agibilia, quæ ſignificantur per
ingredi, & egredi: & iſti duo actus conueniunt prin
cipi alicuius multitudinis, & per eos ſignificantur
omnes actus, quos habet princeps reſpectu ſubie-
ctorum. Sic patet Num. cap. 27. Cum Moyſes pe-
tiuit aliquem principem pro Iſraelitis, dicens: pro-
uideat Dominus Deus ſpirituum omnis carnis ho-
minem: qui ſit ſuper multitudinem hanc, & poſſit
exire, & intrare ante illos, & educere illos, vel intro
ducere. Et ſic petiuit Moyſes principem ſolum ad
introducendum, & educendum populum, quaſi per
hoc intelligantur omnes actus directionis, quos
habet princeps reſpectu ſubiectorum: ita ergo de
Dauid erat, ꝙ ingrediebatur, & egrediebatur in cõ-
ſpectu populi, ideſt dirigebat populum ſibi comiſſũ
quantum ad omnia: & non ſolum mille viros, ſed
etiam alios Iſraelitas, quia immediate dicitur, infr.
ꝙ omnis Iſrael, & Iuda diligebat Dauid: ipſe enim
ingrediebatur, & egrediebatur ante eos. Secundo
modo poteſt intelligi, quod ingrediebatur, & egre-
F diebatur in conſpectu populi ſcilicet, ad bellum, ip-
ſe enim, quia erat dux belli, dirigebat viros ſuos in-
grediendo in terram Philiſthinorum ad pugnandũ,
& egrediendo, ideo dicebatur in conſpectu populi,
ideſt coram toto populo, vel ante illum ingredi, &
egredi: quia, qui dirigit, oportet, ꝙ præcedat. *In oĩbus quoq; Dauid vijs ſuis prudenter agebat.* i. in oĩbus operatio-
nibꝰ ſuis erat prudens. Hoc intelligitur tam ad ope-
rationes bellicas, quàm ad omnia alia negocia, quæ
tractabat: & cum in his prudens eſſet, timebat eum
Saul magis, quàm alias timeret. *Et Dominus erat cum eo,* ideſt dirigebat omnem operationem ſuã: & hoc
eſt Deum eſſe cum aliquo: nam non accipitur hic
de Dauid, ꝙ agebat prudenter, ideſt, ꝙ ſolum regu-
G labat ſe per prudẽtiam in operatione ſua, ſed, quòd
eueniebant ei omnia, quæ deſiderabat, regulando ſe
per prudentiam. Multi enim ſunt, qui regulant ſe
prudentialiter in quolibet opere ſuo, & nunquam
proſperantur, qa Deus diſtorquet operationes ſuas
ad contrarios caſus. Alij autem ſunt, qui ſtultè agẽ-
do proſperantur, & bona eis eueniunt, & neſciunt
quomodo, vt ait Ariſto. 1. li. de Bona fortuna. Quòd
autem aliquis prudentialiter agendo ſemper in acti
bus ſuis proſperetur, non prouenit hoc à prudentia
ſola, ſed magis à Deo dirigente, ideo cum dictum
fuerit hic, ꝙ Dauid prudenrer agebat, ſubiungitur;
& Dominus erat cum eo: ad ſignificandum, ꝙ non
ſolum proſperabatur à prudentia, ſed magis à Deo.
H *Vidit itaque Saul, quòd prudens eſſet nimis.* ideſt cognouit
Saul per omnes operationes Dauid, ꝙ ipſe pruden-
ter ſe habebat. *Et cępit cauere eum.* ideſt incępit ſe ſer-
uare ab eo. q. d. propter hoc, ꝙ vidit Saul eſſe Dauid
nimis prudentem, obſeruauit ſe ab eo magis, quàm
alter obſeruaturus erat: timebat enim Saul, ꝙ Da-
uid per magnum fauorem, quem habebat in popu-
lo, poſſet conciliare ſibi animos hominum, vt regẽ
eum facerent, & deponerent Saulem: & ſi eſſet Da-
uid imprudens, non aduerreret ad hæc, & Saul non
timeret, quia tamen Dauid erat valde prudens, co-
gnoſceret omnes modos, quibus poſſet acquirere ſi
bi Regnum, & nocere Saul, ideo Saul intelligens eũ
hoc intelligere, cauebat ſe ab eo. ſ. ponens ſibi cuſto
I diam, ne daretur Dauid opportunitas occidendi ip-
ſum. Vel canebat, ne poſſet Dauid promouere po-
pulum ad eligendum eum in regem, & deponen-
dum Saulem. *Omnis autem Iſrael, & Iuda diligebat Dauid.* Hic ponitur cauſa quare canebat Saul ipſum
Dauid, & quare inuidebat ei, ſcilicet, quia diligeba-
tur ab omnibus, & poſſet faciliter animos eorũ cõ-
citare ad quæcumque vellet: & ſic ad acquirendum
Regnum: ponuntur autem Iſrael, & Iuda diuiſim,
tãquam eſſent duo populi, quia Iſrael ſignificat. 11.
Tribus, Iuda ſignificat vnam tribum. Diligebatur
autem Dauid ab omnibus, quamquam magis à tri-
bu Iuda, eo, ꝙ erat de hac tribu. A principio tamen
cum nondum eſſet cognita diſſenſio inter Dauid, &
K Saulem, omnes Iſraelitæ de quacumque tribu dili-
gebant Dauid, poſtea autem cum cępit Saul mani-
feſte perſequi Dauid, q̃q̃ omnes Iſraelitæ de hoc do-
lerent, quia Dauid erat vir bonus, tamen tribus Iuda
magis eũ adiuuit: vnde immediatè poſt mortẽ Sau-
lis, tota tribus Iuda vnxit Dauid in regem. 11. autem
tribus in inſerunt cum Isboſeth filio Saulis, vſque
quo Abner fecit pactum cum Dauid. De hoc, infra,
2. lib cap. 2. & 5. *Ipſe enim ingrediebatur, & egrediebatur ante eos.* ponitur cauſa, quare diligebatur Dauid ab om
nibus Iſraelitis, ſcilicet: quia ipſe diligebat eos, quan
tum ad omnia, quę ſignificantur per introire, & exi-
re, vel ſaltem diligebat eos in bello ingrediendo an-
te eos, & exeundo, quia nullus alius erat dux belli
eo

eo tempore, quo Dauid mansit apud Saulem: sic patet infr. 2. lib. cap. 5. quando venerunt omnes tribus Israel ad Dauid in Hebron, dicentes: ecce nos os tuum, & caro tua sumus, sed, & heri, & nudiustertius, cum esset Saul Rex super nos, tu eras educẽs, & reducens Israel, scilicet dirigebas totum Israel quãtum ad bella. *Dixit autem Saul ad Dauid.* Hic cõsequẽter ponitur effectus maliciẽ Saulis promittendo filias suas Dauid. Et primò promittit primam, secũdò promisit secundam ibi. *Dilexit autem Michol.* Circa primum ponitur hic, quomodo Saul iniquè se habuerit ad Dauid, & hoc dupliciter: primò ĩquirendo ei occasionem ad mortem, secundò non seruando veritatem. Nam primò ei filiam promisit, vt incideret in manus Philisthinorum. Secũdò ei fidẽ non seruauit: quia cum deberet illam dare ipsi, non dedit sed alteri viro. *Ecce filiam meam maiorem Merob.* Duas filias habebat Saul, scilicet Merob, & Michol, vt patet supra 14. c quarum maior erat Merob: hãc autem promisit Dauid pater suus Saul, & locut⁹ est de maiori: quia videbat maior honor, ꝙ acciperet ĩ vxorem primogenitam, quàm aliam, Dauid magis dilexit Michol quàm Merob: erat enim pulchrior quamquam minor, & postea sibi in vxorẽ data est. *Ipsam dabo tibi vxorem.* i. tu bene agnoscis filiam meã Merob, ego dabo eam tibi in vxorem, vt facias ea, quæ sequuntur.

An Saul teneretur dare in vxorem Dauid filiam suam absque alia operatione. Quæstio XXIII.

QVAERET aliquis, An Saul teneretur dare Dauid in vxorem filiam suam absq; hoc, ꝙ faceret ea, quæ sequũtur? Respondendum est, ꝙ satis videtur, ꝙ teneretur eam dare: nam quamquã non appareat manifestè, ꝙ promiserit eam illi, tamen tenebatur ex promissione generali: quia posuerat edictum, quod quicũq; percuteret Goliath haberet, filiam suam in vxorem, essetq; domus patris sui a tributis immunis: quod apparet pręcedenti cap. Nam quandocunq; ab aliquo quæreret Dauid: quid daretur viro: qui percuteret Philisthæum, omnes de populo respondebant ei hoc, Ergo Saul istud prædixerat, alioquin nullus de populo auderet tale dicere, præcipuè cum omnes hoc dicerent: ergo promiserat: & sic quantum ad seipsum, nullo alio facto tenebat Saul dare filiam Saul, proposuerat quoq; eam dare antequã esset odiosus illi, postea vero noluit. Nũc quoq; qñ promisit, nõ promittebat animo dãdi illã, sed solũ, vt ex hoc Dauid periclitaret pugnãs contra Philisthinos: & sic peccauit Saul nolens dare filiam suam in vxorem Dauid, quãtum in se erat pro hoc, ꝙ occiderat Philisthæum. Sciendum, ꝙ cũ Saul haberet duas filias, & promisisset dare filiam suam in vxorem occidenti Philisthæum, erat iuris sui dare quàm voluisset: nisi fortè edictum positum fuisset specialiter de aliqua: ex dictis autem præcedenti c. non colligitur, quæ filia Saulis promissa fuerit. Credendum tamen est, qđ intelligeretur de primogenita, cum non dum tradita esset alicui in vxorem: quia apud antiquos non erat consuetudo, vt minores filiæ prius viris traderent, quàm maiores, & per hanc consuetudinem excusauit se Laban cõtra Iacob Gen. 29.

An propter promissionem patris teneretur filia accipere Dauid in virum. Quæstio XXIIII.

QVAERET aliquis, An ex hac promissione, quam faciebat hic Saul, scilicet, quòd si Dauid esset vir fortis, & præliaretur bella Domini, daret ei filiam suam maiorem in vxorem, teneretur illa acceptare Dauid in virum. Videtur primò, quòd nõ: quia matrimonia debẽt esse libera: si autem filia ex promissione patris, ipsa nihil dicente, obligaret ad suscipiendum aliquem in virum, essent matrimonia coacta, ergo non obligabatur. In contrarium videtur, quòd obligaretur: quia si non causaretur obligatio ex hac promissione, Saul nõ fecisset eam, cum faciendo eam nihil faceret. Etiam dato, quòd Saul sic promitteret, Dauid tamen non acceptaret istam promissionem: quia sciret eam delusoriam, acceptauit tamen eam, tanquam aliquid magnum, & pugnauit contra Philisthinos: ergo videtur, quòd Dauid credebat, quòd obligabatur filia Regis ad suscipiendum eum in virum ex promissione patris. Respondendum est, quòd matrimonia nunc sunt valde libera: & si intercidat aliquis metus, vel quæcũq; coactio in contrahendo, non tenet contractus matrimonij: extra de spon. c. cum locum, & per totum titulum: ideo si nunc pater promitteret filiam suam dare alicui, si ipsa nihil promitteret, non obligaretur: apud antiquos autem quamquam non obseruaretur tanta libertas contractus matrimonij, tamen nullus inuitus contrahebat: ideo etiam si puellę cogerentur à parentibus ad contrahendum, non teneret contractus: & si Saul vellet cogere filiam suam Merob ad contrahendum cum Dauid, non staret matrimoniũ, & non solum hoc, immò etiam à principio, quando Saul posuit edictũ, quòd quicunq; occiderit Philisthęum haberet filiam eius in vxorem, consensit ipsa huic edicto: & postea si aliquis occiderit Philisthæum, quem ipsa nollet habere in virum, non cogeretur propter consensum suũ: qa ille consensus fuit vniuersalis. & non fuit determinatus ad aliquem virũ, ideo non cogebatur propter illũ accipere aliquem ĩ virũ. Nec solũ hoc, immò etiam si Merob filia Saulis cũ auctoritate patris promisisset alicui, dicens: Si tu occideris Philisthæum: ego accipiam te in virum: si postea, occiso Philisthæo, nollet accipere illum non, cogebat propter illam promissionem, etiam si iuramento hoc firmasset: sed poterat accipere quẽcunq; alium vellet; incurrebat tamen periurij crimen: iura tamen facilius concedunt, quòd aliquis incurrat periuriũ, quàm, quòd matrimonia sint coacta: sed in ista promissione, quam fecit Saul Dauid, Merob nihil consensit ideo non obligabat accipere Dauid, quamq̃ esset vir fortis contra Philisthinos: erat tamen modus apud antiquos, quòd licet matrimonia libera essent, tamen puellæ nunquam contrahebant sine voluntate patrum: & cuicũq; pater filiam desponsasset, illũ ipsa sponte susciperet, ac si tota potestas filiæ ad contrahendum esset in patre: & sic Saul promisit filiam suam Dauid, non inquisito de consensu eius, quia sciebat quemcunque ipse vellet dare filię in virum, hunc ipsa sponte susciperet. Sic etiam factum est de filia minore, scilicet Michol: quia promisit eam dare Dauid, postquam non dedit maiorem: & hoc solum, vt afferret illi centum præpucia Philisthinorum, & non quæsito consensu Michol Saul promisit eam dare Dauid, & Dauid acceptauit conditionem, tanquam promissio Saulis firma esset. Sic etiam fecit Saul ante Bellum contra Philisthinos: nã posuit edictũ, ꝙ qui occideret Goliath, accipiet filiam eius in vxorem. Ab antiquo quoq; iste mod⁹ fuit inter Hebręos: nam Caleb cũ pugnaret ꝯ vrbẽ Cariathsepher, dixit: Qui pcusserit Cariathsepher, & cęperit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorẽ, vt patet Iosue. c. 15. & Iudicum. ca. 1. & ibi dicitur, ꝙ

Hothoniel cępit illam vrbem,& data est ei illa puella in vxorem:& tamen in hoc à principio nõ interuenerat consensus Axæ, sed consensit postea, quia pater permiserat. Cum autem obijciebatur,ꝙ cogeretur Merob ad accipiendum Dauid in virũ ex ista permissione,quia aliter essent frustratoria. Dicẽdũ, ꝙ non cogebatur: non tamẽ frustra fuit permissio, nec etiam Dauid frustra illam acceptauit, sciens, ꝙ quamquam non consentiret puella à principio, tamen postea acceptura erat in virum, quem pater sibi daret:& sic tãtum erat, ꝙ pater permitteret eam dare,sicut,ꝙ realiter matrimonium contraheretur. *Tantummodo esto vir fortis.* idest, solum volo à te, ꝙ sis vir fortis.s.non peto alia dona,vel dotem,siue bona ad sustentandum matrimonium, quia ego omnia ista dabo,sed solum peto, ꝙ sis vir fortis.

Quare Saul dixit Dauid, quòd esset vir fortis, Quæstio. XXV.

QVAERET aliquis. Quomodo Saul petebat à Dauid,ꝙ esset vir fortis,& daret ei filiam:nam manifestum erat ei,& toti populo,ꝙ Dauid erat fortissimus virorum totius Israel:nam si acciperẽt fortitudo pro robore,cõstat, ꝙ ipse erat fortissimus, qa sæpe occiderat Leonẽ,& Vrsum,vt patet pręcedenti cap. & hoc nudis manibus eos lacerans. Si autem accipiatur fortitudo pro animositate, & confidentia ad pericula, etiam constabat Dauid esse virum fortissimum: quia nullus in toto Israel ausus fuerat pugnare cõtra Goliath: ipse autem se pugnaturum in sola funda,& lapide se exposuit, atque triumphauit: non ergo erat opus, vt Dauid manifestaret magis fortitudinem suam: Respondendum tamen, ꝙ Saul non dicebat ista, quasi exhortans Dauid ad opera fortitudinis,& ꝙ prius illa non habuisset,nec ostẽdisset,sed volebat,ꝙ periret in manibus Philisthinorum:hoc autem contingeret,si se exponeret Dauid valde magnis periculis, ideo dixit Saul:esto vir fortis.i.ostẽde valde fortitudinem tuam. Quòd autem hoc intenderet,patet,quia.infr.dicitur,ꝙ Saul reputabat,dicens: non sit manus mea in eo, sed sit super illum manus Philisthinorum,&,quia hoc non accideret,nisi Dauid exponeret se valde magnis periculis contra Philisthinos:hortatus est eum Saul,ꝙ esset vir fortis: & per hoc credidit, ꝙ Dauid incitaretur ad aggrediendum, & exponendum se periculis supra modum,& sic caderet in manus hostium. *Et præliare bella Domini.*i.facias bella contra Philisthinos: & dabo tibi filiam meam. Non dicebat hoc Saul,quasi Dauid etiam sine ista promisione non præliaretur bella Israel: quia cõstitutus fuerat à principio super viros belli,vt patet.sup. Deinde factus est tribunus.i. princeps mille virorum,& semper pugnabat:incitabat tamen Saul ipsum Dauid nunc ad magis se exponendum periculis; & faciendo frequentiora, & duriora bella:dicitur autem pręliare bella Domini: quia prælia Israelitarum dicebantur bella Dei,eo ꝙ bellum vocatur illius, qui illud agit: vel pro quo illud fit: Deus autem habebat vtramque habitudinẽ ad bella,quæ faciebant Israelitæ contra hostes: ideo vocantur bella Dei. Primum patet, quia sæpe Deus pugnabat pro Israelitis, ipsis nihil agentibus, sicut fuit in Mari rubro, cum Deus occidit omnes Aegyptios,hostes Hebræorum, videntibus eis, & nihil agentibus, vt patet Exo. cap.14. scilicet, Dominus pugnabit pro vobis,& vos tacebitis.i.nihil agetis:sic etiam fuit in introitu terrę duorum regum Amorrhæorum in torrentibus Arnon, vbi Deus inclinauit cacumina montium, & oppressit omnes Amor-

Saul hortabat Dauid ad opera fortitudinis, vt periret in manib. Philisthinorum.

Prælia Israelitarũ dicuntur bella Domini.

F rhæos interius latentes ad insidias Hebræorum, in quo nihil fecerunt Hebræi: & sic ista Duo dicuntur propriè bella Dei. Vnde Numeri. cap.21. dicitur de his duobus:vnde dicitur ĩ libro bellorum Dei, sicut fecit in mari rubro,sic faciet in torrentibus Arnon: scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarum. Aliquando autem Deus pugnabat pro Israelitis nõ faciendo totum bellum pro se, sed maiorem partẽ, ostendendo aliquod opus miraculosum ad deletionem hostium: sic fuit quando pugnauerunt Israelitæ tempore Iosue contra Chananæos: nam cũ quadam die fugerent quinque reges à facie Israel, misit Deus de cęlo lapides magnos super Chananæos, q-
G bus plures occisi sunt, quàm occisi fuerant ab Israelitis,vt patet Iosue.cap.10. Et,quia iam sol nimis declinabat, & non poterant Israelitæ persequi hostes, fecit Deus stare solem: & non fuit motus spatio vnius diei:eo. ca. sic quoque fuit tempore Gedeonis, quando venerunt Madianitæ contra Israel: nã Gedeon cum.300.viris per noctem circumdedit castra Madian, vbi erãt plures,quam 200. millia virorum, & Israelitis clangẽtibus buccinis, Deus immutauit, & turbauit corda Madianitarum, vt se inuicem putarẽt hostes,& se mutuo occiderent:& sic perijt maxima pars exercitus Madianitarum:postea Iudæi ꝑsequentes alios occiderunt,vt patet Iudi.cap.7.& 8. interdum verò Deus pugnabat pro Israelitis, non
H ostendendo aliquod miraculũ:exterius tamen corroborando Israelitas ad pugnam, & immittendo timorem Chananæis,vt non auderent resistere Israelitis: & hoc erat valde magnum:quia aliàs non erãt ausuri Israelitæ pugnare contra Chananæos, vel si auderent, caderent in manus eorum. De hoc Exod. cap.23.scilicet terrorem meum mittam in præcursum tuum,& occidam omnem populum,ad quem introieris: cunctorũq; inimicorũ tuorũ corã te terga vertam. Sed Deus pugnabat semper pro Israelitis aliquo istorum trium modorum,quandocumq; ipsi pugnarẽt,si Deo accepti erant, ideo bella iudeorum dicebantur bella Dei, scilicet, quia ab ipso fiebãt. Secũdo mõ dicebanẽ bella Israelitarũ bella Dei,
I qa pro ipso fiebbant: nam cum quis pugnat contra hostes alterius,pro ipso pugnat:sed quandocumque Israelitæ pugnabant contra aliqam gentem, pugnabant contra hostes Dei, ergo pugnabant pro Deo. Patet hoc,quia omnes hostes Israelitarum erant hostes Dei, ergo cum pugnarent Israelitæ contra hostes suos, pugnabant contra hostes Dei. Patet hoc Exod.cap.23. scilicet. Quòd si audieris vocem eius, & feceris,quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis,& affligam affligentes te. Aliter possunt vocari bella Hebręorum bella Dei, quia illud opus, quod Deus iubet fieri, vocatur opus Dei; sicut iudicium, quod fiebat inter Israelitas,vocatur Dei iudicium, vt patet Deut. cap.1.scilicet. Ita paruum audietis,vt ma-
K gnũ,nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est,idest, quia Deus iussit illud fieri. Sed Deus iubebat Israelitis,ꝙ pugnarent contra Cbananæos,ideo vocantur ista bella Domini,& sic Saul dixit Dauid,ꝙ præliaretur omnia bella Domini, idest oĩa bella Israelitarũ. *Saul autem reputabat.* idest cogitabat intra se.istud erat,quando promittebat filiam suam Dauid. *Non sit manus mea in eo.* idest non est bonum, ꝙ ego occidam eum. *Sed sit super illum manus Philisthinorum.* Scilicet melius est, quòd occidatur à Philisthinis. Est sensus, quòd quando Saul promittebat filiã suã Dauid, nõ promittebat intẽtione dandi eam: quia nec postea dedit, sed vt propter eã Dauid periret. Diffinierat enim Saul apud se occidere

re Dauid ad omnem euentum: quia, quandiu ille viueret, non putabat Regnum suum esse securum, sicut infra. Dixit Saul ad Ionatham, cap. 20. omnibus diebus, quibus filius Isai vixerit, nõ stabilieris te, nec Regnum tuum. Cogitabat tamen Saul, quomodo honestius occideret Dauid. Prius enim conatus fuerat eum per se occidere, quando misit lanceam ad illum: visus est tamen sibi postea iste modus inconueniens, cum vellet occidere hominem penit⁹ innocentem, &, qui saluauerat Israel: voluit ergo, ꝙ periret alio modo, ita, vt non ascriberetur sibi mors illius, quantum ad rem nec quantum ad intentionem: hoc autem erat, si periret in bello contra Philisthinos: ideo dabat ei incitamenta ad exponẽdum se magnis periculis, vt moreretur.

Quomodo cognitum est, quòd Saul daret filiam suam in vxorẽ Dauid, vt caderet in manus Philisthinorum. Quæstio. XXVI.

QVAERET aliquis. Quomodo cognitum est, ꝙ Saul, quando dabat Merob in vxorẽ Dauid cogitaret intra se ista? Respondere potest, ꝙ istud postea apparuit ex opere. s. quia noluit dare filiam suã Dauid, quam promiserat. Sed ista probatio non est multum sufficiens: quia, quamquam sit aliqualis pręsumptio, non est tamen sufficiens probatio: scriptura autem non innititur pręsumptionibus, sed solidæ veritati. Aliter responderi potest, ꝙ Saul istud aliquibus familiaribus reuelauit, & postea manifestatum est toti Israel. Sic patet, infra, quando promisit Saul filiam suam Michol Dauid: nã dixit: Dabo eam illi, vt fiat ei in scandalum, & fiat super eum manus Philisthinorum: postea quoque Saul publicè mandauit Dauid interfici, ꝙ ipse persequebatur eum: ideo manifestum esset omnibus, quomodo ipse promiserat filiam suam Dauid, vt caderet in manus Philisthinorum. Sed adhuc melius dici potest, ꝙ ille, qui scripsit librum istum habuit omnia hæc prophetice: nullus enim liber veteris testamenti de illis, qui ponuntur in primo, & secundo ordine canonis in prologo Galeato, est, qui non fuerit scriptus per prophetam: & ideo, quamquã ea, quæ narrantur, historica sint, & possint cognosci per humanam doctrinam sine reuelatione, tamen, quia historici quarundam rerum non possunt habere integrã cognitionem in multis sunt historiæ fallaces: quod potissimè accidit, quia historiam scribentes non interfuerunt omnibus rebus, quas scribunt, dum agerentur: & dato, ꝙ interessent, perfectè cognoscere non possent: quia quædam sunt, quæ etiam à præsentibus non cognoscuntur integrè: sicut est circa inspectores agonistarum, vel cuiuscunque belli, qa licet multi intersint, non proferunt omnes eandem sententiam de veritate gestarum rerum. Scriptura autem sacra obtinet maximum gradũ certitudinis: quia non solum nunquam mentitur, sed etiam impossibile est eam mentiri: ideo non est contenta hac certitudine, quæ est per hoc, ꝙ aliquis interfuit reb⁹, dum gererentur: sed quærit maiorem certitudinẽ, quæ est per Dei testimoniũ, quod est infallibile. Hoc aũt est, ꝙ scriptura sacra à prophetis confecta sit: qa prophetæ quicquid intelligunt, per diuinam illustrationem intelligunt. Sicut ergo Deus fallere nõ põt, ita impossibile est ꝓphetam mentiri. Et ob hoc maior certitudo adhibenda est rebus, quas à prophetis audierimus, quàm eis, quas nos videmus. Sic patet secunda Petri. ca. 1. vbi probat beatus Petrus gloriam Christi, qñ transfiguratus est in mõte Thabor ꝑ hoc, ꝙ ipse ibi vidit, & præsentialiter audiuit: dicit tñ: Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendẽtes. In quo patet, ꝙ firmius testimoniũ esse dicit per id, qđ prophetæ dicunt, q̃ per id, qđ ipse actualiter vidit. Libri ergo sacræ scripturæ à ꝓphetis scripti sunt, & qa ipsi sciũt per diuinã illustrationem ea, quę occulta sunt in cordib⁹ hoĩum, poterat scriptor libri perhibere testimoniũ de eo, qđ Saul cogitabat intra se. Et sic sæpe Euãgelistæ perhibent testimoniũ de eo, ꝙ cogitabant Pharisæi intra se, qa ẽt ipsi repleti fuerũt Spũsancto, & habuerũt Spiritũ Propheticũ ad scribendũ certissimè Euangeliũ. Ex hoc aũt est vnũ correlariũ. s. ꝙ in sacra scriptura illi soli libri sunt firmæ auctoritatis, q à ꝓphetis scripti noscũtur: oẽs aũt libri noui testamenti scripti sunt à prophetis, quia oẽs Euangelistæ, & Apostoli receperunt Spiritũ sanctũ, in quo recipitur spiritus prophetiæ, & genera linguarũ, & sermo sapientiæ, & multa alia dona, vt patet prima ad Cor. c. 12. Libri autẽ veteris testamenti non fuerunt oẽs scripti à prophetis, ideo non sunt oẽs æqualis auctoritatis: sed illi, q ponuntur in primo, & secundo canone, scripti fuerunt à prophetis, ideo sunt firmissimi, qui aũt in tertio canone ponuntur, non patent scripti à prophetis, ideo minoris auctoritatis sunt, potissimè illi, qui sunt historici: nam sapientiales, dato, ꝙ à prophetis scripti non fuerint, non multũ refert: quia veritas librorũ sapientialiũ põt cognosci solo lumine intellectus nostri, etiam, si nulla fides adhibeatur scripturæ: ideo per nos sciemus, si quid in eis verum, vel falsum sit; hoc aũt non contingit circã libros historicos, quia veritas illorum non põt cognosci à nobis, sed solũ adhibemus fidem scripturi: & ob hoc liber Iudith, & Tobiæ, qui historici sunt, & non patet qs eorum fuerit primus scriptor, infirmæ auctoritatis sunt. Sic etiam de secundo libro Machabæorũ. De hoc Ieronymus in prologo galeato.

Quare Saul conatus sit occidere Dauid, cum tamen prius determinauerit, quòd occideretur per manus Philisthinorum. Quæst. XXVII.

QVAERETVR vlterius. Quare, cũ Saul hic dixerit, non sit manus mea in eo. i. in Dauid, sed manus Philisthinorũ, postea conat⁹ ẽ occidere ipsũ manu sua, vt patet sequenti. c. Rñdendũ est, ꝙ ex die illa, qua mulieres cãtauerũt: Percussit Saul mille, &c. existimauit Saul vitã Dauid esse sibi inimicã: & quãdiu viueret non esset firmum regnũ suum, ideo diffiniuit apud se, ꝙ occideret Dauid qualitercunque, siue per se, siue per alios quærendo ei occasionẽ mortis. A principio aũt conatus est occidere eum per se, cum ipsa lancea, quando à Dæmone vexabatur, putans, ꝙ non intelligeretur fecisse ab intentione, sed per insaniam. Postea autem visum est sibi hoc inhonestũ: quia omnes Israelitæ cognoscerent iniquitatem suam circa hominem innocentem: iudicauit ergo melius fore, vt alijs modis eum perire faceret. Hoc autem erat, ꝙ in bello contra Philisthinos moreretur, & quia ad hoc putauit efficacẽ esse causam promittere nuptias cum filia sua promisit ei illam. Postea autem attendit Dauid diebus multis, & non periclitabatur Dauid: quia ergo credidit hoc supuacuũ, & vita Dauid erat nimis odiosa Sauli, non passus est vlterius expectare, ꝙ incideret Dauid in manus Philisthinorũ, sed iussit ministris suis, ꝙ occiderent eũ, vt patet in principio sequentis ca. Deinde cũ dissuasus esset à Ionatha hoc facere, recõciliato sibi Dauid, iterum conatus est eũ lancea cõfigere, vt patet seq. c. Et sic cõtinuè ꝑsecutus fuit eũ quousq; expellit ipsũ de terra israel, vt pa. ĩ. 26. & 27.

Quare Saul non iussit absolute David pugnare contra Philisthinos: sed cum promissione, quod daret ei filiam in vxorem.
Quæstio. XXVIII.

QVAERETVR vlterius, Quare Saul promittebat Dauid filiam suam, vt induceret eũ ad
pereundum in manibus Philisthinorum: quia etiã
non promissa filia poterat ei iubere, cùm esset Princeps
virorum belli, quod pugnaret cõtra talem, vel
talem locum, vbi esset durum certamen: & sic caderet
in manus hostium, sicut ipse Dauid postea fecit
de Vria Hethæo pugnante contra vrbem Amonitarum
infra 2. li. c. 11. & nõ cogeretur sic Saul mentiri
promittendo filiam, & postea non dando? Respondendum
est, quòd non fecit hoc Saul propter
multa. Primò, qa, si sic iuberet pugnare Dauid, esset
mandatum suum simpliciter iniquum; & omnes viderent,
quod Saul iniustè se habebat erga Dauid, ꝙ
ipse volebat occultare: nam ob hoc bis conatus est
cum lancea configere, cum à Dæmone arriperetur:
& nunquam hoc attentauit, dum esset sanè mentis,
vt, si fortè occidisset, videretur fecisse ex furore, &
non ab intentione. Secundo nõ fecit hoc Saul, quia
dato, quod sic vellet facere, putabat se non posse habere,
quod intendebat, quia, cum hoc iuberetur ipsi
Dauid, ille videret, ꝙ hoc erat iniustum, ꝙ Saul faciebat,
vt ipse moreretur, ideo non subiret talia certamina,
& si aliquando subiret, non ageret animosè,
sed nimis sibi caueret, tanquam non faciens ex inclinatione,
sed ex præcepto, & sic non periclitaretur.
Itẽ, si istud iuberet Saul Dauid timeret Dauid mortem,
& forte fugeret à facie Saulis, sicut prius fugerat,
quando voluit eum lancea confodere, quia mortem
timebat: hoc autem erat contra intentionem
Saulis, ideo non expediebat, quod illud iuberet: promittendo
autem filiam suam in vxorem, si Dauid esset
vir fortis, magis videbatur consecuturus intentionem
suam, quia putabat, quod Dauid desiderio
excellẽtis coniugij, & honoris magni, exponeret se
grauissimis periculis. Et hoc non quasi ex præcepto,
vel inuitꝰ, sed ex desiderio, & inclinatione agit,
illa intensè agit: ideo sic Dauid exponeret se duris
periculis, vt inde consequeretur clara facinora, &
laudaretur à Rege, qui autem talib. periculis frequẽter
se exponit, necesse est, vt, aliquãdo corruat: ideo
ista via visa est conuenientissima Sauli, vt periret Dauid.
Sed dicet aliquis. Quare Saul nõ iubebat exercitui,
vt, cum essent in certamine, desererẽt Dauid solum,
& moreretur. Sic enim fecit Dauid, quod moreretur
Vrias, infra 2. li. c. 11. Respondendum, quod
hoc non fecit propter duo: primò, quia, si hoc diceret,
toto exercitui esset manifesta iniquitas Saulis:
quia hoc proinde erat, ac si Saul exercitui iussisset, ꝙ
occideret Dauid, sed hoc nolebat Saul putans, ꝙ sine
infamia sui mors Dauid prouenire posset. Secundò,
non fecit hoc: quia non consequeretur intentũ:
nam totus exercitus diligebat Dauid fortè magis,
quàm Saulẽ, cum supra dicatur. Omnis Israel, & Iuda
diligebat Dauid: ipse enim ingrediebatur, & egrediebatur
ante eos: ideo exercitus non obediret dictis
Saulis super hoc: sed magis ècontrario obediret
Dauid contra Saulem: nam sciebãt eum sibi esse magis
vtilem ad pugnam contra hostes, quàm Saulem,
ideo ista fuit origo indignationis Saulis contra Dauid:
quia vidit, ꝙ totus populus magis fauebat Dauid,
quàm sibi. Quod autem obijcitur de Vria Hethæo
non est simile: quia Dauid erat Princeps belli,
& omnes diligebant eum, nec quisquam de exercitu
obediuisset Sauli contra Dauid. Vrias autem Hethęus
erat quidam de militibus Dauid sub Principa-

F tu Ioab Principis militię Dauid: & quodcunque Dauid
iuberet, facturus erat Ioab: vñ dixit ei, quod poneret
illum in loco duri certaminis, quod Ioab fecit,
& Vrias occubuit. Non ergo visus est aliquis modus
conueniens Sauli ad occidendum Dauid, nisi, ꝙ
promitteret ei filiam suam. *Ait autem Dauid ad Saul: quis ego sum?* Hic respõdet Dauid promissioni Saulis,
dicens se indignum esse, vt ei fiat ista promissio: quia
non erat de tali genere, nec erat talis vir, qui deberet
accipere filiam Regis in vxorem: & dicit. Quis
sum? q. d. non sum talis, qui hoc merear. In hoc humiliauit
se Dauid: nam ipse erat dignus filia Regis,
quia opera sua erant clarissima, cum ipse saluasset
Israel de manu Philisthinorum, & quotidie saluaret
G pugnans contra Philisthinos: sed mos virorum bonorum
est propriam excellentiam non concedere,
sed supprimere. *Aut quæ est vita mea?* idest, quis status
meus? Aliquando accipitur vita propriè, & tunc vita
est ipsum esse, vel duratio rei viuentis. Sic dicit
Aristo. 2. de Anima, quod viuere viuentibus est esse.
Aliquando accipitur pro operatione: quia esse est in
operari, & viuere est esse. Ergo viuere est operari. Sic
declarat Aristo. 9. Ethicorum, dicens, quod viuere
Brutorum est sentire: viuere autem hominis est intelligere,
& sic accipitur viuere per operationẽ propriã
rei, secundum speciem suam: aliquando autem
accipitur vita pro quacunque operatione: & sic q̃rimus,
quæ est vita istius, vel illius hominis, idest quæ
H est operatio, circa quã maximè, vel continuè versatur:
& hoc mõ loquitur Philosophus in fine 9. Ethicorum,
scilicet, quod amici volunt sibi conuiuere
in eo, in quo putant esse vitam suam: ideo quidam
compoetizant, alij ludunt simul ad aleas, alij simul
venantur, tanquam vita sit eis in Poetizando, ludendo
ad aleas, vel venando. Alio modo accipitur vita
pro substantia, vel possessione & sic dicimus facultates
alicuius hominis esse vitam illius, sic loquitur
Aristo. Ethic. li. 4. cap. de Liberalitate, dicens, ꝙ per
vtilia est viuere, idest per bona vtilia, habet homo vitam,
quæ sunt instrumenta ad sufficientiam hominis:
& isto vltimo modo accepit hic Dauid, s. quæ est
vita mea, i. quæ est possessio, vel facultas mea, vt ego
I possem accipere filiam Regis in vxorem? q. d. nullã
facultatem habeo. Hoc tangebat Dauid principaliter:
quia requirebatur, quod nimis esset diues, qui filiam
Regis acciperet. Sic iterum dixit, cum deberet
sibi dari Michol in vxorem, s. Num parum vobis videtur
Generum me esse Regis? ego autem vir pauper
& tenuis. *Aut cognatio mea in Israel*, q. d. quę est cognatio
mea, vt ego debeam accipere filiam Regis? s. non
sum ego tam generosus, vt eam accipiam: quia cognatio
patris mei non est magna. *Vt fiã Gener Regis*, i.
vt accipiam filiam eius in vxorem, q. d. non sum aptus
ad hoc: tetigit autẽ Dauid ista tria; quia ista erant
sola, per quæ aliquis efficitur dignus magno coniugio,
s. nobilitas viri, & facultatum amplitudo, & generis
K excellentia. Quantum ad primum, dixit: quis
ego sum? idest non sum? tã excellentis virtutis Quãtum
ad secundum dixit: quæ est vita mea: idest non
sunt tam amplæ possessiones meæ, vt mereantur regale
coniugium. Quantum ad tertium dixit: quę est
cognatio patris mei? q. d. non est tanta excellentia generis
mei, vt merear filiam Regis. Dicebat autem
Dauid se non habere aliquid istorum trium: omnia
tamen requirebantur, vel saltem aliquod illorũ ad
hoc, quod conuenienter posset habere filiam Regis.
Sciendum, quod Dauid, quamquam diceret se nihil
horum trium habere, vt meretur filiam Regis, tamẽ
habebat saltem duo illorum. De primo patet: quia
ipse erat vir melior omnibus Israelitis, & hoc siue
quan-

Vita multipliciter accipitur.

Dauid humilis.

A quantum ad bonitatem moralem: quia nōdum peccauerat mortaliter in tota vita præterita: nā Dauid nunquam peccauit, nisi in adulterio, cum Bersabeę, & in morte Vriæ, vt patet infra 3. li. c. 15. s. Fecit Dauid rectum in oculis Domini, & non declinauit ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis dieb. vitæ suę, excepto sermone Vriæ Hethæi: nōdum tamen peccauerat in his: quia ista acciderunt postquam factus est Rex, vt patet infra 2. li. c. 11. ideo nondum mortaliter peccauerat: & sic erat melior mortaliter omnibus Israelitis. Erat melior quantum ad opera belli: quia nullus in Israel ausus fuit pugnare cōtra Goliath, & ipse pugnauit quasi inermis, vt patet præcedenti cap. Merebatur ergo filiā Regis, & siquid aliud dignus esse poterat.
B Item de cognatione Dauid dicendum, ꝙ cognatio sua erat de nobilissimis totius Israel. Pro quo sciendum, quod aut comparabitur cognatio Saulis ad cognationem Dauid, tanquam regalem, ad non regalem, vel comparabitur, vt cognatio Tribus Beniamin ad cognationem Trib. Iuda: erat namque Saul de Beniamin: & Dauid de Iuda. Si primo modo, non erat æqualis cognatio Dauid cognationi Saul. quia nulla potest esse clarior ꝓsapia, quàm regalis: & hoc dato non solum cognatio Dauid nō erat sufficiens, vt ipse acciperet in vxorem filiam Saulis, sed etiā nulla alia cognatio Israelitarum: quia non erat aliquis Rex in Israel, præter Saulem: vnde necesse erat filios, & filias Regis Israel
C contrahere cum alijs, qui essent inferiores prosapię: quia non poterant contrahere cum filijs, & filiabus Regum Gentilium, cum hoc esset nimis vetitū Ex. cap. 34. & Deut. 7. Si ergo aliquis de Israel accipere debebat filiam Saulis in vxorem, æque dignus erat Dauid, quantū ad prosapiā, sicut quilibet de Israel. Si autem comparetur cognatio Dauid ad cognationē Saulis, sicut cognatio Tribus Iuda, ad cognationem Tribus Beniamin, dicendum, quod excellētior erat cognatio Dauid, quàm Saulis: quia Tribus Iuda erat excellentior omnibus Tribubus: nā Iacob, quādo benedixit filijs suis, Tribuit Principatum Regalē Iudæ Gen. cap 49. Deinde in deserto, cum Israelitæ pręcederent Tribus Iuda magis honorabatur, quā
D cœteræ quantum ad omnia: ipsa enim castrametabatur in parte nobiliori, & anteriori castrorum, s. ad orientem, vt patet Num. cap. 2. & quando mouebātur castra ipsa præcedebat alias Tribus, vt patet Numeri cap. 10. Item postquam fuit Templum, siue Tabernaculum Moysi constructum, & obtulerunt in dedicatione eius Principes tribuum: primus, qui obtulit fuit Princeps Iuda Numeri c. 7. Item postquam Israelitæ introierunt in terram Chanaam, Deus sæpe constituit Tribum Iuda in Principem super alias Tribus: nam mortuo Iosue quærentibus Israelitis, quis esset Princeps eorum: respondit Deus, quod Iudas ascenderet ante eos, & esset Princeps Iudi. c. 1. iterum autem, quando 11. Tribus pugnauerunt cōtra
E Tribum Beniamin, quæsierunt Israelitę, dicentes ad Dominū: Quis erit ī exercitu nostro Princeps certaminis contra filios Beniamin? quibus respondit Dominus: Iudas sit dux vester; ergo Tribus Iuda erat excellentior alijs tribubus ante hoc, & sic propter cognationem satis merebatur Dauid habere filiā Saulis in vxorem. De facultatibus autem Dauid secus est: quia non apparet, an esset vir diues. Magis autem videtur, quod esset pauper: quia, quamquam pater suus esset diues, habebat tamen octo filios, & duas filias, vt patet præcedenti cap. & primo Paralipom. c. 2. ideo diuisa hæreditate paterna, per eos modicus cuiq; eueniret: præcipuè, cum Dauid esset minimꝰ omnium, & primogenito semper proueniebat dupla portio hęreditatis, Deut. 21. c. Quantum ergo ad istam partem Dauid fortè erat insufficiens: in alijs tamen duabus erat valde excellens, quæ huius defectum auferebant: ideo, quando iterum Saul promisit Dauid dare filiam suam Michol ei in vxorem, solum ipse tetigit istam partem, s. quod erat paruarū facultatū, dicens: nunquid parū vobis videtur me esse generum Regis? ego autem sum vir pauper, & tenuis. De cognatione autem sua, & de nobilitate personæ nihil innuit.

An Dauid peccauerit dicendo: quis ego sum? *Quæstio XXIX.*

QVAERET aliquis. An Dauid peccauerit dicendo, quis ego sum? quia in hoc innuebat se non esse dignum filia Regis: erat tamen dignus, tam in cognatione, quam in nobilitate viri. Aliquis respondebit, ꝙ non peccauit: quia, ex humilitate hoc dixit. Sed, si hoc solum dicatur non stat: quia sicut ex superbia illicitum est mentiri, ita ex humilitate. Sed dicendum est, ꝙ Dauid non peccauit: immo se habuit laudabiliter, & cautè siue prudenter: Cautè quidem, quia coram Rege non est licitum alicui, quod seipsum laudet: quia ex hoc, quod aliquis laudatur in præsentia alterius, indirectè subtrahitur illi aliqd de honore, non licet tamen hoc corā Rege, sed magis eum solum honorare, & quia, si Dauid diceret se esse virum, vt acciperet filiam Regis, vel saltem hoc innueret per hoc, quòd ipse æquabatur Regi, subtrahebatur nimis honori regis, ideo ipse nimis egit cautè, vt ex hoc Regia maiestas excellentior videretur. Et est quidam modus captandi fauorem à regibus: non tamen debet esse nimius: quia transibit in adulationem: adulatores enim fingunt se nimis amare, & nihil amari, nec esse dignos amari ab eo, quē amant, vt patet 8. Ethic. ideo, dato, quod Dauid solum deberet attendere humanam prudentiam, multum agebat cautè se dicendo indignum ad hæc. Rursus in hoc Dauid virtuosè agebat: quia conditio humilitatis est propriam excellentiam non agnoscere. Sic autem Dauid, quamquam esset dignus, tamen se indignum reddebat. Sed tunc aliquis dicet, quod, cū Dauid cognosceret se dignum: dicere se indignum erat mentiri, & consequenter peccabat: qa mentiri quocunque modo, peccatum est. Item Aristo. 2. Ethic. ponit veridicum esse virtuosum: quia verè se habet tam in dictis, quàm in factis: fictorem, vel iactātem vocat eum, qui falsum dicit in laudem suam. Hironicus est ille, qui falsum dicit diminuendo excellentiam suam. Fictor autem est superabundans. Hironicus est deficiens, sed vtrumque extremum est vituperabile. Ergo, si aliquis propter humilitatem mentiatur, peccat. Sic autem videbatur de Dauid. Respōdendum est, quod humilis potest se habere dupliciter humiliando se, vel non existimando se tantum, quantus est, vel negando de se aliquam perfectionē, quæ in eo est. Primo modo non est peccatū, immò ista est conditio hominum verè humilium, ꝙ nunquam surgant ad considerandum laudes suas, sed magis considerant defectus, & ex his reputant se indignos omni bono, qui verò superbi sunt, nūquam humiliantur ad cognoscendum defectus suos, sed, siquid in eis ex aliqua parte laudabile est, illud semper considerant, vt supra id quod est, illud esse indicant. Secundo modo potest se humiliare aliquis, scilicet negādo aliquam perfectionē, quæ in eo sit: vt, siquis quæreret ab alio an aliquando ieiunasset, vel orasset: & ille causa humilitatis, vt videretur despicabilis, dicit se nunquam ieiunasse, nec orasse, peccaret.

Amittit laudem, q. seipsum laudat.

Humiliari quando, & quantū liceat.

ret. Et sic quandocunque aliquis veritatem negat,
de qua quæritur, falsum asserens propter humilita-
tem, peccat. Si tñ aliquis de se falsa existimet pp hu-
militatẽ, nõ peccat: vt, si quis sit dignus aliquo hono
re, vel dignitate, & existimet se indignũ, eo, quod nũ
quam insurgit ad considerandum excellentiam su-
am, sed semper considerat ad defectos suos, non pec
cat: immo est nimis laudabilis: quia virtus fecit eum
parua de se sentire: & non solum si existimet se aliqs
indignum, qui dignus est non peccat: sed etiam si q̃-
ratur ab aliquo, an sit dignus episcopatu, vel aliquo
honore, & ipse respondeat, quod non est dignus, nõ
peccat: quamquam secundum veritatem sit dignus:
dum tamen iste apud se existimet se indignum. Sed
tunc dicet aliquis, quod mentiri propter humilita-
tem non erit peccatum, cum iste mentiatur hic. Re
spondendum est, quod mentiri siue propter humili
tatem, siue propter superbiam, peccatum est: iste ta-
men non mentitur: nam aliud est falsum dicere, &
aliud mentiri. Falsum dicere est, cum quis aliter, quã
res se habent, loquitur. Mentiri est, cum quis, contra
id, quod mente tenet, ore loquitur: potest autem in-
terdum esse falsum, & non esse mendacium, & inter
dum poterit esse mendacium, & non erit falsum: vt,
si quis credens aliquid verum esse, illud asserat, & ta-
men sit falsum: nam tunc non mentitur: quia non
loquitur contra mentem, & tamen falsum dicit: q̃a
aliter res se habet. Aliquando autem aliquis menti-
tur, & dicit verum: vt, si quis credens aliquid esse fal-
sum, cùm illud sit verum, asserat ipsum, vt verum:
nam tunc mentitur: quia contra id, quod mente ha
bet, loquĩt: nõ tñ dicit falsũ, sed verũ: q̃a sic res se hẽt,
vt ipse loquĩt: iste autem de quo hic dicitur, qui se in
dignum asseruit, falsum dixit; quia dignus erat: tamẽ
non mentitus est: quia se indignum putabat, falsum
autem dicere non est peccatum, sed mentiri. Cũ aũt
quærebatur ab aliquo, an ieiunasset, vel orasset: & il-
le, causa humilitatis, diceret se nunquam ieiunasse,
vel orasse, mentiebatur, ideo peccabat. Ratio diuer-
sitatis inter ista est: quia cum aliquis dicit se indignũ,
cum sit dignus, potest existimare se esse indignũ: eo,
quod iste nunquam considerat excellentiam suam,
sed defectus, propter quos iudicat indignitatem: si
tamen orauit, vel ieiunauit, non potest etiam pro-
pter humilitatem existimare se non ieiunasse, nec
orasse: ideo, si dixerit se nõ ieiunasse, peccabit: & istud
non pertinet ad humilitatẽ: quia humilitatis est de-
fectus considerare suos, sed non falsa asserere cõtra
intentionem. Nunc autem de Dauid dicendum est,
quod non peccauit dicendo hæc. Et hoc dupliciter.
Vno modo, quod Dauid non dixit se indignum, sed
humiliauit se, dicendo: Quis ego sum, & quæ vita
mea? &c. & istæ admirationes, vel interrogationes,
quamquam communiter referantur ad significan-
dum negationem, tamen non tantum sonant, sicut
negationes: magis enim est dicere: Ego non sum di-
gnus hoc honore, quàm si dicatur: Quis ego sum, vt
suscipiam istum honorem? quia in primo, cùm sit as
sertio, potest esse mendacium. Item secundo autem
non potest esse, saltem ex modo verborum. Dauid
autem non dixit? Ego non sum dignus, vt fiam Ge-
ner Regis, sed dixit. Quis ego sum, vt fiã Gener Re-
gis. Secundo modo potest responderi, quod dato, q
Dauid dixisset se esse indignum suscipere filiam Re-
gis, nõ peccabat: quia, quamquam esset dignus, quia
tamen erat humilis, non existimabat de se aliquam
excellentiam, sed considerabat omnes defectus su-
os, ex quibus reddebat se indignum, & in hoc non di
cebat contra mentem, & consequenter non pecca-
bat. Cum autem arguebatur, quod mẽtiri causa hu-

Mentiri, & falsum dicere differunt.

F militatis peccatum est: dicendum, quod quando ali-
quis mentitur propriè, s. contra mentem dicens, pec
cat: etiam si ex humilitate agere vellet. Si tamen ali-
quis existimet se indignum, vel asserat, quia si credit
non est peccatum, nec mendacium. Cùm vero ar-
guebatur secundum Philosophum, quod veridicus
est medium, & fictor, & hironicus sunt extrema: &
extremum semper est vitiosum: Respondendum, q
humilis non est fictor, nec hironicus, sed veridicus.
Si tamen aliquando humilis dicat de se minora, vel
semper de se minora existimet, non est hironicus:
quia diuersimodè hoc pertinet ad hironicum, & ad
humilem. Nam humilis semper de se minora existi-
mat: quia virtus inclinat eum ad considerandũ sem-
G per defectus suos, & non excellentiam: & sic non a-
git contra mentionem. Hironicus autem in habitu,
& in omnibus actib. protestatur se minorem digni-
tate sua; ipse tamen apud se existimat se esse indignũ
maioribus, quàm se dignificet, & ostendat. Item Hi-
ronicus asserit de se minora, quam sint, & cùm inter
rogetur de aliquo actu, negat illum de se, & in hoc
mentitur agens contra conscientiam: humilis autẽ
subticebit propter humilitatem, si est aliquis actus
laudabilis, de quo quæritur: non tamen asseret se nõ
habere, vel non egisse. Non est ergo humilis Hironi-
cus, nec extremum, sed est medius, idest veridicus tã
in rebus, quàm in verbis, quod satis consonat dictis
Philosophi 2. & 4. Ethic. *Factum est autem tempus, cum*
H *deberet dari Merob filia Saul Dauid*, idest completum
fuit tempus, in quo debebat dari in vxorem ad con-
summandum matrimonium Merob ipsi Dauid. Di
citur autem completum: quia fortè Saul dixerat Da
uid. Esto vir fortis, & p̄liare bella Domini, & dabo
tibi filiam meam in tali, vel tali tempore: Dauid au-
tem præliatus fuerat iam sæpe: & aduenerant dies il
li, in quibus promiserat Saul se daturum filiam suã,
ideo dare debebat. Aliter potest intelligi, quod Saul
dixerat Dauid, quod faceret aliquid determinatum
contra Philisthinos, & tunc daret ei filiam, vtpote, si
diceret, q faceret tria, vel quatuor bella, vel, q oc-
cideret tot aut tot Philisthinos, sicut infra dixit de
Michol, quando pro ea petijt centum præputia Phi
I listhinorum: & Dauid illa annumerauit Regi, & tũc
data est Michol: nunc autem fecerat illa bella: ideo
completum erat tẽpus, quo debebat dari ei Merob.
Aliter potest intelligi, quod apud Hebreos esset tem
pus determinatum, in quo nuptiæ contraherentur
post sponsalia facta, &: quia iam aduenerat tempus
illud celebrandarum nuptiarum, non fuit sibi data.
Et hoc est aduenisse tempus. *Data est Hadrieli Molathi
tæ vxor*, idest data fuit alteri viro, qui vocabatur Ha-
driel Molathites. Postea ille habuit ex illa filios q̃n-
que, quos crucifixit Dauid ad petitionem Gabaoni-
tarum, vt patet infra 2. lib. c. 21.

Quare Saul non dedit Merob in vxorem Dauid.
K *Quæstio XXX.*

QVAERET aliquis, Quare Saul non dedit fi-
liam suam Merob in vxorem Dauid? Respon-
dendum, quod Saul nolebat honorare Dauid, sed p-
dere: filiam autem suam non promiserat ei hac in-
tentione, vt aliquando nuptiæ inter eos celebren-
tur, sed, vt amore celebrandarum nuptiarum expo-
neret se magnis periculis contra Philisthinos, & pe-
riret: ad hoc autem constituerat sibi tempus aliquã-
tulum, vt in toto illo vacaret bellis, & aliquãdo pe
riret: postea autem, consummato tempore Dauid,
non perierat, ideo Saul non consecutus fuerat intẽ-
tum suum, propter quod filiam suam promiserat
ei, ideo

ei, ideo noluit eam dare: quia postquam acciperet, credidit eum non periturum, quia non cogebatur vltra pugnare, cum iam completa esset conditio: Si autem Saul promisisset filiam intentione dādi eam, dedisset consummato tempore: solum tamen erat promissio, vt esset occasio Dauid ad pereundum. Sic dicitur supra: non sit manus mea in eo, sed sit super illum manus Philisthinorum.

Saul tripliciter peccauit dando Merob in vxorem alteri à Dauid. Quæst. XXXI.

QVAERETVR vlterius, An peccauerit Saul dando filiam suam alteri viro, cū eam promisisset dare Dauid? Respondendum est, ꝙ Saul peccauit hic tripliciter: primò: quia noluit filiam suam dare Dauid pro occisione Philisthei: sed voluit iterum aliam conditionē ad habendum filiam, & sic fecit, ꝙ Dauid non haberet id, quod erat sibi semel debitum, sed voluit, vt esset bis debitum. Secundo peccauit: quia non promisit filiam suam Dauid bona intentione, scilicet, vt consumaretur matrimonium, & consequeretur in eis finis coniugij, sed fecit, vt esset Dauid in scandalum, scilicet, vt moreretur desiderio nuptiarum, & quantū ad hoc erat Saul homicida in animo. Tertio peccauit Saul: quia cū promisisset secūda vice dare filiam suam Dauid, nō dedit, etiā si bis esset sibi debita: licet enim Saul mala intentione promisisset filiam suam Dauid: quia tamen completio erat licita, & necessaria debebat Saul complere: grauiter enim peccauit, iam enim tota vita Saulis iniquitatibus contra Dauid plena fuit.

An matrimonium Merob cum Hadriele tenuerit, Quæstio, XXXII.

QVAERETVR vlterius, An matrimonium ꝯtractum inter Hadriel Molathitem, & Merob filiam Saulis tenuerit? Aliquis dicet, ꝙ non: quia si aliqua mulier contraxerit cum aliquo, & postea cū alio contrahat, secundus contractus non tenet, nec est matrimoniū, sed coitus adulterinus: sic aūt erat in Dauid: quia ei fuit desponsata primo Merob filia Saulis, postea autem fuit data alteri viro: ergo non tenebat matrimoniū. Aliquis dicet in contrarium, ꝙ tenuerit: quia nunc non tenet matrimonium secundum, contracto primo: eo, ꝙ matrimonium est ratum, inter infideles autem non est matrimonium ratum, nec fuit à principio ratum inter Hebreos, vt patet extra de diuor. scilicet gaudemus, ideo licet aliqua mulier contraheret cum aliquo, poterit, eo viuente, contrahere cum alio, quia matrimoniū nō erat ratum. Sed dicendum, ꝙ ista ratio non stat, qa inter hebræos matrimonium non erat ratū ex hoc, ꝙ dabatur libellus repudij interdū: ex alia tamē parte æque ratum est, vt nunc: sed hic non fuit libellus repudij inter Dauid, & Merob: ergo matrimonium erat ratum. Quod aūt non esset libellus repudij, patet, quia fœmina nunquam habuit secundū aliquā legem ptātem repudiādi virū, sed vir habebat potestatem repudiandi fœminā: sed Dauid volebat hic Merob in vxorē: ergo ipsa non poterat eum repudiare. Item dato, ꝙ Merob habuisset eandem potestatem repudiandi Dauid, quā habebat Dauid respectu ipsius, non potuisset repudiare eum nunc: quia repudium nō poterat dari in veteri testamento, nisi consummato matrimonio, vt patet Deut. ca. 24. cū dicitur: Si acceperit homo vxorē, & habuerit eam & cætera, idest si acceperit per sponsalia, & habuerit eam in domo sua, & in potestate cōsumata copula, tunc enim poterit scribere libellum repudij, sed nōdum erat consummatum matrimonium inter Dauid & Merob: ergo non poterat intercidere repudium, sed maneret firmum matrimonium, si aliqđ erat. Dicendum ergo, ꝙ totum dubium stat in hoc, scilicet, an Dauid contraxerit matrimoniū per verba de præsenti cum Merob: licet non fuerit sibi data ad consummandum illud per copulam, vel si solum Saul promisit dare filiam suam Dauid, si pugnaret contra Philistinos: & tamen non interciderint aliqua verba inter Merob, & Dauid causantia matrimonium, vel sponsalia: sed ista intercidere debebant eo tempore, quo Dauid cōplesset conditionē. Si primo modo dicatur, est tenendum, ꝙ nō potuit postea cōtrahere Merob, cū Hadriel; quia erat vxor Dauid, & ille contractus fuit adulterium, & nō matrimonium: & hoc tenent multi Iudæorū, scilicet, ꝙ ex iure debuit dari Merob Dauid in vxorē, & peccauit Hadriel accipiendo eam, nec potuit eam tenere, vt verè vxorem. Si autem dicamus secundo modo, tenendum est, ꝙ Saul peccauit non dādo in vxorem filiam suam Dauid, quia ipse tenebatur quantum in se erat agere, vt filia sua acciperet Dauid in virum, quamquam nō obligabatur cogere eam ꝯsentire in illum, si nollet: & erat ipse liber à promissione, si quantum in se erat ageret rogando, vel persuadendo nihil minarum, vel timoris incutiendo: non solum tamē non fecit, vt filia sua acciperet Dauid in virū, sed etiam prohibuit, ideo peccauit agēs contra promissionem: non tamen peccauit Hadriel accipiendo Merob in vxorem, nec ipsa consentiendo in eum, vt in virum: quia nullum vinculum matrimonij inductum fuerat inter Merob, & Dauid.

Dauid nunquam contraxit cum Merob. Quæstio XXXIII.

QVAERETVR vlterius, Cū istis duobus modis possimus opinari circa Merob, & Dauid, qs sit modus melior? Respondendum, ꝙ nō patet expresse ex litera quis modus istorum debeat teneri: tenendum tamen est, ꝙ non fuit contractū aliquod matrimonium inter Dauid, & Merob: quod patet: quia si fuisset contractum non solum Merob peccaret consentiendo in alterum virum, & Hadriel accipiendo eam in vxorem: sed etiam peccaret Dauid, si, habita opportunitate nō repeteret illam: quia ex hoc consentiret eam adulterari. Dauid tamen nunquam eam repetijt: ergo non fuit vxor eius: repetijt tamen Michol in vxorem, vt patet infra postquā verò recessit Dauid à facie Saulis, dedit Saul in vxorē Michol Phaltiel, filio Lais, vt patet inf. c. 25 & ista erat violentia, & non matrimonium. Toto autem tēpore, quo vixit Saul, non habuit Dauid opportunitatem repetendi Michol, cū esset potens Saul, & satis sibi erat vitam posse defendere: mortuo autem Saule, cū factus est ipse Rex super Iudam, repetijt ab Isboseth filio Saulis, dicens: redde mihi vxorē meā Michol, quam despondi mihi centū præputijs Philisthinorum: misit aūt Isboseth, & tulit eam à Phaltiel viro suo filio Lais: sequebaturq; eā vir suus plorans vsque Bahurim, vt patet infra 2. lib. c. 3. Itē aliqualiter colligitur hoc ex litera, quia dicitur supra. Ecce filiam meam maiorem Merob, ipsam dabo tibi vxorem tantummodo esto vir fortis, & sic nō dixit, ꝙ eam dabat, vel actualiter dedit, sed ꝙ daturus erat: illud autem postea non fecit: quia adueniente tempore, non dedit eā ipsi, sed alteri viro. Sed obijcietur: quia infra dicitur: in duabus eis gener meus hodie: ergo non solum accepit Dauid vxorem Michol,

chol,ſed etiam Merob : alioquin non eſſet gener in
duabus, ſed in vnica. Reſpondendũ eſt,ꝙ illud nõ
intelligitur de ambabus filiabus, ſcilicet, ꝙ eris ge-
ner in duabus,i.dabo tibi duas filias: nam qñ iſtud di
xit Saul,iam tradiderat Merob in vxorem Hadriel
Molathitæ : & erat conſummatum matrimonium
inter illos : ergo nolebat dicere, ꝙ in illa eſſet gener
illius,ſcilicet dando illam ſibi in vxorem . Sed aliter
intelligitur , vt infra declarabitur in litera. *Dilexit
autem Michol.* Hic cõſequẽter deſcribit ꝓmiſſio ſecũ
dę filię,q̃ data eſt Dauid,vt infra patet, & dicitur.*Di
lexit autem Michol filiam Saul alteram Dauid*, habebat Sa-
ul duas filias,ſ.Merob, & Michol , quarum primam
tradiderat Hadriel Molathitæ vxorem , nũc autem
Dauid dilexit minorem,ſ.Michol:quia illam vellet
accipere in vxorem,licet primam non accepiſſet: &
fortè:quia diligebat eam amplius,eo, quod eſſet pul
chrior:ſicut Iacob dilexit Rachelem minorem filiã
Laban magis , quàm Liam, quæ erat primogenita ,
eo,quod Lia erat lippis oculis:Rachel autem erat de
cora facie,Gen.29 c. In Hebræo dicitur hic, quod
Michol dilexit ipſum Dauid:litera autem noſtra in-
nuit,quod dilexerat Dauid ipſam Michol : ſatis au-
tem potuit eſſe facilis errandi occaſio mutando lite
ram noſtram:quia ſolũ differt in hoc, quod dicam⁹
filia altera , vel filiam alteram : quia cum Michol ſit
indeclinabile,& Dauid,non patet,an ponatur in re-
cto,vel obliquo:magis tamen credendum eſt, quod
Hieronymus tranſtulerit,quod Dauid dilexit alterã
filiam Saulis:nam ſi diceretur, quod Michol dilexit
Dauid,non eſſet aliquid ad propoſitum eorum,quę
dicuntur in litera:nam dicitur immediatè, quod nũ
ciatum fuit hoc Sauli,& placuit ei,dixitq; . Dabo eã
illi,vt fiat ei in ſcandalum . Si tamen in litera dicere-
tur,quod Michol dilexit ipſum Dauid,& non,quod
Dauid dilexit ipſam Michol , non eſſet ad propoſi-
tum,quod Saul daret eam Dauid in vxorem , dicẽs:
Dabo eam illi:nam ſi ipſe non diligebat eam,quam-
quam ipſa diligeret eum, fortè nollet accipere eam
Dauid in vxorem,& nõ eſſet aliquid, propter quod
placeret Sauli.Item:quia dixit Saul : Dabo eã illi, vt
fiat ei in ſcandalum:ſi tamen Michol diligeret ipſũ
Dauid non fieret ei in ſcandalum : ſed magis ad de-
fenſionem vitæ:quia propter amorem Dauid reſer-
uaret eum à morte,ſicut fecit ſequenti ca.nam prę-
ponderauit ibi amor Dauid ad amorem paternum,
& liberauit eum à morte,quamquam pater contra-
rium iuſſiſſet:immo propter hoc,quod Michol dile
xit nimis Dauid poſt cõtractum matrimonium cę-
pit magis timere,& contriſtari Saul , vt patet infra ,
in litera, ſ. Michol autẽ filia Saulis diligebat Dauid ,
& Saul magis cępit timere eum, ſ. propter illũ amo-
rem,quem ſciuit filiam ſuam habere ad Dauid:non
ergo debet dici,in litera,ꝙ Michol dilexit ipſum Da
uid: ſed,quod Dauid dilexit Michol. Et tunc ſtãt ea,
quæ dicuntur in litera, ſ. quod placuit hoc Sauli , &
dixit, quod daret eam illi : nam ſi diligebat eam,cer-
tum eſt,quod vellet illam accipere in vxorem . Itẽ
ſtat ſecundum , quod dixit Saul , ſ. dabo eam illi , vt
fiat ei in ſcandalum:credidit quippe Saul,ꝙ Michol
non diligebat ipſum Dauid , ſicut Dauid diligebat
eam,& quod ipſa ſemper erat dilectura intẽſius pa-
trem,quàm virum:& hoc modo poſſet per eam pa-
ter ſcire intentionem Dauid,& omnia, quę ageret:
& ſic facilius incideret in manus Saulis, ſic patet ſe-
quenti cap.Cum iuſſit Saul filiæ ſuæ Michol , vt da-
ret Dauid ad occidendum:ipſa depoſuit eum per fe
neſtram:pater tamen putauit, quod ipſa propter eũ
non curaret de viro,& traderet in manus illius,licet
è contrario factum ſit. *Et nunciatum eſt Saul*, ſ. ſerui ei⁹
nunciauerunt ei,quod Dauid diligeret Michol, eo,
quod oſtenderat ei aliqua amoris inſignia:& placuit
ei,ſ.quia putauit,quod per hoc conſequeretur intẽ-
tionem ſuam de occidendo Dauid,vt immediatè ſe
quitur.Sed aliquis dicet,quod etiam ſi non eſſet no-
tum Sauli , quod Dauid diligebat Michol ſequeret
idem:quia poterat promittere Saul filiam ſuam Mi
chol Dauid,& tunc fieret ei in ſcandalum],[ſicut hic
dixit Saul.Reſpondendum eſt, quod non intẽdebat
Saul,poſſe conſequi intentionem ſuam,promitten-
do Dauid filiam ſuam,niſi fortè diligeret eam: quia
putabat Saul , quod cum fefelliſſet Dauid non dans
ei filiam primam,quam promiſerat,quod nollet ſu-
bire aliquam conditionem , promittendo ei ſecun-
G dam filiam:quia crederet, quod in ſecunda Saul fal-
leret fidem,ſicut in prima.Cum autem ſciuit , quod
diligebat eam , intellexit, quod ſubiret quamcunq;
conditionem illa,ſibi promiſſa;ideo placuit Sauli,tã
quam ex hoc conſequeretur intentum . *Dixitque Sa-
ul dabo eam illi*,ſ.quia ipſe diligit eam,dabo ſibi in vxo-
rem,& gratis eam recipiet . *Vt fiat ei in ſcandalum* , ideſt
in occaſionem cadendi in malum.Scandalum pro-
priè ſignificat offendiculum,ideſt lapidem,vel aliqd
aliud,in quo aliquis pedib. impingẽs corruit, & hoc
modo omnis occaſio mali vocatur ſcandalum , &
quia putauit Saul,quod matrimonium promiſſum,
cum ſecunda filia eſſet cauſa mortis Dauid, dixit,ꝙ
eſſet ei in ſcandalum.Hoc autem poterat eſſe dupli-
H citer.Vno modo, quod, quia Dauid diligebat nimis
Michol,non recuſaret quamcunque conditionem,
etiam ſi grauis eſſet ſubire propter illam:ipſe autem
intendebat imponere ei duras conditiones:& ſic pe
riret : hoc autem erat : quia intendebat Saul petere
centum præputia Philiſthinorum , ſicut petijt, & ad
habendum illa putabat Dauid moriturum . Aliter
poteſt intelligi , quod eſſet ei in ſcandalum , ſ. quia
putabat,quod Michol magis diligeret patrẽ, quàm
virum,ideo propter patrem traderet virum ad mor
tem,ſed è contrario factum eſt . *Et ſit ſuper eum manus
Philiſthinorum*,ideſt dabo eam illi,vt ſit ſuper eum ma
nus Philiſthinorum, quod fieret hoc modo , ſ. quia
peteret Saul centum prępuria Philiſthinorum,& in
I acquirendo illa,moreretur Dauid in manibus Phili
ſthinorum. *Dixit ergo Saul ad Dauid*,ſ. quia vidit Saul,
quod quaſi cõſecutus fuerat intentionem, fecit vo-
cari Dauid,vt promitteret ei filiam ſuam,& dixit ea,
quæ ſequuntur. Sciendum, quod aliqui Hebræi di-
cunt , quod Saul dedit filiam ſuam Michol ad hoc,
quod excuſaret eum à morte , quia quotidie imagi-
nabatur in morte Dauid,& quia nunc vidit, ꝙ Do-
minus erat cum eo, credidit magnum peccatum eſ
ſe,ſi illum occideret,ideo dedit ei filiam ſuã ad hoc,
quod ipſa excuſaret eum à morte. Sed hoc eſt peni-
tus cõtra literam,cũ dicatur : Dabo eam illi , vt fiat
ei in ſcandalum. *In duabus eris Gener meus hodie* . Aliqui
libri habent hic in duabus rebus : ſed non eſt in He-
K bræo , nec eſt de textu : nec etiam facit ad ſenſum .
Nam eſſet ſenſus in duabus rebus eris Gener meus ,
ideſt cum duabus conditionibus , vel faciendo duas
res,eris Gener meus . Solum tamen propoſuit Saul
Dauid vnam conditionem,ſ.de centum præputijs:
ſed intelligitur hoc de filiabus , ſ. in duabus eris Ge-
ner meus,ideſt in vna duarum,& hoc intelligebatur
de minori.Similis modus eſt ſæpe in ſcriptura: nam
Iudi.c.12.vbi noſtra litera dicit. Iudicauit Iephte Ga
laadites Iſrael ſex annis,& mortuus eſt,atque ſepul-
tus in Ciuitate ſua Galaad . Habetur in Hebræo:ſe-
pultus eſt in Ciuitatibus Galaad,ideſt in vna de Ciui
tatibus Galaad. Nicolaus, & quidam Hebræi aliter
exponunt, ſ. in duabus filiabus eris Gener meus: ga

in prima

Scand. quid

in prima fuisti Gener meus quantum ad sponsalia, & in secunda eris Gener meus, quātum ad spōsalia, & matrimonium. Iste sensus satis potest teneri, si accipiantur sponsalia per verba de futuro, quia ꝑ hoc non efficiebatur Merob vxor Dauid, & poterat habere alium in virum, sicut supra declaratum est. Si autem accipiantur sponsalia de pręsenti, non est recipienda expositio: dicendum est ergo, quod sensus est iste, s. in duabus eris Gener meus hodie, idest, iam hodie es bis Gener meꝰ: qa primò fuisti Gener meꝰ ꝑ solā ꝓmissionē, nūc aūt eris Gener meus ꝑ ꝓmissionē, q̄ consequit̄ effectū. *Et mandauit Saul seruis suis*, s. ꝙ loquerentur ad Dauid ea, quæ sequuntur: subintelligendum est hic, quod Dauid nihil locutus fuerit ad Saulem, dicens: quod vellet esse Gener illius, vel nollet. Etiam, quod Saul non posuit aliquam conditionem Dauid, sed solum dixit ei in duabus erit Gener meus: quod patet: quia infra dicitur, quod Saul iusserit seruis suis, vt loquerentur Dauid verba persuasoria ad hoc, quod acceptaret fieri Generum Regis, & scirent ab ipso, quæ erat intentio sua: ꝙ sic factū est. Nam postea serui Saulis sæpe loquebantur hoc Dauid quousque ipse dixit, quod erat vir pauper, & tenuis, & non erat aptus, quod esset Gener Regis, quo cognito, Saul petiuit in donationē propter nuptias centum præputia Philisthinorum.

Quare Saul à principio non posuit aliquam conditionem cùm Dauid, vt acciperet filiam in vxorem.
Quęstio XXXIIII.

QVAERET aliquis. Quare Saul à principio non posuit aliquam conditionem Dauid de pugnando contra Philisthinos ad hoc, quod acciperet filiam eius in vxorem, sicut postea posuit? Aliqs respondebit, quod Saul nondum conceperat conditionem illam de centum præputijs: ideo nō posuit. Sed dicendum, quod non stat; quia antequam Saul quicquam loqueretur Dauid cognito, quod Dauid diligeret Michol, dixit: dabo eam illi, vt sit ei in scandalum, & sit super eum manus Philisthinorum: ergo iam conceperat ponere aliquam conditionem duram Dauid de pugna contra Philisthinos: & quāquam non appareat, an illam, de qua infra dicitur, iā concepisset, s. de centum præputijs Philisthinorum, tamē necesse est dici, quod aliquam iam cogitasset: verisimilius autem est, quod illam de centum præputijs concepisset, quàm aliquam aliam. Sed dicendum est, quod Saul iam conceperat iniquitatē contra Dauid, s. vt poneret ei conditionem de præputijs Philisthinorum, ad hoc, quod periret: noluit tamen immediate dicere, vt occultaret intētionem suam, sed voluit, vt egrederetur verbum ad Dauid, ex quo haberet Saul occasionem ponendi istam conditionem: nam si mox, vt Saul vocauit Dauid, dixisset ei, dabo tibi Michol filiam meam, si dederis mihi centum præputia, manifestè apparet, quod Saul quærebat malum Dauid: & ob hoc dicebat, quod daret ei centum præputia Philisthinorum ad hoc, quod pro illis pugnans incideret in manus Philisthinorū. Volebat ergo Saul occultare intentionem suam, & ad hoc volebat, vt Dauid prius loqueretur, & ex verbis eius haberet ipse occasionem ponendi istam conditionem, & quia à principio, quasi Saul dixit Dauid in duabus eris Gener meus, Dauid nihil respondit; Saul non proposuit aliquam conditionem, sed conatus est per alios capere Dauid in sermone, vt ipse loqueretur aliquid, quo dicto haberet Saul locū proponendi conditionem, quam volebat, ex quasi extra incidenti: ideo misit seruos suos, vt loquerentur

A ad Dauid persuadendo ei, quod fieret Gener Regis: vt sic verbum haberetur ab eo, quibus suadentibus Dauid respondit; Ego sum vir pauper, & tenuis: quo dicto, & cognito à Saule, habuit locum Saul proponendi, ꝙ volebat, & dixit ministris suis, ꝙ dicerent Dauid, nō habet Rex necesse sponsalia, nisi tantum centum præputia Philisthinorum, ꝙ acceptauit Dauid: & tunc apparebat, ꝙ Saul nō faceret hoc ab intentione, sed quasi ex incidēti, & sic occultabatur eius iniquitas. *Loquimini ad Dauid clam me dicentes*, idest dicatis Dauid ista, quæ sequuntur me absente. Istud dicebat Saul ad hoc, quod videretur, quod non dicebantur ista ex mandato Regis, nec de voluntate illiꝰ, sed solum ministri dicebant ea, quasi ꝓcurantes bonum Dauid.
B Hoc autem faciebat Saul, quia si ipse diceret hæc, vel si ministri sui dicerent coram illo, appareret aliquam iniquitatem concepisse Saulem, cū nimis instigaret ipsum Dauid ad accipiendū filiam suam in vxorem, ideo cum ministri loquerent̄ ista, absente Saule, nihil fraudis latere Dauid crederet in verbis. *Ecce places Regis*, idest nimis gratus est in oculis eius. s. ꝙ diligit te nimis, & pro te faceret, quodcūq; velles. *Et omnes serui eius diligunt te*. Hoc ponit ad significandum plenum fauorem Dauid in Domo Regia. Nam si Rex dilexisset Dauid, & serui eius non diligerent, ipsi nunciarent mala Regi de eo, ita, vt distraherent animum illius ad dilectionem eius: nūc autem omnes, qui erant in Domo Regis, diligebāt Dauid,
C & ipse Rex, & ideo fauor erat firmus: ex quo sequebatur, ꝙ Dauid posset petere filiam Regis in vxorē, & daretur ei, atque accipere deberet. *Nunc ergo esto Gener Regis*, i. quia tantum fauorem habes apud regem, & seruos eius, esto Gener Regis, i. placeat tibi accipere filiam eius in vxorem, s. quia immediatè dabit: ista autem dicebantur, vt Dauid responderet, quod volebat eam accipere, vel diceret se esse pauperem, & ꝑꝑ hoc ineptum ad sumendum eam: vt sic locū haberet Saul ad ponendum conditionem de centum pręputijs. *Et locuti sunt serui Saul in auribus Dauid omnia verba hæc*: quia Rex illa dixerat: & sic ipsi proposuerunt, non quasi Rex illa diceret, sed quasi ipsi loquerentur ex seipsis inquirentes bonum Dauid. *Et ait Dauid: Num parum vobis videtur Generum me esse Regis*, i. nun
D quid vos existimatis, ꝙ parum hoc est? q. d. ita mihi persuadetis, ꝙ ego vellem fieri Gener Regis: & hoc petam sicut si esse Generū Regis, esset parum: tamen multum est, s. si hoc esset, modicum fortè peterem à Rege, quia faciliter illud cōcedere deberet: & tū: qa hoc valde magnum est, non bene suadetis, ꝙ petam illud. *Ego autem sum vir pauper, & tenuis*, i. valde magnū est esse Generum Regis: quia requirit magnas facultates: ego autem nō habeo eas, cum sim vir pauper, & tenuis. Ista duo ad idem pertinēt: quia pauper est, qui pauca habet; tenuis autem, qui in substantia debilis est, sicut qui corpore attenuatur.

E *Dauid quare non dedit eandem responsionem seruis, sicuti Sauli, proponentibus, quod acciperet eius filiam in vxorem.*
Quæst. XXXV.

QVAERET aliquis, Quare Dauid non dixit hic, quis ego sum, & quæ vita mea, & quæ cognatio Patris mei: sicut supra dixit quando Saul promisit ei primam filiam suam Merob? Respondendū est, ꝙ Dauid locutus est hic id penitus, ꝙ sentiebat sicut, qui loquitur alicui æquali. Cum autem locutus est Sauli, fuit locutus ex humilitate, vt honoraret Regem, & ob hoc humiliauit se, quantum ad omnia, s. quantum ad personam, & genus, & substantiam dicens: quis ego sum &c Nunc autem loquebatur ministris

nistris

chol, sed etiam Merob: alioquin non esset gener in duabus, sed in vnica. Respondendũ est, q̃ illud nõ intelligitur de ambabus filiabus, scilicet, q̃ eris gener in duabus, i. dabo tibi duas filias: nam q̃n istud dixit Saul, iam tradiderat Merob in vxorem Hadriel Molathitæ: & erat consummatum matrimonium inter illos: ergo nolebat dicere, q̃ in illa esset gener illius, scilicet dando illam sibi in vxorem. Sed aliter intelligitur, vt infra declarabitur in litera. *Dilexit autem Michol.* Hic cõsequẽter describit ꝓmissio secũdę filiæ, q̃ data est Dauid, vt infra patet, & dicitur. *Dilexit autem Michol filiam Saul alteram Dauid*, habebat Saul duas filias, s. Merob, & Michol, quarum primam tradiderat Hadriel Molathitæ vxorem, nũc autem Dauid dilexit minorem, s. Michol: quia illam vellet
G accipere in vxorem, licet primam non accepisset: & fortè: quia diligebat eam amplius, eo, quod esset pulchrior: sicut Iacob dilexit Rachelem minorem filiã Laban magis, quàm Liam, quæ erat primogenita, eo, quod Lia erat lippis oculis: Rachel autem erat decora facie, Gen. 29 c. In Hebræo dicitur hic, quod Michol dilexit ipsum Dauid: litera autem nostra innuit, quod dilexerat Dauid ipsam Michol: satis autem potuit esse facilis errandi occasio mutando literam nostram: quia solũ differt in hoc, quod dicamꝰ filia altera, vel filiam alteram: quia cum Michol sit indeclinabile, & Dauid, non patet, an ponatur in recto, vel obliquo: magis tamen credendum est, quod
H Hieronymus transtulerit, quod Dauid dilexit alterã filiam Saulis: nam si diceretur, quod Michol dilexit Dauid, non esset aliquid ad propositum eorum, quę dicuntur in litera: nam dicitur immediatè, quod nũciatum fuit hoc Sauli, & placuit ei, dixitq́;. Dabo eã illi, vt fiat ei in scandalum. Si tamen in litera diceretur, quod Michol dilexit ipsum Dauid, & non, quod Dauid dilexit ipsam Michol, non esset ad propositum, quod Saul daret eam Dauid in vxorem, dicẽs: Dabo eam illi: nam si ipse non diligebat eam, quamquam ipsa diligeret eum, fortè nollet accipere eam Dauid in vxorem, & nõ esset aliquid, propter quod placeret Sauli. Item: quia dixit Saul: Dabo eã illi, vt fiat ei in scandalum: si tamen Michol diligeret ipsũ,
I Dauid non fieret ei in scandalum: sed magis ad defensionem vitæ: quia propter amorem Dauid reseruaret eum à morte, sicut fecit sequenti ca. nam prę ponderauit ibi amor Dauid ad amorem paternum, & liberauit eum à morte, quamquam pater contrarium iussisset: immo propter hoc, quod Michol dilexit nimis Dauid post cõtractum matrimonium cępit magis timere, & contristari Saul, vt patet infra, in litera, s. Michol autẽ filia Saulis diligebat Dauid, & Saul magis cępit timere eum, s. propter illũ amorem, quem sciuit filiam suam habere ad Dauid: non ergo debet dici, in litera, q̃ Michol dilexit ipsum Dauid: sed, quod Dauid dilexit Michol. Et tunc stãt ea, quæ dicuntur in litera, s. quod placuit hoc Sauli, &
K dixit, quod daret eam illi: nam si diligebat eam, certum est, quod vellet illam accipere in vxorem. Itẽ stat secundum, quod dixit Saul, s. dabo eam illi, vt fiat ei in scandalum: credidit quippe Saul, q̃ Michol non diligebat ipsum Dauid, sicut Dauid diligebat eam, & quod ipsa semper erat dilectura intẽsius patrem, quàm virum: & hoc modo posset per eam pater scire intentionem Dauid, & omnia, quę ageret: & sic facilius incideret in manus Saulis, sic patet sequenti cap. Cum iussit Saul filiæ suæ Michol, vt daret Dauid ad occidendum: ipsa deposuit eum per fenestram: pater tamen putauit, quod ipsa propter eũ non curaret de viro, & traderet in manus illius, licet è contrario factum sit. *Et nunciatum est Saul*, s. serui eiꝰ nunciauerunt ei, quod Dauid diligeret Michol, eo, quod ostenderat ei aliqua amoris insignia: & placuit ei, s. quia putauit, quod per hoc consequeretur intẽtionem suam de occidendo Dauid, vt immediatè sequitur. Sed aliquis dicet, quod etiam si non esset notum Sauli, quod Dauid diligebat Michol sequeret idem: quia poterat promittere Saul filiam suam Michol Dauid, & tunc fieret ei in scandalum, sicut hic dixit Saul. Respondendum est, quod non intẽdebat Saul, posse consequi intentionem suam, promittendo Dauid filiam suam, nisi forte diligeret eam: quia putabat Saul, quod cum fefellisset Dauid non dans ei filiam primam, quam promiserat, quod nollet subire aliquam conditionem, promittendo ei secun-
G dam filiam: quia crederet, quod in secunda Saul falleret fidem, sicut in prima. Cum autem sciuit, quod diligebat eam, intellexit, quod subiret quamcunq́; conditionem illa, sibi promissa; ideo placuit Sauli, tã quam ex hoc consequeretur intentum. *Dixitque Saul dabo eam illi*, s. quia ipse diligit eam, dabo sibi in vxorem, & gratis eam recipiet. *Vt fiat ei in scandalum*, idest in occasionem cadendi in malum. Scandalum propriè significat offendiculum, idest lapidem, vel aliq̃d aliud, in quo aliquis pedib. impingẽs corruit, & hoc modo omnis occasio mali vocatur scandalum, & quia putauit Saul, quod matrimonium promissum, cum secunda filia esset causa mortis Dauid, dixit, q̃ esset ei in scandalum. Hoc autem poterat esse dupli-
H citer. Vno modo, quod, quia Dauid diligebat nimis Michol, non recusaret quamcunque conditionem, etiam si grauis esset subire propter illam: ipse autem intendebat imponere ei duras conditiones: & sic periret: hoc autem erat: quia intendebat Saul petere centum præputia Philisthinorum, sicut petijt, & ad habendum illa putabat Dauid moriturum. Aliter potest intelligi, quod esset ei in scandalum, s. quia putabat, quod Michol magis diligeret patrẽ, quàm virum, ideo propter patrem traderet virum ad mortem, sed è contrario factum est. *Et sit super eum manus Philisthinorum*, idest dabo eam illi, vt sit super eum manus Philisthinorum, quod fieret hoc modo, s. quia peteret Saul centum prępnutia Philisthinorum, & in
I acquirendo illa, moreretur Dauid in manibus Philisthinorum. *Dixit ergo Saul ad David*, s. quia vidit Saul, quod quasi cõsecutus fuerat intentionem, fecit vocari Dauid, vt promitteret ei filiam suam, & dixit ea, quæ sequuntur. Sciendum, quod aliqui Hebræi dicunt, quod Saul dedit filiam suam Michol ad hoc, quod excusaret eum à morte, quia quotidie imaginabatur in morte Dauid, & quia nunc vidit, q̃ Dominus erat cum eo, credidit magnum peccatum esse, si illum occideret, ideo dedit ei filiam suã ad hoc, quod ipsa excusaret eum à morte. Sed hoc est penitus cõtra literam, cũ dicatur: Dabo eam illi, vt fiat ei in scandalum. *In duabus eris Gener meus hodie.* Aliqui libri habent hic in duabus rebus: sed non est in He-
K bræo, nec est de textu: nec etiam facit ad sensum. Nam esset sensus in duabus rebus eris Gener meus, idest cum duabus conditionibus, vel faciendo duas res, eris Gener meus. Solum tamen proposuit Saul Dauid vnam conditionem, s. de centum præputijs: sed intelligitur hoc de filiabus, s. in duabus eris Gener meus, idest in vna duarum, & hoc intelligebatur de minori. Similis modus est sæpe in scriptura: nam Iudi. c. 12. vbi nostra litera dicit Iudicauit Iephte Galaadites Israel sex annis, & mortuus est, atque sepultus in Ciuitate sua Galaad. Habetur in Hebræo: sepultus est in Ciuitatibus Galaad, idest in vna de Ciuitatibus Galaad. Nicolaus, & quidam Hebræi aliter exponunt, s. in duabus filiabus eris Gener meus: ga

in prima

Scandal. quid sit

in prima fuisti Gener meus quantum ad sponsalia, & in secunda eris Gener meus, quātum ad spōsalia, & matrimonium. Iste sensus satis potest teneri, si accipiantur sponsalia per verba de futuro, quia ꝑ hoc non efficiebatur Merob vxor Dauid, & poterat habere alium in virum, sicut supra declaratum est. Si autem accipiantur sponsalia de pręsenti, non est recipienda expositio: dicendum est ergo, quod sensus est iste, s. in duabus eris Gener meus hodie, idest, iam hodie es bis Gener me⁹: qa primò fuisti Gener me⁹ ꝑ solā ꝓmissionē, nūc aūt eris Gener meus ꝑ ꝓmissionē, q consequit effectū. *Et mandauit Saul seruis suis*, s. ꝙ loquerentur ad Dauid ea, quæ sequuntur: subintelligendum est hic, quod Dauid nihil locutus fuerit ad Saulem, dicens: quod vellet esse Gener illius, vel nollet. Etiam, quod Saul non posuit aliquam conditionem Dauid, sed solum dixit ei in duabus erit Gener meus: quod patet: quia infra dicitur, quod Saul iusserit seruis suis, vt loquerentur Dauid verba persuasoria ad hoc, quod acceptaret fieri Generum Regis, & scirent ab ipso, quæ erat intentio sua: ꝙ sic factū est. Nam postea serui Saulis sæpe loquebantur hoc Dauid quousque ipse dixit, quod erat vir pauper, & tenuis, & non erat aptus, quod esset Gener Regis, quo cognito, Saul petiuit in donationē propter nuptias centum præputia Philisthinorum.

Quare Saul à principio non posuit aliquam conditionem cùm Dauid, vt acciperet filiam in vxorem.
Quæstio XXXIIII.

QVAERET aliquis. Quare Saul à principio non posuit aliquam conditionem Dauid de pugnando contra Philisthinos ad hoc, quod acciperet filiam eius in vxorem, sicut postea posuit? Aliqs respondebit, quod Saul nondum conceperat conditionem illam de centum præputijs: ideo nō posuit. Sed dicendum, quod non stat: quia antequam Saul quicquam loqueretur Dauid cognito, quod Dauid diligeret Michol, dixit: dabo eam illi, vt sit ei in scandalum, & sit super eum manus Philisthinorum: ergo iam conceperat ponere aliquam conditionem duram Dauid de pugna contra Philisthinos: & quāquam non appareat, an illam, de qua infra dicitur, iā concepisset, s. de centum præputijs Philisthinorum, tamē necesse est dici, quod aliquam iam cogitasset: verisimilius autem est, quod illam de centum præputijs concepisset, quàm aliquam aliam. Sed dicendum est, quod Saul iam conceperat iniquitatē contra Dauid, s. vt poneret ei conditionem de præputijs Philisthinorum, ad hoc, quod periret: noluit tamen immediate dicere, vt occultaret intētionem suam, sed voluit, vt egrederetur verbum ad Dauid, ex quo haberet Saul occasionem ponendi istam conditionem: nam si mox, vt Saul vocauit Dauid, dixisset ei, dabo tibi Michol filiam meam, si dederis mihi centum præputia, manifestè apparet, quod Saul quærebat malum Dauid: & ob hoc dicebat, quod daret ei centum præputia Philisthinorum ad hoc, quod pro illis pugnans incideret in manus Philisthinorū. Volebat ergo Saul occultare intentionem suam, & ad hoc volebat, vt Dauid prius loqueretur, & ex verbis eius haberet ipse occasionem ponendi istam conditionem, & quia à principio, quasi Saul dixit Dauid in duabus eris Gener meus, Dauid nihil respondit; Saul non proposuit aliquam conditionem, sed conatus est per alios capere Dauid in sermone, vt ipse loqueretur aliquid, quo dicto haberet Saul locū proponendi conditionem, quam volebat, ex quasi extra incidenti: ideo misit seruos suos, vt loquerentur

A ad Dauid persuadendo ei, quod fieret Gener Regis: vt sic verbum haberetur ab eo, quibus suadentibus Dauid respondit: Ego sum vir pauper, & tenuis: quo dicto, & cognito à Saule, habuit locum Saul proponendi, ꝙ volebat, & dixit ministris suis, ꝙ dicerent Dauid, nō habet Rex necesse sponsalia, nisi tantum centum præputia Philisthinorum, ꝙ acceptauit Dauid: & tunc apparebat, ꝙ Saul nō faceret hoc ab intentione, sed quasi ex incidēti, & sic occultabatur eius iniquitas. *Loquimini ad Dauid clam me dicentes*, idest dicatis Dauid ista, quæ sequuntur me absente. Istud dicebat Saul ad hoc, quod videretur, quod non dicebantur ista ex mandato Regis, nec de voluntate illi⁹, sed solum ministri dicebant ea, quasi ꝓcurantes bo- B num Dauid. Hoc autem faciebat Saul, quia si ipse diceret hæc, vel si ministri sui dicerent coram illo, appareret aliquam iniquitatem concepisse Saulem, cū nimis instigaret ipsum Dauid ad accipiendū filiam suam in vxorem, ideo cum ministri loquerent̄ ista, absente Saule, nihil fraudis latere Dauid crederet in verbis. *Ecce places Regis*, idest nimis gratus est in oculis eius. s. ꝙ diligit te nimis, & pro te faceret, quodcūq; velles. *Et omnes serui eius diligunt te.* Hoc ponit ad significandum plenum fauorem Dauid in Domo Regia. Nam si Rex dilexisset Dauid, & serui eius non diligerent, ipsi nunciarent mala Regi de eo, ita, vt distraherent animum illius ad dilectionem eius: nūc autem omnes, qui erant in Domo Regis, diligebāt Dauid, C & ipse Rex, & ideo fauor erat firmus: ex quo sequebatur, ꝙ Dauid posset petere filiam Regis in vxorē, & daretur ei, atque accipere deberet. *Nunc ergo esto Gener Regis*, i. quia tantum fauorem habes apud regem, & seruos eius, esto Gener Regis, i. placeat tibi accipere filiam eius in vxorem, s. quia immediatè dabit: ista autem dicebantur, vt Dauid responderet, quod volebat eam accipere, vel diceret se esse pauperem, & ꝓp hoc ineptum ad sumendum eam: vt sic locū haberet Saul ad ponendum conditionem de centum pręputijs. *Et locuti sunt serui Saul in auribus Dauid omnia verba hæc*: quia Rex illa dixerat: & sic ipsi proposuerunt, non quasi Rex illa diceret, sed quasi ipsi loquerentur ex seipsis inquirentes bonum Dauid. *Et ait Da-* D *uid: Num parum vobis videtur Generum me esse Regis*, i. nunquid vos existimatis, ꝙ parum hoc est? q. d. ita mihi persuadetis, ꝙ ego vellem fieri Gener Regis: & hoc petam sicut si esse Generū Regis, esset parum: tamen multum est, s. si hoc esset, modicum fortè peterem à Rege, quia faciliter illud cōcedere deberet: & tn̄: qa hoc valde magnum est, non bene suadetis, ꝙ petam illud. *Ego autem sum vir pauper, & tenuis*, i. valde magnū est esse Generum Regis: quia requirit magnas facultates: ego autem nō habeo eas, cum sim vir pauper, & tenuis. Ista duo ad idem pertinēt: quia pauper est, qui pauca habet; tenuis autem, qui in substantia debilis est, sicut qui corpore attenuatur.

E *Dauid quare non dedit eandem responsionem seruis, sicuti Sauli, proponentibus, quod acciperet eius filiam in vxorem.*
Quæst. XXXV.

QVAERET aliquis, Quare Dauid non dixit hic, quis ego sum, & quæ vita mea, & quæ cognatio Patris mei: sicut supra dixit quando Saul promisit ei primam filiam suam Merob? Respondendū est, ꝙ Dauid locutus est hic id penitus, ꝙ sentiebat sicut, qui loquitur alicui æquali. Cum autem locutus est Sauli, fuit locutus ex humilitate, vt honoraret Regem, & ob hoc humiliauit se, quantum ad omnia, s. quantum ad personam, & genus, & substantiam dicens: quis ego sum &c Nunc autem loquebatur ministris

nistris Saulis, coram quibus non oportebat, quod se humiliaret: quia illi non erant maiores eo, sed, quod loqueretur, quod sentiebat: Dauid autem quantum ad meritum personæ dignus erat filia Regis: Quantum ad progeniem, etiam æqualis erat, vel talis, qui deberet suscipi: quia erat de meliori prosapia Israel: sed solùm videbatur deficiens in facultatibus, vt non posset æquiparari Regali matrimonio. Solū ergo tetigit, quod erat vir pauper, & tenuis: & sic credebat, quod, quamuis quantum ad alia dignus esset: quia tamen in hoc deficiebat, stultum erat, & supra vires suas filiam Regis petere. *Et renunciauerunt serui Saul, dicentes*, i. illi familiares Saul, qui missi fuerant ad Dauid, vt caperent verbum ab eo, retulerunt Sauli, verba Dauid. Vocantur hic serui Saulis illi, qui specialiter assistebant ei, & sciebant secreta illius: quem loco primo habuit Dauid apud Saulem: sed postea Saul eum amouit à se, ne ei nocere posset, vt patet supra. *Huiuscemodi verba locutus est Dauid*, i. hæc verba, que supra habentur: & tunc referebant ei illa. *Dixit autem Saul; Sic loquimini ad Dauid.* Istud locuturi erant ministri Regis, non quasi ex voluntate Regis, sed ex intentione sua arbitrantes hoc bonum esse, & quod Rex huic assentiret. Quamquā potest dici, quod hoc dixerint nomine Saulis. Nā licet à principio illi non fuerint locuti nomine Saulis, tñ postea locuti sunt, cùm iam cognita est intentio Dauid: quia habuit tunc locum Saul proponendi conditionem suam. *Non habet necesse Rex sponsalia*, i. nō excuses te ab hoc, quod est esse Generum Regis, propter paupertatem: quia hoc haberet locum, si Rex peteret sponsalia, i. si peteret donationē propter nuptias filiæ suæ secundum statum suum: quia ad hanc tu esses impotens, sed non petit. Sed vocantur sponsalia dona, quæ dabantur cognatis sponsæ: sicut quando Eliezer seruus Abrahæ petiuit Rebeccam in vxorē pro Isaac filio Abrahæ, protulit munera magna omnib. cognatis Rebeccæ, Gen. c. 24. Rex autem dixit, quod non habebat necessaria sponsalia: quia ipse erat per se sufficiens, & daret filiæ suæ abundantem dotē per se, & viro, sed solùm volebat viri probitatem. *Nisi tantum centum præputia Philisthinorum*, i. Rex non petit à te aliquid, sed solùm centum præputia Philisthinorum, quæ tibi dare leue est.

Quare Saul petiuit centum præputia Philisthinorum, & non plura, neque pauciora. *Quæst. XXXVI.*

QVAERET aliquis, Quare petiuit Saul centum preputia Philisthinorum, & quare nō pauciora, vel plura? Respondendum est, quod Saul volebat, quod Dauid periret in manibus Philisthinorum, iō petebat ab eo id, quod erat sibi causa pereundi: sic autē putabat, quod in acquisitione centum præputiorum eueniret, ideo petiuit illa. Hoc patet: quia supra dixerat Saul: Dabo eam illi, vt fiat ei in scandalum: & sit super eum manus Philisthinorum. Non petiuit autem Saul pauciora præputia: quia quāto pauciora petijsset, tanto leuius esset Dauid illa acquirere: & fortè non periret, quod Saul intendebat: plura autem spōtè petijsset, sed timuit, quod putaretur hoc esse in fraudem, cùm peteretur illud, quod erat ad mortem Dauid. Item, quia appareret in hoc nequitia Saulis, & fortè Dauid recusaret conditionem, tanquam grauissimam. Sed dicetur, quare magis petiuit Saul preputia, quàm aliquid aliud cum multa alia posset petere, quæ indicarent ei, quod volebat? nam intentio sua erat, quod occiderētur centum Philisthini, & vt ipse sciret illos occisos, volebat insignia occisorum: sed ita potuisset habere signum per alias partes corporis, sicut per præputia. Respōdet Nicolaus, quod

Quare magis petijt Saul præputia, quā aliquid aliud.

F hoc factum fuit propter duo. Primò, vt Saul certus esset, quòd occidisset Philisthinos. Secundò, vt faceret eum magis odiosum Philisthinis. De primò patet: qa si iussisset duci centū capita, vel manus dexteras, aut pedes, potuisset Dauid occidere aliquos Israelitas, & ducere partes illas ad Saulem, & tunc nescirent, an essent Philisthinorum, vel Israelitarum. In præputijs autem non erat sic: quia non reperiebantur præputia in Iudæis: nam cùm essent omnes Iudæi circuncisi, nemo eorum habebat præputium; si ergo ducerentur coram Saule cētum præputia, manifestum esset, quod illa essent Philisthinorum, vel aliorum Gentilium: alioquin potuisset Dauid facere fraudem, sicut faciebat, cùm erat in Terra Phili-

G sthinorum: nam exibat ad prædandum ad extremitates Terræ Philisthinorum, & occidebat quoscunque inuenisset, ne quis posset de eo postea clamare, & cùm interrogaretur à Rege Geth, in quem exercuisset prædam, dicebat, quod in talem, vel talē partem Israel, vt patet infra c. 27. Sic potuisset Dauid inuadere aliquem locum in extremitate Israelitarum apud Philisthinos, non relinquens ibi aliquem, qui factum referret, & putaretur à Philisthinis factum, ipse verò acciperet inde capita, vel alias partes corporis, si non essent præputia: quia ista non poterant reperiri in terra Israel. Secundum erat, vt fieret Dauid odiosus Philisthinis: quia Philisthini detestabantur circuncisionem. Si autem Dauid acciperet præ-

H putia eorum, circuncideret illos, in quo magis dehonestabantur Philisthini plusquam si multi eorū occiderentur, & fierent nimis infesti Dauid: quia erat occasio, vt vno animo concitati Philisthini irruerēt in Dauid. Sciendum autem, quod Iosephus 6. Antiquitatum dicit, quod Saul petiuit capita Philisthinorum, & Dauid abscidit sexcēta capita, & tulit ea ad Saulem. Sed hoc falsum est: quia non petiuit capita; sed præputia: Iosephus tamen, cum scriberet Historiam Gentilibus, putauit indignum esse, quod poneretur talis petitio de præputijs: quia turpis erat, & contra honorem omnium gentium: quia circuncisionem non sequebantur: ideo capita posuit pro p-putijs, quamquam, si quis æquiuocare velit, verum

I dixit: quia caput ad vtrumque æquiuocatur. *Vt fiat vltio de inimicis Regis.* Istud additum fuit ad significandum causam petitionis. Nam videbatur, quod peteret hoc in fraudem, vt Dauid corrueret, ideo dixit, quod petebat hoc, vt fieret vltio de hostibus suis: ipse tamen nō petebat ad hoc, sed ad mortem Dauid, vt patet supra. *Porrò Saul cogitabat tradere Dauid in manus Philisthinorum*, idest, quamquam diceret, quòd volebat centum præputia, vt fieret vltio de inimicis suis: tamen nolebat ad hoc, sed magis, vt moreretur Dauid in acquirendo illa. *Cumque renunciassent serui eius Dauid verba, quæ dixerat*, idest, serui Saulis annunciauerūt Dauid verba, quę dixerat Saul, s. non habet Rex necesse sponsalia, & c. *Placuit hic sermo in oculis Dauid, vt fieret*

K *Gener Regis*, idest placuit Dauid cum ista conditione fieri generum Regis: quia non erat sibi difficile ducere præputia de Terra Philisthinorum. Vnde quasi hoc nihil grauitatis habuisset, ita illicò, vt propositū est, libenter acceptauit. Hoc autem erat: quia Deus faciebat sibi cuncta facilia esse, & erigebat animum illius ad audendum omnia, contemnendumque timores. *Et post dies paucos.* In Hebræo dicitur hic. *Et nondum impleto tempore*, Quod exponunt de tempore, quo debebat dari Michol in vxorem Dauid, s. quod nondum impletum fuerat illud, quando Dauid descendit pro præputijs Philisthinorum. Sed hoc non stat, quia non fuerat positū aliquod tempus, in quo Michol daretur Dauid, nisi cum ferret Dauid præputia,

putia,ideo litera Hebraica significat hic id,ꝙ nostra, i.post paucos dies:nostra tamen expressius dixit,scilicet,post paucos dies:nam id, quod imperfectum est, paucum est, ideo pro paucis diebus litera Hebraica posuit tempus imperfectum. *Surgens Dauid abijt in Accaron*. Ista erat vna de quinque Metropolibus Philisthinorum, & erat Ciuitas nimis coniuncta Terræ Israel inter omnes Vrbes Philisthijm:ideo ad illā descendit Dauid. *Cum viris,qui sub eo erant*, s. cum mille viris; fecerat enim illum Saul Principem mille virorum,vt patet supra,in litera:& istos accipiēs, iuit in Accaron. *Et percussit ex Philisthais ducentos viros*, occidit illos pugnans cùm illis fortè, cùm pluribus ipse pugnauit,sed isti soli corruerunt: alij autem per fugam saluati sunt. *Et attulit præputia eorum*, idest circuncidit præputia eorum ad ferendum Regi, vel abscidit aliquantam partem virgæ cuiuslibet, & tulit eā cum præputio: vt sic facilius fieret, & signum manifestius fieret. *Et annumerauit ea Regi*, idest numerauit illa coram Rege: petierat enim Rex centum, & ipse ducenta annumerauit, vt iustior videretur causa sua esse. *Vt fieret Gener Regis*, idest obtulit ista præputia, vt daretur ei filia Regis. In quo innuitur, quod añ hoc non fuerat ei data filia Regis per sponsalia de præsē ti, vel de futuro, quę cōtracta fuissent per verba Dauid, & Michol, sed solum fuerat sibi promissa: nunc autem debebat sibi tradi: nam, si ante hoc contractū fuisset matrimonium, etiam si non consummatum esset, Dauid Gener Regis obtulit tamen præputia, vt fieret Gener illius, ideo nondum erat Gener per sponsalia, vel matrimonium. *Dedit itaque ei Saul Michol filiam suam vxorem*, idest postquam annumerauit ei præputia Philisthinorum tradidit ei filiam, scilicet, vt contraheret matrimonium, & vt cōsūmaret.

Quare dedit Saul Michol Dauid in vxorem, cum non esset intentio sua dandi. Quæst. XXXVII.

QVAERET aliquis, Cum Saul promisisset filiam suam Michol Dauid, non animo dādi eam, sed, vt esset occasio incidendi in manus Philisthinorum, cum non inciderit acquirendo præputia, quare postea dedit illi? sic enim fecit de Merob: nam promisit eam dare illi, si esset vir fortis contra Philisthinos, postea autem dare noluit: Respondendum est, quod Saul fecit hoc propter magnam verecundiam: nam noluisset ei dare filiam: quia compleuerat Dauid conditionem propositam, & nō solum compleuerat, sed etiam duplauerat ferendo ducenta præputia, videbatur nimis iniquum, quod nō compleret promissa, potissimè: quia iam mentitus fuerat in prima filia. Si autem nunc mentiretur, ab omnibus iudicaretur reprænensibilis? voluit ergo complere. Sic ait Iosephus 6. Antiquitatum, s. Saul autem cum non haberet, vnde promissa refugeret, & mentiri pessimū iudicaret, aut per insidias eū occidere, cum forsitan in hoc frustrari suo cōsilio posset, dedit ei filiam. Item adhuc manebat aliqualiter propositum Saulis, s. quod Michol fieret Dauid in scandalum, quia licèt propter eam non incidisset in manus Philisthinorum, poterat incidere in manus eius: verecundia tamen fuit, quæ eum magis impulit. *Et vidit Saul, & intellexit, quod Dominus esset cum Dauid*. idest hoc per experientiam vidit, & intellexit colligēdo coniecturam ex factis Dauid, s. quod esset Deus cum eo: quia nullus posset talia facere, qualia ipse faciebat, nisi Deus esset specialiter cum eo. Hoc autem considerauit maximè in præputijs Philisthinorum, quia Saul petiuerat centum, tanquam aliqd nimis grauè, & Dauid ducenta facillimè obtulit: &

A immediatè, vt iuit in Terrā Philisthinorum, occurrit sibi vnica incursione in hostes habere illa ducenta præputia: insuper Dauid in omnibus bellis, quæ gerebat contra Philisthinos, nullum vnquam sinistrum casum pertulit, scilicet, quod perirent aliqui de exercitu suo, quod erat admirabile: quia euentus belli est, vt nunc hinc, nunc inde gladius feriat, vt patet infra 2.li.c.12. *Michol autem filia sua diligebat eum*, s. Dauid. A principio enim dilexit, & nunc amplius diligebat: quia videbat eum semper esse virum excellentiorē. *Et Saul magis incepit timere Dauid*. idest à principio timuit Saul Dauid, ex quo mulieres cantauerunt coram ipso: percussit Saul mille, & c. quia putabat sibi regnum auferendū esse à Dauid fauore po-

B puli: nunc tamen magis timebat: quia, quanto amplius prosperabatur Dauid, tanto fortius timebat eum, eo, quod facilius erat Dauid persequi illum: Duo autem fuerunt hic, propter quę Saul timebat Dauid. Primum fuit: quia Deus erat cū Dauid, i. prosperabat omnes actus eius. Secundum: quia filia eius diligebat Dauid: putauit enim à principio, ꝙ Michol magis diligeret patrem, quàm virum, & iō esset causa Dauid pereundi: nūc autem contrarium acciderat: quia filia Saulis magis diligebat virū, quā patrem. *Factus est autem Saul inimicus Dauid cunctis diebus*. idest ex hoc tempore in amplius Saul semper persecutus fuit Dauid: quia, quamquam aliquando videretur ei conciliari, rursus tamen persequebatur quo

C usque expulit eum de terra Israel. *Et egressi sunt Principes Philisthinorum*, scilicet ad pugnandum contra Dauid. Hoc enim fuit in vltionem iniuriæ de ducentis præputijs ablatis, de quibus supra. Nam Philisthini detestabantur circuncisionem: Dauid autem egressus fuit obuiam illis. Dicunt autem Iudæi, ꝙ Philisthini egressi sunt ad pugnandū contra Israel nunc, quia sciebant, quod Dauid acceperat vxorem, quia erat lex apud Hebræos, quod quando aliquis acciperet nouiter vxorem, per vnum annum vacaret Domui suæ, & non cogeretur exire ad bellum, vt patet Deuteronom. capit. 24. putabant ergo sic de Dauid, scilicet, quod in toto illo anno non exiret ad bellum: & sic liberum esset eis pugnare, & prędari in ter

D ra Israel: Dauid tamen exiuit obuiam Philisthinis. *A principio autem egressionis eorum*, idest à principio bellorum, ex quo Principes Philisthinorum incęperunt egredi contra Israel, Dauid habuit se cum eis viriliꝰ, quàm omnes Israelitæ. *Prudentius se habebat Dauid, quā omnes serui Saulis*, idest in omnibus bellis, quæ facta sūt à principio egressionis Philisthinorum contra Israel, erat Dauid prudentior, quàm alij serui Saulis: in quo apparet ipsum habuisse duas magnas perfectiones, scilicet: quia animosus erat exponendo se grauibus periculis; & quia valde prudens erat in dispositione bellorum, & omnibus cautelis, quæ acquiruntur ad actum belli. *Et celebre factum est nomen eius nimis*, idest fuit nomen eius gloriosū, scilicet, quod in om

E nibus Terris laudabatur de aptitudine ad bellum. Ista autem omnia ponūtur ad significandum, quomodo timeret Saul Dauid: quia, quanto prosperabatur Dauid, tanto eum magis timebat Saul: quia habebat maiorem opportunitatem faciendi deponi ipsum de Regno propter fauorem popularē. Quod autem dicitur de celebritate nominis Dauid, semper increuit: nam postquam ipse factus est Rex super Israel, fecit mirabilia bella contra gentes, scilicet, Moabitas, Ammonithas, & contra Regem Damasci, & contra Idumæos, & Philisthinos, vt patet infra 2.lib.cap.8.

CAPITVLVM. XIX.

LOcutus est autem Saul ad Ionatham filium suum, & ad omnes seruos suos, vt occiderent Dauid. Porro ✠ Ionathas filius Saul diligebat Dauid valde. Et indicauit ✠ Ionathas Dauid, dicens. Quærit Saul Pater meus occidere te.

De persecutione manifesta Saulis cõtra Dauid.

In prædictis actũ est de persecutione Saulis cõtra Dauid occulta, hic agitur de persecutione eius manifesta: Saul enim desiderabat mortem Dauid: quia voluerat occultè concludere, sed, quia non valuit, curauit hoc manifestè procurare. Et diuidit in tres partes, quia primò ponitur malicia Saulis, Dauid inuadendo. Secundò, ipsum publicè banniendo. Tertiò exulem, & bannitum persequendo. Secunda infra ca. 21. Tertia in 23. Prima in duas: quia primò inuasit Dauid in se ipso. Secũdò Ionatham filiũ suum propter eum. Secunda seq. cap. Prima diuiditur in quinque partes: quia primò de consilio Ionathæ Dauid absconditur. Secundò ad gratiam Saulis ad horam recipitur. Tertiò à Saule personaliter inuadit. Quartò vxoris industria à morte eripitur. Quintò malicia Saulis à laudibus diuinis impeditur. Secunda ibi. *Locutus est igitur.* Tertia ibi. *Motum est autem.* Quarta ibi. *Misit igitur.* Quinta ibi. *Nunciatum est.*

Ordo sequentium rectus est ad præcedentia. Quæst. I.

CIRCA primum queritur, an omnia, quæ dicũtur hic, habeant ordinem consequentem ad superiora, vel sit aliqua anticipatio, vel recapitulatio? Respondendum est, ꝙ est ordo rectus: quia in præcedenti ca. dicebatur de matrimonio Dauid, & Michol, hic autem agitur de morte Dauid, quam ꝓcurare voluit Saul occasione huius matrimonij per filiam suam. Sed tunc dicetur, An ista fuerint immediatè post præcedentia, vel interciderit aliquod tempus? Respondendum est, ꝙ paruum tempus intercidit: quia Saul desiderabat nimis mortem Dauid, nec patiebatur moras, sed, cum nõ præualuisset, per aliquam fraudem instituebat aliam, & quia ipse putauerat, quod Dauid incideret in manus Philisthinorum acquirendo præputia, sed non inciderat, iõ verisimile est, quòd immediatè inquisiuerit aliũ modum occidendi eum, & fuit iste, qui sequitur hic: sic enim vult Iosephus. 6. Antiquitatum. *Locutus est autem Saul ad Ionatham filium suum.* Volebat autem Saul occidere Dauid, & putauit, quòd nullus hoc melius poterat exequi, quàm filius suus, qui maximè compleret diligenter præcepta patris, ideo commisit ei istud opus. Sed dicet aliquis: quomodo Saul hoc dixit Ionathæ: quia Ionathas nihil tale facturus erat, cum iniuisset fœdus cum Dauid, & diligeret eum, sicut animam suam, vt patet præcedenti ca.? Respondendum est, quòd hoc nesciebat Saul: occultè enim initum fuerat fœdus inter Ionatham, & Dauid, & non putabat Saul, quòd tantus esset amor Ionathæ ad Dauid. Cognouit tamen postea, cum responderet sæpe Ionathas pro Dauid, & ipse Saul de hoc cõquestus est, vt patet infra cap. 22. scilicet: non est, qui vicem meam doleat ex vobis, eo, quòd suscitauerit filius meꝰ seruum meum aduersus me insidiantem mihi vsque hodie: Deus autem posuit in corde Saulis, vt ista loqueretur Ionathæ, qui reuelaturus erat

F Dauid. Si autem non dixisset hoc Ionathæ, sed ministris, illi fortè executi fuissent, & perijsset Dauid. *Et ad omnes seruos suos.* Hoc intelligitur solum de specialibus familiaribus, alioquin toti curiæ suæ, vel omnibus Israelitis hoc iussisset: iussit tamen familiaribus suis, qui sciebant secreta eius, & desiderabant ei complacere. *Porro Ionathas filius eius diligebat Dauid valde.* Istud ponitur ad significandum impedimentum executionis: quia Saul commiserat mortem Dauid filio suo, ipse autem diligebat eum nimis. Sed nemo occidit eum, quem diligit: ergo non occisurus erat Ionathas Dauid implendo patris præceptum. Quòd autem diligeret valde, patet: quia præcedenti cap. dicitur, quòd anima Ionathæ colligata est animæ Da-
G uid, & dilexit eum Ionathas, quasi animam suam. *Et indicauit Ionathas Dauid, dicens: Quærit occidere te pater meus Saul:* quia diligebat Ionathas Dauid sicut seipsũ, pugnaturus erat contra omnem hominem pro eo, sicut pro seipso: quia tamen iste, qui malum moliebatur Dauid, erat pater Ionathæ, contra quem non licebat Ionathæ aliquatenus insurgere, etiam pro defensione sui ipsius: non habuit, quod faceret pro Dauid, nisi quòd reuelaret ei id, quod pater iusserat, vt sic mortem euitaret. *Quapropter obserua te quæso mane,* scilicet, mane iussum est, vt occidaris, & ministri Regis querent te ad mortem: ideo obseruat mane: non dixit autem obserua te mane, & alijs dieb. quia putabat Ionathas, quòd ipse posset flectere patrem
H suum ab ira sua sequenti die: & reconciliaretur Dauid: vnde postea non oporteret, vt se obseruaret: & tamen: quia sequenti die, antequam Rex esset persuasꝰ à Ionatha, ministri Regis vellent exequi, quod iusserat Saul, ideo obseruare se debebat Dauid. *Et manebis clam, & absconderis,* ideſt manebis absens, & abscõderis. Ponuntur ista duo ad significandum diuersa: quia esse clã, significat esse absentem: sic patet præcedenti cap. scilicet, mandauit Saul seruis suis. Loquimini ad Dauid clam me, ideſt loquimini, me absente. Etiam debebat esse absconditus: quia si longè esset, & non absconderetur, ibi poterat reperiri, & occideret: nec sufficiebat, quòd esset Dauid absconditus, nisi esset absens: quia si absconderetur in Do-
I mo sua, mitteret illuc Rex ministros suos, & inde eũ raperent, sicut iterum misit, vt patet infra, in litera: sed debebat recedere de loco illo, in quo erat tunc Saul. *Ego autem ingrediens stabo iuxta patrem meum,* scilicet, ego mane stabo cũ patre meo, & ibi loquar pro te, vt excuseris à morte, & sic parcet tibi. *In agro vbicunque fuerit,* ideſt siue in agro fuerit, siue in vrbe, aut in quocunque alio loco, ego stabo cum eo: quia necessitas exposcit. In Hebræo habet hic. Vbicunque fueris, sed non consonat: quia Ionathas non erat locuturus Sauli in loco, vbi esset Dauid, cum ipse iussisset ei, quòd sequenti die esset clam, & absconditꝰ: maximè: quia Saul non iret ad locum, vbi esset Dauid. Vel dato, quòd hoc contingeret, nesciebat illud
K Ionathas, ideo non diceret ei. stabo iuxta patrem meum vbicunque fueris: sed vbicunque fuerit, scilicet, pater meꝰ. Ad literam Hebraicam dicendum, quod aliqua litera mutata fuit, quod facilè erat, nec quisquam opinari debet impossibile esse aliquid fuisse permutatum in Biblia Hebraica, cũ Doctores sui confiteantur interdum aliquid deficere, & aliquid mutatum esse: sic dicit Ra. Dauid Kimhi, quòd in 21. cap. Iosue deficiunt duo versus in Hebræo: & dicit illos fuisse in Biblijs antiquis: sunt autem in Biblia nostra. Aliter potest dici, quòd à principio sic fuerit scriptum in Biblia Hebræorum; & tamen hoc accipit propter improprietatem sermonis Hebraici: quia istud idioma interdum non seruat numeros, nec

nec personas, nec genera: sed est nimis barbaricum, & sic posuit secundam personam pro tertia. *Et ego loquar de te bona ad Patrem meum*, scilicet reducendo in memoriam Sauli omnia bona, quæ egisset Dauid ꝑ Israel, & probitatem illius, & innocentiam, quibus suaderi posset Saul ad non occidēdum eum: & hoc dicturus erat Ionathas, non tāquam fouens causam Dauid, vel pro eo se gerens, sed tanquam arbiter, & medius ab ipsa æquitate ad loquēdū prouocatus: & tunc facilius cōsentiret dictis eius Saul, quàm, si crederet eum procuratorem esse causę Dauid: quia tūc affectus esset ad illum, & minus creditur homini de aliqua re, quando ad illam affectus est: quia affectio peruertit iudicium. *Et quodcunque videro nunciabo tibi*, idest quicquid in eo sensero, siue quòd te occidere vult, siue quòd tibi parcit, ego annunciabo tibi, vt scias, quid facere te oporteat. In hoc præsupponēdum est, quāquam supra nihil dicatur, ꝙ Saul volente occidere Dauid, Ionathas, & Dauid, conuenerunt de loco, in quo latere deberet Dauid, vt postquā nunciaret Ionathas Sauli bona de Dauid, posset mittere ad Dauid relaturus quid in patre suo sensisset: & sic dicitur infra, quòd cū placatus esset Saul, Ionathas vocauit Dauid & nunciauit ei omnia verba hæc: qđ non fecisset, si nesciuisset locū, in quo latebat. *Locutus est Ionathas de Dauid bona ad Saul Patrem suum*: scilicet sequenti die stetit cum Saule, sicut promiserat, & locutus est bona, idest merita Dauid, per quę posset dissuaderi Saul à malo, quod cōceperat: ista bona sūt, quæ habentur infra quid egerit Dauid, pro Israelitis. *Dixitque ad eum: ne pecces rex in seruum tuum Dauid*, scilicet, non pecces occidendo eū iniustè: erat.n. magna iniquitas, quòd homo innocens occideretur, præcipuè, quia non solùm innocens, sed etiam proficiens erat: nimis enim profecerat Israelitis, cum liberauerit eos à morte, & ab opprobrio, qđ inferebat eis Goliath per 40. dies exprobrans Israelitis, vt patet supra cap. 17. *Quia non peccauit tibi*, idest nihil iniquè egit ꝯtra te: si enim aliquam causam mortis in eo inuenisset Saul à principio, iussisset publicè eum occidi: sed nihil inuenerat: ideo conatus est eum occidere per quandam dissimulationē, scilicet cum esset arreptus à Dæmone, & putaretur agere per furorem. *Et opera eius bona sunt tibi valde*, idest ea, quę agit, sunt tibi vtilia: nam ipse pugnat contra hostes, & est valde fortunatus contra eos in omnibus prospere agens, quo nihil vtilius esse potest, ideo tibi ipsi noceres, si eum occideres. Duo enim posuit hic Ionathas, quæ maximè sufficiunt ad excusandum aliquem à morte. Primum est innocentia, secūdum vtilitas: nam quādo quis innocens est, pro nullo casu occidi debet, quod erat in Dauid. Secundum est vtilitas, quę etiam excusare debet hominem à morte. Nam dato, ꝙ interdum quis morte reus sit, si tamen nimis vtilis sit politiæ, excusat eū politia à morte, ne ipsius mors non solum sit ei pœna, sed grauis iactura politiæ: à fortiori autem, cum in aliquo reperiātur ista duo, iniustissimum est sibi nocere: sed Dauid vtrunque habebat, ideo valde irrationabiliter ageret Saul eum occidendo. *Et posuit animam suam in manu sua*, idest posuit se ad mortem pro te. Ponere animam in manu est ponere vitam in potestate manus: & hoc est in omnibus pugnantibus: quia si bene pugnauerint animā habent, idest vitam reseruant. Si autem debiles magnu fuerint, vitam perdunt. Nimis ergo debebat Saul gratias referre Dauid, cum pro eo se ad mortem posuisset, & nihil maius facere poterat. *Et percussit Philisthæum*, scilicet occidit Goliath. *Et fecit Dominus Salutem magnam vniuerso Israel*, idest Deus fecit per eum magnam salutem, & liberationem Israel: erat autē

A magna salus, quia per mortem Goliath, quam ipse fecit, omnes Israelitæ liberati sunt, & præualuerunt contra hostes suos: alioquin cum Israelitæ nimis timerent, & Goliath per quadraginta dies exprobrasset Israelitis, videbatur, ꝙ ipsi fugituri erant à facie Philisthinorum: magna ergo salus erat, quia totus status populi in hoc pendebat: & nō dixit Ionathas, ꝙ Dauid fecit istam salutem magnam in Israel, sed quòd Deus illam fecit, quia tantum bonum non poterat procurari viribus vnius viri, vel animositate eius, sed prouidentia Dei: potissimè cùm modus pugnandi Dauid contra Goliath fuerit aliqualiter miraculosus, quia pugnauit inermis contra armatum supra capit. 17. Sed tunc dicetur: si Deus hoc

B fecit, quare attribuitur aliqua laus Dauid ex eo? Rñdendum est, ꝙ aliquid pertinet hic ad Deum, & aliquid ad Dauid: ad Deum enim pertinet, quòd ipse tradiderit Philisthinos in manu Israelitarum, & Goliath in manu Dauid: nā licet Dauid esset robustissimus, & animosus, & exposuisset se ad pugnandum contra Goliath, si Deus noluisset specialiter dare victoriam Israelitis, nihil sua animositas profuisset, sed magis ipse corruisset ī manus Philisthijm, Et Israelitæ à Philisthinis effugarētur: Deus tamen miraculosè voluit dare victoriam Dauid, & fugare Philisthinos à facie Israel, ideo omnia ista sic acciderunt. summa ergo huius facti Deo attribuenda est: ideo iste dicitur fecisse salutem in Israel: Dauid

Deus salutē cōtulit magnam Israel per Dauid.

C autem aliquid in hoc fecit, quia ipse ausus est pugnare contra Goliath inermis contra armatum, & exposuit huic timori, vt etiam, si contraria sors accidisset, mortem sustineret: hanc tamē contempsit pro Israel, ideo laudabilis fuit in hoc facto, & sic aliquid pertinuit ad eum: & ista duo Ionathas designauit in litera. Primum cum dixit de Dauid, ꝙ posuit animam suam in manu sua, & percussit Philisthæum. Secundum dicit de Deo, scilicet, & fecit Dominus salutem magnam in Israel. Quod autem aliquid attribuēdum sit Dauid in hoc facto, satis apparet: nam, si non fuisset ipse aliqualiter laudabilis propter ea, quæ fecit contra Goliath, quanquam Deus principaliter egerit, nullus esset lauda-

D bilis, nec præmium deberet accipere pro operatione virtuosa, cum nemo bonum agere possit nec saltem velle bonum agere, nisi Deus inclinauerit eum ad hoc, & disposuerit ei modum, vt patet Io. 15. scilicet. Sine me nihil potestis facere, idest non potestis facere aliquod bonum, nisi ego vos inclinauero ad illud, & adiuuero ad faciendum: illi tamen, qui virtuosè agunt, laudantur, & à Deo præmia recipiunt: ideo dato, quòd Deus in aliqua operatione humana faciat id, quod principale est: tamen adhuc laudabilis est homo, qui illam facit.

Item aliæ operationes communes, quas homines aggrediuntur, non sunt in potestate eorum, scilicet ad quem finem perueniant, vt patet Iere. cap.

E 10. scilicet. Scio Domine, quia non est hominis via eius, nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos, idest non est in potestate hominis, quòd via, in qua ipse ambulare vult, sit ei prospera, vel adueniāt gressus eius ad talem, vel talem finem: sed solum homo in operatione sua, quòd aliquid agere ꝓponat, & ꝙ ad illud agendū se exponat. De cęteris aūt nihil est sui iuris, sed iuxta illud Salomonis: Hominis est proponere, Domini aūt est dirigere vias eius, & hoc ēt si Deus non operetur mirculosè in operatine nostra: & tamen homines pro istis communibus operationibus laudantur, si eas prospere egerint, q̄q̄ nō sint in potestate eorum: ergo Dauid laudari debebat, quia se ad mortem posuit pugnando ꝯtra Phi-

listhinos, licet Deus in hoc principaliter egerit. *Vidisti, & delectatus es*.i.tu vidisti hæc omnia, quæ fecit Dauid, & delectatus es nimis, quia prospera erant, & ad vtilitatem tuam, atq; honorem: noli ergo illi tristitiã ĩfligere, à quo delectationis materiã suscepisti.

An Saul lætatus fuerat in his, quæ fecerat Dauid. Quæstio II.

QVAERET aliquis, an verum esset, ꝙ Saul lætatus fuerit in his, quæ fecit Dauid cõtra Philisthinos? Aliquis dicet, ꝙ sic, quia qñ alicui per alterum prospera eueniũt, gaudet, ꝙ ille prospere agat: sed per opera Dauid proueniebat bonũ Sauli, qa sicut dixit Ionathas, opera Dauid erant bona Sauli, ergo lętabatur in eis, quæ Dauid prosperè agebat. In contrarium videtur, ꝙ tristaretur: qa ad inuidum pertinet de alterius ꝓsperitatibus tribulari: sed Saul erat nimis inuidus Dauid: ergo affligebat, qñ ꝓsperabat Dauid: sed in his oĩbus, q̃ faciebat maximè apparebat laudabilis, ergo affligebatur de illis Saul. Itẽ patet, quia Saul petiuit à Dauid centũ ꝑputia Philisthinorum, vt caderet in manus eorum, vt patet præcedenti c. & propter hoc dabat ei filiã suã. Magis ergo voluisset Saul, ꝙ incidisset Dauid in manus Philisthinorum, quã ꝙ percussisset eos, sed percussit eos: tunc ergo tristatus est de eo Saul. Itẽ Saul promisit filiam suam maiorẽ Dauid, vt esset vir fortis, & pugnaret contra Philisthinos: quia reputabat intra se, dicẽs: Non sit manus mea super eũ, sed manus Philisthinorum, vt patet præcedenti c. ergo magis lætatus fuisset Saul, si Dauid cecidisset in manus Philisthinorũ, q̃, si prosperè egisset. Respondendum est, ꝙ Saul lætatus fuit in eis, quę egit Dauid, vt patet hic in litera, s. Vidisti, & lętatus es. Patet etiã, qa Saul monstrauit magnã affectionẽ ad Dauid, qñ occidit Goliath: nã non ꝯcessit ei, vt reuerteretur in domũ patris sui, vt patet ꝑcedenti c. & immediatè constituit eum Principem super viros belli, & egrediebat ad omnia, ad quæcunq; misisset eũ Saul, & erat familiaris nimis, vt patet præcedenti c. De oĩbus aũt, quę egit Dauid toto tpe illo lætatus est Saul, quia diligebat eum. Cum aũt cantauerunt mulieres: Percussit Saul mille &c. incidit indignatio magna Sauli contra Dauid, & persecutus fuit eum, factusq; est inimicus eius oĩbus diebus vitæ suæ, vt patet præcedenti c. ideo ab eo tẽpore actus Dauid videbantur Sauli abhominabiles, & quanto ꝓsperabatur Dauid, tãto amplius affligebatur Saul, quia ista est conditio hostilis. Hic autem Ionathas non loquitur de illis, quæ fecit Dauid postq̃ cantauerunt mulieres, sed de illis, q̃ priori tpe gesserat: potissimũ de pugna contra Goliath, & in hoc nimis lætatus est Saul. Hoc autem apparet ex litera, quia dr̃: Percussit Philisthæum. Vidisti, & lętatus es. s. in percussione Philisthęi. *Quare ergo peccas in sanguine innoxio?* i. cur peccare proponis, nondum enim peccabat, s. occidendo Dauid, sed disponebat peccare: quia miserat famulos suos, vt occiderent eũ: sic accipit Luc. 1. Qũo fiet istud? qa virum non cognosco, i. proposui nunq̃ cognoscere, qa manifestum est, ꝙ ipsa actualiter à nullo tũc cognoscebatur. Vel potest dici, ꝙ peccabat Saul in sanguine innoxio. s. in hoc, ꝙ proponebat occidere: quia sola voluntas faciendi malũ peccatum est. *Interficiens Dauid, qui est absque culpa*. i. proponens occidere illum, qui nihil peccauit. Quod satis apparet: quia Saul solum aduersabatur Dauid pp id, qđ cantauerant mulieres: in hoc tamen nihil peccauerat Dauid: qa illę laudes non fuerũt prolatæ, eo suadente. In Hebræo habetur hic. *Interficiens Dauid inutiliter*. Interficere inuti-

F liter est interficere sine aliqua causa: quia vtilitas pœnæ est emendatio criminũ, vel ablatio peccatorũ de terra, ne vlterius peccare valeant: in Dauid autẽ nulla pœna erat, ideo inutiliter occideret. s. nõ proueniebat aliqua vtilitas ex morte illius: quia non emẽdabatur peccatum, cùm nullũ esset, nec tollebatur peccator de terra, cùm innocens esset: litera tamen nostra significantius protulit dicens, qui est absque culpa. *Quod cum audisset Saul placatus voce Ionathæ*. idest quando ista dixit Ionathas Sauli, placatus fuit Saul à furore suo, & proposuit non occidere Dauid.

Quomodo Saul precibus Ionathę placatus est, ne occideret Dauid, licet esset iratus valde. Quæst. III.

G QVAERET aliquis, quomodo Saul potuit hic placari, ne occideret Dauid, precibus Ionathæ: cum tantum eius mortẽ desideraret: potissime quia iterum rogans Ionathas pro Dauid, nõ admissus est, sed magis eum voluit Saul hasta ꝯfodere, vt patet seq. cap.? Respondendum est, ꝙ ira Saulis contra Dauid habebat ꝯtinua incrementa: irascebatur. n. illi, quia timebat eũ, putans se Regno priuãdũ pp illũ, & quia quotidie prosperabat magis Dauid, habebat causam timendi eũ magis Saul. Sic patet præcedenti c. s. & vidit Saul, ꝙ Dñs esset cum Dauid, Michol autem filia Saul diligebat eũ, & Saul magis cępit timere Dauid, & quia indignatio ad Dauid

H erat pp timorẽ, necesse erat, vt cũ magis timeret, magis ei irasceretur, & qa cũ ira intensior est, difficilior est venia, crescebat quotidie difficultas reconciliandi Saulem Dauid. Ascendit aũt gradatim: nã in prima vice, qñ Saul voluit configere Dauid cũ pariete, ira non fuit magna; iõ Saul existimans se male egisse, cessauit à furore, & nullo orante pro Dauid, recõciliatus fuit ei, vt patet ꝑcedenti c. Rursus aũt cum quotidie cresceret furor eius amplius in Dauid, iussit eum occidi, vt patet hic. Et quia grauius nũc iratus est Saul, q̃ primò, non potuit remittere, nisi orantem, Ionatha suadendo valde rõnabiliter: qa tamen nondũ consummata erat nequitia eius, flexus est ad id, qđ petebat Ionathas. Iterũ aũt grauissimè iratus

I est, & manifestato furore oĩbus, facta est iremissibilis indignatio: ideo licet tũc orasset, & excusasset diligenter Ionathas, facta est inexorabilis causa, sed ex hoc magis succẽsus furor Saulis, quo ei magis Ionathas orando pro Dauid, resistebat, ita vt in ipsum Ionatham ꝯflata fuerit indignatio Saulis, & conatꝰ est eũ lancea configere cũ pariete, vt patet seq. c. iõ nũc remisit Saul pp Ionatham, postea aũt non remisit. Fuit quoq; alia causa diuersitatis. s. quia nunc Saul non putabat Ionatham fouere cãm Dauid, nec Ionathas se gerebat, quasi ꝓ eo, qa in hoc cautus erat, & interposuit se quasi mediatorem, à nullo exoratum, sed ab ipsa ratione, & æquitate tractum, & locutus est verba rõnabilia valde pro Dauid, iõ Saul

K flexus est: cũ autem iratus fuit sequẽti c. iam cognouerat Saul, ꝙ Ionathas diligebat nimis Dauid, & ꝙ inierat cum eo fœdus, ideo non acceptauit preces illius, sed abominatus est eum, & spreuit verba eius, sicut si loqueretur Dauid. Quod autem cognosceret Saul dilectionem Ionathæ ad Dauid tunc, patet sequenti cap. nam dixit ad Ionatham iratus aduersus eum: Fili mulieris virum vltro rapientis, nunquid ignoro, quia diligis filium Isai in confusionẽ tuam, & in confusionem ignominiosæ matris tuæ? si autem non cognouisset tunc confœderationem vtriusque, forte aliqualiter fuisset flexus: vel si nunc cognouisset, forte non remisisset indignationem: fuit tamen causa potissima quotidianum gradualem incre-

le incrementum furoris, & nequitiæ consummatio, quæ nunc non erat consummata. *Iurauit viuit Dominus, quòd non occidetur.* Istud iurauit Saul ad dandam securitatē Dauid, & est modus iurandi antiquus: viuit Dominus, i. iuro per vitam Dei.

An Saul iurando nunc non occidere Dauid, peccauerit, vel fuerit periurus. Quæst. IIII.

QVAERET aliquis, An Saul peccauit nunc, vel fuit periurus, cùm iurauit non occidere Dauid? Aliquis rñdebit, ꝙ non peccauit, quia nō occidit eū: nam nunquam deuenit in manus eius, vt eum occidere posset. Sed in contrariū dicetur, ꝙ quāquam Saul non occiderit Dauid, tamen peccauit, & fuit periurus, quia habebat intentionem occidendi eum, si enim aliquis iuret, non occidere aliquem, vel non nocere ei, si habuit intentionem nocendi, vel occidendi, periurus est: ideo maximè periuriū est in intentione, ꝙ̄ in operetione, qa cū aliquis iurat, obligat se per iuramentum ad faciendū id, qđ alias facere posset: vel ad non faciendum id, quod alias facere posset. Nihil autem est propriè in potestate nostra, nisi actus volūtatis: quia executio eius, qđ volumus, nō depēdet ex potestate nostra: sed ex voluntate Dei. s. an ꝯcedat nobis agere, qđ volumus iuxta Ierem. ca. 10. s. scio Dñe, quia non est hominis via eius, nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos: & iuxta illud Salomonis: hominis est propone re, Domini autem est dirigere viam eius. Cùm ergo in potestate nostra sit solum actus volūtatis, idest illud est, qđ nos iuramus, siue facere, siue non facere, ideo, qui iurat alterū non occidere, vel non nocere ei, iurat non velle occidere illum, vel aliquando disponere ad occidendū eū: nam ipsum occidere, vel non occidere, non est in potestate eius, qui iurat: Nā dato, ꝙ iuret non occidere, & proponat non occidere, poterit per impulsum alicuius occidere illum, de quo iurauit non occidere: vt si quis habens gladiū in manu nihil mali agere proponat, & aliquis impellat eum super aliū, & corruens occidat illū. Vel si quis habens gladium impellatur à vēto fortissimo, & irruat in alterū, & occidat: non est ergo in potestate istius nō occidere alium, quia in his duobus casibus est violentia absoluta, & ponit eas Arist 3. Ethicorum cap. 1. dicens, violentum simpliciter est si spiritus, i. ventus hominem alicubi tulerit, vel si cogāt homines Domini existentes. Similiter aūt nō est in potestate alicuius occidere alterum, quia, quāquam aliquando proponat occidere illū, fortè Deus non dabit locum. Iuramentum ergo referendū est ad id, qđ est in potestate nostra: sed absolutè est in potestate nostra velle occidere, vel nolle: ideo de hoc intelligitur, & sic, si quis iurauerit alterū nō occidere, poterit in aliquo casu eū occidere, & non erit periurus, & tamen nullo modo poterit velle eū occidere, quin sit periurus. Ad voluntatem ergo referendum est. Si igitur Saul voluntatem habuit occidendi Dauid, quāquam illum nō occiderit, periurus erat, qñ ista loquebatur. Ad declarationem autem huius ꝯsiderandum, ꝙ aliud est quærere, an propter istud iuramentum Saul aliquando fuerit periurus, & aliud, an Saul peccauit tunc, quando istud iurabat. Quantum ad primum, dicendum, ꝙ Saul periurus fuit ꝓpter hoc, quod iurauit, quia quandocunque qs iurat alium non occidere, vel ei non nocere, non solum iurat non habere voluntatem tunc occidendi illum, vel non disponere ad occisionem, sed etiā ꝙ postea nihil moliatur ad occisionem illius, nisi aliqd de nouo subrepat: propter quod posset iustè agere contra illum, vel ad occisionem illius. Si autem postea nihil noui suboriatur iste obligabitur in eternū nunquam nocere illi: sic ergo de Dauid, & Saule: aūt enim iurauit, ꝙ non occideret eum: si ergo non orireť aliquid postea, propter qđ Saul posset iustè persequi Dauid, quādocunq; moliretur eū persequi, erat ex hoc iuramento periurus: sed nō fuit suborta aliqua causa, propter ꝙ̄ postea mereret̄ Dauid aliquid mali, & tñ Saul eum est persecutus ad mortem, ergo periurus fuit Saul ex hoc iuramento, siue à principio intenderet eum occidere, siue non. Non tamen fuit periurus immediatè, vt iurauit, sed tunc, cum primo disposuit eum persequi post iuramentum. Secundum erat, an peccauerit Saul, qñ iurauit? Aliquis rñdebit, ꝙ ex quo fuit periurus peccauit in iurando. Dicendum, ꝙ non stat: quia aliqui sunt periuri, qui non peccant in iurando, sed postea in agēdo: vt si quis iuret aliquid agere, vel nō agere, & tunc quando iurat habeat voluntatem cōplendi, quod iurat non peccat, etiam si postea non compleat, quod iurat, sed est periurus postea, quando venit contra id, quod iurat. Et sic dicendum est, ꝙ aliqui iurant, qui in iurando non peccant, sed in agendo sunt periuri. Alij autem iurant, qui tam in iurando, quam in agendo periuri sunt, & peccant. De primo casu patet in exemplo dato. De secundo apparet, vt si quis dicat, vel iuret aliquid: & qñ iurat illud, habet intentionem faciendi contrarium: iste in iurando peccat, & periurus est, & postea quoties contra iuramētum venire voluerit, toties periurus est. Nunc autem applicando ad Saulem, dicendum est, ꝙ, si ipse à principio, quando iurauit, habebat intentionem occidendi Dauid, non solùm fuit postea periurus, quādo rursus eum persequi cępit, sed ēt in iurando peccauit, & periurus fuit. Sed an Saul habuit intentionem obseruandi iuramentū, quando iurauit, vel infringēdi illud, dubiū est: dicendum autē, ꝙ pro tunc habuit intentionē obseruandi illud: cùm litera dicat, ꝙ placatus est à furore suo, & reconciliatus fuit ei Dauid. Postea tamen, orto nouo furore, sine causa cępit rursus persequi Dauid ad mortē, vt patet infra in litera. Dicendum ergo, ꝙ Saul periurus fuit ex hoc iuramento, tamen non peccauit qñ iurauit. *Vocauit itaque Ionathas Dauid.* Dum hęc fierent, erat Dauid absconditus, & Ionathas nouerat locū, ideo cognita volūtate patris, vocauit eū ad introducendum coram Rege. *Et indicauit omnia verba hæc.* i. declarauit ei quid dixerat patri suo pro eo, & quomodo pater iurauerat non occidere illum. *Et introduxit Ionathas Dauid ad Saul*, scilicet quando sciuit, quòd non erat aliquod periculum introduxit illum, vt esset coram Rege: innuens, ꝙ nō fuisset aliquis furor Regis contra eum. *Et fuit ante eum*, idest stetit coram Rege sicut cęteri ministri. *Sicut fuerat heri, & nudiustertius*, idest sicut consueuerat esse ante hoc Nudiustertius significat terium diem ante hoc, & quando aliquid dicitur factum nudiustertius, significatur, ꝙ hodie est tertius dies, quo factum est: sed hic non significatur præfixus certi temporis, sed accipitur pro aliquanto tempore præterito, & sic est communis modus accipiendi in scriptura: sic habetur Exod. cap. 21. scilicet, si bos cornupeta fuerit ab heri, & nudiustertius, idest ab aliquanto tempore. Sic etiam supra cap. 14. dicitur, ꝙ Hebræi, qui fuerant cum Philisthinis heri, & nudiustertius, reuersi sunt, vt essent cum Israel, idest illi Hebræi, qui erant ab aliquanto tempore in terra Philisthinorū. Sic autē hic: immo non potest accipi heri, & nudiustertius pro tempore determinato trium dierum: quia falsa esset litera, cùm dicatur hic, ꝙ fuit coram eo, sicut fuerat heri, & nudiustertius: & tamen manifestum est, quòd nō fuerat

fuerat heri Dauid cū Saule, quia Ionathas dixit ei: obserua te, quęso, mane, & manebis clam, & absconderis: & sic factum est: ergo illa die non fuerat cum Saule. Dicitur tñ ꝙ fuerat heri, & nudiustertius, ergo nō intelligit per hoc tēpus determinatū, sed aliquantum tempus præteritum indeterminatum.

Quando reductus est Dauid per Ionatham coram Saule, vt prius erat. Quæst. V.

QVAERET aliquis, Quomodo sit verum, ꝙ Dauid steterit nunc coram Saule, sicut fuerat heri, & nudiustertius, quia à principio erat Dauid cū Saule spāliter astando semper illi, vt patet supra c. 16. s. Misit Saul ad Isai dicēs: stet Dauid in conspectu meo, inuenit enim gratiā in oculis meis: postea tamen Saul pacificatus Dauid amouit eum à se, vt patet præcedenti c. ergo iam non redijt ad illā familiaritatem, quā prius habebat. Aliquis fortè respōdebit, ꝙ Saul amouit à se Dauid, quia iratus erat illi: nunc tamen per Ionatham recōciliatus fuit: ergo reduceret eum in statum pristinum. Sed dicendum, ꝙ non stat: quia Saul non amouit à se Dauid quando erat ei iratus, sed quando fuit illi pacificatus remouit à familiaritate priori constituens illum in maiori honore, vt patet præcedēti c. s. amouit ergo eum Saul à se, & fecit eū tribunum super mille viros, nunc tñ eodem modo reconciliabatur Dauid, vt primo erat: & non reducebatur in maiorē amorem, q̃ erat prius, sed solū pacificabatur illi, dās securitatem de vita: ideo non est verisimile, ꝙ reduceret eum ad familiaritatem, quam ab initio habuerat. Si enim illā abstulisset Saul Dauid iratus reduceret eā illi pacificatus: sed abstulit eam cum pacificatus esset: ergo non reduceret eam nunc, cū denuo pacificaretur: quia secunda reconciliatio inimicorū minores vires habet, q̃ prima: & tertia, quàm secunda, & sic consequenter de alijs. Item patet hoc, quia causa, propter quam Saul amouit à se Dauid, manebat nunc, ideo nunquam reduceret eū in pristinam familiaritatem: erat autem causa huius timor Saulis: nam cùm vidit Saul magnū esse fauorem Dauid in populo per cantum mulierum, putauit, ꝙ Dauid aliqua die conaretur occidere Saulem, &, eo occiso, ꝑ fauorem populi efficeretur Rex, & quia ad hoc habebat Dauid nimiam opportunitatem propter magnā familiaritatem, quam habebat à principio cū Saule timuit Saul, ꝙ aliqua die aggrederetur Dauid: Consulens ergo vitæ suæ amouit à se Dauid, q̄q̄ esset pacificatus illi, & ne videretur eum grauare, vel agere ex odio, dedit ei maiorem dignitatē, vt amoueret minorem, vt patet præcedenti c. nunc tamen non desierat Saul timere Dauid, immo magis timebat eum, quàm à principio, vt patet præcedenti c. s. Michol autē filia Saul diligebat Dauid, & Saul magis cępit timere eum: ergo non reduceret Saul Dauid in priorem familiaritatem, sed magis eum à se remoueret, quàm prius quātum fieri possit: & sic dicendum est, quòd nunquam redierit Dauid in primam familiaritatem, quam habuerat cum Saule. Cum autem dicitur hic, quòd stetit Dauid corā Saule, sicut heri, & nudiustertius, non significatur specialis familiaritas, quā à principio habuit, sed quædam assistentia communis, quæ competebat omnibus de curia Saulis. Pro quo sciendum est, ꝙ omnes serui Regum, vel Dominorum assistunt aliquo modo illis, inquantum vadunt comitantes eos per viā, vel quocunque ierint, & stant in atrijs eorum seruādo eos: ista autem vocatur assistentia generalis, quæ nulli denegatur, & non continet aliquid dignitatis:

Assistētia quid est.

F alia autem assistentia est specialis, qua famuli specialiter assistunt Dominis, in quibuscunque locis sint, siue in camera, siue in alijs locis secretis, & est eis potestas loquendi Dominis quandocūque voluerint: & istud est magnæ excellentiæ. Isti autem sunt serui, qui semper dicuntur videre faciem Regis. De talibus dicitur Esther cap. 1. quòd erant septem eunuchi primi, & proximi Duces Persarum, atq; Medorum: qui videbāt faciem Regis, & proximi post eum residere soliti erant. De his etiam dicitur supra cap. 16. Ecce Spiritus Domini malus exagitat te, iubeat Dominus noster Rex, & serui tui, qui coram te sunt, quærant hominem scientem psallere. Ibi vocantur serui, qui erant coram Rege illi, qui speciali- G ter manebant coram eo ad differentiam aliorum, alioquin dictū fuisset indeterminatè: serui tui quærant hominem, & non serui tui, qui coram te sunt. De Dauid autem dicendum est, ꝙ à principio cum vocatus fuit Dauid à Saule, stabat coram eo familiariter nimis per secundam assistentiam: quia dicitur supra 16. cap. & venit Dauid ad Saul, & stetit corā eo, at ille dilexit eum nimis, & significatur magis ista assistentia: quia Saul orauit Patrem eius Isai, vt permitteret Dauid stare coram se, vt patet eod. cap. scilicet Misit Saul ad Isai, dicens: stet Dauid in conspectu meo, inuenit enim gratiam in occulis meis: Habuit autem istam familiaritatem specialem Dauid ad Saulem toto tempore, quo mansit cum eo H prima vice ante bellū Philisthinorū: deinde cum pugnauisset contra Goliath, assumptus est ad eandē familiaritatem, & maiori affectione, quàm prius: ga prima vice permisit Saul reuerti ad Patrē suum. De secunda autem dicitur, quòd tulit eum Saul in die illa, & non concessit ei, vt reuerteretur in domum patris sui præcedenti cap. durauit autem ista familiaritas vsque ad tempus, quo cantauerunt mulieres coram Saule: nam dicitur præcedenti cap. Egrediebatur Dauid ad omnia quæcunque misisset eum Saul, & prudenter se agebat, & acceptus erat in oculis vniuersi populi, & maximè in conspectu famulorum Saul, postquam autem mulieres cantauerūt incepit Saul abhominari, & timere Dauid, & tunc I amouit eum à se, & fecit tribunum, vt patet præcedenti cap. postea vero, quanquam sæpe iratus fuerit Saul Dauid, & reconciliatus est ei: nunquam tamē restituit eum ad gradum primæ familiaritatis: & de hoc procedunt argumenta, & vera sunt. Cum autē hic dicitur, quòd Saul fecit stare Dauid ante se, sicut heri, & nudiustertius, intelligitur de familiaritate communi, quam habebant omnes serui Saulis: quia quilibet poterat stare in aula eius securus, & aliquando assistere Regi. Ad hanc vero redijt nunc Dauid: quia à multis diebus iam non habebat primam familiaritatem, & cum dicitur: sicut heri, & nudiustertius, idest, sicut erat coram Saule ex eo tempore, quo mulieres cantauerunt: quia tunc cę- K pit habere solam generalem assistentiam, & ad hāc nunc reductus est: quia præcedenti die etiam ista non licebat ei, cum absconditus fuisset à facie Sulis, ne occideretur.

Motum est autem. Hic ponitur tertium huius cap. in quo Dauid à Saule iterato inuaditur: nam conatas est eum configere cum pariete, & dicitur. *Motum est autem rursus bellum*. Istud bellum non fuit motum ab Israelitis contra Philisthinos, sed à Philisthinis contra Israel, quod patet: quia dicitur immediatè: Et egressus Dauid pugnauit aduersus Philisthijm. In quo innuitur, quòd primo motum fuit bellum, quàm Dauid egrederetur. Si tamē Israelitæ mouissent: quia ipse agebat oīa bella, bellū Dauid fuisset,

fuisset, qui illud mouisset: quia ipse agebat oĩa bella A Israelitarum tempore, quo mansit cum Saule, vt patet inf. 2. lib. c. 5. cum dixerũt oẽs Israelitę ad Dauid: Ecce nos os tuũ, & caro tua sumus, sed heri, & nudiᵘˢ tertius, cùm esset Saul Rex super nos, tu eras educẽs, & reducens Israel: sed Dauid non mouit istud Bellum: ergo mouerunt illud Philisthini. Hebræi dicũt de isto Bello, sicut præmisimus p̃cedẽti. c. ꝙ Philisthini mouerunt Bellũ, quia putauerunt, ꝙ Dauid non exiret obuiam eis: eo, ꝙ nouiter acceperat vxorem: oĩs aũt nouus maritus habebat vnum annũ, in quo non cõpellebatur exire ad Bellũ: Deut. c. 24. exiuit tamen Dauid. Et dicunt Hebræi, ꝙ illud intelligebatur de Bello voluntario: istud autem erat necessarium: quia hostes inuaserant terram, ideo obligaba B tur exire ad Bellum.

An Dauid nouiter coniugatus teneretur secundum legem exire ad Bellum. Quæst. VI.

QVAERET aliquis circa hoc, cũ Dauid nouiter coniugatus exierit nunc ad Bellum, an secũdum legem Hebræorum obligatus fuerit exire? Respondendum est, ꝙ lex erat. 20. & 24. c. Deut. ꝙ cũ qs acciperet nouiter vxorẽ per annũ vacaret à Bellis, & ab oĩbus publicis oneribus: Hebræi tamen dicunt nunc obligatũ fuisse Dauid distinguentes de Bello necessitatis, vel voluntario: istud autem erat Bellũ maximè necessitatis, ideo dicebant neminem C excusari. Sed falsum est, & ꝯtra tenorem legis, quia etiam lex dicit, ꝙ si fuerit necessarium non imponatur ei Deuter. c. 24. s. cũ acceperit homo nuper vxorem non procedet ad Bellum, nec ei quippiam necessitatis iniungeť publicè, sed vacabit absque culpa Dñi sui, vt vno anno lætetur cum vxore sua: nec solũ erat hoc de illo, qui nouiter acceperat vxorẽ, sed etiam de eo, qui acceptam nondum carnaliter cognouerat: nam non cogebatur exire ad Bellũ, & si exiret, debebat redire, vt patet: Deut. c. 20. s. Quis est homo, qui desponsauit vxorẽ, & non accepit eã, vadat, & reuertatur in domum suã, ne fortè moriať in Bello, & alius homo accipiat eam. Itẽ patet hoc, quia non poterat esse Bellum maioris necessitatis, q̃ D illud, quod egit Gedeon contra Madianitas: nã Madianitę infuderant se super terram, sicut locustę, & dissipabant oĩa bona Israelitarum, vt patet Iudi. c. 6. & tamen in illo bello excusati sunt formidolosi, vt patet Iudi. c. 7. vbi Gedeon, iubente Dño, præiudicauit corã toto populo, qui formidolosus, & timidus est, reuertať: & recesserunt de Monte Galaad. 22. millia: & manserunt solũ. 10. millia, sed idem iuris erat de formidoloso, & accipiente nouiter vxorẽ, & de illo, qui plantauerat vineam, & nondũ comederat de ea, & de eo, qui ædificauerat nouã domũ, & nõdũ habitauerat in ea, vt patet Deut. c. 20. vbi oẽs hi iubentur redire de Bello: ergo etiam si esset Bellum necessitatis accipiens nouiter vxorem, non tenebatur E illùc exire. Item patet hoc, quia Bellum nimiæ necessitatis erat, quod fecit Iudas Machabęus contra seruos Regis Antiochiæ, cùm illi vastarent totã terram Israel, & prohiberent obseruare legẽ Dei: Iudas tamen, quando pugnauit contra illos, posuit edictũ de formidolosis, & accipientibus vxores, & de omnibus quatuor generibus personarum, ꝙ redirẽt in Domos, vt patet. 1. Macha. c. 4. ergo etiam in Bello nimiæ necessitatis nouus maritus nõ tenebatur pugnare, Dauid autem nouiter acceperat vxorẽ, ideo nõ cogebatur: ipse tñ sponte exiuit ad Bellũ, qa erat princeps virorum bellatorum: nam cõstitutus erat tribunus super mille viros, vt patet præcedẽti c. sic

etiam cum contraxerat sponsalia cum Michol, nõ tenebatur exire ad aliquod Bellũ Deut. c. 20. exibat tñ non solũ ad Bella necessaria, sed ẽt ad Bella spõtanea: nã descẽdit in Accaron, & p̃cussis 200. viris, tulit præputia eorum præcedẽti c. vt dareť ei sponsa.

Quare ponitur hic Bellum hoc Philisthinorum, cum tamen scriptura intendat ponere persecutionem Saulis contra Dauid. Quæst. VII.

QVAERETVR vlterius, Quare positum fuit hic de isto Bello, qđ Philisthini fecerunt contra Israel, quia intentio scripturæ erat hic declarare, quomodo Saul p̃secutus fuerit Dauid, quia ex principio c. p̃cedentis vsq; ad finẽ libri huius, de hoc est tota materia, sed istud Bellũ, qđ mouerunt Philisthini, nihil ad hoc agit? Aliquis r̃ndebit, ꝙ scriptura vult enarrare non solũ p̃secutionẽ Dauid, sed etiã oĩa, quæ acciderunt tp̃e illo, & quia istud Bellũ motum fuit eo tp̃e, quo Saul persequebatur Dauid, scriptura illud enarrauit. Sed hoc non stat, quia scriptura nunquam enarrat, nisi de eo, de quo intendit, nisi sit aliquid, quod pertinet aliquo modo ad illud: sic autem fuit hic: quia scriptura intendit principaliter dicere de persecutione Saulis contra Dauid: & quia ista persecutio habuit quadã originem, vel incremẽtum ex isto Bello, describitur hic Bellũ. Fuit aũt modus, ꝙ Dauid in bello isto prosperatus est, & ex hoc Saul magis cępit eũ timere: sic dr̃ præcedenti. c. ꝙ quantomagis cognoscebat Deum esse cum eo, magis timebat illum: & qa ex victoria huius Belli magis cępit prosperari, timuit, & abominatus est eum magis Saul, & ex hoc conatus est eũ occidere, habita opportunitate, s. cum psalleret coram eo arrepto à Dæmone, vt patet infra, & quia illa fuit prima persecutio post ꝯciliationem factã inter Dauid, & Saulem: & illa habuit originem, ex illo Bello scriptura illud enarrauit, tanq̃ pertinens ad principalem intẽtionem. *Et egressus Dauid pugnauit aduersus Philisthijm.* idest imediatè, vt sciuit Dauid Philisthinos ingressos in terrã Israel, exiuit obuiã illis, ipse enim erat Dux Belli, & fuerat constitutus tribunus mille virorum vt in præcedenti c. non tñ erat obligatus nunc egredi ad Bellum: quia nouiter acceperat vxorem, & noui mariti habebant annũ, in quo non obligabantur exire ad Bellum: nec poterãt eis iniungi aliæ necessitates publicæ, vt patet Deut. c. 24 egressus tamẽ est sponte: & quia verecundũ erat, ꝙ cũ ipse esset princeps Belli, & accepisset vxorem filiam Regis, vt ageret Bella, ꝙ nunc irruentibus hostibus, nõ exiret eis obuiã. *Percussitque eos plaga magna.* s. fecit magnã stragem in eis: erat. n. Deus in Dauid, & dabat ei victoriam contra omnes hostes. *Et fugerunt à facie eius,* scilicet, quia non potuerunt sustinere impetum illius, & stragem magnam, quam faciebat: nam, quanquã ipsi multi essent, Deus, qui erat cum Dauid, superabat omnes hostes. *Et factus est Spiritus Domini malus in Saul.* Hic incipit persecutio, scilicet, quia cum habuit Dæmonem arripientem Saul, conatus est occidere Dauid. Aliqui autem dicunt, quòd Saul fuit arreptus à Dæmone merito præuaricationis suæ; scilicet, quia incępit magis abominari Dauid post Bellum præcedens: & arripiebatur à Dæmone, in pœnam peccatorum suorum. Quicquid autem sit, nõ ponitur hic arreptio à Dæmone tanquã pœna peccati Saulis, sed tanquam id, per quod occasionẽ habuit sequens p̃secutio. *Sedebat autem in domo sua,* s. erat Saul in palatio suo, quando arreptus est à Dęmone: nam cum esset deditus cuicunque negocio ambulans, vel sedens, arripiebat eum subito Dæmon,

& sic nunc, cum fortè sederet Saul ad aliquid agendum, Dæmon inualit illum. *Et tenebat lanceam*.s. tenebat eam in manu sua: quia declaratum est pcedenti c. semper Saul tenebat lanceam in manu, vel si aliquid ageret, tenebat eam iuxta se, ita, vt siue comedens, siue dormiens esset, siue quodcunq; aliud agēs semper lancea esset munitus: ratio autem ibi posita est. *Porro Dauid psallebat in manu sua*. i. cum manu: nā qñcunq; arripiebatur à Dæmone, semp Dauid psallebat, quia sic leuius ferebat, & recedebat ab eo spiritus nequam, vt patet supra c. 16. vnde ꝯsuetus erat per singulos dies Dauid psallere coram Saule, vt patet præcedenti c. *Nisusque est Saul configere lancea Dauid in pariete*. i. iecit lancea ad Dauid, vt transfoderet eū, & figeret in pariete: sic. n. supra fecerat c. pcedēti.

Quare Saul redijt persequi Dauid post conciliationem. Quæstio VIII.

QVAERET aliquis, Cum Saul pacificatus esset Dauid, quare redijt hic ad persequendū eū ad mortem? Respondendū est, ꝙ Saul timebat nimis Dauid, & pp hoc habebat eū exosum, vt supra declaratum est: erat autem timor iste circa rem non paruā. s. circa vitam, vel statum: nam putauit, ꝙ Dauid aliqua die occideret eum, vel deponeret de Regno per fauorem popularem, & quia iste timor semper manebat in Saule, immo quotidiè suscipiebat incrementa: cum quotidiè Dauid prosperitas augeretur, semp manebat causa, vt Saul haberet Dauid exosum: ideo, q̄q̄ aliquādo ꝯciliaretur ei, rursus ad persecutionem eius redibat. Interdum autem conciliabatur ei pp eos, qui mediabant, sicut supra, cùm Ionathas locutus fuit bona pro Dauid ad Saulē: & ipse, conuictus rōnibus Ionathæ, iurauit, ꝙ non occideretur Dauid: quia tamen adhuc manebat rancor in corde, qui quotidiana suscipiebat incrementa: & maxime per istud Bellum, quod nunc præcesserat contra Philisthinos, in quo prosperatus fuerat Dauid: erat autē de Saule sicut de homine incontinente, qui nimis incitatur ad venerea: nam licet iste interdum alijs exorantibus, aut increpantibus, vel ratione conuincentibus, cesset ad horam ab iniquo proposito, tamen, quia manet ei infixus ardens stimulus, mox, vt desierint deprecantes, vel increpantes, redibit ad id, quod prius intendebat: sic enim, q̄q̄ Saul sæpe pacificaretur Dauid, conuincente ratione, & persuasione: rursus tamen ad eum persequēdum acrius vertebatur.

Quare Saul conatus est nunc configere Dauid lancea, dum esset arreptus. Quæst. VIIII.

QVAERETVR vlterius, Quare nunc Saul conatus fuit configere lancea Dauid, cum pariete, cùm esset arreptus à Dæmone, & non alio tēpore, cum posset hoc facere. Aliquis rñdebit fortè, ꝙ hoc faciebat, quia Dæmon, qui arripiebat eum, incitabat illum ad persequendum Dauid, ideo cum arriperetur, acrius persequebat̄: vñ bis conatus est Saul occidere Dauid, cum à Dæmone torqueretur, & alias non conatus est, vt patet præcedenti c. Sed dicēdum est, ꝙ nō stat, qa Dæmon, qui torquebat Saulē, non dabat̄ ei ad immutandum cor illius ad iniquas cogitationes, sed ad corporaliter eum vexandū; incitare autē eum ad psequendum Dauid, ad spirituales tentationes ptinet. Itē non est verisimile, ꝙ iste Dæmon ad hoc impelleret Saulem, qa iste Dæmon dabatur à Deo, vt vexaret Saulē, ut patet supra c. 16. scilicet spiritus Dñi recesserat à Saul, & exagitabat eum spiritus neq̄ à Dño. i. missus à Dño ad hoc. Non

F poterat tñ iste spūs plus agere in Saulē, q̄ Deus ei iuberet: si ergo ipse spāliter incitaret Saulem ad persequendum Dauid, Deus dedisset eū ad hoc: & consequenter Deus directè dedisset occasionē ad peccatū Saulis, & ad pœnā Dauid: sed vtrunq; est falsum. Itē non stat hoc: qa de nullo arrepticio legimus, ꝙ à Dęmone motus sit ad iniquas cogitationes, sed solū, ꝙ vexet eū corporaliter, vt patet ex toto processu euāgeliorū, vbi de multis arrepticijs agit̄. Item adhuc, & fortius non vr̄ hoc stare: nam Dęmon potest tentare arreptitium ad aliquid iniquè agendū, qñ eum vexat: nam tentatio Dæmonis est secundū actū phātasiæ, s. qa aliquas species nouas nobis in Phantasiā præsentat, vel aliquas ibi dudū existentes mouet ad

G hoc, ꝙ per eas habebamus nouum actum: motus autē phantasiæ est quodāmodo spūalis, & multū disparatus à motu corporali, & aliquo modo repugnans illi: vexatio autem à Dęmone est motus corporalis, & fortis, ideo, qñ fuerit motus iste vexationis, nō pcipietur actus Phātasiæ: nam ad hoc, ꝙ motus interiores sentiantur, necesse est nos carere omnib⁹ motib⁹ exterioribus, ideo Philosophus dixit 3. Ethic. ꝙ anima quiescendo fit prudens, & sapiens, i. cessando ab oībus motibus corporalibus: si tamen non repugnaret aliquo modo corporalis motus spirituali immutationi, nō magis fieret aīa sapiēs cessando à motib⁹ corporalibus, q̄ in ipsis motibus: ergo mot⁹ corporales impediunt sensationē motuū spūalium. Itē

H patet hoc ex natura delectationis: nā secundū Philosophum 10. Ethic. qñ sunt duæ delectationes disparatæ, necesse est, vna existente, aliā non sentiri, q̄q̄ psens sit delectabile, vel, si sentitur, parum sentietur. Si autē, existente aliqua delectatione, possit alia sentiri, indicat istam primam esse paruā allegans exemplū Græcorum. s. ꝙ illi athletæ sunt praui, quos vidēdo pōt aliquis delectari comedēdo legumina q. d. si delectatio in videndo athletas esset magna, nō possent videntes delectari in comedendo legumina: qa totaliter ꝯuerterentur ad sentiendū delectationē athletarum, & non possent incendere alicui alteri actui: vnde de delectatione maxima, q̄ est in quodā genere tactus dicit. 7. Ethic. circa finem, ꝙ præsente ipsa,

I priuantur oēs actus aliarum potentiarū, sed impossibile est aliquid nos intelligere, existente ipsa: sic ergo erit de motibus, ꝙ cum simul fuerint motus corporales, & immutationes spūales nō poterit quodcunq; eorum perfectè sentiri, sed impedietur vnum per alterum, & id, quod maius fuerit, sentietur solū: cùm ergo maiores fuerint motus corporales, q̄ motus spirituales, nihil pcipiemus de immutatione spirituali, sed solū corporalē. Quāto ergo fuerit maior excessus, tāto minus sentiet̄, qa, si simpliciter ad simpliciter, & magis, ac minime, vt patet. 2. Topicorum: sed vexatio, quam Dæmones faciunt in arrepticijs, est mot⁹ corporalis nimis afflictiuus: q̄q̄ ergo tūc Dęmon faciat aliquas immutationes in phantasia, non

K poterunt percipi ab arrepticio: quia anima eius totaliter intendit vexationi, sicut cum actualiter percutimur, non possumus vacare speculationi: nunq̄ ergo Dæmon tētat aliquem ad iniquas cogitationes, quando eum arripit corporaliter vexādo: quia scit hoc esse superfluum: nihil. n. proficeret, si tentaret. Dicendum ergo, ꝙ Saul nō incitabatur à Dęmone ad percutiendum Dauid, quando arripiebatur à Dęmone. Aliter autem, & melius dici posset, ꝙ quamquā Dęmon, quando arripiebat Saulem, non suggerebat ei, vt percuteret Dauid, tamen mouebat actualiter manus, & pedes eius ad faciendum malum contra Dauid, scilicet, vt iaceret lanceam: nam sicut Dęmones cogunt ipsos arrepticios interdum loqui ca,

ea, quæ nesciunt, vt patet de puella phytonissa, quæ rñdebat de occultis Actuũ. c. 16. & de Saule: q̃ prophetauit in medio domus suæ, qñ eum arripuit Dęmon, vt in pcedẽti. c. ita pñt Dæmones mouere manus, & pedes arrepticiorum qualitercũq; voluerint. Sic patet Mat. 17. c. de puero Dęmoniaco, & lunatico, q̃ sæpe à Dæmone pijciebatur in aquam, & sępe in ignẽ: cũ dr̃: Dñe miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur: nam sępe cadit in ignem: & crebro in aquam. Hoc aũt non faciebat ipse sponte, sed Dęmõ cogebat hoc facere, qñ arripiebat eũ. Itẽ patet de porcis, in quos misit Christus legionẽ Dęmonũ: nam ante hoc erant porci quieti, & illico, vt Dæmones intrauerunt in illos, impetu facto, irruerunt in mare præcipites quasi duo millia porcorũ, B vt patet Marci. c. 5. & Mat. 8. hoc aũt fuit, qa Dæmones mouerunt eos ad præcipitandum se, immò Dęmones nõ possunt aliter vexare arrepticios, nisi mouendo aliquas partes corporis eorum: poterat ergo Dæmon arripiens Saulẽ, mouere manus eius ad iaciendũ lanceam in Dauid. Sed dicendum est, ꝙ quãquam hoc sic fieri poterat, tamen non sic factũ est: quia Saul si sic fecisset, non peccasset, quia non ipse, sed Dæmon agebat: peccauit tamen: ergo non impulit eum Dæmon. Item patet hoc magis: quia de prima vice, quando Saul iecit lanceã in Dauid, dicitur præcedenti. cap. ꝙ tenebat Saul lanceam, & emisit eam putans, ꝙ configere posset Dauid cũ pariete: ergo apparet, ꝙ ex præcogitatione, & electione egerit. C De secunda vice patet, ꝙ etiam volens egerit, qa dicitur hic, ꝙ nisus est Saul configere lancea Dauid in pariete: ergo intendebat illud agere. Item patet, quia cum fugerit Dauid non percussus, misit Saul satellites post eum, vt custodirent ipsum, vt patet immediate: ergo Saul sponte egit, alioquin, cum redijsset ad sanam mentem, non misisset satellites. Aliquis respondebit aliter, ꝙ Saul conatus est configere Dauid, quando arreptus est à Dęmone, quia tunc habebat opportunitatem, cũ præsens esset ei Dauid, psallens cithara, & alias nõ erat præsens. Sed hoc non stat: quia quotidiè ibat Dauid, & stabat in conspectu Regis, q̃q̃ non esset in familiaritate speciali: sic patet supra in litera, s. Et introduxit Ionathas Dauid ad Saulem, & fuit ante eum, sicut fuerat D heri, & nudiustertius: sed heri, & nudiustertius consuetus erat stare coram Rege, ergo etiam nunc stabat, & sic poterat alias eum occidere mittendo lanceam. Sed dicendum, ꝙ Saul non tentauit mittere lanceam, nisi quando arripiebatur à Dæmone, eo, ꝙ volebat per dissimulationem occidere Dauid, quasi fingens, ꝙ noluisset: hoc autem maximè poterat qñ arripiebatur à Dæmone, eo ꝙ volebat per dissimulationem: quia tunc fingebat se tanq̃ amentem, qđ etiam alij verisimiliter credere possent, eo, ꝙ videbant eum Prophetare quãdo arripiebatur, vt patet præcedenti. c. ergo tũc erat opportunitas ad iniquè agendum, & occultãdum iniquitatem: si autẽ alias E egisset, omnes cognoscerent, ꝙ ab intentione agebat. Sed dicet aliquis, ꝙ non faciebat Saul propter hoc: quia iam cęperat persequi manifestè Dauid: nã misit Ionatham, & famulos suos, vt occiderent eũ supra in litera. Respondendum, ꝙ nondum Saul apertè persecutus fuerat Dauid, nec obstat, quod dicitur, quia ibi non iussum est publicè, sed in secreto Ionathæ filio suo, & ministris eius, qui illud secretè agere potuissent, si voluissent. Item, licet illud iussũ fuerit: tamẽ nondum fuit executioni traditum, Ionatha orante, vt patet supra: & sic non fuit publica persecutio Saulis cõtra Dauid per mandatũ istud. Sed adhuc obijcietur, ꝙ Saul publicè mandauit Ionathæ, ꝙ adduceret Dauid ad occidendum, audientibus oĩbus, q̃ erant ad mensam Regis, & in palatio eius, vt patet sequenti c. Rñdendũ, ꝙ Saul aliqñ persecutus fuit Dauid apertè, crescẽte furore; hactenus tamen nondũ fuerat persecutus apertè, ideo nunc quoq; voluit occidere Dauid per dissimulationem, quod facere non poterat, nisi cum arriperetur à Dęmone, ideo tunc lanceam misit.

Dauid voluit psallere coram Saule arrepto: quia credebat ipsum reconciliatum esse, & quòd prius ex insania ipsum occidere voluisset. Quæstio X.

QVAERETVR vlteriꝰ, cur Dauid voluit nũc psallere coram Saule arrepto à Dęmone, cũ iterum eum psallentem lancea configere conatus sit præcedenti. cap.? Responderi põt, ꝙ Dauid poterat credere, quòd illud factũ fuisset per insaniam, & nõ ex intentione, quia Dęmon tunc fortè conuerteret Saulem in dementiã, cuius signum erat, quòd prophetabat, ideo nunc nõ crederet, ꝙ iterum ad eum lanceam mitteret. Aliter etiam dici põt, quòd, quãquã Dauid crediderit, quòd Saul prima vice egerit ex intentione, tamen nunc credebat, quòd non mitteret rursus ad eum lanceam, quia iam ei reconciliatus fuerat. Posset. n. existimare, quòd, si Saul voluisset eum occidere post reconciliationẽ, cum multoties habuisset opportunitatem, ad hoc misisset lanceam, nunq̃ tamen misit; ergo credebat nunc, ꝙ iã non mitteret. Aliter põt dici, ꝙ, q̃q̃ Dauid timeret, quòd Saul eum nũc conaretur ꝯfigere, sicut primo: tamen stabat coram eo psallens: quia non audebat aliud agere: nam Dauid ab initio vocatus fuerat à Saule principaliter, vt psalleret coram eo, quãdo arriperetur à Dęmone: si ergo aliquando arriperetur, & Dauid nollet psallere, ex hoc videretur reus mortis, & haberet Saul occasionem occidendi eum coloratè. Oportebat ergo, quòd Dauid ageret alterũ de duobꝰ, scilicet, vel, quòd fugeret à facie Saulis, recedens totaliter de terra Israel, vel psalleret coram eo, qñ arriperetur à Dęmone, q̃q̃ timeret lancea cõfigi. Recedere autem totaliter de terra Israel non visum est Dauid expediens, & hoc pp duo. Primò: qa videretur ipse in culpa, & aliquid mali moliri contra Saulem, si nunc recederet, qñ erat reconciliatꝰ Sauli, & nondum mouerat quicquã Saul contra eũ: Dauid tñ volebat euitare omnẽ speciem mali. Secũdò visum est inconueniens: quia, si recederet nunc à facie Saulis non erat rediturus, & iam non speraret aliqđ bonũ se posse habere in terra Israel, viuente Saule: credebat tñ Dauid, quòd adhuc furor Saulis cessare posset, per obsequia eius, & patientiã, ideo expectabat, q̃q̃ timeret vsquequo videret, an placaretur furor eius, vel fieret iniquitas consummata. Cũ autem vidit, quòd Saul penitus decreuerat occidere illũ, recessit ab eo, vt patet sequenti. c. nunc aũt nondum hoc viderat, iõ, q̃q̃ vitæ suæ timeret, stabat coram Saule, & psallebat, cũ arriperetur à Dæmone: & ista vltima est melior solutio. *Et declinauit Dauid à facie Saul.* i. noluit stare coram eo: nam, cũ non potuerit eum lancea percutere, credidit, quòd illicò eum iugulari deberet. fugit ergo à facie eius, sed adhuc non fugit omnino à facie eius hac vice, qa postea redijt ad Saulem, vt patet sequenti. c. *Lancea autẽ casso vulnere prolata est in parietem.* Idest, lancea errauit vulnus, s. qa non pcussit, & transiuit in parietẽ, apud quẽ erat Dauid: & dr̃ casso vulnere i. ꝙ lancea caruit vulnere, s. qa non potuit vulnerare. Est. n. cassus participium verbi careo, & dr̃, ꝙ prolata est i. mota est, vel transijt. *Et Dauid fugit*, scilicet postquam lancea infixa

Dauid noluit recedere d' terra Israel ꝑpter duo.

infixa est in pariete Dauid fugit in domū suā: nam ibi mansit in nocte, & vallatus est à ministris Regis vt patet inf. *Et saluatus est nocte illa.* i. saluauit se à morte per fugā, de qua hic dicitur: nec tamen dicitur ꝙ penitus saluauerit se, quia solum fugit vsq; ad domum suam, & illico vallauerūt eum ministri Regis, & occisuri erant eū, nisi rursus fugeret per fenestrā de domo: & per illam fugam saluatus est. Præsupponendum est autem hic, quamquam nō exprimatur, ꝙ istud accidit per noctem, vel saltē in fine diei, sed magis credendum est adhuc, ꝙ per noctem accideret, scilicet, ꝙ Dauid esset in domo Regis per noctē, sicut solet fieri apud alios Reges, ꝙ non vadant cubitum vsque ad magnam partem noctis, & ibi maneāt ministri eorum coram eis: eo tēpore noctis accidit, ꝙ arriperetur Saul à Demone, & psalleret Dauid, atque mitteretur lancea in eū, & tunc fugit per noctē. Hoc autem significat litera, cùm dicitur, ꝙ saluatus est nocte illa, quasi innuat, ꝙ per noctem fugit: etiā quia inf. dicitur, ꝙ ministri Regis vallauerūt nocte domum Dauid, vt occiderent eum mane: si tamen hoc accidisset per diē, illico Saul misisset ministros suos contra Dauid. *Misit autem Saul satellites suos nocte in domum Dauid.* Sciuit enim Saul, ꝙ Dauid fugiebat in domū suam, ideo misit confestim illùc ministros, vt eum raperent: vocantur autem hic satellites illi, qui ministrant alicui ad quodcunque: vnde satelles est nomen generale ad omnes ministros: sic enim dicit Boetius, ꝙ aliqui ambiunt latus multo satellite. i. multis ministris, vt patet. 3. de consolatione prosa. 4. Accipitur tñ satelles magis pro ministro ad malum, & sic accipitur hic. Nam isti obediebant Sauli ad malum: iuerunt autem isti per noctem, quia Dauid fugerat per noctem, vt dictum est. *Vt custodirent eum.* s. ne egrederetur domum: putauit n. Saul, ꝙ Dauid vadens in domum suam, acciperet inde aliquod apparatum ad fugiendum per noctē, ideo misit custodiri domum, vt non egrederetur: ipse tamē egressus est, vt patet infra: nā isti satellites Saulis, cùm scirent domum Dauid habere vnicam portam, custodierant illam tantū, deposuit tamen Michol Dauid per fenestram, & fugit, illis ignorantibus. *Et interficeretur mane,* i. custodiretur per noctē, ne egrederetur, vt in aura occideretur.

Quare Saul fecit custodire Dauid per noctem, vt interficeretur in mane. Quæst. XI.

QVAERET aliquis, Quare Saul fecit, ꝙ obseruaretur Dauid ad occidēdum in aurora, & noluit occidere per noctem? nam potuisset per noctē capere illum antequam fugeret, & occideret. Nicolaus respōdet, ꝙ hoc faciebat Saul, quia putabat turpe esse, ꝙ aliquis homo occideretur in lecto, vel per noctem. Sed dicendū est, ꝙ Saul hoc fecit, quia Deus mouebat eum ad faciendum hoc: nam si immediatè, vt ministri Saulis iuerunt ad domū Dauid, ingressi fuissent ad capiendum eum cępissent, quia nondū fugerat, sed postea deposuit eū Michol per fenestrā: Deus tamen volebat, vt non moreretur Dauid, iō posuit in corde Saulis, ꝙ iuberet ministris suis, vt custodirent domū Dauid vsque mane, & non raperēt eum immediatè, & sic habuit Dauid locum fugiendi: q̃q̃ tamen Deus mouisset cor Saulis ad hoc: ipse tñ nesciebat se moueri à Deo, nec agebat pp hoc, sed ad aliam causam. Volebat. n. occidere Dauid habens aliqualem colorem occidendi: ne totus Israel clamaret contra eum, cum omnes diligerent Dauid, vt patet præcedenti cap. & quia si per noctem Saul fecisset occidere Dauid, apparuisset hoc factum

F esse iniquè, quia, qui malum agit, odit lucem, vt pa-
tet Iob. cap. 24. & extra de offi. deleg. c. consuluit. iō
voluit expectare vsque ad mane. Sed tunc dicet ali-
quis, quomodo poterat occidere Saul Dauid in au-
rora coloratè? nam non habebat aliquam causam
mortis contra eum. Respondendū est, ꝙ fortè Saul
præconceperat mittere aliquos accusatores, qui eū
calūniosè accusarent, & aliquos testes, qui falsè de-
ponerent super aliquo crimine, propter, quod Da-
uid esset reus mortis, & tūc occideretur publicè, &
coloratè: sic enim fecit Iezabel Regina Israel con-
tra Naboth Iezraelitam: nam, cùm noluisset vineā
suam vendere Regi, misit Epistolā ad Seniores Ciui-
tatis, vt prædicarent ieiunium, & producerent fal-
G sos testes, & accusatores cōtra Naboth, quod sic est
factum, & deposuerunt testes, ꝙ Naboth maledixe-
rat Regi, & damnatus est ad lapidationem, infra 3. li.
cap. 21. similia poterat facere Saul contra Dauid, &
sic coloratè eum occideret.

An Saul coloratè potuisset interficere Dauid. Q. XII.

QVAERET aliquis, An etiam isto modo pos-
set Saul interficere Dauid: & videtur, ꝙ non:
qa populus liberaret eū de manu Regis, ipse. n.
salutem magnam fecerat in Israel, ideo populus nō
permitteret eum perire: sic factum est de Ionatha:
quia, q̃q̃ per sortem deprehensus est à Deo reus, &
H Saul vellet eum occidere, tamen populus noluit, di
cens: Ergo ne Ionathas morietur, quia fecit hanc sa
lutem magnam in Israel? Hoc nefas est. Et dicitur:
Liberauit ergo populus Ionatham, vt non morere-
tur supra c. 14. Dauid autē sic fecerat salutē magnā
in Israel, percusso Philistheo, supra 17. c. & amplius
pugnabat cōtra Philisthinos in omnibus bellis pro
Israel, & prosperabatur in singulis: ideo populus nō
permitteret eum occidi, dato, ꝙ peccauisset. Re-
spondendū est, ꝙ nō est simile de Ionatha, & Dauid:
primò quia Saul, q̃q̃ vellet occidere Ionatham: qa
tamen erat filius eius, afficiebatur ad eum, & non
multùm desiderabat hoc: ideo illico, vt populus re
pugnauit ei, super hoc destitit supra cap. 14. Saul tñ
I habebat nimis exosum Dauid; nam detestabat eum
sicut mortē, & plusquam Philisthinos: ideo licet po
pulus oraret, nequaq̃ flecteretur, sed illico eum occi
deret. Alia etiam differentia erat: quia Ionathas nō
peccauerat: nam licèt egisset contra præceptum Pa
tris, tñ ignorās erat, ideo nihil mali merebatur: Saul
autem opponeret Dauid, & faceret probari contra
eum talia crimina, pro quibus morte videretur di-
gnissimus, nec quisquam misereretur eius, velut, si
opponeret ei aliquod crimen læsę maiestatis, vel si-
milia, in quibus populus nollet eū defendere. Ter-
tia differentia, & efficacior inter Ionatham, & Da-
uid erat: quia, quando Saul voluit occidere Ionathā
totus populus erat præsens ei in Castris, & omnes il-
K lico clamauerunt, ꝙ nō occideretur Ionathas: nūc
autem, q̃q̃ populus diligeret Dauid, non erat tamen
congregatus ad hoc, ꝙ posset eripere Dauid de ma-
nu Saulis: quia erat Saul cū curia sua in aliquo loco,
vbi, etiam si ciues vellent defendere Dauid, tamen
Saul cum curia præualeret aduersus eos. Quarta dif
ferentia Ionathæ ad Dauid fuit: quia, quando Saul
voluit occidere Ionatham, nullus de toto Israel fa-
uebat Sauli, sed omnes adiuuabant Ionatham, ideo
dato, quòd conaretur Saul occidere Ionatham, per
omnem modū non præualuisset: quia populus non
permitteret: nunc autē contra Dauid habebat Saul
multos fautores: nam ministri sui consentiebant ei
in hoc: & ibant ad vallandum Dauid, & capiendum
ad

ad mortem, vt patet infra: ideo haberet nunc Saul opportunitatem occidendi Dauid adiutus à suis, quàm populus conaretur adiuuare eum. De Ionatha autem non fuit sic: Deus tamen auertit ea, quæ cogitauerat Saul ad oppositum. *Quod cum annunciasset Dauid Michol vxor sua.* i. annunciauit ei, quod domus vallata esset à ministris Saulis, ideo, quod fugeret. Diligebat. n. Michol Dauid nimis, ideo, quamquam sciret volūtatem patris esse ad occidendum eū, voluit eum arripere à morte, quamquam satis ipsa putabat ex hoc nunquam virum suum ad eam amplius rediturum, cū pater eius quotidiè illū persequeretur. Ex hoc autem laudabilior: quia non eripiebat virum à morte, gratia alicuius vtilitatis, vel iocundę vitę, quā cùm ipso se post hæc crederet habituram: sed intenso amore, quo in eum sincerè ferebatur. Vnde propter hoc Dauid dilexit eam nimis: & postquam mortuus est Saul, & ipse factus est Rex super Iudam, repetiuit eam, quamquam iam tradita esset alteri viro, vt patet inf. 2. lib. c. 3. *Nisi saluaueris te nocte hac, cras morieris.* i. nisi fugeris per noctem, posueris te in loco securo, occideris cras.

Michol nunciauit Dauid domum esse vallatā ministris, vt eum depræhenderent, quia vidit per fenestram. Quæst. XIII.

QVAERET aliquis, Quomodo Michol nunciauit hoc Dauid? quia magis ipse scire debebat, quàm illa, cùm ipse fugisset à facie Saulis, & vidisset illa, quæ facta fuerant: ipsa autem nihil viderat. Respondendum est, quod Michol non nunciauit Dauid ea, quæ facta fuerant in domo Saulis: quia ista viderat Dauid, & non Michol: sed magis credendum est, quod Dauid nunciauerit Michol ea, quæ acciderant coram Rege, & quare fugerat: Michol tamē nunciauit Dauid, quod Saul misisset ministros ad custodiendum eum, & qualiter domus vallata erat: hoc autem videre potuit Michol, quia fortè prospexit per aliquam fenestram, & vidit viros armatos in circuitu Domus, & ex hoc, quod fugerat Dauid, intellexit, quod veniebant illi ad vallandum, & rapiendum eum: Dauid aūt non vidit hoc: quia fortè ipse erat intra domum: & non ausus est ponere se ad fenestram, vel respondere alicui vocanti, ne per hoc daretur occasio ad procedēdum magis contra ipsum, & agendum aliquid immediatè. Quod autem reuelauerit Michol Dauid esse viros armatos in circuitu domus, patet ex litera: quia supra dicitur, quod misit Saul Satellites in domū Dauid, vt custodirent eum: & immediatè sequitur: quod cum annunciasset Dauid Michol, scilicet, annunciauit ei hoc, quod custodiretur à ministris Saulis.

Quomodo sciuit Michol, quòd Saul volebat Dauid in mane interfici. Quæst. XIIII.

QVAERETVR vlterius, Quomodo Michol dicere potuit Dauid: nisi saluaueris te hac nocte, mane occideris? nam ipsa hoc nesciebat. Responderi potest secundum Nicolaum, quod Michol cognouit hoc, quia aliquis de famulis Saulis ad hoc missis, aperuit secretum Michol, vt saluaretur Dauid, quia famuli Saulis diligebant Dauid, vt patet præcedenti c. Vel fortè, & melius, quia cùm Michol vidit ad portam homines armatos, quæsiuit ab eis quid hoc esset, & quia ipsa erat filia Regis, reuelauerunt ei famuli Regis secretum, honorantes eā. Sed dicendum aliter, & melius, quòd Michol non dixit hoc, tanquā certissimè cognoscens, quid dispofuisset Saul de Dauid, sed ex coniectura locuta est: nam cum sciret Dauid fugisse à facie Saulis propter lanceam emissam, & nunc videret homines armatos vallasse domum, credidit, quod ad nihil aliud venerant, nisi vt caperent Dauid; & quia non irruerunt immediatè in domum, sed manebant custodientes ad portam, credidit, quod expectabant vsq; mane, vt acciperent Dauid, atque occiderent: & sic, quamquam non reuelatum fuisset sibi secretum, satis erat cognoscibile per coniecturam. *Deposuit eum per fenestram.* Videbat enim Dauid, quod non supererat sibi vita, si expectaret vsq; mane, ideo illa nocte fugiendum erat: & quia Domus vallata erat in parte anteriori, vbi erat porta, non poterat egredi per portam, ideo fecit vt Michol deponeret eum per fenestram. Præsupponendum est autem, quod satellites Regis non vallauerant totam Domum, sed solū portam: quia sciebāt, quod non erat alia porta per, quam Dauid confugere posset: Michol autem circunspexit Domum suam per fenestras, an esset aliquis in circuitu, & quia nemo erat, nisi ad portam, deposuit Dauid per fenestram: sic enim Raab Ierichontina reposuit duos exploratores per muros, vt patet Iosue ca. 2. *Porro ille abijt*, idest recessit à loco, non sentientibus hoc custodibus: quia Dominus dirigebat viam eius. *Et aufugit*, scilicet, eūdo in Ramatha ad Samuelem, & ibi mansit cum eo, vsquequo Saul iuit in Ramatha, vt patet inf. *Atq; saluatus est*, idest posuit se in loco securo per fugam, & iam nō timebat postquam egressus est de loco. *Tulit autem Michol statuam*, idest quandam figuram hominis: & hoc ad ponendū in lecto, vt repræsentaret Dauid, vt patet infra; statua autem dicitur imago corporea, & dicitur: statua à stando: quia per se stat, & non est sicut pictura, vel imago, quæ depicta est in superficie alterius rei: & per se stare nequit. In Hebræo dicit hic. *Tulit Theraphim.* Aliqui Hebręi exponunt Theraphim, idest idolum. Et istum sensū secutus est Hieronymus, dicēs. Tulit statuam: quia statua est idolum, & tunc dicūt, quod Michol colebat aliquod idolū ad figuram magnā humanam, & illud posuit in lecto. Sed hoc non stat: quia, cum Dauid esset vir Religiosissimus, non erat verisimile, quod permitteret vxorem suam colere idola. Item dato, quod habuisset Michol aliquod idolum, quod coleret, non posuisset illud in lecto: quia illud ponebat, vt famuli Saulis venientes viderent illud. Ipsa tamen, si coleret idola, nollet, quod aliquis videret idola sua: quia tunc lapidaretur, vt patet Deuteronom. cap. 17. vel, etiam si non lapidaretur: quia erat filia Regis, increparetur nimis: non ergo poneret idolum, potissimè cum ad hoc quæcūq; res habens magnitudinem aliquantam sufficeret, vt repræsentaretur humanum simulachrum. Aliqui autem dixerunt sicut refert Ra. Abben Ezra, & Ra. Dauid Kimhi, quod erat Astrolabium ad scienda futura, & illud posuit in lecto. Sed hoc improbat Ra. Abben Ezra: quia Astrolabium non est talis figuræ, vt possit poni ad repræsentandū magnam effigiem, cum Astrolabium sit planum, & circulare: humanum autem simulachrum est altum, & oblongum. Potest etiam hoc improbari: quia dicunt, quod erat illud Astrolabium ad sciendum futura: nunquam tamen est Astrolabium ad aliquid, sed solū ad considerandū motus Cœlestes, qui ratione naturali compræhendūtur. Ra. Abraam Abben Ezra dicit, quod ista statua erat quædam Imago magna hominis, facta de ligno ad recipiendum virtutem Cœlestem: ē enim Abben Ezra nimis magicus, & superstitiosus: magi enim faciunt aliquas imagines ligneas, vel maximè metallinas in certis temporibus ad recipiendum virtutem Cœlestem, quod ex quadam parte Astrologicum est, sed ex maiori parte, est magicum; similes autem credidit Abben Ezra fuisse in tempore

Cuiusmodi esset statua quam Michol posuit in lecto.

re Dauid, & ꝙ aliquam earũ habuerit Dauid in domo sua: simile etiam dicit fuisse de dijs Laban, pro quibus accusauit Iacob, ꝙ furatus fuisset eos, Gene. c. 31. Sed istud non stat, quia sicut colere idola erat superstitiosum, & contra legem: ita etiam facere tales imagines vt. Deuter. 16. c. vbi iubetur, ꝙ non plãtabitur arbor, vel luc⁹ apud altare. Exponit Abbenezra de istis imaginibus. Dauid ergo non haberet eas in domo, tanquam lege prohibitas. Sed dicendum est, ꝙ ista statua, vel Theraphin erat aliquod lignum rotũdũ, & longum, vel aliquid aliud, quod posset pãnis inuolutũ hominis iacentis effigiem declarare. Nam nõ apparebat istud simulachrũ, vel Teraphin; sed opertũ erat pannis, & pellis caprarũ erat ad caput: ideo sufficiebat, ꝙ esset quodcũq; habens ma- G gnitudinem, etiam si non haberet humanam similitudinem. Dicendum ergo, ꝙ non fuit idolum, sed aliquod lignum, vel alia res habens longitudinem, & latitudinem similem corpori humano, ita, vt posset illud aliqualiter repræsentare. Sed tũc dicetur qualiter vocatur statua, vel Theraphin, quod est nomen Idoli? Dicendum ꝙ littera nostra posuit statuam, in Hebreo habebatur Theraphin, & non poterat ei dari nomen correspondens, nisi statua: littera autẽ hebraica posuit Theraphin: qa Theraphin significat Idolum, vel simulachrum: & sic ponit Idolum simulachrum alicuius rei, quę colitur, ita istud, quod ponebatur in lecto, ponebatur, vt esset simulachrum Dauid dormiẽtis: & sic vocatur Theraphin H nõ ad colendũ, sed ad repræsentandũ: & ꝓprie significat Theraphin simulachrum corporeum ad differentiam imaginũ planarum, quę sunt superficiales: ideo littera nostra dixit statuam, & non imaginem: quia statua est corporea, imago est plana. *Super lectũ suum*, idest super lectum Dauid: quia ponebatur ad significandũ Dauid iacentem. Vel refert ad Michol, scilicet, quòd posuit simulachrum super lectũ suũ, scilicet Michol: & erat lectus ille Michol, & Dauid: ibi enim ambo dormiebant, cùm essent coniuges. *Et pellem pilosam caprarum posuit ad caput.* Ista pellis fuit posita ad repræsentandum caput, & pilos Dauid; ideo dicitur, quòd erat pilosa propter capillos. Potest autem significare in Hebræo dictio, quæ hic po- I nitur aureale, vel ceruicale, quod vocatur almohada: & sic Hebræi contra exponunt: & tunc innuunt, quòd esset istud aureale suppositum capiti illius simulachri, sicut supponit capiti humano dormiendo. Sed non stat, qa tunc innuerent caput illius simulachri esse extra vestimenta: sed non est cõueniens: quia tunc immediatè appareret fraus Michol, sed debebat esse caput velatum, vt conspiceretur effigies humana sub integumentis, & nihil de ea extra pateret, ne posset illicò falsitas argui. Aliq dicunt, ꝙ erat vter positus ad caput, qã ista dictio est multũ æquiuoca. Iosephus aũt 6. Antiquitatũ dicit, ꝙ posuit Michol sub vestimentis iecur capre palpitans, vt ęgrotũ dormientẽ simularet: quasi stertentẽ, vel spirantẽ, & respirantẽ: & ita dicit, ꝙ primi nũ- K cij missi à Saule decepti fuerũt verè putãtes, ꝙ ibi esset Dauid, & hoc maximè indicaret palpitatio iecoris. *Et operuit eã vestimentis*, refert hoc tã ad statuã, ꝗ ad pellẽ caprarũ: vtrũq;. n. posuit sub vestimẽtis. s. sub stramentis lecti, ꝗ gñraliter vocãtur vestes. Aliquid tamen de pelle caprarum intelligendum est, quòd erat discoopertum, alioquin frustra poneretur.

Quare Michol posuit statuam in lecto, cum Dauid iam fugisset. *Quæstio XV.*

QVAERET aliquis, Ad quid Michol posuit statuam in lecto: quia ista videbantur ad liberandum Dauid à morte: iam tamen liberatus fuit F quando deposuit eum per fenestram, & fugit? Respondendum est, quòd proficiebat ad salutem Dauid: nam credidit Michol, quòd, cum Saul esset nimis inquietus ad occidendum Dauid, mitteret immediate nũcios, vt tollerent eũ de domo, ꝗq nunc, non introibant, sed obseruabant portã. Si aũt introirent, & non inuenient Dauid sciẽtes eũ fugisse, illi eo ꝓsecuti fuissẽt illũ ꝑ oĩa itinera, & cõprehẽderẽt, antequam veniret Dauid ad aliquem locũ, in quo saluaretur. Voluit ergo Michol designare, ꝙ Dauid erat in domo, ad hoc ꝙ non persequerentur eũ serui Saulis, sed haberet potestatem fugiendi quo vellet. Et ad hoc finxit eũ ęgrotare, et iacere in lecto, ponens simulachrum illius. s. statuam, & pellem caprarũ, vel iecur palpitans, vt ait Iosephus: & tũc nuncij venientes ad Saulem, videntes lectum cum simulachro, crederent ibi iacere Dauid, & non viderent fallaciam, quia Michol prohiberet eos accedere, dicẽs, ꝙ erat ęger, & sic putarent semper ibi esse Dauid. Et si aliquando cognosceretur fraus hoc esset sero, & iam Dauid habuisset spatium fugiendi quo vellet. Sed obijciet aliquis, quòd ista non profuerũt: qa nũcij Saulis iuerũt ad domum Michol, & repererunt fraudem: ipsa tamen putabat, ꝙ non citò repériret, & interim posset fugere Dauid. Casus autem superueniens non tollit quin ipsa prudenter egerit. Vel aliter dici potest, ꝙ ista fraus profuit, quia nũcij Saulis eũtes primo ad inquirendũ Dauid, non cognouerũt fraudem, sed putauerũt Dauid ęgrotare, ꝓpter simulachrũ, quod viderũt: &, hoc susceptor, redierũt ad Saulem, deinde in aurora misit Saul alios nũcios, vt ait Iosephus, vt ducerẽt Dauid in lecto, & illi inuenerũt simulachrum, & tũc cognita est fraus. Profuit ergo ista fictio ad hoc, quòd Dauid haberet tẽpus fugiendi.

An peccauerit Michol ponendo statuam in lecto. *Quæstio XVI.*

QVAERET aliquis, An Michol peccauerit ponendo illud simulachrũ in lecto ad repræsentandum ibi iacere Dauid? Aliquis respondebit, ꝙ sic: quia in hoc Michol mentiebatur, significans ibi esse Dauid, cum non esset: ergo peccabat. Item patet hoc: quia secũdum Aristo. 2. Ethicorũ: veridicus est habitus medius circa veritatem in actionibus, & in verbis. Ex quo apparet, ꝙ veritas non solũ est in voce, sed etiam in humana repræsentatione: sicut ergo non est veridicus, ꝗ falsa loquitur: ita nõ erit veridicus, ꝗ falsa repræsentat in operatione. Et qa Michol falsa repræsentauit, peccauit ꝯ veritatẽ. Respõdẽdũ est ꝙ Michol, nõ peccauit, ꝗq habuit volũtatẽ decipiendi, & decepit Saul, & seruos eius: quia opus suum erat honestum. s. quia volebat per istũ modũ eruere virum suũ ab iniusta oppressione potentũ, & li & aliqui eum inquirebant iniustè inquirebant, & licitum est, ꝙ aliquis veritatem dissimulent per operat: sicut aliquis iustus finis, propter quem dissimulari debeat: negare tamen in verbo veritatem, vel exprimere falsitatem, peccatũ est semper, et hoc nunꝗ conceditur. Quod autem simulatio concedatur, patet supra cap. 16. quia ibi iussit Deus Samueli facere simulationem dicens: Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices: ad immolandum Domino veni: ipse tamen non ibat principaliter ad immolãdũ, sed simulabat hoc, vt non occideret eũ Saul: nã, cum Deus dixit ei, quòd iret in Bethlehem, respondit: audiet enim Saul, & interficiet me: & tũc iussit ei Deus facere simulationem: licuit ergo Michol hoc

hoc facere, cum haberet parem causam. s. ne moretur Dauid vir suus. Cum autem arguebat, quòd Michol peccabat, eo quòd volebat significare, quòd Dauid esset in lecto, cùm non esset. Dicendū quòd non peccabat: qa mentiri non se habet tam determinatè in rebus, sicut in verbis: nam verba naturalia signa sunt eorū, quæ in anima concipiūtur, vt patet. 1. Perihermenias: operationes autem non sunt datę ad significandū conceptum, ideo, quamquam aliquis palliet conceptum per exteriores operationes, non mentitur, vel saltem non peccat tæpe, potissimè cū operationes exteriores sint signa ęquota, & nemo debet putare sufficienter collegisse intentionem alicuius ex opere, qa quod aliquis existimabit factū ad vnā intentionē, alius existimabit al alteram: secus autem est in vocibus: qa sunt signa vniuoca, ideo quando quis concepit cōtra id, quod voces significant, semper mentit: & cū dicitur, ꝙ habuit intentionem decipiēdi Michol ideo peccauit: dicendum ꝙ non stat, qa ipsa volebat decipere ministros Saulis, habens iustam causam decipiendi. Si vero ad nocendū eis esset deceptio, peccatū esset cū fraude: nūc autem Michol proficiebat alicui, quia conseruabat vitam Dauid per istam fraudem, & nemini nocebat, qa non preiudicabat iuri alieno, ideo iuste poterat decipere. Ad secūdum, quādo arguit, ꝙ veritas, secundum prophetam, non solū consistit in verbis, sed etiam in opere, ideo simulatio peccatū est. Respondendum est, ꝙ veritas propriè naturaliter consistit in verbis, qa ista sunt signa data ad cōceptus exprimendos. Et cum mentiri sit in falsa repræsentatione, siue habitudine signi ad signatum, in eo propriè erit mendaciū, in quo est propriè expressio ꝯceptuū. Et qa in verbis est naturalis, & propria expressio, ibi erit propriè mendaciū, & veritas operationes autem non sunt datæ ad significandū conceptus, sed homines introducūt ex vsu, vt comprehendant conceptiones mutuas per opus. Nam in moralibus magis creditur operi, q̄ sermoni iuxta Aristo. 10. Ethicorū 1. cap. ob hoc ergo, non solum decuit homines rectè se habere in sermone ad significādū verum, vel falsum, sed etiam in operatione, & ob hoc Philosophus dicit veritatem esse habitū medium circa operationes, & verba, sed non æqualiter peccat in istis: nam, cū aliquis in verbo aliter exprimit, quàm cōcepit, semper agit iniuriam ipsi veritati, cùm voces sint naturaliter ordinatę ad significandum conceptus, ideo etiam si mendaciū non vergeret in dānū alicuius, peccatū est, sicut est in iocosa: Cùm autem in operatione, vel habitu exteriori aliquis significat aliud, quàm intendat, non præiudicat ipsi veritati, quia non sunt operationes positæ ad signandum conceptus naturaliter, sicut voces, sed poterit præiudicare alicui, cū homines consueuerint per operationem iudicare animo, aliorū. Si ergo non præiudicetur alicui in simulatione, peccatum non est. Istud autem satis apparet, quia Deus in nullo casu iubet, vel consentit mēdacium: simulationem tamen in aliquo casu concedit, & in aliquo vetat. Cum enim aliquis pro iusta causa simulat, vituperabilis non est; sed iubet simulationem, vt patet supra. 16. ca. Si autem non habet causam simulandi, sed est in præiudicium aliorum: vt, siquis per simulationem habitus, vel operis velit sibi procurare aliquam dignitatem, vel lucrum quodcūq; ei impertinens: si per simulationem hoc agat, peccat, quia præiudicat iuri alieno: & isto modo vitupera͏̄t simulatio: sic enim est in Hypocritis, quos Christus redarguit: Mat. c. 7. dicens: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimētis ouium, in-

A trinsecus autem sunt Lupi rapaces. Michol autem habuit iustam causam simulandi, ideo non peccauit *Misit autem Saul apparitores, qui raperent Dauid.* i. misit alios ministros, vt raperent Dauid de domo. Et dicūtur apparitores p̄cones, vel executores iustitiæ: hos autem misit, vt ducerent Dauid, quasi reū alicuius criminis mandato iudicis.

Quare Saul misit apparitores, vt caperent Dauid. Quæstio. XVII.

QVAERET aliquis, Quare nūc Saul misit apparitores ad rapiendum Dauid: quia supra iusserat, quòd ministri obseruarent domum, & nunc B mutauit sententiam? Respondendum, ꝙ hoc potuit facere Saul propter duo: primò, qa putauit insufficientem custodiam esse, si solū ministri sui obseruarent portam: quia posset Dauid per aliquam fraudem fugere, sicut factum est: vt ergo nox, quæ est apta ad faciendum malum, non esset sibi occasio fugiendi, voluit, vt immediatè eum ducerent, ideo misit apparitores. Secūdò potest dici, ꝙ hoc factū est propter inquietudinem cordis Saulis: tantum n. desiderabat mortem Dauid, ꝙ nunquā credebat eā posse videre: ideo licèt sciret vallatum esse eum ministris suis, & crederet, quòd in mane eū posset occidere: tamen adhuc inquietum cor suum non sistebat in hac sentētia: sed iussit, vt illicò duceretur ad C eum, & sic occideret eum immediatè si vellet, vel ipse in custodia sua reseruaret: ideo, etiā si nulla alia causa fuisset, sola inquietudo cordis Saulis erat ad hoc causa.

Licèt prius Saul voluisset occultè occidere Dauid, vt conseruaret famam; tamen post ex intenso odio volebat publicè eum interficere. Quæst. XVIII.

QVAERETVR vlterius, Quare Saul volebat nunc publicè occidere Dauid: nam supra conatus est per dissimulationem illum occidere, & nunquam apertè eum potuisset manifeste occidere, nūc autem aperte iubebat illum occidi? Respondendū D est, quòd Saul timebat nimis Dauid, ideo desiderabat intensè eius mortem, & quia erat ardens desiderium, præponebat illud honori suo, & famæ. s. non curans, an in executione huius rei infamaretur, vel non: dum tamen consequeretur desideratū à principio, tamen quia fama sua erat sibi cara, voluisset eum occidere per dissimulationem, vt putaret̄ egisse nolens: & sic fuit primò, quando arreptus à Dæmone, misit lanceam in eum; præcedenti cap. Et qa sic non valuit per promissionem vtriusq; filiæ, conatus est tradere Dauid in manus Philisthinorum. e. c. sic autem non profecit desiderium Saulis, sed poti⁹ è contrario prosperabatur semper magis Dauid, & timebat eum Saul: ideo rursus conatus est configere E lācea Dauid, cum à Dæmone arriperetur: sed nec sic valuit sup in littera. Euacuatis ergo oībus fraudibus, & Machinamentis Saulis contra Dauid: quia adhuc desiderium occidendi illum, non cessabat, sed quotidie augebatur: præposuit illud famæ & honori, & diffiniuit palàm occidere Dauid, cùm diffideret per fraudes illum occidere posse. *Et responsum est, quòd ægrotaret*, idest venientibus apparitoribus respondit Michol, ꝙ Dauid ægrotabat. Præsupponendum est aūt, ꝙ Michol duxit apparitores ad lectum, & demonstrauit eis simulachrū Dauid iacentis, & cū Iecur capręe palpitaret secūdum Iosephū crediderunt verè, ꝙ ibi iaceret Dauid, non tamen accesserunt ad dormientem: qa non erat eis dubium, quin ibi esset, cùm

cùm esset illud simulachrum nimis exprimens veritatem hominis dormientis. Etiã: quia Michol prohiberet eis tangere Dauid, & ipsi propter reuerentiam illius non tangerent: quia erat filia regis.

Verisimile fuit Dauid ęgrotare aliqua noua ægritudine, & hoc crediderunt nuncij Saul. Quęstio XIX.

QVAERET aliquis, Quomodo erat verisimile, quòd Dauid ægrotaret: qa nũc ipse venerat fugiens de domo Saulis, & illico missi fuerant apparitores post eum, in tam breui autem spatio posset languere, ideo non erat responsum Michol verisimile? Respondendum est, quòd verisimilè fuit lãguere Dauid, alioquin Michol non respondisset sic, cum in omnibus his prudẽter se haberet potissimè: quia licèt ipse putasset hoc esse verisimile, si non esset aliqualiter verisimile, non credidissent illud nũcij Saulis, neq; ipse Saul: vtriq; tamen crediderunt. De nuncijs patet: quia ipsi responderũt Sauli, ꝙ Dauid ægrotaret. De Saule autem patet: quia dixit, ꝙ afferrent Dauid in lecto. Si autem, non credidisset, ꝙ languebat Dauid, non diceret, quòd adducerent in lecto: sed aliter vinctũ ducerent: fuit ergo verisimile hoc omnibus. Modus autem erat: quia Michol non dicebat, quòd Dauid languebat aliqua longa ægritudine, ad quàm exigeretur, quòd ex multis diebus esset inualidus, sed dicebat, quòd nouiter euenisset ei aliqua immutatio morbi, qđ verisimile erat. s. quòd per timorem incidisset ei aliquod morbidũ: sicut multi per timorem efficiũtur barbati subito, & iam repertum est in diebus nostris aliquem fuisse factum subito canum per nimium timorem ingloriationis, cùm immediatè ante hoc esset iuuenis, & nigros haberet capillos: ita ergo aliqua febris potuisset arripere Dauid ex timore, vel aliud simile: propter quod decidisset in lecto.

Ob timorẽ q̃dam barbã emiserunt.

Non fuit ita verisimile dicere, quòd Dauid dormiret sicut quòd ægrotaret. Quæstio XX.

QVAERETVR vlterius, Quare non respondit Michol, quòd dormiebat Dauid. Nam sic poterat per simulachrum positum in lecto significari homo dormiens, sicut homo ægrotans? Respondendum est, quòd Michol non respondit hoc: quia non erat verisimile: nam Dauid ante hoc fuerat quasi in mortis articulo missa ad se lancea, & ob hoc concito gradu fugerat in domum suam: nõ ergo erat verisimile, quòd talia pericula euadens: quæ tamen non penitus euaserat, in lecto iaceret tanquam nulla eum cura morderet. Si ergo hoc respondisset Michol, putassent fraudem esse: & inquisiuissent lectum, & deprehenderetur falsitas. Item nõ dixit hoc, vt magis occultaretur, quod volebat: quia si dixisset, quòd dormiebat: dato ꝙ esset hoc verisimile immediate accessissent ad eum nũcij, vt eũ raperent non curantes, quòd dormiret. Cum autẽ dicitur ꝙ ægrotabat: non accederent ad eum propter ægritudinem, & sic celaretur fraus. Item dictũ fuit hoc: quia dato, quòd nuncij Saulis non accessissent ad simulachrum Dauid, cum diceretur eis, ꝙ dormiebat, tamen Saul illico mitteret, vt duceret: & sic non haberet spatium fugiendi. Cum autem responderetur, quod ægrotabat, credidit Michol, ꝙ non curaret mittere rursus pro illo, putans, quòd cum ægrotaret, fugere non posset: & sic daretur locus Dauid ad fugiendum, & tempus magnum, qđ non fieret, dicto quòd dormiret.

F *An Michol peccauerit, dicendo Dauid ægrotare. Q. XXI.*

QVAERETVR vlterius, An Michol peccauit, dicendo ꝙ ægrotaret Dauid? Aliquis respõdebit, ꝙ non peccauit Michol ponẽdo simulachrũ in lecto ad significãdũ, ꝙ ægrotaret Dauid: ergo ex eadẽ causa diceret, ꝙ non peccauit, dicens illum ægrotare: quia sicut primum fuit ad eruendũ à morte Dauid, ita & secundum? Respondendum est, ꝙ non est simile: quia primum fuit simulatio, q̃ est in rebus, cum veritas occultatur per aliquam palliationem. Secundũ fuit expressio falsitatis, & mentiri, occultare autem veritatem multoties licitum est, vt supra fuit declaratum; exprimere autem falsitatem nunquã licèt: quia primum interdum nõ G est mendacium; secundum autem semper est mendacium. Ideo dicendum, ꝙ cum mendacium omnibus modis fit illicitum, peccauit Michol mentiẽdo hic? fuit tamen istud mendacium solum peccatum veniale: quia fuit officiosum. s. ad vtilitatẽ alicuius, & in nullius præiudicium: quia quanto vtilitas, quæ procuratur per mendacium, maior est, tanto est minor culpa mendacij, cum fuerit istud mendacium pro euitanda morte innocentis, fuit paruũ peccatum, non tamen potest tolli, quin aliqđ fuerit: & licèt peccauerit hic Michol, non tamen tollit quin aliquid meruerit apud Deum: quia cùm peccato veniali bene stat mereri: secus autem cũ mortali. H Sic patet de obstetricibus Aegypti, quæ per mẽdacium euadere fecerunt omnes pueros Israelitarum, quos iusserat Pharao in ipsa partus effusione necari, & quia obstetrices non necauerunt eos mentientes, Deus benefecit illis, vt patet Exo. c. 1. s. Benè ergo fecit Deus obstetricibus: & quia timuerũt obstetrices Deum, ędificauit illis domos. Sic etiam fuit in Raab Ierichontina, quæ abscondit duos exploratores Israelitarum Iosue c. 2. & per mendacium fecit illos euadere: propter quod benefecit illi Deus, & toti cognationi suæ inter Israelitas: Iosue c. 6. Nã ipsa accepta est in vxorem à Principe tribu Iuda. s. Salmon, & ex ipsa dignatus est descẽdere Saluator, vt patet Mat. c. 1. Michol autem similiter bonum fe- I cit, & ex bono Zelo: ideo dicendum est, ꝙ meruit.

Inter peccata venialia dari gradus: nullum tamen accedit ad mortalis grauitatem. Quæstio XXII.

QVAERETVR vlterius, Cũ obstetrices Aegypti peccauerint venialiter, & Raab Ierichõtina, & Michol, cuius earũ fuit peccatũ maius? Respondendum est, quòd ad hoc pręsupponi debet de peccato veniali, quòd sicut in mortali est dare peccatum maioris & minoris culpę, ita etiam in veniali, licèt nullum veniale etiam maximum, accedit ad qualitatem culpæ cum aliquo mortali, etiam si sit minimum: quia sicut est in naturalibus, quan- K documque aliqua se excedunt secundum speciem, impossibile est indiuiduum vnius speciei accedere ad perfectionẽ indiuidui alterius speciei; licèt vnũ sit perfectissimum in sua specie, & aliud imperfectissimum in sua, sicut homo imperfectissimus fit excellentior leone perfectissimo. Cuius ratio est: quia indiuidua diuersarum specierũ excedunt se substantialiter, cùm quælibet species addat gradum perfectionis essentialis ad alteram speciem: inter indiuidua tamẽ eiusdem speciei est inæqualitas perfectionis, saltẽ accidentaliter; ita ergo licèt nullum peccatum veniale sit æquale alicui peccato mortali; tamen venialia non sunt inter se inæqualia: vt potè cum quis mentitur officiosè, est peccatum veniale: si tamen

si tamen mentiat pro defendendis rebus, maius pec A catum est; quàm si mentiatur pro defendenda vita, & vtrũq; est veniale, & officiosum. De hoc latissimè dictũ est Iosue c. 2. Vbi positę fuerũt sex regulę ad cognoscendũ differentiã mendaciorũ in magnitudine,& puritate culpæ: potuit ergo maius,vel minus esse mendaciũ Michol, q̃ obstetricũ, vel Raab. De mendacio autem obstetricum, & Raab in comparatione mutua declaratum fuit Iosue c.2.f. quòd magis peccauerit Raab, quàm obstetrices:nunc autem restat de comparatione mendacij Michol ad vtrumq;. Dicendum primò de comparatione mẽdacij Michol ad obstetrices,quòd potest esse mendacium officiosum minus dupliciter. s.intensiuè, vel extensiuè:intensiue quidem:quia per vnum menda B cium potest procurari maius bonum, quàm per alterum,vt quia per vnum conseruant res, & ꝑ aliud vita: extensiuè autem mendacium est minoris culpæ,inquantum per vnum procuratur bonum plurium,& per aliud bonum paucorum. Comparãdo primo modo mendacium Michol, & obstetricum est æquale quantum ad aliquid, & quantum ad aliquid inæquale:æquale quidem:quia obstetrices per mendacium excusauerunt mortem paruulorũ innocentum, Michol quoq; excusauit mortem Dauid:quia erat innocens:erat autem inæquale quantũ ad aliquid:q̃a licèt obstetrices excusauerunt mortem innocentum, tamen illi nondum erãt viri boni,nec quicquam profecerant populo: Michol au- C tem excusauit mortem Dauid: qui non solum erat innocens, sed etiã erat vir bonus,& nimis vtilis populo: ipse enim eripuerat totũ Israel de manu Philisthinorum percutiendo Goliath supra c.17.& præter hoc,egrediebatur ad omnia bella Israelitarum, & prosperabatur negocium in manu eius.In hoc ergo valde excellebat opus Michol opera obstetricũ, & consequenter mendacium eius erat minoris culpæ,quàm mendacium obstetricum.Si autem comparetur extensiuè vtrumq; mendacium, Dicendũ, quòd mendacium obstetricum fuit leuioris culpę: eo quòd ipsę per mendacium suum pluribus profecerunt, Michol autem vni soli: valde enim magna multitudo paruulorum Israelitarum salua- D ta est per mendacium obstetricum,quæ alias perijsset, ergo mendacium obstetricum erat minus isto modo. Sed tunc dicetur, cùm mendacium obstetricum esset minoris culpæ extensiuè, & mendaciũ Michol esset minoris culpæ intensiuè, q̃d erat simpliciter minoris culpæ? Respondendum est,quòd hic non potest fieri ꝓpria cõparatio, eo ꝙ est æquiuocum,& in æquiuocis nõ certificatur excessus: potest tamen aliqua comparatio fieri,licèt larga. Verbi gratia,vt siquis diceret de duobus hominibus, qs sit albior, esset comparatio in vniuoco: quia vniuocat eis albedo,& tũc põt notificari,quãtũ quilibet illorum excedat alium: potest tamen interdum fieri comparatio ĩ æquiuoco: vt si quis quæreret de duo E bus hominibus, quorum vnus esset albus, & alius niger,an iste esset magis albus, quàm ille esset niger, & tunc est comparatio in æquiuoco: q̃a non æquiuocatur vtriq; albedo, aut nigredo; sed vni conuenit albedo, & alteri nigredo: non potest ergo nunc directè notificari quantitas excessus,sed poterit indirectè. Verbi gratia: accipiendo albedinem vnius, & sciendo gradus intensionis, & accipiendo nigredinem alterius cum suis gradibus intensionis: si ille,qui habet albedinem est albus in 20.gradibus, & ille,qui est niger,habet nigredinem in 25 gradibus. Dicendum est, quòd ille est magis niger, quàm iste sit albus: ita ergo erit hic, quia comparare aliquid,

quod est extensum,& aliquid,q̃d est intensum secũdum magis, & minus,est comparare in æquiuoco: aliquo modo tamen poterimus reperire quid illorum sit melius, vel magis inculpabile: verbi gratia. si aliquis per mendacium liberet vnum hominem à morte, & alius per mendacium liberet bona duorum hominum à perditione: primum est magis intensiuè, simpliciter tamen loquẽdo, melius est vnũ hominem innocentem à morte eruere,quàm eripere à perditione bona duorum hominũ: poterit autem accidere è contrario,scilicet,quòd est maius extensiuè sit melius simpliciter, vt siquis per mendacium excuset innocentem à morte, & alius per mendacium excuset à perditione bona omniũ hominum,qui sunt in eodem regno. Primum est mai⁹ intensiuè, secundum est maius extensiuè: simpliciter tamen magis est meritorium conseruare à perditione bona omnium hominum,qui sunt in eodẽ regno,quàm liberare à morte vnum hominem innocentem. Sic autem poterat hic comparare: nam Dauid erat melior,& vtilior regno Israel,quàm 20. vel 30 de paruulis, quos liberabant à morte obstetrices Aegyptiorũ, ideo si solum 20.vel 30. eripuissent à morte per mendaciũ suum obstetrices Aegypti, magis fuisset excusabile mendacium Michol, quàm mẽdacium obstetricum:quia Dauid plus valebat,quàm 20.vel 30.paruuli:&etiam si essent viri, sic patet inf.2.li.c.18.f.siue media pars ex nobis ceciderit,non satis curabunt: quia tu vnus pro 10. millibus computaris:hoc enim dixit Ioab. Si ergo Dauid computabatur pro 10.millibus,tantum meruisset, qui liberaret Dauid à morte, sicut qui liberaret 10.millia virorum de popularibus. Si ergo existimemus paucos fuisse paruulos liberatos per mẽdaciũ obstetricum, dicemus fuisse minus peccatum Michol,quàm obstetricum; si autẽ fuerunt valde multi, minus peccatum esset obstetricum,quã Michol. Quid autem horum dicendum sit,dubium est. Satis videtur dicendũ ꝙ fuerit maius peccatum Michol, quàm obstetricum, eo ꝙ Israelitarum maximam multitudinem obstetrices à morte liberauerunt. Quod colligitur Exo.c.1.f.Bene ergo fecit Deus obstetricibus,& creuit populus,cõfortatusq;est nimis: idest per hoc,quod fecerunt obstetrices mentiendo pro Israelitis, populus creuit nimis: quia nullus de masculis occidebatur.Si autem quasi æqualiter prę ponderarent bonum intẽsionis ex vna parte,& bonum extensionis ex alia, relinquendum est arbitrio boni viri prudentis, quid illorum maius, vel minus iudicet: nam quia agibilia humana habent indiffinitam differentiam inter se propter plures particularitates, vt patet 1.Ethi.circa finem,relinquitur arbitrio boni viri determinare de illis, nec potest dari lex: ideo Aristo.2. Ethi. non posuit determinationẽ ĩmediatè,in qua est virtus, sed dixit, ꝙ mediũ est illud in operatione,q̃d sapiens.i.vir prudẽs determinauit· nã sententiæ istorũ ẽt sine probatione æquiualent demonstrationibus aliorum in mathematicis, vt patet 6. Ethi. Si autem consideretur mendacium Michol in comparatione ad mendacium Raab Ierichontine,non est totaliter simile:quia mẽdacium Raab fuit culpabilius mendacio obstetricum, vt declaratum est Iosue cap. 2. Dicendum tamen hic, quòd ista duo mendacia possunt considerari dupliciter,vel extensiuè,vel intensiuè.Si extensiuè, dicendum, quòd fuit minus culpabile mendacium Raab: quia ipsa per mendacium suum liberauit à morte duos exploratores Hebręorũ: Michol autem liberauit vnicum virum. Si autem consideretur intensiuè,excusabilius fuit mendacium Michol,

Peccatũ Michol fuit excusabilius,q̃ Raab Ierichontine.

chol, quia Dauid erat melior, & vtilior populo Israel, q̃ quilibet de illis duobus exploratoribus. Sed tunc dicetur, quid istorum est simpliciter culpabili? Dicēdum, ꝙ hic est comparatio in æquiuoco: sicut supra dicebatur: tamen potest aliqualiter cognosci: & erit modus, s. si Dauid, qui erat vnic⁹, erat melior populo Israel, q̃ illi duo viri, vel è contrario. Vnde dicendum est, ꝙ mendacium Michol fuit excusabilius, q̃ mendacium Raab: quia Dauid præualebat illis duobus viris, quos eripuit Raab à morte; immo etiam multis alijs viris præualebat: quia infra 2. li. c. 18. dicitur: Tu autem pro 10. milib. computaris. Itē habuit aliquam causam Michol ad eripiendum Dauid, quam non habuit Raab ad eripiēdum viros exploratores: nam Dauid erat maritus Michol, quem ex lege Dei tenebatur diligere super omnes hoīes, cum vir, & vxor sint vna caro, ideo debebat se exponere quibuscunque periculis pro vita illius saluāda: Raab autem non erat obligata ad aliquid duobus viris exploratoribus: potissimè cum ipsa sine culpa potuisset eos perdere ad mortem: quia erant hostes patriæ: sed noluit eos perdere. Item Michol obligabatur defendere Dauid à morte quantum posset: quia erat innocens: Raab autem non obligabatur eripere exploratores: quia non erant innocentes: nam licèt secundum Deum innocentes essent: quia erant ministri bellorum Dei, tamen secundum leges politiarum erant rei mortis: non ergo obligabatur eos occultare Raab, cum essent digni morte, secundum legem Ierichontinam: quia ad perdēdum vrbem illā venerant. Excusabili⁹ ergo fuit peccatum Michol, quàm mendacium Raab. *Rursusque misit Saul nuncios.* Præsupponendum est hic, ꝙ nuncij isti introierunt in domum Dauid, & dixerūt Regi, ꝙ ęgrotabat Dauid: quia viderūt simulachrum in lecto: Saul autem non contentus ex inquietudine cordis sui, putans, ꝙ adhuc recedere posset Dauid, misit iterum pro illo. *vt viderent Dauid*, idest isti nuncij iuerunt, vt viderent certissimè Dauid: nam primi viderunt simulachrum in lecto, & non curauerunt amplius perscrutari, an esset Dauid. Secundi autem iuerunt, vt certè cognoscerent, an ille esset Dauid, & adducerent eū. *Dicens: afferte eum ad me in lecto, vt occidatur.* Hoc dixit: quia credidit verum fuisse, ꝙ Dauid ægrotaret, & qa per se venire nō poterat, iussit, vt saltem in lecto adduceretur, & hoc, vt occideretur, s. ꝙ nō differretur occisio eius ad alios dies: quia putabat fraudem sibi fieri ex mora. *Cum autem venissent nuncij*, s. isti, qui portaturi erant Dauid in lecto ad Saulem. *Inuentum est simulachrum super lectum.* Etiam primi nuncij simulachrū viderunt super lectum, sed non deprehenderunt esse simulachrum, quin potius putauerūt esse Dauid: isti autem secundi inuenerunt simulachrum, s. scientes, ꝙ esset simulachrum, & non Dauid. In quo supponendum, ꝙ isti discooperuerunt simulachrum, vt inde educerent Dauid ad portandum coram Rege: & ablatis vestimentis, inuenerunt simulachrum, idest lignum illud, vel aliquid alterum, quod ponebatur ad similitudinem Dauid iacentis. *Et pelles caprarum ad caput eius*, idest pellis erat posita loco capitis: quia simulachrum non habebat caput, vt posset reddere effigiē capillorum: pellis autem posita loco capitis, capillos aliquos patentes extra lecti ferramenta, indicabat. Si autem accipiatur pellis pro ceruicali, sicut accipiunt plurimi Hebræorum, est sensus, ꝙ erat pellis ad caput, idest sub capite illius simulachri, sicut esse solent ceruicalia sub capite humano.

F *An serui Saulis, qui iuerunt ad rapiendum Dauid, peccarent.*
Quæstio XXIII.

QVAERET aliquis De istis seruis Saulis: qui
ibāt ad rapiendū Dauid, vt moreretr, an pecca-
bant? Aliquis respondebit, ꝙ non: quia isti erant me
ri executores, qui tenebantur obedire præcepto Re
gis, & merus executor non debet partes audire, sed
solum exequi, quod iussum est: sed istis erat iussum
ducere Dauid, ergo non debebant ipsi iudicare, an
rectè fieret, sed solum obedire? Respondendū est,
ꝙ isti peccabant: quia erant fautores criminis, & in-
sidiarum contra Dauid, vt placerent regi: & cū dr̄,
ꝙ erāt meri executores, potest dupliciter respōderi.
G Vno modo, quod non faciebant, tanquam execu-
tores, & imperati: sed magis faciebant ex desiderio,
vt complacerēt Sauli: sciebant enim, quod Saul de-
siderabat nimis occidere Dauid, ideo, vt isti venirēt
in gratiam Regis, spontè operam dabant, vt hoc fa-
cerent: sic enim patet de Doeg Idumæo: qui spontè
renunciauit Sauli de Dauid: nam inf. cap. 23. dr̄: Om
nes aduersum me coniurastis, & non est, qui renun-
ciet mihi, maximè cum filius meus fędus inierit cū
filio Isai, non est, qui vicem meam doleat ex vobis,
nec qui annunciet mihi. Et dicit̄ immediatè, quòd
respondit Doeg Idumæus: vidi filium Isai in Nobe
cum Achimelech: ille. n. non dixit ibi tāq̃ compul-
sus: quia Saul non inquirebat ab eo, sed dixit, vt cō-
H placeret Regi. Simile etiam fuit de Ziphæis: nam ip
si venerunt ad Saulem dicentes. Dauid latitat apud
nos in locis tutissimis: nunc ergo sicut desiderauit
anima tua, vt descēderes, descende: nostrū aūt erit,
vt tradamus eum in manus Regis inf. cap. 23. Vnde
Dauid conquestus est semel Sauli, ꝙ homines incita
bant eū contra se inf. ca. 26. s. Si Dominus incitat te
aduersum me, odoret̄ sacrificium, si autem filij ho-
minum, maledicti sunt in conspectu Domini. Sic er
go erat de istis seruis: quia non faciebant solum hoc
tanquam iussi, sed vt spontè operantes contra Da-
uid ꝑpter Saulem, & tūc nimis grauiter peccabant.
Si autem dicatur, ꝙ isti erant meri executores. s. ꝙ
non faciebant hoc sponte, sed ut imperati à Saule.
I Dicendū est, ꝙ adhuc isti peccabant, q̃q̃ non ita gra-
uiter, sicut primo mō. Cum verò dr̄, ꝙ merus execu
tor non dēt iudicare, verum est, hoc audiēdo partes,
& sñiando: dēt tñ penes se iudicare de negocio sibi
iniuncto, an dēat illud exequi: nam si mandatum er
rorem intolerabilem contineat, non dēt merus exe
cutor obedire: peccabit. n. si ꝑꝑ aliquam compulsio
nem obediat, vtpotè si Princeps, vel Iudex iuberet
alicui executori, ꝙ occideret aliquem: quia nō vult
dare sibi oīa, quæ hēt, vel quia non maledixit Deo,
non tenet̄ obedire, sed potius ipse dēt sustinere mor
tem, q̃ iussa exequi: sic. n. serui Saulis semel noluerūt
ei obedire: quia iniusta mandabat notoriè, s. quando
iussit, ꝙ occiderent oēs Sacerdotes Dei sine cā: nam
K nullus voluit eos tāgere, sed postea Doeg Idumæus
trucidauit eos, infra c. 22. Sic ēt Mauricius, cū legio-
ne Thebæa noluit obedire præcepto Imperatoris,
quando iussit ei colere Idola, & comedere de sancti-
ficatis; nam tunc mori se permiserūt, & trucidari in
medio aliorum ministrorum Imperatoris, ne hoc
facerent. Quandocunq; ergo præceptum continet
manifestè aliquod crimen, quodcunq; illud sit, non
tenetur merus executor obedire: si aūt mandatū iu-
stum sit, dēt obedire simpliciter. Si verò sit dubium,
nisi nimis conscientia remordeat executorē ꝑꝑ au-
ctoritatē iubētis, dēt illud exequi: hic aūt manifestè
cognoscebant oēs serui Saulis Dauid esse innocētē,
iō, cū susciperēt ꝑceptū Saulis ꝯtra eū, suscipiebant
ad exe-

ad exequendum aliquid, quod continebat intolerabilem errorem, ideo peccabant. *Dixit Saul ad Michol.* Subintelligendum est, quod cũ nuncij Saulis repererũt simulachrum in lecto, videntes se illusos, retulerũt hoc regi, qui vocari fecit Michol, vt de hoc redderet rationem. *Quare sic illusisti mihi?* s. faciendo simulachrum in lecto. *Et dimisisti inimicum meum, vt fugeret?* s. cùm potuisses retinere Dauid, vt moreretur, dedisti ei locum fugiendi: duo fecit hic Michol, de quibus conqueritur Saul: primum erat, quod permisit Dauid fugere, & hoc dicit Saul: Dimisisti inimicum meũ. Secundum erat, quod post recessum Dauid, Michol posuit simulachrum in lecto, vt fallerentur illi, qui inquirerẽt Dauid: & de isto dicit: Quare sic illusisti? Istud primum solum vocatur illusio: nam secundum, quamquam cederet ad offensam Saulis, tamen non erat illusio. Quod autem poneretur simulachrum erat illusio: quia sic deciperetur ipse, & omnes serui sui. Dixit autem, quare dimisisti inimicum suum? nam erat Saul inimicus Dauid, vt patet precedenti c. s. Factus est Saul inimicus Dauid cunctis diebus. *Et respondit Michol ad Saul.* Volebat Michol satisfacere pro se, ne videretur in culpa contra patrem. *Quia ipse locutus est mihi. Dimitte me,* idest Dauid mãdauit mihi, quod dimitterẽ eum, s. quod deponerem per fenestram. *Alioquin interficiã te,* idest si non dimiseris, occidã te: hoc. n. verisimile erat, quod Dauid timens iuberet vxori, vt dimitteret eũ sub interminatione mortis. In Hebræo habetur hic. *Ad quid vis, vt interficiam te?* In quo innuitur, quod Dauid dixisset Michol, quod dimitteret eum: &, quod ipsa aliqualiter renuisset: & tunc dixit ei Dauid. Ad quid vis, vt interficiam te? q. d. si non dimittis me, interficiam te: ad quid ergo vis, vt interficiam te? Sed ad idem redit cum litera nostra.

Quare Michol interrogata à patre, cur dimisisset fugere Dauid, non respondit rationem veram. Quæstio XXIIII.

QVAERET aliquis, quomodo Michol non respondit Sauli id, quod debebat respondere, sed mentita est: habebat enim pro se conuenientem responsionem: nã cum dixit ei pater. Cur illusisti mihi, sic poterat dicere, quòd non erat illusio: quia non fiebat ad illudendum, sed ad conseruandum vitam viri sui. Cùm verò dixit Saul, quare dimisisti inimicum meum, vt fugeret, poterat respondere Michol, quòd hoc licebat ei: quia erat vir suus, & tenebatur eum diligere plusquam patrem, & omnes alios; cum scriptura dicat, Gene. capitu. 2. Propter hanc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Et sicut hoc dicitur de viro respectu fœminæ; ita ẽt intelligendum est de fœmina respectu viri, quòd debeat diligere virum super omnem hominem. Nam vir caput est mulieris, & vir diligendo vxorẽ suam seipsum diligit, vt patet ad Ephe. cap. 5. Ita ergo è contrario vxor diligendo virum, seipsam diligit: sed tenetur quilibet ad dilectionem sui ipsius plusquam alicuius alterius, siue patris, siue matris: ergo vxor debet diligere virũ super patrem, & matrem, & consequenter magis debet conseruare vitã viri, quàm patris, & matris: sic ergo Michol conseruando vitam viri sui contra voluntatem patris sui, & mandatum, non inferebat ei iniuriam, quia vtebatur iure suo. Dicendum tamen, quòd Michol noluit sibi respondere: quia ista responsio quanquam esset iuridica, erat dura, & cuicunque patri etiam non irato videretur intoleranda, præcipuè cum Saul esset animo concitatus, & habita parua occasio

A ne contra filiã, puniuisset eã: ista aũt magna occasio erat: ideo licèt Michol habuisset veram, & iuridicã responsionem, verba tamen sua quodam mendacio colorauit: quia sic ei expedire visum est.

Quare Michol non negauit se scire Dauid esse inimicum Saulis. Quæst. XXV.

QVAERETVR vlterius, quare Michol nõ respondit aliter: nam Saul dixit. quare dimisisti inimicum meum, vt fugeret? poterat autem ipsa respondere, quòd nesciebat eum esse inimicum regis, immò putabat esse carissimum, & propter
B hoc eum fecerat generum suum: si autem cognouisset eum esse hostem detinuisset. Respondendum est, quòd Michol non putauit hanc responsionem esse verisimilem: nam Saul erat inimicus Dauid, cum dicatur præcedenti capit. quòd factus est Saul inimicus Dauid omnibus diebus: monstrauerat etiã Saul istam inimicitiam in multis: quia bis conatus fuerat eum lancea configere: sæpe etiam eum irrationabilibus periculis exponi fecit, & misit seruos suos contra eum, præcipuè nocte illa, qua Michol dimisit Dauid: nõ ergo erat verisimile Michol ignorasse, quòd Dauid esset hostis Saul: ideo si sic respõdisset, existimaretur fraus. Sed adhuc aliquis dicet, quòd poterat Michol respondere se nesciuisse de
C istis inimicitijs: sic enim respondit Achimelech sacerdos, quando Saul dixit ei: Quare coniurastis aduersum me tu, & filius Isai, & dedisti ei panes, & gladium, &c. Respondit Achimelech: Quis est in omnibus seruis tuis, sicut Dauid fidelis, & gener regis? num hodie cepi consulere pro eo Dominum? absit à me: ne suspicetur rex aduersus seruum suũ rem huiuscemodi in vniuersa domo patris mei: nõ enim sciuit seruus tuus quicquam super hoc negocio, vel modicum, vel grande, vt patet inf. capi. 22. Sic autem erat verum, quòd ille nesciebat aliquas inimicitias esse inter Saulem, & Dauid: & respondit illud tanquam verisimile: ergo sic potuit respondere Michol. Dicendum est, quòd ista responsio erat
D verisimilis pro Achimelech, sed non pro Michol: quia ista hostilitas, quã habebat Saul ad Dauid, erat ex valde multis diebus, ideo nondum manifestata erat in toto regno: Achimelech autem habitabat in vrbe Nobe, quæ distabat ab vrbe Galaad, in qua semper morabatur Saul, ideo verisimile erat, quòd istud negocium ignoraret. De Michol autem secus erat: quia ipsa morabatur in vrbe patris sui in curia, & sciebat omnia, quæ quotidie fiebant in curia, & indicabantur ei à ministris regis, & præcipuè ipse Dauid, qui erat vir eius, reuelaret ei mala, quæ patiebatur à patre ipsius, cùm sciret se diligi ab illa: vnde non erat aliquatenus verisimile ignorasse Michol istas inimicitias: noluit igitur sic respondere,
E ne rea crederetur.

An Michol propter timorem non fuerit ausa confiteri veritatem. Quæst. XXVI.

QVAERETVR vlterius, an propter timorem Michol responderit ea, quæ habẽtur hic, & non ausa fuerit confiteri veritatem? Aliquis dicet, quòd non poterat timere Michol: quia cum fœmina esset, nõ erat ei pater suus aliquod malum inflicturus, potissime quia causam iustam habebat hoc faciendi, cùm esset Dauid vir suus?

Respondendum est, quòd propter duo non respondit Michol directè, scilicet, propter verecũdiã, &

& propter timorem. De verecundia apparet: quia quanquam ipsa plus diligeret virum, quàm patrē: tamen quia coram patre, & publicè confiteretur se plus diligere virum, quàm patrem, verecundū erat ipsi, & patri eius. Fecit etiam propter timorem: nā verisimiliter timere potuit mortem à patre, vel exhæredationem, aut aliam magnam pęnam, cum pater esset nimis concitatus contra Dauid. Quod patet ex eo, quod fecit contra filium suum Ionathā: nam Saul plus diligeret Ionatham, quàm Michol, cum Ionathas esset primogenitus eius successurus in regno, vt patet sequenti c. & erat gloriosus vir inter omnes Israelitas opere belli. Michol autem erat fœmina paruę vtilitatis: quia tamen respondit Ionathas pro Dauid quare morietur? quid fecit? arripuit Saul lanceam, & conatus est interficere Ionatham, ut sequenti c. A fortiori ergo, si Michol respō disset se eripuisse Dauid, quia diligebat eum plusquā patrem suum, cùm essent ista verba contumeliosa, pater faceret eā occidi, vel alia pœna plecteret: quia fœmina erat: timens ergo verisimiliter Michol declinauit à veritate.

Responsio Michol fuit verisimilis, quo ad vnam partem interrogationis patris, non tamen quo ad secundam: sed Deus confudit intellectum Saulis, vt non aduerteret. Quæstio XXVII.

QVAERET aliquis, an ista respōsio Michol esset verisimilis ad hoc, ꝙ pater non irasceretur ei. Respōdendū est, ꝙ Michol duo fecerat, & de vtroque conquerebatur Saul, scilicet, quia illuserat ei faciendo simulachrū, & quia dimiserat inimicum suum fugere. Responsio autē Michol erat verisimilis ad vnam partem, sed non ad aliam, scilicet inquātum dicebat Saul, ꝙ Michol dimiserat inimicum suum, verisimiliter responderet, ꝙ Dauid dixisset ei: Dimitte me, alioquin interficiā te: nā falsum est, ꝙ ista dicta fuerint, eo, qđ Michol sponte dimisit Dauid: si tamen ipsa renuisset, verisimile est, ꝙ Dauid diceret ei: dimitte me, alioquin interficiā te. Sed quantum ad aliam partem de illusione per simulachrum, non erat aliquatenus verisimilis responsio. Et hoc siue dicatur, ꝙ simulachrū fuerit factum antequam recederet Dauid, siue postquam recessit: nam si postea factum est, manifestum est, quòd Michol faciebat hoc sponte, & non ex timore: quia iam non erat ibi Dauid, qui posset eam compellere per timorem mortis: si autem dicatur ꝙ simulachrum factum fuisset antequā Dauid fugeret, si Michol inuita hoc fecisset, recedente Dauid, illico abstulisset simulachrum de lecto, sed reliquit ibi quousque venerunt ministri regis, & delusi sunt semel per illud: ergo non faciebat ex timore. Item adhuc maius, quod hic fecit Michol, fuit, quia veniētibus nuncijs regis, vt raperēt eum, respōdit, ꝙ ęgrotabat, & sic regi relatum est, vt patet in litera: hoc tamen non poterat fieri ex timore, sed ex voluntate fauendi Dauid. Sed aliquis dicet, ꝙ Michol posset respondere, quòd ista dederat ei Dauid in mandatis, & ipsa iurauerat illa obseruare per timorē, ideo licet ipse fugisset, illa hoc fecit. Sed adhuc non stat istud: quoniam Saul intelligebat, quòd si per timorem præstitisset iuramentum de faciendo aliquid, non deberet illud obseruare: & dato, ꝙ obligaret, volebat ipse, quòd filia eius pateretur periurium pro eo, vt reuelaret sibi hostem: potissimè, quia non poterat obligari per iuramentum ad mentiendum: ideo istæ non erant excusationes pro Michol corā

F patre suo: præsertim cum ipsa nihil horum allegauit, sed solum pro vna parte respondit, referens Dauid dixisse: Dimitte me, alioquin īterficiā te. Saul autē placatus est ista responsione, quasi esset legitima, quia Deus confudit intellectum illius, vt nō aduerteret ad rationem Michol, & persuaderetur. Hoc enim Deus fecit pro Michol, quia cum ipsa ex vera dilectione fecisset ista pro Dauid, qui erat seruus Dei, Deus pro illa voluit patrem suum esse persuasum, quanquam responsio sua non esset efficax ad suadendum.

Michol licet mentita sit Sauli non tamen mortaliter peccauit. Quæst. XXVIII.

G QVAERETVR vlterius, an Michol mentita fuerit hic, & an peccauerit mentiendo. Respōdendum ad primum, quòd mentita est, quia ipsa dixit Sauli, quòd Dauid dixerat ei: Dimitte me, alioquin interficiā te: erat tamen falsum, quia potius ipsa consuluit Dauid, vt fugeret, vt patet supra in litera, scilicet, quod cum annunciasset Dauid Michol vxor sua, dicens: Nisi saluaueris te nocte hac, cras morieris, deposuit eum per fenestrā: De hoc etiam ait Iosephus sexto Antiquitatum: Michol filia regis, cognita voluntate patris Dauid, & indicauit dubiam spem eius vitæ conspiciens, & de anima sua pariter diffidens: nec enim se crede-

H bat posse habere vitam, si eius fuisset amore priuata, eique dixit: Non te hic coniux inueniat solis ortus: nam te vlterius non videbo, sed fuge citius, dum tibi præbet nox fugæ præsidium: faciatque tibi Dominus hunc longiorem: scito enim te à patre, si inuentus fueris, occidendum. Quo dicto, eum per fenestram deposuit. Ad secundum cum dicitur, an peccauerit mentiendo. Aliquis respondebit, ꝙ peccauit venialiter, eo ꝙ erat mendacium officiosum, sicut supra responsum est, quando quærebatur, an peccauerit, dicendo, quòd Dauid ægrotabat. Sed dicendum est, quòd istud non est simile ad aliquid præcedens: quia omnia illa fecit Michol pro vita Dauid liberanda: istud autem, quod nunc

I faciebat, non erat pro vita Dauid, quia qualitercūque ipsa responderet, nihil nocebat Dauid, sed erat ad liberandum se à morte, vel à verecundia: nam si verum erat, quod respondisset, dicens se fecisse, quia diligebat magis Dauid, quàm patrem suum ipsa pudore confunderetur, & patri suo videretur illata contumelia: timebat etiam præter hoc, mortem, vt supra declaratum est: ideo vt seipsam liberaret ab his, mentita est: non est autem simile, cùm quis mentitur pro defendenda vita alterius, aut rebus, vel pro defensione vitæ sue, & rerum suarum: ideo quanquam in alio sit peccatum veniale, in seipso tamen forte erit mortale. Hic tamen verisimile est, quòd fuerit veniale, cùm per illud inten-

K derit vitam suam seruare, & alias desperabat de ea. Sic etiam in quolibet, si sit innocens, & per vnicū mendacium vitam suam conseruare possit, & alias sciat hoc impossibile esse mentiri, veniale erit: melius tamen erat, quòd permittert se mori innocenter, quàm quòd mentiretur pro saluatione vitæ. In alio autem secus est, quia siquis velit occidere alterum innocentem, vel deflorare virginem inuitam, & ego per vnicum mendacium possum vtrunq; eorū excusare, melius est, ꝙ mētiar, & peccem venialiter, q̃ ꝙ occasione mei scelus perpetretur: quocunq; tñ modo res se habeat, minus aliquis peccat, cum pro defensione vitę alterius, q̃q̃ vtrūq; veniale fuerit, & ita fuit hic Michol, quia supra peccauit

cauit venialiter, quando dixit, ꝙ Dauid ægrotabat, nunc etiam venialiter peccauit, quando mentita est pro se: maius tamen est istud mendacium, ꝙ id, ꝙ supra habebatur. *Dauid autem fugiens saluatus est*, idest Dauid per fugam saluauit vitam suam, s. quia non potuerunt eum comprehendere ministri Saulis. *Et venit ad Samuelem in Ramatha.* Habitabat enim Samuel in Ramatha: quia ibi habitauerat pater eius Elcana, vt patet sup. c. 1. & 2. postea etiam cum Samuel esset Iudex Israel habitabat in Ramatha, & ibi construxit altare sup. c. 7. Nūc verò habitabat ibi: quia postquam Saul peccauit contra Amalecitas non implendo pceptū Domini, noluit Samuel manere cum eo, sed recessit in vrbem suam in Ramatha, & non vidit eū vltra, vsque in diem mortis suæ, vt patet sup. c. 15.

Quare fugit Dauid ad Samuelem. Quæst. XXIX.

QVAERET aliquis, quare fugit Dauid in Ramatha, ad Samuelem magis, quàm ad alium locum: poterat enim fugere ad cognationem suam in Bethlehem, vbi omnes cognati sui, & contribules adiuuarent eum, sicut postea factum est: nā cum iterum fugit à Saule, congregati sunt ad eum omnes cognati sui, infr. c. 22. Respondendum est, ꝙ non fugit ad cognatos suos in Bethlehem: quia sciebat, ꝙ cum Saul persequeretur eum ad mortem, faceret inquiri vbi erat, & quia magis suspicarent̄ eū eē in Bethlehem inter cognatos suos, mitteret illùc Saul, & acciperet eum inde. Cùm autem iuit in Ramatha, non posset suspicari Saul, an illùc iuisset: qa nesciebat aliquam causam esse, pp quam iret Dauid in Ramatha, præsertim cùm non esset Ramatha in Tribu Iuda, de qua erat Dauid, sed ī Tribu Ephraim, vt patet sup. c. 1. & ibi declaratū est. Item nesciebat Saul aliquam amicitiam, vel familiaritatem cōtractam inter Dauid, & Samuelem, vt ad eum ire deberet, & sic non misit illùc ad inquirendum eum quousq; à casu à quibusdam nūciatum est ei, ꝙ esset Dauid in Ramatha. Alia ratio fuit, vt iret in Ramatha, s. quia ibi erat Samuel, qui eum vnxerat in Regem, & volebat ei enarrare omnes angustias suas, quas patiebatur à Saule, vt consuleret Dominum pro illo, & quia non erat aliquis, qui ita congruè facere posset, sicut Samuel, fugit ad eum in Ramatha. Et hoc apparet, quia immediatè dicitur, ꝙ nunciauit ei oīa, quæ fecerat sibi Saul. Cùm verò dr̄: quomodo non conuenerunt cognati Dauid ad eum, sicut conuenerunt iterum, cum confugeret? Dicendum, ꝙ nunc non expediuit: quia cognati Dauid nō debebant cōuenire, nisi ad custodiam Dauid, & repugnandū Saul: hoc autem nolebat facere Dauid, quousq; totaliter sciret peruersam esse sententiam Saulis: nūc aūt nondum hoc cognouerat, sed proponebat adhuc redire ad Saulem: nam postea reuersus est, vt patet sequenti c. ideo non decuit, vt nunc congregaret cognatos suos ad resistendum Sauli. Postea autem cōgregati sunt ad eum, infra c. 22. quia tunc recesserat Dauid totaliter à Saule animo non redeundi ad eū: quia iam cognouerat eius sententiam esse peruersam, ideo recepit cognatos suos in adiutorium suum contra Saulem.

Iuit Dauid potiꝰ ad Samuelem, q̄ ad cognatos suos, vt non esset notū Sauli quo iuerit, & vt cōsuleret Dominū.

Samuel toto tempore vitæ suæ fuit occupatus in bonis. Quæstio XXX.

QVAERET aliquis, quid faciebat Samuel in Ramatha? Respondendum, ꝙ vita Samuelis semper fuit occupata in bonis, cùm ipse vir sanctus esset: à principio enim Natiuitatis

A suæ fuit vita eius hęc: nam mater sua vouit eum Domino, vt maneret semper coram illo, tenuit tamen eum apud se vsque dum ablactauit ipsum, & tūc duxit eum coram Heli summo Sacerdote, & obtulit eum Domino, sup. c. 1. Ibi autem mansit ministrādo coram Domino, vt patet sup. c. 2. & 3. s. Samuel autem ministrabat ante faciem Domini puer accintꝰ Ephod lineo. Istum autem modum viuendi habuit Samuel dùm vixit Heli, s. ꝙ semper ministrauit coram eo, & viuente illo, fuit propheta, & qa Heli erat Iudex Israel, vt patet sup. cap. 4. mortuo illo, electus fuit Samuel in iudicem, eo, ꝙ cognitus fuerat, viuente Heli, tanquam propheta fidelis in toto Israel, vt patet sup. ca. 3. s. & cognouit vniuersus Israel à Dan

B vsque Bersabeę, ꝙ fidelis Samuel propheta esset Domini. Iudicauit autem ipse Israel annis 20. vt colligitur supra c. 7. & in toto isto tempore erat nimis solicitus circa totum Israel, & quolibet anno circuibat totam terram Israel, & faciebat principale iudiciū in tribus locis, s. Bethel, Galgala, Masphat. Cùm verò finiuisset hunc circuitum, veniebat in Ramatha, quæ erat vrbs sua, & ibi quiescebat in parte residua anni, vt iterum inciperet sequenti anno circuire totum Israel, vt patet sup. c. 7. Istum modum habuit p 20. annos, quibus potuit circuire terram: postquam verò senuit, & non poterat commodè discurrere p omnia loca, sicut primo consueuerat, fecit duos filios suos iudices, qui iudicabāt in Bersabee: ipse aūt

C mansit in Ramatha, sup. c. 8. Deinde filijs suis declinantibus ad auariciam, clamauerunt Israelitę, & venientes seniores ad Samuelem, petiuerunt super se regem, e. ca quibus Samuel post paucum tempus dedit regem Saulem, quo dato, cessauit Samuel iudicare Israel: Erat tamen multoties cū Saule ad ostendendū ei quid facere deberet, ne erraret in lege Domini, & iusserat ei, ꝙ quandocunque accideret sibi aliquid graue, descenderet in Galgalam expectans Samuelem 7. diebꝰ, & ipse veniret illùc ad dicendū quid facere deberet, vt patet supr. c. 10. Istum modū habuit Samuel, s. vacandi circa regimen regni, vsq; ad tempus, quo peccauit Saul pp Amalechitas: tūc enim recessit Samuel à Saule, & nunquam redijt ad

D eum postea tota vita sua, vt patet sup. c. 15. s. & non vidit Samuel vltra Saulem, vsque ad diem mortis suæ: ex eo autem tempore mansit Samuel in Ramatha, deposito omni negocio regni, vacans contemplationi tantum. Habebat nanque secum multos prophetas, qui semper vacabant diuinis laudib. Sic enim patet infra, in litera, s. Qui cum vidissent Cuneum prophetarum vaticinantium, & Samuelem stantem super eos, factus est in illis spiritus Domini. Hunc modum tenuit Samuel postea vsque ad mortem suam, s. ꝙ esset Princeps prophetarum in laudibus diuinis, & postea in eodem loco mortuus est, nō post multum tempus, dum adhuc Saul persequeret̄ Dauid, vt patet infr. c. 25. s. mortuus est aūt Samuel,

E & congregatus est vniuersus Israel, & planxerūt eū, & sepelierunt in domo sua Ramatha. Cùm aūt Dauid iuit ad Samuelem nunc in Ramatha, inuenit eū vacantem laudibus Dei, & cum eo ipse vacauit: omnes quoq; nuncij missi à Saule inuenerunt Samuelem in hoc negocio, & ipsi quoque cum eo incęperunt Deum laudare, vt patet infra in lr̄a. *Et nunciauit ei omnia, quæ fecerat Saul*, s. oīa mala, quę molitꝰ fuerat contra ipsum ex die, quo cœpit eū habere exosum. Credendū est aūt, ꝙ fecerit Dauid, vt Samuel consuleret p eo Dn̄m, qd agere dēret, & ꝙ cōsilio eiꝰ redierit ad Saulē: qa nōdū cōsūmata erat nequitia Saulis. *Et abierunt ipse, & Samuel, & morati sunt in Naioth.* Nō est ītelligēdū, ꝙ ipsi soli illùc iuisēt: qa ēt iuit cū eis Cu

neus prophetarum. Quod patet: quia nuncij Saulis venientes ad Samuelem inuenerũt eum in Naioth stantem super Cuneum prophetarum, ergo illi iuerant illùc: sed fit mentio solũ de Samuele, & Dauid: quia isti erant præcipui. Non est autem intelligẽdũ, ꝙ Naioth sit aliquis locus distinctus à Ramatha, sed est intra Ramatha: nam dicitur infra. Ecce Dauid ẽ in Naioth, in Ramatha: sed erat Naioth aliqua pars vrbis, in qua manebat Samuel cùm alijs prophetis, sicut in Gabaà erant prophetæ in superiori parte Ciuitatis in colle: vnde, quando iuit Saul reuertens à Samuele, habuit prophetas sibi obuios descẽdentes de colle, vt patet sup. c. 10. illum. n. collem elegerant sibi ad vacandum diuinis laudibus: ita hic elegerat sibi Samuel Naioth in Vrbe Ramatha, vt ibi cũ alijs prophetis Deũ laudaret: sic autem accipiũtur interdum duo nomina locorum, quæ significant vnum locum, sicut Cariathiarim, & Gabaa. Nam videtur, ꝙ ista sint duo loca, sup. c. 7. & tamen sunt vnus locus, vt ibi declaratum est. *Nunciatum est autem.* Hic ponitur quintum huius, c. in quo Dauid per importunitatem Saulis à diuinis laudibus impeditur, s. quia erat cum prophetis laudando Deum, & propter aduentũ Saulis, vnde fugit, vt patet seq. c. in principio. *Nunciatum est autem Sauli à dicentibus.* Subintelligendũ est, ꝙ cum fugit Dauid à facie Saulis, fecit eũ inquirere Saul, vt occideret illum, & non repertus est in locis, in quibus ipse suspicabatur: quia non erat aliqua causa, propter quam illùc deberet ire Dauid, vt supr. declaratum est in quadam qõne. Accidit tñ, ꝙ venerunt quidam de Ramatha ad Saulem à casu, & illi nunciauerunt esse ibi Dauid. Et dicitur, ꝙ nũciatum est à dicentibus, idest non ab illis, quos ipse misit: quia nullos adhuc miserat, sed à dicentibus, s. per famam hoc nunciatum est. *Ecce Dauid in Naioth, in Ramatha.* Istud est, ꝙ nunciatum fuit: & non solum fuit dictum sibi de Vrbe, sed etiam specialiter de loco vrbis, s. ꝙ erat in Naioth. Aliqui Hebræi dicunt, ꝙ Naioth sit hic nomen appellatiuum, & significet pulchritudinem: dicunt autem, ꝙ Samuel, & Dauid, & alij prophetæ erant in Naioth, idest in pulchritudinem, s. considerando de pulchritudine mundi, i. de Templo fabricãdo per Salomonem, ꝙ erat pulchritudo mundi, s. in quo loco futurum erat. Sed hoc ridiculum est: superfluum autem erat ista cogitare: qa adhuc nullus propheta sciebat, an aliquod Templũ Domino stabiliter construendum esset; sed putabãt variandum esse de loco ad locum, sicut tunc fiebat. Item necesse est, ꝙ accipiatur hic Naioth pro loco: quia infra dicitur, ꝙ abijt Saul in Naioth, in Ramatha: Saul tamen non considerabat de illa pulchritudine, sed solum ibat, vt persequeretur Dauid: ergo Naioth locus erat, præsertim, quia ibi dicitur: Abijt, & abire est motus localis, ideo debet determinari ꝑ nomen significans locum, & determinantur per Naioth, ergo est locus. *Misit ergo lictores Saul, vt raperent Dauid*, s. postquam cognouit esse Dauid in Ramatha, misit illùc lictores, vt tollerent inde Dauid ad occidendum: dicũtur autem lictores, s. sacrificantes à litando: quia litare est sacrificium facere. Hic tamen, & communiter vocantur lictores illi, qui ferunt enses, vel arma ad executores iustitiæ, & sunt ministri iudicũ, vel regum. Hoc autem misit Saul, vt si vellet se Dauid defendere, vel aliquis vellet eum adiuuare, isti possent armis inuadere illos. Fuerũt etiam missi, vt videretur, ꝙ Dauid ducebatur ad mortem iuridicè: quia isti, qui erant executores iustitiæ, ducebant eum. *Qui cum vidissent Cuneum prophetarum vaticinantium*, i. viderunt multitudinem prophetarum laudantium Deum cum Samuele.

F *Quomodo prophetæ in Ramatha vaticinabantur.*
Quæstio XXXI.

QVAERET aliquis. Quid isti prophetæ vaticinabantur, vel quomodo? Respondendum est, ꝙ isti non propriè prophetabant, sed laudabant Deum Pro quo considerãdum est, ꝙ prophetare est dicere aliquid occultũ, ꝙ alij hoĩes nesciunt: & hoc siue sit per modũ denunciationis, siue laudis, & siue sit à Deo, siue ab alio spũ Vnde illi, qui arripiuntur à Dæmone, quia loquuntur aliqua, quæ alij hoĩes nesciunt, & Demones illa reuelant per ora arrepticiorum, dñr prophetare. Sic patet sup. c. præcedenti de Saule, cùm dicitur: Inuasit spũs Domini malꝰ Saul, G & prophetabat in medio domus suæ: & ille non mouebat̃ à Deo. Accipere aũt prophetiã, prout ad Deũ pertinet, stat dupliciter: vno modo dicitur prophetia per modum denũciationis alicuius futuri: & isto mõ vocamus propriè prophetas quatuor maiores, & 12. minores, quorum scripta habentur in canone Bibliæ. Alio modo accipitur prophetia, vt pertinet ad laudem Dei, & sic omnes vacantes diuinis laudibus quantum ad aliqua altissima, vel occulta, dicunt̃ prophetare. Sed hoc stat dupliciter, nam quidam ꝓphetant: quia Deus immittit illis spũm propheticũ, vt sciant dicere aliquas laudes Dei mirabiles, quas alius nullo mõ scirent. Aliquando prophetant laudantes Deũ ꝑ Doctrinam, s. quia didicerunt facere H cantica ad laudẽ Dei: & q̃q̃ non incidat in eos spũs Dñi, ꝑ doctrinam prophetant. De primo mõ patet in Dauid, qui fecit plurimos Ps. Hoc tñ non ꝑ aliquã doctrinam, cũ pastor esset, sed solũ per spũm Dñi, q directus est in eo à die vnctionis suæ, vt patet sup. c. 16 sic ẽt prophetauerunt nuncij Saulis, qui ante nesciebant prophetare, nũc aũt facto in se spũ Dei, ꝓphetauerũt, vt patet hic. Idem fuit de Saule: nam irruit in eum spũs Domini, & prophetauit, vt patet. ĩ. & sup. c. 10. De secundo mõ apparet in cantorib. tẽpli Salomonis, q oẽs dicebãtur prophetare, vt patet 1. Paral. ca. 25. non tamen erant oẽs illi hẽntes spũm prophetiæ à Deo: qa inter eos ponunt̃ aliq doctores in laudibus diuinis, vt patet eo. c. ea tñ, q̃ sciunt̃ pro- I pheticè, non sunt ꝑ doctores'. Etiam quia quidã dicebant̃ esse sapientiores alijs. De hoc magis dictũ est sup. c. 10. De his verò prophetis, qui erant cũ Samuele, dicendum est, ꝙ non prophetabant per modum enunciationis alicuius futuri, sed solũ ꝑ modũ laudis: nã nihil ꝓficeret, ꝙ illi vacarent simul enũciatõi futurorũ: nam hoc mõ prophetia nihil prodest, nisi cum enunciat̃ ei, pro quo, vel contra quẽ est: vel cũ scribit̃ ad eruditionẽ posterorũ; sicut fecerunt oẽs ꝓphetæ, quorum scripta hñr in canone veteris testi. Isti tñ erant simul prophetando, ergo nõ prophetabant enunciando aliquid futurum: quia sic vnus ꝓpharet oĩbus, & alij subticerent: oẽs tñ simul prophetabant, & postea ẽt nuncij Saulis, q venerunt, ꝓ- K phetauerunt cum eis: ergo non prophetabant enunciando aliquid futurum: quia sic esset confusio prophetantium, sed prophetabant laudando Deum, & simul laudabant: sicut, cũ multi in eodem choro cãtãt. Sed tunc manet dubiũ, an isti hr̃ent spũm ꝓpheticum ad canendum laudes Dei, vel canerent ꝑ eruditionem humanam. Respondendum est, ꝙ non est inconueniens dicere, ꝙ omnes isti haberẽt spiritum Dei ad canendum laudes: magis tñ vr̃ dicendum, ꝙ isti per doctrinam canerent, s. quia semper vacabant laudibus Dei, & erudiebantur ad sciendum facere carmina. Pro quo considerandum, quòd in veteri testamento, cũ esset vnicus locus sanctuarij, omnes homines, qui volebant vacare cõtemplationi, & diuinis

Propheta re quid.

Prophetare dupliciter.

uinis laudibus, non poterant conuenire in templũ illud, sed fiebant diuersa collegia per terram Israel, & in quolibet eorum erãt multi viri, qui specialiter vacabãt contemplationi, in comparatione ad alios homines, sicut nunc sunt Religiosi in comparatione ad populares: & isti in illis collegijs vacabant studijs sapientiæ, & doctrinæ, & disciplinæ legis, & addiscebant facere cantica diuinę laudis, & illa faciebãt. De his erant aliqua collegia tempore Samuelis, & omnes, qui erant in illis vocabantur prophetæ. Fuit autem vnum in Gabaa in colle, ad quem venit Saul, quando dimissus fuit à Samuele; & dicitur, ꝙ Saul, & puer suus venerunt ad prædictum collem, & exijt Cuneus prophetarum obuius ei, & insiluit super eũ spiritus Domini, & prophetauit, vt patet supra c. 10. Aliud collegiũ erat in Ramatha, de quo hic, & erãt multi prophetæ ibi laudantes Deum. Quod aũt isti prophetarent per doctrinam, apparet: quia dicitur, ꝙ stabat Samuel sup̃ eos, idest docebat illos prophetare: si tamen illi haberent hoc per spiritum Dei, ne mo doceret eos, sed illa solum prophetarent, ad quę spiritus Dei illos moueret. *Et Samuelem stantem super eos*, idest viderunt, ꝙ Samuel stabat super prophetas illos, s. erudiendo eos: quia ipse erat Doctor diuinæ laudis. Vel erat super eos, s. ꝙ erat Princeps eorum: nam etiam si dicatur, ꝙ isti habebant spiritum propheticum, poterat Samuel stare super eos: sed tunc non stabat, vt docẽs eos, sed, vt principans: quia ipse erat honorabilior inter oẽs prophetas, & antiquior. *Et factus est etiam in illis spiritus Domini*, idest non solum fuit spiritus Domini in alijs prophetis ad prophetãdum, sed etiam in nuncijs Saulis: ex quo innuitur, ꝙ aliqui de illis, qui prophetabant cum Samuele, habebant spiritum propheticum, & non prophetabãt per doctrinam, cum ponatur hic (etiam) quæ est dictio copulatiua. Potest tamen referri ista copulatio non ad spiritum propheticũ, sed ad actum prophetãdi, vt dicatur, ꝙ factus est spiritus Domini in istis, & prophetare cæperunt, etiam sicut alij, idest non solum alij prophetabant, qui non habebant spiritum propheticum, sed etiam isti, qui illum habebant: sed prior sensus est melior: quia hic ponitur bis. *Et prophetare cæperunt etiam ipsi*, s. isti, qui missi erant à Saule, cæperunt canere laudes Dei, sicut oẽs alij ꝓphetæ.

Quomodo factus est spiritus Domini in nuncios Saulis, qui venerunt in Ramatha, vt caperent Dauid.
Quæstio XXXII.

QVAERET aliquis. Quomodo factus est in istis spiritus Domini, vel quid sit fieri in eis spiritum. Respondendum est, ꝙ isti nuncij Saulis erant viri simplices, quantum ad actum prophetiæ: nunquam enim prophetauerant, neque habebant doctrinam humanam, per quam scirent prophetare: nunc quoque non ibant cum intentione prophetandi, sed, vt caperent Dauid ad mortem: Deus aũt immutauit intellectum, & voluntatem eorum supernaturaliter: intellectum quidem dando eis quandam illustrationem ad temp⁹, & sciendo ea, q̃ prius nesciuerant: vnde iam sapientes erant ad formandũ cantica diuinæ laudis: immutauit quoque voluntatem eorum, vt vellent prophetare, sicut mente nouerant, & vellent manere cum illis prophetis, q erãt cum Samuele. Quod sic factum est, quia non curauerunt amplius regredi ad Saulem, nec rapere Dauid, q̃q̃ esset coram eis, sed manebant pacifici, atque si ad nihil venissent, nisi ad prophetãdum. *Quod cum nunciatum esset Sauli, misit alios nuncios.* Subintelligendum est, ꝙ, cum isti primi nuncij prophetassent, morati sunt

A in Ramatha aliquot diebus, quorum mora admiratus Saul, misit aliquem, qui sciret, quid faciebant illi nuncij, & ille vidit eos prophetantes, nunciauitque Sauli, & tunc misit alios nuncios, vt raperent Dauid.

Saul misit alios nuncios, vt caperent Dauid. Quæst. XXXIII.

QVAERET aliquis. Quare mittebat Saul alios nuncios, propter hoc, ꝙ primi prophetabant? Respondendum est: quia Saul putauit iam illos non proficere intentioni suæ: nam ipse mittebat eos, vt raperent Dauid, & cum esset Dauid coram eis, nihil nocebant ei, nec saltem verbo, & sic mens eorũ mutata erat. Vnde siue hoc factum esset à Deo, qui mu-
B tasset voluntatem eorum, ad nolendum rapere Dauid, & intellectum ad prophetãdum: siue hoc factũ esset per aliquam collusionem, vel pactum, non ꝓficiebant illi nuncij Sauli, qui ardebat, vt duceret Dauid coram ipso ad occidendum. *Prophetauerunt autem & illi*, i. etiam isti secundi nuncij prophetauerunt, sicut primi, & manserunt cum Samuel, & alijs prophetis, nec nocuerunt Dauid.

Quomodo etiam isti secundi nuncij prophetauerunt.
Quæstio XXXIV.

QVAERET aliquis. Quomodo isti secundi nuncij prophetauerunt: videtur enim, ꝙ nullo
C modo debuissent prophetare, dato, ꝙ eis Deus infũdisset spiritum propheticum: quia isti ibant, vt raperent Dauid: & sciebant, ꝙ primi nuncij prophetassent, & propter hoc nõ executi fuissent mandatum Saulis: ideo ipsi habebant voluntatem non prophetandi, licèt Deus infunderet eis spiritum propheticum: spiritus autem iste est quædam illustratio supernaturalis ad cognoscendũ aliqua, quæ aliter cognosci non p̃nt: sed ea, quæ sunt in intellectu nõ p̃nt cogere voluntatem: ergo non compellerentur isti ad prophetandum, q̃q̃ haberent spiritum propheticũ. R̃ndendũ est, ꝙ ad hoc, ꝙ isti ꝓpharent, requirebãtur duo. Primum erat, ꝙ haberent quandam cognitionẽ supernaturalem. Secundum erat, ꝙ haberent
D voluntatem prophetandi ea, quæ cognouerant. Primum habebat per spiritum propheticum. Secundũ autem non erat per istum spũm, nam liberum erat prophetæ proferre ea, q̃ Deus reuelabat subticere: nam cum intellectus, & voluntas sint duæ potẽtiæ distinctæ id, ꝙ, in vna fuerit, non põt mouere alterã, cogẽdo ad aliquid sed spũs propheticus pertinet ad solum intellectum, ergo qui habet illum, q̃q̃ nõ possit intelligere ẽm illum, põt t̃n velle non loqui ea, q̃ intellexerit, eo, ꝙ velle loqui nõ ꝑtinet ad ĩtellectũ, sed ad voluntatẽ, iõ, si Deus nihil dederit alicui, nisi spũm propheticũ, nõ põt iste cogi ad ꝓphetãdũ, De⁹ t̃n interdũ cogit hoĩem ad loquẽdũ ea, q̃ nõ vult: sic .n. fuit in Balaã, q conabat̃, vt malediceret Israelitis,
E & cũ vellet maledicere, Deus mouebat linguã ei⁹ ad bñdicendũ Et q̃q̃ sæpe orasset, vt ꝑmitteret maledicere, nunq̃ poterat, vt patet Nu. c. 23. & 24. & Deu. c. 23. Sic aũt hic Deus infundebat istis nũcijs spũm ꝓpheticũ. Et si istũ solũ infundisset, nunq̃ ꝓphetassẽt: q̃a intentiõ eorũ erat, vt caperent Dauid ad occidẽdũ, cũ ad hoc missi essent. Sed dicẽdũ, ꝙ aliq̃d insup addebat, ꝙ ꝑtinebat ad voluntatẽ, ꝑ ꝙ non solũ isti sciebant ꝓphetare, sed ẽt volebãt, & actualiter ꝓphetabãt: istũ aũt poterat eẽ dupliciter. Vno mõ, ꝙ De⁹ moueret linguas eorũ, ẽt ipsis nolẽtib. & ꝓphetarẽt. Alio mõ, ꝙ Deus immutauit voluntatem eorũ nõ cogendo eam, sed faciendo, quòd appareret ei valde bonũ prophetare, & ꝯtrariũ huius esse valde malũ; ideo

Dupliciter poterat immutari volũtas nũciorũ à Deo.

ideo cũ magno deſiderio prophetabant, tanq̃ adipiſcentes aliquod bonum. Et iſtud ſecũdum veriſimilius eſt: nam ſi primum ſolum fuiſſet, q̃q̃ iſti cogerentur prophetare, tamen eorũ peruerſa voluntas non ceſſaret, & ſic ſemper vellent rapere Dauid, & conarentur eum rapere, niſi poneretur, ꝙ Deus impediret: & dato, ꝙ impediret, cum volũtas nequam perſeueraret, ipſi redirent ad Saulem, non tñ redibant, ſed manebant in Dei laudib. cum alijs prophetis: iõ dicendum eſt, ꝙ Deus fecerit, ꝙ appareret eis valde bonum prophetare, & manere cum alijs prophetis, in diuinis laudibus, nec rapere Dauid. *Et rurſum Saul miſit tertios nuncios.* Poſtquam enim vidit, ꝙ ſecũdi nũcij non redibãt, miſit aliquem ſciturũ, quid agerent: & reſponſum eſt, ꝙ prophetarent, iõ cũ iam ſciret illos nuncios nihil ſibi proficere, miſit tertios nuncios. *Qui & ipſi prophetauerunt,* i. ẽt Deus dedit ſpiritũ propheticum tertijs nuncijs, ſicut omnibus priorib. & prophetauerũt: nec additur aliquid alterum: quia ſubintelligendum eſt, quòd cum iſti prophetarent, non capiebant Dauid, nec hoc volebant, ſed deſiderabant manere in diuinis laudibus.

Iſtos nuncios fecit Deus prophetare propter duo.
Quæſtio XXXV.

QVAERET aliquis. Quare Deus faciebat, ꝙ omnes iſti nuncij prophetarent? Reſpondendũ eſt, ꝙ factum eſt propter duo. Primum fuit, vt Deus miraculosè fauere oſtenderetur Dauid, vt ſic deſiſtere vellet Saul ab iniquitate ſua, & publicè ſe videret confuſum: nam, ꝙ Deus faceret omnes nũcios Saulis prophetare, euidẽs miraculum erat: ꝙ autem fieret hoc, propter Dauid, ad quem capiendum ibant, ẽt erat manifeſtum: iõ ſic debuiſſet Saul erubeſcere de iniquitate ſua, cùm Deus publicè repugnaret ei, ſed non dedit ei Deus cor intelligens, vt à malo diuerteret. Secundò fuit data iſta prophetia ꝑꝑ liberationem Dauid: nam illi nũcij, qui veniebant, ſolum ibant, vt raperent Dauid: ſi autem Deus non impediuiſſet illos aliquo modo, rapuiſſent eum ad mortem, ꝙ Deus nolebat: iõ dedit illis, ꝙ prophetarent, & immutaretur cor eorũ, vt nollent rapere Dauid, ſed manere cum prophetis, nec redire cum reſponſo eius, ad quod miſſi fuerant. Sed tunc dicet aliquis, quòd hoc ſufficiebat factum fuiſſe in primis nũcijs, ſcilicet, ꝙ dum illi prophetarẽt, Dauid fugeret inde, & non poſſent eum rapere, ſtetit tamen ibi ſemper poſtea quouſq; venit Saul, & prophetauit fugit Dauid: nec potuit eum tunc perſequi Saul: ita debuiſſet facere, dum primi nuncij prophetarent. Dicendum eſt, ꝙ hoc facere Deus voluit ad confuſionem Saulis: nam ſi primi nuncij prophetaſſent, & eis prophetantib. fugiſſet Dauid, putaſſet Saul, ꝙ illud fuerat factum per colluſionem, vt haberet Dauid locum fugiendi, & ſic nõ crederet, ꝙ Deus repugnabat ei, ſed erat humana fraus: idem autem ſi expectaſſet Dauid dum prophetaſſent ſolum primi, & ſecundi, & fugiſſet, prophetantib. tertijs, putaret Saul fraudem eſſe. Quod patet: quia ẽt ſi ter nũcios miſiſſet, & prophetaſſent omnes: nunquam tamen credidit, quouſque ipſe iuit, & pariter prophetare coactus eſt, iõ decuit, vt non fugeret Dauid ad primos nuncios prophetantes, ſed expectaret aduentũ Saulis, & tũc fugeret.

An iſti nuncij Saulis poſtea ſemper prophetarunt.
Quæſtio XXXVI.

QVAERETVR vlterius, An iſti nuncij Saulis, quibus Deus dedit ſpiritum propheticum,
F prophetauerint ſemper, vel mãſerit ſpiritus ille ad aliquid paruum tempus. Reſpondendum eſt, quòd prophetia eſt aliquid pertinens ad intellectum, non tamen eſt penitus, ſicut habitus intelligẽdi, aut ſicut actus: magis tñ aſſimilatur actui intelligendi, q̃ habitui: nam quicunq; hẽt habitũ illũ, continuè hẽt, ſiue dormiat, ſiue vigilet, quouſque habitus ille penitus corrumpatur. In prophetis aũt non eſt ſic: quia, ẽt ſi loquamur de maximis prophetis, non habuit aliqs eorum continuè actum propheticum, ſed aliqñ ꝓphetabant, & aliqñ neſciebant prophetare. Sed tũc aliquis dicet, ꝙ iſta obiectio de actu prophetãdi nulla eſt: nam ſic eſt in habentib. habitum, q̃q̃ ſemper illũ hẽant, tñ nõ ſemper hñt habitum illius: ita ergo
G de propheta, q̃q̃ nõ ſemper habitualiter prophetet, poterit hr̃e ſemꝑ ſpũm propheticũ, & ſic erit, ſicut habitus. Rñdendum, ꝙ non ſtat: quia, qñ quis hẽt habitũ quẽcunque, dato, ꝙ actualiter ſm̃ illũ non operetur, põt tñ operari, qñcunq; voluerit. Prophetę tñ non habebant ſic: quia aliqñ volebant intelligere quam propheticè, & non poterant: poſtea aũt Deus reuelabat eis: ſic patet de Moyſe, qui fuit maximus ꝓphetarum: ipſe nãque multoties dubitauit ſuper aliquib. negocijs, ſicut patet de qõne filiarũ Salphaad, vbi cùm neſciret rñdere, q̃ſiuit à Domino, Num. c. 27. Iterum ẽt quærentib. eiſdem puellis, neſciuit reſpondere quouſque conſuluit Dominum, Num. c. vltimo. Multoties quoq; ſuper alijs dubitationibus
H ſolitus erat conſulere Dominum, Nu. c. 7. vbi dr̃, ꝙ qñdocunque volebat conſulere oraculum, i. habere reſponſum à Deo, introibat in Sancta Sanctorum, & audiebat vocem loquentem ad ſe de medio Cherubim: ſi tñ Moyſes ſemper hr̃et ſpũm propheticũ, q̃q̃ non ſemper actualiter prophetaſſet, poſſet ꝓphetare, quando vellet, ſed non prophetabat ſemper, qñ volebat: quia ſic non oportuiſſet, ꝙ aliquando conſuleret Dominum: ergo non ſemper habebat in ſe ſpũm propheticum: ſimile patet de Eliſeo, qui fuit valde magnus propheta, & duplicatus eſt in eo ſpũs Eliæ, vt patet infra 4. lib cap. 2. Iſte tamen non ſemꝑ habebat ſpiritum propheticum: nam ſemel quæſiuerunt ab eo Rex Iſrael, & Iuda de euẽtu belli, & ne
I ſciuit immediatè reſpondere, ſed dixit. adducite mihi pſaltem, cumq; caneret pſaltes, facta eſt ſuper eũ manus Domini: ergo vr̃, ꝙ tunc deſcendit ſpiritus propheticus, & ante non erat in eo, vt patet infra 4. li. ca. 3. Item iſte Eliſeus ſemel vidit hoſpitam ſuam venientẽ ad ſe, & neſciuit ad quid veniebat: & dixit, ꝙ Deus non reuelauerat ei, vt patet inf. 4. li. c. 4. ſ. Ait homo Dei: dimitte illam: anima enim eius, in amaritudine eſt, & Dominus celauit à me, & non indicauit mihi. Si tamen ſemper habuiſſet ſpiritũ propheticum, non ignoraſſet id, ꝙ ante ignorabat: ergo non habebat illum. Item non poteſt dari ſpiritus propheticus habitualiter: quia habitus eſt circa aliquod genus obiecti, & eſt determinatus per illud genus, iõ ſi
K Deus dediſſet alicui ſpiritum propheticum habitualiter, per illum ſciret de aliquo genere prophetare, & non de rebus alterius generis: & non poſſet dari ſpiritus iſte, niſi circa vnam rem: quia res prophetabiles ſunt contingentes, & non habent inter ſe connexionem aliquam neceſſariam: ſicut fit in ſpeculatiuis, quę neceſſaria ſunt: vnde licèt per vnum genus artis in ſpeculatiuis, poteſt aliquis iudicare de omnibus, quæ pertinent ad illud genus, & erit iudicium certiſſimum, ſicut qui habet habitum, circa inquiſitionem Eclypſis, per eundem habitum ſciet inquirere omnes Eclypſas futuras certiſſimè: ſi autem aliquis habeat habitum iudicatiuum, circa aliquod contingens, non iudicabit certiſſimè de omnibus, quæ

quæ sunt illius generis, per illum habitum: quia in- contingentia habent infinitam variabilitatem. Cognitio tamen prophetica est certissima, & necessaria, nec obstat, si quis dicat, q̄ habitus prudentiæ est vnicus, & est de omnib. agibilibus, quæ pertinent ad vitam totam, vt patet 6. Ethic. de prudentia: nā prudentia est habitus non necessarius: nam aliqñ p̄ eam bene iudicamus, & aliqñ fallimur. Cognitio aũt prophetica non se habet ad vtrumlibet, sed est determinatè, & necessariò vera, ideo impossibile est dari aliquem habitum, per quem contingentia cognoscantur determinatè: & si diceremus aliquem habitum esse de his, non esset vnus habitus ad cognoscendas multas res contingentes, sed vnus habitus ad vnam rem: & sic necesse esset, q̄ propheta, qui haberet spiritum propheticum, si iste spiritus esset vnicus, non posset cognoscere, nisi vnam rem contingētem, & illam eandem semper cognosceret: vnde si deberet cognoscere ille ꝓpheta aliàs res nouas, necesse esset, q̄ infunderētur ei noui habitus, & illos nō haberet, nisi qñ infunderentur. Si aũt aliquis deberet de oĩb. prophetare, oporteret, q̄ singulariter infunderētur ei habitus circa res singulas: Hoc tñ est falsum, & valde inconueniens. Item: q̄a adhuc non poterant vocari isti habitus: quia habitus non determinanť per vnitatem actus, sed per vnitatem obiecti: & est aliquid, per q̄ possumus cōtinuè habere nouas cognitiones: per spiritum aũt propheticũ, si esset habitualis, non possent haberi nouæ cognitiones, sed illam vnicam rem, quam aliquis semel cognouit, illā semper cognosceret: nec poterat habere cognitiones rerum multarum contingentium simul, nisi per actualem illuminationem: istud aũt non pertinet ad habitum, sed ad actum: non ergo hñt prophetæ aliquem habitum propheticũ manentem, per quem cognoscant omnia, vel saltem multa, sed recipiũt nouam illuminationem, qñcunq; debent aliquid intelligere, & illa esse per modum actus. Aliquis aũt obijciet, q̄ possit aliquis habere habitualiter cognitionē contingentium, i. q̄ hēat aliquem habitum, per quem possit cognoscere quęcunq; contingentia: sic. n. erat de anima Christi: oĩa. n. futura contingentia actualiter semper cognoscit, & cognoscebat, dum erat in vita mortali, nec ponit aliquis fuisse in eo tales illuminationes, sicut dicitur de prophetis, sed erat cognitio manens: ergo habitualis. Respondendum est, q̄ anima Christi habebat, & habet cognitionē omnium contingentiũ futurorum: nec tamen hēt hoc per habitum, nec est possibile haberi per habitũ, sed habet cognitionem illam in verbo, & in illo ēt cognoscebat, dum esset in vita mortali: quia semp̄ fuit comprehensor: si tñ anima Christi saltem ad horam priuaretur cognitione illa, q̄ est in verbo, & dareť ei q̄cunq; cognitio habitualis quãtumcunq; miraculosa, impossibile erat, q̄ certissimè cognosceret omnia futura contingentia, sed posset cognoscere aliqua per actualem Dei illustrationem, & eleuationē, sicut in prophetis fit, qua illustratione cessante, nihil cognosceret. Patet ergo, q̄ spiritus propheticus nō sit habitus: rursus non est spiritus propheticus, sicut vnus, & idem actus: quia vnus act⁹, postquam semel desierit, impossibile est eum, vel aliquid eius esse: spiritus tamen propheticus aliquando est in prophetis, & postea desinit, & iterum est: modum tamen habet actus non vnius, sed multorũ, s. quia nũc prophetæ habent vnam illuminationem, qua cessante, & ipsis ad alia diuertentibus, aliā rursus hñe pñt. Nũc verò ad q̄ōnem dicendũ, q̄ si spũs propheticus esset habitus, cũ semel alicui datus esset, ex natura sua, deberet semper manere, nisi per dissuetudinem opera-

A tionis aboleretur, sed non est habitus, iō impossibile est, q̄ semper maneat: quia tunc prophetæ nunq̄ diuerterent ad aliquem alium actũ: sed hoc nunq̄ fuit in aliquo hoīe, dũ adhuc mortalis esset: quærere ergo, an maneret semper spũs propheticus in istis, vel non: nō est quærere, an semper actualiter manserit, sed, an multoties post hoc habuerint, & non ꝓphetauerint, solum, qñ fuerunt, nunc coram Samuele. Aliqui nāq; dicũtur isto mō semper prophetasse, vt patet de 70. viris, qui electi sũt in adiutorium Moysi pro regimine populi: nā de eis dr̃ Nu. 11. Cumq; requieuisset in eis spũs, prophetauerunt, nec vltra cessauerunt: manifestum est tñ, q̄ isti aliqñ cessabant ꝓphetare, s. cum dormiebant, vel qñ capiebant cibũ: ergo ēt si aliquis non semper actualiter propheta-
B ret, dum tñ per multos dies interpollate prophetet, dicitur semper prophetare Si autem isti nũcij, postq̄ recesserunt à Samuele, multotiens prophetauerũt, dicetur spũs propheticus semper mansisse in eis: in hoc tamen dubium est, quia, quacunque istarũ partium data, nō est aliquod inconueniens: magis tñ vr̃ dicendum, q̄ isti nunq̄ prophetauerunt, nisi quando fuerunt cum Samuele: quia Deus non dabat istis spiritum propheticum p̄p aliquid aliud nisi, vt non tenerent Dauid, & vt manifestareť iniq̄tas Saulis: istud tamen solum factum est coram Samuele, ergo non erat opus, q̄ isti prophetarent, nisi ibi. Dicendum tñ, q̄ omnes nuncij Saulis prophetauerunt quousque
C venit Saul, siue primi, siue secũdi, siue tertij: & hoc, vt, quando Saul veniret, reperiret omnes prophetātes, & manifestè appareret illud à Deo euenisse. Si autem primi, & secundi nuncij recessissent, manentibus sibi solis tertijs, credidisset Saul, q̄ illud fiebat in fraudem: nam saltem, cũ illi nuncij cessarent prophetare, debuissent capere Dauid, & non capierunt: vt ergo cognosceret, q̄ hoc fiebat à Deo, manserunt ibi omnes nũcij prophetantes, vsque ad aduentum eius: & postea credendũ est, quòd post recessum Dauid omnes simul desierint prophetare, tam Saul, q̄ nuncij sui. Sed aliquis obijciet, quòd isti nunquam cessauerint prophetare: quia, quando Deus aliquid confert cuiquam, nũquam illud ei aufert, nisi deme-
D reatur: dato, quòd cesset ille finis, ad quem datũ fuit illud, sicut probatum fuit illud Exod. cap. 31. De Beseleel, & socijs suis, quibus Deus dedit artem supernaturaliter, vt sciret facere ea, quæ prius nesciebāt, & hoc fuit, vt fabricarent tabernaculum: finita tamen fabricatione, non cessauit ille habitus, sed semper habuerunt habitum artis, quem Deus infudit. Cùm ergo spiritus propheticus fuerit datus istis nũcijs Saulis propter causam dictam: quanquam illa cessauerit, videtur, quòd manserit spiritus propheticus. Respondendum est, quòd Deus nunquam aufert id, q̄ semel dat, nisi quis demereatur, qñ illud, qđ datur, est per se manens, scilicet, quòd sine aliqua operatione miraculosa manere possit in illo, cui datum est. Si tamen id, quod datum est, non possit manere, nisi semper Deus miraculosè conseruet, finita
E operatione, ad quam illud est, non manebit: & sic patet differentia in præsenti: nam Beseleel, & socij sui receperunt habitum artis supernaturaliter, ille autem ad causationem suam exigebat miraculum, & tamen ad conseruationem non: quia postquam aliquis habitus inest animæ, ex natura sua habet, quòd maneat, nisi per contrarios actus corrumpatur, vel per cessationem operationum desinat, ideo quanquam cessaret fabricatio tabernaculi, habitus infusus à Deo Beseleel maneret, nisi illum Deus auferret: Deus tamen non aufert quod dedit, ideo semper maneret. Isti autem nuncij Saulis receperũt spiri-

ſpiritum propheticũ, qui non eſt habitus, ſed actus, ſ. quædam illuſtratio ſupernaturalis, qua intellectus prophetę mouetur à Deo: & quia non poteſt manere iſta illuſtratio, niſi quandiu Deus actualiter illuſtrat, requiritur ſemper miraculum quandiu aliquis prophetat: & quia Deus non facit miraculum niſi ad aliquem finem, habito illo fine, ceſſabit miraculum: & quia in iſtis nuncijs Saulis finis prophetiæ erat, qui dictus eſt: & iſte fuit habitus in aduentu Saulis, & fuga Dauid, ideo Deus non operaretur vltra miraculosè illuſtrando iſtos, ſed non poteſt propheta prophetare, niſi per actualem illuſtrationem Dei: ergo ceſſante illa, neceſſe eſt, ꝙ ceſſaret ſpiritus propheticus in iſtis. Cũ aũt obijcit, ꝙ Deus non tollit id, ꝙ dedit, concedendũ eſt: ſic. n. fuit in iſtis: quia
G Deus nihil abſtulit eis, ſed deſijt operari miraculosè: non tñ fecit aliquid plus in Beſeleel, ꝗ in iſtis: ſed differebat: quia, ꝙ collatum eſt Beſeleel, erat per ſe manens, ideo Deo non conſeruante, manſit: ꝙ aũt iſtis collatum eſt, non erat manens, ideo Deo non conſeruante, perijt. Quod autem in iſtis, ceſſauerit ſpũs propheticus, apparet per ſimile; quia Deus contulit ſpiritum prophetiæ Sauli, quando receſſit à Samuele die, qua vnctus eſt, ſupra c. 10. & hoc erat ad ſignificandũ, qũo eligebatur in Regem auctoritate Dei: habito aũt illo fine, qui per vnicum actum habebať, ceſſauit ſpiritus propheticus: nam ex illo tpe nunꝗ poſtea Saul prophetauit, vſque nunc, qñ coactus eſt à Deo prophetare. Quod patet: quia cum propheta-
H uit, hinc exiuit prouerbium: Nũ Saul inter prophetas? vt patet infra, ꝙ dicebatur ex quadam admiratione: ſi tñ ex illo tpe, quo primo Saul prophetauit conſueuiſſet multoties prophetare, non exiret ꝓuerbiũ de eo, nec admirarentur videntes: nunquam ergo ex illo tpe prophetauerat: ſic igitur hic nunquã prophetauerunt nũcij Saulis, nec ipſe Saul poſt hoc: quia hic completum eſt id, ad ꝙ prophetabant. *Et iratus iracundia Saul*, ideſt iratus fuit nimis Saul: quia iſti nuncij prophetabant, & non capiebant Dauid. Erat tamen iſta iracundia irrationabilis: quia illi inuiti prophetabant. Et dato, ꝙ conarentur non prophetare, Deus illos cogebat ad prophetandum, ſicut fuit de Balaam, qui cum ſępe conatus fuiſſet maledi
I cere Iſraelitis, & nũquam potuiſſet, dixit ad eũ Rex Moab: Decreueram ꝗdem magnificè honorare te, ſed Deus priuauit te honore diſpoſito. Reſpondit Balaam: nonne nuncijs tuis, quos miſiſti ad me, dixi: ſi dederit mihi Balac plenam Domum ſuam Argenti, & Auri non potero præterire ſermonem Domini, vt vel boni ꝗd, vel mali proferam ex corde meo, ſed quicquid Dominus dixerit, hoc loquar? Num. c. 24. Iraſcebatur tamen Saul: ꝗa putabat iſta fieri per colluſionem. *Abijt autem ipſe etiam in Ramatha*, i. poſtꝗ nulli de Trib. nuncijs redierunt, ipſe Saul iuit illùc: & non dicitur hic abijt in Ramatha, i. peruenit illùc, ſed abijt, ideſt incœpit ire: nam poſt hoc dicitur, ꝙ
K interrogauit in quo loco ſunt Samuel, & Dauid: & reſponſum eſt, in Naioth, in Ramatha. Et dicitur immediatè, ꝙ ipſe iuit in Naioth, in Ramatha: ergo nõ dum illuc iuerat, ſed incipiebat ire. *Et venit ad ciſternã magnam, quę eſt in Soccoth*, i. apud vrbem Soccoth. Eſt Soccoth Ciuitas in terra Iſrael, de qua dicitur Iud. c. 8. ꝙ Gedeon occidit 77. viros Principes Soccoth, & contriuit eos, cum ſpinis, & tribulis. Eſt autem duplex Socchot in terra Iſrael: vna erat in ſorte Iudæ, de qua habetur Ioſue c. 15. & de illa dicitur, ſupra c. 17. ꝙ caſtra Philiſthinorum erant inter Soccoth, & Azecha: alia Socchot erat in terra duarum tribuũ, & dimidiæ in ſorte Gad, vt patet Ioſue, c. 13. ſed iſta, de qua hic dicitur, videtur, ꝙ fuerit Soccoth, quę eſt

Soccoth Ciuitas.

F in Tribu Iuda, quia cũ Saul eſſet in Tribu Beniamin ad eũdum in Ramatha, quæ erat in Tribu Ephraim, non erat tranſiturus per terram Iudæ: ꝙ patet conſiderando ſitum ſortium Tribuum Iſrael, de quibus Ioſue. a. c. 13. vſque ad 20 Saul autem non introiuit nunc in vrbem Soccoth, ſed apud quandam magnã ciſternã, quę erat iuxta Socchot, quęſiuit à quibuſdam de Dauid. *Et interrogauit, & dixit: in quo loco ſunt Samuel, & Dauid?* Ante hoc. n. ſciebat Saul, ꝙ Samuel, & Dauid eſſent in Ramatha, cùm ter miſiſſet illùc nuncios, & nunc quoq; ipſe directè illuc ibat, cùm dicatur ſupra: abijt ipſe in Ramatha, ſed interrogauit, vbi eſſent Dauid, & Samuel, ꝗa putauit, ꝙ cũ cognitum eſſet à Saule, eos eſſe in Ramatha, timerent, & fugerent inde: ideo quæſiuit, an ad aliquem aliũ locum declinaſſent. *Dictumque eſt ei: ecce in Naioth, ſunt in Ramatha.* Non enim declinauerunt ad alium locũ, ſed manſerunt ibi quouſque venit Saul. *Et abijt in Naioth, in Ramatha*, i. incepit ire de Soccoth, in Ramatha. Et non accipitur, abijt, i. peruenit: quia poſt hoc dr̃, ꝙ incepit prophetare, vſq; dũ veniret in Naioth.

Saul iuit in Ramatha, vt caperet Dauid, & non miſit plures nuncios: quia putauit eos facturos, ſicut alij.
Quæſtio. XXXVII.

QVAERET aliquis. Quare Saul non miſit alios nuncios, ſed ipſe iuit? Reſpondendum, ꝙ ipſe mittebat nuncios de familiaribus ſuis, qui eũ nimis diligebant, & videbantur facturi quantũ poſſent, ſed non fecerunt, ꝙ ipſe volebat, ideo cũ non rediſſent primi, putauit illos colluſiſſe cum Dauid: & miſit ſecundos, qui cum non feciſſent, quod ipſe volebat, nec etiam tertij, putauit, ꝙ iam nullꝰ de miniſtris ſuis ei ſeruaret veritatem, ſed omnes facerent colluſionem cum Dauid. Hoc autem opinabatur Saul: nam infra, ca. 22. hoc dixit: Omnes coniuraſtis aduerſus me, & non eſt, qui mihi renũciet: maximè, cùm & filius meus fœdus inierit cum filio Iſai: non eſt, qui vicem meam doleat ex vobis, nec eſt, qui renunciet mihi. Ita igitur opinatus eſt hic, ꝙ iſti nuncij colluſſerant cum Dauid, & omnes alij, ſic facturi erant, ideo ſuperfluũ erat eos mitti, ſed ipſe ꝑ ſe iuit.

Saul iuit: quia exiſtimauit nuncios ſuos non prophetare.
Quæſtio. XXXVIII.

QVAERETVR vlterius. Quare Saul ire voluit ad tenendum Dauid: nam cũ miſiſſet nuncios ter, & omnes coacti fuiſſent à Deo prophetare, credere debebat, ꝙ etiam ipſe cogeretur, nec poſſet tenere Dauid, præcipuè, cũ ipſe ſciret conditionem ſpiritus prophetici, ſ. ꝙ aduenit homine non petente, & etiam ſi nolit: cũ iam habuiſſet ſpiritum propheticum die, qua vnctus eſt in Regem, vt patet ſupra cap. 10 Reſpondendum eſt, ꝙ Saul exiſtimauit, ꝙ iſti non verè prophetabant, ſed per colluſionem omnes faciebant, eo, ꝙ diligenter Dauid: præſertim, cum Ionathas iniuiſſet fœdus cum Dauid, & credebat, ꝙ ille inducebat omnes ſeruos ſuos, vt nemo ꝑſequereť Dauid, quanquam hoc iuberet Saul, ſed fingerent ſe obedire mandatis illius, quod ſatis ipſe Saul expreſſit, dicens: quod omnes coniurauerant contra eum, infra cap. 22. Voluit ergo ipſe ire, vt teneret Dauid. Hoc autem aliqualiter patere põt: ꝗa Saul iratus fuit nimis, cũ oẽs nuncij prophetauerũt: ſi tamen exiſtimaſſet, quòd illi verè à Deo cogebantur prophetare, non iraſceretur ſciens, quòd ipſi in hoc nihil mali merebantur, cum Deus eos cogeret. Aliter dici poteſt, quòd quanquam intelligeret, ꝙ omnes

omnes isti coacti fuerint prophetare, tamen volebat illùc ire, putans, ꝙ ipse non cogeretur prophetare, & licèt simile esset de eo, & de alijs, & quilibet, qui rectè iudicaret, posset cognoscere, ꝙ etiam Samuel cogendus esset prophetare: tamen iniquitas cordis sui non sinebat eum rectè iudicare: malicia namq; peruertit iudicium, & facit ignorare in particulari, vt patet 6. Ethi. in fine. Sic enim fuit de Balaam, cuius cum esset nimis peruersa intentio ad maledicendũ Hebræis, quamquam aliquando Deus repugnasset, illi conabatur iterum maledicere: dixerat enim sibi Deus, ꝙ non malediceret Israelitis. Num. cap. 22. & tamen ter conatus est maledicere: & faciebat diuersas cęremonias sacrificiorum, vt Deus eum permitteret maledicere Israeli, sed nunquam permisit, vt patet Num. 23. & 24. cap. Cùm ergo nimis esset peruersa intentio Saulis contra Dauid, quamquam sciret omnes alios coactos ad prophetandum; adhuc ipse conatus est illùc ire.

Quare Samuel, & Dauid non recesserunt de Ramatha, cùm sciret Saul venturum. *Quęst.* XXXIX.

QVAERET aliquis. Quare Samuel, & Dauid non declinauerunt de Vrbe Ramatha, cum toties venissent nũcij Saulis ad tenendum Dauid, & satis verisimile erat ipsum Saulem venturum fore? Respondendum est, ꝙ non recesserunt inde: quia nihil proficiebat recessus: nam quocunq; iret Dauid, Saul persecuturus erat illum. Sic enim dixit ipse Saul, infra ca. 23. s. quod si etiam si in terra se obstruxerit: perscrutabor eum in cunctis milibus Iuda: & ipse Dauid dixit Sauli: egressus est Rex Israel, vt quęrat publicè vnum, sicut persequitur Perdix in montib. infra ca. 26. Cùm ergo Dauid sciret, ꝙ Saul persecuturus erat eum in omni loco, non proderat fuga de vno loco ad alterũ, nisi fugeret extra Terram Israel: hoc autem nondum deliberauerat facere Dauid quousque sciret completam esse maliciam Saulis, ideo non expediebat, quòd fugeret de Ramatha. alia causa, & potissima erat: quia videbat Dauid, ꝙ Deus faciebat miracula pro eo, cum esset in Ramatha, & non poterant ei nocere hostes. Si aũt ad aliũ locum recederet, nesciebat, an Deus ibi eum sic vellet liberare, ideo nolebat fugere, dum Deus miracula faciebat. Aliquis tamen obijciet, ꝙ Samuel, & Dauid tentabant Deum in hoc: nam, quando quis per prudentiam, vel opus humanum potest se à morte eripere, si nolit facere, quod potest, expectãs diuinũ miraculum, vel si se exponat alicui periculo, expectans, ꝙ Deus illum liberabit, tentat Deum, vt patet Matth. cap. 4. cùm dixit Dæmon Christo, ꝙ dimitteret se de Pinnaculo. Respondit Christus, ꝙ non erat Deus tentandus: sed Samuel, & Dauid poterant fugere de Ramatha, & saluari. Expectare ergo, ꝙ Deus faceret pro eis miracula, tentare Deũ erat. Responderi potest dupliciter: vno modo, ꝙ non tentabant Deum: quia non putabant se posse alio modo euadere: sciebat enim Dauid, ꝙ ad quęcunque locũ fugeret, comprehenderet eũ Saul, nisi Deus ipsum liberaret: & quia hic per miracula liberabat, cautius fuit hic manere: si tamen putasset, ꝙ ad alium locũ fugiens, esset omnino securus, fugere debuisset. Aliter autem responderi potest, & melius, ꝙ non debet aliquis se exponere periculo, vel omittere facere, ꝙ potest via humana, expectans, ꝙ Deus illum liberabit per miraculum: si tamen Deus incipiat aliquem liberare miraculosè à periculo, ipso non se exponente, non tenetur fugere illud periculũ, ẽt si posset via humana deuitare illud: qa ibi non est tentatio Dei, cùm iste non se exponat periculo expectãs, ꝙ Deus eum liberet, sed antequam credant se esse in periculo, vel aliquid expectet Deus, incipit eum liberare: sic fuit de Dauid: quia, quando ipse à principio venit in Ramatha, non se exposuit alicui periculo manendo ibi, quousque istud cognitũ esset à Saule: venientibus autem nuncijs Saulis, vt caperent Dauid, cępit esse in periculo, & tunc fugiturus erat, nisi Deus miraculum fecisset, sed mox, vt venerunt nũcij, Dauid nihil aduertente, nec expectante aliquod miraculũ, Deus fecit prophetare nuncios: quia ergo Deus faciebat miraculum ad eripiendum eum à periculo, non tenebatur fugere de illo periculo, quandiu durabat miraculũ: & sic fecit: quia, q̃q̃ ter venissent nũcij Saulis, nunquam fugit Dauid, quousque venit Saul. Credendum est ẽt, ꝙ hoc non fecerit Dauid sine reuelatione Dei: quia, cùm esset Dauid cum Samuele, credẽdum est, ꝙ consuluerit Samuel Dominum pro Dauid: & ille responderit, ꝙ maneret Dauid. *Et factus est etiam super eum spiritus Domini*, idest venit super eum spiritus prophetię, sicut venerat super omnes alios, quos miserat, & ex eadem causa venit, s. vt nõ posset tenere Dauid. *Et ambulabant egrediens*, i. ambulabat ad ingrediendum. Nondũ enim ingrediebatur in Ramatha, sed veniebat de Soccoth in Ramatha. *Et prophetabat vsque, dum veniret in Naioth*, idest ibat prophetando antequam accederet ad Naioth. Hoc aũt fuit speciale in eo: nam alij, s. nuncij sui, nunquam prophetauerunt, vsquequo venirent in Naioth, coram Samuele, Saul autem incępit prophetare anteq̃ illùc veniret. Hoc autem fuit ad confusionem illius, & ad indicandum proteruiam ipsius, qui putabat, ꝙ ipse non prophetaret sicut alij, & qa alij coacti fuerant prophetare immediatè, vt steterunt coram Samuele, ipse autem, antequam intraret in Vrbem, cępit prophetare. Quantum autem fuerit spatiũ, s. an prophetauerit ex Soccoth, vsq; Ramatha, vel pauloante Vrbem cęperit prophetare, non apparet: satis autem est, ꝙ incęperit antequam veniret in Ramatha *Et spoliauit se, etiam vestimentis suis*. Hoc potest dupliciter intelligi vno modo, ꝙ spoliauit se, ẽt vestimentis suis, i. ꝙ oẽs alij, qui prophetabãt, spoliauerunt se, & ẽt Saul spoliauit se. Aliter potest intelligi, ꝙ non solũ Saul prophetauit, sed ẽt spoliauit se vestibus. Et hoc erat in eo, super omnes alios: quia nullus de alijs spoliauit se, sed solum prophetabat. Non intelligitur, ꝙ spoliauit se vestib., quasi nulla ei oĩno vestis mansisset, sed solũ spoliauit se vestib. superioribus, quę erant regalia insignia, & illis ablatis, dicebat esse nudus. Dicit autem Nicolaus, ꝙ hoc fecit Saul, vt deponeret vestes regales, & assumeret vestes similes religiosis laudantibus Deũ: sic enim fecit Dauid, qui vestitus Ephod lineo procedebat ante Arcã cantans in organis laudes diuinas, infra 2. li. c. 6. pp ꝙ despexit eũ Michol, dicẽs: Quàm gloriosus fuit: hodie Rex Israel discooperiens se corã Ancillis. Et hoc: qa deposuerat regalia insignia. Hoc tamen non stat in similitudine: quia hic præsupponit, ꝙ Dauid ab intẽtione mutauerit vestes suas, vt acciperet vestes similes vestib. prophetarũ: Saul tñ nihil horũ agebat ab intentione, sed extra mentẽ positus: quia Deus eum ad hoc cogebat. Itẽ non est simile, ꝙ inducit de Dauid: quia ille ex deuotione accinctus est Ephod: Saul aũt non erat deuotus inter ꝓphetas: quia ibat illùc nequissima intentione, s. vt teneret Dauid, & cũ proposito nõ ꝓphetãdi. *Et cecinit nudus tota die illa, & nocte.* i. Saul cãtauit tota die, & nocte, & fuit nudus: in hoc enim, ꝙ dicit, cęcinit significatur, quod ista prophetia non erat de annunciatione futurorum, sed erat de laudib. diuinis: quia annunciatio futurorũ non erat

Saul spoliasse se vestimentis suis, dupliciter intelligi posse.

erat cantare, Saul autem cantabat. Idem intelligendum est de omnibus alijs, qui prophetabant, scilicet, ꝙ prophetia sua erat canendo laudes Dei: Sic apparet 1. Paralipom. cap. 25. de Leuitis, de quib. dicitur, quòd prophetabant in Organis, & Citharis, idest, canebant laudes Dei in istis instrumentis. Dicitur aũt Saul nudus, non, quòd penitus nud⁹ esset: quia hanc ignominiam eius non tolerasset Samuel, & alij, qui cum eo erant, sed erat nudus; quia spoliauit se vestibus, quib. semper vtebatur, scilicet, regalib. insignijs, relictis alijs vestibus inferioribus: ille tamen vocatur nudus, qui non habet omnes vestes, quas habere solet. Sciendum, ꝙ vbi litera nostra dicit hic, nudus, litera Chaldaica dicit, super cinerem, s. ꝙ Saul prophetabat iacens super cinerem: sed melius habet litera nostra. Dicit autem Ra. Abra. Abben Ezra, qđ Saul spoliauit se, eo, ꝙ nesciebat, quid agebat. Vult enim, ꝙ, quando spiritus irruit in prophetas, priuantur omnibus sensationibus, & nesciũt, quid agunt, ideo aliquando spoliant se, vel faciunt alia, quę non sentiunt. Inducit exemplum de Balaam, qui cadebat in Terram, quando prophetabat, Num. cap. 24. Sed dicendum est, ꝙ spiritus propheticus non cogit prophetam carere omni sensatione, nisi forte detur ei, hoc in pœnam, sicut est in arrepticijs: & hoc nunquam erit, nisi in prophetis malis. Et sic fortè erat in Balaam, qui erat nequissimus. Vel, quando prophetia est de altissimis, & fit in ecstasi: nam tunc necesse est carere omni sensatione, sicut fuit in Paulo, Actuum 9. & secunda ad Corin. c. 10. non ergo erat conditio prophetarum, vt in Terram caderent, cũ prophetarent. In Saulem autem hoc factum est, propter confusionem suam, vt, cum desineret prophetare, reperiret se nudum. In alijs autem, scilicet in nuncijs suis, non fuit hoc factum. Dicitur etiam, ꝙ tota die, & nocte illa cecinit. In quo innuitur, ꝙ solum durauit Saul prophetando die vno, & nocte vna. Nam post hoc non cecinit, nec fuit nudus. De omnibus autem alijs dicendum, ꝙ prophetauerunt semper quousq; venit Saul, & quando ipse cessauit prophetare, omnes alij cessauerunt: iam tamen Dauid fugerat de Naioth, quando cessauerunt isti prophetare: nam intelligendum est, ꝙ mox, vt Dauid vidit Saulem prophetantem, fugit putans, ꝙ haberet bonum locum fugiendi, dum prophetabat Saul, & in illo die, & nocte potuisset satis fugere: postquam vero cessauit Saul prophetare, habuit intentionem iniquam, sicut à principio, & tunc, si ibi fuisset Dauid, tenuisset eum. Sed Deus non permissurus erat, ꝙ cessaret Saul à prophetia, dum maneret Dauid in Naioth. De nuncijs autem Saulis, & de ipso Saule dicendum est, ꝙ non semper prophetabant dũ erant in Ramatha: quia interdum dormiebant, & interdũ capiebant cibos: Deus tamen sic eorũ voluntatem mutauerat, vt non solum vellent cum illis prophetis canere Dei laudes, sed etiam penit⁹ eligebant eorum vitam quantum ad omnem ceremoniam, & si mansisset eis eadem mens semper, voluissent vitam prophetarum: illi autem prophetæ, qui erant cũ Samuele, videntes, ꝙ hoc à Deo fiebat ad liberationẽ Dauid, non prohibebant illos secum stare, nec vetabant à cibis suis, & reliqua communicatione quousque desierunt prophetare; nam tunc ipsi spontè recesserunt. *Et Prophetauit cum cęteris coram Samuele*, s. Saul erat permutatus mente, & iam prophetare cœperat antequam venisset ad Samuelem. Cũ verò omnes alios prophetare vidit, adhæsit eis, & prophetauit cũ illis coram Samuele, qui erat Princeps inter prophetantes. Sed aliquis dicet, contra hoc esse, qđ habetur supra, cap. 15. quia ibi dicitur, ꝙ postquam

Prophetæ nõ carent omni sensatione.

F Samuel recessit à Saule, non vidit eum vsq; ad diem mortis suæ: & tamen hic vidit, cum prophetaret coram eo. Respondendum est, sicut habitum fuit supr. cap. 15. vbi de hoc quæsitum est. *Vnde exiuit Prouerbiũ: Num & Saul inter Prophetas?* idest: quia nunc Saul prophetauit, stans cum prophetis vna die, & vna nocte, versum est in Prouerbium ab omnibus: Num Saul inter prophetas? hoc dicitur per modum admirationis? q. d. admirabile est, ꝙ Saul sit inter prophetas, eo, quòd ipse non erat propheta, nec consueuerat vacare huic exercitio.

Quare nunc exiuit hoc Prouerbium; Num & Saul inter Prophetas. Quæstio. XL.

G QVAERET aliquis, Quare nunc introductũ fuit Prouerbiũ de Saule inter Prophetas: quia iam iterum exierat Prouerbium, vt patet, supra ca. 10. Et quare magis de Saule exiuit istud Prouerbiũ, quàm de omnib. alijs, cũ etiam omnes alij prophetauerint, & nullus eorum ante hoc cõsueuerat prophetare? Respondendum est, ad primum, ꝙ nũc exiuit Prouerbium de Saule: quia nunc prophetauit, & non competebat ei ex officio, nec ipse consueuerat vacare vitæ prophetali, & nunc vacabat, vt videbat toto corde. Nicolaus autem aliter introducit literã, s. ꝙ Saul erat nimis indeuot⁹, & hoc cognoscebant omnes Israelitæ: nunc verò adhæserat prophetis, q
H semper vacabant deuotioni, & diuinis laudib⁹: ideo admirabantur omnes, ꝙ tam peruersus homo adhę sisset deuotioni. Vnde admirantes dicebant: Num Saul inter Prophetas? Cũ autem dicitur, quare nũc exiuerit istud prouerbium, cum prius exiuisset. Respondendum est, ꝙ istud prouerbiũ exiuerat in principio Regni Saulis, s. antequam eligeret in Regem. Ab illo autem tempore, vsque nunc Saul nunquam prophetauerat, & transierant multi anni intermedij, ita, vt iam nunquam videretur prophetaturus. Cũ autem nunc prophetauit, admirati sunt omnes Israelitæ, sicut à principio admirati fuerãt in prima eius Prophetia: quia ita nunc erat insipiens circa diuinas laudes, sicut à principio. Cum autem dicitur:
I quare prouerbium exiuit de Saule, & non de alijs, cum etiam alij prophetarẽt. Respondendum est, ꝙ admirati Israelitæ, tam de Saule, quàm de cœteris admirati sunt. De Saule tamen specialiter exiuit Prouerbiũ, quia ad eum magis attenderunt, quàm ad reliquos, cum ipse esset præcipuus: quia Rex: posset autem secundum intentionem Nicolai, aliter introduci, s. ꝙ admiratio fuit hæc propter nimiam indeuotionem Saulis: & quia inter omnes, q missi fuerant ad tenendum Dauid, nullus erat tam indeuotus, vt Saul: de eo magis admiratio fuit, quàm de cœteris.

Dubitatio. Responsio.

CAPITVLVM XX.

K FVGIT autem Dauid de Naioth, quæ est in Ramatha, veniensque locutus est, coram Ionatha. Quid feci? Quæ est iniquitas mea? & quod peccatum meum in patrem tuum? quia quærit animam meam? Qui dixit ei: Absit à te, nõ morieris.

7.q.1.c. sciatis.

Dicto in superiorib. qualiter Saul persecutus fuerit Dauid, hic agitur qualiter persecutus fuerit Ionatham

A tham propter Dauid. Et diuiditur in quinque partes: quia primò ponitur ipsius Dauid petitio. Secundò ipsius Ionathæ concessio: Tertiò consecutionis executio. Quartò Saulis indignatio. Quintò Dauid, & Ionathæ lachrymabilis separatio. Secunda ibi. *Et ait Ionathas*. Tertia ibi. *Venerunt Kalendę*. Quarta ibi. *Iratus autem Saul*. Quinta ibi. *Cumque illusisset*.

Ordinem eorum, quæ sunt in hoc ca. ad præcedentia, rectum esse.
Quæstio I.

CIRCA primum de ordine huius ad præcedētia, quæritur, An sit continuus ordo, vel aliqua transmutatio, & an multum temp⁹ interciderit inter ea, quæ habentur supra, & hic. Vel ista fuerint B facta immediatè post illa? Respondendum ad primū, ꝙ hic est rectus ordo: nam Dauid timens Saulem, fugit in Ramatha, & stetit ibi quousque vidit Saulem persequentem, & tunc recessit, & stetit cum Ionatha: & subsecutæ fuerūt aliæ ꝑsecutiones. Sed præcedenti capit. agitur de statione Dauid in Ramatha vsquequo venerit illùc Saul. Hic autem agitur de fuga Dauid de Ramatha: ergo fuit istud post illud. Ad secundū dicendum, ꝙ istud fuit immediate post illud: quia Saul venit in Ramatha, & ibi solum stetit vna die, & vna nocte, quibus prophetauit, vt patet præcedenti cap. s. Cœcinit Saul nud⁹ tota die, & nocte: & dum hoc fierent, recessit Dauid de Ramatha, ne, postquam Saul desineret prophetare, teneret eū: C ergo immediatè, vt Saul venit in Ramatha, factum est, quod habetur hic, s. quòd fugerit Dauid.

Nicolai opinio circa introductionem literæ.
Quæstio II.

QVAERETVR vlterius, Circa introductionem istius literę: Nicolaus enim dicit, ꝙ postq̄ Saul receperat Dauid in gratiam, vt patet præcedenti cap. & hoc precib. Ionathæ, recessit Ionathas pro aliquibus negocijs à patre suo, & sic ignorabat quomodo pater suus inuaserat postea Dauid, & quęsiuerat mortem eius, primò lanceam mittens ad ipsum. Secundò nuncios destinans ad vallandum domum D eius. Tertiò eundo in Ramatha, tam per se, quàm ꝑ nuncios, ideo Dauid venit ad Ionatham denūcians ei, quomodo Saul quæreret eum occidere, vt, si fortè Ionathas posset placare patrem suum, si nondum erat peruersa intentio eius totaliter: in hoc aūt non est aliquod dubium, quin Dauid venerit ad Ionatham, vt conquæreretur de Saule, & inquirens si fortè haberet aliquod remedium. Sed cum dicit Nicolaus, ꝙ Ionathas recesserat à patre suo, & non viderat ista, quæ facta sunt, dubium est. Videtur autem confirmari aliqualiter intentio eius: quia dicitur infra. Absit à te, non morieris: istud dixit Ionathas. Si tamen ipse fuerat præsens, quando Dauid sustinuit mala præcedentia à Saule, non dixisset hoc. Videtur ergo, ꝙ ignorabat. Item: quia dicit infra: nec enim faciet pater meus quicquam, vel grande, vel parū, E nisi prius indicauerit mihi; & tamen illa, quæ facta sunt, non indicauerat: quia alioquin non fuisset Ionathas ignorans hæc: ergo Ionathas nō erat pn̄s. Dicendum tamen est, ꝙ licèt ista litera sit satis intricata, tamen videtur, ꝙ Ionathas ista sciuerit, quæ facta sunt: & istud, ꝙ dicitur hic de Dauid, ꝙ conquestus est Ionathæ: non videtur intelligendum, ꝙ factum sit immediatè, vt fugit de Ramatha, sed, ꝙ prius stetit coram Saule, & aliquomodo fuit ei reconciliat⁹, sicut alijs vicib. fiebat. Rursus autem Dauid videns, ꝙ ei moliebāt insidias Saul, &, ꝙ iam maiorem opportunitatem haberet ad occidendum eum, quàm prius, & cautius in hoc se gereret, noluit expectare præsentiam periculi, sicut alijs vicibus expectabat, sed fugit ad Ionatham, s. secretè accedendo ad eum in illa vrbe, in qua erat Saul, & conquestus est, ꝙ Saul quæreret animam eius; & ad sciendum hoc, factum est experimentum, quod infra habetur, s. ꝙ lateret Dauid in agro in die Kalendarum: & per hoc Ionathas posset cognoscere intentionem patris: & secūdū hoc ponentur duę fugæ Dauid, vna de Ramatha, quando erat ibi Saul prophetans, & alia de præsentia Saulis ad Ionatham. Si autem istud non ponatur, non poterit aliqualiter saluari litera: nam Dauid dixit ad Ionatham. Ecce Kalendæ sunt crastino, & ego ex more, sedere soleo iuxta Regem: & ibi dixit, quòd requireretur sessio sua: & tūc responderet pro eo Ionathas: si tamen ista fuga fuisset immediatè, vt Dauid fugit de Ramatha, & nondū reconciliatus fuisset Sauli, nullo modo quæreret Saul de eo, dicens: vbi est filius Isai, & cur non venit ad mensam hodie, nec heri? Dauid tamen putauit se requirendum, & Saul requisiuit eum, cur non veniret, ergo videtur, ꝙ in dieb. præcedentib. Dauid consueuisset esse coram Rege, alioquin frustra requireret eū Saul, cum ipse illum à se fugasset, & postea redijsset. Item præcipuè patet hoc: quia Saul dixit. Cur non venit filius Isai, nec heri, nec hodie ad vescendū? ergo solum defecerat duob. dieb. de mensa Regis, & alijs dieb. præcedentib. venerat: hoc autem modo reconciliatus est Sauli. Item patet hoc: quia Dauid dixit Ionathæ, vt dimitteret eum abscondi in agro, vsque ad diem tertium, & postea exiturus erat Ionathas de Vrbe ad indicandum ei voluntatem Saulis: ergo videtur, ꝙ, quando ista fiebant, Ionathas, Saul, & Dauid erant in eadem Vrbe, & non fugit Dauid ad locum, in quo erat Ionathas, ad quem miserat pater. Item patet: quia Dauid dixit Ionathę, ꝙ respōderet pro eo Sauli, ꝙ erant victimæ in Bethlehem: ideo recesserat illa die, & non venerat ad mensam Regis: sic enim respōdit Ionathas Sauli ex parte Dauid: rogauit me obnixè, vt iret in Bethlehem, & ait: dimitte me quoniam sacrificium solenne est in Ciuitate, & vnus de fratrib. meis accersiuit me: non tamen diceret Ionathas, ꝙ Dauid dixerat: dimitte me, idest, da mihi licentiam eundi: nisi fuisset Dauid ante hoc cum Ionatha, & cum Saule in vrbe eadem. Si autem aliter intelligeretur secūdum Nicolaum, necesse erat, ꝙ ista petitio licentiæ referretur ad tp̄s illud, in quo erat Dauid in curia Saulis, antequam Saul conatus fuisset eum lācea percutere, & ipse fugisset in Ramatha. Sed hoc absurdum est, ideo necesse est literam sic exponi de duplici fuga Dauid, &, ꝙ ista facta sunt post aliam reconciliationem Saulis, & Dauid. Cū autem allegatur pro positione Nicolai, ꝙ Ionathas erat absens, quando ista fiebant: quia dixit: absit à te, non morieris: dicendū, ꝙ intelligitur hoc de fuga secunda: nam primas inimicitias, & damna, quæ inferre conatus fuit Saul Dauid, omnes cognoscebant, & ipse Ionathas, ideo non referebat se Ionathas ad illa, sed ad ea, quæ facta sunt postea, facta reconciliatione inter Saulem, & Dauid: tunc enim cępit Saul occultè insidiari Dauid, & non reuelauit hoc Ionathæ. Dauid tamen illud sensit, Ionathas verò dixit: absit à te, non morieris: quia nesciebat, ꝙ aliquid trtctaretur in damnum Dauid, cum post reconciliationem nihil palàm fecisset Saul: immo si exponatur ista litera secūdum sententiam Nicolai, non erat conueniens responsio Ionathæ: quia, cum ipse esset absens, deberet pręsumere aliquid potuisse fieri post eius recessum in damnum Dauid, ideo nō

debuisset

debuisset respondere: absit à te, non morieris: Nunc autem confidenter hoc respondebat, quia ipse præsens fuerat, & sciebat, quæ fiebant, nihil tamen horum senserat. Item, cum dixit Ionathas: nec enim faciet pater meus quicquam, vel grande, vel paruum, nisi prius indicauerit mihi: exponi debet, vt dictum est. s. ꝙ facta reconciliatione inter Saulem, & Dauid, nihil senserat moueri Ionathas cõtra Dauid, & credidit, ꝙ nihil faceret pater eius ipso nesciente. Si tamen absens esset, non bene respondisset, dicens, ꝙ pater suus nihil faceret sine eo, quia, eo absente, nõ poterat consulere ipsum. *Fuit autem Dauid de Naioth, quæ erat in Ramatha*. s. cum vidit Dauid Saulem venientẽ ad capiendum ipsum, & prophetãtem cum alijs, putauit, ꝙ, cum desineret prophetare, teneret eum, & occideret: ideo dum ille prophetabat, fugere voluit, habuitque spatium fugiendi: quia Saul prophetauit die, & nocte, vt patet præcedenti. c. & dicitur, ꝙ fugit de Naioth, quia ibi erat cum Samuele, & alijs ꝓphetis: hic autem significatur, ꝙ Naioth sit locus, & sit quædam pars vrbis Ramathę, quia dicit̃. De Naioth, quæ erat in Ramatha.

Quare fugit Dauid à facie Saulis de Ramatha, & non stetit, sicut venientibus nuncijs. *Quæst.* *III.*

QVAERET aliquis. Quare fugit Dauid, veniẽte Saule, cum Deus faceret miraculum pro eo, scilicet, quia prophetabat Saul, & non poterat tenere eum, & sicut stetit, venientibus alijs nũcijs, quanquam venirent ad tenendum eum, quia omnes ꝓphetabant: ita potuisset stare, veniente Saule, quia ẽt ille prophetauit. Respondendum est, ꝙ non decuit, ꝙ maneret Dauid in Ramatha, præsente Saule: quia Deus non fecerat, ꝙ prophetaret Saul ad hoc, ꝙ maneret ibi Dauid, quia Saul non erat semper prophetaturus, sed prophetauit, vt non teneret Dauid illicò, vt accederet ad Cuneum prophetarum. Etiam, vt haberet Dauid tempus fugiendi, dum prophetabat Saul, & ob hoc Deus fecit, ꝙ prophetaret vna die, & vna nocte, quia interim poterat Dauid fugere ad securum locum. Venientibus autem nuncijs Saulis, non fugit Dauid, & forte ex consilio Samuelis, vt magis confunderetur Saul, scilicet, ꝙ ipse veniret, & cogeretur prophetare, sicut cęteri: nec solũ, vt alij, sed etiam plus, quia alij prophetauerunt post quam accesserunt ad Cuneum prophetarum, Saul autem prophetare incępit antequã introiret in Ramatha, pręcedenti. c. Veniente autem Saule, & confuso, credendum est, ꝙ Samuel consuluerit Dominum pro Dauid, & ipse responderit, ꝙ fugeret inde.

Quare, qui venerunt cum Saule, non tenuerunt Dauid. *Quæstio.* *IIII.*

QVAERETVR vlterius, quare illi, qui veniebant cum Saule, non tenuerũt Dauid, quanquam prophetaret Saul. Aliquis respondebit, quòd nullus veniebat cum Saule, sed ipse fugiens seruos suos, venerat solus in Ramatha. Hoc tamen non est verisimile, quia famuli regis non paterentur, ꝙ solus abiret. Dicendum ergo, ꝙ fortè omnes, qui veniebant, cum Saule, prophetauerunt, quia illi habebant animum tenendi Dauid, cum scirent Saulem ad hoc venire: sicut ergo Deꝰ coegerat omnes priores nũcios Saulis prophetare, ne tenerẽt Dauid, ita, & nunc cogeret prophetare eos, qui veniebant cũ Saule, quanquam litera non faciat de eis mentionem: & sic nemo posset tenere Dauid. Aliter etiam potest dici, ꝙ solus Saul coactus fuit prophetare, qa

Confuta. Alia rñ.

Alia rñ.

F cùm omnes, qui ei aderant, vidissent eum prophetare, cognouerunt hoc à Deo fieri: ideo nemo eorum ausus est manum mittere in Dauid, nec hoc desiderauit: timebant enim, ꝙ Deus eis aliquid mali infligeret, si hoc attentarent. Sic enim, cùm iussisset Saul seruis suis, ꝙ irruerent in sacerdotes Domini, nemo eorum ausus est, quia sciebant esse iniustum. inf. cap. 22. *Veniensque locutus est coram Ionatha* i. quando venit de Naioth primò venit ad Ramatham, quia diligebat eum, & volebat, ꝙ ipse tractaret reconciliationem eius cùm Saule. Nicolaus autem intendit, ꝙ Ionathas non erat nunc in loco, vbi erat Saul, sed in loco, ad quem miserat eum pater. Non tamen stat, qa manserat Ionathas in loco, vbi erat curia Saulis, dũ
G iret Saul in Ramatha: Dauid aũt prius redijt ad vrbẽ illã, q̃ Saul, eo, ꝙ Saul ꝓpherauit vna die, & vna nocte: Dauid aũt fugit mox, vt vidit Saulẽ, vt supra dictũ est. *Quid feci?* s. propter, quòd merear mortem? quasi dicat, nihil: & tamen pater tuus quærit animã meam. Hic subintelligendum est id, quod supra dicebatur. s. ꝙ Dauid steterit cùm Ionatha, & deinde reuerso Saule de Ramatha, reconciliauit ei Ionathas Dauid, quod Saul tunc leuiter acceptauit, eo, ꝙ viderat, ꝙ Deus adiuuerat Dauid cogendo prophetare ipsum, & omnes nuncios suos. Sed post hoc redijt Saul ad priorem rancorem, & conabatur occultè occidere Dauid, de quo nihil nouerat Ionathas, & tunc Dauid fugiens ad Ionatham, conquestus fuit
H ei, dicens ista, quæ habentur hic. Cum aũt fugit de Naioth ad Ionatham, licèt aliquid conquestus fuerit, non tamen fuit conquestio, quæ habetur hic, vt supra, probatum est. *Aut quę est iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum?* Ista omnia ad idem pertinent: & est exaggeratio sermonis ad aggrauandum factum, quæ propriè pertinet ad illos, qui conqueruntur, & quia per pluralitatem verborum abundãtius significant, quod intendunt, iniquitas autem, & peccatum pro eodem accipiuntur hic, quanquam possent aliqualiter distingui: nã iniquitas est propriè malicia cordis, & pertinet ad illos, qui malũ ex intẽtione agũt: peccatũ aũt significat quẽcũq; errorem, vel defectũ, siue ex malicia fiat, siue alias. *Quia quærit*
I *animã meã*. i. quęrit me occidere. Anima. n. accipit̃ hic ꝓ vita, sicut accipit̃ Io. 12. & Mat. 16. c. s. Qui vult animam suam saluam facere, perdet eam: quod nõ põt accipi de anima, sed de vita. Et dicitur, ꝙ quærit. i. inquirit ad perdẽdum eam: hoc intelligebat Dauid de occulta machinatione Saulis contra eum, quia moliebatur eum nunc fraudulenter occidere. *Qui dixit ei*. s. Ionathas ad Dauid. *Absit à te, nõ morieris*. i. nõ erit hoc, quod dicis, quia non occidet te pater meus. Nicolaus intelligit, ꝙ Ionathas erat in loco semoto ab vrbe patris sui, & ignorabat quid fecisset pater suus post recessum suum ab eo: ideo dixit hoc. Sed hoc præsuppositum Nicolai iam ablatum est, ideo dicebat hoc Ionathas, quia post reconciliationem
K Dauid, & Saulis, nihil tractari viderat contra eum, & putabat, ꝙ nihil fieret, sed Dauid ex priori timore etiam nunc timeret. *Nec enim faciet pater meus quicquã grande, vel paruum, nisi prius indicauerit mihi*. i. non timeas, ꝙ aliquid moliatur contra te pater meus, quia nihil vnquam pater meus agit sine consilio meo. Si ergo aliquid contra te agere conaretur; dixisset mihi: sed nõ dixit: ergo nihil conatur. In hoc verum dicebat Ionathas: quia ipse erat vir prudens, animosus, & industrius: &, præter hæc, Saul magis cõfidebat ei, quã cęteris, quia erat filius eius: ideo quęcunque ageret, illius consilio agebat: quod patet, quia etiam quando voluit supra occidere Dauid, Ionathæ, & ministris suis hoc iussit præcedenti. ca. ita ergo nunc credebat

Opi. N[icolai]

Nicolaus reijcitur.

debat Ionathas, ꝙ quicquid deliberaret contra Dauid indicaret ei. *Hunc ergo celauit à me pater meus sermonem tuum?* Debet legi interrogatiue. q. d. cum pater meus omnia, quæ acturus, est mihi reuelet: nunquid hunc solum sermonem à me celaret? q. d. non est verisimile, quod concluditur immediatè. s. *Nequaquam enim erit istud.* i. ideo nullo modo est secundum, ꝙ suspicaris, scilicet, ꝙ pater meus quæreret te occidere, quia iam mihi indicasset.

Quomodo Ionathas ausus est dicere, quòd pater suus nihil ageret, eo in consulto, contra Dauid, cum multa alia egerit. Quæst. V.

QVAERET aliquis. Quomodo Ionathas dicebat, ꝙ pater suus nihil ageret, eo inconsulto, cum prius lanceam misisset in Dauid, & postea misisset seruos suos ad domum illius, vt raperent eum, & postea persecutus est eum in Ramatha: hæc tamen non reuelauit Ionathæ, quia alioquin Ionathas impediuisset hoc fieri, sicut cum Saul Ionathæ iussit, ꝙ occideret Dauid: ipse autem conuertit Saulem ad contrarium. s. vt diligeret Dauid, vt patet præcedenti. c.? Respondendũ est, ꝙ secũdum præsuppositum Nicolai, dici posset, ꝙ Ionathas erat consiliarius patris sui, & omnia ei reuelabat, quæ acturus erat: nũc tamen recesserat Ionathas à Saule, & non fuit ibi, qñ conatus est eum lancea percutere, nec quando misit seruos, vt caperent eum in domo, nec quando ꝑsecutus fuit eum in Ramatha: ideo non potuit ei pater ista indicare. Quia tamen istud præsuppositum Nicolai supra improbatum est, dicendum erit, ꝙ Ionatas erat præsens, quando ista fiebant, tamen non potuit ea impedire. De missione lanceæ dicendum, ꝙ istud non præcognouerat Ionathas, quia Saul indicabat Ionathæ ea, quæ facturus erat, quando præcedente consilio aliquid faciebat: missio autem lanceæ non fuit sic, quia illa missa est, cùm arreptus fuisset Saul à Dęmone: ipse tamen nesciebat, quando arripiendus erat, ideo nihil de hoc præconsiliatus fuerat, sed cùm arreptus fuit, videns opportunitatẽ occidendi Dauid, dissimulatè misit lanceam. De nũcijs autem missis ad vallandum domum Dauid, dicendum est, ꝙ Ionathas cognouerit, nequiuit tamẽ placare patrem, quia incanduerat furor eius nimis. De nuncijs etiam missis in Ramatha ad tenendum Dauid, dicẽdum est, ꝙ Ionathas cognouerit, sed nec istud prohibere potuit: satis tamen agebat, vt non comprehenderetur Dauid. Simile enim fuit postea in alijs persecutionibus, quas fecit Saul contra Dauid: nam Ionathas non poterat prohibere patrẽ ab iniquitate: iam enim nolebat eum exaudire: sed ibat Ionathas cum Saule, quando ibat ad persequẽdum Dauid, & quantum poterat agebat, ne caperetur: sic patet, inf. ca. 23. cum Saul voluit ire in Ceilam ad tenendum Dauid, & Ionathas occultè abijt ad confortandum Dauid contra patrem: cùm dicitur: Et surrexit Ionathas, & abijt ad Dauid in syluam, & confortauit manus eius in Deo, dixitque illi, ne timeas, nec enim inueniet te manus Saulis patris mei: nõ tamen poterat ei quicquã aliud agere: ita ergo in pręteritis malis, quanquã sciret Ionathas, quę fiebant, tamen non poterat prouidere in illis.

Noluit Saul Ionathæ reuelare, quòd vellet occidere Dauid, quia sciebat, quòd fuisset conatus impedire eum. Quæstio. VI.

QVAERET aliquis, cum Saul rursus conaretẽ occidere Dauid, cur non dixit Ionathæ? nam

A solitus erat dicere omnia: etiam præcedenti. c. dixit ei, ꝙ vellet occidere Dauid, & commendauit ei hoc negocium. Respondendum est, ꝙ Saul desiderabat nimis occidere Dauid, & abstinebat se ab omnibus, quæ possent eum in hoc impedire: libenter autem filio indicasset istud, sed sciebat, ꝙ diligeret Dauid, & magis impediret, quàm adiuuaret, ideo subticuit. Quòd autem cognosceret dilectionem Ionathæ ad Dauid, patet infr. nam dixit Saul ad eum: Fili mulieris virum vltro rapientis: nunquid ignoro, quia diligis filium Isai in confusionem tuam, & ignominiosæ matris tuæ? vt patet, infra, in litera. Nam postea consecutus est Saul de Ionatha, ꝙ propter istam dilectionem Dauid haberet locum insidiandi ei, vt pa-
B tet, inf. c. 22. s. Non est, qui mihi renunciet, maximè cum filius meus fędus inierit cùm filio Isai, non est, qui vicem meã doleat, eo, ꝙ suscitauerit filius meus seruum meũ aduersum me insidiantem mihi vsq; hodie: nimis ergo de cętero cauebat se Saul à Ionatha, cùm ageretur de Dauid: & ob hoc non solũ nõ reuelabantur ea, quæ pater agere vellet contra Dauid, sed etiam si aliquid videret fieri contra Dauid, non audebat orare patrem, vt desisteret, cũ iam conatus fuisset semel Saul percutere Ionatham lãcea: quia defendebat causam Dauid, vt patet, inf. in litera. Sed hoc solùm faciebat Ionathas, pro Dauid de cętero. s. ꝙ si aliquid sciret contra eum tractari, mittebat illud nunciari Dauid, vel ipse ibat ad illum, vt
C patet inf. ca. 23. hoc autem obiecit Dauid contra Ionatham, cùm dixit Ionathas: hunc ergo sermonem celauit pater meus tantum à me, nequaquam erit istud. Dixit Dauid: scit profectò pater tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis: & dicet, nesciat hoc Ionathas, ne fortè tristetur. Sed tũc obijcietur, quomodo ergo commisit Saul Ionathæ, ꝙ occideret Dauid, vt patet præcedenti ca.? Respondendum est, ꝙ tunc Saul nesciebat, an Ionathas diligeret Dauid, iõ putauit, ꝙ ageret, quod pater iubebat. Postea autem cognouit, vt patet, infra. in litera, & infra. cap. 22. ideo postea nunquam reuelauit ei, quanquã à principio reuelasset. *Et iurauit rursum Dauid.* Intelligẽdum est, ꝙ à principio iurauit Dauid Ionathæ, ꝙ ista vera
D erant, quæ proponebat: Ionathas aũt non credebat, quia pater nõ reuelauerat ei, ideo iurauit rursus Dauid, vt crederet Ionathas, & tunc credidit. *Et ille ait.* scilicet, Dauid, cuius est totus iste sermo continuat⁹. *Scit profectò pater tuus, quia inueni gratiã in oculis tuis.* Istud posuit Dauid ad reddendum dictum suum verisimile, & infirmandum sententiam Ionathæ, qui dixerat, ꝙ nihil pater eius agebat sine consilio ipsius: hoc autem nequaquam indicauerat ei: ergo nihil erat. Respondet Dauid, ꝙ Saul sciebat, ꝙ Ionathas diligebat Dauid: ideo nõn reuelauit ei hoc, ne tristaretur. Dixit autem Dauid, ꝙ sciebat hoc Saul, quia aliqua pręcesserant, per q̃ cognosci poterat nimius amor Ionathæ ad Dauid: vnde non solùm hoc cognosce-
E bat Saul, sed etiam, ꝙ Ionathas inierat fędus cũ Dauid, vt patet. infr. in litera, & inf. c. 22. dixit etiam: qa inueni gratiã in oculis tuis, & dixit: quia diligis me. Quanquam ista duo idem sint, quia diligere, & diligi æqualitatem importat: inuenire autem gratiam in oculis alicuius dicit habitudinem subiecti ad Dominum, vel cuiuscumque minoris ad maiorem. Dauid autem humiliaret se, quanquam sciret se diligi à Ionatha, non dixit, ꝙ diligebatur, sed ꝙ inuenerat gratiam in oculis Ionathæ. Inuenit autem seruus gratiam in oculis Domini quandocunque omnia, quæ facit seruus, Domino recta videntur, & ex hoc eum diligit: sic enim nos dicimur habere gratiã Dei gratificantem, quando nobis existentibus in charitate,

tate, omnia opera nostra Deo recta videtur, & acceptat ea. *Et dicet: nesciat hoc Ionathas, ne fortè tristetur.* i. pater tuus dicet apud se, ꝙ non vult te scire intentionem eius contra me, ne tristeris de malo, quod mihi cogitat. Non propriè dicitur hic, ne tristetur: sed magis debet dici ne impediat, quia si Saul intenderet, ne contristaret Ionatham, non procuraret occidere Dauid, cum ex hoc cognosceret Ionathã maximè contristandum, sed solùm aduertebat Saul, ne impediretur in proposito suo, & quia Ionathas posset impedire, si sciret, deliberauerat Saul nõ dicere hoc Ionathæ. Ex hac litera maximè probatur, quod supra dicebatur de duplici fuga Dauid, & ꝙ istud, qđ hic dicitur, non fuerit immediate postquam rediit Dauid de Ramatha, sed post reconciliationem eius cum Saule, alioquin referretur hoc ad præterita mala, quæ fecisset Saul Dauid, sicut exponit Nicolaus, scilicet, de missione lanceæ, & persecutione in Ramatha, & non de aliqua persecutione præsenti. Sed hoc falsum est: quia id, de quo loquitur hic Dauid, aliquid præsens erat, & in fieri: quod adhuc restabat implendum: cùm dicat: dicet pater tuus: nesciat hoc Ionathas, ne fortè tristetur, ergo necesse est, ꝙ ponatur aliqua noua machinatio Saulis ꝯtra Dauid post reditum de Ramatha. quæ nondum completa erat quando dicebat Dauid ignorare Ionathã, & de qua conquerebatur: quia poterat sibi inferre malum: de præteritis autem nihil curabat, quia illa abierant. *Quinimo.* Aduerbium iurandi est, & significat Dauid, ꝙ quanquam Ionathas non crederet ei: tamen secundũ veritatem, sic erat: & hoc affirmat, quinimo, *Viuit Dominus, & viuit anima tua.* Modus iurandi est. i. iuro per vitam Dei, & per vitam tuam, ꝙ pater tuus vult me occidere: Iurauit autem hic Dauid per vitã Dei, & per vitam Ionathæ, quia ista duo erant, quibus propositis, maximè Dauid obseruaturus erat veritatem. Iuramentum namque in confirmationem eorum, quæ dicuntur, inducitur, & ob hoc in iuramento nominantur talia, propter, quæ homo maximè debeat veritatem seruare: Huiusmodi sunt duo, scilicet, id, cui aliquis maximè reueretur, & id, quod maximè diligit: propter primum homines iurant ꝑ Deum, quia nihil excellentius eo est, nec cui magis reuereri debeamus. Sic etiam iuramus per vitam regum, quia inter omnes homines excellentissimi sunt: sic iurauit Ioseph contra fratres suos: Gen. 42. scilicet, alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis. Sic etiam dixit Apostolus ad Hebræ. ca. 7. & habẽt extra de iureiuran. ca. & si Christus. s. homines per maiorem suum iurant: & omnis controuersiæ illorum finis est iuramentum. Quantum ad hoc iurauit Dauid per Deum, dicens: viuit Dominus Secũdum est id, quod homines maximè diligunt, & illo nominato, veritatem seruãt, &, quia homines nihil magis diligunt, quàm seipsos, consueuerunt multi homines iurare per vitam suam. Sic etiam multi iurant per vitã filiorũ suorũ, quia eos nimis diligũt, &, quia Dauid significabat se diligere Ionatham super omnia, iurauit per vitam illius.

An peccauerit Dauid iurando per vitam Ionathę. Quæstio. VII.

QVAERET aliquis. An peccauerit Dauid iurando per vitam Ionathæ: & videtur, ꝙ sic, quia Christus interdixit talia iuramenta. Nam Matt. c. 5. dicitur, ꝙ non est iurandum per cęlum, nec per terram, nec ꝑ Ierosolymã, nec per caput, nec per capillos, nec aliquid alterum: & generaliter per omnem creaturam: Dauid autem iurauit hic per vitam Ionathæ: & illa erat creatura, ergo peccauit? Respondendum est, ꝙ Dauid non peccauit hic, nec obstat, quod habetur Matt. ca. 5. Nam illud introductũ fuit ad tollendum iuramenta superflua Hebręorum: putabant enim quidam Hebræi, ꝙ iurare per Deũ, erat secundum se aliquid bonum: dumtamen obseruaretur iuramentum, ideo frequentabant iuramẽtum, putantes se aliquid mereri iurando per Deum, dum tamen obseruarent: hoc autem putabat, quia dicitur Deut. c. 6. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. Putabant ergo, ꝙ sicut timere Deum, & seruire ei, erat per se aliquod bonum: & erat actus frequentabilis: ita iurare per nomen Domini erat aliquid meritorium, dumtamen obseruaretur, ideo Christus abstulit istã frequentationem iuramenti, non solùm dicens illicitum esse periurium, sed etiam illicitũ esse frequenter iurare. Quòd autem dictum est, ꝙ iuraretur in nomine Domini, non fuit dictum, quasi inducendo homines ad iurandum, sed prohibendo, ne iurarẽt per nomina idolorum. s. ꝙ si aliquando iuraturi essent, non iurarent per nomen idoli, sed per nomen Dei, quia Deus valde abominabatur, ꝙ iurarent per nomina idolorum, vt patet Exo. c. 23. s. omnia, quæ dixi vobis custodite, & per nomen externorũ Deorum non iurabitis, nec audietur ex ore vestro: non tamen prophibuit Christus omne iuramentum in verbis suis, quia tunc non solùm iuramentum per creaturam, sed etiam iuramentum per Deum vetuisset. Quod patet Mat. ca. 5. s. Dictum est antiquis non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua, ego autem dico vobis, non iurarę omnino. Ergo etiam per Deum iuraturi non erant, cum iste sit aliquis modus iurandi: solùm ergo vetitum est ibi iuramentum non necessarium. Quando autem necesse fuerit iurare. s. quia aliter nobis non creditur, licitum est iurare: immò si aliquis recusauerit, tãq̃ illicitum, censetur hæreticus. Est tamen obseruãdum, ꝙ quãdo expedierit iurare, melius est iurare per nomen Domini, quàm per nomen creaturarum: nam cum in iuramẽto exhibeatur quidam honor ei, per quem iuratur. s. quia promissa obseruantur propter illum, melius est hunc honorem Deo exhiberi, quã alicui creaturę, quia iuramentum semper fit, per id, quod excellentius est, vt patet ad Hebræ. ca. 6. Dauid autem iurauit hic per creaturam. s. per vitam Ionathæ, quæ erat creatura, ideo videbatur iuramẽtum illicitum, sed non fuit. Primo, quia in statu veteris testamẽti erat frequentatum istud iuramentum, & nondum fuerat prohibitum, ideo licitè fiebat: quod patet ex verbis Christi Mat. cap. 5. scilicet. Antiquis dictum est, non periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua: ego autem dico vobis, nõ iurare omnino. q. d. antiqui solùm habuerunt in præcepto, ꝙ non periurarent, & ꝙ complerent id, quod iurauerant: ego autem dico non iurare omnino. i. ꝙ non frequentetur iuramentum. Sed ad doctrinam nouam, quam dedit Christus in nouo testamento, non tenebantur Hebræi in veteri testamento: ergo non peccabant, quanquam iurarent per creaturam: dũtamen non periurarent. Aliter potest responderi, ꝙ dato, ꝙ illud præceptum fuisset positum in veteri testamento, tamen non peccaret Dauid in hoc iuramento, quia non iurauit principaliter per creaturam, sed per Deum iurauit: Deinde per creaturam, cùm dixit: Viuit Dominus, & viuit anima tua. Aliter potest dici, ꝙ cùm iuramentũ introducatur ad hoc, ꝙ credatur alicui, cui alias non crederetur, debet fieri iuramentum per illud, per quod magis creditur: dumtamen non sit aliquid prohibitum, sicut

jura-

Putabant Hebræi iurando frequenter mereri.

F G H I K

iurare per nomina idolorum: &, quia fortè Dauid A
sciebat, ꝙ Ionathas crederet ei magis iurando per vitam ipsius, quàm si solùm iuraret per vitã Dei, ideo iurauit per vitam Ionathæ, iurando semper principaliter per vitam Dei. *Quia vno tantum, vt ita dicam gradu ego, morsque diuidimur.* i. nõ est inter me, & mortem, nisi vnus gradus, vel vnus punctus. q. d. ego iuro tibi, ꝙ Saul ita me persequitur, ꝙ inter me, & mortem parum distat. Dixit autem, vt ita dicam, quia ista est correctio. s. quando aliquis loquitur id, quod nõ est verum, vel saltem non est proprium, vt referat se ad modum loquendi aliorum, dicit, vt ita dicam. s. nõ erat verum, ꝙ Dauid, & mors distinguerentur vno gradu: quia gradus, vel punctus significat quandam interpositionem secundum locum, mors autem nõ B
potest ab aliquo distare loco, quoniam mors nunq̃ est, quando homo est. Distantia autem semper præsupponit existentiam distantium: ideo retulit se ad modum loquendi, quo id, quod parum distat, dicit̃ distare vno gradu: mors autem parum videbat̃ distare à Dauid secũdum existimationem suam, ideo dicebat, ꝙ vno gradu tantum ipse, & mors distinguebantur: & hoc erat propter fraudulentiam Saulis, qui absconditè tunc moliebat̃ occidere Dauid, & breuiter occidisset, nisi ipse nunc sibi cauisset. *Et ait Ionathas ad Dauid.* Cum toties Dauid iurasset Ionathæ sibi adesse periculum, & adduxisset ad hoc rationes persuasorias: credidit Ionathas Dauid, & permisit ei facere quicquid vellet. *Quæcunque dixerit anima tua mihi, faciam tibi.* i. quia sic est, ꝙ pater me⁹ persequitur te, dicas quid vis: & quodcunque dixeris ad salutem tuam, ego libenter faciam. Hic autem accipitur anima non pro vita, nec pro homine, sed pro anima, vel volũtate. s. quicquid desiderat cor tuum dicas, & ego faciam, hoc autem dicebat Ionathas, quia diligebat nimis Dauid, & paratus erat pro eo facere quicquid vellet, & istud est secundum, in quo ponitur petitionis concessio. *Dixit autem Dauid ad Ionatham.* Hic ponitur modus, per quem Dauid voluit cognoscere, an Saul totaliter diffiniuisset eum occidere, & Ionathas inquisiturus erat per istum modũ veritatem. *Ecce Kalendæ sunt crastino.* i. dies sequens est dies Kalendarum. s. initium Mensis, & mane poterit D
inuestigari snĩa Saulis magis, q̃ alijs diebus. Pro quo considerandũ, ꝙ apud Hebræos mensescõputantur ꝑ lunationes. s. ab ortu lunę in alterũ ortũ, sicut cõputant Arabes, vt dicit Alfraganus 1. c. libri sui. Et, quia tunc, quando incipit lunatio, est luna sub radijs Solis occultata, & non videtur: vocatur defectio lunæ, vel neomenia, quod idem est: quia dicitur neomenia à neos, quod est nouum, & mene, quod est defectus, quasi nouus defectus. s. quia tunc luna nouiter deficit à lumine. In isto autem die neomeniarũ faciunt Hebræi festiuitatem: & vocatur festum neomeniarum, vel Kalendarũ De neomenia patet Psa. 80. s. Buccinate in neomenia tuba insigni die solẽnitatis vestrę. Aliquando vocantur Kalẽdæ, vt patet E
Num. ca. 10. & 29 aliquando autem vocantur simul Kalendæ, & neomeniæ, vt patet Isaiæ c. 1. s. Neomeniam, & Sabbatum, & festiuitates alias non feram: iniqui sunt cętus vestri: Kalendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea. Nomen tamen Kalendarum non est proprium, sed translatum à mensibus solaribus Latinorum: nam cum Hebræi incipiant menses per defectum lunæ, & neomenia significet hoc, debent vocari festa ista Neomeniæ. Kalendæ autẽ nullo modo conueniunt istis festiuitatibus, sed quia in mensibus Latinorum habentur Kalendæ absolutè: in alijs autem diebus. Secundò Kalendas. Tertiò Kalendas, &c. vocauit Hieronymus initia mensium Hebræorum Kalendas. Sciendum aũt, ꝙ dies Kalendarum erat valde solennis apud Hebræos, & iocundabantur die illo in cibis, & potibus, & quacumque lætitia: ideo Dauid venturus erat ad mensam Regis ea die, & per hoc poterat cognosci sententia Regis: vnde ipse elegit hunc diem.

Festum neomeniæ, quam solennitatem contineat. Quæstio. VIII.

QVAERET aliquis. Quæ solennitas erat neomenia apud Hebræos? Respondendum est, ꝙ Deus instituerat Israelitis aliqua festa, in quibus eum colerent specialiter: & sunt ista. s. Sabbatum, neomeniæ, festum Azymorum, Pentecostes, festum Tabernaculorum, festum clãgoris, festum expiationis. Sabbatum autem, & neomenię erant festa, quæ sæpe fiebãt in anno. s. qualibet Hebdomada, & in principio cuiuslibet mensis. Alia autem festa accidebãt solùm semel in anno. s. festum Azymorum, & Phase die. 14 mensis primi: festum Pentecostes quinquaginta diebus, post festum Azymorum. s. mense tertio, vt patet Leui. ca. 23. & Nume. 28. festum clangoris erat die primo mensis septimi. Festum expiationis erat die 10. mensis eiusdem: festum Tabernaculorum erat die 15. eiusdem mensis, vt patet Nume. ca. 29. In istis diebus fiebant sacrificia, de quib. patet Leuit. c. 23. & Num. 28. & 29. In festo autem Kalendarum erant sacrificia specialia. s. debebant offerri duo vituli, & vnus aries, & septem agni anniculi cum libamentis suis. Num. cap. 28 Hoc autem erat si in die Kalendarum non accideret alia festiuitas: si tamen esset sabbatũ in Kalẽdis iungebantur sacrificia Sabbati cũ sacrificijs Kalendarũ. Erãt aũt sacrificia Sabbati, vt offerrentur duo agni anniculi in mane, & duo in vespere, eo. c. Etiam si accidisset aliud festum iungebantur sacrificia illius festi, sicut dies clangoris erat semper in Kalendis septimi mensis: & duplicabantur ibi sacrificia neomeniæ, & Kalendarum. Equalia autem vtraque erant, vt patet Num. ca. 29. sic autem erat quantum ad omnia alia festa, si aliqd̃ accideret in Kalendis. Sciendum, ꝙ in Kalendis fiebant gaudia, & pulsabatur in tubis argenteis ad solennitatem festi, vt patet Num. c. 10. s. Si quando habebitis epulum, & dies festos, & Kalendas: canetis tubis super Holocaustis, & pacificis victimis. Sic etiam patet Psal. 80. s. Buccinate in neomenia tuba.

Diuersa festa Israelitarum.

Kalendę an esset dies vacatiua. Quęst. IX.

QVAERETVR vlterius, An Hebræi vacarẽt ab operibus in die Kalendarum? Videtur, ꝙ nõ quia inter omnia festa à Deo posita nihil fuit dictũ de vacatione Kalendarum, in alijs. n. dicebatur qũo vacandum erat ab operibus, in quibusdam plus, & in quibusdam minus, vt patet Leui. 23. & Num. 28. & 29 c. De Kalendis autem nihil est dictum, nisi, ꝙ fierent sacrificia in eis. Item patet, quia distinguuntur Kalendæ contra alios dies festos, qui erant vacatiui: si tamen calendæ essent vacatiuæ, non distinguerentur. De hoc patet Num. cap. 10. s. Si quando habebitis epulum, & dies festos, & Kalendas: vbi scriptura voluit calendas esse diem festum. Est tamen manifestum quantum ad sacrificia, ergo non est festum tanquam ad vacationem. In contrarium videtur, ꝙ esset dies vacatiua: quia vocatur dies excellentis festiuitatis, vt patet Psal. 80. s. buccinate in Neomenia tuba insigni die solennitatis vestræ. i. in ista die est solennitas vestra insignis. i. excellens: si tamẽ non esset vacatiua, non esset insignis: quia quælibet alia

alia festiuitas esset insignior. Item patet hoc de illa F
muliere, quę iuit ad Eliseum ꝓ filio mortuo, à qua
quæsiuit vir suus: quam ob causam vadis ad eū? ho-
die non sunt Kalendæ, nec Sabbatum, vt patet infr.
4. lib. ca. 4. in quo innuitur, ꝙ Kalendæ erant vacati-
uæ. s. quia mulier illa ire debebat ad prophetam die,
qua vacare posset apud eum: ideo dixit vir suus: nō
est Sabbatum. s. in quo vacari debeat. Posuit etiā Ka
lendas cum Sabbato: ergo voluit esse similes illas in
vacatione? Respondendum est, ꝙ Deus instituit Ka
lendas apud Hebræos solùm ad sacrificia, ideo non
iussit in eis vacari ab opere, sicut ab alijs festis. He-
bræi tamen ex deuotione, & ad augmentandū cul-
tum diuinum constituerunt inter se Calendas esse
vacatiuas ab opere: nam, quanquam non licebat He G
bræis diminuere festiuitates, quas Deus posuerat, li-
cebat tamen eis augmentare: sic enim patet de festi-
uitate enceniorum, quę seruabatur inter Iudęos, vt
patet Io. ca. 10. s. Facta sunt autem Encenia in Iero-
solymis, & Hyems erat. Etiam seruabatur apud He-
bræos festum purificationis. s. quando gentiles Tē-
plum Domini polluerūt, & Iudas Machabæus illud
purificauit, & fecit obseruari per singulos annos ma
gnam festiuitatem purificationis, vt patet. 2. Mach.
c. 1. s. Facturi igitur quinta, & 20. dies mensis Casleù
purificationem templi necessarium duximus signi-
ficare vobis, vt vos quoque agatis. Sic facta est etiam
postea festiuitas diei Mardochei. s. quando Hebræi
occiderunt hostes suos: & iussum est, ꝙ esset iste dies H
epularum partes, & pauperibus munuscula largiren
tur. Susceperunt autem hunc diem Iudæi in solen-
ne ritū die. 15. mensis Adar, qui est. 12. de hoc Esther.
c. 9. licebat ergo Iudæis augmētare cultum Neome
niæ faciendo illam diem vacatiuam, quanquā Deus
non iussisset. Et sic erat tempore Saulis: quod appa-
ret infr. in litera, cum dixit Ionathas ad Dauid: cras
Calendæ sunt, & requiretur sessio tua vsque peren-
die: descendas ergo festinus, & venies in locum, vbi
celādus sis in die, quo operari licet. Ex quo apparet,
ꝙ in die Calendarum non licebat operari: quia Io-
nathas dicebat, ꝙ staret Dauid absconditus die Ca-
lendarum vsque perendie. i. vsque ad sequētem diē,
in quo operari licebat: ergo videtur, ꝙ præcedenti I
die, s. Calendarum non licebat operari, alioquin fru
stra illud poneretur, si vterque esset dies non vacati-
uus: & quia Hebræi hoc inter se instituerant, obliga
bantur iam ad vacandum in die Calendarum. Sic
enim Dauid in Psal. vocauit Neomeniam diem so-
lennitatis insignis. i. excellentis: quia non solū erant
sacrificia, sed etiam vacatio à laboribus. Hoc etiam
modo dictum est, infr. 4. lib. cap 4 non sunt Calēdę,
nec Sabbatum, exponendo vtrumque quantum ad
vacationem. Sic autem postea obseruatum est. Nūc
quoque plurimi Hebręorum Neomenias obseruāt,
& faciunt festiuitatem magnam. Vnde Augustinus
increpat fœminas Hebręorum, dicens, ꝙ fœminæ
Hebræorum melius nerent, vel aliquid operis face- K
rent, quàm in Neomenijs suis impudicè saltarent.
Patet ergo Neomeniam fuisse diem vacatiuum. *Et
ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum.* Quia Da
uid erat gener regis, veniebat ad mensam illius. Di-
xit autem, ꝙ ex more sedere solebat coram rege, ꝙ
intelligitur dupliciter. vno modo, ꝙ solebat sedere
ex more. i. ꝙ quotidie consuetus erat sedere ad men
sam regis. Aliter, ꝙ erat assuetus sedere ad mensam
in magnis festiuitatibus: & quia sic erat Neomenia,
rex inquireret de eo cur non veniret illa die ad men
sam. Quocumque ergo modo intelligatur, stat intē-
tio Dauid. Nam si quotidie solitus esset ad mensam
regis sedere, requireret eum illa die: præsertim, quia

Kalendarum dies erat vacatiua non ex præcepto Dei, sed Hebręorum deuotione.

erat dies solennis. Si intelligatur secundo modo, ēt
stat intētum Dauid. s. ꝙ rex inquireret eum illa die;
quia consuetus erat omnibus festiuitatibus venire
ad mensam regis. Quid autem verius sit horum, nō
apparet, videtur tamen magis dicendū, ꝙ quotidie,
vel quasi quotidie veniret ad mensam regis: quia in-
fra, in litera dixit Saul ad Ionatham: cur non venit
filius Isai nec heri, nec hodie ad vescendum? non ta-
men erant illi duo dies festiui, sed vnus tantum, sci-
licet, dies Calendarum, & in alio operari licebat: er-
go non solum in festis: sed etiam in profestis diebus
solitus erat Dauid sedere ad mensam regis. Dixit ēt
ꝙ solebat sedere iuxta regem. Non est autem intelli
gendum, ꝙ sederet coniunctus illi, quia Abner sede
bat iuxta regem, vt patet, infra, in litera, & Ionathas
ex alia parte, Dauid autem post Ionatham. Et sic, q̄a
erat vnicꝰ intermedius, dicebatꝰ sedere Dauid iuxta
regem: dixit autem hoc ad significandum, ꝙ rex co-
gnosceret eum nō venisse ad mensam. Si enim Da-
uid consuetus esset sedere distans à rege, vt circa fi-
nem mensæ: quanquam non venisset ad mensam,
rex non cognouisset hoc, quia tamen sedebat iuxta
eum, non poterat ignorare quando non veniret.
Dimitte ergo me, vt abscondar in agro. i. da mihi licentiam,
ꝙ abscondar in agro vsque ad duos, vel tres dies, in
quibus inquiras sententiam patris. *Vsque ad vesperam
diei tertij.* i. & manebo abscōditus vsque ad tres dies. s.
in die Calendarum, & in duobus sequentibus.

Dauid voluit latere in agro, non in vrbe, ne Saul sibi poneret insidias. Quæst. X.

QVAERET aliquis. Quare Dauid voluit ab-
scondi in agro, & quare vsque ad tres dies: vi-
detur enim, ꝙ potuisset in vrbe latere, & suffecisset
sibi vnus dies ad latendum, quia tūc cognosceretur
sententia Saulis? Respondendum est ad primum, ꝙ
Dauid noluit latere in vrbe, quia timebat sibi ab in-
sidijs Saulis. Iterum enim cum fugit Dauid à Saule,
descendit in domum suam, & illicò Saul misit ser-
uos suos, vt vallarent domum, & tenerent Dauid: ip-
se autem cum periculo euasit, vt præcedēti c. Etiam
cum esset in Ramatha Saul misit nuncios, vt tene-
rent Dauid: & ad vltimum ipse iuit, quia ibi erat lo-
cus vallatus muris, in quo eū tenere posset: in agro
autem non poterat sic tenere: vnde postquam cępit
Saul persequi Dauid, considerabat quando esset in
loco munito, & tunc gaudebat quasi ibi eum facili-
ter capere posset, Sic patet infr. c. 23. quando nuncia-
tum est Sauli, ꝙ venisset Dauid in Ceilam: ait enim
Saul, tradidit eum Dominus in manus meas: cōclu-
susque est introgressus in vrbem, in qua portæ, &
seræ sunt. Cùm autem Dauid erat in montibus, vel
in campis, non putabat Saul facile esse illum capi: iō
quādo audiuit Saul, ꝙ recesserat Dauid de Ceila, no-
luit exire contra eum, quanquam prius iussisset viris
suis descendere ad bellum contra Dauid infr. 23. ca.
ideo voluit nunc Dauid latere in agro, existimans,
ꝙ, cùm Saul eum absentem sciret esse, iuberet inqui-
ri in domo sua, vt comprenderet: in agro autem cō-
prehendi non poterat: quia erat locus euadendi. Itē
dato, ꝙ comprehendi posset, non tamen sciret Saul
vbi eum inquireret, ideo ibi esset magis securus, quā
in vrbe. Ad secundum, cum quęrebatur, cur per tres
dies voluit latere, dicendum, ꝙ Dauid putauit, ꝙ in
vno die fortè non posset cognosci sententia Saulis:
in duobus autem, vel tribus diebus poterat cogno-
sci: quia fortè accideret, ꝙ in vno die non respiceret
Saul ad absentiam Dauid: in duobus autem, vel tri-
bus respiceret: ideo, si vnico die lateret, nihil prode-
ret

Voluit Dauid latere per tres dies; quia forte in vno nō posset intelligi sententia Saulis.

ret ad inquirendum sententiam Saulis: sic enim po- A
stea euenit. s. ꝙ Saul in primo die nihil quæsiuit de
absentia Dauid putans, ꝙ euenisset ei, ꝙ nō esset pu-
rificatus, aut mūdus: in secundo autem die post Ka-
lendas, cum apparuisset rursus vacuus locus Dauid,
quæsiuit Saul dicens. cur non venit filius Isai nec he
ri, nec hodie ad vescendum? vt patet infr. ergo de-
buit accipere Dauid duos, vel tres dies ad latendum.
Si requisierit me pater tuus. i. dicens: cur non venit ad mē
sam Dauid? Nō dicebat hoc Dauid quasi dubitaret,
an Saul quæsiturus esset pro eo, quia satis credebat,
ꝙ inquisitur⁹ esset, cū eum ad mortem quęreret, sed
ponit hic similiter ex modo locutionis. Sed tūc di-
cet aliquis, si accideret, ꝙ in his tribus diebus, quib⁹
latebat Dauid, non quæreret aliquid de eo Saul, qđ B
signum esset? Respondendum, ꝙ nihil directè appa
rebat de eo, quod Dauid volebat. s. an bene, vel ma-
le se haberent res suæ: indirectè tamen apparebat, ꝙ
nullum periculum esset Dauid, vt infra dicetur. *Re-
spondebis ei.* Quanquā Saul non erat inquisiturus spe-
cialiter ab aliquo de Dauid: volebat tamen Dauid,
ꝙ Ionathas responderet pro eo: quia aliter non pos-
set cognosci sententia Saulis.

Quare voluit Dauid Ionatham respondere ad interrogationem Saulis de eo. Quæst. XI.

QVAERET aliquis. Quare Dauid volebat, ꝙ Io
nathas responderet pro ipso, cùm ex hoc se- C
queretur, ꝙ Saul magis irasceretur cōtra Io-
natham, & contra Dauid, sciens, ꝙ Ionathas foue-
ret causam illius: sic. n. inf. accidit: nam, cum respon-
disset Ionathas ꝓ Dauid, iratus Saul dixit Ionathę:
Fili mulieris virum vltro rapientis, nunquid igno-
ro, quia diligis filium Isai in confusionem tuam, &
ignominiosæ matris tuæ? Post hoc autem cum Io-
nathas adderet respondere pro Dauid, conatus est
Saul eum lancea percutere, vt patet infr. Respon-
dendum est, ꝙ Dauid nolebat, vt responderet Iona-
thas pro eo, tanquam fouens causam ipsius: sed tan-
quam vnus de assisten tibus mensæ regis, quia rex pe
tebat in communi de Dauid: Ionathas autem scie-
bat vbi esset: poterat ergo respondere tanquā vnus D
de illis, ad quos fiebat quæstio: & tunc rex non ira-
sceretur: Sic accidit præcedenti cap. nam cum Saul
disposuisset occidere Dauid, Ionathas interposuit
verba pro eo: non tanquam fouens causam illius,
sed tanquam ab ipsa iustitia motus, & tunc Saul iu-
rauit, ꝙ non occideret Dauid: nunc autem Saul ira-
tus fuit Ionathæ, nō quia ista respondebat, sed quia
sciebat eū fouere causam Dauid, vt patet ex verbis
suis. inf. s. Nūquid ignoro, quia diligis filium Isai in
confusionem tuam? Sed dicet aliquis, cum Dauid
sciret Saulem esse conscium fęderis initi inter ipsū,
& Ionatham, credere debuisset, ꝙ irasceretur Iona-
thæ tāquam fouenti partes Dauid: ideo non debuis-
set committere hoc. Quòd autem hoc sciret Saul,
patet, sup. cū dixit Dauid Ionathæ. Scit profecto pa
ter tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis. Respon- E
dendum est, ꝙ Dauid sciebat Saulem esse cōscium,
& ꝙ ex hoc posset habere causam irascendi contra
Ionatham: quia tamen Ionathas erat filius eius, &
illi charissimus, putauit, ꝙ propter hoc non tantum
exardesceret furor Saulis, vt irasceretur Ionathæ.
Aliter dici potest, ꝙ, quāquam Dauid suspicari pos-
set, ꝙ Saul irasceretur Ionathæ tanquā fauenti cau-
sam illius, tamen voluit, ꝙ Ionathas pateretur par-
uam iram patris contra se, vt ipse cognosceret sen-
tentiam Saulis: in hoc enim maximè nota erat ini-
quitas Saulis contra Dauid, si etiam filio suo charissi
mo irasceretur propter Dauid. Nunquam tamen
existimauit Dauid, ꝙ tantum incandesceret furor
Saulis, vt lancea conaretur Ionatham percutere ꝓ-
pter eum. Si autem hoc suspicaretur, prælegisset
penitus recedere in terram philisthinorum, nunq̃
rediturus in terram Israel, q̃ amicissimum sibi Iona-
tham exponere indignæ morti: Ionathas quoq; nō
suspicatus fuit hoc. s. ꝙ pater suus tā grauiter ei ira-
sceretur respondenti pro Dauid, ideo se exposuit
huic consilio, alioquin subticuisset. Aliter dici pōt,
ꝙ Dauid voluit, ꝙ Ionathas pro eo responderet, si
sciret, ꝙ irasceretur Saul: quia aliter non poterat co
gnosci sententia Saulis, nisi Ionathas pro eo respon
deret. *Rogauit me Dauid, vt iret celeriter in Bethlehem.* i. nō
putes, ꝙ fugerit, vel absconditus sit, quia de licentia
mea recessit, & quia posset rex obijcere: cur ergo nō
petiuit ab eo licentiam eundi in Bethlehem? respon
dit Ionathas, ꝙ erat iturus celeriter, ideo nō potuit,
scilicet, quia tempus recessus instabat, & non potuit
stare cum rege ad petendum licentiam: petiuit aūt
à Ionatha. Vel dr̄ celeriter. s. pro breui tēpore. s. ꝙ ve
lociter iturus erat, & immediatè rediturus: ideo pro
vno, vel duobus diebus absentiæ non oportebat pe-
ti à rege licentiam, secus autem, si multis diebus mā-
surus esset extra curiam. *Quia victimæ solennes ibi sunt.*
Subditur hoc, quia fortè Saul putaret falsum esse, ꝙ
diceret Ionathas, & ꝙ Dauid recedebat ex alia cau-
sa: ideo subiuncta est causa, quare iuerit in Bethlehē,
scilicet, quia erant victimę solennes ibi contribuliū
Dauid, ad quas rationabile erat ipsum ꝓperare, cū
ēēt de honoratissimis in tota tribu. Erat aūt excusa-
tio ista verisimilis: q̃a ista absentia erat pro die Kalē-
darum, & illa dies apud Hebręos erat magnarū vi-
ctimarum, & epularum, vt sup. dictum est. Verisimi-
le ergo erat, ꝙ vocatus fuisset Dauid à contribulib⁹
suis ad victimas. *Omnibus contribulibus eius.* i. victimæ
istæ sunt inter cognatos suos: & sic, quia omnes de
illa cognatione maximè colebant illum diem Ka-
lendarum, decens erat Dauid ire illùc. Vocātur aūt
hic contribules. i. cognati propinqui: nam non acci-
pitur propriè contribulis, quia tunc significat oēs,
qui sunt de eadem tribu: non erat autem sensus, ꝙ
omnes, qui erant de tribu Iuda illa die, congregaren
tur ad faciendum sacrificium in Bethlehem: sed so-
lum intelligitur de propinquis Dauid. In Hebræo
habetur hic. *Victimæ dierum sunt ibi.* Et vocātur victi-
mæ dierū victimæ solennes. s. quia isti dies sunt spe-
cialiter assignati à cognatis Dauid, vt faciant in eis
victimas: ideo faciebant illas solenniter, & sic vocā-
tur solennes. Sic enim habetur sup. c. 1. vbi dicitur de
Elcana, quando ascendebat ad templum, & offere-
bat sacrificium solēne: nam ibi habetur in Hebręo,
sacrificium dierum: litera tamen nostra transtulit,
solenne, quia hoc clarius est.

An Dauid peccauerit petendo à Ionatha, vt diceret falsum patri pro eo. Quæst. XII.

QVAERET aliquis, An Dauid peccauit hic
dicendo ista Ionathæ? Aliquis dicet, ꝙ pec-
cauit, quia mentitus est. Sed hoc non stat,
quia Dauid non mentitus fuit, hic, cum nihil assere-
ret, sed suadebat Ionathæ, vt mentiretur pro eo, iō
peccatum mendacij si aliquod erat, debebat scribi
Ionathæ, & non Dauid. Dicetur tamen, quod pecca
uit Dauid, non quidem mentiendo, sed inducendo
Ionatham ad mentiendum, quia peccare, & pecca-
ti occasionem præbere vtrunque peccatum est. Sed
aliquis dicet, ꝙ adhuc Dauid non induxit hic Iona-
tham ad mentiendum, quia fecit id, quod orabat
Iona-

Ionatham .s. ꝙ iuit in Bethlehem ad victimas: vnde
aliqui dicunt, ꝙ satis potuit hoc facere Dauid: nam
tres dies fuerunt, in quibus latere debebat Dauid, vt
patet, sup. in illis autem poterat Dauid ire, & redire
in Bethlehem: quia propinqua erat ciuitas illa, cum
Bethlehem esset in tribu Iuda, & ciuitas, in qua erat
Saul, esset in tribu Beniamin: erant autem istæ duæ
sortes coniunctæ. Sed hoc non est dicendum: nam,
an posset ire, & redire Dauid in tempore ita breui
eundo ad victimas Calendarum, non constat, quia
nescitur an Bethlehem, & Gabaa, vbi erat Saul, mul-
tum distarent, nec valet confirmatio .s. quia sors Iu-
da, & Beniamin erant coniunctæ: nam licet istæ vr-
bes secundum latitudinem sortium fortè non mul
tum distarent: poterant tamen satis distare secundū
longitudinem, vt, si vna esset in parte oriētali vnius
sortis, & alia in parte occidentali alterius. Item da-
to, ꝙ potuisset Dauid ire in Bethlehem, non erat ve
risimile, ꝙ iuisset: quia ipse dixit, ꝙ volebat se abscō-
dere in agro tribus diebus: ergo nō iret in Bethlehē.
Alioquin sequerentur duo inconuenientia, primū,
ꝙ Dauid mentiretur Ionathę, quia dixit, ꝙ volebat
celari tribus diebus in agro, & tamen non manebat
ibi, sed ibat in Bethlehem. Secundum inconueniens
erat, quia sic fortè impediretur id, quod intendebat
Dauid .s. ꝙ Ionathas veniret in agrum ad locum, vbi
latebat Dauid, & annunciaret ei sententiam Saulis.
Poterat autem accidere, ꝙ Ionathas in die Calenda
rum propter aliquid emergens vellet loqui Dauid,
& si ipse iuisset in Bethlehem, non reperiret eum, ꝙ
erat cōtra intentionem Dauid. Item patet hoc, quia
Ionathas dixit ad Dauid: cras Calendæ sunt, descen-
des festinus in locū, vbi celandus sis in die, quo ope-
rari licet: & sedebis iuxta lapidem, cuius nomen est
Ezel. Ergo Ionathas volebat, ꝙ Dauid immediatè
descenderet ad latibulum ante diem Calendarum,
& maneret ibi vsquequo iret ad eum ipse, & sic non
debebat ire in Bethlehem. Item patet, ꝙ sic fecerit
Dauid, quia infr. dicitur: Abscōditus est ergo Dauid
in agro, & venerunt Calendæ. Deinde habetur, infr.
ꝙ quando Ionathas exiuit ad agrum, Dauid latebat
in loco, quem Ionathas dixerat: ergo non descendit
in Bethlehem ad diem Calendarum, sed mansit ab-
sconditus in agro ante Calendas, & post. Item dato,
ꝙ potuisset Dauid celeriter ire in Bethlehem, nullo
modo expediebat, sed magis erat cōtra intentionē:
quia fortè aliquis eum in itinere reperiret, & sic co-
gnosceret de eo Saul: maximè quia in oībus his Da
uid solus erat, & quicunque eum reperiret, obstupe-
sceret, sicut obstupuit Achimilech sacerdos videns
eum solum, vt sequenti cap. & putans eum fugere
à facie Saulis, indicaret ei: & tunc Saul cognosceret
Ionathā mentiri .s. ꝙ non iuisset Dauid ad victimas,
sed iuisset fugiēs: nō decuit ergo, ꝙ Dauid iret in Be
thlehē. sed, ꝙ maneret illis dieb. in agro abscōditus:
sic factum est. Tunc autem manet argumentum .s.
an Dauid peccauerit persuadendo Ionathæ, q mē-
tiretur pro eo? Dicendum est autem, ꝙ peccauit, sed
venialiter solum, eo ꝙ istud fuit mendacium officio
sum ad eripiendum vitam Dauid: A peccato autē
veniali nō oportet excusare patres sanctos veteris te
stamenti: cum interdum etiam illi mortaliter, &
grauiter peccauarint, sicut fuit in ipso Dauid: præ-
sertim, quia Apostoli, qui perfectiores fuerunt pa-
tribus veteris testamēti nec in paruum non excusen-
tur à peccato veniali, vt patet prima Ioa. cap. 1. s. Si
dixerimus, ꝙ peccatum non habemus, ipsi nos sedu-
cimus, & veritas in nobis non est. Quod exponitur
de peccato veniali. Sed dicendum est, ꝙ quanquam
Dauid peccaret hic venialiter: tamen magis pecca-
F uit, quàm Michol, quando pro eo mentita est, dicēs
esse ægrotum: magis etiam peccauit, quàm obstetri-
ces Aegypti, quæ mentitæ sunt pro paruulis Iudęo-
rum. Ratio est, quia mendacium officiosum quan-
quam veniale sit, tamen interdum leuius, & inter-
dum culpabilius est: & hoc, quia quanto id, pro quo
mendaciū est, maius est, mendacium est leuius: sicut
minus peccat, qui mentitur pro saluanda vita alicu
ius, quàm, qui mentitur pro saluanda tota substan-
tia eius: & cum aliquis mentitur pro saluanda vita
alterius, tanto mendacium illud minus est, quanto
mors inferenda certior est atque propinquior: & qa
paruuli Israelitarum habebāt mortem propinquā,
nisi obstetrices mentitę fuissent, Dauid quoque erat
G circundatus angustijs mortis, nisi Michol mentita
fuisset: nunc autem non agebatur, vt Dauid erueret
à morte, quia sine mendacio poterat fugere, & libe-
rari, sed agebatur ad sciēdum sententiam Saulis cō-
tra Dauid .s. an vellet eum occidere, vel non, ne Da-
uid incautus aliqua die caderet in manus Saulis: qa
ergo agebatur de morte magis remota culpabilius
erat hoc, quàm mēdacium Michol, & obstetricum.
Si dixerit: benè. i. si Saul dixerit, benè factum est: quan-
do Ionathas responderet, ꝙ iuerat ad festum Calen-
darum in Bethlehem. *Pax erit seruo tuo*. i. signum est, ꝙ
mihi est pax, qui sum seruus tuus .s. ꝙ non intendit
me occidere. *Sin autem fuerit iratus*. s. quando respon-
deris ei pro me, si iratus fuerit tibi, quia respōdes, vel
H mihi, quia recessi: aut dolet, ꝙ non habet me præ-
sentem. *Scito, quia completa est malitia eius*. i. ꝑ hoc scies,
ꝙ iniquitas eius contra me iam peruenit ad finem:
Dicitur autem completa malicia alicuius, quando
ad malum maximum peruenit: sic autē erat de Sau-
le: nam cum esset Dauid innocens, & ipse persequे-
retur eum, qualitercunque ei molestus esset, malum
agebat: nunquam tamen malitia esset consummata
quousque totaliter diffiniret occidere Dauid, quia
istud erat maximum malum, quod ei infligere pote
rat: & sic Ionathas poterat habere certitudinem de
sententia Saulis, & renunciaret eam Dauid.

Signum datum à Dauid Ionathæ ad Saulis sententiam cogno-
I *scendam conuenienter positum fuit.* Q. XIII.

QVAERET aliquis, an istud signum posi-
tum à Dauid ad inquirendum sententiam
Saulis conuenienter positum fuerit? Re-
spondendum est, quòd sic: de prima parte patet,
quia si Ionatha respondente pro Dauid, Saul dice-
ret. bene, idest, bene factum est: manifeste appareret,
ꝙ ipse non habebat exosum Dauid: nā non possunt
aliqua bene videri alicui, si illa exosa habeat. Si tamē
Saul diceret, ꝙ benè fecisset Dauid vadens in Beth-
lehem, approbaret factum illius, & bene si videret:
manifestè ergo apparebat, ꝙ diligebat eum, vel saltē
non habebat ipsum exosum. Hoc autem tenet nisi
K in duobus casibus. Primus est, nisi quis ab ipsa ratio-
ne euidentissima propter verecundiam inducatur
ad approbandum id, quod odit: sed tunc satis appa-
rere potest, an sponte approbet, vel propter rationē
vrgentem, & verecundiam: & hoc, quia affectus ho
minis quodammodo in vultu manifestatur, saltem
ex aliqua coniectura siquis prudenter inspicit: ideo
si quis sponte factum alicuius approbat, quædā hila
ritas, & exultatio vultui eius inest: nec solum appro-
bat, sed etiam laudat, & exaggerat verbis inducēdo
rationem aliquam, cur illud approbandum sit. Qui
verò ratione ipsa vrgente, & verecundia inducitur
ad approbandum, ꝙ odit, quandam tristitiam, &
mordacitatem in vultu, & verbo patitur, etiā si dissi
mulare

mulare velit: nam nimietas passionis non sinit omnimodam dissimulationem, cum ex abundãtia cordis necesse sit os loqui. Luc. 6. cap. inest etiam, quòd illi, qui sic approbant, non laudant, sed solum approbant: nec approbationem suam verbis, aut rationibus exaggerant: sed si passio increuerit, potius quibusdam verbis mordaciter dictis, quod approbant obnubilare conantur. Si autem Saul hoc faceret, Ionathas aspecturus erat, & tunc non consideraret sententiam regis tanquam bonam, sed vt prauã: quia illud benedicere maledicere erat. Sicut dixit Iob: Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deum in cordibus suis. Iob ca. 1. sic etiam vxor iob dixit ei: Adhuc tu permanes in simplicitate tua, benedic Deo, & morere. i. maledic. Iob. cap. 2. Secundus casus est, quando quis ex dissimulatione conatur aliquid approbare, quod odit, licèt verecundia, & ratio eũ non vrgeant: & sic est in hypocritis, & in omnibus, qui intendunt lucrum, vel aliquem finẽ alium vtilitatis, quia interdum fingunt sibi placere, quod oderunt, & sibi displicere, quod diligunt: istud aũt non conueniebat Sauli: quia nõ intendebat per dissimulationem aliquid acquirere: præcipuè cum iam manifestè persequi Dauid, & petere eũ ad mortem cępisset. Item, quia iste modus non conuenit, nisi hominibus, qui habent animum purè liberum, scilicet, ꝙ non sunt affecti ad aliquam partem, ideo possunt faciliter fingere pro vtraque, quod placet, vel quod displicet: & non poterit cognosci ex vultu eorum, an simulent: qui tamen passionatus est ad aliquam partem, licet conetur dissimulare approbando contrariam partem, non valet quando aliquid in vultu, aut verbo appareat, per quod pateat ipsum dissimulare. De Saule autem sic erat, quia affectus erat nimis contra Dauid in furore, ideo dissimulare non poterat approbando, quod oderat: alia autem pars magis manifesta est, scilicet, si respondẽte Ionatha pro Dauid, irasceretur Saul: nam tunc euidens erat, ꝙ eũ habebat exosum, cũ ꝓ bono operè irasceretur illi: conueniens ergo signũ dedit Dauid Ionathę ad inquirendum sententiam patris sui.

Si Saul nihil respondisset Ionathæ signum fuisset, quòd celaret furorem. Quæst. XIIII.

QVAERETVR vlterius, an sufficienter fuerit datum signum, & quid faciendum esset si Saul nihil dixisset postquam respondisset Ionathas: vel cur Dauid non dixit Ionathæ quid intelligeret, si pater suus nihil inquireret. Respondendum est, ꝙ signum conuenienter datum est, vt patuit: si autem nihil respondisset Saul postquam Ionathas pro Dauid locutus fuisset, non erat bonum signum: nam innuebatur, ꝙ celabat furorem suum, quem conceperat contra Dauid: & tunc redibat in idem, ac si irasceretur, quanquam hoc magis apparere debebat ex vultu: nam si Ionatha loquente pro Dauid, nihil responderet Saul, & vultus eius hilaris maneret, & tranquillus: signum erat, ꝙ non oderat illum: si autem turbaretur vultus eius cum quadam mordacitate, signum erat, quòd oderat Dauid, & tunc idem erat ac si manifeste irasceretur: Dauid tamen non posuit istam particulam, scilicet, si nihil responderet: quia putauit hoc non euenturum, & colligebat hoc modo scilicet, quia vel Saul nimis eum exosum habebat, vel nullo modo eum oderat. Apparet hoc, quia vel Saul haberet Dauid exosum considerans, ꝙ ei posset regnum auferre propter fauorẽ popularem, & tunc detestaretur eum vsque ad mortem, nec pro tali re poterat esse paruum odium cũ

A esset de toto statu personæ: si autem non respiceret hęc, non haberet odiũ aliquem, saltem paruulũ ꝯtra Dauid, sed diligeret eũ ꝓ beneficijs preteritis, sicut à principio nimis dilexerat: quo dato, si staret primũ, non posset Saul subticere, quia cum nimis irasceret Dauid, non poterat se continere, qn aliqua verba furoris loqueretur, respondente Ionatha. Si aũt esset 2m, non erat verisimile, ꝙ Saul subticeret, sed laudaret bonũ factũ eius, quẽ diligebat: iõ non dedit Dauid mediũ inter hæc duo. Si aũt dicatur quid intelligere debebat Ionathas, si Saul in oĩbus diebus absentię Dauid non quæreret pro illo: dicendũ, ꝙ directè nullũ signũ erat, sed indirectè erat signũ boni: nam si Saul in tribus diebus sciens Dauid absentem, non curaret inquirere vbi esset: vel si non curaret aspicere, an ibi esset, erat signũ, ꝙ non faciebat Saul mentionem aliquam de Dauid in bonũ, aut in malum, sed negligebat eũ tanquã rẽ minimã nullius momẽti ad bonũ, vel ad malũ: nam de magnis bonis solicitã mentionẽ facimus: de magnis aũt malis, quæ nobis obesse possunt, adhuc magis soliciti sumus. De quo ergo nulla mentio fit, necesse est ęstimare illud nullius momenti, si aũt hoc euenisset in Saule, apparebat, ꝙ nullo modo diligeret Dauid: nec aliqualiter eũ odisset, & caueret se ab eo, tanquam à nociuo, & sic securus poterat esse Dauid apud Saulem. Cum aũt dr̃, cur Dauid nõ dixit Ionathę qd intelligeret, si pater eius non inquireret pro eo: Dicendũ, ꝙ Dauid non putauit hoc esse verisimile: nã Dauid erat magnus in domo Saulis, cũ ẽẽt gener regis, necesse erat, ꝙ fieret de eo mentio magna in bonũ, vel malũ: in bonũ quidẽ, si Saul nõ esset hostis Dauid: in malum aũt, si maneret in hostilitate, in qua cęperat eũ persequi. Nõ ergo dedit aliquod signũ Ionathæ, si pater suus nihil loqueret: nã erat nimis solicitus Saul de Dauid: iõ immediatè in die Kalendarũ quærere volebat pro eo, sed cessauit ex causa, vt patet infra.

An Dauid peccauerit accipiendo signum ex verbis Saulis. Quæstio. XV.

QVAERETVR vlterius, an Dauid peccauerit hic accipiẽdo signũ ex verbis Saulis. Aliquis dicet, ꝙ sic: quia considerare aliquid, futurum esse, vel non euenturũ ex verbis alicuius pertinet ad quãdam speciem auguriorum, quæ vocatur omen: & istud est, quando quis intendens aliquid, respicit ad verba alterius: & ex illis iudicat quid futurum sit in sua causa. Hoc augurio vtebantur gentiles: sic patet infra, 3. lib ca. 20. cùm iuerunt serui Benadab regis ad regem Israel, dicentes: Seruus tuus Benadab dicit: Viuat oro te anima mea: & ille ait: Si adhuc viuit frater meus est, qđ acceperunt viri pro omine, & festinanter rapuerunt verbũ ex ore eius, atque dixerunt. Frater tuus Benadab viuit. Sic etiã fecit Timotheus princeps quorundam Gentilium pugnantium contra Iudam Machabæum, scilicet, ait Timotheus principibus exercitus sui cũ appropinquauerit Iudas ad Torrẽtem, si transierit ad nos, non poterimus sustinere eum, si verò timuerit transire poterimus aduersus illum, vt patet 1. Machab. cap. 5. Ista tamen auguria, & omnes cęremonię gẽtium vetabantur Iudeis, vt patet Leui. cap. 18. scilicet: Non facietis iuxta morem regionis Chanaã, ad q̃ introducturus sum vos, nec iuxta consuetudinem terræ Aegypti, in qua habitastis, & Iere. c. 10. dicitur: Hæc dicit Dñs. iuxta vias gentium nolite discere, & à signis Cęli nolite metuere. Aliquis respondebit, ꝙ inquirere signum rerum agendarum ex verbis alterius, vel ex factis illicitũ est, cum sit species augurij: & gen-

& gentiles in hoc erant ſuperſtitioſi: Dauid tamen
non fuit hic ſuperſtitioſus: quia forte præmiſſa ora-
tione, & cum timore Dei quæſiuit iſtud ſignum: ſic
enim fecerunt alij viri ſancti, qui excuſantur à pec-
cato: ſic enim fecit Eliezer ſeruus Abrahæ, qui vo-
luit accipere ſignum de puella, quæ tradenda erat
in vxorem Iſaac per verba, quæ reſponderet ei de
dando potum illi, & chamelis ſuis: Gen. 24. capit.
Excuſatur tamen à peccato, quia non fecit ſuper-
ſtitioſè, ſed præmiſſa oratione, & confiſus de Dei
bonitate, dicens: Domine Deus Domini mei Abra-
ham, occurre obſecro mihi hodie, & fac miſericor
diam cum Domino meo Abraham, &c. ſic etiam
Ionathas quæſiuit ſignum ex verbis Philiſthinorũ,
quando voluit pugnare contra eos, ſcilicet, quòd ſi
dicerent: Manete, donec tranſeamus ad vos, nõ aſcẽ
derent ad eos: ſi autem dicerent: Aſcendite ad nos:
erat ſignum, quòd Deus tradiderat illos in manu
eorum, ſupra 14. excuſatur tamen à peccato, quia
non ſuperſtitioſè, ſed confidens, quòd Deus eum
eriperet, hoc dixit: nam primum dixit ad armigerũ
ſuum: Tranſeamus ad ſtationem incircunciſorum
horum, ſi fortè faciet pro nobis Dominus, quia nõ
eſt difficilè Deo ſaluare in multitudine, vel in pau-
cis, vt patet eod. cap. ſic autem de Dauid intelligen-
dum eſſet, cum vir ſanctus foret, quòd non ſuperſti-
tioſè, ſed præmiſſa oratione, hoc egiſſet. Dicendum
eſt, quòd Dauid non peccauit accipiendo ſignũ ex
verbis Saulis, nec tamen oportet reſponderi, ſicut
ſupra reſpondetur, quia ſi Dauid quęſiuiſſet ſignũ,
ſicut inquiſiuit Eliezer, vel Ionathas, oportebat
eum taliter excuſari: non tamen quæſiuit tale ſi-
gnum. Pro quo conſiderandum, quòd cum ali-
quis ex verbis alterius, vel ex factis ſignum accipit,
aut accipit ſignum pro his, quæ euenire debent,
aut pro his, quæ homo ille agere intendit. Primo
modo, vt ſiquis ſubito conſideret verba alterius, &
& propter illa iudicet aliquid euenturum eſſe, vel
non: vt ſiquis apud ſe cogitabat de aliquo negocio,
quod tractabatur, an concluderetur, & vidit alium
hominem à longe loquentem ad alterum, & dicen-
tem, non, vel non erit, aut malum eſt, & ex iſto iu-
dicat, quòd negocium non finietur, & iſto modo eſt
ſuperſtitio, & augurium. Sic vtebantur gentiles.
Ionathas, & Eliezer iſto modo quęſiuerunt ſignum,
vt patet applicando verba eorum, & fuiſſet pecca
tum in eorum inquiſitione, niſi excuſarentur, quòd
fuſis ad Deum præcibus, hoc egiſſent. Secundo mo-
do aliquis quærit ſignum ex verbis alterius ad iudi-
candum quid ille facturus eſt, & hoc modo non eſt
illicitum, quia verba ſunt data in ſignum eorum,
quæ concepimus, vt patet 1. Perihermenias. Quan-
quam ergo aliquis non loquatur directè id, quod in
tendit, vir prudens poteſt colligere ex ſubſtãtia ver-
borum, & modo proferendi, & vultu proferentis
qd ille intendat: quęrere ergo intentionẽ alicuius,
per iſta ſigna non eſt ſuperſtitioſum, ſed prudentia-
le, dum tamen iſta ſigna non accipiantur, vt certiſ-
ſima, vel ineuitabilia, ita quòd quis audeat affirma-
re de alio iſtud, vel illud facturus eſt, quia vidit ta-
lia, vel talia ſigna. Sed debent accipi iſta ſigna ad
cauſandum præſumptionem, & ad hoc, quòd quis
ſibi caueat à malo, quod putat alium intendere: ſic
fuit in Dauid: quia ipſe non quærebat ſignum ali-
cuius rei euenturæ ex verbis Saulis, ſed quærebat,
quid ipſe intenderet contra Dauid ad hoc, quòd in-
dicaret, an ſibi ſecurum erat manere apud Saulem,
vel non: ideo non oportet per aliquam viam inqui
ſitam excuſare Dauid à peccato in hoc, quia non ſo
lum ipſe non peccauit, ſed etiam quicunque alius

F vir hoc egiſſet, non peccaret. *Fac ergo miſericordiam in*
ſeruum tuum: ideſt mecum, qui ſum ſeruus tuus. ſem
per Dauid vocabat ſe ſeruum Ionathæ, quanquam
eſſet amicus, & leuir eius: & hoc vt humiliaret ſe,
& magis ſemper afficeretur ad eum Ionathas. Mi-
ſericordia autem, quam petebat Dauid, erat, quod
Ionathas renunciaret ei ſententiam patris, & non
faueret patri in malo. Patet hoc, quia ſupra dixit
Dauid: Si dixerit benè, pax erit ſeruo tuo, ideſt, mi-
hi: ſin autem fuerit iratus, ſcito, quod completa eſt
malitia eius, ſcilicet, volendo me occidere. Et nunc
dicit: Fac ergo miſericordiam in ſeruum tuum, id-
eſt, cum aliquod ſignum iſtorum cognoueris in pa-
tre tuo, rogo te, quòd facias mecũ miſericordiam,
G ſcilicet, renunciando mihi ſententiam patris tui: iſta
autem erat magna miſericordia, quia per hoc Da-
uid mortem fugeret: ſi autem eſſet ſibi occulta ſen-
tentia Saulis, poſſet incidere in manus eius. *Quia*
fœdus Domini me famulum tuum inire feciſti. Hic ponitur
cauſa ſuaſiua, vt Ionathas hoc faceret: volebat enim
Dauid perſuadere, & non erat opus, quia Ionathas
diligebat Dauid, ſicut animam ſuam, pluſquam pa-
trem ſuum: & pro eo faceret quæcumque, ſicut di-
xit ſupra: Quæcunque dixerat anima tua mihi, fa-
ciam tibi. Dauid tamen loquebatur perſuaſiue ex
amaritudine cordis ſui, quia videbat ſe circumple-
xum laqueis mortis. Erat autem iſta ſuaſio conue-
niens, ſcilicet, Ionathas fecerat, quòd Dauid ini-
H ret fędus cum eo de ſeruanda dilectione in ęternũ,
ideo debebat reuelare ei ſententiam Saulis. Poteſt
autem iſta litera dupliciter introduci: vno modo
per modum amoris, ſcilicet, ego eram ſeruus tuus,
& non eram dignus, vt mecum fœdus inires, quod
fit ex maximo amore, nec ſaltem, vt me diligeres,
placuit tamẽ tibi ex immenſitate bonitatis tuæ me
cum fœdus inire: exoro ergo per ineffabilia viſce-
ra amoris tui, vt mei miſerearis. Eſt autem iſta ſua-
ſio efficax inter amantes: nihil enim potentius eſſe
poteſt inter eos. ſi verè ſe diligunt, quàm ipſe amor,
quo in alterutrum ardent: ſi ergo efficaciter ſuade-
re volunt, oportet, vt amor ſit medium ſuadendi.
Aliter poteſt introduci iſta litera tanquam de iure,
I vel obligatione, ſcilicet, quòd Dauid innueret Iona
tham obligatum eſſe ad reuelandum ei ſententiam
Saulis: quia quando fœdus inierunt, promiſerunt
mutuum amorem obſeruare in æternum: & quòd
in alterutrum ad mortem ſe pro conſeruatione ex-
ponerent: & quòd malum, quod aliquis de alio tra-
ctari ſciret, impediret, & ei reuelaret. Iſtæ enim clau
ſulæ, & plures aliæ apponi ſolent, cum initur fœ-
dus: ſic etiam patet, quia infra in litera, cum Iona-
thas iterum fœdus iniuit cum Dauid, promiſit ei re-
uelare malum, quod contra eum tractari ſciret. Sic
autem dicebat hic: Fędus me inire feciſti, ideſt, quia
feciſti mecum fœdus, obligaris ad reuelandum ma-
lum, quod contra me tractari ſciueris: fac ergo mi-
K ſericordiam reuelando mihi. Vocatur autem fœ-
dus Domini, quod iniuit Ionathas cum Dauid,
qa in illius poſitione inuocatum fuit nomen Domi
ni. Vel dicitur fœdus Domini, quia tale fœdus po-
nebatur inter Deum, & homines. Sic enim Do-
minus iniuit fœdus cum Abraham de dando ſibi
terram Chanaam Gen. capit. 15. Iſraelitę quoque
quando promittebant aliquid obſeruare propter
Deum, faciebant fœdus. Sic patet Ierem. capitu.
34. quando Iſraelitæ promiſerunt tempore Sede-
chiæ regis, quòd dimitterent ſeruos ſuos Hebræos,
& diuiſerunt vitulum, & tranſierunt per diuiſio-
nes medias. *Si autem in me aliqua iniquitas eſt, tu me*
interfice. Iſtud ponebatur ad magis inclinandum
Iona-

Ionatham,quasi dicat, oro,vt mihi sententiam patris ui reueles, & si fortè aliqua iniquitas est in me, propter quam ego merear, quòd hoc mihi non reueles,sed quòd cadam in manus Saulis, interfice tu me, & non facias, quod cadam in manus patris tui, non reuelando mihi sententiam eius. Ista autem sunt verba nimis inclinatiua, quæ frangunt cor humanum, quando generosum est, & prouocat ad lachrymas: quia ista sunt verba hominis constituti in vltima amaritudine, cui cor generosum naturaliter miseretur,etiam si hostis ille fuerit. *Et ad patrem tuum ne introducas me.* scilicet, tradendo me in manus illius,vt occidat me. Hoc dicebat Dauid, ne Ionathas faueret sententiæ patris sui: nam tunc ipse conaretur per fraudem inducere Dauid ad Saulem, vt occideretur. Vel saltem poterat ei occultare intentionem Saulis, & sic faceret illum cadere in manus eius: vtrunque autem orabat Dauid, ne fieret:& qa Dauid ponebat animam suã in manu Ionathę, poterat eũ Ionathas faciliter tradere in mortem, ideo enim nimis orabat, vt eius misereretur. Dixit autẽ Dauid,quòd Ionathas eum occideret, & non introduceret ad patrem suum, quia si moriendum foret, eligibilius erat Dauid mori manibus Ionathę à quo nimis diligebatur, quàm mori manibus Saulis, qui eum nimis exosum habebat. Ista enim omnium hominum conditio est, quòd præeligant mori manibus amicorum, quàm inimicorum: sic enim patet in Tragædia.4. Senecę,cuiꝰ nomen est Hippolytus: nam cum ibi Hippolytus simulasset velle occidere Phedram,ipsa dixit:Hoc est,quod nimis opto,amãtis mori manibus. Causa autem est, quia cum aliquis hostem habet maximum,bonum est ei capere vindictam:de illo, & quia quilibet hosti suo maximum malum vult, nollet, quod de eo caperet vindictam. caperet tamen si eum occideret: ideo eligibilius est alicui mori bis si possibile foret manu alicuius viri ignoti, quàm mori manibus hostis: vel saltem subijci potestati illius. Erat tamen Saul hostis acerrimus Dauid omnibus diebus, vt patet supra c. 18. Item cum hostis nimis exosum habeat hostem, nimis crudeliter in eum ageret, concessa seuiendi potestate: amicus autem, cum diligat amicum,nõ seuiet in eum, sed potius malis eius compatitur, ideo si quis manibus amici sui caderet, & hoc per aliquam causam esset simpliciter necessarium, non seuiret in eum:sed cum lachrymis eum occideret:eligibilius ergo est cuicumq; mori manibus amici sui, quàm hostis.

An peccauit Dauid dicendo Ionathę, vt potius eum occideret, quàm introduceret ad Saul,si esset iniquitas in eo.
Quæstio. XVI.

QVAERET Aliquis an peccauit Dauid dicendo Ionathæ,quòd occideret eum,& non introduceret ad patrem suum. Respondendum est, quòd non peccauit: quia non dixit hoc hac intentione, vt eum Ionathas occideret, quia sciebat, ꝙ nullo modo Ionathas hoc facturus erat, sed magis ipse pro illo vitam suam exponeret,vt patet immediatè,cum dixit: Absit hoc à me: tanquam esset valde detestabile. Item Dauid non dixit simpliciter:Tu me interfice, sed dixit:Si aliqua iniquitas in me est, tu me interfice: sciebat tamen Dauid,ꝙ nõ erat in eo aliqua iniquitas contra Saulem,vel Ionatham, propter quam deberet occidi: ideo non voluit simpliciter occidi, nec hac intentione hoc dixit: sed solùm, vt efficacius flecteret Ionatham ad pietatem. Si tamen dandum foret, ꝙ existente ali-

A qua iniquitate in Dauid, vel nulla existente,deberet occidi à Ionatha, vel Saule, præeligeret occidi à Ionatha,quàm à Saule.

An Dauid peccasset desiderando interfici à Ionatha, si non posset mortem effugere.
Quæst. XVII.

QVAERET aliquis,an si daretur,ꝙ Dauid captꝰ fuisset, ita vt nequaquã posset euadere mortem per manum Saulis, si diceret Ionathæ,tu me interfice, an peccaret. Respondendum est, quòd sic, quia, quòd aliquis sustineat mortem,peccatum nullum est, sed interdum est meritum:quòd tamen B eam desideret, & petat, peccatum est: sic autẽ esset, si Dauid diceret.Tu me interfice. Item patet hoc in illis,qui timore mortis inferendę ab alijs,se occidũt. Nam si quis existimet se ab alio nimis torquendum, & vt immanitatem tormẽtorum effugiat, seipsum occidit,nimis peccat. Nec solum hoc,immo etiam si quis se occidat, ne alij eũ occidãt, & illudãt ei,peccat: sicut fuit de Saule, qui dixit armigero suo.Percute me, ne forte veniant incircuncisi isti, & interficiant me illudentes mihi,infra, vlti.cap. à fortiori ergo cum Dauid peteret occidi à Ionatha, vt leuiter puniretur, & non pateretur immania,occisus à Saule, qui accerrimus hostis erat, peccabat.

Item non solum peccabat Dauid, quia petebat, C quod illicitum erat, sed etiam, quia faciebat,ꝙ Ionathas peccaret: nam inducebat illum ad occidendum eum: Ionathas tamen non poterat licitè occidere Dauid,cum non esset iudex eius. Considerandum etiam,quòd non solum peccat aliquis, si petat occidi ab eo,qui nõ est iudex eiꝰ, sed ẽt si quis morte dignus sit,& petat occidi ab eo,qui iudex est peccat. Debet.n.aliquis patienter mortẽ tolerare,si iuste inferatur, & ab eo, qui iudex est, & in hoc meretur. Non tamen licèt ei,quòd ipse petat mortem à iudice, dicens se esse morte dignum, quia si quis se occiderer,siue ille dignus esset morte, siue non, peccaret tunc si aliquis dignus morte petat à iudice, ꝙ eum occidat,cum aliàs iudex non cognosceret,nec eum D occisurus esset,peccat mortaliter,quia ipse seipsum occidit,cum aliàs moriturus non esset. Item dato, quòd iudex aliàs eum occisurus esset, si tamen ipse petat occidi,peccat mortaliter, quia directè agit ad mortem suam: nulli autem licèt, quòd directè sit causa totalis mortis suæ:ergo nec secundum partem,quia esse causam mortis suę directè secundum totum,vel secundum partem,non differt,nisi secũdum magis,& minus,idest,esse maius peccatum,vel minus peccatum. Si quis tamen se occidat,etiam si mortem dignus sit, peccat mortaliter: ergo qualitercunque directè sit causa mortis suæ etiam si non totaliter, peccabit: sed petere mortem,est aliqualis causa,saltem quantum ad ipsum petentem:etiam si E aliàs illa euentura esset: ergo peccabit mortaliter, qui mortem petit,etiam si illam mereatur. Sic ergò esset hic Dauid.

Et ait Ionathas. Hic ponitur tertium huius cap. scilicet, Ionathæ concessio. Petit enim Dauid ab eo quendam modum conseruationis vitæ suæ, quẽ Ionathas obtulit se procurare. *Absit hoc à me.* Potest referri ad duo. Vno modo, quia supra dixit Dauid: si aliqua iniquitas in me est, tu me interfice: Ionathas autem dicit. Absit hoc à me,scilicet, ꝙ ego interficiam te, vel introducam ad patrem meũ, vt te occidat:aliter põt exponi referẽdo ad exhortationẽ Dauid: suadebat enim Dauid Ionathæ,vt si cognosceret sententiam patris contra illum, quòd reuelaret ei.

ret ei. In quo innuebat se aliqualiter dubitare, an Io
nathas vellet reuelare Dauid sniam Saulis, vel faue-
ret patri suo, tacendo sententiam eius: Ionathas au-
tem hoc à se excludit, dicēs: Absit hoc à me, scilicet,
vt ego cognoscam sententiam patris mei contra te,
& non indicem tibi. Istud autem tenet litera se-
quens, scilicet. *Nec enim fieri potest.* idest impossibile est,
quòd si cognouero sententiam patris mei esse con-
tra te, non reuelem hoc tibi. Hoc autem non dice-
bat Ionathas simpliciter impossibile, sed impossibi-
le ex præsupposito, scilicet, tanta erat dilectio Iona-
thæ ad Dauid, quòd repugnabat, quòd, illa existen-
te, Ionathas cognosceret aliquod malum cōtra Da-
uid, & non declararet ei. *Vt si certè cognouero comple-
tam esse malitiam patris mei contra te, non annunciem tibi.*
Malitia Saulis dicebatur iniqua voluntas de perse-
quendo, & nocendo Dauid: ista autem malicia esset
completa, quando veniret ad summum malum, &
istud erat mors Dauid, quia nullum ei magis malum
infligi poterat. Dixit autem Ionathas, si sciret com-
pletam esse malitiam Saulis, quia, quin aliquam ma
liciam concepisset contra Dauid non dubitabatur:
si tamen non esset completa scilicet, quòd disposuis
set occidere illum, non erat tale, propter quod de-
beret recedere Dauid à curia Saulis: quia omnia alia
mala, & molestias sustineret Dauid præter mortem,
vt non recederet à terra Israel, nec cogeretur dimit
tere vxorem suam carissimam Michol: & diuidi à
dulcissimo amico suo Ionatha. Mortem autem pro
nullo toleraturus erat, quia per eā potius ab his om
nibus separabatur. De morte ergo, siue de consum-
mata malitia, per quam mors infligenda foret, lo-
cutus fuit Ionathas. Dixit etiam: Si cognouero cer
tissimè: nam si respicerentur leues suspitiones, po-
terat quis suspicari contra Saulem, quòd vellet oc-
cidere Dauid cum aliquando eum occidere voluis-
set: per certitudinem tamen hoc non patebat: ideo
dixit Ionathas, si cognosceretur certissimè malicia
Saulis: nam si cognosceretur sola leui suspitione,
non erat propter hoc fugiturus Dauid de curia Sau
lis. Etiam dixit hic Ionathas de malitia Saulis, quòd
reuelaret eam illico, vt cognosceret: sed non est in-
telligendum, quòd solam maliciam reuelare debe-
ret, sed etiam si cognosceret voluntatem Saulis bo
nam esse erga Dauid, reuelaturus erat. Sic patet
infra, vbi iurauit Ionathas, quòd si bene Saul iu-
dicaret de Dauid, reuelaret ei, & si male eodem mo-
do. Item patet per signum, quod dedit Ionathas
Dauid de missione saggitarum, scilicet, quòd si di-
ceret puero: Sagittæ vltra te sunt, erat malū Dauid,
& recedere debebat. Si autem diceret citra te sunt,
erat bonum eius, & debebat venire. Dixit tamen
hic Ionathas de sola malitia Saulis: quia in hoc ver
tebatur magis status Dauid scilicet, quod reuelare-
tur ei iniquitas Saulis consummata contra eum, q̄
quod reuelaretur bona sententia: nam si esset ini-
quitas consummata, & non reuelaretur, poterat
periclitari Dauid cadendo in manus Saulis. Dato
tamen, ꝙ non reuelaretur ei sententia bona, non
erat periculum: quia etiam si immediatè non cō-
gnosceret, poterat postea eam cognoscere: nam si
Saul eum exosum non haberet, mitteret pro eo, vt
reduceret in statum pristinum. *Respondítque Dauid ad
Ionatham.* Cognito, quod Ionathas paratus esset re-
uelare Dauid sententiam patris sui, voluit hic Da-
uid scire quomodo hoc fieret, dicens. *Quis annuncia-
bit mihi, si quid fortè responderit pater tuus durè de me?* idest,
dato, quod velis annunciare mihi sententiam pa-
tris, quis annunciabit illam, vel quomodo annun-
ciabitur.

F

*Quare petijt Dauid à Ionatha, quis renunciaret ei vo-
luntatem patris, cum iam dixit se reuelaturum.*

Quæstio XVIII.

QVAERET aliquis, quare Dauid hoc quæ-
siuit à Ionatha, cum iam ille dixisset, ꝙ si co-
gnosceret sententiam patris sui esse con-
tra Dauid, reuelaret illud ei. Respondendum est se-
cundum Nicolaum, quòd difficile videbatur, ꝙ fi-
lius regis veniret ad ipsum in agro, quia alij comita-
rentur eum, & posset inde sequi periculum, quia vi-
derent Dauid illi, qui venirent cum Ionatha: & hoc
annunciarent Sauli, quòd autem Ionathas non iret,
G sed per alium renunciaret Dauid sentētiam Saulis,
non erat tutum Dauid, qui habebat suspectos om-
nes de domo Saulis, præter Ionatham, scilicet, quia
quilibet eorum vellet accusare Dauid coram Saule,
vt complaceret ei. Sed dicendum est, ꝙ intētio Da
uid fuit, quòd Ionathas per seipsum inquireret pa-
tris sententiā, & ipse per se annunciaret Dauid. Po-
suerat autem ad hoc modum, scilicet, vt ipse lateret
in agro vsque ad tres dies: nihil autem vltra dixit: vo
lebat enim exprimere, quòd in illis tribus dieb⁹ Io-
nathas inquireret sententiam Saulis, & ipse iret in
agrum ad reuelandum solus. Erubuit tamen hoc ei
dicere, tum quia Ionathas habebat ire incomitatus:
tum, quia cùm Dauid humiliaret se, vt seruus Io-
H nathæ, erubescebat dicere Ionathæ, quòd iret ad
eum in agrum: quanquam ergo aperuerit mate-
riam, vt posset Ionathas intelligere quid vellet Da-
uid: tamen non prorsus explicuit, volens, quòd
Ionathas hoc declararet, offerens se ad eundum in
agrum. Sic enim faciunt illi, qui erubescunt ali-
quid petere, quod petunt: nam non expressè, sed p
circūlocutionem illud innuunt: Ionathas autē in-
tendebat per se exire in agrum, & incomitatus: quia
oportebat sic fieri ad salutem Dauid: non tamen il-
lud penitus expressit, sed dixit, quòd si cognosceret
malitiam patris sui, renunciaret illam Dauid: & qa
ista verba erant ambigua, scilicet, an Ionathas per se
renunciaret, vel per alium: & renunciare per alium
I erat periculosum, voluit Dauid, quòd Ionathas ex-
plicaret quomodo hoc fieret. Nec tamen ausus est
Dauid nunc dicere Ionathæ, quòd ipse exiret in a-
grum: sed rursus quæsiuit à Ionatha quis ei hoc re-
nunciaturus esset, vt sic Ionathas cogeretur magis
explanare intentionem suam, & Dauid non coge-
retur erubescere petendo ab eo, quòd ipse solus ad
renunciandum iret: nunc autē respondit Ionathas,
& p ꝙ ipse descenderet in agrum, vbi lateret Dauid,
sagittas daret sibi signum sententiæ Saulis, vt patet
infra: dixit autem hic Dauid, quòd quis annunciaret
ei, siquid durum Saul loqueretur de ipso: non tamē
volebat Dauid solum annunciari sibi, si aliquod du-
rum de eo sententiasset Saul, sed etiam: si aliquod bo
K num. Dixit tamen de duro, quia quanquam bonū
non renunciaretur e, non erat per se periculum: ma
lum autem, quod de eo sententiasset Saul, si non an-
nunciaretur ei, esset illi causa mortis. De duro ergo
solum dixit. *Et ait Ionathas ad Dauid.* Hic voluit Iona-
thas totaliter explicare Dauid quomodo renuncia-
ret ei sententiam Saulis. *Veni, & egrediamur in agrum.*
Cum ista loquerentur Ionathas, & Dauid erant in
vrbe Gabaa, vbi erat semper habitatio Saulis: ad lo-
quendum autem de modo liberationis Dauid: vo-
luit Ionathas, quòd essent in agro, vt ibi liberius
loquerentur.

Quare

Quare Ionathas voluit cum Dauid egredi in agrum. Quæstio. XIX.

QVAERET aliquis, quare Ionathas voluit, ꝙ egrederentur in agrum ipse, & Dauid ad loquendum de modo occultationis, & renunciationis. Respondet Nicolaus, quòd hoc factum est, vt Ionathas ostenderet Dauid locum, in quo lateret, vt cum ipse Ionathas iret ad reuelandum sententiā patris, sciret latibulum. Sed hoc non stat, quia si ad hoc solum moueretur Ionathas sufficienter agere potuisset stando in vrbe: nam tam Ionathas, quā Dauid cognouerat terram confinem Gabaa, & vbi essent latibula, ideo potuisset dicere Ionathas Dauid: Latebis in tali, vel tali loco: etiam si non monstraret sibi præsentialiter. Item adhuc patet hoc magis, quia quanquam exiuerint in agrum Dauid, & Ionathas, tamen non accesserunt ad locum, in quo latere debebat Dauid: nam Ionathas ei illum ad oculum demonstrauit Quod patet infr. s. Descēdes festinus in locū, vbi celandus sis, & sedebis iuxta lapidē, cuius nomen est Ezel: si autem ad oculum demonstrasset Ionathas Dauid locum, in quo latere debebat, non dixisset ei: Sedebis iuxta lapidem, cuius nomen est Ezel: sed iuxta istum lapidem, vel illum sedebis: ergo non demonstrauit sibi ad oculum, nec nunc accesserunt ad locum illum: quia lapis Ezel distabat aliquantulum ab vrbe: Ionathas autem, & Dauid solum exiuerunt extra muros. Quod patet, quia cum essent ambo in agro, dixit Ionathas Dauid: Descendes festinus, & venies in locum, vbi celandus sis: ergo vltra locum, in quo nunc erant: erat aliquantulum distans lapis Ezel, vbi latere debebat Dauid. Egressi tamen sunt in agrum Ionathas, & Dauid, quia volebat Ionathas loqui cum Dauid aliqua verba, quæ nolebat audiri ab aliquo in vrbe: erant enim sibi omnes ministri regis suspecti: & hoc tam propter Dauid, quàm propter seipsum. Propter Dauid quidem, quia cum Saul desideraret occidere Dauid, & omnes ministri sui hoc scirent, volebant ei complacere, ideo quodcunque audirent tractari inter Dauid, & Ionatham, reuelarent Sauli, & quia hic agebatur de latibulo Dauid, si serui Saulis cognouissent, reuelassēt ei, & mitteret illuc antequam Ionathas descenderet ad eum, & incautum raperent Dauid. Hoc autem erat maximum discrimen: noluit ergo, quòd ab aliquo sciretur, ideo exierunt in agrum, vbi nullus eos loquentes audiret. Secundò erant suspecti Ionathæ omnes serui Saulis propter seipsum. Ipse enim diligebat nimis Dauid, & Saul eū valde habebat exosum: ideo si ministri Saulis viderent, quid tractaret Ionathas cum Dauid, & nunciarent Sauli, haberet etiam exosum Ionatham: sic enim accidit, quia postea cognouit Saul magnam amicitiam Ionathę, & Dauid: & dixit ad Ionatham nimis iratus: Fili mulieris virum vltro rapientis, nunquid ignoro, quia diligis filium Isai in confusionem tuam vt patet infra, & quia postea respondit Ionathas pro Dauid, conatus est Saul eū lancea percutere. Hoc autem volebat cauere Ionathas, quia durum erat sibi incidere in odium patris. Voluit ergo caute agere, ne quis de ministris Saulis cognosceret quid inter se loquerentur Dauid, & Ionathas: præcipuè, quia Ionathas volebat inire fœdus cum Dauid, & iniuit, vt patet infra, in quo innuebatur, quòd Ionathas cum Dauid coniurabat contra omnem hominem propter fœdus: & si hoc Saul cognosceret, nimis irasceretur. Vnde valde conquestus est, quando istud cognouit, vt patet infra 22. ca. scilicet. Non est, qui mihi renunciet, & omnes coniurastis aduer-

A sus me, maximè cum filius meus fœdus inierit cum filio Isai: expediens ergo fuit egredi in agrum ad loquendum. *Cumque exijssent ambo in agrum.* scilicet, extra mȩnia vrbis, non longe ab vrbe: nam magis distabat locus latibuli Dauid, vt patet infra, in litera, & ex supradictis. Sciendum autem, quòd ex quo nunc Dauid egressus est cum Ionatha de vrbe, nunquam postea redijt in domum suam, nec ad vxorē suam, sed semper fuit profugus, quia Saul semper eum persecutus fuit, & quia egressus est Dauid simpliciter in agrum cum Ionatha, neutro ferente arma, quæ secum ferret, nec etiam gladium, ideo quādo venit ad Achimelech sacerdotem profugus, petiuit ab eo gladium, quia nullum ferebat, & accepit gladium Goliath, vt patet sequenti cap. *Ait Ionathas ad Dauid.* Hic incępit Ionathas tollere dubiū, quod Dauid videbatur habere scilicet, an Ionathas vellet ei indicare sententiam patris sui, & vt crederet incępit iurare ei, vt sequitur. *Domine Deus Israel: si inuestigauero sententiam patris mei crastino, vel perendie.*

B Ista est imprecatio scilicet, si inuenero sententiam patris mei, & non indicauero eam Dauid, rogo Deū Israel, vt alia, & alia mala mihi faciat. Dixit aūt: si inuestigauero, idest, si inuenero: nam Ionathas nihil inuestigabat, sed spectabat, quando pater suus loqueretur, & per hoc cognosceret sententiam eius. Etiam patet, quia dixit, crastino, vel perendie: nam si aliquid Ionathas inuestigaret, non diceret crastino, vel perendie: quia ipse immediatè inciperet inuestigare quousque reperiret sententiam patris. Dixit tamen crastino, vel perendie: ergo refertur ad intentionem, & non ad inuestigationem. Item dicitur crastino, vel perendie: quia nesciebat Ionathas an castrino, idest, in die Kalendarum, qui erat dies sequens, vel perendie, idest in alia die sequenti post Kalendas, posset reperire sentētiam patris, quia hoc dependebat ex inquisitione, quam faceret Saul de Dauid: & si non inquireret in die Kalendarum, non poterat scire Ionathas sententiam vsque perendie: & sic accidit, quia Saul non quæsiuit pro Dauid in die Kalendarum, sed in sequenti, vt patet infra in literra. Dicitur autem perendie dies sequens post cras, & est aduerbium temporis, significans tempus futurum. Et dicitur perendie compositum ex per, & vnus, & dies, idest, per vnam diem: & inde dicitur perendino, idest, moror per vnam diem. Vel dicitur, perendie, quasi perempta vna die, idest, finita, & sic accipitur hic, scilicet, quòd ille dies, qui est post cras finitum, vocatur perendie, quia iam peremptum est cras, idest, finitum. *Et aliquid boni fuerit super Dauid.* idest, si pater meus habet bonam intentionē erga Dauid. In hoc apparet, ꝙ non solū debebat Ionathas reuelare Dauid sn̄iam patris sui de eo, si esset in malū, sed ēt si esset in bonū. Supra tñ dicebat solū de malo, quia illud erat magis necessariū reuelari. *Et non statim misero ad te.* s. ad denunciandū tibi: *Et notum tibi fecero.* s. quid pater meus intendat. *Hæc faciat Dominus Ionathę, & hæc augeat.* i. Deus faciat mihi talia, & talia mala, & insuper alia addat. Iste modus iurandi erat apud Hebreos. Sic patet, supra, c. 3. cum dixit Heli ad Samuelē. Hæc faciat tibi Deus, & hęc addat, si absconderis à me sermonem. Sic etiam Dauid iurauit infra, cap. 25. Hæc faciat Dominus inimicis Dauid, & hæc addat, si reliquero, &c.

C

D

E

Quomodo dixit Ionathas mittere ad Dauid, cum infra dicat se descensurum ad eum. Quæst. XX.

QVAERET aliquis, quomodo Ionathas dixit hic, quòd si aliquid boni esset super Dauid, ꝙ illico

illico commiteret ad eum ad locum, vbi lateret: cū
infra dicatur, quòd Ionathas descensurus erat in a-
grum ad Dauid. Aliquis respondebit, quòd Iona-
thas inuestigaturus erat sententiam Saulis, siue in
bonum, siue in malū: & si aliquid boni inuenisset,
missurus erat ad vocandum Dauid per nuncios.
Si autem aliquid mali esset, ipse per se descenderet
ad eum. Ratio differentiæ est, quia si aliquid bonū
sententiasset Saul, non erat periculum, siue Iona-
thas iret ad nunciandum hoc Dauid, siue quicumq;
alius. Si autem sententia esset in malum, erat peri-
culum, si aliquis pręter Ionatham, descenderet, quia
ille posset indicare Dauid ipsi Sauli, & per illud peri
clitaretur. Item ipse solus descensurus erat. Ista dif
ferētia aliqualiter colligitur ex litera, qa hic dicitur:
si aliquid boni fuerit super Dauid, & non statim mi
sero ad te, & infra dicitur: si perseuerauerit patris
mei malitia aduersum te, reuelabo aurem tuam, &
dimittam te, scilicet, ipse Ionathas per seipsum. Sed
dicendum, quòd ista responsio non stat, quia infra
dicitur, ꝙ Ionathas descēsurus erat ad locum, apud
quem lateret Dauid: & si diceret puero: sagittæ vl-
tra te sunt, erat signum, ꝙ sententia erat mala. Si au
tem diceret: sagittæ intra te sunt: erat sententia bo-
na: ergo siue in bono, siue in malo Ionathas erat de-
scensurus: & sic dicendum est, ꝙ ipse promisit illuc
descendere ad omnem euentum. Cum autem dici-
tur hic: & non statim misero ad te: intelligendum
est, quòd hoc dixit Ionathas à principio, cum descē
derunt in agrum, & nondum plenè erat determina
tus modus renunciationis. Postea autem pepigit
Ionathas fędus cum Dauid, & concordatum est de
modo: promisit Ionathas, quòd ipse descenderet ad
renunciandum Dauid quicquid eueniret bonū, vel
malum. *Si autem perseuerauerit patris mei malitia aduer-
sum te.* Dixit hoc Ionathas, quia Saul iam ab aliquot
diebus exosum habebat Dauid, & dicebatur contra
eum habere malitiam. Si autem nunc haberet eam,
illa esset perseuerans. Non est autem intelligendū,
ꝙ si malitia Saulis perseuerauerit contra Dauid, ꝙ
ob hoc Ionathas faceret ea, quæ sequuntur hic: nā
dicitur: Reuelabo aurem tuam, & dimittam te, vt
vadas in pace: non tamen dicturus erat Dauid, ꝙ re
cederet, quanquam malicia Saulis perseueraret, si
non venisset ad complementum. Sic patet supra. c.
Nec fieri potest, vt si certè cognouero completam
esse patris mei malitiam contra te, nō annunciem
tibi: sic aūt intelligitur hic, scilicet, nō solum de ma
licia perseuerante, sed etiam de completa. *Reuela-
bo aurem tuam.* idest, declarabo tibi. Reuelare aurem
est facere, ꝙ aliquid audiat auris, quę non audiebat:
& sic est, cum quis aliquid nouiter alteri annūciat:
& simile habetur supra, cap. 9. cum dicitur: Domi-
nus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante v-
nam diem antequam veniret Saul, idest, denuncia-
uerat ei. Et sic intelligitur hic. *Et dimittam te, vt vadas
in pace.* idest, dabo tibi licentiam recedendi totaliter.
Hoc dicebat Ionathas, quia si Saul diffiniret occide-
re Dauid, non poterat conuenienter manere Dauid
in curia eius, sed Ionathas dimitteret eum, idest, di-
ceret ei, quòd recederet. *Et sit Dominus tecum, sicut fuit
cum patre meo.* scilicet, si oportuerit te recedere, oro,
vt Deus tecum sit, in omnibus adiuuando te, sicut
adiuuit patrem meum. Intelligebat enim Ionathas,
quòd Deus vellet exaltare Dauid ad regnum: ideo
dicebat, quòd Deus esset cum eo, sicut fuit cum pa-
tre suo, idest, sicut adiuuit patrem suum, ita, quòd ip-
se prius existens in statu valde paruo, postea subli-
maretur ad regalem honorem: ita fieret in Dauid,
quòd quāquam esset in paruo statu, Deus eum subli

F maret ad regnum. Dicebat etiam hoc, quia si Da-
uid esset præsens Ionathę, quanquam aliquid aduer
sum accideret ei, Ionathas semper illi succurreret: si
aūt absens esset, non posset ei in aliquo proficere, iō
commendabat eum soli Deo, vt dirigeret viam il-
lius. *Et si vixero, facias mihi misericordiam Domini.* idest, si
finitis negociis tuis, idest, persecutionibus, veneris
ad statum magnum, miserearis mihi: hoc autem di
xit Ionatas, quia putabat, quòd Dauid erat futu-
rus magnus vir.

Quare Ionathas dixit Dauid, quòd misereretur eius.
Quæstio. XXI.

G

QVAERET aliquis, quare Ionathas dixit, quòd
misereretur eius Dauid, si viueret: nā mise-
reri pertinet ad illum, qui est in potestate respectu il
lius, qui deuenit ad miseriam: Ionathas autem erat
primogenitus Saulis, ad quem de iure regnum ve-
niebat post patrem: Saul quoque dixit illum post se
regnaturum, vt patet infr. c. Omnibus enim diebus,
quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilie-
ris tu, neç regnum tuum: ergo intelligebat eum re-
gnaturum esse: nullus autem maior status est, quàm
regalis, ideo cum Ionathas futurus esset rex, non e-
rat opus, ꝙ misereretur ei Dauid, sed potius Iona-
thas misereri deberet Dauid: Respondendum est,
H quòd à principio cum Saul cęperit persequi Dauid,
nesciebat, an ille futurus esset rex, vel an vnctus esset
in regem: postea autem cognitum est, ꝙ eum vnxis-
set Samuel, & quòd Deus promisisset ei dare regnū
Israel, ideo tunc Saul cępit eum magis timere, & qa
Deus faciebat omnes actus Dauid prosperos, quan-
quam alias difficiles essent, omnes credebant, quòd
Dauid regnaturus esset post Saulem, & nullus de stir
pe Saulis futurus esset rex. Quòd autem hoc puta-
ret Saul, apparet infr. ca. 24. cum dixit. & nunc quia
scio, quòd certissimè regnaturus sis, & habiturus in
manu tua regnum Israel, iura mihi in Domino, ne
deleas semen meum post me: sic etiam intelligebat
omnis Israel, quia quando Abigail apparuit coram
I eo, vocauit eum regem, & dixit, quòd Deus consti-
tuturus erat eū in ducem super Israel, vt patet infra
cap. 25. Ionathas quoque cognescebat, quòd Dauid
futurus esset rex, & non ipse, ideo voluit, quòd Da-
uid misereretur ei, scilicet, non deprimendo statū
eius: nam non putabat, quòd ipse esset rex: sed vo-
lebat, quòd poneret eum in aliquo gradu honoris,
vt patet infr. cap. 23. cùm dixit Ionathas ad Dauid,
ne timeas: nec enim inueniet te manus Saul patris
mei, & tu regnabis super Israel, & ego ero tibi ser-
uus. Et quia postquam Dauid efficeretur rex, time
bat, quòd vellet occidere omnes de genere Saulis
propter odium Saulis. ideo voluit, quòd promitte-
ret ei Dauid facere misericordiam cum ipso. *Si verò
K mortuus fuero.* scilicet, si antequam cadat à regno pa-
ter meus, ego mortuus fuero, iam non poteris mi-
sereri mihi, sed misereberis filijs meis. *Non auferes mi-
sericordiam tuam à domo mea in sempiternum.* i. semper mi-
sereberis domus meæ: & hoc in sempiternum, idest,
quandiu vixeris, & filij mei vixerint, atque cæteri
posteri. Vocatur autem hic domus ipsa posteritas:
non solum in filijs, sed etiam in nepotibus, & cæte-
ris: volebat autem Ionathas, quòd non solùm mi-
sereretur Dauid filijs eius, sed etiam nepotibus, &
pronepotibus, & omnibus generationibus eius, quę
viuerent tempore Dauid.

An

An David seruauerit misericordiam cum domo Ionathæ. Quæstio. XXII.

QVAERET aliquis, an Dauid obseruauerit istam misericordiam, cum domo Ionathæ: nam cum ipso non potuit obseruare, cum mortu⁹ fuerit in bello antequam perueniret Dauid ad statum regalem, mansit tamen progenies Ionathæ, cũ qua potuit obseruari, scilicet, fili⁹ eius Miphiboseth. Et dicendum est, quòd seruauerit misericordiã ad domum Ionathæ: nam cum esset Dauid rex super Israel, quæsiuit, an aliquis superesset de stirpe Ionathæ: & inuentus est Miphiboseth, qui claudus erat vtroque pede: fecit tamen Dauid eum ad se adduci, vt semper staret in conspectu illius, & comederet in B mensa eius, vt patet infra 2. lib. cap. 9. fecit quoque, quòd omnis hereditas, quę pertinuerat ad Ionathã, traderetur Miphiboseth. Iterum etiam fecit misericordiam magnam cum illo: nam Gabaonitæ petierunt, vt darentur sibi posteri Saulis ad occidendum: & concessit Dauid omnes, qui supererant de nepotibus eius: solus autem Miphiboseth filius Ionathæ liberatus est à Dauid propter Ionatham, vt patet, in fr. 2. li. ca. 21. solum autem visus est agere Dauid durè cum Miphiboseth, quando accusante seruo eius eum, Dauid concessit ei omnem hæreditatem, quã dederat Miphiboseth: & postea cognito, quòd falsè eum accusasset, non restituit ei hæreditatem, sed fe- C cit, quòd seruus, & Dominus diuiderent hæreditatem ex ęquali: sed an in hoc peccauerit, & egerit contra pactum initum cum Ionatha infr. 2. lib. cap. 19. dicetur, vbi de hoc agitur. *Aut si non fecero.* Ista sunt verba Ionathæ dicentis, quòd si nunc ipse seruauerit misericordiam apud Dauid, seruet eam Dauid ad eum, & ad domum suam in æternum. Et si ipse nũc non obseruauerit, Deus eradicet eum de terra, & intelligitur hoc de reuelatione sententiæ Saulis descẽdendo ad eum in agrum ad nunciandum bonum, siue malum. Et non habetur ista literra in hebręo, nec est de textu, quanquam in quibusdam Biblijs habeatur, sed quia est ad expositionem textus, aliqui eam fortè interposuerunt textui, cum esset prius inter D linearis. *Quando eradicauerit Dominus inimicos Dauid vnumquenque de terra sua.* Ista litera est de textu, & sequitur post illam: Non auferas misericordiam tuã, &c. dicebat enim Ionathas, quòd auferretur ipse de terra, si non seruaret veritatem ad Dauid, & dixit hoc, quia existimabat, quòd Deus daturus erat aliquando magnum principatum Dauid, & perituri erant omnes hostes eius Deo faciente: tunc autem dicit, quòd sicut illi perituri sunt, ita ipse pereat, si non seruauerit veritatem, & misericordiam cum Dauid. *Auferat Ionatham de domo sua.* idest, etiam pereat Ionathas de domo sua, sicut omnes alij hostes Dauid perituri sunt, & non accipitur hic, quòd pereat Ionathas de domo sua, scilicet, quòd ipse moriatur, & nõ E maneat in domo sua, quia illa pęna solum erat, si Dauid perueniret ad regnum, viuente Ionatha, cũ perituri essent hostes Dauid: Si tamen mortuus fuisset ante sublimationem Dauid, quanquam nõ obseruasset nunc veritatem ad eum, non esset sibi pęna: ideo intelligendum est, quòd Ionathas imprecaretur sibi hic pęnam, siue moreretur ante eradicationem hostium Dauid, siue non: & est tolli eum de domo sua, idest, fieri, quòd non maneat aliquis in domo eius, nec sit aliquis, in quo posset conseruari nomẽ illius in tota posteritate sua. Ista est enim pęna grauissima, scilicet, quando non solum aliquis moritur, sed etiam tota posteritas sua perit: nec est aliquis, in quo maneat nomen illius, vel memoria.

A Cum enim aliquis moritur, & manent filij, in quibus conseruatur nomen stirpis eius, non dicitur ille mortuus. Sic patet Ecclesia, cap. 30. scilicet. Mortuus est pater eius, & nõ est mortuus, reliquit enim filium similem sibi. Cum autem non manet aliquis de stirpe illius, in quo sit memoria eius, nec succedat ei, dicitur penitus mortuus: & istud est propriè auferri nomen alicuius de domo sua, idest, quòd nõ maneat ipse, nec aliquis de stirpe sua loco eius. Sic accipitur Nume. capit. 27. cum dixerunt filiæ Salphaad: Pater noster mortuus est in deserto, & hic non habet filios mares: cur tollitur nomen illius de familia sua, & hoc dicebant, quia nullus accipiebat possessionem loco eius. Si autem alicui daretur B possessio ei debita, dicebant iam non auferri nomẽ eius de familia sua, ita dicebat hic Ionathas, scilicet, quòd auferretur de domo sua, idest, quòd non maneret ipse, nec aliquis de posteris suis succedens sibi, in quo seruaretur nomen eius. *Et requirat Dominus de manu inimicorum Dauid.* Ista sunt verba Ionathæ orantis, quia Deus puniat omnes hostes Dauid requirens malum, quod fecerunt: & in hoc imprecatur contra se, quia si ipse non seruaret nunc misericordiam cum Dauid, esset hostis illius: ideo orabat, quòd Deus requireret omne malum de manibus hostiũ Dauid, & consequenter de manu eius, cũ ipse in hoc efficeretur hostis Dauid. Ista litera non habetur in Hebræo, nec est de textu, vt supra dictũ C fuit de illa: Aut si non fecero, sed à quibusdam ad expositionem addita est. *Pepigit ergo Ionathas fędus cũ domo Dauid.* idest, non solum Ionathas locutus est in agro Dauid de liberatione sua, sed etiam pepigit ibi fędus cum eo, vt seruaret semper misericordiam ad domum Ionathæ: & Ionathas quoque ad Dauid, & ad posteros suos, si superuiueret: & non dicitur hic, quòd pepigit fędus cum Dauid, sed cum domo Dauid: quia non solum Ionathas promittebat seruare veritatem, & misericordiam ad Dauid in persona sua, sed etiam ad omnes, qui pertinerent ad familiam eius, vt si superuiueret Ionathas viuentibus filijs, & nepotibus, Dauid seruaturus erat ad eos misericordiam. Hoc factum est, quia etiam Iona- D thas petiuit, vt non solùm Dauid obseruaret misericordiam cum eo, sed etiam cum filiis suis, vt patet supr. scilicet. Si vixero facies mihi misericordiã: si verò mortuus fuero, non auferes misericordiam à domo mea.

Quare Ionathas nunc inijt fędus cum Dauid, cum iam prius inierat. Quæst. XXIII.

QVAERET aliquis, quare Ionathas nunc inierit fędus cum Dauid: quia iam inierat. vt patet supra, cap. 18. sufficiebat autem semel iniri, quia illo semel fiebat obligatio ad omne tempus, & ad E omnem casum: cum in federe iniendo ponantur clausulæ generales, quæ includunt omnem euentum: & non potest aliquid emergere, vel incidere de nouo, propter quod necesse sit fędus iniri iterato: nisi fortè fuerit initum super aliqua re particulari. Fędus autem, quod iniuit prius Ionathas cum Dauid, erat generale, ideo non oportebat illud replicari. Sed adhuc aliquis dicet, quòd illud fuerit speciale, scilicet, solum super aliqua clausula: nunc autem Ionathas voluit, quòd fieret generale, scilicet, quòd nunquam auferret misericordiam ab eo, nec à Domo sua. De fædere autem prius inito non põt patere, an fuerit generale, vel speciale, cũ litera nihil dicat: ideo habebunt isti locum proteruiendi.

Sed adhuc dicendum, quòd non stat: nam hic fecit Ionathas fædus generale cum Dauid, quod extendebatur ad omne tempus, & ad omnes clausulas: & tamen hoc non obstante, iterũ fędus cum eo iniuit postea, vt patet infra capit. 23. cum dicitur, ꝙ Ionathas abijt ad Dauid in Syluam, & percussit vterq; fœdus coram Domino: illud autem fœdus non fuit positum quasi istud: quia hic positum est speciale, vel in aliquo diminutum, cũ esset nimis generale, sed fuit iteratum ex alia causa. Ita ergo, quanquam illud fędus, quod à principio fuit inter Ionatham, & Dauid supra cap. 18. fuerit generale, iteraretur istud hic. Dicendum igitur, ꝙ Ionathas sæpe iniuit fædus cũ Dauid: ter enim legitur iniuisse. Primò in die illa, qua percussit Philisthæum supra cap. 18. Secundò pridie Kalendarum, quãdo agebatur, an Dauid recederet à Saule, vel maneret cum eo: & de hoc habetur hic. Iterum autem inierunt fædus, s. cum Dauid iam esset profugus à facie Saulis, de quo infra cap. 23. Fuit autem ista iteratio fæderis non ex necessitate, quasi vnum fędus non sufficeret: nam ita obligabatur Dauid Ionathę per vnicum fędus, sicut per mille, velut siquis in aliqua causa iuraret de veritate dicenda, non magis obligaretur, si millesies iuraret, quàm si semel. Faciebat tamen hoc Ionathas propter duo, s. ex amore, & ex quodam timore: amor tamen præcipuus erat. Duo nanque fædera inita cum Dauid ex amore fuerunt, & potissimè primum: nam tunc nihil mali suspicabatur sibi futurũ, vel semini suo Ionathas, nec putabat exaltandum Dauid ad statum regium. Ex nimio tamen amore dignatus est inire cum eo fædus. Sic patet supra capit. 18. s. Factum est, cum complesset loqui Dauid ad Saul, anima Ionathæ colligata est animę Dauid: & dilexit eum Ionathas, quasi animam suam. Et postea sequitur, ꝙ inierunt fædus Ionathas, & Dauid: diligebat enim, eum quasi animam suam. Istud autem secundum fædus fuit initum aliqualiter ex timore, s. quia Ionathas iam cognouerat Dauid exaltandũ ad regium principatum, & nullum regnaturum de stirpe Saulis, iã timens, ne Dauid propter odium Saulis deleret omnes de stirpe eius, & consequenter omnes de stirpe Ionathæ, voluit cum eo inire fædus, vt patet supra, scilicet. Si vixero facies mihi misericordiam: si verò mortuus fuero, non auferes misericordiam tuam à Domo mea. Sed adhuc istud secundum fædus magis fuit ex amore, quàm ex timore, vt patet infra, scilicet. Et addidit Ionathas deierare Dauid, eo, ꝙ diligeret eum, sicut enim animam suam, ita diligebat illum. Tertium autem fædus magis iniuit Ionathas ex quodam timore, & cautela futurorum, quàm ex amore: quod apparet: quia post istud secundum fædus initũ, semper faciebat Ionathas Dauid memorem, vt seruaret illud: sic patet infra cum Ionathas daret Dauid signum recedendi, vel manendi, & subiunxit. De verbo autem, quod locuti sumus ego, & tu, sit Dominus inter me, & te vsq; in sempiternũ. Et iterum infra in litera, cùm Ionathas diceret Dauid, ꝙ recederet: ait. Vade in pace, quecunque iurauimus ambo in nomine Domini, dicentes: Dominus sit inter me, & te, & inter semen meũ, & semen tuum, vsque in sempiternum: q. d. ista semper maneant firma. Toties tamen repetere idem timentis est, vel non confidentis verbis alterius. Putabat autẽ Ionathas aliquid proficere sibi ista federa multiplicata: quia primum quanquam esset firmum, tamen erat aliquid propter, quod videretur alicui infirmum: sic enim est in omnibus iuramentis, s. ꝙ si aliquid nouum innascatur, de quo ante non est quid cogitatum, vel repugnet alteri iurantium, soluatur

Ionathas ter iniuit fædus cũ Dauid.

Causa replicandi fædus.

F iuramentum: velut si duo inuicem iurent de nunq̃
repugnando in alterutrum, si vnus eorum fidem fre
gerit, potest alius licitè fidem frangere: ita cũ à prin-
cipio fæderis initi inter Ionatham, & Dauid, Saul di
ligeret Dauid: deinde immeritò Dauid conatus est
eũ sæpe occidere Saul, & multas ei moliebatur insi-
dias, ideo videbatur ruptum fædus ad Ionatham, cũ
esset filius Saulis. Et hoc quidem verum est, si Iona-
thas fauisset patri suo ad mortem Dauid: nunquam
tamen fauit, sed magis repugnauit semper quãdiu
potuit: ideo non erat fędus ruptum: quia tamen Da
uid posset existimare, quod sicut, contra Saulem ha-
bebat iustam vltionem: ita etiam haberet contra
omnes de semine suo, voluit Ionathas prouidere
G huic denuo fædus iniendo, ne posset dicere Dauid,
quod fædus non tenuerat, eo, quod post illud fuerãt
multa contra eũ attentata ex parte Saulis: nam post
omnia illa istud fædus iniebatur, quod extinguebat
actionem, vel exceptionem omnem, si qua oriri po-
terat Dauid ex illis. Iterum autem Ionathas fædus
iniuit cũ Dauid, s. postquam totaliter fuit profugus
à Saule, & istud eodem modo fuit ad tollendũ om-
nem exceptionem Dauid. Poterat enim dicere, ꝙ
etiam secundum fædus non tenuerat: nam post illũ
multa fuerunt attentata: fuit enim initum secundũ
fæd⁹, quando nondum constabat, an malitia Saulis
completa esset contra Dauid, vt patet hic. Postea
autem apparuit malitiam eius esse completam, vt
H patet infra, in litera: & cœpit apertè persequi Saul
Dauid per vrbes, & montes sicut persequeretur pu-
blicum hostem: quæ nunquam egerat ante secundũ
fęd⁹ initum; ideo cum ista postea attentata fuerint,
videbatur ruptum esse secundum fædus. Voluit er-
go fædus tertium inire Ionathas, de quo infra c. 23.
Et post illud nõ fuit aliquid nouum attentatum, ex
parte Saulis: quia non fuit eum aliter persecutus po-
stea, quàm prius persecutus fuerat, ideo putauit suf-
ficere illud fædus, alia etiam causa fuit, quare Iona-
thas multoties fædus iniuit cum Dauid: quia post-
quam putaret primum sufficere de iure, credidit tã-
men, quod plus timeret Dauid irrumpere fædus, si
sæpe initum fuisset, quàm si solum semel. Sic enim
I fieri solet in iudicijs, vel in contractibus, quanquam
aliquis fecerit iuramentũ de seruando veritatem,
vel fidelitatem alicui: tamen, cum non veniunt spe-
ciales causæ, vel plures articuli, sæpe petitur iura-
mentum iterari, vt sic magis timeatur deieratio, &
veritas obseruetur.

Licet non pateat, an seruauerit cæremonias federis Ionathas, & Dauid: tamen credendum est, quòd sic.

Quęstio XXIV.

QVAERETVR vlterius, an seruauerint
hic Ionathas, & Dauid cęremonias fęderis:
sunt autem in fædere iniendo cæremo-
K nię, quòd aliquod animal diuidatur per medium, &
inientes fædus transeat per medium diuisionum, vt
patet Gen. cap. 15. & Iere. 34. Respondendum est, ꝙ
non patet, an hoc fecerit Ionathas, & Dauid. Dicen-
dum tamen, quòd satis verisimile est, quòd hoc ege-
rint. Et hoc, quia ille, qui timet se fraudari in aliquo
contractu, vel non seruari sibi veritatem, diligenter
attendit ad omnes cæremonias, vt contractus effi-
ciatur validus. Ionathas autem faciebat istud secun-
dum fædus aliqualiter propter timorem, vt dictum
est: & quia cæremonia, quæ in fędere maximam fir-
mitudinem præstare videbatur, erat, quod transirẽt
inter diuisiones inientes fædus, ideo non est verisi-
mile, quòd Ionathas illam omiserit: quia aliàs putaret

ret posse sibi obijci fœdus non fuisse validum: quia non fuerunt obseruatæ cæremoniæ eius: immò ista videtur causa præcipua, propter quã voluerit egredi Ionathas in agrum ad loquendum cum Dauid, s. vt ibi possent facere cæremonias fœderis occidẽdo, quodcũq; animal transeundo inter diuisiones: nam licet verba occultè dici possent in vrbe: ista tamẽ cæremonia vix poterat fieri, quin ab aliquo sciretur: iõ egressi sunt in agrum, vbi nemo conscius esset. *Et requisiuit dominus de manu inimicorum Dauid.* Istud non pertinet ad historiam: sed scriptor libri illud introduxit ad significandum id, quod postea factum est: nam Ionathas imprecatus fuerat, quod requireret Dominus de manu inimicorum Dauid. Hic autem interponitur, quod postea sic acciderit, s. quod Deus requisierit de manu inimicorum Dauid, s. quod omnia mala, quę fecerunt Dauid, Deus requisiuit ab eis puniendo eos pro illis: quia intelligitur hoc de Saule, & adiutoribus suis: nã Saul in bello mortuus est, cũ tribus filijs suis: & hoc Deus faciebat in vindictam scelerum Saulis, vt patet infra c. 28 posteritas quoq; eius propter ipsum punita est: nam septem nepotes eius, petentibus Gabaonitis, occisi sunt, solo Miphiboseth manente propter Ionatham, vt patet infra 2. lib. cap. 21. Hebræi autem aliter exponunt istam literam referẽtes hoc ad Dauid, s. quòd hostes Dauid accipiantur hic pro ipso Dauid: & est sensus, quod requisiuit Dominus de manu hostium Dauid, idest de manu Dauid, s. quòd ipse istud fœdus cum Ionatha initum violauit: & Deus puniuit eum propter hoc. Adducũt autem ad hoc, quòd, quando Siba seruus Miphiboseth accusauit Dominum, & tradita ẽ ei vniuersa possessio Miphiboseth, postea autem, cũ patuisset fraus, & debuisset Dauid restituere Miphiboseth possessiones integraliter, dixit ei: Tu, & Siba diuidite possessiones infra 2. lib. capit. 19. Vnde dicit Ra. Sa. quod quando dixit Dauid: Tu, & Siba diuidite possessiones, venit quædam vox à Deo, dicens: Roboam, & Ieroboam diuident regnum, eo, ꝙ Dauid fregerit istud pactum, quod erat inter eum, & Ionatham, & posteros eorum. Et cùm dicitur hic, quod dictum fuit, requisiuit Dominus de manu inimicorum Dauid, & non de manu Dauid, fuit hoc ad reuerentiam Dauid, sicut mater maledicens filio suo ex ira, subdit immediatè: huic lapidi dico, vel huic parieti, & similia: sic etiam Iob. cap. 2. dicitur: Benedic Domino, & morere, idest maledic. Et non ponitur ibi: maledic, propter reuerentiam Dei. Sic etiam Dauid locutus est, infra cap. 25. cum ait: Hoc faciat Dominus inimicis Dauid, idest hoc faciat Dauid: qa manifestum, quòd ibi non iurabat de hostibus suis, sed de se. Aliter autem dicunt, quod potest intelligi, scilicet, requisiuit Dominus de manu inimicorum Dauid, idest requisiuit violationem istius fœderis de Dauid: & hoc per manus inimicorũ eius: & hoc, qa Ieroboam, & alij insurrexerũt contra Salomonem, & postea contra filium eius Roboam ad diuidendũ regnum. Et isti fuerunt inimici Dauid, idest posteritatis eius. Sed iste sensus Hebræorum non stat. Primò: quia ipsi innuũt, quod Dauid peccauerit faciendo, quod Miphiboseth, & Syba diuiderent inter se possessiones: & quòd in hoc violauerit fœdus: nam non apparet, an peccauerit Dauid in hoc, pręsertim cum infra 3. lib. ca. 15. dicatur, quod Dauid non declinauit ab omnibus, quæ præcepit ei Dominus cũctis diebus vitæ suę, excepto sermone Vriæ Hethei. Sed istud non fuit pertinens ad id, quod factum est, contra Vriam. Ergo non peccauit in hoc Dauid, quanquam, an hoc verum sit, infra 2. lib. cap. 19. declarabitur. Item dicunt, quod propter peccatum

A violationis pacti huius Deus fecit, quod regnum stirpis Dauid diuideretur. Sed hoc nimis falsum est. Nã istud factum est propter peccatum Salomonis, immo si non fuisset propter Dauid, Deus non reliquisset aliquid de Regno in stirpe Salomonis: sed totũ transisset ad Ieroboam. Sic patet infra 3. libr. cap. 11. Hæc dicit Dominus. Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi. 10. Tribus, porro vna Tribus remanebit ei, propter Dauid seruũ meum, eo, quòd dereliquerit me, & adorauerit Deum Sidoniorum. Et sæpe hoc repetitur eodem cap. & eodem lib. cap. 15. ergo non fuit requisitum aliquid de manu Dauid propter violationem istius fœderis. Cũ aũt dicit Ra. Sa. ꝙ audita ẽ vox de Cęlo &c. vt dictũ est. Rñdendũ est, quod hoc est nimis ficticium: sicut multa alia cõsueuit fingere Ra. Sa. in quibus minoris auctoritatis est, quàm rude vulgus in fabulis

B suis, præcipuè cũ hic præsupponat contra Sacram Scripturam, vt probatum est. Cũ aũt dicunt, ꝙ dr̃ de manu inimicorũ Dauid, i. de manu Dauid, errant: quia præsupponunt falsum, s. quod requisitum fuerit istud fœdus de manu Dauid. Item errant, quia exempla sua non applicantur ad expositionem istã: nam cùm dicitur de matre maledicente filio: huic lapidi dico, vel huic parieti, non est simile: quia illa mutat ibi verba, eo, quòd vellet, quod id, quod filio dixit, non eueniret ei: si autem optaret, quod ei eueniret, non mutaret verbum. Scriptura tamen secũdum sensum istorum dixit, quod requisitum fuerit

C malum istud de manu Dauid: ergo non est simile, ꝙ mutata fuerint hic verba. Item cum dicunt de eo, ꝙ habetur Iob. capit. 2. s. Benedic Domino, & morere, non est simile: quia ibi potest accipi propriè benedictio pro benedictione: & tamen aliquando benedictio ex modo loquentis, vel ex intentione eius est, tanquam maledictio, & peccatur in illa. Hoc modo locutus est Iob de filijs suis, dicens: Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deum in cordib. suis Iob. cap. 1. Hic autem nihil tale est. Item cum dicitur de iuramento Dauid infra cap. 25. dicendum, quod non est simile: qa quando aliquis vult imprecari sibi malum: quia seipsum diligit, non vult per

D nomen suum imprecari sibi malum: quia seipsum diligit, sed exprimit nomen hostis, quasi timens, ꝙ si per nomen suum imprecetur, eueniet ei id, quod imprecatur. Cum tamen aliquis de alio loquitur imprecando malum, vel referendo, non mutat personam, sed scriptura hic loquebatur de Dauid, & non ipse de seipso. ergo non est simile, quod mutaret nomen, & ponerentur hostes sui pro eo. Non ergo potest stare sens⁹ Hebræorum: quia pręter omnia ista, nimis alienus est à modo loquendi. Sed standũ est in primo sensu. *Et addidit Ionathas deierare Dauid*, idest pręter iuramenta, quæ supra præstiterat Ionathas Dauid hic præstitit aliud: intelligitur istud de fœdere inito: quia in quolibet fœdere præstatur iuramentum. Ionathas autem iam primum fœdus inierat cũ Dauid supra ca. 18. in quo iuramentũ intercidit. Nunc

E quoque secundum fœdus iniuit, in quo identidem iuramentum fuit, ideo additum est hoc iuramentũ ad precedens. Aliqui enim intelligunt, quod Ionathas deierauit Dauid, idest coegit eum sibi iurare, vel induxit ad iurandum. Sed non est iste sensus: Nõ enim concordat litera sequens, s. eo, quod diligeret eum, sicut animam suam. Nam non cogit aliquis alium iurare sibi: quia diligit eum, sed magis, quia eum timet, s. quod non obseruabit sibi veritatem. Sed est sensus, quod Ionathas deierauit Dauid, idest iurauit ei seruare misericordiam, & veritatem, & non accipitur hic deierare pro periurio, sicut communi-

muniter accipitur: sed deierare pro solo iuramēto, vel deierare, idest valde iurare, quia ex magna affectione iurabat Ionathas. *Et quod diligeret eum*, idest nō addidit iurare illi, nisi: quia diligebat. Est sens², ꝙ Dauid orauerat Ionatham, vt obseruaret misericordiā ad eum. Ionathas autem non cogebatur ab aliquo iurare super hoc, nec etiam Dauid hoc petierat: ꝗa tamen Ionathas diligebat valde Dauid, vt certificaret eum, fecit aliud iuramentū ei supra id, ꝙ primo fecerat, s. in priori fœdere. *Sicut enim animam suam, ita diligebat illum*. Hic declaratur dictum præcedens, s. ꝙ Ionathas diligeret Dauid, & non solum diligebat, s. leuiter, vel remissè: sed intētissimè, s. sicut aīam suā: i. sicut vitā suā, nihil aūt poterat magis diligere, ꝗ̄ vitam suā. De hac dilectione Ionathæ ad Dauid, quomodo tanta esset, & cur, magis declaratum est supr. cap. 18. in principio. *Dixitque ad illum Ionathas*: Hic cōcordat de modo, quo Ionathas renunciaturus erat Dauid sententiam patris sui, & non quærente aliq̄d Dauid Ionathas à seipso dixit, quid agere intēderet, vt sequitur. *Cras Kalendæ sunt*, idest prima dies Mensis, quę erat apud Hebræos in noua lunatione, sicut apud Arabes, & vocatur magis Neomenia, sicut supra dictum est. *Et requireris*, idest inquiret pater meus de te. Dicebat hoc Ionathas, quia Saul quæreret in mensa pro Dauid, cur non veniret. *Requiretur enim sessio tua, vsq; perendie*. Istud ponitur ad declarationem quomodo, s. requirendus esset Dauid: & innuitur, ꝙ non requireretur directè, sed requireretur propter sessionem: nam Saul videret Cathedram Dauid vacuam ad mensam, ideo quæreret vbi esset. Dicitur autem vsque perendie, idest vsque ad diem sequentem post cras, quia non solum in die Kalendarum, sed etiam in die sequenti quæreretur. Potest hoc intelligi disiunctiuè, vel copulatiuè, s. requiretur sessio tua cras, vel requiretur perendie. Putabat enim Ionathas, quòd fortè Saul in die Kalendarum non respiceret, quia tunc nouiter incipiebat deficere Dauid de mensa regis. In die tamen secundo respiceret, & sic factum est: quia in die Kalendarum nihil quæsiuit Saul de Dauid: in sequenti autem, quęsiuit, vt patet infra in litera. Potest etiam intelligi copulatiuè, s. requireris cras, & requireris perendie, quia cū nulla die illarū venturus esset Dauid ad mensam, ꝗa in agro abscondendus erat: requireret eum Saul in qualibet earum. Sed tunc diceretur: quare magis Saul requisiturus erat Dauid, vsque perendie, quàm vsq; ad alios dies sequentes. Aliquis respondebit, ꝙ hoc fieret, quia in illis duobus diebus venturus erat Dauid ad mensam regis, & in sequentibus non: quia illi duo dies erant festiui, ideo in eis solum requireretꝰ. Sed dicendum est non multum stare: quia si in duobus diebus Dauid non veniret ad mensam regis, ꝗ̄ꝗ̄ in sequentibus diebus non esset ex more venturus, si tamen in primis duobus nesciuisset vbi erat, non desineret quærere pro eo in diebus sequentib. quousq; sciret vbi esset, putans, quod per absentiam suā aliquas fraudes moliebatur Sauli. Sed magis dicendum est, ꝙ Saul quæsiturus erat Dauid, quousq; inueniret sententiam de eo, sed vsque perendie poterat inuenire eam: quia tunc Ionathas responderet ꝓ Dauid, ideo solum vsq; perendie inquirendus erat. *Descendes ergo festinus*. Finito consilio Ionathæ, & Dauid, dixit Ionathas, ꝙ iret Dauid ad locum, vbi lateret, ex quo apparet, ꝙ non exierunt in agrum Ionathas, & Dauid ad hoc, ꝙ Ionathas indicaret ei, vbi latere deberet: quia tunc non diceretur. Descendes festinus, s. vt non videretur ab aliquo, qui posset postea respondere Sauli, ꝙ vidisset Dauid in tali, vel tali loco. *Et venies in locum, vbi celandus sis*. idest venies ad

Quare Saul magis in illis duob. diebus quæsiturus erat de Dauid, quàm in alijs.

F lapidē Ezel, de quo sibi dixerat Ionathas, ꝙ lateret ibi. *In die, quo operari licet*, i. latebis ibi in die profesto, q nō est vacatiuus, sed licèt operari. Iste autē erat dies post Kalendas, in quo iam licebat operari. Ex hoc autem apparet, ꝙ dies Kalendarum erat vacatiuus, alioquin non diceretur hoc: frustra enim esset, cùm nullus dies de illis esset vacatiuus. Sciendum, ꝙ Nicolaus vult, ꝙ essent duo dies vacatiui. s. dies Kalendarum, & sequens. Hoc autē innuit: quia Ionathas dicebat Dauid esse celandum die, quo operari licet: sed iste erat dies tertius, quia in eo iturus erat ad ipsum Ionathas ad locum latibuli: ergo duo dies præcedentes vacatiui erant. Sed dicendum est, ꝙ solum erat dies Kalendarum vacaturus ex consuetudine
G Iudæorum: quia in eo fiebant specialia sacrificia: sequens autem dies nihil pertinebat ad sacrificia, nec vnquam obseruari iussum est, ergo non obseruabatur, nisi dies Kalendarum. Poterat tamen accidere, ꝙ dies sequens post Kalendas esset vacatiuus, si Kalendę essent sexta feria: & sequens dies esset sabbatum, alioquin solę Kalendæ erant vacatiuę. Qđ aūt nunc sic accidisset, non erat inconueniens, nō tamē patet ex motiuo Nicolai, quia licèt esset, si solùm latuisset Dauid in tertia die, quo ad eum venit Ionathas: si aūt latuit oībus tribus diebus, non apparebit, an dies sequēs post Kalēdas fuerit vacatiuus, vel nō.

Opi. Nic. ꝙ in principio mēsis Iudæorum erant duo dies vacatiui.

Quare dixit Ionathas, quòd Dauid celandus erat in die, in
H *qua operari licet.* *Quæst. XXV.*

QVAERET aliquis, quare dixit Ionathas, ꝙ Dauid erat celandus in die, qua operari licèt, quia etiam ante illum diem celandus erat. Aliquis fortè respondebit ex pręsupposito Nicolai, ꝙ in die Kalendarum, & sequenti nō latuit Dauid: sed iuit in Bethlehem ad solennitatem. Deinde tertia die stetit in agro in loco latibuli, & illa die ad eū venit Ionathas. Sed hoc non stat, quia Dauid immediatè, vt recessit à Ionatha, iuit ad locum latibuli, & stetit ibi ante Kalendas, vt patet supra in litera. scilicet descendes festinus in locum, vbi celandus sis: & hoc dicebat Ionathas, quando Dauid erat cum eo
I ante Kalendas: ergo descēsurus erat immediatè ad latibulum, cum dixit: Descendes festinus, alioquin non dixisset sic: sed solū ibis, quo volueris: & in die, quo operari licet, latebis. Item non stat, quia infra dicitur. absconditus est Dauid in agro, & venerunt Kalendæ: ergo prius absconditus fuit Dauid, quàm venirent Kalendæ: non igitur latuit solū in die tertio, quo operari licebat, sed etiam in diebus præcedentibus ex tempore, quo recessit à Ionatha. Dicendū est igitur, ꝙ Dauid non iuit in Bethlehem ad solennitatem, neque descendit in aliquem alium locum, quia sic poterat videri ab aliquo, qui renūciaret Sauli de eo, sed stetit in loco latibuli ex tempore, quo recessit à Ionatha vsquequo ad eum rediit Ionathas
K die tertio, & vocatur hic dies, quo operari licèt, dies secundus post Kalendas: quia sola dies Kalendarum obseruabatur. Dixit tamē Ionathas, ꝙ celādus erat Dauid die, qua operari licebat, dato, ꝙ in alijs celandus erat. Et hoc propter duo: primo, quia volebat Ionathas, ꝙ esset Dauid occultus, ne quis eum videret: & si fortè aliquando recederet à lapide Ezel, vagando per agros, & videret eum quispiam, debebat occultari tempore illo, quo videri poterat: istud autem erat in die, quo operari licebat. i. die non vacatiuo, quia in præcedenti die Kalendarum nemo cū poterat videre, etiam si vagaretur per agrum apud lapidem Ezel: ideo magis debebat latere die, quo operari licebat, quàm die Kalendarum: quanquā semper

per

per lateret. Patet hoc, quia lapis Ezel erat longè ab
Vrbe Gabaa, in qua erant Saul, & Ionathas. In die
autem festo non licebat alicui Iudæorum progredi
extra locum, in quo habitabat vltra mille passus. Sic
enim dicitur Actuum cap. 1. quòd Mons Oliueti est
iuxta Ierusalem Sabbathi habens iter, idest tantum
distans, quantum licebat Iudæis ambulare in Sabba
tho: est tamen illud spatium vnius milliarij, siue mil
le passuum, vt patet in libro terræ sanctæ: & ab eis, q
viderunt locum, sic refert: si ergo lapis Ezel distabat
ab vrbe plusquā vno milliario, nullus Hebręus die
Kalendarum illùc accedebat propter festiuitatem,
& sic quanquam Dauid non lateret solicitè, sed va-
garetur per agros iuxta lapidem illum, nullus eū vi-
surus erat, die autem, quo operari licebat, transibāt
homines hinc inde, siue inter agentes, siue ad opera
sua, & tunc solicitè latere debebat Dauid, ne videre-
tur à transeuntibus: & sic expressum est de die, quo
operari licet. Alia causa fuit, vt Ionathas certissimè
reperiret Dauid apud lapidem Exel nam quāquam
iussus erat latere Dauid apud lapidem Ezel, poterat
tamen aliquantulum inde digredi, dumtamen ca-
ueret, ne ab aliquo videretur, & quia si veniente Io-
natha, digressus fuisset Dauid à lapide Ezel, nesciret
eum Ionathas inquirere, nec posset renunciare ea,
quæ senserat de patre: ideo Dauid manere debebat
apud lapidem diebus illis, quibus venire posset Iona
thas: non erat autem venturus Ionathas die Kalen-
darum, quia etiam si illa die sententiam patris agno
uisset, non erat venturus ad nunciandū Dauid, quia
non licebat ei illa die propter solennitatem tantū
digredi ab vrbe: licebat tamen in diebus non vaca-
tiuis, s. post Calendas: ideo in omnibus diebus sequē-
tibus post Calendas latere debebat Dauid diligēter,
quia poterat Ionathas venire sequenti die post Ca-
lendas, vt si cognouisset sententiam patris die Calē-
darū, vel veniret tertio die, si non cognosceret sen-
tentiam vsque ad diem post Calendas, ideo latere
debebat Dauid in die, quo operari licet, s. in die se-
quenti Calendas, & in omnib⁹ posterioribus vsque-
quo veniret Ionathas ad eum. *Et sedebis iuxta lapidem,
cuius nomen est Ezel*. Erat enim aliquis lapis magnus,
vel rupis famosa in terra illa, ideo nomen habebat.
Sic enim aliqui lapides famosi habent nomen, vt pa
tet Iudi. cap. 20. vbi dicitur, quod sexcenti viri de Be
niamin fugientes ad solitudinem sederunt iuxta la-
pidem, cuius vocabulum erat Remmon. Sic etiam
infra 3. lib. cap. 1. dicitur, quòd Adonias filius Dauid,
cum voluit regnare, fecit conuiuiū, & victimas iux
ta lapidem Zoeleth, qui est propinqu⁹ fonti Rogel.
In litera Chaldaica dicitur, quod erat quidam lapis
magnus positus in directionem itineris, & sic volūt
Hebræi. Sed hoc non stat pp duo. Primò, qa si posit⁹
fuisset ibi ab hoīb⁹ ad aliqd, nō poterat eē magn⁹ la-
pis, ita vt cōuenīeter posset ibi latere Dauid: necesse
est enim lapidem magnum, vel rupem esse, in qua
aliquis conuenienter lateat. Secundò non stat: quia
si esset lapis positus ad directiones itinerantium, ne-
cesse erat, quod positus fuisset in via, vel iuxta viam,
ibi tamen non conuenienter lateret Dauid: quia in
diebus, quibus operari licebat, videretur ab omnib.
transeuntibus. Nec valet, si dicas, quod illis diebus
digrederetur à lapide, ne videretur: quia hoc magis
vetuit Ionathas, dicens, quod in die, quo operari li-
cèt, sederet iuxta lapidem Ezel. Dicendum ergo, ꝙ
non erat aliquis lapis ab hominibus positus ad viarū
directionem, sed erat aliqua rupes, vel magna moles
saxea immobilis, quæ aliquantulum distabat à via,
& ibi poterat conuenienter latere Dauid.

A *Unde habuit, vel quid de cibo Dauid in his diebus, quibus latuit
apud lapidem. Quæstio XXVI.*

QVAERET aliquis, quid Dauid habebat de ci
bo in his diebus, quibus latuit apud lapidem:
quia non redibat in vrbē ad sumēdos cibos,
nec quisquam veniebat de vrbe ferens ei quippiam:
noluit enim quenquam scire latibulum suum, præ
ter Ionatham: & ob hoc ipse solus cum puerulo de
scendit annunciaturus sententiam Saulis Dauid.
Aliquis respondebit, quod Dauid quanquam non
rediret in Vrbem, in qua erat Saul, tamen ibat in ali
qua loca vicina, & inde habebat cibos. Sed hoc non
stat: quia erat contra intentionem Dauid: volebat
B enim latere, ne quis eum videret. Si autem descende
ret ad aliqua loca pro cibis, videretur: & cū esset co-
gnitus à toto Israel tanquam vir honorabilis, & ge-
ner regis, si videretur ab aliquo solitarius, faceret de
se suspitionem, & posset annunciari Sauli: non ergo
descendebat in aliqua loca. Aliquis autem dīcet, ꝙ
Deus dabat Dauid ibi cibum supernaturaliter, sicut
factum est de Elia, quia cum ipse profugus esset, à fa-
cie regis Achab tempore magnæ famis, sedit abscō
ditus iuxta Iordanem, & Deus mittebat ei per cor-
uos quotidie panem, & carnes in mane, & Vespere,
vt patet infra 3. lib. ca. 17. sic ergo fieret nunc de Da-
uid, cum esset vir sanctus, & lateret ex necessitate.
Respondendum est, quod non stat, quia cum hoc es
C set magnum miraculum, si fuisse, scriptura illud
enarrasset, sicut retulit de Elia, non tamen retulit: er
go non est verisimile fuisse. Item miracula nunquā
fiunt sine necessitate: si ergo Dauid poterat cōgruè
habere cibos aliunde, Deus non mitteret ei cibos su
pernaturaliter. Elias autem non poterat habere pro
toto illo tempore cibos, nisi super naturaliter, cum
non auderet venire ad aliquem populum timore
regis Achab, ideo Deus dedit ei supernaturaliter ci-
bos. De Dauid secus erat. Dicendum ergo, ꝙ Dauid
tulit secum de vrbe aliquid, quod posset ei qualiter-
cunque sufficere ad illos tres dies, quia non putabat
se pluribus posse latere. Sed dicet aliquis, quod nihil
secum tulerit, quia postquam concordatum est de
D fuga eius ad latibulum non redijt in vrbem: nā ipse,
& Ionathas egressi sunt in agrum ad iniendum fæ-
dus, & vt concordaretur de modo latendi Dauid.
Cum autem exissent non redijt Dauid in vrbem,
sed dixit ei Ionathas. Descendes festinus, & venies in
locum, vbi celandus sis: ergo non potuit redire in vr
bem ad ferendum secum cibos. Respondendum est,
quod postquam exierunt in agrum Ionathas, & Da
uid, in vrbem prius tñ, q̃ exirent, sumpsit Dauid se-
cum aliquid ad cibos pro tribus diebus, quia iam dif
finierat, quod tribus diebus lateret, vt patet supra, s.
Dimitte ergo me, vt abscondar in agro, vsque ad ve
speram diei tertij. Et sic haberet secum cibos, quia
credendum est, quòd aliter non iret ad locum lati-
E buli, cum sciret aliunde non posse se habere cibos.
Et ego tres sagittas mittam iuxta eum. Istud est signum, p
quod notificari debebat Dauid intentio Saulis. Qđ
autem dicitur de tribus sagittis, non referebat, an es
sent tres, vel plures ad significandum aliquid: sed vo
luit Ionathas, quod essent tot. Dicitur autem, quod
mitteret iuxta lapidem sagittas, vt Dauid latens in
lapidem, audiret vocem Ionathæ dicētis ad puerū.
Vltra te sunt, vel citra te sunt, ad intelligendum sen
tentiam Saulis. Si autem distans esset iactus sagitta-
rum à lapide, nihil audiret Dauid: & sic non prodes-
set signum datum: erat tamen missio sagittarum ci-
tra lapidem, quia si transirent lapidem, puer videret
Dauid latentem, cum iret pro sagittis, quod nole-
bat Io-

muniter accipitur: sed deierare pro solo iuramēto, F
vel deierare, idest valde iurare, quia ex magna affe-
ctione iurabat Ionathas. *Et quod diligeret eum*, idest nō
addidit iurare illi, nisi: quia diligebat. Est sens⁹, ꝙ Da-
uid orauerat Ionatham, vt obseruaret misericordiā
ad eum. Ionathas autem non cogebatur ab aliquo
iurare super hoc, nec etiam Dauid hoc petierat: qa
tamen Ionathas diligebat valde Dauid, vt certifica-
ret eum, fecit aliud iuramentū ei supra id, ꝙ primo
fecerat, s. in priori fœdere. *Sicut enim animam suam, ita di-
ligebat illum*. Hic declaratur dictum præcedens, s. ꝙ
Ionathas diligeret Dauid, & non solum diligebat, s.
leuiter, vel remissè: sed intētissimè, s. sicut aīam suā:
i. sicut vitā suā, nihil aūt poterat magis diligere, q̄ vi-
tam suā. De hac dilectione Ionathæ ad Dauid, quo- G
modo tanta esset, & cur, magis declaratum est supr.
cap. 18. in principio. *Dixitque ad illum Ionathas*: Hic cō-
cordat de modo, quo Ionathas renunciaturus erat
Dauid sententiam patris sui, & non quærente aliqd
Dauid Ionathas à seipso dixit, quid agere intēderet,
vt sequitur. *Cras Kalendæ sunt*, idest prima dies Men-
sis, quę erat apud Hebræos in noua lunatione, sicut
apud Arabes, & vocatur magis Neomenia, sicut su-
pra dictum est. *Et requireris*, idest inquiret pater meus
de te. Dicebat hoc Ionathas, quia Saul quæreret in
mensa pro Dauid, cur non veniret. *Requiretur enim
sessio tua, vsq; perendie*. Istud ponitur ad declarationem
quomodo, s. requirendus esset Dauid: & innuitur, ꝙ
non requireretur directè, sed requireretur propter H
sessionem: nam Saul videret Cathedram Dauid va-
cuam ad mensam, ideo quæreret vbi esset. Dicitur
autem vsque perendie, idest vsque ad diem sequen-
tem post cras, quia non solum in die Kalendarum,
sed etiam in die sequenti quæreretur. Potest hoc in-
telligi disiunctiuè, vel copulatiuè, s. requiretur sessio
tua cras, vel requiretur perendie. Putabat enim Io-
nathas, quòd fortè Saul in die Kalendarum non re-
spiceret, quia tunc nouiter incipiebat deficere Da-
uid de mensa regis. In die tamen secundo respice-
ret, & sic factum est: quia in die Kalendarum nihil
quæsiuit Saul de Dauid: in sequenti autem, quęsiuit,
vt patet infra in litera. Potest etiam intelligi copula
tiuè, s. requireris cras, & requireris perendie, quia cū I
nulla die illarū venturus esset Dauid ad mensam, qa
in agro abscondendus erat: requireret eum Saul in
qualibet earum. Sed tunc diceretur: quare magis Saul
requisiturus erat Dauid, vsque perendie, quàm vsq;
ad alios dies sequentes? Aliquis respondebit, ꝙ hoc
fieret, quia in illis duobus diebus venturus erat Da-
uid ad mensam regis, & in sequentibus non: quia illi
duo dies erant festiui, ideo in eis solum requireret.
Sed dicendum est non multum stare: quia si in duo-
bus diebus Dauid non veniret ad mensam regis, q̄q̄
in sequentibus diebus non esset ex more venturus,
si tamen in primis duobus nesciuisset vbi erat, non
desineret quærere pro eo in diebus sequentib. quo-
usq; sciret vbi esset, putans, quod per absentiam suā
aliquas fraudes moliebatur Sauli. Sed magis dicen-
dum est, ꝙ Saul quæsiturus erat Dauid, quousq; in-
ueniret sententiam de eo, sed vsque perendie pote-
rat inuenire eam: quia tunc Ionathas responderet ꝓ
Dauid, ideo solum vsq; perendie inquirendus erat.
Descendes ergo festinus. Finito consilio Ionathæ, & Da-
uid, dixit Ionathas, ꝙ iret Dauid ad locum, vbi late-
ret, ex quo apparet, ꝙ non exierant in agrum Iona-
thas, & Dauid ad hoc, ꝙ Ionathas indicaret ei, vbi la
tere deberet: quia tunc non diceretur. Descendes
festinus, s. vt non videretur ab aliquo, qui posset po-
stea respondere Sauli, ꝙ vidisset Dauid in tali, vel ta-
li loco. *Et venies in locum, vbi celandus sis*. idest venies ad

Quare Saul magis in illis duob. diebus quæsiturus erat de Dauid, quàm in alijs.

lapidē Ezel, de quo sibi dixerat Ionathas, ꝙ lateret
ibi. *In die, quo operari licet*, i. latebis ibi in die profesto, q
nō est vacatiuus, sed licèt operari. Iste autē erat dies
post Kalendas, in quo iam licebat operari. Ex hoc
autem apparet, ꝙ dies Kalendarum erat vacatiuus,
alioquin non diceretur hoc: frustra enim esset, cùm
nullus dies de illis esset vacatiuus. Sciendum, ꝙ Ni-
colaus vult, ꝙ essent duo dies vacatiui. s. dies Kalen-
darum, & sequens. Hoc autē innuit: quia Ionathas
dicebat Dauid esse celandum die, quo operari licet:
sed iste erat dies tertius, quia in eo iturus erat ad ip-
sum Ionathas ad locum latibuli: ergo duo dies præ-
cedentes vacatiui erant. Sed dicendum est, ꝙ solum
erat dies Kalendarum vacaturus ex consuetudine
Iudæorum: quia in eo fiebant specialia sacrificia: se-
quens autem dies nihil pertinebat ad sacrificia, nec
vnquam obseruari iussum est, ergo non obseruaba-
tur, nisi dies Kalendarum. Poterat tamen accidere,
ꝙ dies sequens post Kalendas esset vacatiuus, si Ka-
lendę essent sexta feria: & sequens dies esset sabba-
tum, alioquin solę Kalendæ erant vacatiuę. Qđ aūt
nunc sic accidisset, non erat inconueniens, nō tamē
patet ex motiuo Nicolai, quia licèt esset, si solùm la-
tuisset Dauid in tertia die, quo ad eum venit Iona-
thas: si aūt latuit oībus tribus diebus, non apparebit,
an dies sequēs post Kalēdas fuerit vacatiuus, vel nō.

Opi. Nic. ꝙ in principio mēsis Iudæorum erant duo dies vacatiui.

Quare dixit Ionathas, quòd Dauid celandus erat in die, in qua operari licet. Quæst. XXV.

QVAERET aliquis, quare dixit Ionathas, q̄
Dauid erat celandus in die, qua operari licèt,
quia etiam ante illum diem celandus erat.
Aliquis fortè respondebit ex prǽsupposito Nicolai,
ꝙ in die Kalendarum, & sequenti nō latuit Dauid:
sed iuit in Bethlehem ad solennitatem. Deinde ter-
tia die stetit in agro in loco latibuli, & illa die ad eū
venit Ionathas. Sed hoc non stat, quia Dauid imme
diatè, vt recessit à Ionatha, iuit ad locum latibuli, &
stetit ibi ante Kalendas, vt patet supra in litera, scili-
cet descendes festinus in locum, vbi celandus sis: &
hoc dicebat Ionathas, quando Dauid erat cum eo
ante Kalendas: ergo descēsurus erat immediatè ad
latibulum, cum dixit: Descendes festinus, alioquin
non dixisset sic: sed solū ibis, quo volueris: & in die,
quo operari licet, latebis. Item non stat, quia inf. di-
citur. absconditus est Dauid in agro, & venerunt Ka-
lendæ: ergo prius absconditus fuit Dauid, quàm ve-
nirent Kalendæ: non igitur latuit solū in die tertio,
quo operari licebat, sed etiam in diebus præceden-
tibus ex tempore, quo recessit à Ionatha. Dicendū
est igitur, ꝙ Dauid non iuit in Bethlehem ad solen-
nitatem, neque descendit in aliquem alium locum,
quia sic poterat videri ab aliquo, qui renūciaret Sau
li de eo, sed stetit in loco latibuli ex tempore, quo re
cessit à Ionatha vsquequo ad eum redijt Ionathas
die tertio, & vocatur hic dies, quo operari licèt, dies K
secundus post Kalendas: quia sola dies Kalendarum
obseruabatur. Dixit tamē Ionathas, ꝙ celādus erat
Dauid die, qua operari licebat, dato, ꝙ in alijs celan
dus erat. Et hoc propter duo: primò, quia volebat
Ionathas, ꝙ esset Dauid occultus, ne quis eum vide-
ret: & si fortè aliquando recederet à lapide Ezel, va-
gando per agros, & videret eum quispiam, debebat
occultari tempore illo, quo videri poterat: istud aūt
tem erat in die, quo operari licebat. i. die non vaca-
tiuo, quia in præcedenti die Kalendarum nemo eū
poterat videre, etiam si vagaretur per agrum apud
lapidem Ezel: ideo magis debebat latere die, quo o-
perari licebat, quàm die Kalendarum: quanquā sem
per

per lateret. Patet hoc, quia lapis Ezel erat longè ab Vrbe Gabaa, in qua erant Saul, & Ionathas. In die autem festo non licebat alicui Iudæorum progredi extra locum, in quo habitabat vltra mille passus. Sic enim dicitur Actuum cap. 1. quòd Mons Oliueti est iuxta Ierusalem Sabbathi habens iter, idest tantum distans, quantum licebat Iudæis ambulare in Sabbatho: est tamen illud spatium vnius milliarij, siue mille passuum, vt patet in libro terræ sanctæ: & ab eis, q viderunt locum, sic refert: si ergo lapis Ezel distabat ab vrbe plusquā vno milliario, nullus Hebręus die Kalendarum illùc accedebat propter festiuitatem, & sic quanquam Dauid non lateret solicitè, sed vagaretur per agros iuxta lapidem illum, nullus eū visurus erat, die autem, quo operari licebat, transibāt B homines hinc inde, siue inter agentes, siue ad opera sua, & tunc solicitè latere debebat Dauid, ne videretur à transeuntibus: & sic expressum est de die, quo operari licet. Alia causa fuit, vt Ionathas certissimè reperiret Dauid apud lapidem Exel nam quāquam iussus erat latere Dauid apud lapidem Ezel, poterat tamen aliquantulum inde digredi, dumtamen caueret, ne ab aliquo videretur, & quia si veniente Ionatha, digressus fuisset Dauid à lapide Ezel, nesciret eum Ionathas inquirere, nec posset renunciare ea, quæ senserat de patre: ideo Dauid manere debebat apud lapidem diebus illis, quibus venire posset Ionathas: non erat autem venturus Ionathas die Kalendarum, quia etiam si illa die sententiam patris agno C uisset, non erat venturus ad nunciandū Dauid, quia non licebat ei illa die propter solennitatem tantū digredi ab vrbe: licebat tamen in diebus non vacatiuis, s. post Calendas: ideo in omnibus diebus sequētibus post Calendas latere debebat Dauid diligēter, quia poterat Ionathas venire sequenti die post Calendas, vt si cognouisset sententiam patris die Calēdarū, vel veniret tertio die, si non cognosceret sententiam vsque ad diem post Calendas, ideo latere debebat Dauid in die, quo operari licet, s. in die sequenti Calendas, & in omnib⁹ posterioribus vsquequo veniret Ionathas ad eum. *Et sedebis iuxta lapidem, cuius nomen est Ezel*. Erat enim aliquis lapis magnus, vel rupis famosa in terra illa, ideo nomen habebat. D Sic enim aliqui lapides famosi habent nomen, vt patet Iudi. cap. 20. vbi dicitur, quod sexcenti viri de Beniamin fugientes ad solitudinem sederunt iuxta lapidem, cuius vocabulum erat Remmon. Sic etiam infra 3. lib. cap. 1. dicitur, quòd Adonias filius Dauid, cum voluit regnare, fecit conuiuiū, & victimas iuxta lapidem Zoeleth, qui est propinqu⁹ fonti Rogel. In litera Chaldaica dicitur, quod erat quidam lapis magnus positus in directionem itineris, & sic volūt Hebræi. Sed hoc non stat pp duo. Primò, qa si posit⁹ fuisset ibi ab hoīb⁹ ad aliqd, nō poterat eē magn⁹ lapis, ita vt cōuenieter posset ibi latere Dauid: necesse est enim lapidem magnum, vel rupem esse, in qua aliquis conuenienter lateat. Secundò non stat: quia E si esset lapis positus ad directiones itinerantium, necesse erat, quod positus fuisset in via, vel iuxta viam, ibi tamen non conuenienter lateret Dauid: quia in diebus, quibus operari licebat, videretur ab omnib. transeuntibus. Nec valet, si dicas, quod illis diebus digrederetur à lapide, ne videretur: quia hoc magis vetuit Ionathas, dicens, quod in die, quo operari licet, sederet iuxta lapidem Ezel. Dicendum ergo, ꝙ non erat aliquis lapis ab hominibus positus ad viarū directionem, sed erat aliqua rupes, vel magna moles saxea immobilis, quæ aliquantulum distabat à via, & ibi poterat conuenienter latere Dauid.

A *Vnde habuit, vel quid de cibo Dauid in his diebus, quibus latuit apud lapidem. Quæstio XXVI.*

QVAERET aliquis, quid Dauid habebat de cibo in his diebus, quibus latuit apud lapidem: quia non redibat in vrbē ad sumēdos cibos, nec quisquam veniebat de vrbe ferens ei quippiam: noluit enim quenquam scire latibulum suum, præter Ionatham: & ob hoc ipse solus cum puerulo descendit annunciaturus sententiam Saulis Dauid. Aliquis respondebit, quod Dauid quanquam non rediret in Vrbem, in qua erat Saul, tamen ibat in aliqua loca vicina, & inde habebat cibos. Sed hoc non stat: quia erat contra intentionem Dauid: volebat B enim latere, ne quis eum videret. Si autem descenderet ad aliqua loca pro cibis, videretur: & cū esset cognitus à toto Israel tanquam vir honorabilis, & gener regis, si videretur ab aliquo solitarius, faceret de se suspitionem, & posset annunciari Sauli: non ergo descendebat in aliqua loca. Aliquis autem dicet, ꝙ Deus dabat Dauid ibi cibum supernaturaliter, sicut factum est de Elia, quia cum ipse profugus esset, à facie regis Achab tempore magnæ famis, sedit abscōditus iuxta Iordanem, & Deus mittebat ei per coruos quotidie panem, & carnes in mane, & Vespere, vt patet infra 3. lib. ca. 17. sic ergo fieret nunc de Dauid, cum esset vir sanctus, & lateret ex necessitate. Respondendum est, quod non stat, quia cum hoc esset magnum miraculum, si fuisse, scriptura illud C enarrasset, sicut retulit de Elia, non tamen retulit: ergo non est verisimile fuisse. Item miracula nunquā fiunt sine necessitate: si ergo Dauid poterat cōgruè habere cibos aliunde, Deus non mitteret ei cibos supernaturaliter. Elias autem non poterat habere pro toto illo tempore cibos, nisi super naturaliter, cum non auderet venire ad aliquem populum timore regis Achab, ideo Deus dedit ei supernaturaliter cibos. De Dauid secus erat. Dicendum ergo, ꝙ Dauid tulit secum de vrbe aliquid, quod posset ei qualitercunque sufficere ad illos tres dies, quia non putabat se pluribus posse latere. Sed dicet aliquis, quod nihil secum tulerit, quia postquam concordatum est de D fuga eius ad latibulum non redijt in vrbem: nā ipse, & Ionathas egressi sunt in agrum ad iniendum fædus, & vt concordaretur de modo latendi Dauid. Cum autem exissent non redijt Dauid in vrbem, sed dixit ei Ionathas. Descendes festinus, & venies in locum, vbi celandus sis: ergo non potuit redire in vrbem ad ferendum secum cibos. Respondendum est, quod postquam exierunt in agrum Ionathas, & Dauid, in vrbem prius tñ, q̄ exirent, sumpsit Dauid secum aliquid ad cibos pro tribus diebus, quia iam diffinierat, quod tribus diebus lateret, vt patet supra, s. Dimitte ergo me, vt abscondar in agro, vsque ad vesperam diei tertij. Et sic haberet secum cibos, quia credendum est, quòd aliter non iret ad locum latibuli, cum sciret aliunde non posse se habere cibos. E *Et ego tres sagittas mittam iuxta eum*. Istud est signum, ꝑ quod notificari debebat Dauid intentio Saulis. Qđ autem dicitur de tribus sagittis, non referebat, an essent tres, vel plures ad significandum aliquid: sed voluit Ionathas, quod essent tot. Dicitur autem, quod mitteret iuxta lapidem sagittas, vt Dauid latens in lapidem, audiret vocem Ionathæ dicētis ad puerū. Vltra te sunt, vel citra te sunt, ad intelligendum sententiam Saulis. Si autem distans esset iactus sagittarum à lapide, nihil audiret Dauid: & sic non prodesset signum datum: erat tamen missio sagittarum citra lapidem, quia si transirent lapidem, puer videret Dauid latentem, cum iret pro sagittis, quod nolebat Io-

bat Ionathas:hoc autem apparet,quia infra dicitur, cum abijsset puer,surrexit Dauid de loco,qui vergebat ad austrum, idest, quòd erat ille locus, in quo latebat Dauid,magis meridianus, quàm locus, vbi sagittæ proiectæ sunt:& sic erat vltra sagittas lapis. *Et iaciam quasi exercens me ad signum*,idest, ego iaciam sagittas ad locum certum,quasi vellem exercitare me in arte sagittaria ad percutiendum signum.

Quare Ionathas dedit signum sagittarum Dauid, cum post locutus sit cum eo. Quæstio XXVII.

QVAERET aliquis , quare Ionathas dedit istud signum de sagitis mittendis,cum ipse postea locutus fuerit Dauid, & nunciauerit ei sententiam Saulis,vt patet infra Nicolaus respondet , quòd hoc fortè factum est, quia Ionathas nesciebat,an posset solus venire : si enim veniret solus,loqueretur ad Dauid: si autem alij secum essent, non posset commodè loqui:ideo recessurus erat Dauid,vel staturus per hæc signa. Respondendum est tamen , quòd hoc non stat: quia Ionathas disposuerat venire solus cum puero paruulo,vt patet hic,cū dicat:Mittam quoque puerum dicens ei: Vade, & affer mihi sagittas:sic enim postea fecit:nam iuit cum puero, cum dicatur infra . venit Ionathas in agrum iuxta placitum Dauid,& puer paruulus cum eo.Dicendum ergo,quòd fortè Ionathas timuit,quòd q̄q̄ nullus iret cum eo : faciente ipso hoc, superueniret aliquis,propter quem non posset loqui conuenienter ad Dauid:ideo tunc sufficeret ei signum istud ad standum,vel recedēdum.Sed adhuc melius dici potest, quòd istud signum datum est propter puerum : nam non poterat egredi Ionathas de vrbe sine puero,& arcu,si non daret aliquod signum:sed si ipse descenderet ad Dauid,puer hoc intelligeret ; ideo debuit dari aliquod signum, vt lateret puerum , quòd fiebat . Potest tamen vtraque earum duarum solutionum teneri .

Quare dedit magis signum sagittarum, quàm lapidis, vel lanceæ. Quæst. XXVIII.

QVAERETVR vlterius,quare Ionathas magis voluit dare signum per proiectionem sagittarum,quàm lanceę,vel lapidum,aut per alios modos . Respondendum est, quod hoc fuit ad celandum id,quod facere volebat.Istud autem celari debebat his,qui erant in vrbe,de qua egrediebatur Ionathas, & puero , qui cum eo erat . Sed non erat alius modus,quo conuenientius celaretur hoc puero, & eis, qui manebant in vrbe,quàm per sagittas. De puero patet,quia si voluisset mittere Ionathas lāceam , vel telum , puer videret locum iactus , tum propter magnitudinem lanceæ , vel teli, tum , quia non poterat nimis differenter vna vice iacere super alteram,& sic non diceret puero:vltra te sunt, vel citra te sunt,cum puer ista videret:signum tamen dādum erat per citra,& vltra : eodem modo non conueniebat,si Ionathas lapides iaceret : quia puer non erat iturus pro illis.In sagittis autem secus erat,quia puer iturus erat pro illis,ne perderentur , & poterat vnam differenter iacere super alteram , ita , vt puer nesciret,an esset citra,vel vltra,prẹsertim,cum sagittæ paruæ essent,& tunc diceret puero: vltra te sunt. Item factum est hoc principaliter , propter eos , qui manebant in vrbe , ne suspicarentur quippiam de Ionatha : omnes enim sciebant, ꝙ Ionathas diligeret Dauid : & cum die præcedenti increpitus fuisset à patre propter eum , & voluisset illum lancea per-

F cutere omnes,qui viderent egredi Ionatham de vrbe solum:potissimè famuli regis suspicarentur aliquid de eo,nisi constaret ad quid egrederetur. Si autem nihil secum ferret armaturæ, vadens cum puero,nesciretur ad quid iret, ideo suspitio esset, ꝙ ibat ad Dauid:si autem ferret lanceas,vel tela,& non arcum,nesciretur ad quid ferebat, ideo causaret maiorem præsumptionem . Non decuit ergo,quòd ferret lanceas,vel tela . Qui autem ferret sagittas,& arcum , non erat alicuius suspitionis : immo prorsus tollebat suspitionem,& hoc , quia putaretur, ꝙ Ionathas ibat in agrum ad delectationem , & exercitium,vt arte sagittaria aliquid venaretur:vel fortè, ꝙ ibat ad exercendum se ad signum.Ionathas enim
G nimis assuescebat se ad artem sagittariam, quia magis diligebat illam , quàm omnes alias , & sic erat in ea excellens:vnde laudatur de ipsa infra 2.lib.ca.1.s. Sagitta Ionathæ nunquam redijt retrorsum,& gladius Saul non est reuersus inanis . Et propter hoc semper assuescebat Ionathas ferre secum arcum,sicut Saul assuescebat ferre lanceam . Quòd ergo nūc Ionathas ferret arcū, & sagittas , nihil aliud ferēdo, tollebat omnem suspitionem,ideo hoc solum tulit. Sed dicet aliquis,quare Ionathas voluit ferre secum puerum: quia si solus descendisset ferens arcum , & sagittas,abstulisset omnem suspitionem , & potuisset loqui cum Dauid. Respondendum est , quòd tulit secum puerum Ionathas propter duo: Primò,qa
H nunquam Ionathas consuetus erat procedere sine armigero: & videbatur inhonestum , quòd solus procederet ferens arma:noluit ergo hoc agere.Item tulit secum puerum , quia aliàs esset præsumptio contra ipsum,quanquam ferret sagittas,& arcum:nam semper consuetus erat secum ferre armigerum : si autem non ferret,putaretur , quòd aliquid secretè vellet agere:ideo ibat solus , & ad dissimulādū opus suum ferebat arcum,& sagittas, & sic ex hoc magis contra eum præsumeretur. Decuit ergo, quòd portaret puerum paruulum , ne aliquid fraudis intelligeret , sic patet infra , s. venit Ionathas in agrum , & puer paruulus cum eo. *Mittam quoque puerum dicens ei*, idest mittam puerum ante me ad locum , ad quem
I sagittas iecero. *Vade,& affer mihi sagittas.* Hoc dicturus erat Ionathas,vt cum puer vellet reducere sagittas, diceret ei Ionathas:vltra te sunt, vel citra te. Et per hoc Dauid intelligeret sententiam Saulis. *Si dixero puero: Ecce sagittæ intra te sunt.* Ponitur intra , pro citra. Vel dicitur, intra te,idest, īter te,& me. *Tolle eas*,idest reduc ad me. Sciendum est, quòd Ionathas fingebat se iacere sagittas ad signum, sicut supra dixerat . Et iaciam quasi exercens me ad signū. Erat autem pulsurus aliquam,vltra signum,vel citra , ex īdustria,vt diceret puero:vltra te sunt,vel citra:fingebat tamē, quòd ex errore vltra signum iecisset,vel citra. *Tu veni ad me*,s. exibis de loco , in quo latebis in lapide , & venies ad me.Hoc facere debebat Dauid , quāquam
K pñs esset puer,quia tūc,cum nihil mali esset , Dauid non erat aliquod periculum,ꝙ puer videret eū exeuntē de lapide . Erat autem periculum, si sententia Saulis esset ad malum,s.quia puer indicaret aliquib. in vrbe , & sic periclitaretur Dauid. *Quia pax tibi est*, idest,quia habes pacem , & concordiam cum patre meo,& non quærit vitam tuam. *Et nihil est mali*,idest non est aliquod malum contra te. Intelligitur hoc de malo ad mortem : quia dato , quòd Ionathas cognouisset aliquale odium Saulis ad Dauid , si illud non esset ad mortem,non erat dicturus Dauid,ꝙ recederet: & vocatur hoc nullum malum in respectu ad mortem,quam timebat Dauid. *Viuit Dominus*,i.iuro per vitam Dei,ꝙ hoc est verum . Istud dixit Ionathas

A thas ad faciendum, vt non timeret Dauid: quia poterat existimare Dauid, quòd Ionathas vellet eum tradere in manus patris sui: & ideo diceret ei aliquod signũ falsum, dando ei securitatem, vt traderet eũ facilius in manu patris sui: & Dauid hoc timens non cõsideret signo dato à Ionatha, ideo iurat Ionathas dicens: Viuit Dominus, idest iuro per vitam Dei, ꝙ dabo verum signum, siue bonum, siue malum eueniret. *Si autem sic locutus fuero: ecce sagittæ vltra te sunt.* Ista dici debebant puero, & significabatur in hoc elongatio futura Ionathæ ad Dauid. *Vade in pace*, idest vade in quiete, & saluus non rediens ad patrem meum, quia tunc non esset tibi salus. *Quia dimisit te Dominus*, idest Deus dedit tibi licentiam, vt vadas, & iubet, ꝙ B recedas. Hoc dicebat Ionathas: quia si reperiret Saulem iratum contra eum, sententia Dei erat, ꝙ recederet Dauid: ideo ipse Deus dimittebat eũ, idest dabat ei licentiam eũdi: sic accipit infra: Dimitte me: quoniam sacrificiũ solenne est, idest, Da mihi licentiam eundi propter sacrificium. *De verbo autem, quod locuti sumus ego, & tu*, idest de fœdere, quod iniuimus, in quo Dauid promisit seruare misericordiam cũ Domo Ionathę, & Ionathas cum Domo Dauid. *Sit Dominus inter me, & te vsque in sempiternum*, idest. Deus sit testis vsq; in sempiternum huius fœderis, q.d. si aliquo tempore illud irritaueris, quandocunque hoc fuerit, Deus sit testis, quòd præuaricaris: & similiter cõtra me, si preuaricatus fuero. Vel dicitur; sit inter te, C & me Deus, idest, sit ad puniendum te, vel ad puniẽdum me, quicunque errauerit. Sic dixit Dauid ad Saulem infra ca. 24. Sit Deus Iudex, & iudicet inter te, & me: & videat, & diiudicet causam meam. Vel potest accipi pro vtroque simul, s. quòd Deus esset testis, & etiam punitor: nam nullus alius erat, qui testis esse possit, ideo inuocatus est in testem: etiam ipse solus punire poterat, ideo inuocatus est, vt punitor: sic Labam, & Iacob inuocauerunt Deum inter se testem in Mõte Galaad in fœdere suo: & dixit Labam. Intueatur, & iudicet Dominus inter nos, quãdo recesserimus à nobis, si afflixeris filias meas, & si introduxeris vxores alias super eas, nullus sermonis nostri testis est absque Deo, qui præsens est, & respi- D cit. Iacob autem dixit ad Labam: Deus Abraam, & Deus Nachor iudicet inter nos. Et Deus patris eorum, vt patet Gen. cap. 31. Vel dicitur: Deus sit inter me, & te, vsque in sempiternum, idest faciat, ꝙ ego seruem tibi istud fœdus: & tu mihi in sempiternum. *Absconditus est ergo Dauid in agro*, s. immediatè, vt recessit à Ionatha, absconditus fuit, quia dixerat ei Ionathas: Descendes festinus, & venies in locũ, vbi celandus sis. Fuit nanque hoc in eadem die, quod patet: qa fuit ante Calendas: nam hic dicitur, quòd absconditus est Dauid, & deinde sequitur, & venerunt Calendæ: erant tamen Calendæ sequenti die, vt patet sup. in litera, s. Cras Calendæ sunt, & requireris. Dicitur autem in agro, idest iuxta lapidem Ezel: nam ibi dixerat Ionathas, quòd lateret, vt patet supra, s. Et sedebis iuxta lapidem, cuius nomen est Ezel. *Et venerunt* E *Calendæ*. Hic ponitur quartum huius cap. s. Saulis indignatio contra Ionatham, quia respondit pro Dauid. Et dicitur, quòd venerunt Calendæ, s. postq̃ latuit Dauid: nam erant Calendæ sequenti die, postquam faciebant ista Dauid, & Ionathas, vt patet supra, s. Cras Calendæ sunt, & requireris. *Et sedit Rex ad comedendum panem*. Nomine panis intelliguntur oẽs alij cibi, & quidquid manducari potest. Sic patet supra cap. 14. cum dixit Saul: Maledictus vir, qui manducauerit panem vsque ad vesperum: & propter illam maledictionem non audebat populus comedere de melle fluente per agrum, & Ionathas, quia comedit modicum, captus est. Quod non fuisset, nisi nomine panis intelligeretur mel. Est etiam modus loquendi, vt nomine panis intelligantur multi cibi, vt patet infra 4. lib. ca. 6. cum dixit Eliseus: Pone panem, & aquam coram eis, & sequitur ibi, quòd apposita est eis magna ciborum præparatio. *Cumque sedisset rex super cathedram suam secundum consuetudinem*, i. sedit in cathedra, in qua consueuerat sedere ad mensam, & nullus alius audebat sedere in ea. *Quæ erat iuxta parietem*, idest cathedra illa erat locata iuxta parietem. Est autem intelligendũ, quòd mensa regis erat magna, & porrecta in lõgum, cuius extremitas vna, idest caput mensæ erat, ad quam sedebat rex, & ista extremitas perueniebat vsq; ad parietem, ita vt inter eam, & parietem nihil mediaret, nisi cathedra regis: ideo dicebatur, quòd illa erat ad parietem: multæ aliæ cathedræ erant minores ad mensam regis, in quibus sedebant viri nobiles, & barones, & nulla istarum erat apud parietem ex aliqua parte. Potest autem hoc referri ad præcedens, s. ꝙ cathedra regis erat iuxta parietem secũdum consuetudinem, idest, quòd consueuerat semper esse iuxta parietem. *Et surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul.* Hebræi dicũt, quòd sederat Ionathas circa Saulem, sed postea adueniente Abner, quia timuit, quòd Saul irasceretur ei, & vellet eum lancea configere, sicut postea factũ est, ideo noluit esse iuxta eũ. Sed hoc non stat: nam Iudæi hoc confingunt, quia postea accidit, ꝙ Saul secunda die conaretur configere Ionatham lãcea. *Expositio Hebræorum.* Ionathas tamen non posset existimare, quòd propter tam paruam rem pater suus conaretur eum occidere', præsertim cum ipse esset primogenitus, & strenuus vir: sed accidit hoc, propter nimium odium, ꝙ Saul habebat contra Dauid: ideo Ionathas non dimitteret locum, hoc timens. Item litera præsupponit, quòd manserit quilibet in loco suo: ideo non est dicendum, quòd propter timorem Ionathas mutauerit locum. Nicolaus dicit, quòd, quando Dauid *Opin. Nicolai.* erat ad mensam regis, sedebat immediatè iuxta regem, & postea Ionathas, & deinde Abner in tertio loco: & quia non est consuetum, quòd filius regis sedeat immediatè apud regem nullo intermedio, surrexit Ionathas, & sedit post Abner. In hoc autem significatur, ꝙ Ionathas, & Abner mutauerint locũ, & sederit Abner in loco Ionathæ, & tamen locus Dauid manserit vacuus inter regem, & Abner. Sed hoc videtur pati duo inconuenientia. Primum, ꝙ Dauid sederet in loco nobiliori, quàm Abner: quia Abner erat princeps totius militiæ Saulis à principio, & postea semper fuit: non ergo præponeretur ei Dauid, presertim, cum solum habuerit sub se Dauid mille viros, vt patet supr. cap. 18. Secundum est, qa dr̃ infra, ꝙ sedit Abner ex latere Saulis: si tamen staret litera secundum Nico. non sedisset Abner ex latere Saulis, sed in secundo loco, & mansisset locus ex latere regis vacuus. Dicendũ ergo videtur, quod Abner solitus erat sedere apud regem, eo ꝙ erat honorabilior in tota domo sua. In secundo autem loco post eum poterat dici, quod sedebat Dauid, vel Ionathas: & cum hic dicitur, ꝙ surrexit Ionathas, & sedit Abner in loco, in quo erat Ionathas, & ad hoc surrexit Ionathas, sed, ꝙ prius sederat Ionathas ad mensam, quàm Abner, quanquam in loco inferiori: veniẽte autem Abner, Ionathas surrexit propter reuerentiam Abner venientis, nec sedit quousque sedit Abner: nam scriptum est: Coram capite cano consurge, & honoram personam senis: Leui. ca. 19. Sed tunc arguetur: quia supra dixit Dauid. Ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum. Respondendum, quod non intelligitur, quod sedebat

iuxta

iuxta regem, ideſt immediatus illi ex latere: ſed ſe-debat iuxta, ideſt non multum diſtans, ſ. in ſecundo, vel tertio loco. Et iſto modo apparuit locus Dauid vacuus, qui erat ſecundus, vel tertius. Poſſumus tamen, ſi voluerimus, tenere ſententiam Nicolai, ſ. ꝙ locus coniunctus regi eſſet locus Dauid, & in ſecundo Ionathas, & in tertio Abner, & quod nunc, non veniente Dauid, ſederat Ionathas in loco ſuo, ſ. ſuo. Veniẽte tamen Abner, dedit ei locum, & ipſe ſedit in tertio loco, vbi ſolebat ſedere Abner, & hoc fuit, vt aliquis eſſet inter Ionatham, & Saulem. Reſpondebitur autem ad inconuenientia. Ad primum, ꝙ fortè Saul volebat honorare Dauid magis, q̃ Abner, eo, ꝙ erat gener ſuus: & cum dicitur, ꝙ Abner erat princeps totius militiæ, & Dauid ſolum mille virorum. Dicendum, ꝙ hoc non obſtat, quia à principio fuerat Abner Princeps, & adueniente Dauid, non fuit ablatus ei principatus. Fuit tamen Dauid magis honoratus in menſa regis, eo ꝙ erat gener illius Ad ſecundum dicendum, ꝙ Abner ſedit ex latere regis, quanquam ſederet in loco Ionathæ, qui non erat coniunctus regi, quia non ſolum dicitur ille ſedere ex latere, qui ſedet coniũctus ei, ſed etiam, qui ſedet diſiunctus, dumtamen nullus mediet: & ſic erat de Abner, qui ſedebat loco Ionathæ. *Et ſedit Abner ex latere Saul.* Poteſt exponi dupliciter ſecundum præcedentia. Vno modo, ꝙ ſedit ex latere Saul, ideſt coniunctus ei, nullo loco mediante. Aliter, ꝙ ſedit ex latere Saul, ideſt propinquus illi, ſ. ꝙ nullus erat magis coniunctus, quanquam ipſe non erat coniũctus, ſed in loco ſecundo, qui erat locus Ionathæ. *Vacuuſq; apparuit locus Dauid,* ideſt, quanquam mutauiſſent locum Abner, & Ionathas, tamen locus Dauid apparuit vacuus, quia nullus ſedit in eo: & hoc verum eſt quomodocunque accipiatur. Si enim dicamus, ꝙ Abner ſolitus erat ſedere coniunctus Sauli ex latere, & nunc quoque ſedit, dicetur, ꝙ locus Dauid, qui erat ſecundus, vel tertius, apparuit vacuus, quia nullus in eo ſedit. Si autem dicatur, ꝙ Abner ſolitus erat ſedere in tertio loco, & Dauid in primo, apparuit locus Dauid vacuus, quia nullus ſedit in primo loco, in quo ſedebat Dauid. Quomodocunque autem dicatur, quia locus Dauid erat ſatis coniunctus regi, vidit Saul quomodo erat vacuus.

Soluit rõnes cõtra Nicolaũ.

Non occupauit Ionathas propter duo locum Dauid.
Quæſtio. XXIX.

QVAERET aliquis, quare Ionathas non occupauit locũ Dauid, vt non appareret vacuus. Reſpondendum, ꝙ fuit propter duo. Primum erat, quia non poterat Ionathas facere, ne locus Dauid non eſſet vacuus, quia illi, qui comedebant ad menſam regis erant certi: & cathedræ erant aſſignatæ ſecundum numerum eorum: cum ergo vnus deeſſet, neceſſe erat apparere vnam cathedram vacuam: ſiue ergo ſederet Ionathas in cathedra ſua, ſiue in cathedra Dauid, ſemper neceſſe erat apparere vnam cathedram vacuam: & hoc videret Saul. Secundò reſponderi poteſt, ꝙ dato, ꝙ Ionathas potuiſſet occultare cathedram vacuam, non occultaſſet: nam ſi Saul non vidiſſet aliquam cathedram vacuam, fortè non inquiſiuiſſet pro Dauid, nullum abeſſe reputans: viſa autem cathedra vacua, illico ſentiret abeẽ Dauid, & quia Ionathas deſiderabat, quòd Saul inquireret pro Dauid, vt ipſe cognoſceret ſententiam eius contra Dauid, quam non poterat cognoſcere, niſi inquireret ipſe pro Dauid. Si autẽ Ionathas occultaret cathedram Dauid vacantem, ipſe præſtaret cauſam, vt nõ cognoſceretur ſententia Saulis, ideo

F non erat Ionathas occupaturus cathedram Dauid, quanquam eam poſſet occupare, ita vt nulla vacans appareret. *Et non eſt locutus Saul quicquam in die illa,* ideſt quanquam vidiſſet Saul in die Calendarum abeſſe Dauid, tamen nihil locutus fuit quærendo de abſentia eius, & hoc, quia putauit eum habere aliquam cauſam abſentiæ, vt patet immediatè. *Cogitabat enim, quod fortè eueniſſet ei, vt non eſſet mundus, nec purificatus.* i. q̃a poterat accidere, quòd Dauid non eſſet purificatus, nec mundus. Et iſta erat cauſa ſufficiens, vt non veniret ad menſam regis, non curauit quærere pro illo, nam ipſe nolebat quærere, niſi cum haberet aliquam cauſam ſuſpicandi contra Dauid. In primo autem die non fuit aliqua cauſa ſuſpitionis, cum pu-

G taret Saul excuſari Dauid, propter immundiciam: iõ non quæſiuit. In ſecunda aũt die non hẽbat Dauid aliquam cauſam: ideo erat ſuſpitio contra ipſũ, cur non veniret. In Hebræo habetur. *Cogitabat Saul, quod fortè erat mundus, & fortè erat immundus.* Sed iſta ſententia non ſtat ſecundum literam, ideo litera noſtra clarius poſuit, quòd non eſſet mundus, nec purificatus: quia ſi illa diſiunctiua poneretur propriè, oportebat, quòd ſecundum quamlibet partem illius, Dauid haberet cauſam non veniendi ad mẽſam regis, non habebat tamen vtranque, quia ſi eſſet immundus habebat cauſam non veniẽdi: ſi tamen eſſet mũdus non habebat cauſam, ideo litera noſtra poſuit non mundum, nec purificatum, quia ſiue aliquis di-

H catur eſſe immundus, quia actualiter habet immundiciam, ſiue non purificatus, ideſt, quia nondũ completus eſt in eo ritus purificationis, impediretur venire ad menſam regis.

Multiplex immundicia eſſe poterat in Dauid, propter quam non veniret in die Calendarum ad menſam regis.
Quæſtio XXX.

QVAERET aliquis, quæ immũdicia erat iſta, propter quam exiſtimabat Saul, quòd non veniret Dauid ad menſam in die Calendarũ. Reſpondendum eſt, quòd multiplex immundicia eſſe poterat: quædam nanq; eſt naturalis: alia legalis: natura-

I lis vocatur, quæ ex natura inſurgit per modum ęgritudinis, & inficit illum, in quo eſt, ſic eſt lepra, & fluxus ſeminis: alia eſt immundicia legalis, quæ non eſt ex natura, ſed per poſitionem legis, ſicut eſt in contactu omnium rerum prohibitarũ à lege: omnes iſtæ immundiciæ reddebant homines ineptos ad participationem ſacrorum. De prima habetur Leui. cap. 14. & 15. vbi de lepra, & fluxu ſeminis agitur. Immũdicia autem legalis erat multiplex. Quædam erat in contractu animalium morticinorum, aut occiſorũ à beſtijs, vel in contractu reptilium, aut ſtercoris humani. De hoc Leui. cap. 5. Aliæ immundiciæ erant tangendo cadauera animalium illicitorum ad eſũ, etiam ſi ab homine occiſa fuiſſent: ſic etiam ſiquis

K tangeret veſtes immundas, vel ſemina, aut quidquid aliud polluitur ſimiliter, de quo Leui. capit. 11. Aliæ immundiciæ erant ſiquis comederet ſanguinem, vel animalia morticina, aut quæcunque illicita ad eſum, de quo Leui cap. 17. Sic etiam ſiquis tetigiſſet virum fluentem ſemine, aut veſtes eius, vel lectum, & ſiquis tetigiſſet mulierem menſtruatam, vel veſtes illius. Etiam ſi quis pollueretur in coitu, tã vir, q̃ fœmina, de quo Leui. cap. 15. Etiam ſiquis pollueretur ſomnio nocturno, de quo Deut. c. 23. In oĩb' his erat immundicia. Sic etiam ſiquis tangeret cadauer hominis, vel ſupellectilia exiſtẽtia in domo, vbi aliquis mortuus eſt, vel ſi tetigit oſſa reperta in agro, vel ſepulchrum, aut effudit aquam luſtrationis, de

quo

quo Num.cap.19.poterat autem Dauid non venire ad menſam regis propter quancunque iſtarum pollutionum,& exiſtimauit eum Saul aliqua harũ pollutum, præcipuè pollutione, quæ eſt ex coitu cum illa communius accidere poſſet, quia Dauid habebat vxorem.

An Saul potuerit exiſtimare,quod propter immũdiciam Dauid non veniſſet ad menſam eius. *Quæſt.* *XXXI.*

QVAERETVR vlterius,quomodo Saul exiſtimauit ſufficientem cauſam eſſe,quòd non veniret Dauid ad menſam eius, quia pollutus eſſet, quia pollutio à ſacris excludit. In conuiuio tamen regis non erat aliquod ſacrum,ideo non excluderetur. De cibis enim non ſanctificatis,tam mundus, quàm immundus ſimul veſcebantur, vt patet Deu. cap.12.Aliquis reſpondebit, quòd fortè Saul exiſtimauit Dauid eſſe immundum aliqua immundicia, quæ prohiberet non ſolum à ſacris, ſed etiam à cõuerſatione hominum. Quædam enim huiuſmodi erant,propter quas immũdi eijciebantur de caſtris, ſ.ſiquis leproſus eſſet,vel ſemine fluens,vel immundus ſuper mortuo,vt patet Num.ca.5.ſic etiam Maria ſoror Moyſi, cum percuſſa fuiſſet lepra, ſeptem diebus de caſtris excluſa fuit quouſq; ſanata eſt Nu. cap.12. ſi autem Dauid aliquam harum immundiciarum haberet,nõ poſſet venire ad menſam regis, nec communicare cũ alijs viris, ſed manſurus erat extra caſtra.Sed hoc non ſtat,quia ſequenti die Saul quæſiuit, cur non veniret Dauid ad menſam, quaſi iam non haberet aliquam immundiciam, propter quam prohiberetur,vt patet infra,in litera.Ergo nõ exiſtimabat,quòd immundus eſſet immũdicia,quæ eum faceret eſſe extra caſtra, ſed aliqua immũdicia leui.Dicendum ergo,ꝙ Saul exiſtimauit Dauid eſſe immundum aliqua immundicia legali de communibus,quæ faciliter accidere poſſent: & iſtæ non excludebant homines à caſtris,ſed à communicatione ſacrorum. In die autem Kalendarum veriſimile eſt, quòd haberet rex conuiuiũ de ſacrificijs, de quibus guſtare non poterat homo immundus: ideo Dauid nõ venit. Erat enim magna feſtiuitas Kalendarum, in qua multi offerebant ſacrificia pacifica ad honorem feſti: & quia rex erat præcipuus in populo,credendum eſt,ꝙ ipſe obtuliſſet, & inuitaſſet proceres ſuos ad comedendum de victimis. Quòd autem die Kalendarum conſueſcerent Iſraelitę offerre pacificas hoſtias patet Num.cap.10.ſ. Siquando habebitis epulum,& dies feſtos,& Kalendas, canetis tubis ſup holocauſtis,& pacificis victimis.Saul autem ſciebat, ꝙ Dauid ſciret eum ſolitũ facere ſacrificia die Kalẽdarum,ideo non veniret ad menſam regis: quia nõ erat aptus ad comedendum de ſanctificatis: magna enim erat pœna ſiquis immũdus comederet de ſanctificatis,ſ.quia polluebat ſanctuariũ, & Deus occideret illum,vt patet Leui.ca.22. nihil autem horum erat,quod imaginabatur Saul: erat tamen veriſimile,ideo Saul hoc credidit. *Cumque illuxiſſet dies ſecunda poſt Kalendas*, idest cum adueniſſet dies ſequens poſt Kalendas. *Kurſum vacuus apparuit locus Dauid*. Erat.n. ſedes determinata pro Dauid: & in præcedenti die manſerat vacua,quia nullus in ea ſedit, die quoque iſta fuit vacua,quia etiam non venit Dauid: & cum iam Saul ſuſpicaretur aliquid contra Dauid, aſpexit locum eius,& vidit vacuũ. Hoc autem,quia etiam die illa ire debebat Dauid ad mẽſam regis,ſicut precedenti die,vt patet,cum dixit: Cur non venit filius Iſai,nec heri,nec hodie ad veſcendum? ſi tamen non venturus eſſet illa die,etiam ſi non veniſſet,nihil ſu-

A ſpicatus eſſet Saul: Ex hoc autem apparet,quòd Dauid quotidie comedebat ad menſam regis, alioquin ſolum inquiſiuiſſet pro eo Saul in die Kalendarum, & non in ſequenti, quia tunc nullum feſtum erat. Aliqui tamen poſſent dicere, quòd etiam ſequenti die Kalendarum erat feſtiuitas, ideo venturus erat die illo Dauid ad menſam regis, ſicut die Kalendarum.Et hoc tamen Nicolaus. Sed dicendum eſt,ꝙ regulariter dies ſequens poſt Kalendas non erat feſtiua,nec etiam dies Kalendarum, niſi ex conſuetudine. Poterat tamen accidere aliquod feſtum poſt Kalendas, vt, ſi eſſent Kalendæ ſexta feria, eſſet ſequens dies Sabbathum: aliàs tamen dies ſequẽs poſt Kalendas non vacatiua erat: & tunc ſecundum hãc
B poſitionem Nicolai dici debet, quòd in omnibus feſtiuitatibus Dauid ſolitus erat ire ad menſam regis, & quia nũc acciderat feſtum poſt Kalendas, tam die Kalendarum, quàm ſequẽti,iturus erat ad menſam regis. *Dixitque Saul ad Ionatham filium ſuum*. Cum Saul non vidiſſet Dauid venire ad menſam die Kalendarum, nec ſequenti,ſuſpicari cœpit aliquod malum eſſe,ideo quæſiuit de Dauid. Quæſiuit autem à Ionatha,pluſquam ab alio propter duo. Primò,quia fortè familiarius loquebatũ ad eũ, quam ad aliquem de conuiuis.Secundò,& principaliter, quia putabat,ꝙ melius reſpondere poſſet Ionathas de abſentia Dauid,quàm quiſquã alius,eo,quòd erat amicus illius, & reuelarent ſibi mutuo,quæ agebant.Iſtam autem
C amicitiam cognoſcebat Saul inter Dauid, & Ionatham,vt patet infr.ſ.Nunquid ignoro,quia diligis filium Iſai in confuſionem tuam? Potius ergo à Ionatha,quàm ab aliquo alio quærere debuit. *Cur non venit filius Iſai nec heri,nec hodie ad veſcendum*,ideſt,quare in his duobus diebus non venit ad menſam. Vocauit Saul Dauid filium Iſai,& non Dauid: & hoc ex contẽptu, vt vult Nicolaus: vel magis ex indignatione, quia qui alijs inuident, vel iraſcuntur, non poſſent eos nominibus ſuis appellare,ſed quibuſdam nominibus circumlocutis: ſic enim Phariſæi, cum haberent Chriſtum exoſum,interdum non vocabant eũ nomine ſuo,vt patet Io. cap.7.ſ. Iudæi ergo quærebant eum in die feſto, & dicebant: vbi eſt ille?

Saul quæſiuit à Ionatha de Dauid pluſquam ab alio ꝑpter duo.

D *Quare Saul die poſt Kalendas quæſiuit de Dauid: debuiſſet enim ſubticere.* *Quæſt.* *XXXII.*

QVAERET aliquis,quare Saul ſequenti die poſt Kalendas quæſiuit de Dauid: videtur enim,quòd debuiſſet ſubticere,ſicut die Kalendarum: tunc enim tacuit putans eum eſſe immundũ,ſed ita eſſe poterat die ſequenti: ergo etiam debuiſſet ſubticere, quod patet: quia licet quędam immundiciarum excluderent hominem à caſtris,& aliæ ſolum à communicatione ſacrorum: generale tamen erat,quòd omnes immundiciæ excluderent hominem à ſacris,ſed inter has quædam erant, quæ durabant per multos dies,ideo etiam ſi Dauid mora
E tus fuiſſet duobus, vel tribus diebus non veniens ad menſam regis,poterat Saul ſuſpicari eum eſſe pollutum. Patet hoc de lepra,quia quamdiu aliquis duraret in lepra ſemper immundus erat,etiam ſi multo tempore hoc pateretur,vt patet Leui. cap.13. & 14. Item ſiquis flueret ſemine, erat immundus toto tempore quo fluebat: Leui.ca.15.& ſi mulier aliqua eſſet menſtruata, quamdiu durarent menſtrua, vel fluxus ſanguinis extra tempus menſtruorum,erat immunda eod.cap. Siquis etiam coiuiſſet cum muliere menſtruata 7.diebus erat immundus, eod.cap. Siquis etiam pollueretur ſuper mortuo,vel oſſibus, aut ſepulchro 7.diebus erat immundus.Num. ca19.

Quam-

Quancunque ergo harum immundiciarum incurrisset Dauid per plures die abstinere debebat à mensa regis,& aliorum hominum,potissimè in cibis sanctificatis,ergo poterat Saul suspicari,quòd Dauid esset immundus sequenti die post Kalendas, & non deberet inquirere pro eo. Respondendum est,quòd Saul non credebat aliquam harum immundiciarũ euenisse Dauid,quia istę rarius accidunt, sed, quòd euenisset ei aliqua de communibus, quæ quotidie accidere possunt,sicut,quòd esset immundus ex coitu cum vxore, vel ex pollutione nocturna per somnium, & quia omnes istæ immundiciæ tolluntur in vna die,s.quòd solum durant vsque ad occasum solis,vt patet Leui. cap. 11. & 22.quanquam esset Dauid immundus die sequenti, ideo Saul putauit hoc non euenisse propter immundiciam,sed ex alia causa:& ob hoc quæsiuit. *Et respondit Ionathas Sauli.* Licet enim non interrogasset Saul Ionatham, sed alium quempiam: respondit Ionathas, quia nemo de alijs respondere poterat opportunè ad id, quod volebat Dauid excusando eum,præcipuè,quia Ionathas, & Dauid conuenerant inter se, quid respondere deberet Ionathas pro Dauid,vt patet supra in litera. *Rogauit me obnixè*,idest instanter,vel affectuosè. *Vt iret in Bethlehem*,idest,vt dimitteret eum ire in Bethlehem. *Et ait: Dimitte me.* Idest da mihi licentiã redeũdi. *Quoniam sacrificium solenne est in Ciuitate.* In Hebræo habetur. *Quia sacrificium dierum est in ciuitate.* Sed ad idem redit:nam sacrificium solenne dicitur, quod solenniter fit, vel in diebus solennibus: & sic erat dies Kalendarum,in qua Israelitæ spontaneè offerre solebant sacrificia,vt patet Num.cap.10.Si quando habebitis epulum ad dies festos, & Calendas, & canetis tubis super holocaustis,& pacificis victimis. Vocatur autem sacrificium dierum secundum literam Hebraicam,idest,quod fiebat in diebus solẽnibus,vel quod non fiebat quotidie, sed in quibusdam diebus, quos determinauerant sibi Israelitæ ex deuotione ad sacrificandum. Et communiter vbi litera nostra dicit sacrificium solenne, litera Hebraica dicit, sacrificiũ dierum,vt patet sup.cap. 1. vbi sic habetur. Hic non expressit Ionathas,quòd istud sacrificium esset consanguineorum Dauid: ipse tamen Dauid hoc dixerat, vt patet su. in litera,s. Rogauit me Dauid,vt iret in Bethlehem, quia victimæ solennes ibi sunt vniuersis contribulibus eius.Illud autem multum iuuabat eum, quia ad festiuitatem, quæ erat omnium consanguineorum suorum rationabile erat,eũ ire. Et quanquam Ionathas hic non videatur expressisse, credendũ tamen est, quòd expresserit, quia multa scriptura subticet,quæ facta vel dicta sũt. *Et vnus de fratribus meis accersiuit me:* Idest venit vnus de fratribus meis ad vocandum me, vt irem in Bethlehem ad sacrificium. Hoc etiam iuuabat eum, quia rationabile erat,quòd vocatus ab omnibus cõsanguineis suis, iret ad honorandum illos in sacrificijs eorum. *Nunc ergo si inueni gratiam in oculis tuis.* Idest,si diligis me, vel si vis mihi facere gratiam. *Vadam cito*,idest da mihi licentiam,vt cito eam. Hoc etiam ponitur ad excusandum, ꝗ posset dicere Saul: Quare Dauid recesserat sine eius mandato:& in hoc respondetur ei, scilicet,quod factum est:quia cito iturus erat: quod dupliciter intelligi potest, vno modo, quod iturus erat cito,idest immediatè postquam venit frater suus ad accersiendum eum,oportuit eum statim recedere,non facta mora, quia instabat tempus solennitatis,in qua non licebat itinerare, & quia fortè Saul erat tunc in tali dispositione, quod Dauid non posset petere ab eo licentiam, nisi facta mora, petiuit à Ionatha,quem promptum habuit. Aliter potest in-

F telligi,vt vadam cito,idest,vt vadam, & immediatè reuertar,q.d.si moraturus essem per aliquot dies extra curiam, oporteret, quòd à rege peterem licentiam,sed quia cito venturus sum, sufficit, quòd petam à filio regis,& istud videbatur excusare,tam Dauid petentem licentiam,quàm Ionatham concedentem. *Et videbo fratres meos*, idest interero sacrificijs eorum,& videbo quid faciunt,& quid volunt. *Ob hanc causam non venit ad mensam regis.* Ista est conclusio Ionathæ,s.istud,quod enarratum est,causa est,quare non venit Dauid ad mensam regis, sed ista omnia falsa erãt.Ionathas tñ dicebat illa ad excusationẽ Dauid.

An Ionathas peccauerit excusando his verbis Dauid.
G *Quæstio XXXIII.*

QVAERET aliquis, an Ionathas peccauerit dicendo ista pro Dauid.Aliquis respondebit, quòd sic,quia mentiebatur, mendacium autem peccatum est. In contrarium aliquis dicet,quòd non peccauit,nec mentiebatur, quia ipse retulit ea,quæ dixit Dauid:nam Dauid dixit: Dimitte me,quoniam sacrificium solenne est, &c. vt patet supra in litera. Referendo autem ea,quæ Dauid dixerat,non mentiebatur Ionathas, quanquam mentitus fuisset Dauid. Respondendum est, quòd Ionathas mentitus est:nam aliqua ipse dixit hic,quæ erant verba sua,& non referebat dicta Dauid:vt cũ dixit: Rogauit me
H obnixè,vt iret in Bethlehem. Dauid tamen non rogauerat hoc:sed potius,quòd pateretur eum abscõdi in agro,vsque ad vesperam diei tertij, vt patet supra in litera. Item dixit hic Ionathas. ob hanc causam non venit Dauid ad mensam regis.Sed istud falsum erat,& asserebat illud Ionathas ex se,ergo mentiebatur. Item cum dicitur,quòd Ionathas retulit verba Dauid,& quanquam Dauid mentitus fuerit, ipse non mentitus est:non stat,quia si Ionathas dixisset verba Dauid,solum referens illa, & non asserens aliquod ex eis,nec volens quicquam persuadere,nõ mentitus fuisset. Ipse tamen asseruit verba Dauid, & protulit ea animo persuadendi pro Dauid, cum tamen ipse sciret illa omnia falsa esse,ideo quanquã
I solum retulisset verba Dauid, mentiebatur. Præter hoc etiam dicendum, quòd peccauit, quia mendacium cuiuscunque generis sit,semper est peccatum siue mortale,siue veniale. Dicendum tamen, quòd mendacium Ionathæ erat veniale,quia erat officiosum,& pro causa iustissima,scilicet,pro excusatione innocentis à morte, sicut dictum est præcedenti ca. de mendacio Michol, & Raab, & obstetricum Egyptiarum. *Iratus autem Saul.* Hic ponitur quartum prius, cap. scilicet, iram Saulis contra Ionatham propter Dauid: intantum enim furor Saulis exarserat contra Dauid,quòd etiam filio suo irascebatur propter illum:& hoc,quia vidit,quòd Ionathas excusabat eum: voluisset enim,quòd sicut ipse desiderabat
K mortem Dauid, ita omnes desiderarent, & ad hoc operam darent. *Dixit ei. Filii mulieris virum vltro rapientis.* Hic vituperauit Saul grauiter filium suum,vocans eum filium meretricis. Vocatur enim mulier vltro rapiens virum,idest sponte suscipiẽs illa, quæ nullius viri cõcubitum recusat,sed omnibus petentib.se spontè tribuit,& sine mercede,& in hoc prior est meretrice. Hoc autem dixit Saul ad magnã ignominiam Ionathæ: qa magna confusio est viri cuius filius mater sua meretrix est,quia sic nescietur cuius filius sit. Aliter introducit Nicolaus istam literam, scilicet, quòd in hoc, quòd Ionathas diligebat Dauid, & procurabat causam illius,ostendebat se non esse filium Saulis,quia si illius filius esset, desideraret ea, quæ

quæ pater desiderabat: sed non erat filius eius, ideo A
oportebat, quòd mater sua fuisset fornicata, & ipse
genitus esset ex alio viro, & tunc vocaretur mater
sua mulier vltro virum rapiens, scilicet virum adul-
terinum. *Nunquid ignoro, quia diligis filium Isai?* q.d. tu vis
dissimulare, ꝙ non diligas Dauid: & respondes pro
ipso quasi non sis amicus illius, sed causæ eius æqui-
tas te impellat: scio tamen, ꝙ tu diligis filium Isai.
Hoc autem sciebat Saul propter magnam assiduita-
tem, quam faciebant: est.n. actus amicorum conui-
uere.i. mente, & verbo participare, vt patet. 9. Ethic.
ideo Ionathas & Dauid communicabant in hoc, &
cognitum est à Saule: nec solum hoc: sed etiam, ꝙ
fœdus iniuissent, vt patet infra cap. 22. s. Filius meus
iniuit fœdus cum filio Isai. *In confusionem tuam, & in* B
confusionem ignominiosæ matris tuæ. Dicebat Saul, ꝙ dile-
ctio Ionathę, & Dauid redundaret in ignominiā Io-
nathæ, qđ dupliciter intelligit. Vno mō, ꝙ ex hoc,
ꝙ Ionathas diligebat Dauid, cōfunderetur.i. careret
regno, eo quòd fortificaretur Dauid per fauorē po-
puli, & vsurparet sibi regnum, in quo erat maxima
confusio Ionathæ, qui iurè: regnaturus erat. Iste sen-
sus patet ex litera sequenti, scilicet omnibus.n. die-
bus, quibus filius Isai vixerit super terram, non stabi-
lieris tu, nec regnum tuum. Aliter pōt intelligi, ꝙ
dilectio, quā Ionathas habebat ad Dauid erat in con
fusionē eius: quia confusio magna viri est, quòd sit
ex adulterio genitus. Per hanc tamen dilectionē ostē
debat Ionathas, ꝙ erat filius adulterinus, quia si esset C
filius Saulis vellet ea, quæ pater volebat: repugnabat
tamen ei in omnibus in causa Dauid. Itē sensus pa-
tet per sequentia, quia dicitur: & in confusionē igno
miniosæ matris tuæ. Confusio autem matris adul-
terium est. Potest etiam exponi confusio matris Io-
nathæ primo modo, scilicet ꝙ confunderetur Iona-
thas, quia priuaretur regno per amicitiam Dauid. In
hoc etiam confunderetur mater eius cadens de sta-
tu suo, & est sensus, ꝙ Saul intelligebat Dauid non
posse regnare eo viuente, sed eo mortuo, arriperet
regnum viuente Ionatha, & matre eius: & tunc es-
set confusio illorum, idest deiectio, & non confusio
Saulis, quia iam ipse mortuus esset, cum regnare in-
ciperet Dauid. Simile dixit Bersabeę ad Dauid: Do- D
mine mi rex indica quis sedere debeat in solio tuo
post tę, eritque cum dormierit Dominus meus rex
cum patribus suis, erimus ergo & filius meus Salo-
mon peccatores i. erimus eiecti de statu nostro, vt pa
tet infra 3. lib. cap. 1. *Omnibus enim diebus, quibus filius Isai
vixerit super terram.* Nunquam vocat eum hic Dauid
ex causa supra assignata. Et dicit: vixerit super terrā,
quod ponitur ex superabundanti, velut, si solum di-
catur omnibus diebus, quibus filius Isai vixerit. Nā
non poterat viuere, nisi super terram, saltem vita, de
qua intelligebat Saul. Nam postea viuunt homines
in vita æterna, & ista non est super terram: non po-
suit tamen Saul vitam super terram ad differentiā
vitæ ęternæ, sed posuit ex superabundanti, quia sic E
erat modus loquendi: quodlibet enim idioma habet
aliquid superfluum in modo loquendi, quod ad si-
gnificandum nihil prodest. *Non stabilieris tu nec regnū
tuum.* s. non eris firmus in regno, quia quandiu vixe-
rit conabitur per fauorem populi ascendere ad re-
gnum, & non dixit Saul: nō stabilietur regnum tuū:
sed dixit: non stabilieris tu, nec regnum tuum: quia
si Dauid conaretur vsurpare regnum, non permitte
ret Ionatham viuere, vt ipse securè regnum posside
ret: cum sciret Ionatham futurum sibi hostem, qa
ad eum de iure pertinebat successio. *Itaque iam nunc
mitte, & adduc eum ad me.* Saul intelligebat, quòd Io-
nathas mentitus fuerat excusando Dauid, & quòd
non iuerat in Bethlehem, sed ipse eum habebat cela
tum apud se, ideo volebat, ꝙ faceret eum adduci
coram Saule, vt occideretur. Per hoc enim crede-
bat Saul, ꝙ persuaderetur Ionathas ad occidendum
Dauid, scilicet, vt stabiliretur ipse, & regnum suum.
Quia filius mortis est, idest meretur mortem, ideo du-
cas eum ad occidendum. Hoc falsum erat, qa Dauid
nihil mali egerat contra Saulem, propter quod pati
deberet, sed potius egerat multa bona pro ipso, sicut
dixit Ionathas pręcedenti c. s. ne pecces rex in seruū
tuum Dauid, quia nō peccauit tibi, & opera eius bo
na sunt tibi valde. Saul tamen fingebat eum esse in-
sidiatorem suum, & aspirantem ad regnum, vt pa-
tet infra c. 22. s. Filius meus suscitauit seruū meū ad-
uersum me insidiantem mihi vsq; hodie: si autē hoc
verum esset, videbatur habere iustam causam Saul
persequendi Dauid: quanquam fortè Dauid nō pec
caret, dato, ꝙ aspiraret ad regnū, quia sciebat regnū
sibi debitum, cùm Deus illum vnxisset in regem su-
pra c. 16. *Respondens autem Ionathas Sauli patri suo.* Hic pa
tet magnus amor Ionathæ ad Dauid: quia quanquā
sciret Saulem indignari ipso respondente ꝓ Dauid:
etiam quanquam pater diceret ei, ꝙ nunquā regnū
suum firmaretur, viuente Dauid, non cessauit dilige
re eum, & respondere pro illo: & hoc, quia diligebat
eum, sicut animā suam, vt patet supra c. 18. & supra
in litera. *Ait: quare morietur?* q. d. nulla est causa, quare
moriatur. *Quid fecit?* q. d. nullum malum fecit, pro-
pter quod mori deberet, sed potius fecit bona, ꝑꝑ, q̄
deberet exaltari. *Et arripuit Saul lanceam.* Habebat.n.
Saul lanceā vbicunque esset, siue dormiens, siue vigi
lans, siue ad mensam, siue alibi, vt patet supra c. 18. qa
cum sederet Saul in domo sua, tenebat lāceā in ma-
nu. Et supra cap. 19. dicitur: idem etiā cum dormie
bat habebat apud se lanceam fixam, vt patet infra c.
26. nunc quoque ad mensam sedens tenebat lanceā
apud se, & arripuit eam contra Ionatham. *Vt percute
ret eum*, idest conatus est percutere eum, s. tanto fue-
rat furore repletus, ꝙ etiam filium suum occidere
conabatur propter Dauid. *Et intellexit Ionathas, quòd dif
finitum esset à patre, vt interficeret Dauid.* i. in præcedenti
tempore, q̄q̄ sępe irasceretur Saul Dauid, & conare-
tur cum lancea confodere, tamen nesciebat, an pe-
nitus decreuisset occidere eum, vel ageret hoc ex su
bitaneis motibus: nunc autem cognouit Ionathas,
ꝙ penitus decretū esset apud Saulē occidere Dauid:
& hoc est, quod Dauid orabat Ionatham, vt inqui-
reret, vt patet supra.

Cognouit Ionathas per signum, quod dedit Dauid, patrem suum esse iratum contra Dauid. *Quæst.* XXXIIII.

QVAERET aliquis, per quid cognouit nunc
Ionathas, quòd diffinitum esset apud Saulem
occidere Dauid. Respondendum est, ꝙ co-
gnitum fuit per signū, quod dedit Dauid Ionathæ,
vt patet supra s. si dixerit benè: pax erit seruo tuo:
sin autem fuerit iratus, scito quia completa est mali-
cia eius. Non solum aūt Ionathas cognouit irā pa-
tris sui contra Dauid, sed etiam supereminentem
iram. Primò, quia iussit, quòd duceretur Dauid ad
occidendum, asserens, quòd filius mortis erat. Hoc
tamen non poterat fieri ex aliquo subitaneo motu,
sicut accidit illis, qui habēt quosdā alios aliqualiter
exosos, quos cū viderint subito incandescunt in ma
gnam iram. Saul tamen nunc non videbat Dauid,
ideo erat istud dictum ex odio inueterato, & mali-
cia consummata. Secundò patebat hoc, quia non
solum iratus fuit contra Dauid, sed etiam propter
eum iratus fuit Ionathæ ita acerbè, quòd eum lan-

cea percutere conatus fuerit. Sufficienter ergo cognoſcere poterat Ionathas, quòd Saul decreuiſſet omnino occidere Dauid. *Surrexit ergo Ionathas à menſa*, ideſt, quia vidit patrem ſuum arripere lanceam, vt percuteret eum, ſurrexit à menſa fugiens. Facta ſunt autem hæc incipientibus eis ſedere ad menſam antequam cibum caperent, quod patet, quia nondum guſtauerat panem Ionathas, q̃n ſurrexit à menſa, vt patet infra, ſ. & non comedit in die Kalendarum ſecundo panem, ſi tamen fuiſſet hoc finitis epulis, vel inceptis, comediſſet panem Ionathas in die ſecundo Kalendarum. *In ira furoris*. i. ſurrexit Ionathas cum ira, & furore. Iſta duo idem ſunt, ſed ponuntur hic ad exaggerandū: ira enim dicitur quæcunque ira, vel appetitus vindictæ. Furor autem eſt ira cadens, & grauis: qualis pertinet ad homines mēte concitatos. Fuit autem Ionathas iratus nimis ꝑp duo. Primò, quia Saul iniuſtè decreuerat occidere penitus Dauid. Secundò, quia ipſummet iuſtè pro Dauid reſpondentem lancea configere conatus fuerat. Vnde dato, ꝙ Saul aſſecuraſſet Ionatham, ne ꝑcuteret eum, nollet Ionathas manere in menſa ex indignatione graui. *Et non comedit in die Kalendarū ſecundo panem*. i. Ionathas noluit aliquid comedere in die ſecundo Kalendarum: nomine.n. panis intelliguntur omnia comeſtibilia, vt patet ſupra cap. 14. cum ibi per panem intelligeretur mel. Poteſt autem dupliciter intelligi iſta litera propter illam dictionem (ſecundo) Vno modo, ꝙ ſit nomen: & eſt ſenſus, ꝙ Ionathas nihil comedit in die ſecundo Kalendarū, ideſt in die ſequenti poſt Kalendas: & iſte erat dies, in quo Saul conatus eſt eū percutere lancea. Aliter exponunt alij, ꝙ ſecundo ſit aduerbium: & tunc eſt ſenſus, ꝙ non comedit ſecundò panem. i. non comedit in ſecunda vice, ſcilicet, ꝙ ſolum ſemel comedit illa die, in veſpere autem non comedit. Sed iſte ſenſus non ſtat, quia tunc intelligeretur, ꝙ non comedit ſecundò panem in die Kalendarum. Sed hoc falſum eſt, quia in die Kalendarum non fuit facta aliqua mutatio, propter quam Ionathas non comederet præ triſtitia, ſed ſequenti die, ideo teneatur primus ſenſus. Sciendum autem, ꝙ Ionathas non ceſſauit comedere die ſecundo Kalendarum ex neceſſitate, ſcilicet quaſi non inueniret aliquos cibos, vt ſi fugiſſet à facie patris per loca deſerta non inueniens cibum: nec etiam ex timore ceſſauit à cibis, quaſi lateret in aliquo loco, & non auderet apparere ad comedendum: ſed non comedit propter indignationem, & triſtitiam magnam, vt patet in litera ſequēti. *Contriſtatus eſt. n. ſuper Dauid*. i. doluit nimis de Dauid: tantum enim diligebat Dauid, ꝙ magis reſpiciebat iniurias, & damna Dauid, quā propria incōmoda, ita vt non triſtaretur principaliter, quia pater eū conatus fuerat occidere, ſed quia exoſum habebat Dauid: tanta enim amoris vehementia erat, vt pereunte Dauid, ſe quoque periſſe arbitraretur: ideo ita ferox eum inuaſit anſietas, & ſolicitudo, ꝙ ciborum curam nullam habuit. *Eoquòd confudiſſet eum pater ſuus*. Iſtud poteſt referri ad Ionatham, vel ad Dauid: ad Ionatham quidem, vt dicatur, ꝙ contriſtatus eſt Ionathas, eo ꝙ confudiſſet eū pater ſuus. i. q̃a fecerat eum erubeſcere volēdo percutere ipſum lancea coram ſeruis ſuis ad menſam: in quo ſignificabatur, ꝙ modicum appreciaretur filium ſuum, cū tantum contra ipſum incanduerit, vt percutere vellet eum propter Dauid. Referēdo ad Dauid, eſt ſenſus ꝙ confudiſſet eum pater ſuus i. pater Ionathæ. Iſta confuſio erat, quia iudicabat Dauid dignum morte. Et iſte ſenſus magis cōſonat literæ: & hoc modo nō dolebat Ionathas de confuſione ſua, ſed de cōfuſio-

Ionathas iratus propter duo.

F ne Dauid. *Cunque illuxiſſet mane*. Hic ponitur quintū huius cap. ſ. Dauid, & Ionathæ flebilis ſeparatio per hoc, ꝙ Ionathas nunciauit Dauid cōpletam eſſe maliciam patris ſui: Et dicitur: cunque illuxiſſet mane, ideſt ſurrexit Ionathas in aurora ad complendū fœdus, quod inierat cum Dauid. ſ. renunciaret ei, quod cognoſcere poſſet de Saule: & quanquam afflictus fuiſſet à patre, & audiuiſſet verba, q̃ poſſent eū mouere contra Dauid, ſeruauit nihilominus pactū inter eos factū. Iuit aūt in aurora ad hoc, vt non videret q̃d faceret. Latebat nāq; Dauid in agro apud lapidē Ezel. Et quia dies iſte, quo ibat Ionathas ad loquendum Dauid, non erat dies vacatiuus, exituri erāt viri ad operationem ſuā in agro, q̃ videre poſſent q̃d inter Ionatham, & Dauid ageretur: iuit ergo diluculo. ſ. q̃n nullus adhuc exierat in agrū. *Venit Ionathas in agrum*. ſ. ad agrum, vbi latebat Dauid apud lapidem Ezel. *Iuxta placitum Dauid*. i. iuxta compoſitionē, vel pactum, quod factū erat inter ambos placitum. n. & pactum idē ſunt: quia pactum dicitur à pace. i. concordia, quia id, in quo duo concordant mutuo, pactū eſt. i. conuentū, vel concordatū. Vocatur ēt placitū à placendo, q̃a ꝑ illud inter ſe aliqui conueniūt q̃d vtriq; placet. Hoc aūt pōt referri ad duo. ſ. ad tēpus, vel ad negocium: ad tempus quidem. ſ. ꝙ Ionathas, & Dauid cōuenerant inter ſe, ꝙ lateret Dauid vſq; ad diem tertiū, & tunc reuelaret ei Ionathas intentionē patris ſui, vt patet ſupra in litera. ſ. dimitte ergo me, vt abſcondar in agro vſq; ad veſperā diei tertij. Aliter poteſt referri ad negotiū, ſ. ꝙ Dauid, & Ionathas pepigerant, ꝙ Ionathas reuelaret Dauid intentionem Saulis. Vtroq; modo intelligendo Ionathas egit iuxta placitū i. cōuentionē cum Dauid: nam reuelauit ei intētionē patris ſui, & hoc fuit die tertio: non tñ debet exponi, niſi ſecundo modo referendo ad negociū, quia Ionathas nō pepigit indicare Dauid ſnīam patris ſui determinatè in die tertio, ſed ſi prius poſſet, prius indicaret, vt patet ſupra in litera, cū dixit Ionathas: Dñe Deus, ſi inueſtigauero ſententiā patris mei craſtino, vel perendie, & aliq̃d boni fuerit ſup Dauid, & nō ſtatim miſero ad te, &c. ergo ſi in ipſa die Kalendarū cognouiſſet Ionathas ſententiam patris ſui non expectaſſet diem tertium ad notificandum Dauid, ſed ſtatim in die ſecūdo notificaſſet, & ſi non poſſet vſq; ad quartū diē cognoſcere ſententiam Saulis, neceſſe erat ꝙ vſq; ad diem illam expectaret. Dauid tñ dixit de tertia die ad latēdum, quia putauit, ꝙ in tribus diebus ſufficiēter potuiſſet cognoſci intentio Saulis: & ſi velimus dicere, ꝙ fuerit obſeruatum iſtud pactum quantū ad tempus, falſum eſt, quia Dauid dixit: dimitte me, vt abſcondar in agro vſque ad veſperā diei tertij, vt patet ſupra. Sed manifeſtū eſt, ꝙ non expectauit tēpus illud Ionathas: ſed in aurora diei tertij iuit ad Dauid, vt patet hic. Referendū eſt ergo iſtud pactū ad negocium, ſ. ꝙ Ionathas reuelaret Dauid intentionē patris ſui, q̃ citius poſſet, ſiue die ſecūdo, ſiue die tertio, ſiue poſtea. Et quia die ſecundo cognouit Ionathas intentionē patris ſui, die tertio in aurora iuit ad indicandum Dauid, & iſtud erat pactū. *Et puer paruulus cū eo*. Iſte puer ibat ad ferendum arcum, & ſagittas Ionathæ. noluit aūt ſolus ire, ne daret occaſionē aliq̃d de ſe ſuſpicādi, vt ſupra declaratū eſt: noluit etiā ſecum ferre aliquos viros, ne ꝑturbaretur in eo, q̃d volebat ſ. ꝙ loqueretur Dauid: nā ſi ſaltem vnū virum ſecū duxiſſet, per illū impediret: vel ille intelligeret q̃d facere vellet Ionathas: puer aūt paruulus nō poterat hoc cognoſcere. Sic dr̃ infra collegit puer Ionathæ ſagittas, & attulit ad dominm ſuum: & quid ageretur penitus ignorabat. *Et ait ad puerum ſuum*. Hic voluit

Flebilis ſeparatio duorū amicorum. ſ. Ionathæ & Dauid.

G H I K

voluit Ionathas ponere signum, quod dederat Da-
uid, scilicet de iactu sagittarum. *Vade, & affer mihi sa-
gittas, quas ego facio*, idest vade ad locum, in quo ca-
dere poterunt sagittæ, & affer eas inde ad me. Hoc
autem faciebat innuens, quòd vellet se exercere ad
signum. Sic. n. dixit supra, scilicet: ego tres sagittas
mittam quasi exercens me ad signum. Puer autem
non cognouit hoc cur fieret. *Cunque puer cucurrisset*,
scilicet ad ferendum sagittã, quã Ionathas iecerat.
Iecit aliam sagittam trans puerum. i. vltra puerum. Sensus
huius est, quòd Ionathas volebat indicare Dauid, q̃d
facere deberet per signum. Supra autem dederat si-
gnum in sagittis, quia, si diceret puero: citra te sunt,
intelligeret, quòd pax erat: si autem diceret vltra te
sunt, intelligere deberet, quòd erat completa mali-
cia Saulis, & ꝙ recedẽdũ esset: & quia iam nunc com
pleta erat malicia Saulis, volebat dare Ionathas Da-
uid signum recedendi, hoc autem fuit iaciendo sa-
gittam vltra puerum. Cuius modus fuit, ꝙ cũ Iona-
thas, & puer simul essent in agro, Ionathas iecit sa-
gittam puero nondum elongato ab eo, viditq; puer
locum, in quo ceciderat sagitta, & dum curreret pro
illa, iecit Ionathas aliam sagittam vltra locum pri-
mæ sagittę: veniens autem puer ad locum primæ
sagittæ, putauit ibi esse secundã, & inquirebat eam,
Ionathas aũt clamauit, dicens: vltra te est: tunc puer
collegit sagittas, & rediit. *Venit itaque puer ad locum iacu
li, quod miserat Ionathas*. i. ad locum sagittæ. Vocatur. n.
sagitta iaculum à iaciendo, quia arcu iacitur. Et di-
citur, ꝙ venit ad locum iaculi. s. primi: nam nesciuit
locum secundi iaculi quousque Ionathas dixit ei: sa
gitta vltra te est. Et dicitur, ꝙ venit. s. quia quando
sagitta missa fuit nõ erat in loco iaculi, sed apud Io-
natham, & postea iuit. *Et clamauit Ionathas post tergum
pueri*: Iste clamor fuit ad indicandum puero locum
secundæ sagittæ: nam ipse solum attenderet locum
primæ, & ad eam recurrebat, cũque curreret ꝓ illa,
Ionathas misit secundam, & hanc puer non consi-
derauit: ideo Ionathas dixit ei locum eius. *Et ait: ecce
ibi non est sagitta*. s. in loco, in quo quęris: inuenit enim
puer sagittam primam, & putauit ibi esse secũdam:
erat tamen vltra, ideo dixit Ionathas, ꝙ non erat ibi
sagitta. *Porro vltra te*. Sed certè vltra te est. Ionathas
enim caute se habuit hic. noluit. n. ꝙ puer videret
quando iaciebat secundam sagittam, vt non inue-
niret eam, & cogeretur ipse dicere ei: vltra te est, vel
citra te, per quod Dauid reciperet signum. *Clamauit-
que Ionathas post tergum pueri*. s. admonens eum cito ve
nire: noluit. n. ꝙ moraretur inquirẽdo sagittam, ne
forte sic sciret aliquid eorum, quæ agebat Ionathas.
Festina velociter, ne steteris. i. postquam collegeris sagit
tas, immediatè veni, ne vageris per agrum. Hoc di-
cebat Ionathas, ne puer videret latentem Dauid: la-
tebat. n. apud lapidem Ezel, & iuxta eum nunc Iona
thas misit sagittas, vt patet supra in litera, scilicet: &
sedebis iuxta lapidem, cuius nomen est Ezel: & ego
tres sagittas mittam iuxta eum: si ergo puer vagare-
tur apud lapidem post sagittas inquisitas, posset vide
re Dauid, quod nolebat Ionathas. *Collegit autem puer
Ionathæ sagittas*. s. duas sagittas, quas misit: si autem plu
res fuerint litera non exprimit hic. Supra tamen di-
xit Ionathas: ego tres sagittas mittã iuxta eũ. Quòd
tunc mitteret plures, vel pauciores ad dandũ signũ
Dauid, nihil refert, quia per vnicam etiam saggittã
fieri hoc poterat: satis ergo verisimile est, ꝙ quãquã
prius dixerit se missurum tres sagittas duas, solũ mi
serit: si volumus tamen dicere, ꝙ tres misit, quãquã
litera nõ exprimat hic, nisi duas, satis stat: quia mul-
ta subticentur in sacra scriptura, quæ dicta, vel facta
sunt. *Et attulit ad Dominum suum*. s. attulit illas duas sa-

A gittas, quas miserat Ionathas. *Et quid ageretur penitus
ignorabat*. Non est sensus, quòd puer ignoraret quid
ageretur, quia videbat mitti sagittas, sed ignorabat
ad quid hoc ageretur. Hæc enim nõ fiebant sine cã:
puer tamen penitus ignorabat, quia nesciebat cau-
sam, propter quam fiebat, nec etiam putabat aliq̃d
latere, sed solum credidit Ionatham venisse ad exer
citandum se. Tangitur autem de ignorantia pueri,
quia si alius fuisset, potuisset cognoscere ad quid Io
nathas illud faciebat, vel saltem credidisset aliquid
secreti latere. Nam quòd Ionathas tam procul ab
vrbe egrederetur ad exercendum se ad signum, non
erat verisimile, quòd etiã tam procul egressus duas
solum sagittas iaceret ad se exercitandũ minus erat
B verisimile: ꝙ autem postea misso puero, ipse solus
maneret in agro procul ab vrbe alicuius occulti su-
spicio erat, ideo quicunque adultæ ætatis venisset
cum Ionatha, suspicatus fuisset aliquid in his: puer
autem penitus ignorabat propter defectum ætatis,
quæ solum iudicat de præsentibus visis, & non re-
fert ex his alia, sicut commune bestijs est. *Tantummo-
do enim Ionathas, & Dauid rem nouerant*. i. ipsi soli cogno
scebant ad quid hoc fieret, quia nullum consilij sui
mediatorem, aut executorem posuerant.

*Quare Ionathas dedit signum sagittarum, cùm posset loqui
cum Dauid. Quæstio XXXV.*

C QVAERET aliquis, cum Ionathas posset hic lo
qui cum Dauid, & locutus fuerit, quare ꝑsup-
posuit signum de sagittarũ missione. Aliqui r̃ndent,
ꝙ hoc fecit, quia putauit, ꝙ forte non haberet op-
portunitatem ad loquendum cum Dauid, vt si veni
rent cũ eo alij viri, & per hoc posset intelligere Da-
uid quid facere debebat. Sed hoc non stat, quia Io-
nathas disposuerat à principio, qñ iniuit fœdus cũ
Dauid, venire solus in agrum cum puero paruulo,
vt patet supra in litera, cum dixit, ꝙ lateret Dauid
apud lapidem Ezel, & ipse iaciens tres sagittas apud
illum mitteret puerum pro eis, ergo solum puerũ
secum ducere destinauerat, & non ponebatur istud
signum ꝑꝑ venientes cum eo. Sed, sicut supra de-
D claratum est, fuit positum ꝑꝑ superuenientes, si for-
te Ionatha veniẽte ad locum latibuli Dauid, supue
nirent aliqui, qui impedirent Ionatham loqui Da-
uid: tunc enim per sagittas sufficienter cognoscere-
tur, quòd volebat Ionathas indicare Dauid: istud ta-
men à principio stabat rationabiliter, s. quando Io-
nathas, & Dauid erant simul antequam lateret Da-
uid: quia tunc nesciebat Ionathas, an aliquis super-
ueniret, qui impediret locutionem eorum: nunc ta
mẽ dato casu nullus erat in agro, qui impedire pos-
set locutionem eorum, nisi puer paruulus: illum au
tẽ remittere poterat Ionathas in vrbem, sicut post
sagittarum missionem remisit: & sic non videbatur
necessarium signum de missione sagittarum, sed ꝙ
E solum Ionathas loqueretur Dauid. Respõdendum Propter
est, quòd non erat nunc tam necessaria obseruatio duo fuit
huius signi, sicut à principio existimabatur quando obseruatũ
signum positum fuit. Fuit tamen obseruatum pro- signum
pter duo. Primo propter puerum, ne aliquid intelli- sagittarũ
geret: nam cum Ionathas egressus fuisset in agrum
ferens sagittas, & arcum ad se exercitandum: & po-
stea nullo exercitio habito, remitteret puerum cum
sagittis ad vrbem manifestatam, faciebat præsum-
ptionem, ideo iecit duas, vel tres sagittas. Secundò
fecit hoc ꝑꝑ Dauid, & istud fuit præcipuum: nam
Ionathas pepigerat cum Dauid indicare ei intentio-
nẽ patris sui per illum modum: Dauid autẽ adhuc
timebat, an Ionathas vellet fauere Sauli, & tradere

ipſum in manus illius: vt ergo Ionathas indicaret ſe F
per omnia obſeruare pactum, & auferret cauſam ti-
mendi Dauid, ſeruauit ſignum poſitũ de miſſione ſa-
gittarũ: & qa, hoc facto, habuit opportunitatẽ loquẽ-
di cũ Dauid, remiſit puerum ad vrbem, & collocuti
ſunt ambo. *Dedit igitur Ionathas arma ſua puero.* ſ. arcum,
& ſagittas: nulla. n. alia arma ſecum tulerat, ne ſuſpi
candi occaſionem de ſe daret, vt ſupra declaratum
eſt. *Et dixit ei: vade, & defer in ciuitatem.* Finxit enim Iona
thas, ꝙ ipſe manere vellet in agro ad purgãdũ aluũ,
vel aliquid alterum: puerũ autem iuſſit præcedere,
& ire ad vrbem. ſ. non dixit ei: expecta me in tali, vel
tali loco, ne forte puer moraretũ per iter: videretque
colloquentes Dauid, & Ionatham, ſed iuſſit, ꝙ iret
in vrbem. *Cumque abijſſet puer.* ſ. cum iam receſſiſſet lon G
ge à loco, in quo erat Dauid, ita vt non poſſet vide-
re Dauid, & Ionatham colloquentes. *Surrexit Dauid.*
ſcilicet de latibulo ſuo: Dauid enim ſtans apud lapi-
dem Ezel forte in aliqua cauerna illius audiebat qd
loqueretur Ionathas ad puerum ſuũ, quia ſagittæ ia
ciebantur iuxta lapidem Ezel, vt patet ſupra: audiuit
ergo, quando dictum eſt, ſagitta vltra te eſt: & quan
do iuſſum eſt puero, quòd iret in vrbem. Cum ergo
credidit eum procul euntem, ſurrexit ad loquendũ
Ionathæ. *De loco, qui vergebat ad Auſtrum.* i. de quodã
loco, qui erat ad partẽ Meridianam. Iſte locus erat
latibulum iuxta lapidem Ezel, & apud illum Iona-
thas ſagittas iaciebat: ſed erat Ionathas ex parte Se-
ptentrionali lapidis: quia ciuitas Gabaa, de qua egreſ H
ſus erat, erat Septentrionalis illi lapidi, Dauid autẽ
latebat ad partem Meridianam illius lapidis, ne vi-
deri poſſet à puero colligente ſagittas Ionathæ: ipſe
quoque Ionathas cum ſagittas iecit, noluit mittere
vltra lapidem Ezel, ne puer tranſiens pro ſagittis vi
deret latentem Dauid. *Et cadens pronus in terram adora-
uit tertio.* i. Dauid, quando ſurrexit de loco ſuo ad lo-
quendum Ionathę, ter cęcidit in terram, vt adora-
ret Ionatham antequam accederet ad eum. Accipi-
tur hic, cadere, impropriè: eſt enim cadere paſſio,
& non actio, & prouenit ex impotentia, ſcilicet,
cum quis non potens ſe tenere corruit. Dauid ta-

Dauid ꝑpter duo maxime honorauit Ionatham. Primo. Secundo.

men non corruebat ex impotentia, ſed humiliabat
ſe vſque ad terram ex reuerentia. Ter autem Da- I
uid adorauit Ionatham ad ſignandam magnam re-
uerentiam: ſic enim regibus, & magnis viris in qui-
buſdam cęremonijs fieri cõſueuit, ſ. vt bis, vel ter in-
clinemur antequam ad eos accedamus: Ponitur au
tem hic adoratio largè, ſ. pro ſola reuerentia: nã nõ
tribuebat Dauid adorationem, quæ eſt latria, alicui
niſi Deo. Voluit autem Dauid nimis reuereri Iona-
thæ propter duo. Primò, quia erat filius regis, & ob
hoc erat dignus honore. Secundò propter eminen-
tem virtutem dignationis, & amicitiæ erga eum, cũ
dignaretur Ionathas tanta facere pro Dauid. *Et oſcu
lantes ſe fleuerũt pariter.* ſ. poſtq̃ ter humiliatus eſt Dauid
coram Ionatha, ſurrexit, & oſculati ſunt ambo. Di-
ligebant enim ſe nimis: nam Ionathas dilexerat Da
uid ſicut animam ſuam, & conglutinata fuerat ani- K
mæ Dauid. Dauid quoque in immenſum dilexerat
Ionatham: nã præter amorem, qui eſt hominis ad
ſeipſum, nullus maior eſt, nec ęqualis amori matris
ad filium, vt probat Philoſophus 8. Ethic. Dauid ta-
men diligebat Ionatham tali amore, quali mater di-
ligit filium, vt patet infra 2. lib. cap. 1. ſ. Doleo ſuper
te, frater mi, Ionatha decore nimis, & amabilis ſuper
amorem mulierum: ſicut mater vnicum amat filiũ
ſuum, ita & ego te diligebam. Dicitur etiam ꝙ fleue
runt ambo: & hoc fuit propter receſſum ab inuicẽ.
Actus. n. amicitiæ eſt in cõuiuendo, vt patet 9. Ethi.
Iſte autem impeditur propter locorum diſtantiam,

F vt patet. 8. Ethi. Cum ergo totum bonum amicorũ
in hoc ſit, neceſſe eſt, ꝙ recedentibus eis ab inuicem
magna triſtitia cauſetur, & fletus, nec ſolum eſt hoc
in amicis, ſed etiam in quocunque amante: nam,
vt ait Philoſophus 9. Ethi. ad hoc, ꝙ aliquis amator
formæ apprehenſæ ſit, duo requiruntur, ſ. ꝙ in præ-
ſentia eius delectetur, & ꝙ in abſentia eius ęgre fe-
rat: ſi verò ſolũ delectatur aliquis apprehẽſa forma
in præſentia, & in abſentia eius, nõ dolet adhuc ama
tor non eſt. Experimur autem hoc in vehementibꝰ
amatoribus, qui ẽt valde parui tp̄is abſentiã ab ama-
to nimis moleſtam habent, Dauid tamẽ & Ionathas
diligebãt ſe gradu exceſſiuo: nunc aũt receſſuri erãt
ab inuicem per magnum tempus dubitãtes, ſi occur
G reret eis vnquam ꝙ ſe viderent: ideo neceſſe erat, ꝙ
nimis flerent. *Dauid autem amplius.* i. magis fleuit Da-
uid, quàm Ionathas, eo ꝙ pro pluribus flebat: nã nõ
ſolum ab amico recedere cogebatur, ſed ẽt natalẽ
patriam, & charam progeniem deſerebat. Amplius
aũt formidabat mala, quæ incurſurus eſſet cũ exul,
& peregrinus vagari cogeretur: Ionathas autem ꝑ
ſe ſolũ flebat amici receſſum: pro Dauid aũt cunctas
eius calamitates, quia tñ Ionathas debuit habere lo-
cum conſolãtis, non decuit eum ita largiter flere, ſi-
cut Dauid. *Dixit autem Ionathas ad Dauid: vade in pace,*
ideſt, pax ſit tecum, quocunque ieris. *Quæcunque iura-
uimus ambo in nomine Domini.* Hic eſt ſententia decurta-
ta, ſ. quæcunque iurauimus ego, & tu componendo
H pactum, maneant firma, ſcilicet, quanquam multæ
aduerſitates mihi, aut tibi eueniant: amicitia, & ob-
ſeruatio pacti ſemper maneant inter nos. Dicitur au
tem, ꝙ iurauerunt in nomine Dñi. ſ. ꝙ inuocauerũt
Deum ad confirmationem eorum, quæ faciebant,
& hoc quando pactum poſuerũt inter ſe. Nec intel-
ligitur hoc de fędere, quod inierunt à princio Iona-
thas, & Dauid, de quo ſupra cap. 18. ſed de fędere, qđ
inierunt inſtante receſſu Dauid, vt patet ſupra in li-
tera. *Dicentes: Dominus ſit inter me, et te, & inter ſemen meũ,
& ſemen tuum,* ideſt iſta verba diximus, quãdo fecimus
pactum: nam Ionathas pepigit indicare Dauid vo-
luntatem patris: in quo ei faciebat miſericordiam.
Petiuit autem ab eo, dicens: ſi vixero, facias mihi mi
I ſericordiã Domini: ſi verò mortuus fuero, non au-
feres miſericordiam tuam à domo mea in ſempiter
num, vt patet ſupra. Repetiuit autem poſtea verba
pacti huius Ionathas, dicens: de verbo autem, quod
locuti ſumus ego, & tu, ſit Dominus inter me, & te,
vſque in ſempiternum: & ſit iſtud pactum non ſo-
lum viuente Ionatha, ſed etiam viuẽtibus filijs eius.
Vſque in ſempiternum, ideſt, & maneat iſtud pactũ vſq;
in ęternum. q. d. non datur ad certum tempus, nec
pro certa cauſa, ſed quandiu nos manſerimus, & ſe-
men noſtrum, non obſtante, quòd multę tranſmu
tationes fiant, ſemper maneat iſtud pactũ. Dixit au-
tem Ionathas: Dominus ſit inter me, & te, ideſt, Do
minus ſit teſtis inter me, & te, q. d. nullus alius eſt prę
ſens huic ſermoni, nec fuit præſens in poſitione fœ
K deris, ſed Deus ſolus. Vel dicitur: Deus ſit inter me,
& te, ſcilicet punitor, vel præmiator: punitor qui-
dem ſiquis noſtrum fœdus violauerit: præmiator
verò, ſi illęſum manſerit. Vel dicitur: Deus ſit in-
ter me, & te, ideſt ipſe faciat nos cuſtodire iſtud pa-
ctum. *Et ſurrexit, & abijt,* ſcilicet, Dauid ſurrexit de lo
co, in quo loquebantur ipſe, & Ionathas, & receſſit
vadens quocunque eum voluntas ducebat. *Sed & Io-
nathas ingreſſus eſt ciuitatem*, ideſt etiam Ionathas poſt
diſceſſum Dauid, receſſit de lapide Ezel, vbi ambo
collocuti fuerant, & venit in ciuitatem, ſcilicet
de qua egreſſus fuerat: erat enim iſta ciuitas Gabaa,
in qua morabatur Saul, & iuit Ionathas filius eius
cum

cum eo. Post hoc autem nunquam vidit Ionathas Dauid quousque fuit in deserto Ziph, vt patet infra 23. cap.

CAPITVLVM XXI.

VENIT Dauid in Nobe ad Achimelech Sacerdotem. Et obstupuit Achimelech, eo ꝙ venisset Dauid: & dixit ei. Quare tu solus, & nullus est tecum? Et ait Dauid ad Achimelech Sacerdotem: Rex præcepit mihi sermonem.

IN præcedentibus dictum est qualiter Saul persecutus est Dauid cum ipso manendo, hic autem dicitur qualiter persecutus fuit eum de terra sua eum excludendo. Dicit autem Nicolaus, ꝙ Saul bãniuit de regno suo, iubẽdo, ne quis eum acciperet, aut daret ei quicquam: & ob hoc occidit Sacerdotes vrbis Nobe, quia receperant eum, vt patet sequenti c. nõ tamen peruenerat bãnitio ista ad Achimelech, ideo suscepit eum. Sed non videtur, ꝙ Saul eum bannierit: nam cum locutus est contra Achimelech, non allegauit, ꝙ exulem receperat, sed dixit: Quare coniurastis aduersum me tu, & filius Isai, & dedisti ei panes, & gladium? sequenti cap. Si tamen bannitus fuisset, hoc potuisset Saul verisimilius allegare. Etiã non videtur, ꝙ Saul adhuc banniuisset eum, qa istud factum est fortè vno, vel duobus diebus postquam Saul quęsiuit Dauid: non est ergo verisimile, ꝙ immediate eum banniret quousque sciret, an posset eum reperire in vrbe ad occidendum: postea autem posset eum bannire. Sed solum dicendũ est, ꝙ Saul conatus est inuenire Dauid ad occidendum eum, & quotidie inquirebat pro illo: nullusque ei renunciabat aliquid de eo: quousque quadam die locutus est Saul ad seruos suos, dicẽs: Oẽs coniurastis aduersum me, & non est, qui mihi renunciet, maximè cum & filius meus fœdus inierit cum filio Isai: sequenti c. Hic autem ponitur principium fugæ Dauid: & persecutionis eius per diuersa loca. Circa quod primo describitur ab Achimelech Dauid collatum beneficium. Secundò propter hoc Achimelech irrogatũ supplicium sequenti cap. Prima in duas, quia primò ponitur ipsius Dauid curialis receptio. Secundò periculi imminentis euasio, ibi. *Surrexit itaque Dauid.*

An hæc cum superioribus rectè sint connexa. Quæst. I.

CIRCA primum quæritur, an hic sit cõsequẽs ordo ad præcedentia, vel sit aliquid immutatũ: & dato, ꝙ sit rectus ordo, an ea quæ habentur hic, fuerint immediatè facta post ea, quæ habentur præcedenti c. Ad primum dicendum est, quòd hic est cõsequens ordo, quia supra agebatur de persecutione Dauid inflicta à Saule, dum adhuc maneret in curia eius. Hic autem agitur de persecutionibus Dauid postquam recessit de curia Saulis. Ad secundum dicendum, ꝙ inter ea, quæ habentur præcedenti c. & hic, non intercidit aliquod tempus, sed immediatè facta sunt post illa. Nam in fine præcedẽti c. dicitur, quomodo Ionathas, & Dauid abinuicẽ recesserunt, hic autem dicitur de loco, ad quem Dauid recedẽs à Ionatha venit, ideo non fuit tempus aliquod medium. *Venit autem Dauid in Nobe.* Aliqua loca media erant inter vrbem Gabaa, de qua recedebat Dauid, & inter vrbem Nobe, ad quam nũc iuit, sed non dicitur de illis locis, quòd iuerit ad ea Dauid: quia fortè non audebat accedere ad illa, ne cognosceretur via eius. In Nobe autem venit, quia erat ibi Sacerdos magnus Achimelech, ad quem declinauit necessitate famis: de quo etiam credidit, quòd non indicaret viam eius Sauli. Sciendum autem, ꝙ Nobe erat ciuitas trans Iordanem ad Orientalem partem eius in dimidia tribu Manasse. Ista ciuitas quondam vocabatur Canath, antequam venirẽt Israelitæ in terram Chanaam: tunc autem quidam de Israelitis nomine Nobe apprehendit eam cum vinculis suis, vocauitque eam ex nomine suo Nobe, vt patet: Num. cap. 32. erat autem Nobe ciuitas Sacerdotum, scilicet, quia in ea soli Sacerdotes habitabant cum familijs suis: sic enim vocatur sequenti cap. scilicet: Nobe autem ciuitatem Sacerdotũ percussit in ore gladij: erat autem in hac ciuitate tabernaculum Domini eo tempore, quo venit illùc Dauid, vt patet infra in litera, cùm dicatur, quòd ibi erãt panes propositionis, & Ephod: & ꝙ erat ibi Doeg Idumæus in tabernaculo Domini. Fuit aũt ibi tabernaculũ ex eo tempore, quo mortuus est Heli sacerdos, & fuit trãslatum de Silo, mãsitq; ibi vsquequo parũ post hoc Saul occidit omnes, qui erant in vrbe tam viros, q̃ mulieres in ore gladij, vt sequenti cap. & tunc trãslatum est in Gabaon, sicut declaratum fuit supra cap. 7. Fuit tamen hic tabernaculum sine arca fęderis, qa ex eo tempore, quo Philisthini cęperunt eam in bello, nunquam redijt in tabernaculum vsquequo Salomon ædificauit templum, & posuit ibi arcam, & omnia vtensilia sanctuarij, vt patet 2. Paralip. cap. 1. toto autem tempore, quo tabernaculum fuit in Nobe, arca fęderis fuit in colle Cariathiarim in domo Abinadab, de quo latè declaratum est supra capit. 7. *Ad Achimelech Sacerdotem*, idest Sacerdotem magnũ. vocatur enim Sacerdos, per excellentiam: sic enim sæpe vocatur Aaron, vt patet Leui. c. 1. & in multis locis. Iste Achimelech erat filius Achitob nepos Icaboth filij Phinees filij Heli, qui ministrauerat in Silo, vt declaratum est supra cap. 14. de quo magis sequẽti cap. dicetur. Hunc autem dicit Nico. fuisse Achiã Sacerdotem, de quo habetur cap. 14. Sed non ꝯstat, necesse est tamen dicere, ꝙ fuerit ipsemet, vel frater eius: quia Achimelech vocatur filius Achitob sequenti capit. Achias quoque vocatur filius Achitob, supra capitulo decimoquarto.

Nobe ciuitas sic nominata Sacerdotum.

Quare Dauid non est reuersus ad Samuelem. Quæst. II.

QVAERET aliquis, quare non iuit nunc Dauid, ad Samuelem, sicut iuit cum iterum voluit occidere eum Saul, de quo supra 19. cap. Et videtur rõnabile, ꝙ illùc iret, qa Dauid nunc indigebat, vt aliquis pro eo consuleret Dñm, sicut infra fecit, ꝙ consuleret pro eo Achimelech: Samuel autẽ poterat consulere Dñm pro Dauid sicut consuluit iterum, vt patet supra cap. 19. ex declaratis ibi. Aliquis rñdebit, ꝙ non iuit Dauid ad Samuelem, qa forte iã non viuebat. Sed falsum est, qa post hoc aliquãto tpe vixit: nam de morte eius agitur infra 25. cap. Sed dicendum est, ꝙ non iuit Dauid ad Samuelem, quia non opus erat, ꝙ iret ad ipsum, nisi vt cõsuleret Dominum pro eo, cum esset propheta: hoc tamen facere poterat Abimelech Sacerdos, ad quem nunc iuit: nã ipse pro eo Dñm cõsuluit, vt patet ĩ in litera. Etiã nõ expediebat, vt nũc Dauid iret ad Samuelẽ, qa iterũ iuerat ad Samuelem, & inuenerũt eũ ibi nũcij Saulis, sup. c. 19. Nũc aũt verisimile est, ꝙ Saul immediatè illùc mitteret ꝯsulẽs, an ibi eẽt, qa putaret,

quòd ibi eſſet ſicut prius. Et ſi dicas, quòd dato, quòd
illùc iuiſſet, ſaluaretur ibi, quia Deus faceret mi-
raculum pro eo ſicut prius, faciendo prophetare
nuncios Saulis: non ſtat, quia ſi illuc iuiſſet Dauid
ſub hac ſpe, eſſet tentare Deum, cum poſſet ire ad a-
lium locum, in quo ſine miraculo ſaluaretur. Item
quando Dauid iuit ad Samuelem nondum delibe-
rauerat, an manere deberet ĩ terra Iſrael, vel fugere
in terram aliam: nunc autem iam diffinierat recede
re totaliter à Saule, quia completa erat malicia eius,
vt patet præceden capit. ideo non oportebat, quòd
veniret ad Samuelem ad conſulendum Dominũ,
pro hoc, ſed ſatis erat, quòd iret ad quæcunque lo-
ca, vbi putaret poſſe ſe euadere.

Quare Dauid iuit ad Achimelech. *Quæſtio III.*

QVAERET aliquis, quare Dauid venit ad Sa-
cerdotem Achimelech. Reſponderi poſſet,
quod quando Dauid receſſit à Ionatha, habuit intẽ-
tionem veniendi in terram Philiſthinorum, & for-
tè Ciuitas Nobe erat in itinere, ideo venit per illam.
Si verò fuiſſet ibi, & declinaturus eſſet ad aliquem,
credidit vtilius ſibi eſſe declinare ad Achimelech,
quia magis ſibi poterat ille prouidere, tam in cibis,
quàm in armis. Vel poteſt dici, quòd fortè Dauid
declinauit ex intentione ad vrbem Nobe, vt veniret
ad Achimelech, quia volebat conſulere Dominum
de via ſua, an proſpera eſſet, & ille cùm eſſet ſacer-
dos magnus conſulere poterat pro eo. Quomodo-
cunque autem dicatur, intelligendum eſt, quòd Da-
uid voluit magis declinare ad Achimelech, quàm
ad aliquem alium, quia cognoſcebat eum alias, &
fortè erat amicus illius, ideo credidit, quod ille ma-
gis poſſet, & vellet eius neceſſitati prouidere. Appa-
ret autem hoc ex opere ſecuto, quia panem, quem
ſoli Sacerdotes comedebãt, ei dedit, inſuper gladiũ,
qui erat in tabernaculo Domini, conſuluitque pro
eo Deum: ita, vt nihil magis pro eo facere potuiſſet.
Fortè autem contraxerant iſtam amicitiam Dauid,
& Achimelech, quando venit Dauid in tabernacu-
lum Domini portans gladium Goliath, & reliquit
eum ibi: de quo infra in litera. Vel fortè hoc fuit, qa
interdum Achimelech, qui erat ſummus Sacerdos,
erat in curia regis Saulis, & loquebatur cum eo Da-
uid: ſicut quando fuit Saul in bello contra Philiſthi-
nos: iuit. n. illùc arca Domini, & Sacerdos Achias, vt
patet ſupra ca. 14. *Et obſtupuit Achimelech, eo quod veniſ-*
ſet Dauid. Non obſtupuit, eo ꝙ veniſſet Dauid ad eũ,
ſed obſtupuit, quia ſolus venit ad eũ: quod patet ex
verbis ei⁹ immediatè, ſ. Quare tu ſolus venis, & nul-
lus eſt tecum. Obſtupuit etiam Achimelech de ſubi-
taneo aduentu Dauid, quia cum eſſet gener regis, &
vir honorabilis in toto Iſrael, debuiſſet præmittere
aliquos nuncios de aduentu ſuo: ſic enim fuit de Sa-
muele, quando venit in Bethlehem. Admirati enim
fuerunt ſenes ciuitatis, quia viderunt eum ex impro-
uiſo venientem, & incomitatum, ita vt dicerent: Pa-
cificus ne eſt ingreſſus tuus? ſup. c. 16. *Et dixit ei: Quare*
tu ſolus venis, & nullus eſt tecum? Iſta eſt præcipua cauſa
admirationis Achimelech, ſcilicet, quia vir honora
bilis valde, & gener regis ſicut erat Dauid, non debe
bat venire incomitatus. Hebrei, vt communiter di
cunt, ꝙ Dauid ſolus veniebat, quia non ſolum dixit
litera: Quare tu ſolus venis, ſed etiã dixit: nullus eſt
tecum, quod ſignificat omnimodam ſolitudinem.
Sed qa infra dicitur de pueris, ꝙ petiuit panem pro
ſe, & pueris, dicunt, ꝙ Dauid mentitus fuit hic, quia
non habebat ſecum aliquos pueros, ſed dixit hoc ad

Achimelech miratus eſt de ſubito aduentu Dauid.

F colorandum factum ſuum In litera chaldaica habe
tur, ꝙ pueri Dauid receſſerant in locum abſcondi-
tum, ideo apparebbat ſolus. Sed dicendum eſt, ꝙ Da
uid non iuit ſolus ad vrbem Nobe, quia ibant cum
eo aliqui pueri: ſic apparet Matth. cap. 12. cum dici-
tur: Non legiſtis quid fecit Dauid quando eſurijt, &
qui cum eo erant, & quomodo intrauit in domum
Dei, & comedit panes propoſitionis, quod non lice
bat ei edere nec his, qui cum eo erant: ergo aliqui e-
rant cum illo. Nicolaus tamẽ dicit, ꝙ hic dicitur ire
ſolus, & nullus cum eo, quia q̃q̃ aliqui eſſent in co-
mitiua eius reſpectiuè, tamen in comparatione ad il
los, qui ſoliti erant cum eo ire, nulli videbantur ire:
ſic dicitur cõmuniter: nullus eſt in foro, quãdo ſunt
G ibi pauci, reſpectu alterius temporis, quamuis nunc
multi ſint. Sed iſta applicatio non multũ conuenit,
quia iſta duo ſignant omnimodã ſolitudinem. ſ. ſol⁹
es, & nullus eſt tecũ. Dicẽdũ ergo, ꝙ Dauid venit ſo
lus in vrbẽ Nobe, ita ꝙ nullus vir erat cũ eo. Et cum
dr̃ Mat. c. 12 ꝙ erant aliqui cũ eo, qui comederũt de
panibus propoſitionis. Dicendũ, ꝙ iſti non introie-
runt in vrbe cũ Dauid, ſed erant in aliquo loco ab-
ſconditi, & hoc ne cognoſceretur fuga Dauid. Cõ-
ſueuerat n. Dauid ambulare cũ multis viris, quia e-
rat gener regis, & princeps mille virorum ſupr. c. 18.
Nũc aũt ſi haberet ſecũ viros, ẽt ſi vellet ſe occulta-
re, cognoſcereĩ & nunciaretur Sauli. Credendũ eſt
ergo, ꝙ ipſe ſolus introiuit in vrbem, & mutauerit
H faciẽ ſuã, ne cognoſceretur, vel obtexit eam, ita vt
nemo ad eũ reſpiceret: & q̃q̃ aliqui viderent illum,
non putarent eſſe Dauid, cũ ſolus eſſet: & hoc tenet
litera chaldaica. Apparet etiam ex textu, quia dixit
Dauid ad Achimelech. Pueris condixi in illũ, & in
illum locum: ergo non habebat ſecum pueros, quia
dato, ꝙ in cæteris mentiretur, in quibus occultum
erat: tamen in eo, quod erat manifeſtum, non men-
tiretur: & ſic ſtat literat. *Et ait Dauid ad Achimelech ſa-*
cerdotem. Nolebat Dauid, ꝙ Achimelech cognoſce-
ret fugam eius à Saule, quia tũc fortè timeret ei da-
re panes, & gladium, & conſulere Dominum pro il-
lo, cum videretur hoſtis regis: volebat tamen Dauid
ꝙ prouideret ei in his omnibus, ideo mentitus eſt il
I li. *Rex præcepit mihi ſermonem.* i. præcepit quandam rẽ
ſecretam, & voluit ꝙ irem ſolus, & nemo ſciret an
ad aliquid miſſus eſſem. Hoc. n. q̃q̃ mendaciũ eſſet,
erat tñ veriſimile, quia tempore præterito conſue-
uerat Dauid eſſe in magna familiaritate regis, & mit
tebat cũ rex ad omnia, quæ expedire debebat, vt pa-
tet ſupra cap. 18. ſcilicet: egrediebatur quoque Da-
uid ad omnia, quęcunquæ miſiſſet eum Saul, & pru
denter ſe agebat. Hoc autem cognouerant omnes
Iſraelitæ, ideo nunc ſatis præſumere poterat Achi-
melech, quòd mitteretur Dauid à rege. *Et dixit: ne-*
mo ſciat rem, propter quam à me miſſus es. ideſt, iuſſit, quòd
eſſet nimis ſecreta legatio mea, & quia ſi multi me-
cum irent, cognoſceretur, quò ego irem: tam ab il-
K lis, qui mecum eſſent, quàm ab illis, per quos tran-
ſirem: iõ nõ decuit, vt portarẽ mecũ copiam ſeruo
rum, ſed ſolus veni. *Et cuiuſmodi præcepta tibi dederim.*
ideſt nemo ſciat quid eſt, quod ego mando tibi. Vo-
lebat ergo iſtud eſſe ita ſecretum, ſcilicet, quòd non
ſolum neſciretur quid erat illud, ad quid miſſus e-
rat Dauid, ſed etiam neſciretur, an ad aliquid miſ-
ſus eſſet Dauid. Hoc autem habebatur, cum nullus
iret cum eo. *Nam & pueris condixi.* ideſt, cum pueris
compoſui. *In illum, & illum locum.* ideſt, quòd irent
in talem, & talem locum, & ibi ſeruarent aduẽtum
meum. Condicere enim eſt componere, vel conue-
nire: ſic n. patet Gen. c. 18. ſ. Iuxta condictũ reuertar
hoc eodem tp̄e ad te, vita committe. i. ego reuer-
ter

Nicolaus refellitur.

tarad te iuxta conuentionem, vel compositionem, quam feci tecũ. Est autem sensus, quòd Dauid volens secretissimè procurare negotium regis, noluit quòd pueri irent cum eo, ne ipse cognosceretur ꝓpter eos, sed quòd expectarent eum in tali, vel tali loco, in quo non posset cognosci per illos: vel si cognosceretur, nihil noceret cognitio. Sciendũ autẽ, quòd cum in alijs Dauid mentitus fuerit, in hoc tamen verum dixit, scilicet, quòd condixerat pueris, vt venirent in talem, vel talem locum: nam ipse nõ duxit eos secum in vrbem.

An Dauid peccauerit hic mentiendo Achimelech. Quæstio IIII.

QVAERET aliquis, an Dauid peccauerit. Respondẽdum est, quòd si posset hic excusari mẽdacium Dauid, scilicet quòd vera essent hæc, quæ dicta sunt per eum, posset excusari à peccato, sed non potest excusari à mendacio, quia rex non dixerat ei, quòd iret ad aliquem locum, sicut ipse hic dixit: nec etiam commendauerat ei aliquam rem secretã: ideo necesse est, quòd peccauerit. Sed dubium est, an peccauerit mortaliter, vel venialiter: si enim nullã causam mentiendi habuit satis, videtur peccatum mortale. Est tamen peccatum veniale, quia fuit officiosum mendacium, scilicet, quia fuit ad conseruationem vitæ, quanquam aliquis dicet, quòd non videbatur hic aliqua necessitas mentiendi, sed solum propter verecundiam excusandam mentitus est hic Dauid, scilicet, ne diceret se esse profugum à facie Saulis, sed dicendum, quòd habuit hic Dauid necessitatem mentiendi ad conseruandam vitã: fuit autẽ ista necessitas famis: nam Christus dicit Mat. c. 12. ꝙ non peccauit Dauid, & qui cum eo erant comedendo de panibus propositionis, quanquam aliàs non liceret eis: innuens, quod erat ibi necessitas famis, sed si non mentitus fuisset Dauid dicens se missum à rege Achimelech, nollet ei dare panem, putans, quòd ex hoc incurreret iram regis fauens hostibus illius: ideo vidit Dauid necessitatem sibi esse mentiẽdi: potissimè, quia si confiteretur Dauid, quod fugiebat à facie Saulis, fortè Achimelech, vt faueret Sauli, cõprehenderet eum, vt duceret ad Saulem, per quod incurreret in mortem, ergo necessarium videbatur mendacium pro defensione vitæ. Adhuc autẽ potissima causa, quare mentitus fuit Dauid Achimelech, videtur fuisse, quia erat ibi Doeg Idumæus: nam iste erat nimis familiaris Saulis, & sciebat Dauid eũ ibi esse, sciebat quoque, ꝙ si confiteretur se fugere à facie Saulis, ipse conaretur immutare Achimelech ad tenendum Dauid: cognoscebat enim, quòd ille aduersaturus erat ei. Sic patet sequenti cap. scilicet. Et ait Dauid ad Abiathar: Sciebã in die illa, ꝙ cum ibi esset Doeg Idumæus proculdubio annunciaret Sauli. Cauit ergo Dauid aliquid indicare de via sua.

Non erubuit Dauid mentiendo Achimelech, quia credidit se nõ esse defendendum. Quæst. V.

QVAERET aliquis quomodo Dauid non erubuit mentiri Sacerdoti Achimelech, quia ipse consulturus erat pro eo Dominum, & posset scire viam eius, in quo Dauid confunderetur nimis. Respondendum est, ꝙ Dauid credidit, ꝙ non poterat Achimelech scire viam illius quousque aliquis ei indicaret, ideo non erubuit mentiri, sciens se non esse deprehendendum. Sed tunc dicetur, cum Achimelech consuleret Dominum pro Dauid, scire posset viam illius, & an mentiretur. Respondendum est

A ꝙ per consultationẽ Dei nõ poterat hoc scire. accidit.n. idẽ ꝯsulentibus Dñm, & prophetis: habẽt.n ꝓphetæ reuelationẽ à Deo, ꝑ quã immutatur intellectus eorũ ad cognoscendũ ea, q̃ alij nõ cognoscunt: nihil tamen cognoscunt, postq̃ desinit illa actualis reuelatio, sed sunt sicut cæteri homines interdum rudes, & ignorantes. Consulentibus aũt Deum accidit idem, s. quia nõ possunt aliud scire, nisi id, de quo Dominum consulunt. Achimelech autem cõsulturus erat hic Dñm pro Dauid, & quia ipse interrogaturus erat, an Dñs prosperaret viam illius, vel non, aut aliquid simile, non responderet Deus ad aliud, nisi ad illud, & sic nesciret an mentiretur Dauid: nisi fortè postea specialiter consuleret Dominũ, an verum diceret Dauid. Hoc autem nõ erat facturus, nisi aliquid suspicaretur contra Dauid, nec fecit. Vñ mansit absconditum ipsi Achimelech, ꝙ mentitus fuerit Dauid vsquequo vocatus fuisset à Saule rñsurus pro Dauid: & cum dixisset ei Saul, quare coniurauerat cũ Dauid contra ipsum: rñdit Achimelech: num hodie cępi consulere pro eo Dñm? absit hoc à me, ne suspicetur Rex aduersum seruum suum rem huiuscemodi in vniuersa domo patris mei: non.n. sciuit seruus tuus quicquam super hoc negocio, vel modicum, vel grande. ergo ignorauit Achimelech, an mentitus fuerit Dauid, & quanquam consuluerit Dominum, non intellexit hoc, quia Deus ad illud non respondit, sed solum, an esset iter Dauid ꝓsperum, vel non.

(B at "rum diceret Dauid"; C at "sperum, vel non.")

Quomodo pueri venerunt cum Dauid. Quæst. VI.

QVAERETVR vlterius, cum hic dicatur, ꝙ venerunt pueri cũ Dauid, & petiuit pro illis panes, quomodo cũ eo venire potuerunt: nam quando ipse recessit à Ionatha, solus erat, quod patet, quia quando iuit ad latendũ solus erat, & latuit apud lapidem Ezel, vt patet pcedenti cap. Deinde cũ venit Ionathas ad eũ solũ, ducebat secũ puerum paruulum, quem remisit ad vrbem, qñ loqui debuit cum Dauid, vnde tunc soli erant: qa dicitur præcedenti cap. Puer qd ageretur penitus ignorabat: tantũmodo.n. Ionathas, & Dauid rem nouerant: si tamen alij fuissent cum Dauid, qui postea cũ eo irent, illi nossent rem: ergo non erat ibi aliquis puer cum Dauid. Respondendum est, ꝙ quãdo Dauid recessit à Ionatha, solus erat: potuit tamẽ postea habere pueros antequam veniret ad Achimelech, quia tres dies transierant inter recessum à Ionatha, & aduentũ in Nobe ad Achimelech, vt patet infra in litera cum dixit Dauid: Equidem si de mulieribus agitur cõtinuimus nos ab heri, & nudiustertius, qñ egrediebamur: ergo tres dies erant, quibus recesserat Dauid à Ionatha, & in illis poterat habere Dauid pueros. Modus autem erat, *vt quidam volunt*, ꝙ Dauid prius dixisset aliquibus de pueris suis, ꝙ essent in certo loco ad fugiendum cum eo, & quanquam quando recessit à Ionatha non erant cum illo, tamen obseruauerunt eũ in loco, vbi dixerat. Sed hoc non stat, quia Dauid qñ latuit in agro, nesciebat, an fugiturus esset, sed voluit ibi latere quousque Ionathas indicaret ei sententiam patris sui, & ex illa pẽdebat an ipse maneret in Curia Saulis, vel fugeret de terra eius: ideo non est verisimile, ꝙ ipse iussisset aliquibus seruis suis esse in certo loco ad fugiendum, cum nondum quicquam de fuga deliberasset. Item pręcipue, quia etiam si deliberasset fugere, dum tamen manebat absconditus apud vrbem, in qua erat Saul, non reuelaret statum sum alicui, nisi Ionathæ, nõ cõfidens alijs, ne traderent eum in manus

Modus sm quosdam quõ Dauid habuit pueros.

Saulis: ideo non dixisset alicui, quod latebat, vel quòd expectaret eum in certo loco: præcipuè quia dato quòd voluisset Dauid hoc facere, non potuisset: nam antequam Dauid, & Ionathas colloquerentur, nesciebat Dauid an fugiturus esset, vel an latere deberet, sed postea ex consilio Ionathæ latuit apud lapidem Ezel, vt patet præcedēti c. sed postquā stetit cū Ionatha, non locutus fuit alicui de suis famulis, quia erant tunc Ionathas, & Dauid in agro: & Ionathas dixit, quod descenderet Dauid immediatè in locum, in quo latere debebat, & descendit, stetitque ibi quousque redijt Ionathas: ergo non potuit Dauid loqui alicui, quod expectaret eum in tali, vel tali loco. Sed dicendum est, quod Dauid potuit habere pueros in itinere dupliciter. Vno modo, quod Ionathas rediens in vrbem post recessum Dauid, diceret aliquibus de famulis Dauid, quod fugerat, ideo quod sequerentur eū ad talem, vel talem locum. Aliter autem poterat eos habere Dauid, s. quod fugiens à casu reperisset aliquos de famulis suis in itinere, vel aliquibus locis, ad quæ declinauerit, & illos secum tulerit. Aliquis autem dicet, quod isti pueri Dauid fuerūt cum eo à principio recessionis suæ, quia dicitur infra in litera: continuimus nos ab heri, & nudiustertius, quando egrediebamur: ergo significat se, & pueros simul egressos de loco, de quo veniebant. Hoc tamen non stat, quia sicut Dauid in cæteris mentiebatur Sacerdoti Achimelech, ne cognosceretur fuga eius, ita finxit pueros secum egressos, alioquin videretur delirare, in dictis suis: non tamen potuerunt simul egredi cum eo, quia nullus erat cum illo, quando recessit à Ionatha, vt patet ex dictis. Habuit tamen pueros in itinere aliquo de duobus modis prædictis. *Nunc ergo si quid habes ad manum.* i. si quid habes præsto ad mihi dandum. *Vel quinque panes.* i. vel saltem quinque panes. q. d. si habes præsto aliquid ad cibum pro me, & pueris meis, da mihi, & si nihil aliud habes, saltem da mihi quinque panes. In hoc enim Dauid significabat, quod habebat secum pueros, quanquam non essent præsentes: alioquin non petiuisset quinque panes, & hos in defectum, quasi dicat, si plures alios potuisset dare, & alia cibaria recepisset Dauid: in defectum tamen volebat saltem quinque: isti tamen pueri, pro quibus illos volebat non erant tunc cum eo, sed extra vrbem expectabant ex causa supra assignata, & postea comederunt de his panibus, vt patet Mat. c. 12. *Aut quicquid inuenerit manus tua.* i. quicquid potueris mihi dare, quasi dicat: etiam si non potueris dare quinque panes, saltem da quodcunque inuenerit manus tua. Iste modus loquendi est frequentatus in veteri testamento, scilicet, quod qui non potest aliquid dare, dicitur, quod non inuenit illud manus eius. Sic patet Leui. c. 5. s. Sed si non quiuerit manus eius offerre duos turtures: & Leui. c. 12. Quòd si nō inuenerit manus eius nec potuerit offerre agnum. *Et respondens Sacerdos ad Dauid, ait ei.* Iste est sacerdos Achimelech, s. Sacerdos magnus, & vocatur per excellentiam sacerdos. *Non habeo panes laicos ad manum.* i. nō habeo in promptu panes Laicos ad dandū tibi. Vocantur panes Laici illi, de quibus Laicis comedere licebat: panes autē, quos nunc habebat Achimelech, erant sanctificati, ideo non licebat Laicis comedere de illis. Nico. dicit, quod apud Hebræos erant panes in triplici gradu: quidam erant panes propositionis, qui solis sacerdotibus liciti erant, alij erant panes oblationis, & illis vtebantur leuitæ, alij erant panes communes, quibus indifferenter vtebantur omnes Israelitæ: & isti vocantur panes Laici. De his nullos habebat nunc Achimelech, sed solum panes propositionis.

Alia opinio.

Alia opinio.

Opinio authoris.

Opinio Nico. quod apud Hebræos erāt triplices panes.

F

De distinctione panum sanctuarij, & quibus licebat comedere illos. Quæstio VII.

QVAERET aliquis circa istam distinctionē Nicolai de triplici pane, an sit vera. Respondendum est, quod non stat: nam verū est, quod erant panes propositionis pro solis Sacerdotibus, & panes cōmunes pro omnibus Israelitis: panes tamen oblationis nō erāt pro Leuitis, nec licebat eis comedere de illis. Pro quo considerandum est, quod panes offerebantur Sacerdotibus dupliciter, quidā offerebantur extra sanctuarium, scilicet panes primitiarum. Alij autem offerebantur in sanctuario, scilicet panes libamentorū, vel sacrificiorum. De primis panibus habetur Numero cap. 15. vbi iubetur, quòd Israelitæ offerrent

G

primitias ciborum suorum Domino de pulmentis, scilicet de cibis paratis pro se, & istud intelligebatur de panibus, scilicet quandocunque aliquis Iudęus coquebat in domo sua panes, antequam ipse comederet quicquā de coctione illa, mittebat vnū, vel duos panes Sacerdotibus, qui erant in vrbe illa: & isti vocātur panes primitiarum, idest panes primi, scilicet, quia prius dabantur in oblationem, quàm de residuis quicquam comederent Laici. Isti tamen non offerebantur in Sanctuario, sed dabantur Sacerdotibus in Eleemosynam, vbicunque essent in vrbibus suis: & nō obseruabatur aliqua cęremonia oblationis in his panibus, scilicet, quia nō erant Azymi,

H

sed fermentati, sicut coquebant pro se Israelitæ, qui non obligabantur comedere Azyma, nisi in festo Azymorum: si tamen offerri deberent in Sanctuario ad hoc, quòd aliquid de illis cremaretur super altare in partē Domini, necesse erat, quòd essent Azymi: quia fermētum nunquam ponebatur in altari, vt patet Leui. c. 2. s. Omnis oblatio, quæ offert Dño, absque fermento fiet, nec quicquam fermenti, atque mellis adolebitur in sacrificio Domini: primitias tātum eorum offeretis, & munera, super altare verò non ponentur in odorem suauitatis. Si autem intelligatur, quòd de his panibus comederent Leuitę, verum est, quod licebat eis comedere de illis: sed etiam licebat Laicis, cùm de panibus fermentatis Laicorū

I

isti darentur, & nulla pars eorum cremaretur super altare vnde isti non differunt à panibus Laicis, nec intelligit Nicolaus de his, cū dicat, quod Leuitę comedebant de panibus, qui offerebantur in altari holocaustorum. Alij autem erant panes, qui offerebantur Sacerdotibus, & vocantur panes libamētorum, vel sacrificiorum, & isti offerebantur dupliciter. s. quidā in forma panis, s. quia erat pasta cocta in clibano, vel frixa in sartagine, alij offerebantur non in modum panis, sed in farina nondū commixta, sed conspersa oleo. Loquendo de panibus secundis. Dicendum quòd in sacrificio tam pacifico, quàm holocausto offerebantur libamenta, quæ erāt simila, vinum, & oleum, thus, & sal, & tria prima istorum ponebātur

K

sub certa quantitate in diuersis sacrificijs, de qua dātur regulę Num. c. 15. De simila isto modo accepta dicendum est, quod Sacerdotes tollebant pugillum, & cremabant super altare: reliquam autem similam reseruabant pro se vt patet Leui. cap. 2. & in alijs locis. De hac autem simila, quæ sic proueniebat Sacerdotibus, dicendum est, quòd non poterant comedere Leuitæ: nam etiam familia Sacerdotum non poterat vniuersaliter comedere de illa, sed solū masculi de genere Sacerdotum, vt patet Leui. c. 6. s. Hæc est lex libamentorum, quæ offerent filij Aaron. Et postea sequitur: reliquam autem partem simile comedet Aaron cum filijs suis absque fermēto. Et post pauca dicitur: mares tantū stirpis Aaron comedent illud

Confutatio Nic. quod non sit triplex panis.

Leuitis ... licebat ...

illud: ergo non licebat Leuitis comedere de hoc. A Alij autem panes erant, quos Iſraelitæ offerebant Domino fricos, vel coctos, & de iſtis etiam non licebat Leuitis comedere: offerebantur autem iſti panes aliquando per ſe, vt ſiquis pauper eſſet, & non haberet quid aliud, offerret de quo Leui. cap. 2. & 5. Aliqñ autem offerebantur cum ſacrificijs pacificis, vt patet Leui. ca. 7. ſ. Si pro gratiarum actione fuerit oblatio, offeret panes abſq; fermento conſperſos oleo, & lagana azyma vncta oleo. De omnibus autem his ſacerdos ſolum accipiebat vnũ panem de iure ſuo, vt patet eod. cap. ſed de omnibus his, quæ pertinebãt ad iura ſacerdotum, non poterant quicquam comedere Leuitę, quia non erant de familia ſacerdotum. Item apparet hoc, quia ſi Leuitis liceret comedere B panes, qui offerebantur in Altari holocauſtorum: aut hoc eſſet, quia pertinerent ad ius eorum, ſicut quædam pertinebant ad ius ſacerdotum: vel liceret eis ex conceſſione ſacerdotum volentium communicare eis de iuribus ſuis: non primo modo, quia ad iura Leuitarum nihil pertinebat, niſi decimæ, quæ ſolis eis dabantur; omnia autem, quæ offerebantur in ſanctuario ad ſacerdotes pertinebant, vt patet Num. cap. 18. vbi diſtinctè iura ſacerdotalia, & Leuitica deſcribuntur: & dicitur ad Aaron: Omnia, quæ ſanctificantur à filijs Iſrael, tibi tradidi, & filijs tuis p officio Sacerdotali. Et in fine eorundem iurium dicitur: Omnes primitias ſanctuarij, quas offerunt filij Iſrael, tibi dedi, & filijs, ac filiabus tuis. De Leuitis au- C tem poſtea dicitur: Legitimum ſempiternum erit in generationibus veſtris, nihil aliud poſſidebũt Leuitæ decimarũ oblatione contenti, quas in vſus eorum, & neceſſaria ſeparaui: ergo non licebat eis ex iure. Item non licebat Leuitis ex conceſſione ſacerdotum comedere de panibus ſanctificatis: nam nõ poterat ſacerdos contra legem dare de ſanctificatis alicui, cui lex vetaret: lex tamen ſolum conceſſit comedere de ſanctificatis ſacerdotibus, & filijs, & filiabus eorum, vt patet Leui. cap. 10. & Num. ca. 18. addidit etiam poſtea, quòd illi, qui erant de familia ſacerdotis, ſ. vernaculi, & empticij, comederent de illis: ſed de alijs nullus omnino. Vnde ſi filia ſacerdotis acciperet virum de alia Tribu, nõ poterat come- D dere de ſanctificatis, dum maneret cum viro ſuo: & etiam ſi mortuo viro, rediret ad domum paternam, cum liberis, vt patet Leui. ca. 22. & ibi concluditur: omnis alienigena comedendi ex eis non habeat poteſtatem. Et vocantur ibi alienigenæ omnes, qui nõ ſunt de ſtirpe ſacerdotũ: quia reſpectu eorũ etiam Leuitæ dicuntur alienigenæ, & extranei, vt patet Nume. cap. 3. ſ. Aaron, & filios eius conſtitues ſuper cultum ſacerdotij: externus, qui ad miniſtrandum acceſſerit, morietur. Manifeſtum eſt tamen ibi non ſolum populares, ſed etiam Leuitas vocari extraneos: quia ſi ipſi accederent ad miniſtrandum in ſacerdotio, morerentur, ſicut fuit in ſeditione Choræ Nume. cap. 16. Simile patet Nume. cap. 18. cum dici- E tur ad Aaron: Tu, & filij tui cuſtodite ſacerdotium veſtrum: omnia, quæ ad cultum Altaris pertinent, & intra velũ ſunt per Sacerdotes adminiſtrabũtur: ſiquis externus acceſſerit, morietur. Sed ibi extranei vocantur Leuitæ; quia ipſi nihil adminiſtrabant in Altari, & intra velum. Quòd etiam quandocunq; lex vocat aliquẽ alienigenam in materia ſacerdotum, intelligebatur de omnibus, qui non ſunt de ſtirpe ſacerdotum, patet Nume. cap. 16. ſ. Habeant filij Iſrael, quibus commoueantur: ne quis accedat alienigena, qui non eſt de ſemine Aaron ad offerendũ incenſum. Cùm ergo lex de comeſtione ſanctificatorum Leui. cap. 22. dicat, quòd licèt Sacerdotibus, & non licèt alicui alienigenæ, apparet, quòd etiam non liceat Leuitis, quia ipſi alienigenæ ſunt reſpectu Sacerdotum: non ergo ſtat diſtinctio Nicolai de triplici pane, &, quòd Leuitis liceret comedere de ſecundo genere panum, qui offerebantur in Altari: niſi fortè velis dicere, quòd Leuitæ comedebant de panibus oblatis, quando ipſi offerebant ſacrificia pacifica, vel cum inuitabantur ab illis, qui offerebant ea. Hoc enim verum eſt, ſed non eſt differentia aliqua in hoc, quãtum ad Leuitas, & laicos: quia cùm quis offerret hoſtiam pacificam pro gratiarum actione, offerre debebat ſimul multa genera panum coctorum, & frixorum, & omnes pertinebant ad ipſum offerentem, præter vnum, qui cedebat in ius ſacerdotis immolantis, vt patet Leui. ca. 7. Ideo ſi Leuita aliquando offerret oblationem pacificam poterat comedere de panibus oblatis. Eodem modo ſi inuitaretur ab aliquo offerente: nam licebat cuicunque offerenti hoſtiam pacificam inuitare quoſcũq; vellet ad comedendũ de partibus ſibi prouenientibus, dum tamen illi eſſent mundi: immo Deus hortabatur Iſraelitas, vt, quando facerẽt ſacrificia pacifica, inuitarent ad cibos Leuitas pupillos, & aduenas, & quoſcunq; pauperes, vt patet Deut. c. 12. & 14. & 16.

Quomodo licuit Dauid comedere panes propoſitionis. Quæſtio VIII.

QVAERET aliquis, cum iſti panes propoſitionis, quos dedit Achimelech Dauid, eſſent illiciti popularibus, cur eos dedit Achimelech Dauid, vel quæ neceſſitas eũ compulit. Reſpondetur communiter, quòd Dauid erat tunc in neceſſitate famis, ideo panis, qui aliàs erat ei illicit⁹, fuit ei nunc licitus. Sed contra hoc dicetur, quia neceſſitas famis non faciebat licitum Dauid, quòd comederet de ſanctificatis, ſi poterat illa neceſſitas ſuppleri per alios cibos: videtur tamen, quòd potuiſſet ſuppleri, quia Dauid erat tunc in vrbe Nobe, in qua non erat veriſimile, quòd non eſſet alius panis præter ſanctificatum: quia illa ciuitas erat magna: & certum eſt, quòd aliquis panis ibi eſſet, poterat tamẽ Achimelech illum inquirere, ne daret Dauid de cibis ſanctificatis. In hoc autem videtur multis eſſe difficile, quia, ſi dicamus, quòd in tota vrbe nullus erat panis, loquimur contra omnimodam ſimilitudinem: nam dato, quòd aliquando contingeret, ꝙ nullus eſſet panis coctus in tota vrbe, ſed tũc coquatur, nullus tamen hoc præſumit: ideo dato, ꝙ hoc eſſet, Achimelech non præſumeret nullum panem eſſe in vrbe, quouſq; totam vrbem inquireret: quã non inquiſiuit. Si autem dicas, quòd in vrbe erat panis, non videbitur quomodo propter neceſſitatem Achimelech dederit Dauid panes ſanctos. Quidam reſpondent, ꝙ in tota vrbe nullus panis erat tũc, & hoc ſciebat Achimelech: ideo nõ inquiſiuit, ſed dedit ei de panibus ſanctis, quos habebat. Hoc tenet Ra. Dauid Kimhi, & allegat rationem, ſ. quia tota Vrbs Nobe erat Sacerdotum, vt patet ſeq. cap. iſti autem viuebant de oblationibus, & nihil ipſi coquebant de panibus: nunc autem quando venit Dauid tranſierat hora prandij, & Sacerdotes comederunt totum panem, qui oblatus fuerat, ideo nihil manſerat, de quo Dauid comedere poſſet, niſi panes propoſitionis. Sed hoc non ſtat: non eſt enim veriſimile, quòd Sacerdotes non coquerent panes, ſed ſolũ viuerent de panibus oblatis, quia cum oblatio eſſet ſpontanea, erat incerta, & aliqua die modicũ offerretur, ita vt non ſufficeret Sacerdotibus ad cibum: ideo præter panes oblationis, veriſimile ẽ, quòd ipſi coque-

coquerent panes in cibos suos. Item necesse est, ꝙ
sic fieret: quia Sacerdotes habebāt famulos, saltem
illi, qui erant magni Sacerdotes, & tamen illi nō po-
terāt comedere de panibus sanctificatis, vt patet Le
ui. cap. 22. s. inquilinus Sacerdotis, & mercenarius
non vescetur ex eis, sed quem Sacerdos emerit, & q
vernaculus eius est. Pro his ergo saltem coquerent
panes, præter panes sacrificiorum. Item necesse est
hoc: quia vbicunq; erat tabernaculum, semper erāt
aliqui Leuitę seruientes ad ea, quæ iubebant eis Sa-
cerdotes: cum Dominus iusserit Aaron, quòd sem-
per haberet Leuitas secum ad seruiendum sibi Nu-
me. cap. 18. isti tamen non poterant comedere de sā
ctificatis, vt supra probatum est. Ergo pro eis saltem
coquerentur panes. Item patet hoc fortius: quia in
quocunque loco erat tabernaculum Domini erant
multi de Gabaonitis seruientes portando aquas, &
cędendo ligna pro sacrificijs, vt patet Iosue cap. 9. s.
Decreuit Iosue ī die illo Gabaonitas esse in ministe-
rio cuncti populi, & altaris Domini cędentes ligna
in loco, quem elegisset Dominus. Istud autem sem-
per durauit: quia Iosue ordinauit, quòd maneret in
æternum e. ca. cum dixit: Itaq; sub maledicto eritis,
& non deficiet de stirpe vestra ligna cędens, aquasq;
comportans in domū Dei mei. Et sic isti erant nunc
in vrbe Nobe ad istam ministrationē, ergo pro eis
saltem oportebat coqui panes, pręter sanctos: qa isti
non erant de stirpe Sacerdotum, sed alienigenę s. de
Chananæis. Item Nobe erat ciuitas magna, per quā
multi transibant, & ad quam veniebant, vt expedi-
rent aliqua cum Sacerdotibus, ergo pro illis saltem
coquerent. Hoc patet: qa ibi erat Doeg Idumæus
cum Achimelech, quando iuit illuc Dauid: ille au-
tem nō erat de stirpe Sacerdotum, nec licebat ei co
medere panes sacros: ergo alij panes coquebant ī ci-
uitates, pter panes, q pertinebant ad sacrificium. Itē
dato, ꝙ non essent ibi alij panes, nisi pertinentes ad
sacrificium, non staret ꝙ Sacerdotes comedissent in
prandio totum panem; quia tunc pro vespere nihil
haberent ad cibos, cum sacrificia populi non fierēt
post meridiem. Postea autem ad vesperum non fie-
bat aliquod sacrificium, nisi iuge. s. à solis occasu cū
offerebatur vnus agnus anniculus, de quo Num. 28.
& Leui. c. 7. Itē dato, qđ accidisset, ꝙ Sacerdotes co-
medissent totū panē ī prādio, & nihil reliquissent ꝓ
vespere, hoc tamen non erat præsumendū, nec sci-
ret illud Achimelec quousq; inquireret omnes do-
mos Sacerdotum per totam vrbem, non tamen in-
quisiuit, sed immediatè obtulit ei panē sacrū. Itē pa
tet falsum esse, quod dicebatur, quòd nunquam co-
querentur ibi panes, sed viuerent Sacerdotes de pa-
nibus sacrificiorum: quia Achimelech dixit Dauid:
Non habeo ad manum panes laicos: si tamē ibi nū-
quam coquerētur panes, non dixisset Achimelech,
non habeo ad manum panes laicos, sed diceret: Nū
quam hic fuerunt panes laici, nec inquiras eos hic:
respondit tamen aliter: videtur ergo, quòd aliquan-
do habebat panes laicos: nō ergo potest stare ista po
sitio. Aliquis respondebit aliter, quòd in vrbe No
be erant multi panes laici tunc, & hoc sciebat Achi
melech: dedit tamen Dauid de panibus sanctis: quia
tanta erat famis necessitas, quòd non poterat se su-
stinere dum mitteret Achimelech pro panibus ad
aliam domum. Ista responsio conueniens est, si ve-
rum præsupponeret. s. ꝙ erat Dauid in tanta neces-
sitate famis: nam si vidisset eum ita dispositū Achi-
melech, quòd immediatè moriturus erat, nisi daret
ei de pane, quem præsto habebat, non debebat mit-
tere ad aliam domum pro illo, sed dare ei de pane
sanctificato, etiam si essent positi panes in mensa co

F ram Domino. Etiam posset ei dare de carnibus hō-
locaustorum, de quibus nullus vnquam hominum
comedit: quia nulla lex diuina in tali articulo obli-
gat: sed præsupponitur hic falsum: quia Dauid nō
erat in tali necessitate, qn potuisset expectare quo-
usq; duceretur panis de alia domo, potissimè quia
ipse non petiuit panes ad comedendum ibi, sed ad
portandum in itinere pro se, & pueris suis, cum pe-
tiuerit quicquid ad manum haberet Achimelech,
vel saltem quinq; panes: pueri tamen non erant tūc
cum ipso, sed extra vrbem expectabant eum, vt pa-
tet sup. s. nam & pueris condixi in illum, & illū lo-
cum. i. dixi ꝙ irent ad certum locū, & ad illos tulit
Dauid panes hos: non ergo erat Dauid in tanta fa-
G mis necessitate. Respondendum est, ꝙ Dauid erat
in necessitate famis, non ꝙ illico moriturus esset, si
mox non daretur ei panis, sed quia si ibi non accipe
ret panem, non posset accipere in alio loco, & peri-
clitaretur. Dicendum etiam, ꝙ in vrbe Nobe erant
multi panes laici, de quibus comedere posset Da-
uid, & hoc sciebat Achimelech: In domo tñ Achi-
melech non erant pro tunc aliqui panes laici: quia
fortè tunc nouiter defecerat in domo eius panis, &
alius coquendus erat. Hoc apparet tam ex interro-
gatione Dauid, quàm ex responsione Achimelech:
nam non dixit Dauid: Nūquid possumus habere ali
quos panes in vrbe ista: sed dixit: Nunc igitur siquid
habes ad manum. i. si habes in promptu. i. immedia-
H tè des mihi. Achimelech quoq; non respōdit, ꝙ nul
li panes haberi poterant in tota vrbe, nisi sancti, sed
dixit: Nō habeo panes laicos ad manū, sed tñ panē
sanctū. q. d. Si aliquātulum morareris, bene possem
habere panes aliunde, sed ad manum non habeo ad
immediatè dandum, nisi sanctos panes. Sed tunc di-
cetur, quomodo ergo ausus est Achimelech dare pa
nem sanctum Dauid, cū post paululum habere pos-
set panes laicos. Respondendum est, ꝙ habebat ne
cessitatem Dauid sufficientem, propter quàm debe
ret dare ei Achimelech de panibus sanctis. s. quia ip
se Dauid non audebat declinare ad aliquem alium
in vrbe ad petendum, ne cognosceretur, ꝙ ibi erat:
quia sic posset teneri, & periclitari. Etiam non pas-
I sus est Dauid expectare dum mitteret Achimelech
ad aliquam domum in vrbe ad petendum panes: qa
credebat ꝙ interdum posset sciri de aduentu, & peri
clitaretur. Etiam sine panibus nō audebat exire de
vrbe: quia forte non erat alius locus propinquus, ad
quem declinare posset pro pane, quin prius labore,
& fame conficeretur ipse, & pueri sui: ideo necessi-
tas vrgebat, vt à Sacerdote Achimelech panes acci
peret. Videns autem Achimelech tantam eius cele
ritatem, dedit ei de panibus sanctis. Sed tunc aliquis
dicet, quanquam Dauid haberet causam rationabi-
lem comedendi de panibus sanctis propter meram
necessitatem, tamen nō cōstabat hoc Achimelech,
cum Dauid celaret ei fugam suam: quomodo ergo
K habebat causam ad dandum ei panem sanctum.
Respondēdum est, quòd etiam Achimelech habuit
iustam causam dandi panem sanctum Dauid, quan-
quam non habuit eandem, quam Dauid: dixerat. n.
Dauid Achimelech, ꝙ rex miserat eum ita secretè,
quòd volebat, ꝙ nullus sciret, an ad aliquid iret: &
si notificarat iter suum, rex posset eum iuste puni-
re: ideo visum est Achimelech iniustum, ꝙ remitte-
ret eum ad alium pro pane: Rursus autem vidit eius
magnam velocitatem ex mandato regis, ideo non
misit ad aliam domum pro pane, sed credidit obser
uationē pręcepti regalis sufficientē causam esse ad
hoc, quòd posset dare Dauid de cibis sanctificatis.
Sed tunc dicetur, quòd ista non erat omnimoda ne
cessi-

Achimelech q. ausus e dare Dauid panis sanctos.

cessitas: Christus tamen excusauit Dauid in comestione istorum panum propter necessitatem, vt colligitur Mat.cap.12. Respondendum est, ꝙ nullum prçceptum diuinum, vel humanum in his, quç sunt purè positiua, obligat contra necessitatem. Præcepta tn̄ veteris testamenti, quæ erant purè legalia ad hoc, ꝙ possent licitè solui, non exigebant omnimodam necessitatem.s. quando impossibile est aliud fieri, sed necessitatem aliquantam.s. ꝙ res aliter commodè non fiat, vel sine graui dāno. Hoc aūt Christus sensit Mat.cap.12. quando excusauit discipulos adducens exemplum istud de Dauid: nam illi vellebant spicas in sabbato, & comedebant, qđ erat contra legem, sed Christus excusauit eos ex necessitate famis. Manifestum tamen est, quòd ibi non erat absoluta necessitas famis: quia poterant comedere aliquid in vrbibus, & non euellere spicas illas in agris. Sed aliquis dicet, quòd forte erat omnimoda necessitas, vt pote, si discipuli Christi venirent per iter, & distātes à locis famescerent, & non haberent aliqd, quo euaderēt periculū famis, nisi spicas euellerent, & comederēt: ideo absoluta necessitas esse poterat. Dicendum ꝙ non stat: quia istud erat diebus sabbatorum, vt patet Mat.c.12. cum dixerunt Pharisæi: Discipuli tui faciunt quod non licèt eis sabbatis facere: Christus tamen non itinerabat diebus sabbatorum, cum esset Iudæis illicitum: nec poterant recedere à loco, in quo erant, nisi per mille passus causa solatij, vt patet Actuum c.1. vbi dicitur, ꝙ à monte Olitueti vsq; ad Ierusalem est iter sabbati.i. quātum licebat Iudæis ambulare in sabbato: & tamen non est distātia illa vltra mille passus, & sic discipuli Christi existentes apud vrbes non poterant habere periculum famis, nisi accipiatur periculum valde largè: illud tamen qualecunq; erat excusabat eos: ergo etiam quanquam Dauid non haberet omnimodā necessitatem, liceret Achimelech dare ei panes sanctos cum Christus inducat Matt.c.12. tanquam similia ista duo. *Nisi panem sanctum*.i. nō habeo ad manum, nisi panem sanctum.s. panem propositionis. Sciendum autem, quòd panis sanctus erat duplex: quidam erat panis propositionis, alius erat panis, q prouenìebat sacerdotibus de sacrificijs. De nullo autem istorum poterat comedere Dauid. Patet de primis: quia de illis soli Sacerdotes comedere debebāt, vt patet Mat.ca.12. Non etiam de secundis: quia de illis comedebant soli sacerdotes cum familijs suis: qui autem erant alienigenæ.i. non erant de stirpe, vel familia sacerdotum, non poterant comedere. De his Leui.ca.22. Dauid autem de neutro horum erat.s. quia erat de tribu Iuda: & non erat vernaculus, nec empticius alicuius sacerdotis, ideo non licebat ei comedere de sanctificatis: hic tamen solū agitur de sanctificatis. Primo modo: quia isti erant panes propositionis, vt patet inf. minus autem licebat Dauid comedere de his, quàm de sanctificatis: Secūdo modo: quia de panibus propositionis soli sacerdotes comedebāt, de alijs autem sanctificatis comedebant tam filij quàm filiæ sacerdotum, & omnes de stirpe illa, vt infra declarabitur.

Panes propositionis quomodo fiebant, & qui erant.
Quęstio IX.

QVAERET aliquis de istis panibus propositionis: qui erant, & quomodo fiebant. Respondēdum est, quòd panes propositionis erant 12. panes magni, qui stabant semper coram Domino: & fiebant hoc modo.s. ꝙ Sacerdotes accipiebant similā, & ipsā de ea faciebant panes. Erat autem ista simila alba farina, & delicata. Habebant isti panes certam magnitudinem: quia quilibet eorum habebat duas decimas farinæ, isti autem ponebantur coram Domino intra velum tabernaculi.s. in secunda parte sāctuarij operta cortinis: erat enim ibi mēsa aurea ad partem Aquilonarem, super quam ponebatur isti 12 panes altrinsecus.s. sex cōtra sex, & super eos ponebatur thus: erant autem panes semper super mēsam, & mutabantur per tempora: nam quolibet sabbato ponebantur.12. panes calidi super mensam, & tollebantur alij 12. qui ibi erant, & hoc modo erant per 7. dies. De omnibus his Leui.ca.24. Deinde cum tollerentur panes priores, & ponebantur calidi, illi priores pertinebant ad cibos sacerdotum, & ad eos solum, vt patet inf. in littera. & Mat.cap.12. Isti autē vocantur panes propositionis in littera nostra, & in Hebræo vocātur panes facierum. De quo dicit Ra. Sa. quòd vocantur sic, eo quòd vtranq; faciem similem habebāt, & sic erant duç facies: nam dicit, quòd isti panes non coquebantur in clibano, sicut alij panes laici, sed quibusdam vasis aureis inclusis in vasis ferreis, sicut fiunt hostiæ: & sic vtraq; facies poterat esse similis. Sed hoc falsum est: quia isti panes erant valde magni, cum quilibet eorum haberet duas decimas similç. Tanta autem pasta, nō posset coqui intra vasa aurea, & ferrea: Prius.n. exuretᷣ tota superficies, & denigraretur in carbonem quàm medulla interior saltem leuiter coqueretur, sed coquebantur isti panes sicut cęteri in clibano: vocantur tamē panes facierum, idest panes faciei: quia ante faciem Domini ponebantur super mensam auream in tabernaculo, & hoc seruauit littera nostra vocās eos panes propositionis, scilicet: quia proponuntur.i. quia coram facie Dei ponuntur in mensa.

Panes propositionis vocātur panes facierum.

Quare isti panes ponebantur coram Domino.
Quæstio X.

QVAERETVR vlterius, ad quid ponebantᷣ isti panes coram Domino. Quidam insani putauerunt, quòd ponerentur tanquam Deus Hebræorū vellet illos ad cibum, sicut erat de Deo Babyloniorum nomine Bel, cui quotidie ponebantur in templo magnæ apparitiones ciborom, quas dicebant sacerdotes comedi per noctē à Deo Bel.s. 12. artabas similç, & oues 45. vini quoq; amphoras sex, vt patet Dan.c.14. Sed istud ridiculum est: nam etiam secundum Gentilium fabulas, & existimationem de dijs, non erat illis esca, nec potus: qui iam cœlestes incolæ erant: sacerdotes autem Bel persuaserant regi Babylonis ista ponere in templo pro Deo Bel, vt ibi ea per noctem furarentur, atq; comederent, sicut postea patuit. Dij quoque Guntilium, qui Dæmonia erant, quanquam falsi dij essent: tamen verum erat eos cibis non egere: quia aut erant substantiæ spirituales.s. Dæmones, qui cibo non egēt: vel erant mera corpora fictilia, quæ cibo non vegetantur. Deus autem Hebræorum purissimus spiritus non babens aliquam vnionē ad corpus, propter quam cibo vegetari deberet: vnde & ipsa scriptura declarat, quòd Deus nihil horum comedebat, sed manebant ibi panes per.7. dies: deinde ablatis veteribus, per sacerdotes ponebantur recentes, & veteres comedebantur à sacerdotibus, vt colligitur Leui.capit.24. & inf. in littera. & Mat.cap.12. Sed adhuc dato, quòd Deus Hebræorum cibo egeret, nō iuberet Israelitis, quòd ponerent coram eo panem: sed ipse accipiet quicquid vellet, vt patet. Psal. 49. scilicet. Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terrarum, & plenitudo eius. Dicendum ergo est, quòd ponebantᷣ. 12. pa-

An Dij Gētilium comederent.

panes propositionis coram Deo non ad aliquã necessitatem, sed ad cultum eius: sicut multa alia fieri iussit, quæ nullo modo necessaria erant: fiebant tamen: quia erant cęremonię colendi Deum, & indicabant quandam reuerentiam: sic est, ꝙ poneretur candelabrum cum lucernis septem in latere meridiano tabernaculi Exo. 27 c. & Num 8 quia tamen Deus est pura ratio nihil fieri iussit, quod ratione careat: volebat enim Deus, ꝙ intelligerent Israelitæ Deum habere curam de ipsis ad benefaciendũ eis, vt per hoc ipsi magis excitarentur ad colendum eum, & quia Hebræi rudes erant, & non mouebantur ad intelligendum, nisi per nimis sensibilia, iussit, quòd ponerent 12. panes coram ipso in tabernaculo, qui essent ibi in memoria eorũ. s. vt per illos panes Deus recordaretur ipsorum. Erant autem isti 12. in memoriam 12 filiorum Israel, vt patet Leui. c. 24. multa autem similia Deus iusserat Hebræis facere. s. vt ponerent duodecim nomina 12. filiorum Israel in 12. lapidibus rationalis, quos ferret summus sacerdos in pectore, quando introiret coram Domino, vt sic Deus recordaretur illorum: Exod ca. 28. iussit etiã, quòd scriberentur eadem duodecim nomina ĩ duobus onychinis, quos portabat summ⁹ sacerdos in Ephod super humeros ad memoriam filiorum Israel. e. c. Per hoc autem intelligebãt Israelitæ, quòd erant nimis familiares Deo, cum semper recordaretur illorum: sic dixit Moyses Deut. ca. 4. in laudem Hebræorum: non est alia natio tam grandis, quę habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Proficiebant ergo ad hoc panes propositionis.

Quibus licebat comedere panes propositionis. Quæstio XI.

QVAERETVR vlterius, quibus licebat comedere de panibus propositionis. Respondendum, ꝙ non licebat popularibus, alioquin panes propositionis essent panes communes, Achimelech tamẽ sacerdos distinxit hic de panibus laicis, & panibus propositionis, dicens: non habeo ad manum panes laicos, sed tantum panem sanctũ. Dicendum etiam, ꝙ nõ licebat leuitis comedere de panibus propositionis: nam ea, quæ pertinebant ad iura sacerdotum, erant sanctificata, & non poterant de eis comedere alienigenę, vt patet Leui. c. 22. leuitæ tamen erant alienigenę respectu sacerdotum, vt patet Num c. 3. 15. & 18. erat autem in hoc speciale in sacerdotibus: quia quãdo aliquis de popularibus offerret hostiam pacificam de partibus ei prouenientibus, poterat dare cuicunq; inuitando quos vellet ad cibos, dum tamen mundi essent: vnde cum quis offerebat istam hostiam, omnes de domo sua, & serui, & ancillæ, & quicunq; pauperes poterant comedere cum illo Deut c. 12. 14. & 16. Iura autem, quæ proueniebant sacerdotibus de sacrificijs tam pacificis, q̃ quibuscunq;, non poterant cõicari alijs: quia Deus interdixerat esum illorũ quibuscunq; alienigenis Leu. c. 22. Hoc autem verum erat nisi interdũ sacerdotibus prouenirent partes sacrificiorũ, nõ vt sacerdotibus, sed vt laicis: qa tũc poterant dare quibus vellent de illis, vt si aliquis de sacerdotibus offerret hostiam pacificam & ipse non immolaret eam, sed alius sacerdos, ꝓueniebant ei omnes partes, quæ proueniunt laicis offerentibus: & ad illa poterat inuitare quoscũq; vellet: quia non pertinebant illa iura ad eũ, tanq̃ ad sacerdotẽ, sed tanquã ad laicũ offerentem. panes aũt propositionis nunquam pertinebant isto modo ad sacerdotes, sed proueniebãt eis,

F vt iura sacerdotalia: ideo non poterat de illis aliquis communicare popularibus, vel leuitis.

An omnibus de familia sacerdotum licuisset comedere de panibus propositionis. Quæst. XII.

QVAERETVR vlterius, cum non liceret popularibus, nec leuitis comedere de panibus propositionis, an liceret omnibus de familia sacerdotum: licebat enim regulariter sacerdotibus, & filijs, & filiabus, & empticijs, atque vernaculis comedere de sanctificatis, & omnibus alijs prohibebatur, quædam tamen erant sanctificata, de quibus non licebat his omnibus comedere, quod apparet: qa Leu. G 22. c. dicitur de empticijs, & vernaculis sacerdotum: ꝙ licet eis comedere, & Leui. c. 10. dicitur, ꝙ filijs, & filiabus sacerdotum licebat comedere de pectusculo, & armo dextro prouenietibus de sacrificijs. Alia tamen erant prohibita omnibus de familia sacerdotum, nisi ipsis sacerdotibus, & filijs eorum masculis, sic erat de simila, quę habebatur de sacrificijs: nã dicitur Leui. ca. 6. ꝙ mares tantum de stirpe Aaron comederẽt de ea. Idem erat de sacrificio pro peccato, quia soli sacerdotes, & filij masculi comedebant. eo. cap. Pro quo considerandum, ꝙ iura Sacerdotum erant multa: quędam autem ipsorum ad solos masculos: quædam ad totam familiam pertinebant, qđ sic apparet: quia quædam erant iura Sacerdotum, de H quibus nulla pars pertinebat ad Dominum. s. quia nõ cremabatur aliquid super altare, nec ponebatur coram Domino: alia aũt erant, quarum partes quædam cremabantur in altari, vel ponebantur coram Dño ad hoc, ꝙ ibi manerent aliquanto tempore. Prima istorum erant paruæ sanctificationis, ideo licebat illa conuerti in vsus familiæ totius sacerdotum, vt siquis aliquid deberet, & non esset Dñs, cui daret, tenebatur dare Sacerdoti, vt patet Num c. 5. & hoc siue illud esset pecunia, siue animal: si pecunia quidẽ poterat Sacerdos emere inde quod vellet, & conuertere in vsum totius familiæ: & si esset animal, non tenebatur illud immolari in altari, sed poterat vendere, vel conuertere in vsus suos qualiter vellet, vt I declaratũ est eo. c. Alia quoque erant iura, quæ non ponebantur in altari, sicut panes primitiarum, quos Israelitæ dabant Sacerdotibus, quasi in eleemosynã quando coquebant, de quo Num. c. 15. Isti aũt erant fermentati, ideo non ponebantur super altare Leu. c. 2. & sic pertinebant ad totam familiam Sacerdotũ, cũ essent purè laici, & poterat quicunq; alius homo comedere de illis. Alia quoque erant iura, quæ nõ ponebantur in altari. s. omnia, quæ dabantur ex voto, quia siquis vouisset Dño pecuniã, vel animal, aut quodcunq; aliud, illud totaliter pertinebat ad sacerdotes, & nulla pars eius sanctificabatur Dño, q̃q̃ esset animal immolaticium, & de hoc comedebant omnes, qui erãt in familia Sacerdotis, dum tñ essent K mundi, vt patet Num. c. 18. s. Primitias autem, quas vouerint, & obtulerint filij Israel, tibi dedi, & filijs atque filiabus tuis iure perpetuo: qui mundus est in domo tua, vescetur eis. Et vocantur ibi primitiæ non de fructibus terræ, vel de animalibus, sed quicquid Israelitæ offerrent ex voto. Vnde ibi immediatè dr: omne, quod ex voto reddiderint filij Israel, tuũ erit: & intelligitur cũ illa determinatione superiori. s. p filijs, & filiabus. Item primitiæ de terra nascentibus erant de iure Sacerdotum, & quia nihil de istis ponebatur super altare, pertinebant ad totam familiã Sacerdotum, de quibus comedere poterat quilibet, dum tamen esset mundus. De hoc eo. c. dicitur: omnem medullam olei, & vini, atq; frumenti quicquid offerunt

Multa iura Sacerdotum, quibus ... qua lice- bat omni- bus de fa- milia ... me. lei. aliqua ve- rò non.

offerunt primitiarum Domino, tibi dedi vniuersa frugum initia, quæ gignit humus,& Dño deportantur,cędent in vsus tuos: qui mūdus est in domo tua, vescetur eis. Alia autem erant iura sacerdotalia de rebus illis, quarum partes aliqua cremabantur sup altare,vel fundebantur, aut ponebantur ad manendum aliquantò tempore coram Domino, ideo ista erant magis sanctificata, quàm prima iura: & sic licet de primis liceret vniuersaliter comedere omnibus de familia sacerdotum, tamen de his non licet vniuersaliter. Pro quo sciendū, ꝙ ista iura secunda consistunt in his, quæ sacerdotes recipiebant de sacrificijs,vel quasi sacrificijs,sicut de hostia pacifica recipiebant aliquas partes,scilicet pectusculum,& armum dextrum Leui.cap.7. in hostia pro peccato recipiebant omnes carnes, in holocausto autem recipiebant solam pellem habebant quoque partes libamentorum in his sacrificijs, scilicet de simila cōspersa oleo: accipiebant quoque panes propositionis, q tollebantur de mensa aurea postquam ibi fuissent septem diebus. De carnibus autem prouenientibus sacerdoti,de hostia pacifica poterat comedere tota familia sacerdotum,dum tamen essent mūdi. De hoc Leui. cap. 10.s.pectusculum quoq;, quod oblatum est,& armū,qui separatus est,edetis in loco mundissimo tu,& filij,ac filiæ tecum, Similiter quando offerebantur primogenita pecorum Domino immolabātur,& fuso sanguine super altare, & crematis adipibus,omnes carnes pertinebant ad totam familiam sacerdotum, vt patet Num.cap.18.s. carnes verò in vsum tuum cędent,sicut pectusculū cōsecrationis, & armus dexter: sed ista duo pertinebant ad sacerdotes pro se, & tota familia sua: ergo etiam carnes primogenitorū oblatorum. In alijs autem iuribus residuis non habebant partē omnes de familia sacerdotū,sed soli filij masculi: supererat enim pellis holocausti,quę non erat ad cibum,de qua Leui.c.6. supererat et pars sacrificiorum pro peccato, de qua nihil comedebant filiæ sacerdotum,nisi soli mares,vt patet Num.c.18.s.Omnis oblatio ad sacrificium, & quicquid pro peccato, atque delicto redditur mihi, & cędit in sancta sanctorum,tuum erit, & filiorum tuorum,in sanctuario comedes illud:mares tantum edent ex eo. De hoc etiam Leui. c. 6. superest etiā simila,quæ dabatur cum holocausto,& cū hostia pacifica,quæ vocatur libamentum,& de ista soli masculi de genere sacerdotali comedebant, vt patet Leui. c.6.supersunt aūt panes propositionis,qui nimis sancti erant,ideo ad solos masculos de genere sacerdotali pertinebant: nam isti ponebantur intra tabernaculum super mensam auream, ex quo contrahebāt speciale sanctitatem,quia de nullo sacrificio, vel re oblata hoc fiebat. De hoc Mat.cap.12.dicitur,quòd comedit Dauid, & qui cum eo erant de panibus ꝓpositionis,de quibus nō licebat comedere, nisi solis sacerdotibus: filiæ ergo sacerdotum, & reliqua familia non poterant comedere de his panibus. Aliq autem dicunt, ꝙ per illud non excluditur familia sacerdotalis: sed excluduntur illi, qui nec sunt sacerdotes, nec de familia sacerdotum: sed si litera consideretur,non stat:nam si diceretur ibi, quòd solis sacerdotibus licebat comedere de his panibus,potuisset habere locum ista calumnia, sed ponuntur ibi duæ clausulæ. Prima est, quando Dauid intrauit in domum Dei comedit panes propositionis,quos nō licebat ei edere,nec his, qui cum eo erant. per istam clausulam sufficienter exprimitur, ꝙ panes propositionis nō licerent laicis: alioquin licerēt Dauid,& eis,qui cū eo erāt. Et si hoc solū poneretur,poterat intelligi,quòd non licebant isti panes laicis:licebant

A tamen familiæ sacerdotum. Additur tamen ibi: nisi solis sacerdotibus.ergo ad hoc,quòd ista clausula aliquid operetur,necesse est, ꝙ præter laicos,essent aliqui, quibus non esset licitum comedere de panibus propositionis: & isti sunt omnes de familia sacerdotum,præter filios sacerdotum,qui etiam sunt sacerdotes sicut patres:cum sacerdotium esset ibi ex progenie. Item patet hoc adhuc clarius Leui.capit.24. vbi dicitur de panibus propositionis, scilicet per singula sabbata mutabuntur coram Domino suscepti à filijs Israel fędere sempiterno: eruntque Aaron, & filiorum eius,vt comedant eos in loco sancto: qa sanctum sanctorum est. Cum ergo ibi ponantur soli filij,& non filiæ,non pertinebat,nisi ad sacerdotes,
B & filios eorum.Sed aliquis dicet,quòd nomine filiorum intelligūtur etiam filiæ, & si filiæ comedere poterant,consequenter tota familia. Dicendū, ꝙ non stat, quia quanquam regulariter nomine filiorū intelligantur etiam filiæ: quia tamen in iuribus sacerdotalibus erant quædā,quæ cōueniebant filijs,& nō filiabus, & alia, quæ conueniebant tam filijs, quàm filiabus: quando scriptura agit de his iuribus, ponit filios pro masculis solum. Et quando sunt iura,quæ vtrisque conueniunt,exprimūtur etiam filiæ. Sic patet Num.cap.18.vbi agitur de his iuribus:& dicitur: Omnis oblatio, & sacrificium,& quicquid pro peccato redditur,tuum erit, & filiorum tuorum, & intelligitur ibi de solis filijs. nam immediatè dicitur:
C mares tantum comedent ex eo.& e.cap. cum agitur de iuribus communibus dicitur: primitias,quas vouerint, & obtulerint filij Israel,tibi dedi, & filijs, ac filiabus tuis: tamen si nomine filiorum intelligerentur etiam filiæ,non fuissent ibi expresse, sed in allegato.cap. Leui.cap.24 dicitur de iure sacerdotali, & exprimuntur soli sacerdotes,& filij: ergo non intelligitur de filiabus, nec de reliqua familia. Simile patet Leui.cap.10. vbi cum dicitur de sacrificio ꝓ peccato,subditur: Comedetis autem in loco sancto,qđ datum est tibi,& filijs tuis, & ibi per filios intelliguntur soli masculi, quia sacrificium pro peccato, de quo ibi agitur,ad solos masculos de genere sacerdotali pertinebat Leui.cap.6.& in alleg.cap.10.cū sub-
D datur de partibus, quæ proueniunt de sacrificio pacifico,quæ sunt communes masculis,& fœminis,dicitur: pectusculum quoque,quod oblatum est, & armum,qui separatus est,edetis tu, & filij, ac filiæ tuæ, ergo nomine filiorum non intelligentur hic filiæ. Item patet hoc, quia quando dicitur, ꝙ aliquid debet comedi in loco sancto, quia cōsecratum est, vel est sanctum sanctorum, illud ad solos masculos de genere sacerdotali pertinet. Sic patet Leui. cap.6. s. reliquam partē similæ comedet Aaron in loco sancto atrij tabernaculi, & postea subditur: mares tantum stirpis Aaron comedent illud. Idem patet. e.c. de carnibus sacrificij pro peccato,scilicet omnis masculus de sacerdotali genere vescetur de carnib⁹ eius

Sacrificiū pro peccato ad solos masculos de genere sacerdotali ꝑtinebat.

E in loco sancto,quia sancta sanctorū est: quod multoties replicatur. e. c. sic patet Leui.cap.10.s. comedite illud absque fermento iuxta altare,quia sanctū sanctorum est. Et tamen illud dicitur ibi de sacrificio pro peccato de quo soli masculi comedebant. Idem monetur Num.c.18.s.In sanctuario comedetis illud, mares tantum edent ex eo, quia consecratum est tibi,& nunquam reperitur, ꝙ ponantur istę duæ clausulæ, scilicet, ꝙ comederetur in loco sancto,quia sanctum sanctorum erat,vel quia consecratum erat,nisi in illis iuribus, de quibus soli masculi comedebant, sed in panibus propositionis ponuntur istæ duę clausulæ Leui.cap.24.scilicet,eruntque Aaron, & filiorum eius, vt comedant eos in loco sancto,

ſancto: quia ſanctum ſanctorum eſt. Ergo panes ꝑpoſitionis ſolis maſculis de genere ſacerdotali liciti erant ad eſum. *Si mundi ſunt pueri.* i. quanquam ſit panis ſanctus, & non liceat niſi ſolis ſacerdotibus, ſi tamen mundi ſunt pueri, dabo illis. Dixit autē de pueris: quia Dauid petiuerat panem non ſolum pro ſe, ſed etiam pro pueris, cum dixiſſet: ſi quid habes ad manum, vel quinq; panes, da mihi. Et cum quæſiuit Achimelech de mundicia puerorum, nō ſolum de illis, quærebat, ſed etiam de Dauid, locutus fuit tamen nimis prudenter, & vrbanè: nam in iſto verbo non præiudicabat aliquo modo honori Dauid: cū non ſignificaret ſe dubitare de eius mūdicia, ſed de pueris, per hoc tamen ita haberet noticiam de mundicia, vel immundicia Dauid, ſicut ſi quæſiuiſſet, an ipſe, & pueri mundi eſſent: ideo Dauid cum prudēs eſſet intelligens hoc tam de ſe, quàm de pueris, dictum eſſe, reſpondit pro omnibus, dicēs: ſi de mulieribus agitur continuimus ab heri, & nudiuſtertius.

An Achimelech dediſſet panes propoſitionis Dauid, & ſuis, ſi fuiſſent immundi. Quæſt. XIII.

QVAERET aliquis, ſi reſpōdiſſet Dauid, ꝙ pueri non erant mūdi, an Achimelech dediſſet eis panes propoſitionis. Aliquis dicet ꝙ non: quia ſi viſa neceſſitate famis Dauid, & puerorum ſuorum, in omni caſu daturus eſſet eis panem ſanctum, nō quęſiuiſſet an eſſent mūdi, cum hoc nihil obſtaret: quæſiuit tamen, ergo videtur, ꝙ non dediſſet, ſi reſpōderetur, quòd erant immundi. Dicendum eſt, ꝙ in oī caſu Achimelech dediſſet panes ſanctos Dauid, & pueris ſuis, ſi vidiſſet eos in extrema neceſſitate famis: nam tunc nulla lex obligabat. In quo conſiderandum, ꝙ non licebat laicis comedere de ſanctificatis, & quandocunq; comederent, peccabant grauiter. Item erat regula, ꝙ nullus immundus poſſet comedere de ſanctificatis, etiam ſi aliàs eſſet ſibi licitum, vt patet Leu cap. 22. nec ſolum comedere, ſed etiam accedere non poterat ad loca ſacra: alioquin moreretur, Leui. cap. 15. ſi tamē aliquis de laicis exiſtens in immundicia, comederet de ſanctificatis, dupliciter peccabat, tū qa laicus erat, tū qa immūdus: ſi ergo Achimelech nūc dediſſet panē ſāctū pueris Dauid mūdis ſolū videbat agere contra vnam legē, ſi autem immundi eſſent, agebat contra duas: quia grauius erat: ſi tamen in extrema neceſſitate eſſent, etiam ſi ageret contra omnes leges, dare debuiſſet illis panem ſanctum, ſi lex aliqua ab aliquo legiſlatore data diſpenſabilis eſt. Omnes autem datæ ab eodem legiſlatore, inquantum ſolum obtinent vires ab eodem legiſlatore, diſpenſabiles ſunt. Quod dico propter differentiam legis purè poſitiuę, & legis purè naturalis: quia ſi aliquis legiſlator īter leges ſuas inter poſuerit aliquam legem purè naturalem, & faciat eam cum cęteris promulgari: quanquam poſſit diſpenſari in alijs purè poſitiuis, & eas abrogare: tamen non poterit diſpenſare in ea, quæ eſt purè naturalis, ſic eſt in legibus Dei, quantum ad præcepta decalogi, & quantum ad ceremonialia, vel iudicialia: nam ſi aliquod præceptum Dei eſt, in quo diſpenſari non licèt, vel abrogari illud: non eſt hoc: quia pręceptum Dei eſt, vel propter poteſtatem condentis, ſed quia tale eſt ſecundum naturam, contra quā rectè fieri nequit: ſi tamen dentur præcepta, quæ non obligant ſecundum naturam: ſed ſunt purè poſitiua, ſi vnum eſt diſpenſabile, & omnia diſpenſabilia, qa non ſunt ex maiori poteſtate omnia ſimul quā vnum eorum: quanquam rationabilius eſt diſpenſari in vno ſolo, quàm ī omnibus. Cum ergo lex eſſet, ne quis comederet de ſanctificatis, niſi eſſet de fa

Legiſlator in quibus legibus ab eo datis diſpenſare poteſt.

F milia ſacerdotum, alioquin Deus eum occideret, & in hoc poterat diſpenſari propter neceſſitatem, vel credebat Achimelech, quòd non obligabat ī neceſſitate, ita poterat eſſe de omnibus alijs purè poſitiuis. ſ. quanquam iuſſum eſſet, ꝙ nullus immundus comederet de ſanctificatis, tamen eſſet licitum comedere, ſi eſſet in neceſſitate famis. Nec in hoc eſt dubium. Achimelech tamen quæſiuit, an eſſent mūdi pueri Dauid: quia quanquam crederet legem in vtroq; caſu eſſe diſpenſabilem, ſi neceſſitas magna vrgeret, tamen requirebatur maior cauſa motiua ad diſpenſandum in multis legibus, quàm in vna: quanquam poteſtas diſpenſandi nō requiratur maior: & qa vidit Achimelech Dauid, & pueros ſuos
G in quadam neceſſitate famis, credidit quòd iuſtè poterat eis dare panem ſanctum, ſi mundi eſſent: ſi tamen non eſſent mundi, requiſiuiſſet in eis maiorem neceſſitatem: & fortè pro illa neceſſitate, quam ſolum credebat eos pati, non dediſſet eis panem ſanctum: ſi tamen fuiſſet omnimoda neceſſitas, nullatenus dubitaret dare quod petebatur, cum omnia iſta præcepta diſpenſabilia eſſent: quia nihil continent de iure naturæ. *Maxime à mulieribus, manducent.* i. ad comedendum de pane ſancto requiritur omnis mundicia: nam non ſolum qui comedit mundus eſſe debet, ſed ēt debet comedere illum in loco mundo. ſ. in ſāctuario, vt patet Leu. c. 24. iō in iſtis pueris requirebāt mūdicia ex maxime mūdicia à mulieri-
H bus. q. d. ēt ſi non eſſent mundi quantū ad alia, dū tñ eſſent mundi à mulieribus, poterant comedere de ſanctificatis: & ad hoc reſpondit Dauid: ſi de mulieribus agitur, continuimus ab heri, & nudiuſtertius. q. d. ſi non agitur de alia immundicia, niſi à mulieribus, manifeſtum eſt, ꝙ mundi ſumus. De alijs autē non ſumus oīno mundi: ideo ſubiunxit immediatè: porro via hęc polluta eſt. i. multas pollutiones cōtrahere poteramus in via iſta. Ex hoc apparet, qđ ſupra dicebatur. ſ. ꝙ etiā ſi mundi fuiſſent pueri Dauid, dum tamē eſſent in neceſſitate, dediſſet eis Achimelech panem ſanctum: nam non requiſiuit in eis principaliter, niſi immundiciam à mulieribus, & tamen in quacunque alia exiſtentes non poterant li-
I citè comedere de ſanctificatis: Leui. cap. 22. Ex his autem apparet quanta confuſio debet eſſe corum, qui Dominicum corpus immundi exiſtentes accipiunt: nam ſi lex homini exiſtenti in neceſſitate nō permitrebat comedere de pane illo propoſitionis, qui nullam differentiam ab alijs panibus habebat ſecundum veritatem, ſed ſolum ſecundum opinionem: quanto ſolicitius hoc obſeruādum eſt in Dominico corpore, vbi non eſt panis, nec vinum, ſed vera Chriſti caro, cum ipſe dicat: Caro mea verè eſt cibus, & Sanguis meus verè eſt potus: Io. capi. 6 Nemo igitur dignè explicare poterit quanta ſolicitudo homini adhibenda ſit, vt conuenienter ſuſcipere queat illud ſtupendum diuinæ largitatis benefi-
K cium. Quanta enim infælicibus pœna imminet, q̃ irreuerenter ſuſcipiunt id, quod ſuper omnem reuerentiā eſt. Vnde rectè Apoſtolus noſter. 1. ad Cor. cap. 11. ait: Itaq; quicunque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis, & ſāguinis Dñi. Ideo ſubdit: Probet aūt ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit non dijudicans corpus Dñi. Et ſicut hic ſpecialiter īquiſiuit Achimelech de immundicia, quæ eſt à mulieribus, ita & in ſuſceptione Dominici corporis obſeruandum eſt: non enim merentur carnem ſupra celeſtem deguſtare, qui turpibus carnis illecebris immorantur. Et quanq̃ hoc

magis

Cōtra i… gne ſu… tes cor… Chriſti.

magis intelligatur de coitu adulterino, vel qualitercunq; illicito: tamen etiam non honestum est obseruare idem in coitu coniugali. s. qui Eucharistiam suscepturus est caueat coniugalem accessum per aliquot dies, saltem per tres: nam quanquam Ecclesia non obliget sub pęna peccati mortalis suscepturos Eucharistiam ab vxoribus abstinere per aliquē diē, tamen per modum cōsilij, & honestatis dixit, ꝙ per tres dies ante susceptionem Eucharistiæ ab amplexibus coniuges abstinerent. Idem autem est de illo, qui incurrit nocturnam pollutionem: nam saltem sequenti die propter reuerētiam, Eucharistiam Domini suscipere non deberet: si tamen suscipiat, non peccat, nisi aliàs sit inhabilis. Hęc autem de abstinētia trium dierum dicta sunt ab Ecclesia propter verba Dauid: qui dixit se, & pueros suos à tribus diebus abstinuisse. Sciendum autem pro hoc, quòd pollutio interdum accidit ex crapula, interdum infirmitate potentiæ retentiuæ, interdum ex abundantia seminis, quod non potest contineri intra vasa. Interdum ex cogitatione diurna: si ex infirmitate, vel abundantia seminis, peccatum nullum est, & non obligamur abstinere à sumptione Eucharistiæ: si tamen aliquis ex reuerētia abstinuerit, benè agit: si autem ex crapula, veniale est, licet interdum possit esse graue, & debet sacerdos abstinere à conficiendo, nisi fortè necessitas, & defectus aliorum sacerdotū fuerit, qa tunc potest conficere, præsertim si in somnio non fuit turpis cogitatio: si autem ex turpi cogitatione diurna, abstinendum est à suscipiendo, & cōficiendo. Hanc distinctionem ponit Grego. scribēs ad August. Episcopum Anglorum: de hoc etiam Isidorus li. 1. sentētiarum suarum. Et habetur in decretis dist. 6. cap. testamentū, & c. non est peccatum. Mulier autem propter menstrua nunquam obligatur abstinere à susceptione Eucharistiæ: si tamen abstinuerit tēpore mēstruorum laudabile est. De hoc scribit August. & habetur in decretis distin. 5. capit. ad eius vero.

Quare Achimelech magis petijt de mundicia à mulieribus, quàm de alijs. Quæst. XIIII.

QVAERET aliquis, quare magis dixit hic Achimelech de mundicia, quæ est à mulieribus, quā de alijs mundicijs: nam omnes dispēsabiles sunt, & dato quòd fuissent immundi pueri Dauid cum mulieribus, si fuissent ī extrema necessitate, dedisset eis Achimelech panem sanctum. Ratio autem dubij est: quia cum omnes mundicię excluderent hominem a participatione sacrorum in veteri testamento, necesse erat, quòd maiores immundicię magis arcerent. Immundicia tamen, quæ est cum mulieribus, non est maxima secundum legem: quia aliæ multæ ponebantur maiores: ideo non debuisset dicere de hac, si mundi sunt maximè à mulieribus. Quod autem sint alię maiores, apparet: quia cum effectus immundiciæ sit excludere hominem à participatione sacrorum, illa immundicia, quę magis excludit maior est arguendo à posteriori. Immūdicia tamē lepræ magis excludebat: quia non solum excludebat hominē à sacris, sed etiam à cohabitatione aliorum hominum, vt morarē in agro. Habebat quoq; vestes distinctas ab alijs hominibus, vt à lōge cognosceretur Leui. c. 14. & Num. 5. similiter quoq; siquis pateretur fluxū seminis, vel esset immundus super mortuo excludebatur de castris Nume. cap. 5. Siquis tamen esset pollutus ex coitu, non eijciebat de castris: ergo erat minor immundicia cum muliere, quàm illę tres. Item illa immundicia erat maior,

A quæ maiori tēpore excludebat aliquem à communicatione sacrorum: lepra tamen, & fluxus seminis excludebāt hominem toto tempore, quo manebat in his immūdicijs, etiam si per multos annos maneret, & immundicia super mortuo excludebat hominem solū per vnum diem. s. ꝙ lauaret aliquis carnē suam post coitum, & manebat solū immūdus vsq; ad vesperam: Leui. cap. 15. magis ergo debuisset dicere de lepra, fluxu seminis, & immūdicia super mortuo, quàm de immūdicia cum mulieribus. Aliquis respondebit, ꝙ hoc factum est, quia ista erat immūdicia corporalis, & spiritualis: alię autem erant immundiciæ solum corporales, & sine peccato. Pro quo considerandum, ꝙ immūdiciæ, de quibus agitr̃

B in veteri testamento, non erant peccata, sed erant quædam irregularitates carnis, vel immundiciæ solum carnales, & contrahebantur sine peccato: immo multę earum, quando contrahebantur, faciebāt hominem mereri. Exemplum primi, vt in lepra, & fluxu seminis, & similibus, quas homo incurrit inuoluntarius. Manifestum est enim, ꝙ nequaquam peccat: excludebatur tamen à sacris: alię autem sunt, in quibus homines merebantur, vt siquis pollueret super mortuo tangendo eum, vel tumulum suum, vel exeundo ad obsequia, immundus erat per septē dies: sepelire tñ mortuū meritoriū erat: īmo īterdū siquis nollet cōtrahere īmūdiciā sup mortuo, peccabat mortaliter, vt siqs nollet ire ad sepeliendū patrē

C suum, nec impendere aliquem honorem funeri palam est, ꝙ peccabat: si tamen iret, efficiebatur immūdus. In immundicia autem cum mulieribus secus erat, quia poterat aliquis peccare mortaliter in coitu, & præter hoc immundus erat vsque ad vesperū. Hæc autem vera sunt: responsio tamen non applicatur, quia tunc solum intelligeretur ista immundicia cum mulieribus, quando coitus esset illicitus: si autem esset cum vxore non contraheretur immundicia, sed falsum est, quia qualitercunque aliquis pollueretur in coitu, lauare debebat carnem suam, & immundus erat vsque ad vesperum, Leui. cap. 15. & ita obseruabant Hebræi. Achimelech quoque quādo dixit hic, si erant mundi pueri à mulieribus, non

D intellexit specialiter de coitu illicito, sed de quocunque, etiam si fuisset cum propria vxore. Dicendum tamen, quòd ista immundicia, quæ est cum mulieribus, siue sit cum vxore, siue cum qualibet alia, erat maior, quàm quæcunque alia immundicia legalis, quia omnes aliæ immundiciæ poterāt contrahi sine peccato, & sine alia reliqua peccati. Immundicia tamen contracta in coitu, quanquam interdum sit sine peccato, nunquam tamen est sine fęditate, & concupiscentia deordinata, quæ sunt reliquiæ peccati originalis: & vocantur interdum peccata, vel iniquitates, vt patet Psal. 50. scilicet. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Quod non intelligitur tan-

E quam ibi esset verè peccatum, scilicet, coitus adulterinus, sed erat fœditas concupiscentiæ: ideo non erat aliqua immundicia, quæ magis deberet hominem tollere à participatione sacrorum, quæ honestissima sunt, quàm immundicia in coitu, quæ fœdissima est: ideo Achimelech quæsiuit specialiter de mundicia à mulieribus. Cum autem arguitur, quòd maior erat immundicia lepræ, & fluxus seminis, & super mortuo, quia non solum excludebant à sacris, sed etiam à communicatione hominum. Dicendum, quòd maior immundicia est cū mulieribus: lex tamen non posuit maiorem pęnam in ea, quàm in alijs, quia erat immundicia nimis cōmunis, quam omnes coniugati sæpissimè incurrebant:

Immundiciæ veteris testamēti non erant peccata.

Immundicia à mulieribus erat maior quacūque alia.

bant: & ſi propter hanc excluderentur à caſtris, ſicut pro immundicia ſuper mortuo eſſet abſurdum nimis, quia ſic oporteret homines ire extra caſtra. Immundicia aūt ſuper mortuo non eſt tā cōis, ideo q̄q̄ iubeantur homines ire extra caſtra, quando illā cōtraherent, non erat inconueniens: de immundicia aūt lepre, & fluxus ſeminis alia cauſa erat eundi extra caſtra, ſ. quia iſtæ immundiciæ ſunt contagioſæ: & ſi illi, qui patiuntur eas, manerent inter alios, inficerent eos, ꝙ erat inconueniens, ideo ēt ſi non eſſet immūdicia legalis, dēbāt oēs hmōi excludi à caſtris, quia eſt immundicia naturalis. De fluentibus aūt ſemine ſecus eſt, quia licèt iſta ægritudo non ſit contagioſa naturaliter, eſt tñ cōtagioſa ſecundum legē, ſ. ꝙ oēs tāgentes virū fluentem ſemine, immundiciā incurrunt. Ille verò, qui eſt immundus in coitu, non habet aliquid horum, ideo quanquam ſit maior immundicia, non excluditur de caſtris.

In quocunque coitu contrahitur immundicia. Quæſt. XV.

QVAERETVR vlterius, an hoc, ꝙ dicitur de immundicia cum mulieribus, ſit intelligendū de quacunq; alia immundicia in coitu, vt de immundicia in coitu Sodomitico, & in coitu pecorali, & in mollitie, atque ſimilibus. Rñdendum eſt, ꝙ in his omnibus immundicia contrahitur, quia ibi ſemen effunditur voluntariè, ſicut cum mulieribus: & tanto grauior eſt immundicia, quanto pctm̄ maius, ideo ſi hoc modo polluti eſſent pueri Dauid, non liceret ei comedere de ſacris: vnde lex, quæ egit de immūdicia in coitu, non magis egit de coitu cū femina, quàm de quocūq; alio coitu, vt patet Leui. ca. 15. ſ. Vir, de quo egredietur ſemen coitus, lauabit aqua omne corpus ſuum. Ergo quicunq; coitus fuerit non differt: dūtamen ſit ſpontanea effuſio ſeminis. Abimelech autem dixit hic de immundicia cū mulieribus, eo ꝙ non ſuſpicabatur Dauid & pueros ſuos pollutos eſſe ſcelere nefandiſſimo, ſ. ſodomitico, vel beſtiali, aut mollitie: quicunque .n. horum exclusiſſet eos à participatione ſacrorum.

An immundus pollutione priuaretur communicatione ſacrorum, ſicut immundus à mulieribus. Quæſt. XVI.

QVAERETVR vlterius, an hoc, ꝙ dcm̄ eſt hic de mulieribus, ēt intelligēdum ſit de pollutione nocturna ꝑ ſomniū. Vr̄. n. ꝙ ſic: nā nō ſolū pollutio in coitu priuabat hoīem participatione ſacrorum, ſed ēt qualiſcunq; ſeminis effuſio: immo vr̄, ꝙ magis ꝓhibeat aliqs ꝓꝑ pollutionē nocturnā, q̄ ꝓꝑ coitū cū muliere: nā ſm̄ legē maior immundicia videbat̄. Qđ patet, qa ſiqs pollueret̄ cū femina ſolū dēbat lauare carnē ſuā, & ī veſpere erat mūdus: nec exibat extra caſtra: ſi tñ pollueret̄ ſōnio nocturno debebat eſſe extra caſtra ꝑ diē, vt patet Deut. ca. 23. ſ. Si fuerit inter vos hō, q nocturno pollutus ſit ſōnio, egrediet̄ extra caſtra, & nō reuertet̄ pri⁹, q̄ ad veſperā lauetur aqua, & poſt ſolis occaſū ingrediet̄ in caſtra. Si ergo ꝓ immūdicia cū mulieribus dēbat qs priuari ſacris, ergo ēt ꝓ pollutione in ſōnio nocturno. Rñdēdū ē, ꝙ ſi nos attēdamus id, ꝙ regulare erat, manifeſtū ē, ꝙ polluti ſōnio nocturno, nō poterat comedere de ſctīficatis, qa oēs immūdi ꝓhibebant̄ à ſctīficatis, vt patet Leui. c. 22. pollutio aūt nocturna erat immūdicia: ergo ſic pollutis nō liceret comedere de ſctīficatis: nūc tñ nō attēdimus hoc, qa q̄q̄ quelibet immūdicia arceret à ſctīficatis, Achimelech tñ curauit ꝑci puē de illa, q̄ eſt cū mulieribus: nā ēt ſi alias immūdicias habuiſſent pueri, Dauid nō vetuiſſet eis panem

F ſctm̄ ꝓꝑ eas. Et hoc modo dicendum, quòd immundicia in pollutione nocturna non impediuiſſet eos. Ratio autem diuerſitatis eſt, quia licet in omni alio coitu, etiam ſi nō eſſet cum mulieribus, impedirent pueri Dauid ab eſu ſacrorum, eo quòd ibi eſt ſpontanea effuſio ſeminis. In pollutione autem nocturna non ſpontè effunditur, ideo non æqualis immundicia. Vnde Dauid quando reſpondit ad Achimelech non intellexit illam quæſtionem extendi ad pollutionem nocturnam: alioquin reſpondiſſet de illa: ſolum tamen reſpondit de coitu, dicens: ſi de mulieribus agitur continuimus ad heri, & nudiuſtertius. De pollutione autem nocturna nihil dixit: ergo videt̄, ꝙ etiam ſi polluti fuiſſent, non prohibuiſſet eis panē
G ſanctum Achimelech. *Et reſpondit Dauid Sacerdoti*, ſcilicet, Achimelech hic reſpondit tam pro ſe, quàm ꝓ pueris, quanquā Achimelech ſolum dixiſſet de pueris ad hoc, ꝙ nō recuſaret Achimelech dare Dauid panem ſanctum. *Equidem ſi de mulieribus agitur*: ideſt ſi non quæritur de alia immundicia, niſi de illa, quæ ē à mulierib⁹. *Continuimus nos ab heri, & nudiuſtertius*, ideſt tres dies ſunt, quibus iam continemus. Dixit hoc, qa multa alia genera immundiciarum erant, & quodlibet illorum arcebat à participatione ſacrorum: & fortè in aliquo genere immundicię Dauid, & pueri ſui erant immundi propter quod impedirentur comedere, quia tamen de mulieribus inquirebatur, dixit, ꝙ quantum ad illas continuerant. *Quando egredie-*
H *bamur*, ideſt ex eo tempore, quo egreſſi ſumus à rege ferentes præceptum illius continuimus à mulieribus, & iam tres dies erant, quibus egreſſi fuerant. In hoc autem non conſtat, an Dauid mentitus fuerit: nam in multis alijs mentitus eſt ſacerdoti, vt patet ſupra. Aliquis autem dicet, ꝙ tres dies iſti computātur ab eo tempore, quo Dauid receſſerat ab vrbe: nā tribus diebus latuit in agro, & in tertio die in aurora ſtetit cum eo Ionathas, & receſſit de loco latibuli, & eodem die venit in vrbem Nobe, & ſic erāt tres dies, quibus continuerat computando ab illa die exitum ſuum, qua latere incepit, quia ex tunc non redijt in domum ſuam, ita vt poſſet adhærere vxori. Sed hoc non eſt veriſimile, quia Dauid fingebat ſe
I miſſum à rege: ſi tamen ex vrbe, in qua erat Achimelech, tā paruum eſſet iter, vt vna die cōfici poſſet, nō dixiſſet Dauid, ꝙ tres erant, quibus egreſſi fuerant: quia tunc haberet Achimelech locum capiendi Dauid in ſermone, quādo diceret ſe miſſum à rege ſub magna velocitate. Dicendum ergo eſt, quòd ab Vrbe Gabaa, in qua erat Saul, uſque Nobe eſſet iter triū dierum, & Dauid illud ambulauerat in tribus dieb⁹ computando à die, quo receſſit à Ionatha. *Et quia* ipſe tunc egreſſus eſt, dicit pueros tunc egreſſos, quā quam non egreſſi ſunt ſimul cum eo, quia, quando ipſe receſſit à Ionatha, nullus erat cum illo: poſuit autem Dauid tres dies, non quidem, quòd ad mundiciam à mulieribus requireretur abſtinentia trium
K dierum, quia ſolum requirebatur abſtinentia diei vnius, vel parui temporis, ſ. ꝙ ex quo aliquis cognouerat feminam, erat immundus ſolum, vſque ad ſequentem ſolis occaſum: Leui. ca. 15. non ergo oportebat abſtinere tribus diebus: quia tamen ſic erat, ꝙ per tres dies abſtinuerant Dauid, & pueri ſui, dixit, quòd ab heri, & nudiuſtertius continuerant, quanquam non eſſet hoc neceſſarium. Et hoc verum eſt, ſi non acceſſiſſent ad mulieres mēſtruatas, quia hoc modo cauſabatur immundicia durans per ſeptem dies: Leui. 15. cap. Dauid tamen erat ſibi conſcius in hoc, ſ. quòd non eſſet taliter pollutus. De pueris tamen ſuis idem æſtimabat. *Et fuerunt vaſa puerorum ſancta*, ideſt fuerunt ſanctificata à nudiuſtertius. Vo-

A Vocantur vaſa puerorũ corpora, quæ ſancta erant,
idest non polluta ſeminis effuſione, ſaltem per tres
dies præcedentes. *Porro via hæc polluta eſt.* Aliqui expo-
nunt iſtam literam, ꝙ Dauid, & pueri ſui contraxe-
rant aliquam immundiciam in via, ſ. in illis tribus
diebus. *Sed hodie ſanctificabitur in vaſis noſtris*, ideſt, immũ
dicia, quam contrahere potuimus, vel fortè contra-
ximus, ſanctificabitur in vaſis, ideſt excuſabitur ꝑꝑ
mundiciam vaſorum noſtrorum à coitu. Aliter ex-
ponunt quidam. *Via hæc polluta eſt*, ideſt proceſſus iſte
ſecundum ſe eſt illicitus, ſ. ꝙ de communi curſu illi-
citũ erat, ꝙ panis ſanctus daretur laicis. *Sed hodie ſan-
ctificabitur in vaſis*, ideſt excuſabitur in nobis ꝑꝑ neceſ
ſitatẽ famis, in qua ſumus: erant enim Dauid, & pue
B ri ſui nimis eſurientes. Aliter exponunt Hebræi qui
dam, ſ. *Porro via hæc polluta eſt*, ideſt certũ eſt, ꝙ aliquas
immundicias contraheremus in via, ꝑꝑ quas non eſ
ſet licitum comedere de pane ſancto. *Sed hodie ſanctifi
cabitur in vaſis*, ideſt licitum eſt nobis comedere de pa
ne iſto, licèt hodie ſanctificaretur in vaſe, ideſt pone
retur in menſa propoſitionis. Iſte ſenſus eſt differens
ab alijs ꝑꝑ hoc, ꝙ litera Hebraica nõ dicit in vaſis no
ſtris, ſicut dicit litera noſtra, ſed dicitur. Sanctificabi-
tur in vaſe, & intelligunt Hebræi per vas hic intelli-
gi vaſa aurea, in quibus ponebantur panes propoſi-
tionis ſuper menſam auream. Eſt autem ſenſus, ꝙ
panes iſti poni debebant, quando nouiter fiebant ſu
per menſam propoſitionis: & tunc erat nimis illici-
C tum laicis comedere de illis ꝑꝑ duo. Primò, quia illi
panes ſancti erant. Secũdò, quia coram Domino ma
nere debebãt per aliquot dies, ideo ſi de illis daretur
laicis, violaretur duplex lex: ſi autem iſti panes iam
ablati eſſent à facie Domini, poſitis alijs, ſolum vio-
laretur vna lex, ſi daretur laicis de eis, ſ. quia iſti pa-
nes ſancti erant, & non licebat comedere de illis, ni-
ſi ſolis ſacerdotibus. Iſti tamen dicunt, ꝙ etiam ſi pa
nes propoſitionis fuiſſent ſanctificati illa die in vaſe,
ideſt tũc poſiti fuiſſent nouiter ſuꝑ menſam, adhuc
liceret Dauid, & pueris ſuis comedere de eis ꝑꝑ ma-
gnitudinem famis. Aliter autem litera iſta exponen
da eſt, ſ. *Porro via hæc polluta eſt*, ideſt ſi quęris de mun-
dicia, manifeſtum eſt, ꝙ in via iſta nos contraximus
D aliquas immundicias. *Sed ſanctificabitur hodie in vaſis no
ſtris*, ideſt panis iſte erit ſanctus in vaſis noſtris, ideſt
in corporibus, ſ. ꝙ non cõtrahet immundiciam, ꝑꝑ
nos, qui immundi ſumus, quià neceſſitas excuſauit
nos ab omni immundicia: & ita eſſet ſicut ſi come-
deretur iſte panis à mundis. Et iſte eſt ſenſus literæ.
Dedit ergo ei ſacerdos panem ſanctificatum, ideſt de panib⁹
propoſitionis, qui erant ſanctificati. Nõ cõſtat quot
panes dederit ſacerdos Dauid. Dicendum, ꝙ dederit
multos: nam dedit ei pro ſe, & pueris ſuis, ipſe tamẽ
petiuerat primo ſaltem quinque panes, vt patet ſu-
pra. Et ſi dicas fortè non habebat Achimelech niſi
vnum, vel duos panes ſanctificatos ad dandum Da-
uid, Dicendum, ꝙ non ſtat, quia panes propoſitionis
ſemper erant 12. vt patet Leui cap. 24. ſed iſti nunc
nouiter ablati fuerant à facie Domini, vt ponerẽtur
alij recentes, vt patet infra in litera. Ergo poterat ei
E dare 12 panes ſi voluiſſet. *Nec erant ibi panes, niſi tantum
propoſitionis*, ideſt non erant ibi eo tempore aliqui pa-
nes laici, nec erant aliqui ſanctificati de illis, qui offe
rebantur ſacerdotibus: vel quos faciebant ipſi de ſi-
mila conſperſa oblata, ſed ſoli panes propoſitionis,
quia acciderat nouiter eos tunc tolli à facie Domi-
ni. *Qui ſublati fuerant à facie Domini*, ideſt illi panes pro-
poſitionis ablati fuerant de menſa aurea, quæ erat
ante faciem Domini: fingebatur enim Deus quaſi
habitans intra Sancta Sanctorum ſuper arcam in
propitiatorio inter duos cherubim: nam ibi diceba-

A tur ſedere infra 2. libr. cap. 6. habebat autem faciem
conuerſam ad introitum Sancti Sanctorum, & qa
panes propoſitionis cum menſa aurea erant apud
introitum Sancti Sanctorum extra velum in latere
ſeptentrionali tabernaculi dicebantur eſſe ante fa-
ciem Domini: & quia nunc inde ablati fuerãt, dice-
bantur ſublati de facie Domini. Conſiderandum
eſt vlterius, quòd dies iſta, qua venit Dauid in Nobe
erat Sabbathum: quia tunc ſublati fuerant panes
propoſitionis de menſa, & poſiti fuerant alij recen-
tes: hoc tamen nunquam fiebat, niſi in Sabbatho, vt
patet Leui. cap. 24. ſ. per ſingula Sabbatha mutabun-
tur: ergo in Sabbatho venerat Dauid: credidit tamẽ
ſibi hoc licere, quia erat neceſſitas vrgens. Præceptũ
B autem nullum obligat contra neceſſitatem. Iſta etiã
fuit vna cauſa admirationis Achimelech, quare ve-
niſſet Dauid, ſ. quia veniebat in Sabbatho: nec pecca
uit in hoc Dauid, quia vt euaderet mortem licebat
fugere in Sabbatho, ſicut Machabæis licuit pugnare
in Sabbatho propter neceſſitatem. 1. Machab. cap. 2.
Vt ponerentur panes calidi, ideſt ablati fuerant panes ve-
teres de menſa, vt ponerentur alij calidi, quia, quan
do ponebantur in menſa calidi erant, & per ſeptem
dies ibi manebant.

Die Sabbathi venit Dauid ad Achimelech.

Quomodo panes propoſitionis poterant poni calidi in menſa die Sabbathi. Quæſtio XVII.

C QVAERET aliquis, quomodo poterant po-
ni panes calidi in mẽſa propoſitionis, quia ſic
videretur violari Sabbathum: nam panes
propoſitionis ponebantur in die Sabbathi Leui. ca.
24. Si ergo tunc calidi erãt neceſſe erat, quòd in Sab-
batho coquerentur, alioquin calidi non manerent
ex die pręcedenti. Quidam reſpondent, ꝙ iſti panes
coquebantur die præcedenti: & tamen dimitteban-
tur in aliquo loco, in quo poſſet manere in eis calor,
& non comburerentur, & tunc quando poneban-
tur, calidi erant. Alij autem dicunt, quòd Deus ope-
rabatur miraculosè in iſtis panibus, ſ. ꝙ quanquam
educerentur de clibano, & manerẽt per vnum diẽ,
vel plus extra ſemper manerent calidi: immo quidã
D Hebræi volunt, quòd ſemper manebant calidi quã-
diu erant ſuper menſam propoſitionis. Sed hoc nõ
conſonat literę: quia hic dicitur, quòd ſublati fuerãt
panes de conſpectu Domini, vt ponerentur calidi,
q d. illi, qui ſublati fuerant, non erant calidi: alioqn
non diceretur, vt ponerentur calidi: ſed ſublati fue-
rant quidam panes, vt ponerentur alij, & non fieret
differentia de eſſe calidum, ad non eſſe calidum. Itẽ
cùm dicitur, quòd Deus faciebat illos panes miracu
losè manere calidos, non eſt veriſimile, quia expri-
merentur talia, cum eſſent ad laudem Dei talia mi-
racula. Etiam non eſt veriſimile, quia miracula nun-
quam fiunt ſine aliqua neceſſitate, vel vtilitate: non
videtur tamen aliquid, propter, quod deberet poni
miraculum iſtud, ſcilicet, quòd panes manerent ca-
lidi, vſquequo alij ponerentur in Altari, quia nihil
E magis differebat eſſe calidos, quàm frigidos. Aliter
dici poſſet, quòd vocantur hic panes calidi, ideſt re-
centes, quia licet præcedenti die cocti fuiſſent, &
non manerent calidi, tamen recentes erant reſpe-
ctu illorum, qui fuerant ſeptem diebus in menſa.
Sed hoc non multum ſtat, quia nimis differt eſſe ca-
lidum, vel eſſe recentem: nunquam tamen rece-
dendum eſt à ſignificatione nominis, niſi propter
neceſſitatem. Ideo dicendum, quòd iſti panes pro-
poſitionis, quando ponebantur in Altari, erant ca-
lidi, & non fiebat hoc miraculosè, ſed quia tunc
educebantur de clibano. Vnde in die Sabbathi co-

quebantur isti panes, nec erat in hoc violatio Sabbathi, quia Sabbathum debebat custodiri in omnibus habitaculis Iudæorum, sed in templo Domini non iubebatur custodiri: nam quicquid in Sabbatho fieret in templo, non erat opus seruile, quia non fiebat ad hominum seruitutem, sed Dei: licitum autem erat pro Deo quæcunque opera in Sabbatho facere, præcipuè cum illa opera iussa essent à lege: sic enim patet de ignis succensione: nam non licebat Iudæis in Sabbatho accendere ignem, Exo. ca. 35. s. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diẽ Sabbathi: in sanctuario tamen quotidie fouebatur ignis, siue esset Sabbathum, siue nõ, & sacerdos quotidie ponebat ligna, Leu. c. 6. s. Ignis autem in Altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies. In sanctuario quoque plus laborabant sacerdotes in Sabbathis, q̃ in alijs diebus, eo ꝙ tunc offerebantur plura sacrificia: omnia tamen animalia tũc necesse erat iugulari per sacerdotes, & decoriari, & diuidi in frusta, & cremari in Altari: lauari quoque intestina, si esset holocaustum: istę tamen operationes erãt nimis laboriosę, & erant licita in Sabbatho, quia non erãt ad seruitutem hominum, sed Dei. Similiter ergo liceret in die Sabbathi coqui panes propositionis: ꝙ erat minoris occupationis, q̃ sacrificia, & erat ad solum Dei cultum. Hoc aũt Christus asseruit Matt. c. 12. s. Sacerdotes in tẽplo Sabbathum violant, & sine crimine sunt: ergo videtur, ꝙ multa faciebant sacerdotes in Sabbatho, per quem violaretur obseruatio Sabbathi, nisi illa fierent ad honorem Dei. Ita igitur hic dicendum, quòd licebat coqui panes propositionis in die Sabbathi, & coquebantur: & sic quando ponebantur in mensa calidi erant, quia eadem die coquebantur, & vt extrahebantur de clibano, ponebantur in mensa.

Sabbathũ in templo non seruabatur.

Tempore necessitatis Achimelech accepisset panes propositionis de mensa, vt daret Dauid. Quæstio XVIII.

QVAERETVR vlterius, quid, si veniente Dauid, non habuisset Achimelech aliquos panes propositionis, nec laicos, sed solum essent panes positi in mensa coram Domino, an inde tolleret eos ad dãdum Dauid, & pueris suis. Respondendum est, sicut supra dicebatur de mundicia, ꝙ omnes istę leges dispensabiles sunt, & adueniente necessitate, nulla earum obligabat: illicitum. n. erat, ꝙ panes propositionis postq̃ sublati erant à facie Domini, darent laicis, necessitas tamen fecit licitum esse. Quod aũt panes tollerentur de mensa ad dandum alicui, erat ẽt contra legẽ, quia lex iusserat singulis Sabbathis poni 12. panes super mensam, & manere ibi vsque ad sequẽtem Sabbathum: Leui. 24. cap. Si aũt tollerentur inde, violaretur ista lex. Sed non erat ista maioris obligationis, q̃ quæcunque alia lex positiua data à Deo: sed omnes aliæ erant dispensabiles, & Achimelech credidit illas non obligare, existente necessitate Dauid, & puerorum suorum: ergo ẽt si panes essent in mẽsa propositionis, & vidisset Achimelech Dauid, & pueros patiẽtes famis necessitatem, tolleret inde panes, & daret eis: erat tamẽ hoc grauius, q̃ id, ꝙ ipse fecit, quia hic violabantur duæ leges, vel videbatur qualitercunque agi contra illas: in alio solum agebatur cõtra vnam, ideo quæsiuisset maiorem cãm, siue maiorem necessitatẽ famis Achimelech in Dauid, & pueris suis ad dãdum eis panes isto mõ, q̃ sicut dedit: data tamen vrgente necessitate non dubitasset dare quodcunq; vellet, non putans in hoc legẽ violari: si tamen abstulisset sic panes de mẽsa, oportebat

F ꝙ illicò restitueret alios, s. ꝙ coqueret totidem, quot abstulerat, & poneret in mensa; quia semper dẽbant esse 12. panes in mensa in memoriã 12. filiorũ Israel Leui. cap. 24. *Erat autem ibi vir quidam.* Hic fit quædam interpositio, quia cum enarretur quid egerit Dauid cum Achimelech, interponit, ꝙ erat ibi vir quidã, s. Doeg Idumęus. Et hoc fit, quia hic agitur de fuga, & persecutione Dauid, & quia iste Doeg egit aliquid ad persecutionem istam, interponitur de eo: ipse. n. reuelauit Sauli ea, quæ viderat, & pp hoc occisus est Achimelech cum omnibus, qui erant in vrbe Nobe, sequenti cap. *De seruis Saulis,* idest de illis, qui familiariter assistebant ei: nam sequẽti cap. dicit, ꝙ Doeg Idumæus assistebat regi, & erat primus inter seruos

G eius. *In die illa,* i. in die, qua venit Dauid ad Achimelech. *Intus in Tabernaculo Domini,* i. erat Doeg ĩ sanctuario eo tpe, quo loquebãtur Dauid, & Achimelech. Accipitur autem hic tabernaculum large pro toto sanctuario: nam si propriè accipiatur, nõ poterat introire Doeg in illud, quia tabernaculum erat quædam domus quadrangula hñs tria latera tabulis tecta, & vnum apertũ desuper, & in circuitu pellibus, & cortinis vallata: de quo Exo. ca. 26. & in isto tabernaculo erant duę partes, s. Sancta Sanctorum, q̃ erat vltima pars: in nulla aũt istarum partium introibãt laici: sed in Sancta Sanctorũ solus sacerdos magnus, & ĩ sanctũ soli sacerdotes minores, vt patet ad Heb. cap. 9 atrium tamen tabernaculi interdum vocatur

H tabernaculum, vt patet sæpe in Leui. In illud aũt licebat laicis introire ad sacrificandum, vel offerendum, vel orandum. Potest etiam vocari tabernaculum tota illa domus, ĩ qua erat tabernaculum cum atrio suo, & in illã licebat omnibus introire. In Hebræo habetur hic, ꝙ erat Doeg retentus in tabernaculo: litera autem nostra posuit intus, eo ꝙ retentus dicit inuoluntariam retentionem: in tabernaculo aũt nullus inuoluntariè tenebatur, quia nõ erat ibi locus carceris. Dicunt aũt quidam, ꝙ erat in tabernaculo, s. quia venerat ad offerendum hostias pacificas, & comederat ibi: nam illi, qui offerebant hostiã pacificam, comedebant partes sibi prouenientes coram Domino, s. in atrio tabernaculi, vt patet Deut. c. 12.

I & 16. vel dr̃, ꝙ erat Doeg inuitatus ab aliquo, qui comederet de pacificis, & obtulerat illa: & quia ista comedebantur in sanctuario, erat Doeg in sanctuario. Alij autem dicunt, ꝙ erat retẽtus in sanctuario, s. ad vacandum doctrinæ legis, ita ꝙ ibi addisceret legẽ. Sed hoc non stat, quia Doeg non vacabat legi, sed erat vir aulicus, & primus inter seruos Saulis, vt patet sequenti cap. dato etiam, ꝙ vacaret legis studio, non maneret intra sanctuarium, quia nõ erat ibi locus alicui semper manendi, cùm esset locus mũdus, sed solum erat locus ad orandum, & offerẽdum. Iõ dicendum est sicut prius, vel, ꝙ fortè à casu venerat in vrbem Nobe, & accidit, ꝙ esset illo tẽpore in sanctuario. *Et nomen eius Doeg Idumæus.* Exprimit hic no-

K men, vt sciatur, quis iste fuerit, qui dedit occasionẽ mortis omnium sacerdotum Nobe. Vocatur autẽ Idumæus, quia fortè erat de stirpe Idumæorum, & conuersus fuerat ad ritum Iudaicum, sicut multi de Gentilibus conuertebantur. *Potentissimus Pastorũ Saul:* idest iste erat princeps inter omnes pastores Saul. Non enim erat iste pastor, quia ipse erat in curia regis, & assistebat ei, sed erat positus princeps super pastores. Hoc autem erat, quia antiqui reges vacabant agriculturæ habentes curam de cultura terræ, & de pecoribus, quia in his habebant magnam partem substantiæ suæ: sic enim legitur de rege Ozia, qui curam habuit magnam de agricultura, vt patet 2. Paralipom. cap. 26. Aliqui exponunt, quòd Doeg erat

poten-

potentissimus pastorum Saul,i.princeps inter sapiētes,vel interpretes Saulis:sed hoc nō consonat, quia Doech non erat vir deditus sapientiæ:potissimè, q̄a nimis esset hoc trahi literam à sensu suo. In quibusdam Biblijs habetur. *Hic pascebat mulas Saul*. Sed hoc non est de textu,nec habetur in Biblijs correctis:nō enim est verisimile,ꝙ ille,qui erat primus inter seruos Saul,vt patet seq.cap.pasceret mulas,vel aliqua pecora. *Dixit autem Dauid ad Achimelech*. Postq̄ petiuit Dauid panem ab Achimelech,nunc petit arma, q̄a oīa necessaria sibi erant. *Si hēs hic ad manum hastam, vel gladium da mihi*. Bene sciebat Dauid,ꝙ Achimelech sacerdos hr̄et aliqua arma, petiuit tñ si hr̄et ad manum,i.si hr̄et in pñti,vel in prōptu. Ex quo apparet, ꝙ Dauid erat cum magna festinatione: nā nihil petebat,nisi ꝙ hr̄etur ad manum:sic patet supr. de pane,s.siquid hēs ad manum,vel quinque panes da mihi.Nam q̄q̄ sciret,ꝙ poterant hr̄i multi panes in vrbe,tñ non petiuit de illis: sed si possent hr̄i aliqui in promptu:ita ēt fuit de armis,qui noluit, ꝙ inquirerentur arma per vrbem pro eo, sed quod ad manū esset,daretur illi. *Quia gladium meum,& arma mea non tuli mecum*. Hoc dicit,q̄a Achimelech diceret ei:vbi ergo sunt arma tua?respondet ipse,ꝙ non tulit secum aliquid de armis suis.

Quare Dauid non tulit arma secum cum tantum essent sibi necessaria in via. Quæstio XIX.

QVAERET aliquis, quare Dauid non tulit secum aliqua arma, cum essent sibi necessaria in via,potissimè cū hr̄et hostes.Nicolaus r̄ndet,ꝙ non potuit secum tollere arma, quia dimissus fuit à Michol per fenestrā,vt patet supra cap. 19. Sed hoc non stat,quia non fuit ista fuga,qua fuit dimissus à Michol: nam post illam iuit ad Samuelem deinde redijt ad Ionathā præcedenti cap. & ibi stetit in domo sua,quia vrbs,in qua erat Ionathas,erat, in qua morabatur Saul,& in qua morabat̄ Dauid: alioquin nō dixisset Saul Ionathæ: quare non veniebat Dauid ad mensam,vt patet præced. cap. Ibi tñ stetit Dauid cum Ionatha,& cōsiliati sunt ambo quid fieret de Dauid:& ambo exiuerūt in agrū, vt patet e.c. iō potuisset ducere arma sua secum. Itē dato,ꝙ non potuisset redire Dauid ad domum suā, poterat ducere alia arma:& sic non erat cōueniens r̄nsio, ꝙ nō duxerat arma sua secū,q̄a nō redierat in domū. Sed dicendū est,ꝙ Dauid non potuit ducere secū aliqua arma sua,vel aliena:nam Ionathas, & Dauid egressi sunt in agrum, vt consiliarentur super statu Dauid, & ibi Ionathas dixit ad Dauid:descēde festinus,& venies in locum,vbi celādus sis. Venit aūt Dauid illuc immediatè,mansitq; ibi diebus tribus vsquequo Ionathas redijt ad eum, & in illis tribus diebus nō iuit ad aliqua loca,in quibus posset hr̄e arma,& quia,q̄n ipse,& Ionathas egressi sunt de vrbe non hēbant aliqua arma,non potuit Dauid hr̄e arma, q̄n recessit à Ionatha,& quia ex eo loco vsquequo venit ī Nobe ad Achimelech,non audebat declinare ad aliqua loca,in q̄bus hr̄et arma:iō adhuc inermis erat. Sed tūc dicet: quare Dauid non duxit secū aliqua arma, q̄n egressus ē cum Ionatha in agrū. Posset dici,ꝙ fortè nōdum deliberauerat Ionathas,& Dauid, ꝙ Dauid descenderet immediatè ad latēdum,vel an dēret redire in vrbē. Accidit autem, ꝙ deliberauerunt dēre eum immediatè latere, iō non redijt pro armis, sed iuit inermis.Sed adhuc dato,ꝙ diceremus Dauid,& Ionatham deliberasse,anteq̄ exirēt de vrbe, ꝙ descēderet Dauid ad latendum,nō decebat,ꝙ portaret arma secum,quia p hoc daretur locus suspitioni: vo-

A luit aūt Dauid tollere oēm præsumptionem: nam cum Dauid,& Ionathas egressi sunt inermes ī agrū, crederetur,ꝙ egrediebantur ad meditationem, vel delectationem. Si aūt Dauid egrederetur armatus, crederetur esse signum viæ:& tunc cum Saul inquireret pro Dauid,aliqui possent r̄ndere, ꝙ viderāt eū egredientem armatum cum Ionatha, & per hoc deprehenderetur Ionathas,vt facti conscius, & posset denunciari regi, & hoc anteq̄ cognosceretur intentio eius per ea, quæ postea quæsiuit in mensa præcedenti capi. non potuit ergo conuenienter Dauid educere arma sua secum.

Quare Ionathas non dedit arma Dauid, quando venit ad eum
B *in agrum. Quæstio XX.*

QVAERETVR vlterius,quare Ionathas non dedit Dauid arma ad ferendum secum in itinere, cum ipse venerat ad eum in agrum, q̄n recedere dēbat. R̄ndendum, ꝙ Ionathas non habuit cōueniētia arma,quæ daret Dauid,q̄n stetit cum eo:nam solum habebat arcum,& sagittam, vt patet præcedēti cap.egebat autem Dauid gladio,vel hasta, sicut ipse petiuit hic ab Achimelech:& dato, ꝙ Ionathas vellet dare Dauid arcum suum,non conueniebat,quia per hoc incideret in præsumptionem,s.egressus fuerat in agrum ferens arma: si autem nunc reuerteret Ionathas non ferens arma,manifestè pateret, ꝙ ali-
C cui locutus fuerat in agro, cui dederat arma sua. Et quia Saul iam præsumebat contra Ionathā, ꝙ hr̄et Dauid abscōditum:nam cum dixisset, ꝙ miserat eū in Bethlehem,non credidit Saul, sed dixit: iam nūc mitte,& adduc eum ad me, quia filius mortis est, ita præced. cap. Magis ergo nunc p̄sumeret,ꝙ hūit eum abscōditū, & dedisset ei arma sua in agro. Si aūt dicas,quare non portabat Ionathas alia arma secum, quæ daret Dauid,ipse aūt retineret sibi arcum. Dicēdum,ꝙ eadem rō est,quæ in præcedēti,s.quia,si portaret Ionathas multa arma secum ī agrum,esset duplex præsumptio. Prima erat,q̄n egrederetur. Secūda,q̄n reuerteretur.De prima patet, quia cum viderent viri vrbis egredi Ionatham armatum,præsume-
D rent eum,aliquid velle agere secretè,ad ꝙ necessaria erant arma:nam illa nō erant ad delectationem,vel ad venationem,sicut si solum educeret arcum, & sagittas.Secunda aūt præsumptio, & maior esset cum reuerteretur in vrbem,& non ferret illa arma. quia manifestum esset,ꝙ alicui dedisset in agrū: iō adhuc minoris præsumptionis fuisset,ꝙ solum arcum educens dedisset illum Dauid,q̄,ꝙ ducens alia arma,s.lānceam,gladium,& similia daret illa Dauid.Non vidit ergo Ionathas aliquem modum conuenientē, quo ipse posset ferre arma pro Dauid: & sic necesse fuit, ꝙ mitteret eum inermem. Nec .n. Ionathas ausus ē dare alicui alteri arma,vt ferret illa Dauid,quia nemini confidebat tātum,vt reuelaret statum Dauid,
E cum ex hoc posset periculum incidere: iō ambo tm̄ negocium nouerant, præced.cap. Dauid igitur nec à Ionatha,vel ab aliquo alio arma hr̄e potuit,iō venit inermis vsque ad Achimelech. Ei aūt confisus ē vitam suā,reuelans se ei:iō petijt ab eo panes, & gladium. *Sermo.n.regis vrgebat*. Ista est eā excusatoria,cur nō ferret arma Dauid:nam diceret ei Achimelech: quare non portabat arma in via, cum essent necessaria:ipse autem dixit,ꝙ sermo regis vrgebat,i.præceptum regis cogebat eum nimis ad velociter recedēdum, ita ꝙ nō potuit declinare in domum suam ad accipiendum arma. In hoc mētiebatur Dauid,quia rex nihil dixerat,sed ipse erat profugus, quia tamen semel mentitus fuerat, ad colorandum illud men-

dacium, oportebat eum pluries mẽtiri. *Et dixit sacerdos*, s. Achimelech. *Ecce gladius Goliath Philisthæi.* Abimelech diligebat Dauid, iõ omnia, q̃ petebat, libenter concessit ei: dedit aũt illi gladiũ Goliath, nõ qdẽ, ꝙ non possit aliũ hr̃e, sed quia nõ hẽbat aliũ ad manum: manifestum est .n. ꝙ in vrbe illa poterat multos gladios hẽre Achimelech, de quib⁹ daret vnum Dauid, quia tñ ipse petiuit gladium, vel hastã ad manum, & non hẽbat sacerdos alium ad manũ, nisi gladium Goliath, dedit eũ illi: non .n. erat Achimelech in domo sua qñ venit ad eum Dauid, sed erat in tabernaculo Dñi: ibi aũt non erant aliqua arma, quia non erat locus pugnæ, sed solum gladius Goliath, q̃ reseruabatur ibi in memoriam. Illum aũt dedit, qa non sustinebat Dauid expectare quousq; iret Achimelech in domum suam ad dandum ei alia arma, & hoc, quia timebat nimis cognosci, & detineri. *Quem percussisti in valle Terebinthi.* Iste erat locus, in quo conuenerant Philisthini contra Israel, & ibi occidit Dauid Philisthæum, supra cap. 17. Vocatur aũt vallis Terebinthi, i. vallis quercus: est .n. Terebinth⁹ arbor arabica, vt ait Isidorus: & pro eodem accipitur querc⁹, & Terebinthus in Hebrǫo: nam sicut ponitur quercus supra cap. 10. cum dr̃. Et veneris ad quercum tabor, ita ponitur Terebinthus: nam idem nomen hr̃ in Hebræo ibi, & hic. Vocat̃ aũt sic illa vallis, qa fortè erat ibi aliqua magna Terebinthus, à qua nomen acceperat, sicut in conualle mambre, erat quædam magna Ilex, sub qua habitabat Abraham, de qua dixit ipse ad Angelos: requiescite sub arbore: & sub illa postea comederunt, vt patet Gen. 18. c. *Est inuolutus pallio post Ephod*, idest gladius iste est inuolutus in quodam pallio, & erat apud Ephod. Est .n. Ephod vestis Sacerdotalis, de cuius figuratione hr̃ Exo. cap. 28. & seruabatur ista vestis cum alijs Sacerdotalibus in Tabernaculo, & apud illam erat gladius Goliath inuolutus. Aliqui Hebræi exponunt istam lr̃am dicẽtes, ꝙ erat gladius post Ephod, i. dedit Achimelech Dauid gladiũ, & postea consuluit Dñm ꝓ eo in Ephod. Sed iste sensus nimis est alienus, iõ dicatur, vt prius.

Gladius Goliath positus fuerat in tabernaculo Domini: reliqua autem arma seruauerat Dauid pro se in domo sua.

Quæstio. XXI.

QVAERET aliqs, qũo dr̃, ꝙ gladius Goliath erat in tabernaculo: quia Dauid tulerat oĩa arma Goliath pro seipso, & posuit ĩ domo sua, vt patet sup. cap. 17. s. Assumẽs aũt Dauid caput Goliath, artulit illud in Ierusalem, arma verò ei⁹ posuit in tabernaculo suo, ergo non erat gladius in tabernaculo Dñi. Dicendũ, ꝙ gladius Goliath positus fuerat in tabernaculo Dñi, vt patet hic: reliqua aũt arma eius seruauit Dauid pro seipso, & posuit in tabernaculo suo: gladiũ aũt posuit potius in tabernaculo Dñi, q̃ aliud genus armaturæ, quia Deus magis cooperatus fuerat sibi in gladio, q̃ in alijs armis: nã ponebat Dauid aliqua de armis Goliath in memoriã occisionis Goliath, & quia Dauid occidit eũ gladio suo, vt patet supra cap. 17. & alia arma sua nihil ei contulerunt ad hoc posuit magis gladiũ in tabernaculo, q̃ alia genera armorũ. Fuit aũt conuenięter iste gladius posit⁹ in tabernaculo Domini ad laudẽ Dei: & hoc pp duo. Primò pp ipsum Dauid, s. qa Dauid superauerat ipsum Philisthæum: non quidem in fortitudine virtutis suæ, sed à Deo adiutus. In recognitionẽ ergo huius beneficij à Deo sibi prestiti, posuit istum gladium in tabernaculo, indicãs ꝑ hoc, ꝙ ipse non intendebat habuisse victoriã hanc à se, sed à Deo, ideo dabat hoc illi in munere. Secundò hoc

Duę rationes, quare gladius positus ẽ in tabernaculo.

F erat conueniens pp Israelitas: nã qñ intrarent in sanctuarium, viderent ibi gladium Goliath, & recordarentur, ꝙ Deus eis bñficium victoriæ contulisset, iõ surgerent in diuinam laudẽ. Ex hoc aũt apparet, ꝙ licitum esset militibus in tẽplo nostro, siue in quacũque Ecclesia relinquere signa virtutis suæ in armis: potissimè cum bella illa sunt ad aliquid honestũ, qa per hoc innuunt, ꝙ magnifica gesta, q̃ habuerunt in armis, ex Dei bñficio assecuti sunt. *Si istum vis tollere, tolle.* Dubitabat Achimelech, an Dauid vellet accipere illum gladium. Cã dubitationis erat, quia ille gladius positus fuerat in tabernaculo ad cultum Dei, vt esset signum victoriæ à Deo collatæ: iõ fortè Dauid nollet eum accipere ad vsus suos, cũ semel Deo

G dedicasset. Quidã dñt, ꝙ positus fuerat iste gladius in Tabernaculo, qa cũ eo fuerat amputatũ caput Goliath, & erat iam gladius cõsecratus Dño, & hoc verum est. Nicolaus tñ dicit hoc non stare, quia id, ꝙ semel Dño erat consecratum, non poterat redire ad humanos vsus, vt patet Leui. ca. vlti. & sic Dauid nõ potuisset eo vti licitè. Et sic cõcludit Nicolaus, ꝙ nõ erat iste gladius consecratus Dño, sed fuerat positus solum ad memoriam victoriæ in tabernaculo. Sed hoc nõ stat, quia vel iste gladius Goliath adhuc erat Dauid, vel non. Si non erat Dauid: ergo iam donauerat illum Deo, & cõñr erat consecratus, quia nihil aliud erat res laicorum consecrari, nisi, ꝙ eas donarent sanctuario, vt patet Leui. cap. 27. Si aũt dicas, ꝙ

H iste gladius adhuc erat Dauid, quia tunc non fuisset posit⁹ in loco sacro, i. inuolutus ĩ pallio post Ephod, quia ibi erat locus rerum multum sacrarũ, sed fuisset positus in aliquo loco cõi. ergo consecratus erat, & tanq̃ res sacra ponebatur in loco sacro. Cum aũt arguit Nicolaus, ꝙ si esset cõsecratus, nõ potuisset licitè Dauid, vt illo: dupliciter rñderi põt. Primò, qa hoc verum est ꝑter necessitatem, cum tñ esset in necessitate licebat ei vti illo, & quacunq; alia re sacra: nã sicut lex obligabat ad hoc, ꝙ res sacræ nõ trãsirẽt ĩ vs⁹ laicorũ, ita obligabat ad hoc, ꝙ panes sctĩ nõ darent laicis: dedit tñ illos Achimelech Dauid necessitatẽ patienti in fame: ergo eodẽ mõ poterat dare ei arma, q̃ consecrata essent pp necessitatem instantis

I periculi, s. quia armis egebat, & nõ poterat ea aliũde commodè hr̃e. Secundò dici põt, ꝙ Dauid poterat licitè accipere gladium illum, quia non tollebat cũ voluntate tenẽdi illum semper penes se, sed solum euadendi tꝑe illo, quo non hẽbat arma: cum aũt daret ei copia armorum, reduceret illum in sctũariũ: & sic verisimile est, ꝙ reduxerit postea. Nec ẽ nimis insistendum super consecratione huius gladij; quia si esset iste gladius cõsecratus ita, ꝙ pertineret ad aliquẽ vsum sctũarij, sicut pertinebant vestes sacerdotum, vel candelabrum, aut vasa olei, vel libaminũ, q̃ erant super mensam propõnis: erat difficilè cõuerti ista ad aliquem vsum vulgarium sine valde magna necessitate, quia in eis ministrabatur Deo: gladius tñ

K ibi positus non erat ad aliquam Dei ministrationẽ, sed solum ad memoriam victorię habitę: iõ poterat non, obstante cõsecratione, applicari ad aliquẽ vsũ humanum, potissimè instãte necessitate; & cum voluntate reducendi illum in locum suum. *Nec est hic aliquis absque eo*, i. non est hic aliquis gladius in prõptu, nisi ipse. Hoc aũt verum est, quia erat tunc Achimelech in sctũario, & ibi non erant aliqua arma: si aũt fuisset in domo sua, potuisset ei dare alia; sed Dauid nõ expectabat, nisi ea, quæ possent hr̃i in prõptu. *Et ait Dauid: non est huic similis alter, da mihi eum*, i. qa non hẽs hic alium similẽ, s. alium gladium, da mihi istũ, q. d. si hr̃es aliũ quẽcũq; gladiũ, nõ acciperet istđ, qa semel cõsecrat⁹ ẽ Dño: qa tñ null⁹ ali⁹ ẽ, quẽ accipe possẽ, da mihi.

mihi. Alij exponũt nõ ẽ alter huis similis, i. non pôt esse alius gladius ita bonus, sicut iste, iõ da mihi illũ. Sed hoc non stat, qa tunc indifferenter voluisset accipere Dauid gladium Goliath, ẽt si multi alij gladij in prõptu fuissent, qui ei dari possent: Achimelech tñ hoc noluisset, qa non dixit de gladio Goliath, nisi in defectũ aliorum, sicut dixit, ꝙ ei daret panes ꝓpositionis, & dedit in defectu aliorũ panũ. *Surrexit itaq; Dauid.* Hic ponitur periculi imminẽtis euasio, s. quõ Dauid per fugam euasit mortem. Pro quo considerandũ, ꝙ Dauid timuit manere aliquãto tpe in vrbe: nam nõ sustinebat expectare dũ mitteret Achimelech pro panibus, vel gladio ad alias domos, sed solũ voluit recipere qcquid ad manũ ipse hr̃et, hoc aũt, qa pp duo timebat. Primò, qa cũ Saul inqsiuisset eũ, & nõ inueniens, nimis fuisset indignatus, putauit, ꝙ mitteret ad inqrendũ eũ p oẽs vias, & fortè aliq venirent per viam vrbis Nobe: cumq; ibi morantem inuenirent, atque raperent: iõ nec ad modicũ morari voluit: sic.n. fecit iterum, qñ fugit Dauid, & venit ad Samuelem in Ramatha: nam tunc misit ter nuncios, vt raperent Dauid, sed non potuerunt, quia cogebat eos Deus Prophetare, sup. c. 19. Secũdo timebat, ꝙ viri, qui erant in vrbe, si cognoscerent aduentũ eius, cum sic quasi nudus veniret, & inermis putarent eum fugientem à rege, quia ille non erat hĩtus viri à rege missi: præsertim cũ iterũ fugisset à rege. Vt ergo famularentur, illi fortè vellẽt tenere eum: noluit ergo aduentum suum cognosci ab aliquo eorum, qui in vrbe erant. Et qa quis venisset ad solum Achimelech, si aliquantum ibi morareẽ, cognosceret ab eis, qui in vrbe manebant: iõ non sustinuit saltem per modicum exspectare, sed illicò recessit: vñ dr̃. *Surrexit itaq; Dauid.* Istud pertinet ad modũ loquẽdi Sacræ Scripturæ: nã de quocunq; prius nihil agẽte, si postea prædicauerit, actum dicit, ꝙ surgit, i. exit in actum: & non dr̃ surgere, tanq̃ ante sederet. *Et fugit in die illa à facie Saul*, i. in illamet die, in qua venit ad Achimelech, recessit: vñ q̃q̃ esset Sabbathũ, non curauit de solennitate, sed itinerauit ad veniendum, & postea itinerauit recedendo: nã putabat sibi necessarium ad vitæ defensionem, vt non maneret in vrbe. Dr̃ ẽt, ꝙ fugit die illa à facie Saul, nõ ꝙ die illa fugere cæperit: quia cũ recessit de lapide Ezel, vbi fuit cũ Ionatha præcedenti cap. incepit fugere à facie Saulis. Sed dr̃, ꝙ fugit in die illa, i. ẽt nõ se sustinuit in die illa, vt maneret ĩ vrbe Nobe, sed fugit. Vel pôt dici, ꝙ fugit in die illa, i. transiuit in die illa ad terram Philisthinorum: nam præcedẽtibus diebus, q̃q̃ fugeret, non tñ exibat de terra Saulis. Nũc aũt exiuit in terram Philisthinorũ: iõ nunc dr̃ propriè fugisse à facie Saulis. *Et venit ad Achis regem Geth*, i. venit ea vice ĩ terram Philisthinorum ad vrbem Geth ad regẽ Achis, qui erat rex vrbis illius. Est aũt Geth vna de quinq; Metropolibus Philisthinorum, vt patet supra cap. 6. fuerũt aũt viri de vrbe ista, qui magis restiterunt plagæ missæ à Deo pro arca detenta in terra eorũ: nam cum cæteri populi molestè ferrent à muribus de terra ebullientibus, Gethæi, inito consilio, fecerunt sibi sedes pelliceas, i. femoralia de corio, vt mures ebullientes de terra non possent mordere preminentes extales eorum, supra cap. 5. De hac Vrbe Geth erat Goliath Philisthæus, quẽ occidit Dauid: iõ vocabaẽ Goliath Getheus, supra capit. 17. rex aũt huius vrbis erat Achis: nam erant in terra Philisthinorũ quinq; Metropoles, & quolibet earum hẽbat regem, vt patet Iosue, cap. 13. erat aũt vna de his Geth, vt patet c. cap. & supra 6. Isti tñ reges Philisthinorum, quia parui erant, aliqñ vocantur reguli Iosue cap. 13. & aliqñ satrapæ sup. cap. 5. & 6. & infra 29. Iste aũt rex Achis

A vocaẽ Abimelech, vt patet in titulo psalmi 33. vbi dr̃: Psalm. Dauid, qñ immutauit faciẽ suã corã rege Abimelech. Hoc aũt fortè ẽ, quia istud nomen Abimelech erat cõe ad reges Philisthinorũ, s. ꝙ oẽs vocabantur Abimelech, sicut oẽs reges AEgypti vocabanẽ Pharaones, & Imperatores Romani vocabanẽ Cæsares, vel Augusti, q̃q̃ hr̃ent alia noĩa ꝓpria. Hoc patet, quia reges Geraræ, erant reges terræ Philisthinorũ, quia Gerara erat in terra Philisthinorũ, Gen. cap 20. & 26. & tñ oẽs reges leguntur ibi vocati Abimelech, vt declaratũ est Gen. ca. 26. forte aũt iste rex Achis erat de genere illorũ, iõ vocabaẽ Abimelech nomine communi: & vocabaẽ Achis noĩe speciali.

B *Quomodo Dauid fugit in terram Philisthinorum, cùm sciret se hostem præcipuum eorum. Quæst. XXII.*

QVAERET aliquis, quõ Dauid fugit in terrã Philisthinorum, cum sciret se hostem p̃cipuum Philisthinorum: nam ipse occiderat Goliath Getheum supra cap. 17. post hoc ẽt cum cõstitutus esset à Saule princeps virorum belli, faciebat plagã magnam in Philisthinis, sicut qñ accepit ducenta ꝑputia eorum, supra cap 18. post hæc ẽt fecit bella magna contra eos, supr. 19. potissimè aũt non debuisset fugere in vrbem Geth: nam ipse occiderat Goliath fortissimum Philisthinorũ, in quo erat tota spes eorum. Ille aũt erat de vrbe Geth, ꝙ Dauid bene noue
C rat: iõ credere dẽret, ꝙ cognati eius, qui essent in eadem vrbe, persequerentur eum, & si non tanq̃ publicum hostem, saltem tñ, vt hostem eorum pp cognatum suum occisum, iõ non debuisset fugere in terrã Philisthinorum, præsertim in Geth. Rñdendum est, ꝙ Dauid sciuit sibi mortem certissimam futuram à Saule, si non fugeret: fugisset aũt libenter ipse in aliquam partẽ Israel, si ibi crederet se posse euadere: desperauit tñ de hoc. Quod patet: nã qñ iterũ fugit Dauid à Saule, quia nondũ sciebat quid de eo diffiniuisset, non fugit extra terrã Israel, sed iuit ad Samuelẽ in Ramatha, supra cap. 19. nũc aũt certissimè cognouerat, ꝙ Saul desiderabat eũ occidere præcedenti c. iõ si fugeret in aliquã partẽ terræ Israel, non esset se-
D curus, præsertim cum Saul nimis diligenter inquirere eum vellet vbicunq; esset, vt patet infra 23. cap. cũ dixit Saul ad Ziphæos: Cõsiderate, & videte oĩa latibula eius, in quibus abscõditur, & reuertimini ad rẽ certam, vt vadam vobiscũ. Quod si ẽt in terrã se obstruxerit, perscrutabor eum in cũctis millibus Iuda. Dauid tñ non recedebat spontè de terra Israel, quin potius ipse conquestus est Sauli dicens: si Deus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium: si aũt filij hoĩum maledicti sunt in cõspectu Dñi, qui eiecerũt me hodie, vt non habitem in hæreditate Dñi, dicentes: vade serue dijs alienis, infra cap 26. Oportuit tñ, ꝙ Dauid egrederetur terram Israel, quia aliàs nõ saluaretur. Sed tunc dicet aliquis, cur nõ iuit in alia re-
E gna confinia, idest in terram Moabitarum, vel aliarũ gentium? multi.n. erant in circuitu terre Israel. sic n. postea fecit: nam iuit ad regem Moab, vt patet seq. c. Dicendũ est, ꝙ Dauid voluit totaliter effugere manus Saulis: nesciuit aũt quõ melius effugeret, q̃ eũdo in terram Philisthinorum, & nõ in alia regna: cuius rõ est, quia alia regna vicina hẽbant tunc pacẽ cum Israelitis, & si fugeret Dauid ad illa, Saul mitteret ꝓ eo ad terram illã, & rex terræ illi⁹ traderet eũ Sauli: quia Saul accusaret eũ, tãq̃ hostẽ, & si forte hoc nollet facere rex terrę illi⁹, rũperent fædera, vel pax inter eũ, & Saulẽ: & hoc videreẽ iustè agere Saul, qa ille receptabat hostẽ eius apud se. Philisthini aũt erãt hostes Iudæorũ, iõ si illùc fugeret Dauid, nõ posset Saul inde

Fugit Dauid in terra Philisthinorũ, quia alioquin non effugisset manus Saulis.

inde eũ recipere, quia Philisthini non darent, q̃n potius conarentur aduersari Sauli quantũ possent. Cũ ergo Dauid esset in terra Philisthinorũ, cessaret Saul persequi eũ: erat ergo tutius, ꝙ fugeret in terram, illam, q̃ in aliã Hoc aũt patet infra 27 cap. s. dixit Dauid in corde suo: aliq̃n incidã vna die in manus Saulis: nonne melius est, vt fugiam, & saluer in terra Philisthinorum, vt desperet Saul, cessetque me quærere in cunctis finibus Israel? & postea subditur: & nũciatum est Saul, ꝙ fugisset Dauid in Geth, & non addidit vltra, vt quæreret eum. Cũ aũt arguebatur, ꝙ nõ debuisset fugere in terram Philisthinorum, quia Philisthini persequerentur eum. Dicendũ, ꝙ Dauid credidit, ꝙ Philisthini non cognoscerent eum pp duo. Primò, quia Philisthini nunq̃ eum viderant, nisi in bello, & ibi non poterant illum contemplari: quia cum ipse appropinquaret ad Philisthinos impetus belli erat, in quo nemo potest diligenter vultum alterius speculari, præsertim, quia fortè Dauid in bellis hẽbat caput velatum armis, & sic credendum est. Secundò non cognoscerent eum: quia dato, ꝙ vidissent illum aliq̃n, & cognoscerent: cum tñ nũc viderent eum in terra Philisthinorum solitarium, crederent non esse illum, quia non erat verisimile, ꝙ ille, qui erat hostis Philisthinorum, sic veniret ad ponendum se in manibus eorum: accidit tñ contrariũ, s. quia cognitus est. Vnde dixerunt Philisthæi: nunquid non est iste Dauid rex terræ, &c. & iõ tunc cognoscens ipse consilium suũ conuersum esse in cõtrariam partem, mutauit vultum suum, & fugit de terra Philisthinorũ. Sed adhuc non erat penitus elusum consilium Dauid: nam rex Achis nõ cognouit eũ: dixit enim seruis suis: vidistis hominem insanũ, quare adduxistis eum ad me? Si tñ cognouisset eum rex Achis, ẽt si Dauid flecteret se in multos modos, & fingeret insanire, non assensisset Achis, quia satis constaret istas esse fraudes hostiles, ne captus occideretur: serui quoque Achis non cognouerũt penitus Dauid. Nam si certissimè cognouissent, non dereliquissent eũ, ẽt si insaniret, illicò tñ dimiserunt. Conuenienter igitur Dauid disposuerat, vt iret in terrã Philisthinorum. Dum aũt dr̃, ꝙ ẽt si iret in aliquam terram Philisthinorum: non tñ debuisset ire in vrbẽ Geth pp speciales inimicitias. Dicendum, ꝙ istđ cõcludit, supposito, ꝙ Dauid cognosceret̃ à Philisthinis, qa tũc magis debuisset Dauid đuitare Getheos, q̃ reliquos Philisthinos. Dauid tñ putabat se nõ cognoscẽdũ, & tũc non magis pateret à Getheis, q̃ ab alijs.

Dauid credidit non cognosci à Philisthinis propter duo. Primo. Secundo.

Quare Dauid iterum fugit ad regem Achis Philisthinum. Quæstio XXIII.

QVAERETVR vlterius, quare Dauid iterum fugit in terram Philisthinorũ ad regẽ Achis, de quo hic, vt patet infra 27. cap. Aliquis dicet, ꝙ fugit eodem mõ, quo hic, s. ꝙ non cognosceret̃ à Philisthinis. Sed dicendũ, ꝙ non stat, quia hic Dauid iuit occultè, s. solus, ita vt cognosci non possit: postea tñ iuit manifestè ferens secũ sexcentos viros: & cognoscebat eum Achis esse Dauid, vt patet infra ca. 27. vr̃ tñ, ꝙ non debuisset se exponere huic periculo, quia iterum cum cognitus est, fecerat rex eum ad se adduci, & periclitatus fuisset, nisi fecisset se insanum. Dicendũ est, ꝙ nunc non erat simile. Pro quo sciendũ, ꝙ Dauid hũit cãm iustam fugiendi iterũ in terram Philisthinorũ, q̃q̃ cognosceretur, quia aliàs non putabat se posse euadere, quia nunc q̃n fugit Dauid de terra Philisthinorum pp seruos Achis, iuit in terrã Moab, vt patet seq cap. ibi tñ non ausus est stare, qa Propheta monuit eũ inde recedere: hoc aũt fuit, *vt*

F *quibusdam videtur*, quia cum rex Moab hr̃et pacem cũ Saule, traditurus erat Dauid in manus eius ad conciliãdum eum magis sibi: & ob hoc propheta monuit eũ inde fugere: postea aũt si Dauid illùc rediret, idẽ sibi futurum timebat, iõ non erat sibi tutũ illùc ire, sed cogitauit ire in terram Philisthinorum, quia cũ sciret Saul ibi esse Dauid, cessaret eũ persequi, qa nõ poterat hr̃e de manu Philisthinorum. Et sic factum est, vt patet infra 27. cap. Item Dauid securè potuit ire in terram Philisthinorum illa vice, & nõ prima: nec est simile de vtraq;: quia prima vice ibat Dauid solus, & si cognosceretur in terra Philisthinorũ, putaretur, ꝙ veniebat ad explorandum aliquid, ꝙ reliquerat viros suos alibi, vt postea irrueret sup aliquẽ

G locum, vel gentem quietam. In secunda aũt vice cũ fugit Dauid in terram Philisthinorum, iuit palã, ita, vt cognosceretur, & ferebat secum sexcentos viros, iõ non videbantur nunc latere aliquæ insidiæ ex aduentu eius. Cã aũt potissima diuersitatis est, quia prima vice, qua fugit Dauid in terram Philisthinorum nõ apparebat aliqua cã, quare fugere deberet, iõ putarentur latere insidiæ: in secunda vice erat rõ manifesta, quia oẽs Philisthini cognouerãt, qũo Saul psequeretur quotidie Dauid ad mortem, iõ nũc scirẽt, ꝙ necessitate coactus fugiebat de terra Israel in terram hostium, & ipsi hoc libenter acceptarent, qa ex hoc putaretur, ꝙ Dauid infestaret terram Israel pp Saulem, & sic Dauid quamdiu fuit in terra Achis re-

H gis, cum faceret prædas, & occisionem in multis gẽtibus, dicebat regi Achis, ꝙ irruerat in terrã Israel, ex quo lętabatur nimis Achis, & volebat hr̃e Dauid semper apud se, vt patet infra cap. 27. s. credidit ergo Achis Dauid, dicens: multa mala operatus est cõtra populum suum Israel, erit ergo mihi seruus sempiternus. Conuenienter igitur fugere potuit secunda vice ad regem Achis in Geth.

Dauid cur potius fugit ad regem Achis, quàm ad aliquem alium Philisthinorum. Quæstio XXIIII.

QVAERETVR vlterius, cum iam cognitum esset de Dauid, quis esset, & cognosceret in ter-

I ra Philisthinorũ, qr̃ fugiebat ad regem Achis, qa potius fugere debuisset ad aliquem alium: nam dato, ꝙ hẽbat Philisthini eũ securè recipere vellent, quia tñ occisp̃aliter hostes in vrbe Geth pp Goliath, quem occiderat, & illi eũ qualitercũq; possent infestarent, potius debuisset ire ad aliam terram, q̃ in Geth. Rñdendũ est, ꝙ verisimile est Dauid consuluisse Dñm añq̃ descenderet ad regem Geth, an illùc descenderet, & Deus sibi rñderit, ꝙ descẽderet: nam in rebus humanis, in quibus vertebãt aliquod periculũ, Dauid cõsulebat Dñm, an ageret, vel cessaret. Sic fuit, q̃n erat in vrbe Ceila: nam consuluit Dñm, an traderent eũ viri Ceilæ in manus Saulis, infra cap. 23. Iterũ ẽt, q̃n voluit pugnare contra latrunculos Amalecitas, qui

K succenderant Siceleg consuluit Dñm infra cap. 30. Præter hoc verisimile est, ꝙ Dauid anteq̃ descenderet ad regem Achis, miserit ad eum nuncios petens, ꝙ reciperet eum in terra sua, exponens cãm, quare fugerit à Saule, & tunc Rex Achis dederit ei securitatem in tota terra sua, iubens ne quis hr̃et occasionẽ aliquã ꝯtra Dauid, & tũc ipse potuit securè venire ad eũ. Cã aũt cur desiderauit Dauid magis venire ad regem Achis, quàm ad alium in tota terra Philisthinorũ, potuit esse duplex. Prima propter opportunitatem pręd andi: nã Dauid habebat secum sexcentos viros in terra Philisthinorum, nec habebat vnde eos aleret, nisi instaret prædę. Nolebat tamen Dauid agere prædam in terra Israel: quia erat terra *suæ ori-*

ſuę originis:nolebat etiam prędari in terra Philiſthi A
norum,ne concitaret eos contra ſe: præſertim,quia
ſic ageret cōtra fœdera interpoſita cum rege Achis:
ideo noluit prædari in aliquibus gentibus extraneis,
quæ etiam nō eſſent confederatæ Philiſthinis:& iſta
erat terra Ieſſuri,& Hezræ, & Amalechitarū, vt pa-
tet infra cap.27. Et quia fortè iſta terra non erat ita
coniuncta terrę alicuius regis Philiſthinorum,ſicut
terræ regis Achis, deſiderauit potius manere in ter-
ra eius,quàm in terra alicuius regis Philiſthinorum.
Secunda cauſa, & præcipua fuit, quia credidit regē
Achis benigniorem eſſe, & magis fauorabilem ex-
traneis venientibus in regnum ſuum omnibus a'ijs
regibus Philiſthinorum, & ſic ipſe magis conſideret
ei,& minus ſe obſeruaret ab eo, quàm cæteri reges B
Philiſthinorum, quod apparuit in receptione eius.
Nam voluit,quòd maneret apd̄ eum in vrbe Geth,
Dauid tamen orauit, vt daretur ei aliquis locus, in
quo ſegregatus maneret,& illico dedit ei vrbem Si-
celeg,vt patet infra 27.Item apparet hoc, quia,quā-
do Ph[illegible]thini congregati ſunt in pugnam contra
Iſrael, [illegible]x Achis duxit ſecum Dauid in bello confi-
dens,ꝙ pro eo veriſimiliter ageret, reliq aūt princi-
pes Philiſthinorum dixerunt: quid ſibi volunt He-
bræi iſti? reſpondit Achis pro Dauid, & tunc irati
principes Philiſthinorum dixerunt:reuertatur vir,
& ſedeat in loco,in quo conſtituiſti eum:& non de-
ſcendat nobiſcum in prælium,ne fiat nobis aduerſa
rius cum præliari ceperimus: quomodo enim placa C
re aliter poteſt Dominū ſuum, niſi in capitibus no-
ſtris: & ſic coactus fuit Achis mittere Dauid de bel-
lo in locum ſuum,ſed de hoc doluit:nam dixit: ſcio
quia bonus es tu in oculis meis, ſicut Angelus Do-
mini, ſed principes Philiſthini dixerunt: non aſcen-
det nobiſcum in prælium.De hoc infra cap.29.pro-
pter hanc ergo benignitatem Achis, & clemētiam
ſuper omnes reges Philiſthinorum deſiderauit Da-
uid potius morari in terra eius,quàm aliorum regū
Philiſthinorum. *Dixeruntque ſerui Achis, cum vidiſſent
Dauid:* Nunc enim deſcenderat Dauid in vrbē Geth,
fortè quia illa erat magis coniuncta terræ,de qua fu
giebat: ſerui autem regis Achis cognouerunt eum,
& voluerunt ducere ad regem, vt patet infra, non D
fuit tamen iſta cognitio firma, ſed ſub dubio: vnde
dicebant.Nonne hic eſt?quaſi dubitantes: ideo cum
viderunt in eo imaginem furoris, crediderunt eum
non eſſe Dauid,& reliquerunt illum. *Nunquid non iſte
eſt Dauid rex terræ?* q.d.iſte eſt Dauid rex terræ Iſrael.
Hoc dicebant quidam famuli Achis ad alios, quia
cognoſcebant Dauid:alij autem neſciebant eum:&
erat inter eos quaſi dubium de hoc.

*Quomodo ſerui Achis dixerunt Dauid regem Iſrael, cum ta-
men ſcirent Saulem eſſe regem. Quæſt. XXV.*

QVAERET aliquis, quomodo ſerui regis
Achis dixerunt de Dauid, quòd erat rex ter- E
ræ, quia ipſi ſciebant eum nō eſſe regem
Iſrael,ſed Saulem: quod apparet ex cantico mulie-
rum,quod ipſi retulerunt,ſ.percuſſit Saul mille,&c.
vt patet infra: Philiſthini quoque vocauerunt Da-
uid ſeruum Saulis, vt patet infra cap. 29.ſ. Quomo-
do enim placare poterit aliter Dominum ſuum,ni-
ſi in capitibus noſtris? q.d.non poterit aliter. Reſpō-
det Nicolaus, ꝙ cognita erat iam vnctio Dauid in
regem apud Philiſthinos: vnxerat enim eū Samuel
infra cap.16.& aliquo tempore fuerat occultū, nūc
autem manifeſtum erat.Sed dicendum, ꝙ non ſtat:
nam in terra Iſrael adhuc non cognitum erat hoc,
quantum minus ergo cognoſci poterat in terra Phi

Opinio [illegible]ani re[illegible]tur.

liſthinorum? Quod autem in terra Iſrael nondum
cognoſceretur, ſaltem patet hoc quantum ad Sau-
lem,& ſeruos ſuos: ſi ergo cognouiſſet hanc vnctio-
nem Saul,occidiſſet Samuelem,& Dauid, ſ. vngen-
tem,& vnctum:ſic enim dixit Samuel ſupra cap.16.
quomodo vadā:audiet enim Saul, & interficiet me:
nunquam tamen aliquid egit poſtea Saul contra Sa
muelem,& erat adhuc viuens, cum mortuus fuerit
infra cap.25.ergo nondum cognouerat Saul, ꝙ Sa-
muel vnxerat Dauid,nec vnquam cognouit hoc vi
uente Samuele:hoc tamen,quod hic dixerunt ſerui
Achis,fuit antequam moreretur Samuel;ergo non-
dum cognitum erat Dauid vnctum eſſe in regem.
Item patet,quia ſi cognitum fuiſſet,Saul perſecutus
fuiſſet Dauid ad mortem:nunquam tamen perſecu
tus eſt, eum quouſque cantauerunt mulieres ſupra
cap.18.percuſſit Saul mille, &c. & ibi propter inui-
diam, & fauorem, quem Saul credidit habere Da-
uid in populo incępit eum habere exoſum, & quæ-
rebat opportunitatem, vt eum ſub diſſimulatione
occideret, ſi tamen cognoſceret eum vnctum eſſe
in regem,non ſuſtinuiſſet nec vna die,quin eum oc-
cideret.Item patet hoc,quia infra cap.24. dixit Saul
ad Dauid:& nūc,quia [illegible]io, ꝙ certiſſimè regnaturus
ſis: ergo videtur quia ante hoc neſciebat: ſi tamen
ſciuiſſet eum vnctum in regem iuſſu Dei, cognouiſ-
ſet certiſſimè ante hoc, ꝙ regnaturus erat: quia ea,
quæ Deus diſponit, humano conſilio mutari non
poſſunt.Neſciebat ergo ante tempus illud,an Dauid
vnctus eſſet in regem: magis ergo hoc ignorarent
Philiſthini, non ideo vocauerunt eum regem quaſi
ſcirent eum vnctum eſſe in regem. Item dato,ꝙ co
gnouiſſent eum eſſe vnctum, tamen non vocarent
eum propter hoc regem,quia cum Philiſthini eſſent
infideles,nihil reputabant illas vnctiones Dei, ſed il-
lum regem vocabant, qui temporalem poteſtatem
habebat:hoc autem erat de Saule,qui dominabatur
Iſrael. Ideo dato, ꝙ cognouiſſent eſſe vnctum in re-
gem Dauid, non vocarent eum regem. Sed dicen-
dum, ꝙ Philiſthini vocauerunt Dauid regem ſecun
dum ſimilitudinem, quia ad regem pertinet maxi-
ma poteſtas: Philiſthini autem viderant Dauid eſſe
principem omnium bellorum contra ipſos, vt pa-
tet ſupra cap. 18. & 19. acceperat etiam filiam regis
in vxorem, & non erat aliquis tam acceptus regi in
toto Iſrael,ideo reputabant eum quaſi regem, & ſic
eum vocauerunt hic. *Nonne hic eſt,cui cantabant per cho-
ros,* ſ.mulieres cantabant coram eo in tympanis,& ſi
ſtris propter lætitiam victoriæ,quando ducebat ca-
put Philiſthæi in Ieruſalem,ſupra cap.18.fuit autem
iſtud canticum mulierum nimis publicatum in ter-
ra Philiſthinorum, eo ꝙ lætitia vniuerſalis facta eſt
in toto Iſrael.Et ſic ſæpe iſtud verbū repetebant Phi
liſthini, vt patet hic de ſeruis Achis. Et iterum ſa-
trapæ,ſiue reges Philiſthinorum dixerūt hoc, vt pa-
tet infra cap.29.nonne iſte eſt Dauid, cui cantabant
in choros, &c.Ex hoc etiam apparet, ꝙ ſupra dice-
batur,ſ. ꝙ ſerui Achis non vocauerunt Dauid regē,
quaſi ſcirent eum vnctum,ſed propter magnam po
teſtatem,& honorem,ſ. qa mulieres dicebant de eo,
ꝙ percuſſerat decem millia in quo magis honora-
bant eum, ꝗ Saulem, cui dederunt mille: erat ergo
Dauid pluſquam rex. *Percuſſit Saul mille,& Dauid de-
cem millia.* Iſta verba fuerunt mulierum,ex quibus ha
bita eſt origo totius perſecutionis Dauid à Saule:
nunc quoq; per iſta verba incitabant ſe ſerui Achis,
vt dicerent regi,& facerent eum detineri, quia non
paruum,vel ſuperuacuum virum caperent, ſed po-
tentiſſimū hoſtiū,qui erat velut rex Iſrael. *Poſuit au-
tem Dauid ſermones iſtos in corde ſuo*, ideſt attendit nimis

ad eos, quia in sermonibus istis duo e mala notificabantur. Primum, quòd cognosceretur à seruis regis. Secundum, quòd vellent eũ facere detineri, ex quo Dauid timuit, putans se esse deprehensum, ideo cogitauit quid ageret ad euadendum: diffiniuit autem, ꝙ fingeret insaniam. *Et timuit valde à facie Achis regis Geth*, idest timuit nimis Achis regem Geth, quia erat in potestate sua, & non habebat locum resistendi: & dicitur à facie Achis regis, idest à rege Achis: non.n. erat coram rege, quando cœpit timere, sed mox, vt audiuit ista verba, timuit, & tunc diffiniuit apud se, ꝙ non ostenderet vultum timentis, sed insanientis: nam si aliqualiter appareret timens, crederetur, ꝙ non verè insaniebat, sed, ꝙ fingebat se insanire, vt non occideretur: in hoc autem Deus ei valde cooperatus est, s. ꝙ non apparuit in illo aliquod signum timoris, sed solius furoris: & ob hoc rex dimisit eũ. *Et mutauit os suum coram eis*; idest mutauit faciem suã, scilicet, ꝙ prius habebat vultum viri sensati: tũc aũt cœpit oculos distorquere in obliquũ, & totam vultus effigiem efferare: sicut effici solet in arreptitijs, & epilepticis. Nicolaus accipit hic os non pro bucca, sed pro sermone, s. ꝙ mutauit Dauid os, idest sermonem, s. quia prius loquebatur, vt vir sensatus: tunc autem cœpit loqui nimis aliena, sicut solent insani: sed non consonat hoc literæ sequenti, s. ꝙ collabebatur in manus eorum, idest cadebat in terram, sed ad istum casum præuenit quædam vultus efferatio, siue defectio, sicut in arrepticijs, siue ĩ epilepticis. Et istam finxit Dauid antequam collaberetur in terrã. Et hoc significatur per mutationem oris, maximè, quia infra dicitur, ꝙ defluebant saliuæ eius in barbam, & hoc erat immutari vultum. De locutione autem eius non fit hic aliqua expræssa mentio, ideo videtur, ꝙ Dauid nihil locutus fuerit, sed solum immutauerit os suum, s. conuertendo ad aliam figurã: & hoc siue accipiatur os pro vultu, siue pro bucca: nam defluebant saliuæ eius in barbam, & cõtorquebatur bucca cum quadam feritate. *Et collabebatur inter manus eorum*, idest inter man⁹ seruorũ regis Achis. Intelligendũ est enim, ꝙ quando primo serui Achis dixerunt ad Dauid ea, quæ supra habentur, Dauid timuit, & incepit aliqualiter furere: introduxerũt autem postea eum ad regem, vt detineret illum, & tũc cœpit fortius furere collabendo inter manus eorũ, qui duxerant eum ad regem. Sciẽdum autem, quòd Dauid cadebat inter manus seruorum Achis, quod poterat accidere, si esset epilepticus, siue cardiacus, vel si esset arrepticius, aut furiosus. Dauid tamen non cadebat hic, sicut cadere solent arreptitij, vel epileptici: cum istę solũ sint ægritudines, sed etiam faciebat quasdam alias insanias, ex quibus pateret eum non arripi à Dæmone, nec etiam epilepticum, sed verè furiosum. Nam dato, ꝙ appareret eum esse epilepticum, vel arrepticium, non desisterent opinari Achis, & serui sui illum esse Dauid: quia cum istę sint ægritudines interdum accidit magnis viris: sic patet de Saule, qui multoties à Dæmone arripiebatur, vt patet supra cap. 16. 18. & 19. nam ista non tollunt, quin homo sit sensatus, quanquam cum instãt istæ ægritudines, priuatur homo actu rationis: qui autem furiosus est, non potest esse vir sensatus. Si ergo Dauid se ostenderet, vt furiosum, & insipiẽtem: manifestè appareret illum non esse Dauid, cum oẽs Philisthini reputarent Dauid, vt virum nobilem, & valde industriosum, cum ipse ageret contra eos omnia bella. Ostendit ergo se, vt insanum, & non vt arrepticiũ. *Et impingebat in ostia portæ*, idest cadebat apud portam nitens transire per ostia clausa portarum, ꝙ manifestè ostendebat illum esse insanum. Impinge-

Lyrani expositio refellitur.

F re enim est aliquod obstaculum reperire, ĩ quo quis cadat: vt siquis pede percussus ad lapidem cadat: sic etiam siquis currat contra parietem, nitens transire per parietem, tanquam per locum peruium. Dauid etiam sic finxit coram Achis: nam conabatur transire per ostia clausa, tanquam si essent aperta, & fortiter veniens offendebatur in illis, & cadebat: istud autem demonstrabat non solum furorem Dauid, sed magnam insipientiam, quia etiam quantum bestiæ cautiores sunt, cum non conantur transire, nisi per locum peruium. In Hebræo habetur hic: & pingebat super hostia, idest faciebat aliquas figuras super portas domorum: hoc autem solent facere insani, qui describunt aliquas turpes effigies in parieti-
G bus, & portis. Litera autem nostra dixit in ostia portæ, quia portæ vocantur hic ipsæ apertiones domorum, s. loca, in quibus non sunt parietes: ostia autem vocant ipsa ligna, quibus clauditur domus, s. Ianuæ: Dauid autem impingebat in ostia, & nõ in portam, quia nemo potest impingere in portam, cum sit aliquid peruium. *Defluebantque eius saliuæ in barbam*, idest Dauid faciebat, ꝙ multa saliua flueret per os, & cade ret in barbam: & in hoc deturpabatur valde, & appa rebat nimis insanus: nam antiqui non radebant barbam, sed habebant longam capillaturam pendentẽ. Cum autem Dauid faceret fluere saliuas, deturpabatur tota barbarum honestas, & grauitas. in quo satis apparebat eum esse stultum, quia talia non decent
H virum sensatum, ideo tanquam verè insanum abiecit eum rex Achis.

An Dauid peccauerit fingendo se stultum, & mutando faciem coram Achis. Quæst. XXVI.

QVAERET aliquis, an Dauid peccauerit faciẽdo istam immutationem. Respondẽdum est, ꝙ non peccauit: nam Dauid nunquam peccauit, nisi cum occidit Vriam, & cognouit vxorem eius: istud autem fuit præter illud: ergo non peccauit in eo: añs patet infra 3. lib. cap. 15. s. Fecit Dauid rectum in oculis Domini, & non declinauit ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ suę, excepto sermone
I Vrie Hethæi. Item patet hoc, quia Deus illum mouit ad faciendum hæc, & dedit ei immobilitatem, vt non appareret in illo aliquod signũ timentis, sed insanientis: quod colligitur, quia immediatè, vt factum est hoc, & recessit Dauid ab Achis rege, venit super eum spiritus propheticus, & fecit Psalmũ 33. scilicet. Benedicam Dominum in omni tempore: sicut patet ex titulo eius, tam in Hebræo, quàm in Latino, cum dicitur, Psal. Dauid, quando mutauit vultum suum coram rege Achimelech, & recessit: Deus tamen non approbat per dona sua ea, quæ mala sunt: dedit tamen spiritum propheticum Dauid immediatè, vt hoc fecit: ergo approbauit factum illius, & consequenter non erat malum. Sed aliquis
K dicet, quòd Dauid peccauit, quia dehonestauit personam suam in hoc inducendo super se maximam turpitudinem: bona tamen honesta sunt maxima, & quæ nullus potest perdere sine peccato: ergo Dauid perdendo ista, peccabat. Item dato, ꝙ Dauid ꝑ nimium timorem potuisset induci ad quædam licitè, quæ aliàs sibi illicita erant, vt, ꝙ aliqualiter humiliaret statum suum, vel, ꝙ faceret aliqua opera seruilia, quæ aliàs facturus non erat, tantum tamen se humiliare super modum erat, nec propter aliquem timorem ad hæc cogi debuisset: sic ait Aristo. Ethico. lib. 3. s. Ad quædam autem fortassis non est cogi, sed magis mori patientem durissima. Sic autem erat, ꝙ nulla maior humiliatio esse poterat, quàm, ꝙ aliqs descen-

Obiectio prima.

Secunda.

descenderet à tota honestate sua, & perfectione: tota autem hominis perfectio est in ratione. Quod ergo aliquis simularet se esse penitus stultum, & deturparet se taliter, sicut se vilificauit Dauid, ignobile valde erat, nec pertinebat ad hominē generosi cordis: potius enim debuisset honestam, atque gloriosā mortem subire, quàm per extremam inhonestatē infælicem adipisci vitam. Respondendū est ad hoc, ꝙ Dauid non peccauit hic: nam si peccasset, hoc fuisset in altero duorum, s. vel, quia finxit id, quod non erat, vel quia humiliauit se ad tantam inhonestatē, vt vitam defenderet. Quantum ad primum dicendum, ꝙ non peccauit Dauid fingendo se alium esse, quàm erat, quia, ꝙ aliquis in verbis mentiatur, non licèt homini pro cōseruanda vita, siue iustè, siue iniustè pati deberet: ꝙ tamen per aliquam exteriorem effigiem, sine verbis aliud fingat, quàm est, non est illicitum, si hoc fiat ad vtilitatem suam sine alterius præiudicio. Cum autem fit cum aliquali præiudicio aliorum, peccatum est, & vocatur hypocrisis, de qua Matth. cap. 7. Attendite à falsis Prophetis, q̄ veniunt ad vos in vestimentis ouium, &c. Quod autem non sit peccatum, quando fit sine aliorum præiudicio, patet: quia sæpe Deus hoc fieri iussit, vt patet sup. cap. 16. cum misit Samuelem ad vngendum Dauid, & iussit ei ferre vitulum, vt videretur, ꝙ solum ibat ad immolandum: ipse tamen ibat ad vngendū Dauid. Licitum est etiam hoc fieri ad nocendum alicui, q̄n de iure illi nocere possumus: sic enim licèt hostibus simulare fugam, vel ponere insidias, vt hostes circūueniant, non licèt tamen eis aliquid in verbo mentiri. Sic patet Iosue, cap. 8. vbi Deus iussit Israelitis, ꝙ ponerent insidias vrbi Hai, & simularent se fugere. Sic etiam Deus iussit Gedeoni, ꝙ iret cum 300. viris contra castra Madian, & quilibet ferret in manu tubam, & lagenam perforatam, cum lucerna latente, vt videretur esse infinitus exercitus super castra Madian, vt patet Iudi. cap. 7. Dauid autem nihil mentitus fuit hic, quia non loquebatur, sed solum finxit se non esse Dauid, & hoc ad saluandum vitam, & sine præiudicio alicuius: ergo non peccabat. Quantum ad secundum, quod magis videbatur, non peccauit Dauid, s. in hoc perfinxit se stultum, quia, qui agit secundum prudentiam, bene operatur: sed interdum fingere stultitiam, est prudentia, ergo non est peccatum. Primum patet, quia non potest esse virtus moralis sine prudentia 6. Ethico. & ipsa est regulatiua omnis operationis bonæ. Secundum patet, quia ait Cato. Stultitiam simulare loco prouidentia summa est. Nullus alius locus apertior esse potest ad fingendum stultitiam, quàm vbi mors certissima excusatur. Ergo non peccat, qui in tali casu fingit stultitiam. Non tamen debet aliquis ex isto dicto Catonis accipere incentiuum ad euitandum omnia pericula fingendo stultitiam, quia quædam sunt in quibus grauiter peccaretur, si quis fingeret se stultum, vt euitet pœnam. Velut si aliquis Christianus, præsertim si est prælatus traheretur ad pœnam, vt confiteretur quid sentiebat de Christo, & ipse fingeret se stultum, vt non cogeretur fidem negare, vel mori, grauissimè peccaret, quia tenebatur fidem publicè confiteri, & mori si oporteat pro ea. Est autem ista regula generalis, ꝙ quandocunque tenetur aliquis agere quicquam, vel pati de necessitate salutis, si fingat stultitiam, vt non cogatur ab hominibus illud agere, vel pati, iniquitas est. Cum autem aliquis non tenetur subire, nec aliquid agere, & non potest euitare mortem, nisi fingat stultitiam, non peccat fingēdo: velut si aliquis vellet occidere omnes diuites, vel sapientes, & aliquis inciperet insanire, ne putaretur

A diues, vel sapiens, non peccat. Et sic erat hic de Dauid, quia ipse non tenebatur sustinere mortem à rege Achis, cum non subesset aliqua causa. Quod ergo fingeret se insanum, non peccabat, vt vitam defenderet, & sic limitetur dictum Catonis. Si autem velis intelligere vniuersaliter, s. ꝙ simulare stultitiam ad euitandum magna damna, & præcipuè mortem, sit magna prudentia, vel sapientia: semper debet dici, ꝙ accipitur ibi prudentia, vel sapientia non propriè pro habito directiuo operationis, sine quo virtus moralis non est, quia non contingit aliquem esse prudentem, nisi sit epielres, idest bonus, vt patet 6. & 7. Ethico. sed accipitur prudentia, vel astutia, quia quædam virtus intellectiua est, quæ vocatur demotica,

B secūdum quam homines sciunt se dirigere circa agibilia. Si autem ista ad bonum conuertatur, prudentia vocatur: si verò ad malum, vocatur astutia, vt ait Aristo. 6. Ethic. cap. penult. Si autem accipiatur versus Catonis secundum distinctionem supra datam, tenetur propriè prudentia, vel sapientia ibi prout est virtus. Cum autem arguebatur vlterius, ꝙ ad quædam fortassis non est cogi, sed magis mori patientem durissima Eth. 3. & huiusmodi erat in fictione stultitiæ. Dicendum, ꝙ ibi nō dicit Philosophus, quòd per timorem non debeat homo cogi ad faciēdum aliquid, quod aliàs licitè facturus non esset, sed, quòd hoc est specialiter in quibusdam, in quibus p̄p sui magnitudinem non debet homo cogi ad facien

C dum illa, propter quencunq; timorem: ista autem sunt, quæ important magnam præuaricationem: sicut, ꝙ aliquis non debeat perdere animam suam, vel amicum, vel cognatos, & similia propter timorem, sed potius pati debet durissima moriendo. Secundum nos autem erit regula, quòd quandocunq; in aliquo actu committitur aliquod peccatum certum, non debet aliquis propter quencumque timorem induci ad faciendum talem actum, sed magis debet mori patiendo durissima. Quod tamen quis agat aliquid, quod non est peccatum mortale, sed vergit in humiliationem personę suę propter timorem, quanquam aliàs licitum non esset, timor tamē efficiet illud esse licitum, velut si aliquis vir magni

D status, & honoris, cui esset inhonestum facere opera ancillaria, vel indui veste fœminina, & facere aliqd, vt fœmina, cogatur ad faciendum hoc per magnū timorem, s. mortis: erit excusabilis in eo ista humiliatio, vel deiectio status sui, quæ aliàs nimis esset reprehensibilis: sic autem erat in Dauid, quia, ꝙ ipse mutaret vultum suū, & faceret defluere saliuam per barbam secundum se non est peccatum mortale: est tamen magna deiectio, & inhonestas in viro honorabili, ideo non debet eam pati, etiam, vt aliquid lucraretur. Instante tamen timore magno, s. mortis, licitè facere potuit, idest, quanquam non esset actus laudabilis, erat tamen excusabilis: nam si ipse vellet excusare generositatem cordis, & honestatem status, potius debuisset mori, quàm talia pati, quia non videtur iam dignus honore inter viros, qui timore

E mortis ad talia se inclinauit: si tamen attendatur operatio, an sit peccatum, vel non licitè agere potuit: multa tamen sunt, quæ peccatum non inducunt, & peruertunt totam honestatem hominis, & statum: nullus ergo laudare debet Dauid pro hoc, quod egit: quia virilius egisset, si permitteret se mori coram Achis, non existente alio remedio, quanquam fingendo stultitiam liberaretur à morte. Cautius tamen egit sic euadendo, nec culpabilis est, potissimè cum videatur Deus eum ad hoc mouisse.

Quare

Quare Dauid non inuocauit Dominum, vt liberaret eum à morte, & non fingeret se stultum. Quæstio. XXVII.

QVAERETVR vlterius, quare Dauid non
inuocauerit hic Dominum, vt liberaret eum
à morte, & non fingeret se stultum, nã poterat mul-
tis alijs modis liberari. s. ꝙ Deus excęcaret Achis, &
seruos suos ad pręces Dauid, & fugeret ipse iter ma-
nus eorum: sic.n. factum est de Christo, quando stãs
inter Iudęos, ĩdicabat, & voluerunt eũ lapidare: ip-
se aũt abscondit se, & exiuit de tẽplo. s. fecit se inuisi-
bilẽ inter eos, vel excæcauit eos, vt nõ videret, vt pa
tet Io. c. 8. sic etiã cum Galilæi de vrbe Nazareth vo
luerunt Christum præcipitare, ipse transiuit in me-
dio eorum, & nemo illum tangebat. s. quia incussit
illis timorem, vel fecit eos non videntes, vel se fecit
inuisibilem, vt patet Luc cap. 4. Sic etiam aliquando
Deus excęcauit alios in veteri testamento: nam So-
domitæ cum vellent circundare Angelos in domo
Loth, vt abuterentur eis, Dominus percussit illos cę
citate, & tota nocte non inuenerunt ostium. Gen. 19
cap. similiter quoque cum Syri serui regis Benadab
obsedissent vrbem, in qua erat Eliseus, vt inde eũ du
cerent, exiuit ad eos Eliseus, percussit eos Deus cęci-
tate, & venerunt cum Eliseo vsque in Samariam: &
posuit eos Eliseus in manu hostium suorum, & tũc
Deus aperuit oculos ipsorum, & viderunt vbi erant:
patet 4. Reg. cap. 6. Sic ergo potuisset Dauid fugere
de manu regis Achis, & fuisset honestius, q̃, ꝙ finge-
ret se insanum. Respondendum est, ꝙ Dauid non
orauit Dominum pro hoc, quia Deus non dedit ei
confidentiam ad istud: ista.n. opera magna, quę pro-
ueniũt ex miraculo, nõ fiunt sine speciali motu Dei,
scilicet, ꝙ homines non mouentur ad orandũ Deũ
pro illis, nisi Deus illos mouerit. Cuius ratio est: quiá
ista non possunt à Deo impetrari, nisi aliquis petat il
la cõfidẽdo totaliter de bonitate Dei, ꝙ illa faciat, &
nihil omnino dubitando. Siquid autem dubitaueri-
mus, etiam si instanter oremus, nihil obtinebimus.
Sic patet Iac. cap. 1. s. postulet autem in fide nihil hę-
sitans: qui n. hæsitat similis est fluctui maris, qui à vẽ-
to mouetur, & circũfertur. Non ergo existimet ho-
mo ille, ꝙ accipiat aliquid à Domino. Quòd tamen
aliquis habeat firmissimã spem; ꝙ Deus aliquid fa-
ciat ad orationem eius, esse non potest, nisi Deus hoc
ei contulerit specialiter, cum ista sit virtus theologi-
ca, & actus eius speciales sunt per actualem infusio-
nem: ideo homines non mouentur ad ista, nisi quan-
do Deus illos mouet, & si aliàs moueantur ad peten
dum, cum hæsitatione petunt, & nihil obtinent. Est
autem modus, ꝙ quando Deus vult manifestare vir
tutẽ suam in aliqua operatione miraculosa, dat ali-
cui in corde, ꝙ oret, vt fiat tale miraculum, & tunc
Deus agit. Si autem Deus non disponit illam rem
per miraculum agere, sed aliàs, non mouet viros san
ctos ad petendũ hoc, & tunc vel non venit eis in mẽ
tem, vt talia à Deo petant, vel si venit, sunt cum for
midine, & petere non audent: sic autem fuit hic in
Dauid. Deus. n. disposuerat eum liberare non per mi
raculum, sed aliàs, quia fortè magis cõferebat ad ali-
quid, quod Deus intẽdebat fieri sic, q̃ per miraculũ:
ideo non posuit Dauid in mente, vt peteret ab eo li-
berari se per miraculũ, sed magis ipse eũ mouit ad fa
ciẽdũ id, qđ egit: s. ꝙ se insanũ indicaret, qđ aliquali-
ter apparet. s. quia immediatè post illã insaniã irruit
in eũ spiritus propheticus, & fecit Psalmum de lau-
de Dei pro illa liberatione: & est Psal. 33. s. Benedicã
Dominum ĩ omni tempore, vt patet ex eius titulo,
sicut supra dictum fuit. Si tamen Deus non appro-

F basset, vel incitasset eum ad faciendum hoc, non de-
disset ei spititum propheticum ad laudandum eum
super hoc, quia de male factis nostris Deus laudan-
dus non est. Non igitur fecit aliud Dauid, quãquam
multa alia laudabilius, & honestius fieri potuissent,
quia Deus non mouit eum ad aliquid: sic. n. in Moy-
se factum est: nam semel cum totus populus videre-
tur deliquisse, surrexit in illos ipse cum paucis, & oc
cidit 22. millia: nullusq; de populo ausus est ei resiste
re. Exo. cap. 22. Iterum autem cum populus pecca-
uit murmurando, non ausus est increpare illos, sed
magis proiecit se in terram coram illis orando eos,
vt patet Num. cap. 14 hoc autem erat, quia in prima
vice Deus dederat ei animositatem ad vlciscẽdum
G iniuriam Dei, & omnes de populo fecit timere. In
secunda autem vice non dedit ei audaciam ad hoc:
ideo quãquam Moyses videret illud scelus dignum
esse durissima correctione, tamen non ausus est in-
surgere in populum, sed magis è contrario timuit
mortem sibi ab eis inferendam, nec ex hoc aliquis
vir sanctus minoris perfectionis iudicandus est ali-
quãdo, quàm aliàs: quia interdum Deus pro eo ope-
ratur miraculosè, & interdum non, quia ista nõ pro-
ueniunt ex nobis, sed quia Deus vult mouere nos ali
ter, & aliter quando sibi placet. *Et ait Achis ad seruos*
suos. Hic increpat rex Achis seruos suos, quia dixe-
runt, ꝙ erat ibi Dauid: ideo ipse voluerat, ꝙ introdu
cerent illum ad se: nunc autem vidit eum esse furio-
H sum, increpauit eos nimis quasi mentiti essent, & ꝙ
non esset ille Dauid. *Vidistis hominem insanum, quare ad-*
duxistis eum ad me? q. d. cum videretis, ꝙ iste homo erat
insanus, quare adducebatis eũ corã me, quia manife
stũ erat istud nõ esse Dauid, cũ Dauid nõ sit insanus?
in hoc autem apparet, ꝙ Deus cooperabatur Dauid
in hac stultitia, quam finxit: quia mouit regẽ Achis,
& seruos eius ad credendum, ꝙ non erat iste Dauid.
Si autem non moti fuissent, quãquam appareret eũ
nõ esse Dauid, cùm suspicati essent semel illum esse
Dauid, inquisiuissent diligenter de eo, an ipse stulti-
tiam fingeret, vel esset verè stultus: nihil tamen inq-
siuerunt, quia Deus turbauerat cor eorum, vt non
cognoscerent eum esse Dauid. *An desunt nobis furiosi?*
I Idest, nunquid introduxistis ad me istum stultũ qua-
si nullum haberemus in domo nostra? multi. n sunt:
ideo stultum fuit superinducere aliũ insanum. Ra.
Sa. dicit, ꝙ Achis fastidiebat videre insanos, eo quòd
quotidie videbat illos, quia vxor sua, & filia erant in
sanæ. *Quid introduxistis istum, vt fureret me præsente?* i. ad
quid adduxistis ad me istum insanum, vt coram me
faceret insanias suas? Hoc dicebat, quia Dauid imme
diatè, vt ductus est ante regem incępit insanire. s. ga
collabebatur, & impingebat in ostia, & defluebant
saliuę eius per barbam. *Dimittite (inquit) illum.* i. eijcite à
domo mea, vt iam non insaniat coram me, & non in-
dicitur hic: dimittite. i. sinite eum abire, quia non in-
telligebat Achis, ꝙ etiã si dimitteretur, abiret, quia
K putabat eum verè insanum: sed dixit, ꝙ dimitterẽt,
idest, abijcerent, & sic fecerunt. Credendum est etiã,
ꝙ cum serui Achis eijciebant Dauid de domo, ipse
insaniebat sicut primo, ne crederetur, ꝙ erat sensa-
tus, & finxerat stultitiam. *Hic ne ingredietur domum meã?*
idest, nunquid iste ingredietur in domũ meam. q. d.
nolo, ꝙ tales insani intrent in domum meam, quia
iam fastidio illos. Hoc autem quanquam, Ra. Salo-
mon intellexerit factum esse, quia Achis habebat
vxorem, & filiam fatuas, quæ quotidie coram ipso
insaniebant, & ob hoc abhorruerat insanos: tamen
factum est à Deo ex gratia, qui tantum fastidium in-
cussit regi Achis, vt nimis molestè ferret videre co-
ram se illum insanum. Hoc autem fuit, ne ipse ali-
qualiter

qualiter faceret inquiſitionē de ſtatu illius, nec pateret eā fieri ab alijs, ſed immediatè iuberet eum eijci.

CAPITVLVM. XXII.

ABIIT ergo Dauid inde, & fugit in ſpeluncā Odollā. Quod cum audiſſent fratres eius, & omnis domus Patris eius, deſcenderunt ad eum illùc. Et conuenerunt ad eum omnes, qui erant in anguſtia cōſtituti, & oppreſſi ære alieno, & amaro animo, & factus eſt eorū princeps.

IN ſuperioribus deſcriptum eſt ab Achimelech Dauid collatum beneficium: hic autē ſubiungitur ex illo conſecutum ſacerdotum exterminium. Et diuiditur in quatuor partes. Primò Achimelech accuſatur, ſecundò coram rege vocatur, tertiò cum ſacerdotibus de familia ſua iniuſtè condēnatur, quartò iſtud factum Dauid nuuciatur. Secunda ibi. *Miſit ergo.* Tertia ibi. *Dixitque rex.* Quarta ibi. *Euadens autem.* Prima in duas, quia primò ponitur accuſationis occaſio: ſecondò ipſa accuſatio ibi. *Reſpondens autem.*

Quod ordo eſt conſequens ad præcedentia.
Quæſtio. I.

QVAERETVR circa primum, an ſit hic ordo conſequens ad præcedētia, vel ſit aliqua mutatio, & an immediate ea, quæ habētur hic facta fuerint poſt præcedentia. Reſpondendum, ꝙ hic eſt ordo conſequens: nam ſupra actum eſt de fuga Dauid ad regem Achis: hic autem agitur de loco, ad quem fugerit Dauid poſt Achis, & agebatur ſupra de bono, quod egit Achimelech Dauid; hic autem ponit malum, quod paſſus eſt Achimelech pro hoc: ideo neceſſe eſt, ꝙ poſtea fuerit. An verò iſtud fuerit immediatè poſt pręcedentia, vel non. Dicendum, ꝙ aliqua iſtorum facta ſunt immediatè: ſicut id, quod ponitur hic in principio. ſ. de fuga Dauid in ſpeluncam Odollam: nam immediatè, vt dimiſſus fuit à rege Achis, fugit in ſpeluncam illam. Id verò, quod dicit de occiſione ſacerdotum, nō fuit factum immediatè, ſed poſt aliquod tempus, vt patet ex proceſſu literæ. ſ. quia primò fugit Dauid in ſpelūcam Odollam in terram Iſrael: deinde cōgregata multitudine, fugit in terram Moab, & manſit ibi aliquanto tempore. Iterum autem fugit in terram Iſrael in ſaltū Hareth, & dum ibi eſſet, accidit ſacerdotū exterminiū, vt patet infra: Dicit autem Nicolaus, ꝙ ſacerdotum exterminium habuit occaſionē ex eo, ꝙ Dauid congregauerat ad ſe multos fugitiuos. ſ. quadringentos viros, vt patet infra, ꝑ quod timebat Saul augeri poteſtatem Dauid cōtra ipſum, ideo conqueſtus eſt de famulis ꝓprijs, ꝙ nemo indicabat ei Dauid, ſed omnes videbantur coniuraſſe cum eo, vt patet infr. tūc autem Doeg locutus eſt, & accuſauit Achimelech. *Abijt ergo inde Dauid.* i. receſſit de vrbe Geth. Cū enim fuiſſet in periculo coram rege Achis, noluit amplius ibi manere, quia iam non poterat ibi manere ſecurè, ſed iuit ad alium locum, vbi ſaluaretur. *Et fugit in ſpeluncam Odollam.* ſ. ad latendum ibi. iſta ſpelūca erat in terra Iſrael in ſortè Iudæ: & eſt vna de quatuordecim, quæ computātur in campeſtribus, vt patet Ioſue. cap. 15. Terra autem illa eſt ſylueſtris, & mōtuoſa, & eſt ibi ſpelunca magna circa vrbem illam. Fugit ergo Dauid, vt lateret in illa ſpelunca.

A

Quare Dauid de Geth fugit in terram Iſrael, & non in aliam partem Philiſthinorum, vel alia regna vicina.
Quæſtio. II.

QVAERET aliquis, quare Dauid fugit nunc in terram Iſrael, & quare non fugit in aliam partem terræ Philiſthinorum, vel in alia regna vicina. Videtur enim, ꝙ non debuiſſet fugere in terram Iſrael, quia ipſe timebat Saulem, qui diligenter inquirebat eum, & propter ipſum receſſerat Dauid in terram Philiſthinorum: nunc ergo non debuiſſet redire in terram Iſrael, quia videbatur rurſus
B ſe exponere periculo: poterat autem fugere in aliā partem terræ Philiſthinorum, vel poterat fugere in terram Moab, ſicut poſtea fugit. Reſpondēdum eſt, ꝙ Dauid non debuit fugere in terram Philiſthinorum: nam ipſe fuit in periculo corā rege Achis cum cognitus eſt. Si autē iret ad aliam partem terræ Philiſthinorum, accideret ſibi idem. ſ. ꝙ cognoſceretur, & teneretur. Nec valet ſi dicas, ꝙ poterat fugere in aliquam partem terræ Philiſthinorum, in qua non cognoſceretur, quia non erat aliqua pars terrę Philiſthinorum, in qua Dauid faciliter cognoſci non poſſet. tota. n. terra Philiſthinorum quātum ad omnes Angulos ſuos, erat ſatis coniuncta terræ Iſrael, quia
C illa eſt porrecta in longum per latus meridianū terræ Iſrael. ſ. ab oriente in occidentem, & non eſt lata verſus meridiem. Dauid ergo inquietauerat omnes partes Philiſthinorum, & de omnibus illis venerant multi viri ſæpè ad bellum contra ipſum, & cognouerant eum, ſicut cognoſcebant ſerui regis Achis, ideo non erat ſibi ſecurum ire ad aliquam partem terræ Philiſthinorum: ire quoque in terram Moab, vel in alia regna vicina, non putauit eſſe ſecurū, nec conueniens, quouſque haberet ſecum aliquos de cognatis ſuis adiutores ſecum: nam ſolus, & inermis inter alienigenas faciliter à quolibet lædi poterat: venit autem in terram Iuda in ſpeluncam Odollā propter duo. Primò, quia ibi ſecurius eſſe poterat, quàm Cur venit Dauid in ſpeluncā Odollam.
D in terra Philiſthinorum: eſt enim ſpelūca Odolla in ſortè Iudę: & eſt coniūcta terrę Philiſthinorū: vnde faciliter venit Dauid de vrbe Geth in ſpeluncā illā, nec hoc cognouit Saul, quia cū eſſet ſpelunca illa in extremitate regni, nō erat trāſiturus aliquas partes regni ad veniendū in illā, & ſic rari, vel nulli poſſent videre Dauid, qui annūciarēt Sauli de eo. & ex hoc fuit, ꝙ eo tēpore, quo ibi fuit Dauid, & cōgregauit ad ſe cognatos ſuos, nunquam de eo quicquā nouit Saul: nec etiam quando poſtea fuit in terra Moab: nam ex eo tempore, quo latuit in agro, & dimiſit eū Ionathas, nunquam cognouit quicquā Saul de Dauid quouſque venit in ſaltum Hareth: illud autem fuit poſtquam redijt de terra Moab, vt patet infra in
E litera: nam ibi dicitur: & profectus Dauid venit in ſaltū Hareth, & audiuit Saul, ꝙ apparuiſſet Dauid, & viri, qui erant cum eo. Si autem iuiſſet ad aliam partem terræ Iſrael, facilius cognitus fuiſſet: ſi tamē eueniſſet, ꝙ Saul cognoſceret Dauid eſſe in ſpelunca illa, faciliter inde fugere poterat in terram Philiſthinorum, quia nimis coniuncta eſt, ideo ſecurius ibi erat pro tunc quàm alibi. Secundò ipſe venit in locum illum, quia non intendebat manere in terra Iſrael, ſed ire ad alia regna, vt ſaluaretur in eis, quia tamen non putabat eſſe ſecurum, ꝙ ſolus iret, voluit habere ſecū aliquos de cognatis ſuis, venit ergo in terram Iuda, vbi poſſet loqui illis, non auſus eſt tamen venire in vrbem ſuā Bethlehem, vbi erat tota cogna-

cognatio sua, quia ibi faciliter capere potuisset eum Saul, sed mansit in extremitate regni in locis montuosis, vbi latere posset: & si opus foret, citò transire posset in terram Philisthinorum. Ex eo autem loco misit ad dicendū cognatis suis, vbi erat: & tunc conuenerunt ad eum omnes, & quidam alij, qui nō erāt de cognatione sua. *Quod cum audissent fratres eius* .s. ꝙ erat Dauid in spelunca Odollam. Nō est credendū, ꝙ hoc audierint per famam, quia tunc multi essent in terra Israel, qui hoc scirent, vel audiuissent, & per ueniret ad aures Saulis, qui illicò faceret eum inquiri, sed nihil huiusmodi factum est: ergo non erat fama de Dauid, ꝙ esset in spelunca Odollam, præsertim cum Dauid de nullo homine confideret. Nec est verisimile, ꝙ se manifestaret aliquibus in terra illa, nisi cognatis suis. Ideo dicendum, ꝙ Dauid ferebat secum aliquos pueros, vt declaratum fuit præcedenti cap. & aliquem de eis misit in Bethlehem, vt secretè nunciaret cognatis suis de eo, & illi conuenerunt immediatè ad ipsum. Dicitur autem de fratribus eius principaliter, quanquam etiam istud auditum est à patre, & matre Dauid, & ambo descenderunt ad Dauid, postea quoque iuerūt cum eo in terram Moab, vt patet infra .s. dixit Dauid ad regē Moab: maneat, oro, pater meus, & mater mea vobiscū. Quia tamen isti erant senes, & magis erant ad sarcinam Dauid, quàm ad reuelationem, vel adiutoriū, fit mentio de fratribus, qui erant viri bellicosi, & venerunt omnes in adiutorium Dauid: erant autem septem fratres Dauid, & ipse octauus erat, vt patet supra cap. 16. & 17. omnes autem isti erant viri robusti, & ad bellū apti. *Et omnis domus patris eius* .i. omnes, qui pertinebant ad familiam patris Dauid: erant .n. alij viri bellicosi de domo patris eius preter fratres sui .s. filij duarum sororum suarum: habuit enim Dauid duas sorores .s. Abigail, & Saruiā: filij saruię fuerunt tres viri fortissimi .s. Abisai, Ioab, & Asael: filius Abigail fuit vnus vir fortis .s. Amasa, vt patet. 1. Paralip. c. 2. Isti etiam iuerunt ad Dauid; nam de vno istorum .s. de Abisai patet infra 26. cap. Nam descendit cum Dauid ad castra Saulis, dormiente Saule: alij etiam de familia computantur hic in domo patris Dauid .s. famuli sui, & alij de cognatione in gradibus propinquis. *Descenderunt ad eum illuc* .i. descenderunt ad speluncam Odollam, in qua latebat Dauid.

Quare cognati Dauid descenderunt ad ipsum, & steterunt cum ipso cum ex hoc incurrerent multa damna.
Quæstio. III.

QVAERET aliquis; quare cognati Dauid descenderunt ad ipsum, & steterūt postea semper cum eo: nam ex hoc incurrebāt multa damna. Primum erat, ꝙ perderent omnia, quæ habebant in terra sua: cùm .n. sciret Saul eos congregatos fuisse hosti suo, & coniurasse contra eum, confiscasset illicò bona illorum. Secundum erat, ꝙ nūquam liceret eis redire in terram suam, vel ad aliquā partem regni Israel, quia Saul denunciaret eos tanquam hostes suos, & banniret illos, iuberet etiam, ꝙ vbicunque caperentur, occiderentur. Tertium erat, ꝙ ex hoc efficiebantur publici hostes Sauli, ideo siue in regno Israel, siue extra, vbicunque illi essent, Saul inquireret eos ad mortem. Respondendum est, ꝙ cognati Dauid descenderunt ad eum in speluncam Odollam non solum animo videndi ipsum, sed manendi cum eo semper, & pugnandi contra quemcūque hostem Dauid: Ideo credendum est, ꝙ quicquid habuerunt, quod secum ferrè possent, tulerunt non sperantes redire quousque Saul moreretur, vel Dauid

F rediret in statum pristinum. Descenderunt illuc propter duo. Primum fuit propter seipsos: nō enim putabant securum esse sibi manere in terra Israel, qa Saul habebat nimis exosum Dauid, ideo putabant, ꝙ propter illum haberet suspectos omnes de genere suo, & exosos, persequereturque illos vsq; ad mortem. Nam si ipse contra filium suum Ionatham propter Dauid iratus est, vt conaretur eum lancea percutere, supra, cap. 20. quantomagis hoc faceret contra cognatos Dauid, propter odium illius? Et fortè Saul occisurus erat omnes cognatos Dauid propter eum, si maneret in terra sua: nam ipse suspicaretur, ꝙ omnes cognati sui fauebant ei, saltem occultè. Si ergo propter paruum fauorem, & beneficiū, quod
G Achimelech contulit Dauid, tā durè iratus est Saul, vt occideret ipsum Achimelech, & omnes, qui erāt in vrbe Nobe vsque ad boues, & asinos, & omnia pecora: quantomagis hoc faceret in cognatis Dauid, de quibus satis verisimile erat, ꝙ iuxta vires fauerēt ei, data opportunitate: ideo, vt saluarēt animas suas, descenderunt ad eum. Nec solum aliquis putet, ꝙ descenderunt, vt fauerent Dauid, quia pater, & mater eius veteres erant, & non poterant fauere illi, sed magis eum impedirent esse expeditum in bellis, descenderunt tamen ad eum: ergo descendebant, vt saluarent animas suas: ne, si manerent in Bethlehē, occiderētur à Saule. Secundum fuit propter ipsum Dauid: nam videbatur nimis inhumanum, ꝙ om-
H nes cognati sui desererent eum iniusta patientem, cùm ipse esset vir dignus iuuari ab extraneis, quāto magis à cognatis. Voluerunt ergo exponere se pro illo ad periculum, vt vel omnes periclitarentur, vel omnibus communis esset prosperitas: & non solus ille iniusta pateretur damna, negantibus ipsis debitū naturæ. Tertiū esse potest, ꝙ cognati Dauid cognoscebant eum vnctum esse in regem à Domino, & ꝑ hoc credebant, ꝙ quanquam nunc pateretur angustiam, aliquando venturus erat ad regnum, & si nūc ipsi nō adiuuarent eum in angustia, cùm efficeretur rex iustè persequeretur eos, nec cuiquam eorum bene faceret: existimauerunt ergo conueniens esse, ꝙ descenderent ad eum, exponentes se omnibus peri-
I culis cum illo. *Et conuenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti.* Idest, non solum cognati Dauid venerunt ad illum, sed etiam omnes alij, qui audiuerunt hoc, & erant in angustia .s. sustinebant aduersitatem ab aliquibus potentibus, qui opprimebant eos. *Et oppressi ære alieno* .i. venerūt etiam ad ipsum illi, qui erant grauati debitis. Vocatur enim æs alienum id, ad quod quis tenetur alteri: maximè cum debitum contractum est ex mutuo commodato, vel locato. *Amaro animo* .i. omnes, qui habebant amaritudinem aliquam, siue propter paupertatem, siue debita, vel præmebantur à potentibus, vel habebant hostes, & similia, quæ faciunt homini amaritudinem, conuenerunt ad Dauid. Credendum est enim, ꝙ quando
K illi, qui erant de cognatione Dauid, audierūt Dauid esse in spelunca Odollam voluerunt congregare ad ipsum magnam turbam virorū bellatorum, vt posset se defendere à quocunq; querente animam eius: ideo cum isti de cognatione sua essent pauci, significauerunt hoc alijs viris, quos viderunt promptos ad mutandum statum propter amaritudinem vitæ, ꝗ sustinent, qui illicò cōsenserunt, & conuenerunt ad Dauid. Isti .n. homines desiderant mutationem Dominiorum, & prosperitatum .s. quia ipsi nō possunt esse in peiori dispositione, quàm sunt. Turbatis aūt rebus fortè consequi potuerunt aliquid inde: ideo desiderant mutationes dominiorum: & sic communiter qui omnino pauperes sunt, desiderant bella. Diui-

Diuites autem horrent illa. Isti autem, qui erant in angustia constituti, videbãt insurgere Dauid contra Saulem, in quo ipsi poterant prosperari si fortè preualeret Dauid: si autem succumberet, non poterat illis peius euenire, quàm prius patiebantur: ideo viri isti sunt promptissimi ad seditiones, præsertim, quia illi, qui præmebantur à Dominis, vel grauati erãt debitis, non poterant manere in terram: ideo cum viderunt aliquem, cui ad hererent, & sub cuius vmbra viuerent, gratum duxerunt, quia iam nemo eos premeret, nec cogerentur ad soluenda debita. *Et factus est eorum princeps.* Idest, suscepit oẽs istos in principatu suo spondens illis, ꝙ defenderet eos quantũ posset.

An Dauid peccauerit congreguado ad se viros inopes, & oppressos debitis. Quæst. IIII.

QVAERET aliquis, an Dauid peccauerit recipiendo istos viros in ducatu suo Aliquis dicet, ꝙ sic, quia ipse dabat occasionem eis faciendi mala ergo peccabat. Patet hoc, quia conuenerant ad eum viri oppressi ære alieno, & hoc, vt non cogerent̃ soluere debita, sed defendere aliquẽ, ne soluat debitũ, iniustum est: ergo peccabat suscipiendo in defensione sua eos, qui ad hoc solum confugiebant. Item isti q in angustia erant, & amaro animo, veniebãt ad Dauid, vt cum eo prædas agerent, & sic ditarentur, vel saltem possent viuere: suscipere tamen aliquos ad hoc, peccatum est, cùm exercere huiusmodi malum sit. Item simile fecit Abimelech filius Gedeonis, qui conduxit viros inopes, & vagos, & secuti sunt eum. Iudi. cap. 9. Iste tamen vituperatur, ergo Dauid vituperabilis erit, q congregauit ad se existentes in angustia, & oppressos debitis, qui ad malum semper currunt. Respondendum est, ꝙ Dauid nõ peccauit hic, quia nunquam peccauit mortaliter, nisi occidendo Vriam, & cognoscendo vxorem eius, infra, 3. li. c. 15. ergo in hoc non peccauit. Pro quo sciendum, ꝙ Dauid habuit iustam causam aggregandi ad se multos pugnatores. Prima fuit ad defensionem suam: timebat enim Dauid Saulem, qui persequebatur eum ad mortem, & ideo, si Dauid esset solus in terra Israel, poterat faciliter capi à quocunque, & tradi Sauli. Nunc autem cum haberet quadringentos viros pugnatores, nemo posset eum tenere, nisi veniret contra eum magnus exercitus. Cum autem hoc fieret, posset Dauid præcognoscere, & deuitare periculũ, si autem solus fuisset, cum multoties aliqui de Israelitis nunciauerint Sauli, vbi esset Dauid, non venissent ad nunciandũ Sauli, sed ipsi per se tres, vel quatuor viri caperent eum, quia tamen Dauid habebat secum multos viros, nullus audebat insurgere in eũ, sed veniebant ad nunciandum Sauli: & ipse tũc ibat cum tribus millibus viris ad capiendum eum, vt patet sequẽti c. & iterum infra, cap. 24. & 26. cum autẽ Saul ferret secum tantum exercitum, non poterat celari, & tunc saluabatur Dauid fugiens. Si etiã Dauid intrasset aliquãdo in aliquam vrbem, etiam si illi, qui erant in vrbe, vellent insurgere in eum, nõ audebant, quia habebat secum multos viros bellatores: erat etiam sibi necessarium hoc, quando esset fugitiuus in alijs regnis, sicut quando fuit in terra Moab, vt si aliquis de illis regibus, apud quos esset, vellet eum tradere in manus Saulis, non posset: quia defenderet eum viri sui, aliàs autem quilibet posset de eo facere quid vellet. Item Dauid voluit accipere secũ illos viros, vt sic haberet modum sustentationis: nã cũ Dauid profugus esset, si esset solus, vel solũ duo, aut tres cum eo, vel pauci, non haberet vnde viueret, nec esset ei aliquis modus conueniens, ad acquirẽdũ.

A Nunc autem congregatis multis viris, poterat facere bellã, & de spolijs vitam acquireret: sic. n. faciebat cum erat in terra Philisthinorum: nam ibat ad pugnandum contra Amalechitas, & alias gentes: & inde sufficienter viuebat, & dabat munera regi Achis, in cuius terra erat, vt patet infra, cap. 27. Licitum ergo sibi erat congregare multitudinem bellatorum, & quia de cognatis suis non poterat tantam multitudinem colligere, voluit de quibuscunque: Et quia nullos facilius habere poterat, quàm oppressos ære alieno, & amaros animo, cum illi ad mutandum statum faciles sint, voluit etiam habere de illis. Ad rationes in contrarium respondetur. Ad primam cũ dicitur, ꝙ dabat occasionem istis faciendi malum,

B ne soluerent debitã. Rñdit Nicolaus, ꝙ cũ Dauid ẽẽt vnctus in regẽ poterat solutionẽ debitorũ ꝓlõgare, & in aliquib. casib. poterat relaxare, iõ nõ peccabat recipiendo: Sed hoc non stat: nam dato, ꝙ Dauid ẽẽt rex, qui actualiter haberet iurisdictionem super totum Israel, sicut habebat Saul, non potuisset hoc facere: nam rex, eo ꝙ est legislator, & Dominus politiæ, potest dispensare in iure inquantum vertitur in præiudicium ipsius iuris. s. ꝙ lex in seipsa non penitus obseruetur, quia qui potest eam totaliter abrogare, potest dispensare in ea contra ius partis, tamẽ rex non potest dispensare, nec aliquis Dominus, siue tẽporalis, siue spiritualis: quia sicut nulli Domino licẽt tollere mihi id, quod actualiter possideo, si in me nul *Respon. Lyrani ad primã rationem refellitur.*

C la omnino causa præcesserit: ita non potest id, quod mihi debetur, me inuito, debitori remittere, qa hoc esset, ac si mihi violenter tolleret. Nam sicut id, qđ actualiter possideo, vocatur æs meum, ita id, quod mihi debetur, est æs meum: & ob hoc ille, qui est obligatus debitis, dicitur habere æs alienum: & sic erat de viris venientibus ad Dauid, qui dicuntur oppressi ære alieno. Hoc autem dato etiam non poterit rex, me inuito, ꝓrogare terminũ solutionis debiti, quia sicut relaxando debitum, mihi tolleret ius meum, & hoc non potest, ita prorogando terminum, tolleret ius meum: ergo etiam hoc nõ poterit. Dauid igitur non poterat propria auctoritate oppressis ære alieno ad eum confugientibus solutionis terminum ꝓrogare, nec prorogauit. Sed dicendum est, ꝙ Dauid

D non peccabat recipiendo istos: primò, quia recipiebat eos necessitate compulsus. s. ꝙ sine eis non poterat viuere securè, vt supra declaratum est: sed multa propter necessitatem efficiuntur licita, quæ aliàs essent illicita, vt patet præcedenti cap. de panibus propositionis, quos comedit Dauid: ergo sic esset hic, qa dato, ꝙ aliàs esset illicitum recipere sub protectione sua oppressos ære alieno, tũc licitum erat propter necessitatem. Secundò responderi potest, ꝙ Dauid non peccabat suscipiendo istos, quia ipse non suscipiebat eos ad hoc, ꝙ defenderet à creditoribus, sed recipiebat, quia illi erant viri inopes, & non poterat viuere in terra sua propter magnitudinem debitorum, & molestiam, quam patiebãtur à creditoribus: ideo veniebant ad Dauid, vt cum eo possent qualitercunque viuere. Tertiò respõderi posset, ꝙ Dauid *Aliarñsio.* *Multa illi cita ob necessitatem licita fiũt.*

E non erat defensurus istos à creditoribus, faciendo, ꝙ non soluerent, quia isti iam nihil possidebant, sed timebant, ꝙ creditores facerent eos teneri in vinculis propter debita, & ob hoc fugiebant ad Dauid: si tamen aliquis de creditoribus venisset ad Dauid iudicialiter acturus cum aliquo de illis debitoribus, Dauid egisset ei ius de eo quantum fieri posset. s. si esset vnde solueretur: alioquin inanis esset actio, quã inopia debitoris excluderet: non ergo peccabat Dauid, quia non dabat occasionem oppressis ære alieno ad non soluendum. Ad secundum dicitur, ꝙ veniebãt *Ad scd̃m.*

ad

ad David viri constituti in angustia, vt cum eo prædas agerent. Respondendum est, ꝙ viri constituti in angustia, & amaro animo dicuntur illi, qui præmuntur tyrannide: vel qui in paupertate magna sunt, vel habent aliquas angustias, propter quas molesta illis vita est. Licebat autem David recipere hos ad se. De primis patet, quia non solum nõ est illicitum defendere eos, qui iniustè prẽmuntur, immo etiam est valde licitum, & meritorium, & in quibusdam est necessarium, iuxta illud Salomonis: erue eos, qui ducũtur ad mortem, & eos, qui ducuntur ad incertũ, liberare non cesses, & habetur extra de homicidio, cap. sicut dignum: immo si aliquis videat aliquem pati iniustè manifestè, & eum nõ liberat, si potest, reus est, & tenetur aliqualiter sicut ille, qui agit: sic dicit præalleg. cap. sicut dignum, ꝙ qui potuerunt liberare aliquem à morte, quem videbant iniustè pati, & non liberauerunt, tenentur de homicidio, cùm dicitur ibidem: non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. David ergo liberando angustiatos ab iniusta tyrannide merebatur. Suscipiebat etiã David viros pauperes, quibus vita exosa erat: non quidem, vt cum eis iniustas prædas ageret, sed vt cum eis consequeretur vitę defensionem, & adeptionem necessariorũ, vt supra dictum est. Idẽ autem est de omnibus alijs amaris animo quacunq; molestia: quia benefaciebat David liberãdo illos ab angustia quantum poterat. Cùm verò dicitur, quòd David agebat prædas cum eis, concedendum est: sed istæ prædæ erant iustæ, in quibus David nihil peccabat: nam quando bellum iustum est, præda quoque iusta est vsque ad satisfactionem iniuriarum, vel resartionem debitorum: potissimè, quia David agebat prædas, & bella cum talibus gentibus, cum quib. nulla præda erat Iudeis illicita, eo ꝙ erant hostes populi Dei: nam nũquam pugnauit contra aliquos Israelitas, nec fecit prędam in terram eorum, quanquam ipse diceret hoc facere regi Achis, vt patet infra cap. 26. sed pugnabat contra Amalechitas, & alias gentes, cum quibus pugna, & præda erat iusta, vt ibi videbitur. Ad tertiam rationem, cùm dicitur, ꝙ accepit David secũ viros pauperes, & vagos, & hoc erat vituperabile, sicut fuit in Abimelech. Dicendum, ꝙ accipere istos viros absolutè non erat peccatum, sed ex fine, ad quem accipiebant, poterat iudicari peccatum, vel non. Abimelech autem peccauit, quia conduxit viros inopes, & vagos ad occidendum fratres suos, & exercendum tyrannidem: occidit enim, 70. fratres suos super lapidem vnum, & agebat prædas, & tyrannidem in terra Israel, vt patet Iudi. c. 9. David autem non congregauit viros istos ad agendum aliquid illicitum, sed ad defensionem vitæ, & procurationem necessariorum, vt dictum est, ideo non peccabat. *Fueruntque cum eo quasi quadringenti viri.* idest, de cognatione sua, & de extraneis oppressis ęre alieno, & amaris animo venerunt ad David in speluncam Odollam viri quasi quadringenti.

David congregauit primo. 400. Viros, deinde. 200. nec plures voluit. Quæst. V.

QVAERET aliquis, quomodo dicitur hic, ꝙ erant quadringenti, quia infra cap. 23. dicitur ꝙ egressi sunt cum David de Ceila sexcenti viri, & infra, cap. 25. cum iret David ad disperdendum domum Nabal Carmeli, dicitur, ꝙ ibant cum eo quadringenti viri, & manebant ad sarcinas ducenti, infra etiam, cap. 27. & 29. dicitur, ꝙ habebat David sexcentos viros. Respondendum, ꝙ David voluit cõgregare ad se magnam multitudinem virorum bel-

F latorum, vt cum eis posset se defendere, & procurare necessaria ad vitam. A principio autem non potuit habere, nisi quasi quadringentos, qui conuenerunt ad eum illicò ad speluncã Odollam. Deinde autem post modicum tempus conuenerunt ad eum multi, quia quotidie conueniebant viri pauperes, cũ viderẽt nouam mutationem fieri in rebus, & in breui habuit sexcentos viros. Vnde quando venit ad vrbẽ Ceila sequenti cap. habebat sexcẽtos viros: nam dicit ibi: surrexit ergo David, & viri eius quasi sexcẽti egressi de Ceila. Postea autem quanquam fuerit David in multis persecutionibus in terra Israel, & descendit postea in terra Philisthinorum, nunquam legitur habuisse nisi sexcentos viros. Nam die, qua G pugnauit contra Amalechitas, qui succederunt Siceleg in die, qua mortuus est Saul in bello, solum habebat sexcentos viros, vt patet infra, cap. 30. & post hoc immediatè fuit factus rex super Iudam. Non habuit autem David plures viros vltra sexcentos, quia fortè non conuenerunt ad eum postea aliqui. Vel, vt magis credendum est, quia ipse postea nullos suscipere voluit cum sexcenti sufficerẽt sibi tam ad corporis tutelam, q̃ ad necessariorum procurationem. Plures autem suscipere erat superuacua sarcina, & amplior solicitudo ciborum. *Et profectus est David inde in Masphat.* Idest, de spelunca Odollam recessit ad vrbem Masphat. Ista enim erat vrbs quædam in terra Moab, in qua tunc erat rex: venit ad eam, vt H ibi loqueretur regi Moab, & relinqueret apud eum patrem suum, & matrem, sicut postea fecit, vt patet immediatè. *Quæ est Moab.* Idest, ista vrbs Masphat est in terra Moab. Istud ponitur ad differentiam: nam in terra Israel in parte duarum tribuum, & dimidiæ erat quædam ciuitas nomine Masphat, ad quam veniebat singulis annis Samuel, vt ibi iudicaret Israelem; & erat ibi domus orationis: nam aliquando faciebat ibi sacrificia Samuel, & apud illam pugnauit cum Philisthinis, vt patet supra, c. 7. Ista autem Masphat, de qua hic, erat in terra Moab: & ibi manebat pro tunc ex Moab, ad quẽ venit David, vt patet hic.

Quare congregatis viris David iuit in terra Moab. Quæstio. VI.

I QVAERET aliquis, quare recessit David de terra Israel, & quare iuit in terram Moab, vel quare non rediit in terram Philisthinorum. Videtur enim, ꝙ manere debuisset in terra Israel: ipse enim de terra Philisthinorum confugerat ad terram Israel, quasi securius ibi mãsurus, ergo non debuisset inde recedere. Respondendum, ꝙ David non venerat in terram Israel, quasi mansurus ibi, quia nõ poterat ibi securè manere cum esset hostis accerrimus eius Saul, sed solum venit, vt ex loco ipso posset cognatis suis loqui, & congregare ad se multitudinem bellatorum, vt postea recederet in aliquod regnum K de vicinis. Cum ergo iam congregauisset quadringẽtos viros, non debebat ibi vlterius expectare: quia iã non poterat ibi securè manere: nam à principio cũ solus erat, potuisset occultari: cum tamen habebat quadringentos viros, non poterat latere, quia illi viri debebant per aliqua loca cibos quærere: si autem manifestus esset in terra Israel Saul persequeretur eum cum multitudine armatorum, cui David resistere non posset cum viris suis: ideo necesse erat, ꝙ fugeret de terra. Non debuit autem ire in terrã Philisthiim, quia nunc proximo venerat de terra illa: & fuit in graui periculo coram rege Achis, ideo non se debebat exponere iterum periculo redeundo in illum, præsertim quia non poterat nunc esse incognitus

tus sicut prius, & quia prius apparuerat solus in vrbe A
Geth, nunc autem ferebat quadringentos viros, &
dato, ꝙ simularet insaniam, cognosceretur esse Dauid, quia vir insanus, & inutilis non poterat secum ferre tantam multitudinem bellatorum. Sed dicet aliquis, ꝙ poterat securè descendere in terram Philisthinorum quanquam cognosceretur, quia postea descendit cum sexcentis viris, & mansit in terra regis Achis, infra, cap. 27 Respondendum, quia diuersitas est, quia tunc Philisthini susceperunt Dauid sciẽtes necessitate compulsus ad eos confugeret. s. quia persequeretur eum acriter Saul: ideo non suspicantes aliquid de eo, dederunt illi locum: nunc autẽ nõ erat sic, quia si vellet descendere Dauid cum tanta virorum multitudine in terram Philisthinorum, pu B
tarent, ꝙ lateret aliqua fraus: & hoc, quia nondum sciebant, quomodo Saul persequeretur Dauid: nam nondum persecutus fuerat apertè, sicut postea egit: ideo non erat securum Dauid descendere in terram Philisthinorum: poterat autem ire in terram Moab, quia Moabitæ non erant tunc hostes Israel, ideo inter eos manere poterat securè. Sed dicet aliquis, ꝙ frustra descendit Dauid in terram Moab: nam non poterat ibi manere securè: cum propheta Gad dixerit ei, ꝙ recederet inde in Iudam, vt patet infra, in litera. Respondendum est, ꝙ rebus turbatis existentibus, non potest semper dari cõsilium, quod nullum inconueniens patiatur: satis autem est pro bene cõsulente, ꝙ totaliter consulat, ꝙ pauciora inconue- C
nientia sic sequantur, quàm aliàs, potissimè cum variabilitas infinita insit humano agibili, quia id, quod aliquando bonum iudicatur, & est, post paululũ malum efficitur: sic etiam fuit hic: nam cũ Dauid esset in terra Iuda, iudicauit melius esse in terram Moab, quod verum erat: deinde cum stetisset aliquanto tẽpore in terra illa, propheta Gad indicauit malũ esse ibi manere, sed ꝙ rediret Dauid in terram Iuda: & hoc fortè, quia rex Moab tractabat tunc tradere Dauid in manus Saulis. Sic autem fuit postea in eundo ad terram Iuda, quia cum aliquanto tempore ibi stetisset iudicauit melius esse, ꝙ recederet in terrã Philisthinorum, ne incideret in manus Saulis, vt patet, infra, cap. 27. s. Et ait Dauid in corde suo: aliquando D
incidam vna die in manus Saulis: nonne melius est, vt fugiam, & saluer in terra Philisthinorum, vt desperet Saul, cessetque me quærere in cunctis finibus Israel? & sic factum est. Ergo cum bonum esset ire in terram Moab, quando iuit Dauid, quãquam postea, mutatis rebus, apparuit malum esse, non sequitur quin consilium bonum fuit de eundo illuc. *Et dixit ad regem Moab.* Rogauit enim hic Dauid pro patre, & matre, vt manerent apud regem, dum ipse erat in aduersitatibus.

Quis esset rex Moab. Quæstio. VII.

QVAERETVR de isto rege, quis erat. Respon E
dent quidam expositores nostri, ꝙ fuit rex Naas, quem debellauit Saul, vt patet supra cap. 11. & ideo dicunt, ꝙ confugit ad eum Dauid, quia propter inimicitias, quas habebat Saul cum eo, reciperet beneuole Dauid, qui erat hostis illius. Ad hoc autẽ inducunt, quod habetur infra, ca. 2. lib. cap. 10. cum dixit Dauid: Faciã misericordiã cum Hanõ filio Naas, sicut fecit pater eius mecũ misericordiã. Istam autẽ misericordiã dicũt esse, quia beneuolè susceperit cũ & cognationem suam, tenueritque apud se patrem, & matrem Dauid, vt patet infra. Sed hoc non stat, quia hic dicitur, ꝙ Dauid confugit ad regem Moab: Naas tamen non erat rex Moab, sed Ammon, vt patet supra, cap. 11. Ista tamen regna semper ante hoc fuerant distincta, & post hoc fuerunt: ideo non erat Naas rex Moab: & quanquam isti vellent concedere, ꝙ rex Moab, & Ammon essent idem rex, tamen tolerari nõ potest. Cum autem allegant, ꝙ Naas rex Ammon fecit misericordiã cũ Dauid, nihil patet ex hoc: quia nõ constat an ille Naas, de quo ibi dicitur, esset ille, cum quo habuit Saul bellum, de quo supra. cap. 11. Et dato etiam, ꝙ esset idem met, non apparet an illa misericordia, quam fecit cum eo, fuerit suscipiendo eum in terra sua, quando erat exul, vel fuerit aliquid aliud. Magis autem contrarium patet, cum rex, qui fecit hanc misericordiam cum Dauid, non fuerit rex Ammõ, sed Moab, vt patet hic. Iõ Ra. Sa. Opinio Ra. Salomonis.
dicit, ꝙ iste rex Moab, ad quem iuit Dauid, non fuit rex Naas, qui erat rex filiorum Ammon: iuit tamen ad ipsum duplici de causa. Vna fuit, quia Saul habebat bellum contra regem Moab, sicut contra filios Ammon, vt patet supra, cap. 14. Secunda causa fuit, quia Dauid descenderat de Ruth Moabitide, vt habetur Ruth. cap. vltimo: ideo securius fugit illuc pro cognatione ex parte matris, præsertim quia Hebrei dicunt, ꝙ Ruth erat filia regis Moab, & ob hoc rex Moab recepit honorabiliter Dauid, & viros eius, & dedit ei quoddam castrum. Pater autem, & mater Dauid manserunt apud regem, vt patet hic. Sed ista non stant. De primo patet, nam Ra. Sa. dicit, ꝙ Saul habebat bellum contra regem Moab, sicut cõtra regem Ammon, in quo prosupponit, ꝙ propter hoc secure manebat Dauid apud regem Moab, quia habebat bellum contra Israel. Sed non stat, immo potius e contrario: nam si habuisset bellum Saul cõtra Confutatio superiorum.
regem Moab, non potuisset Dauid securè manere apud eum: nam postquam Dauid fuit familiaris Saulis, percusso Philistheo, omnia bella, quę fiebant contra hostes Israelitarum, ministrabantur per manum Dauid, quia Saul constituerat eum principem super viros belli, supra, cap. 18. Et sic dixerunt Israelitæ ad eum infra, 2. li. c. 6 Ecce nos caro tua, & os tuum sumus, sed & heri, & nudiustertius, cùm esset Saul rex super nos, tu eras educens, & reducens Israel, scilicet ad bellum: si ergo aliqua bella faciebant Israelitæ contra regem Moab, illa faciebat Dauid: & præcipuè inimicitiæ regis Moab essent poti⁹ ꝯtra Dauid: q̃ ꝯ Saulem, vel aliquem de Israelitis: vnde non auderet ad eum securè ire, nec ille eum susciperet pacificè. Nam ex hac causa non ausus est Dauid descendere in terrã Philisthinorum, quia ipse faciebat bella pro Israelitis contra Philisthinos: & cum descẽdit fuit in graui periculo apud regem Achis, vt patet præcedẽti cap. Cum autem dicitur, ꝙ inter Saulem, & regem Moab erat bellum. Dicendum, ꝙ istud bellum non durabat nunc: sed sicut semel pugnauit cõtra regem Ammon, & non legitur amplius pugnasse: ita fortè pugnauit semel contra regem Moab, & istud transierat à multis temporibus, ita, ꝙ iam nullæ inimicitiæ manebant ex hoc: ideo magis descenderet Dauid ad regem Moab, vt ad aliquem habentem pacem cum Israelitis. Cùm autem dicebat secundo Rabbi Sa. ꝙ iuit Dauid in terram Moab propter cognationem, quia erat filius Ruth, non est aliqualiter verisimile: nam Ruth erat mulier paupercula, & si haberet aliquos cognatos in terra Moab, illi essent pauperes, & non expectaret propter eos Dauid habere aliquem fauorem in terra illa. Etiam qa ista cognatio non erat proxima, sed in gradibus multum remotis, cum iam Ruth à multis temporibus mortua esset: fuerat enim ꝓauia Dauid. s. vxor Booz patris Obed, patris Isai, patris Dauid: ideo non multum attenderent Moabitę cognationem istam. Cũ

autem

autem dicitur, quòd Ruth fuerat filia regis Moab,
nō est verisimile, quia illa erat mulier valde pauper,
quæ cum Noemi paupercula venit de terra Moab
in terram Iudæ, vt patet Ruth. cap. 1. si tamen fuisset
filia regis, cognati sui non permisissent eam venire
de terra sua in terram alienam, præsertim cum iret
solitaria, & ad mendicandum. Item si fuisset filia re-
gis, non ducta fuisset in vxorem ab vno de filijs Noe-
mi: iuerat.n. Noemi cum viro suo in terram Moab
propter famen, & erant viri pauperes: non ergo erat
verisimile, ꝙ rex Moab daret filiam suam in vxorē
vni viro pauperi alienigenæ incognito, qui non ha-
beret aliquod signum excellentis probitatis: non er-
go erat Ruth filia regis Moab, sed quædam mulier
de pauperibus terræ illius: ideo data est viro pauperi,
& alienigenæ in vxorem: & sic non iuit Dauid in
terram Moab expectans, ꝙ propter cognationem
suam. s. quia erat de stirpe Ruth, honoraretur. Nec
quia rex Moab habebat bellum cōtra Israel, sed ma-
gis, quia rex Moab erat in pace cum Israel, & Dauid
nunquam pugnauerat contra Moabitas, ex quo cę-
perat esse princeps virorum belli Israelitarum, ideo
credidit, ꝙ reperiret eum sibi propitium, & sic factū
est. *Maneat, oro, pater meus, & mater mea vobiscum*. i. ma-
neant in vrbe, in qua vos manetis, & viuant sub fa-
uore vestro. *Donec sciam quid faciat mihi Dominus*. i. do-
nec cognoscam per experientiā quid Dominus de
me disponat, & quem exitum habet ista tribulatio.

Quare Dauid voluit, quòd pater, & mater manerent cum rege Moab. Quæst. VIII.

QVAERET aliquis, quare Dauid voluit, ꝙ pa-
ter suus, & mater manerent cum rege Moab:
cum ipse esset nūc in terra Moab: nam si ipse fuisset
in terra aliena, vt si descendisset in terram Philisthi-
norum, vel iuisset in terram Iuda, conueniens erat,
ꝙ relinqueret patrem, & matrem cum rege Moab,
vt ibi securi essent, ipse tamen manebat nunc in ter-
ram Moab, cum manserit diebus multis in præsidio,
quod erat castrum terræ Moab: ergo non videtur
ad quid vellet dimittere patrem, & matrem cum re
ge Moab. Respondendum est, ꝙ si Dauid fuisset in
omnimoda tranquillitate, potius voluisset habere
secum patrem, & matrem, q̃ relinquere illos apud re
gem Moab, quia magis consolarentur ex eius præ-
sentia: quia tamen nunc erat tēpus aduersitatis ma-
gnæ contra Dauid securius erat apud regem Moab,
quàm apud eum. Hoc autem significat litera. s. do-
nec sciam, quid faciat mihi Dominus. i. maneant
hic quandiu ego sum dubius in aduersitate. Cum au
tem Deus dederit mihi trāquillitatem, recipiam il-
los ad me. Ratio huius erat, quia pater, & mater Da-
uid erant veteres, & non erat pater Dauid aptus ad
ferendum strepitum belli, & frequētes mutationes.
Dauid tamen quando erat in præsidio terræ Moab
erat semper quasi in bello. Primo, quia ipse multo-
ties recedebat inde ad pugnandum: nam Dauid
cum viris suis toto tēpore, quo fuerunt profugi nō
habuerunt aliquid, vnde sustentarentur, nisi q̃d acci-
piebant in præda, sicut faciebant cum erant in terra
Philisthijm, quia aliquando pugnabant contra quas
dam gentes, & aliquando contra alias, vt patet infr.
cap. 27. & ibi acquirebant necessaria ad vitam. Nunc
autem erat Dauid in terra Moab: idem erat, quia nō
habebat vnde sustentaretur, ideo ibat ad prædā cō-
tra aliquas gentes: & de hoc viuebat: obseruabat ta-
men Dauid istud, ꝙ cum esset in aliqua terra nūquā
agebat prædam, nec pugnabat contra aliquos de re-
gno illo, nec contra aliquas gentes confœderatas ha-

F bitatoribus regni illius, ne cogeretur exire de regno:
si igitur habuisset Dauid patrem, & matrem secum
in præsidio terræ Moab, cum ipse sæpe iret ad bellū,
& ad prędas, manerent soli in præsidio, vel cum pau
cis: quod non erat securum, quia aliquis de terra Mo
ab poterat eis nocere, absente Dauid: vel fortè serui
Saulis inquirentes Dauid, incurrerent aliqua via in
præsidium, absente illo, & tenerent patrem, & ma-
trem eius. Etiam, quia Dauid quando erat in præsi-
dio erat paratus ad pugnandum timens ne Saul, qui
eum acriter persequebatur, irrueret super illum: vt
ergo pater, & mater Dauid non sustinerent istos ti-
mores, nec labores virorum bellicorum, securius es
se potuerunt apud regem Moab. s. in vrbem, in qua
G ipse erat cum Dauid in præsidio. Cum autem reces-
sit Dauid de terra Moab, tulit patrem suum, & ma-
trem secum. *Et reliquit eos ante faciem regis Moab*. i. di-
misit illos, vt essent semper cum rege Moab in vr-
be sua, & alerentur sub fauore eius. Rex autē Moab
libenter hoc suscepit, quia putauit Dauid futurum
esse regem, vel magnum virum, qui ei posset repen-
dere vicem pro his. *Manseruntque cunctis diebus, quibus
fuit Dauid in præsidio*. Idest, manserunt pater, & mater
Dauid cum rege Moab toto tempore, quo mansit
Dauid in præsidio terræ Moab. Erat.n. præsidium
quoddam castrum in extremitate terrę Moab apud
terram Israel, in quo mansit Dauid cum viris suis,
dum fuit in terra Moab: & tunc manebant pater, &
H mater eius apud regem. Cum autem ipse redijt inde
in saltum Ared ad terram Iuda, reduxit secum pa-
trem, & matrem: & semper iam credendum est, ꝙ
illos secum duxerit quocunque iret, quia non pote-
rat eos securè dimittere in terra illa propter inimici
tias Saulis. Ra. Sa. dicit, ꝙ rex Moab sciens, ꝙ reces- *Expositio Ra. Salomonis refellitur.*
sisset Dauid de præsidio totaliter, eo inconsulto, oc-
cidit patrem, & matrem illius indignatus nimis de
fuga Dauid. Aliquos autem existentes cum eis occi-
dere voluit, sed non potuit, quia fugerunt ad Naas
regem Ammonitarum, qui suscepit eos beneuole,
& dicit, ꝙ ista est misericordia, quam fecit Naas Am
monites cum Dauid, propter quam misit ad conso-
landum filium eius: de quo infra, 2. lib. cap. 10. Sed
I dicendum, ꝙ hoc non stat: motiuum enim Ra. Sa. &
aliorum Iudæorum hoc asserentium est, quia post
hoc non reperitur mētio de patre, & matre Dauid,
ideo putant, ꝙ hic occisi fuerunt. Sed istud non est
motiuum conueniens: nam etiam nunquam fuisset
facta mentio de illis in scriptura, nisi propter ista bel
la. s. quia accidit, ꝙ portaret eos secum Dauid in ter-
ram Moab. Sed non ex hoc conuenienter existima-
retur eos mortuos esse, quia nulla mentio fiebat de
illis. Item non satis consonat, cum dicitur, ꝙ ꝓpter
hoc, ꝙ recessit Dauid de prę sidio, occidit rex Moab
patrem, & matrem Dauid: nam hic præsupponitur,
ꝙ Dauid totaliter recedens de terra Moab dimitte-
bat ibi patrem, & matrem Sed hoc nullo modo stat,
K quia cum non haberet Dauid animum redeundi in
terram Moab, non bene manerent ibi pater, & ma-
ter eius. Item hoc aliqualiter repugnat literæ, quia
Dauid dixit regi Moab: maneat pater meus, & ma-
ter mea vobiscum, donec sciā quid faciat mihi Do-
minus. Dauid tamen sciebat iam voluntatem Dei
per prophetam Gad. s. ne maneret in tera Moab, sed
iret in terrā Iudæ: ergo nō est verisimile, ꝙ relinque-
ret patrē, & matrē in terra Moab. Item ista litera nō
applicatur ad id, quod vult Ra. Sa. s. ꝙ manserunt pa
ter, & mater Dauid apud regem Moab cunctis die-
bus, quibus fuit Dauid in præsidio. Sed est sensus, ꝙ
quandiu Dauid erat in præsidio, erat in terra Moab.
Et quanquam aliquando exiret de loco illo ad agē-
dum

dum prędas vnde viueret, quia tamen habebat semper intentionē redeūdi in præsidium, dicebatur semper esse in eo, & tunc manebat pater suus, & mater apud regem Moab: postea autem nō manserunt ibi, scilicet, quia quando Dauid habuit voluntatem recedendi penitus de terra Moab, tulit secum patrem, & matrem, vt venirent cum eo, & iam non fuerunt cum rege Moab. Quando autem isti mortui fuerint non apparet. Item præsupponit Ra. Sal. ꝙ recesserit Dauid de terra Moab totaliter inconsulto rege: sed hoc non est verisimilè, quia cum recepisset ab eo tantum beneficium, non est credendum, quòd eo insalutato recederet: presertim, quia ex hoc rationabiliter irasci poterat rex Moab, apud quem erant pater, & mater Dauid, & poterat nocere eis. Non est ergo credendum, quòd Dauid recesserit, rege inconsulto: quia etiam si propter beneficium receptum nollet ei loqui, saltem ꝑꝑ patrē, & matrem, ne quid paterentur, loqueretur ei: ideo vana positio est. Sed credendum, quòd pater, & mater Dauid nunc venerint cum eo in terram Iudæ. *Dixitque Gad propheta ad Dauid.* Manebat enim Dauid securus in terra Moab, nec credebat aliquod malum sequi posse ex mansione eius ibidem: ideo propheta ex parte Dei venit ad nunciandum ei, quòd recederet inde. Iste propheta Gad fortè erat cum Dauid, scilicet, quia confugeret ad eum, sicut confugerunt viri inopes, & amaro animo: & hoc, quia iste cognouerat futurum regem Dauid, & ipsum fouere iustam causam contra Saulem, ideo voluit magis cum eo manere, quàm cum Saule in terra Israel: sic etiam fuit de Abiathar, qui erat sacerdos magnus, & fuit cum Dauid in omnibus aduersitatibus suis: quia confugerat ad eū, vt patet infra in litera, & sequenti capit. Vel fortè iste propheta Gad venit de terra Israel ad nunciandū hæc Dauid, quia Deus misit eum: sicut sæpe mittebantur prophetæ ad nūciandum, vel faciēdum aliquid extra terram suam: sic Ionas missus fuit ad prædicandum Niniuitis. Ionæ, cap. 1. Elias quoque missus fuit ad vngendum in regem Azael in Syria: & Eliseum in prophetam, vt patet infra 3. lib. capit. 19. Quidam quoque de filijs prophetarum missus est ad vngēdum Iheu in regem Israel, infra 4. lib. cap. 10.

Quamuis Dauid esset propheta, tamen Deus voluit ei reuelare aliqua per prophetam Gad.

Quæstio. IX.

QVAERET aliquis, quomodo iste propheta Gad reuelauit aliquid Dauid ex parte Dei, cū etiam Dauid esset propheta, ideo ipse scire potuisset hoc. Respondendum est, quòd prophetia non est scientia habitualis, quæ maneat in intellectu, sicut quælibet alia scientia, quia tunc quilibet, qui haberet spiritum propheticum, posset intelligere per illum, quandocunque vellet, sicut fit in omnibus habitibus: non tamen est liberum prophetæ intelligere quandocunque voluerit, eo quòd spiritus propheticus venit per modum cuiusdam actus transeuntis velociter, & cum ille inest, propheta intelligit omnia illa, ad quæ Deus supernaturaliter eum eleuat: postquam verò cessauerit ille actus, ꝓpheta nihil intelligit plusquam alij homines: sic patet de muliere, quæ venit ad Eliseum petitura pro suscitatione filij, & Eliseus ignorabat, quanquam illa iaceret ad pedes eius: vnde dixit ad Giezi: dimitte illam, anima enim illius in amaritudine est, &

A Dominus celauit à me, & non indicauit mihi. Vt patet infra 4. lib. cap. 4. Sic ergo est de omnibus alijs prophetis, quòd cùm ipsi nihil intelligant, nisi quādo Deus actualiter illos illustrauerit, & Deus interdum vult illustrare vnum, & non alium, contingeret interdum, quòd vnus propheta paruus reuelet aliquid alicui prophetæ magno, scilicet, quia tunc propheta paruus actualiter illustratur, magnus autem non illustratur: sic enim fuit sæpe de Dauid. Iterum nanque propheta Nathan reuelauit ei de templo, quod fabricaturus esset Salomon, vt patet infra 2. lib. cap. 7. Iterum quoque Nathan venit ad Dauid reuelans ei pœnam, quam habiturus esset, quia occiderat Vriam, & acceperat vxorem

B eius infra 2. lib. cap. 12. Iterum etiam propheta Gad venit ad eum denuncians pœnam pro numeratione populi, infra 2. li. c. 24. Sic ergo fuit hic, quia Deus voluit reuelare hoc prophetæ Gad, & non Dauid, ideo quanquam Dauid esset propheta, non poterat intelligere quid Deus de eo disponebat. Aliter responderi potest, quòd prophetæ erant duplices: quidam enim à Deo illustrabātur ad prædicendum aliqua futura, quæ nunciabant aliquibus gentibus, vel populis, vel saltem scribebant ea. Alij autem erant prophetæ, qui illustrabantur à Deo ad sciendum facere cantica mirabilia de laudibus Dei: & illa solum faciebant, quando irruebat in eos spiritus Domini. Primi vocantur prophetæ propriè: & huius- *Prophetæ duplices.*

C modi sunt omnes quatuor prophetæ maiores, & duodecim minores, & multi alij, de quibus fit mentio in scriptura, vt Nathan, de quo infra 2. lib. cap. 7. & 12. & Gad, de quo hic, & infra 2. lib. ca. 24. & Ahias Sylonites, de quo infra 3. lib. cap. 11. & 14. & Micheas, de quo infra 3. lib. cap. 22. & Elias, de quo infra 3. lib. cap. 17. & vsque ad 20. & infra 4. li. cap. 1. & 3. Eliseus etiam, de quo infra lib. 4. cap. 2. & vsque ad 10. & multi alij: omnes enim hi prædicebant futura. Secundo modo dicuntur prophetæ, vt nuncij Saulis, & ipse Saul, qui prophetauerunt coram Samuele supra cap. 19. multi quoque, qui perseuerabant in laudibus diuinis in locis sanctis, sicut illi, quos inuenit Saul in colle Domini,

D de quibus supra cap. 10. & illi, qui astabant Samueli, & prophetabant cum eo in Naioth, vt patet supra cap. 19. Illi quoque, qui cantabant in templo Salomonis de filijs Core Asaph, Eman, Idithum, vt patet 1. Paralipo. cap. 25. Isti autem non dicuntur prophetæ, ita quòd aliquando reuelent aliqua futura, sed solum, quia sciunt facere cantica: & sic quantū ad reuelationem futurorum ipsi non excedunt populares, sed oportet, quòd alij prophetæ eis reuelent. Dauid autem fuit de istis prophetis, quia ipse solum habuit spiritum propheticum ad faciendum cantica. Vnde tota prophetia sua est in psalmis: nec legitur aliquando, quòd ei aliqua futura de temporalibus euentibus reuelata sint, sicut reuelabantur alijs prophetis. *Qualis ꝓpheta fuerit Dauid.*

E Quòd tamen nunc reuelaretur de statu Dauid in terra Moab, an esset bonum, vel malum non pertinebat ad cantica, sed ad temporales euentus: ideo non cadebat istud sub modo prophetiæ Dauid. Si autem dicas, quòd Dauid interdum aliqua futura enunciabat, sicut de Messia, & similibus, de quibus aliquando in psalmis habetur. Dicendum, ꝙ istud non erat denunciare aliquos euentus temporales, sed enarrare laudem Dei, ad quam pertinebat interdum aliquod futurum, qđ Deus facturus erat ꝓ hominibus. Calamitates tamen, vel prosperitates temporales regum, vel regnorum, aut aliquarum particularum personarum

Dauid nunquam descripsit: ideo non pertinebat ad eum iste modus propheticus reuelationis Gad. Vtraque harum solutionum est solida, sed minus calumniabilis est prima.

Noli manere in præsidio. Idest non maneas in isto castro terræ Moab. Dauid intendebat manere in terra illa, quia non sciebat aliquod malum esse sibi manendo in ea: Deus autem reuelauit ei, ne maneret, quia inconueniens inde sequebatur.

Quare Dauid recessit de præsidio. Quæst. X.

QVAERET aliquis, quare Dauid recessit de præsidio. Nicolaus respondit, ꝙ Deus induxit eum ad hoc, ne viri, qui erant cum Dauid, quorum aliqui non erant multum stabiles in fide propter debita, & tribulationes, in quibus erant, declinarent ad idolatriam, si diu manerent in terra idolatriæ subdita. Dicit etiam secundum Ra. Sal. quòd Deus fecit hoc, vt ex ista persecutione magis probaretur patientia Dauid: nam ipso recedente de præsidio rex Moab occidit patrem, & matrem eius: in quo erat magna aduersitas Dauid, per quam Deus volebat eum probare in patientia. Sed ista responsio non stat quantum ad primū, quod dicitur propter viros Dauid, qui erant instabiles, ne idolatrarent: nam per hoc non inducebantur ad idolatriam, cum ipsi non essent mixti Moabitis, sed manerent per se in castro illo, quod vocabatur præsidium, vbi liberè poterant obseruare omnes ceremonias Hebræorum.

Ra. Salomon reprobatur.

Item si in hoc insistamus Dauid, non conuenienter fugit: nam postquam recessit de terra Moab, & iuit in terram Israel, post modicum descendit in terram Philisthinorum, vt patet infra capit. 27. ibi tamen ita poterant idolatrare Israelitæ sicut in terra Moab: ergo non recesserunt propter hoc de terra Moab, quia alioquin non descendissent in terram Philisthinorum. Item secunda ratio non stat, scilicet, vt probaretur per hoc patientia Dauid: nam hic præsupponitur, quòd occisus fuerit pater Dauid, & mater eius à rege Moab: sed hoc non est cōuenienter dictum, vt supra declaratum fuit. Sed dicendum est, quòd Deus iussit Dauid, vt recederet de terra Moab, quia fortè rex Moab sciens Dauid esse inimicum Saulis cogitabat qualiter traderet eum in manus Saulis, vt per hoc efficeretur nimis amicus illius. Dauid autem nihil horum suspicabatur, cum rex Moab beneuolum affectum ei mōstraret: & sic incautus teneri potuisset, & tradi Sauli: ideo Deus mouit eum, vt inde recederet. *Et vade in terram Iuda*. scilicet, ad terram, in qua prius fuerat Dauid, eo quòd ibi non posset ita incautus tradi Sauli, eo quòd ibi timeret nimis, quia erat in manu Israelitarum: circunspiceret omnia, ne posset tradi Sauli.

Quare Dauid iuit in terram Iuda, cum ibi minime esset securus. Quæst. XI.

QVAERET aliquis, quare Dauid nunc iuit in terram Iuda: nam non videbatur ei securum ire: tamen ante hoc propter timorem de illa, recesserat: & non videbatur adhuc cessasse ille timor, cum postea ibi acrius, quàm primò persecutus fuerit eum Saul. Aliquis fortè respondebit, quòd melius erat Dauid esse in terra Iuda, quàm in terra Moab: ipse tamen prius sine con-

F silio Dei iuerat in terram Moab, nunc autem ex mādato eius reductus est in terram Israel. Sed hoc non stat, quia hic præsupponitur, quòd esse in terra Iuda erat Dauid simpliciter bonum, vel saltem melius, quàm esse alibi. Ipse tamen ignorans consilium Dei, iuerat in terram Moab: ideo Deus fecit eum redire. Hoc tamen falsum est, quia non erat melius Dauid in terra Iuda, quàm alibi, quia melius erat in terra Philisthinorum: quod patuit, quia cum in terra Iuda passus fuisset multas aduersitates à Saule, timēs, ne aliqua die incideret in manus eius, recessit in terram Philisthinorum, vt patet infra, capit. 27. & ibi fuit securè: nam illicò, quòd sciuit Saul eum ibi esse, cessauit eum persequi, vt patet eo.

G cap. Sed dicendum est, quòd Deus iussit nunc redire Dauid de terra Moab, quia melius ei erat esse in terra Iudæ, quàm in terra Moab: prius tamen iuerat in terram Moab non sine Dei consilio, vel saltem non sine recto consilio humano. Erat enim Dauid malum esse in terra Iudæ quando congregauit quadringentos viros ad se. In terra autem Moab securius esset tunc Dauid: postea tamen natum est aliquid nouum, scilicet, quia fortè volebat rex Moab tradere eum in manus Saulis, ideo iam non erat ibi securum sibi manere, sed in quocunque alio loco melius maneret, & ob hoc Deus iussit, quòd recederet de terra Moab in Iudam, & sic semper erat sanum consilium, scilicet, quia quando fuit bo-

H num stare in terra Moab, stetit, & quando cœpit esse periculosum, recessit inde: sic etiam cum postea esset periculum Dauid manere in terra Iuda, descendit in terram Philisthinorum, vt patet infra c. 27.

Quare Deus misit Dauid in terram Iuda. Quæstio. XII.

QVAERET aliquis, quanquam recedendum esset Dauid de terra Moab, quare Deus mitteret eum in terram Iudæ, vbi grauia pericula ei imminebant. Respondendum est, ꝙ Deus voluit, quòd recederet Dauid de terra Moab, quia erat periculum eum ibi manere, misit tamen eum

I in terram, vbi etiam erat ei periculum: noluit autem mittere ad locum, in quo non pateretur aduersitates, quia non videbatur pro tunc aliquis talis locus, & nisi Deus voluisset agere supernaturaliter, scilicet, pacificando sibi omnes homines, non poterat ire in alium locum conuenientius, quàm in terram Iuda, si autem miraculosè agere voluisset, potuisset pacificare sibi Saulem, & cessasset omnis fuga Dauid. Deus tamen aliter disposuerat, scilicet, quòd persequeretur Saul Dauid: ideo non erat pacificaturus vtrunque. Sed etiam hoc dato potuisset Deus facere, quòd Dauid superaret Saulem. Noluit tamen aliquid facere miraculosè, sed quantum fieri poterat opere humano: Sic autem

K non poterat Dauid contendere cum Saule, sed fugere à facie eius, ideo semper fuit profugus, quandiu vixit Saul: Deus tamen, ne periret Dauid, miserebatur interdum illi, & per modum consilij denūciabat ei pericula sibi futura, vt sic posset illa effugere: non tamen volebat dare illi potestatem, vt præualeret contra Saulē. Nunc igitur quia Dauid nesciebat, nec poterat præsumere an aliquod malum ei insurgeret manendo in terra Moab, Deus reuelauit ei iubens, quòd inde recederet mittens eum in Iudam, quia quanquam terra illa nō esset sibi secura, tñ pro tunc non erat tam periculosa, sicut terra Moab. Sed dicet aliquis, quare non misit Deus Dauid de

terra

terra Moab in terram Philisthinorum, non veniendo in terram Iuda, quia securior esset sibi terra Philisthinorum, quàm Israel, quod ipse Dauid expertus est: nam cum quotidie persequeretur eum, & aliquando quasi teneret eum in manibus, dixit in corde suo: Aliqua die incidam in manus Saulis, melius est ergo, vt vadam in terram Philisthinorum, vt desperet Saul, cessetque me quærere: sic autem fecit, & cessauit Saul ab eo, vt patet, infra capit. 27. debuisset ergo Deus mittere Dauid in terra Philisthinorum, & non in Iudam. Respondendum est, quòd hoc factum est propter duo. Primo, quia non poterat conuenienter nunc ire Dauid in terram Philisthinorum: putarent enim, quòd moliretur aliquas insidias contra eos simulans se profugum: ideo non reciperent eum: postea autem elapso aliquanto tempore descendere potuit conuenienter illùc: Nam tunc cognita erat Philisthinis grauis persecutio, quam exercebat Saul in Dauid: ideo videntes eum ad se profugere satis putarent, quòd hoc faceret ex amaritudine cordis, quia necessitas eum ad hoc impulerat, & non moliretur vllas insidias: ideo tunc eum receperunt: & sic conueniens fuit Dauid esse in hoc tempore medio in terra Iudæ, vt per hoc Philisthinis innotesceret persecutio Saulis contra eum, & tunc darent ei locum in terra sua, quando iam non esset securum Dauid manere in terra Israel. Secunda ratio fuit, quia Deus voluit manifestari nequitiam Saulis, & bonitatem Dauid: fuit enim nimis iniquus Saul, quia toties, & tam iniustè persecutus fuit Dauid, vt patet ab hoc loco vsque ad 27. capit. infra. Patuit etiam magna bonitas Dauid, & innocentia erga Saulem, quia cum Saul ita acriter persequeretur eum, & ipse tenuerit Saulem bis in manibus suis, potuissetque eum impune occidere, noluit eum tangere, sed increpabat eum pro iniusta persecutione. De prima vice patet infra cap. 24. De secunda infra 27. Si autem Dauid postquam recessit de terra Moab illicò venisset in terram Philisthinorum, non potuisset patere iniquitas Saulis in eum, & bonitas eius, atque innocentia erga Saulem: Deus tamen voluit ista notificare ad vtilitatem Dauid, scilicet, vt mortuo Saule, omnes Israelitæ videntes innocẽtiam eius in omnibus aduersitatibus suis, vngerent eum super se in regem: nimis enim per hoc animati fuerunt ad vngendum eum in regem, quod non fecissent, si aliquo modo apparruisset voluntas Dauid ad occidendum Saulem: sic enim patet de morte Abner principis Saulis: nam planxit eum nimis, & noluit comedere die illa vsque ad vesperum. Quod placuit nimis omni populo, quia per hoc sciuerunt istud contra voluntatem Dei, infra 2. lib. cap. 3. mortem quoque Saulis diligenter vindicauit, quia eum, qui glorificatus fuerat se occidisse Saulem fecit occidi, & fleuit planctu magno super Saulem, & Ionatham, nec comedit vsque ad vesperum, vt patet infra 2. li. cap. 1. misit quoque gratias agens ad viros Iabes Galaad, promittens eis bona, quia sæpelierant corpora Saulis, & filiorum eius, infra 2. lib. capit 2. mortem quoque Isboseth filij Saulis vindicauit, quia duos latrones, qui occiderant eum, suspendit, vt patet, infra 2. lib. capit. 4. Omnes ergo Israelitæ conspicientes tantam Dauid clementiam erga Saulem, & domum eius, à quo tanta mala pertulerat, illicò vnanimiter petierunt eum in regem, vt patet, infra 2. lib. cap. 5. *Et profectus Dauid.* scilicet, de præsidio terræ Moab. *Venit in saltum Hareth.* Istud erat in sorte Iudæ. Est enim terra illa pro magna parte

A montuosa, eratque ibi quædam ciuitas nomine Hareth, quæ aliquando vocatur Mareth, vt patet Iosue cap. 15. apud illam vrbem erant magnæ syluæ, ad quas venit Dauid, vt lateret. Istud autẽ fuit sicut supra dicebat de spelũca Odollã: nã Odollã erat ciuitas in sorte Iudæ, apud quam erat spelunca Sciendũ aũt, ꝙ Dauid venit ad latendum in saltum Hareth, propter duo. Primo, quia ista terra erat nĩmis mõtuosa, & posset ibi latere, & Saul non posset eum inuenire, quia erant ibi magnæ speluncę. Etiam, quia erat terra abruptissima, ita vt nullus homo per eam posset ambulare sine difficultate nimia, vt patet infra cap. 24. Vbi dicitur, quòd erat Dauid in deserto Engaddi, & Saul inuestigabat eum super petras abruptissimas, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. Reliqua autem terra Israel non erat ita montuosa. Secunda ratio erat, quia sors Iudæ potissimè saltus Hareth est iuxta terram Philisthinorum, ideo si Saul persequeretur Dauid instantissimè, poterat faciliter fugere in terram Philisthinorum, & ibi Saul desperaret de eo. Si autem esset in alia parte terræ Israel, non posset ita promptè fugere, & caperetur facilius. *Et audiuit Saul, quòd apparuisset Dauid.* Toto enim tempore, quod fluxit à fuga Dauid de terra Israel, quando venit in vrbem Nobe vsque ad tempus istud, ignorauit Saul vbi esset Dauid: nescierat enim, quomodo fuit coram rege Achis, & quomodo in spelunca Odollam, & quomodo in terra Moab. Nunc autem cum fuit in saltu Hareth, cognouit de eo Saul. Et ratio est, quia veniebat Dauid cum multitudine virorum, ideo non poterat latere, vbicunque esset. *Et viri, qui erant cum eo.* Idest, etiam audiuit de viris suis, quòd apparuerant. Credendum est autem, quòd propter viros Dauid manifestatus fuerit. Sciendum vero est, quòd Saul cognouerat Dauid habere secum viros, & quòd fugerat de terra: nesciebat tamen vbi esset. Quòd autem sciret de viris eius, patet: quia omnes cognati Dauid, & multi alij viri inopes de vrbe Bethlehem, & de terra illa vsque ad quadringentos, conuenerunt ad Dauid, vt patet supra. Hoc autem non poterat ignorare Saul, cum illi recessissent de terra eiꝰ. D Manifestum etiam esset, quòd ad Dauid conuenissent, cum essent cognati eius: nescierat tamen de eis toto tempore præterito, nec rumores aliquos saltem leues audierat: nunc autem audiuit. *Saul autem cum maneret in Gabaa.* Hic ponitur quomodo increpuerit Saul viros suos, quia non indicabant ei de Dauid toto hoc tempore, cum scirent, quòd ipse desiderabat eum capere. Dicitur autem, quòd erat Saul in Gabaa, quia ibi erat domus eius, & ibi semper consueuerat habitare: maximè ex eo tempore, quo recessit Samuel à Saule: nam dicitur supra capit. 15. Abijt Samuel in Ramatha, Saul verò ascendit in domum suam in Gabaa. Habitauit autem ibi postea, & nũc quoque ibi erat: sed hoc, quod E hic dicitur, scilicet, quòd erat Saul in Gabaa, & in nemore, non refertur ad tempus, quo nunciatum est ei apparuisse Dauid, & viros eius, sed ad tempus, quo increpuit nimis viros suos tanquam coniurassent cum Dauid, & patet ex contextu literæ. *Et esset in nemore, quod est in Ramatha.* Istud nemus dicebatur esse quædam plantatio arborum facta manu humana, ad quam exibat Saul, vt quiesceret ibi cũ famulis suis: sic dicitur Gen. c. 21. Abrahã plantauit nemus in Bersabe. idest plãtauit ibi aliquas arbores. Aliqui autem ignoranter accipiunt nemus pro mõtibus, vel collibus, sed nimis errant. Erat autẽ istud nemus in Ramatha, per quam non intelligitur hic

Dauid venit ad latẽdum in saltũ Hareth pp. duo.

vrbs illa, in qua habitabat Samuel, de qua supra c. 7. quia illa distabat ab vrbe Gabaa, vt patet supra c. 15. Abijt Samuel in Ramatha, Saul vero ascendit in domum suã in Gabaa. Ista tamen Ramatha, de qua hic erat apud Gabaa, cũ dicitur, ꝙ istud nemus erat in Ramatha, & quòd Saul quando erat in nemore illo, erat in Gabaa. Sed Ramatha est hic nomen alicuius partis territorij Gabaa, vbi erat consitum illud nemus. Dicitur etiam, ꝙ tunc erat Saul in Gabaa, non, ꝙ esset intra vrbem Gabaa, sed erat in territorio illius, scilicet, circa vrbem. Qui autem circa ciuitatem est dicit esse in ciuitate præsertim, si ibi semper habitet: nam etiam si aliquando egrediatur vrbem, & sit in territorio illius, dicitur esse in vrbe: sic patet Iosue, cap. 5. vbi dicitur in litera hebraica: cum esset Iosue in vrbe Iericho: & in litera nostra dicitur: cum esset Iosue in agro vrbis Iericho. Manifestum est autem, ꝙ tunc non erat intra vrbem, quanquam dicatur esse in ea. *Hastam manu tenens.* Idest, tunc tenebat hastam in manu, quando locutus fuit verba hæc, quæ sequuntur. Hoc autem dicitur, quia semper Saul consueuerat habere hastam in manu, vel saltem apud se, vt patet, supra capit. 18. 19. & 20. vnde siue comederet, siue dormiret, siue aliud ageret, semper iuxta se habebat lanceam. Quòd autem comedendo illam haberet, patet supra capit. 20. cum sedens ad mensam, conatus est lancea percutere Ionatham. Quòd dormiendo illam haberet apud se, patet infra cap. 26. Quare autem illam apud se haberet, declaratum est supra cap. 18. *Cunctique serui eius circunstarent eum.* Idest, & omnes serui eius erant in circuitu illius, quando locutus est hoc. Intelligitur hoc de seruis, scilicet, de illis, qui erant cõtinue cum eo in domo sua, & ministrabant ei: secus autem de illis, qui non ministrabant, sed erant subditi illius. Nunc autem Saul egressus fuerat ad quiescendum in agro cum istis familiaribus suis. *Ait ad seruos suos, qui assistebant ei.* Idest, locutus fuit verba ista increpatoria contra omnes seruos suos. Ipsi enim merebantur, vel videbantur mereri hanc increpationem potius, quàm alij, quia ipsi suscipiebant specialia beneficia à rege, ideo eum intensius, quàm ceteri diligere debebant: Quòd ergo aliquis eorum coniurasset cũ Dauid contra Saulem, increpatione dignum erat in quolibet eorum. *Audite me filij Iemini.* Ista sunt verba ad reddendum attentos. Vocauit autem illos filios Iemini ad reddendum illos beneuolos. Pro quo sciendum, quòd Iemini est nomen hebraicum corruptum apud nos, quòd hebraicè dicitur, Iemini, & non est genitiuus huiusmodi nominis, Ieminus, de quo aliqui dicunt, quòd significet Beniamin: & hoc verisimile est, quia Beniamin in Hebræo significat filium dextrę, vt patet Gen. cap. 35. Iamin autem significat dexteram, & inde dicitur Iemini, quod nos corruptè dicimus Iemini. Vnde quasi nihil differt dici Beniamin, idest filius dextrę, vel Iemini, idest dexter. Alij autem dicunt, quòd Iemini non erat Beniamin, sed erat quidam vir nobilis de stirpe Beniamin, quod colligitur supra cap. 9. scilicet. Erat vir de Beniamin nomine Cis, filius Abiel, filij Seor, filij Bethor, filij Saret, filij Abia, filij viri Iemini. Et hoc verisimilius est, vt declaratum fuit eod. cap. Qualiter autem accipiatur, stat litera, scilicet, quia omnes isti, qui assistebant regi, erant de genere suo: nam ipse elegerat de genere suo ministros, & familiares, vt magis eis se credere posset. Etiam quia volebat, quòd potius illi, qui erant de genere suo, haberent dignitates, quàm extranei: sic enim dixerat ei Samuel quãdo voluit eum regem constituere, scilicet:

Iemini q. d significet.

F & cuius erunt optima quæque in Israel, nonne tibi, & omni domui patris tui, idest, cognatis tuis: supra cap. 9. sed Saul erat de stirpe Beniamin, & de stirpe Iemini, vt patet eodem cap. Ergo qualitercunque accipiatur, Iemini, erat verum, quòd isti serui Saulis erant filij Iemini. Posuit autem hoc Saul ad persuadendum, scilicet, quòd cum esset ipse de stirpe Iemini, & serui sui de eadem stirpe, saltem ex debito sanguinis magis tenebantur eum diligere, quàm Dauid, qui erat extraneus, scilicet de tribu Iuda. *Nunquid omnibus vobis dabit filius Isai agros, & vineas?* Idest nũquid quilibet vestrum expectat hoc ab eo, & preter bona, quæ speratis, coniuratis cum ipso contra me, quasi dicat non poterit dare, dare omnibus vobis:

G nam etiam si aliquibus vestrum hæc dare possit, omnibus tamen dare nequiret, etiam si rex efficeretur. Et istud erat argumentum fortissimum contra seruos Saulis, scilicet, quia quanquam aliqui propter aliqualem spem coniurassent cũ Dauid, q̃quam malum videbatur, tamen verisimile erat. Quòd tamen omnes coniurassent cum ipso, non solum erat malum, sed etiam stultum, quia non poterat omnibus dare agros, & vineas. Nemo tñ de seruis suis ei nũciabat aliquid de Dauid, ergo omnes videbantur coniurasse cum eo. Vocauit autem Saul filium Isai Dauid, quia cum eum haberet exosum, non poterat proferre nomen illius proprium, sed appellatiuum. Ista enim omnium maleuolorum conditio

H est: Dixit etiam: Nũquid dabit agros, & vineas? quia ista poterant dare reges, & dabãt seruis suis in pmiũ: & aliquando tollebant ea subditis, & dabant famulis, vt patet supra cap. 8. scilicet. Agrosque vestros, & vineas, & olíueta optima tollet, & dabit seruis. Hoc autem an iustè rex facere posset, declaratum est supra cap. 8. *Et vniuersos vos faciet tribunos, & centuriones.* Idest, nunquid poterit facere quemlibet vestrum tribunum, aut centurionem? quasi dicat non: immo nulli vestrum hoc conferre poterit: quia cõferre tales honores, & principatus ad reges pertinet. Dauid autẽ non erat rex saltem in possessione, quãquam secundum titulum rex esset, eo quòd vnctus erat à Deo in regem: Saul quoque nunc non expe-

I ctabat eum futurum regem, ideo nihil horum conferre poterat, pro quo serui Saulis communicare deberent cum eo. Vocantur autem centuriones principes super centum viros: tribuni autem dicuntur principes super mille viros. Sic patet supra cap. 18. scilicet. Amouit ergo eum Saul à se, ꝙ fecit eum tribunum super mille viros.

An serui Saulis tenerentur indicare ei vbi Dauid erat. Quæstio. XIII.

QVAERET aliquis, an Saul rectè conquerebatur de suis, quia non indicabant ei Dauid,

K & an tenerentur indicare eum. Respondendum est, quòd iniustè conquerebatur Saul, quia dicebat seruos suos coniurasse cum Dauid, sed falsum erat: etiam dato, quòd ipsi voluissent indicare Sauli de Dauid toto tempore præterito, non potuissent, quia nullus eorum sciebat vbi essent. Sed tunc stat dubium si aliqui eorum cognouissent vbi erat Dauid, an tenerentur ei dicere, vel peccarent dicendo. Respondendum est, ꝙ secundum humanam affectionem cum Saul benefaceret seruis suis, debebãt ei fauere ad omnem casum, & cum ipse desideraret nimis occidere Dauid, quia aliàs putabat regnum suũ non esse sibi securum, vt declaratum est supra c. 18. De-

Debuerant serui sui fauere ei indicando vbi esset A Dauid. Si tamen loquamur secundum rectam rationem, & iuris debitum, non tenebantur serui Saulis indicare ei Dauid, quamquã de eo scirent: quia omnes ipsi nouerãt, ꝙ Saul inquirebat Dauid ad infligẽdum ei iniustam mortem: & nunquam peccauerat Dauid contra Saulem, sicut dixit ei Ionathas, supra cap. 19. Quòd ergo indicarent eum, erat cooperari Sauli ad malum: qui autem cooperatur alteri in crimine, reus est, sicut qui principaliter operatur, vt patet ad Roma. cap. 1. immo si aliquis de seruis Saulis præstitisset ei iuramentum de indicando Dauid quãdocunque sciret, non tenebatur eum indicare propter iuramentum, quia cum iste actus esset simpliciter illicitus per iuramẽtũ, non poterat obligari ad illum, quia iuramentum non est inuentum, vt esset B vinculum iniquitatis: immo si aliquis de seruis Saulis indicaret ei Dauid, peccabat mortaliter, & erat reus homicidij, si per hoc Dauid occideretur. Nam serui tenentur obedire Domino suo in licitis, & in his, quæ dubia sunt: in his tamen, quæ manifestè sunt illicita, nõ tenentur obedire, nec subijci ad hoc per aliquem timorem: sicut fecit legio Thebea, quę venit in auxilium, & seruitium imperatoris ad pugnam: cum tamen iussit, quòd adorarent ibi Deos suos, non consenserunt: sed potius omnes subierunt mortem: nam secundum Philosophum est etiam hoc, scilicet, quòd quædam sunt, ad quæ non est cogi, sed magis mori patientem durissima. *Quoniam coniurastis omnes aduersum me.* i. omnes fecistis con- C iurationem inter vos. Vel omnes fecistis coniurationem cum illo, vt nemo eum mihi indicaret.

An licitè poterant coniurare serui Saulis contra eum super Dauid. Quæst. XIIII.

QVAERET aliquis, an licitè poterant coniurare serui Saulis contra eum super Dauid. Respondendum est, quòd coniuratio importat cõpositionem multorum contra aliquem iuramento firmatam. Ita autem poterat esse dupliciter inter seruos Saulis. Vno modo, quòd omnes coniurarent. i. conuenirent inter se sub iuramento, ꝙ nullus eorum indicaret Sauli Dauid. Alio modo pote- D rant cõiurare, ꝙ omnes darent fauorem Dauid cõtra Saulem. De prima coniuratione dicendum est, quòd licita erat, quia tenebantur nõ tradere Dauid Sauli, cum ille quæreret eum ad malum. De secunda coniuratione videtur quibusdam dubium. Dicũt enim quidam, ꝙ poterant sic coniurare serui Saulis: nam Saul fouebat iniquam causam contra Dauid: Dauid autem fouebat causam iustam contra Saulẽ. Licitum autem est fauere iustitiæ: immo in quibusdam casibus est necessarium, ergo non peccarent serui Saulis coniurando contra eum sic. Sed dicendum est, ꝙ non poterant sic coniurare: nam serui Saul, eo quòd erant serui illius, tenebantur seruare ei fidelitatem, tam secundum leges hominum, quàm secundum legem Dei, & rectam rationem: ideo cogebantur nihil agere contra ipsum. Si tamen fauerent Dauid contra eum, agerent contra ipsum: ergo nõ poterant fauere Dauid contra illum. Cum autem dicitur, ꝙ Dauid fouebat iustam causam cõtra Saulem, ergo poterant ei fauere contra Saulem. Dicendum est, ꝙ potest dupliciter responderi. Vno modo, ꝙ Dauid fouebat iustam causam contra Saulem, q̃tum ad defendendum se ab eo, sed non quantum ad agendum ꝯ ipsum: nam eo ꝙ iniustè persequebatur Saul Dauid, poterat Dauid se licitè defẽdere cũ moderamine inculpatę tutelę: nihil tñ ꝯ ipsum mouere poterat: iõ serui Saulis poterant fauere Dauid cõtra Saulem ad defensionẽ suã. s. agere quantũ possent, ne Saul occideret Dauid: non tamen poterant fauere Dauid adiuuando eum ad aliquid agendum contra Saulem, immo si adiuuarent, peccarent mortaliter. Aliter põt rñderi, ꝙ serui Saulis non poterant fauere Dauid ad agendũ contra Saulem, non solũ si iniustè ageret, sicut nunc: cum nullam actionẽ habeat Dauid contra Saulem, sed etiam si Dauid habuisset actionem iustissimam contra Saulem, vtpotè si occidisset Saul patrem, & matrem Dauid, aut filios, vel cognouisset vxorẽ ilius: in quo erat iustissima actio, non poterant fauere serui Saulis Dauid contra Saulem adhoc, vt persequeretur eũ: & si fauerent, peccarent mortaliter. Nec valet si dicas Dauid fouebat iustam causam contra Saulem: ergo famuli Saulis poterant licitè adiuuare Dauid: quia quencunq; hominem, qui iniusta patiť, licitè defendere possumus, & tenemur: omnem tamen iustè contra alium agẽtem non possumus licitè adiuuare: quia fauorabilior est defensio, quàm actio, potissimè, quia ita quibusdam tenemur, vt nullo modo contra eos agere, aut alijs fauere liceat. Immo etiam dicendum est, ꝙ si Dauid voluisset agere contra Saulẽ pro oĩbus malis, quæ ab eo pertulerat: famuli sui tenebantur adiuuare Saulẽ, & si non adiuuarẽt, peccarẽt mortaliter, quia isti tẽnentur fauere Dñis suis in oĩbus licitis. Defensio tñ omni homini licita est, ẽt si mortẽ mereať: nam licitè quicunq; defendit se ab hoste: Saul ergo q̃q̃ mortẽ mereretur ꝑꝑ mala, quæ intulerat Dauid, si tñ Dauid conareť ei inferre hanc mortẽ, vel quodcunque malum, licitè se defendere poterat Saul, & cõsequenter serui sui tenebantur adiuuare eum, cũ tenerẽtur ei in omnibus licitis: patet igitur ex dictis qualiter licitum, vel illicitum esset seruis Saulis cõiurare contra eum pro Dauid. *Et non est, qui mihi renunciet.* Idest, nullus est de vobis, qui annunciet mihi de eo, vbi sit: omnes enim hactenus tacuerant: quia nullus sciebat de Dauid: postea tamen cum viderent nimis placere regi, quòd annunciaretur ei de Dauid, quilibet conabatur instruere nouam accusationem contra Dauid, & indicare vbi esset. Primam autem accusationem instruit Doeg Idumæus, qui immediatè asseruit Abimelech fauisse Dauid. Postea autem reliqui quantum poterant, accusabant, & mendacia contra Dauid configebant cum scirẽt ea placere regi: vnde Dauid postea conquestus est nimis de seruis Saulis, ꝙ falsa contra eum dicerent, vt patet infra cap. 24. scilicet quare audis verba hominum loquentium? Dauid querit malum aduersum te: Iterum etiam conquestus est, infra c. 26. Si Deus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium, si autem filij hominum maledicti sunt in conspectu Domini, qui eiecerunt me hodie, vt non habitem in hęreditate Domini dicentes: vade, & serue dijs alienis. *Maximè cum & filius meus fędus inierit cum filio Isai.* Potest dupliciter intelligi. Vno modo omnes coniurastis contra me: sed hoc non est admirandum, cum etiam filius meus inierit fędus cum Dauid: ille enim magis debebat fauere patri, quàm alij. Aliter potest intelligi, scilicet. omnes cõiurastis aduersum me maximè cum, & filius meus, &c. Idest causa maxima, quare omnes coniuraueritis contra me, fuit quia filius meus coniurauit contra me iniendo fędus cum Dauid, & ipse impulit vos, vt coniuraretis contra me. Põt tertio modo intelligi, quòd Saul increparet omnes seruos suos tanquã stultos, scilicet, quia Dauid non poterat eis dare agros, aut vineas, vel facere tribunos, aut centuriones: sed maxima ad huc stultitia apparebat, cũ filius Saulis iniuisset fędus cũ Dauid,

Dauid,à quo nihil suscipere poterat, sed magis perdere. A patre autem regnum suscepturus erat per successionem: & hoc est, de quo increpuit Saul Ionatham,supra capit. 20.scilicet.Nunquid ignoro, ꝙ diligis filium Isai in confusionem tuam, & in confusionem ignominiosę matris tuę?omnibus enim diebus,quibus filius Isai vixerit super terram,non stabilieris tu,nec regnum tuum. Dicitur autem fędus iniuisse Ionathas cum Dauid,quia istud maius erat, q̃, quòd serui Saulis coniurassent cōtra eum. Quomodo autem Dauid,& Ionathas inierint fœdus,& quid in fœdere dictum sit, declaratum est supra cap. 18.& magis supra cap.20. Cognouerat autem Saul de fœdere isto,quia nunciatum fuerat ei: & satis per se poterat hoc cognoscere Saul ex nimia familiaritate Ionathæ,& Dauid:vnde dixit Saul supra cap.20.Nūquid ignoro,quia diligis filium Isai in confusionem tuam. *Non est,qui vicem meam doleat ex vobis*, idest nullus est,qui doleat loco mei,siue pro me. Vel nullus est,qui doleat vicem meam,idest sortem meam,vel aduersitatem. q. d. infortunium mihi est,quòd Dauid superuiuat,cum sit hostis meus,nullus tamen de vobis dolet pro hoc meo infortunio: & sic cum aliqui annunciabant ei de Dauid, dicebat, quòd dolebant pro eo,sicut dixit sequenti cap.Ziphæis, quando nunciauerunt ei de Dauid,s. benedicti vos à Domino, quia doluistis vicem meam. *Nec qui annunciet mihi*,idest non est de vobis aliquis,qui annunciet mihi de Dauid,q d. nullus de vobis dolet me pro infortunio meo,nec etiam curat annunciare mihi de Dauid,vt tollatur infortunium meum.

Licet nunc Saul audiuerit vbi esset Dauid, tamen conquerebatur de tempore præterito,quòd nihil ei annunciatum fuerat de Dauid. Quæst. XV.

QVAERET aliquis, quomodo Saul dicebat hic,ꝙ nullus annunciabat ei de Dauid,quia iā annunciatum fuerat,vt patet supra in litera,s. & audiuit Saul, ꝙ apparuisset Dauid, & viri, qui cum eo erant. Responderi potest,ꝙ Saul cōquerebatur hic de omnibus temporibus præteritis, ga ex eo tempore, quo iuit Dauid in Nobe, & deinde in Geth, coram rege Achis, & postea in terra Iudæ ad speluncam Odollam,& deinde in terram Moab, nullus ei quicquam indicauit de illo,quousque nūc fuit in saltu Hareth:quia tūc dicitur nouiter, quòd audiuit Saul,quòd apparuisset Dauid,ꝙ tñ tanto tēpore serui Saulis nihil dixissent ei de Dauid, videbatur,ꝙ hoc erat,quia nemo volebat eum prodere,iō dixit Saul, quòd coniurauerant contra eum omnes serui sui. Aliter,& melius responderi potest, ꝙ conquerebatur de seruis suis,ꝙ ipsi nunquam indicauerant ei aliquid de Dauid: nam id, quod nunc audierat Saul,non cognouit ab aliquo de seruis suis, sed ꝑ famam audierat, & sic semper habebat causam conquerendi de ipsis: iō,vt non conquereretur,incepit illico Doeg referre de Dauid,vt patet infra in litera. Aliter etiam dici potest, ꝙ quanquam nunciatum esset Sauli de Dauid:non tamen fuit nūciatum, vbi erat,sed solum, ꝙ apparuerat: Saul autem volebat scire,vbi erat,vt teneret eum:ideo nondum erat sibi satisfactum per illam annunciationem, & conquerebatur semper de seruis suis, vt aliquis eorum magis declararet. *Eoquòd suscitauerit filius meus seruum meū aduersum me*,idest nullus de vobis declarat mihi quicquam de Dauid, quia ipse suscitatus fuit à filio meo contra me: ideo nullus vestrum vult de eo quicquā dicere,vt omnes complaceatis illi. Non intelligebat autem Saul, ꝙ filius suus suscitauisset Dauid contra

F eum,dicēdo ei, quòd aduersaretur Sauli. Hoc enim dignum morte erat,sed quòd ipse dabat occasionē, & animositatem Dauid ad faciendum hoc, eoquòd diligebat eum nimis, & inierat fœdus cum eo. *Insidiantem mihi vsque hodie*,idest Dauid insidiatur mihi, vt occidat me,& vsque hodie durant insidiæ suæ, scilicet,nunquam cessauerunt. Dixit autem Saul, quòd incitauerat Ionathas seruum suum ad grauandum magis istud factum: nam grauius est, quòd serui insurgant contra Dominum suum, quàm, quòd alij hostes: in quo totam culpam retorquet Saul in Ionatham, & contra eum mordaciter loquitur. Istud tamen falsum erat,quia Dauid non insidiabatur Sauli,sed potius è contrario. Dauid tamen fugiebat,
G quia timebat sibi mala inferenda à Saule, si præsens esset,& ob hoc habebat Saul colorem dicendi,quod Dauid insidiaretur ei,s.quia recesserat.

Quare Ionathas non excusauit se, & Dauid cum pater conquereretur de eis. Quæst. XVI.

QVAERET aliquis,quare Ionathas non excusauit se hic,& Dauid. Nam alias consueuerat ipse excusare Dauid, etiam si contra solum Dauid ageretur: nunc autem agebatur contra eum,& cōtra Dauid: ergo magis se debuisset excusare: graue enim crimen Saul posuerat Ionathæ, s. ꝙ suscitasset contra eum Dauid,de quo purgare se
H debuisset:nam silendo consentire videbatur. Respōdebit aliquis,ꝙ cum ista verba loquebatur Saul,fortè non aderat Ionathas,ideo non poterat respondere tunc. Hoc autem, quanquam satis erat possibile, non erat tamen satis verisimile: præsertim cum dicatur supra,quod cum ista locutus fuit Saul,circunstabant eum omnes serui sui: ergo verisimilius erat ibi filium suum esse. Sed dicendum est,quod dato,ꝙ ibi fuisset Ionathas, nullo modo respōdisset pro se, vel Dauid. Diligebat enim Ionathas Dauid,sicut animam suam:ideo paratus erat pro eo facere quæcunque posset,& exponere se cuicunq; periculo: & hoc cum intendebat posse proficere illi. Cum verò non poterat ei proficere per excusationes suas,sed magis
I nocere cōcitando Saulem in eum,frustra erat eum respondere,immo imprudenter fieret. A principio enim inimicitiarum Saulis ad Dauid, cum nōdum appareret quid deliberaret Saul de Dauid, exposuit se Ionathas pro Dauid. Nam supra capit. 19. iusserat Saul Ionathæ, & seruis suis, vt occiderent Dauid. Postea autem Ionathas ait: ne pecces rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde,&c.tunc autem placatus est Saul, & iussit, quod non occideretur. Iterum autem cū Dauid suspicaretur,quod Saul inquirebat ei malum conquestus est Ionathæ petens,vt ipse inquireret de voluntate patris ad mensam die Kalendarū: & tunc cum loqueretur Ionathas excusando Da-
K uid,Saul increpuit Ionatham,dicens: fili mulieris virum vltro rapientis:nunquid ignoro, quia diligis filium Isai in confusionem tuam? Iussit autem, quòd duceret eum ad occidendum: cui cum responderet Ionathas:quare morietur?quid fecit? Arripuit Saul lanceam, & conatus est percutere Ionatham supra cap:20. Ex illo autem die cognoscens Ionathas diffinitum esse à patre, quòd occideret Dauid,credidit superuacuum esse intercedere pro eo, vel excusare illum,sed magis erat nociuum, cum ex hoc accenderetur magis furor regis:ideo quāquam postea audiret aliquos loquentes mala de Dauid coram Saule, vel ipsum Saulem loquentem: subticebat putans non posse prodesse: se quoque defendere non curabat

Duæ rationes, quare Ionathas non se excusauit.

curabat, quanquam opponeretur, quòd ipse incitauerat Dauid contra Saulem. Et hoc propter duo, primum erat, quia à tali proferebant istę accusationes quàm Ionathā à quo non cędebat ei iniuria, & dedecus illas tolerare, scilicet, quia solus Saul ista verba loquebatur contra Ionatham: nullus nanque de omnibus famulis Saulis auderet quicquam parum, vel grande loqui contra Ionatham, quia ille erat filius regis successurus in regno, & inclytus in toto Israel. Saul autem rex erat, & super hoc erat pater Ionathæ, ideo ista duo faciebant, quòd quicquid ipse diceret contra Ionatham, non cæderet iniuria, vel dedecus Ionathę, & sic nō oportebat, quòd Ionathas se excusaret de obiecto sibi crimine. Secundum, & principale erat, quia credebat Ionathas, quòd ex ista defensione non posset consequi aliquam vtilitatem. s. quia nō persuaderet regi id, quod vellet cum esset illius animus obstinatus in contrariam sententiam contra Dauid, quin potius timebat ex hac defensione sibi futurum malum: nam iterum conatus fuit Saul percutere lācea Ionatham, quia respondebat pro Dauid: nunc quoque idem faceret. Cum ergo iam concitatus esset animus Saulis in Dauid, credidit satis esse, ne etiam contra eum concitaretur. Nam non poterat ipse conuenienter fugere à Saule, vel hostilitatem cum illo gerere sicut Dauid: posuit ergo Ionathas in corde suo, vt iam super hac re nunquam se excusaret, nec Dauid. Quod satis apparuit postea: nam quanquam Ionathas sæpe videret, quòd Dauid inquirendus esset à Saule, nunquam dicebat patri, vt desisteret ab hac inquisitione, sed si poterat latenter admonebat Dauid, & confortabat eum, vt patet sequenti cap. cum Saul voluit persequi, & tenere Dauid in Ceila: tunc enim Ionathas ascendit ad syluam occultè ad Dauid, & locutus fuit ibi ei, & confortauit illum dicens: ne timeas, nec enim inueniet te manus Saulis patris mei, & tu regnabis super Israel. Non decuit igitur, quòd Ionathas nunc excusaret se, aut Dauid. *Respondit autem.* Hic ponitur Achimelech, & sacerdotum accusatio. Accusauit enim illos Doeg coram rege. *Doeg Idumæus.* Iste est, qui erat in tabernaculo Domini, quādo Dauid locutus fuit cum Achimelech, vt patet præcedenti cap. Vocatur autem Idumeus, quia erat de stirpe Edom, & conuersus fuerat ad ritum Iudaicum ipse, vel progenitores eius. *Qui assistebat.* i. Doeg Idumæus assistebat regi Sauli quādo cōquestus fuit, quòd nullus de seruis suis indicaret ei Dauid: Doeg autem erat de seruis regis, vt patet hic. s. quia erat primus inter seruos Saulis, iō ipse tūc assistebat: nā, sup. dr̄, quòd assistebāt Sauli oēs serui sui, quando loquebatur hæc. *Et erat primus inter seruos Saul.* i. iste erat principalis inter omnes, qui seruiebant Sauli. ex hoc apparet, quòd iste non custodiebat mulas, vel oues cum pastoribus, vt patet præcedēti cap. sed ipse positus fuerat à Saule tanquam Dominus omnium pastorum, scilicet, iudex, vel princeps: & ad hoc nunquam debebat esse in pastu pecorum: sed residēs in curia Saulis exercebat iurisdictionē suam super pastores. Dicitur autem, quòd erat primus inter seruos Saulis. s. potentior omnibus, vel primus, idest, magis coniūctus regi secundum fauorem, & acceptationem regis: & fortè propter hoc ipse locutus fuit hic ante omnes.

Doeg Idumæus quomodo diceretur primus inter seruos Saulis, cum Abner esset prior. *Quæst.* XVII.

QVAERET aliquis, quomodo dicatur, quòd erat Doeg primus inter famulos regis: nam prior, & potentior erat Abner, qui erat princeps militiæ Saulis supra 17. cap. Erat etiam cognatus eius, scilicet, patruelis, vt patet supra cap. 14. Non poterat ergo Doeg Idumæus esse prior illo. Aliquis respondebit, quòd fortè Saul tantum dilexerat Doeg Idumęum, quòd eleuauit eum ad maximum principatum in domo sua, & abstulit eum Abner, sicut interdum facere solent reges ex quibusdam deordinatis affectionibus. Sed hoc non stat, quia nullo modo est verisimile, quòd aliquis alienigena, & conuersus ad iudaismum tantum diligeretur à rege, vt traderetur ei maximus principatus, & tolleretur cognato regis: nam etiam si hoc rex ex affectione vellet, populus non consensurus erat, scilicet, quòd cognati regis benemeriti dignitatibus suis iniustè expoliarentur: potissimè, quia Abner erat ante hoc in maxima dignitate: nam sedebat Abner ex latere Saulis ad mensam, vt patet supra cap. 20. Quòd autem postea manserit in hac dignitate, apparet, quia cum Dauid descendisset per noctem ad castra Saulis, & accepit inde lanceam eius, recessissetq; procul clamauit Dauid ad Abner, & ad populum, vt patet infra, cap. 26. Si tamen nō esset ibi Abner præcipuus inter omnes seruos Saulis nō locutus fuisset ad eum specialius, quàm ad alios. Item, quia dicitur ibi: cunque vidisset Dauid locum, in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner princeps militiæ. Item dicitur ibi: nunquid nō vir tu es? & quis alius similis tui in Israel? quare ergo non custodisti Dominum tuum regem? Apparet ergo, quòd nullus erat in tāta dignitate sicut Abner: alioquin non dixisset Dauid, quòd nullus vir erat ei similis in Israel: quia Doeg esset maior eo, nō ergo ablatus fuerat principatus Abner, & traditus Doeg: nec erat Doeg maior inter omnes seruos Saulis. Cùm autem dicitur hic, quòd erat primus inter omnes seruos Saulis. Dicendum, quòd vocatur primus non secundum potestatem, sed secundum fauorem, & acceptationem regis. Interdum enim sunt sic aliqui serui regum, qui, quanquam in paruo statu sint, tamen diliguntur à regibus super omnes alios, & ad eos familiarius loquuntur reges, quàm ad cęteros, ipsique plura obtinēt supplicantes à Dominis, quàm reliqui, qui in maiori potestate sunt. Sic autem erat de Doeg, quia fortè Saul acceptabat eum nimis, & specialius se habebat ad eum, quàm ad reliquos: ideo scriptura vocauit eum primum inter seruos regis: poterant tamen multi alij esse potētiores eo. Sic enim factum fuit de Dauid eo tempore, quo mansit in amore Saulis: nam diligebat eum super omnes seruos suos, fecitque eum principem super viros belli, & egrediebatur ad omnia, quę Saul iuberet, supra c. 18. tunc adhuc maior erat in potestate Abner. De ista acceptione Dauid apud regem locutus fuit Achimelech, vt patet infra, scilicet: quis est in omnibus seruis tuis, sicut Dauid fidelis, & gener regis, & pergens ad imperium tuum, & gloriosus in domo tua? *Vidit, inquit, filium Isai in Nobe.* Ista est accusatio Doeg contra Achimelech: dicit enim, quòd vidit Dauid in Nobe: & verum est, quia ibi erat Doeg, quando Achimelech, & Dauid locuti sunt, sicut dicitur præcedenti capit. Vocauit enim Doeg Dauid filium Isai, & non vocauit eum Dauid quasi ex indignatione, vel vituperio, quia nōn censebat eum dignum appellari nomine proprio. In hoc autem erat Doeg adulator: nam cum vidisset, quòd Saul dedignabatur vocare Dauid nomine proprio, sed vocabat eum filium Isai, vt patet supra, & infra, in litera: ipse quoque, vt faueret regi non vocauit eum Dauid, sed filium Isai. Et fortè Doeg per istas adulationes peruenerat in magnum fauorem regis, quia hoc non est nouum, nec insolitum adulatores in domibus regū, & principū pri-

primas obtinere vices, nisi rex virtuosus valde sit, qui per veram virtutem falsas laudes, & fauores cō-pescere nequeat. *Apud Achimelech filium Achitob Sacerdotem.* i. vidi eum cum Achimelech sacerdote magno. Ambo enim loquebantur. Vocatur autem filius Achitob, quia Achitob fuit quidam sacerdos magnꝰ frater Icaboth, & filius Phinees, & nepos Heli sacerdotis magni, vt patet supra, cap. 14. *Qui consuluit pro eo Dominum.* i. Achimelech consuluit Dominū pro Dauid. Hoc autem non patet præcedenti cap. quia ibi solum dicitur, ꝙ dederit ei panes, & gladiū: ideo aliqui dicunt, ꝙ falsum dixit hic Doeg contra Achimelech: & hoc, quia communiter relatores rerum visarum, vel auditarum aliquid vltra rem adiūgere solent. Maximè autē faceret iste, cum haberet intentionem accusandi Dauid, & Achimelech, vt complaceret Sauli.

An Achimelech consuluerit Dominum pro Dauid. Quæstio. XVIII.

QVAERET aliquis, an Achimelech consuluerit Dominum pro Dauid. Respondendum, ꝙ nō potest patere planè ex litera, cum nihil de hoc dicat. Sed aliquis dicet, ꝙ hic litera dicet, ꝙ consuluerit Achimelech Dominum pro Dauid. Respondendum, ꝙ scriptura hoc non asserit: sed refert istud dictum fuisse à Doeg, & hoc modo multa mendacia sunt in sacra scriptura s. quæ ipsa non asserit, sed refert ab alijs dicta. Instat tamen Nicolaus, ꝙ non cōsuluerit Achimelech Dominum, quia si consuluisset, sciuisset de fuga eius à Saule, nesciuit tamen. Ipse autem respondet, ꝙ Dauid dixit Achimelech verbis generalibus, ꝙ periculum sibi imminebat, & ꝙ consuleret Dominum vtrum euaderet illud periculum: & rogauit sacerdotem, vt pro eo oraret, & per hoc Achimelech scire non potuit, ꝙ Dauid fugerat à facie Saulis, quia frequenter ipsi Dauid aliūde pericula iminebant: quod satis stat. Sed magis plane Dicendum est, ꝙ isti, qui cōsulunt Dominum, sunt sicut prophetæ, qui nō possunt cognoscere, nisi id, quod Deus actualiter eis reuelat, circa omnia autem alia ignorantes sunt: ita etiam, qui consulunt Dominum, non possunt aliud per hoc intelligere, nisi id, de quo specialiter petunt: Dauid autem non expressit totam intētionem suam Achimelech, sed dixit, ꝙ consuleret Dominum, an prosperaretur via illius, vel non. Deus autem ad hoc solum respōdit, ideo non poterat Achimelech quicquā per hoc cognoscere de fuga Dauid, vel statu eius; de quo declaratum est præcedenti cap. Sed adhuc istud nō soluit quæstionem: nam per hoc solum soluitur incōueniens, scilicet, quòd quanquam consuleret Achimelech Dominum pro Dauid, tn̄ non cognosceret fugam illius: sed an consuluerit, vel non, quod est principale non patet. Dicendum ergo, quòd quanquam litera hoc non exprimat, tamen satis verisimile est, quòd consuluerit: nam Saul postea dixit ad Achimelech: quare consuluisti Dominum pro filio Isai. Si autem hoc falsum fuisset, respondisset Achimelech falsum sibi obijci, tamen concessit crimen tanquam non esse crimen, vt patet infra, scilicet. Nū hodie cępi consulere pro eo Dominum? absit hoc à me, quasi dicat, non est hoc principium consulendi pro eo Dominum, sed iam multoties consului, ergo videtur concessisse, quòd consuluerat, non tamē concessisset, si falsum esset, cùm istud militaret contra eum: ergo consuluit pro eo Dominum.

Dictum Lyrani.

Decisio authoris.

F

Multiplex modus consulendi Dominum in veteri testamento. Quæstio. XIX.

QVAERETVR vlterius, quis modus erat cōsulendi Achimelech Dominum pro Dauid. Respondendum est, quòd multiplex modus consulendi Dominū erat in veteri testamēto. Aliter enim consulebat Moyses, & aliter prophetæ ceteri: & aliter sacerdotes magni. Moyses autem habebat duplicem modum consulendi, scilicet, aliquando cōsulebat ad ostium tabernaculi, vbi descendebat columna nubis, & loquebatur ibi Deus ad eum, scilicet, angelus loco eius, vt patet Exo. cap. 29. & Num. 12. Hic tamen rarò Moyses consulebat Dominum,

G

sed magis Deus loquebatur Moysi, nihil interrogante Moyse. Secundus modus consulendi Dominum in Moyse erat, quòd intraret in sancta sanctorum, & proponeret quæstionem suam, illico autem audiebatur vox de propitiatorio de medio duorū Cherubim respondens ad quæsita: & istum modum quasi semper habebat Moyses, vt patet Num. 7. cap. scilicet: cunque ingrederetur Moyses tabernaculū fœderis, vt consuleret oraculum audiebat vocem loquētis ad se de propitiatorio inter duos Cherubim. Istum modum nō poterat habere Achimelech, nec aliquis alius, qa fuit hoc speciale in Moyse, qui erat minister in veteri testamento, & erat tanquam famulus fidelissimus, vt patet Num. cap. 12. & ad Hebræ. 3.

H

Alius autem modus erat consulendi Dominum in prophetis. s. per orationem: nam licet Deus sæpe loqueretur prophetis ex inopinato. s. quando illi non credebant, quòd Deus locuturus eis esset: illud tamen non erat, quòd ipsi consulerent Dominum: sed tunc ipsi consulebant quando Deo nihil dicente, ipsi quærebant responsum ab eo super aliquo dubio: & tunc oportebat, quòd ipsi per orationem hoc impetrarent: nec tamen immediatè Deus reuelabat eis quod volebant, vel respondebat ad q̄situm, sed interdum post aliquos dies: sic fuit de Ieremia, quem orauerunt Israelitæ, vt consuleret Dominum pro eis, an descendere deberent in Egyptū, orauit autem Ieremias, & post decē dies Deus reuelauit ei qđ petebat, vt patet Iere. 42. c.

I

Simile quoque fuit in Daniele, qui cōsuluit Dn̄m pro statu Israel, & post multos dies respondit ei, vt patet Daniel. ca. 9. Iterū etiam cū vellet Daniel rn̄deri sibi super alio dubio, ieiunauit tribus Hebdomadibus in afflictione magna: & post illas venit Angelus ad respondendum ei, Daniel cap. 10. Istum autem modum nō poterat habere Achimelech, quia ipse nō erat propheta, sed summus sacerdos. Etiam, quia Dauid nollet, quòd isto modo consuleret pro eo Dominum: nam sic fortè oportebat, quòd Dauid expectaret multis diebus responsum Domini, sed non expectauit. Ipse enim erat in velocitate fugiendi: vnde nō voluit expectare, vt Achimelech mitteret pro panibus laicis extra sanctuarium,

K

sed de panibus sanctis dedit illi, quia dixerat: Siquid habes ad manum, vel quinq; panes da mihi. Arma quoq; noluit expectare, vt adducerentur de aliqua domo, sed accepit gladiū Goliath, qui erat in tabernaculo: dixerat enim: si habes hic ad manum hastam, vel gladium, da mihi: ergo si sciret Dauid, ꝙ Achimelech illo modo consulebat Dominum, non peteret ab illo, vt consuleret pro eo Dominum, nec etiam si Achimelech conaretur sic consulere Dominum, expectasset Dauid. Alius autem modus consulendi erat in sacerdotibus magnis, qui dupliciter Dominum consulebant. Primò modo introeundo in Sancta Sanctorum: non enim intrabant quotidie summi Sacerdotes in Sancta Sāctorum,

ctorum, alioquin morerentur, sed solum semel in anno, in die expiationis, vt patet Leui. cap. 16. iuncto cap. 9. ad Hebræos. In illa autem die loquebatur Sacerdos Domino intra Sancta Sanctorum, & audiebat eum loquentem in propitiatorio, vt declaratū est Leui. cap. 16. nam propter hoc iubebatur, quòd eo tempore, quo introibat summus Sacerdos in Sancta Sanctorum, nullus hominum esset in tabernaculo, s. ne audiret ea, quæ dicebantur in Sancta Sanctorum. Alijs autem temporibus non erat vetitum sacerdotibus minoribus introire in tabernaculū, poterat ergo Sacerdos consulere Dominum, de quo vellet in die propitiationis: nunc autem cum Achimelech consuluit Dominum pro Dauid, non erat dies propitiationis, ergo non poterat introire in Sancta Sanctorum ad consulendum Dominum. Si autem aliquis diceret, ꝙ dies illa erat dies expiationis, quia non patet nobis, quæ dies esset. Respondendū, ꝙ non stat, quia Dauid fugit à facie Saulis, tertio die post Kalendas, vt patet supra cap. 20. & venit in Nobe immediatè, vel ad plus tribus diebus postquam recessit à Saule, vt ipse dixit præcedenti cap. s. continuimus ab heri, & nudiustertius quando egrediebamur. Isti autem dies simul sunt quinque, s. dies Kalendarum, & sequens, quibus latuit Dauid, vt patet supra cap. 20. & tres dies sequentes, quibus peruenit de loco latibuli in Nobe præcedenti cap. & sic erat dies quinta mensis alicuius, quando venit Dauid in Nobe, quia dies Kalendarum est prima dies Mensis secundum Hebræos, vt patet Nume. cap. 28. dies tamen propitiationis erat dies decima Mēsis septimi, vt patet Leui. capit. 16. & 23. ergo non venit Dauid die propitiationis in Nobe, & consequenter Achimelech non potuit introire in Sancta Sanctorum ad consulēdum pro illo. Sed adhuc dato, ꝙ venisset Dauid in Nobe die expiationis, nō poterat Achimelech introire in Sancta Sanctorum ad consulendum Dominum pro Dauid, quiá adhuc illa die non licebat Sacerdoti introire in Sancta Sanctorum, nisi semel, vt patet ad Hebræ. cap. 9. iam tamen introiuisset Achimelech, quando venit Dauid, quia Sacerdos magnus introibat illa die illùc, quando faciebat sacrificia, & introducebat illùc secum sanguinem, vt patet Leui. ca. 16. tunc autem aderant sacerdotes minores sacerdoti magno ministrando ei, & totus populus videndo solennitates sacrificiorum. Cum tamē introiuit Dauid ad Achimelech, inuenit eum solum, nec erat aliquis in toto tabernaculo, qui vidisset nisi Doeg Idumeus. Quod satis colligitur præcedenti cap. 2. infra, in litera ex verbis Dauid, s. sciebam in die illa, ꝙ cum ibi esset Doeg Idumæus, proculdubio annunciaret Sauli: si tamen fuissent ibi Sacerdotes minores. & populus videndo sacrificia, nō locutus fuisset Dauid, specialiter de Doeg, quia quilibet alius de astantibus potuisset hoc annūciare Sauli. Item si illud tempus fuisset, non potuisset Dauid loqui cum Achimelech, quia cum illud sacrificium esset maximum, totius anni esset summus sacerdos attentus in illo nimis, & nullus posset ei loqui: sicut nullus nūc loquitur sacerdotibus nostris, dum sunt in consecratione. Item, quia Dauid timuisset apparere coram toto populo. Item, quia implicaret cōtradictionem in verbis suis: nam ipse dixit ad Achimelech: rex præcepit mihi sermonem, & dixit: nemo sciat rem, propter quam à me missus es, & cuius modi tibi præcepta dederim: vt præcedenti capit. Si tamen ipse apparuisset coram toto populo, ipse manifestaret, quomodo mittebatur, vel fugiebat: ideo non appareret tunc. Item verba illa erant superuacua, s. si quid habes ad manum, vel quinque panes, da

A mihi: quia istud dicebatur, vt non cogeretur Dauid ire ad aliam domum ad petendum, nec cognosceretur, ꝙ venisset, vel capi posset: si tamen ipse venisset ad Achimelech tempore sacrificiorum, die expiationis, antequam introiret in Sancta Sanctorum, videret hoc totus populus, vel saltem multi, ideo verba Dauid essent inania, & stulta. Dicendum igitur, ꝙ etiam si esset dies propitiationis, quando venit Dauid in Nobe, non venerat tali tempore, vt posset summus sacerdos introire ad consulendum Dominum pro eo. Secundus modus consulendi Dominum in sacerdotibus magnis erat, ꝙ induerentur Ehpod, & rationale, & proponerent quęstionem: Deus autem illico respondebat. Istum modum dedit Deus sacerdotibus magnis, tanquam proprium cum ipsi soli

B vterentur rationali, & Ephod: sic enim dicitur Exo. cap. 28. portabit Aaron iudicium filiorum Israel in pectore suo, idest rationale, per quod iudicabatur de omnibus quæstionibus filiorum Israel: & isto modo faciliter poterat consulere Achimelech pro Dauid: quia immediatè Deus respondebat, & non oportebat, ꝙ expectaret aliquo tempore Dauid responsionem. Istum etiam modum consulendi habuit sæpe Abiathar filius Achimelech pro Dauid: nam cum recessit de vrbe Nobe tulit secum Ephod, & consulebat in eo pro Dauid, vt patet sequenti cap. & iterū post hoc consuluit infra cap. 30. quis autem modus consulendi esset in Ephod, declarabitur sequenti ca.

C *Et cibaria dedit ei*, s. panes sanctos: quia nullos alios habebat ad manum Achimelech, vt patet præcedenti cap. Doeg tamen non curauit exprimere, an essent panes sancti: sed solum, quòd dederit ei panem: magis tamen aggrauasset factum, si expressisset de panibus sanctis: & hoc propter duo. Primò, quia significaretur valida coniuratio Dauid cum eo, s. quia tantum erat illi colligatus, quòd non solum panes laicos ei dare voluisset, sed etiam panes sanctos dedisset, de quibus nulli licebat edere, nisi sacerdotibus. Secundò grauabatur factum, quia per hoc tollebatur excusatio, quam poterat dare Achimelech: posset enim dicere, quòd non cognouerat Dauid fugere à facie Saulis, sed quòd à casu transierat per locū

D illum ad expediendum aliquid, ideo dederat ei panes, tunc autem obijceret Saul, quòd ipse cognouerat fugam eius, alioquin non dedisset ei de panibus sanctis, quia poterat expectare, quòd ducerētur panes laici de aliqua domo: dedit tamen ei panem sanctum: quod videbatur factum propter impatientiam expectationis in fuga, ideo videtur, quòd ipse cognouerat eum fugere. *Sed gladium Goliath Philisthæi dedit illi.* idest etiam dedit ei gladium Goliath, qui erat in tabernaculo. Per hoc etiam grauabatur factum, & poterat grauari illis duobus modis, quibus grauaretur, si Doeg allegasset, quòd panis datus Dauid erat sanctus; & hoc, quia gladius Goliath erat aliqualiter consecratus, & dedit eum illi propter im

E patientiam expectationis.

Cur Doeg accusauit Achimelech. *Quæst.* XX.

QVAERET aliquis, quare Doeg Idumæus annunciauit Sauli, quòd vidisset Dauid, & accusauit Achimelech. Respondendum, quòd Saul conquestus fuerat de omnibus seruis suis, quòd omnes coniurassent contra eum, quia nullus indicabat ei Dauid: ipse ergo, vt non videretur vnus de coniuratoribus nunciauit ei de Dauid: fecit etiam hoc, vt faueret Sauli: nam ipse desiderabat ei complacere in omnibus: erat enim adulator, & adulatores sunt semper excellētes amici, vel hoc simulant: nam fingunt

gunt ſe plus amare, quàm amari, vt patet 8. Ethi. & quia Saul dixerat, ꝙ nullus dolebat vicem eius indicādo ei aliquid de Dauid: iſte finxit ſe dolere pro eo indicando, quod nouerat. Sed tunc dicetur ad quid nunciabat Doeg iſta, quia iam non proficiebant: volebat enim Saul ſcire locum, vbi eſſet Dauid, vt poſſet eum tenere. Doeg tamen annunciabat aliquid, quod ab aliquanto tempore præterierat. Dicendū eſt, ꝙ iſta annunciatio Doeg nimis proficere poterat ad intētum Saulis: nam ipſe volebat ſcire, vbi eſſet Dauid: & quia Doeg viderat Dauid loquentem cum Achimelech, poterat ſcire Achimelech, vbi eſſet Dauid, & rex quærendo ab Achimelech, poſſet cognoſcere locum Dauid. Sed tunc dicetur, quomodo non timebat Doeg nunc annunciare iſta Sauli: nam debuiſſet ea annunciare à principio, quando vidit Dauid cum Achimelech, alioquin pœna videbatur dignus: ſi enim culpauit Saul ſacerdotes, ſ. quòd ſcientes de fuga Dauid, non annunciauerunt ei illico, vt patet infra, in litera, ſ. interficite ſacerdotes Domini, nam manus eorum cum Dauid eſt: ſcientes, quòd fugiſſet, & non indicauerunt mihi. Reſpōdendum eſt, ꝙ fortè Doeg non fuerat in curia regis vſque ad illud tempus poſtquam fugit Dauid, ideo non potuit nunciare. Aliter & melius dici poteſt, ꝙ Doeg erat in curia Saulis, tamen nunquam annunciauit vſque tunc, eoquòd nunquam conqueſtus fuerat Saul de ſeruis ſuis, quòd coniuraſſent contra eum, niſi tunc. Sed obijcietur, quòd etiam ſacerdotes non audierant, quòd conquereretur rex de ſeruis ſuis, quia non indicabant ei Dauid, tamen occidit eos, quia ſcientes eum fugere non indicauerunt. Reſpondendum, quòd Saul non occidit ſacerdotes, quia cognouerunt Dauid fugere, & nō indicauerūt ei, ſed quia putauit illos fauere Dauid contra eum, quod patet infra, cum dixit, ideſt. Interficite ſacerdotes Domini, nam manus eorum cum Dauid ē, ideſt coniurauerunt cum eo, & adiuuant ipſum: quòd autem dicitur ſcientes, quòd fugiſſet: & non indicauerunt mihi: non inducitur tanquam cauſa, ſed tanq̄ probatio, quòd coniurauerant ſacerdotes cum Dauid: alioquin cum ſcirent eū fugere, reuelaſſent Sauli. De Doeg autem non præſumebatur, quòd ipſe coniurauiſſet cum Dauid, vel faueret ei: ideo quanquā ſciuiſſet eum fugere, & non indicaſſet, non videbatur dignus pęna, ſed magis prēmio apud Saulem cū nunc indicauerit, cognita voluntate Saulis.

An peccauerit Doeg, annunciando Sauli de Dauid. Quæſtio XXI.

QVAERET aliquis, an peccauerit Doeg de annunciando Sauli de Dauid. Aliquis reſpondebit, quòd non: quia quodammodo cogebatur à Saule, quòd indicaret ei id, quod ſciret de ſtatu Dauid: Domino autem ſuo tenebatur dicere veritatem in eo, quod interrogabatur. Reſpondendum eſt, quòd Doeg peccauit: quia ſicut declaratum ē, quilibet de ſeruis Saulis peccabat mortaliter, ſi indicaret aliq̄d Sauli de Dauid, quia ſciebant, quòd ipſe inquireret eum ad iniuſtam mortem, ideo indicādo ei Dauid, fauebant Sauli ad homicidium, ſed qui alterum ad hoc fauet, reus homicidij eſt. Item peccabat Doeg, quia accuſabat ſacerdotes, & ſciebat, vel ſaltem credebat eos propter hoc perituros, ipſi tamen iniuſtè peribant, ergo peccabat eos accuſando. Sed aliquis dicet, quòd decebat Doeg detegere coniurationem factam contra Saulem, qui erat Dominus ſuus: ſed Achimelech coniurauerat cum Dauid: ergo licitū erat ei declarare. Reſpondendum eſt, quòd Doeg

F ſciebat, quòd non coniurauerant Dauid, & Achi-
melech, cum ſic veniret Dauid, & miratus eſt, vt pa-
tet præcedenti cap. & ſicut ipſe viderat dari gladiū,
& panes Dauid, & conſuli pro eo Dominum, ita ēt
viderat quid loqueretur Achimelech ad Dauid,
quomodo admiraretur de aduentu eius, & quid re-
ſpōdebat Dauid: ex quo cognoſcere poterat Doeg,
quòd Achimelech nihil noſcet de fuga Dauid, & ſic
non coniurauerat, nec faciebat aliquid illicitum.
Denunciando ergo Sauli iſtud, qui poterat infligere
malum, & credebatur certiſſimè inflicturus ꝑ hoc,
quod malum non fuit, peccatum erat. Si autē Doeg
neſciuiſſet, an Achimelech noſcet fugam Dauid,
vel non, & credidiſſet, quòd ſciret, adhuc non debe-
G bat iſtud nunciare Sauli, quia Achimelech non age-
bat in hoc aliquid illicitum: nam Dauid fugiebat à
facie Saulis, qui eum iniuſtè volebat perdere. Achi-
melech autem fauebat ei in hoc, quod bonum erat,
ideo nihil mali merebatur, ſed potius iuſtus erat, q̄a
eruebat à morte eos, qui iniuſtè occidendi erant.
Sed adhuc dicet aliquis, quòd Doeg non peccauit:
quia non egit hoc iniqua intentione, ſcilicet, vt pe-
riret Achimelech, vel Dauid. Reſpondendum eſt,
quòd iſtud opus malum erat, & Doeg poterat co-
gnoſcere illud eſſe malum: quacunque ergo intētio-
ne illud ageret, peccabat: nam malum cum cogni-
tum eſt eſſe malum, bona intentione fieri nequit.
Sed adhuc præter hæc Doeg, faciebat hoc mala in-
H tentione. Erat enim maleuolus: ſic enim ſignificauit
Dauid loquens ad Abiathar, vt patet infra, ſ. ſciebā
in die illa, quòd cum ibi eſſet Doeg Idumæus pro-
culdubio annunciaret Sauli: ſi tamen Dauid neſci-
ret Doeg eſſe maleuolum, & diſpoſitum ad facien-
dum mala, non dixiſſet. ſciebam, quòd annunciaret
Sauli. Item patet hoc ex titulo Pſalmi quinquage-
ſimi primi, qui intitulatur de Doeg, vbi Dauid in-
crepat Doeg, dicens: Quid gloriaris in malicia, qui
potens es in iniquitate? & ibi dicit, ꝙ lingua ſua erat
acuta, ſicut nouacula ad fabricādum ſemper dolos.
Et loquitur de iſto facto, ergo videtur, quòd mali-
cioſè, ideſt ad malum finē locutus fuerit iſta Doeg
contra ſacerdotes. Item patet hoc ex eo, quod po-
I ſtea egit. Nā cum adducti eſſent ſacerdotes coram
rege, iuſſit miniſtris, quòd occideret illos, & nemo
voluit: iuſſit autem iſtud Doeg, & ipſe occidit om-
nes ſacerdotes: ergo videtur, quòd malicioſè moue-
batur contra eos. Peccauit ergo nimis Doeg annun-
ciando Sauli de Dauid, & grauius nunc, quàm ſi ſo-
lum annunciaſſet ei ſe vidiſſe Dauid in aliquo loco,
& quòd neminem cum illo vidiſſet: quia tunc non
ſequeretur hoc malum, quod ſecutum eſt. *Miſit er-*
go rex. Hic ponitur ſacerdotum citatio: accuſauerat
enim illos Doeg: ideo rex fecit illos vocari magis ad
puniendum, quàm ad reſpondendum: nam ira re-
gis nimis increuerat, ideo quanquam iuſtè ſatisface-
ret Achimelech de obiecto ſibi crimine, non audi-
K tus eſt. *Ad accerſiendum Achimelech filium Achitob ſacer-*
dotem, ideſt miſit ad vocandum eum. Erat enim iſte
cum alijs ſacerdotibus in Nobe, & inde venerunt
ad regem. Vocatur iſte ſacerdos, ideſt ſacerdos ma-
gnus. *Et omnem domum patris eius,* ideſt etiam iuſſit vo-
cari omnes, qui erant de domo patris eius. *Sacerdo-*
tum, qui erant in Nobe, ideſt omnem domum ſacerdo-
tum pertinentium ad patrem Achimelech, & iſti
erant in Nobe, ſcilicet, quia iſta ciuitas erat, in qua
nunc manebat tabernaculum Domini, poſtquam
arca translata fuerat de Silo, & ſacerdotes erant ibi
ad faciendum ſacrificia, & alias miniſtrationes ſan-
ctuarij. Vocatur autem hic domus patris Achime-
lech: non ſolum omnes, qui deſcendebant à patre
Achi-

Saul fecit vocari oēs ſacerdotes de domo illa.

melech, sed etiam multi alij, nã infra dicitur, quòd iuerunt 85. sacerdotes vestiti Ephod lineo corã Saule, & omnes isti erant de domo patris Achimelech: non poterat tamen habere tot filios pater Achimelech, vel saltem non erat verisimile, quòd tot filios masculos haberet virilis ætatis, quia non transierũt multę generationes: nec etiam accipitur hic domus patris Achimelech, idest domus Aaron, quę erat domus sacerdotum, quia plures sacerdotes erãt de domo Aaron, quàm isti, scilicet, omnes alij, qui sacerdotes erant de domo patris Achimelech, ferè omnes perierunt: nõ tamen fuit hoc in domo Aaron; quia tunc quasi nullus maneret de omnibus sacerdotibus in Israel, cum omnes sacerdotes essent de domo Aaron. Sed dicendum est, quòd vocatur domus patris Achimelech, domus Heli Sacerdotis. De quo habetur supra cap. 1. & 2. isti enim denominantur ab illo, tanquam à patre, quia fuit de primis in isto genere sacerdotum. Pro quo sciendum est, quod sicut declaratum fuit, supra cap 2. quanquam Heli esset summus sacerdos, non tamen erat de stirpe illorum, quibus iure proueniebat summum sacerdotium: erat enim summum sacerdotium in domo Eleazari filij Aaron, quia ipse erat maior inter filios eius, & postea in nepote eius Phinees filio Eleazari confirmatum est summum sacerdotium: nam Deus promisit ei summum sacerdotium in æternum, quia zelauerat pro ipso occidendo Madianitidem scortum coeuntem cum principe filiorum Simeon, vt patet Num. cap. 25. fuerunt autem postea semper sacerdotes de stirpe Phinees, per lineam Eleazari patris sui, vsq; ad tempus Heli sacerdotis: tunc autem propter maliciam, & desidiam sacerdotum, de stirpe Eleazari, translatum est sacerdotiũ de consensu populi in domum Ithamar, qui erat filius minor Aaron: & primus, qui accepit summum sacerdotium in domo ista fuit Heli, de quo supra, capit. 1. & durauit sacerdotium in domo Ithamar vsque ad Abiathar filiũ istius Achimelech: ipsum enim repulit Salomon, ne esset sacerdos magnus, vt patet infra 3. libr. capit. 2. omnes ergo sacerdotes magni de stirpe Ithamar dicebantur esse de domo Heli, eo quod ipse fuit primus, qui in ista stirpe ministrauit in summo sacerdotio: & sic, quando dicitur, quod Achimelech, & omnis domus patris eius venerunt coram rege, vocatur pater eius Heli. Dicitur etiam: qui erant in Nobe, scilicet, quod non venerunt penitus omnes sacerdotes de domo Heli, sed solum illi, qui erant in Nobe: erant autem aliqui pauci de hac domo in alijs locis: quod patet, quia omnes sacerdotes, qui venerunt nunc cum Achimelech, occisi sunt, & sic non mansisset aliquis de domo Heli, nisi Abiathar, qui fugit, vt patet infra, si non fuissent aliqui alij sacerdotes de domo Heli: manserunt tamen aliquot sacerdotes de hac domo, quanquam pauci; ideo necesse est, quod fuerint aliqui alij de hac domo, qui non manerent in vrbe Nobe, quod autem non omnes perierunt, patet, quia Deus promiserat Heli, quod magna pars domus eius periret simul, quando veniret ad virilem ætatem: non tamen dixit de omnibus, supra cap. 2.

Quare Saul fecit vocari omnes sacerdotes de domo Achimelech, cum solus Achimelech fuisset accusatus.

Quæstio XXII.

QVAERET aliquis, quare Saul fecit vocari omnes sacerdotes de domo patris Achimelech, idest Heli, cum Doeg solum accusauerit Achimelech, scilicet, quod ipse locutus fuerit cum Dauid.

A Respondendum est, quod in hoc ad alium finem mouebat eum Deus: est enim generale, quod Deus, cuius immensa potentia est, habeat hoc sibi proprium, quod ei soli mala bona sint, idest ex malis sciat elicere bona, vt patet per Boe. de Conso. 4. prosa sexta: Malum autem intendebat hic Saul, scilicet occidere sacerdotes, quia putabat eos fauere Dauid: bonum autem, quod Deus intendebat, erat punitio veterum peccatorum, de quo infra dicetur: & sic Saul nesciens mouebatur ad id, quod bonum erat, q̃q̃ ipse malum vellet, & sic ipse peccando rectitudinẽ diuinę iustitiæ operabatur, sed non merebatur in hoc: quia ipse non putabat se bonum agere, nec illud intendebat, sed malum. Ad omnipo-

B tentiam autem Dei, & summam sapientiam eius pertinebat, quod ipse in malo Saulis aliquod bonum operaretur: & hoc modo iniquitas nostra minor est bonitate Dei, quia non potest iniquitas nostra tantum deprauare actus nostros, quin in illis sapientia, & bonitas Dei aliquod bonum, & rectum ponat, sed illud ad nos nihil pertinet: intentio ergo Saulis erat occidere omnes, qui fauebant Dauid, & quia cum Achimelech videretur fauisse Dauid, credebat Saul, quod non solum ipse faueret ei, sed etiã alij sacerdotes colligati essent cum eo: voluit etiam alios vocare ad occidendum illos. Sed tunc dicetur: quare non vocabat omnes sacerdotes, cum solum vocauerit sacerdotes de domo patris Achimelech.

C Respondendum est, quod Saul credidit, quod non coniurauerant omnes sacerdotes cũ Dauid, sed credidit, quod isti, qui erant de domo patris Achimelech, coniurassent. Hoc autem videbatur verisimile propter duo. Primò, quia cum Achimelech, qui erat princeps sacerdotum, coniurasset cum Dauid, videbatur, quòd ipse attraxisset omnes, qui erãt de domo sua, ad tenendum eandem opinionem, & credibile erat, quòd magis loqueretur eis super hoc facto, quàm alijs sacerdotibus, eoquòd istis confideret, quia erant de cognatione sua: alijs autem sacerdotibus non confidere. Secundò fuit hoc verisimile: quia Dauid locutus fuit cum Achimelech in vrbe Nobe, & ibi erant sacerdotes de stirpe domus

D patris Achimelech solum, qui possent scire de transitu Dauid, eoquod ibi fuerat cum Achimelech, & ob hoc præsumebantur omnes coniurasse cum Dauid, scientes, quod transierit per locum illum, & non reuelauerũt illud Sauli: sic enim ipse increpuit eos infra in litera, scilicet: interficite sacerdotes Domini, nam manus eorum cum Dauid est: scientes, quod fugisset, & non indicauerunt mihi. In vrbe tamen Nobe solum erant tunc sacerdotes de domo patris Achimelech, vt patet hic, scilicet, omnem domum patris eius sacerdotum, qui erant in Nobe: ideo solum fecit vocari sacerdotes de domo patris Achimelech. Ista autem fuit intentio Saulis, & ad hoc motus est: Deus tamen non mouit

E eum ad vocãdum domum patris Achimelech pro hoc, sed quia Deus volebat omnes de ista domo puniri pro peccatis veteribus, vt infra dicetur. Alij autem sacerdotes pertinentes ad domum Eleazari, vel Ithamar, erant immunes ab hoc delicto, pro quo punienda erat domus Heli: ideo non fecit vocari illos Saul, sed solum istos, quos Deus puniri volebat; & faciebat ei apparere bonum esse istos solum vocari. *Qui venerunt vniuersi ad regem*, idest omnes sacerdotes de domo patris Achimelech, qui erant in Nobe, venerunt: tenebantur enim obedire regi, quia in veteri testamento iurisdictio regalis erat maior, quàm sacerdotalis, eoquod non erant distinctæ ibi duæ iurisdictiones, scilicet, regalis, & sacerdotalis, sicut

[redacted]

Dubitatio

Verisimile fuit, quod omnes sacerdotes de domo Heli coniurassent cum Dauid.

cut nunc distinguuntur secularis,& ecclesiastica:sed tota erat quasi iurisdictio secularis,de quo magis dictum est Nume. cap. 11. venerunt etiam sacerdotes promptè ad mandatum regis, quia non erant sibi conscij alicuius criminis, propter quod deberent formidare aduentum ad regem:nā si formidassent, vel suspicarentur Saulem ita iratum, fugissent de terra, sicut Abiathar vnus de his fugit ad Dauid, vt patet infra.

An manserit aliquis sacerdos in Nobe ad faciendas ceremonias sacrificiorum quotidianorum. Quæst. XXIII.

QVAERET aliquis, quomodo omnes sacerdotes de vrbe Nobe, venerunt ad regem : nam tunc non maneret qui faceret cæremonias sacrificiorum quotidianorum:erāt tamen necessaria quędam in templo quotidie, quæ nulla ratione prætermitti poterant,sicut patet de sacrificio iugi,quod fiebat in mane,& in vespere, & istud ex nulla causa dimittendum erat. De hoc Numer.cap.28.& Leuit. 9. Sacerdotes quoque quotidie tenebantur ponere ligna super ad fouendum illum ignem æternum,vt patet Leui.cap.6.scilicet:ignis autem in Altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies. Aliæ etiam similes cæremoniæ erant, pro quibus necesse erat aliquos manere in sanctuario. Aliquis dicet,quòd,quanquam hoc regulare esset, tamen præceptum regis vrgebat eos nimis: ideo reliquerunt ministeria templi, quasi ex necessitate. Respondendum est,quòd hic non erat necessitas absoluta,scilicet,quæ eos redderet impotentes ad hoc agendum, sed solum erat præceptum regis, de quo ipsi poterāt se excusare rationabiliter, quia lex necessitabat eos ad manendum in sanctuario,immo etiam dato, quòd rex vellet eos simpliciter cogere, vt occidendo, vel infligendo aliam pœnam,non debuissent cessare à ministerijs,quæ erant imposita à lege sub necessitate. Hoc autem obseruauerunt Iudæi:nam tempore Aristoboli regis Iudęorum pauloante Christi natiuitatem,pugnante Pompeio contra Sacerdotes,qui erant in templo,accidit irrumpi templum sacerdotibus facientibus sacrificia,qui licèt potuissent fugere, & fortè quærere aliquod viuendi refugium, noluerunt: sed immobiles manētes in sacrificijs suis ab hostibus trucidabātur, nec curabant si hostes viderent strictis gladijs sibi præsentes,quominus sacrificia finirent, quia maioris necessitatis putabant sacrificia à lege imposita facere, quàm vitam fugiendo seruare: sic refert Iosephus 14. Antiquita. Non est ergo verisimile, quòd nunc omisissent cæremonias legis propter præceptum regis. Sed potest dici, quòd quanquam dicatur, quòd omnes venerint: non venerunt omnes, quia quidam manserunt: quia tamen ferè omnes venerunt, scriptura dicit, quòd omnes venerunt: nā oīs non describit vniuersaliter in scriptura semper:nec cogit sicut apud dialecticos, sed accipitur omnis pro multis:sic patet Gen.41. scilicet: omnes prouinciæ veniebant in AEgyptum, vt emerent escas, & tamen manifestum est, quòd non veniebant, quia non habuisset totus mundus cibos in AEgypto pro vna die. Aliter autem potest dici, quòd omnes sacerdotes de domo patris Achimelech, qui erant in Nobe, venerunt ad regem, prius tamen,quàm ipsi venirent,miserunt pro alijs sacerdotibus de alia domo, siue Eleazari, siue Ithamar, qui ministrarent absentibus illis. Vtrunque autem satis verisimile est. *Et ait Saul ad Achimelech.* Hic cępit Saul quærere, quomodo Sacerdotes coniurassent contra eum, & locutus fuit ad Achimelech propter duo. Primò, quia ipse erat princeps illorum omnium sacerdotum, qui aderant, & debebat pro eis rationabiliter respondere. Secundò,quia nemo accusatus fuerat à Doeg,nisi Achimelech: ideo contra eum habebat Saul locum inquirendi de crimine. *Audi fili Achitob.* Non vocauit Saul ipsum Achimelech nomine suo, sed nomine communi, scilicet, fili Achitob, in quo ostendebat se esse iratum illi: & sic non poterat rectè iudicare, quia ira impediebat animum illius, ideo quanquam Achimelech iustè satisfecerit pro se, & domo patris sui, nec apparuisset aliquod crimen in sacerdotibus; tamen Saul iussit illos occidi. Sic autem se habebat ad Dauid:nam quia erat indignatus,& valde:nūquam eum appellabat Dauid,sed filium Isai, vt patet sæpe in hoc cap. *Qui respondit:præsto sum Domine,* idest ecce adsum,quęras quod volueris:Achimelech enim loquebatur humiliter,coram rege,quanquam rex superbè loqueretur. *Dixitque Saul ad eum:quare coniurastis aduersum me tu,& filius Isai?* idest, quod malum ego tibi feci,vt tu,& filius Isai coniuraretis aduersum me? q.d.videtur,quòd iniquè egetis.Erat autem hoc falsū, quia Achimelech non coniurauerat cum Dauid, cum nesciret,an fugeret,vel an Dauid haberet eum pro hoste.Si autem hoc cognouisset dando ei panes, & gladium,fauebat illi, & dicebatur coniurare cum eo:non quidem ad agendum contra Saulem, sed ad defendendum Dauid à Saule:hoc autem licitum sibi erat,sicut supra declaratum est de seruis Saulis. *Et dedisti ei panes,& gladium.* Per hoc probabat Saul coniurationem factam:præsupponebat enim, quod Achimelech sciret Dauid profugum esse à facie Saulis,& tunc dando ei hæc,fauebat hosti regis:sed ignorabat hæc Achimelech.Sed dato, quòd sciuisset,non merebatur mortem,quam ei intulit Saul: nam nō agit contra Dominum suum,etiam secundum leges humanas, qui occultè adiuuat hostem eius ad fugiendum,vel euadendum solum:si Dominus suus illum iniustè persequatur. *Et consuluisti pro eo Dominum.* Ista omnia dixerat Doeg,& credidit ea Saul: indicabant autem omnia ista satis magnam affectionem, quia non poterat plus Achimelech cōferre Dauid, quod credebat esse Saul ex valida coniuratione, sed erat propter amorem syncerum præcedentem, & præsentem ignorantiam, scilicet, quia eum fugere nesciebat. *Vt consurgeret aduersum me.* Ista litera potest dupliciter accipi propter illam dictionem (vt) quæ potest dicere habitudinem causæ finalis, vel consecutionem. Primò modo est sensus,quòd Achimelech dederat fauorem Dauid in his tribus,scilicet,in panibus,& gladio,& consulendo Dominum hac intentione, vt insurgeret contra Saulem, & in hoc Achimelech esset directus hostis Saulis. Secundò modo est sensus, quod Achimelech non dederat ista tria ad hunc finem, vt insurgeret Dauid contra Saulem,quia non desiderabat,quod esset aliquis hostis Saulis,sed dederat hæc,vt benefaceret Dauid: & tamen ex hoc beneficio consecutum est, quod insurgeret Dauid cōtra Saulem,scilicet, quia videbat se habere aliquem fauorem apud magnos viros. Communiter autem solet exponi, vt consecutiuè, & non finaliter in scriptura: hic tamen satis potest accipi, quod intelligatur finaliter, quia accusabat Saul Achimelech tanquam hostem suum, ideo verisimile est, quod quæcunque mala ei obijceret:peius tamen est,si accipiatur (vt) finaliter,quàm consecutiuè. *Insidiator vsque hodie permanens,* idest ex hoc, quod tu fauisti ei,& faues,ipse insidiatus est mihi, & insidiatur vsque hodie:si autem non dedisses ei fauore,

Etiam pp timorem mortis nō relinqbāt sacrificia Hebræi sacerdotes.

rem, quanquam ipſe inſidiare cępiſſet, deſtitiſſet non A habens adiutores. *Reſpondenſque Achimelech regi, ait.* Vſque huc rex accuſauit Achimelech, & ipſe ſiluit: nunc autem incipit excuſare ſe, & ſacerdotes de domo patris ſui. *Et quis eſt in omnibus ſeruis tuis, ſicut Dauid fidelis.* Achimelech enim volens ſe defendere noluit veritatem negare, ſcilicet, quòd dediſſet panes, & gladium, quia rex iſta ſciebat. Etiam, quia putabat, quòd confeſſio iſtorum nihil nocebat, ideo conceſſa veritate obiectorum, cępit excuſare illa: allegans, quòd nihil peccaſſet in regem dando Dauid panes, & gladium, & conſulendo pro eo Dominum, & q̃a ſi Dauid eẽt hoſtis Saulis, ſicut Saul p̄ſupponebat, eſſet contra regem iſta tradi illi: cępit Achimelech declarare, quòd Dauid non eſſet hoſtis Saulis B inducens hic aliqua. Et dato, quòd Saul diceret Dauid eſſe hoſtem ſuum, oſtendebat Achimelech per iſta, quę allegabat, non eſſe veriſimile: vel ſaltem, ꝙ nullus de Iſraelitis hoc concederet, vel crederet. Primò enim, quia dicit: quis eſt in omnibus ſeruis tuis, ſicut Dauid fidelis? q d. nullus eſt ita fidelis tibi, ſicut Dauid: quomodo ergo veriſimile eſt, quòd ipſe ſit hoſtis tuus, q. d. nullus hoc crederet, ideo dato, quod accideret, quod eſſet hoſtis tuus, tamẽ mihi nõ erat veriſimile: ideo non peccaui dando ei hæc. Quod autem Dauid eſſet fidelior omnibus ſeruis Saulis, ſaltem ſecũdum exiſtimationem Saulis, apparet, quia Saul cõfidebat ei plura negocia, & ſecretiora, quàm omnibus alijs, vt patet ſupra capit. 18. *Et gener regis*, i. C quis eſt inter ſeruos Saulis, qui meruerit effici gener regis, niſi Dauid? q. d. nullus: quomodo ergo veriſimile erat, quòd iſte, cuius probitas exceſſit probitatem omnium aliorum apud Saulem, ita vt mereretur eſſe gener illius, eſſet hoſtis eius? q. d. non eſt veriſimile. *Et pergens ad Imperium tuum*, ideſt nullus eſt inter omnes ſeruos tuos, qui ita vadat ad imperium tuum, ſicut Dauid: quia nulli tot negocia committis, ſicut ei: nec aliquis ita proſperè expedit, ſicut ipſe. Sic patet ſupra capi. 18. ſ. egrediebatur quoque Dauid ad omnia quæcunque miſiſſet eum Saul, & prudenter ſe agebat. Quomodo igitur iſte eſſet hoſtis, cui tot cõfidebas? *Et glorioſus in domo tua*, ideſt erat glorioſus ſuper omnes, qui erant in domo tua: quod ap D paret ex multis, ſ. quia non poterat eſſe maior honor, quàm, quòd acciperet quis filiam regis in vxorem, ei tamen ſoli data eſt. Secundò erat glorioſus, quia ipſe ſedebat apud regem in primo, vel ſecundo loco, vt patet ſupra ca. 20. hoc tamen non datur, niſi viro honoratiſſimo. Tertiò erat glorioſus, quia datus eſt ei vnus de maximis principatibus in domo regis, ſ. quòd eſſet princeps ſuper viros belli, vt patet ſupra 18. ſ. Poſuitque eum Saul ſuper viros belli: poſtea autem fecit eum tribunum ſuper mille viros e. c. Quartò erat glorioſus, quia omnes Iſraelitæ eum diligebant, vt patet eod. ca. ſ. & acceptus erat in oculis vniuerſi populi, maximè in conſpectu famulorũ Saulis: hoc autem non erat paruum, quia magnus honor, & fauor eſt, quòd quis ab omnibus diligatur, nec contingit ſine ſpeciali Dei gratia. Quintò E erat glorioſus, quia omnes Iſraelitę honorabant eũ, & ſequebantur tanquam regem: eo quòd ipſe dirigebat eos ad omnia opera belli, vt patet eod. capi. ſ. omnis autem Iſrael, & Iuda diligebat Dauid: ipſe .n. ingrediebatur, & egrediebatur ante eos. Sic etiam patet infra 2. libr. cap. 5. ſ. Heri, & nudiuſtertius, cùm eſſet Saul rex ſuper nos, tu eras educens, & reducens Iſrael: quomodo ergo veriſimile erat virum, qui tãtam gloriam probitate ſua apud regem meruerat, eſſe inſidiatorem eius? q. d. non erat veriſimile: quanquam ergo fauiſſem illi in omnibus, quæ potuiſſem, non videbar agere contra regem. *Num hodie cępi conſulere pro eo Dominum?* Iſtud eſt reſponſio ad aliam particulam, quia dixit Saul, quod Achimelech conſuluerat Dominum pro Dauid: & reſpondet: num hodie cæpi conſulere? q. d putas, quod ego cæpi hodie conſulere Dominum pro illo: non eſt hoc verum, quia ſæpe conſului Dominum pro ipſo, cum eſſet vir bonus, & amicus regis: Vel aliter: num hodie cępi, ideſt, ſi ante hoc ego nũquã conſuluiſſem Dominum pro eo, & hodie cæpiſſem conſulere, erat præſumptio aliqua, quod ego nunc coniuraſſem cum eo, poſtquam fugit à facie tua, ſed quia ſæpe pro eo conſulueram, quanquam nunc conſuluerim, non erat aliquid præſumendum. Alij exponunt aliter, dicentes, quod Achimelech excuſauerit ſe, negando, quod conſuluerit Dominum: & tunc dicunt, ꝙ eſt ſenſus: Num hodie cępi? q. d. ante hoc nunquam conſulueram Dominum pro Dauid. Quomodo ergo nunc inciperem? ſ. non eſt hoc veriſimile: ſed iſte ſenſus non conuenit: tum, quia præſupponit falſũ, ſcilicet, ꝙ Achimelech non conſuluerit Dominum pro Dauid, tum quia non benè conſonat literæ præcedenti. *Abſit hoc à me.* Iſtud poteſt referri ad literam præcedentem, vel ad ſequentem: ſi ad pręcedentem referatur, eſt ſenſus: num hodie cępi conſulere pro eo Dominum? abſit hoc à me, ideſt abſit à me, quod ego nunquam conſuluiſſem Dominum pro illo, vſque hodie, ideſt, quod nunquam ante hoc conſuluiſſem, & nunc incępiſſem conſulere: q̃a iſtud erat pręſumptio mali. Vel quia ſi nunquam conſuluiſſem Dominum pro illo vſque hodie, erat mihi imputabile, quia cum Dauid eſſet gener regis, & acceptus illi exponebat ſe multis periculis, debuiſſem pro eo multoties conſulere Dominum. Alio modo refertur ad literam ſequentem, ſcilicet: abſit hoc à me, ne ſuſpicetur rex aduerſum ſeruum ſuum, ideſt abſit à me, quod ſit in me aliquid, propter quod rex debeat ſuſpicari aduerſum ſeruum ſuum: & iſte ſenſus eſt conuenientior. *Ne ſuſpicetur rex aduerſum ſeruum ſuum*, ideſt aduerſum me, qui ſum ſeruus ſuus: eſt modus loquendi lepidus, & pertinet ad magnos Dominos. *Rem huiuſcemodi*, ideſt, quòd ego coniurauerim cum Dauid aduerſus regem, ſ. non eſt hoc de me ſuſpicãdum: hic enim Achimelech excuſat ſe aliter, quam ſupra: quia ſupra allegauerat Dauid non eſſe hoſtem Saulis, nec fuiſſe hoc credibile apud quenquam. Nunc autem, quia Saul fortè aſſereret ſemper Dauid eſſe hoſtem ſuum, reſpondet alio modo, ſ. quod ipſe nihil ſciuit de hoc, & quod habuit rationabilẽ cauſam ignorantiæ; ideo quod non ſuſpicetur rex aliquid aduerſus ipſum. *In vniuerſa domo patris mei*, i. non ſolum ego non coniuraui cum Dauid, nec eſt contra me præſumendum, ſed etiam nullus de tota domo patris mei, ideſt de filijs Heli coniurauit cum Dauid, nec eſt iuſtè præſumendum contra eos. Hoc autem dicebat Achimelech, quia quanquam hactenus contra ipſum ſolum locutus fuiſſet Saul, putabat tamen, quod vellet retorquere crimẽ in totam domum eius, ſicut poſtea fecit, ideo excuſauit alios. Hoc autem præſumpſit, quia non ſolum eum fecerat acceſſiri Saul, ſed etiam omnes ſacerdotes de domo patris ſui: *Non enim ſciuit ſeruus tuus quicquam ſuper hoc negocio, vel modicum, vel grande*, ideſt ego putaui nullo modo Dauid eſſe hoſtem Saulis: ſi tamen fuit aliqualiter, vel in aliquo peccauit, ego, qui ſum ſeruus tuus, nihil de hoc cognoui, nec modicum, nec magnum, ideo nihil mali merui dando panes, & gladium Dauid. Dixit autem: nec modicum, nec grande, quia ſi ſaltem aliquid paruum de hoc negocio cognouiſſet, etiam per præſumptiones non debuiſſet

ſet dare Dauid gladium, & panes: quia tamen nihil omnino cognouit, excuſabilis erat. *Dixitque rex.* Hic iniuſtè Achimelech cum ſacerdotibus comitibus ſuis condemnatur: rectè enim ſatisfecerat Achimelech pro ſe, & domo patris ſui, ſed tanta rabie furebat Saul contra Dauid, & contra omnes, qui aliquo modo ei fauebant, ꝙ non potuit ſe continere, quin amara morte omnes ſacerdotes trucidaret. *Morte morieris Achimelech tu, & omnis domus patris tui,* ideſt ego dico tibi, ꝙ morieris tu, & omnes ſacerdotes, qui tecum ſunt de domo patris tui, ideſt de domo Heli, quia coniuraſtis aduerſum me: hic autem Saul vocauit Achimelech nomine ſuo, cum ſupra vocaſſet eũ filium Achitob: & hoc, quia ira regis aliqualiter mitigabatur: non quidem ad hoc, quod deſiſtere vellet à prauè concepto, ſed quia flectebatur aliqualiter miſericordia, ꝓpter mala, quæ iubebat infligi Achitob filio, & ſocijs eius, ira tamẽ, quam habebat in Dauid ex alia parte ſtimulabat, & coegit eum occidere ſacerdotes. *Et ait rex emiſſarijs, qui circunſtabant eum,* i. iuſſit ſeruis, qui erant in circuitu ſuo, quod occiderent ſacerdotes. Vocantur autem emiſſarij, qui conſueuerunt mitti ad aliquid, & poterant ſignificari ꝑ emiſſarios aliqui ſerui regis, quos ſpecialiter rex mittere conſueuerat ad aliqua negocia. Vel vocantur emiſſarij large omnes ſerui Saulis, qui obediebant ei in omnibus, & ibant quocunq; mittebat eos. Ra. Sa. dicit, quod emiſſarij erant hic Abner, & Amaſa, quos conſueuerat rex mittere ad negocia regni. Sed hoc non ſtat de Abner, quia Abner erat honoratiſſimus in tota domo Saulis, ſ. princeps militiæ ſupra c. 17. & cognatus Saulis, ſ. patruelis eius, ſupra cap. 14. occidere autem aliquos de mandato iudicis, eſt officium viliſſimum: ideo non eſt credendum, quod talia iuberet Saul facere Abner. Item de Amaſa non eſt veriſimile, quod eſſet de emiſſarijs, quibus hæc iuberet Saul: quia Amaſa erat cognatus Dauid, ſcilicet, filius ſororis ſuæ Abigail, vt patet 1. Paralipom. cap. 2. & poſtea fuit princeps militiæ Dauid infra 2. lib. cap. 20. tota tamen domus patris Dauid confugerat ad eum, quando erat in ſpelunca Odollam, & poſtea fuit ſemper cum eo: ergo nõ erat ibi Amaſa coram Saule: ita vt poſſet occidere ſacerdotes. De hoc patet in principio cap. Item non ſtat, ꝙ accipiantur hic emiſſarij ſpecialiter pro aliquibus ſeruis regis, quos ipſe conſueuiſſet mittere ad aliqua negocia: quia infra dicitur, ꝙ iſti noluerunt: ſi tamen eſſent ſpecialiter aliqui ſerui regis, ipſis nolentibus, præciperet rex alijs ſeruis: ipſis tamen nolentibus nullum reperit Saul, cui iuberet occidere ſacerdotes, niſi Doeg: ergo videtur, quod nullus de ſeruis regis voluerat occidere ſacerdotes: & ſic vocantur emiſſarij omnes ſerui Saulis. Item patet, quia cum iſti emiſſarij noluiſſent obedire Sauli, litera dixit: noluerunt autem ſerui regis extendere manus ſuas in ſacerdotes, innuens quaſi non eſſent alij ſerui regis præter iſtos emiſſarios; alioquin non diceretur: noluerunt ſerui eius: ſed noluerunt emiſſarij: omnes ergo ſerui regis intelligebãtur per emiſſarios, quia omnes obediebant ei quocunque eos mitteret. *Conuertimini, & interficite ſacerdotes Domini,* ideſt conuertimini ſuper ſacerdotes ad occidendum eos. Ecce enim iniqua ſententia, quæ ſine examinatione iuris lata eſt. *Nam manus eorum cum Dauid eſt,* ideſt ipſi ſunt adiutores Dauid, ideo mortem merentur. In hoc autem erat error in ſententia Saulis, quia non erant ſacerdotes cum Dauid, ideſt non communicauerant cum eo, ſicut Saul fingebat. Etiam dato, quod coniuraſſent contra Saulem, cum Dauid non merebantur mortem, quia non coniurabant ad agendum aliquid

Opi. Ra. Sa. Confutatio.

Emiſſarij q dicãtur.

Iniqua ſẽtẽtia Saul contra ſacerdotes Domini.

F contra Saulem, ſed ad excuſandum Dauid ab iniqua morte, quam ei Saul infligere volebat: ſed neutrum horum erat: *Scientes, quòd fugiſſet, & non indicauerunt mihi.* In hoc probat Saul intentionem ſuam, ſcilicet, quòd manus ſacerdotum erat cũ Dauid, ideſt coniurauerant cum eo, quia ipſi ſciuerunt Dauid fugere à facie Saulis, & non indicauerunt ei: ſi tamen ipſi non coniuraſſent cum Dauid, illico nunciaſſent Sauli, cum hoc vergeret in eius iniuriam, vel damnum. Iſta probatio Saulis multipliciter deficit. Primò, quia non ſequitur, quòd ex eo, quòd coniurauerant cum Dauid, non dixerunt ei de fuga illius, vel è contrario, ſcilicet, eoquòd non dixerunt ei de fuga, apparet, quòd coniurauerint cum Dauid, G quia quanquam ſcirent Dauid fugere à facie Saulis, & conarentur quantum poſſent eum eripere, dando ei locum fugiendi, & fauorem, non coniurabant cum illo eo modo, quo accipiebat Saul coniurationem, ſcilicet, quòd inter ſe conuenerant adiurare Dauid contra Saulem. Secundò deficit probatio Saulis, quia præſupponit falſum, ſcilicet, quòd ſacerdotes ſciuiſſent Dauid fugere à facie Saulis: nam ipſi neſciebant, quod apparet dupliciter. Primò, quantum ad Achimelech: nam licet Dauid cum eo ſteterit petens panes, & gladium: tamen neſciuit, an fugeret à facie Saulis, quin potius putabat eum à Saule miſſum ad aliquid expediendum, ſicut ei Dauid dixerat præcedenti cap. Tertiò deficit probatio, H quantum ad alios ſacerdotes, quia illi non ſolum neſciebant, an Dauid fugeret, vel eſſet miſſus à rege; ſed etiam neſciuerunt, an veniſſet in vrbem Nobe, quia non viderunt eum: ſolus enim Achimelech vidit eum, & fuit locutus cum illo in tabernaculo: Doeg quoque erat die illo ibi, vt patet præcedenti cap. iniuſtè ergo Saul condemnauit ſacerdotes.

An peccaſſent ſerui Saulis, ſi occidiſſent Sacerdotes: & an peccauerit Doeg, qui occidit illos.

Quæſt. XXIIII.

QVAERET aliquis, an ſerui Saulis peccauiſſent, ſi occidiſſent ſacerdotes: & an peccauerit Doeg, qui occidit illos. Aliquis reſpõ- I debit, quòd peccauerant ſerui Saulis, ſi occiderent illos: quia exequerentur mandatum iudicis, qui procedit ſine iuriſdictione: eſt tamen intolerabilis error, quòd aliquis non habens iuriſdictionem procedat: ergo miniſtri ſi obediant huiuſmodi iudicibus præſertim in executione criminalium, cognito defectu iuriſdictionis, peccant mortaliter, & ſunt homicidæ, velut ſi aliqua priuata perſona iubente, ꝙ occidam illum, vel illum: ſi ego obediero, ſum homicida: ita hic cum Saul eſſet iudex laicus: iſti autẽ omnes erant ſacerdotes: ergo non habebat iuriſdictionem ad iubendum illos occidi, & conſequẽter miniſtri, non erant tanquam miniſtri iudicis, ſed tan- K quam miniſtri priuatæ perſonæ, ergo peccarent exequendo. Dicendum, quòd hoc non ſtat, quia in veteri teſtamento non erat iuriſdictio diſtincta in Eccleſiaſticam, & ſecularem, ſicut nunc, ſed rex habebat poteſtatem ſuper ſacerdotes, quia erat tota eadem iuriſdictio: dumtamen igitur rex iuberet pro cauſa iuſta ſacerdotes occidi, non peccaret: & conſequenter nec miniſtri exequendo præceptum. Sed dicendum, quod miniſtri peccauerant, ſi occiderent ſacerdotes, quia ſententia regis continebat manifeſtum errorem, ſcilicet, quia omnes aſſiſtentes videbant, quod rex iniquè moueretur, ideo peccarent ſi obedirẽt ei, præſertim in criminali: debuiſſent enim ipſi potius iniuſtam mortem à rege pati, quàm regis præce-

præcepto sacerdotibus iniustam mortem infligere. Hoc etiam apparet, s. q serui regis intelligerent se in hoc peccare, quia ipsi ad iussum regis noluerũt exequi: solebant tamen promptè agere quæcunque eis rex iuberet, ergo putabant se peccare cum nũc obedire noluerint.

Obiectio tollitur.

Sed aliquis dicet, q non peccabant, quia tenebantur obedire præceptis maiorum, & nõ debebant disputare, an iustè, vel iniustè iuberetur: rex tamen erat simpliciter maior, ideo ad præceptũ illius absolutè tenerentur.

Obediẽdũ est dominis in licitis.

Dicendum, q minores tenentur ad præcepta Dominorum, vel prælatorum, potissimè illorum, à quibus sustentationem, & omnia bona percipiunt: ita, quòd eis obediant in omnibus licitis. Etiam si aliquod præceptum fuerit dubium, an sit licitum, vel illicitum, debent isti propter reuerentiam maiorum obedire: si tamen sit aliquod præceptum, quod manifestum errorem continet, vt quia notoriè continet peccatum mortale, non debent subditi obedire Dominis, sed potius debent omnia mala pati, quàm malo consentire: sic autem erat hic, quia manifesta iniquitas erat, quòd occiderentur sacerdotes, cum nihil meruissent. Cũ autem dicebatur, quòd subditi non debent disputare de mandato maiorum, sed obedire. Dicendum, quòd est verum: nam disputare est ad veritatem inueniendã: tunc autem de aliqua sententia, vel lege disputamus, quando dubium est, an iusta, vel iniusta sit: cũ aũt ẽ manifestè iusta, vel manifestè iniqua, disputatio nulla est, & sic manifestũ est, q nõ debemus disputare mãdatis superioũ, qa in casu, in quo dubia sunt propter auctoritatem ipsorum debemus illa exequi: hic autem non sic, quia sententia Saulis manifestè iniqua erat, ideo serui sui non tenebantur eã exequi: ideo Doeg, qui executus fuit illam, peccauit grauiter.

Doeg valde peccauit occidẽdo sacerdotes.

Vnde Dauid Ps. 51. Qui intitulatur de Doeg, increpat eum de hac executione, dicens: quid gloriaris in malicia, qui potens es in iniquitate? Potentem autem eum dixit, quia potuit inducere Saulem ad hoc, quòd condemnaret sacerdotes: potuit etiam ipse per se omnes illos occidere, cum nullus alius hoc vellet. *Noluerunt autem serui regis extendere manus suas in sacerdotes Domini*, idest nullus de famulis regis, qui assistebant ei, voluit educere gladium ad occidendum, vel ad tangendum saltem aliquem de sacerdotibus. Hoc autem fuit propter duo: primò, quia videbant sententiam regis esse iniquam nimis, & credebant, quòd ipsi in hoc peccarent, si exequerentur. Secundo propter reuerentiam Dei, quia sacerdotes erant Domini, noluerunt tãgere eos, quia etiam si aliquid dignũ morte egissent, recusauissent tangere eos. *Et ait Rex ad Doeg*. Vidit enim rex, quod nullus de seruis suis voluerat irruere in sacerdotes, nec manserat aliquis, cui dicere posset, nisi Doeg: iõ dixit illi, quòd irrueret in eos. *Cõuertere tu, & irrue in sacerdotes Domini*, idest, quia alij nolunt hoc facere, conuertaris tu, & occide illos.

Quamuis Doeg propter præceptum vniuersale non iniecerit manus in sacerdotes: tamen Saul propter tria ei singulariter præcepit eos interficere.

Quæst. XXV.

QVAERET aliquis, cum iussisset Saul seruis suis hoc facere, & noluissent, quare iussit postea Doeg. Videtur enim, quòd non debuisset iubere ei, quia in generalitate seruorum Saulis includebatur Doeg. Cum ergo iuberet seruis suis hoc, debuissent illud omnes serui facere, vel aliquis de seruis: sed tunc nullus egit de seruis, nec Doeg, ergo nõ debuisset ei postea iubere, quia semel videbatur no-

A luisse. Respondendum est, quòd Doeg nõ fecit hoc, quando iussum est seruis Israel in vniuersali, quia putabat, quòd rex nõ intenderet ei iubere hoc, ideo, quanquam ipse esset vnus de seruis, noluit illud agere quousq; plus constaret ei de voluntate regis. Sed tunc dicetur, quomodo Saul iubebat Doeg specialiter hoc facere, cum in generali nullus voluisset, & quare magis ei specialiter hoc dixit, quàm alijs. Respondendum, q cum nullus voluit agere in vniuersali præceptum regis, credidit rex, q nemo esset de illis, qui tñ ĩ hac parte faueret ei, sicut Doeg, & hoc propter duo. Primò, quia Doeg erat adulator, & superexcellens amicus, ideo regi vellet complacere in omnibus approbando factum eius: nam si noluisset

B occidere sacerdotes, innuisset in hoc sententiam regis esse iniquã, quod est contra adulatores, quia adulatores semper laudãt facta Dominorum, & approbant illa, etiam si turpissima sint. Secundò fecit hoc, quia ipse Doeg fuerat principium huius negocij, cũ ipse accusauisset sacerdotes coram rege, si autẽ nũc noluisset occidere illos tanquam immeritos, ostendere se fuisse calumniatorẽ in accusatione: nam qui non iustè ponitur pro accusatione, non iustè accusatus est. Ad colorãdum ergo factum suum Doeg potius, quàm alij, occisurus erat illos. Tertia ratio esse potest, s. quia Doeg nõ erat genere Israelita, sed Idumæus, & conuersus ad Iudaismum: vnde ipse minus misereretur sacerdotibus, qui erant alienigenę re-

C spectu eius, quàm alij serui eius, qui erant Israelitæ.

Non iussit Saul seruos suos occidi tanquam contemptores sui præcepti propter tria. Quæst. XXVI.

QVAERETVR vlterius, cum serui regis noluerunt obedire ei occidendo sacerdotes: cur rex non iussit illos occidi tanquam contemptores præcepti. Respondendum est, quòd non iussit occidi illos propter tria. Primum est, quia non poterat hoc facere: nam potestas regis solum cõsistit in obedientia subditorum: si enim omnes subditi obediũt, rex potens est: si autem nulli, vel pauci, est impotẽs: nunc autem nullus de seruis regis voluit ei super

D hoc obedire, ex quo iam rex erat impotens: ideo si vellet iubere alicui, q occideret istos, non habebat cui iuberet, quia nullus ei obediret: & sic licèt rex nimis irasceretur contra contemptores præcepti, tñ non posset occidere quenquam eorum: sic enim accidit Dauid: nam interdum relinquebat aliqua delicta impunita, eo q non sufficiebat illa punire, quia non erat aliquis, qui obediret ei ad hoc, sicut cum Ioab occidit Abner virum innocentem Dauid doluit nimis, sed non ausus est percutere Ioab, dixit tamen: porro viri isti filij Saruiæ duri mihi sunt, retribuat Dominus faciẽti malum iuxta maliciam suã: imprecatus est etiam mala multa super Ioab, & domum suam, vt patet infra 2. li. c. 3. Sic ẽt qñ Ioab oc-

E cidit Amasam iniustè, qui erat cognatus regis, non ausus est occidere illum Dauid, vt patet infra 2. li. c. 20. Item iusserat Dauid in bello contra Absolon, q caperetur, sed non occideretur: Ioab autem occidit illum, infra 2. li. ca. 18. & præter hoc increpuit nimis regẽ, quia lugebat pro Absolon, vt patet infra 2. li. c. 19. Sed pro his omnibus Dauid non ausus est percutere Ioab: iussit tñ in morte sua Salomoni, q occideret eum, vt patet infra 3. li. c. 2. Secundum erat, quia dato, q Saul potuisset occidere istos contemptores præcepti sui, non tñ occidisset, quia videbat eos iustè repugnare ei, & sic non irascebatur eis: ira autem sua succensa erat contra sacerdotes propter odium Dauid, ideo quanquam iniustum esset illos occidere, no-

re, noluit: seruis autem suis non erat ante hoc indignatus, ideo nec pro hoc nunc indignatus est. Tertium erat, quia erant multi, qui non obediebāt: solent autem leges humanæ remittere delictum, qn̄ magna multitudo peccantium est, sic patet extra de cler. excomm. vel depo. mi. ca. latores. Nunc autem erat magna multitudo non obedientium, quia nullus de seruis regis voluerat obedire, ideo licèt potuisset Saul occidere omnes, graue videret̄ ei nimis omnes illos pro hac re occidere: præcipuè, quia multos eorum intensè diligebat, nec erat talis punitio vtilis, quia maius est damnum ex punitione delicti propter multitudinem peccantium, quàm vtilitas in custodia legis, vel præcepti. Et ista est causa quare leges humanæ non puniunt multitudinem, vt si tota ciuitas peccauerit, vel magna pars vnius regni. *Conuersusque Doeg Idumæus irruit in sacerdotes Domini*, idest conuertit se Doeg ad sacerdotes, & occidit illos. *Et trucidauit in die illa 85. viros*, idest occidit Doeg 85. viros de sacerdotibus, quia tot erant, qui venerant ad Saulem. Nicolaus autem dicit, ꝙ Doeg Idumæus non occidit omnes istos, quia ipse solus nō potuisset hoc, sed aliqui adiuuarent. Sed dicendū est, ꝙ non videtur, ꝙ aliquis adiuuerit eum ad hoc faciendum, quia rege iubēte, nullus de seruis eius voluit mittere manum in sacerdotes: & ob hoc iussit Doeg Idumæo: quomodo ergo nunc aliquis adiuuaret eum de assistentibus regi non est aliqualiter verisimile, sed ꝙ ipse occiderit omnes: nec enim erat difficile, ꝙ ipse occideret 85. viros iugulando illos: quorum nullus illi resistebat. Si enim pugnare debuisset contra eos, saltem inermes existentes, non potuisset, quia vel fugerent, vel omnes oppressissent eum: nullus tamen fugere audebat, sed omnes se occidi permittebant, quia rex hoc iubebat, & credebant se non posse euadere: sic enim Elias propheta occidit quadringētos prophetas Baal. Nā iussit populo, ꝙ teneret omnes, ipse aūt occidebat illos super torrentē Cison, vt patet infra 3. lib. cap. 18. *Vestitos Ephod lineo*, idest omnes isti 85. viri erant vestiti Ephod, s. quia omnes isti erant sacerdotes. Est autem Ephod vestimentum sacerdotale. Dicitur autem, ꝙ erant vestiti lineo Ephod ad differentiam alterius Ephod, ꝙ erat de multis generibus filiorum: & habebat lapides præciosos consutos, qa illud Ephod solius summi sacerdotis erat. Pro quo sciendum, ꝙ sacerdotes habebant vestimenta determinata secundum legem, sine quibus non poterant ministrare: & quia sacerdotes erant diuisi, s. quidam erat sacerdos magnus, & alij minores, erant quoq; vestes distinctæ. Erat autem ordo, ꝙ omnes vestes sacerdotum minorum pertinerent ad summum sacerdotem, sed nulla de vestibus summi sacerdotis pertinebat ad minores. Erant autem quatuor ornamenta sacerdotum minorum, s. femoralia linea vsque ad renes. Secundum erat cidaris, siue caputiū quoddam de lineo rotundum, ꝙ in extremitate coronę acuitur, & non erat totaliter rotundum, vt biretum, Tertium erat tunica linea: induebātur enim sacerdotes quadam tunica linea longa vsque ad pedes, quæ tamen stricta erat: erat autem totaliter, vt alba sacerdotum nostrorū, nisi quia illa erat stricta: alba autem continentior est. Quartum ornamentū erat cingulum ad coaptādum tunicam lineam corpori, ne laxa flueret: & vocatur istud cingulum baltheus. De his quatuor ornamentis patet Exo. cap. 28. & Leui. 16 erāt autem præter hæc quinque ornamenta summi sacerdotis, vel sex secundū Iosephū. Primū erat tunica tota hyacinthina, in cuius extremitate inferiori pendebāt tintinnabula aurea mixta malogranatis. Secundum ornamētū erat Ephod,

85. Sacerdotes occisi à Doeg.

Ephod duplex.

4. ornamēta sacerdotum.

5. ornamēta summi sacerdotis.

F quod pertingebat à parte anteriori à cingulo vsque ad partem posteriorem ad cingulum, & habebat in se lapides præciosos consutos, eratque de multis generibus filiorum habēs in parte anteriori foramen quadratum in pectore. Tertium ornamentum erat rationale, quod erat quadratum habens magnitudinem palmi, & continens quatuor ordines lapidum, in quibus erant duodecim lapides præciosi diuersarum specierum continentes duodecim nomina tribuum Israel: & istud erat consutum per catenulas aureas, & vittas hyacinthinas ipsi Ephod in foramine quadrato eius. Quartum ornamentum pontificis erat lamina aurea tegens frontem sacerdotis, in qua erat scriptum sanctum Domini. Quintum ornamentum pontificis erat ad modum Mitrę nostrorum pontificum. Sextum ornamentum secūdum Iosephum erat baltheus factus de multis colorib⁹, quo stringebatur Ephod cum tunica hyacinthina, vt vtrunque corpori cohæret ne aliquid inhonestè laxum flueret. De omnibus his ornamentis quomodo fabricata essent singillatim declaratum est Exo. capit. 28. Cum autem dicitur hic, quod erant vestiti isti sacerdotes lineo ephod, intelligitur de Ephod, ꝙ poterat conuenire cuilibet sacerdoti, ad differentiam alterius, quod soli Pontifici conueniebat: leuitis autem lex non dedit aliqua vestimenta specialia: Salomon autem, vt ampliaret cultum Dei, fecit illi stolia, quibus ministrarent cantando in templo, vel faciendo alia opera sua, & illę erant ad modum vestiū candidatum, quibus omnes ministri Ecclesiæ vtuntur in choro. De hoc Iosephus 8. Antiquitatum.

(G placed at "namentum pontificis"; H at "ciendo alia opera")

An licebat sacerdotibus ire in vestibus sacris extra sanctuarium. Quæst. XXVII.

QVAERET aliquis, quomodo sacerdotibus potuerunt venire in vestibus sacris ante regem, quia istę vestes solum erant ad ministrandum coram Domino, & non debebant applicari ad alios vsus: sicut est nunc de vestibus, in quibus ministri Ecclesiæ Missam celebrant: quia nunquam vtuntur illis extra Ecclesiam, nisi in aliquibus actibus sacris, sicut in pompis, vel stationibus ad aliquam Ecclesiā. I In veteri autem testamento adhuc erat maior prohibitio in vestibus sacris, scilicet, quod nullo modo sacerdotes efferrent eas de sanctuario, etiam si viderentur aliquo modo facere actus sacros extra sanctuarium: sic patet de sacrificio quotidiano: nam sacerdos debebat surgere in aurora, & indutus vestibus sacris tollebat cineres de Altari, & cum illico deberet eos educere de sanctuario, exuebatur vestibus sacris, vt non efferret eas extra sanctuarium, & cum rediret ad sanctuarium rursus induebatur vestibus sacris ad complendum ritum sacrificij. De hoc Leu. cap. 6. dicitur: Vestietur sacerdos tunica, & feminalibus lineis, tollensque cineres, quos vorans ignis exussit: & ponens iuxta Altare spoliabitur prioribus vestimentis, indutusque alijs efferret eos extra castra. K Et hoc modo nunquam apparebant sacerdotes extra sanctuarium in vestibus sacris. Quod magis patet Exec. cap. 44. s. Vittæ lineę erunt in capitibus eorum, & non accingentur in sudore, cumq; egrediētur atrium exterius ad populum, exuent se vestimētis suis, in quibus ministrauerant: & reponent in Gazophylacio sanctuarij, & vestient se vestimētis alijs, & non sanctificabunt populum in vestimentis suis. Si igitur non licebat sacerdotibus egredi ad atrium exterius in vestibus sacris, & illud erat quædam pars sanctuarij: quantominus liceret procul à sanctuario ire in itinere ferendo sacras vestes? ergo non licebat

Ephod. non erat aliqua vestis, in qua sacerdo-tes mini-strarent. Cui vesti assimilabat Ephod, & qualiter vestis sacerdotū alba, qua nunc vti-tur cleri-ci: & erat i vet. test.

bat illis portare Ephod lineum coram rege. Respondendum est, ꝙ Ephod lineum non erat aliqua vestis de sacerdotalibus, in quibus ministrarẽt sacerdotes: nam de illis verū erat, ꝙ non licebat aliquā educere illis de sanctuario, sed erat Ephod qđā vestis linea ꝑtinens ad honestatem sacerdotū, qua induebant̄ sacerdotes supra vestes suas, etiam si non ministrarẽt: & hac vti poterant extra sanctuariū. Erat aūt oīno cōparatio huius vestis ad vestes sacerdotales sacras, sicut comparatio vestis candidæ, quam nunc sacerdotes, & quilibet ministri Ecclesiæ portāt ad vestes, in quibus missa celebratur: nam istæ vestes sunt benedictæ ab epō, & specialiter applicitę ad diuinum ministeriū, ideo non licèt illis vti extra locū sacrū, nec applicare eas ad aliquod ministeriū, nisi ad sanctum: vestes aūt candidæ, quibus vtunt̄ oēs ministri Ecclesiæ, non sunt benedictę ab epō, & specialiter applicitæ ad diuinū ministerium, iō licèt eis vti extra Ecclesiā ēt in ministerijs, q̄ non sunt sancta. De vestibus aūt sacerdotalibus ad istud Ephod lineū sic se habebat: nam vestes sacerdotales erant consecratę per aspersionē olei sacri super eas, & sanguinis sacrificiorū, vt patet Exo. c. 29. s. Cunq; tuleris de sanguine, qui est sup altare, & de oleo vnctionis, asperges Aaron, & vestes eius filios eius, & vestimenta eorū, consecratisq; ipsis, & vestibus, tolles adipē &c sic ēt patet Leuit. c. 8. Ephod autem lineū non sanctificabat̄ cū illis vestibus: quia determinatę erant illæ vestes, quibus induebantur sacerdotes, qñ consecrabantur, inter quas non erat Ephod lineum, vt patet Exo. c. 29. & Leui. c. 8. Item apparet: qa istud Ephod nō esset vestis sacra: qa Deus determinauit vestes sacerdotum minorū, & Pontificis: tñ inter illas nihil iussit de Ephod, vt patet Exo. ca. 28. & q̄q̄ sæpius fiat mētio in alijs locis de oībus vestibus sacerdotalib⁹, nunq̄ tñ ibi ponit̄ Ephod: Sic patet Leu. c. 16. vbi ponunt oēs quatuor vestes sacerdotū minorū, quæ habent̄ Exo. ca. 28. Item patet efficacius: quia Ephod lineū erat cōmune tam sacerdotibus, q̄ leuitis: ergo non erat vestis sacra sacerdotū: consequentia patet: quia lex non dederat aliq̄ vestē sacram Leuitis accedere ad aliquid sacerdotale: qa sicut si vellent ministrare ī aliquo ministerio sacerdotali: illico morerētur, vt patet Nūme. c. 3. & 17. ita ēt si vellēt īdui vestib⁹ sacris sacerdotū morerent̄: qa hoc erat miscere se officio sacerdotali. Qđ aūt Ephod esset cōe sacerdotibus, & Leuitis, patet: qa Samuel erat Leuita, vt declaratū est su c. 1. & 2 portabat aūt Ephod lineū, vt dr̄ sup. c. 2. s. Samuel aūt ministrabat ante faciem Domini, puer accinctus Ephod lineo: nō ergo erat Ephod vestis sacra: & sic poterant sacerdotes vti illa extra sanctuarium vbicunque vellent.

Quare Deus permisit tot innocentes interfici sacerdotes.
Quæstio XXVIII.

QVAERETVR vlterius de ista morte amarissima sacerdotū, cum nihil meruissent, quare permisit Deus tot simul interfici. Aliquis respondebit, ꝙ cum Deus homini dederit libertatem electionis, & posuerit eū in manu cōsilij sui, permittit eum agere iuxta libitum: quia alioquin coarctaret Deus liberum arbitriū nostrū ad certā mensurā, in quo vel diminueret aliqualiter ratio liberi arbitrij: vel, *vt verius dicatur*, tolleret̄ vertibilitas ad bonum, & malū, & confirmaret̄ in bonum tm̄, sicut est in beatis: Saul autem ꝑꝑ odiū, qđ conceperat in Dauid, & suspitionē, quā accepit de sacerdotibus, ꝙ fauerent illi exarsit durè in eos, & voluit eos occidere: Deus autem quia posuit hominem in manu consilij sui,

A reliquit Saulē agere pro libito suo. Sed hoc nō stat: nam q̄q̄ ꝑmittat quēlibet hoīem desiderare quodcūq; voluerit tñ non permittit eū patrare qđcunq; vult, nec requirit̄ hoc ad perfectā rationē liberi arbitrij: qa oēs creaturę intelligentes tā angeli, q̄ Dæmones, & hoīes libertatē habent, sed nō possunt efficere qdquid volūt: nō tollit̄ ēt in hoc vertibilitas ad bonū, & malum: qa sufficit ad hoc, ꝙ arbitriū sit vertibile, ꝙ possit bonū, vel malū velle. Qđ aūt id, qđ qs voluerit efficere nō pertinet ad libertatē arbitrij: quia libertas arbitrij est facultas intellectus, & voluntatis. Et sic consistit in his solis duabus potētijs, ꝙ aūt efficiamus quod voluerimus, pertinet ad vires executiuas, q̄ nihil habent de libertate; iō non

B est maior libertas arbitrij cū quis efficit oīa, quæ elegerit, q̄ cum nihil eorū patrare potest: nō ergo Deus permisit Sauli occidere sacerdotes, vt non diminueret̄ libertas arbitrij eius, quin potius q̄q̄ Deus ꝑmittat homini velle quodcunq; cupit, qđ sufficit ad merendū, vel demerendū: nihil tñ permittit alicui homini agere, nisi id, quod iustū est ipsum agere, vel id, quod iustū est aliū pati, alioquin peruersus esset tot⁹ ordo vniuersi, & ablata esset iustitia diuinæ prudentiæ. Differunt aūt illa duo: nam dr̄ aliquid iustū esse alicui agere quod iustū est simpliciter, & in quo aliquis meretur, vel saltem non demeret̄, sicut ꝙ colamus Deū, & obseruemus oīa præcepta legis, & proximis beneficiamus & reos criminis puniamus cū

C ad nos pertinuerit: hæc enim absolutè iusta sunt, iō Deus non solum permittit nobis ista agere, sed etiā hortat̄ nos, & incitat, vt faciamus per gratiā præuenientem pulsatiuam. Secundū erat ꝙ iustum est aliquē pati: istud est, qđ non est absolutè iustū, sed est iustū quantū ad patientē, & in talibus semꝑ agens peccat, nisi agat ex ignorantia: patiens tñ iustū patit̄: velut siquis, qui non est iudex, occidat aliquem, qui nihil sibi nocuit: iste enim, qui agit, iniustè agit: ille aūt, qui patit̄, iustum patit̄: quia licèt iste nihil mali meruerit, quantū ad illū, à quo percutit̄, meruit tñ quātū ad alias personas, vel saltem quantū ad Deum: & tunc Deus exigit vindictam de illo per istū, quanq̄ iste nesciat quid agit: & an sit instrumentū Dei. Sic

D patet Exo. 21. c de illis, qui occidunt aliquos à casu: dr̄. n. ibi ꝙ si siquis occiderit alterū, & non est insidiatus, constituā tibi locum, quo fugere debeat: qa De⁹ tradidit illū in manus eius i. Deus industriauit hoc, & posuit istum ī manibus illius, vt occideret̄ ab eo: & hoc modo facit Deus quantū ad oēs alias passiones hominū: qa q̄q̄ videant̄ iniustè pati à quibusdā: Deus tñ per illos exigit vindictā malorū, quæ aliàs egerunt: isti tñ, qui exequunt̄ sic diuinam iustitiam, non intelligūt quid agunt, sed ad aliud ipsi mouent seipsos: & ad aliud Deus mouet eos. Sic aūt patet de Caipha summo sacerdote, qui dixit ꝙ expediebat, quòd vnus homo moreret̄ pro populo, & hoc non

E dixit a semetipso, sed prophetauit, vt patet Io. c. 11. ipse tñ non dixit ista verba ad intentionē, ad q̄ Deus eū mouit: nam Deus intendebat per hoc significare, ꝙ necesse erat, vt vnus homo moreret̄ pro toto populo, ne periret tota gēs i. totū genus humanū, si Christus nō moreret̄: Caiphas aūt dixit hoc alia intentione. s. ꝙ moreret̄ Christus: quia si nō moreret̄, venirent Romani, & tollerent locū Iudeorū, & Gētem: expediebat ergo Christum mori, ne ista fieret. Vtrunq; patet Io. ca. 11. sic ergo contingit in oībus, quos mouet isto modo ad vindicandū delicta: quia ad aliā intentionē ipsi mouent̄. s. propter vtilitatē propriā, & vindictā: ad aliū aūt finē Deus illos mouet. s. ad executionē iustitiæ. Et sic stat ꝙ isti peccent grauiter, & ꝙ exequantur Dei iustitiā, ad q̄ ipse mo-

~~Deus nō permittit aliquem agere in aliū, nisi qđ iustū ē ipsum agere, vel illū pati.~~

Multi licèt iniustè ab hoīe patiant̄, iustè tñ inquantū à Deo pillū hominem patiuntur.

uet eos,& ob hoc interdū contingit, ꝙ aliqui hoīes præualeant contra alios,& inferāt eis magnā dāna: ita vt nobis videatur mirabile. Et hoc est, quia Deꝰ dedit eis virtutem ad exequēdum iustitiam eius:ipsi autem putant, ꝙ viribus suis hoc egerunt. Sic patet Abacuc.c.1.vbi dicitur de Nabuchodonosor capriuaturo Iudęos.s.Domine in iudiciū posuisti eū.i. fecisti eum iudicem, vel executorem,& fortem, vt corriperes fundasti eū. i. dedisti ei fortitudinem, vt posset corripere Iudam. Sic etiam dicitur de Sennacherib Isa.c.10.quem Deus misit ad nocendum Iudæis.s.Væ assur virga furoris mei, & baculus ipse: in manu eorum indignatio mea: ad gentem fallacem mittam eum,& contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & eripiat prædam, & reponat illum in cōculcationem,quasi lutum platearum:ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius nō ita ęstimabit, sed ad conterendum erit cor eius. Et postea sequitur:dixit.n. in fortitudine manus meæ feci,& in sapientia mea intellexi. Apparet igitur, ꝙ quanquam isti agant aliquid, quod sit iniustū quantum ad agentem: nunꝗ tamen patiuntur aliqui qđ pati non mereanť:si ergo aliquis fuerit, qui nihil oīno mali mereať, ēt si totus mundus coneť eū lædere,non valebit: nisi forte Deus permiserit eū aliqua pati:quia illi expedit,vt magis mereať:& hoc modo nihil inordinatū est ī vniuerso.s. quia quanꝗ homo potest velle qđ desiderat: non potest tñ efficere qđcunq; vult:ēt dato, ꝙ multi iniustè agant,nullus tñ vnquam iniustè patitur. Applicando ergo ad propositum, dicendum est,quòd quanquam Saul iniustè agebat occidendo sacerdotes, non patiebanť iniustum:merebantur.n.hæc pati,quę passi sunt. Hoc autem assignandum esset in quolibet malo, qđ aliquis patiť:quia tamen iudicia Dei sunt inperscrutabilia nobis,nescimus quare patianť homines ista,vel illa. Hic tamen ratio diuini iudicij patet : quia ista venerunt propter peccata filiorum Heli. Pro quo sciendum, ꝙ sacerdotium magnum, quod erat in domo Eleazari Deus trāstulit in domum Ithamar propter peccata filiorum Eleazari,& dedit illud primo Heli sacerdoti promittens ei ꝙ maneret in domo sua in æternum:postea autem filij sui Ophni, & Phinees peccauerunt grauiter in officio sacerdotali contra Deum, & contra Israel,ita vt detraherent homines à sacrificio Dei,vt patet sup.cap.2. Heli autem cognitis peccatis filiorum suorum, noluit eos corripere,vt patet sup.c.2.& 3.ideo Deus misit maledictionem super domum Heli, de qua sup. cap.2. Fuit autem maledictio multiplex.Prima fuit ꝙ domus Heli priuaretur summo sacerdotio, cum dicit ibidem: loquens locutus sum,vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo in sempiternum,nunc autem absit à me: sed quicunq; glorificauerit me,glorificabo eum:ecce dies veniēt, & proscindā brachium tuum, & brachium domus patris tui, & videbis ęmulum tuum in templo in vniuersis prosperis Israel.i. videbis alium summum sacerdotem. Ista autem maledictio nondum erat cōpleta,quando occisi fuerunt isti sacerdotes:qa Abiathar filius Achimelech, qui nunc fugit,vt patet hic in littera, fuit summus sacerdos toto tēpore regni Dauid,vt patet 1.Paralip.c.24 eo autem mortuo Salomō abstulit Abiathar,ne esset summus sacerdos, vt patet inf.3.lib.ca.2.& ibi dicitur,ꝙ tunc completa est ista maledictio. Fuit autem alia maledictio, ꝙ duo filij Heli.s.Ophni,& Phinees morereně vna die simul, vt patet sup. c.2.s.duo duo filij tui. s. Ophni, & Phinees vno die morientur ambo. Istud aūt fuit pauco tempore post maledictionem positam con-

Sacerdotes isti passi sūt pp peccata filiorū Heli.

F summatum.s. quia isti duo mortui sunt in bello cōtra Philisthinos, cum portarent arcam,vt patet sup. c.4.Fuit aūt tertia maledictio, ꝙ multi de domo Heli.s.maior pars suorum moreretur simul in ætate virili,vt patet sup.c.2.s.& pars magnā domus tuæ morieť cum ad ætatem virilem venerit. Hoc aūt fuit nunc consummatum. s.quia isti 85. sacerdotes, qui erant de filijs Heli,occisi sunt simul:oēs etiam alij, q manebant in vrbe Nobe perierunt, illi tamen erāt de filijs Heli: Saul ergo executus fuit diuinam iustitiam cum occidit illos,quos Deus in pœnā delictorum filiorum Heli occidi disposuerat. Non fecit tñ Saul ad hanc intentionem, ideo peccauit : poterat tamen esse aliud delictum istorum sacerdotum,pro

G pter quod quilibet ipsorum mereret mortem: nam propter quodcūq; peccatum mortale, cū sit homo reus mortis æternę,à fortiori merebitur mortē tēporalē.Isti aūt sacerdotes verisimile est, ꝙ in aliquo deliquissent:principaliter tamē propter quod Deus illos occidi permittebat,erat pp maledictionem datam super domum Heli:sic.n. patet de Abiathar:nā ipse meruerat deponi de summo sacerdotio:quia fauerat Adoniæ vt efficeretur rex contra Salomonē, vt patet infra 3.lib.c.1.non tamen fuit propter hoc depositus de sacerdotio,sed quia Deus hoc dederat in pœnam domui Heli:sic patet inf.3.lib.c.2.s. Abiathar quoq; sacerdoti dixit rex:vade in Anatho: Et postea sequitur : Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt

H non esset sacerdos Domini, vt impleretur sermo Domini,quem locutus est super domū Heli in Silo.

Saul nulla ratione potuisset sacerdotes iustè occidere, etiam si non fuisset iratus. *Quæstio* XXIX.

QVAERETVR vlterius, an potuisset Saul occidere istos sacerdotes licitè,si nō occidisset eos pp vindictā, & quia iratus est Dauid. Et vř, ꝙ sic: qa Deus pdixerat eis,ꝙ morerenť,vt patet s.ca.2.ergo ipse poterat exequi illud. Rñdēdū est,ꝙ Saul nō poterat occidere licitè sacerdotes istos,ēt si non fuisset iratus ꝯ eos pp Dauid:qa licet Deus pdixarat, ꝙ maxima pars domꝰ Heli morereť, cū veniret ad virilē

I ętatē, tñ non determinauerat illā partē.s.quot essēt illi,q morerenť:posset ergo occidere Saul plusꝗ Deꝰ iusserat, & sic peccaret. Itē dato ꝙ Deus dixisset numerū illorū,q occidi debebāt de domo Heli,tñ non dixit qñ,& sic nullus sciebat q erāt illi:vnde Saul nescirer,an illi sacerdotes de stirpe Heli,q erāt tpe suo essent illi,quos volebat Deus occidi. Occidēdo ergo illos,peccabat tāꝗ agēs sine mādato. Itē dato ꝙ Deꝰ determinasset quot erāt illi,in qbus cōpleri debebat illa maledictio,& q essent, tñ Saul nō poterat illos licitè occidere,nisi Deus ei mādaret:qa cū illi nō deliquerāt in tpe suo,pp qđ deberēt aliquid pati,nō habebat Saul aliꝗ iurisdictionē ordinariā sup eos.Si ergo illos occideret,necesse erat, ꝙ occideret propria

K auctoritate,tāꝗ psona priuata, vel iurisdictione delegata. Si primo modo occideret,peccabat:qa psonę priuatę regulariter nō licet occidere quemꝗ,nisi in qbusdā casibus spālibus,vt ī defensione,& similibus,de qbus nullus erat hic.Si aūt hoc deberet agere auctoritate delegata,necesse erat,vt Deus sibi hoc delegaret, cū ad eū solū ptineret ista punire: ergo ñ poterat pcutere sacerdotes Saul, cū Deus nō iuberet ei:si aūt Deus iussisset Sauli, ꝙ exequereť iustitiā eius contra sacerdotes, & ipse hoc fecisset, merereť nimis. Sic.n fuit de Achab rege Israel:nā Deus prędixerat ei, quòd occideret de ipso mingentē ad parietem,& clausum,& vltimum in Israel,idest,quod nullum dimitteret de stirpe sua, vt patet infra 3.lib. cap.21.

ca.21. postea verò quidam de prophetis vnxit Iheu in regē Israel:& dixit ei: hæc dicit Dominus Deus: vnxi te in regem super populum meum Israel, & percuties domum Achab Domini tui, vt vlciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum,& interficiam de Achab mingentē ad parietem, & clausum,& nouissimum in Israel,vt patet infra 4. lib. ca. 9. postea Iheu occidit omnes, qui erant de stirpe Achab,ita vt nullū relinqueret: in quo nimis meruit, quòd faceret semen suum regnare vsque ad quartā generationem,vt patet infra 4.lib.cap.10.s. Quia studiosè fecisti,quod rectum erat, & placebat in oculis meis,& omnia, quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab,sedebunt filij tui vsque ad quartam generationem super thronum Israel, vt patet infra 4.lib.cap.10.sed Deus nihil iusserat Sauli de occisione sacerdotum istorum: ergo peccabat si eos occideret,quanquam Deus iudicasset de illis, quòd occidendi essent. *Nobe autem ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij*, idest non solum Saul fecit occidi sacerdotes istos: sed etiam iussit occidi,qui erant in vrbe Nobe. Vocatur autem Nobe ciuitas sacerdotū: quia ibi habitabāt soli sacerdotes cum familijs suis: erat enim ibi templum Domini,vt patet præcedenti cap. ideo data est sacerdotibus, vt ibi habitarent. Dicitur autem,quod percussit in ore gladij, idest, ꝙ omnes, qui ibi erāt, perierunt gladio. Refert autem Nicolaus istam percussionem ad Doeg, s. quod ipse percussit omnes habitantes in vrbe Nobe,& ideo dicit,quod fuerunt aliqui cum eo: ipse enim solus nō potuit hoc facere. Motiuum suum est,quia verbū præcedens refertur ad Doeg, s. quod trucidauit 85. viros. Vult ergo etiam verbum istud, s. percussit, referre ad eum, sed referendum est ad Saulem, s. quòd percussit ciuitatem, idest iussit illā percuti: & ibi verisimile est, quod multi fuerint in percutiendo vrbem: quanquam nullus fuit de illis, qui primò noluerunt coram rege percutere sacerdotes, sed fuerunt alij,qui non erant de famulis regis, sed erāt de regno,& illi obedierunt. *Viros,& mulieres*, idest tam viros,quàm mulieres fecit occidi: ī hoc autem fuit nimis durus Saul, quia soli viri fecissent coniurationē, si aliqua facta erat: fæminæ autem nihil: ideo nec puniri merebantur. *Paruulos lactentes*, idest etiam occidit pueros paruulos, qui erant infra pubertatem, & lactentes, idest etiam pueros, qui erant in lacte: habuit se in hoc durius, quàm contra hostes, quia Deus iusserat, quando caperetur aliqua ciuitas hostilis pugnando, quæ se noluisset tradere in pace, occiderentur omnes, qui erant in ea, præter infantes, mulieres,& iumenta, vt patet Deut. ca. 20. Saul autem oēs istos occidit. *Et bouem,& asinum,& ouem in ore gladij*, i. ēt occidit boues,& oues,& asinos: & p hæc intelligēda sunt oīa viuētia, s. ꝙ nihil viuens in vrbe reliquerit.

Oēs de ciuitate Nobe interfecti à Saule.

Deus iustè permisit Nobe subuerti (quamuis per iniustum) propter maledictionem filiorum Heli. Quæst. XXX.

QVAERET aliquis, quare Saul deleuit vrbē Nobe sicut hic ħr, & quare Deus illā ꝑmisit deleri. Rñdendū est, ꝙ sicut supra dictū est, nullus patiē aliqñ iniustū, q̄q̄ multi iniustū agant, licet ergo Saul iniustè subuerteret vrbē Nobe, illi tñ, q ī ea erāt, merebant hæc pati: & pp hoc Deus p Saulē, licet p iniquū, executus est iustitiā suā. Cā aūt quare ꝑmisit eā deleri, vr̄ fuisse pp maledictionē filiorū Heli: qa Deꝰ predixerat, ꝙ maxima pars domus Heli moreretur, cū veniret ad ætatē virilē, vt patet sup ca. 2 sacerdotes aūt isti fuerant trucidati, qui erant de stirpe Heli, & erant viri: iō ēt Deus voluit, ꝙ perirēt familię eorū. Erāt aūt familiæ istorū sacerdotū in vrbe Nobe qa ibi habitabāt, cū dicat illa vrbs esse sacerdotum, vt patet in litera: iō voluit Deus, ꝙ perirent oēs, qui, erant in vrbe illa, tam magni, quàm parui, s. vt de eis nō maneret aliqua progenies. De bobus aūt, & alijs iumentis dicendū est, ꝙ illa Deus permisit occidi ad terrorē criminis, s. quia q̄q̄ pœna non debeatur directè rebus inaīatis, quia peccare non pñt, pereunt illa aliqñ cū Dñis suis ad terrorem criminis: sicut factū est in submersione Datham, & Abyron: nam iussit Deus, ꝙ nullus contingeret aliquid de his, quę pertinebant ad illos, sed oīa perirent, & aperta est terra, deglutiuitque illos cū oībus, quæ possidebant, vt patet Num. c. 16. Iussit ēt Deus, ꝙ cū aliqua ciuitas eēt Idolatrarū in terra Israel, occiderenē tā hoīes, q̄ iumenta,& cremarenē oīa, q̄ erant in vrbe: nec acciperet quisq̄ aliqs de illis, vt patet Deut. c. 13. & quia ista maledictio veniebat pp crimen magnū filiorū Heli, voluit Deus, ꝙ periret vrbs ipsorum cum omnibus viuentibus, quæ ibi erant: poterant etiam esse aliæ causæ, de quibus homo iudicare nequit.

Alph. Tost. super 1. Regum.

A — B

Saul ex ira subuertit Nobe licet Deus ex alia causa eum mouerit. Quæstio XXXI.

QVAERETVR vlterius, quare Saul sic deleuerit vrbem Nobe. Nā q̄q̄ Saul executus fuerit in hoc iustitiam Dei, tñ ad aliū finē Deus volebat ciuitatē destrui, & ad aliū destruebat eā Saul: sicut fuit de Caipha, quē Deus mouit ad loquēdū verba ꝓphetica: aliā tñ significationē fecit ipse in verbis suis, & aliā faciebat Deus, vt patet Io. c. 11. q̄q̄ igitur Deus fecerit deleri vrbem Nobe, vt cōpleret maledictio posita sup filios Heli, Saul tñ nō egit ad hoc. Sed dicēdū, ꝙ egit ex ira, qua concepit ꝯtra sacerdotes, qa reperit eos fauere Dauid, vel putauit: & vt satiaret in eis irā suā, nō solū voluit delere eos, sed ēt ꝓgenies eorū. Deleuit ēt ciuitatē, qa illā habuit exosā tā q̄ ibi coniuratio eēt facta ꝯ eū: nā ibi Dauid locutus est cū Achimelech: sicut ergo reges facere solent, ꝙ domus eorū, q ꝯ eos rei sūt læsæ maiestatis, diruanē, & terræ cōplanenē, ita cū vrbs Nobe eēt habitaculū sacerdotū, q rei erāt lęsæ maiestatis ꝯtra Saulē, vt ei videbaē, fecit ꝙ ciuitas deleret, boues quoq; asinos, & iumēta, & oīa aīalia fecit Saul occidi, qa cū qs reꝰ est lęsæ maiestatis, confiscātur bona eius: ita Saul ad magis satiandū irā suā fecit oīa occidi. Sed sciēdū, ꝙ dato, ꝙ Saul iustè occidisset sacerdotes Nobe, vt potē si verè coniurassent, s. ad ꝓsequendū ipsum, adhuc peccasset Saul occidēdo filios eorum: lex .n. iusserat Deut. c. 24. ꝙ nō occiderenē patres pro filijs, nec filij ꝓ patribus: sic .n. fecit rex Amasias: nā serui patris sui occiderāt patrē suū, ipse aūt postq̄ regnauit, occidit interfectores patris sui, sed noluit interficere filios eorū pp legē, vt patet ī 4. li. c. 14. s. cū que obtinuisset regnū ꝑcussit seruos suos, q interfecerāt regē patrē suū, filios aūt eorū, q occiderāt, non occidit, iuxta ꝙ scriptū ē in libro legis Moysi: nō morienē pr̄es ꝓ filijs, nec filij ꝓ pr̄ibꝰ, sed vnusq̄q; ꝓ pctō suo morieē: peccauerat ēt occidēdo vxores istorū sacerdotū, qa dato, ꝙ illi peccassent, nihil pati debāt vxores, qa sūt ꝑsonæ nō attinētes ad viros q̄tū ad obligationē pro crimine: nā si filij nō dēnt mori ꝓ pr̄ibus ꝼm legē, ad quos magis de pr̄ibꝰ attinet: à fortiori nō dēnt occidi iustè vxores ꝓ viris, qa sūt ꝑsonę minus attinētes: ꝙ patet ex iudicio Dei: nā licèt in iudicio humano nō debeat mori aliqs ꝓ alio, sed qlibet ꝓ pctō Deut. c. 24. tñ ꝼm iudiciū Dei interdū moriunē aliq ꝓ alijs: sicut Deus punit peccata patrum in filios vsque in tertiam, & quartā generationē, vt patet Exo. c. 34. & Num.

C — D — E

In iudicio humano nō debet vnus mori ꝓ alio, pōt tñ in diuino.

Nume. 14. nunquam tñ dr̃, ꝙ Deus puniet peccata virorũ in vxores: ergo à fortiori erit ĩi lege humana .s. ꝙ si non potest lex humana occidere filiũ pro patre, minus poterit occidere vxorẽ pro viro: Saul tñ occidit oẽs vxores eorũ, & quotquot alias fęminas reperit in vrbe, & hoc ad satiandũ irã suam. De bobus autem, & iumentis, cęterisq; animantibus dicẽdũ, ꝙ Saul potuisset illa iuste occidere, si potuisset occidere iuste sacerdotes, vt si verè illi essent rei lęsæ maiestatis: nã tunc poterat iustè confiscare bona eorum: nihil tñ peccauerant: ergo in quocunq; istorũ peccauit Saul. *Euadens aũt.* Hic quod factũ est Dauid denũciatur .s. de occisione sacerdotum, & dr̃. *Euadẽs vnus filius Achimelech.* i. cũ occiderent̃ sacerdotes, euasit de eis vnus filius Achimelech .s. Abiathar, qui postea fuit summus sacerdos, potuit aũt iste fugere de illis sacerdotibus, q̃ fuerũt pręsentes Sauli, qñ Doeg occidit 85. & forte ẽt iste erat vestit⁹ Ephod cũ alijs: & quia serui regis nolebant mittere manus suas in sacerdotes, q̃q̃ videret aliquem fugientẽ non curabant tenere illum. Vel potest dici, ꝙ iste fugit de vrbe Nobe: quia mãserant in vrbe fortè aliqui de filijs sacerdotũ, inter quos fuit iste iuuenis Abiathar: & cũ videret, ꝙ Rex miserat, vt percuteret̃ vrbs Nobe in ore gladij fugit. *Filij Achitob.* i. Achimelech erat filius Achitob, & iste, q̃ euasit, erat nepos Achitob. *Cuius nomen erat Abiathar.* Iste iuuenis Abiathar, quia erat filius summi sacerdotis de iure pertinebat ad eum summũ sacerdotiũ: nũc aũt q̃a perierant oẽs de vrbe Nobe, siue fuisset Abiathar maior inter filios Achimelech, vel minor, habiturus erat sacerdotiũ, eo ꝙ nullus alius manserat, ad quẽ de iure pertineret, & sic accepit istum Dauid pro summo sacerdote, vt patet. 1. Parali. c. 24. *Fugit ad Dauid.* Non habuit Abiathar aliũ locũ securiorẽ, ad quẽ fugeret, q̃ ad Dauid: quia si fugisset ad aliquã partẽ terrę Israel, caperetur, & occideretur, cũ rex iussisset occidi oẽs, qui erãt in vrbe Nobe: & iste erat vnus de illis. In regna aũt extranea, vt in terram Philisthinorum ire non audebat: quia illa erat terra hostilis: Ad Dauid aũt securè fugit ꝑꝑ duo. Primũ erat: quia Dauid non obediebat Sauli, sed erat hostis eius, iõ manente ibi Abiathar, q̃q̃ aliquis eũ quæreret ad occidendum ex parte Saulis, Dauid non traderet eũ illi. Secũdũ erat, q̃a Dauid videbat̃ teneri nimis Abiathar ꝑꝑ patrẽ suũ: q̃a p̃r suus Achimelech fuerat amicus Dauid, & dederat ei panes, & gladiũ, & consuluerat Dominum pro illo, & ad vltimũ ipse cũ tota cognatione sua perierat ꝑꝑ Dauid: ergo nimis tenebatur Dauid Abiathar ꝑꝑ patrẽ suũ, & cognatos, & sic se obtulit ei dicẽs: mane mecũ, ne timeas, siquis quæsierit animã meã, q̃ret & animã tuã. *Et annunciauit ei qđ occidisset Saul sacerdotes Domini:* Iste. n. primus retulit Dauid de occisione sacerdotum, cũ celeriter venisset ad eũ, & nunciauit ei tã de sacerdotibus q̃ de ciuitate, & q̃uo oĩa, q̃ ad illos pertinebant consumpta fuerint. *Et ait Dauid ad Abiathar.* Hic Dauid miseret̃ sacerdotũ, & dolet, ꝙ occasione sua perierint. *Sciebã in die illa.* .s. ĩ die, qua ego locutus sum ad Achimelech petens ab eo panẽ in Nobe. *Quod cum esset ibi Doeg Idumæus.* .s. quia Dauid sciebat istũ ibi esse: quia vidit eũ in sanctuario, & ipse aliqualiter fuit præsens eis, q̃ agebant̃ inter Achimelech, & Dauid. *Proculdubio annunciaret Sauli.* i. sine dubio ego sciebam, ꝙ ille non subticeret, sed nunciaret Sauli ea, q̃ viderat. Hoc dicebat Dauid: quia sciebat Doeg eũ adulatorẽ, vt cõplaceret Sauli, & ꝙ accusaret apud eum quẽcunq;, cuius accusationẽ putaret esse acceptam apud Saulem: & quia Sauli placeret audire de fuga Dauid, credidit Dauid, quòd iste ei annunciaret.

F *An Dauid peccauerit petendo aliquid ab Achimelech, cum sciret ex hoc mortem sacerdotum consecuturam. Q. XXXII.*

QVAERET aliquis, an Dauid peccauit petendo aliquid ab Achimelech, vel loquẽdo cũ eo, vidente Doeg, cũ sciret ex hoc consecuturam mortem sacerdotum: qui tamẽ occasione præbet alicui mortem, q̃ verisimiliter credit euenturam, reus est: sic etiam patet, ꝙ Dauid in hoc peccauisset: quia ipse cõfessus est peccatũ suum, vt patet immediatè .s. ego reus sum omnium animarum patris tui. i. ego habeo culpam in omnibus illis. In ꝑriũ videt̃, ꝙ nõ peccauerit Dauid petendo aliquid coram Doeg ab Achimelech, quanquam postea ex hoc secuta fuerit mors sacerdotũ: quia Dauid nunquam peccauit
G mortaliter, nisi ĩ morte Vrię, & adulterio Bersabee, vt patet infra. 3. li. c. 15. s. Fecit rectũ Dauid in oculis Domini, & non declinauit ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitę suæ, excepto sermone Vrię Hethęi. Ergo non peccauit in hoc. Cũ aũt obijcitur, ꝙ Dauid sciebat istud, qđ inde secuturũ erat, ergo erat in culpa. Nicolaus respõdet, ꝙ impropriè accipit ibi pro coniecturare, vel timere. Sed hoc nõ stat: quia litera dicit. sciebam in die illa, ꝙ cum ibi esset Doeg Idumæus proculdubio annunciaret Sauli, ergo non dubitabat in hoc. Cum autem dicit Nicolaus, ꝙ de futuro contingenti non erat certificatus, verũ est hoc quantũ ad hoc, ꝙ Dauid sciret proprie illud, sicut scimus ea, quæ ineuitabilia sunt: scie-
H bat tamen satis certè, ita ꝙ ipse non dubitaret: quia cognouerat talem esse Doeg: qui nequaquam se cõtineret, quin ista diceret; & hoc sufficiebat ad hoc, ꝙ Dauid peccaret, q̃a agebat contra conscientiam. Sed dicendum est, ꝙ Dauid sciebat, quòd proculdubio Doeg anunciaturus esset ista Sauli nesciebat tamen, nec existimabat an propter hæc Saul, vellet occidere aliquem de sacerdotibus, vel nocere eis in aliquo: nam non apparebat aliquid, propter quod rationabiliter debuisset hoc præsumi, cum sacerdotes nesciuissent de fuga Dauid: non ergo agebat cõtra conscientiã Dauid, quanquam peteret panem, & gladium coram Doeg. Aliter etiam dici põt, ꝙ
I Dauid non vidit Doeg à principio, cum accessit ad Achimelech, sed postea cũ locutus fuit ei: si aũt vidisset à principio, deuitasset loqui cũ Achimelech: nunc aũt q̃q̃ sciret ꝙ Saul occideret sacerdotes, eo ꝙ annũciarent̃ ei ista ꝑ Doeg, nõ peccabat aliqualiter: q̃a iã non poterat ꝓuidere ꝑteritis, & istud verisimilius est, Cũ aũt dicebat̃, ꝙ Dauid confessus est se peccasse ĩ hoc, falsum est. Et cũ dr̃: ego reus sũ oĩum aĩarum p̃ris tui, est sensus: ego obligatus sum pro illis: q̃a occasione mea perierũt: ipse tamẽ non ꝑstitit causam directè ad hoc, ꝙ morerent̃ sacerdotes: peccatum tñ non est, nisi ĩ eo, qui directè causam ꝓbet, vel ꝑꝑ cuius culpã aliquod malum sequit̃: neutrum aũt erat in Dauid isto modo, q̃a ipse non præbuerat
K causam, vt Saul occideret sacerdotes: nec ẽt culpa sua nunciauit hoc Doeg Sauli: quia ipse nescire poterat an ibi erat Doeg, nec suspicari quousq; vidit eũ. Sed adhuc dato, ꝙ Dauid sciuisset, ꝙ sacerdotes morituri essent, vr̃ aliquibus, ꝙ debuisset petere panem ab Achimelech: nam Dauid erat in magna necessitate famis, non poterat habere aliunde panẽ, vt ergo nõ moreretur, poterat petere ab Achimelech panem, quanquam sciret ei ex hoc malum futurũ. Sed hoc non stat: quia potius debuisset pati Dauid quæcunq;, quàm agere aliquid, pro quo sciret sacerdotes morituros. Pro quo sciẽdũ, ꝙ aut Dauid erat in extrema necessitate famis .s. ꝙ non poterat hr̃e aliũde, nisi ab Achimelech, nisi exponeret se mortis peri-

Liranus refellit.

periculo, vel poterat hr̃e aliunde sine hoc periculo. Si autẽ poterat aliunde habere, dicendum, ꝙ peccabat mortaliter petendo ab Achimelech corã Doeg, siue sciret certissimè mortẽ sacerdotum, vel damna inde secutura, aut saltẽ si hoc leuiter suspicaret̃, quia non debebat alteri cãm præbere periculi, cum ipse sine periculo posset sibi aliũde prouidere. Si aũt Dauid esset in extremitate famis, ita ꝙ moriendum sibi esset, nisi peteret panem ab Achimelech. Dicendũ, ꝙ aut præsumebat certissimè, ꝙ ꝑꝑ hoc moreretur Achimelech cum familia sua, aut aliqualiter hoc suspicabatur, vel timebat, sed non credebat: si enim solum suspicaretur, leuiter, debebat magis prouidere periculo suo certo, q̃ dubio periculo alterius, & poterat petere panem: si tñ certissimè credebat morituB rum ꝑꝑ hoc Achimelech cum familia sua, ẽt si Dauid moriturus esset, nisi peteret panem ab Achimelech, potius pati debebat, ꝙ moreretur, q̃ ꝙ ipse crederet certissimam cãm mortis Achimelech. Patet simile, velut siquis velit me occidere, si ego non occidam alterum, potius debeo sustinere, ꝙ occidar, q̃ ꝙ aliũ occidam, dũ ille nihil mali meretur: ita aũt hic potius Dauid dẽbat pati mortẽ certissimã ꝑ famẽ, q̃ ꝙ faceret occidi Achimelech petẽdo ab eo panem.

Dauid quare non annunciauit Achimelech, vt obseruaret se à Saule. Quæst. XXXIII.

QVAERETVR vlterius, cum Dauid sciuisset, ꝙ erat ibi Doeg, & viderat eum loquentẽ cũ Achimelech, siue Dauid vidisset Doeg ante locutionem, siue post, cur nõ dicebat Achimelech, vt obseruaret se à Saule ꝑꝑ ista, quæ fecerat, & nõ incideret in manus eius: & si fuisset Achimelech instructus super hoc, qñ misit Saul ad vocãdum eũ, ipse fugisset cum tota progenie sua, sicut fugit Abiathar, & nullus perijsset. Responderi potest, ꝙ Dauid fortè non timuit ex hoc aliqua mala secutura Achimelech, & familiæ suę, ideo q̃q̃ sciret, ꝙ Doeg annũciaturus esset ista Sauli, ideo non instruxit Achimelech. Aliter rñderi põt, ꝙ Dauid suspicat⁹ est aliqua mala ventura esse Achimelech, & familiæ suæ ꝑꝑ eum: magis tñ voluit prouidere sibi, q̃ Achimelech, D quia si Dauid debuisset instruere Achimelech super hoc, necesse erat, ꝙ reuelaret ei fugam suam, alioqn non haberet aliquam cãm dicendi ei, ꝙ obseruaret se à Saule, quia dando ei panem, & gladiũ, nihil mali faciebat, si non fugeret Dauid à facie Saulis: si tñ hoc reuelasset Dauid esse sibi mortis periculum, qa tunc Achimelech cum alijs sacerdotibus, ne argueretur rei apud Saulem, tenerent Dauid, & traderent eum in manus Saulis: ex quo sequeretur mors certissima Dauid: elegit ergo potius Dauid se eripere à morte, q̃ eripere Achimelech, & familiam suam. Sed dicet aliquis, ꝙ hoc est cõtra supra dicta, s. ꝙ potius debuisset Dauid mori, q̃ præbere occasionem, vt moreret̃ Achimelech. Dicendum, ꝙ non est contra illa, quia aliud est in euasione, aliud est in præstatione occasionis ad mortem alterius, s. quia potius debet aliquis seipsum à morte eripere, ẽt si alij moriant̃, q̃ eripere alios, non debet tñ præstare alicui occasionẽ ad mortem, vt ipse non moriatur. Quod patet, vt si sint duo hoies in periculo mortis, & quilibet nouit, ꝙ necesse est vnum eorum mori, & quocunq; eorũ moriente alius certissimè euadet, nullus eorum tenetur mori, vt alius euadat, sed magis debet quilibet solicitari pro se, ẽt si alius moriatur: si tñ ego scio, ꝙ nõ possũ euadere mortem, nisi aliũ occidam, & si occido illũ, certissimè liberabor, potius debeo mori, q̃ illum occidere, quia hic præstatur occasio ad malum. Cũ aũt

A aliquis curat seipsum euadere, non præstat directè alicui occasionem ad malũ, ita ergo erat in casu Dauid, & Achimelech: si enim Dauid antequam peteret panẽ ab Achimelech: crederet certissimè, ꝙ ꝑꝑ hoc secutura esset mors Achimelech: potius debuisset ipse fame mori, q̃ panem petere. Si ante panẽ petitum hoc ignorauit, & illo accepto sciuit, ꝙ Achimelech cũ familia sua moriturus esset, quia sibi panem dederat, nisi ipse eum instrueret, vt fugeret: sciebat etiam, ꝙ si ipse instrueret eũ, moreretur, ipse Dauid nõ tenebatur instruere Achimelech, vt fugeret, sed potius debebat curare de salute sua: & iã hic Dauid non operabatur aliquid cõferendo cãm ad mortem Achimelech: quia iam factum erat id, ꝑ ꝙ conferebat̃ occasio ad mortẽ, sed solum poterat eripere Achimelech à morte, si instrueret eũ: nõ tñ poterat illũ instruere, quin ipse teneret̃, & moreret̃: ergo nõ obligabatur alteri consulere cum iactura sua.

Quare Doeg non vocauit sacerdotes, vt tenerent Dauid. Quæst. XXXIIII.

QVAERET aliqs, cum Doeg vidisset, quid fiebat inter Dauid, & Achimelech, cur non vocauit sacerdotes ad tenẽdum Dauid: nam ipse fecisset in hoc singulare seruitiũ Sauli, quia nihil magis ipse desiderabat, q̃ occidere Dauid, & dicebat, ꝙ nullus dolebat vicẽ eius, quia nemo annunciabat ei de Dau-C id: ꝙ ergo Doeg accepisset Dauid, & tradidisset Sauli, erat maximum, in quo ei poterat cõplacere: rursus aũt Doeg hoc nimis desiderabat, qa nullus erat inter seruos Saulis, qui ita vellet cõplacere, sicut apparuit in occisione sacerdotum, quia nullo volente mittere manũ in illos, ipse occidit oẽs, vt patet supr. in litera: & ipse fuit, qui primo accusauit sacerdotes corã Saule: ergo debuisset nunc tenere Dauid. Rñdẽdum est, ꝙ Doeg nesciuit, an Dauid fugeret à facie Saulis, sed putauit, ꝙ mitteretur ab eo ad aliquid expediendum, sicut mitti consueuerat, vt patet sup. c. 17. ideo permisit eũ ire: nesciebat aũt Doeg, an fugeret Dauid, eoꝙ ipse recesserat prius de curia Saulis, q̃ Dauid, & nesciebat aliquid de nouis immutationibus: hoc aũt fortè, quia ex aliquot diebus exierat Doeg à curia ad expediẽdum aliqua negocia sua, vel regis: & nesciebat quid factũ esset de Dauid: vel fortè manserat multis diebus ex voto in scũario ad faciendũ sacrificiũ, vel orandũ, & nõ steterat in curia: vel fuerat ibi ad addiscẽdũ legẽ ꝯm, ꝙ Hebræi dicũt. Sed prima duo sunt verisimiliora. Cognouit aũt postea eum fugisse, cum stetit coram Saule, & conquestus est Saul, ꝙ nemo ei annunciaret de Dauid. Aliqs tñ fortè dicet, ꝙ Doeg sciuit fugam Dauid, tñ nõ conatus fuit eum tenere vocando sacerdotes, quia credebat illos coniurasse cum eo, eoꝙ Achimelech dederat ei panes, & gladiũ, vñ non adiuuarent eum ad E tenendũ Dauid. Sed dicendũ, ꝙ nõ stat, quia dato, ꝙ hoc credidisset Doeg, vocasset sacerdotes, quia putaret, ꝙ timore regis fauerent ei: vel saltem vidisset qd rñderent ei: & si nollẽt eũ adiuuare, accusauisset eos coram rege, non solum dicens, ꝙ Achimelech dederat Dauid panes, & gladium, sed quod maius erat, ꝙ ipso vocãte eos in adiutoriũ ꝯ Dauid, nullus voluisset ei fauere, ex quo pateret manifesta cõiuratio cũ Dauid: Doeg quoq; hoc agere voluisset, qa ĩ hoc sciret se prẽstare magnũ obsequiũ Sauli, non tñ tentauit aliquid horũ agere, ergo videt̃, ꝙ ipse nesciebat Dauid fugere, sed putauit eum mitti à rege ex causis dictis. *Ego reus sum omnium animarum patris tui.* Idest ego obligatus sum pro omnibus animabus, idest, pro omnibus hominibus, qui perierũt de domo pa-

tris tui. In hoc non confitetur Dauid se habere aliq̃ culpam in occisione sacerdotum: quia ille solum habet culpam, qui directè operatus est ad hoc, ꝙ aliqđ malū fieret. Vel qui sic se habuit, ꝙ ex culpa sua malū secutū est. Dauid aūt neutrū istorum habebat: iō non erat reus animarum. Sed dr̄ reus: quia propter ipsū Saul occidit oēs viros de domo Achimelech. Pro hoc autem tenebatur Dauid Abiathar, & quibuscūq; superstitibus de familia Achimelech, & sic suscepit Abiathar beneuolè, & propter hoc dixit ei, ꝙ erat reus omnium animarum patris sui, vt ꝑ hoc intelligeret Abiathar, ꝙ propter istam obligationē Dauid esset magis solicitus pro eo. *Mane mecum, ne timeas.* Idest mane in comitiua mea. Habebat.n. iam Dauid sexcentos viros, qđ patet: quia sequenti cap. dicitur ꝙ egressi sunt de Ceila Dauid, & sexcenti viri sui. Dixit aūt: ne timeas. s. non timeas Saulem: q.d. ego liberabo te à Saule: putabat enim Abiathar, ꝙ Saul persequeretur eum vbicunq; esset, eo ꝙ iusserat occidi omnes sacerdotes de vrbe Nobe: cū Dauid autem non poterat eum persequi, eo ꝙ Dauid liberaret eum à morte. *Siquis quæsierit animam tuam, quæret & animam meam.* i. non timeas, ꝙ aliquis te occidat: quia siquis quæsierit animam tuam. i. quęsierit te ad occidendum, quæret etiam animā meam. i. oportet ꝙ me quærat: quia ego pugnabo pro anima tua, sicut pro anima mea. In hoc autem obligabat se Dauid nimis Abiathar: & erat istud propter duo: primò quia erat nimis obligatus Dauid Abiathar propter patrem suum, & omnes cognatos, qui mortui fuerāt pro eo, quos ipse à morte eripere nō potuit: ꝑ isto igitur, quē apud se habebat, pugnaturus erat vsq; ad mortē, ne quis eū pro hac causa molestaret. Secundò hoc faciebat: quia ad eum confugerat: Dauid enim habebat robur suū in multitudine eorū, qui confugerant ad ipsum: pro quorū singulis si ipse ad mortem non se exponeret, cū opus esset, omnes eū desererent, iō pro quolibet eorū se debebat Dauid opponere: sic aūt erat de Abiathar: quia cōfugerat ad eū, iō obligauit se ei sic: *Mecūq; seruaberis.* i. manendo mecum seruaberis à morte, quam non posses euadere, si in alio loco esses.

CAPITVLVM XXIII.

ET annunciauerunt Dauid, dicentes: Ecce Philisthijm oppugnant Ceilam, & diripiūt areas. Consuluit ergo Dauid Dominum, dicens: Num vadam, & percutiam Philisthæos istos? Et ait Dominus ad Dauid: Vade, & percuties Philisthæos, & saluabis Ceilam.

Descripta in superioribus aperta persecutione Dauid, quam passus est in persona aliena, scilicet in sacerdotibus, hic describit persecutio, q̃ passus est in ꝑsona propria, .s. in se, & suis comitibus: & qa magna Dei pietas nō permittit hoīem tentari vltra id, qđ pōt, sed facit cū tentatione prouentum, vt patet prima ad Corin. c. 10. iō circa hoc ponit primo contra Dauid duplex insultus: secundò triplex ꝓuentus sequenti c. Prima in duas: quia primò Saul persequitur Dauid in ciuitate: secūdò eum persequit in deserti vastitate, ibi. *Et vidit Dauid.* Prima in tres: quia primo vrbs Ceila per Dauid defenditur: secūdò in ea contra Dauid obsidio disponitur: tertiò Dauid Dei reuelatione eripitur. Secunda ibi. *Nunciatum est autem Sauli.* Tertia ibi. *Quod cum rescisset.*

Persecutio Saul i ꝑsonā Dauid, & comites.

F *Continua est historię narratio. Quæstio I.*

QVAERITVR circa primū de his, q̃ hn̄r hic, quę ordinē habeāt ad pręcedentia, s. an sit cōtinuus, vel sit aliqua transmutatio, & an fuerint facta ea, q̃ habentur hic immediatè post supradicta, vel magno tp̄e post. Respondendū, ꝙ non est hic aliqua mutatio ordinis: quia sup. dicebāt de principijs persecutionis Dauid apertè, s. qūo Saul occiderit sacerdotes ꝑpter Dauid: & qūo fugerit Abiathar ad Dauid, hic autē dn̄r aliqua, q̃ fecit Abiathar cū Dauid, s. qūo consulebat pro eo Dn̄m, vt patet ī litera. Ergo necesse est, ꝙ istud fuerit post ea, q̃ hn̄r ꝓcedenti cap. Cū aūt querit, an fuerint immediatè

G facta: respondendū, ꝙ paruū tēpus intercidit iter ea, q̃ habent sup. & hic: quia postquā Dauid venit ī terrā Iuda, nunquā cessauit Saul persequi illū, quousq; recessit de ea, sed Dauid venerat iā in saltū Hareth, vt patet præcedenti. c. & audiuit Saul, ꝙ venisset, iō verisimile est, ꝙ persequeretur eū immediatè: nō. n. posset ibi manere tempore magno, quin Saul persequeret eū. *Et nunciauerunt Dauid, dicentes.* i. annunciauerūt ei qūo Philisthini expugnabant Ceilā: isti aūt, q annūciauerūt, erāt viri Ceilę: & venerunt ad Dauid orantes, vt liberaret eos de manu Philisthinorū.

Quare viri Ceilæ aununciauerunt Dauid persecutionem Philisthinorum. Quæstio II.

H QVAERET aliquis, quare viri Ceilę annūciauerunt hoc Dauid. Respondendū est, ꝙ Dauid morabat eo tp̄e in deserto Hareth apud vrbem Ceilam, ideo Ceilanis visum est in promptu vocare Dauid: quia nullus melius eis posset succurrere. Etiā quia Dauid semp habebat viros paratos ad pugnā, cū semper caueret sibi à Saule, & esset in periculo, ideo sine mora poterat irruere sup Philisthinos quasi inopinatus, & præmeret eos. Etiā vocauerunt eū, quia cum esset Dauid vir bonus, q diligebāt à toto Israel, & Iuda, vt patet su. c. 18. crediderūt, ꝙ prōptè veniret in eorū auxilio, iō vocauerūt illū, quia nullus melius pugnare poterat contra Philisthinos, quā

I Dauid: quia sępe pugnauerat contra illos, & attriuerat eos plaga magna, iō timebant eū Philisthini magis, quàm quoslibet duces Israelitarum. Item Ceilani vocauerunt Dauid: quia putauerunt, ꝙ libenter veniret, eo ꝙ ad eum ex officio pertinebat pugnare pro Israel: nam Saul constituerat eum ducem belli, & postea fecit eū tribunum super mille viros, vt patet sup. c. 18. & ipse egrediebatur ad pugnaudū contra quoscūq; hostes Israel, & omnes Israelitæ sequebant eum, vt patet eo. c. s. Omnis aūt Israel, & Iuda diligebat Dauid: ipse. n. ingrediebat, & egrediebatur ante eos, s. ad bellum. Crediderunt ergo Ceilani, ꝙ nunc ēt vellet sic pugnare pro eis. Itē vocauerūt eū: quia putauerunt hoc esse ei vtile: nā Dauid habebat

K secū multos viros, s. sexcentos, quos nō habebat vnde aleret, nisi ex pręda: iō erat desiderans semper habere materiā, ex qua ei proueniret aliquid ꝓ cibis virorū suorū: nūc aūt cū Philisthini ꝑdarent Ceilam, si Dauid tolleret prędā de manu, eorū hr̄et inde magnā vtilitatē, s. qa Ceilani darent sibi partē ꝑdę, quæ eis ablata fuerat, iō crediderūt Ceilani, ꝙ in hoc gratum duceret Dauid: quia dabant ei materiam, vnde aliquid acquireret pro expensis virorum suorum.

Quare Ceilani non vocauerunt Saulem, vt eriperet eos. Quæstio. III.

QVAERET aliquis, quare viri Ceilæ non vocauerunt regem suum Saulem, vt eriperet eos. Ali-

Aliquis respōdebit, ꝙ crediderunt, ꝙ fortè Saul nollet pugnare contra Philisthinos pro illis, iō orauerūt Dauid. Sed hoc non stat: qa Saul cū esset rex Israel, maximè doleret, ꝙ Philisthini inuaderent terrā suā: ergo ipse succurreret, qa ad eū maximè expectabat puidere: sic patet infra in litera ibi: cū Saul iam esset cōprehensurus Dauid, venit nuncius quidā, ꝙ Philisthini infuderant se super terrā Israel, & cessauit à Dauid, & iuit contra Philisthinos, q̄q̄ nimis deside raret capere Dauid: nunc aūt non persequebatur Saul Dauid, nec impediebat à capiendo eū: ergo verisimilius est, ꝙ nunc pro illis faceret eundo ad defendēdū Ceilā, q̄ cū iuit ad defendendū terrā à Philisthinis, relicto Dauid, quem cōprehensurus erat. Non iuerunt tñ Ceilani ad Saulē, quia Philisthini prædabant terram, & subitò recessuri erant: Saul aūt procul à loco ipso morobatur, & priusquam ipsi irent ad Saulē, & redirent, recederent Philisthini capta præda, ideo nō proficiebat, ꝙ Ceilani vocarent Saulem. Etiam, quia si Saul venturus esset ad defendēdum Ceilam primo congregaret exercitum, quem dū ipse congregaret recederent Philisthini: iuerunt ergo ad Dauid, quia ille manebat apud Ceilam in deserto Hareth, & habebat viros suos paratos ad pugnam, quia semper parati erant, cum essent in periculo, iō vocauerunt Dauid, qui eis velociter possit succurrere. *Ecce Philisthini expugnant Ceilam*. i. obsidēt eam ad capiendum ipsam. Est enim Ceila in sorte Iudæ, & erat coniuncta terræ Philisthinorum, ideo Philisthini putabant, ꝙ ipsi facto impetu in eam, poterant capere ipsam priusq̄ rex Israel veniret ad subueniendum Ceilanis. *Et diripiunt areas*. i. Philisthini diripiunt areas Ceilanorum. Erat. n. tēpus istud, in quo Philisthini inuaserunt Ceilā tēpus messium, & erant areę plenę messibus extra vrbē, & dū ipsa ciuitas obsideret, clausis Ceilanis intra eam, Philisthini, nullo defendente, quicquid erat in areis rapiebant. *Consuluit ergo Dauid Dominum, dicens* volebat. n. Dauid ire ad subueniendum Ceilanis, sed prius voluit consulere Dñm, an deberet illùc ire.

Dauid quare voluit auxiliari Ceilanis. Quæst. IIII.

QVAERET aliqs, quare Dauid volebat ire ad subueniēdū Ceilanis. Rñdēdū est, ꝙ Dauid erat de tribu Ceilanorū: nā isti erāt de tribu Iudę, de qua erat Dauid, iō misertus ē illorū, & voluit eis succurrere. Itē, qa Dauid credebat se peccare, si potens defendere Ceilanos ab inuasione Philisthinorū, nō defenderet: & hoc verū est: qa pōt alterū eruere à morte, cū iniustè patitur, & non eruit, ipse reus mortis est, sicut ille, q occidit. Patet extra de homi. c sicut dignū. Dauid aūt poterat succurrere Ceilanis, iō, ꝙ permitteret eos pati à Philisthinis, erat consentire delicto. Itē sm, ꝙ dicit Nicolaus, Dauid erat iā vnctus in regē sup Israel, iō cura oīum ptinebat ad ipsum: & si negligeret, peccaret, sicut ille, q negligit in officio suo, potissime cū ex negligentia sequit mors aliquorum. q̄q̄ ergo Ceilani nō mitterent ad orādū, vt veniret Dauid: ipse spōte veniret, cognita obsessione Ceilę. Erat ēt alia cā, q̄q̄ nō principalis. s. ꝙ Dauid volebat acquirere victū, cū nō haberet vnde viueret, nisi ex pda hostili, sicut faciebat in terra Philisthinorū, vt patet, inf. c. 27. nūc aūt poterat habere lucrū, & insuper agebat aliqd valde honestū. s. qa defendebat: cōtribules suos ab hostibus, ideo desiderabat ire in Ceilam.

Quare consuluit Dauid nunc Dominum, an deberet auxiliari Ceilanis. Quæstio. V.

QVAERET aliquis, quare cōsulebat hic Dauid Dñm, cū in multis alijs maioribus factis non

A cōsuleret, sicut patet in oībus præcedentibus, in qb᷒ nō legit, ꝙ cōsuluerit Dñm. Rñdendū, ꝙ Dauid cōsuluit hic Dñm pp duo. Primò pp magnitudinē periculi, cui se exponebat volendo pugnare ꝯ Philisthinos: quia Philisthini erant multi, ipse aūt solū habebat sexcentos viros: vnde non solū ipse timebat, sed etiam oēs serui sui, vt patet, infr. s. Ecce nos hic in Iudæa consistentes timemus, quanto magis si ierimus in Ceilam ꝯ agmina Philisthinorū? Dauid igitur nō erat illùc iturus quousq; Deus rñderet ei, an prosperè se haberet in Ceila. Secundò Dauid consulebat Dñm propter Saulem, quia timebat, ꝙ dum ipse iret ad pugnandum ꝯ Philisthinos, non posset sibi præcauere, & Saul poneret ei insidias, atque caperet ipsum

B sicut postea fecit, quando sciuit eum esse in vrbe Ceila: voluit ergo scire, an ex ista pugna contra Philisthinos aliquod malum ei prouenturum foret. Principale tamen fuit pp timorem Philisthinorum, quia nesciebat an vinceret, vel vinceretur. Quod apparet ex quæstione eius ad Dñm. s. num vadam, & percutiā Philisthæos istos? & ait Dñs vade: & percuties Philisthęos, & saluabis Ceilā. Cū aūt dicebat, ꝙ in alijs magnis causis Dauid non consulebat Dñm, nec legit in superioribus consuluisse: dicendū falsum esse: erat. n. ista magna causa. s. qa erat dubius euentus belli præcipuè cū Philisthæi essent valde multi: ergo rōnabile erat Deū nunc cōsuli, ꝙ aūt in alijs causis magnis Deū cōsuleret, existimādū est. s. ꝙ nullā de causis ma

C gnis faceret sine eius consilio, nec est verū, ꝙ nūquā consuluerit Dñm in præcedentibus: quod patet, qa qñ recessit à facie Saulis Achimelech cōsuluit pro eo Dñm, vt patet pced. c. ēt, qñ recessit de terra Moab p Dei filiū inde recessit, vt patet pcedenti c. qa ppheta Gad dixit ei noli manere in præsidio, sed vade in terrā Iuda: ēt anteq̄ recederet Dauid à Saule qñ pugnabat p Israel ꝯ Philisthinos, multotiens Achimelech Sacerdos cōsulebat p eo Dñm. Sic patet pcedenti c. ex verbis Achimelech. s. Nū hodie cępi cōsulere pro eo Dñm? Absit hoc à me. q. d. non cępi hodie consulere Dñm pro ipso, quia iā sæpe consuluerā. Et sic vr̄ ꝙ in alijs magnis causis Dñm cōsulebat. Dicendū ēt est, ꝙ nunc Dauid consuluit Dñm, qa habuit opportunitatē consulendi. s. qa hēbat secū sacerdotē Abia

D thar habētē ephod, iō postq̄ ille venit ad Dauid consuluit pluries Dñm, q̄ prius solitus erat. Vnde in isto c. ter cōsuluit, vt patet ex lr̄a: & postea sępius, vt pat. ĩ c. 30. & ĩ. 2. li. c. 2. ante hoc aūt q̄q̄ Dauid consuleret Dñm, nō tñ toties, vt nūc. *Num vadā, & percutiā Philisthęos istos*. s. i. nūqd bonū est, ꝙ vadā? & si iuero, nunquid potero pcutere Philisthęos istos? s. qui obsident Ceilā. Ista erant verba quęstionis Dauid. *Et ait Dominus ad Dauid*. scilicet, respondit ei per sacerdotem, vel per vocem, aut aliàs sicut infra declarabitur: nam ista quæstio fiebat coram Abiathar sacerdote indu to ephod, vt infra patet. *Vade, & percuties Philisthæos.* Respōdebat Deus iuxta formam petitionis Dauid,

E scilicet: vade, idest, bonum est, quòd vadas, scilicet, nō sequetur aliquod malum tibi, ꝙ vadis in Ceilam, & percuties Philisthæos istos, idest, pręualebis aduersus eos, & percuties eos plaga magna, quia ego tradam illos in manus tuas. *Et saluabis Ceilam*. Idest, liberabis eam ab obsidione Philisthinorum, ipsi enim eā obsederant, & expugnabant ad capiendum, vt patet supra, liberabis etiam Ceilam à præda, & eripies illam de manu Philisthinorum. *Et dixerunt viri, qui erant cum Dauid ad eum*. Hic supponendum est, quòd Dauid postquā consuluit Dominum, iussit viris suis, vt pararent se ad descendendum in Ceilam, & tunc ipsi aliqualiter recusauerunt allegātes, ꝙ esset periculum, vt patet hic. Sed dicet aliquis quomodo

Quare socij Dauid nolebant ire in Ceilam.

do viri Dauid recusabant ire in Ceilam, cum Dominus dixisset, ꝙ descẽderet, & traderet Philisthæos in manus eius? Respondendum, ꝙ forte serui Dauid nesciebant an ipse consuluisset Dominũ sup hoc, sed putabant, ꝙ hoc egisset consilio humano, ideo ipsi volebant allegare rationem suam, vt forte Dauid conuinceretur, & assentiret eis. Aliter potest dici, ꝙ aliqui de viris Dauid non erat bene confidentes in Domino, ideo quanquam Deus dixisset ꝙ Dauid vinceret, non audebant descendere in Ceilam. Sed primum verisimilius est. Et hoc apparet ex sequenti littera. s. quia iterum consuluit Dauid Dominum super hoc, quod nõ videbatur ad aliquid aliud proficere, nisi ad certificandum illos, qui non credebant Dauid hoc agere consilio Dei, sed consilio humano. *Ecce nos hic in Iudæa consistentes timemus.* Ista erat ratio illorum. s. ꝙ Dauid exponeret se magno periculo: quia ipsi in loco, in quo erant contra nullum pugnantes timebant, quanto maior esset timor, si descenderent in terram Ceilæ contra Philisthinos? dixerũt autem non existentes in Iudæa ad innuendum, ꝙ saltus Hareth, in quo erãt, erat in Iudæa, qđ apparet præcedenti ca. cum dixit propheta Gad: noli manere in præsidio, sed vade in terram Iuda: & sequitur ibidẽ, ꝙ profectus est Dauid in saltũ Hareth. Dicet autem aliquis, ꝙ sequit̃ ex hoc, ꝙ Ceila nõ esset in sorte Iudæ: quia dixerunt viri Dauid: nos existentes hic in Iudæa timemus, quanto magis si ierimus in Ceilam? ergo Ceila non erat in Iudæa, & accipitur hic semper Iudæa pro sorte tribus Iudæ, & non pro tota terra Israelitarum: sicut aliqui nimis large accipiunt. Respondendum est, ꝙ Ceila erat in sorte Iudæ: quia erat coniuncta terræ Philisthinorum, & non erat aliqua sors, quæ esset ita coniũcta Philisthinis sicut filiorum Iuda: quia ferè tota terra Philisthinorum erat in sorte Iuda, vt declaratũ est Iosue cap. 15. sed dixerunt isti, ꝙ nunc existentes in Iuda timebant, quantomagis si descenderẽt in Ceilam contra agmina Philisthinorum, non innuentes ꝙ in Ceila non essent in Iudæa: sed quia ibi erant in periculo cum agminibus Philisthinorum: nũc autẽ in saltu Hareth nõ habebant aliquem repugnantẽ, & apparet, ꝙ hoc intenderet: quia non solum dixerunt: quantomagis si ierimus in Ceilam, sed si ierimus in Ceilam contra agmina Philisthinorũ. *Quantomagis si ierimus in Ceilam?* q. d. ibi in maiori timore erimus, quàm hic, & declaratur immediatè causa timoris: cum dicitur. *Aduersum agmina Philisthinorum.* Et est nobis durum pugnare cũ illis. Etiam erat maior timor: quia erat duplex. s. quia ibi defendere debebant se, & pugnare contra Philisthinos, & cauere nimis, ne eis pugnantibus contra Philisthinos, irrueret Saul super eos, vel tenderet eis insidias Nunc autem solum habebant vnum timorem. s. ne caperet eos Saul per insidias. Nicolaus autem introducit litteram sic, Quantomagis si ierimus & c. q. d. si ierimus ad bellandum contra Philisthinos, audiet Saul: & sic dato, ꝙ vicerimus Philisthæos, oportebit nos pugnare ꝯ Saulem, & non poterimus propter laborẽ belli pręcedentis, & facilius capiet nos. *Rursum ergo consuluit Dauid Dominum.* i. iam cõsuluerat semel an ire deberet in Ceilã: nunc aũt iterũ consuluit sup hac re.

Ceila an esset ĩ sorte Iude.

An Dauid peccauerit consulendo Dominum bis. Quæst. VI.

QVAERET aliquis, an Dauid peccauerit consulendo bis Dominum super eadẽ re: si enim essent diuersi articuli, & certificato de vno, adhuc non esset certificatio de alio, rectum erat, ꝙ consuleretur Deus super secũdo. Erat aũt idem negociũ: bis ergo consuli in eodem videtur pertinere ad incredulitatem. s. vt si Dauid nõ credidisset in primo responso, & vellet Deum consulere, vt cõfirmaret quod primo responderat: sicut homines parum creduli non credunt alicui, quousq; sæpe idem asserue rint: hoc tamen quantũ ad Deum peccatum est: quia debemus Deo assentire etiã si leuiter nobis aliquid dixerit. Culpantur autem qui Deo ĩ prima locutione non credentes, iterum signũ petierunt: sicut patet de Gedeone, qui quęsiuit à Domino signum in vellere compluto, & in aerea; & cũ habuisset primò signum, dixit ne irascatur furor tuus Domine, si adhuc semel tentauero signum, quęrens in vellere, vt patet Iud. cap. 6. iste tamen Gedeon aliqualiter culpatur de incredulitate: ergo Dauid eodem modo culpari debet. Respondendum, ꝙ si Dauid petiuisset responderi sibi secundò à Deo tãquam non credens primo responso, vel non firmiter assentiens, esset incredulus, & peccasset. Quæsiuit tamen secũdò nõ ꝑ se, sed ꝑ suos, s. quia aliqui eorum nesciebãt quomodo Dauid consuluerat primò Dominum super hac re, sed putabant, ꝙ consilio humano descenderet in Ceilam, ideo recusabant illùc ire. Nunc aũt consuluit Dominum, vt ipsi viderent quid Deus respondebat. Alij autem de seruis Dauid erant duri corde, & tardi ad credendum: ideo quanquam semel Deus respondisset, in hoc non firmiter assensserunt quousq; iterũ responderet: respondit ergo secũdò consultus. Alij autem putabant, ꝙ verba Dei primò dicta non erant efficacia. s. quia non significabatur clare per illa victoria: iõ Deus respondit iterũ ponẽs verba efficaciora: dixerat enim primò: vade, & percuties Philisthæos, & saluabis Ceilam, in quo nõ apparebat incredulis, ꝙ Deus certificaret Dauid de victoria. s. ꝙ iuberet eum illùc ire. Iterum autem respondit clarius indicans, ꝙ daturus esset ei victoriam, vt patet inf. s. surge, & vade in Ceilã: ego enim tradam Philisthijm in manu tua: hic autem manifestè Deus dicebat se cooperaturũ Dauid contra Philisthinos, ideo crediderunt serui Dauid. Dicendum igitur, ꝙ si Dauid consuluisset bis Dominum super eadem re, propter seipsum solum, peccauisset in incredulitate: consuluit tamẽ propter suos: quia quãquam sciret, ꝙ Deus nũc idem responsurus erat qđ in prima vice: quia tamen serui sui nolebant descendere propter primam cõsultationem, decuit, quòd secundò consuleret.

Quomodo Dauid consuluit Dominum Quæst. VII.

QVAERET aliquis, quis modus erat consulẽdi Dñm, quem habebat Dauid. Respondẽdũ est, ꝙ præcedenti cap. fuerunt positi tres modi generales consulendi Dominum, quidam erat Moysi, & alius erat reliquorũ prophetarum, tertius erat summorum sacerdotum. De primis duobus nihil ad prę sens, eo ꝙ Dauid qñ consulebat hic Dñm, consulebat per summũ sacerdotem. s. ꝑ Abiathar. De modo isto ergo dicendũ est qualiter fieret. Pro quo sciẽdũ, ꝙ duo modi erant in cõsulẽdo Dñm per sacerdotes. Primum, ꝙ esset ibi ephod: nam sine illo nihil fiebat. Secũdũ erat, ꝙ proponerent verba q̃onis. De primo dicendum, ꝙ qñcunq; consulebatur Deus per sacerdotẽ magnũ, necesse erat, ꝙ haberet Ephod: sic patet infra, quia cũ consulere vellet Dauid Dominum, an veniret Saul contra eum in Ceilam, dixit ad Abiathar: applica Ephod. Iterum etiam, infra capit. 30. cum consulere vellet de latrunculis Moabitarum dixit ad Abiathar: applica ad me Ephod. Sed tunc manet dubium de isto Ephod, an Sacerdos magnus indue-

Duo modi consulendi Dominum per sacerdotes.

indueretur Ephod cũ aliquis cõsulebat Dominum, vel indueretur ille, qui consulebat. Dicendum est, ꝙ induebatur sacerdos magnus, quia ista vestis erat põtificalis, & Deus iusserat eam fieri pro solo summo sacerdote: si quis ergo vellet ea indui, ageret contra ministerium sacerdotale, & moreretur, sicut ꝗ vsurparet aliquid alterũ de ministerio sacerdotum. Sed dicet aliquis, ꝙ consulẽs induebatur Ephod, infra c. 30. dicitur: applica ad me Ephod, & istud dicebat Dauid: ergo volebat ipse indui Ephod: etiam, quia dicitur ibi: Et applicauit Abiathar Ephod ad Dauid, & consuluit Dauid Dominũ: ergo Dauid indutus est Ephod, & non Abiathar. Dicendum, ꝙ nequaquã auderet Dauid indui aliqua veste sacra, vel petere illam per se, quia sciret in hoc se vsurpare ministeriũ sacerdotale, cũ ipse non esset de sacerdotibus, sed dixit ad Abiathar: applica ad me Ephod. i. iuxta me, s. induaris tu Ephod, & maneas iuxta me, vt sic ego ꝯsulam Dominum. Et cũ dicitur: & applicauit Abiathar Ephod ad Dauid, non est sensus, ꝙ Dauid indueret se illo, sed ꝙ Abiathar indueret se apud Dauid, & manserit apud eũ indutus, & sic erat Ephod apud Dauid. Apparet igitur, ꝙ sacerdos magnus induebatur Ephod, quando aliqua quæstio fieri debebat ad Dominum, & non aliquis alius: & hoc satis apparet Exo. c. 28. vbi dixit Deus: portabit Aaron iudicium filiorum Israel in pectore suo, i. ipse erat, qui portabat Ephod, per quod dabatur iudicium ad omnia, ꝗ inquirebant filij Israel, & nõ portabit aliquis alius. Secundum erat in consulendo Dominum ipsa verba quæstionis, quæ proponerentur, scilicet quomodo proponebantur, vel à quo. Respondendum est, quod de hoc multi dubitant: aliqui enim dixerunt, ꝙ proponebantur verba quæstionis, siue per consulentem, siue per sacerdotem, & si Deus volebat concedere id, quod petebat consulens, fulgebãt lapides, qui erant in Ephod, & rationali: si autem Deus non concederet, nihil mutabatur in lapidibus de primo statu: & ꝑ hoc sciebatur exitus quæstionis. Sed istud non stat, quanquam fulgor lapidum ad aliquid proficeret, tamen non consulebatur Deus isto modo, quia non poterat sic responderi ad quæstiones: solũ enim poterat hoc modo responderi ad petitiones. s. quia tunc per fulgorem significaretur, ꝙ Deus concederet, quod petebatur: lapide autem nõ mutato, significabatur Deum nihil concedere: si tamen quęreretur de aduentu rerum, scilicet, an bellum futurum esset, vel non, & sic de alijs aduẽtibus, in quibus quærens non se determinat ad aliquam partẽ quæstionis, non posset apparere per fulgorem lapidis ꝗd Deus signare vellet. Item patet hoc, quia secundum doctrinam Iosephi, qui fuit vnus de sacerdotibus Hebręorum, non proderant lapides, nisi ad duo. s. lapides Ephod ad significandum accepta esse sacrificia, & lapides rationalis ad significandũ victoriam belli. De hoc ait in 3. lib. Antiquitatũ. s. lapides, quos in humeris ferebat pontifex sardonyces erant: eorum enim puto naturam omnium ad humanam noticiam venientium amplius fulgere: dum ergo sacrificijs Deus adesset alter, ꝗ in dextro humero portabatur, micabat, & ex eo ita splendor prosiliebat, vt etiam procul positis appareret, cum prius hoc lapidi non inesset: per 12. enim lapides, quos supra pectus pontifex in rationali portabat, victoriam pugnatoris Deus prænunciabat: tantus enim splẽdor fulgebat in eis cum nondũ exercitus moueretur, vt omni fieret multitudini manifestũ eorũ auxilijs adesse Deum: iste autem fulgor cessauit ante Christi natiuitatem, quasi 130. annis: nam Iosephus, vbi supra, dicit ꝙ cessauit fulgor lapidum ducentis annis antequam ipse inciperet scribere libros Antiquitatum, sed ipse scripsit post destructã Ierosolimam ꝑ Romanos, quæ fuit quasi 70. annis post Christi Natiuitatem: non ergo respondebatur ad quæstiones ꝑ fulgorem lapidum. Alij autem dixerunt, ꝙ fiebat quæstio in scripto, & respondebatur in scripto: & ista fuit positio Ra. Ab. Aben Ezra: pro quo ipse pręsupponit, ꝙ intra plicaturam rationalis erant laminæ aureæ inscriptæ diuinis nominibus, & illæ faciebant reddi responsum, scilicet, ꝙ charta illa, in qua erat scripta quæstio, ponebatur inter laminas illas, & cum post paucum educeretur charta, reperiebãt ibi responsio scripta: hoc autẽ videtur ei simile, ꝗa Exo. cap. 28. iubetur, ꝙ rationale haberet pannũ duplicatum, quod nõ iubetur de Ephod, nec de aliqua veste sacerdotali: dicit autem ipse, ꝙ erat illa plicatura panni ad hoc, ꝙ possent interius poni laminę. Item dicitur eo. c. pones in rationali iudicij doctrinam, & veritatem: quæ erũt in pectore Aaron, qñ ingredietur coram Dño: ergo aliquid erat positũ in rationali, quod erat doctrina, & veritas: & istud non videtur esse, nisi laminę aureę. Sed dicendum est, ꝙ quãquam ista positio sit aliqualiter verisimilis, tamẽ non est vera, nec consonat literæ Exo. 28. c. Nec hic. Primò quantum ad id, quod præsupponit: secundò quantũ ad id ꝗd dicit. De primo patet: nam non vr̃ verisimile, ꝙ in rationali essent laminę aureę: nam si fuissent, descripsisset legislator fabricationem illarum, & nomina, quæ erãt in eis scripta, sicut in omnibus alijs, ꝗ iussa sunt fieri; Legislator scripsit qualiter illa fierent, quia alioquin cum ista habeant vigorem ex sola voluntate condentis legem, si non fuissent descripta, posteri nec scirent quid de eis agere deberent, cùm hæc per rationem cognosci non possint: præcipuè autem, quia Aben Ezra ponit istas laminas fuisse factas in modum Astrolabiorum, & ꝙ Astrologi inde sumpserunt modũ fabricandi Astrolabia: quod nimis est alienũ à rõne, vt declaratũ fuit Exo. c. 28. Cũ aũt dicitur, ꝙ rationale habebat pannum duplicatũ, & non erat in aliqua alia veste sacerdotali: Dicendũ, ꝙ non fiebat ad hoc, ꝙ in plicatura panni ponerentur laminæ, sed quia in illo panno parui erant cõsuti duodecim lapides præciosi, & ꝗa propter pondus lapidũ pannis, si simplex esset, faciliter rumperetur, iussit illum duplicari, quia Deus attendebat modum, quo vestes sacerdotales non rumperentur faciliter. Sic patet de tunica hyacintina, in cuius capite iussit poni oram textilẽ, ne faciliter rumperetur. Sic patet Exo. cap. 28. s. Facies tunicam superhumeralis totam hyacinthinam, in cuius medio supra erit capitium, & ora per gyrum eius erit textilis, sicut fieri solet in extremis vestiũ partibus, ne facile rumpantur. Quod autem dicitur, ꝙ in alijs vestibus non iussit Deus duplicari pannum, dicendũ quòd hoc fuit, quia ibi nõ erat periculum cito rumpendi, sicut in rationali propter pondus lapidum, ꝗ erant ibi aggregati. Cum autem dicebatur, ꝙ erant laminæ intra plicaturam rationalis, quia dicitur: pones in rationali iudicij doctrinam, & veritatem: dicendum, ꝙ istud non intelligitur de aliqua lamina, sed de lapidibus, qui ponebantur ad complementũ rationalis, nam cum ille pannus quadrangulus esset duplicatus, vocabatur rationale, vt patet allegato c. Deinde tamen iubebantur poni lapides in eo inclusi auro, & tunc dicebatur esse doctrina, & veritas posita in rationali, s. quia tunc præsente rationali ad aliquam quæstionem reddebatur doctrina vera, siue responsum de illa, quod non fieret, si nondum haberet lapides positos: non ergo significantur aliquæ laminę per doctrinam, & veritatem. Secundum erat quod

Quomodo verba proponebantur Deo.

Quo tempore scripsit Iosephus.

quod dicebat Abben Ezra, scilicet, ꝙ ista quæstio ꝓponebatur in scripto, & respondebatur in scripto: sed non consonat literæ huic, quia dicitur hic, ꝙ Dauid consulebat Dominum, & ponitur forma verborum solum, & dicitur, ꝙ dixit Dauid ad Dominum sic, vel sic: etiam patet, infra cap. 30. s. consuluit Dauid Dominum, dicens: persequar latrunculos, &c. Ergo quæstio ista loquendo proponebatur: dicendũ ergo, ꝙ quandocunq; quærebatur de aliquo à Deo; ꝙ quæstio proponebatur in verbis. Dubitatio Sed tunc stat dubium, an istam quæstionem proponeret sacerdos, siue ille, pro quo consulebatur Deus. Dicendum, ꝙ in hoc non est difficultas, quia siue sacerdos istam ꝓponeret quæstionem, siue ille, pro quo consulebatur Deus, nihil differebat: dũ tamẽ esset præsens ephod, quia alioquin Deus non responderet. Dicendum tñ est, ꝙ secũdum ꝙ hic colligitur ex ordine literæ, magis videtur, ꝙ Dauid proponeret verba quæstionis, quàm sacerdos. Nam dicitur in litera, ꝙ dixit Dauid ad Abiathar sacerdotem: applica ephod, & sequit: & ait Dauid: Domine Deus Israel, audiuit famam seruus tuus, &c. Et illa sunt verba quæstionis. Et iterũ, infra proponitur alia quæstio, & dicitur: dixitq; Dauid: si tradant me viri Ceilæ, & viros, qui mecũ sunt in manu Saul: illa tamen erat quæstio, ergo Dauid proponebat. Patet etiam infra cap. 30. consuluit Dauid Dominum, dicens: persequar latrunculos, &c. Et sic dicitur, ꝙ ipse consulebat: cõsulere autem est verba consultationis proponere. Non tamen multum refert quis illorum proponeret: quia quocunque proponente, idem responderetur. *Qui respondens ait illi.* i. respondit Deus secundò Dauid in hac quæstione. Hoc fecit Deus ex magna gratia: nam cum semel respondisset, regulariter non erat responsurus iterum in eadem quæstione, quia tamen Dauid non quæsiuit tanquam ipse esset incredulus, sed propter incredulitatem suorum, vel quia aliàs recusabãt descẽdere cum ipso in Ceilam, consuluit Deum iterũ. *Surge, & vade in Ceilam.* i. non moreris hic, sed immediatè descende. Nam si Dauid moraretur aliquantulum, fortè Philisthini obtinuissent primo vrbem, ꝙ̃ veniret Dauid: vel saltem diripuissent areas, & recessissent, ideo velociter ire debuit. *Ego enim tradam Philisthijm in manu tua.* i. certus sis de victoria, quia ego tradam Philisthinos tibi: etiam si potestas eorum maior sit, quàm tua.

Quis erat modus, quo Deus traderet Philisthinos in manu Dauid, cum essent potentiores. *Quæst. VIII.*

Modi cõmunes q. bus Dominus cõsueuit aliquẽ tradere in manus alterius. 1. modus.

QVAERET aliquis, quis erat modus, quo Deus traderet Philisthinos in manu Dauid, cum ipsi essent pontentiores. Respondendum, ꝙ Deo tot modi sunt faciendi aliquid, quot modis ipse illud voluerit facere; quia voluntas sua est sibi in hoc mensura: dici tamen potest, ꝙ aliqui modi sunt communes, quibus ista Deus facere consueuit. Vno modo incutiendo timores: nã cùm Iudæi boni essent, Deus tradebat hostes eorum incutiens eis timorem validum, ita ꝙ nequaquam auderent stare coram facie Hebræorum. Sic patet Exo. cap. 23. scilicet terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidã omnem populum, ad quem introieris: cunctorumque inimicorũ tuorũ corã te terga vertã. Hoc idem faciebat Deus in Hebræis, quando mali erant, sed ꝙ dabat Deus eis pauorem, vt non auderent resistere hostibus suis, quãquam essent ipsi multi: & hostes essent pauci, vt patet Leui. cap. 26. scilicet. Et qui remanserint de vobis, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium: terrebit eos sonitus folij volan-

F tis, & ita fugient quasi gladium, & cadent nullo sequente, & corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes: nemo vestrum audebit inimicis resistere, & peribitis inter gentes. Sic ergo poterat hic Deus incutere terrorem Philisthinis, vt fugerent à facie Dauid. Aliter enim Deus poterat tradere illos: 2. modus. scilicet, mittendo aliqua animalia, quæ offenderent Philisthinos, non permittentia eos pugnare: & sic leuiter Dauid, & viri sui caperent eos, vel occiderent. Simile fuit, quando Israelitæ introierunt in terram Chanaam: nam Deus misit quædam animalia parua volantia, quæ non sinebãt pugnare Chananæos, sed effugabant illos. Sic patet Exod. cap. 23. & Deut. 7. s. Et mittam crabrones, qui effugabant Heuæum, G & Chananæum, donec deleat omnes, atque disperdat, qui te fugerint, & latere potuerint. Erant autem isti crabrones quædam paruæ auiculæ in modum apum, quæ venenatis aculeis Chananæos feriebant: & vocantur vespæ, vt patet Sapien. ca. 12. s. His tanquam hominibus pepercisti, & misisti antecessores tui exercitus vespas, vt eos paulatim exterminarent. 3. modus. Poterat etiam aliter Deus tradere Philisthinos in manus Dauid mittẽdo magnum exercitum Cęli in adiutorium Dauid, s. multos Angelos, qui vocantur milites Dei, vt patet Iob cap. 25. s. nunquid est numerus militum eius? Isti autem pugnarent contra Philisthinos, & viderent eos Philisthini, atque fugerent, quanquam non viderent illos serui Dauid: sic H factum est de Eliseo Propheta, cùm venerunt currus, & equites, & obsederunt ciuitatem, in qua ipse erat, vt caperent eum, tunc venerunt multi cęlestes milites in adiutorium Elisei, quos tamen nullus ex parte sua videbat, ideo puer Elisei timuit nimis, & dixit: Heu heu Domine mi, quid faciemus: & ille respondit: noli timere, plures enim nobiscum sunt, ꝙ̃ cum illis. Et cum orasset Eliseus, aperuit Deus oculos pueri, & vidit, & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Elisei, vt patet infra 4. libr. capit. 6. & tunc hostes non nocuerunt Eliseo. 4. modus. Aliter etiam adhuc fieri poterat, s. ꝙ Deus tribueret magnas vires Dauid, & seruis suis, vltra quàm habere solebant: & ob hoc, quanquam Philisthini essent I multi, isti essent potentiores illis: sic enim Deus fecit Hebræis, quando pugnabant contra Chananæos dã do eis vires ad pugnandum. Sic patet Deuteron. ca. 8. s. ne diceres in corde tuo: fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præstiterunt, sed recorderis Domini Dei tui, ꝙ ipse tibi vires præbuit, 5. modus. vt impleret pactum suum. Aliter etiam esse poterat, s. ꝙ Deus dissoluisset corda, & vires Philisthinorum, ita, vt non valerent pugnare contra Dauid, & seruos suos, sed pugnaret contra illos Dauid, tanꝙ̃ contra inermes: sic factum est in Amorrheis, quorũ vires, & corda dissoluta sunt ad introitum Israelitarum, vt patet Iosue cap. 2. s. hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis K spiritus ad introitum vestrum. 6. modus. Aliter etiam fieri poterat, s. quòd Deus mitteret adiutorium de Cęlo Dauid, & seruis suis in aliqua tempestate, qua perirent Philisthini: sicut cum pugnauit Iosue contra Amorrheos, de quo dicitur Iosue cap. 10. cumque fugerẽt Amorrhei filios Israel, & essent in descensu Bethoron, Dominus misit super eos lapides magnos de cęlo, vsque ad Azecha, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quàm quos occiderant gladio 7. modus. filij Israel. Aliter etiam fieri poterat, s. ꝙ Deus percuteret cęcitate Philisthinos, & ipsi nescirent, quo fugerent, & sic caderent in manus Dauid, & seruorum suorum, & cederentur ab eis, tanquam oues, sine pugna: sic enim Deus excæcauit omnes Sodomitas,

mitas, quando vallabant domum Loth: & tota nocte stantes apud portam domus, nunquã inuenerũt eam: Gen. 19. c. Sic etiã fuit cum percussit Deus cęcitate Syros, qui veniebant, vt caperent Eliseum, & ipse præcedens duxit eos vsque in Samariam, & posuit in manibus regis Israel, qui erat hostis eorũ: tũc autem Deus aperuit oculos ipsorũ, & viderunt vbi essent, vt patet infra 4. li. c. 6. Aliter etiã fieri poterat scilicet, ꝙ Deus mitteret super eos de cœlo fragorẽ tanquã multi exercitus adueniętis, & cogeret eos fugere dimissa præda, & Dauid persequens eos occideret multos. Sic factum [illegible] tpe Samuelis: nam cum Philisthini inuiissent bellum contra Israelitas, faciẽtibus eis sacrificiũ, intonuit Dominus fragore magno super Philistheos, & exterruit eos, & cęsi sunt à filijs Israel, vt patet supra cap. 7. Sic etiam factum est tempore Elisei, cũ Syri circundedissent Samariam, & esset magna fames, Deus immisit sonitum super castra Syrorum per noctem, & fugerunt Syri, relictis tentorijs armis, & equis, & omnibus, quæ habebant, nudi fugientes, & aliqui conati secum adducere de vasis aureis, vel argenteis, ne grauerẽtur postea in itinere dimittebãt, vt patet infra 4. lib. c. 7. s. Siquidem Dominus sonitum audiri fecerat in castris Syriæ curruũ, & equorum, & exercitus plurimi, dixeruntq; ad inuicẽ: Ecce mercede conduxit aduersum nos rex Israel reges Hetheorum, & Aegyptiorũ, & venerunt super nos: surrexerunt ergo, & fugerunt in tenebris &c. Aliter etiam fieri poterat, scilicet, ꝙ Deus turbaret ipsos Philisthinos inter se, vt in alterutrum non se cognoscerent, sed putarent se esse hostes, & inuicem confligerent, atq; morerentur: Dauid aũt poterat superuenire, & occidere multos de eis, atque prædam diripere. Sic factum est tempore Gedeonis, quando pugnauit contra Madianitas: nã ipsi se primo mutuo occiderunt, putantes se esse hostes, & postea Gedeon superuenit illis, vt patet Iudi. c. 7. Poterant. n. Philisthini seipsos occidere, Dauid nihil agente, sed aspiciente: sic factum est tempore Iosaphat regis Iuda conuenientibus contra eũ Ammonitis, Moabitis, & Idumęis. Nã ipsi diuisi in duas partes se mutuo occiderunt, putantes se esse hostes, ita, vt nullus maneret. De hoc 2. Paralip. c. 20. Poterat etiam sine pugna Deus occidere hic Philistheos, & ꝙ Dauid caperet prædam, sicut factũ est de exercitu Sennacherib: nam Angelus Domini occidit per noctem. 185. millia virorum in castris Sennacherib, vt patet infra 4. lib. cap. 19. Aliter etiã poterat Deus tollere obsidionem Ceilanorum, non veniente Dauid in adiutorium eorum, scilicet, ꝙ faceret venire aliquem nuncium dicentem esse aliquod magnum bellum subitaneum in terra ipsorum, & cogerẽtur relinquere vrbem, quã obsidebant, vt succurrerent malis domesticis: sic factum est de Sennacherib, cũ vellet obsidere Ierusalem: nã Deus dixit: Ecce ego immittam ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam. Et post hoc dicitur, ꝙ audiuit de Tharaca rege Ethiopum, ꝙ veniebat ad pugnam contra eum, & tunc impeditus est ire in Ierusalem infra 4. lib. c. 19. sic ẽt factum est d. Saule, cùm perse queretur Dauid in deserto Ziph; & cum iam Dauid desperaret posse euadere, venit nuncius ad Saulem, dicens: Festina, & veni, quoniam infuderunt se Philisthini super terram: & tunc recessit Saul, desistens persequi Dauid, vt occurreret Philisthinis, vt patet infra in litera. Multi alij modi sunt, quibus Deus poterat tradere Philisthinos in manus Dauid: quia sicut sapiẽtiæ eius, ita & potentię illius non est numerus. *Abijt ergo Dauid, & viri eius in Ceilam.* s. postquam omnes certificati fuerunt de victoria per diuinum

A responsum, nullus recusauit quin irent in Ceilam. *Et pugnauit aduersum Philisthæos.* s. præualendo contra eos, & cogendo illos deserere obsidionem vrbis: & tũc verisimile est, quòd Ceilani egressi fuerint in adiutorium Dauid contra Philisthęos. *Et abegit iumenta eorum.* i. remouit, scilicet tulit ab eis prædã, quã portabant: nam acceperant Philisthini iumenta, & omnia, quæ erant in agris in vrbe Ceilæ, & in alijs locis propinquis. Nam supra dicitur, quòd diripiebant areas, idest segetes, quæ erant in areis, & etiam omnia, quæ erant in campis: Dauid autem abstulit eis omnem prædam. Et dicitur abegisse. i. remouisse: propriè enim abigere pertinet ad pecora, cum aliquis, facto impetu in pecoribus, vel per aliquod aliud ar-

B tificium cogit ea dispergi. Et inde vocatur crimen abigeatus: & vocantur abigei illi, qui sic pecora dispergunt, ut alij furentur illa. Accipitur tamẽ interdum generaliter pro expellere, vel remouere, & sic accipitur Gen. c. 15. cum dicitur, ꝙ Abraham sedebat apud diuisiones pecorum, descenderuntq; volucres super cadauera, & Abraham abigebat eas. Aliquando etiam ad homines pertinet, s. ꝙ ille dr̃ abigere illos, quos de aliquo loco abijcit: sic ait Terentius in Eunucho de quodã petente fundam, vt alios procul abigeret. *Et percussit eos plaga magna.* s. occidit multos de Philisthęis: nam Deus dixerat, quòd traderet eos in manus illius, qđ significabat habere super eos perfectam potestatem ad occidẽdũ multos.

C *Et saluauit Dauid habitatores Ceilæ*, scilicet liberando eos ab obsidione, & liberando prædam, quã abstulerãt ab eis, scilicet ea, quæ erãt in areis, & iumenta, quanquam Nicolaus dicit, ꝙ ista iumenta non erant Ceilanorum, sed Philisthinorum, & adduxerant illa de terra sua ad portandum in eis blada, & alia bona, quæ possidebant Ceilani. Et hoc satis verisimile est, quia illi erant tanquam certi de victoria, eo ꝙ Ceilani erant pauci, & in extremitate Israel, ideo anteq̃ aliquis veniret ad subueniẽdum eis, putabãt, ꝙ possent diripere bona illorũ, & eos vinctos deducere in terram Philisthijm. Et hoc modo non solum Dauid accepit prædam, quam Philisthini collegerant de Ceila, sed ẽt accepit bona, quæ ipsi attulerant de ter- Liberauit Dauid Ceilanos.

D ra sua. Et hoc põt haberi ex litera, quæ dicit. Et abegit iumẽta eorũ. i. iumẽta Philisthinorũ, quæ attulerant de terra sua. Vel potest dici in sesu ꝓcedẽti. s. iumenta eorum, idest, quæ ipsi prædati fuerant, & iam erant sua iure belli. *Porro eo tempore, quo fugiebat Abiathar filius Achimelech.* Hic ponitur quoddam incidentale. s. de Abiathar quomodo tulit secum Ephod, qñ descendit ad Dauid. Et dicitur eo tempore, quo fugiebat, scilicet tunc quando occisi sunt Sacerdotes, quia de medio eorum existẽtium coram rege fugit Abiathar ad Dauid, vel de vrbe Nobe, sicut dictum fuit præcedenti c. *Ad Dauid in Ceilam.* i. Dauid erat in vrbem Ceilam, quando venit ad eum Abiathar, & iam pugnauerat contra Philisthinos. *Ephod secum ha-*

E *bens descenderat.* i. qñ descẽdit, habebat secum Ephod.

Ephod, quo indutus erat Abiathar, quando fugit in Ceilam, quod esset. Quæstio VIIII.

QVAERET aliquis, qđ Ephod erat istud. Aliquis dicet, ꝙ erat de illis, quibus induebantur sacerdotes, scilicet Ephod lineum: nam Abiathar fugit quando occidebantur alij sacerdotes, & omnes alij erant induti Ephod lineo, vt patet præcedenti cap. scilicet: trucidauit in die illa 85. viros vestitos Ephod lineo. Abiathar ergo, cùm esset sacerdos, indutus erat Ephod lineo, sicut cæteri, & quando fugit, duxit secũ istud Ephod. Sed dicendum est, ꝙ nõ erat

Ephod duplex.

erat Ephod lineum, sed Ephod factum de multis coloribus filorum habens lapides præciosos, & catenulas aureas, de cuius fabricatura patet Exo. c. 28. Apparet autem, ꝙ istud esset Ephod sacerdotale, qa alia Ephod, quę erant linea, nũquã vocatur Ephod absolutè, sed cum determinatione: scilicet Ephod lineum. Istud autem, quod tulit Abiathar, vocatur Ephod absolutè: ergo erat Ephod summi sacerdotis. Item patet, quia hic dicitur de isto Ephod, tanq̃ de aliquo magno proficienti ad multa: Ephod tamẽ lineum erat aliquid commune, & non sacrum, quo sacerdotes poterant vti tam in sanctuario, q̃ extra sanctuarium, vt declaratum est præcedenti cap. & non solum sacerdotes poterãt vti isto Ephod lineo, sed etiam Leuitæ: nam Samuel, qui erat Leuita, indutus erat Ephod lineo, vt patet supra cap. 2. ergo non erat istud Ephod lineum. Item hic dicitur de isto Ephod, quia postea cõsuluit Dauid Dominũ illo præsente, sed Ephod, in quo consulebatur Deus, erat sacrum habens lapides præciosos, vt patet Exo. cap. 28. ergo erat istud Ephod sacrum, & non lineũ.

Cur ponitur hic De Ephod. *Quæst. X.*

QVAERET aliquis, ad quid introducitur hic de portatione Ephod, quod non videtur agere ad propositum de pugna Dauid. Respondendum est, ꝙ istud ponitur ad respondendum tacitæ quæstioni: quia aliquis diceret quomodo Dauid poterat consulere Dominum, & per quẽ consulebat, & cum quo: hic autem respondetur, ꝙ consulebat Dominum per Abiathar sacerdotem, qui erat summus sacerdos, cùm pater eius mortuus fuisset, qui erat summus sacerdos, & non relinquebatur alius, qui posset succedere immediatius, quàm Abiathar, ergo per eum poterat cõsulere Dominũ, & ob hoc dicitur in litera: Abiathar filius Achimelech, ad significandum, ꝙ ex hoc, ꝙ erat filius illius, assecutus fuerat summum sacerdotium. Cõsulebat autem iste Dñm, indutus Ephod: ideo dicitur, quòd Ephod habens descenderat, i. ꝙ quando descendebat, habebat Ephod. In Hebręo habetur. *Ephod descendit in manu sua*. Sed ad eundem sensum redit. Proprior autem modus loquendi est dicere, quòd descendit habens Ephod secum, quàm quòd Ephod descẽdit in manu sua, quia iste actus, qui est descendere, nõ bene prædicatur de Ephod: ideo litera nostra secuta est Latini sermonis proprietatem, omissa Hebraica Barbarie. Sed adhuc dicet aliquis ꝙ istud non sufficit, quia Ephod non erat ad consulendum Dominum, sed rationale, in quo erat doctrina, & veritas, & præsente illo, fiebant responsiones, vt patet Exo. cap. 28. f. Pones autem in rationali iudicij doctrinã, & veritatẽ, q̃ erunt in pectore Aaron, quãdo ingredietur coram Domino, & gestabit iudicia filiorum Israel in pectore suo in conspectu Domini: Ephod autem erat vestis distincta à rationali, ergo nihil ptinebat Ephod ad consulendum Dominum. Respõdendum est, ꝙ Ephod erat quædam vestis curta, quę protegebat scapulas vsque ad cingulum, & partem etiam anteriorem vsque ad cingulum, & non habebat manicas, sed ligabatur condillis sub vtroq; brachiorum vsque ad cingulũ, sicut in diploidibus sunt condilli in parte anteriori pectoris. Ista autem vestis habebat duos lapides præciosos. f. onychinos super duos humeros sacerdotis, in quorum quolibet erãt scripta sex nomina tribuum Israel, habebat etiam istud Ephod foramen patens in parte anteriori pectoris, & erat quadratum ad mensuram palmi: rationale verò erat vnus pannus quadratus vnius pal-

Forma vnius Ephod.

A mi tam in longitudine, quã in latitudine, & habebat in se duodecim lapides præciosos in quatuor ordinibus, ita vt quasi totus eẽt coopertus lapidibus: iste aũt pannus ponebat in foramine quadrato Ephod, in pectore sacerdotis, quod foramen erat iuxta mensuram rationalis, & ligabatur rationale cum Ephod vitta hyacinthina, & catenulis aureis, ac annulis: ita vt nullo modo rationale, & superhumerale separari possent, vt patet Exo. cap. 28. Immo iubetur ibi, quòd vitta hyacintina ita esset fabrefacta, i. subtiliter, vel artificiosè, ꝙ videretur esse eadem vestis: iõ hoc modo quicunque tolleret Ephod, tolleret secũ rationale, vel è contrario, eo quòd illa ab inuicẽ nũquam separabantur: & quia Ephod erat maius, quã

Ephod & rationale nunquam separabantur.

B rationale, vocabatur tota illa vestis Ephod, iõ dicitur hic, ꝙ portauit secum Abiathar Ephod. i. rationale, & Ephod, quæ simul erant. Quanquam quantum ad id, de quo agitur, magis attinebat rationale, quàm Ephod. Ex hoc autem apparet verisimilius, ꝙ Abiathar non stabat cum illis 85. Sacerdotibus, qui occisi sunt coram Saule à Doeg, quia si ibi fuisset, nõ iuisset in Nobe: sed verisimile est fuisse eum in Nobe, & quando Saul misit ad destruendum vrbẽ, ipse fugit inde, nam si fuisset coram Saule, & fugisset à facie eius, non venisset ad aliquem locũ, vt aliquid ferret secum, sed potius curaret vitam saluare, fugiens illico ad Dauid, & nõ potuisset portare secũ Ephod, portauit tamen illud, vt patet hic: ergo non erat cũ

C illis, sed in Nobe, quando fugere cepit. Ratio patet, quia si fuisset cum alijs sacerdotibus corã Saule, non habuisset ibi Ephod, quia de vestibus sacris nullã attulerant sacerdotes secum ad Saulem, cum non liceret eas educi de sanctuario, sed solũ tulerũt Ephod linea, quia omnes erãt induti lineis Ephod, vt patet præcedenti cap. Ephod autem Pontificale cum alijs sacris vestibus custodiebatur in loco sanctuarij abscondito, vt patet Ezechie. 44. c. f. Cunque egredientur sacerdotes atrium exterius ad populum, exuent se vestimentis suis, in quibus ministrauerant: & reponent in gazophylacio sanctuarij, & vestient se vestimentis alijs. Abiathar ergo non iuit cum alijs sacerdotibus coram Saule, sed mãsit in vrbe Nobe, & forte ad ministrandum, sicut dictum est præcedẽti c. ꝙ

D necesse erat manere aliquos sacerdotes ad ministrandum in sanctuario, alijs euntibus ad regem, qui cum vidisset, quòd vrbs vastari incipiebat, arripiens Ephod fugit.

Quare Abiathar potius duxit secum Ephod, quàm aliam vestem. *Quæst. XI.*

QVAERET aliquis, quare Abiathar potius duxit secum Ephod, quàm aliquid aliud: nam nullam vestem sacerdotalem duxit. Respondendum est, ꝙ aliqui volunt, ꝙ duxerit à casu, scilicet, quòd non intendebat Abiathar ducere secum

E Ephod, sed cum ipse vellet accipere quædam, accidit, quòd inter ea venisset Ephod ipso non vidente: postea autem cognouit. Ista est positio Ra. Dauid Kimhi, & videtur haberi ex litera Hebraica, quæ dicit Ephod descendit in manu sua: & nõ dicitur portauit Ephod. q. d. ipse nesciebat, ꝙ portabat Ephod, sed accidit, quòd inter alia veniret. Et sic dicitur, ꝙ descendit Ephod q. d. ꝙ sine præcogitatione Abiathar descendit. Sed hoc non stat propter duo: primò, quia oportebat ad hoc, quòd Abiathar portaret secum aliquas res magnas, vt pannorum inuolucra, vel arcas, in quibus, quanquam non crederet se ducere Ephod, accidit, ꝙ duceret. Sed hoc falsum est: quia Abiathar velociter fugit, vt vitam saluaret, ideo

ideo non poterat expectare ad ferendũ sarcinas magnas in iumentis, vel alias: ita vt lento gradu procederet: sed portauit secum aliquid valde paruum, qđ leuiter, & quasi sine onere ferre posset in via. Inter talia autem nõ poterat latere Ephod, quod erat dimidia vestis habens multos lapides præciosos. Secũdò nõ stat ista positio, qa istud potuisset stare, si Ephod esset custoditũ in domo Achimelech, vel Abiathar, & tũc inter aliquas alias res, quas haberet Abiathar, & vellet secum portare, posset latere Ephod in aliqua domo sacerdotali, sed erat in Gazophylacio sãctuarij, quod erat in loco sacro, ad quod non accedebant, nisi soli sacerdotes, vt patet Ezech. cap. 44. ergo ad hoc, quòd Abiathar ferret secum Ephod necesse erat, ꝙ introiret in Gazophylacio, vbi illud erat: & iam inde non posset illud ducere à casu, sed ab intentione, quia sciebat illud ibi esse. Dicendum igitur, ꝙ Abiathar duxit secũ Ephod specialiter ꝑꝑ multa. Primò, vt ex hoc significaret ipsum esse summum sacerdotem: nam mortuo Achimelech patre Abiathar, succedebat ipse in summo sacerdotio, cũ nullus esset maior inter filios eius, quia omnes mortui erant: vestes autẽ pontificales pertinebant ad solum summum sacerdotem, qui debebat consecrari in eis, & vti illis, vt patet Exo. cap. 28. & Leui. 8. Abiathar ergo tulisset secum omnes vestes sacerdotales, si potuisset, quia tamen velociter fugiebat, non poterat ferre, quia esset magna sarcina: tulit igitur eam, quæ erat præcipua inter põtificales vestes. s. Ephod, & ista erat ꝑciosior alijs propter lapides præciosos, quos habebat, vt patet Exo. c. 28. & in nulla alia veste erat, vt patet ibidem. Alia causa, & præcipua erat, quia Abiathar fugiebat de vrbe sua propter mortis periculum, & cum iam moraturus esset in terra aliena profugus semper cauẽs, ne eum Saul per insidias caperet, imminebant ei magna pericula: & quia ad hæc magna prudentia non sufficit, voluit habere diuinum consilium: habebant autem summi sacerdotes responsum Dei in omnibus, quæ petebant præsente Ephod, ideo vt ipse posset consulere Deum in omnibus periculis suis, portauit Ephod: nihil enim sibi vtilius esse poterat in omnibus, quæ erant in vrbe Nobe: & sic non curauit aliud secum ducere, nisi Ephod. Alia causa fuit propter Dauid. Cum. n. elegit Abiathar fugere de vrbe Nobe, disposuit venire ad Dauid: & quia Dauid erat in quotidianis periculis, sicut Abiathar, eo quòd Saul insidiabatur, vt caperet eum, erat valde conueniens Dauid, vt haberet in quo consuleret Dominum; sed hoc non poterat esse, nisi habendo Ephod, ideo Abiathar curauit potius secum ducere Ephod, quàm aliquid aliud.

An licuit Abiathar educere Ephod de templo. Quæstio XII.

QVAERETVR vlterius, an licuit Abiathar educere Ephod de sanctuario ad portandum secum. Aliquis dicet, ꝙ sic, quia licuit alijs sacerdotibus portare Ephod extra sanctuarium cum omnes induti essent Ephod lineis coram rege, vt patet præcedenti c. Sed hoc non stat, quia illa Ephod, quibus sacerdotes induti erant, erãt linea, & nõ erãt sacra, cum liceret Leuitis indui illis, vt patet de Samuele, qui erat Leuita supra cap. 2. Ephod tñ, quod portabat Abiathar non erat lineum, sed sacrum. s. vestis præciosissima inter omnes vestes pontificales, ergo non licebat illud educi de sanctuario. Sic patet Ezech. cap. 44. vbi iubetur, ꝙ sacerdotes exuantur vestibus sacris in Gazophylacio, & non exeant ad atrium exterius, vbi est populus induti: illis ergo mi-

A nus licebit educi aliquam de vestibus sacerdotalib⁹ extra sanctuarium, cum non liceat educi ad atrium, quod est quædam pars sanctuarij. Dicendum ergo, quòd regulariter non licebat alicui educere Ephod sacrum de sanctuario: nunc tamen licuit Abiathar, eo quòd illud inde educebat tanquam volens illud saluare: nam iusserat rex, quòd omnes occiderẽtur, qui erant in vrbe Nobe, & deleretur vrbs. Putauit ergo Abiathar, ꝙ diriperentur omnia, quæ erant in sanctuario quare voluit liberare aliqua eorum inde, & si potuisset omnia secum ferre, licitè tulisset. Item licet nõ posset aliquis educere vestes sacras de loco suo, manente sanctuario in eodem loco: cum tamẽ ducebatur de loco ad locum, portabantur res sacræ extra sanctuarium: nam quando per desertũ Israelitæ castrametabantur, omnes res sacræ erant intra sanctuarium. Cum vero mouebantur castra quælibet res sacra per se portabatur, vt arca per se, & candelabrum ꝑ se, & sic de ceteris: educebanturq; omnia de sanctuario, vt patet Num. cap. 4. sic etiam in terra Israel, quando mouebatur sanctuarium de loco ad locum omnes res sacræ educebantur de sanctuario, sicut cũ portabatur arca ꝑ se, vt patet infra 2. lib. c. 6. & hoc non erat illicitum, quia erat necessarium: sic etiam fuit in Abiathar: nam cũ tota vrbs deleretur, mouendum erat sanctuarium de loco illo, & omnes res sacræ ducendæ essent ꝑ Leuitas: magis ergo licebat eas duci per Abiathar, qui erat summus sacerdos: licuit ergo illi educere Ephod de sanctuario. *Nunciatum est ergo Sauli.* Hic ponitur secundũ huius cap. in quo obsidio cõtra Dauid, & viros suos in vrbe Ceila disponitur: nam audiuit Saul ibi esse Dauid, & disponebat illum obsidere irruendo subito super ipsum. *Quòd venisset Dauid in Ceilam.* Istud fuit nunciatum aliquot diebus, postquam liberauit Dauid vrbem illam de manu Philisthinorum: quod patet, quia Abiathar sacerdos fugit ad Dauid, quando erat in Ceila, vt patet supra in litera. Sed Abiathar erat iam cum Dauid, quando Saul conatus est venire in Ceilam, vt patet hic: cum per eum consuluerit Dominum: ergo aliquot dies transierant à tẽpore, quo Dauid venit in Ceilam vsquequo nunciatum est Sauli: isti autem, qui nunciauerunt fortè fuerunt aliqui de seruis Saulis, qui diligenter inquirebãt vbi esset Dauid, vt nunciarent Sauli, quia ipse conquestus fuerat de omnibus, ꝙ omnes serui sui coniurauerant cum Dauid, & quòd nullus volebat ei annunciare de illo, vt patet præcedenti cap. *Et ait Saul: tradidit eum Deus in manus meas.* Ecce enim quantum excæcauerat Saulem malicia: nam cum esset in manifestissimo crimine, quia persequeretur Dauid, putabat, quòd Deus faueret ei contra Dauid. s. tradendo illum in manus eius: ista tamen est conditio omnis maliciæ, vt faciat hominem errare circa particularia iudicabilia, vt patet 6. Ethico. ita vt licet valde malus sit, malicia faciat ei apparere bonum, qđ agit. Dicitur autem Deus tradere aliquem in manus alterius, quandocunque ipse cogit aliquem incidere in potestatem alterius, vt ab eo puniatur: & sic putabat Saul, quòd propter peccata Dauid iam Deus cõcluserat ipsum in manus eius. Sic etiã dicitur Exod. cap. 21. quòd Deus tradit aliquẽ in manus alterius. s. quando aliquis non insidians, nec intendens occidere aliquem, occidit, quia tũc Deus procurauit, vt illud fieret. s. vt pateretur ille, qui passus est ꝑpter delicta sua, & alius, quia casu eum occidit ignoranter, & inuoluntariè factus est minister diuinæ iustitiæ. *Conclususque est, & ingressus in vrbem, in qua portæ, & seræ sunt.* Pro hoc iudicabat Saul, ꝙ Deus tradiderat Dauid in manus eius. s. quia erat inclusus in vrbe. q. d. ꝙ ante

Maliciæ effectus.

B

C

D

E

ante hoc Dauid ambulabat in mõtibus,& licet Saul persequeretur eum,habebat locum fugiendi, vel se abscondẽdi:nunc aũt,qa erat intra vrbẽ,in qua erãt portę,& serę,non posset exire Dauid, quãdo vellet. Hoc autem dicebat Saul, quia intendebat secretè iubere Ceilanis,vt clauderet portas, & non permitterent exire Dauid.tunc autẽ ipse irrueret subito in vrbem, & traderent ei Dauid. Dicitur autẽ conclusus in vrbe,quia ex omni parte clausus est.s.quia nõ habet locum fugiendi,cum vndique murus, & portæ sint. Dicitur ingressus i.ꝙ intrauerit in vrbem,& ex hoc conclusus est. Dixit autem,in qua portæ,& serę sunt,ad differentiã viculorum, vel rurum in quibus non sunt portæ, nec seræ, & ita liberum erat Dauid inde fugere,sicut esset in agro:Ceila aũt erat vrbs, iõ habebat portas, & seras, maximè quia cum ista esset apud terram hostilem.s. Philisthinorũ,erat bene vallata. *Et pręcepit Saul omni populo*.i.vocauit Saul omnẽ populum Israel,vt congregarentur ad ipsum. In hebręo habetur. *Vocauit, vel clamauit Saul populum ad se*. Sed idem est:dicitur autem,ꝙ præcepit omni populo.i.multis:quia non est verisimile,quòd totus populus Israel vocaret ad veniendũ in pugnã contra Dauid:quia hoc erat valde superfluum, cũ Dauid haberet paucos viros secum.s.sexcẽtos solum. Etiã, quia hoc erat contra intentionem Saulis: ipse.n.volebat subito irruere super Dauid priusquã fugeret de Ceila: si tamen deberet vocare totum populum ad pugnandum contra Dauid, moraretur aliquot diebus expectando populũ, & interim fugeret Dauid. Etiã quia si totus Israel vocaretur,non poterat fieri secretè quin perueniret ad Dauid fama ista, & tunc nihil proficeret conatus Saulis. Dicendum ergo,ꝙ Saul accepit secum multos viros, qui more scripturę vocantur totus populus,sed isti nõ essent vltra duo millia,vel tria millia virorum:vt cõiter.n. qñ Saul persequebatur Dauid, ferebat secum tria millia virorũ, vt patet sequenti c.& infra 26. *Vt ad pugnam descenderet in Ceilam*.i.ad pugnandum ibi contra Dauid. Putauit enim Saul, ꝙ Dauid non circũspiceret quousq; iam inclusus esset à Ceilanis,& ciuitas tota cingeretur obsidione: tũc verò putabat Saul, ꝙ Dauid vellet se defendere intra vrbem, & quia erat vir pugnator, volebat Saul congregare multos contra eum. *Vt obsideret Dauid, & viros eius*.s. quia putabat Saul, ꝙ Dauid,& viri sui non fugissent de vrbe quousq; obsiderentur, quia ista obsidio esset eis incognita: Saul tamen non potuit hoc agere secretè:ideo sciuit hoc Dauid,& exiuit de vrbe prius q̃ Ceilani eum includerent. *Quod cum rescisset Dauid*. Hic ponitur tertiũ huius cap. in quo Dauid diuina reuelatione à disposita obsidione eripitur. *Quia pręspararet Saul ei clam malum*, idest cognouit Dauid,ꝙ Saul per insidias disponeret eum capere.s.iubendo, ꝙ clauderetur intra vrbem, & deinde,ꝙ cingeretur obsidione ipsa vrbs. Hoc autem fortè audiuit ab aliquo de Ceilanis, quia Saul miserat nuncios secretè ad Ceilanos, vt clausa vrbe non permitterent egredi Dauid: & quia diligebant eum Ceilani,cum eos eruisset de manu Philisthinorum,aliquis eorum reuelauit Dauid, & tunc consulto Domino fugit. Nicolaus dicit, ꝙ hoc sciuit Dauid per exploratores suos, quia cum esset in continuo periculo semper cauebat sibi, & habebat dispositos aliquos exploratores, q possent ei renũciare de Saule. Et hoc etiam verisimile est. *Dixit ad Abiathar sacerdotem*.s.sacerdotem magnum. Hic recurrit Dauid ad diuinum consiliũ:quia audierat, ꝙ Saul quæreret ei malum occultè, & nesciebat an verum esset,& si expectaret vsquequo sciret via humana, fortè irrueret prius super eum Saul, quàm ipse cogno-

Dauid quomodo sciuit obsidionẽ,quã disponebat Saul per Ceilanos.

F sceret: & tunc non esset locus effugiendi: voluit ergo scire hoc per diuinam consultationẽ, vt haberet tempus ad prouidendũ sibi. *Applica Ephod*.i.indue te Ephod. Istud dixit Dauid,quia quandocũque sacerdos magnus indueretur Ephod.s.rõnale cũ Ephod, & consuleret Dñm de aliquo dubio, vel alius præsente eo consuleret: Deus illico rñdebat: & ad hoc datum fuerat Ephod, vt per illud iudicarentur omnia dubia,ideo vocabatur rationale iudicij, quia per illud iudicabatur: sic patet Exo.cap.28.s.pones in rationali iudicij doctrinã,& veritatẽ, quæ erunt in pectore Aaron, quãdo ingredietur corã dño, & gestabit iudicia filiorum Israel in pectore suo. Deus autẽ respondebat præsente Ephod,non quidem, ꝙ esset
G aliqua virtus in Ephod, ꝑꝑ quam Deus induceretur ad respondendum de dubijs quæsitis,quia Deus non est virtus materialis, quæ inducatur per aliquid ad agendum,sed est virtus purè libera agens qđ vult, & quando vult. Respõdebat tñ præsente Ephod,& nõ sine illo:quia ipse instituerat istum modum respondendi.In rõnali tamẽ,vel Ephod non erat maior virtus,q̃ in lapidibus,vel lignis syluarum. Idem autẽ est in omnibus formis sacramentorũ, quæ consistunt in verbis, quia in sacramentis aliquid realiter efficitur,s.ꝙ gratia confertur: verba tamen secundum se nullã habent efficaciam: sic.n.apparet in verbis consecrationis: nam illis prolatis,immediatè est ibi corpus Christi in hostia, quod ante non erat, ad hoc tñ
H non habent efficaciam aliquam verba illa, quæ ꝓferũtur, plusquã vnus lapis, vel lignũ: quia aliàs si in se verba haberent efficaciã,necesse erat,ꝙ omni tpe,& à quocunq; illa proferrentur haberent eandem efficaciam. Sed falsum est, quia si aliquis ea ꝓferat, qui nõ sit sacerdos,nihil efficit: vel si ꝓferat ea sacerdos non habens intentionem consecrandi. Nulla est ergo efficacia in his verbis,sed solus Deus est, q consecrat, quia tñ ipse instituit,ꝙ p ista verba fieret consecratio,& non aliàs, quandocunq; prolata fuerint à sacerdote cum intentione consecrandi, necesse est, ꝙ aliquid fiat:& si ista non proferantur,nunq̃ fiet cõsecratio. Ita ergo erat de Ephod. s. ꝙ nullã hẽbat virtutem ad hoc,ꝙ fieret rñsio in dubijs plusquã ligna,
I vel lapides: tamen illo præsente Deus volebat rñdere:& sine illo nunquam respondebat.s. si consuleretur à sacerdotibus: hoc aũt solum erat, quia sic ipse instituerat. *Et ait Dauid*.s.locutus fuit verba qõnis, q̃ sequuntur. In hoc aũt apparet, ꝙ non proponebat sacerdos qõnem, sed Dauid,pro quo consulebatur, quia in oĩbus vicibus,quibus Abiathar cõsuluit Dominũ pro Dauid, dicit litera, ꝙ loquebatur Dauid: sic apparet hic,& infra c.30. Posset tamen dici,ꝙ ista dixit Dauid nõ quidem per se, sed per Abiathar: sed quia ille dicebat pro Dauid, dicebatur Dauid ista dicere: qa ille dr̃ aliquid agere, cuius noĩe illud fit. Et hoc tenet Nicolaus. s. ꝙ loqueretur Abiathar: magis tñ consonat literæ, ꝙ loqueretur Dauid: nimis
K enim esset educere literã à sensu suo,si sic exponeremus:iste tñ extorsiones sententiarũ fieri nunquã debent sine necessitate.s. qñ aliter exponẽdo litera nõ staret in veritate: vel sequeretur aliquod inconueniens: hic tamen nihil horum est, quia proferre verba quæstionis non erat officium sacerdotale, ita ꝙ nulli conuenire posset,nisi ipsi: ideo quòd laicus formaret verba quæstionis,vel sacerdos,non erat incõueniens. *Domine Deus Israel*. Loquebatur Dauid ad Deum tanq̃ esset præsens: & verũ est, ꝙ p̃sens erat, quia nulli loco abest, cum sit infinitus: ibi tamẽ specialiori modo erat propter præsentiã Ephod, quod erat sacrum, & Deus illo præsente, respondebat. *Audiuit famam seruus tuus*, scilicet ego, qui sum seruus tuus

In formis Sacramentorũ quæ virtus insit.

tuus, audiui famam de Saule. ſ. per Ceilanos, qui nũciauerũt ei, ꝙ vellet illùc venire Saul: vel per exploratores ſuos, qui ſemper inquirebant, quid Saul ageret contra Dauid, vt ait Nicolaus. *Quod diſponat Saul venire in Ceilam.* ſ. ꝙ congregat populum ad veniẽdũ in Ceilam contra me, vt etiam vrbem deſtruat, quia erat ibi Dauid. *Vt euertat vrbem propter me.* i. venit ad capiendum me, & ad ſubuertendũ vrbem: non. n. erat principale, quod intendebat Saul ſubuertere vrbẽ, ſed capere Dauid, quia tamen ſi ibi maneret Dauid, pugnaret Saul contra vrbem ad deſtruendum eam, donec caperet Dauid. Vel fortè intelligebat Dauid, ꝙ nõ ſolũ deſtrueret Saul vrbẽ, ſi maneret ibi Dauid, ſed etiam ſi inde fugeret, quia Ceilani receperant eũ in vrbe: hoc autem veriſimile erat, quia Saul deleuerat vrbem Nobe, quia ibi fuit Dauid cum Achimelech, quando dedit ei panes, & gladium, nihil merebantur mali viri vrbis, quia hoc non cognouerant: à fortiori ergo videtur, ꝙ vellet Saul delere vrbem Ceilæ propter Dauid, eo ꝙ omnes viri Ceilę publicè receperant Dauid, & habebant eum apud ſe.

Quomodo Saul, poſtquam fugit Dauid, non deleuit vrbem Ceilam. Quæſt. XIII.

QVAERET aliquis, cũ poſtea fugerit Dauid de Ceila, cur Saul non deleuit vrbem Ceilæ: ipſe enim perſequebatur vſq; ad mortẽ omnes fautores Dauid: nam ſacerdotes, qui nihil fauerãt ei, qa putauit Saul, ꝙ fauiſſent illi, occiſi ſunt, & vrbs eorum deleta eſt, vt patet præcedenti ca. hic autem magis apparebat fauor, cùm Ceilani haberẽt publicè apud ſe Dauid. Reſpondendum eſt, ꝙ Saul non occidit aliquem de Ceilanis, nec euertit vrbem eorum ſicut Nobe, quanquam ibi fuit Dauid ꝑpter multa. Primum fuit quia non putauit Ceilanos fauere Dauid contra eum, nec recepiſſe illũ, vt defenderent contra Saulem, ſed ſuſceperunt ꝑpter neceſſitatem. ſ. quia Philiſthini inuadebãt vrbem eorum, & deleturi erant eam: nõ habuerunt autem aliquẽ, ad quem confugere poſſent pro tunc, niſi ad Dauid: ille autem eripuit eos de manu Philiſthinorum, & tunc introiuit in vrbem: non ergo fecerunt aliquid irrationabile permittendo ingreſſum in vrbem ei, q vrbem liberauerat de manu hoſtium: nec ex hoc p̄ſumebantur coniuraſſe cum illo, præſumerentur autem, ſi ſuſcepiſſent eum in vrbe non præcedente aliqua cauſa: contra viros autẽ Nobe præſumpſit Saul ꝙ coniuraſſent cum Dauid, eo quòd fuit ibi quãdo fugit à facie eius, & datus eſt ei gladius, & panes: occidit ergo viros Nobe, & nõ Ceilanos. Secũda ratio erat, qa placebat Sauli, quòd introiret Dauid in Ceilam, eo quòd ibi poſſet eum capere, & non in agro, vt dixit ſupra. ſ. tradidit eum Deus in manus meas, concluſuſque eſt in vrbem, in qua portę, & ſeræ sũt. Cum igitur Ceilani cooperarentur voluntati Saulis. ſ. vt ibi poſſet capere Dauid, noluit eis aliquid mali agere, quin potius tribuiſſet eis, ſi accipiẽtes Dauid in vrbem per inſidias tradidiſſent illum ei. Tertia ratio fuit, quia Deus non permiſit, ꝙ perirent Ceilani: nam ſicut declaratum eſt præcedenti cap. licet cuilibet ſit liberum malum velle: nulli tamen eſt liberũ malum perficere, ſed tantam habet ad hoc poteſtatem, quantam Deus permittit: Deus autem non ꝑmittit aliqua mala pati, niſi in aliquo illa meruerit. Dato ergo ꝙ iraſceretur Saul cõtra Ceilanos, Deus conuerteret animum eius, vt non diffiniret vrbem eorum eſſe delendam, quia illi non meruerant. In vrbe autem Nobe ſecus fuit: quia Saul iratus fuit illis, putans, ꝙ coniuraſſent cum Dauid: Deus autem

A dedit locum furori eius, eo quòd viri Nobe merebantur illa mala pati aliunde. ſ. quia Deus poſuerat ſuper eos ſententiã maledictionis propter filios Heli, vt morerentur. Vt ergo executioni traderetur iuſtitia ſua, dedit locũ furori Saulis. In Ceilanis autem nihil tale erat à Deo propter aliqua peccata ipſorũ, ideo non permiſit ſuccendi iram Saulis contra eos. *Si tradent me viri Ceilę in manus eius.* i. ſi deſcenderit Saul in Ceilã, an viri Ceilę tradent me in manus eius, vel nunquid pugnabunt, vt defendãt me: hoc aũt dixit, quia audierat, ꝙ Saul miſiſſet ad Ceilanos, vt clauderẽt portas ad tenẽdũ ibi Dauid: qđ ſi facerent, ſatis putabat, ꝙ habita opportunitate, traderent eum in manus Saulis. *Et ſi deſcendet Saul, ſicut audiuit ſeruus tuus.*

B ideſt, ſi verum eſt id, quod audiuit, ſcilicet ꝙ deſcendere velit Saul huc. Nicolaus dicit, ꝙ iſta duo nõ fuerunt ſimul propoſita, quanquam hic ſimul ponuntur, ſed primo habuit reſponſum Dauid de vna, & deinde propoſuit aliam. Motiuum eius eſt, qa Deus non reſpondit ad iſtas duas ſimul, ſed ponitur rñſio ad vnam, deinde ponitur rñſio ad aliam, vt patet in litera: non tamẽ multum refert, an ſimul propoſuerit, vel non, nec ratio ſua eſt efficax, ſcilicet, quia non reſpondetur ſimul ad iſta duo: nam quanquam ipſe duo proponeret, Deus poterat reſpondere ad vtrunque, vel ad vnum tantum, vel ad neutrum: ſicut aliquando quæſitus per ſacerdotes in Ephod, nihil reſpondit: ſic patet de Saule infra cap. 28. nam conſu-

Opinio Nicolai.

C luit Dñm de bello, in quo ipſe poſtea mortuus eſt, & noluit ei reſpondere per ſacerdotes, nec per ſomnia, nec per prophetas. Hic igitur poſſet non reſpondere ad vtrunque quęſitum, ſed ad alterum tantũ, & quia nunquam recedendum eſt ab ordine literæ ſine neceſſitate, magis videtur, ꝙ iſta duo ſimul Dauid petierit, & ꝙ Deus ad vnum tm̃ reſponderit: ſi tamẽ voluerimus tenere cum Nicolao, ſatis ſtat. Ra. Dauid Kimhi dicit ſecundum ſapientes Hebræorum, quòd ex hoc habetur modus cõſulendi Dominum in Ephod, ſcilicet, ꝙ nũquam proponeretur ſimul, niſi vna qõ. ſi autem proponerentur duæ, Deus ſolũ reſpondebat ad vnam, vt patet hic, quia Deus noluit reſpondere Dauid, niſi ad vnam, & deinde reſpõ-

Ra. Dauid.

D dit ad aliam. Sed falſum eſt: quia aliquando Deus reſpõdebat ad duas quæſtiones ſimul, vt patet ſupra in litera, ſcilicet. num vadã, & percutiam Philiſthęos iſtos? & reſpõdit Deus: vade, & ꝑcuties Philiſthęos, & ſaluabis Ceilam. Patet etiam hoc infra c. 30. cùm dixit Dauid: Perſequar latrunculos hos, an non? & comprehendam eos? Dixit Dominus. perſequere: abſque dubio. n. comprehendes eos, & excuties prædam. Non ergo erat limitatus modus quærendi in Ephod, ſcilicet, an ponerẽt vna queſtio, vel multæ: ſed poterat quilibet ponere quòd voluiſſet: Deus autem reſpondebat ad quas volebat, vel ad omnes: hic autem non reſpondit ad duas ſimul, ſed ad vnam, iõ Dauid iterum poſuit quæſtionem, quam primo po-

E ſuerat. *Domine Deus Iſrael indica ſeruo tuo,* ideſt oro, vt declares veritatem harum duarum quæſtionũ mihi ſeruo tuo. *Et ait Dominus. deſcendet,* ideſt Dominus reſpondit: Saul deſcendet in Ceilam ad capiendũ te. Non eſt aũt intelligendũ iſtud verbũ Dei abſolutè, quia tunc falſum eſſet, cum ſaul non deſcenderit in Ceilã, vt patet infra: ſed intelligitur cũ ꝯditione, ſ. ſi hic manſeris, deſcendet. Poſtea autem ſciens Saul, ꝙ exiſſet Dauid de Ceila, diſſimulauit exire contra eum, ſcilicet fingens, ꝙ non habuiſſet intentionem eundi in Ceilam ad ipſum. hic enim reſpõdit Deus ad quæſtionem, quę in ordine prima erat, ſcilicet, an Saul deſcenderet in Ceilam, vel non: quanquam viri Ceilæ traderent eum in manus Saul, vel non.

Dixitque

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

Dixitque Dauid. Hic ponit iterum quæstionem, quã
iam posuerat, sed quia Deus non respõdit ad illam,
repetit eam. *Si tradent me viri Cei*lę, *& viros, qui mecum
sunt in manus Saul*. i. si descenderit huc Saul, nunquid
viri Ceilæ tradent me in manus eius? Hoc dicebat,
quia dato, ꝙ Saul vellet descendere in Ceilam, si Cei
lani adiuuare vellent Dauid contra Saulem nõ mul
tum timeret Dauid: si tamen Ceilani aperirent por
tas Sauli, vt ingrederetur ad Dauid, vel caperent Da
uid per insidias, & ponerent in manibus Saulis, erat
fugiendum Dauid inde. *Et dixit Dominus: tradent*. i. tra
dent te viri Ceilę in manus Saulis. Istud verbũ intel-
ligendum est conditionaliter, sicut supra dicebat, sci
licet, ꝙ si maneret Dauid in vrbe, viri Ceilæ traderẽt
eum Sauli, postea tñ non tradiderunt, quia Saul non
descendit, & Dauid nõ mãsit in Ceila, vt patet infra.

An peccarent viri Ceilæ tradendo Dauid, si veniret Saul.
Quæstio XIIII.

QVAERET aliquis, si viri Ceilæ traderẽt Dauid
in manus Saulis, veniente Saule ad vrbem, an
peccarent. Et videtur, ꝙ sic: sciebãt. n. ꝙ Saul
quæreret animã eius iniquè: ideo tenebantur eũ de-
fendere, alioquin rei erãt homicidij, quia manifesto
facinori non obuiabant, vt patet extra de homici.
c. sicut dignũ. Rñdendũ est, ꝙ Saul venturus erat in
Ceilam, si ibi maneret Dauid, & si viri Ceilæ nollent
tradere eũ in manus eius, pugnaret cõtra vrbẽ, & oc
cideret oẽs, atq; subuerteret vrbem: hoc aũt sciebãt
Ceilani: nam non fecerunt tm̃ pro Dauid viri Nobe,
& occidit eos, atq; deleuit vrbem: à fortiori ergo, si
ipsi resisterent Sauli nolentes tradere Dauid in ma-
nus eius, pugnaret contra eos, & perderet illos cũ vr
be sua. Dicendũ igitur, ꝙ Ceilani peccarent, si spon
te darent Dauid in manus Saulis, s. si ipsi desiderarẽt
tradere eum, vt complacerent Sauli; tunc. n. pecca-
bant in duobus. Primò, quia sciebant Dauid esse in-
nocentem, & tradebant eum ad iniustam mortem,
cuius ipsi erant tanq̃ principales auctores. Secundò
peccabant agentes contra naturam, quia reddebant
malũ pro bono, s. quia Dauid liberauerat eos à mor-
te de manu Philisthinorum, ipsi autẽ tradebant eũ
in mortem: si tñ Ceilani traderẽt Dauid, ne ipsi mo-
rerentur, non peccabant; quia non obligabãtur ipsi
mori, vt liberaretur Dauid, nec obligabantur mori
cum eo defendendo ipsum. Sciendum tamen, ꝙ nõ
poterant tradere licitè Ceilani Dauid in manus Sau
lis per omnem modum, q̃q̃ timerent mortem, si nõ
facerent: sed hoc erat, quod poterãt facere, s. ꝙ ipsi
coacti ne morerentur, aperirent portas vrbis, vt in-
troiret Saul ad capiendũ Dauid, si vellet. Hoc enim
licitè facerent Ceilani propter duo. Primò, qa ape-
riendo non videbantur agere, sed pati, & timor iu-
stissimus excusabat eos in hac parte. Secũdò, quia ip-
si tenebantur aperire portam vrbis Sauli, quandocũ
que veniret: quia erat Saul Dominus eorum: & se-
cundum legem Dominij subditi tenentur aperire
portas loci Dño suo, siue iratus, siue placatus vene-
rit: non poterant tamen Ceilani agere aliquid con-
tra hoc: nam dato, ꝙ Saul iussisset eis sub pœna mor
tis, & deletionis vrbis, ꝙ Dauid per insidias cape-
rent, vel aliàs, & traderent eum in manus eius, non
debebant hoc facere, quia in hoc præstarẽt causam
immediatam iniustę morti, cuius ipsi essent aucto-
res; potius tñ debebant ipsi iniustè ab aliquo mortẽ
pati, q̃ eam iniustè alicui infligere: etiam si Saul in-
quisiuisset pro Dauid in vrbe, vtpote, si introisset
in vrbem, & Dauid lateret in aliquo loco cognito
Ceilanis, nullus eorum debebat rñdere, vbi erat, sed

Ceilani tenebantur aperire portas Sauli.

F potius debebant mortem pati, quàm illum prodere:
& si Saul vellet eos compellere ad iurandum, nõ de-
bebant iurare, sed sustinere penam. Etiam dato, ꝙ
introeunte Saule in vrbem, fugeret Dauid per aliã
partem vrbis, & iuberet Saul Ceilanis sub pęna mor
tis, ꝙ comprehenderent Dauid, vel eum adiuuarent
ad hoc, neutrum facere debebant, sed potius mortẽ
sustinere, eo ꝙ in rebus illicitis obedire nõ debebãt.
Item dato, ꝙ esset clausa ciuitas Ceilæ, & obsessa à
Saule, & Dauid vellet fugere de vrbe, Ceilani tene-
bant aperire ei portas vrbis, alioquin iam ipsi aliquid
agerent ad hoc, ꝙ caperet Dauid: hoc tñ illicitũ erat,
s. cooperari ad mortẽ innocentis: ergo tenebantur
eum permittere fugere, & dato ꝙ Saul iuberet, ꝙ te-
G nerent eum, Ceilani non debebant in hoc obedire,
sed potius mori, quia pp nullũ timorẽ debebant ipsi
cogi ad faciendũ malũ. Hæc aũt dicta sunt ſm obli-
gationem, quam habebãt Ceilani quantũ ad legem
Dei, & ſm conscientiam: Si tñ attendat quædã probi
tas humana, & inclinatio naturę rõnalis, non solum
tenebant Ceilani ad hoc; sed ẽt ad maiora, s. vt non
aperirent portas vrbis Sauli, sed adiuuarent Dauid
contra Saulem, si illũ occidere vellet, ẽt si in defen-
sione eius scirent se morituros: nam Dauid posuerat
animã suã in manu sua, vt eriperet Ceilanos de ma-
nu Philisthinorũ: & si ipse non venisset in eorũ auxi-
lium, forte capta fuisset ciuitas, & perijssent Ceilani:
tenebant ergo ex quadam rõne humana Dauid vi-
H cem reddere: s. vt sicut ipse p illis se morti exposue-
rat, ita versa vice illi pro eo morti se traderent. Ape-
rire autem portas Sauli ad capiendum Dauid, vt ip-
si nõ morerentur, videbatur valde crudũ, quia iuxta
Aristo. lib. 8. in fine Ethic. inhumanum est auxiliato-
rem expelli: Lex tamen Dei non obligabat eos ad tã-
ta, sed ad ea, quæ dicta sunt. Ratio autem diuersita-
tis satis patet: quia Lex diuina nunquam permittit,
ꝙ aliquis pro alio peccet, etiam leuiter, dato ꝙ ab eo
immensa suscepisset bona: inclinatio autem naturæ
humanæ, quæ videtur esse quodammodo rationa-
lis, facit pro illis, à quibus bona magna recipimus ad
similia quocunque modo nos exponamus. *Surrexit
ergo Dauid, & viri eius quasi sexcenti*. s. audito responso,
I ꝙ si Dauid maneret in Ceila, veniret Saul, & Ceilani
traderent eum in manus eius, siue timore mortis, si-
ue vt placerent Sauli, recessit de vrbe, quia non puta
uit iam sibi securum esse manere ibi. Sed dicet ali-
quis: quomodo dicitur hic, ꝙ erant quasi sexcenti
viri cum Dauid: quia præcedenti cap. dicitur, ꝙ con-
uenerunt ad Dauid qui erant in angustia, & oppressi
ære alieno quasi quadringenti viri. Respondendum
ꝙ Dauid à principio quando fuit in speluncã Odol-
lã aggregauit sibi quasi quadringentos viros, & quia
illi non sufficiebant ei ad id, quod itendebat, voluit
habere plures. Ab illo autem tpe, quo fuit in spelun-
cã Odollam aliquanta mora fuit vsquequo fuit in
Ceila: nam post speluncam Odollam venit Dauid
K in terra Moab, & stetit in præsidio aliquanto tempo
re: deinde iubente Gad propheta venit in terram Is-
rael in saltum Hareth, vt patet præcedenti cap. dein-
de venit in Ceilam. In hoc autem tempore medio
aggregauit ad se quos potuit: fueruntque cum eo
quasi sexcenti viri: & sic qñ exiuit de Ceila habebat
sexcentos viros secum: postea autem non legitur
plures habuisse: sed semper dicitur, ꝙ erant sexcen-
ti, vt patet infra cap. 25. & 27. & 30. hoc autem fuit
quia putauit illos sibi sufficere ad id, quod volebat,
& noluit alios capere. *Et egressi de Ceila*. idest, egressi
fuerunt de Ceila. Hoc fuit antequam Ceilani po-
nerent insidias aliquas Dauid ad tenendum eum, vel
claudendum sibi portas vrbis: & hoc, quia ipse præ-
uenit

Dubitatio.

600. viri erant congregati cũ Dauid.

uenit consulere Dominum priusquam Ceilani exe- A querentur aliquid de eo, quod volebat Saul. *Huc illùcque vagabantur incerti*: idest postquam exierunt de vrbe Ceila, non iuerunt ad aliquam aliam vrbem, ne Saul denuo insidiaretur eis ad obsidendum eos in vrbe, sicut nunc insidiatus fuerat, sed iuit in desertum Ziph, vt patet infra, idest morabatur autē Dauid in deserto, in locis firmissimis, mansitq; in monte solitudinis Ziph: sed dicitur, ꝙ vagabantur huc, & illùc incerti, s. quia non audebant manere in aliquo determinato loco, ne Saul poneret insidias super eos, vel sciret, vbi erant: nunc autem cum vagarentur huc, & illùc cum Saul audiret eos esse in aliquo loco, & iret illùc, non reperiret eos ibi, & sic desperaret, cessaretque illos persequi. In Hebręo habe- B tur. *Ambulauerunt, quò ambulauerunt*. Sed ista sententia est barbara, & significat rem factam, sine præsuppositione finis, sed à casu, & est sensus; ambulauerunt quò ambulauerunt, idest illùc ibant, quò eos fortuna, vel impetus deducebat, non præsupponentes ire ad aliquem locum determinatū: ideo litera nostra significantius dixit, quòd vagabantur incerti, idest non habentes aliquem locum determinatum, quò irent. Litera Chaldaica habet. *Iuerunt quò eis vtile fuit*. Sed istud non tantum consequitur sensum literæ Hebraicæ, quantum litera nostra. *Nunciatum est Sauli, quòd fugisset Dauid de Ceila*. Saul enim fuit piger in exequendo id, quod volebat contra Dauid: ideo priusquam ipse recederet de loco suo ad eundum contra C Dauid, audiuit, quòd iam recessĕrat Dauid de Ceila. *Et saluatus esset*, idest posuisset se in loco securo, in quo non essent seræ, & portæ, sicut in Ceila, vt capi posset, q.d. existendo in Ceila erat in periculo, egressus autem de illa saluus erat, quanquam maneret prope Ceilam: eoquòd iam habebat locum fugiendi, & non in Ceila. *Quamobrem dissimulauit exire*, idest, noluit Saul exire de loco suo ad veniendum in Ceilam: & dissimulauit, idest finxit, quòd non disposuisset venire in Ceilam contra Dauid, vt non crederetur ex hoc illusus esse à Dauid. *Morabatur autem Dauid in deserto*. s. postquam exiuit de Ceila, noluit introire in aliquam vrbem, vel locum munitum: quia timuit sibi accidere, vt disponebatur in Ceila: si enim D illi, quos à morte Dauid eripuerat, non erant ei fideles, quia volebant eum tradere Sauli: quanto minus fideles sibi essent cæteri Israelitæ, pro quibus nihil specialiter egerat? nullis ergo viris habitantibus in locis muratis amplius confisus est. Vnde post hoc nūquam legitur Dauid introisse in aliquem locum muratum in terra Israel, vsque ad mortem Saulis, sed manebat in desertis. Istud autem desertum, in quod egressus ē postquam exiuit de vrbe Ceila, erat desertum Ziph, vt patet infra in litera. *In locis firmissimis*, idest morabatur in locis firmissimis deserti, scilicet, in altis rupibus, ad quas nō posset accedere Saul, & viri sui: vel saltem præ tædio, & labore illùc non E ascenderent. Sed nec propter hoc desistebat Saul, qa furor eius erat fortis, & nulli labori cedens: vnde persequebatur Dauid, & viros eius super petras altissimas, ad quas homines ascendere non poterant, vt patet sequenti cap. s. & perrexit ad inuestigādum Dauid, & viros eius, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. In Hebręo habetur hic. *In castris, vel munitionibus*, idest moratus est in castris: non erant autem ista castra: quia erat ibi locus desertus, in quo nulli homines habitabant: sed dicuntur castra, vel munitiones, quia illę rupes ita erant altissimæ, & scopuli vndique prærupti in modum dentium, quòd habebant effigiem turrium, & locorum munitorum: nec erant minoris fortitudinis, quàm loca munita. Hebræi autem quidam volunt, quòd accipiantur hic castra propriè, ad quæ cō fugeret Dauid: sed non stat rationabiliter: quia Dauid fuerat nunc in magno periculo, eoquòd manebat in vrbe murata, & Saul gaudebat super illo, quasi iam eum in manibus teneret, dicens: tradidit eum Deus in manus meas: conclusus est in vrbe, in qua portæ, & seræ sunt: quomodo verisimile esset, quòd denuo rediret Dauid ad alia loca murata: nullo, inquā, modo: quia ibi similiter capi poterat, vt in Ceila. Patet etiam hoc, quia sequenti cap. dicitur, quòd Dauid habitauit in locis tutissimis Engaddi, & Saul persequebatur eum super abruptissimas petras. Et habetur in Hebræo in castris Engaddi, vbi nos dicimus in locis tutissimis: ibi tamen manifestissimum est, quòd non erat in loco murato Dauid: quia tunc nō inquireret eum Saul super abruptissimas petras, sed obsideret castrum, in quo esset. Item patet, quia ibi dicitur, quòd cum persequeretur Saul Dauid super petras abruptissimas, intrauit in quandam speluncam ad purgandum ventrem, & ibi erat Dauid: ergo non erat in aliquo castro, vel loco munito, sed in deserto sine muris. In Hebræo tamen dicitur ibi, quòd erat in castris Engaddi: ergo non accipiuntur castra pro locis muratis, sed pro locis arduis, & fortissimis: hoc autem secuta est litera nostra dicens. in locis firmissimis. *Mansitque in monte solitudinis Ziph*, idest moratus est in quadam parte montis, quæ erat in solitudine, quæ vocatur Ziph: nam ista terra Ziph est montuosa, & est magna: in cuius quadam parte erat mons quidam satis pręruptus, in quo visum est Dauid securum habitare. In Hebræo habetur hic. *Ciphim*. vbi nos dicimus Ziph, & est pluralis numeri, velut si diceremus in deserto Ziphæorum, sicut habetur infra. Hebræi autem quidam dicūt Ziphim esse nomen appellatiuum, & significat eos, qui faciunt picem, & morantur in syluis: & quia Ziphæi morabantur in solitudine, vt patet hic putant, quòd sunt illi, qui faciunt picem, & maximè, quia apud Hebræos Zephex significat picem, vt habetur Gen. capit. 7. vbi iubetur, quòd arca liniretur pice, & ponitur istud nomen. Sed dicendum est, quòd hic Ziph sit nomen proprium alicuius regionis magnæ, quæ est in solitudine sortis Iudæ, & habitatores illius vocantur Ziphęi; vel secundum literam Hebraicam vocantur Ziphim. Habitauit autem Dauid in ista solitudine propter duo. Primò, quia ista erat terra prærupta nimis, ad quam difficilè erat aliquos ascendere, ideo putauit, quòd quā quam Saul sciret eum ibi esse, non inquireret ipsum propter difficultatem terræ. Secundò erat ibi, quia terra illa erat in extremitate sortis Iudæ apud terram Philisthinorum, & si cōtingeret, quòd Saul persequeretur eum in deserto illo, posset faciliter fugere in terram Philisthinorum, quod non ageret, si forte fuisset in terra Israel in medio eius *Quærebat tamen eum Saul cunctis diebus*, idest, quanquam Dauid lateret in locis asperrimis, non desistebat eum quærere Saul: quia furor magnus, quem conceperat in Dauid, faciebat eum nulli labori cedere. Dicitur autem, quòd quærebat eum cunctis diebus, scilicet, omnibus diebus, quibus mansit in terra Israel: postea autem vidit Dauid, quòd non erat sibi securum manere in terra Israel, vt patet infra capit. 27. scilicet. ait Dauid in corde suo: aliquando incidam in manus Saul: nonne melius est, vt fugiam, & saluer in terram Philisthinorum, vt desperet Saul, cessetque me quærere in cunctis finibus Israel? Et tunc fugit. Nunciatum est autem Sauli, ꝙ fugisset Dauid in Geth, & non addidit vltra, vt quæ-

Ziph q.d significet.

Dauid habitauit in solitudine Ziph.

vt quæreret eum: deinde non fuit reuersus Dauid in terra Israel, quousque mortuus est Saul. Sciendum autem, quod istud, quòd hic ponitur, non habet ordinem rectum ad præcedentia, & sequentia: nam id, quod habetur supra, & infra, est idem factū, quia supra dicitur, qūo venit Dauid ī desertū Ziph, & infra postea ponitur qūo stetit in deserto illo, & Ionathas ascendit illùc ad eum, & postea Saul persecutus est ipsum in eodem deserto: istud tñ interponitur hic ad significandum oīa, quæ postea acciderunt de persecutione Dauid vsquequo recessit in terram Philisthinorum. s. quia omnibus istis diebus persecutus fuit Saul Dauid. *Et non tradidit eum Dominus in manus eius* i. q̃q̃ Saul conatus fuisset capere Dauid inquirendo eum diligenter: tñ nunq̃ potuit illum tenere, quia Deus voluit, ꝙ nunq̃ teneretur ab eo: nam disposuerat, ꝙ futurus esset rex in Israel, ideo euitabat oīa illa, ꝑ quæ posset impediri dispositio sua. Dr̄ aūt, ꝙ Deus non tradidit eum in manus eius. s. ex eo, ꝙ non cæpit eum: oīa. n., quæ homines patiuntur, vel patrant ex Dei permissione, vel cooperatione descēdunt: & quia Deus non permittebat Dauid tradi in manus Saulis, dr̄ ꝙ nō tradidit eum in manus eius, & si ipse non tradebat cooperando, vel permittendo: impossibile erat, ꝙ Saul caperet Dauid.

Persecutio Dauid ī deserto.

Et vidit Dauid. Hic ponitur secundum principale huius, ca. s. persecutio Dauid in deserto: voluerat. n. tenere eum in vrbe Ceila, & quia vidit se frustratū hac intentione sua, conatus est eum persequi in mōtibus, & desertis. In quo ponūtur tria. Primò Dauid à Ionatha confortatur. Secūdò à suis contribulibus accusatur. Tertiò Saul eū in latibulis perscrutatur. Secunda ibi. *Ascenderunt autem Ziphæi.* Tertia ibi. *At illi surgentes.* Circa primum dr̄. *Et vidit Dauid, quod egressus esset Saul, vt quæreret animam eius,* i. cognouit Dauid, ꝙ Saul egressus fuerat de domo sua ad inquirēdum eum in montibus, non cessans à persecutione, quanquam primò frustratus fuerit.

Dauid quomodo cognouit Saulem egressum esse ad persequendum eum. Quæstio XV.

QVAERET aliquis, qūo Dauid cognouit, ꝙ egressus fuerat Saul ad persequēdum eum. Aliquis respondebit, ꝙ hoc cognouit per consultationem Dñi. s. quia nūc cum esset in periculo quotidiano sæpe consulebat Dñm de statu suo, præsertim cū haberet opportunitatem consulendi, quia habebat secum sacerdotem magnum Abiathar. Vnde supra in litera ter consuluit. Hoc aūt non multum stat, qa Dauid non cōsuleret Dñm de aliqua re, nisi de qua dubius esset, & haberet incitatiuum ad inquirendū: si tamen ipse nihil audiuisset per nuncios, vel aliàs de Saule, ꝙ egressus fuisset ad persequēdum eum, non consuleret Dñm super hoc, quia non dubitaret. Sic patet supra de descensu in Ceilam: nā consuluit Dauid Dñm, an descēsurus esset Saul in Ceilam, & hoc quia audiuerat, ꝙ Saul vellet descendere. Sic patet in verbis consultationis. s. Dñe Deus Israel audiuit famam seruus tuus, ꝙ disponat Saul venire in Ceilam; ergo non cognouit nunc Dauid de persecutione sua per consultationem: vel si per illam aliquid cognouit, oportet ꝙ per famam, vel aliàs aliquid ante hoc cognouisset. Pōt aūt dici, ꝙ Dauid cognouit hoc per exploratores suos, qui inuestigabant secretè ea, quę Saul disponebat agere contra Dauid: habebat enim Dauid aliquos viros de suis, qui ibāt ad curiam Saulis secretè, & sciebant quid moliretur Saul contra Dauid, & per hos audiebat hæc: sic patet infra 25. cap. s. videns autem, ꝙ venisset post se in

F desertum, misit exploratores suos, & didicit, ꝙ illùc venisset certissimè. Vel potest dici, ꝙ audiuit per famam: nam licet Dauid non introiret in loca murata postquam ingressus est de Ceila, tñ viri sui declinabant ad aliqua loca pro cibis, & ibi poterant audire aliquid, quod disponeret Saul contra Dauid. Aliter potest dici, ꝙ hoc nunciauit Ionathas Dauid: nam priusquam perscrutaretur Saul Dauid in mōtibus, Ionathas abijt ad Dauid, & cōfortauit eum, dixitq;. nec enim inueniet te manus Saulis patris mei. In quo innuitur, quòd inquirebat eum, sed non posset inuenire: ergo reuelauit ei, ꝙ inquireretur à Saule.

G *Saul licet fuerit delusus in fraudibus suis: non tamen destitit, tantus erat furor, quem conceperat contra Dauid. Quæstio XVI.*

QVAERETVR vlterius, qūo Saul nunc egressus est ad persequendum Dauid, cum prius, videns se confusum, destitisset: nam, cùm nunciatum est ei, ꝙ egressus fuisset de Ceila, dissimulauit exire ad persequendum eum. Rñdendum est, ꝙ Saul voluerat tenere Dauid in Ceila, & cum vidit fraudes suas delusas esse, erubuit: & pro tunc cessauit persequi: tanta tamen erat cordis sui inquietudo propter nimium furorem, quem conceperat in Dauid, ꝙ desiderabat facere id, in quo prius erubuerat. Sic enim factum est à principio inimicitiarnm eius cum Da-
H uid, quando conatus est eum lancea configere cum pariete, supra c. 18. Postea tñ fecit eum tribunum super mille viros, & dedit ei filiam suam in vxorem, e. c. sed rursus impatientia cordis sui stimulatus, iussit Ionathæ, & seruis suis, ꝙ occiderent Dauid, supra c. 19. tūc verò Ionatha loquente bona pro Dauid placatus est Saul, iurauitque, ꝙ nullum malū pateretur Dauid. Iterum tñ succensus est furor eius, conatusq; est eum lancea perfodere, eo. c. sic ergo ibi dolor nō sinebat eum in eo, quod semel iudicasset, sed rursus succendebatur furor. Ita q̃q̃ hic verecundia fecisset eum desistere, rursus tamen cordis prauitas ad priora reduxit. Alio modo dici potest, ꝙ aul dissimulauit exire ad persequendum Dauid, quando sciuit eū
I egressum de Ceila: non quidem tanquam erubesceret, vel simpliciter desistere vellet, sed per hoc insidias ponebat. s. vt Dauid putaret, ꝙ non fuisset intētio Saulis veniendi ad tenendum eum in Ceila: ideo ꝙ nunc in aliquo loco securè maneret, putans ēt, ꝙ nunc Saul nollet persequi eum, & per hoc facilius eum Saul incautum acciperet: & istud videtur verisimilius. *Porrò Dauid erat in deserto Ziph, in sylua.* s. ex eo, ꝙ recessit Dauid de Ceila venit in desertum Ziph: & manebat ibi ꝑpter duas causas supra positas: erat enim locus ille præruptus, nemorosus, & opacus, in quo latere possent Dauid, & pueri sui: & ad locum ipsum venit Ionathas ad Dauid. Et dicitur, ꝙ erat in sylua, idest in parte magis syluestri illius terræ: erat nanque terra Ziph magna, cuius quædā partes erāt planiores, aliæ verò syluestres, & præruptæ: Dauid
K autē morabatur in parte syluestri, eoꝙ ibi securius erat. *Et surrexit Ionathas filius Saul.* s. de domo sua, quæ erat in Gabaa, & venit ad Dauid. Nicolaus autem dixit, ꝙ surrexit de societate patris sui. s. ꝙ Saul iuerat ad persequendum Dauid, & cum eo Ionathas: non vidente aūt Saule, Ionathas perrexit ad Dauid, & locutus fuit cum eo: Sed non multū videtur, ꝙ hoc faceret Ionathas, quia cùm esset in exercitu patris sui, vix posset egredi, quin videretur à custodibus exercitus, & nūciaret Sauli, ꝙ erat periculū. Nec valet, si dicas, ꝙ poterat exire nullo vidēte, sicut factum est, qñ erāt castra Saulis apud Gabaa: & exiuit Ionathas

cum armigero suo ad castra Philisthinorum, vt patet supra c. 14. & nullus cognouit, an aliquis deesset de castris: nam dixit ibi Saul. requirite, & videte qs abierit ex vobis, ꝙ cum requisiuissent, compertum est abijsse Ionatham: nam tunc Ionathas non curabat, an ab aliquo videretur, quia etiam si videret̄ nō erat ei periculum: ideo exposuit se ad exeundū, nullo vidente, & accidit, ꝙ nullus videret eum: nūc aūt non exponeret se Ionathas huic: quia q̄q̄ posset accidere, ꝙ non videretur egredi, tñ verisimilius erat, ꝙ posset videri, q̄, ꝙ non videretur: si tñ videretur, erat periculum magnum Dauid, quia aliqui sequerētur Ionatham secretè quousque peruenirent ad latibula Dauid, & renūciaretur hoc Sauli, qui iret ad persequendum eum: Ionathas autē non pateretur hoc, ideo nollet egredi de castris ad vidēdū Dauid. Itē qa si egressus fuisset de castris, redijsset postea in castra, vt non putaretur aliquid egisse: dicit tamen infra, ꝙ postquam stetit Ionathas cum Dauid, reuersusq; est in domum suam: ergo videtur, ꝙ non erat in castris cum Saule, quando surrexit, vt iret ad Dauid.

Quomodo Ionathas sciuit locum Dauid, cum Dauid maneret in montibus, & non semper in eodem loco.
Quæstio XVII.

QVAERET aliquis, qūo Ionathas sciuit ire ad locum, in quo erat Dauid, quia ille erat in mōtibus, & non manebat semper in eodem loco, ideo q̄q̄ interdum sciuisset de loco eius, tamen rursus nesciret: maximè, quia Dauid occultabat se omnibus hominibus, ne inueniret eum Saul: qūo ergo sciret locum Ionathas. Aliquis fortè dicet, quòd Dauid erat charissimus Ionathæ, ideo reuelabat ei locum, in quo erat, & nulli alteri. Sed hoc nō stat, quia istud fuit, qñ Ionathas, & Dauid manebāt in domo regis, quia tunc ambo communicabant sibi inuicē secreta, & Dauid latuit in agro tribus diebus, nullo sciente, nisi Ionatha, qui postea descendit ad eum, vt patet supra ca. 20. nunc autem non colloquebātur sibi mutuo Ionathas, & Dauid, quia postquam fugit Dauid à facie Saulis, nunquam locutus fuerat Ionathę vsq; nunc, ideo non posset ei per collocutionem reuelare locum suum. Dicēdum est igitur, ꝙ Ionathas sciebat nunc locum, vbi erat Dauid, & postea etiam sciebat vbicūque ille esset, & hoc per exploratores, quia habebat Dauid semper aliquos viros, qui scrutarentur quid disponeret Saul contra eum, & isti loquebantur Ionathæ ex parte Dauid, significantes ei locum, & intentionem Dauid. Sed tūc dicet aliquis, qūo Dauid confidebat Ionathæ, vt reuelaret ei locum suum, quia poterat ille fauere patri suo, & indicare ei locum Dauid, & sic traderet eū in manibus eius: Rñdendum, ꝙ tantam senserat Dauid Ionathæ charitatem, cū diligeret eum, sicut animam suam, ꝙ nihil erat, quod ei non confideret: iam enim eum tētauerat in rebus magnis, & fidelem inuenerat, qñ latuit in agro, & tertio die venit Ionathas ad eū nuncians intentionē patris sui, & ꝙ pro defensione eius pater conatus fuerit ipsum lancea configere, vt patet supra cap. 20 Cum igitur tunc Ionathas seruauerit vitam Dauid, cum potuisset eum leuiter tradere Sauli, confidit se totum Dauid Ionathæ, & ponebat vitam suam in manu eius.

Ionathas ita secretè iuit ad Dauid, quod non dubitauit de patre.
Quæstio XVIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo ausus fuerit Ionathas venire ad Dauid in syluam: A iam enim ipse passus fuerat mala à patre propter Dauid, cum conatus fuisset eum lancea confodere, vt patet supra capit. 20. ergo nunc timere debuisset ire ad Dauid. Responderi potest, ꝙ Ionathas iuit ita secretè ad Dauid, quòd pater suus non cognouerit hoc aliquo modo, ideo non timebat malum sibi ex hoc euenturum esse. Et credendum est, quod Ionathas solus iuerit in syluam, ne aliquis vadens cum ipso posset scire locum Dauid: sic enim iterum fecit, quando latebat Dauid in agro: nam solus cum puero paruulo descendit in agrum, & locutus est ad Dauid, vt patet supra capit. 20. Potest etiam dici, quod quanquam Saul cognosceret Ionatham fuisse ad Dauid, non multum curaret Ionathas, nec pu- B taret se aliquid passurum propter hoc: nam non cognosceret aliquid nouum Saul de Ionatha sciendo, quod ibat ad Dauid, cum iam sciret, quod diligebat eū nimis, & ꝙ inierat fœdus cum eo præcedenti c. sed solum caueret Ionathas, ne tunc qñ iret, aut rediret, cognosceret Saul, ne per hoc sciret locum Dauid. Nec valet, si dicas ꝙ Saul conatus fuit lācea ꝑcutere Ionatham pro Dauid, supra c. 20. quia hoc non factum est, eoꝙ Ionathas diligebat Dauid, vel exhibebat se ei amicum in quibus poterat, sed quia pro eo rñdit contra voluntatem patris, vt patet e. c. cum dixit Saul Ionathæ: Scio, ꝙ in cōfusionem tuam diligis filium Isai: & tamen tunc nō conatus fuit Saul percutere eum lācea, postea verò dixit Saul, ꝙ addu- C ceretur Dauid, qui erat filius mortis, & rñdit Ionathas: Quare morietr? quid fecit? & tunc Saul arripuit lanceam, vt percuteret eum. ergo solum erat, quia rñdebat ei: & ex verbis suis iratus fuit Saul: Post hoc aūt Ionathas nihil rñdebat, vel loquebatur Sauli super hac re; iō q̄q̄ aliquid ageret pro Dauid, non timebat sibi malum euenturū. *Et abijt ad Dauid in syluam* .i. venit ad eum in desertum Ziph: ibi. n. tūc manebat, vt patet supra. *Et confortauit manus eius in Deo.* Idest cōfortauit eum ad defendendum se à Saule, & fugiendum ab eo, nec in hoc desperaret, quanquam quotidie eū ꝑsequeretur Saul, qa Deus erat adiutor eius.

Qualis fuerit confortatio Ionathæ ad Dauid.
D *Quæstio XIX.*

QVAERETVR quę fuit ista confortatio Ionathæ ad Dauid. Aliquis respondebit, quod Ionathas adduxerit Dauid in desertum cibos, quibus confortaretur: nam Dauid, & viri sui erant in angustia ciborum interdum: nam cum Saul persequeretur crebro Dauid, erant viri Dauid coarctati in mōtibus, & speluncis; ita vt sæpè non possent descendere ad loca coniūcta pro cibis, & præmeret eos famis angustia: Ionathas verò ferendo Dauid cibos confortabat eum. Sed hoc non stat, quia Ionathas non auderet aliquid ferre pro Dauid: nam ad ferendum E hæc oportebat, quod cum Ionatha irent alij viri: hoc tamen erat periculosum, quia poterat sic denūciari locus eius Sauli, ideo nō portaret secum viros, nec cibos. Etiam quia litera non concordat, vt postea dicetur. Aliquis dicet, quòd Ionathas tulit arma ad Dauid, quia fortè Dauid, & viri sui erant malè armati, egebant autem armis, cū essent in quotidianis periculis: ideo tulit arma pro eis, hoc autem significat confortare manus eius, idest dare arma in manibus Dauid, & seruorum suorum, quibus confortarentur ad pugnandum, & resistendum cuicunque. Sed istud non stat, quia sicut non portauit panes Ionathas Dauid, eoquòd ad hoc necesse erat, vt irent alij cum eo, quòd erat periculum Dauid, ita & ad ferendum arma, ideo non tulit aliqua.

Item quia si Saul hoc cognosceret, posset nimis īdignari: quia nihil magis vetitum est hostibus dari, q̄ arma: Dauid tamen erat vt hostis Saulis, saltem sm̄ æstimationē saulis: ꝙ ergo ferret ei Ionathas arma, quibus pugnare posset contra Saulem, & defendere se ab eo, nimis durum Sauli videretur: vnde nec auderet hoc facere Ionathas. Sed dicendum est, ꝙ ista

Rñ. auct. confortatio Ionathę ad Dauid solum fuit in verbis admonens, ne vnq̄ Dauid deficeret aīo quanquam haberet multos hostes: sed consideret se semper à Deo liberandum. Hoc patet quia dr̄, ꝙ confortauit manus eius in Deo q.d. ista confortatio non fuit, nisi ex parte Dei, dando ei bonam spem in Deo. Etiā patet per verba sequētia: ait.n. Ionathas. ne timeas: nec.n. inueniet te manus Saulis patris mei. Ionathas autem voluit nunc confortare Dauid, putās ei hoc nimis proficere. Nam cum Dauid haberet hostes multos, credebat Ionathas, ꝙ consternaretur aīo, & non auderet resistere, vel fugere: sed tanq̄ desperatis rebus, nō haberet de seipso curam, & traderetur in manus Saulis. *Dixitq; illi: ne timeas.* i. nō timeas, quòd morieris. Hoc.n. dixit Ionathas: quia rationabiliter timere debebat Dauid mortē, cùm haberet tot hostes, & maneret in terra illorum: quia aliquo die poterat incidere in manus ipsorum. Ad vltimum aūt hoc timens recessit de terra Israel, dicens: aliqua die incidam in manus Saulis: nōne meli us est, vt fugiā, & saluer in terra Philisthinorum, desperetq; Saul, & cesset me persequi, vt patet infra cap. 27. *Nec enim inueniet te manus Saulis patris mei.* i. quanquam quotidie persequatur te pater meus ad mortem, tamen nunquam inueniet te: nec tu timeas te inueniendū: qa Deus est adiutor tuus. Hoc autem non dicebat ex certitudine, sed ex desiderio: sic.n. amici solent dicere amicis suis esse illis euentura ea, quæ desiderāt eis euenire, quanquam nesciant an ea euentura sint: est enim illud magis exoptare, quàm prænunciare: sic enim erat de Ionatha: quia cum ipse nimis diligeret Dauid, desiderabat ꝙ nullum malum pateret̄ à patre suo, nec inueniretur aliquando ab eo: iā prænunciauit ei hoc, maxime: quia Ionathas volebat cōfortare Dauid in verbis, & expediebat, ꝙ ei hoc diceret: sic autem postea accidit, ꝙ nunquam Saul inuenit Dauid. s. ad hoc ꝙ posset eū capere: quanquā bis inuenit ad hoc, ꝙ loqueret̄ cum eo, vt patet sequenti ca. & infra 26. *Et tu regnabis super Israel.* i. & tu eris rex, mortuo patre meo, sup Israel: sic.n. postea factū est.

Ionathas quomodo dicebat, quòd Dauid esset regnaturus post patrem super Israel. *Quæst.* *XX.*

QVAERET aliquis, quomodo Ionathas dixit istud: nam ipse erat filius primogenitus regis, & ad eum de iure ꝑtinebat successio: quomodo ergo dicebat, ꝙ Dauid regnaret super Is-

1. Opin. rael. Aliquis dicet, ꝙ Ionathas intellexit hoc post mortem suam. s. ꝙ moreret̄ Saul, & inde ipse; post vtriusq; aūt mortem regnaret Dauid. Sed hoc nō stat: quia Ionathas intellexit hoc, ipso viuente: nam dixit: tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus in dignitate post te. Aliquis aūt dicet, ꝙ Ionathas dixit istud propheticè: nam sic postea accidit, ꝙ non regnaret ipse, sed Dauid regnaret, mortuo Saule. Sed hoc non stat: quia prophetia cum non sit voluntate humana allata, sed spiritusancto inspirata, vt patet 2. Petri c. 2. non possunt prophetę mentiri in eo, quod prædicunt: Ionathas tamen errauit hic: quia dixit: tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus: non fuit tamen Ionathas secundus regnante Dauid: quia prius mortuus est Ionathas, quàm re-

F gnaret Dauid, vt patet in principio sequentis libri: nam postquam deplanxit Dauid Saulem, & Ionathā est vnctus, in regem super Iudam, inf. 2. lib. ca. 2. & postea vnctus est super totum Israel inf. 2. li. ca. 5. Aliquis aūt dicet, ꝙ hoc dixit Ionathas ex affectio- 2. Opin. ne sicut dicebat̄ supra, ꝙ dixit ex affectione: non inueniet te manus Saul patris mei. Sed hoc non stat: quia quanquam Ionathas diligeret Dauid sicut animam suam, si tñ in libertate sua esset, potius sibi vellet regnum, & ꝙ Dauid esset ei secundus, q̄ ꝙ regnaret Dauid, & esset ipse secundus post Dauid. Et hoc potissimè: quia de iure competebat regnū Ionathę, & non Dauid, nisi aliquid alterum specialiter Deus ordinasset. Quod non præsupponitur nunc cogni-

G tum esse Ionathæ ab eis, qui sic respondent, iō nō dixit hoc ex affectione, quasi sic desideraret: sed qa credidit sic futurum. s. ꝙ Dauid regnaret super Israel: quomodo aūt hoc sciret Ionathas, dubiū est. Aliqui 3. Opin. volūt, ꝙ hoc sciebat, quia iam notū erat, ꝙ Samuel vnxerat eum in regem, & tunc rationabiliter velle debebat ista Ionathas. s. ꝙ Dauid regnaret, & ipse esset secundus illi Nam regnum datū fuerat Sauli nō ex genere, vel successione, sed ex Dei electione, vt patet sup. c. 9. & 10. sic igitur putabat, ꝙ ipse non habebat ius successionis in eo, ꝙ pater suus non acquisierat iure successionis, sed per electionem Dei. Et quia sciebat, ꝙ Dauid vnctus erat in regem per Samuelem, constabat ei, ꝙ ad eum nō pertinebat ius

H regni, sed ad Dauid: iō volebat id, quod Deus disposuerat: q̄q̄ si arbitrio eius relictum foret, potius elegisset Ionathas, ꝙ ipse regnaret, quā quòd regnaret Dauid. Hoc aūt rationabiliter dictum esset, si præsupponeret̄ verum, sed falsum est. s. ꝙ Ionathas adhuc cognosceret Dauid vnctū esse: qa dr̄ infra: sed & Saul pr̄ meus scit hoc. s. ꝙ tu regnabis sup Israel: Saul tamen nesciebat Dauid vnctū esse, vt infra declarabit̄: ergo nesciebat Ionathas. Nisi fortè dicas, quòd Ionathas sciebat Dauid vnctum esse; tamen hoc nunquam reuelauerat Sauli, & sic Saul sciebat Dauid reguaturum: non quasi sciens eum vnctum, sed ex alia causa. Ionathas autem sciebat eum regnaturum quia sciebat eum vnctum in regem. Sed pri-

I mum magis stat. s. quòd nesciret hoc Ionathas, quasi sciret Dauid vnctū, sed quia videbat multa, in quibus Deus eum adiuuabat, quæ designabant ipsum peruenturum ad statum regium. *Et ego ero tibi secundus.* i. quando tu fueris rex, ego ero tibi secūdus post te in honore, & gradu. Hoc aūt dicebat Ionathas ex affectione, quia presupposito, quòd Dauid regnaturus esset, volebat ipse esse secundus illi. Hoc autem erat rationabile propter duo: primò qa nullus erat ita amicus Dauid, sicut Ionathas, qui diligebat eū, sicut animam suam, vt patet supra cap. 18. & 20. Secundo quia Ionathas erat filius regis, & vir strenuus dignus honore magno: sed non fuit hoc: quia Ionathas mortuus est antequā regnaret Dauid, ideo si su-

Iustū fuisset Ionathā fuisse sm̄ si vixisset dū regnauit Dauid.

K peruixisset Ionathas, Saul mortuo, forte Dauid nō regnasset immediatè: quia ipse recusasset suscipere regnum viuēte Ionatha, qui erat amicissimus eius, & filius regis: cuius iuri præiudicare nollet: & quia Israelitæ nollent vngere Dauid in regē viuente Ionatha, cū ipse esset filius regis, & vir strenuus aptus ad liberādū Israel de manu hostiū. Nā semel liberauit eos de manu Philisthinorum, quando ipse, & armiger suus pugnauerunt contra aciem Philisthinorū, vt patet sup c. 14. Deus tñ, q volebat Dauid regnare īmediatè post Saulē, ablaturus erat oīa īpedimenta ad hoc, ideo sicut disposuerat de Dauid, quòd regnaret post Saulē, ita disposuerat de Ionatha, quòd moreret̄ simul cū Saule: & sic factū est ī ca. vltimo.

Sed

Sed & Saul pater meus scit hoc, .i. non solum ego scio, ꝙ regnaturus sit post patrem meũ, sed etiam ipse cognoscit istud: hoc dicebat ad magis confortandum Dauid, quia cũ aliquis scit se timeri ab hostibus suis nimis, & reputari potentem, crescit animus eius ad pugnandum contra illos, si ergo cum Dauid sciret se reputari futurum regem apud Saulem confortaretur, & minus timeret eum.

Quomodo Saul sciebat, quòd Dauid esset regnaturus. Quæstio. XXI.

QVAERET aliquis, qũo Saul sciebat, ꝙ Dauid regnaturus esset. Aliquis respõdebit, ꝙ sciebat, eoꝙ audierat eum fuisse vnctum in regem à Samuele: & quia Deus hoc volebat, non poterat euitari humano consilio. Sed hoc non stat, quia si hoc sciret Saul occidisset Samuelem pro eo, ꝙ vnxit alium viuente eo: sic enim dixit Samuel, quando misit eum Deus ad vngẽdum Dauid: audiet Saul, & interficiet me, supra 16. cap. nihil tamen mouit Saul contra Samuelem, qui tamen adhuc viuebat, cum mortuus fuerit, infra ca. 25. ergo nondum cognouerat Dauid vnctum esse in regem. Sed dicendũ, ꝙ sciebat eũ regnaturũ .i. cognoscebat ex quibusdam præsumptionibus. Primò, quia totus populus fauebat illi, & honorabant eum magis, q̃ regem, sicut patet in cantu mulierum: vnde dixit Saul supra c. 18. Dederunt Dauid decem millia, & mihi dederunt mille, quid ei superest, nisi solum regnum? Præsumebat ẽt hoc Saul, quia videbat, ꝙ Deus erat cum illo in omnibus operibus suis anteq̃ fugeret à facie eius: tñ occidẽdo Goliath, cũ esset inermis: tũ pugnando sæpissimè cõtra Philisthinos: & ob hoc cum in cunctis prospere ageret, timebat eum Saul. Sic patet supra c. 28. f. Et vidit Saul, & intellexit, ꝙ Dominus esset cum Dauid, & magis cępit timere eum. Credebat ergo, ꝙ Deus, q liberabat eum ab istis periculis, elegerat eũ in regẽ. Credebat ẽt hoc Saul pp alia pericula, à quibus postea liberatus est Dauid: nam cum conatus esset eum lancea percutere bis, nunq̃ percussit, supra ca. 18. & 19. & cum iussisset eum comprehendi in domo, liberatus est per fenestram, & cùm postea misisset ad tenendum eum in Ramatha, omnes nuncij sui coacti sunt prophetare, & postea ipse Saul: & nemo potuit eum tenere, supra ca. 19. Deinde ẽt corã rege Achis liberatus est, supra 21. c. postea quoque euasit insidias Ceilanorum supra in litera. Hęc autem omnia putabat Saul non posse fieri, nisi Deus specialiter adiuuisset Dauid, & verũ erat: ideo præsumebat, ꝙ ipse futurus esset rex, potissimè, quia cognoscebat, ꝙ spiritus Domini recesserat à se, & transierat ad Dauid, supra ca. 18. Sed aliquis obijciet, ꝙ Saul non cognoscebat hoc nunc, quia sequenti cap. dicitur, & nũc scio, ꝙ certissimè regnaturus sis, & habiturus ĩ manu tua regnũ Israel: ergo nesciebat ante illud: sed illud fuit post hoc aliquanto tempore, ergo nũc sciebat. Dupliciter responderi potest. Vno modo, ꝙ Saul incępit ibi scire: non quidem, ꝙ nunquam ante hoc sciuisset Dauid regnaturum esse, sed quia ibi cępit habere præsumptionem aliam: quia, sicut nunc dictũ est, Saul sciebat Dauid regnaturum ex coniecturis, & quia ibi habuit nouam quãdam coniecturam, ex illa cępit iterũ scire. Aliter rñdetur, & melius, ꝙ ibi non refertur nũc ad illud verbum, scio, sed ad illud verbum, iura, quia litera dicit: & nũc quia scio, ꝙ certissimè regnaturus sis, & c. iura mihi .i. nunc iura mihi, ꝙ nõ deleas semen meũ, q̃a scio, ꝙ certissimè regnaturus sis, & tũc non innuitur, ꝙ nouiter sciret Saul Dauid regnaturum, sed poterat ante scire,

A

Quare Saul persequebatur Dauid, si sciebat, quòd Deus vellet eum facere regem. Quæstio. XXII.

QVAERETVR vlterius, cum Saul sciret Dauid regnaturũ esse, cur persequebatur eũ: nam sciebat eum regnaturum, hoc putabat, quia credebat, ꝙ Deus vellet eum facere regẽ, cum adiuuaret eum in omnibus, diuinũ tñ consiliũ effugere non possumus, sicut patet Gen. c. vltimo, s. nũ Dei possumus renuere voluntatẽ: q. d. nõ possumus effugere id, ꝙ ipse vult. Ergo frustra conaretur Saul contra Dauid. Rñdẽdũ, ꝙ Sauli acciderat, sicut accidit oĩbus incontinentibus, qui sunt egressiui ab opinione, vt patet 7. Ethicorũ. Isti .n. ſm rationem, & opinionem vniuersalem iudicant non esse fornicandum, & iudicant fornicationem esse malã: adueniente tñ passione perturbat rõ sua pp pñs delectabile, & iudicant bonũ esse sibi fornicari, eoꝙ argumentũ eorũ est distortũ, vt patet in eodẽ 7. Ethico. Ita ẽt erat de Saule: ipse .n. secundũ rõnẽ credebat sibi esse impossibile capere Dauid, eoꝙ Deus volebat eũ defendere, quia tñ erat durus furor eius contra Dauid, cum succenderetur iste furor, turbaretur rõ eius, & iudicabat se posse capere Dauid: hoc aũt, q̃a vel pñte passione Saul nõ cogitabat, an Deus vellet defendere Dauid ab eo, & iõ putabat, ꝙ posset eum capere. Vel dato, ꝙ putaret, ꝙ Deus vellet illum defendere, iniquitas & passionis ferocitas impellebant eum ad desiderandum, & aggrediendũ id, ꝙ sciebat impossibile: sic .n. factũ est sequenti c. Nã ibi iterũ dixit Saul, ꝙ sciebat Dauid regnaturũ, & cessauit persequi eũ: iterũ tñ redijt ad persequendum ĩ. c. 26. quia interdũ passio rõni cedebat; interdũ verò succendebat cõtra rõnem. *Percussitque igitur vterque fœdus,* idest ambo fecerunt ibi fœdus, s. promittendo sibi seruare fidem, & veritatem. *Coram Domino,* idest istud factum fuit corã Domino. Non accipitur hic esse specialiter coram Domino, quia in libris Moysi dr̃ aliquid fieri coram Domino, qñ fiebat intra sctũariũ coram Altari, vel ostio tabernaculi, aut Sancta Sanctorũ, vt patet sępe in Exodo, vel Leuit. Deuteron. & libro Numerorũ: & hoc quia Deus specialiter erat in locis illis pp aliquas ministrationes, q̃ ibi Deo fiebãt, & non in alijs locis. Hic aũt non erat sctũarium, quia erãt ambo in sylua; sed dicuntur fœdus fecisse coram Dño, quia dicuntur illa fieri corã Dño, ad quęcunq; ipse vocatur in teste: Dñs tñ inducebat hic à Dauid, & Ionatha, vt esset testis fœderis eorũ, & faceret seruari illud, vt patet supra ca. 20. cum dixit Ionathas: de verbo aũt, ꝙ locuti sumus ego & tu, sit Dñs inter me, & te vsque in sempiternũ. Etiam dicebãtur agere coram Dño, quia per nomen eius ibi iurabant ad validandũ fœdus, vt patet e. c. s. dixit Ionathas: quęcũq; iurauimus ambo ĩ nomine Dñi, dicẽtes: Dñs sit inter te, & me. Etiã qñcũq; aliqs actus fit, q licitus est, & ad Deũ aliqualiter ptinet, Deus dr̃ esse pñs illi: sic patet Mat. c. 18. s. vbi .n. sunt duo, vel tres cõgregati in noĩe meo, ibi sũ in medio eorũ. Sic ẽt dr̃ Iosue c. vltimo, ꝙ Iosue congregauit Israelitas, & steterunt in conspectu Dñi in Sichẽ: non erat tñ sctũariũ in Sichẽ, sed in Silo, vt declaratum est e. c. dicuntur tñ congregati coram Domino, quia venerant ad iniendũ fœdus cum Domino, vt colerent eum, vt patet ibidem.

B

C

D

E

Ionathas, & Dauid ter inierunt fœdus. Quæst. XXIII.

QVAERET aliquis, quare Ionathas, & Dauid nunc inierunt fœdus: nã iã bis inierãt fœdus, & sufficiebat semel iniuisse. Respondendum, ꝙ Dauid, & Ionathas ter inierunt fœdus. Primò à principio amicitiarum contractarum inter Dauid, & Ionatham, quando occidit Goliath: de quo supra ca. 18.

Secundò hoc fecerunt, qñ Dauid recessit penitus à Saule, ne occideretur: quia tunc denuo inierunt fædus supra ca. 20 Tertiò inierunt fædus hic, qñ venit Dauid in syluam Ziph, & postea Ionathas venit ad eũ. Dicendũ tñ in hoc, ꝙ si Ionathas, & Dauid iniebant semper super eisdem articulis, sufficiebat vnũ fædus: si tñ erant diuersi articuli, ita ꝙ in quolibet fędere addebatur aliquis nouus articulus, necessaria erant plura fædera, sicut iuramentũ alicui præstitũ de obediendo, vel seruando veritatem non extenditur nisi ad ea, de quibus exprimitur; si ergo Ionathas volebat exprimere nouos articulos: oportebat iniri noua fædera. Videtur tñ dicendum, ꝙ non esset articulus nouus in quolibet fædere, sed in omnibus promiserunt idem, s. ꝙ ambo seruarent sibi veritatem, & fidem, tam in se, q̃ in fædere suo vsque in sempiternum, ideo ad hoc non oportebat replicare fædera, Ionathas tñ voluit, ꝙ multoties fierent, vt sic viderentur firmiora, quia licet semel iurare veritatem seruare tãtum obligat, sicut multoties idem iurare: tñ plus solent homines timere infringere id, ꝙ sæpe iurauerũt, q̃ id, ꝙ solũ semel. Etiam faciebat hoc Ionathas, quia qñ aliquis iurat alteri seruare fidem, intelligitur, si ẽt alius ei seruauerit. Si aũt vnus de iurãtibus incipit non seruare, alius non tenetur seruare illi, quia frangenti fidem fides frangenda est. Extra de iureiuran. c. peruenit: & qa postq̃ Ionathas, & Dauid inierãt fædus, pr̃ Ionathæ multa innouauerat s. apertè persequẽdo Dauid per deserta, ideo putabat Ionathas, ꝙ fortè Dauid irasceretur, & nollet stare fæderi inito: voluit ergo nunc renouare fædus, vt iã non haberet Dauid occasionem dicendi se nolle fædus Ionathæ, quia postea multa innouata fuerãt: nã post illud fædus vltimum nihil innouatũ est, quia licet post illud Saul persecutus fuerit Dauid per deserta, tñ ante hoc ẽt consueuerat eum persequi manifestè: non ergo innouabat aliquid sic faciendo, præcipuè, quia iniendo istud fædus innuebat Ionathas, ꝙ quicquid ageret Saul, agebat contra intẽtionẽ eius: iõ propter hoc non violarent fędera inter eos inita.

Ionathas replicauit fædera, vt essent firmiora, licet non oporteret.

Dauid, & Ionathas in fæderibus suis promiserunt seruare misericordiam tam pro se, quàm pro semine eorum: Quæstio. XXIIII.

QVAERETVR vlterius, quid ponebatur in fæderibus istis Ionathæ, & Dauid. Rñdendũ, ꝙ hic non apparet quid dixerint: sed videtur, ꝙ inierint de seruando sibi mĩam, & veritatẽ, tam pro se, q̃ pro semine suo: nam nunc Ionathas, & Dauid cogebãtur ab inuicẽ discedere, & fortè Ionathas timebat, ꝑ nunq̃ videret Dauid saltẽ vsque ad mortẽ patris sui: iõ volebat, ꝙ conuenirent inter se hoc, ꝙ Ionathas vbicunq; esset procuraret bonum Dauid, & nunq̃ ageret contra eum: Dauid quoq; nunq̃ noceret Ionathę, nec semini suo, sed poti⁹ ꝓficeret. Sic. n. pepigerunt, qñ recessit penitus Dauid à Saule: nã Ionathas ꝓmisit reuelare Dauid intentionẽ Saulis, & petiuit ab eo, dicẽs: si vixero facies mihi mĩam Dñi, si verò mortu⁹ fuero, nõ auferes mĩam tuã à domo mea vsq; in sẽpiternũ, sup. c. 20. hoc idẽ repetiuit postea Ionathas, recedẽte Dauid, cũ dixit: q̃cũq; iurauimus ambo in noĩe Dñi, dicentes: Dñs sit inter me, & te, & ĩter semẽ meũ, & semẽ tuũ vsq; ĩ sẽpiternũ e.c.

Seruauerunt Ionathas, & Dauid cæremonias fæderis. Quæstio XXV.

QVAERETVR vlterius, an obseruauerint hic Ionathas, & Dauid cæremonias fæderis: erant aũt cæremoniæ inter antiquos, ꝙ diuideretur aliquod animal per medium, & illi, qui iniebant fæ-

F dus, transirent per medias diuisiones ad signandũ, ꝙ quicunque fędus rumperet, isto modo diuideretur: quandocunque autem fædera fiebant, obseruabantur hæc: nunc autem non patet, an obseruatum fuerit. Dicendum tamen est, quòd fuit obseruatum, quia alioquin non vocaretur fædus, cum omitterẽtur cæremonię illius. Etiam quia istæ cæremonię obseruabantur inter Deũ, & hoĩes, ergo nõ renuerent illas Dauid, & Ionathas tanquam gentilicas. Patet hoc, quia cũ Deus pepigit fędus cũ Abraham de dando terram promissionis, diuisa sunt animalia, & trãsiuit ignis inter medias diuisiones loco Dei. Gen. 15. ẽt qñ Israelitæ promiserunt obseruare legem in confirmatione eius occisa sunt animalia, & pars san

G guinis aspersa fuit sup populũ, & pars sup librum legis, & Altare, ꝙ erat loco fæderis, & significabat, ꝙ q non obseruaret pactũ illud, funderetur sanguis eius sicut illorum animalium: & istud idem erat, quod transire per medias diuisiones. De hoc Exo. ca. 24. sic etiam fecerunt Israelitæ tempore Sedechiæ regis inientes fędus de obseruando quandam legem, & occiderunt vitulum, transieruntque per medias diuisiones, vt patet Ierem. cap. 34. Item Ionathas, & Dauid non omitterent istam cæremoniam tanquã non potentes habere aliquod animal ad diuidendum: quia cum essent in loco deserti apud pastores multos poterant habere pecora. De hoc patet infra c. 25. vbi dr̃, ꝙ Dauid, & viri sui morabantur in

H deserto apud pastores Nabal Carmeli. Credendum est ergo, ꝙ Dauid, & Ionathas fecerint cæremonias fæderis hic, q̃q̃ non exprimantur. *Mansitque Dauid in sylua*. s. facto fædere mansit Dauid in sylua, in qua ante erat, quia per istud fædus non erat securus à Saule, sed à Ionatha. *Ionathas autem reuersus est in domum suam*. s. in Gabaa, quia ibi erat domus eius, & patris sui, vt patet supra cap. 16. & 17. & infra in litera. *Ascenderunt itaque Ziphęi*. Hic ponitur secundum huius secundæ partis, in quo Dauid à suis contribulibus accusatur: nam siue accipiantur Ziphæi, vt est nomen appellatiuum, scilicet, pro facientibus picem, vt volũt quidam Hebræi, siue accipiantur, vt sunt aliqui viri sic nominati, semper est verum, quòd sint contribu-

Dauid accusatio p suos contribules.

I les Dauid, quia isti habitabant in sorte Iudæ: ergo erant de stirpe Iudæ. Nam Israelitæ sic erant distincti, ꝙ quilibet habitabat in sorte tribus suæ, eoquòd nullus poterat habere possessionẽ, nisi in Tribu sua, etiam si vellet emere, vt declaratum est Leui. ca. 25. & Numeri 27. & hoc verum erat, nisi in sacerdotibus, & leuitis, qui non habebant aliquam determinatam possessionem, sed dabantur eis vrbes, in qualibet Tribu, vt patet Numeri, cap. 25. & Iosue, ca. 21. Isti autem non erant sacerdotes, nec Leuitæ: quia illi non vacabant officijs turpibus, sicut est facere picem. Si autem accipiatur, vt est nomen proprium, adhuc est magis manifestum, & istud est verum: quia Ziphæi nominãtur à quodam, qui dictus est Ziph:

K ille autem erat de Tribu Iuda, quia erat Nepos Caleph, vt patet primo Paralipomen. cap. 2. Caleph autem erat de tribu Iuda, vt patet Numeri capit. 13. & 24. ideo Ziph ponitur inter illos, qui computantur de filijs Iuda, vt patet primo Paralipom. capit. 2. & 4. *Ad Saul in Gabaa, dicentes*, idest Ziphæi venerunt ad Saulem annunciantes ei de Dauid, & venerunt in Gabaa, quæ est nomen vrbis, qa ibi erat domus eius, vt patet supra cap. 15. & 22. Isti Ziphæi peccauerunt nimis, tum quia erant de stirpe Iuda, de qua erat Dauid, & tenebantur eum diligere magis, quã viri, qui erant de alijs tribubus: ideo cæteris paribus magis peccabant isti denunciando hoc Sauli, quàm si fuissent de alijs tribubus: tum quia isti cooperabantur

Sauli ad malum. Sciebant enim, ꝙ Saul vellet occidere Dauid iniustè: ipsi verò denunciando ei de Dauid cooperabantur ad hoc, ꝙ occideretur, & si fuisset occisus, ita essent ipsi rei homicidij, sicut ipse Saul: tum quia isti non fuerunt compulsi à Saule metu pœnarum, nec saltem inducti per aliquā promissionem bonorum: sed ipsi spontè iuerūt ad Saulem ad annunciandum ei de Dauid. *Nonne ecce Dauid latitat apud nos?* Istud ponitur hic ad satisfaciendum modo loquendi Hebraico, quia non erat cōueniens poni hic aliquid per modum quæstionis, cum hic non fuerit interrogatio, sed solum denūciatio de Dauid, ꝙ esset in deserto Ziphæorum. Si tamen velimus introducere literam per modum quęstionis, vt stat: debemus scire, ꝙ Ziphæi dixerint Sauli: quid agis hic, ꝙ non persequeris Dauid? Nonne apud nos latitat? idest nunquid nescis, ꝙ latitat apud nos? idest in terra nostra? *In locis tutissimis Siluæ*, idest manet in locis altioribus, & securioribus totius Sylue Ziph. In Hebræo habetur hic. *In castris Syluæ*. Sed exponendum est sicut supra, s. ꝙ ista castra non essent aliqua loca murata, sed partes fortissimę deserti, & prerupte sicut turres, & męnia, & qa loca talia sūt secura, eoꝙ cum difficultate quis illuc ascendere debet, vocantur in litera nostra loca tutissima. *In colle Hachila*, idest latet in quodam colle, qui vocatur Hachila. In Hebræo vocatur *Habilla*. Est autem nomen proprium, infra etiam ponit istud nomen 26. cap. *Quæ est ad dexteram deserti*, idest Sylua ista est ad partem dexterā deserti Ziph. In Hebræo habetur hic. *Iesimon*, & significat desertum, & habetur istud nomen sæpè. Sic patet Nu. cap. 24. vbi dicit litera nostra: dirigens cōtra desertum vultum suum, & habetur in Hebræo Iesimon. Aliquando tamen litera nostra accipit istud nomen tanquam commune, s. pro deserto: aliquando autem ponitur tanquam nomen proprium, vt patet infra in litera, s. Dauid autem, & viri eius erant in deserto Maon in campestribus ad dexteram Iesimuth Et in Hebræo dicitur Iesimon, sicut hic. *Nunc ergo sicut desiderauit anima tua, vt descenderes, descende*: idest scimus ꝙ anima tua, idest tuipse desiderasti nimis tenere Dauid, & desideras: nunc autem nos possumus complere desiderium tuum tradendo tibi Dauid. Descende ergo, s. in terram nostram, sicut desiderauit anima tua, vt descenderes, idest, & dabimus tibi Dauid, ad quē anima tua desiderat descēdere. Accipitur autem anima pro ipso homine. Sic enim habetur Leui. cap. 2. & 4. & 5. in multis locis, cùm dicitur: anima si peccauerit offeret, &c. idest, si peccauerit homo: vel potest accipi anima pro parte, sicut dicere solemus: anima mea, vel cor meū desiderat hoc, quāquam anima non desideret, nec cor, sed homo: quia isti actus non pręedicantur de parte, sed de composito. *Nostrū autem erit, vt tradamus eum in manus regis*: q.d. non habebis alium laborem accipiendo Dauid, nisi, quòd descendas: quia reliquum laborem nos sustinebimus, s. tradendo eum in manus tuas: hoc autem dicebant, quia fortè Saul nollet ire, reputans esse graue nimis, ꝙ persequeretur Dauid ꝑ loca abruptissima, & ad extremum non posset eum capere, quia haberet multa latibula, in quibus absconderetur, vel posset fugere per loca illa aspera: Ziphæi autem dixerunt, ꝙ non attenderet ad hoc, quia solum curaret ipse descendere: nam ipsi volebant tradere Dauid in manus eius sine aliquo labore suo. Hoc autem dicebant Ziphæi, vt complacerent Sauli: qa sciebant, ꝙ nimis desideraret capere Dauid, & conquestus fuerat de seruis suis, quia nemo ei indicabat Dauid: putauerunt ergo, ꝙ si ipsi indicarent Dauid Sauli, facerent singulare obsequium illi, & haberēt

A aliquam immunitatem à rege. *Dixitque Saul. benedicti vos à Domino*. Congaudet Saul Ziphæis, & imprecatur eis benedictionem, quia voluerunt obsequi in eo, ꝙ ipse maximè desiderabat: ideo tanquā ipse nō potens sufficiēter retribuere illis pro obsequio orat à Domino benedictionem super illos, idest multiplicationem bonorū. Benedictio enim significat augmentum. Sic patet Deut. cap. 7. & 28. vbi ponitur benedictio in sobole, & in terræ nascentibus: & ponitur maledictio è contrario. Et apparet manifestè bn̄dictionē esse augmentū, & maledictionē detrimentū. Sic patet 2. ad Corin. cap. 9. s. qui parce seminat, parce & metet, qui in benedictionibus seminat, in benedictionibus & metet: & opponitur ibi benedictio
B parcitati: est autē parcitas auaricia, ergo benedictio abundantia. Patet etiam eod. cap. cùm dicitur: præparent repromissam benedictionem: sic vt benedictionem, & non vt auariciam: ergo benedictio, & auaricia opponuntur: hanc abūdantiam orabat ad Deum Saul pro Ziphæis, quia obsequebant̄ ei. *Quia doluistis vicem meam*, idest doluistis de me, vel doluistis loco mei. s. ego nimis doleo, quia non possum tenere Dauid. Vos etiam doluistis ostendentes mihi qualiter tenerem. De hoc autem conquerebatur Saul omnibus seruis suis, dicens, ꝙ nullus doleret pro eo, vt patet præcedenti capit. Non est qui vicem meam doleat ex vobis. *Abite ergo*, i. eatis in desertū, vbi Dauid latet. Hoc dicebat Saul, quia volebat, ꝙ Ziphæi
C præcederent eum, vt denūciarent ei locum certum Dauid, & ipse postea sequeretur. *Diligentius preparate*: idest cum magna diligentia præparate mihi locum certum, vt non cogar vagari incertus per solitudines, sed vadam ad rem certam, vt patet infra: iubebat autem Saul fieri omnia ista cum magna diligentia, quia sciebat Dauid esse nimis diligentem in obseruando se à Saule. Etiam semper cogitabat, quòd Saul ponebat ei insidias, vt patet inf. s. Recogitat. n. de me, ꝙ callidè insidier ei, ideo fugeret Dauid, nisi satis diligenter, & cautè Ziphæi obseruarent latibula, & subterfugia eius. *Curiosius agite*, idest cum magna cura, vel solicitudine tractate istud negociū, nihil diligētiæ omittētes. Ista oīa ad idē redeūt, sed ponunt
D ad significādū magnū desideriū Saulis ad hoc, ꝙ fieret istud negociū diligēter, qa timebat, ꝙ ēt si obseruarēt nūc Dauid serui sui, effugeret, sicut cū esset in Ceila posuit ei Saul insidias, sed fugit, vt patet supra in litera. *Et cōsiderate locū, vbi sint pedes eius*, i. videte vbi nunc latet, vt sciatis mihi respondere de loco certo. Querere aūt de pedibus hominis vbi sint, est, ꝙ quæratur vbi est ipse homo. In Hebręo est ista litera breuius, quia loco istarum trium clausularum s. diligentius præparate, & curiosius agite, & considerate locum, &c. Habetur in Hebræo. *Scitote, videte vbi sit pes eius*. Sed qa ista verba sūt expræssiua magnę diligentię circa aliqd, litera nostra posuit tres clausulas æqpollentes magis signantes diligentiam. *Vel quis viderit eum*, i. si non scitis omnes vos latibulum eius, saltem videte quis est, qui viderit eum latere, & sciat locum determinatum. q.d. non moueamur per famā
E habentē auctorē incertum. s. ꝙ omnes dicant in tali loco est, & nullus sciat, an ibi sit, quia per hoc cōtingeret Saulē vagari inutiliter. *Recogitat. n. de me, qđ callidè insidier ei*. Ista ē cā, quare iubebat Saul adhiberi magnam diligentiam sciendo locum Dauid, quia ipse at semper suspectus de Saule, ꝙ insidiaretur ei callidè. i. subtiliter, vel artificiosè: ideo semper esset paratus, ne incideret in insidias Saulis, ad ꝙ adhiberet magnam solicitudinem: vt ergo falleretur ista solicitudo, & diligentia Dauid per Ziphęos, necessaria erat nimia sagacias, & solicitudo ipsorum.

Quomodo sciebat Saul, quòd Dauid cogitaret de eo, quòd insidiaretur ei callidè. Quæstio. XXVI.

QVAERET aliquis, quomodo sciebat Saul, ꝙ Dauid recogitaret de eo, ꝙ insidiaretur ei callidè. Respondendum est, quòd hoc poterat scire ex quadam præsumptione generali, quia illi, qui sunt verè hostes conantur sibi inuicem nocere quãtum valent: Saul autem erat hostis Dauid, & hoc nouerat ipse Dauid, ideo rectè cogitare deberet, quòd Saul conaretur ei nocere, siue apertè, siue ꝑ insidias. Item posset hoc cognoscere Saul ex præsumptione magis propinqua, s. quia si Dauid nõ timeret aliquas insidias Saulis, non fugeret per deserta, sed maneret in locis muratis. Nunc tamen nunquam introibat in aliqua loca munita, sed latebat semper in syluis: & hoc sciebat Saul: ergo sciebat, quod Dauid recogitabat de eo, quòd insidiaretur ipsi. Item hoc sciebat Saul: quia rationabile erat, quòd timeret Dauid insidias Saulis, cùm sæpe Saul fuisset ei insidiatus: nã cum conatus fuit eum percutere lancea, misit seruos suos ad vallandum domum Dauid per noctem, vt eum tenerent, ipse antem euasit manus eorum depositus per fenestram à Michol, vt patet supra ca. 19. iterum etiam cum esset Dauid in vrbe Ceila, insidiabatur ei Saul, vt clausa vrbe caperetur: Dauid autem cognitis insidijs recessit. Quod ad Saulem peruenit: & tunc Saul cognito, ꝙ insidiæ suæ patuissent dissimulauit exire, vt patet supra in litera: sciebat ergo Saul, quòd Dauid recogitaret de eo, ꝙ insidiaretur ipsi, cum sæpe eius insidias cognitas sciret à Dauid. *Considerate, & videte omnia latibula eius, in quibus absconditur:* idest diligenter videte, quæ sint loca, in quibus consueuit latere, s. vt quanquam non reperiatur in vno, inquiramus alterum, & alterum, ita vt euadere non possit. Dicitur autem de latibulis, in quibus absconditur, idest consueuit abscondi, quia fortè Dauid erat in Sylua Ziphæorum ab aliquot diebus, & non latebat semper in eodem loco, sed aliquando hic, & aliquando alibi: & hoc, vt minus cognosceretur locus eius. Sic enim fecit ipse Dauid, quando egressus est de Ceila in Syluam: nam non manebat semper in vno loco, sed dicitur, quòd ipse, & viri sui vagabantur in certi: ita etiam erat nũc, quia Dauid, & viri sui erant in deserto Maon, cum prius essent in locis tutissimis Syluæ. Vel potest intelligi: Considerate omnia latibula eius, in quibus absconditur. i. in quibus potest abscondi: quia licet in vno loco solum visus fuisset abscondi Dauid, quia tamen poterat abscondi in aliquo alio, si ibi essent alia latibula, iussit, quòd inquirerentur omnia latibula, & obseruarentur, vt quando Saul veniret, si non inueniret eum in vno latibulo, saltem inueniret in alio. *Et reuertimini ad rem certam:* idest venite postea ad me, quando scieritis locum, in quo est: vel omnia latibula, in quibus potest abscondi, vt ego tũc vadã vobiscũ.

Cur Saul volebat ad rem certam capere Dauid, & non vagari frustra. Quæstio XXVII.

QVAERET aliquis, quare Saul nolebat ire ad rem incertam: nam ipse tanto desiderio ardebat, vt caperet Dauid, quòd non reputaret laborem viarum, nec etiam si aliquando frustraretur intentio sua, potissimè cum ipse aliquãdo persecutus fuerit Dauid super petras abruptissimas, quæ solis ibicibus peruiæ sunt, vt patet seq. cap. & tamen non iuit Saul ad rem certam, cum non consecutus fuerit ipsum Dauid. Respondendum est, quòd Saul volebat ire ad rem certam, & non vagari inutiliter propter

F duo. Primò propter laborem sui, & suorum. Nam
terra illa, in qua Dauid manebat, erat abruptissima,
& difficilis viatoribus: vnde nimis grauarentur ser-
ui Saulis discurrere per excelsas petras, potissimè ni-
hil consequendo. Secundò volebat ire ad rem cer-
tam, vt non deluderetur ad Dauid: nam si iret in soli
tudinem ad rem incertam, euaderet Dauid, & fru-
straretur intentio Saulis, in quo gauderet Dauid, &
haberet quoddam genus victoriæ de Saule, & ipse
Saul sentiret se in hoc despici, & erubesceret. Sic
enim fecit quando molitus est insidias Dauid in Cei
la: nam cum, illis cognitis, Dauid fugisset in vrbe,
Saul erubuit, & dissimulauit descendere in Ceilam:
& hoc erat pręcipuum, propter quod volebat ire ad
G certam rem: nam si toties falleretur insidiando Da-
uid, erubesceret vlterius persequi illum. Cum autẽ
obijcitur, quod sequenti cap. iuit Saul ad loca duris-
sima, & ad rem incertam. Respondendum est, quod
putabat se ire Saul ad rem certam: nam dictum ei
fuerat, quod Dauid latebat in locis tutissimis Engad
di, & putauit eum ibi esse, & verè ibi erat: vnde ad
rem certam iuit, quia Saul introiuit in eandem spe-
luncam, in qua erat Dauid cum viris suis, vt patet
ibidem: & cum dicis, quòd iuit ad rem incertam, qa
euasit Dauid, non stat ratio: nam quòd Dauid euase
rit, fuit ex diuina dispositione, quę excedit omne hu
manum consilium: illi tamen, qui duxerũt Saulem
ad loca tutissima Engaddi, ad rem certam eum mise
H runt: nam ipse introiuit in speluncã, in qua erat Da-
uid, & postea locutus est ei, ideo semper cauebat Sa-
ul ire ad aliquid incertum, sic etiam infra 26. c. cum
iterum Saul persecutus est Dauid, iuit ad rem certã:
nam apud eum castrametatus est Saul, ita vt Dauid
descenderet per noctem ad capiendum hastam, quę
erat ad caput Saulis, vt patet ibidem. *Vt vadam vobis-*
cum, idest tunc ego ibo vobiscum, quando mihi nun
ciaueritis locum certum. Dicendum tamen, quod
Ziphæi non iuerunt in saltum ad inquirendum la-
tibula, & redierunt postea ad Saulem in Gabaa, sed
solum præcesserunt eum in via per aliquantum spa
tium, vt ipsi prius possent habere determinatum lo-
cum, quàm accederet Saul ad desertum. Sic patet
I infra, s. at illi surgentes abierũt Ziph ante Saul, idest,
ipsi præcedebant Saulem eundo, Saul tamen non
mansit in domo. Sed tunc dicetur, quòd Saul signi-
ficauit hic, quòd redirent ad eum in domum suam,
quia dicitur hic: reuertimini ad rem certam, idest re
uertimini ad me, ad nũciandũ rem certam. Dicen-
dum est, quòd fortè Saul à principio disposuit ma-
nere in domo quousque Ziphæi afferrent ei rẽ cer-
tam: postea tamen indicauit hoc esse inconueniens,
quia dum ipsi redirent in Gabaa ad Saulem, & iret
Saul ad Dauid, cognosceret Dauid insidias, & fuge-
ret, & sic frustraretur intentio Saulis, ideo quanquã
misisset Ziphæos, vt reuerterentur ad ipsum, tamen
immediatè mutata sententia secutus est eos. Aliter
K potest dici, quòd Saul dixerat eis, vt reuerterentur
ad rem certam, idest ad nũciandum ei rem certam:
hoc tamen non in Gabaa in domum suam, sed ꝙ re
uerterẽtur ad iter prope syluam, in qua erat Dauid,
& ibi nunciarent ei, & tunc Saul egressus est de do-
mo sua præcedentibus eum Ziphæis, & peruenit ad
aliquantam partem itineris circa syluam, ad quem
locum redierunt postea Ziphæi cognito de latibulo
Dauid, & ex ipso loco iuit Saul cum Ziphæis. *Quòd si*
etiam in terram se obstruxerit. i. etiam si clauserit se in ter
ra, inquiram eum, q. d. vos scitote semel omnia lati-
bula eius, ita vt non possit euadere, quia postea ego
inquiram eum etiam si lateat intra viscera terræ.
Perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda. i. inquiram in to-
ta terra

tā terra Iuda. Hoc dicebat Saul, quia nunc Dauid latebat in terra Iuda. Et non ſolum inquireret eum in ſylua Ziphæorum, ſed etiam in tota terra Iuda, ſi ſciret latibula eius. Hoc autem dicebat Saul ad animandum Ziphæos, vt perſequerentur Dauid inquirentes diligenter: nam fortè ipſi putarent, ꝙ Saulem tęderet laboris ſyluarum, & nollet perquirere Dauid, ideo etiam ipſi remiſsè agerent inquirendo illum: vt ergo ipſi ſolicitè illum inquirerent, dixit, ꝙ non ſolum perſcrutaretur eū in ſylua illa, ſed etiam in tota terra Iuda, etiam ſi in viſceribus terræ ſe abſconderet. Dicit autem Nicolaus, ꝙ hoc dicebat Saul ad ſignificandum Ziphæis, ꝙ non ſolū Iſraelitæ de alijs tribubus adiuuarent Saulem inquirendo Dauid, ſed etiam omnes de tribu Iuda, qui erant contribules Dauid: in quo Saul perſuadebat Ziphæis, ne ipſi putarent ſe deteriores omnibus alijs viris Iuda. ſ. ſi ipſi ſoli proderent Dauid, & inquirerent eum, reliqui autem occultarent ipſum. In hebræo habetur hic. *Si in terra fuerit, perſcrutabor eum*. i. ſi mãſerit ĩ terra iſta, ſemper eum inquiram. q. d. niſi deſcenderit in terrã Philiſthinorũ, vel iuerit in alia regna extranea, ſemper inquiram eum, dum fuerit in terra hac. *In cunctis millibus Iuda*. Exponunt Hebræi cum præcedenti litera. ſ. ſi fuerit in terra. i. in terra iſta Iuda, ego perſcrutabor eum in cunctis millibus Iuda. i. cogam omnes millenarios, ſiue tribunos, qui vocantur principes millium, ad hoc, ꝙ perſcrutentur illum, & dent eum mihi. Iſta eſt expoſitio Rab. Da Kimhi, ſed non ſtat, quia non accipiuntur hic millia pro principibus millium. ſ. pro tribunis, ſed pro multitudine populorũ: ſcilicet, perſcrutabor eum in cunctis millibus iuda. i. in tota terra multitudinis habitatorum Iudæ. ſic accipitur Micheæ, cap. 5. ſ. Et tu Bethlehem effrata paruula es in millibus Iuda, ideſt, paruulus locus es inter multitudines Iudæ, q. d. alia loco ſunt maiora in populis Iudæ. Sic etiam accipitur Deutero. cap. 33. ſ. Hæ ſunt multitudines Ephraim: & hæc millia Manaſſe. Ibi tamen accipiuntur millia non pro tribunis, ſed pro multitudinibus populorum, ita hic. ſ. ꝙ in oĩbus illis multitudinibus inquireret non omittendo aliquam partem terræ Iuda. Cum etiam dicunt: ſi in terra fuerit, perſcrutabor eum. i. ſi manſerit in terra hac, nõ conuenieñter exponitur à Iudęis: nã nunc Saul ſciebat Dauid eſſe in terra Iuda, & ibat ad perſequendum eum tanquam exiſtentem in terra illa: ad quid ergo diceret, ſi fuerit in terra. i. ſi manſerit in terra iſta? Videbatur enim quaſi ſuperfluum, ideo videtur, ꝙ litera magis voluerit exprimere, innuens intentionem nimiam Saulis ad perſequendũ Dauid. ſ. ſi in terra fuerit. i. etiam ſi fuerit intra terrã in viſceribus eius. Hoc enim ſignificabat deſiderium ſuum, & obſtinationem in laborando ad conſequendum deſideratum: & ob hoc litera noſtra expreſſius dixit: Quòd ſi etiam in terram ſe obſtuxerit. i. clauſerit ſe in viſceribus terræ. Nam litera noſtra exponit magis obſcuritatem hebraicæ locutionis. Sic enim habetur ſupra, vbi dicit litera noſtra. recogitat enim de me, ꝙ callidè inſidier ei. dicit litera hebraica. *Recordans recordabitur*. i. recordabitur de me, ꝙ ego cõſtituerim ei inſidias ante hoc: & nunc etiam cogitabit, ꝙ ei inſidior. *At illi ſurgentes*. Hic ponitur tertium huius partis, in quo Saul Dauid in latibulis perſcrutatur indicantibus Ziphæis: & dicitur. *At illi ſurgentes*. i. Ziphæi ſurrexerunt illico de vrbe Gabaa, in qua nunc erant, vt exequeretur id, quod iubebat Saul. *Abierunt in Ziph*. i. venerunt ad deſertum Ziph: nam quando iſta dicebantur, erant in Gabaa cum Saule, vt patet ſupra: nunc autem redierunt in Ziph. i. in ſyluam ſic nominatam: ex hoc autem apparet, ꝙ Ziph ſit no-

A men proprium terræ: & non dicantur Ziphæi illi, qui faciunt Picē. *Ante Saul*. i. præceſſerunt ipſi Saulē ad hoc, ꝙ Saul veniret poſtea ad rem certam, ſicut eis ſupra dixerat. Non tamen manſit Saul in Gabaa ad hoc, ꝙ redirent Ziphæi ad nunciãdum ei iterum locum Saulis in Gabaa, ſed ſecutus eſt Ziphæos, & venit vſque ad quandam partem itineris, ad quam poſtea redierunt Ziphæi nunciantes ei locum Dauid. *Dauid autem, & viri eius erant in deſerto Maon*. i. eo tempore, quo venerũt Ziphæi ad inquirendum certum locum Dauid: erat Dauid in ſolitudine Maon. Eſt autem Maon quædam ciuitas, apud quam erat deſertum: & vocabatur ab illa deſertum Maon: ſicut vocatur deſertum Hareth à quadam vrbe nomine Ha-
B reth, vt declaratum eſt præceden. cap. apparet etiam ꝙ ſit vrbs, quia Ioſue. cap. 15. ponitur Maon vrbs ſortis Iudæ, patet etiam, quia infra ca. 25. dicitur, ꝙ erat vir quiſpiam in Maon, & poſſeſſio eius in Carmelo, ideſt, habitabat ille vir in vrbe Maon, & habebat poſſeſſionem ſuam in Carmelo.

Quomodo ſtat, quòd Dauid eſſet in deſerto Maon, cum ſupra dicatur, quòd erat in deſerto Ziph. *Q. XXVIII.*

QVAERET aliquis, quomodo dicitur hic, ꝙ Dauid erat in deſerto Maon: nam ſupra dicitur, ꝙ erat in deſerto Ziph, & ibi nunciauerunt eũ eſſe Ziphæi. Aliquis dicet, ꝙ Dauid nunquam habe-
C bat locum certum ad manendum, ne cognoſceret locus eius, & poſſent ei poni inſidiæ: ſed vagabatur incertus hinc, & inde: ſicut dicitur ſupra in litera, ꝙ Dauid, & viri ſui egreſſi de Ceila hùc, & illùc vagabantur incerti: ita forte nunc. Quamquam quando Ziphæi iuerunt ad nunciandum Sauli quod Dauid eſſet in deſerto Ziph: tamen forte dum irent deſcendit in deſertum Maon, & ibi erat quando ipſi redierunt. Sed dicendum eſt, ꝙ hoc non ſtat: quia Dauid non mutauit locum quouſque nunciatum eſt ei, ꝙ veniret Saul, vt patet infra, ſcilicet, & nunciatum eſt Dauid, ſtatimq; deſcendit ad petram: ergo ante hoc nihil mutauerat. Dicendum ergo, ꝙ in eodem loco erat Dauid, quando Ziphæi iuerunt ad Saulem,
D & quando redierunt ad ſciendum locum eius: ille tamē vocatur diuerſis nominibus, ſ. deſertum Ziph, & deſertum Maon. Eſt tamen deſertum Ziph nomē generale, deſertum Maon eſt tanquam pars eius: nam Maon eſt ciuitas ſpecialis, & deſertum, quod eſt apud illam, vocatur deſertum Maon: Ziph autem eſt nomen cuiuſdam regionis, in qua ſunt aliquæ vrbes, & tota ſolitudo terræ illius vocatur deſertũ Ziph: ideo cum dicitur de ſolitudine Ziph, nominant in ea partes ſpeciales, eo ꝙ illa ſit ſolitudo magna: ſic patet ſupra in litera: nam cum vellēt dicere Ziphęi, ꝙ Dauid erat in deſerto Ziph, dixerunt: ecce Dauid habitat apud nos in locis tutiſſimis ſyluæ in colle
E Hachila, quæ eſt ad dexteram deſerti, vbi tres determinationes poſitæ fuerunt. ſ. in locis tutiſſimis, & in colle Hachila, & ad dexteram deſerti. Et iſta omnia ad ſignificandum, quæ pars ſylug eſſet, in qua Dauid erat. Nominatur ergo iſta ſylua diuerſis nominibus, ſicut interdum eadem vrbs habet multa nomina, vt patet de Hebron, quę vocatur Cariatharbe, Ioſue. c. 14. & 21. & vocatur Mambre, vt patet Gen. cap. 23. & 49. & vocatur etiam Hebron. *In campeſtribus*. ideſt manebant Dauid, & viri ſui in parte campeſtri illius deſerti. Vocatur pars campeſtris illa, quæ non eſt penitus plana, ſed habet aliquid de montuoſitate. *Ad dexteram Ieſimuth*. ideſt erat tunc Dauid ad partem dexteram loci, qui vocatur Ieſimuth. Sciendum autem ꝙ litera noſtra variè accipit iſtud nomen: nam vbi dici-

dicitur hic Iesimuth in Hebræo dicitur Iesimon: & est nomen commune significās desertum: litera autem nostra aliquando ponit illud pro nomine communi, & aliquando pro nomine proprio: nam supra in litera dicitur: In colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti, & habetur ibi Iesimon in Hebræo, vbi litera nostra dicit, deserti. Hic autem idem nomen ponitur in Hebræo: & litera nostra voluit accipere illud tanquam commune, ita vt diceret, desertum: sed dixit, Iesimuth, corruptè tāquam sit nomē proprium. Ex hoc autē apparet, quod supra dicebatur, scilicet, ꝙ idem desertum sit desertum Ziph: & desertum Maon: nam Ziphæi nunciauerunt Sauli, ꝙ esset Dauid in terra eorum, quæ est desertum Ziph, & dixerunt. Dauid latitat apud nos in locis tutissimis syluæ in colle Hachila, quæ est ad dexteram deserti. Hic etiam dicitur, ꝙ erat Dauid in deserto Maon in campestribus ad dexteram Iesimuth, siue deserti: cū ponatur hic nomen, quod est supra, vbi litera nostra dicit, desertum: ergo idem locus erat collis Hachila, & desertum Maon, cum vtrunque ponatur ad dexteram Iesimuth, siue deserti. *Ibat ergo Saul, & socij eius ad querendum eum.* s. recedentibus Ziphæis de Gabaa, surrexit Saul cum multitudine virorum, & iuit ad persequendum Dauid. *Et nunciatum est Dauid.* s. ꝙ Saul veniret ad persequendum eum: non fuit enim nunciatum de Ziphæis, ꝙ iuissent ad indicandum Sauli locum Dauid, eo ꝙ isti secretius egerunt, & non potuerunt cognoscere istud exploratores Dauid: ipsi tamen cognouerunt aduentum Saulis, quia non poterat sic celari Saul, cum veniret cum multitudine, sicut celati sunt Ziphæi, qui fortè pauci erant, quando iuerunt ad syluam, & nihil suspicabantur de eis viri Dauid. *Statimque descendit ad petram.* i. immediatè, vt audiuit Dauid de Saule, descendit de loco, in quo erat ad petram. Dicunt aliqui, ꝙ petra est nomen castri, vbi Dauid posuit ea, quę habebat, vt esset expeditior ad fugiendum: & istud castrum est in solitudine. Alij autem volunt, ꝙ petra erat aliqua magna rupis cauernosa, in qua Dauid reposuit res suas, noluit tamen ibi manere, ne fortè à Saule includeretur ibi, & cogeretur, vt se traderet ei, vel moreretur pugnando. Sed dicendum est, ꝙ ista petra erat aliqua magna rupis, de qua infra dicitur, ꝙ vocauerunt locum illum petram diuidentem: & ibi Saul postea circundabat Dauid, & viros suos, nec descendebat Dauid ad petram, vt ibi reponeret aliquid, sed vt fugeret manus Saulis.

Quare recessit Dauid de deserto Ziph, cum intellexit, quòd Saul illùc iret. *Quæst.* XXIX.

QVAERET aliquis, quare descendit Dauid de loco, in quo erat, audito, ꝙ veniret Saul. Respondendum est, ꝙ egit ex timore, ne ibi caperetur à Saule: noluit enim expectare diuinum miraculū, scilicet, ibi veniente Saule, vt Deus defenderet eum, quanquam non fugeret, sed voluit opere humano prouidere sibi quantum poterat. Cùm verò prudentia, & potentia humana deficerent, recurrendū erat ad miraculum sicut supra factum est. s. quando Saul circundabat Dauid, & desperabat Dauid se posse euadere: nam tunc Deus misit nuncium, qui faceret inde recedere Saulem propter Philisthæos, vt patet infra: nunc vero quia tempus habebat Dauid ad saluandū se, præoccupauit fugere de loco, in quo erat. Hoc autem fecit propter duo: primo ne Saul cognosceret vbi erat: nam cum veniret Saul ad persequendum eum, putabat ipse, ꝙ audisset eum esse in certo loco, & ad illum veniebat. Nunc autem cum non re-

F periret ibi illum, fortè desisteret à persecutione, videns se illusum. Secundum erat, vt Dauid haberet locum fugiendi, quia in partibus superioribus collis Hachila, vbi erat nūc Dauid, erat locus angustus, & si expectaret ibi Saulem, circundaret eum faciliter, & caperet. Descendit ergo ad partes inferiores deserti, vt ibi latiorem locum haberet fugiendi, & non posset ita faciliter circundari à viris Saulis quanquam adhuc ibi cinxit eum Saul, & viri sui in modū coronæ, vt patet infra. *Et versabatur in deserto Maon.* idest, & discurrebat per diuersas partes deserti Maon antequam veniret Saul: istud enim est desertum, de quo supra dicitur.

G *Quomodo stat, quòd Dauid versaretur in deserto Maon, cum supra dicatur, quòd recesserat inde.* *Quæstio.* XXX.

QVAERET aliquis, quomodo dicitur hic, ꝙ
versabatur Dauid in deserto Maon: nam iam
supra dictum est, ꝙ recesserat inde, & descendit ad
petram: etiam infra videtur hoc significari, cum dicitur, ꝙ Saul audito hoc, persecutus est Dauid in deserto Maon. i. audito, ꝙ recessisset de loco, in quo
prius erat. Respondendum est, ꝙ Dauid fuit in deserto Maon ante aduentum Saulis, & postea etiam,
sicut patet ex litera, quæ dicit de Dauid, quòd erat in
deserto Maō in campestribus. Postea autem dicitur,
H ꝙ descendit ad petram. s. de loco, in quo prius erat,
& versabāt in deserto Maon. Hoc autem erat, quia
desertum Maon, quāquam sit quædam pars deserti
Ziph, sicut supra declaratum est, tamen erat magnū,
& habebat in se quasdam partes montuosas, & alias
planiores. Dauid autem erat in isto deserto Maon, in
partibus sublimibus. s. in colle Hachila, quando denunciatum est Sauli, ꝙ erat in deserto Ziph. Et de
hoc dicitur supra, ꝙ erat in deserto Maon ad dexteram Iesimuth, Postea autem audito, ꝙ veniret Saul:
descendit ad quasdam partes planiores eiusdem deserti ad petram: & de hoc dicitur hic, ꝙ statim descendit ad petram, & versabatur in deserto Maon.
Et sic fuga Dauid non fuit magna, sed fuit aliquanta declinatio à loco illo, ne inueniret eum Saul, vbi
I putabat. *Quod cum audisset Saul.* Hoc potest referri ad
duo: vno modo, ꝙ Saul audiuit id, quod retulerunt
ei Ziphæi. s. ꝙ venerunt aditer ad eum, vt nunciarēt
de loco Dauid, sicut promiserant. Alio modo intelligitur, quod cum audisset Saul. s. ꝙ Dauid recesserat
de loco, in quo erat. Cognouit enim recessum eius
per Ziphæos, quia illi obseruabant diligenter locum
eius, sicut iusserat Saul, & viderunt quando recessit,
& quo iuit: vnde nunciatum est illicò Sauli, & ipse
persecutus est eum vsque ad petram, ad quam descē-
derat Dauid, ita vt circundaret eum ibi in modum
coronę, vt patet infra, & iste est verus sensus. *Persecutus est Dauid in deserto Maon.* idest, non iuit ad collem
K Hachila, in quo prius sibi dictum fuerat, ꝙ erat, sed
secutus est eū in deserto Maon s. veniendo ad partes
inferiores deserti Maō, ad quas fugerat Dauid apud
petram. Et accipitur hic desertum Maon sicut accipiebatur immediatè, cùm dictum est: & versabatur
in deserto Maon: & non sicut accipiebatur supra, cū
dicitur: Dauid autem, & viri eius erant in deserto
Maon, quia ibi accipitur desertum pro partibus excelsis illius deserti, de quibus postea fugit Dauid. In
his autem duobus locis accipitur pro partibus inferioribus, in quibus nunc erat Dauid. *Et ibat Saul, & viri eius ad latus montis,* s. Dauid descenderat de parte superiori montis, in qua prius erat ad partes inferiores, vt ibi posset euadere: Saul autem ibat per latus
montis

montis ad tenendum Dauid: iste mons est, qui vocatur collis Hachila, in cuius summitate prius erat Dauid, vt patet supra, postea autē descendit ad partes inferiores ad quoddam latus illius. *Ex parte vna.* i. Saul erat in latere mōtis ex parte vna, in qua nō erat Dauid: nā Dauid descēderat ad illud lat⁹ mōtis, qđ magis distās erat à Saule, vt per illud possit euadere, Saul aūt veniebat ex alia parte: quia tñ habebat Saul secū multos viros, subito cinxit montem, ita vt ex omni parte Dauid in modum coronæ clauderetur. *Dauid aūt, & viri eius erant in latere montis ex parte alia.* s. ex parte illa, quæ erat opposita parti, per quam veniebat Saul, vt sic cum Saul ad vnam partem procederet, Dauid fugeret ad oppositum, & nunquam eum caperet, Saul tamen cinxit totum montem, vt non haberet locum fugiendi. *Porro Dauid desperabat se posse euadere à facie Saulis.* i. cum videret Dauid se circundari à viris Saulis, & propter locorum angustiam non pateret aliquod subterfugium, desperabat de euasione sua. In Hebræo habetur vbi nos dicimus desperabat. *Nebapam.* quod significat angustiatum, vel strictum, quod conuenit homini, quando ex præssura, vel labore non potest emittere anhelitum, quia iam deficit tota virtus inspirandi, & respirandi: & hoc reddit ad literam nostram. s. ꝙ Dauid desperabat se posse euadere, quia desperatio est afflictio magna, cum aliquis non habet quid agat: sicut cum homini anhelitus intercluditur. Considerādum autem circa hoc, ꝙ secundum, ꝙ Hebræi dicunt, & refert Ra. Dauid Kimhi hic incepit Dauid increpare Samuelem, tanꝗ mendacem: ipse enim vnxerat eum regem, & dixerat, ꝙ regnaturus esset in Israel: nunc autem videbat se in limine mortis, quam desperabat se posse euadere: ideo dicebat Samuelem mentitum, & ꝙ iam nulla veritas erat in promissionibus per prophetas. Dicūt etiam, ꝙ tunc Dauid composuit Psalmum illū, scilicet. Credidi propter, & ibi dicitur: Ego dixi ī excessu meo omnis homo mendax. Quod exponunt de Samuele, s. ꝙ dixerit tūc, ꝙ omnis homo erat mēdax, non solum homines vulgares, sed etiam ꝓphetæ. Et probant, ꝙ intelligatur de hoc, quia dicitur ibi: ego dixi in excessu meo, idest in excessiua aduersitate, vel desperatione: maximè quia dictio Hebraica, quę ponitur ibi pro excessu, est similis huic dictioni, quæ ponitur hic pro desperatione. s. quia ista deriuatur ab illa: nam ibi dicitur. *Hozi.* Hic autem dicit. *Nebapas.* Quod secundum Hebræos satis patet esse idem. Dicunt etiam, ꝙ vt non crederet Dauid Samuelem esse mentitum, misit quendam nuncium, vel angelum ad Saulem, vt sic cogeretur dimittere Dauid, vt patet infra: & sic apparet vera promissio Samuelis. Iste tamen sunt fictiones Hebræorum: nūquam enim Dauid propter aliquam aduersitatem tantum excessit, ꝙ diceret prophetas esse mentitos: nam etiam si Saul cepisset Dauid, & eum occidere vellet, non diceret tunc Samuelem esse mentitum: nam satis stabat prophetia Samuelis cum hoc, ꝙ ipse caperetur à Saule, & occideretur: sciebat nanque Dauid, ꝙ Deus promittebat multa per prophetas, & illa intelligebantur cum conditione. s. si illi, quibus fiebat promissio, manerent in eodem statu, sicut factum est ad sacerdotem Heli sup. cap. 2. cum dicitur: loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternū: nunc aūt dicit Dn̄s, absit hoc à me, sed quicunq; glorificauerit me, glorificabo eū, q aūt contemnunt me, erūt ignobiles: & ibi subditur quō Deus abstulit sacerdotiū de domo Heli. Et Iere. c. 18. dr̄, ꝙ Deus subito promittit alicui genti, ꝙ ædificabit illam, & plātabit: & tamen si gens illa egerit malum in conspe-

A ctu eius, ipse quoque agit pęnitentiam super bono, quod promiserat ei agere: & subito loquetur de aliqua gente, ꝙ disperdat eam, & eradicet: si tamen gēs illa pęnitentiam egerit de malo suo: Deus quoque pęnitentiam agit de malo, quod comminatus est: & tamen in omnibus his non sunt falsa verba prophetarum, cum intelligantur promissiones cum conditione: ita ergo Dauid, quanquam premeretur à Saule, & iam vellet occidi, non putaret, ꝙ Samuel mentitus fuerat, dicendo eum futurum regem super Israel, & vngendo in regem: sed magis putaret, ꝙ Deus istud promiserat, sed intelligebatur ꝓmissio 1. si maneret Dauid in statu, in quo erat: forte autem Dauid postea peccauit, vel saltem putaret se in aliquo offendisse, quāquam non esset certus: cum nemo sciat an
B odio, vel amore dignus sit, vt patet Eccle. c. 9. ex hoc crederet, ꝙ Deus indignatus erat, & nolebat eum regnare super Israel: sic n. de ipsomet Saule acciderat: nam Deus vnxerat eum in regem, quasi ipse, & tota posteritas sua habituri essent regnum, quia tamē peccauit faciendo sacrificiū antequam veniret Samuel, Deus prædixit ei, ꝙ non regnarent filij sui post eum, vt patet supra cap. 13. scilicet: stultè egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui: quod si non fecisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam vltra cōsurget regnum tuum: sic ergo putasset Dauid de se, ꝙ propter aliquod delictum suum Deus priuauerat
C eum regno, quod promiserat, & tradiderat illum in manibus hostis sui, & non crederet ob hoc mentitū fuisse Samuelem. Quod aūt dicunt de Psal. s. Credidi propter ꝙ fecerit eum tunc Dauid, & vocauerit ibi Samuelem mendacem, non est verum. Nam non fecit eum tunc, sed postea quādo Syba seruus Isboseth mentitus fuit Dauid, dicens, ꝙ Dominus suus fauebat parti Absolonis, & tradidit ei agros illius: postea autem reperit hoc falsum esse, & iratus est nimis. De hoc infra, 2. lib. cap. 19. & tunc dixit Dauid: Omnis homo mendax: & fecit illum Psalmum.

An Dauid peccauerit desperando se posse euadere manus Saulis. Quæstio. XXXI.

D QVAERETVR circa hoc cùm dicatur, ꝙ Dauid desperabat se posse euadere, an peccauerit in hoc. Aliquis respondebit, ꝙ sic, quia desperabat dictis propheticis, & cōsequenter non credebat eis: infidelitas tamen magnum vitium est: quia sicut fides est prima virtus, sine qua impossibile est placere Deo, vt patet ad Hebræ. cap. 11. & homo iustus viuit ex fide, vt patet ad Roma. cap. 1. ita infidelitas erit primum vitium, quod primò, & maximè repugnabit virtutibus: sed Dauid non credebat dictis propheticis: ergo erat infidelis, quia circa ista stat fides: & debemus potius assentire dictis propheticis, quàm eis, quæ nos videmus. Sic patet in Canonica Petri. 2. c. 1.
E vbi dicit, ꝙ magis credendum est prophetæ, quàm ei, quod ipse vidit: vnde cum dixisse se vidisset trāsfiguratum Christum in mōte Thabor, ait: Habemus autem firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes: Samuel tamen erat propheta, & vnxerat Dauid in regem prædicens ei, ꝙ futurus esset rex, ꝙ ergo ipse desperaret se posse euadere erat contra veritatem prophætiæ, quæ asserebat eū prius futurum regem, quàm moriturum: ergo erat infidelis desperando de euasione. Respondendum est, ꝙ quanquam Dauid credidisset se nunc capiendum esse, & occidendum à Saule, ꝙ Samuel falsa dixisset, non erat infidelis, nec peccabat: nam quanquā Samuel esset propheta, tamen aliquis posset dicere,

quòd

quòd Dauid nesciebat eum esse prophetam. Hoc tā-
men non debet asseri, quia Dauid non debebat dubi-
tare in notorijs: erat tamē notorium in toto Israel,
quòd Samuel erat propheta, & quòd nunquā men-
tiebatur, vt patet supra ca. 3. s. creuit autem Samuel,
& Dominus erat cum eo, & nō cecidit ex omnibus
verbis eius in terram, & cognouit vniuersus Israel à
Dam vsque Bersabeæ, quòd fidelis Samuel esset pro
pheta Domini. Et sic nunc in eis, quæ dixerat de do
mo Heli nihil mentitus fuerat, ita etiam postea mul-
ta dicebat, & nunquam errabat: vnde quandocun-
que aliquid prædicebat, iam totus populus absque
dubio illud futurum esse credebat: sic dixit puer Sa-
ulis ad eum antequam vngeretur in regem, loquēs
de Samuele supra cap. 9. s. Ecce est vir Dei in ciuita-
te hac, vir nobilis, & omne, quod loquitur absq; am-
biguitate venit. Quòd ergo Dauid crederet Samue-
lem non esse prophetam, vel dubitare de hoc, erat
dubitare de notorijs: & ignorantia talis, vel dubita-
tio non excusat. Dicendum ergo aliter. s. quòd Da-
uid sciebat Samuelem esse prophetam: poterat ta-
men ignorare satis rationabiliter an vnctio sua in re
gem factam fuisset prophetice, vel fecisset eam Sa-
muel ex corde suo. Errant enim interdum prophe-
tæ, vel falsum dicūt dupliciter. Primò modo ab in-
tentione. s. quia sciunt aliquid falsum esse, vel cōtra
voluntatem Dei, & tamen conantur illud asserere,
vel facere. Hoc patet in Balaam, qui propheta erat,
& tamen conabatur maledicere Israelitis, & facie-
bat ad hoc ceremonias: quanquam Deus iussisset ei,
quòd non malediceret illis. Num. capit. 22. 23. & 24.
Sic etiam patet Deuteronom. cap. 13. s. Si surrexerit
in medio tui prophetes, aut qui somnium se vidisse
dicat, & prædixerit signum, atq; portentum, & eue-
nerit quod locutus est, & dixerit tibi: eamus, & se-
quamur Deos alienos, non audies verba prophetæ
illius: sic enim dicitur Deuteronom. cap. 18. prophe
ta, qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in no-
mine meo quæ ego non præcepi illi: vt diceret, aut
ex nomine Deorum alienorum, interficietur. Secū-
do modo prophetæ errant per ignorantiam, s. quia
putant verum esse, quod dicunt, & non est, quia De-
us non loquitur illis hoc: sed ex animo suo illud di-
cunt putantes esse verum, & bonum: sic patet de Na
tham propheta, ad quē dixit Dauid, quod volebat
ędificare templum Domino, & Natham ait: omne,
quod est in corde tuo, vade, & fac, quoniam Domi-
nus tecum est. Et tamen immediatè sequitur, quòd
Deus dixit ad Natham, quòd nūciaret Dauid, ꝙ ipse
non ædificaret templum, sed filius eius, vt patet in-
fra 2. lib. ca. 7. Ita igitur putare poterat Dauid, quòd
Samuel egisset hoc ex corde suo, non consulto Do-
mino, & sic poterat esse falsum, ideo quanquam nō
crederet, non peccabat. Si autem obijcies, quòd Sa-
muel erat propheta fidelis, & notorium erat in toto
Israel eum esse prophetam, ideo non dubitare debe
ret in dictis eius, non constat: quia si propheta semp
loqueretur prophetice, & nunquam posset loqui,
nisi prophetice, cum semel constitisset eum prophe
tam: non debebat dubitari postea in aliquo de ver-
bis suis: prophetæ tamen semper loquebantur pro-
phetice, & hoc propter duo: primò, quia non pote-
rant: nam spiritus propheticus non est tanquam ha
bitus alicuius scientiæ, qui semper immaneat per
quem possit propheta, quandocunque voluerit in-
telligere, sed est ad modum actus transeūtis, scilicet,
quòd tunc propheta aliquid prophetice intelligit,
quando Deus eum actualiter immutat: illa verò im
mutatione cessante, propheta nihil plus intelligit, q̄
alij homines, vt declaratum est supra capit. 10. & 19.

Prophetę dupliciter aliquādo possunt errare.

Prophetę non semper loquuntur prophetice.

F ideo si illo tempore, quo Deus non immutat pro-
phetam, ipse conetur aliquid dicere, illud non erit
prophetice dictum, sed erit contingens, sicut id, q̄d
dicunt omnes alij homines, & poterit esse falsum.
Secundò non loquuntur prophetę semper prophe-
ticè, quia non volunt: interdum enim habent pro-
phetę spiritum prophetiæ, & nolunt prædicere id,
ꝙ Deus iubet, sed aliquid aliud: & tunc semper fal-
sum dicunt: ita est de prophetis maleuolis, sicut de
Balaam. Ad hoc ergo, quòd constaret, quòd prophe
ta loquebatur aliquid prophetice, nō sufficiebat, ꝙ
haberetur tanquam propheta: & omnia, quæ ante
hoc dixisset, vera fuissent; sed necesse erat, quòd ipse
induceret aliquod signum in confirmationem, vt
G patet Deuteronom. cap. 13. & 18. debebat autem sic
fieri, quòd propheta diceret: ego denuncio tibi tale,
vel tale euenturum esse ex parte Dei, & tunc debe-
bat subiungere, & ad probationem huius fiet tale,
vel tale miraculum: si autē illud fieret, debebat cre-
di, quòd ille propheta loquebatur prophetice: si tn̄ nō
eueniret debebat credi, quòd ille non erat prophe-
ta: sed ex malicia sua illud confixerat, Deuteron. ca.
18. Quomodo autem signa præmitti debebant à p-
phetis ad hoc, quòd facerēt aliquam probationem,
declaratum est Deuteronom. 13. ca. Samuel autem
non præmiserat aliquod signum Dauid ad cōfirma-
tionem eorum, quę dixerat de regno futuro: ergo
quanquam non credidisset Dauid verbis eius, & de-
H sperare nunc futurū regem, non esset infidelis, nec
aliquatenus peccaret, cum non obligaretur credere
ista esse verba Dei: si tamen Dauid putauisset ista esse
verba Dei, & sic etiam nunc crederet: quia tamen
erat in angustia putaret, quòd Deus nolebat seruare
promissum infidelis esset.

An Dauid tenuit verba Samuelis fuisse prophetice dicta: an desperando se posse euadere peccauerit.

Quęst. XXXII.

QVAERETVR vlterius, dato, quòd Dauid
semper tenuerit verba Samuelis esse prophe
ticè dicta, an peccauerit nunc desperan-
I do se posse euadere. Nicolaus respondet, quòd Da-
uid non desperabat hic simpliciter de promissione
Dei, nec putabat, quòd ipse moriturus esset, aut ca-
piēdus à Saule, sed desperabat se posse euadere absq;
bello cum Saule, quod bellum horrebat nimis, quia
timebat de morte suorum, & aliquorum, qui erant
cum Saule inuoluntariè: & quia ipse voluisset hoc
fieri sine bello, & non poterat, vt ei videbatur, quia
erat circundatus, dicitur, quod desperabat se posse
euadere. s. sine bello. Istud enim aliqualiter stat: sed
non multum consonat literæ; cum litera dicat, ꝙ
desperabat se posse euadere. De se autē principalius, ꝙ
hoc dicitur, quàm de alijs. Sed videtur dicendum, ꝙ
Dauid desperauit hic se posse euadere, tamen non
peccauit, quia fortè Dauid desperabat: non quidem
de veritate verborum diuinorum, sed de sua salua-
K tione à periculo: putabat enim satis stare, quod ver-
ba Dei vera essent, & ipse caperetur à Saule. s. si intel
ligerentur cum conditione, & illam non seruasset
Dauid: vtpotè, quia peccauisset post illam promissio
nem, & sic licebat ei desperare sine incredulitate. Si
autem promissiones Dei intelligerentur absolutè,
& propter mutationem eorum, ad quos fiunt, siue
in bonum, siue in malum, non susciperet aliquam
varietatem, non poterat desperare Dauid de com-
pletione verborum Dei sine infidelitate. Aliter po-
test dici, quòd quanquam putaret Dauid promissio-
nem ad se factam de regno esse simpliciter inuaria-
bilem,

bilem, tamē poterat desperare de salute sua sine incredulitate, vtpotè si tunc non recordaretur actualiter, an Deus promisisset ei, ꝙ futurus esset rex: nam poterat desperare de vita, sicut quilibet alius homo desperaret videns se sic ab hoste circūdatum. Quod autem posset Dauid tunc non posse considerare, ꝙ Deus ei promisisset regnū, satis stat, quia multa sunt homini notissima, quæ actualiter non cogitat: & si illa cogitaret, aliquid faceret, quod non facit: & aliquid dimitteret, quod non dimittit: sicut omni fideli notum est, quòd pro quolibet peccato mortali debetur pęna æterna: & quòd in omni peccato Deus offenditur: peccantes tamen non semper ista cogitant, quādo peccant: immo si ista considerarēt multa facere dimitterent, quæ cogitauerant. sic igitur de Dauid accidere potuit. Aliter potest responderi, quòd Dauid desperabat se posse euadere .s. quin caperetur à Saule, tamen propter hoc non desperabat de completione verborum Samuelis, quia fortè putabat, quod quanquam caperetur à Saule, non occideretur, sed Deus liberaret eū aliquo modo miraculosè. Aliter etiam dici potest, quòd Dauid desperabat de euasione sua, & de vita .s. quia putabat se capiendum, & occidendum à Saule, tamen non desperabat propter hoc de completione verborum Samuelis, quia credebat, quòd Deus posset suscitare à mortuis, & postea regnaret in Israel: sic enim fuit de Abraham; quia Deus dixerat ei, quòd semen suum esset sicut Stellæ Cœli, & sicut puluis terræ, Gen. 13. & 15. c. Abraham autem credidit hoc, & reputatus est ei ad iustitiam; Gen. 15. c. Postea tamen Deus iussit Abrahæ, quòd occideret illum filium suum vnicum, in quo complendę erant promissiones, quo occiso, impossibile erat eas compleri. Abraham tamē putabat eas semper complendas: quia credebat, ꝙ Deus suscitaret illum à mortuis, & complerentur in eo promissiones: sic patet ad Hebræ. cap. 11. s. Fide obtulit Abraham, Isaac, cum tentaretur, & vnigenitum offerebat, in quo susceperat repromissiones: ad quem dictum est, quia in Isaac vocabitur tibi semē: arbitrans, quia à mortuis suscitare potens est Deus. Omnes isti quatuor modi sunt satis probabiles: Primi tamen duo sunt magis propinqui veritati. *Itaque Saul, & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid, & viros eius.* s. Saul venerat à principio ad quoddā latus montis illius, & in alio latere opposito erat Dauid cū viris suis, quia tamen viri Saulis erant multi, cinxerūt Dauid, & viros suos in modum coronæ: dicitur autem in modū coronæ, quia corona est circulus perfectus, & ponitur hoc ad significandum, ꝙ ex omni parte Dauid, & viri sui conclusi erant, ita vt nō maneret eis locus effugiendi, nisi per miraculum, & sic factum est: nam Saul iam capturus erat Dauid, & viros suos, nisi venisset nuncius de ingressu Philisthinorum referens. *Vt caperent eos*, idest ad hoc cinxerat Saul, & viri sui viros Dauid, vt caperent illos in medio, & non haberent locum fugiendi. *Et nuncius venit ad Saul dicens*: iste nuncius obstitit, quin caperetur Dauid, quia immediatè recessit Saul: venit autem iste nūcius ex parte Dei .s. quia Deus volebat eruere Dauid de manu Saulis, quòd iste videbatur conueniēs modus, ideo voluit eum: de isto nuncio dicūt aliqui Iudæi, ꝙ erat Angelus, sicut Rabbi Iudas: alij autem dicunt, ꝙ fuerit homo de Israelitis, sicut Rabbi Phinees. Et verum est, ꝙ hic satis potest dici pro vtraq; parte: nam in Hebręo idem nomen est pro Angelo, & pro nuncio .s. Malach. Dicendum tamen est, quòd fuerit nūcius: nam si fuisset Angelus, & locutus fuisset vt Angelus suspicatus fuisset Saul hoc fieri, vt ipse desereret Dauid: & fortè non fuisset tantum incli-

A natus ad cessandum persequi eum, sicut nunc cum sciret illum esse nuncium, & credidit, ꝙ Philisthini terram vastarent. *Festina, & veni.* Hoc dixit nuncius, vt incitaretur Saul ad veniendum cito: nam si dixisset solum: veni, quia Philisthini volunt aggredi terram tuam, vel iam aggrediūtur, non destitisset Saul ab incepta persecutione, prius enim caperet Dauid, cum esset in promptu; dixit tamen festina, idest nullo modo moreris: & ob hoc Saul, quanquam breuiter capere posset Dauid, destitit, vt occurreret Philisthinis. *Quoniam infuderunt se Philisthijm super terram*, i. extenderūt super terram tuam ad vastandum eam, & iam vastant. Infundere enim pertinet ad illa, quę cum ponantur super aliquid, extendunt se per illud
B totum: sicut aqua si ponatur super aliquod planum extendit se per totum, & oleum si ponatur super aliquam partem vestis, extendit se per plures partes.

Missus à Dauid an possit mentiri. Quęstio XXXIII.

QVAERET aliquis, an hoc, quod nunciauit iste nuncius de aduentu Philisthinorum, verum esset: vel solum Deus misit illum ad fallēdum Saulem, vt desisteret à persecutione Dauid: nam ad hoc, quòd Deus consequeretur quod volebat, non differebat, an iste nuncius mentiretur, vel vera diceret. Sed aliquis dicet, quòd non stat, quia cum Deus mitteret istum nūcium non mentiretur, quia Deus
C non impellit ad mendacium. Dicendum tamen, ꝙ hoc nō stat: nam dato, quòd aliquid iudicio Dei fiat, potest fieri per mendacium, & deceptionem: sic patet infra 3. lib. cap. 22. cum Michæas propheta dixit, quod vidit Dominum sedentem super solium suū, & omnem exercitum Cœli assistentē ei, & dixit Dominus: quis decipiet Achab regē, & egressus est spiritus, dicens: Decipiam illum, cui locutus est Deus: in quo? & ille ait: egrediar, & ero spiritus mēdax in ore omnium prophetarum eius: & dixit Dominus: decipies, & præualebis: egredere, & fac ita. Ille autem spiritus mentitus est per omnes prophetas Achab: & ille exequebatur Dei ministerium: ergo quanquā aliquis mittatur à Deo, mētiri potest in eo, ad quod
D mittitur à Deo. Sed dicendum est, quòd hoc nō stat: nam si aliquis mittatur à Deo, nūquam mentietur, nisi fortè voluerit agere quod Deus non iussit ei: sic patet ex verbis Moysi: Num. cap. 16. cum dixit: si cōsueta hominum morte isti interierint, & visitauerit eos plaga, qua cæteri visitari solent: non misit me Dominus, in quo innuit, quòd si ipse mentiretur in hoc non erat verum, quòd Deus misisset eum: ergo innuebat, quòd illi, qui à Deo mittuntur, nō possent mentiri .s. inquantum non excedunt formam diuini mandati: potest tamen interdum se extendere ad alia, & tunc mentiūtur: & sic innuit Deus, quòd interdum prophetæ agunt vltra id, quod ipse dicit eis, vt patet Deuteron. cap. 18. s. propheta autem qui ar-
E rogātia deprauatus voluerit loqui in nomine meo quæ ego non præcepi illi, vt diceret, interficietur. Sciendum tamen interdum pro hoc, quod interdū Deus iubet hominibus, vt fallant alios, & missis à se iubet, vt decipiant interdum eos, ad quos mittūtur. & ipse quoque interdum decipit homines: nulli tamen iubet aliquando, vt mentiatur: nec aliquis missus ab eo mentitur aliquando ex mandato suo: nec ipse vlli vnquam mentitus est. De primo patet exēplum, quod Deus iussit Israelitis, vt ponerēt insidias viris vrbis Hai, vt facilius eos occiderēt, vt patet Iosue c. 8. iussit quoq; Gedeoni, vt deciperet Madianitas faciendo, ꝙ ipsi inter se pugnarent tanq̄ contra hostes pp lucernas, & lagenas fractas Gedeonis, vt

patet

[redacted]

patet Iudi.c.7. sed in his deceptio est. De secundo patet. s. ꝙ illi, qui à Deo mittunt decipiāt interdū alios, & Deus eis iubeat hoc: nam ipse misit Samulem iubens, ꝙ ferret vitulum secum, vt per hoc intelligerēt viri Bethlehemitę, ꝙ solū veniebat ad sacrificandū: ibat tñ principaliter ad vngendum Dauid, vt patet supra ca.16. Exemplum de tertio. s. ꝙ Deus decipiat homines, sicut fuit in Syris pugnantibus contra Samariam: nam Deus fecit audiri sonitū curruum, & equorum, & exercitus plurimi in castris eorum, & nihil erat: fiebat autem hoc, vt Syri putarēt, ꝙ Israelitę habebant secum multum exercitū aliunde congregatum: vnde dixerunt Syri: Ecce mercede conduxit aduersum nos rex Israel reges Hethæorum, & Aegyptiorum, & venerunt super nos, vt patet infra. 4.lib.cap.7. Deus tamen nunquam legitur mentitus fuisse, nec ꝙ iusserit alicui mentiri, vel mendacium approbauerit. Cur autem permittat deceptionem, & faciat: & nunquam mendacium, declaratum est supra cap.16. Dicendum igitur, ꝙ si iste nuncius mittebatur à Deo, non mentiretur. Ad id, quod dicebat infr. 3. lib. cap. 22. Dicendum est, ꝙ ibi spiritus. i. Dęmon mētitus est in ore omniū prophætarū Achab: & fecit eum errare, tamen Deus non iussit ei, ꝙ mētiretur. Quòd autem Deus permittat mendaciū, vel ꝙ iubeat, differt. Sed obijcietur, quia ibi dicitur: Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius: & dixit Dominus: Decipies, & præualebis: egredere, & fac ita: in quo non solum est diuina permissio, sed etiam mandatum determinatum de faciendo hoc. Dicendum est, ꝙ Deus non mandauit spiritum, vt mentiretur: nec illa litera hoc probat: nā illa, q̄ dicuntur ibi, fuerunt in visione imaginaria: nam dixit ibi Michæas: Vidi Dominum sedentem super solium suum, &c. Istud erat in imagine per somnium, sicut accidere solet alijs ꝓphetis, & Deus ostendit ei istud, quasi ꝙ Michæas videret spiritum dicentem, ꝙ deciperet: & Deum iubentem, ꝙ egrederetur ad decipiendum: Deus tamen non iubebat hoc, nec spiritus loquebatur aliqd Deo, sed ista ostendebantur prophetæ ad signandum, ꝙ Deus permitteret Dęmonem mentiri per ora omnium prophetarum Achab, & istud erat ita certum, sicut si Deus iussisset illi: quia cùm Deus permitteret, Dęmon certissimè facturus erat. De nuncio ergo dicendum, ꝙ si Deus mittebat illum, verum diceret: Deus tamen non misit, ita ꝙ iuberet venire ad Saulem, sed misit eum inquantum posuit in corde suo, ꝙ veniret, vel in corde eorum, qui destinauerunt eum ad Saulem: tamen quicquid sit, verum erat quod iste nuncius retulit: nam Philisthini irruerant super terram, & Saul persecutus est illos, vt patet sequenti cap. s. cunque reuersus esset Saul postquam persecutus est Philistheos, &c. Ergo verè venerant in Israel. Simile habetur infra 4. lib. c.19. cum Sennacherib vellet oppugnare Ierusalem, & esset Ezechias in afflictione magna, Dominus dixit: Noli timere: ecce ego immittā ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam: & deijciam eum gladio in terra sua: ecce enim qualiter Deus missurus erat nuncium, vt illo audito, recederet Sennacherib, & sic factum est, qa audiuit de Tharaca rege Aethiopum, ꝙ egressus esset ad bellum contra eum, & non accessit ad Ierusalem audiens de illo bello, sed misit literam ad Ezechiam, vt patet eo cap. *Reuersusque est ergo Saul desistens persequi Dauid.* Idest, cum audiuit verba nuncij illicò destitit circundare Dauid, & perrexit contra Philisthinos: nā nuncius institerat nimis, dicens. festina, & veni. *Et perrexit in occursum Philisthinorum.* i. iuit ad retinēdum eos, ne transirent partem vlteriorem ter-

Deus nunquam mētitus est, nec iussit aliquem mentiri.

Nuncians Sauli de aduentu Philisthinorum verum dixit.

F ræ: infundebant enim se super terram ad modum locustarum, & volebant totam pertransiri, & prędari: Saul autem occurrit eis velociter, ne se extenderent lędendo plures partes terræ.

Quomodo Saul destitit à persecutione Dauid, cum in breui potuisset eum capere, & quomodo Deus infigit cordi nostro quascunq; passiones, & desideria.

Quæstio, XXXIIII.

QVAERET aliquis, quomodo Saul destitit à persecutione Dauid, cum ita breuiter capturus esset eum propter bellum Philisthinorum. Nam Saul desiderabat nimis capere Dauid, & exponebat
G se omnibus laboribus propter hoc, ita vt satis ipse vellet sustinere aliqua Damna, vt caperet Dauid: nūc tamen concluserat eum, ita vt nihil superesset, nisi ꝙ caperetur: quomodo ergo destitit ab hac opportunitate propter bellum Philisthinorum: nam si propter captionem Dauid totaliter omittere deberet Saul bellum Philisthinorū, habuisset aliquam rationem omittendi captionem Dauid, vt consuleret reipublicæ: non tamen impediebatur bonum reipublicæ propter hanc captionem, quia poterat immediatè occurrere Philisthinis: quomodo ergo destitit? Dicendum est, ꝙ destitit propter duo. Primò quia verba nuncij indicabant magnam celeritatem, scilicet. festina, & veni: quia infuderunt se philisthini super
H terram, scilicet, ꝙ extendebant se super omnem partem terræ, & cito possent facere aliqua tam grauia damna, ꝙ postea illis occurri non posset: potissimè si prope erat, vt aliqua loca diriperent, atque vastarent, nisi illis Saul occurreret. Debebat illico illùc ire, ne si modicum moraretur iam essent irrogata damna: etiam quia quanquam Saul circundedisset Dauid, ita vt nullo modo posset euadere: tamen nō poterat Dauid ita velociter capi, quia cùm esset magna latitudo montis inter loca, quæ cinxerant serui Saulis, Dauid posset discurrere hinc, inde, & moraret satis Saul capiendo illum, quanquam ad extremum capiendus erat, & quia significabātur magna damna futura, nisi Saul confestim occurreret Phi-
I listhinis: noluit Saul morari capiendo Dauid. Secūdum, & præcipuum erat, quia Deus mouit cor eius ad volendum desistere, scilicet innuens ei valde magna pericula si immediatè non occurreret Philisthinis: innuit etiam difficultatem capiendi Dauid. Erat enim in manu Domini mouere cor eius quocunq; vellet: est enim cor omnium hominū in manu Domini, & potissimè corda regum: sic patet Prouerb. cap. 21. scilicet. Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini, quocunque voluerit inclinabit illud, & iste motus fuit efficacior, quàm verba nuncij: cum generale sit, quòd ea, quæ ab intra agūt, fortiora sint, quàm exteriora, sicut passio fortius impellit, quàm verbalis suasio. Quòd autem Deus im-
K miserit cordi Saulis aliqđ stimulum, vt vellet desistere immediatè à persecutione Dauid, apparet per simile in eo, quod factum est de Sennacherib infra 4. lib. cap. 19. Nam dicitur: Ecce ego immittam ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam: ecce non solum dictum est, quòd Deus faceret, quòd audiret nuncium referentem sibi de Tharaca regi Aethiopum egrediente ad bellum contra eum, sed etiam dicitur: immittam ei spiritum, idest ponam scrupulum, vel desiderium in corde eius ad recedendum hinc, & eundum in terram suam: sic ergo de Saule factum credi debet, scilicet, quòd Deus misit ei istum nuncium, & etiam immisit spiritum cordi eius, idest quoddam incitatiuum ad mox desi-

sten-

ſiſtendum à perſecutione Dauid. Eſt enim in poteſtate Dei cordi noſtro quaſcunque paſſiones affigere, ſcilicet timorem, gaudium, vel dolorem, aut ſpẽ, & ſic de cęteris. De timore patet Exo. cap. 23. Vbi dicitur: terrorem meũ mittam in præcurſum tuũ, cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam. De hoc etiam Leui. cap. 26. ſcilicet, & qui de vobis remanſerint dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hoſtium, terrebit eos ſonitus folij volantis, & ita fugient, quaſi gladium cadent nullo ſequente, & corruent ſinguli ſuper fratres ſuos. De alijs paſſionibus patet Deut. cap. 28. ꝙ Deus eas affigat homini in pęnã, ſcilicet: dabit enim tibi Dominus cor pauidum, & deficientes oculos, & animã męrore conſumptam: & erit vita tua quaſi pendens ante te: timebis noctæ, ac die, & non credes vitæ tuę: Mane dices: quis mihi det veſperum? & veſpere, quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem. Deus igitur affigeret nunc aliquem ſtimulum cordi Saulis, vt cogeretur illicò deſiſtere à captione Dauid cum Deus eum liberare vellet. *Propter hoc vocauerunt locum illum petram diuidentem.* Ideſt poſtquam hoc factum eſt, vocatus fuit ſemper locus ille petra diuidẽs, & hoc fuit ex eo, quod ibi accidit, ſcilicet, quia ibi diuiſus eſt, ideſt, receſſit Saul à Dauid. Dicit Rabbi Dauid Kimhi ſecundum Rabbi Samuelem, quòd vocatur petra Dauidens: quia viri Saulis diuiſi ſunt inter ſe ſuper hoc, quibuſdam dicentibus, quòd deberet Saul prius capere Dauid, q̃ occurreret Philiſthinis, cum in breui capiendus eſſet: alij autem dixerunt magis conſulendum reipublicæ, quàm deſiderio ſpeciali Saulis. Ra. Sal. dicit, quod vocatur petra diuidens: quia ibi diuiſum eſt cor Saulis, ſ. quia dubitabat an perſequeret̃ Philiſthinos, vel ĩſtaret captioni Dauid: ſed primus ſenſus eſt melior. Iſta petra diuidens eſt illa, de qua ſupra dicebatur, ſcilicet: ſtatimque deſcendit ad petram: & verſabatur in deſerto Maon: erat enim illa petra in latere montis, ad quam deſcendit Saul de ſummitate collis, & cum Saul, & viri ſui cinxerunt eum in modum coronæ, manebat ipſe cum viris ſuis apud hanc petram: Saul autem, & viri ſui erant à principio in latere montis oppoſito, ſed poſtea cinxerunt in modum coronæ montem, & pertingebant vſque ad petram, apud quam erat Dauid: ibi autem capturi erant eum, niſi receſſiſſet Saul: & quia ex loco illo receſſit, vocata eſt petra diuidens.

CAPITVLVM. XXIIII.

ASCENDIT ergo Dauid inde, & habitauit in locis tutiſſimis Engaddi. Cunque reuerſus eſſet Saul poſtquã perſecutus eſt Philiſthæos, nunciauerunt ei, dicentes.

Deſcriptus fuit in ſuperioribus multiplex contra Dauid inſultus, hic conſequenter ſubiungitur erga ipſum triplex Dei prouentus: quia primo Saul eius perſecutor ipſius manibus traditur. Secundò Nabal eius irriſor moritur ſequenti capit. Tertiò Saul erga eum veritatis præuaricator eius manibus iterum traditur, infra cap. 26. Prima in duas, quia primo deſcribitur crudelitas Saulis Dauid perſequentis. Secundò benignitas Dauid iniquo Sauli parcentis, ibi. *Eratque ibi ſpelunca.*

A *Ordo hiſtoriæ continuatus eſt.* *Quæſtio. I.*

QVAERETVR circa hoc de ordine eorũ, quæ habentur ad præcedentia, an ſit continuus ordo: vel ſit aliqua anticipatio, vel recapitulatio, & an ea, quæ habentur hic, facta ſint immediatè poſt ſuperiora. Reſpondendum, quòd hic eſt ordo continuatus: quia ea, quæ habentur hic, fuerunt facta poſt ſuperiora, cum ſupra diceretur de perſecutione Dauid à Saule in deſerto Maon: hic autem agitur de perſecutione facta in monte Engaddi, in quo iterum latuit Dauid: fuit autem iſta poſt illam, eo quòd illa perſecutio ceſſauit per aduentum Philiſthinorum: nam cum audiſſet Saul, B quòd ſe infuderant ſuper terram, receſſit à loco illo, vbi perſequebatur Dauid: fuit tamen perſecutus eum in Engaddi poſtquam venit de bello Philiſthinorum, vt apparet infra: ergo prius fuit perſecutio, de qua habet̃ præcedenti c. quàm ea, quæ habet̃ hic. Cum autem dicitur, an fuerint immediatè facta ea, quæ habentur hic, poſt ſuperiora. Dicendum quòd pauci dies interciderunt: nam Saul deſtitit ſolum à perſecutione Dauid, vt occurreret Philiſthinis. Veriſimile eſt autem, quod eos in paucis diebus de terra excluderet, quia iſtud non erat bellum campale, ideo ita vt figerentur caſtra in campo, & diſponerentur acies ſicut fiebat in alijs bellis, quando veniebant reges Philiſthinorum contra Iſrael, ſicut pa- C tet de bello, in quo mortuus eſt Goliath: nam quadraginta diebus ſteterunt acies vtrinque conſtitutæ, & non pugnabatur, vt patet ſupra cap. 17. ſic etiam factum eſt in bello, quod fuit in monte Gelboe, in quo mortuus eſt Saul: nam acies vtrinque conſtitutæ fuerunt: hic autem veriſimile eſt, ꝙ iſti eſſent latrunculi Philiſthinorum, qui ingreſſi fuerant in terram Iſrael, vt inde aliquid acciperent: hos autem faciliter potuit Saul excludere de terra ſua, immediate tamen, vt Saul deſijt perſequi Philiſthinos, redijt ad perſequendum Dauid in monte Engaddi, vt patet infra, ſcilicet: cunque reuerſus eſſet Saul poſtquã perſecutus eſt Philiſthæos, &c. Ergo modicum tempus intercidit inter iſtas duas perſecutiones. *Aſcendit* D *ergo Dauid inde.* Ideſt, receſſit de illo loco, ſcilicet, de deſerto Maon. De petra diuidente. *Et habitauit in locis tutiſſimis Engaddi.* Ideſt incepit ibi manere dum Saul, non perſequebatur eum. In hebræo habetur. *In caſtris Engaddi.* Et accipiuntur caſtra non pro munitionibus, ſed pro locis altiſſimis, & inacceſſibilibus, quę ita naturaliter ſunt tuta, ſicut ea, quæ humana cura munita ſunt, vt declaratum eſt pręcedenti cap. & ſatis aparet infra: quia ſi iſta fuiſſent caſtra murata, non potuiſſet Saul ingredi in illa, & tamen dum eſſet Dauid in his caſtris, erat in quadam ſpelunca, & in illam introiuit Saul ad purgandum ventrem. Ergo non erant iſta loca murata, ſed loca ardua, & dura: ideo dixit litera noſtra in locis tutiſſimis, quia ita E tuta ſunt iſta loca, ſicut ſi eſſent murata. Eſt enim Engaddi nomen cuiuſdam villę, à qua denominantur iſti montes: eſt enim locus inclytus propter mõtes amęniſſimos, quales non ſunt in tota terra Iſrael: ibi enim naſcitur balſamum, ſed iam villa Engaddi bello deleta eſt. De hoc ait Solinus in Polyhiſtor. cap. de Iudea: Engadda oppidum infra Heſenas fuit, ſed ſciſſum eſt: verum inclytis nemoribus adhuc durat decus luciſque palmarum eminentiſſimis nihil vel bello, vel æuo derogatum. Eſt autem locus iſte præcipue famoſus in vineis; vnde vineæ Engaddi laudantur. De hoc Canticorum cap. 1. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. De iſto loco dicitur in lib. de ſitu terræ ſanctæ: Engaddi in

Montes Engaddi, in quibus naſcitur balſamũ.

in tribu Iuda, vbi abscondit se Dauid in solitudine, hoc est in regione illa campestri, quæ vocatur Aulon, & vocatus est vicus pergrandis Iudæorum. Cõputatur etiam Engaddi tanquam vna de ciuitatibus sortis Iudę, vt patet Iosue. c. 15.

Quare Dauid de Maon recessit in Engaddi. Quæst. II.

QVAERET aliquis, quare Dauid recessit de deserto Maon, & iuit in desertum Engaddi: Respondendum est, quòd Dauid sciebat, ꝙ vellet Saul eum persequi semper quandiu maneret in terra Israel, cum eum haberet nimis exosum: putauit ergo, quòd cum rediret à bello, illico veniret ad persequendum Dauid: quia fuerat in periculo magno in deserto Maõ, noluit ibi manere, quia hoc esset tentare Deum, cum ibi semel euasisset miraculosè, & vellet adhuc manere ad hoc, quòd iterum egeret miraculo ad liberationem suam. In alio autem loco fortè melius se haberet. Nam iam in deserto Maon nouerat Saul latibula Dauid indicantibus Ziphæis, & dato quòd recessisset in aliam partem deserti Maon, vel in quencunque locum terræ Ziphæorum, non euaderet: quia iam Ziphæi præuiderant omnia latibula eius in terra ipsorum, cum dixisset eis Saul: considerate, & videte omnia latibula eius, in quibus absconditur, præcedenti capit. vbicunque ergo lateret in terra Zipheorum periculum sibi erat. Item, & præcipuè, quia Ziphæi desiderabant prodere Dauid, vt complacerent Sauli, cum ipsi venissent ad Saulem, dicentes: ecce Dauid latet apud nos in locis tutissimis syluæ, præcedenti ca. quia ergo semel cęperant indicare loca eius Sauli, & hoc nimis placuerat ei, nõ cessarent quousque traderent Dauid in manus eius, si esset in terra eorum: putauit ergo Dauid tutum sibi esse fugere de deserto Maon. In deserto autem Engaddi securius erat Dauid propter tria, quàm in deserto Maon.

In deserto Engaddi erat Dauid securior, quã Maon.

Primò, quia in deserto Engaddi non cognoscebatur aliquod latibulum Dauid, cum ibi Dauid nunquam fuisset profugus: in deserto autem Maon cognoscebantur omnia latibula eius à Ziphæis: immo in desertum Engaddi non cognoscebatur venisse Dauid: vnde quando reuersus est Saul de bello Philisthinorum, nesciebat vbi esset Dauid: quousque nunciatum est ei, quòd esset in deserto Engaddi, vt patet infra. Secundò erat ibi securius, quàm in deserto Maon: quia desertum Engaddi erat difficilius incessui, quàm desertum Maon: nam dicitur infra de hoc deserto, quòd perrexit Saul ad inuestigandum Dauid, & viros eius super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt, vt patet infra: de deserto autem Maon, vel sylua Zipheorum non dicitur tanta difficultas ad gradiendum; ideo Dauid putauit, quòd fortè Saul cognito, quòd esset Dauid in locis asperrimis propter difficultatẽ viarum nollet persequi eum ibi, & tamen propter hoc non destitit. Tertiò erat ibi Dauid securius, quàm in deserto Maon, quia Ziphæi erant habitatores terræ Maon, cum Maon sit quædam pars terræ Ziphæorum, vt declaratum est præcedenti c. Ziphæi autem iam erant hostes Dauid, quia conabantur eum inquirere vbicunque esset, vt complacerent Sauli. In deserto autem Engaddi, quod erat extra terram Ziphæorum, non credebat se Dauid habere aliquos maleuolos, qui curarent indicare locum eius Sauli, sicut faciebant Ziphæi; ideo putauit, quòd ipse securius esset ibi, quàm in deserto Maon: nec enim visum fuit sibi alium locum esse aptiorem pro tunc ad fugiendũ, quàm desertum Engaddi: iõ illuc fugit.

F *Quare Dauid de deserto Maon non fugit immediatè in terram Philisthinorum. Quæstio. III.*

QVAERET aliquis, quare Dauid non descendit immediatè in terram Philisthinorum, cũ fugit de deserto Maon. Videbatur enim sibi vtilius esse: nam cum maneret in terra Israel vbicunque ille esset, semper sequeretur eum: Saul enim dixerat præcedenti cap. etiam si in terram se obstruxerit, perscrutabor eum in cunctis millibus Iudæ. Ipse quoque Dauid hoc videbat, quòd cum sæpe eum persequeretur Saul, aliqua die posset cadere in manus eius: vnde dixit in corde suo: aliquando incidam in vno die in manus Saul, nonne melius est, vt G fugiam, & saluer in terra Philisthinorum: & sic factum est: quia quanquam destitisset Saul persequi Dauid; tamen iterum persecutus est eum in deserto Engaddi, vt patet hic: quousque recessit in terram Philisthinorum, vt patet infra cap. 27. Debuisset ergo fugere. Respondendum est, quòd non fugit Dauid nunc in terram Philisthinorum propter tria. Primum erat, quia Dauid non erat fugiturus in terrã illam, nisi in defectum terræ Israel, scilicet quando crederet se non posse omnino saluari in terra Israel: hoc autem adhuc non credebat: quia putauit, quòd in monte Engaddi euadere posset ex causis supra assignatis: ideo volebat tentare, an ibi esset securus. Item, quia Dauid quando fugit in terram Philisthi- H norum, fuerat sæpe à Saule inquisitus, & quasi circundatus. Primò in deserto Maon, quando cinxit eum in modum coronæ apud petram diuidentem, præcedenti cap. Secundò in deserto Engaddi, cum introuit Saul in spelunca, in qua erat Dauid, vt patet infra in litera. Tertiò in colle Hachila in terra Ziphæorum, quando descendit Dauid ad castra Saulis infra cap. 26. toties ergo inquisitus putauit, quòd aliqua die caperetur: ideo credidit, quòd nõ erat bonum toties tentare Deum: sed dixit: aliquando incidam vna die in manus Saulis: nonne melius est, vt fugiam, & saluer in terra Philisthinorum, & tunc fugit infra 27. cap. nunc autem solum circundederat, & inquisiuerat semel Saul Dauid: putauit au- I tem Dauid, quòd fortè vellet postea desistere Saul: ideo adhuc non habebat motiuum sufficiens ad descendendum in terram Philisthinorum. Secunda causa erat, quia Dauid non audebat descendere in terram Philisthinorum, eo quòd ibi non benè reciperetur, vel non maneret securè: quia Philisthini præsumerent contra ipsum, quòd finxisset fugam à Saule, & tamen non verè fugeret, sed iret ad insidiandum Philisthinis, vt aliqua die multos eorum ex inopinato occideret, vel faceret alia damna: voluit ergo Dauid, quòd quando iret in terram Philisthinorum, crederẽt Philisthini eum rationabiliter motum ad eundum, & quòd verè fugeret à Saule: hoc autem adhuc non crederent, quia nondum co- K gnitum esset in terra eorum, quòd Saul persequebatur Dauid, cum solum semel inquisiuisset eum in deserto Maon: ideo putarent aliquã fraudem esse, si ad eos descenderet: cum autem ipse illùc descendit, sæpe iam Saul persecutus fuerat ipsum, scilicet, tribus vicibus, vt patet supra præcedenti cap. & hic. & infra 26. Hoc autem cognitum esset Philisthinis: quia ista fiebant ad terram eorum: nam loca, in quibus latebat Dauid in sorte Iudæ erant in latere Philisthinorum: vnde Philisthini audirent ea, quæ fiebant, præcipue quia non erant ista aliqua parua, quę possunt celari, cum rex persequeretur vnum militem, & rex cum tribus millibus virorum vagabatur per deserta, & abrupta loca: quando ergo descenderet

deret Dauid in terram Philisthinorum cognoscerent Philisthini, quòd habebat iustam causam recedendi de terra Israel, & reciperent eum libenter sicut factum est, infra capitulo vigesimoseptimo. Tertia causa, & præcipua erat, quia Deus mouebat eum ad non descendendum. Deus enim volebat eruere Dauid de manu Saulis, & volebat per eum manifestare gloriam suam, ideo quanquam interdum non loqueretur ei per se, nec per alios prophetas: inclinabat, tamen semper ad faciendum, id qđ expediebat, & quòd Deus disponebat, vt fieret: disposuerat autem Deus magnificare Dauid ostendendo innocentiam suam, & clementiam erga Saulem, & ostendendo iniquitatem Saulis erga eum: malicia autem Saulis aliqualiter fuerat manifestata contra Dauid, vsque nunc, quanquam postea magis manifestata est: clementia tamen & innocentia Dauid erga Saulem nondum fuerat ostensa, sed postea nimis claruit in duobus.

Primò quando introiuit Saul in spelunca in qua erat Dauid, & abscidit Dauid partem chlamydis Saulis, potuissetque eum occidere, sed noluit, qua clementia conspecta Saul flexus est animo, & erubuit. Vnde dicitur, infra in litera: & leuauit Saul vocem suam, & fleuit: dixitque ad Dauid iustior tu es, quàm ego. Secundò manifestata est ista clementia, & innocentia Dauid, quando descendit in castra Saulis dormiente eo, & arripuit lanceam, quæ erat fixa apud regem: potuissetque eum occidere sed noluit, quin potius prohibuit socium suum occidere Saulem, vt patet, infra cap. 26. Si autem nunc recessisset Dauid in terram Philisthinorum, non apparuisset clementia eius, & innocentia erga Saulem. Ista autem volebat Deus manifestare, quia nimis ꝓfutura erant Dauid ad hoc ꝙ Israelitæ acciperent eum in regem, sicut declaratum est præcedenti cap. dedit ergo Deus in corde Dauid, vt non descenderet in terram Philistinorum, sed fugeret in desertũ Engaddi. *Cumque reuersus esset Saul postquam persecutus est Philisthæos.* scilicet immediatè, vt desijt ꝑsequi Philisthinos redijt ad persequendum Dauid, & ex hoc apparet, quod supra dicebatur, scilicet, quòd modicum temporis intercidit inter ea, quæ habentur præcedenti cap. & hic. scilicet solum illud tempus, quo expulit Saul Philisthæos de terra sua: erant enim latrunculi quidam, qui infuderãt se super terrã Israel ad prædandũ: quos cito exclusit Saul de terra sua, & isti sunt illi, de quibus nunciatum est Sauli præcedẽti cap. scilicet festina, & veni, quoniam infuderunt se Philisthini super terram. *Nunciauerunt ei dicentes.* qui erant isti non patet. Fortè dicendum est, quòd erant Ziphei: nam Dauid erat in terra eorum, quando recessit Saul à persequendo eum propter Philisthinos: & credendum est, ꝙ ipse iussit aliquibus de Ziphęis obseruare quò iret Dauid, vt cùm rediret de persecutione Philisthinorum denuo eum inquireret: illi verò viderãt Dauid fugientẽ in desertum Engaddi, & nunciarunt postea Sauli. *Ecce Dauid in deserto est Engaddi.* iste locus Engaddi est in valle, per quam transit Iordanis, quæ dirrigitur vsque ad mare Sodomorum, & est non procul à Iericho: habet autẽ ex parte vallis loca amenissima, in quibus sunt palmæ, & arbores, de quibus habetur balsamum, & famosissimas vineas: ex alia parte habet deserta asperrima, & loca inaccessibilia, in quibus latuit Dauid. *Assumens ergo Saul tria millia virorum electorum ex omni Israel,* idest in toto Israel elegit de viris fortissimis tria millia ad persequendum Dauid. Istos autem viros semper postea secum habuit, dum mansit in terra Israel Dauid, & isti procedebant cum eo semper, quando

A ibat ad inquirendum Dauid. Sic etiam patet infra capit. 26. scilicet, & surrexit Saul, & cum eo tria millia virorum de electis Israel, vt quæreret Dauid in deserto Ziph: accepit autem tot viros, & de fortissimis, vt possent expugnare Dauid, & viros suos vbicunque essent, & circundare loca latibulorum, sicut fecit præcedenti capitulo. Etiam quia sciebat Dauid esse virum valde bellicosum, & viri qui erant cum eo erant amaro animo, & cum viderent, quòd bellum pro vita esset defendẽda, sumerent magnas vires, quia desperatio exponit hominem ad multa pericula: & sunt bella hominum desperatorum ferocissima, sicut ait Abner ad Ioab infra 2. lib. capit. 2. scilicet num vsque ad internitionem tuus mucro

B desęuiet, an ignoras, quòd periculosa sit desperatio? Timor quoque solet magnas vires homini apponere, vt ait Aesopus, scilicet.

Naufragio vires suggerit ipse timor.

Credebat ergo Saul, quòd Dauid & viri sui pugnarent nimis cum viderent se ad mortem circundari: voluit ergo habere secum tria millia virorum electorum, cum Dauid solum haberet secum sexcentos viros non de electis, sed quales ad eum congregati fuerant. *Perrexit ad inuestigandum Dauid, & viros eius,* scilicet perrexit in desertum Engaddi, vt inuestigaret eum ibi, quia dictum fuerat illi, quòd erat ibi. Et dicitur ad inuestigandum, quia nunc non ibat Saul ad rem certam, sicut quando iuit in

C desertum Maon: quia ibi Ziphęi præuiderant locum Dauid, & ierunt ad nunciandum Sauli de illo: ipse vero descendit immediatè ad eum: ideo tunc non ibat ad inuestigandum, sed ad circundandum, vel capiendum Dauid: nunc autem ibat ad inuestigandum, quia quanquam audisset, quòd erat Dauid, in deserto Engaddi, tamen nesciebat in qua parte illius erat: ideo volebat inuestigare, idest inquirere eum per totum desertum. *Etiam super abruptissimas petras,* idest volebat inquirere in deserto Engaddi non solum in locis planis, sed etiam super abruptissimas petras, idest locis excelsis, & inaccessibilibus. Hoc autem erat, quia Saul nullũ laborem recusabat, vt caparet Dauid: sic enim ip-

D se innuit præcedenti capitulo dicens, quòd si etiam in terram se obstruxerit, perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda; quasi dicat vbicunque ille fuerit, ego inquiram eum, non obstante loci asperitate, etiã si incluserit se in visceribus terræ. In Hebræo habetur hic. *Super facies altitudinum,* & idem est hoc: sed litera nostra voluit magis explanare, quia modus loquendi Hebraicus est nimis obscurus: facies enim vocatur ipsa pars exterior rei, siue superficies: sic dicitur supra capit. decimoquarto, ꝙ erat mel super faciem agri, idest fluebat per superficiem eius. altitudines autem vocantur hic ipsa loca eminentiora deserti: huiusmodi autem sunt scopuli prominentes, vel magnæ petræ: facies autem altitudinum dicuntur extremitates superiores scopulorũ,

E vel magnarum petrarum. Et istę partes vocantur præruptæ, quia terminantur in acutum, & non habent aliquid planum, sed ex omni parte habent angulos, & rupturas: litera ergo Hebraica signat, quòd Saul ambulabat super facies altitudinũ, idest super extremitates superiores scopulorum, & petrarum magnarum. hoc autem clarius dixit litera nostra, scilicet super abruptissimas petras, idest super saxa acuta, & ardua. *Quæ solis ibicibus peruiæ sunt,* idest quæ ita sunt præruptæ, quòd non possunt per eas ambulare, nisi ibices. Peruiũ .n. vocatur illud spatium per quod ambulari potest ad differentiam rerũ inaccessibilium, vel oĩum rerum solidarũ, per quarũ

viſcera nullus tranſire poteſt: vnde illa non ſunt peruia. Iſtę autem petræ abruptiſſimæ erant ſolis ibicibus peruiæ, ideſt nullus poterat per eas ambulare, niſi ibices propter duritiam ſuam. Non eſt hoc abſolutè intelligendum, quia ſi nullus poſſet per eas ambulare, niſi ibices, non ambulauiſſet per eas Saul, & viri ſui: & tamen ambulabat, vt patet hic. Intelligitur ergo, ꝙ ſolis ibicibus peruię erant, ſ. ꝙ nullus poterat per eas ambulare ſine magna difficultate, niſi ibices: homines autem ambularent per illas reptādo, ſicut dicitur ſupra cap. 14. de Ionatha, quādo iuit ad aciem Philiſthinorum, ſcilicet: aſcendit autē Ionathas reptans manibus, & pedibus & armiger eius poſt eum: In Hebræo non habetur hic tota iſta litera: ſed ꝓ toto hoc, ſ. ſuper abruptiſſimas petras, quæ ſolis ibicibus peruiæ ſunt: habetur in Hebręo. *Super facies altitudinum caprearum*. vocantur iſtæ altitudines caprearū, quia ſolæ capreæ per illas ambulare poſſunt propter difficultatem, & hoc ſignauit litera noſtra, dicens: quæ ſolis ibicibus peruiæ ſunt. i. quæ ſolum ſunt ambulabiles ibicibus. Aliqui autem errāt hic putantes ibices eſſe ciconias, ſed falſum eſt: quia pro ciconia non dicitur, ibix ibicis: ſed ibis ibidis. Hic autem vocantur ibices. Ideo dicēdum, quòd accipitur ibix pro ceruo, vel pro capra: Differūt enim capreę à ceruis: capreæ. n. habitant in mōtibus altiſſimis, nec eſt aliquod animal, quod ad tantam perueniat celſitudinem ambulando: iſtæ autem aliquando cadunt de rupibus altiſſimis, ſed non læduntur: dicit enim Iſidorus Etymol. lib. 11. ꝙ capreæ de montibus altiſſimis ſe præcipitantes illeſas ſuper cornua ſe recipiunt. habent enim aliqualem concordiam cum ceruis: ideo litera noſtra interdum mutat nomina. Sciendum autem quòd ſicut apud nos ſunt duo nomina, ſcilicet ceruus, & caprea: ita apud hebręos ſunt alia duo nomina, quæ parum differunt, ſcilicet. *Aiala, & iaala*. primum accipitur pro cerua, ſecundum pro caprea: quando accipitur aiala in ſingulari habet in plurali. *Aialim*. pro maſculis. *Et aialoth*. pro fœminis: ſic patet Gen. cap. 49. vbi litera noſtra dicit Nephtalim ceruus emiſſus: & in Hebræo ponitur *Aiala*, ideſt cerua: quando autem accipitur in ſingulari iaala habet in plurali, *Iaelim*, pro maſculis: & *Iaeloth*. pro fœminis, & ſignificat capreas: litera autem noſtra aliquando ſeruat iſtam differentiā. ſic patet Iob. cap. 39. in prin. cum dicitur: nunquid noſti tempus partus ibicum in petris? Vel paturientes ceruas obſeruaſti? ibi ponitur in Hebręo *Iaalim*. ſicut hic: & Hieronymus vocauit eas ibices ſicut hic. Et manifeſtum eſt, ꝙ ſint eedem, quia hic dicitur: ſuper abruptiſſimas petras, quę ſolis ibicibus peruiæ ſunt: & Iob. cap. 39. dicitur: Nunquid noſti tempus partus ibicum in petris? Aliquando autem litera noſtra non ſeruat iſtam differentiam, ſed ponit ceruas pro ibicibus: ſic patet Pſal. 102. cum dicitur: Herodij domus dux eſt eorum, montes ceruis, petra refugium herinacijs. Et vbi litera noſtra dicit ceruis, in Hebræo habetur, iaalim, i. ibices, vel capreę. Sic etiā patet. Prouer. cap. 5. cum dicitur, cerua cariſſima, & gratiſſimus hinnulus. Et habetur ibi in Hebræo, *iaala*, ideſt caprea, vbi nos dicimus cerua. Ponitur ergo hic de ibicibus ad ſignificandum, ꝙ nulla quadrupedia aſcendere poterant, quia non aſcendunt ad loca tam ardua, ſicut capreę. Si autem acciperet ibix pro ciconia, litera non ageret ad propoſitū: quia tūc non ſolum ciconiæ poſſent ambulare ſuper petras abruptiſſimas, ſed etiam omnes aliæ volucres. Oportet ergo accipi pro capreis; & tunc eſt differentia inter eas, & alia quadrupedia, ſcilicet, quia nulla alia poterant ambulare ſuper petras illas abruptiſſimas,

Ibices nō eſſe ciconias: ſed capreas.

F niſi capreę. Apparet etiam ex eo, quod habetur Iob cap. 39. cum dicitur de conceptu ibicum, quòd incuruantur ad fœtum, vt pariant, & rugitus emittunt: ſeparantur filij earum, & pergunt ad paſtum, egrediuntur & non reuertuntur ad eas: omnia autē iſta falſa eſſent de ciconijs, quia ipſe non pariunt cū difficultate, ſicut dicitur de ibicibus, quòd emittūt rugitus. Etiam non incuruantur ciconiæ, vt pariāt fœtum, ſed oua. Etiam filij ciconiarum non pergunt ad paſtum, quia hoc conuenit quadrupedibꝰ. De ibicibus autem nunquam dicitur, quòd pergunt ad paſtum. Item dicitur ibi, quòd egrediuntur, & nō reuertuntur filij earum ad eas. De ciconijs tamen falſum eſt, quia inter ibices vix eſt aliqua, quæ cum tan-

G ta pietate fętus alat, & ab eis quoque in ſenectute alatur tanto tempore, quanto ciconia parens filios adhuc paruulos nutrierat: nō ergo accipiuntur hic ibices pro ciconijs, ſed pro capreis. *Et uenit ad caulas ouium, quæ ſe offerebant vianti*, ideſt, cum ambularet Saul per deſertum Engaddi per viam venit ad caulas ouium, ideſt ad quædam ouilia, vbi colligebantur oues in deſerto, vt manerent ibi clauſæ per noctē, ne vagantes lacerarentur à feris: iſtæ autem caulæ offerebant ſe vianti, ideſt eunti per viam in deſerto, ſcilicet, quia quicunque iret per viam, videret eas, eo quòd ibi iuxta viam erāt: quod patet in Hebræo cum dicitur. *Ad caulas ouium ſuper viam*. (*Eratque ibi ſpelunca*.) Hic ponitur ſecundum, ſcilicet ipſius Sau-

H lis crudelitas contra Dauid perſequendo ipſum ad mortem: & diuiditur in tres partes: quia primò ponitur Dauid miſeratio, ſecundò miſerationis manifeſtatio, tertiò Saulis reſponſio. Secunda ibi. *Surrexit autem Dauid*. Tertia ibi. *Cum autem compleſſet Dauid*. Dicitur autem, quòd erat ibi ſpelunca, ſcilicet apud caulas illas ouium, vel in caulis, & ob hoc habuit opportunitatem Saul intrandi in illam, quia erant caulæ apud viam, & illa ſpelunca erat iuxta caulas: Saul vero diuertit à via ad purgandum ventrem, & introiuit in ſpeluncam illam, quia erat locus ſecretus. *In qua ingreſſus eſt Saul, vt purgaret ventrem*, ideſt diuertit à via ad introeūdum in illam, vt ibi honeſtius purgaret ventrem. Non cogitauit autē Saul,

Dauid miſeratio erga Saulē.

I quòd ibi eſſet Dauid, alioquin non intraſſet, quia putaret ſibi periculum ex hoc ſequi, ſed magis vocaſſet ſeruos ſuos, vt circundarent ſpeluncam, & caperent Dauid, vel mitterent iacula, aut lapides à parte exteriori, vt occiderent Dauid, & viros eius: non credidit tamen Saul, quòd ibi eſſet Dauid, quia nō erat veriſimile, quòd lateret apud viam, cum ibi faciliter comprehendi poſſet. In Hebræo dicitur. *Ingreſſus eſt Saul ad ponendum pedes*. quod idem eſt, quod purgare ventrem. Eſt tamen modus honeſtior loquendi, ſed quia obſcurior erat, litera noſtra explanauit. ponere autem pedes eſt emittere ſtercora, vel vrinā, quia pedes vocantur interdum ipſa genitalia, vel poſteriora vaſa. Sic enim habetur Iſai. cap. 46. vbi dicitur de viris, qui bibebant aquas pedū ſuorum, ideſt aquas defluentes à genitalibus. *Porro Dauid, & viri*

K *eius in interiori parte ſpeluncę latebant*, ideſt, in illa ſpelunca, in qua introiuit Saul, erant Dauid, & viri ſui, ibi enim latuerant.

Quare Dauid intrauit in ſpeluncam illam.
Quæſtio IIII.

QVAERET aliquis, quare Dauid introiuit in ſpeluncam illam. Reſpondendum eſt, quòd Dauid non intrauit interius tanquam ibi conſueſceret morari, quia cum erat in ſolitudine illa nullo perſequente, vagabatur per diuerſas partes deſerti,

deserti, vbi commodius poterant, & declinabat aliquando ad prædam ad aliqua loca coniuncta, quæ non essent de terra Israel: nam Dauid nunquã prædabatur aliquid in terra Israel, & quia nunquam poterat viuere, nisi de rapina, cum nihil aliud haberet, manebat semper in extremitatibus terræ Israel, vt posset faciliter diuertere ad aliqua loca, quæ essent extra terram Israel, & ibi prædaretur, & ob hoc toto isto tempore, quo Saul persecutus est Dauid, nunquam reperietur, quòd fuerit Dauid nisi in terra sortis Iudę: quia ista erat extrema inter oẽs sortes Israelitarum ex latere Meridiano, eratque coniuncta Philisthinis, Amalecitis, Idumæis, & Moabitis, & quibusdã alijs populis, scilicet Gessuri, machati, & Gerzæ. Et de istis agebat prædas Dauid, sicut quãdo erat B in terra Philisthinorum, infra 27. cap. his ergo vacabat Dauid, & vagabatur per desertum, dum nemo eum persequebatur. Nunc autẽ habebat Dauid exploratores suos, sicut prius, ex quo cępit esse profugus, qui nunciarent ei, quid ageret contra eum Saul: isti autem nunc nunciauerant Dauid, quòd Saul veniret ad capiendum ipsum in deserto Engaddi, ideo latere voluit: & quia sciebat, quòd Saul vellet eum inquirere in omnibus locis, vbi suspicaretur eum esse, volebat latere in loco, vbi non suspicaretur de ipso: Saul autem suspicaretur esse Dauid in locis secretissimis, vbi maxime latere posset: prope viam autem erat locus publicus, ad quẽ quilibet accederet, ideo non putaret eum ibi esse: ideo Dauid ex hoc C videbatur securior, quia credebat se ibi non inquirẽdum. Fecit etiam hoc Dauid, quia Deus mouit eum ad istud, cum vellet magnificare eum in abscisione chlamydis Saulis: & quia si Dauid lateret procul à via, Saul non introiret speluncas, vel loca secreta talia, & sic non posset manifestari misericordia Dauid in Saule: mouit ergo Deus vtrunque, scilicet Dauid ad introeundum in speluncam illam, vt lateret, & Saul ad introeundum in eam, habita opportunitate ad purgandum ventrem.

Quare Saul intrauit in speluncam ad purgandum aluum. Quæstio V.

Merobaptistæ.

QVAERET aliquis, cur Saul introiuit in speluncam purgaturus aluum. Aliquis rñdebit, quòd hoc faciebat, vt non offenderet solem purgando vẽtrem in loco publico. Ista enim fuit quorundam Iudæorum hæresis, qui vocantur Merobaptistæ, qui obseruabant mundiciam magnã in omnibus rebus, & cum vẽtrem purgaturi essent, faciebant, ne radij solis possent contingere stercora, sed operiebant illa puluere: Saul autem fortè esset istorum discipulus, & voluit obseruare, ne stercora contingerentur à radijs solis, quod accidebat purgãdo aluum in spelunca. Sed hoc non videtur, quia tempore Saulis nondum inter Iudæos increuerant hæreses in modo viuendi, & credendi, scilicet Pharisæorum, Saduceorum, Hesenorum, Merobaptistarum: sed post tempora Machabæorum paulo ante Christi tempus omnia ista pullulauerunt, vt patet p̃ Iosephum 13. & 14. antiquitatum. Sed magis alicui videbit dicendum, quòd Saul egit hoc ex præcepto legis: iubebat. n. Deus stercora operiri, ne tangerentur à radijs solis Deut. cap. 28. scilicet: Habebis locũ extra castra, ad quẽ egrediaris ad requisita naturę gerens paxillum in baltheo, cunque sederis, fodies per circuitum & egesta humo operies, quo releuatus es. Idem autem videbatur, quòd aliquis deponeret stercora in loco secreto, vbi non possent tangi à radijs solis, vel quòd operiret ea humo, quando deponeret A in loco publico. Saul ergo introiuit in speluncam, vt satisfaceret legi. Sed dicendum, quòd hoc non stat: quia ista lex non obligabat Hebræos, nisi tempore, quo erant in deserto, quod patet cum dicitur: Habebis locũ extra castra ad requisita naturę. Castra tamen vocantur cogregationes Israelitarum in cãpo per tentoria. Et quanquam aliquando castra trahantur ad significandum vrbes, & omnia loca habitationum, tamen hic non potest sic intelligi, quia ratio legis posita in litera declarat, quòd solum intelligatur tempore, quo erant in deserto: cum dicitur eod. cap Dominus enim Deus tuus in medio ambulat castrorũ, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos, vt sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. Dominus tamen non erat in medio eorum, scilicet in quolibet loco, quando habitabant in terra Israel. In deserto sic: quia omnes Israelitæ castrametabantur per circuitum sanctuarij per quatuor angulos, vt patet Num. cap. 2. In terra autem Israel non erat Deus per specialem assistẽtiam, nisi in vno loco, scilicet in quo erat sãctuariũ: ideo ista lex, si seruaretur non poterat seruari, nisi in illo loco, sed adhuc ibi non obligabantur Iudæi seruare illam, quia ratio legis est, ꝙ sint castra munda, eo ꝙ Deus ambulat per medium castrorum. e. c. scilicet quando mouebatur arca de loco ad locum, & alia vasa sacri ministerij: sed cum erat sanctuarium in aliquo loco terræ Israel, ponebatur ibi fixum ad manendum, nisi forte Deus aliquo tempore iuberet illud inde mutare, & sic Deus non ambulabat p̃ medium castrorum in illo loco, sed manebant omnia vasa sancta in sanctuario. In deserto autẽ nunquam figebantur castra ad manendum semper, sed cum intentione recedendi inde breuiter: ideo Deus ambulabat ibi per castra, quia mouebantur per locũ illum, in quo prius fuerãt castra omnia vasa sancta: non ergo Saul fecit p̃p legẽ illam, quia non obligabatur ad eam: maxime cum esset in desertis, vbi nulla erat hominum habitatio. Sed egit propter honestatem, scilicet, vt secretius illud ageret, quia alij veniebant cum eo, & voluit latere. *Et dixerunt serui Dauid ad eum*, scilicet, locuti sunt incitãdo eum ad oc- D cidendum Saulem: viderunt enim illum introeuntem, & cognouerunt, & quia Dauid habebat ibi opportunitatem occidendi Saulem, voluerãt, ꝙ ibi occidisset eum. *Ecce dies de qua locutus est Dominus ad te*. i. Dominus promisit tibi dare hostes tuos aliquo tempore in manus tuas: intelligendum, quòd aliquãdo Dominus promiserat Dauid tradere ei hostes suos in manus suas, & non determinauerat tempus. Viri autem Dauid videntes opportunitatem occidendi Saulem, qui erat maximus hostis Dauid, dixerunt, ꝙ illa erat Dies, de qua intelligebatur diuina promissio: quia non videbatur aliquod tempus conuenientius, quàm nunc, cum sine labore posset occidere hostem suum.

E

Quomodo Saul non audiuit socios Dauid in spelunca loquentes. Quæst. VI.

QVAERET aliquis, cum Saul introisset in speluncam, & esset apud Dauid, & viros suos, ita vt Dauid potuisset Sauli amputare partem chlamydis, quomodo poterant viri Dauid loqui ad eũ, quin audiret Saul verba ista. Quidam Hebræi respondent ponentes quasdam insanias. Dicunt enim ꝙ Dauid aliquando dixerat Deo, cur creauerat homines stultos, & araneas, & muscas: quia ista tria videntur esse superuacua in natura rerum: immo nociua. Deus autẽ respondit, ꝙ ipse monstraret Dauid ista

Dicta Hebræorũ ridicula.

ista tria esse vtilia ad aliquid;& quòd omnibus his ali quando egeret. De stultitia patet,quia profuit ei,ꝙ efficeretur stultus corã rege Achis: alioquin captus fuisset,& forte perijsset supra cap. 21. De musca dicunt,quòd fuit vtilis Dauid: nam cum ipse descẽdit de colle Hachilla in castra Saulis dormientibus vniuersis,& accepit lanceam Saulis, dicunt, quòd dormiebat Abner apud Saulem. Dauid autem non bene respiciens posuit pedem inter crura Abner dormientis, & extenti in terrã: qui strinxit pedẽ Dauid in somnijs: Dauid aũt nõ poterat pedẽ excutere,qn excitaret Abner. Si autẽ excitaretur,teneretur Dauid à viris Saulis: vñ nesciebat Dauid,qd ageret: tunc Deus misit muscam, vt dicunt & momordit crura Abner, qui illico resoluit vincula pedis Dauid non excitatus à sopore, & liberatus est Dauid. De hoc infra cap.26. De aranea dicũt, quòd profuit Dauid hic,quia araneę operuerunt os spelũcæ telis suis existentibus Dauid, & viris suis intra, & cũ Saul ingressus est speluncam vidẽs ad ostium telas aranearum, satis credidit, ꝙ nullus intus erat, alioquin introeũdo rupisset telas aranearũ,ideo securè introiuit Saul in speluncam, & non inquisiuit ibi Dauid,quia non putauit ibi esse,nec ex hoc attendit ad voces,quę interius formabantur. Sed iste insaniæ sunt,neque ad propositum respondent: nam dato, quòd tela aranearum profuisset ad hoc, quòd Saul non suspicaretur ibi esse Dauid, tamen si postea audiret interius voces,manifestè cognosceret ibi aliquem esse,& tũc faceret inquiri,an esset ibi Dauid: nihil ergo hoc ꝓderat. Aliquis autem dicet, quòd non audiuit hoc Saul, quia fortè vnus solus de seruis Dauid locutus est ei hoc,& in paucis verbis, & nimis silenter: ideo quanquam esset Saul prope illos, non audiret. Sed hoc non stat: nam existente Saule in spelunca, multi de seruis Dauid locuti sunt ad eum, & ipse ad omnes: & oportebat ibi audiri quædam verba, quasi iurgantium, quæ satis audiret Saul. Quod patet; quia serui Dauid dixerunt ei, quòd occideret Saulem, ipse autem cogitauit hoc facere, sed postea mutauit propositum,& cum viri eius vellent insurgere in Saulem,ipse increpuit eos verbis,ne insurgerent,vt patet infra:scilicet.& confregit Dauid viros sermonibus, & nõ permisit eos, vt consurgerent in Saul. Hæc tamen fieri non poterant, quin aliqualiter verba murmuris resonarent: ideo si fuisset Saul apud Dauid,& viros suos,audiuisset aliqua verba eorum,sed non audiuit. Dicendum est igitur, ꝙ quãquam Dauid,& viri sui locuti sunt multa,Saule existente in spelunca,tamen nihil audiuit Saul eorum, quæ dicebantur: hoc autem fuit, quia ista spelunca, in qua latuit Dauid, cũ viris suis,erat valde magna: quod satis apparet, quia ibi erat Dauid cũ sexcentis viris,& tamen Saul introiens in illam non solũ non audiuit verba,sed etiam nullum eorum vidit: vidisset tamen necessariò, si ista spelunca fuisset parua. Erat etiam opaca nimis in parte interiori: solum autem erat quędam lux in parte exteriori apud introitum: & ista fuit causa, quòd Dauid, & viri sui viderunt Saulem introeuntẽ: ipse autem non vidit eos manẽtes interius, quia ipsi erant in caligine, & Saul erat in loco lucido: vnde non solum Dauid, & viri sui viderunt Saulem introeuntem, sed etiam cognouerunt quis esset. Erat tamen satis distans ab eis ꝑꝑ magnitudinem speluncę: ideo non potuit audire verba eorum. Hæc autem innuit litera, cum dicit: porro Dauid, & viri eius in interiori parte speluncę latebant.q. d. quòd solum Saul introiuit apud ostiũ speluncæ. Dauid autẽ,& viri sui erant in parte extrema: ideo nec vidit eos, nec audiuit.

Aliquãdo insanire iuuat.

De musca.

De aranea.

Alia opi.

Decisio authoris.

F *Deus nunciauit Dauid, per aliquem prophetam, quòd traderet inimicos eius in manibus suis. Quæst. VII.*

QVAERETVR vlterius, quando vel per quẽ Deus locutus est Dauid,ꝙ traderet inimicos eius in manibus. Respondẽdum est, ꝙ Dauid propheta erat:tamen non legitur, ꝙ Deus loqueretur ei iubendo ei aliquid facere, vel denunciãdo aliquid futurum,sicut fiebat in alijs prophetis, quia prophetia Dauid erat alterius generis,s. non ad prænunciando futura,sed ad sciendum facere cantica diuinę laudis,inspirante Deo,quę aliter facere nesciret. De hac differentia declaratum est supra c. 22. ideo quando Deus aliquid volebat reuelare Dauid, G non reuelabat ei per se: sed denunciabat alteri, vt ei reuelaret,vt patet supra cap.22.& infra 2. lib. cap.7. & 12. Dicendum igitur, ꝙ istud,quod Deus reuelauerat Dauid de tradendo hostem suũ in manus suas, poterat reuelari per prophetas, vel per sacerdotes: nam habebat Dauid secum Abiathar sacerdotem, qui consulebat Dominum pro illo in omnibus, q̃ vellet, sicut patet præcedenti cap.& infra 30.ꝑ hunc autem poterant consulere Dominum de statu suo, & Deus responderet ei,ꝙ traderet hostes suos in manus illius sicut respondit de Philisthinis, dicens: surge, & vade in Ceilam: ego enim tradam Philistijm in manu tua: poterat etiam respondere per prophetas,s.per Samuelem Gad,& Nathan:isti.n.tres erant H tempore Dauid: de Samuele patet, quia ipse vnxit eum in regem, & fortè prædixit ei, qũo Deus traditurus erat omnes hostes eius in manus suas, & magnificaturus eum esset: poterat etiam sibi reuelari ꝑ Gad,quia iste erat cũ eo eo tempore,quo erat præfugus in præsidio in terra Moab,& dixit ei: noli manere in præsidio, sed vade in terram Iuda supra c. 22. iste etiam fuit cum Dauid quasi vsque ad mortem suã: nã cũ Dauid numerasset populũ, & Deus vellet eum percutere,Gad denunciauit ei plagas à Deo promissas,infra 2.lib.cap. vltimo. Poterat etiam annunciari sibi per Nathan,quia etiam iste fuit tempore Dauid,& prænunciauit aliqua ei,vt patet infra 2. lib.cap.7.& 12.& iste vnxit Salomonẽ in regem, vt I patet infra 3.lib.c.1.Iste autem Nathan nũciauit aliquãdo Dauid verba similia, vt patet infra 2. lib. cap. 7.scilicet.fuit tecum in omnibus, in quibus ambulasti, & interfeci omnes inimicos tuos à facię tua. Et postea dicitur: requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis:fortè ergo iste Nathan prædixerat Dauid, quòd traditurus esset Dominus hostes suos in manus eius. *Ego tradam tibi inimicum tuum*, idest dabo inimicũ tuum in manus tuas, ꝙ enim Deus tradat aliquem in manus alterius,est, ꝙ det ei opportunitatẽ ad occidendum illũ,siue voluntariè, siue inuoluntariè,quasi ipse Deus agat hoc totum: & nihil ille, cui alius in manibus traditur:& sic dicitur Exod.cap.21. de eo,qui occiditur ab aliquo à casu, ꝙ Deus tra- K dit illum in manus eius,scilicet, ꝙ ipso nihil operante ad hoc Deus facit,vt per eum alius occidatur:hoc autem dixerunt serui Dauid,ad incitandum, vt occideret Saulem, quia Deus ei promiserat tradere illum in manus: ergo videtur,ꝙ licitè ageret occidẽdo eum,quia aliàs nõ dixisset Deus, ꝙ traderet ei hostem suum:nam ipse non cooperaretur ei ad illicitũ: Dauid tamen non assensit propter omnia hæc, sed adhuc erat dubius. *Vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis*, idest tradet eum Deus in potestate tua, vt de illo facere possis,vt libuerit,siue occidere, siue dimittere: Debes ergo illum occidere, cum Deus eum tibi tradiderit, qa alioquin frustratoria esset iusta traditio.

Quomodo

Quomodo intelligi possint ista verba Domini quòd traderet inimicos Dauid in manibus eius. Quæst. VIII. A

QVAERETVR de istis verbis Dñi ad Dauid quõ intelligant̄ de tradẽdo sibi inimicũ Rñdẽdũ, ꝙ nõ põt plenè patere de quo inimico intelligãtur ista verba, & an de vno, vel de multis, & ad qd dicebãtur ista Dauid. nã hic nõ habent̄ verba, q̃ Deus reuelauit Dauid, siue p Sacerdotẽ, siue p Prophetam: sed solũ recitant̄ ista verba à viris Dauid, & non ꝯstat, an isti protulerunt illa, sicut propheta, vel sacerdos protulit, vel mutauerũt aliquid, per qd̄ efficiatur alia sententia, vel si protulerũt isti ad aliũ finẽ verba hæc, q̃ propheta protulerit: constat aũt, ꝙ isti intelligebãt, vel saltem innuebãt se intelligere, ꝙ ista verba dicta B fuerint de Saule, qui erat inimicus Dauid: quoniã nũc tradiderat Deus in manus eius, ideo debebat facere de eo ad legẽ hostis. Sed Ra. Da. Kimhi dicit, ꝙ ista verba dicta Dauid, nõ intelligebantur de Saule, sed de alijs hostibus: voluerunt tñ serui Dauid conuertere ad Saulẽ, & hoc probat, quia Deus non tradidit Saulẽ in man⁹ Dauid ad occidẽdũ eũ, cũ nõ occiderit illum: alij tñ, de quibus dicebantur ista, tradẽdi erant in manus Dauid, vt ipse occideret illos: poterat aũt esse, ꝙ verba reuelationis diuinæ fuissent: ego tradã inimicos tuos in manus tuas, & facies illis quicquid volueris: & tunc intelligebatur de philisthinis, vel de omnibus alijs gentibus, cõtra quas Dauid aliquas inimicitias habiturus erat: quia omnes illas tra C debat Deus in manus Dauid ad interficiendũ, vt patet infra 2. lib. c. 7. f. & fui tecũ in oĩbus, in quibus ambulasti, & interfeci oẽs inimicos tuos à facie tua. Viri aũt Dauid locuti sunt singulariter, dicẽtes: ego tradam inimicum tuum: vt hoc conuerterẽt ad Saulẽ, & istud satis verisimile est. Sed quicquid sit, magis vr̃, ꝙ ista verba dicta ad Dauid intelligerẽtur de Saule: ipse. n. sic intellexit illa: nam cum viri sui dixerũt ei hoc, ipse surrexit cogitans occidere Saulẽ: sed postea mutatũ est cor eius, & amputauit solã extremitatem chlamydis, vt infra declarabitur: si tamen putasset ista verba dicta esse de alijs hostibus, non surrexisset ad occidendũ Saulẽ. Videtur ergo dicendum, quòd intelligerentur ista de Saule. Esset aũt modus, D ꝙ cũ quotidie esset Dauid in periculis propter persecutionem Saulis, quæreret à Deo, quid sibi futurũ erat cũ Saule: scilicet, an semper euaderet, vel capiẽdus esset ab illo. Deus aũt, vt confortaret Dauid diceret: ego tradam inimicum tuũ aliqua die in manus tuas, & facies illi quodcunque volueris, i. non timeas, ꝙ capiendus sis à Saule, sed magis ipse capietur à te, quia ego tradam eum aliqua die in manus tuas. De ista aũt die non fuit explicitũ, quando esset, ideo cùm nunc viderunt opportunitatẽ ad occidẽdum Saulẽ putauerunt, ꝙ iste erat dies, de qua Deus locutus fuerat, & dixerunt: ecce dies, de qua locutus est Dñs ad te: non tamen ex hoc intelligebatur, ꝙ Dauid deberet occidere Saulẽ. s. ꝙ Dñs traderet eũ E in manus illius: ita vt haberet potestatem faciendi ei, quicquid vellet; tamen non faceret aliquid mali ei, quia Deus nõ tradebat eum ad hoc in manus Dauid; sed solum, vt ostenderetur innocentia, & clemẽtia Dauid in Saulem. *Surrexit ergo Dauid.* s. de loco, in quo erat in extremitate speluncę cum viris suis, & venit ad locum Saulis. *Et præscidit oram chlamydis Saulis silenter.* i. amputauit cũ magna securitate ita leuiter, vt nihil sentiret Saul. Pendebat autẽ ista ora chlamydis ad partẽ posteriorẽ, & Dauid retro Saulẽ stãs abscidit eam. vel fortè Saul cum vellet vẽtrem purgare, deposuit chlamydem in terra, & ibi Dauid abscidit partem illius, non sentiente Saule.

Quomodo Dauid potuit abscindere partem chlamydis, non sentiente Saule. Quæst. VIIII.

QVAERET aliquis, quomodo Dauid potuit venire ad Saulem, & abscindere partẽ chlamydis non sentiente Saule. Dicendũ, ꝙ hic est duplex difficultas: vna est quomodo poterat scindere Dauid partẽ chlamidis Saulis, qn ipse sentiret, qa scindẽdo oportet, ꝙ extẽderet̄ Chlamys, & traheret eã Dauid ad se, & tũc moueret̄ Saul. Secunda difficultas est, cũ fuerit Dauid in extremitate spelũcę, & venerit vsq; ad Saulẽ, quõ non audiuit eũ Saul venientẽ. Ad primã difficultatẽ dici põt, ꝙ pars chlamydis pendebat in terrã, & poterat Dauid ponere pedẽ sup illã, & extendere ad scindẽdũ, ita vt nõ sentiret Saul. Vel melius dicendũ est, ꝙ cũ Saul voluit purgare ventrẽ retro se deposuit chlamydẽ aliqualiter distantẽ: & tũc Dauid potuit abscindere partẽ chlamydis, vel accipere totam chlamydem non vidente, nec sentiente Saule, quia non mouebatur ipse. Sed tunc dicet aliquis, cur Dauid non accepit totã chlamydẽ, ita vt nihil scinderet, cum hoc potuisset, non vidente Saule. Dicendum, quòd hoc fuit, vt Saul nõ cognosceret aliquem latere in spelunca: nam cũ ipse deposuisset chlamydem apud se, & postea, non reperiret, manifestè apparet aliquẽ ibi latere: & tunc faceret Saul inquiri speluncam illam à viris suis, & inueniretur Dauid: abscisa autem parte chlamydis non perciperet hoc Saul, vnde exiret de spelunca nihil suspicans. Pro quo sciendum, quòd Dauid amputauit partem paruam, quæ sufficeret in signum, quòd fuerat apud eum in spelunca Saul: nam si amputasset chlamydis medietatem, vel magnam partem, Saul antequam exiret de spelunca, vel saltem postquam esset extra in loco lucido conspiceret notabilem defectum chlamydis, & sciret factum fuisse in spelunca, cum ante hoc non habuisset chlamys illum defectum, ideo faceret inquiri illam ad sciendum quis ibi lateret, quod vergebat in periculum Dauid: amputata autem parua particula, nõ esset aliquis defectus notabilis in chlamyde. Ideo Saul non respiceret ad hoc quousque sibi diceretur: & sic factum est: quia non respexit Saul quousque Dauid exiens de spelunca ostenderet ei oram chlamydis, vt patet infra. Ad secundam difficultatem dicendũ, ꝙ satis graue videbatur, quòd veniret Dauid vsque ad Saulem, ita vt amputaret ei partem chlamydis, & tamen ipse non sentiret aliquem venientem: nã quanquam Dauid satis caute vitasset strepitum pedũ, tamen nullum sonum, saltem leuẽ audiri qñ accederet ad Saulẽ, satis videbatur difficile. Aliqui dicũt ꝙ Dauid iacebat apud locũ illum, in quo sedit Saul ad purgandum ventrem, ideo non mouendo se de loco suo potuit amputare chlamydem Saulis. Sed hoc non stat: quia dicitur in litera. Surrexit ergo Dauid, & præcidit oram chlamydis. ergo ad hoc ꝙ præscinderet eam, oportebat eam moueri de loco suo. Item litera hoc innuit, cum dicat, quòd Dauid & viri sui erant in parte interiori speluncę. Si tamen fuisset Dauid coniunctus loco Sauli: ita quòd ad scindendum partem chlamydis, non oporteret eum moueri de loco suo, non dixisset scriptura, ꝙ Dauid erat in parte interiori speluncę: quia vel Dauid non esset in parte interiori, vel si ipse esset ibi, ẽt Saul esset in parte interiori. Litera tamen vult distinguere, cum de Saule solum dixerit, ꝙ introiuit, in speluncam, & de Dauid dixit, quòd erat in parte interiori: ergo non erant in eodem loco. Sed dicendum est, quòd Dauid surrexit de loco suo, & venit vsq; ad Saulem, sed ita molliter se habuit in veniendo,

do, quòd nullus omnino pedum strepitus auditus est: & hoc signat litera, cum dicit: & præscidit oram chlamydis Saulis silenter, idest in magno silẽtio, ita vt nihil posset audire Saul. Et si adhuc aliquis semper instet, quòd non poterat hoc facere Dauid, quin sentiretur à Saule: Dicendum, quòd aliquid Deus operatus fuerit hic supernaturaliter, scilicet, dando magnam leuitatem motui Dauid: ita vt nihil omnino audiri posset de strepitu: vel dando surditatem pro tunc in auribus Saulis, vt non audiret strepitũ Dauid venientis: sic enim Deus percussit cęcitate viros Sodomitas, vt non possent videre ostium domus Loth: Gen. cap. 19. Sic etiam percussit cęcitate Deus Syros, vt non cognoscerent quem inquirebant, quanquam præsens eis esset, vt patet infra 4. lib. cap. 6. percuteret ergo Saulem nunc surditate. Apparet etiã hoc verisimile, quia multoties Deus in actibus Dauid contra Saulem operabatur miraculosè. Sic enim factum est, infra 26. cap. quando Saul, & viri dormiebant in castris: & descendit Dauid, & tulit lanceam, & scyphum aquæ, quæ erant ad caput Saulis, & nullus vidit hoc in castris, quia omnes dormiebant: hoc tamen non fuit quasi ex aliquo accidenti, quia non erat vllatenus verisimile, quòd in omnibus castris nullus vigilaret: Deus tamen miserat super eos soporem, vt nemo videret Dauid, vt patet ibidem, scilicet: & non erat quisquam, qui videret, & intelligeret, & vigilaret, sed omnes dormiebant, quia sopor Domini irruerat super eos: ita ergo hic surditas à Deo missa venit super Saulem, ita vt nõ audiret veniente ad se Dauid.

Dauid quando præscidit oram chlamadis Saul volebat eum interficere: sed mutatus est à Deo, Quæstia X.

QVAERET aliquis, cum Dauid surrexit, vt veniret contra Saulem quid intendebat facere. Aliquis dicet, quòd intendebat facere id, quod fecit, scilicet, quòd pręscinderet partẽ chlamydis Saulis. Sed dicendum est, quòd non erat intentio Dauid, quin potius Dauid intendebat occidere Saulem, licet non determinatè. In quo sciendum, quòd cum Saul introiuit in speluncam, & cognitus est à Dauid, dixerunt ei viri sui: ecce dies, de qua locutus est ad te Dominus: citantes eum ad occidendum Saulem: ipse autem non p enitus deliberato animo iuit contra Saulem, sed magis declinabat ad occidendum, quàm ad contrariam partem: amputauit tamen prius oram chlamydis, & cum vellet occidere Saulem, Deus mutauit propositum eius, & doluit, quòd inchoasset: reuersusq; est ad seruos suos ad partem interiorem speluncæ, & dixit eis, quòd nolebat occidere Saulem: quia malũ erat: tunc ipsi voluerunt irruere in Saulem: sed Dauid placauit eos sermonibus, & destiterunt. Apparent autem hæc: quia cum præscidit Dauid partem chlamydis Saulis, dicitur in littera: percussit Dauid cor suum, idest cor Dauid percussit eum, scilicet instigãdo, quòd male ageret: subito enim insurrexit quidã scrupulus, ne occideret Saulẽ, & apparet, quòd intelligat de hoc: quia non potest intelligi de ora chlamydis abscisa: quia iam absciderat illã, quando percussit eum cor suum: & tamen cum dixit ipse: propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem: ergo nondum fecerat id, quod intendebat facere: & dicitur ibi, vt mittam manum meam in eum: ergo videtur, quòd prius intenderat mittere manum in eũ: alioquin non diceret. propitius sit mihi Dominus, ne faciam rem hanc: etiam quia non pœniteret de illo, si non proposuisset: pœnituit tamen, cum dica-

F tur: percussit Dauid cor suum, scilicet, remordit eũ
conscĩa, ergo intendebat occidere: sed postea Deus
mouit animum eius, vt non occideret: quod patet
magis ĩ littera, scilicet, tradidit te Deus hodie in ma
nu mea in spelunca: quia cogitaui, vt occiderem te,
sed pepercit tibi oculus meus: ideo Dauid tulit secũ
partẽ chlamydis, quam absciderat, & noluit vltra
procedere in eo quod proposuerat. Quod autem
immediatè redierit ad seruos suos dimisso Saule, pa
tet: quia dicitur: dixitq; ad viros suos: propitius sit
mihi Dominus, ne faciam hanc rem: quòd autem
serui sui voluissent irruere in Saulem, nisi ipse pla-
casset eos, apparet: quia infra dicitur, & cõfregit Da
uid viros suos sermonibus, & non permisit eos, vt
G consurgerent in Saulẽ: ergo consurgere intẽdebãt.

An Dauid peccauisset, si occidisset nunc Saulem. Quæstio XI.

QVAERETVR vlterius, an Dauid peccauis- *Arguere φ nõ primo.*
set, si occidisset hic Saulem. Aliquis responde-
bit, quòd non: quia Dauid dicitur egisse bonũ Sauli,
vel misericordiam, vt patet infra, eo quod non occi
dit eum, cum potuisset occidere: si tamẽ Dauid pec
cauisset occidendo, obligaretur non occidere: ergo
non occidendo non faceret misericordiã: quia mi-
sericordia est de his, ad quæ obligati non sumus. Itẽ *Secundo.*
Saul dixit Dauid: Dominus reddat tibi vicissitudinẽ
H hãc pro eo, quod operatus es in me hodie: vicissitu-
do tamen debet reddi pro operibus super erogatio-
nis: quia ad necessaria sine aliqua vicissitudine tene-
mur: ergo Saul putabat, quòd Dauid non obligaret̃
ad dimittẽdũ eu viuere, & consequenter poterat eũ *Tertio.*
licitè occidere. Item Deus dixerat Dauid ego tra-
dam tibi inimicum tuum, vt facias ei sicut placue-
rit in oculis tuis, vt patet sup. ergo per hoc dabat ei
licentiam ad faciendum de Saule quicquid vellet,
quando haberet eum in manibus, & sic posset iustè
occidere illum. In contrarium videtur, quòd non *In oppositum.*
liceret Dauid: quia non licèt alicui propria auctori-
tate occidere alterum, nisi in defensionem, cũ aliàs
euadere non potest: sed Dauid non erat iudex Saulis
I ad condemnandum eum, nec erat minister, cui ius-
sum esset à iudice, quòd occideret Dauid: nec habe-
bat etiam necessitatem se defendendi, cum Saul eũ
non inuaderet: ĩmò nec putabat eum ibi esse, ergo
non habebat aliquam causam occidendi eum iustè.
Respondendum est, quòd peccauisset Dauid, si occi *Rñsio. Peccasset Dauid si nũc occidisset Saulem.*
disset nunc Saulem: quod patet: quia qui agit cõtra
conscientiam, peccat, sicut patet ad Roma. capi. 14.
scilicet. Omne, quod non est ex fide, peccatum est. i.
omne, quod sit contra id, quod cõscientia credit, est
peccatum, sed Dauid credebat illicitum esse, quòd
occidetet Saulem, ergo si occideret peccaret. Patet
hoc: quia dr̃ in littera: percussit Dauid cor suum. i.
remordit eum conscientia. Dixitq;: propitius sit mi
K hi Dominus, ne faciam rem hanc, idest Deus tollat
à me potestatem, & volũtatem faciendi hoc. Quic-
quid ergo postea faceret, peccatum esset: quia cõtra
conscientiam fiebat. Item Dauid non habebat ali-
quam causam occidendi Saulem, nisi quia erat ho-
stis eius, sed ista non sufficiebat: quia quòd hostis oc
cidat hostem est agere propria auctoritate: quia fit
sine iudice, & sine lege: quod semper iniustum est:
nam quòd quis interdum occidat alium sine iudi-
cis auctoritate licitum est, eo quòd lex dat potesta-
tem in talibus, & tunc licet fiat sine iudice, tamen
non fit sine lege, sicut quòd quis occidat alium de-
fendendo se, vt est publicum in iuribus, scilicet,
quando aliàs non potest euadere, vel φ occidat fu-
rem

rem nocturnum, de quo nescit, an veniat ad furandum, vel ad occidendum. extra de homicidio cap. si perfodiens. & si quis reperiat alium cum vxore sua turpiter agentem, poterit sine iudice occidere illũ. C. de adulter. l. Gracus. & sic in similibus casibus. lex tamen nũquam dat auctoritatem hosti, ꝙ possit occidere hostem ex eo solum, ꝙ est hostis, sed solũ erit licita occisio, quando fuit bellum iustum inter eos. Hoc autem non erat inter Dauid, & Saulē: quia cũ Saul esset Dominus Dauid, quanquam vellet grauare Dauid, non licebat ei resistere Sauli tanq̃ hosti, sed fugere de terra eius. Quòd ergo occideret eum, iniustum erat. Si tamen aliquando Saul circũdaret Dauid, & conaretur eũ occidere, & ille non posset mortem effugere, nisi occidēdo Saulem, poterat eum occidere, ꝙ tamen Dauid expectaret vindictā de Saule pro malis, quæ passus fuerat, Saule nunc nihil agēte, illicitum erat: & sic significauit Dauid, dicens ad Saulē infra, s. Iudicet Dominus inter me, & te, & vlciscatur me de te: manus autē mea non sit in te. Ergo putabat peccatum esse, quòd ipse vindictam expeteret. Item patet, quia dicitur ibidem. ab impijs egredietur impietas: manus ergo mea non sit in te. Putabat igitur impietatem esse Dauid, ꝙ occideret Saulem, ideo dixit, ꝙ nō egrederetur hoc ab eo, sed ab impijs: credebat. n. Dauid peccatum esse, ꝙ quis vlcisceretur manu sua, ideo cum Abigail dixisset ei, ne vlcisceretur se de Nabal consensit illicò, vt patet sequēti cap. scilicet, cum ergo fecerit tibi Dominus omnia, quæ locutus est bona de te, ꝙ constituerit te ducem super Israel: non erit tibi hoc in singultum, & in scrupulum cordis, quòd effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te vltus fueris. Item non solum peccaret Dauid, si occideret Saulem, quasi illicitè occideret vnum hominem, sed peccaret grauissimè: quia occidebat regem: nimis enim differt occidere rusticum, vel occidere regem, cum vterque sine causa occiditur: ideo cum Dauid attenderet ad alia, in quibus peccaret, si occideret Saulē, maximè attendit, ꝙ erat Sul rex, & quòd erat peccatum graue occidere regem: vnde dixit in litera: propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Christo Domini. Et cũ postea ipse Dauid referret Sauli, ꝙ potuisset eum occidere, & non occidit, dixit causam huius esse, quia erat rex, vt patet infra in litera. s. Et cogitaui, vt occiderē te: sed pepercit tibi oculus meus: dixi. n. non extendā manũ meam in Dñm meũ: quia Christus Dñi est. Vñ reputabat Dauid magnum peccatum esse, ꝙ occideret quis regem, & quòd in nullo casu liceret ei eum occidi. Sic dixit ipse ad Abisai socium suum, qui volebat occidere Saulem, vt patet infra cap. 26. scilicet. ne interficias eũ, quis enim extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit? q. d. nullus potest eum occidere iustè, q̃q̃ mala agat. Sed aliquis dicet, ꝙ Dauid poterat condemnare Saulem, quia ipse erat rex, & habebat iurisdictionem ad iubēdum illum occidi, cùm meruisset. Dicendum est, quòd Dauid, quanquam vnctus esset in regem, tamen q̃diu viueret Saul, non habebat iurisdictionem aliquam de iure, vel de facto, eo quòd Deus non vnxerat eũ, nisi vt regnaret post Saulem, & non, illo viuente. Item, quia dato, ꝙ habuisset iurisdictionem de iure, & de facto, non licuisset ei hoc facere, quia non faceret tanquā iudex, sed tanquam hostis: nec faceret ad corrigendum mala, sed ad vindicandum iniuriam: sic enim incitabant eum serui sui, dicentes: ecce dies, de qua locutus est Dominus ad te: ego tradam tibi inimicum tuũ. Vnde tanquam inimicum volebant eum occidi, & nō tanquam præuaricatorem legis: cuicunque autem

A iudici illicitum est ferre sententiam in aliquem, qui hostis est solum: ergo nequaquā licebat Dauid hoc facere. Cum autem arguitur, ꝙ Dauid egit bonum, vel misericordiam Sauli: ergo non obligabatur hoc facere, quia alioquin non esset misericordia. Dicendum, ꝙ litera non dicit misericordiam, sed bonum: fit autem bonum non solum cum agimus aliquid, quod est supererogationis, sed etiam cum agimus, id, quod iustum est, & sic iustum erat, ꝙ Dauid non occideret Saulem, & occidēdo peccasset, tamen nō occidere bonum erat, dato tamē ꝙ diceretur, quòd fecisset misericordiam, adhuc non sequitur ex hoc, ꝙ non obligaretur ad illam: quia quanquam communiter dicamus, ꝙ tunc miseremur aliquibus, qñ *Ad primā rationē in pricipio.*

B agimus supra id, quod tenemur: tamen misericordia interdum est de necessarijs. Sed considerandũ, quòd si attendatur opus, quod fit quantum ad Deũ, non vocatur misericordia, in necessarijs: sed vocatur iustitia: si tamen attendatur respectu eius, cui cōfertur aliquid, vocat̄ opus misericordiæ, quia quātũ ad illum non eramus obligati: quia ipse nihil nobis contulerat: eramus tñ obligati quantum ad Deum: quia hoc iusserat. Ita ergo hic, cùm Saul multa mala egisset in Dauid, merebat̄ ab eo similia pati: Deus tamen vetabat, ꝙ Dauid se vindicaret, & etiā leges humanæ hoc vetant: ideo quando Dauid permisit Saulem abire potens eum occidere, miserebatur ei, quia non retribuit ei, quod merebatur, sed quantũ *Misericordia interdũ est de necessarijs.*

C ad Deum, non erat ista misericordia, sed obligatio: cum Deus prohiberet vindictam. Ad secundam rationē, cùm dicebatur, ꝙ Saul orauit, ꝙ haberet Dauid vicissitudinem, quę vicissitudo solũ datur ꝓ operibus supererogationis. Respondēdum, ꝙ istud fuit quantum ad Saulem opus supererogationis, cũ ipse meruisset occidi à Dauid, vel ab aliquo alio, ideo dāda erat sibi vicissitudo à Saule: sed respectu Dei, nō erat istud opus supererogationis: sed necessitatis: præmium tamen non datur solum pro operibus supererogationis, sed etiam pro necessarijs: vnde nō solum apud Deum merentur qui mandata, & consilia obseruant, sed etiam, qui in solis mandatis se exercent, & pro his debetur eis præmium, quod vo- *Ad secundam.*

D catur vicissitudo. Ad tertiam quando dicitur, quòd Deus dederat Dauid licentiam occidendi Saulem, cùm dixisset: ego tradam tibi inimicum tuum &c. Dicendum, quòd ista solum dicta fuerunt ad cōfortationē Dauid, qui timebat nimis Saulem, & super hoc consuluerat Dñm, Deus autē, vt cōfortaret eũ, dixit, ꝙ non solũ non traderetur ipse in manus Saulis, sed ēt Saul traderetur in manus eius, ita vt posset ei facere quicquid vellet, & hoc verũ erat. s. ꝙ tantũ misertus fuerat Deus Dauid, vt poneret inimicum suum in manibus eius, ita vt posset facere de eo, qcquid vellet: sed non concedebat ei, quòd hoc faceret. Primum autem fuit verum, scilicet, quia poterat Dauid occidere Saulem, vel dimittere, cum ha- *Ad tertiā.*

E buisset eum in manibus suis, sed non licebat, nisi dimittere: fecit tamen quod voluit de eo, quia voluit amputare oram chlamydis eius, & amputauit: & voluit eum dimittere, & dimisit. *Post hæc percussit Dauid cor suum*, idest consciētia Dauid remordit eum: est enim hic Dauid accusatiui casus: & cor eius nominatiui. Ista percussio cordis vocatur quidam scrupulus insurgens in anima Dauid: ipse enim dispofuerat occidere Saulem, & cum iam abscidisset orā chlamydis, factus est quidā motus in animo eius, vt non occideret, & quia motus ille erat subitaneus, & fortis, vocatus est percussio. Fuit autem iste motus à Deo, quia Deus diposuerat, ꝙ Saul non periret manibus Dauid, sed manibus Philisthinorũ: nam si Dauid

uid occidisset Saulẽ, fortè Israelitę nũquam voluissent eum accipere in regem: nam ipsi dilexerunt eũ nimis, quia benefecit Domui Saulis, & doluit, ꝑ morte Saulis, & filiorum suorum, atque vltus est mortẽ eorum quantum valuit, vt patet infra 2. lib. cap. 1. & 4. si ergo ipse occidisset Saulẽ, nimis iratus fuisset totus populus contra eum, nec vellent illum in regẽ: Ionathas quoque, qui superstes esset, efficeretur hostis Dauid, cùm prius esset amicissimus, & persequeretur eum ad mortẽ, quod erat valde graue Dauid. Quanquã ergo licitè potuisset Dauid occidere Saulem fauore Ionathæ nõ occidisset, ne molestaret eũ. *Eo quòd abscidisset oram chlamydis Saul*, idest Doluit Dauid postquam abscidit partem chlamydis Saulis, nõ quidem, ꝙ absciderat illam, sed quia habebat intentionem occidẽdi Saulem, & cum illam abscidit, nõ intẽdebat solum illam abscindere, sed etiam vitam Saulis. De ista parte chlamydis dicendum est, ꝙ fuerit parua propter causam supra assignatam. *Dixitque ad viros suos*. Hic subintelligendum est, ꝙ quanquam Dauid haberet intentionem occidendi Saulẽ à principio: tamen postquam amputauit partem chlamydis, pęnituit de eo, quod cogitauerat, & reuersus est ad viros suos, & dixit, ꝙ nolebat occidere eum: quod satis apparet, quia cum ipse dixerit ista verba sequentia seruis suis postquam abscidit partem chlamydis Saulis, oportebat, quòd rediret ad eos, abscisa ista particula, vel ꝙ loqueret illis ex loco, in quo erat Saul. s. vbi ipse abscidit partem chlamydis, sed non est veri simile, ꝙ locutus fuisset ex loco, in quo erat Saul, qa tunc audiuisset Saul, cum ipse propinquior esset tũc Dauid, q̃ serui sui, & tamen non audiuit: ergo non fuit locutus existens apud Saulem, sed reuersus fuit, abscisa particula, ad seruos suos. *Propitius sit mihi Dominus, ne faciam rem hanc*. i. Deus faciat rem istã longè esse à me, vel Deus sit propitius mihi non permittẽdo me facere rẽ hanc, vel amouendo eam à corde meo. Ista res erat occisio Saulis: nam viri sui suaserant ei, ꝙ occideret eum, & ipse sic conceperat: sed postea pęnituit arbitrans se malũ agere. *Domino meo Christo Domini*, idest non debeo facere istam rem Sauli propter duo: primo, quia Dominus meus est, & ob hoc quanquam mihi ipse nocere conetur, tamen nõ debeo eum occidere, sed magis fugere à facie eius. Secundũ est, quia Christus Domini est. i. à Deo vnctus in regem. Quòd autem aliquis occidat regem suum, grauissimum peccatum est. *Vt mittam manum meam in eum*. i. quanquam misi manum in vestem eius abscindendo illam, tamen non mittam in eum ad occidẽdum ipsum. *Quoniam Christus Domini est*. i. ista est causa potissima, cur non occido eum, quanquam sit hostis meus, quia est Christus Dñi: & non licet eum occidi.

An Dauid peccauerit abscindendo partem chlamydis Saulis. Quæstio XII.

Arguitur ꝙ primo. QVAERET aliquis, an peccauerit Dauid, abscindendo partẽ chlamydis Saulis. Aliquis dicet, ꝙ sic: nam litera dicit: post hoc percussit Dauid cor suum, eo ꝙ abscidit oram chlamydis Saul. i. conscieñtia sua remordit eum propter hoc: sed quod est contra conscientiam, peccatum est, vt patet ad Roma. c. 14. ergo peccauit Dauid abscindẽdo illam. Itẽ cum aliquis cõmittit irreuerentiam voluntariè contra eum, quem tenetur nimis reuereri, peccat mortaliter: sed Dauid fecit huiusmodi. ergo peccauit nimis: prima pars patet: quia cum quis committit irreuerentiam in eum, quem tenetur reuereri, agit contra debitum, ergo peccat mortaliter, ꝙ Dauid fecerit: sic patet, qa Saul erat rex, sicut ipse dixit, ꝙ Chri-

Secundo.

F stus Domini est: ideo tenebatur ei nimis reuereri Dauid: Deus. n. hoc iubet. Sic patet prima Petri cap. 2. scilicet. subiecti estote omni humanę creaturę propter Deum, siue regi tanquam præcellenti. Et Apostolus Paulus dicit ad Roma. cap. 13. quòd qui resistit potestati, ordinationi Dei resistit: qui autem resistũt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Et postea subdit: ideo necessitate subditi estote non solũ propter irã, sed & propter conscientiam. ergo contra conscientiam agit quicũque non obedit principatibus: & ꝯsequenter, qui eis non reueretur, agit contra cõsciẽtiam. Abscindendo tñ oram chlamydis Saulis hẽbat se Dauid irreuerẽter, quia nullus saltem deberet ꝯtingere vestes regis, nisi ipso volente: ergo peccabat

G Dauid abscindendo oram chlamydis. Itẽ Samuel non erat tantæ reuerentiæ inter Israelitas, sicut Saul postquam factus est rex, nec tenebantur obedire ei Israelitæ in aliquo, & tenebãtur obedire Sauli, Saul tamen peccauit scindendo partẽ chlamydis Samuelis: ergo à fortiori peccaret Dauid scindendo chlamydẽ Saulis. consequentia patet, quia si ꝙ rex percutiat aliquem, est peccatum: ergo ꝙ rusticus percutiat regem sine causa, erit maius peccatum. Sic patet. 5. Ethicorum, cum dicit Philosophus, ꝙ contra passũ non est iustum simpliciter: sicut si rusticus percutiat regem, non solum debet percuti, sed occidi: & si rex percusserit rusticum, non est iustum eum repercuti. Antecedens patet, quia cum Saul abscidisset extre-

H mitatem pallij Samuelis, dixit ei Samuel; Scidit Dominus regnum Israel à te hodie: si tamen non peccasset, non dixisset hoc. In contrarium videtur, ꝙ non peccauerit in hoc Dauid, quia non cõputat scriptura istud inter peccata eius, nec de hoc apparet, quod ipse voluerit: ergo non peccauit: potissimè cũ scriptura dicat, ꝙ nunquam declinauit Dauid tota vita à præceptis Domini, nisi occidendo Vriam, & fornicando cum Bersabee, vt patet infra. 3. lib. c. 15. & intelliguntur etiam omnia alia, quæ expressa sũt: sicut fuit de numeratione populi. de qua infra 2. lib. cap. vlti. Istud tamen non fuit inter cætera expressum: ergo non peccauit Dauid in hoc. Respondendum quòd Dauid non peccauit abscindendo chla- In oppositum.

I mydem Saulis. Hebræi tamen putauerunt, ꝙ peccauerat, ideo Ra. Dauid Kimhi, & alij dicunt, ꝙ quia Dauid peccauit in vestibus, Deus puniuit eum vestibus, faciendo, vt non proficerent ei, scilicet, quia qñ fuit senex operiebatur vestibus, & non calefiebat, vt patet infra 3. lib. cap. 1. & ideo dicunt, quòd quicunque non curat de vestibus, vestes non proficient ei. Sed istud non stat, quia ꝙ Dauid non calefieret opertus vestibus, proueniebat ex senectute per defectum caloris naturalis, & propter sanguinis euacuationẽ. Si autem fuisset tanq̃ pœna peccati, habuisset istud in iuuentute sua immediatè postquam abscidit partem chlamydis, vel aliquãto tempore post, nunquã tamen habuit vsque ad senectutem, ergo non pro- Dauid nõ peccauit in abscisione chlamidis Saulis.

K ueniebat ei tanquam pœna peccati, sed vt defectus naturæ: quod satis apparet infra 3. lib. cap. 1. quòd attribuitur hoc senectuti, cum dicitur: & rex Dauid senuerat: habebatque ætatis plurimos dies: cunque operiretur vestibus, non calefiebat, idest ita erat magnæ ætatis, quòd etiam si operiretur vestibus, nõ calefiebat. ergo non erat datum in pœnam peccati: ꝙ autem non peccauerit, apparet: quia Dauid agebat id, ad quod Deus tradiderat Saulẽ in manus eius: Deus enim promiserat tradere Saulem Dauid, vt patet supra: hoc autem erat ad magnificandum Dauid ostendendo eius clementiam, & innocentiã in Saulem. Ista autẽ non potuisset ostendi, nisi Saulis chlamys abscisa fuisset, vt posset particulam eius ostendere

dere Dauid, per quam probaret, ꝙ potuisset occidere Saulem, quando illam particulam abscindebat, sed non voluit. Si aũt non demonstrasset illam, q̄q̄ diceret, quòd potuerat occidere Saulem, non crederetur ei, cũ potius esset præsumptio in contrarium, scilicet, quòd desideraret mortem eius, quia erat hostis suus: nõ faciebat ergo Dauid hoc in dedecus regis, nec contẽnendo eũ, sed quasi necessitate cõpulsus, vt haberet ꝓbationes innocẽtiæ suæ, quas aliàs habere non posset. Desiderabat aũt illas, quia ꝑ eas poterat pacificari sibi Saul, vel saltem conciliaret sibi animum populi, vt nollent eum persequi: vel pro futuro tempore haberet eos fauorabiles: non ergo peccauit Dauid: quia nihil sine rationabili cã egit.

Primã ... onẽ in ... ci. Ad Primam rationem cum dicebatur, quòd Dauid B pœnituit de hoc: ergo erat peccatũ. Dicendũ, quòd non pœnituit: & cum dicitur in litera: post hoc percussit Dauid cor suum, eo quòd abscidisset orã chlamydis Saul, non debet sic intelligi, quòd propter hoc solum percusserit eum cor suum: sed quia cum scindebat oram chlamydis habebat intentionẽ occidendi eum, & de hoc doluit, quia ista intentio iniusta erat. hoc patet ex litera, cum dicitur immediatè: propitius sit mihi Dominus, ne faciam rem hanc Christo Domini, vt mittam manum meam in eum: ergo nõ percutiebat eum cor suum, nisi ꝓpter hoc: nam hora chlamydis iam abscisa erat, & non dicebat ipse de ea: propitius sit mihi Dominus, ne faciã rem hanc: occisio autem Saulis fuisset iniusta, ideo C pœnituit Dauid, quia cogitauerat de ea: sed non ꝑꝑ chlamydem.

Secun... Ad secundum cum dicitur, ꝙ irreuerenter se habuit contra Saulem, in quo peccabat: Dicendum, quòd Dauid tenebatur obedire Sauli, & habere se reuerenter erga eum in omnibus, nisi mortis periculum sibi ex hoc immineret, vtpote, si Saul vellet occidere Dauid: & ipse nullo mõ posset euadere, nisi defendendo se, occideret Saulem, quãquã occidendo eum non se habebat reuerenter ad illũ, tamen licebat ei propter periculum, quod aliàs euadere non poterat, sed quandocunque Dauid non esset in hac perplexitate tenebatur reuereri Sauli: nũc autem non erat in aduersitate, quia nihil nocendo Sauli euadere poterat: ergo si se haberet irreue- D renter circa illum, peccaret: abscindendo tamẽ particulam chlamydis non se habuit irreuerenter: nã non egit in contemptum regis, sed necessitate compulsus, vt haberet probationes clemẽtiæ suæ, & innocentiæ in eum, sicut supra dictum est. Si autẽ semper dicas, ꝙ non licebat Dauid tangere vestes regis, vt haberet inde probationes. Dicendum, ꝙ licuit, q̃a licet absolutè nõ licere, vtpote, si vellet Dauid scindere vestes regis, vt haberet ꝓbationes cõtra alios, rege nihil mali merito: nunc tamẽ Saul sibi hoc imputet, qui ex necessitate sua talem se cõstituerat cõtra Dauid, vt Dauid egeret probationibus contra eum: quæ non fierent, nisi abscisa veste regis. Iniquitas ergo Saulis, & necessitas probationis Dauid E fecerunt illum actum licitum. Nullum tamen istorum solum suffecisset ad faciendum actum licitum, quia dato, quòd esset Saul nimis iniquus, si non haberet Dauid aliquam necessitatem probandi contra eum ex vestibus suis, non licuisset ei abscindere chlamydem. Vel dato, quòd Dauid habuisset magnam necessitatem probandi cõtra aliquem alium, & non potuisset fieri probatio, nisi per vestes regis, & si Dauid non probaret, incurreret magna damna, vel corporalem pœnam, si Saul non peccasset contra eum, vt propter hoc demereretur sibi abscindi particulam vestis, peccaret Dauid, quia abscindi istã particulam absolutè erat quoddam dedecus: nullus

A tamen alteri infert dedecus, nisi ille quantum ad eũ hoc promeruerit: Saul tamen nihil mereretur dato hoc casu: ergo non liceret Dauid abscindere particulam vestis eius, etiam si esset in magna necessitate probandi. Ad tertium cum dicitur, ꝙ Saul peccauit rumpendo pallium Samuelis: ergo peccauit Dauid scindendo pallium Saulis, negetur antecedens: non enim peccauit Saul: nam non intendebat rumpere vestem Samuelis in iniuriam eius, nec aliquo modo: sed cum recederet Samuel à Saule, & conaretur eum tenere Saul, accidit, ꝙ rumperetur extremitas pallij Samuelis. Et cũ obijcitur, ꝙ Samuel illico dixit Sauli: Scidit Dominus regnũ Israel à te hodie, quod non dixisset, nisi peccasset Saul. Dicendum, quòd Saul peccauerat: sed non in hoc: peccauerat autem non complendo mandatum Dei cõtra Amalecitas, vt patet supra cap. 15. sed quia pro illo peccato regnum Israel scindendum erat de Domo Saulis: & accidit, ꝙ istud conuenienter significaretur per scissionem chlamydis Samuelis: ideo illico, vt chlamys scissa est, dixit ad eum: scidit Dominus regnum Israel &c. Hoc aũt q̃a Prophetę soliti erant Prophetare per quædam corporalia indicia, sicut ꝓphetauit Isaias per nuditatem suam captiuitatẽ quarundam gentium: Isai. 20. c. sic ẽt Ieremias prophetauit portando catenas in collo suo captiuationem Iudæorum à Babylonijs, Iere. cap. 27. Ad tertiã.

Multæ fuerunt causę, propter quas Dauid non occidit Saul, efficax tamen fuit quia erat rex. Quæst. XIII.

QUÆRETUR vlterius, cur Dauid dicit hic, ꝙ nolebat manum suam mittere in Saulẽ, quia erat Christus Dñi: nunquid si nõ fuisset Christus, licuisset ei manum mittere in eum: vel cur hoc dicebat? Respõdendum est, ꝙ multæ causæ fuerũt, propter quas Dauid non occidit Saulem, sed præcipua fuit, quia Saul erat rex: & si fortè ista nõ fuisset, Dauid occidisset Saulem, nec putasset sibi esse illicitum. Pro quo sciendum, ꝙ Dauid non erat occisurus Saulem, quia erat pater Ionathæ: & dato, ꝙ nulla alia causa fuisset, non occidisset eum, ne contristaret Ionatham, quem nimis diligebat, sed potius ipse fugeret in terram longinquam, quàm vt duceretur ad necessitatẽ occidẽdi Saulẽ patrem amicissimi sui Ionathæ. Alia causa erat, quia quãquã Saul nocuisset Dauid: tamẽ non putabat iustum esse, ꝙ ipse manu sua se vlcisceretur: sed alius eum occideret, sicut dicitur infra: manus mea non sit in te. Et non solum contra eum putabat sibi illicitum esse propria auctoritate sumere vltionem, sed etiam contra quencunque. Et sic fuit de Nabal Carmelo, cũ dixit Abigail ad Dauid: Non erit tibi hoc in singultum, & in scrupulum cordis, quòd effuderis sanguinẽ innoxium, aut ipse te vltus fueris. Tertia causa erat, quia nõ habebat Dauid aliquod motiuum ad occidendum iustè Saulem: nam occisio hostis iusta est, quando non potest euitari mors propria: & ne nos occidamur ab hostibus, occidimus hostes nostros: nũc autem Saul non inuadebat Dauid, nec habebat Dauid aliquam necessitatem se defendendi, ergo si occideret Saulẽ, esset aggressor, & iniustè ageret. Quarta causa erat, quia Saul erat Dominus Dauid: impium autem est, ꝙ subditi in Dominos manus erigant: sic enim dixit supra Dauid: Propitius sit mihi Dominus, ne faciam rem hanc Dño meo. Quinta cã erat, q̃a erat Saul rex: nam erat nimis iniquum, ꝙ in regem aliquis de seruis manum mittat: potissimè quia reges apud Iudæos erant maioris auctoritatis, quàm inter alias gentes, præsertim in duobus primis. s. in Saule, & Da-

& Dauid:quia isti non fuerunt facti reges volunta-
te humana,sed Deo vngente illos:& à seipso iuben
te hoc fieri sine aliqua humana consultatione. De
Saule patet supra.cap.9.& 10.De Dauid sup. cap.16.
Omnes autem præallegatas causas quanquã essent
inductiuæ ad hoc,ꝙ Dauid non occideret Saulem ,
tamen non putabat eas esse efficaces. De prima pa-
tet, quia quanquam nollet Dauid contristare Iona-
tham propter amicitiã, tamen ex illa sola causa nõ
tenebatur,nõ occidere Saulem, nec peccabat ex ea
solum,si illum occideret:sed ex alijs causis:nam da-
to , ꝙ nimis tristaret Ionathas de morte patris sui ,
tamen si Dauid nõ potuisset se aliter defendere, &
ob hoc occidisset Saulem, non peccabat, quãquam
contristaret Ionatham:nam non peccat aliquis cõ-
tristando amicum,sed iniustè contristat eum.
Secundam etiam non putauit esse efficacem: qa ꝗꝗ
non debeat aliquis manu propria petere vindictã ,
quando iudicẽ habet,qui ei possit ius reddere de in-
iustè inflicto damno,si tamen inter eum & illũ, qui
iniuriam,vel damnũ intulit, nullus iudex superior
sit ,licet ei propria auctoritate vindictam petere,vel
satisfacere sibi de damno irrogato accipiendo vio-
lenter bona illius, qui damnum intulit:sic enim est
inter veros hostes, qui possunt sibi indicare iusta bel
la:& sine alicuius auctoritate prædas, & cędas agũt.
Hoc autem quia nullus iudex est superior vtrisque
hostibus , qui possit ius reddere iniuriam passo. Sic
autem erat in Saule, & Dauid: nam Saul gerebat se
contra Dauid tanquam hostis,& non erat aliquis,ꝗ
posset iustitiam facere Dauid de Saule , cum esset
Saul Rex,& non haberet iudicem superiorem: lice-
ret ergo Dauid ex hoc propria auctoritate vltionẽ
sumere,sicut in eo,qui potest indicere iustũ bellũ.
Tertiam rationẽ ẽt nõ putauit Dauid efficacem,qa
ꝙ aliquis non debeat occidere alium,nisi defenden-
do se,& ꝙ defensio fieri debeat cũ moderamine in-
culpatæ tutelæ,solum tenet inter eos,qui habent iu
dicem communem potentem satisfacere iniuriam
passo. Cum autem iudex nullus est superior,nõ so-
lum est licitum, ꝙ quis defendit se ab hoste cũ mo-
deramine, sed etiam nõ est illicitum, si aggrediatur
eum,& non solum si aggreditur, sed etiam qualiter
cunq; aggrediatur,siue per insidias,siue aliàs: qa oĩa
licent contra hostes, dum tamen veritas promisso-
rũ eis obseruetur : Saul autem erat hostis Dauid,&
nõ erat aliquis iudex,qui posset satisfacere ei de in-
iuria,quam pertulerat à Saule,ideo non solum lice
bat ei occidere Saulem defendendo se,sed etiam ag
grediendo. Quartam rationem non putauit Dauid
esse efficacem:nam quanquã Saul fuisset Dominus
Dauid,iam tamen non erat,vt Dominus,sed vt ho-
stis, & quãdiu aliquis manet sub dominio alicuius ,
non licet ei manum erigere in Dominum suum,ẽt
si ab illo iniustè patiatur , nisi fortè defendendo se à
morte: si tamen semel fuerit extra Dominum suũ ,
licebit ei contra illum quidquid licet contra quen-
cunq; alium hominem : sic etiam,dum mansit Da-
uid in dominio Saulis,& non erat declaratus,vt ho
stis Saul,non licebat Dauid insurgere contra Saulẽ:
iam tamen publicatus fuerat Dauid , vt hostis Sau-
lis; ideo licebant ei contra Saulem ex hac parte ea ,
quæ contra alios homines: quia iura dominij iã nul
la erant. Quinta tamen causa adhuc manebat , &
hanc putauit Dauid esse efficacem.s.ꝙ Saul erat rex
vnctus à Deo:ideo propter hanc noluit eum occide
re. Erat autem motiuũ suum, ꝙ Saul à solo Deo ac
ceperat iurisdictionem:quia ipse vnxit eum in regẽ
nullo homine petente illum,sup.cap.9.10.& facien
do eum in regem fecerat superiorem omnium , &

F exemerat eum à iurisdictione omnium inferiorũ:
ideo putabat Dauid , ꝙ solus Deus esset iudex eius,
& eum solũ haberet vltorem. Hoc significauit Da-
uid se intelligere, infra in littera , cum dixit:tu autẽ
insidiaris animæ meæ, vt auferas eã : iudicet Domi-
nus inter me & te,& vlciscatur me Dominus ex te:
manus autem mea non sit in te. Ecce qualiter solũ
Deum inuocauit iudicem,& vltorem: ꝗ putauit eũ
solũ esse iudicem Saulis: vnde arbitratus est Dauid,
ꝙ in nullo casu licebat ei , vel alicui Israelitæ occi-
dere Saulem aggrediendo. Sic enim dixit Dauid ad
Abisai: ne interficias eum, quis enim extendet ma-
num suam in Christum Domini , & innocens erit?
q.d.nullus poterit extendere manũ in eum,quin sit
G reus:si tamen aliquis casus esset,in quo licuisset occi
di Saulem aggrediẽdo, non dixisset Dauid,quis ex-
tendet manum suam in Christum Domini,& inno
cens erit: quia aliquis posset extendere,& esset inno
cẽs. Credidit ergo nullũ casum esse,in quo hoc lice-
ret: & ob hoc quanquam Dauid habuisset alias cau
sas non occidendi Saulem, nũquam expressit aliã ,
nisi quia erat Christus Domini:sic patet sup.s.propi
tius sit mihi Dominus,ne faciam hanc rem Christo
Domini:& postea etiam subdit̃,vt mittam manum
meam ĩ eum,quoniam Christus Domini est. Postea
etiam cùm diceret Dauid Sauli, cur non occidisset
eum: hoc solum expressit.s.& cogitaui, vt occiderẽ
te; sed pepercit tibi oculus meus. Dixi enim.nõ ex-
H tendam manũ meam in Dominũ meum:quia Chri
stus Domini est.sic etiam infra ca.26.ex hac sola cau
sa iussit Dauid abisai,vt non occideret Saulem. *Viuit*
Dominus, ista littera vsq; ad illam partem. *Et confregit*
Dauid viros suos, non habetur in hebręo,nec est de te-
xtu,nec habetur in libris correctis:sed fuit appositũ
à principio per modũ glosæ interlinearis , & postea
insertum est textui per ignorantiam librariorũ, vel
aliquorum correctorum. Causa autem, quare fuit
apposita ista particula hic per modum glosæ inter-
linearis,fuit quia inf.26.cap.cùm loqueretur Dauid
in simili casu de non occidendo Saulem , dixit ista
verba ad Abisai:ideo visum est ea cõuenire huic lo-
co,& posita sunt per modum glosæ ; sed postea in-
I serta fuerunt textui,vt dictum est:quia tamen com-
muniter habentur in libris nostris exponẽtur. *Viuit*
Dominus, modus iurandi est: velut siquis diceret.iu-
ro per Deum,vel per vitam Dei:sic enim dicitur Ie-
re.cap.4.iurabunt,viuit Dominus:sic etiam de iure
iuran.c.& si Christus: *Quia nisi percusserit Dominus eum,*
idest nisi Deus illum occiderit per se.q.d.ego nõ oc-
cidam eum,sed ipse morietur aliquo de tribus mo
dis hic positis. Et primus est, ꝙ meus percutiat eũ.i. Tres modi moriendi.
ipse ꝑ se occidat illũ, vel tradat eũ in manus alicuiꝰ,
qui occidat ipsum inuoluntariè,vel aliàs sicut dicit
Exo.ca.21.ꝙ Deus tradidit eum manibus eius. *Aut*
dies veniet, vt moriatur. Iste est secũdus modus,quo ali
quis morit̃.s. quando viuit toto tẽpore,quo ſm na-
K turam viuere potest.s.superueniens ad senectutem:
vel saltem viuit illo tp̃e, qđ sibi à Deo pręfixũ est,vt
patet Iob c.14.s.breues dies hominis sunt,& nume-
rus mẽsiũ eius apud te est : cõstituisti terminos eius,
ꝗ ꝑteriri non poterũt. *Aut descendens in prælium perierit.*
Iste est tertius modus, quo aliquis moritur.s. quãdo
obijcit se periculis in bello, & occidit̃ ab hostibus.

An differant inter se isti tres modi moriendi positi hic à Dauid:
& quę sunt periodi specierum,& indiuiduorum.
Quæstio XIIII.

QVAERET aliquis de istis tribus modis mo-
riendi,an differant inter se. Aliquis dicet,quòd
non:

non: quia omnes reducuntur ad secūdum .s. aut dies eius venerit, vt moriatur: nunquam tamen aliquis moritur, nisi venerit dies mortis eius: quia quandocūq; aliquis moriatur, & qūocunque, semper moritur in die illo, vsq; ad quē ęterna Dei prouidentia disposuit vitam eius. Ante terminum autem illum nemo moritur: nec etiam potest illum aliquis excedere, sicut dicitur Iob cap. 14. constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt: alioquin diuina ꝓuidentia falleretur, si aliquis pręueniret terminum, quem ipse pręsciuerat, vel transcenderet illū: quod de Dei sapientia concedendū non est, ergo siue aliquis descendens ad bellum perierit, siue Deus percusserit eum, semper venit dies eius, vt moriatur, & quia illa erat dies de qua Deus præsciuerat. B Respōdendum est, ꝙ iste secundus modus differt ab alijs. Pro quo sciendum, ꝙ dies mortis alicuius accipitur tripliciter. Vno modo pro die in quo moritur. Alio modo pro die, quo Deos præsciuit ipsum moriturū. Tertio modo ꝓ die, quo finit̄ periodus eius, siue mensura durationis secūdum exigentiam complexionis eius. Primo modo qualitercūq; aliquis moriatur, & quandocūq;, dicitur tūc esse dies eius: quia dies eius est dies mortis, & tūc ille homo morit̄: ergo tunc est dies eius, & sic non differunt inter se isti tres modi. Secūdo modo accipiendo etiam est dies hominis, vt moriatur quandocūq; morit̄: quia prouidentia Dei certa est, & siue aliquis homo viuiturus sit vsquequo per naturam eum viuere possibile C est; siue in medio ætatis incidente infortunio moriatur, illa est dies eius: quia in illo die Deus præsciuit de homine illo, quòd moriturus esset, cum non possit falli diuina prouidentia. Tertio modo vocat̄ dies hominis, vt moriatur ille, qui terminat totam periodum durationis indiuiduorum speciei humanę: vel ille, qui terminat periodum huius hominis. De primo: patet: quia sicut omnium natura cōstantium est positus numerus magnitudinis, & augmenti iuxta Aristo. 2. de anima; ita positus est numerus durationis, cuiuslibet rei secundū exigentiam speciei: & ista mensura durationis vocat̄ periodus: species autem secundum, ꝙ sunt differentes natura, ita etiam differunt in durationibus. D Est autem periodus vitę humanę varius secundum temporum varietatem: quia à principio humani generis viuebāt homines ferè vsq; ad mille annos, vt patet Gene. ca. 5. postea autem paulisper vita diminuta est: nunc autem maxima duratio est centum. 20. annorum, vel quasi: & ista est periodos speciei humanæ, quanquam rari homines attingant hanc ætatem: qa periodus speciei humanæ dicitur illa, quā possunt attingere homines benè complexionati nullum habentes nocumentum: & quia aliqui ad istam accedunt quanquam rari, ista erit periodus. Secunda periodus est cuiuscunq; homines: nam quāquam s̄m conditionem speciei possint homines accedere ad prædictam ætatem: E aliqui tamen sunt, ita malè cōplexionati, ꝙ secundum naturam eos illùc pertingere est impossibile, ideo isti habent varias periodos secūdum varietatem complexionum: dies autem, quæ terminat periodum cuiuslibet, dicitur esse dies eius, vt moriatur: Accipiēdo autem duobus modis primis, non differunt isti tres modi moriendi, quos ponit hic Dauid: quia omnes reducuntur ad secundum .s. ad diem hominis, vt moriatur. Accipiendo autem tertio modo diem hominis pro terminante periodum speciei, vel indiuidui, differunt duo modi .s. primus, & tertius à secundo: quia tunc solū dicitur venire dies alicuius, vt moriatur, quando morit̄ in senectute magna, vltra quam nullus hominum

A viuere potest, vel quādo propter imperfectionem complexionis suæ in parua ætate aliquo morbo dissoluitur: quicunq; autem violenter moritur, siue ī bello, siue aliàs, nondum venit dies suus, vt moriat̄: & sic intellexit Dauid, ideo distinxit istos tres modos. De hoc etiam intelligitur illud Iob. capit. 14. s. Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterūt. s. termini speciei humanę, vel periodi cuiuscūq; indiuidui, quem secundum complexionem suā pertingere potest: & non intelligitur de terminis vitæ accidentalibus. s. cum aliqui sibi mortem inferunt, vel propter culpam suam moriuntur, & possint maiori tempore viuere.

B *An differunt primus, & tertius modus moriendi. Quæstio XV.*

QVAERETVR vlterius de alijs duobus modis. s. de primo, & tertio, an īter se differant. Et videtur, ꝙ non: quia quòd aliquis descendat in bello, & moriatur, vel ꝙ Deus percutiat eum, idem est: nam omnes, qui in bello occiduntur ab hostibus traduntur à Deo in manus hostium. s. quia ideo moriuntur, quia Deus vult ponere eos in manu hostium suorum: illi tamen, qui traduntur à Deo in manus alicuius, dicuntur percuti ab eo, cùm nihil aliud sit Deum percutere aliquē, nisi quòd ipse aliquem occidat per se, vel tradat eum alteri occi-
C dendum: ergo non differunt isti modi: potissimè cū etiam Deus dicatur percutere illos, qui moriuntur in bello, vt patet infra 2. lib. ca. 7. cum dixit Deus ad Dauid: fui tecum in omnibus, in quibus ambulasti, & interfeci omnes inimicos tuos à facie tua. Manifestum tamen est, ꝙ isti inimici Dauid moriebātur in bello, & occidebat eos Dauid: ergo Deus dicitur percutere illos, qui moriuntur in bello: sic etiam patet Exo. cap. 23. s. Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populū, ad quē introieris: cunctorumq; inimicorum tuorum corā te terga vertam. Isti autem moriebantur in bello, cum dicatur, ꝙ vertebant terga coram Iudæis: & tamen Deus dicebatur occidere illos: ergo nō differt,
D ꝙ aliquis moriat̄ in bello, vel ꝙ Deus percutiat eū. Item patet quia dicebatur, ꝙ idem est, ꝙ Deus tradat aliquem in manus alterius, vel ꝙ moriat̄ in bello. Sic patet præced. ca. cum dixit Deus: Surge, & vade in Ceilam: ego enim tradam Philisthijm in manu tua, & tamen isti perierunt in bello. Sic etiā Exo. cap. 23. s. tradam in manibus vestris habitatores terræ Chanaan: & tamen ꝯstat, ꝙ isti perierunt in bello, & Deus dicitur deleuisse illos, vel percussisse. Sic patet Iosue ca. 13. s. Ego sum, qui delebo eos à facie filiorum Israel: Saul quoq; in bello perijt, & tamen dicitur, ꝙ Deus tradidit eum in manus hostium, vt patet infra cap. 28. Respondendum ꝙ isti duo modi differunt inter se, sed pro hoc considerandum, ꝙ
E quandocunq; aliquis moritur, Deus facit eum mori: nam aut moritur ex defectu complexionis. s. in senio, vel per violentiam. Primo modo Deus dicitur occidere hominem: quia ipse talem constituit naturam, vt per eam necesse sit nobis saltem in senectute mori: sic enim dicit Apostolus ad Heb. ca. 9. ꝙ statutū est hominibꝰ semel mori i. posita est lex à Deo necessitans eos ad semel moriendum. Secundo modo etiam moriens dicitur à Deo occidi: quia adhuc magis agit Deus in occisione violenta, quàm in naturali, cum mors violenta non detur tanquam pœna primi peccati, sed tanquam pœna peccatorū nostrorum specialiū: ideo sic morientes dicitur Deus occidere: quia tamen percutere significat quādam

Qñcunq; aliqs morit̄ Deus facit eum mori.

vio-

violentiā obtinuit consuetudo, vt illi, qui naturali morte deficiunt, non dicantur à Deo percussi, sed illi, qui morte violenta: & sic differt modus secundus moriendi s. quando venit dies hominis, vt moriatur ab alijs duobus modis: quia iste est naturalis, & alij quodammodo violenti. Sed adhuc alij duo, in quibus mors violenta infligitur, differunt: quia Deus dicitur percutere aliquem, quando per se percutit: & secundum conditionem communem aliquis actus prædicatur de aliquo, quando ipse per se agit, vel per instrumenta, quæ non possunt esse principia illius operationis p se, nec mouerent, nisi quis ea moueret. Deus autem aliquando aliquos occidit per seipsum, ita ꝙ non interuenit aliquod instrumentum, vel cum occidit aliquem mediante tali instrumento, ꝙ non moueretur ad illam occisionem, nisi Deus illud moueret. De primo patet Gen. cap. 38. de duobus filijs Iudæ: nam de primo dicitur, ꝙ fuit nequam in conspectu Domini: & ab eo occisus est. De secundo dicitur, ꝙ percussit eum Dominus, eo ꝙ rem detestabilem faceret. Sic etia Deus occidit Aegyptios nullo instrumento mediante, sed per se cōuertendo aquas maris super illos: Exod. cap. 14. Vnde ibi dicitur: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, idest, vobis nihil agentibus ipse solus pugnabit. Idem fuit in oppressione Amorrhæorum, quando Deus inclinauit super illos Arnon, vt declaratum est Num. cap. 21. Simile etiam fuit in bello, quod habuit rex Iosaphat cōtra Ammonitas, Moabitas, & Idumæos. Nam nihil agentibus Israelitis, ipsi se mutuo occiderunt. 2. Para. c. 20. Secundo modo Deus agit per instrumenta occidendo aliquos: & quia illa non mouerentur, nisi Deus ea moueret, Deus dicitur percutere homines, qui sic moriuntur: sic fuit in bello Iosue contra quinque reges Amorrhæorum, quia fugientibus eis Deus misit de cœlo lapides magnos, & perierunt plures lapidibus, quàm interfecti sunt ab Israelitis, vt patet Iosue. ca. 10. sic etiam Deus occidit omnes, qui erant in castris assyriorum s. 185. millia relicto rege cum paucis: & illud fecit Angelus Domini per noctem, vt patet infra 4. lib. ca. 19. Angelus tamen non fecisset, nisi iussu Dei, ideo Deus dicit occidisse istos: & ad istum modum reducenda est mors, quæ alicui euenit per subitaneas ægritudines, quas Deus in pęnam infligit, sicut est pestis, & similes. Aliquandò etiam moriuntur homines per infortunia, vt si corruente domo aliquis opprimatur, vel in puteum, aut in fluuium casu inciderit, aut ignis subitaneus eum cremauerit, vel bestiæ agri, aut serpentes eum occiderint. Ista enim omnia Deo volente, & sic disponente, nobis infligūtur: ideo quando aliquis sic moritur, Deus dicit occidere eum: quia ista per se non mouentur, sed ab altero: vel saltem Deus excęcat hominem, vt incidat in ea. Ad istum etiā modum reducitur omnis mors violenta homini ab homine à casu inflicta: quia ibi homo non occidit alium tanquam volens, sed quia Deus mouit vnum, vt cadat in manus alterius: sic patet Exod. c. 21. s. ꝙ siquis occidat alterum non insidiatus, Deus tradidit eū in manus eius. In his enim omnibus Deus agit per instrumenta, quæ à se non mouentur, sed ab altero: ideo ei attribuitur actio. Alius modus est mortis violentę, cùm homo ab homine occiditur spontaneè, quę mors quanquā nunquam eueniat, nisi Deo permittente: tamen etiam si Deus non moueret hominem ad occidēdum aliū, ipse occideret eum, quia malicia sua eum mouet: sicut in alijs peccatis Deus non mouet nos, sed iniquitas nostra mouet: sic patet Iacobi. c. 1. s. nemo cū tentatur, dicat, quia à Deo tentatur; Deus aut tentator

F malorū non est, ipse aūt neminem tentat: vnusquisque aūt tentat à cōcupiscentia sua abstractus, & illectus. Hō igitur, qui ex nequitia alterū occidit, non est ibi propriè tanq̄ instrumentū Dei: quia conditio instrumēti est, ꝙ nō moueatur, nisi ab altero moueat. Quicunq; autem voluntariè alterū occidit in se habet principiū sui motus: ideo non est instrumentum alterius. Ob hoc autem, qui à casu occidunt, aliqua instrumenta Dei sunt, & pertinent ad pręcedentem modum, sed qui hostiliter occidit non est in illo modo, nec Deus dr̄ percutere taliter occisum, ideo Dauid distinxit hic istos modos. s. cum quis à Deo percutitur, & cum ab hostibus occiditur. Ad rationes autem in contrariū dicendū, ꝙ Deus dr̄ aliquando

Ad rōnes in oppositum.

G occidere eos, qui moriuntur in bello, quia ipse facit, ꝙ moriantur: non tamen propriè cum per se nō occidat, nec per instrumenta, sed dr̄ occidere inquantum tradit eos occidendos hostibus suis propter demerita: ideo scriptura magis vtitur isto vocabulo, quā tradere, de Deo, quādo agitur de morte bellica, quā occidere. Sic patet in allegatis auctoritatibus præd. cap. & infra 28. & Exo. ca. 23. s. Quia ipse Deus tradit hostes in manu hostium ad hoc, ꝙ moriantur, & sic iste actus, qui est tradere, conuenit Deo ibi, sed non occidere. Sic patet Iosue c. 11. s. ne timeas eos, cras n. eadem hora ego tradā oēs istos vulnerādos in cōspectu Israel, q. d. ego tradā: sed ego non vulnerabo: sed Israel vulnerabit eos: Dauid autem volens propriè

H loqui, distinxit istos tres modos. *Propitius sit mihi Dominus, vt non mittam manum meam in Christum Domini.* i. Deus sit mihi propitius ad hoc, ꝙ ego non mittam manū in eū. Vel aliter. s. sic Deus sit mihi propitius, ꝙ non mittā manum meam in eum. s. ad occidēdū. *Et confregit Dauid viros suos sermonibus* i. persuasit eis, & confregit animositates eorum. Cum enim Dauid redijt, abscisa particula chlamydis Saulis, & voluit eum occidere, viri sui voluerunt subito insurgere in Saulem: ipse autem tenuit eos, ne insurgerent non viribus, quia solus erat, nec præcepto, quia non obedirēt propter amaritudinem animi, sed sermonibus exhortatorijs. Habebant enim grauem iram contra Saulem, quæ incitabat eos ad occidendum illū. Da-

I uid autem blandis verbis, & nimis efficacibus mitigauit iram eorum pro tūc: & hoc est cōfregisse eos, scilicet animositatem suam. *Et non permisit eos, vt consurgerent in Saul.* s. ipsi volebant occidere Saulem. Dauid autem non permisit. s. suadendo verbis, vt dictū est: quia etiam si voluisset coercere eos viribus, vel auctoritate, nequiuisset.

Quare Dauid non permisit viros suos insurgere in Saulem. Quæstio. XVI.

QVAERET aliquis, quare Dauid non permisit viros suos insurgere in Saulem: nam ipse nolebat mittere manum suam in eum, quia erat Chri-

K stus Domini: volebat tamen vindictam per alium, vt patet infra in litera. s. iudicet Deus inter me, & te: & vlciscatur me ex te, manus autem mea non sit in te, sed sicut in prouerbio antiquo dicitur: ab impijs egredietur impietas. Nunc autem Dauid non mittebat manū in eum, & alij eo non iubente volebant illum occidere, ideo videtur, ꝙ debuisset pmittere. Respondēdum, ꝙ Dauid peccasset, si permisisset viros suos occidere Saulē: ipse. n. putabat peccatū esse si Saulē per se occideret: ergo peccabat ēt si permitteret suis hoc agere, quia in hoc fauebat illis, & ipsi faciebant istud pp Dauid: non solū tn̄ reus est homicidij, qui occidit: sed ēt qui occisori fauet, quia agentes, & qui agentibus consentiunt in quolibet crimi- ne

Non permisit Dauid Saulē occidi per manus suorū, ne peccaret in Christum Domini.

ne rei mortis sunt ad Roma. c. 1. & ob hoc quando Dauid, & Abisai descenderunt in castra Saulis dixit Abisai: conclusit Dominus hodie inimicum tuum in manus tuas, nunc ergo perfodiam eum lancea in terra semel. Et dixit Dauid ne interficias eum: quis enim extendet manum in Christum Domini, & innocens erit? Sed adhuc dicet aliquis, quanquam Dauid teneretur non permittere viris suis, vt occiderēt Saulem, non tamen teneretur ad persuadēdum eis, ne occiderent illum, quia nemo tenetur proficere hosti. Dicendum, ꝙ Dauid consensisset, si non suasisset suis, ne occiderent Saulem: nam cum ipse videret, ꝙ viri sui volebant insurgere in Saulem, & ipse putabat se posse comprimere eos verbis, si non cōprimeret, faueret homicidio, quia non solum tenentur rei homicidij, qui occidūt, sed etiam qui non impediunt occisionem, quantum possunt. Extra de homic. sicut dignum. s. non caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare; tenebatur ergo prohibere Dauid viros suos ab occisione Saulis præcepto, vel occasione, aut qualicunque modo ei possibili, alioquin reus erat. Cum autem obijcitur, ꝙ Dauid volebat vindictam de Saule, sed non per se, dicēdum ꝙ in hoc dubium est: quia quidam dicunt, ꝙ ibi Dauid nō desiderauit vindictā, sed dato, ꝙ desiderauerit eā: non desiderabat, ita vt ipse eam procuraret, quia tunc ipse agere diceretur, sed volebat, ꝙ Deus daret sibi vindictam de Saule. s. ꝙ ipso nesciente, nec consulente aliquis occideret eum, sicut factum est de Isboseth filio Saulis, quia duo latrones occiderunt eum, & tunc peruenit regnū Dauid infra 2. lib. c. 4. Sic etiam de Saule, ipse enim occisus fuit in bello, & sic Dauid vltus est non manu sua, nec cōsilio, sed Deus vltus est iniuriā illius, eo nesciēte. Et hoc etiam significabat ipse dicens. viuit Dominus, quia nisi percusserit eum Deus, aut dies eius venerit, vt moriatur, aut descendens in prælium perierit, non mittam manum meam in eum. q. d. quocunque illorum modorū vindicabatur iniuria Dauid, eo nihil agente. *Porro Saul surgens de spelunca pergebat cepto itinere*. i. postquam Saul in spelunca vētrem purgauerat, surrexit inde, & pergebat cepto itinere. i. in via, quam inceperat. Ista erat via persequēdi Dauid, quia ad nihil aliud venerat in desertum: & quia non putabat eum esse in spelunca, nec in partibus propinquis, pergebat ad interiora deserti. *Surrexit autem Dauid post eum*. Hic ponitur miserationis ostensio. s. manifestauit Dauid per oram chlamydis ipsi Sauli quomodo misertus fuisset eius nolēdo ipsum occidere. *Et egressus de spelunca*. i. mox vt vidit exisse Saulē, egressus est post eum ad indicandum misericordiam suā. *Clamauit post tergum Saul: dicens*. i. Saul aliqualiter elongatus fuerat à spelunca, ita vt non posset ei loqui Dauid tāquam presenti, sed cogebatur clamare ad hoc, vt eum audiret.

Quare Dauid exiuit de spelunca ad loquendum Sauli, quia exposuit se periculo mortis. Quæstio. XVII.

QVAERET aliquis, quare Dauid exiuit de spelunca ad loquendum Sauli: nam in hoc videbatur tentare Deum ponendo se in magno periculo, cum possent eum capere viri Saulis. Respondendum est, ꝙ Dauid nō exposuit se huic periculo, quia quando locutus est ad Saulem, longè erat ab eo: ita vt cogeretur clamare ad hoc, ꝙ audiretur à Saule, viri quoque Saulis procul erant, ideo quanquam conarentur persequi Dauid, non possent eum tenere, quia ipse posset euadere per desertum, cùm procul esset. Et ista fuit causa, quare Dauid non locutus fuit

A Sauli mox vt exiuit de spelunca, sed cum iam elōgatus erat ab eo: sic. n. fecit iterū infra c. 26. cū descēdisset Dauid ī castra Saulis, & tulisset inde lāceā, & scyphū: nā recessit de castris, & postea à lōge locutus est, cum dr̄: cunque transisset Dauid ex aduerso, & stetisset in vertice montis de longe, vt esset grande interuallum inter eos, clamauit ad populum, &c. noluit enim clamare quousque tantum interuallum esset, vt quanquam viri Saulis vellent eum persequi, non possent tenere ipsum. Sed adhuc dicet aliquis, ꝙ poterat esse aliquod periculum, vt si aliqui de viris Saulis essent in locis absconditis, & ex insidijs caperent Dauid, cum hæc loqueretur, vel fortè conarētur eū persequi, & ipse fugiēdo deficeret: melius igitur erat

B manendo in spelunca, nulli periculo se exponere. Dicēdum est, ꝙ si loquimur absolutè de securitate: securior erat Dauid, si non egrederetur de spelunca ad loquendum Sauli, quàm cum egressus est, habuit tamen causam egrediendi. s. ad ostendendum misericordiam, quam habuerat in Saulem: Deus. n. mouebat eum ad hoc, quia volebat magnificare Dauid coram toto populo, & efficere quandam promptitudinem, per quam mortuo Saule populus vellet accipere Dauid in regem propter misericordiam, quā impendit Sauli, & domui suæ, sicut supra declaratū est. Etiam per hoc poterat nunc Saul placari Dauid: iō rationabiliter motus est Dauid ad ostēdēdum misericordiam istam Sauli, quod nō potuisset, nisi egre

C deretur de spelunca, vt loqueretur Sauli. Cum autē dr̄, ꝙ homo non debet se exponere periculo, quia vr̄ tentare Deum. Dicendum, ꝙ verum est, tn̄ debet homo se exponere alicui periculo quando paruum est, vel non existimatur esse periculum, vt acquirat aliqua bona. Nam siquis velit in omnibus rebus omnimodā securitatem, oportet, ꝙ cesset ab omnibus actionibus. s. nullus equitabit, cauens, quia possibile est equum cadere, & allidere pedes sedētis: & nullus transibi per pontem, cauens, quia possibile est eū cū ponte cadere, & mergi: non sunt ergo talia vitanda, sed sunt pericula, quæ manifesta sunt, vel quæ verisimiliter futura existimantur: ita hic Dauid egressus de spelunca circunspexit, an quis de viris Saulis ei nocere possit, cùm autem eos procul esse vidit, loq

D cepit ad Saulem, tanquam securus de periculo: sic enim fecit, quando accepit hastam, quia prius recessit longe à castris Saulis, quàm loqueretut ad populum, infra cap. 26. & tamen ibi fuit, vt etiam ostenderet misericordiam suam in Saulem.

Quare Dauid non est locutus Sauli in spelunca. Quæstio. XVIII.

QVAERETVR vlterius, cum Saul fuerit in spelunca, quare non locutus est ei tunc Dauid ostēdens misericordiam suam. Rn̄dendum est, ꝙ hoc factum fuit ꝑꝑ multa. Primò, quia periculum erat gra

E ue: nam cū Dauid, & viri sui essent in spelūca, nesciebant, an viri Saulis mansissent ad os speluncę, vel ꝓcul inde essent: si autē manerent ad ostiū, posset Saul egrediens iubere illis, ꝙ circūdarent speluncam, & occiderent eos, qui ibi erant. Dauid ergo noluit intra loqui Sauli, sed cū egressus fuisset, circunspexit Dauid, an aliquis esset in circuitu speluncę, & cum neminem vidit, locutus est ad Saulem. Secūda ratio erat, qa si Dauid locutus fuisset Sauli, timebat, ꝙ viri sui insurgerent in Saulem, & occiderent: nam fortè non posset eos continere, data opportunitate occidendi Saulem. s. si semel inter eos esset: voluit autē hoc vitare: ideo locutus est extra speluncam. Tertia ratio fuit, ne nimis erubesceret, & timeret Saul: nam si vi-

si videret se positum in manibus hostium suorum procideret coram eis, & pro vita oraret: atque efficeretur vilis in conspectu ipsorum, q non decebat regem: iō Dauid noluit eum solum à morte eripere, sed ēt ab opprobrio deiectione, & verecundia: in quo nimis illi misertus est, conseruando ipsi honorem cum persona. Prima tamen rō magis mouit Dauid. s. vt proprium periculum euitaret. *Domine mi rex.* Loquebatur Dauid ad Saulem reuerenter vocādo eum regem, & patrem: vt patet infra, q̄q̄ Saul nō rex, sed hostis esset: volebat tamen Dauid obsequijs vincere improbitatem Saulis: sic enim dicit Apostolus ad Roman. ca. 12. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, & si sitit, potum da illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius: noli vinci à malo, sed vince in bono malum. *Et respexit Saul post se.* s. quando audiuit, q aliquis vocabat eum. *Et inclinans se Dauid pronus in terram adorauit.* Hunc honorem exhibuit Dauid Sauli propter regiam maiestatem. In omnibus enim ad eum se habebat, vt subditus, & non vt hostis: & q̄q̄ Saul procul esset à Dauid, adorauit eum Dauid de longe, non audens appropinquare ipsi. *Dixitque ad Saul.* Hic incipit Dauid honestè increpare Saulem, cur iniustè persequatur eum, cum ipse erga illum innocens sit. *Quare audis verba hominum loquentium: Dauid quærit malum aduersum te?* .i. quare vis assentire viris impijs, qui accusant me apud te, dicentes, q ego volo te occidere, cum constet de innocentia mea? In Hebræo habetur. *Quare audis verba hominis dicentis: Dauid quærit maliciam tuam?* Sed ad idem redit, quod litera nostra: quia tamen Hierony. existimauit, q non erat vnicus, qui loquebatur mala de Dauid apud Saulem, dixit: quare audis verba hominum: nam in Hebræo aliquando ponitur singulare pro plurali, & è contrario, vt patet Deut. c. 5. vbi dicitur: quæ est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis: & habetur in Hebræo. *Elohim haim*, i. Deorum viuentium. Constat tamen, q scriptura volebat ibi vnum Deum designare. Aliquando ponitur singulare pro plurali, sic patet Isa. c. 19. cum dicitur in litera nostra: tradam Aegyptum in manus Dominorū crudelium, & in Hebræo dicitur. *Adonim casseth*, idest Dominorum duri, vel crudelis: cum deberet dicere. *Adonim castin*, idest Dominorum durorum, vel crudelium. Cum autem dicitur. *Dauid quærit maliciam tuā*, est improprius modus loquēdi, quia malicia, vel iniquitas, sicut ponitur in Hebræo, significat culpam, & non penam. De Dauid tamen non erat sensus, q ipse inuestigaret aliquod peccatum Saulis, sed quod quæreret eum ad mortem: ideo expressius litera nostra dixit. Dauid quærit malum aduersum te. *Ecce hodie viderunt oculi tui.* Probat clementiam suam erga eum, & dicitur, q viderunt oculi tui, non q Saul vidisset aliquid: nam ipse non vidit Dauid, aut viros suos in spelunca, sed dicitur, q viderunt oculi sui, quia nunc vident quomodo fuerint in manibus suis in spelunca, eo q nunc videbat oram chlamydis in manibus Dauid, quam non potuisset habere, nisi fuisset coniunctus Sauli, scindendo eam. *Quoniam tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca.* s. hoc potes nunc videre per oram chlamydis. Dr̄ aūt, q Deus tradiderat eum. i. posuerat in potestate sua, ita vt liberum ei esset facere, quod vellet de illo: sic. n. pmiserat Deus Dauid. s. ego tradam tibi inimicū tuū, vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis, vt patet sup.

Dauid propter duo dixit Sauli, quare audis verba hominum, licet nullus eum accusaret. Quæstio. XVIIII.

QVAERET aliquis, quare Dauid dixit hic Sauli: Quare audis verba hominum, &c. cum non

Loquitur Dauid ad Saulem.

F moueretur Saul ad persequendum Dauid pp accu-
sationem aliquorū, sed magis ipse mouebat seruos
suos, vt accusarent, & indicarent ei de Dauid, & qa
nemo indicabat ei de illo, dicebat, q oēs coniuraue-
rant contra ipsum cum Dauid, supra c. 22. Rñdēdū
est, q hoc potuit fieri pp duo. Primò, quia Dauid vo
lebat hic placare Saulem, vt non persequeretur eū:
& quia si totam culpam huius persecutionis Dauid
imposuisset Sauli, magis eum efferaret in iram, q̄ ad
misericordiam flecteret, voluit culpam transferre
in seruos, dicens: quare audis verba hominum, &c.
q. d scio, q tu non moueris à teipso ad persequendū
me, sed alij cōcitant te, accusantes me apud te, quos
non debes audire: & ista est cautela eorum, qui vo-
G lunt impetrare à Dominis, vt desistant à malis, quæ
cæperunt eis infligere, dicentes, q ipsi sponte illa nō
egerunt, sed quia per errorem informati sunt: sic. n.
dixerunt Israelitæ Pharaoni quando præmebat eos
nimis: en famuli tui flagellis cædimur, & iniustè agi-
tur contra populum tuum, Exo. c. 5. q. d. non agis tu
hoc, sed ministri tui agunt: sciebant tamen Israeli-
tæ, q Pharao hoc ageret. Alio mō dici pōt, q Dauid
fuit locutus hic, nullo quæsito colore, sed sicut intē-
debat, quia sic verum erat, q aliqui de seruis Saulis
incitabant eum ad persequendum Dauid. In quo
sciendū, q à principio Saul cōceperat iram malam
de Dauid, & volebat eum occidere: nemo tamen de
seruis suis quicquam dicebat ei tunc de Dauid: ideo
H ipse conquestus est de omnibus illis tāquā oēs cōiu-
rassent contra eum, supra cap. 22. Cum verò oēs co-
gnouerunt, q Saul declarabat audire accusationes
in Dauid: & q proderet ei ad mortē, quilibet cona-
batur formare accusationes, & configere mendacia
in Dauid, vt placeret regi: & ob hoc, auditis his, mox
Doeg cępit accusare Dauid, & sacerdotes, vt patet
e. c. Ziphæi quoq; venerunt ad Saulē annunciantes
ei de loco Dauid, præc. c. & iterum postea annuncia
uerunt, infra c. 26. Sic ēt credēdum est de alijs seruis
Saulis. s. q multi eorum annūciabant pessima Sauli
de Dauid, vt placerent illi. Hoc aūt peruenit ad au-
res Dauid, iō dixit: quare audis verba hominū, &c.
Et cogitaui, vt occiderem te, idest cum fuisti in spelunca
I cogitaui de occidendo, & aliqualiter super hoc deli
berauerām. *Sed pepercit tibi oculus meus*, i. misertus sum
tui nolens te occidere. In Hebræo habetur. *Et dixit
ad te occidendum*, Dicere. n. idem est, q cogitare: quia
ita mente dicimus, sicut ore proferimus; sed in He-
bræo ponitur in tertia persona, pp barbariem idio-
matis: quia tñ constat, q hoc dicebatur de Dauid, q
loquebatur, posuit litera nostra in prima persona.
Qd̄ aūt dr̄: sed pepercit tibi oculus meus, non habet
in Hebræo: lr̄a tñ nostra posuit, quia sn̄ia erat imper
fecta. ista litera repugnabat inferiori: nā si tollatur
illa particula erit litera hæc: & cogitaui, vt occiderē
te: dixi. n. nō extendam manū meam in Dn̄m meū:
sed manifestum est, q istæ duæ particulæ repugnāt,
K iō oportet, q subintelligat aliud: & istud expressit li
tera nostra. s. sed pepcit tibi oculus meus: & tūc stat
lr̄a cōuenienter. s. sed pepercit tibi oculus meus, di-
xi. n. nō extendam manū meam, &c. translator aūt
noster nō solum posuit id, q in litera erat, sed ēt id,
q necesse erat intelligi ex litera, & id, sine quo im-
possibile erat stare eam. Sic ēt fuit hic. *Dixi. n. non extē-
dam manum meam in Dominum meum* .i. q̄q̄ prius cogita-
ueram de occidendo te, postea tamen dixi, i. delibe-
raui de non mittendo manū meam in te. *Quia Chri-
stus Domini est*. i. quia ē vnctus in regem à Deo; nā q̄q̄
aliæ causæ multæ fuerint, propter quas Dauid non
occidit Saulem: præcipua tamen, quæ eum mouit,
fuit, quia erat rex, vt supra declaratum fuit.

An

An Dauid peccauerit cogitando occidere Saulem. Quæstio XX.

QVAERET aliquis, an Dauid peccauerit cogitando occidere Saulem. Aliquis dicet, ꝙ sic, qa peccatum nō solum est in opere, sed etiam in cogitatione: sic patet Mat. cap. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est in corde suo: Dauid autem corde hoc conceperat, ergo, quanquam nondum fecisset, peccabat. Respondendum est, quòd, secundum ꝙ aliqui voluerunt, peccatum solū est in operatione exteriori, & in ꝯsensu nihil peccatur: ista fuit opinio Iosephi, dixit enim ꝙ ille, qui aliquid deliberauit facere, sed nondum fecit, cogitauit de peccando, sed non peccauit, ideo reprehendit quendam historiographū, scilicet Polibium Magelopolitam in libro 12. Antiquitatū dicens: miror Polibium Magelopolitam, quòd vir bonus existens, dicit ideo perijsse Antiochum, quia voluit templum Dianæ persidis deuastare: nam qui nullatenus egit peccatum, sed tātum cogitauit, nullo reatu facti tenetur. Ista etiam fuit opinio antiqua Iudęorum: & hanc excludit Christus Matt. c. 5. Sed hoc non obstante, peccatum est in cogitatione deliberata: immo magis est peccatum in consensu, quā in opere exteriori: quia opus exterius non est peccatum per se, sed propter consensum. Consensus verò in malum per se peccatum est. Quod patet, nam siquis à casu hominem occidat, non peccat, idem tamen actus est ibi exterior, qui est quando fit per consensum, & quando est cum cōsensu est actus malus. Cum vero sine illo, non est malus, ergo totam maliciam habet ex consensu: ipse autem cōsensus de occidendo hominem secundum se est malus: etiam si non interueniat actus: ergo peccatum per se est in consensu, per accidens autem in opere, de quo vide quæ dicta sunt Exod. 20. & ista est positio philosophorum. Dicendum ergo, ꝙ si Dauid penitus deliberasset occidere Saulem, peccauisset, non tamē deliberauit. In quo sciendum, ꝙ cum Dauid vidit Saulem in spelunca, concitatus est à viris suis, vt occideret eum, ipse autem iuit animo occidendi illum, vt supra declaratum est: sed non deliberauerat penitus occidere eum: erat enim titubans, cū abscidisset partem chlamydis continuit se: percussit enim illū cor suum, idest remordit conscientia, vt nō ageret hoc: quanquam tamen Dauid esset titubans, potius inclinatus erat ad occidendum, quàm non occidendum. Sed circa hoc considerandū, ꝙ quando obiectum, in quo quis pōt peccare, p̄sens est ei, nullo impediente, nec etiam ipsa verecundia, aut aliquo alio fine extraneo, & non operatur quantumcunque cogitet de faciendo, & afficiatur ad obiectum præsens, nunquā dicitur deliberasse: & quanquam videatur aliquando penitus deliberasse, non est plena deliberatio, si non exequatur id, de quo cogitat, vt nullus impediat: velut siquis tentetur ab intemperātia in cibo, vel ad libidinem: & tam cibus quàm fœmina præsto sint, nullo penitus obuiante, quantūcunque iste desideret cibum, & velit sumere illum, aut velit fornicari, non dicitur deliberasse, etiam si aliquando velit, & quasi aggrediatur, & rursus non incepto aliquo, desistat, quanquam interdum videatur deliberare & interdum recedere à deliberatione, nunquā est ibi deliberatio, quæ inducat peccatum mortale. Nam ad peccatum requiritur plena deliberatio, nō est autem plena, quādo, præsente obiecto, potuit aliquis transgredi, & non transgressus est. Ita fuit de Dauid, quia ipse videbatur à principio velle occidere Saulem, præsente eo, & postea noluit: ergo non de-

A liberauerat, cum non occiderit illum. Hoc autē secus est, quando aliquis deliberat in absentia obiecti, quia siquis tunc consenserit fornicari, & postea non consentit, peccauit, & plenus consensus fuit hic, sed impedita est executio propter absentiam obiecti. Cum autem dicitur, an erat peccatum in hoc, ꝙ Dauid cogitaret occidere Saulem, dicendum, quòd cogitatio dicit omnem actum intellectus: & si cogitatio dicat solam inuestigationem circa aliquid, an fieri debeat, quod est consiliari: quanquam malum cogitemus, peccatum nullum est. Si autem cogitatio dicat deliberationem, vel sentētiam intellectus, quę est post inuestigationem, & consilium, cogitare de malo peccatum est. De Dauid autem cum dicitur hic quòd cogitauerit occidere Saulem, accipitur cogitatio pro consilio, vel inuestigatione non deliberata, & ibi non est peccatum. *Quin potius pater mi vide*: idest, non intelligas, ꝙ ego deliberauerim occidere te, sed potius è cōtrario, vide partem chlamydis tuæ in manu mea, per quam cognosces, ꝙ potuissem te occidere, si voluissem. Hic autē vocauit Dauid Saulem patrem, supra verò vocauit eum regem: & ratio est, quia rex est nomen honoris, & timoris, pater autem est nomen dulcedinis, vt patet 2. Poli. cap. 1. Dauid autem à principio vocauit Saulem regem ad exhibendum reuerentiam, cū illud nomen significet maximum principatum: nunc autem vocauit eum patrem ad signandum dulcedinem clementię, quam habuerat erga eum, cū potuisset occidere illum tanquam hostem, & non occidit. *Et cognosce orā chlamydis tuę in manu mea*, idest, Dauid enim præsciderat paruam partem chlamydis Saulis, ideo quanquā egressus est Saul de spelunca, non sentit aliquid deesse chlamydi suæ, cum non esset notabilis defectus: & ipse non suspicaretur, ꝙ aliquid tale ei fieret: nūc autem clamante Dauid respexit Saul chlamydē, & vidit ꝙ erat abscissa gladio pars eius, ideo nō potuit negare, quin fuisset in spelunca in manibus Dauid: nam non poterat aliunde Dauid habere partē chlamydis Saulis. *Quoniam cum præscinderem summitatē chlamydis tuæ*, idest partem extremā. Ex hoc patet, quòd erat parua pars, quia summitas modicū dicit de re, cuius est. *Nolui manum meam extendere in te.* q. d. extendi ad chlamydem, sed non ad te: facile tamen erat scindenti chlamydem extendere manum in te. *Animaduerte, quoniam non est in manu mea malum, nec iniquitas*, idest ex hoc considera, ꝙ nō est in manu mea, idest in opere meo aliqua malicia. Et ponitur hic malum, & iniquitas: quia malum signat ipsum, quod fit male: iniquitas signat solam nequitiam cordis. Dauid autē nihil mali conceperat vnquam contra Saulem, nec etiam fecerat: ideo dicit, ꝙ non est malum, nec iniquitas in manu sua, quanquam hic magis accipiuntur pro eodem: quod patet ex litera sequenti, scilicet. *Nec peccaui in te*, idest non habeo aliquod malū in corde contra te, nec etiam commisi aliquando aliquid mali. sic enim excusauit Ionathas Dauid supra cap. 19 dicens ad Saulem. ne pecces rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi: & opera eius bona tibi sunt valde. *Tu autem insidiaris animæ meæ, vt auferas eam*, idest, quanquam ego non peccauerim tibi, sed potius misertus fuerim tui, tu peccas in me insidiando mihi ad mortem.

Cogitatio quādo sit peccatū.

Pater est nomē dulcedinis.

Dauid non induxit alia bona, quę fecerat Saul, vt cessaret ab eius persectione, nisi hanc misericordiam. Quæst. XXI.

QVAERET aliquis, cum Dauid intenderet hic suadere Sauli, vt cessaret à persecutione sua, & ad hoc induxit istud bonum, quod ei fecerat: cur

cur non induxit alia bona, quæ alias fecerat pro eo, scilicet, quòd pugnauerat contra Philisthæum auferendo obbrobrium totius Israel. Etiam postea sæpe pugnauit contra hostes Israelitarum, & percussit eos: ista enim satis efficacia essent: vt molliretur cor Saulis, & cessaret à persecutione. Quòd patet, quia cum semel Saul iussisset occidi Dauid Ionathas exposuit ista Sauli, dicens: non pecces in seruum tuū, quia non peccauit, & opera eius bona sunt tibi valde: & posuit animam suam in manu sua, & percussit Philisthæum, &c. & tunc Saul placatus est voce Ionathæ, & iurauit: viuit Dominus, quia non occidetur, supra cap. 19. debuisset ergo ista verba proponere Dauid: præsertim cum ipse sciret, ꝙ per ea quondam placatus fuerat ei Saul. Dicendum, quòd Dauid noluit ista proponere, quia ista erant ad magnā laudem eius: laus autem in proprio ore turpis est, cū scriptura dicat: laudet te alienus, & non os tuum: iō virtuosius fuit: quòd subticeret ab eo, per quod laudabat se: licet ex illo haberet quandam efficaciam suadendi, quàm, quòd seipsum laudaret. Sed tunc dicet: cur ergo dixit de chlamyde abscissa, & quòd misertus fuerat Sauli? nam ista erant ad maiorē laudem, cum signarent maiorem bonitatem. Respondendum, quòd Dauid proposuit ista verba de chlamyde abscisa, non vt per hoc acquireret sibi aliquā laudem, sed vt per hoc purgaret se ab infamia, & ostenderet innocentiam suam. Verba autem de bellis suis, & bonis prioribus ostendebant eum virum probum, sed non liberabant ab infamia, nec ostendebant innocentem. Aliter dici potest, ꝙ Dauid nihil reliquit intactum de eo, quod poterat efficax esse ad suadendum. Proposuit igitur de abscisione chlamydis, quia erat satis efficax: de bellis tamen suis prioribus nihil proposuit, eoꝙ omnibus Israelitis ista erant notissima: & superfluum videbatur illa referri. Quod autem fuit de abscisione chlamydis erat incognitum, nisi illud explanasset Dauid: iō proposuit illud Sauli. Aliter etiam dici pōt, ꝙ Dauid nō existimauit efficax esse persuasioni, ꝙ proponeret gesta sua priora: ideo non proposuit. Et quando dicitur, ꝙ Ionathas proposuit hæc, & placatus est Saul per illa, dicendum est, ꝙ illa verba fuerunt efficacia, quando Saul non erat nimis inflammatus in iram contra Dauid, quia quocunque verbo poterat tunc placari: postquā tamen eius malicia consummata fuit, non erant talia efficacia: istud autem quod proposuit de chlamyde erat maximè efficax: nam nihil maius esse potest, quàm ꝙ quis teneat hostem in manibus suis, & ei honorem, & vitam donet. Dauid igitur credidit, ꝙ sic Saul suaderetur, & sic factum est, quia pro tunc cessauit eum persequi, & recessit in domum suam. *Iudicet Dominus inter me, & te*: idest, ego nolo vlcisci propria manu, nec volo, ꝙ per aliquem puniaris ex parte mea, sed ꝙ Deus solus sit iudex inter me, & te: hoc autem dicebat Dauid putans, quòd nullus posset esse iudex Saulis, nisi Deus, quia Deus vnxerat eum in regem, & ex hoc fecerat eum maiorem cęteris, exemeratque in regem, & ex hoc fecerat eum maiorem omnium: iō putabat, ꝙ nulli homini licebat mittere manum in eum ex aliqua causa: sic patet infra 26. cap. cum dixit Dauid: quis enim extendet manum suā in Christum Domini, & innocens erit? quasi dicat, nullus poterit hoc facere: si tamen aliquis esset iudex suus, posset mandato illius occidi: & qui occideret eum innocēs esset. *Et vlciscatur me Dominus ex te*. i. Deus qui iudex est ipse solus det vindictā. Et vocat vindicta sniā Dei contra Saulem. *Manus autem mea non sit in te*. i. ego rogo Deū, ꝙ ipse iudicet inter me, & te ostendendo veritatē, & det tibi pęnā, q̃ mereris pro iniusta persecutione: ego tñ nunquam tangam te, cùm sit nefas, ꝙ aliquis mittat manū in Christū Domini.

F

An Dauid peccauit desiderando vindictam contra Saulem. Quæstio XXII.

QVAERET aliquis an Dauid peccauit hic desiderando vindictam. Aliquis dicet quòd sic, quia Deus prohibuit homini vindictā manu sua, sed sibi soli eā attribuit, scilicet, quòd ipse tanquam iudex omnium satisfaceret cuilibet ꝑ iniurijs suis, & nullus manu sua se vlcisceretur. sic patet Deutero. cap. 32. mea est vltio: & ego retribuā

G eis in tempore. Item tenetur quilibet diligere hostes suos, & benefacere eis Matthæ. cap. 5. ergo non potest vindictā petere, quia qui vindictam petit hostis est. Item Apostolus dicit ad Roma. cap. 12. non vosmetipsos defendentes, sed dantes locum iræ. Et ibi iubet quòd inimicis debemus dare cibum & potum: ergo a fortiori debemus remittere eis iniurias, non petendo vindictam. Respondendum est quòd appetitus vindictæ & ira simpliciter sunt iniusta, ita vt non liceat nobis contra aliquem hominem rancorem concipere, & petere vindictā, immo vt probat Boet. 4. de consol. prosa. 4. pęnitus irrationabile est, quòd quis habeat aliquos homines exosos: hoc tamen cōcessum fuit aliquando Israelitis, quia erāt

H viri imperfecti, s. quòd haberent inimicitias contra quasdam gentes, & non cōicarent eis, & efficerentur per hoc idolatræ. Sic dictum fuit eis de Chananęis, ꝙ nullum omnino eorū viuere permitterent, & si permitterent peccabant, & Deus eis ex hoc prę nunciabat mala futura: Nume. 33. cap. & Iosue. 23. Et quia postea Israelitæ non habuerunt inimicitias contra gentes istas, Deus iratus fuit illis valde, vt patet Iudi. cap. 2. Sic etiam dixit Deus de Moabitis, & Ammonitis, ꝙ haberent illos Iudæi exosos, Deute. capitu. 23. scilicet, non facies cum eis pacem, nec quæres eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternum. Hic tamē non erat sic de Dauid, quia Saul non erat de Chananæis, vel Moabitis, vel Ammo-

I nitis: iō redibat in regulā cōem datā Hebræis. Mea est vltio, & ego retribuam in tpe, Deut. cap. 32. Ergo Dauid non poterat exigere vltionē à Saule, nec eā desiderare: & si desiderasset, peccaret mortaliter. Cū tamen dr̄, ꝙ desiderauit vindictā de Saule, negandū est: quia tñ in litera dicitur, ꝙ ipse dixerit: vlciscatur me Dñs ex te: oportet inquiri quō per hoc non importetur appetitus vindictæ. Nicolaus dicit, ꝙ Dauid nolebat vindictam desiderio vindictæ, sed zelo iustitiæ: & hoc modo desiderare mala aliquibus nō est peccatum, si illi nequissimi sunt conturbantes vitam omnium bonorum, & desideramus illos perire, vt non conturbentur boni: ꝙ iustum est: litera ista tñ non multum consonat, quia hic Dauid duo petere videtur. s. iustitiam, & vindictam, cum ait. s. iudicet Dñs inter me & te, & vlciscatur me ex te. Aliter

Opinio Nicolai.

K dici potest, ꝙ Dauid vere desiderauerit vindictam, cum eoꝙ Saul affligebat eum nimis, tñ desiderauit non plena deliberatione, sed passionaliter: postea autem non desiderauit vltionem istam, sed magis doluit, cū audiuit Saulē mortuū, & planxit nimis: occiditque illum, qui asseruerat se occidisse Saulem, vt patet infra 2. lib. cap. 1. Etiam qñ occisus est Isboseth fili9 Saulis doluit Dauid nimis, & fecit occidere eos, qui occiderant illum, vt patet infra 2. lib. cap. 4. si tñ deliberatè desiderasset vindictam per aliquem alterum dari, siue per Deum, gauderet quando audiret mortem Saulis, & retribuisset bona occisori. Aliter

ter dici potest, quòd Dauid non desiderauit vindictam, quanquam verba sua videantur hoc significare: sed accipitur ibi vindicta solum pro iustitia, quam volebat fieri inter se, & Saulem, & apparet per verba, quæ infra replicantur: nam dicitur postea. Sit Dominus iudex inter me, & te,& videat,& dijudicet causam meam: & eruat me de manu tua: ibi autem non ponitur aliqua vltio: ista tamen verba videntur significare id, quod illa. Aliter dici potest, quòd Dauid nullo modo desiderabat vindictã, quia si desideraffet, ipse potuisset eam manu sua capere, sed noluit, cum haberet opportunitatem ad hoc: ergo videtur, quòd non deliberauerit contra ipsum de vindicta accipiẽda. Istę solutiones aliqualiter stant, sed magis videtur dicendum, quòd Dauid desiderauerit vindictam aliqualiter, licet non toto corde: quia litera hoc exprimit, dicens: vlciscatur me Dominus ex te. Et dato, quòd aliquis vellet dicere, quòd hic non petitur vindicta, sed solum petit vltionem, idest, liberationem de manu sua, sicut apparet ex verbis, quæ postea replicuit Dauid dicens: Dominus videat, & dijudicet causam meã, & eruat me de manu tua: adhuc non stat, quia aliud importatur hic, quàm ibi, cum hic dicatur: vlciscat me Dominus ex te: manus autem mea non sit in te, in quo signatur, quòd volebat vltionem, sed non manu sua. Etiam quia dicitur: sed sicut dicitur in prouerbio: Ab impijs egredietur impietas: manus autem mea non sit in te; idest. Dominus det mihi vindictam de te, sed non per manum meam: nam per manus impiorum egredietur impietas, scilicet, impij occident te, & ego non. In quo manifestè apparet, quòd Dauid desiderabat mortem Saulis in vindictam, sed nolebat eam per manum suam efficere. Si autem dicatur, quòd in hoc peccauit Dauid, quia non licebat ei appetere vindictam: dici posset, quòd hoc dixit ex passione, & non determinato desiderio, cũ Saul eum tam iniustè affligeret: nã si ipse haberet voluntatẽ vindictæ determinatæ, ipse assumpsisset eam manu sua, vel suorum, sed nõ egit, immo prohibuit suis hoc agere. Vel potest dici, quòd Dauid non desiderabat vindictam, dixit tamen istud conquerendo de saule, vt sic fortè Saul aliqualiter flecteretur visa querimonia eius, & iustitia à Deo petita. Si tamen adhuc dicamus, quòd Dauid desiderauerit vindictam deliberatè, non erit nimis inconueniens, quia alia maiora crimina fecit Dauid: quia tamen scriptura dicit eum non peccasse, nisi in morte Vriæ, & adulterio Bersabeę, infra 3. lib. cap. 15. & quibusdam, quæ expressa sunt: sicut in numeratione populi, infra 2 lib. cap. vltimo, magis videtur, quòd mortaliter non peccauerit: & consequenter dicetur, quòd locutus est ista passionaliter: nam aliàs gauisus fuisset, quando data est vindicta, occiso Saule à Philisthinis: sed planxit nimis, infra 2. lib. cap. 1. ergo non desiderauit deliberatè vindictam. *Sicut in prouerbio antiquo dicitur.* idest, non sit manus mea in te ad procurandam vindictã, sed fiat sicut dicitur in prouerbio antiquo, scilicet, ꝙ aliquis impius hoc faciat.

Quod est prouerbium antiquum, secundum quod Dauid desiderabat fieri Sauli. Quæst. XXIII.

QVAERET aliquis, de isto prouerbio antiquo quid sit. Respondet. Rab. Sal. quòd est prouerbium istud lex dei: & vocatur prouerbium antiquum, quia lex Dei antiqua est. Dicit autem, ꝙ habetur istud Exo. c. 21. Vbi dicitur: Dominus tradidit eum in manibus eius, idest, quòd Deus tradit aliA quem in manus alterius, vt occidatur: & per hoc puniatur pro peccatis: ita enim fieret de Saule, ꝙ Dominus traderet eum in manus alicuius, vt occideretur. Sed istud non stat. Primo, quia prouerbiũ non dicitur conuenienter de sacra scriptura, sicut infra declarabitur. Secundo, quia dato, quòd ipsa vocaretur prouerbium non applicatur conuenienter, quòd istud prouerbium habeatur Exo. cap. 21. quia ibi agitur de occidentibus à casu, qui culpam non habent: ideo datur eis ibi locus refugij. Dauid autem non intendebat, ꝙ aliquis occideret Saulem à casu, sed voluntariè, maximè quia litera dicit, ꝙ isti, qui occiderent eum essent impij, & ꝙ occisio ista esset impia, scilicet, ab impijs egredietur impietas. i. B occisio iniusta ab homine iniusto inferretur: si tamẽ aliquis à casu eum occideret, non esset iniustus, nec occisio esset impia. Ergo non intelligitur hic de occisione inuoluntaria, quæ habetur Exo. c. 21. & cõsequẽter nõ est illud ꝓuerbiũ antiquũ. Sed dicẽdũ, ꝙ ꝓuerbiũ antiquũ, de quo hic dr̃, nõ est aliquid, qđ sit in scriptura, sed erat quoddam verbũ cõe inter loquentes, & istud est. Ab impijs egredietur impietas: multoties enim scriptura vtitur prouerbijs vulgarium. Sic patet Num. cap. 21. cum dicitur de destructione Esebon: & dicetur, & construatur ciuitas Sehon, &c. Sic etiam habetur infra 2. lib. c. 20. de muliere, quæ erat in vrbe Abela. s. Sermo, inquit, dicebatur in veteri prouerbio: Qui interrogant interrogent in Abela. Et ista erant prouerbia, quia erant C communia: Dauid autem vsus est hic isto prouerbio, quia agebat ad propositum suum de occisione Saulis.

An sit conueniens sacram scripturam allegare prouerbia vulgarium. Quæst. XXIIII.

QVAERET aliquis, an cõuenienter sacra scriptura alleget prouerbia, & auctoritates vulgarium. Aliquis dicet, ꝙ non: nam quando aliquid inducitur testimonium alterius, illud firmius est, q̃ id, ad cuius testimoninm inducitur, quia non debet probari nota ex ignotis: sed sacra scriptura est firD missima veritas, nec potest aliquid induci, quod firmius sit: ergo non debet aliquod prouerbium induci in scriptura. Patet hoc, quia sacra scriptura est ita firma, ꝙ potius assentire debemus dictis suis, quàm eis, quæ oculis viderimus. Sic patet secunda Petri. c. 1. nulla tamen vulgaris parabola, immo nulla scientia est tantę firmitudinis: cum potius credamus rebus, quàm verbis: quia ab eo ꝙ res est, vel non est, oratio vera, vel falsa dicitur esse, vt patet. 2. Perihermeneias. Ergo nulla scientia, vel vulgare prouerbium est tantę firmitudinis, vt sacra scriptura. Rñdẽdũ est, ꝙ ĩ sacra scriptura possunt allegari ꝓuerbia, vel auctoritates aliquorum extraneorum tripliciter. s. ad cõfutandum eas, vel ad referendum, vel ad probanE dum aliquid per eas. Primo modo conueniens est allegari parabolas, & auctoritates extraneorum: qa cum sacra scriptura sit firmissima veritas, & eminẽtissima, ipsa debet corrigere falsitates, quę habentur in alijs doctrinis: potissimè in moralibus, de quibus est cura sacræ scripturę. Et quia interdum inducũtur aliqua, quę sunt communia in moribus, per q̃ homines attrahuntur ad faciendum malum, vel distrahũtur à bono, debuit scriptura prouidere in his corrigendo falsitates vulgariter dictas: potissimè, qñ istę sunt circa finem humani status. Sic enim fuit opinio quorundam, ꝙ non erat Deus: & quia iste erat maximus error, per quẽ traheretur hõ ad omne malum, & distraheretur a bono, scriptura redarguit

In sacra scriptura posse aliquod extraneũ allegari tripliciter intelligitur.

guit hos tanquam insipientes, dicens: dixit insipiens
in corde suo, non est Deus: Psal. 13. & 52. Sic etiam
fuit error, quòd anima humana non erat aliquis spi
ritus, qui post mortem maneret ad fęlicitatem, vel
pęnam: sed erat tanq̃ mollis aer, qui diffundebatur.
Quo præsupposito, isti volebant se dare omni dele-
ctationi, & viuere per iniustitiam: ideo scriptura sa-
cra ponit errorem istorum, & latè improbat Sap. c.
2. sic etiam fuit error aliorum, quòd non erat resur
rectio, ideo quòd deberent homines vacare cibo, &
potui. Istum errorem recitat scriptura, & improbat
Isa. ca. 22. s. Ecce gaudium, & lætitia occidere vitu-
los, & iugulare arietes; comedere carnes, & bibere
vinum; comedamus, & bibamus, cras enim morie-
mur: & reuelata est ĩ auribus meis vox Domini exer
cituum: si dimittetur iniquitas hęc vobis donec mo
riamini? q d. non dimittetur. Apostolus quoq; ma-
gis increpat istam insaniam. 1. ad Cor. ca. 15. s. Si secũ
dum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mi-
hi prodest si mortui non resurgunt? manducemus
& bibamus, cras enim moriemur: nolite seduci: cor
rumpunt enim bonos mores colloquia mala: mul-
ta enim huiusmodi inducit sacra scriptura de his,
quæ in doctrinis vulgaribus peruersè circa mores
dicta sunt, vt ea improbet: sic erat quod dicebãt Is-
raelite, scilicet, quòd filij, & nepotes occidebantur à
Deo pro patribus: & hoc habebant in prouerbium.
Deus autem istud excludit Ezech. 18. cap. & Iere. ca.
32. s. quid est, quòd inter vos parabolam vertitis in
prouerbiũ istud, dicentes: Patres comederunt vuã
acerbam, & dentes filiorum obstupescunt: viuo ego
dicit Dominus, si erit vobis vltra parabola hęc in p-
uerbium in Israel: ecce omnes animæ meæ sunt, vt
anima patris, ita & anima filij mea est, anima, quæ
peccauerit, ipsa morietur &c. Secundo modo scri-
ptura inducit prouerbia, vel auctoritates extraneo-
rũ solũ referẽdo illas ab alijs esse dictas: nã in scriptu
ra sacra multa ponuntur historicè, & introducunt
personę loquentes: & quia interdum locutæ fuerũt
parabolas, introducuntur parabolę: sic patet hic: nã
Dauid loquebatur ad Saulem: & ad confirmationẽ
dicti sui, induxit istud prouerbium. s. Ab impijs egre
dietur impietas. Scriptura autem illud ponit nõ ad
confirmationem suam, sed referendo, quòd Dauid
illud dixerit: sic etiam habetur infra 2. li. c. 20. de mu-
liere illa, quæ erat in Abela, & dixit: qui interrogãt,
interrogent in Abela: & dixit ꝙ iste sermo habeba-
tur in prouerbio antiquo, vbi scriptura nihil pbat,
vel improbat, sed refert id, quod ab illa muliere
dictum est. Tertio modo inducuntur prouerbia,
vel auctoritates exterorum ad probationem sacræ
scripturę: non quidem quòd illa firmiora sint, quã
sacra scriptura, cum ista habeat firmitatẽ super om-
nem sermonem humanum, sed quia illa prouerbia
Cap. 2. respectu quorundam notiora sunt, & firmiora: sic
enim accidit in disciplinis: nam semper probatio de
bet fieri ex aliquo magis noto, vt patet. 1. Posteri. ac
cidit tamen, quòd quibusdam magis nota videãtur
ea, quæ sunt minus nota: & sic arguunt via conuer-
sa: sicut interdũ ab effectibus ad causas arguimus, &
à posterioribus ad priora: tamen secundam naturã
causæ, & priora maiorem habent euidentiam, quã
effectus, & posteriora. sic igitur quanquam simplici
ter loquendo nihil possit esse firmius sacra scriptu-
ra: quidam tamen sunt, à quibus reputantur nimis
infirma, sicut ab infidelibus, & ab eis, qui nõdũ sunt
prouecti in fide: De his enim dicit Isaias: Quis credit
auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum
est. 53. c. & Apostolus ad Rom. c. 10. dicit, quòd non
omnes obediunt euangelio: respectu ergo istorum

F oportet duci alias probationes, nec est iniustum: nã
Deus iubebat, quòd ad hoc, quòd crederetur alicui
prophetæ, quòd erat verus propheta, induceret si-
gnum Deuter. cap. 13. & 18. Christus quoque dedit
potestatem Discipulis faciendi miracula ad confir-
mationem fidei Mar. c. vlti. sicut ergo per hæc habe-
bant confirmationem legis euangelicę, quanquam
miracula non erant firmiora ipsa lege euangelica:
ita ergo interdum ex auctoritatibus exteriorum p-
bari poterat fides catholica. Pro quo considerandũ,
quòd catholici potissimè illi, qui sunt in prælatura,
obligantur ad duo. Primo ad reddendum rationem
de omnibus, quæ credimus, & speramus, non quidẽ
probando illa demonstratiuè, & à priori, sicut in di-
G sciplinis; sed ostendendo, quòd non implicant con-
tradictionem: nec eis datis, sequitur aliquod incon-
ueniens, vel inhonestas in moribus. Secundo tenen-
tur improbare omnem hęresim, vel positionẽ, quæ
sit contra fidem catholicam. De primo patet. 1. Pe-
tri. cap. 3. s. Parati estote semper ad satisfactionẽ om
ni poscenti vos rationem reddere de ea, quæ in vo-
bis est, spe, & fide. De secundo patet 2. ad Cor. ca. 10.
s. arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed poten-
tia Deo ad destructionem munitionum: consilia
destruentes, & omnem altitudinem extollentem se
aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redi-
gentes omnem intellectum in obsequium Christi,
& in promptu habentes vlcisci omnem inobedien-
H tiam, idest, debent habere prælati rationes ad vl-
ciscendum omnem inobedientiam, idest, om-
nem positionem, quæ non obedit fidei catholicæ.
De primo considerandum, quòd non obligatur ali-
quis probare ea, quæ in fide catholica habemus ex
eis, quæ asserunt hęretici: quia non sunt apud ipsos
sufficientia documenta pro omnibus, quæ nos cre-
dimus: si tamen interdum reperiatur aliquid in do-
cumentis gentilium, per quod fides catholica robo-
retur, quanquam illa non esset probatio simplici-
ter, tamen contra illos esset efficacissima, & tunc
licitum est, immo nimis laudabile, quòd aliquis vte-
retur in omnibus, vel in multis positione philoso-
phorum, & infidelium: sic fecit Apostolus Actuũ.
I cap. 17. cum probare vellet contra Athenienses, ꝙ
Deus est prope omnibus, & à nullo distans, ait: In ip-
so enim viuimus, mouemur, & sumus: sicut qui-
dam vestrum poetarum dixerunt: genus Dei su-
mus. Hoc tamen difficilè est. Sic dixit Augu: & ha-
betur in prologo Lactantij de falsa religione. Vti-
nam potuissem tam faciliter nostra probare, quàm
aliena destruere. Ipse autem destruebat aliena au-
ctoritatibus ipsorum infidelium. Secundum erat,
quòd prælati catholici debent improbare omnem
hæresim insurgentem contra fidem, & in hoc faci-
lius est vti testimonijs ipsorum infidelium ad impro
bandum positiones suas, quàm ad probandum, qđ
nos credimus: & tunc etiam licitum est, quòd sacra
K scriptura, & doctores eius vtantur prouerbijs, vel
auctoritatibus exterorum ad probandum contra
ipsos. Aliquando autem scriptura accipit prouer-
bia in probationem suam respectu eorum, qui non
sunt subiecti ei, vt per ea, quæ adducta sunt ab ex-
tra, credant scripturam sacram vera enunciare. Si-
cut fecit Moyses Num. cap. 21. cum vellet probare,
quòd terra regis Sehon, quam acceperunt Israelitæ,
fuisset quondam regis Moab, induxit versus prouer
biales, qui vertebantur inter ipsos Amorrhæos, &
Moabitas, s. vnde in prouerbio dicitur: venite in Ese
bon, ædificetur, & construatur ciuitas Sehon: ignis
egressus est de Esebon, &c. Interdũ aũt scriptura in-
ducit pueria vulgaria cõtra catholicos ad pbandũ
magni-

Præl. oblig. ad duo

magnitudinem misericordie Dei. Sic patet Hiere. capit. 3. scilicet. vulgo dicitur, si dimiserit vxorem suam, & recedens ab ea duxerit alteram, nunquid reuertetur ad eam vltra? tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. De parabolis autem, quibus Christus vtebatur, non attinet ad præsens: quia illę non erāt prouerbialia dicta, nec auctoritates exterorum ad confirmandum, quod dicebat, sed erant quædam inuolucra sententiarum: ita vt non possent omnes audientes intelligere, quod dicebatur. Patet Mat. c. 13. sine his autem parabolis raro Christus loquebatur: vnde discipuli instante tempore passionis eius, cum viderunt, ꝙ loquebatur manifestè, mirati sunt, quòd non diceret parabolas, vnde dixerunt: ecce B nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Ioa. cap. 16. Cum tamen loquebatur turbis, semper loquebatur in parabolis. Mat. cap. 13. scilicet. Hæc locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis. De his ergo non attinet ad præsens, cum agatur an sacra scriptura debeat vti prouerbijs. Quod satis apparet ex dictis. *Ab impijs egredietur impietas.* idest, iniqua occisio fiet per homines iniquos, quasi dicat. ego non occidam te manu mea, nec aliquis iussu meo, sed aliqui iniqui occident te, & peccabunt in occidendo. Deus tamen dabit mihi illo modo vindictam. Hoc dicebat Dauid, quia putabat, quòd cū esset Saul iniquus, Deus traderet eum in manus aliquorum virorum iniquo C rum de seruis suis, qui eum occiderent, sicut fuit postea occisus Isboseth filius eius à duobus viris de regno suo, vt patet infra 2. lib. cap. 4. Deus tamen disposuerat de Saule, scilicet, quòd occideretur à Philisthinis. Et sic factum est, infra c. vltimo. *Manus ergo mea non sit in te.* Et propter hoc manus mea nō erit in te ad te occidendū, quasi dicat. ego desidero vindictam de te, & Deus dabit eam mihi per manum aliquorum impiorum sine crimine meo. superfluum ergo esset, quòd ego mitterem manus meas in te, quod non esset sine crimine. *Quem persequeris rex Israel? quem persequeris?* Ista est quædam increpatio irrisoria; quasi dicat. rex Israel, qui est rex valde magnus inter alios reges, non deberet egredi ad persequen- D dum, nisi multitudinem hostium fortissimorum, nūc autem persequitur vnum hominem inermem & inauxiliatum, quasi dicat, verecundum hoc est, & irridendum. *Canem mortuum persequeris, & pulicem vnū.* quasi dicat, tu persequeris vnum canem mortuum: quia ita ego sum, sicut vnus canis mortuus, & sicut vnus pulex. Canis etiam si sit viuens magis latratu, quàm ferocitate terret, cùm autem mortuus fuerit, latratu, & ferocitate caret: quòd ergo aliquis persequeretur canem mortuum, riduculum est, quia ille nulli nocere potest, nec latratu inquietare. Ita etiam erat Dauid ad Saulem: ipse enim non erat ferox inuadendo Saulem, vel turbando ipsum, quia impotens erat, & potius fugiebat. Vocibus quoque non E inquietabat eum, quia nihil mali de Saule vnquā dixerat, ergo canis mortuus erat. Ridiculum quoq; est, quòd aliquis persequatur vnum pulicem, cum sit res minima: ita Dauid minimus erat in conspectu regis Israel, scilicet, pauper, & inauxiliatus: ridiculum ergo erat, quòd Saul persequeretur eum, sed infra cap. 26. dixit Dauid: egressus est rex Israel, vt quærat pulicem vnum, sicut persequitur perdix in montibus. In quo significauit paruitatem suam vocans se pulicem vnum, & celeritatem, atque desiderium Saulis in persequendo Dauid: cum dixit, quòd persequebatur ipsum sicut perdix in montibus, scilicet, ꝙ sicut illi, qui persequuntur perdices in mon-

A tibus, ascendunt loca aspera, & abrupta: ita Saul super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt, persequebatur Dauid, vt patet supra. *Sit Dominus iudex, & iudicet inter me, & te.* idest, nolo alium iudicem inter me, & te, nisi Deum. Hoc dicebat, quia putabat, quòd nullus esset iudex Saulis, nisi Deus, eo quòd ipse erat exemptus à potestate omnium: cum Deus vnxisset eum in regem. Vel fortè dicebat propter reuerentiam regiam nolendo submittere regem alicui, vt iudicaret inter eum, & Dauid. Vel dicebat hoc, quia omnes iudices erant sibi suspecti: nam sciebant omnes Israelitæ, quòd Saul desideraret nimis occidere Dauid: si ergo aliquis constitueretur iudex de Israelitis inter Saulem, & Dauid, vt B placeret Sauli, ferret sententiam contra Dauid: Erant ergo suspecti sibi omnes Israelitæ: nec videbat aliquem, quem in iudicem vocaret, ideo vocauit solum Deum. *Et videat, & dijudicet causam meam.* idest, videat quid ego mereor pati à te, & quid tu mihi infers: & dijudicet causam meam, idest, det sententiā in ista causa mea secundum merita causæ condemnando te. *Et eruat me de manu tua.* idest, propter merita causæ meæ eruat me, ne possis vnquam tenere me, & facere, quod vis. *Cum autem complesset.* Hic ponitur tertium huius partis, scilicet Saulis responsio ad ista verba Dauid: nam cum incepit loqui Dauid, conuertit se Saul retrorsum, & audiuit omnia verba Dauid quousque compleret: nec interrupit ser- C monem suum, sed permisit eum dicere quicquid vellet. *Loqui sermones huiuscemodi ad Saul.* idest, omnes sermones suprapositos, quasi dicat, nihil respondit Saul quousque Dauid dixit omnia hæc. *Dixit Saul: nunquid vox tua est hæc fili mi Dauid?* non dixit hoc Saul tanquam dubitaret an loquens esset Dauid, sed dixit admirando: viderat enim oram chlamydis suæ in manu Dauid: ex quo cognoscebatur, quòd ipse fuit in manu Dauid: in quo stupebat de tam graui periculo, in quo fuit: & de clementia Dauid, quomodo non occidit eum: ideo admirans dixit: nunquid hæc est vox tua? quasi dicat, miror cum hæc sit vox tua, quòd mihi vitam reliqueris. Vocauit autem Saul Dauid filium, quanquam esset hostis, sicut D ipse dixit: quis enim cum inuenerit inimicum suū, dimittet eum in via bona? Vocauit tamen eum filium, eo quòd se habuerat ad illum tanquam filius ad patrem: nam si considerasset, quòd erat hostis acerrimus eius, debuisset eum occidere cum posset: sic etiam Dauid ad indicandum istam misericordiā vocauit Saulem patrem, vt patet supra, scilicet: qn potius pater mi vide, & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea. *Et leuauit Saul vocem suam, & fleuit.* Hoc fecit Saul, quia confractus fuit animo videns, quòd tam iniuste persecutus fuerit Dauid, & Dauid tam clemens fuerit in eum: erat autem signum doloris magni, quòd vir fleret: maximè cum esset vir tanti honoris, scilicet, quia erat rex: agebat ergo ex E amaritudine cordis. *Dixitque ad Dauid: iustior tu es, quàm ego.* idest, tu es iustus, & ego sum iniustus. Est autem iste modus loquendi improprius: quia siue exponatur cōparatiuus affirmatiuè, siue negatiuè, semper est falsa propositio: quod patet, vt si dicamus: tu es iustus, & ego sum iustus: sed tu es iustior, tunc vna exponens est falsa, scilicet, ego sum iustus, quia erat Saul iniustus, & volebat se confiteri hic iniustum. Si autem exponatur negatiuè, dicetur sic. tu non es iustus, & ego non sum iustus, sed iniustior ego sum te, & tunc falsa est vna exponens, scilicet, tu non es iustus, quia Dauid iustus erat, & Saul hoc confitebatur: sed debet exponi, vt dictum est.

Respond. Saulis ad Dauid.

Saul verè loquebatur ad Dauid: dolebat enim acriter, quòd iniustè eum persecutus fuisset.
Quæst. XXV.

QVAERET aliquis, an Saul ista verè diceret, vel per fraudem, vt deciperet Dauid, & caperet. Dicendum, quòd dicebat ista verè: dolebat enim acriter, quòd persecutus fuisset eum iniustè: quod apparet ex fletu: quia fœminis facilè est mendaces effundere lachrymas: viri autem non habent promptum plorare, nisi verè doluerint: Saul tamen mox lachrymatus est, vt audiuit Dauid. Etiam patet, quia Saul confessus est se fuisse iniustum contra Dauid, & fuisse clementem Dauid in eum. Etiam orauit, vt Dominus redderet ei vicissitudinem pro misericordia, quam operatus fuerat erga eum. Sed adhuc aliquis dicet, quòd istæ voces erant, & poterant dici falsa intentione. Sed non stat, quia immediatè Saul cessauit persequi Dauid descendens in domum suam, si tamen non verè doluisset de persecutione præterita, & haberet animum persequendi illum, nunc potuisset in montibus persequi, cum nō multum distaret ab eo: cessauit tamen, ergo verè doluit de persecutione præterita, & habuit animum nunquam postea persequendi Dauid.

Obiectio. Sed dicetur contra hoc: quia post hæc Saul persecutus est Dauid in deserto Ziph, vt patet infra cap. 26.

Respōsio. Respondendum, quòd Saul habuit nunc veram intentionē nunquam persequendi Dauid: postea tamen immutatum est cor eius: erat enim Saul sicut incontinēs, qui rationi obedit quando passio non est præsens, & proponit nunquam agere incontinenter: quia tamē duram sustinet passionem, illa adueniente, egreditur ab opinione, & agit quod passio suggerit: Saul autem conceperat odium ferocissimum in Dauid: aliquando tamen suadentibus aliquibus per rationes manifestas retrahebatur, & proponebat nunquam nocere Dauid, sicut factum est, supra cap. 19. orante Ionatha pro Dauid. Rursus tamen redibat odiū, & incipiebat Saul persequi Dauid sicut prius. Ita ergo hic, quia ratio fuit euidentissima, per quam patebat Saulem egisse impiè, & Dauid fuisse clemētem, doluit Saul de commisso. Rursus tamen renouatus est dolor, & odium, quod conceperat in Dauid, & persecutus est eum in deserto Ziph: sic iam sæpe egerat, & iterum agere proposuit, infra capit. 26. Dicens: reuertere fili mi Dauid: nequaquā enim vltra malefaciam tibi: & tamen adhuc post illud Saul intendebat persequi Dauid, quousque audiuit eum fugisse in terram Philisthinorum: & tunc desperauit eum persequi, vt patet infra capit. 27. & tamen tam hic, quàm infra capit. 26. vere dolebat Saul de malis commissis in Dauid. *Tu enim tribuisti mihi bonum.* Hoc refertur ad illa, quæ fecerat Dauid antequam inciperet persequi eum Saul, scilicet, ꝙ exposuerat se ad mortem pro eo contra Goliath, & sæpe pugnauerat contra Philisthinos pro Saule: erant autem ista ad bonum, & ad honorem Saulis: sic dixit Ionathas ad Saulem de Dauid: opera eius bona tibi sunt valde, & posuit animā suā in manu sua, & percussit Philisthæum, & fecit Dominus salutem magnam vniuerso Israeli: vidisti, & letatus es, supra capi. 19. posset autem referri ad istam clementiam, quam habuit Dauid de Saule non occidendo eum, cùm potuisset: in hoc enim maximum bonum ei egerat: melius tamē refertur ad bona priora, eo ꝙ dicitur hic: tu fecisti mihi bonum, & ego retribui tibi mala. Constat tamen, ꝙ postquam Dauid fecit istam clementiā Sauli, nullum malum ei retribuit, quia illa facta fuerat immediatè ante ista verba: er-

F go non refertur ad illam clementiam, sed ad alia bo
na, quæ fecerat Dauid pro Saule, quia post illa Saul
intulerat multa mala Dauid persequendo eū sępius.
Ego aūt reddidi tibi mala: s. conando eum occidere: bis
enim conatus est Saul lancea percutere Dauid supr.
c. 18. & 19. iussit etiam eum occidi à seruis suis, & po-
stea iussit eum teneri, supr. cap. 19. Deinde cępit eum
persequi effugando eum de terra sua, vt patet sup. c.
21. vsque huc. *Et tu indicasti hodie quæ feceris mihi bona.* i.
ex hoc, quod fecisti hodie apparet, ꝙ opera tua bona
erāt erga me. & nō loquit̄ hic Saul de clementia, quā
habuit in eum Dauid: quia de ista per se patebat, ꝙ
erat bona, nec erat inducendum argumentum ad
illa: sed loquit̄ de alijs operibus præcedentibus Da-
G uid erga Saulē, quia de illis putabat Saul, ꝙ fuissent
aliqua mala, & ꝙ insidiaretur ei ad interficiendum
illum, vt regnaret post eum: nunc autem apparet, ꝙ
ista falsa erant, quia si Dauid desiderasset occidere
Saulem, cum nunc haberet in manibus, præsertim
cum tanta ab eo passus esset, occidisset illum: sed mi-
sertus est ei: ergo nunquam habuerat voluntatem
occidendi Saulem. *Quomodo tradiderit me Dominus in
manum tuam, & non occideris me.* i. ex hoc, ꝙ non occidi-
sti me, cum Dominus tradidisset me in manus tuas,
apparet, ꝙ semper operatus fueris bona erga me, &
dilexeris me. Dicit autem Saul, ꝙ Dominus tradidit
eum in manus Dauid: quia ipse fuerat in potestate
eius, quando præscidit summitatem chlamydis ip-
sius: & hoc non poterat esse, nisi Deus voluisset eum
H tradere huic periculo propter peccata sua, reliqua
autem ascribi debēt Dauid, s. ꝙ non occiderit eum:
nam iam Deus sufficientem locum dederat ei ad oc
cidēdum ipsum. *Quis enim, cum inuenerit inimicum suum,
dimittet eum in via bona?* q. d. nullus est, qui inueniat ini-
micum suum. s. in loco, vbi potest ei nocere, & dimit
tet eum in via bona. i. dimittat prosperari, sed infert
ei mortem. In quo Saul laudabat nimis Dauid, ꝙ ip-
se vsus fuerit insolita clementia. s. ꝙ nemo alius sic
facere consueuerat. *Sed Dominus reddat vicissitudinē hāc.*
idest, Dominus det tibi præmium pro hoc bono,
quod operatus es in me. Vicissitudo significat duo.
scilicet, mutationem, & commutationem. De pri-
I mo patet Iac. capit. 1. scilicet. Apud quem non est
transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, idest,
nō est apud Deum vmbra, siue similitudo vicissitu-
dinis, idest, mutationis, scilicet, quòd aliquid vna vi-
ce habeat, & non habeat alia, sed quod vna vice ha-
bet, semper habet. Secundò accipitur vicissitudo
pro commutatione: vt si aliquis dat, & postea reci-
pit: est enim ista vicissitudo, quia est mutatio vicis,
scilicet, quia vna vice dat, & alia vice recipit. Sic ac-
cipitur hic: nam orauit Saul, quòd sicut Dauid de-
derat bonum ei, ita à Deo acciperet bonum. *Pro
eo, quod hodie operatus es in me*: idest, pro clementia, quā
habuisti hodie in me, quasi dicat. multa alia bona ꝑ
me fecisti, sed istud excedit omnia: ideo Deus re-
tribuat tibi pro eo. Dixit autem, quòd Deus retri-
K bueret, quia Saul putabat se impotentem ad retri-
buendum pro hoc: & verum erat, quia Dauid ser-
uauerat hic vitam Saulis, & dederat ei ex clemen-
tia, quam potuisset auferre lege hostili: nulla autem
ęqua ponderatio est pro vita in humanis bonis, cum
ipsa sint propter hominum vitam. Quanquam igi-
tur Saul daret Dauid totum regnum suum, non suf
ficienter retribueret: ideo orauit Saul, quòd Deus re
tribueret Dauid pro his. *Et nunc, quia scio, quòd certissi-
mè regnaturus sis.* Hic incitat Saul Dauid, vt iuret ei
de nō occidendo posteros suos pro malis, quę passus
est ab eo, & dicit. quia scio, quòd regnaturus sis in Is-
rael, & poteris deleret totum genus meum propter
mala

Vicissitudo significat mutationem, & commutationem.

mala, quæ ego tibi intuli, rogo te, vt iures mihi, ne deleas semen meum post me.

Quomodo Saul sciebat Dauid regnaturum post eum. Quæstio. XXVI.

QVAERET aliquis, quomodo sciebat Saul, quòd Dauid regnaturus esset. Aliquis fortè dicet, quòd Saul nesciebat hoc, nec p̄sumebat esse verum, sed dicebat ad reddendum Dauid securum, vt facilius eum capere posset. Sed hoc non stat, quia Saul hoc sciebat, vel saltem præsumebat, sicut dixit Ionathas præcedenti cap. scilicet. ne timeas, nec enim inueniet te manus patris mei, & tu regnabis in Israel, & ego ero tibi secundus, sed & pater meus Saul scit hoc: ergo non finge bat Saul se scire ista, sed sic credebat. Tunc autem dicet aliquis, quòd Saul sciebat hæc, quia audierat, quòd vnctus esset in regem à Deo per Samuelem: ea tamen, quæ Samuel faciebat, erant certissima: ipse enim dixerat ei de regno, & vnxerat in regem, vt patet supra cap. 9. & 10. Sed hoc non stat, quia si sciuisset Saul, quòd Samuel vnxerat Dauid in regē, occidisset eum: vnde quando iuit ad vngendum eū in Bethlehem, dixit ad eum: audiet Saul, & interficiet me: & tunc iussit Deus, quòd Samuel ferret vitulum in manu, vt non cognosceretur ad quid ibat, supra cap. 16. si tamen non esset verisimile, ꝙ hoc cognito, Saul occideret Samuelem, Deus non dedisset ei signum illud ad occultandum intentionem suam: Saul tamen nihil mali egerat Samueli, quia adhuc ille viuebat cum mortuus fuerit, sequēti capit. ergo nondum cognouerat Saul, quòd Dauid esset vnctus in regem per Samuelem. Alij ergo dicunt, quòd cognouit nunc Saul per abscissionem orę chlamydis: nam quando Saul scidit pallium Samuelis, dixit ei Samuel: scidit Deus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo, supra capit. 15. Dicunt autem Iudæi, quòd tunc Samuel dixit Sauli, quòd quicunque ei sic amputaret partē chlamydis, regnaturus esset, & quia nunc viderat Saul, quòd Dauid absciderat sibi oram chlamydis, sciuit eum regnaturum. Sed istud ficticium est, & nullo modo stat, quia tunc cum ista abscissio chlamydis nouiter fuerit, nūc nouiter cognosceret Saul, quòd regnaturus esset Dauid. Ante hoc tamen cognoscebat, vt patet præcedenti capit. Cum dixit Ionathas: sed & Saul pater meus scit hoc. Ergo non cognouit per abscissionem chlamydis. Sed dicendum, quòd cognouit hoc Saul per mirabilia, quæ Deus faciebat per Dauid: nam antequam Saul persequeretur Dauid, Deus adiuuabat eum in omnibus actibus bellicis, & erat admirabilis super omnes Israelitas: ibi autem cognouit Saul, quòd Deus erat cum illo, & recesserat à se, supra capit. 18. Cum autem cępit Saul persequi eum, & conatus est percutere illum lancea, Deus bis illum eripuit. supra capit. 18. & 19. Postea quoq; in omnibus persecutionibus Deus eripuit Dauid de manu hostium suorum, & de manu Saulis, vt patet vsque hùc ex præcedentibus: nunc quoque tradiderat Saulem in manus eius: ergo manifestè Deus erat cum illo, ex quo arguebat Saul, ꝙ vellet eum facere regem.

Quomodo Saul credidit Dauid esse regnaturum, cum regnum ad eius successores spectaret. Quæst. XXVII.

QVAERET aliquis, quomodo Saul potuit credere, quòd Dauid regnaturus esset, cum regnū de iure pertineret ad successores suos. Aliquis respondebit, quòd Saul credidit Dauid confortandū esse nimis post mortē suam, & quòd occideret omnes de stirpe sua, & tunc ipse regnaret, non manente aliquo successore, & ob hoc Saul voluit, quòd iuraret ei Dauid, ne deleret semen suum post eum, vt patet hic. Sed hoc non stat: quia isti præsupponunt, quòd Dauid deleret omne semen regium, & tunc ipse regnaret tanquam non existente aliquo successore legitimo, sed est contra literam, & intētionē Saulis: quia dixit, ꝙ Dauid regnaturus erat, & tūc orat, ne deleat semen suū: ergo prius putabat regnaturū, q̄ deleret semē suum. Dicendū ergo, quod Saul sciebat regnum Israel non prouenire ex successione, sed ex Dei electione: ipse enim assumptus fuit in regem à Deo, quanquam esset de minima familia inter omnes de tribu Beniamin, & de minima tribu Israel, sicut ipse confessus est supra capit. 9. sic ergo, si nunc Deus aliquem eligeret in regem, putabat, quòd ille regnaret, & non filij sui, & quia viderat, quòd Deus erat cum Dauid in omnibus suis, putauit, quòd vellet eum vngere in regem, & sic non regnaret aliquis de stirpe sua post eum. Aliter dici potest, quòd Saul viderat, quòd omnes Israelitæ diligebant nimis Dauid, & obediebant ei in omnibus, cum ipse ageret bella ipsorum, & egrederetur, & ingrederetur ante eos: honorabant quoque eum sicut regem: vnde mulieres, quando cantauerunt, dixerunt: percussit Saul mille, & Dauid decem millia: iratusque est valde Saul, & dixit: dederunt Dauid decem millia, & mihi dederunt mille: quid ei superest, nisi solum regnum? putauit ergo, quòd post mortem suam Israelitæ propter magnum fauorem, quem habebat inter illos, facerent ipsum regem: & sic posset delere semen suum. Sed præcedens modus conuenientior est. *Et habiturus in manu tua regnum Israel.* Idest, habebis in potestate tua totum regnum, quasi dicat. non solum vngeris in regem, sed etiam habebis in potestate tua totum regnum, & poteris occidere quos volueris. *Iura mihi in domino.* Idest, iura mihi in nomine Domini. *Ne deleas semen meum post me,* idest, postquam ego defecero, non occidas filios meos, & nepotes, & reliquum genus. *Nec auferas nomen meum de domo patris mei.* idest, non facias, quòd nomen meū non maneat in domo patris mei, idest, in genealogia patris mei. Quod enim auferatur nomen alicuius de domo patris sui, erat, ꝙ non maneret aliquis de stirpe sua, in quo conseruaretur nomen eius. Cum autem manent filij, & nepotes, manet memoria patrum in eis, & non sunt ablata nomina. Si autem Dauid occideret omnes de semine Saulis, aboleretur nomen Saulis de genealogia sua. Et hoc erat inter Hebræos magnum infortunium: & ne hoc accideret, iubebat Deus, quod fratres minores acciperent vxores fratrum maiorū morientium sine liberis ad suscitandum semen eorum, Deuter. capit. 25.

Quare Saul voluit obligare Dauid per iuramentum, quòd non deleret semen suum. Quæst. XXVIII.

QVAERET aliquis, quare Saul volebat inducere Dauid ad iurandum hæc. Respondendum, quod Saul fecerat multa mala Dauid, propter quæ merebatur perire ipse cum toto genere suo: putauit ergo, ꝙ cum Dauid regnaret, recordaretur malorum inflictorum sibi à Saule, deleretque eius progeniem. Voluit ergo nunc obligare Dauid per iuramentum, vt hoc nō faceret, & quia nūc sciebat eū esse virum bonū, credidit, ꝙ si iuraret nō con-

contrafaceret: ideo rogauit, vt iuraret hæc. Sed dicet aliquis, quomodo Saul potuit credere, quòd Dauid, quanquam regnaret post mortem suam, vellet occidere aliquos de genere suo? nam nullus de genere Saulis aduersabatur Dauid, sed solus Saul. Cum ergo nunc habuisset eum in manibus, & potuisset eum occidere, & noluit, quomodo verisimile erat, quòd eo mortuo vellet delere posteros suos, qui nihil ei nocuerant? Aliquis respondebit, quòd Saul non credidit, quòd Dauid vellet occidere posteros suos: ad maiorem tamen securitatem voluit, quòd iuraret Dauid, quia nihil nocet negocia cautius agere. Sed aliter dicendũ est, quòd Saul timuit, quòd Dauid occideret omnes filios suos, & nepotes post mortem eius: & cum dicitur, quòd non erat verisimile, cum noluisset occidere ipsum Saulem. Dicendum, quòd Saul credidit, quòd fortè Dauid vsus est hac benignitate erga Saulem, ne postea à populo reprobaretur, & non acciperetur in regem, si occidisset regem præcedentem: & quia putabat se futurum regem, ne per hoc impediretur, noluit mittere manus suas in eum: de filijs autem suis secus erat, quia postquam regnum acciperet, quanquam occideret illos, non expelleretur à regno, ideo suspicatus est, quòd vindictam reseruaret vsque ad illos: voluit ergo, quòd iuraret. Sed tunc dicet aliquis, quomodo putauit Saul, quòd Dauid vellet delere semen eius? nam saltem Ionatham, & filios eius non deleret, quia Dauid, & Ionathas erant amicissimi, inierantque inter se fœdus pro se, & semine suo vsque in sempiternum, supra cap. 20. Saul quoque cognoscebat fuisse istud fœdus initum, vt patet supra cap. 22. scilicet. cum filius meus fœdus inierit cum filio Isai. Ergo saltem Ionatham, & semen suum non deleret. Respondendum est, quòd quanquam istud fœdus fuisset interpositum, tamen Saul putauit, quòd Dauid non seruaret illud ad Ionatham, quia desiderio regnandi occideret eum, & posteros suos, cum regnum de iure venturum esset ad Ionatham. Desiderium autem regnandi impellit hominem ad maxima facinora: sic Lucanus lib. 1. de bello plusquam ciuili. Hoc autem Saul dixerat Ionathæ, cum sciret, quòd ipse defenderet Dauid à morte, supra cap. 20. scilicet. Nunquid ignoro, quia diligis filium Isai in confusionem tuam? omnibus enim diebus, quibus vixerit filius Isai super terram, non stabilieris tu, nec regnum tuum. Putabat enim, quòd desiderio regnandi Dauid occideret Ionatham, & arriperet ei regnum. Et hoc erat, quod non stabiliretur regnum Ionathæ, scilicet, ꝙ non maneret ei firmum, quia Dauid illud acciperet: nec stabiliretur ipse Ionathas, idest; non maneret ei vita firma, quia Dauid vellet eum occidere, vt regnaret. Non credidit ergo fœdus Ionathæ valiturum, ideo voluit, quòd nunc ei iuraret, vt postquam regnaret, non deleret totam posteritatem suam.

Iuramentum istud ad quid se extendit.
Quæstio. XXIX.

QVAERET aliquis, ad quid se extendebat istud iuramentum, & quid proficiebat. Respondendum, quòd non se extendebat magis, quàm ius commune, scilicet, quòd non erat obligatus Dauid per istud iuramentum plusquam obligabat eum ius commune: nam quanquam nũc iurasset Dauid, quòd non deleret posteritatem Saulis, si tamen omnes de progenie illa peccarent, & secundum legem capite plectendi essent, non erat eis Dauid vitam indulturus propter iuramentum; quia

F hoc dato iuramentum esset vinculum iniquitatis,
scilicet, vt per hoc daretur libertas alicui faciendi
quæcunque mala: & obligaretur aliquis iudex ad
non faciendum iustitiam: vtrunque autem iniqui-
tas est, ideo iuramentum præstitum non se exten-
dit ad hoc. Si autem non præstitisset iuramentum
Dauid de non delendo progeniem Saulis, etiam il-
lam delere non poterat in vindictam malorum, quę
passus fuerat, quia desiderare vindictam non est p-
missum in nouo, nec in veteri testamento: potissi-
mè, quia etiam si deberet propter vindictam puni-
re, non debebat occidere posteritatem Saulis, quia
lex iusserat, quòd non occiderentur patres pro fi-
lijs, Deut. capit. 24. non ergo proficiebat istud iura-
G mentum plus, quàm ius commune. Voluit tamen
Saul, quòd iuraret Dauid, quia putauit, quòd fir-
mius hoc seruaret propter iuramentum, & ius com
mune, quàm propter solum ius: præsertim ne dici
posset periurus, si deleret semen Saulis, quia grauis
infamia erat regi periurum esse. Sed adhuc dicet ali-
quis, quòd istud iuramentum proficiebat plusquam
ius commune in vno casu, scilicet, quòd posset Da-
uid repetere iniurias sibi inflictas à Saule in posteri-
tate sua, non desiderio vindictæ, sed zelo iustitię: sic
enim quidam improperauit regi Dauid, cum fuge-
ret Ierusalem, vt patet infra 2. lib. cap. 16. postea au-
tem Dauid dixit, quòd non occideretur: quia vene-
rat veniam petiturus, infra 2. lib. cap. 19. Dauid ta-
H men prope mortem suam iussit Salomoni, vt occi-
deret eum, vt patet infra 3. lib. cap. 2. Et in hoc nõ
peccabat Dauid, quanquam fecisset illum occidi p
solis iniurijs sibi inflictis. Ita igitur si fecisset occidi
aliquos de posteritate Saulis, vel totam progeniem
pro iniurijs sibi inflictis, & hoc non desiderio vindi-
ctæ, sed zelo iustitiæ, non peccasset, sicut non pec-
cauit iubendo occidi Semei, qui ei iniurias intule-
rat, quia ius commune non obligabat eum ad re-
mittendum actionem iniuriarum, sed ad remitten-
dum rancorem, qui est desiderium vindictæ: cùm
autem iuraret Sauli Dauid, ꝙ non deleret semẽ suũ,
quia in hoc remittebat eis iniurias, non poterat oc-
cidere aliquem de semine suo in pœnã malorum,
I quæ passus fuerat à Saule: ergo magis operabatur
iuramentum, quàm ius commune. Sed dicendum,
quòd hoc non stat: nam habet istud locum in eadem
persona, scilicet, quòd si deliquit inferendo iniu-
riam, potest aduersarius, non agendo contra ius cõ-
mune, repetere iniuriam criminaliter non amore
vindictæ, sed zelo iustitiæ: & sic fecit Dauid respe-
ctu Semei, quia quanquam remiserit ei rancorem,
iussit postea, quòd occideretur zelo iustitiæ, sed nõ
habet locum in diuersis personis. nam actione cri-
minali non tenentur filij pro patribus, præsertim in
veteri testamento, vbi iussum est, quod in nullo ca-
su occidantur filij pro patribus, aut patres pro filijs.
Sic enim fecit rex Amasias: nam comprehendens
K seruos, qui occiderant patrem suum occidit illos,
filios autem eorum non occidit: quia lex iusserat,
ne occiderentur filij pro patribus, infra 4. lib. cap. 14.
& 2. Paralip. 25. Non poterat ergo Dauid occidere
aliquem de posteris Saulis licitè zelo iustitiæ, vel de-
siderio vindictæ, aut qualitercunque: ergo nihil pro-
ficiebat hic iuramentum vltra ius commune. *Et iu-*
rauit David Sauli. scilicet, sicut petiuerat, ne deleret
semen eius. Quanquã enim Dauid, & Saul non cõ-
uenerint tunc in locum vnum, tamẽ iurauit Dauid
à longe existens, ideo hic intercidit iuramentum, &
non fędus: qa non poterant interuenire cęremoniæ
fęderis, s. ꝙ occiderẽt aliqđ animal, & trãsirent Saul,
& Dauid per medias diuisiones, vel ꝙ aspergerẽtur
am-

ambo de sanguine: nam Dauid nō auderet accedere ad locum, in quo erat Saul. A

An peccauerit Dauid iurando non delere progeniem Saulis. Quæstio. XXX.

QVAERET aliquis, an peccauerit Dauid iniendo iuramentum de seruando progeniem Saulis, ne deleretur. Aliquis dicet, ꝙ peccauit, quia Deus reprobauerat Saulem, & progeniem suam: & hoc manifestum erat Dauid, & Israelitis, cum hoc dixisset Samuel, supra cap. 13. & 15. ꝙ ergo vellet Dauid approbare conseruando id, quod Deus reprobauerat, peccatum erat. Respondendum, ꝙ Dauid non peccauit iurando non delere progeniem Saulis, immo meruit, quia per hoc voluit se obligare ad opus licitum: erat enim licitum, ꝙ Dauid non occideret posteritatem Saulis: immo necessarium ex lege, quia non debebant filij occidi pro patribus. Quòd ergo iuraret Dauid instantia alterius id, quod aliàs facturus erat, non erat licitum. Cum autem dicitur quòd Saul erat reprobatus, & ꝓgenies sua, ideo, ꝙ Dauid peccabat iurando hoc, quia approbabat reprobatū à Deo, Dicendum, ꝙ non stat, quia aut accipitur hic reprobatio quantum ad vitam ęternam, aut quantum ad regnum. s. ne regnaret posteritas Saulis. Si primo modo dubium erat Dauid, an Saul, vel aliqs de stirpe sua reprobatus esset, sed dato, ꝙ dicamus, ꝙ Dauid cognoscebat tam Saulem, quàm omnes de stirpe sua reprobatos, non poterat eis ob hoc temporaliter nocere, sed obligabatur seruare eos indēnes, & abstinere ab eorum iniuria, sicut ab iniuria eorū, quos scires viros sanctos, & prædestinatos ad vitam ęternam: quia alia delicta sunt, quibus homines tenentur Deo, & alia quibus tenentur in foro seculari: non ergo peccabat non occidendo posteritatem Saulis, quanquam reprobata esset ad mortem ęternam. Si autem accipiatur de reprobatione quātum ad regnum; verum est, ꝙ Dauid cognoscebat stirpē Saulis non regnaturam, quia Samuel hoc dixerat: sed ex hoc non peccabat iurando conseruare vitam stirpi Saul, vt viueret, sed non vt regnaret: Dauid autem per istud iuramentū non concessit posteris Saulis regnum, sed vitam, ideo non approbat, qđ Deus reprobauerat, & consequenter non peccabat. B C D

Iurauit Dauid, vt ostenderet innocentiam suam. Quæstio. XXXI.

QVAERETVR vlterius, quare voluit Dauid facere istud iuramentum. s. faciendo gratiam hosti suo. Respondendum, ꝙ Dauid conabatur ostēdere innocentiam suam, cum nunc conseruasset vitam Saulis, quem tanquam hostem occidere potuisset: si autem recusaret Dauid subire istud iuramentum, appareret, ꝙ ipse intenderet delere posteritatē Saulis: & tunc Saul haberet causam hostilitatis contra eum: vt ergo Dauid ostenderet se penitus innocentem, oportebat, ꝙ non solum manifestaret clementiam suam in Saulem; sed etiam ostenderet se non esse hostem posteritatis eius. Contrarium tamen pateret, si ipse recusaret iurar: ei deo sponte subiuit iuramentum: pręsertim quia Dauid obligabatur facere id, quod Saul petebat sibi iurari, scilicet, ne deleret semen suum: nam dato, quòd non iuraret, obligabatur non occidere aliquem de posteritate Saulis pro hac causa inimicitiarum, quia filij non debent occidi pro patribus, vt dictum est: quia ergo ęquum erat, ꝙ Dauid securam redderet posteritatē Saulis iurando, voluit iurare. E

An Dauid obligabatur ad iurandum, quod petebat Saul. Quæstio. XXXII.

QVAERETVR vlterius, an Dauid obligaretur ad iurandum id, quod petebat Saul. Respondendum, ꝙ quanquam Dauid obligaretur ad faciendum id, quod Saul petebat sibi iurari, scilicet, ne deleretur progenies eius; tamen non obligabatur iurare super hoc: quia ius commune non obligat aliquem ad iurandum, nisi iudicialiter, vel cum petitur ab aliquo superiori: hic autē Dauid, & Saul erant tanquam partes componentes, ideo non obligabatur Dauid præstare iuramētum Sauli: Sic enim est in omnibus actibus nostris: quia quilibet tenetur non lædere proximum suum, nec inferre iniuriam: nullus tamen tenetur alteri iurare quod non inferet ei iniuriam. Dauid tamen quanquam non obligaretur facere id, quod petebatur cum iuramento, etiam si non iuraret propter honorem Saulis, & vt non redderet se suspectum, iurauit.

An Dauid seruauerit iuramentum. Quæst. XXXIII.

QVAERET aliquis, an Dauid seruauerit iuramentum istud. Aliquis dicet, quòd non: quia occidit septem viros de stirpe Saulis, scilicet, duos filios eius, & quinque nepotes, vt patet infra 2. lib. cap. 21. Respondendum, quòd in hoc non fuit periurus, quia per istud iuramentum non se obligabat Dauid ad id, quod erat illicitum, cum iuramentum non sit vinculum iniquitatis; illicitum tamen erat, ꝙ cum Dauid esset iudex, non exequeretur quod iustum erat contra quemcunque hominem. Deus tamen voluit, quòd isti viri de stirpe Saulis occiderentur: ergo quanquam præstitisset Dauid iuramentū de non occidendo aliquem de posteritate Saulis ex aliqua causa, tamen obligabatur occidere nunc, cū Deus iuberet. Deus enim dixerat, ꝙ erat iratus propter Saulem, & domum eius: quia percusserat Gabaonitas: & non erat cessatura ira eius, quousque satisfieret Gabaonitis, & qui cum vocati à Dauid respondebant, ꝙ volebant occidi septem viros de domo Saulis, ideo Dauid coactus fuit dare eis illos, vt cessaret ira Dei, & sic factum est. Sed tunc dicet aliquis, quòd adhuc Dauid violauit iuramentum: nam eodem cap. 21. dicitur, quòd pepercit rex Miphiboseth filio Ionatham filij Saul propter iusiurandū Domini, quod fuerat inter Dauid, & Ionatham: si ergo propter iuramentum non poterat occidere filiū Ionathę, non poterat etiam occidere filios Saulis, qa ei quoque iurauerat. Dicendum est, ꝙ Dauid nō seruauit filium Ionathæ propter iusiurandum, qđ pręstiterat Ionathæ, quia ex hoc non obligabatur: nam si ira Dei non placaretur pro Gabaonitis, nisi occiderentur omnes de domo Saulis, cogeretur Dauid, non obstante fędere inito cū Ionatha, occidere omnes de posteritate sua. Veritas autem huius rei fuit, ꝙ ꝑ iusiurandū præstitū Sauli, & Ionathę, obligabatur Dauid nullū occidere de stirpe Ionathæ, nec de stirpe Saulis: nisi fortè in aliquo deliquerent, ꝑ qđ mererent carere vita: nā tunc nullū iusiurandū istorū obligabat. Quod patet, qa Dauid iurauerat seruare misericordiā cū semine Ionathæ vsq; in sempiternū, s̄. c. 20. cū tñ Siba seruꝰ Miphiboseth filij Ionathe nūciauit Dauid, ꝙ Miphiboseth trāsisset ad partē absolutionis, oēs facultates, quas habuerat Miphiboseth dedit Dauid Sibe, vt pat. j. 2. li. c. 16. in quo iā nō seruabat misericordiā ad semē Ionathæ ꝑ iusiurandum: quia filius eius videbatur peccasse: nunc aūt, qa nec filij Saulis, nec filij Ionathæ deliqrant tpe Dauid obli-

Dauid quare seruauit Miphiboseth.

obligabatur vtriſque ſeruare Dauid iuſiurandum: F
cum tamen apparuit ira Dei cōtra domum Saulis
propter Gabaonitas, obligabatur vlciſci Dauid irā
Dei, & ex hoc ceſſabat obligatio iuramenti præſtiti,
tam Sauli, quàm Ionathæ, & ſi Gabaonitæ petiuiſ-
ſent, ꝙ rex daret omnes de ſemine Saulis ad occidē
dum, cogebatur dare eis filium Ionathæ, & nepotē:
& ſic petiuerunt Gabaonitæ dicentes: virum, qui at-
triuit nos, & oppreſſit iniquè, ita delere debemus, vt
ne vnus quidem reſiduus ſit de ſtirpe eius in cunctis
finibus Iſrael. Poſtea autem credēdum eſt, ꝙ Dauid
rogauit Gabaonitas, ne peterēt omnes de ſtirpe Sau
lis, ne in eis includerentur filius, & nepos Ionathæ:
& tunc Gabaonitæ non petiuerūt totam ſtirpem
Saulis, ſed dixerunt: dentur nobis ſeptem viri de fi- G
lijs eius, vt crucifigamus eos, e.c. & tunc Dauid dedit
illos, in quibus non fuit filius Ionathæ, nec nepos
eius. Et cū dicitur, ꝙ Dauid pepercit Miphiboſeth,
non eſt ſenſus, ꝙ in poteſtate eius fuit parcere ei, ſed
in poteſtate Gabaonitarum: ipſo tamen orante, pe-
tiuerunt Gabaonitæ ſolum ſeptem de ſtirpe Saulis,
& tunc fuit in poteſtate Dauid dare iſtos, vel illos &
ſeruauit filium Ionathæ, & nepotem eius. Dicitur
autem, ꝙ fecit propter iuſiurandum, non quidem,
ꝙ obligaretur illud ſeruare in caſu iſto, ſed, quia ꝓ
dilectionem, quam habebat ad Ionatham, ſeruauit
illud. Aliter dicunt quidam. ſ. ꝙ Dauid ſeruauit hic
vtrunque iuſiurandum: nam Sauli iurauerat, ꝙ non
deleret ſemen ſuum, nec auferret nomen ſuum de H
domo patris ſui. Hoc autem iuramentum non vio-
labatur, niſi Dauid occideret omnes de domo Sau-
lis: vno nanque ſeruato, non violabatur iuramen-
tum. Ionathæ autem iurauerat, ꝙ ſeruaret miſeri
cordiam cum ſemine ſuo, vſque in ſempiternum,
ſupra cap. 20. Si autem aliquem de ſtirpe Ionathę oc
cideret, non ſeruabat miſericordiam ad ſemen eius,
ideo obligabatur ex iuramento Ionathæ præſtito,
non occidere aliquem de ſtirpe ſua, & ex iuramen-
to præſtito Sauli, obligabatur non occidere omnes
de ſtirpe ſua: vtrunque autem ſeruauit hic Dauid,
quia non occidit aliquem de ſtirpe Ionathæ, & non
deleuit ſemen Saulis, cùm manſiſſet poſteritas Iona
thæ, quæ erat progenies Saulis. Sed iſta reſponſio nō I
ſtat propter duo. Primò, quia iſti præſupponunt, ꝙ
iſta iuramenta non obligabant Dauid, & ꝙ ipſe vtra
que ſeruauerit. Sed hoc non ſtat, quia contra man-
datum Dei nullum iuramentum præſtitum alicui
eſt validum: nunc tamen Deus volebat, ꝙ ſatiſfieret
Gabaonitis de iniuria in domo Saulis: ſi ergo illi ſē-
per petiuiſſent deleri totam ſtirpem Saulis, obliga-
tus fuiſſet Dauid hoc facere, quia aliàs non tollere-
tur ira Dei, cui obligabatur ſatisfacere Dauid ꝑ exe-
cutionem iuſtitiæ: ergo non obligabat aliquod iura
mentum præſtitum, niſi Gabaonitæ deſtitiſſent à pe
titione. Secundò non ſtat iſta reſponſio: quia non
ſeruauit in hoc Dauid iuramentum præſtitum Sau-
li: nam cum Saul petiuit, ꝙ Dauid non deleret ſemē
ſuum, quanquam verba ſignarent, ꝙ Dauid non oc
cideret omnes de ſtirpe Saulis, quod timebat Saul: K
tamen intentio Saulis petentis non erat ſolum, ꝙ
non occiderentur omnes de ſtirpe ſua, ſed ꝙ nullus
occideretur: modicum enim proderat Sauli, ſi om-
nes de ſtirpe ſua occiderentur, relicto vnico. Pro
omnibus ergo petiuit ſibi iurari, & ad iſtam inten-
tionem iurauit Dauid: nunc tamen occidit 7. viros
de genere eius, ideo non ſeruauit iuramentum. Re-
deundum igitur ad præcedentem ſolutionem. *Abijt
ergo Saul in domum ſuam*, ideſt, receſſit de monte En-
gaddi, in quo nunc perſequebatur Dauid: & venit
in domum ſuam in Gabaa: ibi enim habitabat, vt pa
tet præcedenti cap. & ſupra cap. 15. *Et Dauid, & viri
ſui deſcenderunt ad tutiora loca*, ideſt receſſerunt de loco
ſpeluncæ, & iuerunt ad alia loca ſecuriora in deſer-
to Engaddi, vel fortè ad alium locum extra deſer-
tum illum. Saul autem videns, ꝙ iniuſtè perſecutus
fuiſſet Dauid, vſq; nunc conſiderata clementia eius
ad ſe, doluit, atque erubuit: ideo ceſſauit perſequi il-
lum pro tunc, & redijt in domum ſuam. In Hebræo
habetur. *Deſcenderunt ad caſtra*. Vbi enim nos habe-
mus hic, & præcedenti capit. & infra 26. loca tutiſſi-
ma, vel firmiſſima, Hebræus habet caſtra, non quòd
ſint aliqua caſtra murata, ſed rupturę magnę in mo
dū caſtrorū, quę ſunt ita inſuperabiles, ſicut caſtra.

*Dauid noluit reuerti cum Saule, quia non eſt confiſus in eo,
quamuis pro nunc reconciliatus eſſet.*
Quæſtio XXXIIII.

QVAERET aliquis, quare Dauid non redijt
ad Saulem, cum videret, quòd ipſe verè doleret
de perſecutione præterita, & deſiſtebat iam perſe-
qui illum. Reſpondendum eſt, quòd Dauid ſatis cre
didit, quòd Saul pro tūc dolebat de malo, quod ege-
rat ei: timebat tamen, quòd ſi maneret apud eum,
iterum redeunte furore, occideret eum: ſic enim ſę-
pe fecerat: nam prius conatus eſt ſemel percutere
eum lancea, ſnpra ca. 18. deinde reconciliatus eſt ei,
& dedit filiam ſuam in vxorem eod. cap. Rurſus au-
tem incandeſcente furore, iuſſit ſeruis ſuis, quòd oc
ciderent eum, ſupra cap. 19. poſtea verò, cùm placa-
tus eſſet verbis Ionathæ, & iurauiſſet, quòd in nullo
noceretur Dauid, ſuccenſa iterum ira eius, conatus
eſt eum lancea configere cum pariete, eod. cap. Ite-
rum etiam placatus eſt ei, & denuo iuſſit eum addu
ci ad mortem, ſupra cap. 20. cùm ergo toties immu-
taretur cor Saulis, non credidit Dauid ſibi ſecurum
eſſe manere apud eum quantumcunque doleret de
præteritis: ſic enim accidit poſtea: nam qnanquam
hic doluiſſet de perſecutione, rurſus perſecutus eſt
eum in deſerto Ziph, ſupra cap. 26. ibi etiam Saul vi-
dens ſe liberatum à morte, quia Dauid voluit ei vi-
tam donare, doluit de malo præterito, & dixit. pec-
caui, reuertere fili mi Dauid: nequaquam enim vl-
tra male faciam tibi. Dauid tamen non credidit his
verbis, ſed receſſit: ideo tunc magis cępit cauere Sau
lem, ne aliqua die incideret in manus eius: & fugit
in terram Philiſthinorum, vt deſiſteret eum perſe-
qui Saul, & tunc deſtitit, quia credidit ſibi impoſſibi-
le eſſe eum capere, infra capit. 27. egit autem in hoc
Dauid cautiſſimè: quia credidit, quod Saul nūquam
reuerteretur ad ſanam mentem erga eum firmiter,
ſed ad tempus, & hoc credidit poſtquam ſciuit ma-
liciam eius eſſe conſummatam, nec in hoc agebat
Dauid contra conſcientiam, quia quanquam tene-
mur inimicis veniam petentibus parcere, tamen nō
tenemur illis credere, nec redire in priſtinam amici
tiam: etiam ſi ipſi petant hoc, ſi credimus, ꝙ non ſer
uabunt legem amicorum. Hoc autem fecit Dauid:
nam à principio cùm Saul non aſpiciebat eum re-
ctis oculis, & conatus eſt eum lancea percutere, cre
didit, quòd diffiniuiſſet eum occidere, & eſſet ſibi pe
riculum manere apud eum: quia tamen nondum
ſciebat, an conſummata eſſet malicia eius, reconci-
liatus fuit eis bis, vel ter: & manebat apud eum, quā-
quam cum periculo: cum autem cognouit, quòd
conſummata eſſet malicia eius, fugit: & noluit am-
plius reconciliari redeundo ad eum.

CA-

CAPITVLVM. XXV.

Mortuus est Samuel, & congregatus est vniuersus Israel, & planxerunt eum nimis, & sepelierunt eum in domo sua, in Ramatha. Consurgensq; Dauid descendit in desertum Pharan.

In præcedentibus positus est vnus prouentus Dauid ex persecutione, s. ꝙ traditus est in manibus eius suus persecutor. Hic ponitur secundus prouentus, B scilicet, mors Nabal, qui erat eius irrisor, vt patet infra: Et diuiditur in duo. Quia ponitur mors Samuelis præciosa. Secundò subditur mors Nabal opprobriosa, eoꝙ memoria iusti cum laudibus, nomen autem impiorum putrescet, vt patet Prouer. capit. 10. Et diuiditur ista secunda in quinque partes: quia primò ponitur Nabal, & Abigail personalis conditio, secundò Dauid humilis petitio, tertiò Nabal rusticana responsio, quartò Abigail prudẽs obuiatio, quintò Nabal opprobriosa defunctio, & eiusdem narratio. Prima ibi. *Consurgens Dauid*. Secunda ibi. *Cum ergo audisset*. Tertia ibi. *Respondens autem*. Quarta ibi. *Abigail autem*. Quinta ibi. *Quod cum audisset Dauid*.

C

An ista consequenter se habeant ad præcedentia.

Quæstio I.

QVAERITVR circa primum, an ista se habeant consequenter ad præcedentia, vel sit hic aliquis ordo mutatus, & an fuerint facta immediatè post præcedentia, vel aliquanto tẽpore post. Respondendum est, ꝙ hic sunt duæ historiæ. s. vna de morte Samuelis, & alia de Nabal, & Dauid: & non est aliqua earum dependens ex alia: ideo quanquam vna sit consequens ad præcedentia, de alia non apparet, an sit consequens, vel anticipata. Sed dicendum, ꝙ istæ duæ historiæ fuerũt post præcedentia. D De Historia enim Nabal magis apparet, quia dicitur infra. consurgensque Dauid descendit in desertum Pharam, idest, surrexit de mõte Engaddi, in quo erat, & iuit in desertum Pharam: vbi acciderunt ea, quæ facta sunt de Abigail, & Nabal Carmelo, vt patet in litera. Ergo prius fuit latibulũ Dauid in monte Engaddi, de quo præcedenti ca. quàm commoratio eius apud pastores Nabal, de qua hic. De morte Samuelis non apparet, quomodo sit consequens ad superiora, quia tamen nunquam recedendum est ab ordine literæ sine necessitate, & litera ponit mortem Samuelis post præcedentia: & nõ apparet aliqua ratio mutati ordinis, ideo credendũ est, ꝙ illa fuerit post præcedentia, & ponatur hic cõsequenti ordine. E Cum autem dicitur, an fuerint ista immediatè post præcedentia, Dicendum est, ꝙ de historia Nabal apparet, ꝙ immediatè acciderit, vel saltem paucis diebus interiectis: nam dicitur infra in litera: consurgens Dauid descendit in desertum Pharan. s. surrexit Dauid de deserto Engaddi, & descendit in desertum Pharan, in quo erat Nabal: postquam tamen venit Dauid in desertũ illud, mansit aliquanto tempore ibi: & postea audiuit, ꝙ tonderet greges Nabal, & tunc acciderunt ea, quæ habentur in litera. s. inter aduentum Dauid in desertum, & tonsionem gregum aliqui dies interciderunt. Sic dixerunt pueri Nabal ad Abigail: Homines isti boni satis nobis fuerunt, & non molesti, nec quicquam

An fuerit magnum tẽpus inter prædicta, & sequentia.

A aliquando perijt omni tempore, quo sumus cũ eis conuersati in deserto: pro muro erant nobis, tam in nocte, quàm in die omnibus diebus, quib⁹ pauimus apud eos greges, vt patet infra. De morte autem Samuelis, ꝙ illa adhuc videtur fuisse prior, quàm Historia Nabal. s. ꝙ acciderit eo tempore, quo latebat Dauid in deserto Engaddi, vel postquam descendit in desertum Pharam, vbi erat Nabal, prius tamen, quàm ille tonderet greges, & acciderent ea, quæ habentur in litera: ideo posita fuit mors hæc in capite huius Historiæ Nabal: si tamen accidisset mors Samuelis post mortem Nabal posita fuisset in fine huius ca. *Mortuus est autem Samuel*. s. eo tempore, quo ista fiebãt: & descripta est mors eius: quia erat vir iustus, B & famosus in toto Israel, cum esset propheta quasi solus in tempore suo, vt patet supra cap. 3. s. erat autem sermo Domini præciosus in diebus illis, idest raro loquebatur Deus hominibus: ipse autem fuit ꝓpheta certissimus, quia nihil vnquam fuit irritum de verbis eius, ideo fuit famosus in toto populo, vt patet eod. cap. s. creuit autem Samuel, & Dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram, & cognouit vniuersus Israel à Dan vsque Bersabee, ꝙ Samuel fidelis propheta esset Domini. Describitur autem eius exitus, vt cognoscatur honor, quem Israelitæ eius funeri impẽderunt: laudes vero mirificas huius admirandi viri scriptura exposuit in catalogo sanctorum: Ecclesia. cap. 46. C *Et congregatus est vniuersus Israel*. s. totus populus venit ad plãgendum eum. Hoc autem, quia erat vir honoratissimus, & princeps populi: ideo totus populus tenebatur ei ad honorẽ funeris: ipse. n. iudicauit Israel 20. annis, vt colligitur, supra c. 7. & tũc nullus præerat Israelitis, nisi ipse. Deinde ipse vnxit Saulem in regem, & postea Dauid liberauit quoque Israelitas ab hostibus, inuocato Deo, & reddidit eis terram, quã abstulerant Philisthini: nec ausi sunt in diebus eius pugnare contra Israel, supra capit. 7. Postea quoque regnante Saule, ipse instruebat eũ in omnibus, quousque à Deo reprobatus est, vt colligitur supra cap. 10. & 11. & vsque ad 15. tenebatur ergo ei totus populus ad honorem magnum, sicut principi in exhi- D bendo pietatem eius funeri. Principibus autem magnus honor impẽdebatur in funere apud Hebręos: quod colligitur Leui. cap. 21. cum dicitur de sacerdotibus, ꝙ non polluerentur in principe populi sui, idest, etiam si moriatur princeps populi, non polluẽtur in plangendo eum, in quo innuitur, quod speciale aliquid erat in honore funeris principis populi, alioquin non diceretur: sed neque in principe populi sui contaminabitur. Patet etiam hoc Ierem. c. 22. vbi ponitur de rege Ioachim, ꝙ non lugeretur, sicut lugebantur alij reges: & hoc ponebatur quasi in pęnam illius. Vnde dicitur: non plangent eum: væ frater, væ domine, væ inclyte, sepultura asini sepelietur putrefactus, & proiectus extra portam E Ierusalem. De rege autem Sedechia ponitur, quod fierent ei magni honores, vt patet Iere. 34. ca. s. non morieris in gladio, sed in pace morieris: & secũdum conbustiones patrum tuorum regum priorum, qui fuerunt ante te, sic cõburent te, & væ Domine plãgent te. Si tamen non fuissent magni honores, qui impẽdebantur principibus inter Iudęos in funere, non prænunciasset Deus tanquam aliquid magnũ dedecus funeris Ioachim, & honorem funeris Sedechię. *Et planxerunt eum*. s. totus Israel planxit Samuelem, quia princeps erat. Non tamen est intelligendum simpliciter, ꝙ totus populus planxisset: quoniam sacerdotes non venerunt ad plangendum Samuelem. Erat enim vetitum sacerdotibus, tam sacerdo-

Mors Samuelis ponitur, q. a vir iustus, & famosus erat.

Tenebãt populus Hebræus ad magnũ honorem in morte principis.

tem esset alia dies,in qua non parasset Nabal conui-
uium magnum, esse t ei molestum, ꝙ daret aliquid
Dauid: voluit ergo in tali die petere,in qua dare nō
grauaretur. Ista duo apparent in litera. Primum
patet:quia infra dicitur:in die enim bona venimus,
scilicet in die lætitiæ.De secundo patet infra in lite-
ra.s. Et ecce erat conuiuium in domo Nabal, quasi
conuiuium regis,& cor Nabal erat iocundum. Ali-
ter potest dici,quòd Dauid petiuit in die hac,& non
in alijs, eoquòd præcedenti tempore erant soli pa-
stores Nabal cum gregibus in deserto, qui nihil do-
nare poterant de gregibus, eoquòd erant pastores,
& non Domini. Nunc autem, quia tondebantur
greges, venerat Nabal ad Carmelum, vbi erant gre-
ges,qui donare poterat, eoquòd erat Dominus, iō
tunc misit ad petendum aliquid à Nabal, & nō præ-
cedenti tempore. *Qui erant nobiscum in deserto.* Istud
erat vnum motiuum ad hoc, ꝙ Nabal faueret peti-
tioni Dauid.s.quia Dauid,& viri sui fuerant cum pa
storibus Nabal in deserto, & quasi fuerunt custodes
gregis eius: ideo propter hanc societatem contra-
ctam,& mutua commoda societatis inter Nabal
pastores,& Dauid,& viros suos: debebat Nabal con
cedere, quod petebat Dauid. *Nunquam eis molesti fui-
mus.* Omnia,quę ponuntur hic,sunt confirmationes
petitionis Dauid ad suadendum Nabal. Et ponun-
tur duo:primum,quòd Dauid, & viri sui nihil mali
intulerunt pastoribus Nabal toto tempore, quo
fuerunt cum eis: secundò, ꝙ non permiserunt eis
inferri mala ab aliquo. Primum tangitur hic, cum
dicitur:nunquam eis molesti fuimus,& per hoc vo-
lebat Dauid magnas habere grates: nam licet quili-
bet teneatur alterum non lædere, & per hoc, ꝙ non
lædit,non tenetur alius sibi ad aliquid, quia dicitur
beneficium ei conferre,cum solum agat id,quod de
iure tenetur agere: quia tamen vbi sunt multi viri,
potissimè de dispositis ad bellum,ꝙ nullum damnū
inferant eis, apud quos manent, etiam si ipsi boni
sint,difficillimum est: ideo si aliquando euenerit, ꝙ
multi viri bellatores manentes inter alios indige-
nas nulla damna eis irrogent pro beneficio compu-
tari debet,& isti,quibus non inferuntur damna, de-
bent agere gratias illis, tanquam de collato benefi-
cio:eoꝙ istud euenire nequit,nisi ex magna probita
te ducis,qui nimis solicitus sit,ne sui aliquid mali in
ferant eis,inter quos manent: pro qua solicitudine,
tanquam pro beneficio gratiæ sunt habendæ. Et sic
Dauid volebat magnas habere grates, pro eo, ꝙ viri
sui nihil molesti fuerant pastoribus Nabal. *Nec ali-
quando defuit quicquam eis de grege.* Istud est secundum,s.
quòd ipsi nunquam intulerunt aliqua damna pasto
ribus, ita vt deesset aliquid de grege: nec etiam per-
miserūt,quòd aliquis extraneus inuaderet gregem:
nam cum ibi essent sexcenti viri,nullus audebat ac-
cedere ad rapiendum aliquid de grege. A feris etiam
nihil rapiebatur:quia feræ fugiebant tantam multi-
tudinem virorum:ideo toto tempore, quo fuerunt
pastores Nabal cum Dauid, & viris suis,nihil defuit
illis ex aliqua causa de grege. *Omni tempore, quo fuerunt
nobiscum in Carmelo.* Non dicitur hic, quòd fuerint in
Carmelo cum eis,s.in parte ista Carmeli, in qua nūc
erat Nabal tondens greges, quia ibi non fuerat Da-
uid: sed erant pastores Nabal in alia parte Carmeli
procul inde: & ibi manserunt serui Dauid cum pa-
storibus,& illa pars non vocabatur Carmelus respe-
ctu partis, in qua nunc erat Nabal: ideo nunc dixit
Dauid viris suis: ascendite in Carmelum, quasi non
esset ipse in Carmelo. Etiam pastores Nabal signifi-
cauerunt se fuisse cum Dauid, & viris suis extra Car
melum:sic patet infra.s.ne quicquam aliquando pe-

F rijt omni tempore, quo sumus conuersati cum eis
in deserto:& tamen quando ista loquebantur pasto
res erant in Carmelo:ergo significabant se fuisse cū
eis in Carmelo, quia fuit in quadam extremitate il-
lius,quæ largè vocatur Carmelus. *Interroga pueros tu-
os,& indicabunt tibi*:idest,si non credis ista verba de bo-
na societate,quam habuimus ad pastores tuos,inter
roga eos,& ipsi confitebuntur. Hoc patet,quia ipsi
confessi fuerunt istud Abigail, vt patet infr.s. Homi
nes isti satis boni fuerunt nobis,& non molesti: pro
muro erant nobis,tam in nocte, quàm in die omni-
bus diebus,quibus pauimus apud eos greges. *Nunc
ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis*:idest, pro om-
nibus istis bonis oramus,quòd nos, qui sumus pueri
G tui, idest serui,inueniamus gratiam in oculis tuis.s.
vt concedas id,quod petimus. Ecce quanta humili-
tas in petendo:nam viri Dauid, & ipse Dauid voca-
uerunt se seruos Nabal. Inuenire autem gratiam in
oculis alicuius,est, quòd ea, quę nos voluimus, vel
petimus, ei grata videantur: & tunc concedet quic-
quid petierimus. *In die enim bona venimus*, idest conce-
das hoc, quia in die bona venimus ad petendum.s.
in die, qua dispositus est ad dandum.

Cur viri Dauid dixerunt Nabal,quòd venerunt in die bona,
Quæstio. 111.

QVAERET aliquis, cur viri Dauid dixerunt: Respō sio Rab. Salomonis reijcitur.
H in die bona venimus. Respondet Ra. Sa. ꝙ erat
dies bona,idest festum clangoris: erat enim ille dies
multum solennis inter omnia festa Iudæorum,præ
sertim, quia in ipso incipiebat clangi in buccina ad
denunciandum libertatem in anno Iobelæo, & po-
stea continuabatur in die propitiationis:Leui.c.25.
& quando non erat Iobelæus clangebatur buccina
in hac die ad significādum libertatē à seruitute,quæ
fiebat quolibet anno. 7. Etiam dicunt Iudæi, quòd
in alijs annis,quando non erat annus septimus, nec
Iobelæus disponebantur homines ad pęnitentiam
per clangorem buccinæ;quia debebat fieri remissio
omnium peccatorum in die 10. mensis ipsius septi-
mi, quæ erat dies ipsius propitiationis. Sed hoc nō
I stat,quia nō est verisimile, quòd in die illa tonderet
greges Nabal,cum esset dies illa celeberrima, & Iu-
dæi non poterant facere in die illa opera seruilia, vt
patet Leui.ca.23.ipsi tamen erant obseruatores ma
gni festorum: ergo nullo modo tonderet Nabal in
die illa greges. Sed dicendum est, quòd venerunt in
die bona,idest in die magnę lætitiæ. Erat enim tunc
tonsio gregum, & dies illa apud antiquos erat cele-
bris: faciebant enim magna conuiuia, & vocabant
amicos. Sic enim patet de Absolon, qui quando
totondit gregem suum, vocauit regem,& omnes fi- Opinio Andreæ, & Nicolai.
lios suos ad conuiuium,vt patet infra 2. lib. cap. 13.
Dicit autem Andreas, & Nicolaus, quòd faciebant
istam solennitatem Iudæi in tonsione ouium in
K memoriam Patriarcharum, quia illi fuerant pasto-
res ouium. Sic patet Gen.capit.46. & 47.s. Pastores
ouium sumus serui tui nos,& patres nostri. Propter
istam magnam lętitiam sunt homines magis dispo-
siti ad erogandum,ideo dicebant serui Dauid, quòd
in die bona venerant, idest in qua non recusaretur
petitio eorum propter lætitiam,& solennitatē diei.
Vocatur et dies bona,idest dies abundantiæ, quia in
die illa fecerat Nabal conuiuia magna, vt patet in-
fra in litera .s. eratque conuiuium Nabal in domo
eius,quasi conuiuium regis,& cor Nabal erat iocun
dum. Poterat ergo de tanta abundantia ciborum
aliquid largiri Dauid, & viris suis, nec grauaretur
erogando,sicut grauaretur in alijs diebus, in quibus

pau-

pauca parauerat: erat ergo dies ista bona, idest abundans, in qua haberetur copia pro domesticis, & pro extraneis. *Quæcunque inuenerit manus tua de seruis tuis.* idest quicquid potueris inuenire in promptu da nobis, qui sumus serui tui. Dicitur autem. quicquid potest manus tua inuenire, idest, quicquid potest aliqd faciliter habere: & similis modus loquendi habetur Leuit.ca.5.& 12.& in multis alijs locis: in quo pueri Dauid inuenerunt, quòd nolebant aliquod magnũ munus, ne per hoc retraheretur Nabal à dando, sed quicquid ille vellet dare, & occurreret sibi in promptu ad dandum. Vocauerũt etiam viri Dauid se seruos Nabal, vt per hoc fortè faueret petitioni eorũ. *Et filio tuo Dauid*, idest, da aliquid Dauid filio tuo. Noluit enim Dauid vocare se seruum Nabal, vt faceret differentiam inter se, & viros suos, sed vocauit viros suos seruos Nabal, se autem vocauit filium eius, in quo magna erat humiliatio. Ex hac litera colligitur sensus literæ nostræ, supra cùm dicitur: fratribus meis, & tibi pax. s. quia cum vocaerit se hic Dauid filium Nabal, vocaret eos, qui erant de familia Nabal, fratres: ideo litera nostra dixit. fratribus meis. *Cunque venissent pueri Dauid*, idest cum venissent illi 10. iuuenes, quos miserat Dauid in montem Carmelum, vbi erat Nabal. *Locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc*. s. repererunt Nabal cum tonsoribus suis, & locuti sunt omnia præcedentia secundum formulam eis datam à Dauid. *Ex nomine Dauid*, idest, non proposuerunt isti iuuenes petitionem hanc ex se, quasi ipsi peterent; sed retulerunt se missos à Dauid, & oĩa hæc verba dixerunt dixisse Dauid. *Et siluerunt*, idest postquam finierunt petitionem suam, siluerunt, expectantes quid Nabal respondere vellet. *Respondens autem Nabal*. Hic ponitur tertium huius secundæ partis s. Nabal rusticana responsio. Fuit enim in duobus rusticana. s. quia auara, & opprobriosa: auara q̃dem, quia cum Dauid, & viri sui benefecissent pastoribus Nabal, debebat Nabal aliquid impartiri in premium Dauid petenti: & dato, quòd nihil benefecisset Dauid pastoribus Nabal, si Nabal fuisset vir cordis generosi, petente Dauid aliquid liberaliter erogasset. Nihil tamen prorsus dedit, in quo rusticus erat non respiciens nobilitatem cordis, sed tenacitatem. Secundò fuit opprobriosa. s. quia incepit Nabal à conuitijs, dicẽs: quis est Dauid, & quis est filius Isai? si enim noluisset aliquid dare, poterat coloratè respondere, & sine iniuria Dauid, & virorum suorũ: incepit tamen ab iniurijs, in quo nimis rusticus erat, nesciens honorem deferre ei, cui debebat: sed nihil læsus conuitiabatur. *Quis est Dauid, & quis est filius Isai?* Ista dicuntur in opprobrium Dauid ad diminuendum honorem suum, q. d. quis est Dauid, vt ego debeam dare sibi aliquid de cibis meis? q. d. non est tanti valoris, nec honoris, vt propter ipsum aliquid dare debeam. Et dicitur hic: quis est Dauid, & quis filius Isai? & ponitur hic ad exaggerandum: pertinet enim ad homines passionatos. s. iratos, vel superbos, aut inuidentes, qui volunt maledicere: sic enim locutus fuit Siba, qui voluit totum Israel auertere à Dauid, vt patet infra 2. lib. ca. 20. s. non est nobis pars in Dauid, nec hæreditas in filio Isai, reuertere in tabernacula tua Israel.

Nabal respondit opprobriosè seruis Dauid propter ebrietatem. Quæstio IIII.

QVAERET aliquis, cur Nabal loquebatur ita opprobriosè contra Dauid, cùm sciret eum esse virum magnum, qui ei posset nocere, & hactenus nihil nocuerat. Respondebit aliquis, quòd Nabal erat ebrius, & nesciebat quid diceret, ideo locutus fuit asperè: si autem fuisset sobrius. s. ante cibos non locutus fuisset verba huiusmodi. Hoc patet infra in litera. s. erat enim Nabal ebrius nimis, & ob hoc vxor eius non indicauit ei aliquid de verbis Dauid, quæ dixerat ad eam. Sed aliquis dicet, ꝙ nõ erat ebrius Nabal, quando venerunt viri Dauid, sed postea fuit ebrius, quando redijt vxor postquam locutus est ad Dauid, quia tunc erat in conuiuio. Sed adhuc dicendum, quòd Nabal erat ebrius, quando locutus fuit hæc: quod patet, quia immediatè cùm recesserunt viri Dauid à Nabal, vnus de pueris Nabal dixit ad Abigail hæc: & tunc significauit Nabal esse ebriũ, vt patet infra s. recogita quid facias, quoniam completa est malicia aduersus virum tuum, & aduersum domum tuam, & ipse est filius Belial, ita quod nemo possit ei loqui: ergo quando venerũt viri Dauid, erat taliter dispositus Nabal, quòd nullus poterat loqui ei, qui pacificum responsum reciperet: quod videtur fuisse ex ebrietate. Sic etiam patet infra in litera. s. Diluculo autem cum digessisset vinum Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc, & emortuum est cor eius, & factus est quasi lapis, & sic timuit nimis propter verba, quæ dixerat viris Dauid: ita igitur timuisset à principio, & non dixisset illa, si non fuisset ebrius. Aliter etiam dici poterit, ꝙ Nabal ista dixit: quia erat pessimæ conditionis. s. durus, & promptus ad iniuriam in verbis. Hoc significatur supra in litera. s. porro vir eius durus, & pessimus, & maliciosus. Quanquam ergo non esset tunc ebrius, naturalis iniquitas conditionis eius mouisset eum ad dicendum hæc: & tunc exponentur verba, quę dixit puer Nabal ad Abigail. s. & ipse est filius Belial, ita quòd nemo possit ei loqui, idest, est tam duræ conditionis, quòd nullus possit ei loqui, & recipiat bonum responsum. *Hodie increuerunt serui, qui fugiunt Dominos suos*. Istud erat improperium magnum Dauid, quia vocauit eum Nabal seruum fugitiuum à Domino suo, & dixit: hodie increuerunt serui, q. d. hodie sunt plures serui fugitiui à Dominis suis, quã olim erant: ideo veniunt ad petendum cibos meos. *Tollam ergo panes meos?* idest nunquid debeo tollere panes meos propter istos seruos fugitiuos ad dandum eis, & quòd non dem tonsoribus meis? q. d. non videtur bonum. *Et aquas meas?* idest nunquid tollã aquas ad dandum illis? Locutus fuit hic de aquis Nabal, tanquam essent alicuius præcij, sicut panes, vel carnes pecorum, & hoc propter duo. s. quia fortè aquæ in terra illa caræ sunt, eoquòd est terra aquis deficiens, & reseruantur aquæ in cisternis: vnde aquæ emebantur, sicut cætera pertinentia ad cibum: sic. n. dixerunt Israelitæ ad regem Edom, quando volebant transire per terram suam, Num. capit. 20. non ibimus per agros, nec per vineas: nõ bibemus aquas de puteis tuis, sed publica gradiemur via. Si tamen aquæ non essent carę in terra illa, non fuisset facta mentio de eis. Et eodem capit. iterum dixerunt filij Israel: per tritam gradiemur viam: & si biberimus aquas tuas, nos, & pecora nostra dabimus, ꝙ iustum est, nulla erit in precio difficultas. Deus quoque iussit, vt Israelitæ emerent aquas transeundo per terminos Edom, Deuteronom. capit. 2. s. Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam emptam haurietis, & bibetis. Ergo aqua venalis erat in terra illa, & cara: sed illa terra est coniuncta terræ Israel. s. terra Edom, & Moab, & Ammon: vt colligitur Num. cap. 34. & Iosue 15. ergo etiam in terra Israel verisimile erat sic esse. Secundo potest fieri mentio de aquis, quia nomine aquarum non solum intelliguntur aquæ, sed etiam omne, quod bibi potest, sicut nomine

mine panis non solum intelligitur panis, sed etiam quod comedi potest, vt patet supra cap. 14. vbi intelligitur mel nomine panis, & infra 4. lib. ca. 6. dicitur: pone coram eis panem: & sequitur ibi, quòd apposita est magna ciborum præparatio: & sic nomine aquarum intelligitur hic vinum, vel quicquid aliud videbatur: & hoc verisimilius est: Nam non debebat mittere in desertum Nabal aquas Dauid, & viris suis, dato quòd faueret petitioni eorum: quia non est verisimile, quòd Dauid, & viri sui non haberent in deserto copiam aquarum in loco, in quo erãt: nam alioquin non possent ibi manere: ergo Nabal non erat eis missurus aquas. Patet hoc etiam, quia cum Abigail misit hæc munera, quæ missurus erat Nabal, non dicitur, quòd misit aquas, sed duos vtres vini, vt patet infra. *Et carnes pecorum meorum*, idest, nunquid dabo eis carnes pecorum? omnia exprimebat hic Nabal, quæ exigebantur ad cibos, & quæ daturus eis esset, si non fuisset rusticus. In Hebræo dicitur. *Et coquinam meam*. Vbi nos dicimus carnes pecorum: litera tamẽ nostra posuit carnes, quia istud nomen, quod hic ponitur in Hebræo, est æquiuocum ad carnes, & ad coquinam. Etiam, quia nunquam signat, nisi coquinam carnium, prętertim, quia non est verisimile, quòd Nabal intelligeret de coquina, quia non poterat mittere coquinam Dauid, & viris suis in deserto, sed carnes. Etiam, quia dicitur in litera. quę occidi tonsoribus meis, coquina tamen non occiditur. oportet igitur, ꝙ intelligantur carnes: & ob hoc dixit litera nostra carnes pecorum. *Quę occidi tonsoribus meis*, idest: occidi pecora pro tonsoribus meis: Nunquid dabo illa istis viris fugitiuis? q. d. non esset bonum, quia nihil haberem pro tonsoribus meis. Sed ista responsio nulla erat, quia Dauid non petebat aliqua magna munera, per quæ diminuerẽtur cibi tonsorum, sed petebat aliquid leue. Vnde dixerunt viri Dauid: quæcunque inuenerit manus tua da seruis tuis, idest, qcquid potueris faciliter dare, & ad magnum hoc solũ da: maximè quia etiam si dedisset Nabal Dauid copiosum munus, non videretur aliquid deesse tonsoribus suis die illo, quia ipse parauerat conuiuium magnum, quasi conuiuium regis, vt patet infra in litera, & Abigail tulit omnia, quæ infra habentur, Dauid de his, quę parauerat Nabal pro tonsoribus suis: nam ipsa non poterat coquere arietes postquam puer suus nunciauit ei responsum durum Nabal, cum velociter descenderet ad Dauid, ne ipse præueniret, & deleret domum Nabal. Accipit igitur de arietibus, quos coxerat Nabal tonsoribus suis, & propter hoc nihil defuit: nam illis ablatis adhuc dicitur, quòd erat conuiuium in domo Nabal, quasi conuiuiũ regis, vt patet infra. *Et dabo viris, quos nescio vnde sint*, idest: nunquid debeo auferre cibos domesticis meis, & dare viris ignotis? q. d. non est bonum. Non dicebat Nabal istos viros simpliciter ignotos, quia ipse nouerat Dauid esse de Bethlehem: & causam, pro qua fugerat à Saule: & quo modo omnes illi viri conuenerunt ad eum, tam de genere suo, quàm de extraneis: nam ipse dixit: hodie increuerunt serui, qui fugiunt Dominos suos: ergo sciebat eos fugitiuos, sed dixit: quia nesciebat vnde erant, idest: nullo modo attinebãt ad eum, quia nec erant cognati sui, nec domestici: vt aliquid eis dare deberet. *Regressi sunt itaque pueri Dauid per viam suam*, scilicet, cum habuissent responsum durum, noluerunt amplius expectare, sed reuersi sunt: nec etiam ipsi responderunt aliquid durum Nabal, quanquam conuitiatus fuisset illis, cum dixisset eis Dauid, ꝙ salutarent eum pacificè: noluerunt autem vltra mandatũ aliquid agere. *Et reuersi venerunt, & nunciauerũt ei omnia*

F *verba, quæ dixerat Nabal*. s. illa opprobria Dauid, & virorum suorum, quæ dixerat Nabal: & ex his succensus fuit Dauid in iram magnam. *Tunc Dauid ait viris suis*. Videns enim maliciam Nabal. s. quia nihil voluerat eis retribuere pro bonis, quæ egerant pastoribus suis, & insuper intulerat opprobria magna, cum nihil mali locutus fuisset Dauid de eo, voluit vindictam expetere, & iussit armari viros suos. *Accingatur vnusquisque gladio suo*. s. vnusquisque paret se ad pugnam. Et nomine gladij intelliguntur hic cętera arma leuia, quæ ferre poterant viri Dauid. Et dicitur, quòd vnusquisq; accingatur, non quidem omnes, qui erant cum Dauid: quia erant cum eo sexcẽti viri, quorum quadringenti secuti sunt ipsum: du-
G centi autem manserunt ad sarcinas custodiendas, vt patet in litera: sed dicitur: vnusquisq; .s. de illis, quos elegerat ad eundem secum. *Et accincti sunt singuli gladijs suis*. s. quilibet de illis quadringentis viris accinctus est, quod illico fecerunt: quia non solum Dauid iratus erat, sed etiam omnes viri eius, quia opprobria erant communia. *Accinctusque est Dauid ense suo*. Ipse enim erat dux eorũ, & præcedebat eos ad oĩa, quę facere debebant: ideo ipse cum eis accinctus est. *Et secuti sunt Dauid quasi quadringenti viri*. Quanquam Dauid haberet sexcentos viros, noluit secum portare omnes, eo ꝙ sufficiebant quadringenti ad delendum totam domum Nabal: cum ille non haberet nisi tonsores, & non viros bellatores, qui præ gau-
H dio, & abundantia ciborum resoluti mero, & ebrij erant. Etiam oportebat, quòd Dauid aliquos dimitteret de viris suis ad custodiendum res suas: ideo non tulit secum omnes. *Porro ducenti remanserunt ad sarcinas*, idest reliqui ducenti de viris Dauid manserunt custodiendo sarcinas. Vocantur autem sarcinę tentoria aliqua, & vasa ciborum, & alia, quæ ferebant secum viri Dauid ad necessitatem vitæ, quanquam ista pauca erant, vt expediti semper essent ad bellum, vel ad fugiendum, si opus esset. Dicitur autem, quòd manserunt ducenti: quia omnes viri erãt sexcenti, vt patet supra cap. 23. & infra 29. & 30. Ibãt autem cum Dauid quadringenti, ideo oportebat manere ducentos ad sarcinas. Non manserunt autẽ tot quasi necessarij essent tot ad custodiam sarcina-
I rum, sed quia superfluum erat, ꝙ plures irent cum Dauid ad delendam domum Nabal. Nec valet si obijcias, ꝙ quando pugnaturus erat Dauid contra latrunculos Amalecitarum, indigebat multis viris ad pugnam, & tamen reliquit ad sarcinas ducentos viros, infra cap. 30. quia non est simile: quia ibi relicti sunt illi ducenti viri, eoꝙ præ lassitudine non poterãt sequi iter aliorum: ideo reliquit eos Dauid apud torrentem Bosor: tamen à principio ipse ferebat omnes sexcentos secum ad pugnandum, vt patet e. cap. sed illi ducenti substiterunt præ lassitudine: hic autem non relicti sunt quasi fatigati: sed quia isti ducenti non videbantur necessarij ad delendum do-
K mum Nabal.

An peccaret Dauid, si deleuisset domum Nabal. Quæstio V.

QVAERET aliquis, cum Dauid armauerit omnes istos viros ad delendum domum Nabal: an peccabat, si deleuisset illam. Dicendum, quòd Dauid habuit intentionem delẽdi domum Nabal: immo etiam iurauit hoc aliqualiter, vt patet infra, scilicet. Hęc faciat Dominus inimicis Dauid, & hęc addat, si reliquero de omnibus, quę ad eum pertinẽt mingentem ad parietem: peccatum tamen erat si Dauid deleuisset, vel nocuisset alicui de domo Nabal:

bal: quia, quanquam rationabile fuiſſet, ꝙ Nabal de- A diſſet aliquid Dauid petenti propter bona, quæ fecerat paſtoribus eius: aliàs haberet Dauid cauſam rationabilem conquerendi de Nabal, ſicut infra fecit dicens: verè fruſtra ſeruaui omnia, quæ huius erant in deſerto, & non perijt quicquam de cunctis, quæ ad eum pertinebant: tamen propter hoc non habebat Dauid cauſam rationalem cōquerendi ad hoc, quòd occideret Nabal, & deleret domum ſuam; q̱a vbi non eſt conuentio, non eſt obligatio legalis in dando, & accipiendo: quanquam eſt obligatio moralis, & ſecundum naturam, vt patet 8. Eth. ideo nec etiam iudicialiter poterat aliquid intentare Dauid contra Nabal, ex hac cauſa, quanto magis propria auctoritate delere domum eius. Sed dicendum eſt, B ꝙ Dauid non motus fuit contra Nabal principaliter propter hoc, quia nihil ei dederat, ſed quia exprobrauerat ei, & ſeruis ſuis: vnde habebat eum Dauid tanquam hoſtem, vt patet infra in litera .ſ. cum audiſſet Dauid mortuum Nabal, ait benedictus Dominus, qui iudicauit cauſam opprobrij mei de manu Nabal. Ergo ſolum conquerebatur Dauid pro opprobrijs inflictis. Habebat autem ꝓ hoc rationabilem cauſam conquerendi; & poterat iudicialiter agere contra Nabal. Quòd tamen ipſa propria auctoritate vlciſceretur iniuriam, peccatū erat: quia non licet hoc, niſi auctoritate iudicis, ideo peccauiſſet, ſi occidiſſet Nabal: Sed aliquis dicet, ꝙ Dauid poterat iſtud agere, eòꝙ ipſe erat iudex, cum eſſet vn- C ctus in regem à Deo, & poterat tanquam iudex inferre Nabal pęnam pro contumelioſis verbis in eū, velut ſiquis maledixerit regi, poterit rex iubere licitè illum puniri, quia ipſe eſt ſupremus iudex. Sed hoc non ſtat propter duo. Primò, quanquam rex poſſit punire maledicentes ſibi, tamen illicitè agit, ſi agat deſiderio vindictæ, ſed ſolum debet agere zelo iuſtitię, ne maieſtas regia condemnatur. Dauid autem non agebat hoc zelo iuſtitiæ: ſed ad vindictam, vt patet infra, cū dixit. prohibuiſti me, ne irem ad ſanguinē, & ne vlciſcerer me manu mea: ergo peccaſſet, ſi occidiſſet Nabal: Secundò, quia Dauid, quāquam vnctus eſſet in regem, tamen nullam habebat iuriſdictionem viuente Saule, quia nec Deus vnxe- D rat eum ad hoc, vt regnaret viuente Saule, ſed poſt mortem eius, & tunc poterat agere tanquam iudex: nunc autem neminem poterat iudicare. Apparet autem, quòd peccaſſet, ſi occidiſſet Nabal, quia dixit Abigail. Cum conſtituerit te dominus ducem ſuper Iſrael, non erit tibi hoc in ſingultum, & in ſcrupulū cordis, quòd effuderis ſanguinem innoxium, aut ipſe te vltus fueris. Non haberet tamen Dauid ſingultum, nec ſcrupulum cordis, ideſt remorſum cōſciētiæ de occiſione Nabal, niſi illa fuiſſet iniuſta: ergo peccaſſet, ſi eum occidiſſet. Item patet ex verbis Dauid, cum dixit ad Abigail. Benedicta tu, quæ prohibuiſti me hodie, ne irem ad ſanguinem, & ne vlciſcerer me manu mea: ſi tamen nō fuiſſet peccatum nō E benedixiſſet Dauid ad Abigail, quia liberauit eum, ne vlciſceretur ſe. Item patet, quia dicitur ibi in litera: alioquin viuit Dominus Deus Iſrael, qui prohibuit me, ne malum facerem: ſed ibi non dicebat de alio malo, niſi de electione domus Nabal: ergo peccauerat Dauid, ſi hoc fecerat. Item dixit Dauid, cū audiuit mortuum Nabal: benedictus Dominus, qui iudicauit cauſam opprobrij mei de manu Nabal, & ſeruum ſuum cuſtodiuit à malo. Iſtud malum erat malum culpæ, à quo Deus cuſtodiuit Dauid faciendo, ne occideret Nabal, ſed ipſe eum occidit: ergo ſi occidiſſet Dauid Nabal, peccaſſet grauiter, petens manu ſua vltionem.

An peccauerit Dauid cogitando occidere Nabal. Quæſtio VI.

QVAERET aliquis, an peccauerit Dauid cogitando occidere Nabal. Aliquis reſpondebit ſicut dicebatur præcedenti capit. de occiſione Saulis, quam cogitauit Dauid, quòd cogitare occidere aliquem non eſt peccatum, ſi ſolum eſt cogitatio, ideſt conſilium: ſed eſt peccatum, ſi ſit deliberatio de occidendo. De Dauid autem dicent, ꝙ ſtimulatus ira diſpoſuit occidere Nabal, ſed non fuit plena deliberatio. Sed hoc non ſtat, quia Dauid iuſſit ſeruis ſuis, ꝙ accingerentur gladijs, & accincti ſunt, & iuerūt quaſi vſque ad domum Nabal, cum obuiauerunt Abigail, & tunc dixit Dauid: hæc faciat Deus inimicis Dauid, ſi reliquero de omnibus, quæ pertinent ad Nabal mingentem ad parietem: ergo adhuc tunc propoſitum habebat occidendi Nabal, in quo plena deliberatio erat. nam ex paſſione dicitur aliquis agere, & indeliberatè: non quandocunque agit habens paſſionem, vel mouente illa, ſed quandocunq; agit ex quodam impetu repentinè, ita ꝙ nondum potuit deliberaſſe: ſi tamen aliquis agat habens paſſionem, & non ageret, niſi paſſio eum moueret, ſi habito tempore deliberandi aliquid egerit, non dicitur egiſſe ex paſſione, ſed cum deliberatione: & ita erat hic de Dauid, quia ipſe à principio diſpoſuit occidere Nabal, & poſtea manſit in iſto propoſito quouſq; Abigail diſſuaſit ei: hoc ergo videbatur peccaſſe deliberando agere malum. In contrarium videtur, ꝙ Dauid non egerit malum, quia ipſe dixit: viuit Dominus Deus Iſrael, qui ꝓhibuit me, ne facerem malum, vt patet infra, ergo putauit ſe non feciſſe malū cogitando occidere Nabal: Item patet, quia infra dixit Dauid: benedictus Dominus, qui iudicauit cām opprobrij mei de manu Nabal, & ſeruum ſuum cuſtodiuit à malo, ideſt, ne faceret malū, ergo nō peccauit Dauid cogitando occidere Nabal. Dicendum, quòd cùm peccatum non ſolum ſit in actu exterio- Quęſt. 20. ri, ſed etiam magis ſit in conſenſu, vt declaratum eſt præcedenti cap. dicetur Dauid peccaſſe, cum deliberauerit occidere Nabal. Erat tamen iſtud peccatum, quaſi nullum conferendo ad culpam, quā habuiſſet, ſi deleuiſſet domum Nabal. Cum autem dixit Dauid, ꝙ Deus cuſtodiuit eum à malo: non eſt ſenſus, ꝙ cuſtodierit eum, ne aliqualiter peccaret, ſed cuſtodiuit, ne grauiſſimè peccaret: ideo cum nō peccaſſet occidendo Nabal, eòꝙ non occidit eum, & illud erat peccatum grauiſſimum, quod incurriſſet, niſi Deus miſiſſet Abigail ad impediendum, videbatur quaſi ſimpliciter liberatus ab omni culpa, cum illa culpa, quam incurrerat, quaſi nulla eſſet in comparatione eius, quam incurſurus erat. Quod tamen aliquis vellet dicere Dauid nihil omnino peccaſſe hic, falſum eſt. *Abigail autem vxori Nabal.* Hic ponitur quartum huius ſecundæ partis .ſ. Abigail prudēs obuiatio .ſ. quia ipſa egreſſa eſt in occurſum Dauid ferens munera, & placatus eſt: alioquin occidiſſet omnes de domo Nabal. De prudētia Abigail. *Nunciauit vnus de pueris*, i. de pueris Nabal, & non de pueris Dauid. quod patet ex verbis ſuis .ſ. ecce miſit Dauid nuncios de deſerto, vt benedicerent Domino noſtro. Iſte puer erat præſens quando viri Dauid petiuerūt aliquid à Nabal: & quia vidit, ꝙ durè reſponderat, putauit ꝙ Dauid ex hoc iratus aliquid mali inferret: nunciauit illud Abigail, vt prouideret in hoc. Erat enim ipſa prudens, ſicut dicitur ſupra in litera, & poterat ſupplere defectus viri ſui. *Ecce miſit Dauid nuncios de deſerto.* ſcilicet de loco deſerti, in quo erat, ipſe enim manebat in quadam extremitate Carmeli, in qua paſtores Na-

Nabal esse consueuerant cum illo. *Vt benedicerent Domino nostro*, idest, vt imprecarentur ei bonum, & peterent ab eo aliquid. Dicuntur autem isti benedicere, quia quando petunt imprecantur bona eis, à quibus, vt sic suadere possint. Hoc fecerunt viri Dauid, quia imprecati sunt bona Nabal dicentes: fratribus meis, & tibi pax, & domui tuæ, & omnibus quæcũq; habeas sit pax. Signat tamen pax tranquillam fruitionem bonorum, quæ inter omnia bona maxima est. *Et aduersatus est eos*, idest, persecutus est, vel afflixit in verbis irrogans obbrobria: sic accipitur Exo. cap. 22. cum Deus dicit: aduersor impium, idest ego affligo impios, vel repugno illis. *Homines isti boni nobis satis fuerunt*. Hic incipit probare iste puer Nabal, quòd debuisset Nabal aliquid dare viris Dauid: quia ipsi fuerunt satis boni eis, idest pastoribus Nabal .s. fuerunt vtiles: quia quando erant præsentes illis nullus homo, vel fera poterat inuadere gregem: & nihil deficiebat de grege eis præsentibus. *Et non molesti*, idest, nunquam fuerunt nobis molesti accipiẽdo aliquid de grege, vel irrogando nobis aliquas iniurias, pro quo grates magnas merebantur: quia difficile erat, vbi manebant tot viri bellatores, & inopes, ꝙ non læderent gregem, sed non læserunt: ergo ex magna virtute proueniebat, cui grates agendum erat. *Nec quicquam aliquando perijt*. s. de grege nostro. Ex hoc apparet, quòd iste puer, qui annunciabat hæc Abigail, erat de pastoribus Nabal, cum ipse pauisset gregem in deserto apud Dauid, & viros suos. *Omni tempore, quo conuersati sumus cum eis in deserto*, idest in parte illa deserti, in qua erat tunc Dauid, quę erat pars Carmeli, sicut dixerunt pueri Dauid ad Nabal: nunquam eis molesti fuimus, nec aliquando defuit eis quicquam de grege omni tempore, quo fuerunt nobiscum in Carmelo. Vocatur autem desertum illa pars, quia quanquam nunc iste puer, qui loquebatur ad Abigail esset in Carmelo, quia tamen hic, vbi loquebatur, erant habitationes aliquæ cum ibi haberet possessionem suam Nabal, videbatur desertum esse illa pars Carmeli, vbi nũc erat Dauid, & vbi pastores habuerant gregem Nabal, & non ista pars Carmeli, in qua nunc erant. Significatur etiam ex hoc, quòd aliquanto tempore manserat Dauid in deserto illo ante hanc tonsionem gregum Nabal, cùm dicatur: omni tempore, quo conuersati fuimus cum eis. Dicitur etiam, ꝙ nihil defuit hoc tẽpore de grege, eo ꝙ viri Dauid nihil accipiebant, cum Dauid hoc eis dixisset: & nullus alius inuadere audebat gregẽ præsentibus viris Dauid. *Pro muro erant nobis, tam in nocte, quàm in die*, idest, erant tanquam murus circundans gregem per noctem, & diem, & defendens, tam ab hominibus, quàm à feris: nam feræ fugiebant procul, cum esset ibi tanta hominum multitudo: aliàs multæ feræ sunt in terra illa, quæ lacerant greges, sicut patet supra cap. 17. cum dicat Dauid, ꝙ quando custodiebat gregem pugnauit interdum contra leonem, & vrsum rapientes aliquid de grege: viri autem Dauid erant nunc nimis vtiles pastoribus Nabal: cum non possent feræ inuadere greges eorum. *Omnibus diebus, quibus pauimus apud eos greges*, q. d. non fuimus semper apud eos pascendo greges, sed ipso tempore, quo ibi mansimus fuerunt nobis vtiles valde. *Quamobrem*, idest: quia tanta bona nobis fecerũt, & Dñs noster nihil eis conferre voluit petentibus, & insuper obbrobrijs magnis increpitos eos à se dimisit. *Considera, & recogita quid facias*. q. d. cogitare debes, quòd pro his irascetur Dauid, & aliquid mali inferre vellet, ideo cogita quid facias. i. quomodo prouideas, ꝙ mala non eueniant. *Quoniam completa est malicia aduersus virum tuum*. i. deliberatum est de inferẽ-

F do malum viro tuo]. Malicia accipitur hic pro ma-
lo pœnæ: dicitur autem malicia non consummata,
quando inquiritur de aliquo, an malum sibi inferri
debeat. Est autem malicia consummata, quando de-
liberatũ est de aliquo, ꝙ infligatur ei pœna: & quia
deliberatum erat apud Dauid, & viros suos, ꝙ occi-
derent Nabal, dicitur malicia aduersus eos consum-
mata. Hoc autem dixit iste puer ad Abigail non tan-
quam determinatè sciens, quia ipse nesciebat, an ali-
quid pararet Dauid contra Nabal, & si aliquid para-
ret, quid esset illud, sed dicebat secundum præsum-
ptionem: quia verisimile erat, ꝙ cum Dauid offen-
sus fuisset à Nabal: & posset ipsi infligere malum, ꝙ
infligeret. *Et aduersum domum tuam* .i. non solum con-
G tra virum tuum deliberatum est, sed etiam contra
domum tuam. Et hoc verum erat, quia Dauid di-
sposuerat delere totam domum Nabal, ita vt non
relinqueret mingentem ad parietem, vt patet infra:
hoc tamen dicebat puer iste Nabal ex præsumptio-
ne, quia putabat, ꝙ non solum vellet Dauid vlcisci
iniuriam in Nabal, sed etiam in totam domum suã,
cũ esset grauis iniuria. *Et ipse est filius Belial*, i. Dñs no-
ster Nabal est filius Belial .i. filius iniquitatis nõ obe-
diẽs alicui rõni. *Ita quòd nemo possit ei loqui*. i. tam male se
habet, ꝙ nemo potest ei loqui, & habere bonum re-
sponsum. Hoc autem poterat esse dupliciter .s. vel,
quia erat ebrius, sicut infra dicitur, quòd erat ebrius
nimis, & non indicauit ei Abigail verbum pusillũ,
H vel grande: aut, quia erat Nabal durę conditionis, &
tenacis opinionis, nec poterat aliquis eum ad bonũ
inducere postquam malum indicasset. Dixit autem
hoc puer ille propter duo. Primò, quia Abigail pos-
set ei dicere, cum vidisset Dominum suum male re-
spondentem viris Dauid, quare non suasit ei, ꝙ re-
sponderet benè: vel saltem, postquam recesserunt
pueri accepto prauo responso, quare non dixit Na-
bal, vt faceret eos redire, & aliquid erogare, alioqn
culpabilis erat iste puer, cum potuisset malum excu-
sare: respondet, quòd non locutus fuit ei, eoꝙ erat
Nabal vir Belial, & nemo poterat ei loqui. Secundò
dixit hoc, vt ipsa Abigail consideraret in se qd opus
esset fieri, & non consuleret super hoc Nabal: quia
I ipse erat filius Belial, & nemo poterat ei loqui. Hoc
autem fecit Abigail, quia nihil dixit Nabal, sed ipsa
parauit omnia, quæ habentur hic, & tulit ea ad Da-
uid. *Festinauit igitur Abigail*. s. omnia, quæ sequuntur
fecit cum magna festinatione, quia timebat, quòd
antequã ipsa exiret in occursum Dauid, ipse irrue-
ret super Nabal, & domum suam, quod fuisset nisi
festinasset: nam cum descenderet Abigail de latere
montis, in quo manebat Nabal, obuiauit Dauid, &
viris suis venientibus ad disperdendum domum Na-
bal.] *Et tulit ducentos panes*. Voluit Abigail ferre suffi-
cientiam ciborum Dauid, & viris suis pro vno pran-
dio, & quia erant sexcenti viri tulit pro eis ducẽtos
panes, quos credebat sufficere, quia erant panes ma-
K gni: præsertim cum ferret quinque sata polẽtæ, quę
erant loco panis. *Et duos vtres vini*. In vino quoque
sufficienter tulit, quia fortè vtres magni erant: &
apparet in hoc, quòd aqua accipiatur supra pro vi-
no: cũ dixit Nabal: tollam ergo panes meos, & aquas
meas: nam si Nabal aliquid dare voluisset, nõ dedis-
set aquas, quia non habebat opus aquarum Dauid, Quæst.
cum eas haberet in agris. Etiam, quia si Nabal missu-
rus fuisset aquas Dauid tanquam opportunas, misis-
set quoque eas Abigail: sed non misit, nisi duos vtres
vini: ergo non significantur ibi aquæ per aquas, sed
vinum. *Et quinque arietes coctos* .i. etiam tulit Abigail
quinque arietes coctos: In Hebræo habetur. *Quinque
oues coctas*. Sed nomen, quod ibi ponitur, est cõmune

ad

ad ouem,& ad arietem, eoquòd eſt nomen ſpeciei,
& non ſexus:litera autem noſtra poſuit arietes,quia
meliores ſunt ouibus. Non eſt autem credendum,
quòd Abigail tuliſſet aliquid pro Dauid,niſi de me-
lioribus, quæ habebat cum vellet eum placare ſibi,
ne deleret domum eius. Sciendum autem, quòd
Abigail tulit iſtos quinque arietes de illis,quos para-
uerat Nabal pro tonſoribus ſuis, nec conſuluit ſu-
per hoc Nabal, & non defuit aliquid conuiuio Na-
bal propter iſtos arietes ablatos: ſed dicitur, quòd
erat conuiuium eius, quaſi conuiuium regis, vt pa-
tet infra, in quo apparet magna tenacitas Nabal,
quia etiam de eo, quod ſuperubandabat nihil dare
voluit Dauid petenti. *Et quinque ſata polentæ*. Satum
aliquando ſignificat menſuram, & aliquando ſigni-
ficat panem. Hic enim ſignificat menſuram, quia
polenta non erat panis,ſed dicitur, quòd tulit quin-
que ſata polentæ,ergo neceſſe eſt, quòd intelligatur
ſatum eſſe menſura.De hoc etiam Gen.cap.18.dixit
Abraham, & Saram: accelera tria ſata ſimilæ,com-
miſce. Vbi aliqui accipiunt ſata pro panibus, ſed
etiam ibi melius accipitur pro menſura, cum dica-
tur:& fac ſubcinericios panes, ideſt, de illis tribus ſa
tis farinæ fac panes ſubcinericios: erat ergo ſatum
menſura, & ſic accipitur regulariter. Polenta di-
citur multitudo granorum confricatorum, & pur-
gatorum,ſcilicet,quando ſpicę torrebantur,& abla
tis ſtamis accipiebantur grana:illa autem ſeruaban-
tur apud Hebræos in magna multitudine:& ſic Abi
gail habuit nunc multa grana de iſtis, ita vt poſſet
ferre Dauid quinque menſuras, ſiue ſata. Vocatur
autem iſte cibus polenta à poliendo, ideſt, purgan-
do, quia grana iſta purgantur, & comeduntur. *Et
centum ligaturas vuæ paſſæ*,ideſt, etiã tulit Abigail vuas
paſſas Dauid,ſcilicet,centum ligaturas de eis. Voca-
tur autem vna ligatura totum, quod continetur de
vuis in vno funiculo, vel in aliquo alio, vnde pen-
deat. *Et ducentas maſſas caricarum.* Carica vocatur fi-
cus paſſa,quæ aliquando reducitur in maſſam, ſcili-
cet,quando fiunt de ficubus panes in modum caſeo
rum magnorum. Et dicũtur maſſę ad differentiam
ficuum,quando ſingulæ ficus per ſe ſunt. Ducentos
autem panes de caricis tulit Abigail Dauid: quia de
illis habentur multi in terra illa,eoquòd ficus ibi ni-
mis abundant. *Er impoſuit ſuper aſinos*. Hæc enim om-
nia cito parauit,quia erant omnia in domo diſpoſi-
ta:& fecit ea poni ſuper aſinos,quia multa erant: &
neceſſe erat in multis aſinis portari. *Dixitque pueris
ſuis:prȩcedite me*,ideſt,omnia iſta tradidit pueris, & iuſ
ſit eis, quòd præcederent euntes per viam, per quã
venturus erat Dauid: ferebat autem nunc ſecum
Abigail pueros.& infra dicitur,quòd iterum,quan-
do iuit ad Dauid,tulit ſecum quinque puellas. Ra-
tio diuerſitatis eſt, quia nunc ibat Abigail celeriter,
vt ſaluaret domum ſuam ad obuiandum Dauid, &
non curauit ferre, niſi pueros, vt iſti portarent mu-
nera,quæ mittebat ad Dauid: poſtea autem ipſa vo-
cata fuit à Dauid,quia volebat eam accipere in vxo-
rem,mortuo Nabal,ideo tunc iuit in aliquali appa-
ratu:& ob hoc tulit ſecum quinque puellas pediſſe-
quas. Et credendum eſt,quòd etiam portauerit ſe-
cum aliquos viros:ſolùm tamen ibi dicitur de puel-
lis. *Ego poſt tergum ſequar vos*. Hoc fecit Abigail,quia
volebat præoccupare Dauid venientem: ideo cum
parauit omnia iſta,poſuit ea ſuper aſinos, & fecit,ꝙ
ferrentur; ipſa autem voluit interim ſe aliqualiter
ornare,vt honeſtè appareret coram Dauid, & tunc
ſecuta eſt pueros. *Viro autem ſuo Nabal non indicauit*,
ideſt,quanquam parauiſſet omnia iſta pro Dauid,&
iret illùc,tamen non indicauit viro ſuo; quia fortè

A credebat eum eſſe ebrium, & non poſſet illi aliquid
reſpondere,ſicut quando reuerſa eum inuenit ebri-
um, & non fuit locuta aliquid vſque mane, vt pa-
tet infra in litera. Vel fortè, quia vir ſuus erat duræ
ceruicis, & credidit, quòd impediret eam ab incep-
to,ideo nihil indicare voluit quouſque factum eſ-
ſet. *Cum ergo aſcendiſſet aſinum*, ſcilicet, Abigail orna-
uit ſe ad apparendum coram Dauid, & aſcendit aſi-
num:illa enim erat æquitatura honeſta illius tempo
ris: parũ enim erant tunc homines aſſueti ad equos,
& ad alia genera iumentorum. *Et deſcenderet ad radi-
cem montis*. Iſte mons erat Carmelus, in quo mane-
bat vir ſuus, & poſſeſſio eius: nam ſupra dicitur, ꝙ
erat vir in Maon, & poſſeſſio eius in Carmelo. *Da-*
B *uid,& viri eius deſcendebant in occurſum eius*, ideſt, accidit,
quòd quando Abigail deſcendit ad radicem mon-
tis,deſcenderũt Dauid,& viri eius ex alia parte mõ-
tis, & occurrerunt Abigail. Non eſt autem intelli-
gendum, quòd illi ab intentione venerunt in occur
ſum Abigail, quia neſciebat, an illa ventura eſſet:
ſed ipſi veniebant ad delendum domum Nabal,quę
erat in Carmelo, & accidit, quòd obuiaret Abigail
ad radicem montis illius,& ſic veniebant in occur-
ſum eius. *Quibus & illa occurrit*,ideſt,ſicut Dauid, & vi
ri ſui occurrerunt Abigail, ita & ipſa occurrit eis:
ſed Abigail ibat ab intentione, vt occurreret Dauid
in via. Dauid autem non ibat ad occurrendum Abi
gail,quia non putabat eam venturam. *Et ait Dauid:*
C *verè fruſtra ſeruaui omnia, quæ huius erant in deſerto*. Non
locutus fuit iſta verba Dauid ad Abigail, quia tunc
non dixiſſet: omnia, quæ erant huius: ſed omnia,
quæ erant tua, vel viri tui: ſed veniebat Dauid lo-
quens in itinere viris ſuis, & accidit, quòd loquere-
tur verba hęc,quando obuiauit ei Abigail. Et patet:
quia iſta locutio erat ſuſpenſiua dependens ex alijs,
cum dixerit Dauid:omnia,quæ erant huius: & non
expreſſit quis erat ille, quaſi iam ſermo præceſſiſſet
de eo. Dixit autem Dauid,quod fruſtra ſeruauit om
nia, quæ illius erant: nam pro cuſtodia tam vtili,
quam præſtitit Dauid paſtoribus Nabal, tenebatur
Nabal ei ad aliquid, ſaltem ad gratiarum actiones:
nunc autem petente Dauid nihil dare voluit: & in-
D ſuper nũcios ſuos increpuit, & exprobrauit Dauid.
ergo verè fruſtra laborauit Dauid ſeruando omnia
bona Nabal in deſerto,cum nihil boni ex hoc conſe
cutus fuerit,ſed potius malum. *Et non perijt quicquam
de cunctis, quæ ad eum pertinebant*, ſcilicet, de gregibus
ſuis nihil perijt toto tempore,quo fuerunt cum Da
uid paſtores eius. tum quia Dauid ſeruauit diligen-
ter, ne viri ſui aliquid raperent de grege: tum quia
ipſe fecit, quòd nullus extraneus auderet accedere
ad greges, nec etiam fere. *Et reddidit mihi malum pro
bono*, ideſt, pro bona cuſtodia gregum reddidit mihi
malum,quia exprobrauit mihi,& viris meis. *Hęc fa-
ciat Dominus inimicis Dauid,& hæc addat*. Iſte eſt quidam
modus iurandi, qui erat vſitatus in veteri teſtamen-
E to, ſcilicet: Deus faciat mihi talia mala, & alia ma-
la inſuper addat, niſi fecero tale, vel tale. Sic dixit
Heli ad Samuelem: hæc faciat tibi Dominus, &
hæc addat, ſi celaueris à me ſermonem, ſupra cap.
3. Sic etiam iurauit Ionathas Dauid: hæc faciat
Deus Ionathæ, & hæc augeat, & cæt. ſupra capitu.
20. Dixit autem Dauid: hæc faciat Deus inimicis
Dauid,ideſt,ipſi Dauid: imprecatur enim Dauid ſu-
per ſe mala à Deo, niſi deleret domum Nabal, &
non imprecabatur ſuper hoſtes: quia tunc impre-
catio ridiculoſa erat: vellet enim potius Dauid,
quòd Deus induceret mala ſuper hoſtes eius, & ꝙ
ipſe non occideret Nabal, quàm, ꝙ occideret Na-
bal, & Deus non induceret mala ſuper hoſtes eius.

Super se ergo imprecatus est ista mala, habuit tamẽ Dauid hic modum loquendi, quem plurimi obseruant. s. quòd non auderent iurare aliqua mala super se, quia timent, quòd si aliquod malum super se imprecati fuerint, quòd eueniet illis, sed imprecantur super alios, quanquam intelligant super se imprecari. *Si reliquero de omnibus, quæ ad eum pertinent vsque mane*, idest, non relinquam aliquem de tota familia sua vsque mane. Hoc dicebat Dauid, quia putabat, quòd in illa die posset occidere omnes, qui pertinebant ad Nabal, quia omnes erant in deserto in monte Carmelo tondendo greges, & ibi poterat omnes circundare, & occidere quasi vno impetu. *Mingentem ad parietem*, idest, non relinquam aliquem de mingentibus ad parietem. s. nullum hominem relinquam. Volebat enim occidere omnes, tam magnos, quàm paruulos de stirpe Nabal, & de familia sua: per hoc autem signat, quòd nolebat occidere pecora, & iumenta Nabal, sed solùm viros, & fœminas, quia ad istos extenditur mingens ad parietem.

An Dauid fuerit periurus in hoc, quod supra iurauerat. Quæstio VII.

QVAERET aliquis, an Dauid fuerit periurus in hoc, quod supra iurauerat. Aliquis dicet, quòd sic, quia Dauid duo iurauit. s. ꝙ deleret domum Nabal. Secundò, quòd deleret eam ante auroram sequentis diei, neutrum tamen horũ impleuit. Ad hoc respondendum est, quòd Dauid non fuit ex hoc periurus, immo magis peccasset si compleuisset: quia id, quod iurauit erat illicitum. Iuramentum autem, quod vergit in interitum salutis æternę, non est seruandum, ipse tamen Dauid dicit se liberatum à malo, eoquòd nõ impleuerit id, quod disposuerat contra Nabal: ergo non fuit periurus non obseruando. Sed tunc dicet aliquis: cum Dauid non fuerit periurus, non obseruando iuramentum, quia erat illicitum, nũquid peccauit iurando? & videtur, quòd sic, quia quando aliqui incautè iurãt id, quod illicitum est, vel quod est eis impossibile, aut, quod non est vtile obseruari, indeliberatè proferũt, non debent obseruare iuramentum: debent tamen dolere, quia iurauerũt, & iura præcipiũt imponi pęnitẽtiam his, qui iurant illicitum, ergo iurando peccant. Dauid autem iurauit delere domum Nabal, ꝙ illicitum erat, ergo quanquam non deberet implere, peccabat in iurando. Respondẽdum est, ꝙ aliqui dubitant, an Dauid iurauerit hic aliquid: nam non dixit, quòd iurabat per Deum, vel, viuit Dominus sicut consueuerant iurare illi, qui erant in veteri testamento: sed dixit: hæc faciat Dominus inimicis Dauid, & hæc addat si reliquero, &c. ideo non videbatur agere contra iuramentum, sed contra imprecationem. Circa hoc sciendum, quòd imprecatio, & iuramentum differunt aliqualiter: nam in iuramento inuocatur Deus in testem aliquorum, quę facere iuramus, vel asserimus. In imprecatione autem non vocatur Deus in testem: sed inuocat quis Deum super se, tanquam punitorem si non fecerit tale, vel tale. Etiam iuramentum semper præstatur ab eadem persona pro seipsa. s. ꝙ nunquam aliquis iurat, nisi pro his, quæ ipse asserit, vel quæ ipse promittit. Imprecatio autẽ fit hominis super seipsum, & etiam super alium. De primo patet hic, & supra ca. 20. s. hæc faciat Dominus Ionathæ, & hæc addat. De secundo patet supra c. 3. vbi Heli dixit ad Samuelem: hæc faciat tibi Dominus Deus, & hæc addat, si absconderis à me sermonem. Dicendum ergo est, ꝙ iuramentum, & imprecatio non sunt idem penitus.

Imprecatio, & iuramentum differunt licèt vnũ accipiatur ꝓ altero.

F Accipitur tñ vnum pro altero in veteri testõ, & etiam communiter nunc, ideo sicut faciendo cõtra iuramentum, oportet, ꝙ faciens sit periurus, vel saltem peccauerit iurando, ita faciens contra imprecationem necesse est, vt sit periurus, vel saltem imprecando peccauerit. Hoc autem intelligendum est, qñ aliquis imprecatur super seipsum. Nam cum super alium imprecatur, non obligatur alius ad aliquid ex hac imprecatione, nisi fortè illa fuerit facta à maiori, cui obedire teneamur, quia tunc obtinet vim pręcepti. Quòd autem accipiantur pro eodem iurare, & imprecari, patet, quia Ionathas, & Dauid iniebãt fœdus, & in fœdere semper interuenit iuramentum. Ionathas tamen non protulit verba iuramenti, sed

G imprecationis, supra capi. 20. dicens: hæc faciat Dominus Ionathæ, & hoc augeat, &c. & ibi dicitur, ꝙ istud erat iuramẽtum, cum sequatur in litera: Et addidit Ionathas deierare Dauid. i. fecit Ionathas aliud iuramẽtum Dauid præter illud, quod fecerat, supra cap. 18. non habetur tamen hic aliud, nisi illa verba imprecationis: ergo illa vocantur iuramentum. Dauid autem nũc imprecatus fuerat, si non deleret domum Nabal, & illicitum erat delere eam: ergo peccauit imprecando, sicut si iurasset aliquid illicitum. Sed adhuc dicendum, quòd nõ solum peccabat Dauid, si iurasset delere domum Nabal, ꝙ erat illicitũ, sed etiam si simpliciter promisisset, quia cum illicitum esset illud fieri, ita illicitum erat promitti. Non

H ergo potest excusari penitus Dauid, quin peccauerit ista promittendo, vel imprecando, quia promisit id, quod non decebat eum obseruare. *Cum autem vidisset Abigail Dauid*, idest, cum appropinquasset ei: nã non descendit de asino immediatè, vt vidit eũ à longè, sed cùm fuit iuxta eum: cùm dicatur hic, quòd cecidit ad pedes eius. *Festinauit, & descendit de asino.* Hoc fecit tunc Abigail, quia vidit, quòd ira Dauid erat magna contra Nabal, & domum suam, & volẽs placare eum procidit ad pedes eius, eoquòd cordis generosi est prostratis parcere. *Et procidit coram Dauid super faciem suam*, idest, humiliauit se ad terram, & posuit vultum super terram ad pedes Dauid, vt eũ sic flecteret. *Et adorauit super terram.* Adorari est incli-

I nari coram aliquo: & quia Abigail nimis se inclinauerat, scilicet, vsque ad terram, dicebatur adorare. *Et cecidit ad pedes eius*, idest, posuit se ad pedes Dauid quasi volens osculari pedes eius, & ad signandum omnem obedientiam. Ista omnia idem sunt, scilicet, procedere coram Dauid, & adorare super terram, & cadere ad pedes eius. *Et dixit: in me sit Domine mi, hęc iniquitas*, idest, verum est, quòd peccauit grauiter Nabal, sed oro, ꝙ ista iniquitas sit in me, idest, trãsferatur in me, scilicet, quòd ego debeam puniri pro ipsa, si aliqua pœna infligenda est. *Loquatur ergo ancilla tua in auribus tuis*, idest, obsecro Domine mi, vt des licẽtiam mihi ancillæ tuæ ad loquẽdum in auribus tuis, idest, te audiente. *Et audi verba famulæ tuæ*, idest, oro, ꝙ audias verba mea: timebat enim Abigail, quòd cum Dauid esset inflammatus in iram contra Nabal, ꝙ

K videns proponi verba ex parte eius, non pateretur illa audire, ideo orauit, vt audire vellet. Vel dicitur audi, scilicet, condescendendo verbis meis: & sic accipitur communiter in scriptura. *Ne ponat oro Dominus meus rex cor suum super virum istum.* Hoc suadet Abigail, ne irascatur Dauid Nabal, eoquòd ille est stultus, & non est curandum de factis eius. Dixit autem Dominus meus rex ad honorandum nimis Dauid, vt sic flecteret eum.

Abi-

Abigail cur vocauit Dauid regem. *Quæst. VIII.*

A QVAERET aliquis, quomodo Abigail vocabat Dauid regem, vel vnde constabat ei, ꝙ erat rex. Aliquis dicet, ꝙ Abigail nesciebat an Dauid esset rex: sed vt eum inclinaret ad clementiam vocauit eum regem, quod est nomen maximi honoris. Sed hoc non stat, quia si Dauid sciret mendacium esse, quod loquebatur Abigail laudando eum, vel putaret eam esse stultam, vel laudem esse derisoriam: nã sicut, ꝙ aliquis proferat de aliquo ea, quæ vera sunt, vel saltem ab omnibus creduntur, est laus illius: ita etiam, ꝙ proferat id, quod falsum est, in laudem eius irrisio magna est. Abigail ergo non sic laudauit Dauid, cum esset prudentissima, & intenderet eum flectere ad misericordiam. Aliquis ergo dicet, ꝙ Abigail audierat per famam, ꝙ Dauid futurus erat rex, quia Samuel eum vnxerat, vel saltem sicut erat opinio Saulis, ꝙ Dauid futurus esset rex, eo ꝙ Deus agebat pro ipso multa, vt patet præcedenti cap. ita etiã erat opinio multorum: & quia insonuerat per totã terram Israel quid ageret Saul in Dauid: & quomodo Deus liberaret Dauid, omnes opinabantur aliqđ magnum de Dauid futurum esse. Sed adhuc dicendum, ꝙ Abigail non solum cognoscebat ista per famam communem, quę pauca de veris refert, sed habebat aliam cognitionem certiorem, & specialiorem: quod patet ex verbis suis infra, cum dixit: faciens enim facit tibi Dominus domum fidelem. Et postea dicitur: cũ ergo fecerit tibi Dominus omnia, quæ locutus est, bona de te, & cõstituerit te ducem super Israel, non erit tibi hoc in singultum. Sciebat ergo Abigail, ꝙ Deus promiserat aliqua Dauid. s. de constituendo eum in regem: & hoc erat super famam communem. Dicendum igitur, ꝙ Abigail vocauit Dauid regem, quia cognoscebat eum futurum regem, quod poterat esse dupliciter. Primò modo si forte ab aliquo cognouerat vnctionem factam Dauid à Samuele, in qua denunciatum est eũ futurum regem. Vel forte hoc cognouit Abigail, scilicet spiritu prophetico, scilicet, ꝙ Deus reuelauit ei futura ipsius Dauid, & protulit ei in facie: & sic tenent multi de Iudæis, ꝙ fuerit prophetissa, vt infra dicetur. *Iniquissimum Nabal*. idest, non ponas cor tuum super istum virum pessimum tanquam offenderit te, quia ipse nõ egit specialiter animo te offendendi, sed quia pessimus est, & ex conditione habet, ꝙ hoc faciat ad quæcunque. *Quia secundum nomen suũ stultus est*. idest, iste vir Nabal est stultus secundum, ꝙ significat nomen suum: Nabal enim in hebræo interpretatur stultus, vel maliciosus, & dixit Abigail: rectè vocat̃ Nabal i. stultus, quia ita est stultus, sicut nomen suum significat. *Et stultitia est cum eo*. i. stultitia est in corde eius, & idem significat, quod præcedens. *Ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos*. Hic excusat se Abigail, quia diceret Dauid, cum esset Nabal stultus, cur tu non respondisti nuncijs meis? ipsa respondet, ꝙ non erat præsens quando venerunt nũcij Dauid, ideo non potuit erogare eis quæ petebãt.

An Abigail peccauerit vocando suum virum stultum. *Quæstio IX.*

QVAERET aliquis, an peccauit Abigail, quia vocauit virum suum stultum, & iniquissimũ. Aliquis respondebit, ꝙ non peccauit, quia verum dicebat: nam supra in litera dr̃, ꝙ Nabal erat vir durus, pessimus, & maliciosus. Sed hoc non stat, quia q̃quã aliquis malus sit, peccat ille, qui mala de eo enũciat, nisi forte ad illa cogatur ab aliquo, vt à iudice, q iurare cogit sup vita, vel factis alicui⁹: & si cuilibet malũ est de altero mala enunciare, à fortiori malũ erit in fęmina, si mala de viro enunciet, cũ vir sit caput mulieris, vt patet prima ad Corin. c. 11. Dicẽdũ est, ꝙ Abigail non solũ nõ debebat dicere malũ de viro suo, ẽt si verũ ẽẽt, sed insup obligabat̃ celare defectus viri, quantũ poterat, & r̃ndere honestè praue loquentibus de viro suo, alioquin peccaret: nunc t̃n non peccauit Abigail, quia non protulit ista de viro suo tanq̃ volens eũ infamare, vel infamiã suã referre, sed dixit in fauorẽ viri, vt erueret eũ à morte, & oẽs res suas. Disposuerat. n. Dauid delere totam domũ Nabal: nesciuit aũt Abigail qũo auerteret iram Dauid, nisi vocando Nabal stultũ: nã in hoc excusa-

B bat eũ: stulti. n. non possunt alicui inferre iniuriã, cũ ad iniuriã irrogandã requirat̃ mens iniuriandi: stulti aũt non p̃nt h̃re hanc mentẽ, cũ non intelligant quid faciãt: & sic Dauid non curaret de maledictis Nabal reputans eũ stultũ, & non habentẽ intentionẽ iniuriandi. Etiã quia verecundũ erat Dauid viro clarissimo, ꝙ se opponeret cuidã stulto viro volendo delere domũ eius: sicut igitur licuit Dauid se stultum simulare, quanquam non erat, vt mortẽ euaderet, vt declaratũ est supra c. 21. ita liceret Abigail virum suum vocare stultũ, vt eum à morte eriperet.

Abigail quanuis mendacium dixerit de viro suo, non tamen peccauit mortaliter. *Quæst. X.*

C QVAERET aliquis, q̃q̃ Abigail non peccauit vocando virũ suũ stultũ, quia non iniuriata est ei, an peccauit, quia mentita est cũ non esset stultus. R̃ndendũ, ꝙ Abigail duo dixit hic de viro suo. s. ꝙ erat iniquissimus, & ꝙ erat stultus. In primo verum dicebat, quia in litera dr̃ supra, ꝙ erat vir durus, & pessimus, maliciosus: iõ nec ĩ hoc iniuriata est viro, nec mentita fuit. De secũdo aũt. s. ꝙ esset stultus nõ habet̃ supra, ideo vr̃, ꝙ ipsa hoc addiderat, vt magis placaret Dauid: & tũc dici deberet, ꝙ Abigail non peccabat mortaliter mẽtiẽdo, sed venialiter, qa fuit mẽdaciũ officiosum. s. qđ nulli nocuit, & ꝓfuit valde Nabal, & domui eius: sicut dr̃ de mendacio obstetricũ Aegyptiarũ, & de mendacio Raab, & Michol,

D & Dauid, vt declaratũ est sup. c. 19. Sed adhuc dicendũ, ꝙ nullo mõ peccauerit Abigail, qa nõ mentita est: nã licet scriptura nõ proferat, ꝙ Nabal esset stultus, erat t̃n s̃m veritatẽ: qđ patet, quia stultus est ille, qui cũ aliquid intelligat, habet t̃n impetus fortes, & non sequit̃ rõnẽ, sed phantasiã turbatã: ita aũt erat de Nabal, quia cũ aliquid iudicaret, non obediebat rectè rõni, nec audiebat aliquos cõsulentes, sic patet supra, cũ dixit puer Nabal ad Abigail. Ipse est filius Belial ita, ꝙ nemo possit ei loqui: Poterat ẽt vocari stultum Nabal: quia quanquam aliàs non esset stultus, tamen tũc erat stultus quando locutus fuit verba ad pueros Dauid, quia alioquin non locutus fuisset talia, cum sciret, ꝙ Dauid posset nocere ei ꝓpter

E Hæc. Forte etiã vocatur stultus, quia large loquendo quilibet vocat̃ stultus, q̃n est extra metas rõnis: Nabal autem erat ebrius q̃n ista Abigail locutus est, & ebrij carent recta ratione, ideo stulti sunt: nihil ergo mentita est Abigail vocando Nabal stultum: & sic nullo mõ peccauit. *Nunc ergo Domine mi, viuit Dominus, & viuit anima tua*. Sententẽtia est suspensiua vsque ad illam partem. *Quapropter suscipe benedictionem*. Et videtur esse sententia imperfecta, tamen non est. Et est sensus: Domine mi, viuit D̃ns, & viuit aĩa tua, i. oro ꝑ vitã Dei, & per vitam animæ tuę, ꝙ nõ cures de Nabal: sed fiant inimici tui sicut Nabal: idest, ita miserabiles sint, sicut ipse, ita vt nemo đ eis cura-re de-

re debeat. Ista autem verba sunt iurandi, vt patet Ierem. c. 4. s. iurabunt: Viuit Dominus. Hic tamen nō accipiuntur vt verba iurandi, sed vt verba obsecrandi. s. ꝙ per vitā Dei oraret Abigail: & posuit ista duo, quia nihil charius erat Dauid, quàm ista. s. vita Dei, quæ erat ei in maxima reuerentia: & vita sua, quæ erat sibi maximè chara; & ideo illi, qui iurabant in veteri testamento, quādo volebant inducere aliquē ad credendū ea, quæ ipsi iurabant, dicebant ista duo: sic iurauid Dauid Ionathæ, supra c. 20. s. quinimo viuit Dominus, & viuit anima tua, quia vno tantum gradu ego, morsque distinguimur. *Qui prohibuit te, ne venires in sanguinem*, idest, Deus vetuit, ne venires in sanguinem. i. ad effundendum sanguinem, q. d. Deus prohibuit ne deleres Nabal, & domū suam, & hoc, vt tu non peccares effundendo sanguinem. *Et saluauit animam tuam tibi*. i. saluauit animam tuam, ne peccaret: sicut enim homo saluari dicitur, quando à morte liberatur, ita anima saluatur, quando liberatur ne peccet, & ob hoc saluauit Deus animā Dauid, cum fecit, ne effunderet sanguinem.

Quare Abigail dixit Deum prohibuisse Dauid, ne iret in sanguinem. Quæstio XI.

QVAERET aliquis, quomodo Abigail dixit, quòd Deus prohibuerat Dauid, ne iret in sanguinem. i. fecerat ne iret ad occidēdum Nabal, quia aut hoc intelligitur, ꝙ Deus faciebat, ne Dauid habuisset propositū occidendi Nabal, vel ꝙ Deus mutauerat propositum eius faciendo, ne iam vellet occidere Nabal. Primū non stat, quia Dauid veniebat intendens occidere Nabal. De secundo aūt nō erat certa Abigail, quia nesciebat, an Deus mutasset propositum Dauid, quia non apparebat per aliqua verba sua illud mutatum esse: cum nihil adhuc respondisset Dauid. Dicendum, ꝙ Abigail non erat certa, an Deus prohibuisset Dauid venire in sanguinem: locuta fuit tn̄ prudenter, quia ipsa petebat à Dauid, vt non deleret Nabal, & voluit demonstrare, ꝙ non dubitabat aliquo modo, quin Dauid condescenderet huic petitioni: iō dixit, ꝙ Deus prohibuerat eū, ne veniret in sanguinem. i. ꝙ Deus iam mutauerat propositū illius, ne vellet se vlcisci manu sua: & hoc vt Dauid verecundaretᷓ non assentire petitioni suæ. Est autem ista prudentia in petendo respectu quarūdam personarum, scilicet, ꝙ fingamus nos nihil dubitare, quin consentient petitioni nostræ: & ita petamus, quasi certissimè habituri, vt sic verecundētur confundere nos à certa spe: nam qui sperat, & non recipit, confunditur: si autem petamus quasi dubitātes damus locum subterfugiendi eis, à quibus petimus: cum innuamus nos suspicari, ꝙ non sunt facturi, quod petimus, vel dubitare an faciant. Ista tn̄ cautela non est conueniens petendo respectu omnium personarum, nec omni tempore: quia aliqua erit, à qua petendo, si certam spem consequendi ostenderimus, stulti iudicabimur, vt si nulla merita nostra apud illam personam præcesserint, pro quibus petitioni assentire debet, vel nisi merita causæ, in qua petitur, apertissima sint: prudentiæ ergo ista relinquenda sunt, quia non potest de eis dari regula in vniuersali. *Et nunc fiant sicut Nabal inimici tui*, idest, Domine mi, oro, ne consideres Nabal, qui stultus, & inutilis est: & opto, vt inimici tui fiant sicut Nabal, idest, quòd omnes redigantur ad talem statum, vt Nabal, ita vt nemo de eis curare debeat, nec velit. *Et qui quærit Domino meo malum*, idest, omnes, qui inquirunt mala tibi, qui es Dominus meus, fiant sicut Nabal. s. inutiles, & non potentes tibi nocere.

F *Cur Abigail dixit, quòd omnes inimici Dauid fierent sicut Nabal. Quæstio XII.*

QVAERET aliquis, quare dixit Abigail, quòd omnes inimici Dauid fierent, sicut Nabal. Respondēdum secundum Ra. Sa. ꝙ Abigail locuta est ista propheticè: nam post decem dies percussit Dominus Nabal: & mortuus est, vt patet infra in litera: hoc autē preuiderat Abigail propheticè, ideo optabat, ꝙ omnes inimici Dauid fierent sicut Nabal. i. morerentur in breui. Apparet etiam, ꝙ locuta fuerit propheticè, quia infra dixit: & cum benefecerit Dominus Domino meo, recordaberis ancillæ tuæ, & tu benefacies ei. Hoc autē sic fuit, quia post mor-
G tem Nabal assumpsit eam Dauid in vxorem, vt patet infra in litera. Item patet ex verbis Dauid, quia dixit infra: benedictus Dominus Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum: sed illi, qui mittuntur à Deo ad aliquid agendum, vel dicendum, dicūtur prophetæ: ergo Abigail propheticè locuta est. Item Hebræi ponunt sex, vel septem mulieres prophetissas, inter quas enumerant Abigail. Prima fuit soror Moysi, de qua Exo. cap. 15. Secunda fuit Delbora, de qua Iudi. capit. 4. & 5. Tertia fuit Anna mater Samuelis, de qua supra capit. 1. & 2. Quarta fuit Abigail, de qua hic. Quinta fuit, vt aliqui volūt, mulier illa, quæ locuta est ad Ioab, dicens: qui interrogant interrogent in Abela, & subdidit: nonne ego
H sum, quæ respondeo veritatem in Israel? hoc tamē non debebat aliquis de se profiteri, nisi esset prophetissa, qui errare non posset: ergo illa erat prophetissa. De hac infra 2. lib. cap. 20. Sexta erat Olda vxor Sellum, ad quam consulendum misit Iosias, infra 4. lib. cap. 22. Septima, vt quidam volunt, erat vxor Isaiæ: quia dicitur Isaiæ cap. 8. & accessit ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. Illa autem vxor sua erat, vt volunt Hebræi. Abigail ergo, quæ ponitur inter has septem, propheticè locuta est. Respondendum est, quòd an fuerit Abigail prophetissa ad sensum literæ huius nihil refert: quia si propheticè loqueretur, nihil egisset ad propositū: nā Abigail volebat impedire Dauid, ne occideret Nabal, & supra di-
I xerat, ꝙ non poneret cor suū super eū, quia stultus erat, & vir inutilis, ita hic dixit, ꝙ oēs inimici Dauid fierent, sicut Nabal. i. sic stulti, & miseri, ita vt nullus deberet curare de eis, iō ꝙ Dauid nō curaret de illo. Item si Abigail locuta fuisset hic propheticè prænūciando mortē Nabal, ex hoc debuisset supra ꝑsuadere, dicens: non mittas manū tuā in eū, quia Deus occidet eum post 10. dies, vel in breui: sed non dixit recurrens ad alia remedia suasionis rhetoricę. s. nō ponas cor tuū super illo, quia stultus est: iō non vr̄, ꝙ pręcognouerit mortem illam, nec fuit locuta propheticè. Item si Abigail locuta fuisset ꝓpheticè, nihil proficeret, quia Dauid non intelligeret, quod ipsa dicebat, nisi exponeret: ipsa tamen non exposuit: & etiam Dauid non intellexit per hoc mortem Nabal esse futuram in breui: quòd patet, quia cum dici-
K tur infra, ꝙ audiuit Dauid mortuum esse Nabal, dixit: benedictus Dominus, qui iudicauit causam opprobrij mei de manu Nabal: in quo innuitur, ꝙ Dauid gaudebat tanquam de aliquo, ꝙ nouiter cognouerat, si tn̄ Abigail locuta fuisset propheticè, Dauid pręcognouisset mortē Nabal: ergo nō locuta fuerat propheticè. An verò ipsa prophetissa fuerit in alijs, nō multū apparet, sed satis dici pōt, ꝙ aliqua dixerit ꝓpheticè, sicut id, ꝙ hr̄ infra, s. faciet tibi Dn̄s domū fidelem, quia pręlia Dn̄i tu pręliaris, & id, ꝙ sequitᷣ vsque ad illam partem. *Cum ergo fecerit tibi Dominus*. Alia autē non videntur dicta propheticè, sed magis

per

Resp. Rabi. Salomo.

Septē mulieres prophetissæ

Alia responsio

per prudentiam eius inuenta sunt, cum scriptura dicat, ꝙ erat prudentissima. Dauid quoque non laudauit eam tanquam prophetissam, sed tāquā eloquentem, vt patet infra .s. benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem. Cum autem arguebatur, ꝙ prophetice locuta fuerit, quia præuidit mortem Nabal. Dicendum, ꝙ non apparet, an præuiderit, sed dato, ꝙ præuidisset, dicendum, ꝙ ista verba non dicebantur ad signandam mortem Nabal, sed vt significaretur, ꝙ erat vir inutilis, & non etat de eo curandum. Ad secundum cum dicitur, ꝙ ipsa dixerit, ꝙ benefecerit Dominus Domino meo, dicendum, ꝙ quanquā Dauid accepit Abigail in vxorē post mortem Nabal, tamen ipsa non intendebat ibi de hoc matrimonio contrahendo, quod patet ex verbis: nam dixit: Cum benefecerit Dominus Domino meo, recordaberis ancillæ tuæ, & tu benefacies ei. Cum tamen Dauid accepit in vxorem Abigail, non benefecerat ei Deus plusquam benefecerat quando loquebatur Abigail ad eum: non ergo intellexit Abigail de matrimonio contrahendo, nec illud prænunciauit, sed putauit, ꝙ aliquo tempore futurus esset rex Dauid, & tunc orabat, ꝙ misereretur ei pro hoc bono, ꝙ nunc faciebat ipsi Ad tertium cum dicitur, ꝙ dixit Dauid: benedictus Dominus, qui misit te, &c. Dicendum, ꝙ ex hoc non innuit eam esse prophetissam, quia aliquis mittitur à Deo dupliciter. s. vel quia iubet ei Deus ire ad aliquid agendum, vel dicendum, aut quia ponit in corde eius, ꝙ aliquid agat, vel dicat. Primo modo qui mittuntur à Deo, vocant̄ prophetæ, quia illi dicuntur prophetæ, ad quos sermo Dei factus est. Secundo modo nō vocantur prophetæ, quanquam Deus illos mittat, quia non veniunt ipsi determinatè à Deo, sed quia volunt. Deus tñ posuit in corde eorum, ꝙ vellent, licèt ipsi nesciant, an Deus hoc miserit in corde eorum, quod facerent. Sic enim intellexit Dauid de Abigail. s. quia Deus incitauerat eum ad veniendum ad Dauid, quia hoc bonum erat, vt prohiberetur ab effusione sanguinis, sed non intellexit, ꝙ Deus iussisset ei venire. Ad vltimum, quādo dicitur, ꝙ Hebræi ponunt septem mulieres prophetissas, inter quas est Abigail: dicendū, ꝙ illud dictum non habet magnam firmitudinem. *Quapropter suscipe benedictionem hanc*, .i. quia non debes curare vlcisci iniuriam tuam in Nabal, quia est vir stultus, debes accipere benedictionem hanc. i. munera ista, quæ ego porto. q. d. si haberes animū vlciscendi iniuriam tuam in Nabal, nō deberes accipere munera ex parte eius, sed occideres ipsum, & deinde acciperes iure bellico quicqd velles de rebus suis: nūc aūt, quia nō debes vlcisci, bonum est, ꝙ accipias munera. Vocātur aūt ista munera benedictio, qa ex bona volūtate dantur: propriè. n benedictio significat multiplicationem, sicut patet 2. ad Corin. ca. 9. Abigail tamen non accepit in isto sensu, quia tunc ipsa iactaret munera sua ēē magna, sed ēt si verè magna fuissent, ipsa non vocasset illa magna: vocauit ergo benedictionem. i. libenter oblatum, quia spontè dabat ea, quę offerebat. *Quam attulit ancilla tua tibi Domino meo*. i. ego, quæ sum ancilla tua, attuli ad te ista munera. *Et da pueris tuis*. i. seruitoribus: vocantur hic pueri non ætate, sed officio famulandi, quia oēs famulabātur Dauid. *Qui sequuntur te Dominum meū*. i. qui veniūt tecum, & vadunt ad præceptum tuum quocunque iubes. *Aufer iniquitatē famulæ tuæ*. i. remitte iniquitatē. Sic ēt dr̄, Deus auferēs iniquitatē, & scelera, vt patet Exo c. 34. i. remittens peccata, Dixit aūt Abigail, ꝙ auferret Dauid istam iniquitatem eius, & non dixit iniquitatē Nabal. Habuit. n. in hoc artificiosum mo-

A dum suadendi: nam primo transtulit istam iniquitatem à Nabal in se, dicens: in me sit Domine hæc iniquitas, vt patet supr. in litera. & hoc fecit, vt cum peteret remissionem eius iam non peteret pro Nabal, sed quasi pro se, & sic dixit hic: Aufer iniquitatem famulæ tuæ. i. remitte. Et hoc fuit, quia Dauid facilius parceret Abigail, quàm Nabal: vnde si peteret̄ remissio nomine Nabal, fortè non concessisset eā Dauid, concessit tamen, cum petiuit Abigail nomine suo. Verè ēt dixit, iniquitatem famulæ tuæ, quia si pęna aliqua danda fuisset pro peccato Nabal, necesse erat, ꝙ ista pertineret partim ad Abigail: & præsertim cū dixisset Dauid, ꝙ non relinqueret de omnibus, quæ pertinebant ad Nabal vsque mane. Abigail tamen

B pertinebat ad Nabal, quia erat vxor eius: ideo ipsa occidenda erat. Et dato, ꝙ pp̄ Abigail voluisset Dauid nihil tangere de bonis Nabal, & de familia eius, sed solum occidere ipsum Nabal, adhuc puniretur nimis in hoc Abigail, cum occideretur vir eius. Peccatum ergo rectè censebatur ipsius, cum pęna ad ipsam peruentura foret. *Faciens enim faciet tibi Dominus Domino meo domum fidelem*. Hic suadet Abigail Dauid, ne occidat Nabal, quia Deus eleuaturus erat Dauid ad regale soliū, & omnes de linea sua regnaturi erāt. Iniustum ergo erat, ꝙ aliqua malicia reperiretur in tali viro. Si tñ Dauid vlcisceretur se manu sua, esset in eo peccatum: ergo nimis hoc cauere debebat. Et ista sententia est vsque ad illum locum. *Si enim surrexerit*. Dr̄ aūt, ꝙ Deus faciet Dauid domum fidelem, .i.

C domum firmam, quæ non permutabitur. Hoc dixit Abigail ad faciendū differentiam inter eum, & Saulem, quia Deus fecerat Saulem regem, & omnes successores sui regnaturi erant: quia tamen peccauit, non regnauerunt posteri sui, & sic non fuit domus sua firma: In Dauid aūt aliter futurum erat, quia ēt si peccarent filij Dauid, semper maneret regnum in domo Dauid: sic patet infr. 2. li. c. 7. & 1. Paral. c. 17. s. si iniquè egerit arguam eum: misericordiam autem meam non auferam ab eo: sicut abstuli à Saul, quem amoui à facie mea; & fidelis erit dom⁹ tua, & regnū tuum vsq; im sempiternū. De istis verbis dici pōt, ꝙ Abigail dixit ea propheticè, vel audiuit ea, quę dixe-

D rat Samuel de Dauid: nam hic ipsa denunciauit id, ꝙ futurum erat. Licet enim populares suspicarētur Dauid regnaturum esse, nullus tamen sciebat, an regnum eius firmum esset futurum, vel transmutaretur in aliam domum, sicut mutatum est regnū Saulis. Abigail autem prædixit hæc. *Quia prælia Domini Domine mi tu præliaris*, id est, Deus dabit tibi regnum firmum, quia tu facis bella Domini. i. bella, quæ Deus iubet fieri: Deus enim iusserat, ꝙ Israelitæ pugnarēt contra hostes Chananęos, & non relinquerent aliquem de eis, Num. c. 33. & Deut. 20. Dauid autem faciebat hoc, qa pugnabat cōtra Philisthinos, & alias gentes relictas de stirpe Chananeorum. Et apparet iste sensus, quia supra ca. 18. dixit Saul ad Dauid: esto

E vir fortis, & pręliare bella Domini. Ibi tamen solū iubebat ei pugnare contra Philisthinos: pugnando ergo contra illo, sfaciebat bella Domini. *Malicia ergo non inueniatur in te omnibus diebus vitę tuę*, idest, quia Deus debet te eleuare ad tantum honorem, iniustum est, ꝙ reperiatur in te aliquod peccatum aliquo tempore: quia cum honor debeat corrispondere virtuti, & te Deus seruet ad honorem maximum, debet in te abundantius, quàm in cœteris fulgere virtus, & consequenter magis debes fugere maliciam, quàm alij homines, sed quòd manu tua vlciscaris iniquitas est: ergo debes eam fugere. *Sic enim surrexerit*. Hic ponitur alia persuasio, & continuatur ista sententia vsque ad illam literam. *Cum ergo fecerit*.

Poteſt autẽ iſta litera introduci dupliciter: vno modo, tanquam conſequens ad precedentem. Alio modo, tanquam ſit perſuaſio diſtincta à præcedenti. Primo modo eſt ſenſus, ꝙ ſi Dauid obſeruaret ſe à malicia omnibus diebus ſuis, ſi aliquando inſurgeret aliquis ad perſequendum eum, Deus ſeruaret eum à periculo, & hoſtes ſui eſſent in maximis diſcriminibus. Secundo modo poteſt introduci tanquam alia perſuaſio: ſcilicet, quòd Deus diſpoſuerat de Dauid, quòd ſi aliquis perſequeretur eum, non incideret in periculum, & hoſtes ſui inuoluerentur damnis, ſed iuſtum erat eum, quem Deus ad tanta bona deſtinauerat, cuſtodiri immaculatum ab omni crimine. Occiſio autem Nabal non poterat eſſe ſine crimine, debebat ergo Dauid abſtinere ab ea. *Aliquando homo perſequens te*, ideſt, ſi aliquis homo voluerit te infeſtare, ſicut factum eſt: quia antequam eſſet rex habuit Saulem in hoſtem acerrimum, deinde verò habuit Philiſthinos, infra 2. lib. capit. 5. poſtea etiam habuit multas alias gentes in hoſtes, eodem lib. ca. 8. Dicunt Hebræi, quòd accipitur hic homo pro Saule, & quòd Abigail noluit vocare eum regem, ſed hominem, eoquòd non merebatur vocari rex, quia Deus abiecerat eum, ne regnaret ſuper Iſrael, ſupra cap. 16 etiam, quia perſequebatur Dauid, qui iuſtus erat. Sed non accipitur ſpecialiter pro Saule, ſed pro omnibus hoſtibus Dauid: nam Abigail non volebat dicere ſolum, quòd Deus cuſtodiret Dauid à Saule: ſed etiam ab omnibus alijs hoſtibus ſuis, quod patet: quia infra dicitur: erit anima Domini mei cuſtodita: porro anima inimicorum tuorum rotabitur: ergo non ſolum loquitur de Saule, qui erat vnus inimicus Dauid, ſed de omnibus inimicis eius, quotquot aliquando inſurgerent. *Erit anima Domini mei cuſtodita*, ideſt, quanquam aliquis hoſtis inſurgat contra Dominum meum, non periclitabitur, ſed erit anima eius, ideſt, vita ſua cuſtodita. Non accipitur hic anima pro ſpiritu, ſed pro vita: nam anima, ideſt, ſpiritus ſemper cuſtoditur quandocunque non datur in perditionem æternam, quanquam moriatur homo. Abigail autem volebat hic innuere, ꝙ etiam ſi aliqui perſequerẽtur Dauid, non moreretur, oportet ergo, quòd accipiatur anima pro vita. ſ. quòd illa erit cuſtodita, quia à nemine Dauid occideretur.

Aĩa quandoq; pro vita ſum̃itur.

Quaſi in faſciculo viuentium apud Dominum Deum tuum, ideſt, anima tua erit cuſtodita apud Dominum, quaſi in faſciculo viuentium, ideſt, quaſi Deus habeat eã ligatam in faſciculo cum alijs viuentibus. Litera Chaldaica dicit hic, quòd erit cuſtodita in vita æterna, ſed iſtud non agit ad propoſitum, quoniam non agebat hic Abigail de requie animæ Dauid poſt ſeparationem à corpore, quòd eſſet in vita ęterna, ſed de liberatione Dauid à perſequentibus. Aliter ergo dicendum eſt, ſcilicet, quod hic innuitur liberatio Dauid ab omnibus anguſtijs: & ponitur ſub metaphora: quod patet cum dicitur: quaſi in faſciculo, q. d. non erit verè in faſciculo, ſed quaſi. Quod patet etiam per ſimilitudinem inimicis Dauid, cum dicitur, ꝙ anima inimicorum ſuorũ rotabitur, quaſi in impetu, & circulo fundæ: ſed manifeſtum eſt, ꝙ nulla anima rotatur in circulo fũdę, ergo eſt metaphora. In quo ſciendum ꝙ vita, & mors hominis in manu Dei ſunt, & cum voluerit, ꝙ aliquis viuat, non poterit tangi aliquo periculo, & ſi voluerit, quòd aliquis moriatur, omnia mala inuenient eum, & incidet vbicunque in pericula: finxit ergo ſcriptura oẽs illos, quos Deus vult liberari à morte, eſſe colligatos in vno faſciculo, & nemo poteſt tãgere aliquem de illis, quia illi colligati ſunt, & apud Deum cuſtoditi. Fingit etiam, ꝙ illi, quos Deus vult tradere in mor-

F tem, permittuntur cadere in omnes aduerſitates, &
volui per omnia infortunia: vnde ſunt ſemper in
motu periculorum, ſicut ſi eſſent in circulo fundæ:
vbi eſt magnus motus, & impetuoſus: anima autem
Dauid. i. vita eius erat ligata in faſciculo viuentium,
. ſ. ꝙ Deus poſuerat ibi Dauid cum alijs hominibus,
de quibus diſpoſuerat, ꝙ viuerent: iõ nemo poſſet ei
nocere. *Porro anima inimicorum tuorum rotabitur*, .i. non
erit ſic de inimicis tuis ſicut de te, ſed anima, .i. vita
ipſorum rotabitur. i. mouebitur per omnia infortu-
nia, quia ipſi ſunt de illis, quos Deus vult perire: ideo
permittet eos cadere in omnem aduerſitatem for-
tunæ. *Quaſi in impetu, & in circulo fundæ*. i Deus ꝑmittet,
ꝙ vita hoſtium tuorum rotetur per omnia pericu-
G la cum magno impetu . ſ. ꝙ quando exiret de vno
periculo, immediatè intret in aliud, ſicut lapis, qui ẽ
in circulo fundæ, regyratur impetuosè. Vocatur cir
culus fundæ ipſe locus, in quo lapis ponitur: & voca
tur circulus, quia locus ille eſt circularis, vt lapis ibi
benè teneatur. In Hebræo habetur. *In palma fundæ*. ꝙ
idem eſt: quia locus ille, in quo ponitur lapis, voca-
tur palma. *Cum ergo fecerit*. Hic ponitur alia perſuaſio
ad non occidendũ Nabal, & durat vſq; ad illũ locũ.
Et cum benefecerit. Intẽdit aũt hic dicere Abigail, quod
debet cauere Dauid, ne habeat aliquem ſcrupulum
de commiſſis. Deus enim exaltaturus erat illum ad
magnum honorem, & daturus ei omnem proſperi-
tatem: ꝙ ergo in tꝑe illo hr̃et aliquem ſcrupulũ, ſi-
H ue remorſum cordis, quo torqueretur, erat tolli ma
gnam partem fœlicitatis ſuæ, ꝙ erat valde inconue
niens: ſi aũt Dauid nunc occideret Nabal, peccaret,
& tota vita ſua haberet remorsũ iſtũ. ſ. ꝙ vltus fuiſ-
ſet ſe manu ſua, ergo non debebat nũc occidere Na
bal, ne poſtea haberet remorſum, & fędaretur ſua fę
licitas. Iſtud argumentum eſt nimis efficax pro illis,
qui habent aliquid conſcientię: nam dato, ꝙ nõ deſi
ſterẽt peccare ꝑꝑ Deum, nec ꝑꝑ mala, quæ æterna-
liter paſſuri ſunt, ſaltem deberent ceſſare à peccato
ꝑꝑ remorſum conſcientiæ, quem hic patiũtur: nam
licèt actus peccati ſit breuiter trãſiens, memoria tñ
ſceleris ſemper manet, quæ hominem torquet. *Cùm*
ergo tibi fecerit Dominus Domino meo omnia, quæ locutus eſt,
I *bona de te*. i. compleuerit facere tibi omnia, quæ pro-
miſit. Iſtud refertur ad rem, quia promiſerat eum re
gem facere, & dare ei domum fidelem. Sciebat au-
tem Abigail, ꝙ multa bona Deus promiſiſſet facere
Dauid, ſiue hoc ſciuiſſet propheticè, ſiue quia audi-
uerat ea, quæ Deus dixerat Samueli, nihil differt. *Nõ*
erit tibi hoc in ſingultum, ideſt, non habebis hoc, de quo
lugeas. Singultus enim ad gemitum pertinet. *Et in*
ſcrupulum cordis Domino meo, ideſt, non habebis remor
ſum in corde. Iſte ſcrupulus eſt remorſus conſcien-
tiæ, quem homo habet pro ſcelere: & ſunt iſti ſcru-
puli, homine inuito: nam dato, quòd velit homo nõ
recordari ſcelerum, torquet eum memoria ſceleris,
eoꝙ iſta memoria data eſt à Deo in remedium, & in
pœnam. In remedium quidem viris bonis, vt me-
mores ſcelerum doleant de culpis, & ſic abluantur
K culpæ. In pœnam autem dati ſunt malis ſcrupuli,
eoꝙ ipſi memores peccatorum ſuorum affliguntur
nimis, & non poſſunt quietem habere, quanquam
eam deſiderent. Sic enim dicit Auguſt. in libro con-
feſſionum. Iuſſiſti Domine, & ſic eſt, vt pœna ſit ſibi
omnis inordinatus animus, ſcilicet, per remorſum
conſcientiæ. Et cum aliqui fecerunt aliqua grauia
ſcelera, & illorum recordantur, dolent nimis, & vt
nõ patianẽ hanc amaritudinẽ, volunt cõicare alijs,
vt per collocutiones memoria tollatur ſcelerum.
Et quia interdũ non poſſunt iſti etiam hoc mõ eui-
tare facinorum memoriam, occidunt ſeipſos fugiẽ-
tes

tes vitam amaritudine plenam. De hoc Arist. Ethi. lib. 9. ait. Quibus autem multa opera sunt, & dura, & propter maliciam odiuntur, fugiunt viuere, & interimunt seipsos, atque fugiunt: recordantur enim multorum, & difficilium, & talia altera sperant secundum seipsos euntes: cum alteris autem euntes obliuiscuntur. De hoc satis Aristot. Ethic. 9. de hoc etiam Sapientiæ cap. 18. *Quia effuderis sanguinem innoxium*, idest, non recordaberis de hoc malo, scilicet, ꝙ effuderis sanguinem innoxium, q. d. semper caueas effundere sanguinem innoxium, vt quando perueneris ad fælicitatem tuam, non recorderis huius delicti, & ex hoc torquearis. *Aut ipse te vltus fueris*. Istud est alterum delictum. s. quòd aliquis propria auctoritate vindictam petat, q. d. non solum debes cauere, ꝙ non effundas sanguinem innocentem, sed etiam, quòd non effundas sanguinem nocentem propria auctoritate vlciscendo iniuriam tuam. In hoc tangit Abigail casum suum. s. quòd Dauid non occideret Nabal, alioquin, quanquam effundendo sanguinem illius, effunderet sanguinem noxium, cum ille peccauisset: tamen Dauid peccaret hoc faciendo, & recordaretur huius, quando esset in sua prosperitate. *Et cum benefecerit Dominus Domino meo*. Hic ponit Abigail quoddam incidentale: concluserat enim, ꝙ Dauid non effunderet sanguinem Nabal, & videbatur sibi, quòd iam Dauid assensisset petitioni suæ, eo quòd attentè audiebat: ideo voluit aliquid vltra præcari. s. quòd quando Dauid veniret ad prosperitatē suam recordaretur ipsius Abigail ad benefaciēdum ei. Et dicitur: cum benefecerit Dominus Domino meo, idest, quando fecerit eum regem, sicut promisit: nunc enim quotidie faciebat bona Deus Dauid, quia liberabat eum ab omni periculo. Abigail tamen intendebat de bono maximo, quod facturus erat ei. s. quòd exaltaret ipsum in regem. *Recordaberis ancillæ tuæ*. i. mei, quæ sum ancilla tua. Hoc dicebat Abigail pro beneficio spontè collato: quia nunc venerat ferens ei munera. *Et tu benefacies ei*. i. oro te, ꝙ tunc benefacias mihi. Hoc autem abundanter fecit Dauid, quia accepit eam in vxorem mortuo Nabal. Non poterat autem maius ei impendere bonum, q̄ comparem eam facere: & in hoc dicunt Hebræi, ꝙ ipsa Abigail obtulit se Dauid, vt eam acciperet: & ob hoc dicit Ra. Dauid Kimhi, quod ablata vna litera de hoc nomine Abigail, cū debuisset vocari Abigail in dedecus eius, sed istam literam deficientem non reperi in Hebræo, quia fortè non eodem modo scribitur in omnibus libris. Sed hoc non stat: quia Abigail non innuit hic Dauid, ꝙ acciperet eam in coniugem: nec habet hoc aliquam apparentiam ex eo, ꝙ hr̄ inf. s. ꝙ immediatè post mortē Nabal accepit eā Dauid in vxorē: nā illud non petiuit ipsa: ꝙ patet ex verbis eius cum dixit. Cum benefecerit Dominus Domino meo recordaberis ancillæ tuæ. Sed adhuc non benefecerat Deus Dauid, quando accepit ipsam in vxorem: ergo non petebat ipsa hoc, sed quia sciebat eum futurum regem: petebat, vt quando rex esset benefaceret ei. *Et ait Dauid ad Abigail*. Hic ponitur Dauid responsio: nam in omnibus superioribus nihil locutus fuerat, sed attentè audiebat Abigail, eo quod verba sua erant dulcia. Et agit Dauid duo. Primo gratias agit Deo, quia liberauit eum de malo. Secundo benignè expedit Abigail promisso ei bono, ibi. *Suscepit ergo*. Dixit autem Dauid. *Benedictus Dominus Deus Israel*, scilicet: quia ipse benefecit mihi mittendo te in occursum meum, vt liberarer à peccato. Attribuebat enim hic Dauid istud bonum Deo: nam licèt Abigail venisset ad ipsum, & propter sermones eius cessauisset à vindicta, quam

A petebat; tamen putabat, quod ipsa non fuisset mota ad veniendum, nec ipse ad assentiēdum verbis eius, nisi Deus instigasset vtrunque. Ipsi igitur tanquam causæ primæ huius gratiæ referendæ erant. *Qui misit te hodie in occursum meum*, idest, posuit tibi in corde, ꝙ venires ad occurrendum mihi: non enim intelligit Dauid, quòd Deus misisset eam iubendo ei, quòd veniret. Nam alioquin ipse non suasisset orando, sed referendo missionem, scilicet, Dominus misit ad te, vt facias hoc, & mox obediuit Dauid. *Et benedictum eloquium tuum*, idest, eloquentia, vel dulcedo verborum, quia verbis tuis induxisti me, vt non facerem malum, quod disposueram. In hoc apparet, quòd Dauid intelligebat Abigail non fuisse locutam prophe-
B ticè, sed solum per eloquentiam induxisse eum. *Et benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem*. Agit gratias Dauid Abigail, quia aduentus eius liberauit ipsum à peccato, scilicet, quòd non iret ad sanguinem, idest, ad effundendum sanguinem, quia disposuerat occidere totam familiam Nabal, & ne vlciscerer me in manu mea, idest, vt non sumerē vindictam per meipsum. q. d. quanquam vindictam velim de Nabal, si manu mea eam acciperem peccarem. Nunc autem aliter accipiam, & non peccabo: sciebat enim Dauid illicitum esse, quòd quis manu sua se vlciscatur, Deuteronom. ca. 32. cum dixit Deus, quòd daretur sibi vindicta. s. mea est vltio, & ego retribuam, & non deberet aliquis alius se vindi-
C care, nunc tamen passione inflammatus non attendebat ad hoc. Abigail autem fecit eum memorem, ideo destitit à vindicta. *Alioquin viuit Dominus Deus Israel*, idest, si sic nō fuisset, quòd tu prohibuisses me, iuro per vitam Dei Israel. *Qui prohibuit me ne malum facerem tibi*, idest Deus impediuit, ne facerem tibi malum mutando cor meum à desiderio vindictæ. Et dicitur. ne facerem tibi malum, quia malum, quod volebat facere Dauid Nabal redūdabat in Abigail, cum Dauid iurasset occidere omnes de familia Nabal: perijssent etiam omnia bona Abigail, quia erant bona Nabal viri sui. Respondit autem Dauid hic conformiter ad modum loquendi Abigail, scilicet, cum dixit: in me Domine, sit, hæc iniquitas. Et po-
D stea dixit: aufer iniquitatem famulæ tuæ: ita Dauid dicit se remisisse ipsi Abigail, scilicet, vt nō facerem tibi malum, & non dixit, vt non facerem Nabal malum: quasi hoc malum totum inferēdum esset Abigail. Vel potest intelligi aliter, scilicet, quòd si Dauid vindicasset se manu sua, egisset duo. Primò sumpsisset vindictam quantum ad ipsum Nabal, qui peccauerat. Secundo effudisset sanguinem innocentem, quantum ad omnes de familia Nabal, qui nihil peccauerat, & quia istud erat maius peccatum, quā sumere vindictam, dixit de hoc. s. ne malum facerē tibi: nam quantum ad Abigail non fuisset vindicta, sed effusio sanguinis innocentis.

E *An simul Deus, & Abigail prohibuerit, ne Dauid faceret malum. Quæst. XIII.*

QVAERET aliquis, quomodo dixit hic Dauid, quòd Deus prohibuit eum, ne faceret malum, cum supra dixerit: benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem: dicēdum, quòd vtrunque stat: Abigail nanque veniens ad Dauid locuta est, & prohibuit Dauid à vindicta, ipsa tamen non venisset, nisi Deus instigasset eam ad veniendum: sic innuit Dauid, dicens: benedictus Dominus Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meū. Vnde dicebatur Deus prohibuisse Dauid à malo inquantū misit Abigail ad prohibēdū: & sic accipitur

pitur hic. Abigail aũt dicebatur prohibuisse, inq̃tũ
ipsa venit,& prohibuit. *Nisi cito venisses in occursum mi-
hi*, q d. ꝙ venire voluisses: si tamen non venisses ci-
to, sicut venisti, ego vltus fuissem in Nabal. Hoc pa-
tet, quia quando Abigail descendebat in latere mõ-
tis, in quo tunc manebat vir suus, occurrit ei Dauid
ex aduerso veniens ad delendũ Nabal. Et sic, si parũ
mansisset non veniens præoccupasset Dauid delere
omnia, quæ erant ipsius Nabal. *Non remansisset de Na-
bal*.i de pertinentibus ad Nabal. *Vsque ad lucem matuti-
nam*.i. vsque ad auroram. *Mingens ad parietem*.i. nullus
de familia sua mansisset: sic.n. iurauerat Dauid.s. hęc
faciat Dominus inimicis Dauid, si relinquero de oĩ-
bus, quæ ad eum pertinẽt mingentem ad parietem.
Suscepit ergo Dauid. Hic ponitur benigna expeditio
Abigail promisso ei bono: & apparet in hoc, ꝙ su-
scepit de manu sua omnia, quæ attulerat: nam cum
illa essent de pertinentibus ad Nabal, si Dauid voluis
set vindictam, non accepisset ea in munere de ma-
nu Abigail, sed deleuisset eam cum omnibus, quæ
pertinebant ad Nabal: & accepisset de rebus eius q̃c
quid vellet iure suo. *Dixitque ei. vade pacificè in domum
tuam* .i. reuertere securè, ne timeas, ꝙ aliquod malũ
inferatur tibi, aut viro tuo. *Ecce audiui vocem tuam* .i.
consensi petitioni tuæ. Et hoc quantum ad duo; pri
mò, quantum ad vindictam.s. ꝙ non vlcisceretur se
manu sua. Secundò, quantum ad bonum, quod peti
uit.s. vt recordaretur eius, cum Deus benefaceret il-
li. *Et honoraui faciem tuam*. Istud fuit in duobus. Primò,
quia voluit recipere de manu eius munera. Interdũ
enim Domini magni dedignantur suscipere mune-
ra infimorum, quasi nõ sit dignum eos de manu ho-
rum quicquam recipere. Cũ autem acceperint ho-
norant illos, à quibus accipiunt.s. indicando eos ta-
les esse, à quibus magni viri recipere debeãt: & quia
Dauid recepit de manu Abigail honorauit faciem
suam, quia è cõtrario nimis confusa fuisset Abigail,
& erubesceret, si Dauid refutasset eius dona. Secun-
dò honorauit faciem eius cum propter pręsentiam
eius, & verba destitit à vindicta, quam petere inten-
debat, & fortè hoc non fecisset Dauid si aliquis ma-
gnus vir orasset, fecit tamen, quia suasit Abigail. *Ve-
nit autem Abigail ad Nabal*.s. steterat Abigail cum Da-
uid in latere montis: & ibi obtinuit, quod petebat.
inde quoque regressus est Dauid in locum suum nõ
accedens ad domum Nabal. Abigail verò redijt cũ
pueris suis in domum suam. *Et ecce erat ei conuiuium in
domum eius, quasi conuiuium regis* .i. quãdo redijt Abigail
ad Nabal, habebat Nabal conuiuium magnum in
domo sua, sicut reges faciunt: & hoc, quia Nabal ha
bebat familiam magnam, etiam quia conuenerant
ad eum multi tonsores gregum, & omnes comede-
bant die illa in domo eius. Vocatur autem conui-
uium quasi regis propter multitudinem conuiuan-
tium, & propter ciborum affluentiam: in quo appa-
ret rusticana tenacitas Nabal, quia de eo, quod supe-
rerat, nihil dare voluit Dauid. Vxor autem sua de-
dit copiosa munera: & adhuc post hoc erat tanta ci-
borum copia, vt videretur conuiuium regis. *Et cor
Nabal erat iocundum*. Ista iocunditas non erat ex tran-
quillitate mentis, nec ex fruitione magnorum cibo
rum, sed ex carẽtia mentis.s. quia ebrius erat nimis,
vt patet in litera. Ebrij autem iocundi sunt, & ca-
nunt, quia nulla eos tunc cura molestat: vnde istud
remedium est datum ad hoc, quòd ad horam tristi-
cia hominis auferatur.s. quòd inebrietur, & obliui-
scetur tristicia sua: sic patet Prouerb. 21. cap.s. datæ
siceram merentibus, & vinum his, qui amaro sunt
animo: bibant, & obliuiscantur egestatatis suæ, &
doloris non recordentur amplius. *Erat enim ebrius ni-*

Vini effectus.

F *mis*. Non solum ebrius erat, sed etiam nimis: erat
quippe dies illa conuiuij magni, & ipse epulis, & po
tibus se tradiderat. *Et non indicauit ei verbum pusillum,
aut grande vsque mane*, i. quãquã tunc venerit Abigail
ad virum suum, tamen nihil locuta fuit ei de his, q̃
acciderãt, eo quòd ebrius erat, & nihil intelligeret.
Mansit autem ebrietas tota illa nocte, ideo vsq; ma
ne non locuta est ei. *Diluculo autem cum digessisset vinũ
Nabal*. Obseruauit Abigail tempus ad loquendũ vi-
ro, scilicet diluculo, quia per totam noctẽ satis erat,
quòd vinum digereret, cùm bibisset copiosè. In au-
rora autem iam digesserat, & erat sanę mentis. *In-
dicauit ei vxor sua verba hæc*, scilicet, quomodo attule-
rat munera ad Dauid, & quòd Dauid venisset arma-
G tus ad delendum eum cum tota domo sua. *Et emor-
tuum est cor eius intrinsecus*, i. auditis verbis tantum ti-
muit, ꝙ mortuũ est cor eius. Et dr̃ intrinsecus. q. d.
licet extrinsecus videret̃ Nabal viuens, tñ intrinse-
cus mortuus erat. Ra. Sa. & Ra. Dauid Kimhi dñt, ꝙ
hoc passus est Nabal audito, ꝙ vxor sua tãta munera
impẽdisset Dauid, q̃bus videbatur depauperatus. Sed
hoc nihil est, quia ipse expenderat valde plura cũ ha
buisset die præcedenti conuiuiũ, quasi regis: sed fuit
hoc propter timorem magnum, qui reddit homi-
nem attonitum, & immobilem, & quasi mortuum.
Et factus est quasi lapis, idest, factus est immobilis sicut
lapis: in quo patet, quòd fuit hoc ex timore. Nam si
doluisset de magnis expensis accenderetur in iram,
H quæ magis hominem facit inquietum: timor autẽ
immobilem reddit, sed Nabal factus est quasi lapis
ergo ex timore hoc habuit.

Cunque pertransisset decem dies. Hic ponitur vltimum
huius cap. scilicet mors obbrobriosa Nabal, & rela-
tio eius facta Dauid. Dicitur autem quòd post decẽ
dies mortuus est Nabal, scilicet computando ab eo
tempore, quo vxor sua retulit ei de Dauid. *Percussit
Dominus Nabal*, idest, misit aliquam plagam super eũ,
scilicet pestem, vel aliquid aliud, quo breuiter more
retur. Et fuit ista mors quasi violenta cum non ve-
nerit ex conditione naturæ, sed est inflicta à Deo in
pœnam. *Et mortuus est*, scilicet quia percussio Dei
fuit ad mortem.

Nabal quo mortuus est.

I

Cur post decem dies Nabal mortuus est. Quæst. XIIII.

QVAERET aliquis, cur post decem dies Nabal
mortuus est. Respondet in Ra. Sa. quòd hoc
factum est, quia improperauit decem iuueni-
bus, quos misit Dauid, vt patet supra: vel dicit hoc
factum, quia dixit decem verba iniuriosa cõtra Da-
uid. Alij autem dicunt, ꝙ fuerunt dati isti decem
dies ad pœnitentiam: nam Hebræi dolebant in die
propitiationis de peccatis suis, & ista est dies decima
mensis septimi, qui est September secũdũ Hebręos,
de qua die Deus dixerat, quòd anima, quæ non affli-
geret̃ in illa, periret de populo suo. Leui. c. 16. & 23.
K Præsupponit autem Ra. Sa. ꝙ dies ista, in qua facie-
bat cõuiuium Nabal, erat dies clãgoris, quæ est dies
prima mensis septimi: & ab illa vsque in diem pro-
pitiationis sunt decem dies. Dati sunt autem isti de-
cem dies Nabal, vt superuiueret vsque ad diem ꝓpi-
tiationis, in qua pęniteret, & propitiaretur ei Deus.
Sed hic est duplex error. Primus, quia præsupponit
Ra. Sa. ꝙ dies, in quo fiebat conuiuium istud, erat
dies clangoris, sed falsum est, vt supra probatũ fuit:
nam in hac die non tonderet Nabal greges, cum es-
set festum solenne: in quo abstinendũ erat ab om-
ni opere seruili, Leui. c. 25. Secũdus error, q̃a pręsup-
ponit Ra. Sa. ꝙ ad hoc, ꝙ pęniteret Nabal de deli-
ctis suis, & Deus propitiaret̃ ei, oportebat expectari
diem

diem propitiationis, quia in illa die Deus remittebat peccata, sed hoc falsum est, quia nihil magis in illa die, quàm in alijs, & cęremoniæ illæ, quæ fiebant pro peccato in die propitiationis, non auferebant aliquod peccatum, vt declaratum est latè Leu. c. 16. Alij dicunt, ꝙ dati sunt isti decem dies Nabal ad pęnitendum: nō quidem quasi dies decimus esset dies propitiationis, sed vt in illis decē diebus posset Nabal lugere pro peccatis: & isti rationabilius dicunt, quanquam hoc non vult Rab. Dauid Kimhi. Alij Hebræi dicunt, quòd isti decem dies dati fuerunt, vt planctus Samuelis non misceretur cum planctu Nabal. Præsupponunt enim, quòd planctus Samuelis adhuc durabat, quando tondebat Nabal greges, quod satis est alienum, cum litera non det aliquam verisimilitudinem ad hoc. Sed dato, ꝙ durarent tunc planctus iste, nihil attinebat planctum Nabal misceri planctui Samuelis: quia ex hoc non fœdabatur honor Samuelis: præsertim, quia non erat hic aliqua mixtio planctus, dato, ꝙ eodem die morerentur ambo: quia hoc esset si illi, qui plangebant Samuelem cōuenire debuissent ad plāctum Nabal: sed hoc non erat, quia Samuel plangebatur à toto Israel, vt patet in principio cap. Nabal autem plangeretur solum à domesticis suis, & cognatis. Dicendum autem, ꝙ non est danda aliqua causa in his, sed solum quia Deus voluit: Nabal enim peccauerat, & Deus percussit eum pro peccatis suis. Dedit autem illi tempus tantum quantum voluit, siue ad pœnitentiam, siue ex alia causa. *Quòd cum audisset Dauid mortuum Nabal.* Erat Dauid in deserto, in quo prius morabatur, & erat circa vrbem Maon, & circa possessionem Nabal in Carmelo, ideo potuit ei annunciari mors Nabal immediatè, vt accidit. *Benedictus Dominus, qui iudicauit causam obbrobrij mei de manu Nabal.* Agit Dauid Deo gratias, quia percussit Nabal ꝓ iniuria sibi illata. Cum enim Nabal mortuus fuerit ita breuiter post iniuriā illatā Dauid, & mors eius fuerit quasi violenta, credidit Dauid, ꝙ fuisset ista mors propter iniuriam sibi illatam, ideo egit Deo gratias, quia iudicauit causam obbrobrij sui, idest, fuit iudex de obbrobrio sibi inflicto à Nabal, & intulit pœnam Nabal pro eo. Vocatur autem obbrobrium, quia ista iniuria non fuit in rebus, sed in verbis mordacibus, vt patet supra. *Et seruum suum custodiuit à malo.* i. custodiuit me seruū suum à malo culpæ. s. ne manu mea vindictam sumerem, quod fortè fecissem, nisi Deus prohibuisset. *Et maliciam Nabal reddidit Dominus in caput eius.* idest, & Dominus dedit Nabal pœnam pro malicia sua, & sic ego habui vindictam sine crimine.

An Dauid peccauerit gaudendo de morte Nabal.
Quæstio. XV.

QVAERET aliquis, an Dauid peccauit gaudendo de morte Nabal. Aliquis dicet, ꝙ sic, quia sicut illicitum est alicui se vindicare, ita illicitum est desiderare vindictam. Dauid tamen gauisus est de vindicta, scilicet, quia Deus iudicauerat causam obbrobrij sui de manu Nabal, ideo peccauit hoc desiderando. Item non solum secundum legem Dei, sed etiam apud philosophos iniquum reputaretur istud gaudium: sic patet Ethico. lib. 2. c. ꝙ quædam sunt, quæ mox nominata malicia sunt conuoluta: & ponitur ibi exemplum, vt in inuidia, & gaudium de malo. Gaudebat tamen hic Dauid de malo Nabal, ergo peccabat. Item de morte alicuius nunquam gaudendum est, etiam si sit iniquus: sic dicit Cato.

A *Morte repentina noli gaudere malorum.*
Fęlices obeunt, quorum sine crimine vita est,
Dauid tamen gaudebat de morte nabal, ergo peccabat.

In contrarium dicet aliquis, ꝙ licebat ei gaudere de vindicta inflicta à Deo, quia Psal. 47. dicitur: Lętabitur iustus, cum viderit vindictam, & lauabit manus suas in sanguine peccatoris. Respōdendum est, ꝙ nulli homini licet vindictam appetere, nec gaudere de illa si proueniat: quia qui gaudet de vindictā rancorem habet. Rancor tamen peccatum est, nec debet habere quisquam rancorem ad proximū suum pro offensa quantuncunque graui: quanquā possit petere sibi satisfieri ꝓ inflicta iniuria nō amore vindictæ, sed zelo iustitiæ: & tunc si infligatur pęna criminoso, non debet gaudere aduersarius, quia ei pęna infligitur, sed quia iustitia executioni tradit. De Dauid autem sic dicendum est, ꝙ si ipse gauisus fuisset de vindicta, principaliter peccauisset: tamen non fuit hic gaudium suum de vindicta directè, sed de hoc, ꝙ Deus seruauit ipsum à malo. s. quia ipse disposuerat delere Nabal, & domum suam. Deus autem immutauit cor eius, vt non faceret. Hoc autē dicit ipse in litera. s. seruum suum custodiuit à malo. i. à culpa. Cū autem dicitur, ꝙ gauisus est de morte Nabal. Dicendum, ꝙ potuit gaudere dupliciter licitè de hac morte. Primò, ꝙ non gauderet in hoc, ꝙ aduersarius suus peribat, & per hoc vindicaretur de malo suscepto, sed ꝙ gaudebat de pęna Nabal īquātum iustè infligebatur secundum ordinem diuinæ iustitiæ: & sic licet nobis gaudere de occisione malefactorum, non inquantum illi pereunt, quia potius dolere debemus propter naturam, quæ nobis, & illis communis est, sed gaudemus, quia leges iustæ habent executionem, & quia sic tollitur perturbatio reipublicæ, & procuratur fęlicitas politiæ. Secundò poterat gaudere Dauid licitè de hac morte, inquantum per eam sibi tollebatur occasio mali: nam licet Dauid pepcisset domui Nabal ꝓpter Abigail: tamen recordaretur iniuriam, & aliqua die habita leui occasione, deleret Nabal cum domo sua. Cum autem nūc Deus occidisset Nabal auferebat Dauid occasionem vindicandi se, ideo gaudebat pro hoc, quod erat bonum spirituale: sic etiam licet nobis indirectè gaudere de morte hostium, & maleuolorum nostrorum: non quidem ꝙ pereunt, sed quia per eorum mortem securitas nobis acquiritur. Licet autem nobis gaudere in bonis nostris, dum tamen simul non gaudeamus de malis aliorum. Ad rationem in contrarium cùm dicitur: lætabitur iustus cùm viderit vindictam. Dicendum, ꝙ ibi nō accipitur vindicta propriè, sed materialiter. Est enim vindicta propriè dicta quando aliquis gaudet de pęna alterius, inquantum per illam satisfit iniuriæ suę per contrapassum: & hoc modo non licet alicui viro iusto gaudere de vindicta. Alio modo accipit vindicta materialiter, scilicet, pro pęna, quam aliquis suscipit non referendo illam, vt est satisfactio iniuriæ susceptæ. Et hoc modo quandocunque alicui hosti alterius pęna infligitur siue à Deo, siue ab homine, est vindicta illius, cuius est hostis, etiam si iste iam mortuus fuerit. Cū igitur Deus punit aliquem iniustum pro malis, quæ infert alicui iusto, potest ille iustus, & omnes alij gaudere de malo, qđ patitur ille, non quia patitur, sed quia iustè infertur, & ne permaneant iniusti semper in pertinacia sua gloriantes de malo. Hoc modo poterant sancti martyres gaudere, si Deus infligeret aliqua mala tortoribus suis: nō quidē, vt illi vindicaretur, sed vt appareret iudices, & tortores illos iniustè egisse, & vt manifestaretur gloria Dei in puniendo iniquos. Et hoc modo

Nunquā licet appetere vindictā de inimico.

Dauid quō gauisus est de morte Nabal.

Ad rōnē in contrarium. Vindicta qd.

modo sæpe sancti petunt vindictam. Sic patet Psal. 79.f. Vindica Domine sanguinem seruorum tuorũ, qui effusus est: intret in conspectu tuo gemitus cõpeditorum. Sic etiam patet Apoca.c.7. de illis, quos vidit ibi Ioannes sub throno Dei petentes vindictã sanguinis sui effusi, vbi semp vindicta accipitur materialiter. Alia autem argumenta probant, ꝙ Dauid peccasset gaudendo in morte Nabal. Ad primum cum dicitur, ꝙ non licebat ei gaudere in morte Nabal, nec desiderare vindictam, concedendum est, accipiẽdo formaliter, sed bene licebat gaudere de vindicta materialiter, vt supra declaratum est. Ad secũdum ex auctoritate philosophi.s. ꝙ gaudere de malo semper sit malum, Dicendum, ꝙ intelligitur de malo culpæ, vt siquis gaudet, quia alius peccat. Vel accipitur malum de malo pœnæ, quando pęna iniustè infligitur. Si autem iustè aliquis puniatur non dicit philisophus malũ ẽẽ, ꝙ qs gaudeat de pęna illa, qn potius dicit ẽẽ pctm̃ siquis gaudeat de ĩpunitate malorũ, & quia prosperantur: & vocantur epitatomachi i. gaudentes supra modũ, & de malo. Illi aũt, q dolent de prosperitate malorum, & gaudent, qñ puniuntur, laudantur ab eo, & vocantur nemesitici. Est enim nemesis passio laudabilis. De hoc Ethic. lib. 2. circa finem. Ad tertiam rationem ex auctoritate Catonis, dicendum, ꝙ non licet alicui gaudere de morte repentina malorum inquantũ illam mortem accipit in vindictam: licet tamen gaudere de illa inquantũ à Deo iustè infligitur, & vt per eam cessat turbatio reipublicæ: sic autem fuit de Dauid, qa non gauisus est directè de morte Nabal inquantum erat vindicta, sed alijs modis, vt supra declaratũ est.

Ad primã.

Ad secũdam.

Ad tertiã.

Misit ergo Dauid. Hic ponitur de bono, quod egit Dauid Abigail mortuo Nabal.s. accepit eam in vxorẽ, & dicitur: misit Dauid.s. nuncios ad Abigail. *Et locutus est ad Abigail.* scilicet, per nuncios, quos misit, quia ipse manebat tunc in deserto in loco suo, vt sumeret eam sibi in vxorem i. misit ei ad nunciãdum, ꝙ volebat eam accipere in vxorem. Credẽdum est, ꝙ hoc fuerit aliquãto tpe post mortẽ Nabal: nã inhonestũ erat, ꝙ nõdũ finito planctu viri, mulier alteri copularetur in vxorem. Nam ex hoc signaretur, ꝙ non satis casta fuerat, dum mansit cum illo viro. Et ob hoc leges humanæ sanxerunt, ne fęmina trãsiret ad secundas nuptias, nisi, expleto anno luctus: alioquin lex punit eam. Quod etiam rationabiliter factum est, ne semina misceantur.s. vt si fętus sequatur, non dubitetur, an sit viri prioris, vel sequentis: q̃q̃ canon absoluit fęminã ab oĩ legali pęna, si acceperit virũ s̃m ante finitum annũ luctus dans licentiam nubendi in Domino, cui voluerit, mortuo primo viro, vt patet extra de secundis nupt. cap. cum secundum Apostolum. De Abigail tamen credendum est, quòd cùm esset fœmina magnæ honestatis non acciperet aliquem virum vsque ad aliquantum tempus post mortem Nabal. Dauid quoque, qui vir prudens erat, & honestus, nollet eam immediatè accipere, vt Nabal mortuus est: quia ĩduceret eam ad inhonestatem. *Et venerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum.* Isti erant nuncij sui; & venerunt in Carmelum, quia ibi manebat adhuc Abigail: nam licet Nabal haberet domum in vrbe Maon, vt patet supra, habebat tamen possessionem in Carmelo, ideo ibi aliquando manebat: nunc autem cum tonderet greges Nabal erat ibi, & ibidem mortuus est. Abigail autem sepeliuit eum ibi, & manebat in eodem loco in possessione sua, necdũ redierat in vrbẽ Maon: iõ pueri Dauid venerũt in Carmelũ, & locuti sunt ad eã, dicẽtes.s. exponẽdo legationẽ suam. *Dauid misit nos ad te, vt accipiat te in vxorem:* idest, Dauid mi-

F sit nos ad nunciandum tibi, quòd volebat te sumere in vxorem. Hoc non misit Dauid tanquam supplicans, quia in hoc potius ipse benefaciebat ei exaltando eam, vt esset vxor sua cum ipse futurus esset rex. *Quæ consurgens prona adorauit in terram.* idest, surrexit Abigail, vt percumberet in terram ad adorandũ. Intelligendum est, ꝙ Abigail adorauerit hic pueros Dauid, quia nondum erat coram Dauid: quia tamen tantum bonum ei attulerant, procidit coram illis in terram. Vel dicendum, ꝙ Abigail quanquam non esset præsens Dauid, adorauit eum, quia habebat ipsum, vt præsentem, quod patet ex verbis suis immediatè, scilicet: ecce famula sua sit in ancillam. Hoc autem ad Dauid dicebatur, & non ad pueros:

Dauid misit núcios ad Abigail, vt reciperet eam in vxorẽ.

G quia alioquin dixisset: ecce famula vestra cum multi essent: sed loquebatur ad Dauid. *Et ait: ecce famula tua sit in ancillam.* Immediate assensit Abigail, qa ipsa putauit magnã gratiã sibi fieri, ꝙ vellet eã Dauid ĩ vxorẽ, iõ humiliauit se dicẽs, ꝙ non erat digna, vt esset vxor, sed vt esset ancilla. *Vt lauet pedes seruorũ Domini mei.* Ista aũt adhuc erat maior humilitas, qa nõ solũ dixit Abigail, ꝙ volebat esse ancilla Dauid ad lauãdũ pedes eius, sed ad lauandũ pedes seruorũ Dauid: Istud.n. erat infimũ genus seruitutis, quod Abigail poterat p̃stare Dauid. *Et festinauit, & surrexit Abigail.* Noluit morari in hoc, ne displiceret Dauid: sed cũ summum bonum ei offerretur.s. ꝙ esset vxor regis, illico cucurrit. *Et ascendit super asinum.* Ista erat equitatura tẽporis illius. Putabat enim se honestè ire Abi-

H gail super asinum, quanquam futura esset vxor regis. *Et quinque puellę ierunt cum ea pedissequę eius.* idest, accepit secũ Abigail puellas quinque: ibat enim nunc ad nuptias, ideo debebat habere puellas famulantes sibi. Et dicitur, ꝙ ierunt pedissequæ, idest, ierunt pedites: sola autem Abigail equitabat super asinũ. Credendum est etiam, ꝙ Abigail tunc aliquos iuuenes duxisset in obsequium suum de pueris suis, quia familia eius erat magna nimis, cum dicatur supra, ꝙ Nabal erat vir magnus nimis in possessione. Scriptura tamen solum retulit de puellis, quia ꝙ pueri aliqui irent cum ea satis videbatur manifestum. *Et secuta est nuncios Dauid.* idest, nuncij Dauid mox vt re-

I tulerunt Abigail intentionem Dauid, redierunt ad eum. illa autem parauit se interim, ideo illi præcesserunt eam in itinere. *Et facta est illi vxor.* idest, cum venit ad Dauid in desertum accepit eam in vxorẽ, & celebratæ sunt nuptiæ. De Abigail autem non legitur postea redijsse ad possessionem suam in carmelum: habebat tamen possessionem magnam, q̃ reliquerat vir suus, & manebat in ea, quando Dauid misit, vt acciperet eam in vxorem: nam dicitur, ꝙ pueri sui iuerunt in Carmelum: ibi autem erat possessio Nabal: & quando postea Dauid vagabat̃ per desertum, erat cum eo Abigail, & cum descendit in terram Philisthinorum, duxit eam secum, vt patet infra 27. ca. Credendum tñ est, ꝙ reliquerit aliquos

K de familia sua Abigail in possessione sua in Carmelo, qui curam agerent rei familiaris. *Sed & Achinoem de Iezrael accepit Dauid.* i. non solum accepit Dauid in vxorem Abigail, sed ẽt Achinoam. Ista erat de Iezrahel infra 27. cap. & 30. Est autem Iezrahel quædã ciuitas in sorte iudæ, quæ erat apud desertum illud, in quo nunc morabatur Dauid, ideo potuit inde accipere vxorem. Ambæ enim ciuitates.s. Maon, & Iezrahel, de quibus erant istæ duæ vxores Dauid erant coniunctæ monti Carmelo, & deserto Ziph, ideo in numero ciuitatum sortis iudæ ponuntur simul Iosue.c.15.s. Maõ, & Carmel, Ziph, & Iezrahel. *Et fuit vtraque vxor eius.* i. habuit ambas in vxores.s. nulla earum fuit concubina.

Cur

Cur Dauid accepit Abigail in uxorem, cum haberet Michol. Quæstio XVI.

QVAERET aliquis, ad quid accepit Dauid in vxorem Abigail, cum haberet aliam vxorem, s. Michol filiam Saulis, supra 18. cap. Aliquis respondebit, ꝙ hoc fecit, quia Saul abstulerat iam Michol, ne esset vxor Dauid, & dedit eam alteri viro, vt patet in litera, s. Saul dedit Michol filiam suam vxorē Dauid Phalti filio Lais. Tanquam ergo non habēs vxorem, voluit accipere aliam. s. Abigail. Ista respōsio aliqualiter erat colorata. Sed non stat, quia tunc dicetur, cum acceperit Abigail, cur accepit postea Achinoam, vt essent ambæ vxores eius. Dicendum igitur, ꝙ nō egit propter hoc Dauid, sed ad multiplicādum prolem: erat. n. antiquis desiderium multos filios gignere, & quia de vna non poterant accipere multos, sumebant multas vxores: sic. n. fuit in alijs regibus Israel, & Iuda. Sic etiam fuit in patriarchis, qui multas vxores simul habuerunt, sicut patet de Iacob, qui simul quatuor habebat. Dauid autē desiderans multiplicare prolem accepit istas duas vxores, nec solum eas, sed etiam alias: nam accepit filiā regis Gessur nomine Maacha: accepit etiam aliam nomine Agith, vt patet infr. 2. lib. cap. 3. Nec in hoc erat aliquod inconueniens, quia non fiebat ad libidinem, sed solum ad multiplicandum prolem. Alias etiam multas vxores habuit, & multitudinem filiorum, vt patet primo Paralip. cap. 3. genuerunt autē istæ duæ vxores filios Dauid: nam Abigail duos peperit. s. Cheleab, qui fuit secundus filius Dauid, & Saphatias, qui fuit quintus. Achinoam autem peperit primogenitum Dauid, scilicet, Ammon, vt patet infra 2. lib. cap. 3.

An peccauit Dauid accipiendo multas vxores. Quæstio. XVII.

QVAERETVR vlterius, an Dauid peccauerit habendo tot vxores. Dicet aliquis, ꝙ sic, quia cum Deus iunxit vnam, vnicum matrimoniū constituit, vt patet Matthæi. 19. cap. ꝙ ergo aliquis multas haberet, erat cōtra legem matrimonij, ergo peccabat. Item non solum peccabat Dauid inquātum agebat contra legem communem, sed etiam, quia agebat contra legem specialem. Deus enim iusserat regibus, ꝙ non acciperent multas vxores, vt patet Deut. 17. ca. s. non habebit vxores plurimas, quæ eliciant animum eius. Dauid autem erat iam vnctus in regem: ergo peccabat accipiendo plures vxores. Rñdēdū est, ꝙ Dauid non peccauit accipiendo multas vxores: quia Patriarchę fuerunt viri sancti, quos Deus nimis laudat: habuerunt tamen multas vxores, vt patet de Abraam, & de Iacob Gen. 16. cap. & 29. Sed aliquis dicet, ꝙ non erat licitum regulariter, ꝙ aliquis haberet multas vxores, in Patriarchis tamen fuit speciale ex dispensatione, scilicet, ꝙ ipsi non peccauerunt, quia dispensatum est cum eis; sic patet extra de diuor. c. gaudemus. Respondendum est, ꝙ illa non fuit propriè dispensatio, quia omnib. viris illius temporis licebat habere plures vxores, vt immediatè declarabitur: sed vocatur dispēsatio largè. s. accipiendo de honestate matrimonij, quia honestius erat, ꝙ aliquis haberet vnam vxorē, q̃ plures, quanquam non erat obligatio ad hoc. Vel erat dispensatio accipiendo in comparatione ad legem, q̃ nunc est, per quam vnica vxor permittitur, absolutè tamen non erat dispensatio. Sed adhuc dicendo, ꝙ ibi esset propriè dispensatio, & ꝙ omnes illi, cum quibus non dispensabatur, peccabant. Dicendum

A est, ꝙ Dauid non peccabit, quia cum ipso dispensatum est, cum sit vnus de Patriarchis, vt patet Actu. cap. 2. s. viri fratres liceat audenter dicere ad vos de Patriarcha Dauid, quoniam defunctus est. Dicendum autem, ꝙ Dauid, vel aliquis alius in veteri testamento non peccaret accipiendo plures vxores, qa si hoc peccatum esset, aut esset, quia erat contra naturam matrimonij, vel quia erat contra aliquam legem specialiter datam Iudæis. Primum non stat: nā non est cōtra naturam matrimonij esse plures vxores eiusdem viri, sed est contra matrimonium esse eandem vxorem plurium virorum: quia sequuntur multa inconuenientia ad hoc, vt declaratum est supra cap. 1. Etiam non poterit dici secundum. s. ꝙ es-
B set aliqua lex data in veteri testamento, ꝙ vir haberet solū vnam vxorem: nihil enim tale reperietur: sed magis apparet, ꝙ licebat plures esse vxores vniꝰ viri, quia Leui. 18. c dicitur. Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc ipsa viuente. i. ꝙ non possit aliqs accipere in vxorem sororem vxoris suę, illa viuente. Videtur ergo ꝙ, viuente illa vxore, posset ducere aliquam aliam, dum tamen non esset soror illius: alioquī si nullus posset habere duas vxores simul, superfluum esset, ꝙ exprimeretur de sorore vxoris, qa de omnibus esset hoc generale: sed istud non fuit superfluè dictum, ergo poterant accipi duæ vxores simul: dum tamen vna non esset soror alterius. Item
C patet hoc Leui. cap. 20. cum dicitur: qui supra vxorē filiam duxerit matrem, scelus operatus est, viuus ardebit cum eis: Hoc autem intelligitur de matrimonio simultaneo, cum dicatur ibi: Viuus ardebit cum eis. i cum matre, & filia, quas duxit in vxores. Ergo vel illud superfluum est, vel licebat cuilibet accipere vxores multas simul: dum tamen non essent mater, & filia, vel duæ sorores. Item patet Deut. cap. 17. cùm dicitur: ꝙ non habebit rex vxores plurimas, si tamen lex esset, ꝙ nullus haberet plures vxores, superfluum esset dici de rege. Videtur igitur, ꝙ licebat alijs habere plures vxores: in rege tamen dictum est illud propter aliquam specialem causam. Item patet Deut. cap. 21. s. si habuit homo vxores duas, v-
D nam dilectam, & alteram odiosam: ergo licebat simul habere plures vxores: alioquin lex non posuisset casum in hoc. Dicendum igitur, ꝙ in veteri testamēto licebat homini habere plures vxores, cum non esset prohibitum: sicut licebat ante statum veteris testamenti: nā tunc homines accipiebant plures vxores, vt patet Gen. c. 31. vbi Laban fecit pactū cum Iacob, ꝙ non acciperet alias vxores præter filias suas: si tamen licuisset homini tempore illo solū habere vnam vxorem, non pepigisset Laban cum Iacob, ꝙ non superduceret alias vxores: sic durauit toto tempore veteris testamenti, cum Deus non ꝓhibuisset vxorum multitudinem. Et ob hoc, quan-
E quam essent aliqui viri boni, habebant plures vxores simul, sicut fuit de Elcana patre Samuelis, qui habuit duas vxores. s. Annam, & Phenennam, supra cap. 1. scriptura tamen non reprobat illud: nunc autem vetitum est, quia Christus solum voluit, ꝙ esset vna vxor vnius viri, & sic Ecclesia obseruari iubet. Ad rationes in contrarium satis patet per dicta solutio. Ad primam cùm dicitur, ꝙ cuilibet erat illicitum habere plures vxores, Dicendum, ꝙ est falsum, quia quanquam nunc illicitum sit, tamen in veteri testamento, & ante illud non fuit illicitum, vt declaratum est. Ad secundum cum dr̄, ꝙ hoc erat illicitū Dauid inquantum erat rex. Dicendum, ꝙ Deus nō prohibuerat regibus vxorum multitudinem, vt haberet duas, vel tres, sed prohibuerat earum magnā mul-

In veteri testamēto licebat habere plures vxores

Ad primā rationem in principio.

Ad secundam.

multitudinem, vt ꝙ aliquis haberet tot vxores sicut Salomon, qui habuit quasi mille in vxoribus concubinis, & adolescentulis. De hoc infra 3. lib. cap. 11. ꝙ autem solum prohibeatur ista multitudo enormis, patet, quia Deut. c. 17. dicitur: Non habebit rex vxores plurimas. Et non dixit solum multas. Aliter potest dici, ꝙ lex vetuit ibi vxorum multitudinem, qñ illę essent tales, quæ possent distrahere eum à cultu Dei. Vnde dixit litera eod. cap. non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animum eius: si tamen aliqs poterat habere vxores plures, quæ non inducerent eum à malo, nec distraherent à cultu Dei, non peccabat: & sic erat de Dauid, qui accepit vxores plures, quæ non inducerent eum ad malum, sed nō induxerunt eum ad peccandum. Salomon autem in hoc errauit, quia accepit vxores plurimas de Gentilibus, & copulatus est eis ardentissimo amore, coluitque Deos earum infra. 3. lib. cap. 11. *Saul autem dedit Michol filiam suam vxorem Dauid Phalti filio Lais.* Hic ponitur de Michol vxore Dauid, quid de ea factum fuerit, & ponitur incidentaliter. s. quia hic dictū fuit de acceptione duarum nouarum vxorum, ideo subditur de vxore priori. s. Michol quid de ea factum fuerit, & dicitur, ꝙ Saul dedit eam in vxorem Phalti filio Lais. Hoc autem quāquam ponatur hic post acceptionem duarum vxorum Dauid, tamen non est credendum, ꝙ post illud fuerit, sed ꝙ Saul iam dederat eam Phalti. In quo sciendum, ꝙ cum recessit Dauid à facie Saulis disposuerat Saul eum occidere, ideo necesse erat, ꝙ semper fuisset profugus à facie Saulis, vel ꝙ si veniret in terram Israel occideret eum Saul: & sic quocunque modo maneret vidua Michol: ideo credendum est, ꝙ cito post recessū Dauid Saul tradidit eam in vxorem Phalti filio Lais. Et post hoc sciens Dauid, ꝙ Saul nollet ei reducere vxorem suam, accepit alias: quanquam etiam si habuisset eam, duxisset alias: nam postea habuit eā: & tamen superduxit alias vxores, & concubinas, vt patet infr. 2. lib. cap. 3. iuncto, cap. 3. Primi Paralipo. *Qui erat de Gallim.* i. iste Phalti erat de vrbe Gallim. Erat autem aliquis vir generosus, & potēs, ideo rex tradidit ei filiam suam.

An Michol peccauerit accipiendo alium in virum.
Questio. XVIII.

QVAERET aliquis, an Michol peccauerit accipiendo in virum Phalti, cum Dauid esset vir suus. Aliquis dicet, ꝙ non, quia in veteri testamēto non erat matrimonium ratum, sicut nūc. Est enim nunc peccatum, ꝙ alter coniugum transeat ad secundas nuptias viuente compari, eo ꝙ nunc nō potest dari libellus repudij, sed sunt matrimonia rata. In veteri autem testamento dabatur libellus repudij. Quanquam ergo viuente vtroque coniuge, alter eorū transiret ad secundas nuptias, non erat peccatum: poterat igitur Michol viuente Dauid accipere alterum virum. Respondendum, ꝙ si in veteri testamento viuēte viro, vxor acciperet alium virum: aut hoc esset, ꝙ ambo essent simul viri eius, aut ꝙ repudiaret primū: non potest stare primum, quia cōtra substantiam matrimonij, & contra statum politiæ, immo contra naturam est, ꝙ aliqua fęmina habeat plures viros, vnde nunquam in aliqua politia quantuncunque deordinata esset, visum est, ꝙ aliqua mulier haberet plures viros. Nec ob hoc, ꝙ Socrates senserit debere esse vxores communes in politia, quia ista lex à nulla vnquam gente obseruata est. De hoc. 2. Poli. cap. 1. & 2. Si autem acciperet aliū virum repudiando priorem, non stat, quia in veteri

F testamento non fuit data potestas mulieribus repudiandi viros, sed solùm viris repudiandi vxores, vt patet Deut. ca. 24. Michol ergo nullo modo poterat repudiare Dauid, vel accipere alterum virum eo viuente. Dicendum, ideo, ꝙ Michol peccasset, si vellet accipere alterum virum: accepit tamen Phalti inuita, quia Saul coegit eam ad hoc. Ipsa tamē pręelegisset habere semper Dauid, quia diligebat eū nimis, & liberauit illum à morte, atque mentita est patri suo propter eum, vt patet supra capit. 19. ideo mortuo Saule, fecit Dauid reduci ad se Michol, vt patet infra 2. lib. cap. 3. si tamen cognouisset, ꝙ ipsa sponte suscepisset alium virum, noluisset eā postea habere. Non tamen ex hoc tollitur, quin aliqualiter
G peccauerit Michol: nā sicut potius debet aliqua mulier mortem pati, quàm sustinere coitum adulterinum, ita cum Michol haberet virum viuentem potius debuisset mori, quàm transire ad secundas nuptias, quia istę non erant nuptiæ, sed adulterium: excusatur tamen ab aliqua parte culpæ Michol inquātum timore patris coacta hoc agit.

An Phalti peccauerit accipiendo in vxorem Michol, quam sciebat habere alterum virum.
Quest. XIX.

QVAERETVR vlterius, an iste Phalti filius Lais peccauerit accipiendo Michol in vxorem, cū
H sciret eam habere alterum virum. Respondēt quidam, ꝙ Phalti erat doctor legis, & vir nimis honorabilis, ideo Saul dabat ei michol in vxorem. Ipse autem sciebat, ꝙ cum illa haberet alterum virum, ꝙ non poterat eam accipere vxorem: & tamen ꝓpter timorem regis, & pp honorem, vt vocaretur gener regis accepit eam, sed nunquam illā cognouit. Hoc autem tenet Nicolaus, & ob hoc dicit, ꝙ Dauid voluit eam accipere postea in vxorem: si tamen illa cognita fuisset à Phalti, nunquam postea cognouisset eam, nec reduxisset ad se, sicut fecit de concubinis decem, quas cognouit Absolon. Nam postea noluit eas cognoscere Dauid, sed manserunt in viduitate, vt patet infra 2. lib. cap. 20. Sed dicendum, ꝙ ista re-
I sponsio non stat: nam dato, ꝙ nunquam cognouisset Phalti ipsam Michol: quia tamen habebat eam, vt vxorem in domo sua, & ipse erat vir potēs, erat præsumptio viris, ꝙ cognoscebat eam intantum, ꝙ contra hanc præsumptionem non reciperetur probatio: si autem Phalti cognouisset Michol erat coitus adulterinus: ergo habendo eam secum, vt vxorem, infamabat illam de adulterio, & hoc peccatū erat. Item dicunt, ꝙ accepit eam propter honorē, vt vocaretur gener regis: sed tunc manifestè appareret, ꝙ peccabat cum vellet honorari cum alterius infamia. Item non stat, quod præsupponunt. s. ꝙ non cognouerit eam Phalti, sed solum acceperit ꝓpter timorem regis, & vt honoraretur tanquam ge-
K ner regis, quia si hoc fuisset, spontè dimisisset eam iubente rege, cum eam teneret inuitus: dimisit tamen illam cum nimia amaritudine: ergo cognouerat eā, & diligebat. Patet hoc infr. 2. lib. c. 3. s. misit Isboseth, & tulit Michol à viro suo Phaltiel filio Lais: sequebaturque eam vir suus plorans vsque Bahurim, dixitque ad eum Abner: vade, & reuertere, qui reuersus est. Item non stat probatio Nicolai. s. ꝙ si cognita fuisset Michol à Phalti filio Lais, ꝙ nō recepisset eam postea, sicut non recepit decem concubinas, quas cognouerat Absalon. Dicendum, ꝙ non est simile pp duo. Primò, quia Michol erat vera vxor, iō, q̃q̃ cognita fuisset ab alio, cum non fuisset spōte cognita, iustum erat, ꝙ reduceret eam ad se Dauid: con-

Resp. Nico. impugnatur.

concubinæ autem non erant vxores, ideo quæcunque leuis occasio sufficiebat ad hoc, ꝙ Dauid nõ reduceret eas ad se: Secunda rõ fuit, & efficacior, quia nõ erat simile, ꝙ Michol cognita fuisset à Phalti, & ꝙ concubinę Dauid cognitæ fuissent ab Absalone: nã Absalon erat filius Dauid: & ꝙ Dauid cognosceret mulieres illas, quas iã cognouerat filius suus, videbatur turpissimũ: & Deus hoc improperat tanq̃ valde magnum pctm̃ inter quatuor scelera Israel, vt patet Amos. c. 2. s. filius, & pater eius ierũt ad puellã, vt violarent nomen sanctũ meũ. Sic ẽt intellexerunt consiliarij Absalon, ꝙ si ipse cognosceret concubinas patris sui totus Israel confortaretᷣ cũ Absalone tanquam deturpasset patrẽ suũ, vt patet infr. 2. lib. c. 16. noluit ergo cognoscere Dauid amplius cõcubinas suas, quæ cognitæ fuerũt ab Absalone. De Michol aũt non erat sic, quia illa cognita fuerat ab aliquo, quem in virũ acceperat, & ille non erat filius Dauid, ideo potuit eam rationabilius recipere.

Dauid reduxit ad se Michol, quia semper fuerat vxor eius, & nunquam eam repudiauerat. Quæst. XX.

QVAERETVR vlterius, qũo Dauid reduxit ad se Michol, quàm alius habebat in vxorem, viuente viro, cui tradita erat: nã dr̃ inf. 2. lib. c. 3. ꝙ ille sequebatur eam plorans, qñ ducebatur ad Dauid. Rñdendũ, ꝙ Michol erat vera vxor Dauid: iõ ipso non repudiante eam, semper manebat vxor eius: Phalti aũt non potuit eam accipere in vxorẽ: rex tñ per violentiã tradidit eã illi, auferens à Dauid: & qa nunquam Dauid consensit, nunquã potuit firmari matrimoniũ inter Michol, & Phalti, ẽt si multo tp̃e simul mansissent, iõ Dauid petiuit postea Michol tã quã semper fuisset vxor eius, dicens: redde mihi vxorem meam Michol, quam despondi mihi centũ pręputijs Philisthinorũ infr. 2. lib. c. 3. Ra. Dauid Kimhi dicit, ꝙ Dauid repudiauit Michol, & potuit eã accipere Phalti in vxorem. Sed hoc nõ stat, quia si repudiasset eam, nunquam potuisset illam postea recipere: siue viuente viro, siue mortuo, vt patet Deut. ca. 24. Quantomagis cũ viueret tunc Phalti filius Lais, & ploraret ablata sibi Michol? esset. n. peccatũ graue: Dauid tñ non putauit se in hoc peccare, nec aliquis dicit eũ peccasse: ideo non repudiauerat eã. Vnde, vt non significet peccasse Dauid, dicit. Ra. Dauid, ꝙ libellus repudij, quem dedit Dauid, non fuit efficax, eo ꝙ inuitus illũ dedit: vnde non diremit matrimoniũ, & sic poterat eam reducere ad se tanquã vxorem. Sed hoc non stat, quia non vr̃ qũo Dauid esset inuitus ad dandũ repudiũ: quia Saul nunquam tenuit eum in potestate sua, vt ad aliquid posset cogere. Dicit tñ Ra. Dauid, ꝙ cũ toties steterit Dauid cũ Saule postq̃ fugit ab eo, aliqua vice earũ cõpulit eum repudiare Michol, vt ipsa non maneret vidua. Sed non stat, quia nunq̃ in his vicibus aliquid potuit Saul super Dauid, & si forte dicas, ꝙ ex conuentione factũ est, ꝙ Dauid repudiaret Michol, sicut Dauid orante Saule iurauit, ꝙ nõ deleret semẽ eius. p̃ced. c. non stabit, qa tunc Dauid nõ esset inuitus, sed spõte repudiaret vxorẽ, iõ nullo mõ posset eã postea ad se reducere, ẽt mortuo viro illius. Deut. c. 24. Reduxit tñ, & non peccauit, vt ab oĩbus præsupponitᷣ. Ergo Dauid non repudiauit eã ex contentione aliqua, nec inuitus. Sed Saul tradidit eã Phalti filio Lais recedẽte Dauid, iõ semper mãsit vxor eius: & sic iustũ erat, ꝙ Dauid habita opportunitate reducendi eam ad se faceret reduci, ne maneret semper in adulterio. Et quia hoc potuit viuente Isboseth, petiuit eã tunc, & accepit, vt patet infra 2. lib. cap. 3.

A

CAPITVLVM. XXVI.

ET venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Ecce Dauid absconditus est in colle Hachila, quæ est ex aduerso solitudinis. Et surrexit Saul, & descendit in desertum Ziph, & cum eo tria millia virorum de electis Israel, vt quęreret Dauid in deserto Ziph.

B

Præcedenti cap. positus fuit secundus Dauid profectus. s. ꝙ Nabal irrisor suus defunctus est. Hic ponitur tertius prouentus. s. ꝙ Saul fidei violator eius manibus traditus est. Et diuiditur in tres partes. Primò Saul Dauid manibus exponitur. Secundò ab eo à morte protegitur. Tertiò Saul à Dauid conuincitur. Secunda ibi. *Dixitque Abisai*. Tertia ibi. *Cunque transisset Dauid*.

An ordo eorum, quę sequuntur, rectus sit ad pręcedentia. Quęstio I.

C QVAERETVR circa primum de ordine huius ad præcedentia, an sit rectus, & an ista fuerint facta immediatè post superiora, vel interciderit aliquantum tempus. Dicendum, ꝙ hic est ordo continuus: nam ista fuit persecutio vltima Dauid facta à Saule, & immediatè recessit Dauid in terram Philisthinorum, vt patet in principio sequentis cap. Sed an fuerit istud, quod habetur hic immediatè post superiora, non apparet: satis tamen credendum est, ꝙ fuerit immediatè postea: nam Saul non sinebat Dauid quiescere, dũ fuit in terra Israel, sed persequebatur eum semper. Inter persecutionem tamen præcedentẽ, de qua supra c. 24. & persecutionem istam intercidit id, quod factum est de Nabal, de quo pręcedenti c. & illud durauit aliquantum tempus. Credendum igitur, ꝙ immediatè fuerit post illud, & satis colligitur, quia in eodẽ deserto, in quo manebat Dauid, qñ egit ea, quæ supra dicta sunt contra Nabal persecutus fuit eum nũc Saul. s. in deserto Ziph, quod idem est, quod desertum Maon, vt declaratũ est præcedenti c. Hebræi autem dicunt, ꝙ inter persecutionem, quę habetᷣ supra 24. ca. & persecutionẽ istam interciderunt duo menses, & dimidius: asserũt enim, ꝙ mortuus fuerat Saul post mortẽ Samuelis mensibus. 7. Quatuor autem, & dimidius horum fluxerunt, dum fuit Dauid in terra Philisthinorũ, vt ipsi conanᷣ probare ex litera sua sequenti c. Alij autẽ duo, & dimidius interciderunt vsque ad descẽsum Dauid in terrã Philisthinorũ. Et quia ipse immediatè post istã persecutionẽ illuc descendit, vt patet sequenti c. apparet, ꝙ vsque ad persecutionẽ istã fluxerunt duo menses, & dimidius, & in hoc tp̃e accidit totũ, quod refertur præcedenti c. Hoc autem nõ habet magnam auctoritatem, sed quicquid sit, nõ mãsit Saul magno tempore, quin persequeretur Dauid post ea, quæ supradicta sunt. *Et venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa.* Isti sunt, qui primo venerunt ad Saulem annunciantes ei Dauid, vt patet supra cap. 23. Nunc autem cum Dauid maneret apud eos iterum nunciauit de eo. Et dicitur, ꝙ venerunt in Gabaa, quia ibi erat domus Saulis, & semper morabatur ibi: sic colligitur supra 15. & 22. & 23. c. Vnde quando cessauit Saul ab hac persecutione, reuersus est

(The letters D and E stand in the margin beside "dendum igitur" and "tè post istã" respectively.)

eſt in Gabaa in domum ſuam: & ibi nominabatur domus eius ſpecialiter tanquam nõ haberet aliam, in toto Iſrael, vt patet infra 2.li.c.21.

Quare Ziphæi annunciauerunt nunc Sauli de Dauid. Quæſtio II.

QVAERET aliquis, quare Ziphęi venerunt ad Saulem nunciantes nũc de Dauid Nicolaus reſpõdet, ꝙ Ziphæi erant nimis ſoliciti, vt traderet Dauid in manibus Saulis, quia ipſi ſemel ceperant accuſare eum apud Saulem: timebant igitur, ꝙ ſi Dauid præualeret contra Saulem deleret eos, quia accuſauerant eum: conabantur ideo detegere eũ Sauli, vt occideretur. Sed aliter dici poteſt, ꝙ Ziphæi putabant ſe magnum obſequium præſtare Sauli, ſi reuelarent ei de Dauid: ideo cum nunc cognouiſſent vbi erat, nunciauerunt Sauli: ſic enim fecerunt ab initio: nam quanq̃ non timerent aliquid mali ſibi prouenturum eſſe à Dauid, accuſauerunt illũ apud Saulem, detegentes eum ſupra cap. 23. Sed tunc dicet aliquis, quomodo Ziphæi nunc venire voluerũt ad Saulem nunciantes de Dauid, cum iam Saul deſiſſet perſequi Dauid: quia licet fuerit cum eo in deſerto, tamen reuerſus eſt in domum ſuam, eo dimiſſo ſupra cap.24. Dicendum, ꝙ quanquam Saul tũc ceſſauerit perſequi Dauid conuictus ratione, ꝓpter magnam clementiam Dauid erga eum: tamen denuo in antiquum odium rediјt deſiderans eum capere. Hoc autem cognouerunt Ziphæi, ideo venerunt ad annunciandum de Dauid. *Ecce Dauid abſconditus eſt in colle Hachila.* Iſte collis erat in deſerto Ziphæorum, vt patet infra. nã dicitur, ꝙ ſurrexit Saul, & deſcendit in deſertum Ziph: & caſtrametatus eſt in Gabaa Hachila: ergo collis Hachila erat in deſerto Ziph. In iſto colle iterum latuerat Dauid, vt patet ſupra c.23.ſ. Dauid latitat apud nos in locis tutiſſimis ſyluæ in collæ Hachila: & apud iſtum collem Saul circundedit Dauid in modum coronę, eo.cap. Iſte collis in Hebræo vocatur (habila.) & litera noſtra tranſtulit Hachila. (Quæ eſt ex aduerſo ſolitudinis).i.ex oppoſito ad ſolitudinem.ſ.ꝙ erat ad vnam extremitatẽ ſolitudinis, & ob hoc videtur eſſe quaſi ex aduerſo totius ſolitudinis ſupra ca.23. dicitur, ꝙ collis Hachila erat ad dexteram partem deſerti, qđ idem eſt, & non habetur in hebræo (in via.) Sed ſolũ. (quę eſt ex aduerſo ſolitudinis.) Litera tamen noſtra poſuit hoc, quia infra, quando repetuntur iſta verba, dicitur: Ex aduerſo ſolitudinis in via. Et cum idẽ ſit quod hic ſignificatur, & ibi, in vtroque poſuit litera noſtra in via. *Et ſurrexit Saul.* ſ. de domo ſua de Gabaa: deſiderabat enim capere Dauid, ideo mox vt ei annunciatũ eſt de illo, rediit ad perſequẽdũ ipſum.

Saul credidit Ziphęis nunciantibus de Dauid, quia bis ei verũ dixerant. Quęſt. III.

QVAERET aliquis, cur Saul non miſit hic Ziphæos, vt diligenter cognoſcerent latibula Dauid, & poſtea redirent ad eum nunciantes rem certam, vt declaratum eſt ſupra cap.23. Dicendum, ꝙ Saul præmiſit ibi Ziphæos ante ſe, vt diligenter inquirerent locum Dauid, quia putabat, ꝙ nõ ſcirent certiſſimè locum eius, ſed per aliquas coniecturas. Et dato, ꝙ ſcirent, credidit, ꝙ Dauid cognoſceret quid cogitabat contra eum Saul, & effugeret: nam ſic effugerat paulo ante hoc, cum conatus fuerat Saul eum capere in Ceilam. Noluit igitur tunc recedere à domo ſua quouſque cognoſceret rem certam: nunc autem ſecus erat: nam Saul inue

F nerat Ziphæos vera dicere bis. Primo quando nun-
ciauerunt, ꝙ erat in colle Hachila, ſupra cap.23. Se-
cundò quando nunciauerunt, ꝙ erat in deſerto En
gaddi ſupra ca. 24. Ideo noluit amplius quærere ab
eis maiorem certitudinem putans ſemper, ꝙ vera
dicerent. *Et deſcendit in deſerto Ziph.* ſ. cum Ziphæis, qui
venerant ad nunciandum ei. Iſtud deſertum voca-
tur Ziph propter duo. Primò ꝑꝑ quendam virũ no-
mine Ziph, qui fuit in terra iſta, & fuit de tribu Iu-
da, vt patet 1.Paralip.ca 2.& 4. Secundò vocatur ſic
ꝑꝑ quandam ciuitatem, quæ erat in terra iſta nomi
ne Ziph, & ponitur tanquam vna de ciuitatibus ſor
tis Iudæ, & eſt apud Maon, vt patet Ioſue c.15.ſ. Ma
on Charmel Ziph. Et iſta eſt cauſa propinqua, qua-
G re vocatur deſertũ Ziph. *Et cum eo tria millia virorum de electis Iſrael.* i. deſcenderunt cum eo tria millia vi-
rorum: iſtos viros iterum ſecum duxit, quando iuit
ad perſequendum Dauid in deſerto Engaddi ſupra
c.23. duxit autem eos, quia Dauid habebat ſexcẽtos
viros, & niſi haberet Saul valde multos, poſſẽt ei re-
ſiſtere viri Dauid. *Vt quæreret Dauid in deſerto Ziph.* Ad
hoc iuerat Saul in deſertum Ziph, vt ibi quæreret
Dauid, quia nunciatũ fuerat eum ibi eſſe.ſ. in colle
Hachila, qui erat in deſerto Ziph. *Et caſtrametatus eſt in Gabaa Hachila.* i. fixit caſtra ſua Saul in loco iſto, qui
vocatur Gabaa Hachila. Sciendum, ꝙ Gabaa Hachi
la idem eſt, quod collis Hachila, ſed in hebręo poni-
tur Gabaa pro colle. Et hebræi accipiũt, vt commu
H niter iſtud nomen tanquam proprium. Litera autẽ
noſtra accipit, vt commune.ſ. pro colle. Hic tamen
accepit tanquam proprium, & poſuit Gabaa. Non
eſt tamen aliqua diuerſitas in hebræo hic, & ſupra,
vbi dicitur. In colle Hachila, & ſupra 23.c. vbi idem
ponitur: ſed ſemper habet in hebræo. (Benigna Ha-
bila.) Quod litera noſtra corruptè more latino di-
cit Gabaa Hachila: ſic etiam patet de iſto nomine.
(Ieſimuth.) Nam ſupra cap.23. dicitur, ꝙ Dauid erat
in deſerto Maon ad dexteram Ieſimuth. & eo. cap.
Ante hoc habetur, ꝙ erat in colle Hachila ad dexte
ram deſerti. Et hic ẽt dr̃ bis. Ex aduerſo ſolitudinis.
In hebræo tñ in omnibus his quatuor locis ponitur
Ieſimon. Quod ſignificat deſertum. Aliqñ tñ litera
I noſtra vocat illud deſertum, & aliqñ Ieſimuth: ita
vt aliqñ ſit vt nomen proprium, & aliqñ, vt nomen
commune. *Quę erat ex aduerſo ſolitudinis in via.* i. collis
Hachila ſiue Gabaa Hachila erat ex aduerſo ſolitu-
dinis. i. ad partem dexteram deſerti, vt dr̃ ſupra c.23.
Ex hoc aũt apparet, ꝙ Gabaa Hachila, & collis Ha-
chila ſint idem, quia de vtroque dr̃ hic, ꝙ erat ex ad-
uerſo ſolitudinis in via: & dr̃, in via: quia iſte collis
Hachila erat in vna extremitatè deſerti apud viam
publicã. *Dauid autem habitabat in deſerto.* i. manebat tũc
in deſerto, qñ Saul caſtrametatus eſt in colle Hachi-
la: nunciauerunt. n. Ziphæi eũ eſſe in colle Hachila:
ſed dũ illi irent ad Saulẽ, receſſit Dauid à colle Ha-
chila in deſertum Ziph, ita ꝙ nunc, quando venit,
K & caſtrametatus eſt Saul in colle Hachila, non erat
ibi Dauid, ſed in deſerto. Et ob hoc dicitur, ꝙ collis
Hachila erat ex aduerſo ſolitudinis.ſ. ꝙ iſta nõ erãt
ſimul, ideo poterat recedere Dauid de colle Hachi-
la in ſolitudinem.

Deſer. Ziph duo nomi.

Cur Dauid rediјt in deſertũ Ziph, cùm ibidem antea cum periculo vitę extitiſſet. Quęſt. IIII.

QVAERET aliquis, quomodo Dauid voluit venire ad latendum in deſertum Ziph: nam videbatur in hoc tentare Deum, quia iterum latuerat in eodem deſerto, & cinxit eum Saul in modum coronæ: ita vt deſperaret ſe poſſe euadere, vt patet ſupra

supra cap.23. Respondendum, ꝙ Dauid, dum manebat in terra Israel, non poterat penitus esse securus. quia erat in terra hostis sui eum indesinenter inquirentis ad mortem: ibat tamen ad loca illa, quæ tutiora sibi iudicabat: nunc autem putauit, ꝙ bene lateret in deserto Ziph, ideo iuit illùc. Et quando obijcitur, ꝙ Dauid tentabat Deum, dicendum, ꝙ non stat: nam si ipse mox, vt circundatus fuit à Saule in deserto Ziph redijsset ad illud desertum, sciente Saule, tentabat Deum exponens se periculo: non fecit tñ sic, sed ipse intendebat fugere in locum, in quo magis securus esse posset: putauit autem nullũ securiorem esse, quàm ꝙ fugeret in desertum Ziph, eo ꝙ Saul non arbitraretur eum ibi esse: nam parũ ante hoc ibi fuerat in magno periculo circundatus à Saule: non ergo erat verisimile, ꝙ illùc rediret ne rursus esset in eodem periculo. Fugit ergo illuc, vt non suspicaretur Saul eum ibi esse: & non tentabat in hoc Deum, quia si Saul sciret, ꝙ ibi erat, & poneret se rursus ibi, videbatur tẽtare Deum: quia tamẽ Saul nõ suspicaretur eum esse ibi, magis effugiebat sic periculum: & consequenter tentationem diuinam, quàm aliàs. *Videns autem, quòd venisset Saul post se in desertum.* idest, vidit Dauid, ꝙ veniebat Saul post eum, idest, ad persequendum eum: & non accipitur, ꝙ venerit post eum, idest, postquam ipse venit: nam ad hoc oportebat, ꝙ parum ante Saulem venisset Dauid in desertum: sed falsum est, quia iam ex aliquot diebus manebat ibi Dauid, vt supra declaratũ est, & dicitur, ꝙ vidit Dauid, ꝙ veniebat Saul. i. audiuit per famam: nam nondum viderat, & non audiuit hoc à viris suis, qui consueuerant explorare qd moliretur Saul contra Dauid: quia isti postea missi fuerunt ad sciendum an hoc verum esset, cum dicatur immediatè, ꝙ misit exploratores suos, & didicit ꝙ venisset certissimè: sed audiuit hoc Dauid ab aliquibus habitatoribus terræ illius. *Misit exploratores.* scilicet aliquos viros, qui inquirerent de veritate rumorum: & per istos duo cognouit, scilicet, ꝙ venisset Saul ad persequendum eum, & ad quem locũ venisset. *Et didicit, quòd illùc venisset certissimè.* idest, & cognouit certissimè Dauid, ꝙ venisset Saul ad inquirendum eum illuc, idest, in colle Hachila. Et dicitur certissimè, quia prius nesciebat hoc Dauid secũdum certitudinem, sed solum audiuerat: nunc autem cognouit certissimè per nuncios suos. *Et surrexit Dauid clam.* idest, surrexit abscondite, & silenter. s. ꝙ nemo vidit eũ de omnibus suis viris præter Achimelech Aethæum, & Abisai. Vnde ad hos solum locutus est, quis vellet descendere cum eo in castra, vt patet infr. Vel potest hoc referri ad verbũ illud, venit, scilicet, ꝙ Dauid venit clam ad castra Saulis, quia nemo vidit eum, dormiẽtibus omnibus. *Et venit ad locum, vbi erat Saul.* i. descendit in castra Saulis ad locum, in quo dormiebat.

An Dauid peccauit eundo ad locum Saulis, quia exponebat se periculo. Quæst. V.

QVAERET aliquis, an Dauid in hoc peccauerit exponendo se periculo. Aliquis dicet, ꝙ sic, quia Saul habebat viros multos. s. triamillia virorũ electorum. Dauid autem solus descendit cum Abisai: magna autem dementia videbatur, quòd solus introiret in castra hostilia, & consequenter tẽtabat Deum, cum sine necessitate se exponeret tãto periculo, præsertim, quia Dauid nõ habebat tũc necessitatem probandi innocentiam contra Saulẽ: nam iam probauerat cum abscidit oram chlamydis eius in speluncam, & potuisset occidere Saulem,

A & non occidit: quod postea innotuit Sauli, vt patet supra cap.24. non indigebat ergo alia probatione. Respondendum, ꝙ non peccauit Dauid descendẽdo in castra Saul: nam scriptura non computat hoc inter peccata eius. Quomodo tamen exponendo se tanto periculo non peccauerit, manet adhuc dubium. Sed quidam dicunt, ꝙ Dauid non peccauit, eo ꝙ non se exponebat alicui periculo, quia descendit in castra Saulis, dormientibus omnibus: & Deus dederat soporem illis, ita vt nemo possit excitari: securum igitur erat Dauid descendere in castra, cum Deus cogeret omnes dormire, vt patet infr. scilicet, omnes dormiebant: quia sopor Dei irruerat super eos, idest, sopor à Deo missus. Sed adhuc non sufficit hoc, quia dato, ꝙ contigisset omnes dormire

B in castris Saulis, quando descendit Dauid: tamen ipse nesciebat hoc, nec erat verisimile, ꝙ in omnibus castris nullus vigilaret, præsertim cum reges semꝑ soleant habere custodes, qui vigilant, eis dormientibus. Et si dicas, ꝙ non erat verisimile, ꝙ in castris omnes dormirent via assueta: hoc tamen fiebat miraculosè, cum sopor Dei irruerat super omnes. Sed adhuc istud non stat, quia quanquam omnes à Deo coacti fuissent dormire, tamen nesciebat hoc Dauid: ideo ita se exponebat periculo, sicut si nullus dormiret. Et si obijcias, ꝙ Dauid vidit eos dormiẽtes, antequam accederet ad castra, vt dicitur infra, & ob hoc voluit descendere tanquam non esset aliqđ

C periculum, non stat, quia quanquam viderit Dauid viros Saulis dormientes, nesciebat tamẽ, an omnes dormirent, quia cum essent tria millia virorũ non poterat ipse videre omnes, ita vt iudicare posset, an dormiebant. Et dato, ꝙ ipse potuisset scire omnes dormire, poterat accidere, ꝙ aliquis eorum euigilaret, introeunte Dauid in castra, & sic esset in periculo. Dicendum igitur, ꝙ non potest dici, quin Dauid se exposuerit periculo: non peccabat tamẽ, quia Deus mouebat eum ad hoc, & ipse sciebat se moueri à Deo. Qui autem à Deo mouetur nõ obligatur legi, sicut ait Apostolus: Qui spiritu Dei agun tur non sunt sub lege. Deus autem mouebat Dauid ad hoc, quia volebat magnificare eum ostendendo

Licet Dauid exposuit se periculo nõ tamẽ peccauit, qa Deus mouebat eũ.

D innocentiam suam: supra autem ostenderat eam semel in abscissione chlamydis Saulis: nunc autẽ iterum volebat eam ostendere tradendo illum in manus eius, & ꝙ non occideret eum: mouit ergo illum ad descendendum in castra, vt acciperet lanceã Saulis, per quam hoc pateret. Si autem Dauid exposuisset se periculo huic, Deo non mouente ipsum, peccasset nimis: quia ista erat dementia magna, ꝙ solus introiret in castra hostilia. *Cumque vidisset locum, in quo dormiebat Saul.* Istum locum vidit Dauid à longe, priusquam descenderet in castra, quia tentoriũ regis differebat à cęteris, & ꝑ hoc cognouit illũ esse locum regis. *Et Abner filius Ner princeps militiæ eius.* idest, vidit locum etiam, in quo dormiebat Abner.

E Locus huius erat coniunctus loco, in quo dormiebat Saul, eo ꝙ iste erat honoratissimus inter omnes seruos Saulis, cum esset princeps militiæ, vt hic dicitur. Et rex confidebat ei maximè, quia erat cognatus eius, scilicet, patrueles suus, vt patet supra. c. 14. *Saulemque dormientem in tentorio.* Vidit Dauid, ꝙ Saul dormiebat in tentorio suo: non est autem sensus, ꝙ Dauid videret Saulem dormientem: nam eo quòd erat in tentorio non videret eum Dauid, an dormiret, vel non: quia tamen vidit tentorium, & ibi erat Saul dormiens, nec apparebat aliquis motus in tentorio, dicitur vidisse eum dormientem. In hebræo habetur hic. *Saulem dormientem in itinere.* Litera tñ nr̃a posuit in tentorio, eo quòd non erat verisimile, ꝙ

rex

rex dormiret in itinere. Sed est sensus, ꝙ dormiebat
in tentorio, & illud erat apud viam. Litera autem
nostra magis voluit exprimere tentorium, quàm
viam. Nec procedit hoc ex æquiuocatione nomi-
nis, quia pro tentorio in hebræo dicitur. Ohel. Hic
tamen non ponitur, Ohel, sed Magal, quod signifi-
cat semitam, i. iter angustum. *Et reliquum vulgus per cir
cuitum eius.* i. vidit Dauid, ꝙ reliquum vulgus. i. oẽs vi
ri Saulis dormiebant per circuitum eius. Non est in-
telligendum, ꝙ ipse videret omnes dormire, vel sci-
ret an omnes dormiebant, quia hoc non poterat vi-
dere, cum essent multi, præsertim cum esset nox, &
Dauid distaret aliquantum à castris, vt patet infra. s.
venerunt Dauid, & Abisai ad populum nocte, sed
quia Dauid vidit iacentem populum, & non sensit
aliquem tumultum in castris, putauit, ꝙ omnes dor
mirent: & istud fuit sibi motiuum audendi descẽde-
re in castra. Quanquam præcipue descendebat, q̃a
Deus mouebat cor eius, vt descenderet; alioquin ip-
se non cõfideret descendere in castra, cum nesciret,
an verè omnes dormiebant, vel an aliquis euigilatu
rus foret. *Ait Dauid ad Achimelech Cethæum, & Abisai.*
Ad istos duos locutus est, quia isti soli tunc erant cũ
eo. In quo sciendum, ꝙ viri Dauid non erant prope
castra Saulis, & nunc quãdo Dauid locutus fuit ista
ad Abisai, & Achimelech, non erat inter viros suos,
sed egressus est de loco illorum dormientibus eis, &
iuerunt cum eo isti duo soli vsque ad castra Saulis.
Prius verò, quàm intraret in castra locutus fuit ad
eos, dicens: quis descendet ad Saul mecum? & sic nõ
fuit locutus ad alios viros, quos secum habebat, vt
ad Ioab, & Asael, cęterosque cognatos suos, quibus
ipse confidebat, & erant viri fortissimi. *Filium Saruię
fratrem Ioab.* Iste Abisai erat filius saruiæ, notificatur
hic genus huius, quia fuit vir excellens robore: vnde
ipse connumeratus est inter tres viros fortissimos, q̃
iuerunt in Bethlehem, vt ducerent inde aquam pro
Dauid, & soli non timuerunt totam stationem Phi-
listhinorum, sed irruperunt castra eorum infra 2. li.
cap. 23. Erat autem iste cognatus Dauid: ideo posuit
scriptura nomen matris eius, & non patris, quia ex
parte matris erat cognatus Dauid. s. filius sororis ei⁹:
habuit nanque Dauid sorores duas. s. Abigail, & Sar
uiam, vt patet 1. Parali. c. 2. Saruia autem habuit tres
filios. s. Abisai, Ioab, & Asael. eo. c. Ideo dicitur hic, ꝙ
erat Abisai frater Ioab: nominatur autem Ioab, q̃a
iste erat magis cognitus, quàm alij duo fratres, eo ꝙ
erat princeps militiæ Dauid, vt patet infra 2. lib. c. 5.
Quis descendet ad Saul mecum in castra? i. q̃s de vobis duo
bus? ad solos enim hos loquebatur, quia hi solum
erant cum eo tunc quando locutus fuit hæc.

*Dauid cur non duxerit nisi vnum de duobus comitantibus eum
in castra. Quæst. VI.*

QVAERET aliquis, quare Dauid non duxit se
cum vtrunque in castra, quia ambo erant vi-
ri fortissimi. Aliquis respondebit, ꝙ istud, quod Da-
uid aggrediebatur erat aliquid valde durum, ad q̃d
forte non auderent descendere illi cum eo: ideo no-
luit iubere eis, ꝙ descenderent, sed petiuit per modũ
electionis, quis vellet descendere. Abisai autem vo-
luit, & Achimelech non ausus est, ideo non descen-
dit cum eo, nisi Abisai. Sed hoc non stat, quia isti duo
egressi fuerant de loco aliorum cum Dauid, vt ipsi
irent quocunque iuberet Dauid: non erat ergo veri-
simile, ꝙ aliquis eorum postea recusaret exponere
se periculo, ꝑpter timorem: præsertim cum Dauid
se exponeret huic periculo: nam cognita certissima
morte vterq; eorũ dignũ duceret mori, vbi moreret̃

F Dauid, quantomagis nunc, cum dubius esset euẽtus:
non ergo recusasset aliquis eorum descendere. Sed
dicendum, ꝙ q̃q̃ Dauid duxisset istos duos secum de
loco, in quo erant alij viri sui, tamen cum appropin
quauit castris Saulis, noluit, ꝙ ambo intrarent cum
eo: ideo per modum petentis consilium, dixit: Quis
descendet ad Saul mecum? Et quia tunc primo re-
spondit Abisai, quàm Achimelech, descendit ipse,
& mansit Achimelech: si tamen voluisset Dauid,
descendisset quoque Achimelech. Sed tunc dicet
aliquis: cur Dauid non fecit descendere ambos se-
cum, cum essent ambo viri fortissimi, & tutior esset
habens vtrunque, quàm alterum solum? Dicẽdum,
ꝙ Dauid putabat, ꝙ non esset opus pugnare, sed ꝙ
G ipse descenderet dormientibus omnibus, in castris,
ideo nihil proficiebat, ꝙ secum duceret vnum, vel
multos, sed potius impediebat si multos duceret, q̃a
facilius audiretur strepitus eorum in castris, q̃ aliàs,
& euigilarent aliqui: sufficit igitur, ꝙ vnum eorum
secum duceret. Sed tunc dicetur, quòd debuisset Da
uid solus ire, quia sic magis occultaretur introitus
eius in castra, cum minorem strepitum facerent, q̃ si
duo irent. Dicendum, ꝙ non fuit factum propter
hoc. Primo, quia quanquam Dauid non putaret si- Dauid nõ intrauit solus ca stra Sau. pp.
bi hic esse pugnandum, tamen non haberet animũ
audacem ad faciendum hoc si solus esset, q̃a homo
cum solus est timidus redditur. Duobus autẽ simul
existentibus audacia crescit. Voluit ergo alterum il-
H lorum secum habere, vt intrepidè aggrederetur, q̃d
cogitauerat. Secundo fecit hoc, quia Deus mouebat
ipsum ad hoc, ꝙ haberet secum aliquem socium, &
erat ratio, quia Deus volebat magnificare Dauid
ostendendo innocentiam eius erga Saulem toti po-
polo: & quia innocentia magis manifestaretur, si Da
uid non solum non occideret Saulem, cum posset
eum occidere, sed etiam, ꝙ prohiberet obnixè eum,
qui volebat occidere Saulem, quàm si solum nõ oc-
cidisset Saulem cum posset, sed hoc non poterat ma
nifestari, nisi aliquis iret cũ Dauid, ideo mouit Deus
Dauid, vt aliquem secum duceret. Patet hoc: quia si
Dauid solus iuisset accepisset lanceam, & scyphũ,
& redijsset. Nunc autem cum iuit Abisai cum eo, co
I natus est Abisai configere Saulem in terram: Dauid
tamen obnixè hoc prohibuit, dicens: ne interficias
eum, vt patet infra: fuit ideo conueniens, vt Dauid
secum ferret aliquem in castra Saulis. *Dixitque Abi-
sai: ego descendam tecum.* Iste respondit primo, quàm
Achimelech, ideo descendit cũ Dauid: Achimelech
autem mansit extra, quousque redierunt portantes
lanceam, & scyphum. *Venerunt ergo Dauid, & Abisai
ad populum nocte,* idest, venerũt ad popolũ, qui erat in
castris Saulis per noctem: obseruauerat enim Dauid
istud tempus, vt nunc dormirent viri Saulis, & ipse
posset securè agere, quod volebat: per diem autem
hoc non poterat, quia Saul, & viri sui ambulabant
K per desertum inquirentes locum Dauid.

*Quid intendebat Dauid, quando descendit in castra Saulis.
Quęstio VII.*

QVAERET aliquis, quid intendebat facere Da
uid, quando descẽdit in castra. Aliquis dicet,
ꝙ intendebat occidere Saulẽ. Si autem obijciatur, ꝙ
non occidit eum: ergo non habuit intentionem oc-
cidendi, cum potuisset illum occidere. Respondebi-
tur, ꝙ hoc non tenet: quia supra c. 24. Dauid accessit
ad Saulem in spelunca animo occidendi eũ. Postea
tamen percussit eum cor suum, & noluit agere, vt
patet ibidem. Ita hic fortè, quanquam à principio
voluisset eum occidere, postea tamen noluit.

Sed

voluisset eum occidere, postea tñ noluit. Sed dicendum est, ꝙ Dauid non habuit animũ nocendi Sauli qñ descendit in castra, sed solum accipiendi lanceã eius, vel aliquid aliud in signum, quod habuisset locum occidẽdi eum: & noluit. Hoc aũt erat ꝑꝑ duo. Primò, vt confunderetur Saul s. quia iterum misertus fuerat ei nolendo eum occidere, & nũc nouiter persequebatur eum: Dauid aũt denuo miserebatur ei nolẽs ipsum occidere: totaliter ergo confunderetur Saul, & desisteret à persequendo eum. Secundò, faciebat hoc Dauid ad magis indicandum innocentiam suam: ostenderat enim eam, qñ abscidit oram chlamydis Saulis, & noluit ipsum occidere, supra c. 24. Sed adhuc non nimis patebat in hoc, quia aliqui putarent, ꝙ q̃q̃ tunc Dauid misertus fuerit Sauli; si tñ iterum acciperet eum in potestate sua, non parceret ei, nunc aũt redierat Saul ad persequendum Dauid postquam ei misertus fuerat, ex quo haberet Dauid iustam cãm occidendi Saulem secundum legẽ hostilem: reperit tñ eum, & non occidit cum potuisset, quin potius prohibuit Abisai volentem occidere Saulem: iõ non poterat intensius clementia Dauid ostendi. Cùm aũt dicitur, ꝙ Dauid habuit intentionem occidendi Saulem, sed postea mutatum est propositum, non stat, quia non habetur in tota litera, ꝙ Dauid voluit eũ occidere, supra c. 24. habet, ꝙ à principio cogitauerit eum occidere, sed postea noluit: non ergo descendit in castra Saulis alia intentione, nisi vt inde acciperet signum clementiæ suæ, & innocentiæ in Saulem. *Et inuenerunt Saulẽ iacentem, & dormientem in tentorio.* i. Dauid, & Abisai inuenerunt Saulem, quia ambo iuerunt in castra: & q̃q̃ transiuissent per medium castrorum vsque ad tentorium regis, nemo vigilauit, q̃ videret Dauid, eoquòd sopor immissus fuerat à Dño super oẽs in castris, ne cognosceret venientem Dauid, vt patet infra. In Hebræo dicitur: *Dormientem in itinere.* Vbi dicitur hic: dormientem in tentorio, sed exponendum est, sicut supra. *Et hastam fixam in terra ad caput eius* i. reperierunt hastam ad caput Saulis, quæ fixa erat in terra, & in hoc significatur opportunitas occidendi Saulẽ, quia ipse habebat arma, quibus occidi posset: vnde Abisai conatus est percutere Saulem lancea illa configẽdo eum in terra, sicut dixit infra: nunc ergo perfodiam eum lancea in terra semel, & secundo non erit opus: ponitur etiam de lancea, quia ista portata fuit à Dauid in signum, ꝙ potuisset occidere Saulem, & noluit: & quia lancea fuit accepta in signum, oportebat, quòd ostenderetur, qũo ista lancea erat apud regem: alioquin si Dauid accedẽs ad principium castrorum inuenisset illam lanceam, & tulisset, non sufficienter ꝑ hoc ostenderet, ꝙ potuisset occidere Saulem. Dicit ergo de ista lancea, ꝙ erat ad caput regis ad signãdũ, ꝙ qui accepit lanceam illam de capite regis, potuisset occidere eum, sed misertus est. *Abner autem, & populum dormientem in circuitu eius.* i. inuenerunt Dauid, & Abisai dormientem Abner, & totum populũ suum in circuitu tentorij regis, ꝙ in medio castrorũ erat. *Dixitque Abisai ad Dauid.* Hic ponitur secundũ, in quo à Dauid Saul à morte protegitur, cùm vellet eũ occidere Abisai. *Conclusit Dominus hodie inimicum tuum in manus tuas.* i. Deus posuit inimicum tuum in potestate tua. Dicitur aũt conclusus, quia non habebat potestatem ad aliquam partem euadendi. In hoc autẽ congratulabatur, & cõgaudebat Abisai Dauid tanq̃ aduenisset magnum bonum Dauid. s. ꝙ esset hostis suus in potestate sua. Erat autem hoc à Dño, vt dixit Abisai, quia non videbatur verisimile, ꝙ Dauid potuisset intrare ita securè in castra, omnibus dormiẽtibus, nisi Deus miraculosè soporẽ eis dedisset: Deus

A igitur faciebat hoc. *Nunc ergo perfodiam eum lancea in terra semel.* i. quia sic est, ꝙ Deus voluit cõcludere hostem tuum in manus tuas perfodiam eum lancea semel. s. configendo eum terræ. *Et secundò non erit opus,* idest, si percussero eum semel, nõ erit opus, ꝙ percutiam secundo, q. d. ita fortiter percutiam, quòd vnico vulnere morietur.

Quare Abisai petijt à Dauid occidere Saulem, cum sciret antea Dauid noluisse illum occidere.
Quæstio VII.

QVAERET aliquis, cur Abisai dicebat Dauid: perfodiam eũ lancea, quia sciebat, ꝙ Dauid hoc nollet: nam iterum Deus tradide B rat Saulem in manus eius, & noluit percutere eum, quin potius confregit viros suos sermonibus, vt nõ insurgerent in eum, supra c. 24. nunc igitur non cõsentiret, ꝙ Abisai percuteret eum. Dicẽdum, quòd Abisai motus fuit ad dicendũ hoc, quia vidit, ꝙ Dñs tradiderat Saulem in manus Dauid, & hoc videbat esse ad aliquem finem, non erat autem alius, nisi vt Dauid occideret Saulem, cùm esset hostis illius, ideo voluit occidere illum. Cùm autẽ dicitur, ꝙ Dauid prohibuerat viros suos, ne insurgerent in Saulem, supra cap. 24. Dicendum, ꝙ Abisai crederet rationabiliter debuisse mutari cor Dauid: ipse enim primo misertus fuerat Sauli, & proposuit Saul nunquam C persequi Dauid, sed potius orauit, vt Deus redderet ei vicem pro bono opere, supra c. 24. nũc aũt denuo persequebatur Dauid nihil faciente Dauid, ideo rationabiliter debuisset Dauid moueri ad occidendũ eum: vnde fortè Abisai credidit mutatum esse cor Dauid. Item dato, ꝙ Abisai putaret Dauid non esse inclinatum ad occidendum Saulem, volebat suadere ei ꝙ permitteret illum occidi, vt sic euaderẽt Dauid, & viri sui periculum: sciebat. n. Abisai, ꝙ dũ viueret Saul semper ꝑsequeretũ Dauid, & viros suos: & quia aliqñ poterãt incidere in manus eius, & morerentur: volebat. n. potius, ꝙ ipsi occiderent Saulẽ, ideo q̃q̃ non esset inclinatus Dauid ad occidendum Saulem, volebat eum Abisai inducere, quia tamen D vidit eum firmum esse in proposito non occidendi Saulem, & nimis resistit sibi ad hoc, quòd non occideret illum, destitit Abisai à persuadendo.

An peccauerit Abisai volendo occidere Saulem.
Quæstio VIII.

QVAERETVR vlterius, an Abisai peccauit volendo occidere Saulem. Respondendum, quod si Abisai occidisset, vel vulnerasset Saulẽ, peccasset mortaliter, eoꝙ non habebat aliquam iustam causam nocendi ei, quia agebat propria auctoritate: & non potest aliquis propria auctoritate occidere E alterum, nisi repellendo vim, & in paucis casibus, in quibus lex permittit. Hic autem Abisai non repellebat vim, cùm Saul non aggrederetur eum, nec erat hic alius casus de permissis in lege ad occidendum propria auctoritate, ideo illicitum erat ei, quòd occideret illũ, pręcipuè, quia Saul erat rex Israel, & magis peccaret Abisai mittendo manum in eum, q̃ in aliquem alterum: & hoc allegauit Dauid, dicens: qs. extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit, quasi dicat, nullus poterit licitè eum occidere: Abisai autem non occidit eum, nec percussit dissuadente Dauid: ideo ex hac parte non peccauit. Voluit tamen deliberatè percutere Saulem, si permisisset Dauid: sed in quibuscunque

actus est malus, voluntas quoque ad illum actum mala est: ideo peccauit Abisai volẽdo occidere Saulem, nec solum voluit occidere eum, sed etiam suadebat Dauid, vt permitteret eum occidi. Suasio autem ad malum peccatũ est, satis ergo peccauit Abisai in hoc. *Et dixit Dauid Abisai: ne interficias eum.* Vidit Dauid Abisai promptum esse ad occidendum Saulem: ideo restitit ei iubendo, ne faceret, & iurando super hoc. *Quis enim extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit?* idest, quis poterit extendere manum ad occidendũ regem, qui vnctus est à Deo, & quòd sit innocens? q. d. nullus: quia Deus fecit eum superiorem omnibus, & nulli præstitit auctoritatem super ipsum: sed Deus solus est vltor iniquitatum eius: vnde solum Deum Dauid inuocauit in iudicem supra cap. 24. dicens: iudicet Deus inter me, & te: manus autem mea non sit in te: hoc autẽ intelligitur de mittente manum in regem aggrediẽdo, quia nulli homini licet hoc inter subditos suos: licet tamen defendendo; vt si aliter non potest euadere mortem, quam rex infligere vult aggrediẽdo ipsum nisi regẽ occidat se defendendo, licitum erit illum occidere, nisi rex habuerit iustam causam occidendi eum, quem vult occidere: nã ipse iudex est, & potest propria auctoritate occidere delinquẽtes, & illi non debent resistere ei, quia qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, & ex hoc peccat mortaliter. ad Ro. c. 13. *Et dixit Dauid: viuit Dominus.* Hoc iurat Dauid de non occidendo Saulem: & hoc fecit ad significandum intentionem suã Abisai, ne occideret Saulem: quia si forte indicasset ei intentionẽ suã esse, quasi indifferenter, vel verbis non efficacibus locutus fuisset Abisai forte occideret Saulem: vt ergo desisteret, expressit intentionẽ suã efficacioribus verbis, q̃ potuit. s. iurando, ideo tunc destitit Abisai. Si autem queras, an Dauid tenebatur prohibere occisionẽ Saulis, & resistere Abisai, dicas ꝙ sic, aliàs peccasset mortaliter, sicut declaratũ est supra c. 24. de viris Dauid, quos ipse cõfregit sermonibus, ne insurgerent in Saulem. *Quia nisi Dominus percusserit eum*, i. nisi Deus per se occiderit Saulẽ. s. ꝑ aliquem morbum subitaneum, vel per aliqua infortunia, vt si percutiat eum fulmine, vel obruatur cadente ędificio aliquo super ipsum, & sic de alijs generibus periculorũ quandocunq; quis violenter morit̃, nullo hoĩe agẽte quicq̃ ꝯ ipsum, nisi forte à casu: & est iste primus modus moriendi de tribus, qui habẽtur hic, & ẽt declarati sunt supra c. 24. *Aut dies eius venerit, vt moriatur.* Iste est secundus modus. s. qñ aliquis morit̃ veniente die suo. Vocatur autẽ dies alicuius ad moriendũ dies terminans periodum durationis speciei humanę, vel durationis istius hoĩs ſm complexionẽ suã. Et quãdo aliquis sic moritur, necesse est, vt senectute nimia confectus sit, vel disproportio complexionis suæ non possit vitã suam vlterius extendere. Et in hoc nullus homo præstat causam ad moriendũ, nec aliquod infortuniũ, sed sola cõditio naturę. *Aut in prælio descendens mortuus fuerit.* Iste est tertius modus moriẽdi. s. cũ quis occiditur ab hostibus. De isto etiam putabat Dauid, ꝙ posset mori Saul hoc genere mortis: quia frequenter descendebat Saul ad pugnam contra Philisthinos, qui erant hostes cõtinui eius: & quia euentus belli varius est, poterat ibi gladio cadere, & sic factum est, quia postea occisus est à Philisthinis, infra c. vlt. De istis tribus modis latius dictum est supra cap. 24. s. an differant inter se, & quomodo differant. *Propitius sit mihi Dominus, ne extendam manum meam in Christum Domini*, i. sic mihi Deus sit ꝓpitius, ꝙ non extendam manũ meam in Saulem. Vel dicitur: propitius sit mihi Dominus. i. oro, ꝙ Deus

F mihi propitietur faciendo, ne extendere velim manum meam in eum.

An Dauid iuramento tenebatur non occidere Saulem.
Quæstio X.

QVAERET aliquis, an Dauid ligabatur ex hoc
iuramento ad nullo modo occidendũ Saulẽ.
Respondendũ est, ꝙ per hoc iuramentũ solũ obliga
bat se Dauid ad ea, ad quę obligatus erat de iure cõ-
muni: tenebatur. n. Dauid non occidere Saulem, q̃q̃
hostis eius esset, quia manu sua non licebat ei petere
vindictã de eo, alioquin peccaret mortaliter, vt de-
claratum est supra c. 24. nunc aũt hoc idem iurabat
G Dauid. s. ꝙ non occideret eũ. Proficiebat tñ istud iu-
ramentum ad duo. Primò ad distrahendũ Abisai ne
occideret Saulem, qui promptus erat occidere eũ,
& ꝑ hoc desisteret, quia significabatur ei efficaciter
intentio Dauid. Secundò ꝓficiebat ad confirman-
dum volũtatem Dauid, quia licet Dauid obligatus
esset de iure cõi non occidere Saulem, tñ cùm nũc
nouiter se obligaret ꝑ iuramẽtũ, esset firmior in ꝓ-
posito, & magis caueret ne ageret ꝯ hoc: sic. n. fiunt
vota, quia qñ aliquis proponit aliquid agere, qđ bo-
num est, in quo vellet ꝑmanere, nondum est firmus
in proposito illo, cũ liceat ei sine peccato retrocede
re, ideo vt voluntas sua totaliter firmetur in bono
concepto, & disponat se ad semper illud ꝑsequẽdũ;
H vouet illud agere, vt sic inducatur necessitas ad agẽ
dũ. Sciendum aũt, ꝙ Dauid obligabat̃ ex hoc nun-
quam occidere Saulem, ẽt si semper persequeretur
eum, & Deus traderet ipsum millesies in manus ei⁹:
non tamen obligabatur non occidere eum, si Saul
circundaret Dauid, & vellet eũ capere ad occiden-
dum: tũc. n. liceret Dauid occidere Saulẽ, si aliàs nõ
posset ipse mortẽ euadere. Nec iurauit Dauid, ꝙ nõ
occideret Saulẽ se defendẽdo, sed solũ aggrediẽdo,
qđ patet, qa dixit: nõ extendã manũ meã in Christũ
Dñi: extẽdere aũt manũ est aggredi: cum autẽ quis
solùm se defendit non extendit manũ in alterũ, sed
repellit violentiã extendentis manũ in se: patet etiã
quia verba Dauid debent referri ad casum illum, q
I præsens erat. Deus. n. tradiderat Saulẽ in manus Da
uid, & ipse non permisit, ꝙ occideret eũ Abisai, &
iurauit super hoc: ideo intelligenda sunt verba iu-
ramẽti illius in casu simili, scilicet, cũ reperiret eũ
iterum, & iterum sic, vel quotiescunq; Deus trade-
ret eum in manus ipsius. De offensione aũt nõ erat
hic sermo, eo ꝙ non offerebat se hic casus, in quo
deberet Dauid defendere se à Saule, sed in quo pos-
set eum aggredi, ideo q̃q̃ verba ista sint generalia,
oportet extendi solũ ad aggressionẽ, de qua tunc se
offerebat casus. Item quia Dauid, si iurasset speciali-
ter, vtpote, ꝙ aliquis peteret ab eo, ꝙ iuraret nunq̃
se defendere à Saule: & ꝙ potius permitteret se oc-
cidi à Saule, q̃ occidere eum se defendendo: Dauid
K hoc nollet iurare, quia erat irrationabile, q̃q̃ igitur
generaliter iuraret Dauid, ꝙ pro nulla causa occide
ret Saulem, non intelligebatur de occisione, quæ fie
ret defendendo: quia in generali sermone non ve-
niunt ea, quæ non esset quis verisimiliter concessu-
rus, vt patet extra de iureiuran. in 6. c. in generali.

An Dauid peccasset occidendo Saulem.
Quæstio XI.

QVAERET aliquis, cur Dauid noluit occide-
re Saulem, qui erat hostis suus, & quotidie in-
fligebat ei mala, & voluit occidere Nabal, qui
solùm semel intulit ei iniuriam, præcedenti capit.
Respon-

Respondendum, ꝙ Dauid peccasset, siue occidisset Saulē, siue Nabal: quia in nullo casu horū licebat ei vindictam propria manu petere: iō q̃q̃ disposuisset occidere Nabal ex passione, tamen postea loquente ad eum Abigail, cōsensit non occidere Nabal, quin potius Deo, & Abigail gratias agit, quia Deus liberauit eū à peccato per verbū Abigail præcedenti cap. Sed dicetur, cùm toties offenderit Saul Dauid, & nūquam fuit motus totali deliberatione ad occidēdū eum, nec opus fuit, vt quis persuaderet ei, ne occideret Saulem, sed potius ipse persuasit bis viris suis, ne occiderent Saulem, vt patet supra c. 24. & hic: qūo cùm semel offenderit Nabal Dauid, eguit Dauid ꝑsuasore ad non occidendū Nabal, alioquin occidisset. Dicendum, ꝙ Dauid habebat multas causas nō occidēdi Saulem. s. quinq;, quæ positæ sunt supra c. 24. nulla tamen illarū visa est efficax, nisi vltima. In Nabal aūt solū erat vna causa, quæ distraheret: Dauid autem passione præuētus non reputauit illā efficacem, & q̃q̃ illa eadē existeret in Saule ꝑp illam nō cessauit occidere eum, sed solum ꝑp vltimā, quę nō erat in Nabal: solùm.n. cessauit Dauid ab occisione Nabal, quia illicitū erat vindictā petere manu sua, vt patet ex verbis suis præcedenti c. s. Benedicta tu, quæ prohibuisti me hodiè, ne irem ad sanguinem, & ne vlciscerer me manu mea: istā causam non reputabat Dauid esse nimis efficacē, ideo nisi esset alius persuadens, ista sola non potuisset eū distrahere. In Saule autē erant quinq; causæ, & nulla illarum sufficienter distraxisset, præter vltimā. s. quia Saul erat rex, & ex hoc putabat Dauid esse maximū scelus, ꝙ quis occideret eum. Sic apparet hic ex verbis suis, s. Quis extendet manum suam in Christum Domini, & innocens erit? & non dixit: illicitum est vindictā propria manu expeti. Sic patet supra cap. 24. vbi nullā aliā causam allegauit Dauid contra suos, vt nō occiderent Saulem, nisi ꝙ rex erat. Istam aūt putauit esse efficacissimam, ideo non eguit persuasore: si autem solum essent aliæ causæ, quæ fuerunt in Nabal, non cessasset Dauid occidere Saulem, nisi quis dissuasisset, q̃q̃ igitur illicita eēt mors Nabal, sicut mors Saulis; tñ eguit Dauid persuasore, vt non occideret Nabal, & non eguit pro Saule. *Nunc igitur tolle hastam, quæ est ad caput eius*, idest, quia illicitum est, ꝙ occidamus eum, nihil ei mali inferas, sed solum tolle hastam, quæ est ad caput illius.

Saul propter duo habebat hastam ad caput. Quæstio XII.

QVAERET aliquis de ista hasta, quā habebat Saul ad caput, cur haberet eam. Respondendum, ꝙ Saul habebat ꝑp duo. Primo, quia ipse erat vir bellicosus, & non delectabatur magis in aliquo genere armorum, quàm in clypeo, & lancea. Vnde famosus erat in hoc genere pugnandi: sic laudat eū Dauid in planctu suo infra 2. lib. c. 1. s. Clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo à sanguine interfectorum, ab adipe fortium. Volebat ergo semper lanceam habere apud se, quia nimis illam afficiebatur. Secūdo, & præcipuè habebat lanceam apud se, quasi insignium regalis honoris: nam sicut coram regibus gladius antefertur in signum regalis potestatis, & ministerij iustitię, vt patet ad Roma. capitulo 13. ita Saul lanceam habebat in regale insignium, ideo omni tempore habebat eam apud se, siue cibum sumeret, siue dormiret, siue quiesceret, siue alicui colloqueretur. Sic patet supra cap. 18. & 19. nam bis ibi Saul sedebat in domo sua Dauid psallente in cithara coram eo, & tenebat Saul lanceam in manu, conatusque est percutere bis Dauid. Tenebat ēt Saul lanceam in mensa, cùm cibum sumeret: sic patet supra cap. 20. quia sedebat ad mensam, & arripuit lanceā, conatusq; est percutere Ionatham, & tunc surrexit Ionathas à mensa. Tenebat quoq; lanceā Saul qñ colloquebatur aliquibus, sup. capi. 22. quando in nemore Gabaa colloquebatur seruis suis circunstātibus. Omni tempore igitur lanceam tenebat. Nūc autem qa dormiebat, erat lācea fixa ad caput eius, ne vnquam deesset ei regale insignium. *Et scyphum aquę, & abeamus*. i. tolle etiam scyphū aquæ, qui est caput regis, & recedamus hinc: nolebat enim manere ibi amplius Dauid: quia nihil facturus erat. Etiam ne quis euigilaret, & videret eos: quia tunc essent in periculo. Iste scyphus aquæ erat ad caput regis ad lauandum manus, cum surgeret, vel ad potum, vel ad aliquam ceremoniam regalem. *Tulit ergo Dauid hastam, & scyphum aquę, qui erat ad caput Saul*. Quanquam dicatur, ꝙ Dauid tulerit, intelligēdum est, ꝙ tulerit Abisai: quia Abisai erat minister Dauid. Etiā quia Dauid iusserat hoc Abisai, dicens: Nunc tolle hastā, quæ ad caput eius est, & scyphum. Sed dicitur Dauid tulisse: quia iussit illam deferri: sic.n. dicitur Salomon ædificasse templū Dñi. 3. lib. ca. 6. nō quidē, ꝙ ipse aliquid ædificauerit, sed quia iussit ædificari.

Dauid non accepit de castris Saulis nisi lanceam, & scyphum. Quęstio XIII.

QVAERET aliquis, quare Dauid tulit lanceā, & scyphum, & quare non tulit aliquid alterū. Respondendum, ꝙ Dauid descendit in castra Saulis ad probandum innocentiā suam, vt inde acciperet aliquid in signum, per quod ostenderetur, ꝙ ipse habuit Saulē in potestate sua, & noluit illum occidere: erāt autē ad hoc sufficiētia signa lancea, & scyphus regis: qa illa lācea erat quam semper rex gerebat in manu, ideo cùm Dauid loqueretur extra castra ad Saulem ostēdens lanceam regis, manifestè apparet, ꝙ ipse intraret in castra, vel aliquis de suis, & accepit hastam regis, & scyphum: & quia rex non inueniret illam apud se, nec scyphum, manifestè videret, ꝙ Dauid introiuerat in castra, & acceperat lanceā. Sed dicet aliquis: cur Dauid non abscidit hic aliquā partem chlamydis Saulis, vt ferret in signum, sicut fecit? sup. ca. 24. Respondendum, ꝙ Dauid nihil volebat hic, nisi habere aliquod signum, quo ostēderet se potuisse occidere Saulem, & noluisse, & quia sufficiens signū erat lācea regis, & scyphus, noluit aliud presertim quia ipse intendebat cauere dedecus regis quantum posset, & quia abscindere partes vestiū eius erat dedecus, noluit aliquid abscindere. Prius aūt sup. cap. 24. Dauid amputauit partem chlamydis Saulis, quia nō poterat ibi habere aliud signum: ideo necessitate coactus illud egit, q̃q̃ esset dedecus regis. nunc autem quia habebat alia signa sufficientia, noluit aliquid de vestibus scindere. *Et non erat quisquam, qui videret, & intelligeret, & vigilaret*. Hoc ponitur ad innuendum miraculū, scilicet, ꝙ quanquā introissent Dauid, & Abisai in castra, nullus vidit, nec intellexit quid faciebant, quia nemo vigilabat. *Sed omnes dormiebant, quia sopor Domini irruerat super eos*. Hoc ponitur ad declarandum quomodo superiora sint verisimilia: quia aliquis diceret non esse verisimile, quòd nullus in castris Saulis vigilaret, & ꝙ posset Dauid transire per medium castrorum vsq; ad tentorium Saulis, & quòd nemo hoc videret: ideo dicitur, quòd sopor Dei irruerat super eos, quasi dicat, non erat verisimile, quòd hoc potuisset accidere via consueta: nam in castris, vbi erant tot

tot viri, aliquis vigilaret saltem custodiendo regem:
sed factū est miraculosè, s. quia Deus immisit sopo-
rem sup oēs, q erāt in castris: & sic nemo poterat vi-
gilare. Et vocat sopor Dei, i. sopor immissus à Deo.

Quare immisit Deus soporem Sauli, & omni populo eius. *Quæstio XIIII.*

QVAERET aliquis, ad quid Deus immisit so-
porē in castris Saulis. Rñdendum, ꝙ Deus vo
lebat ostēdere innocētiā Dauid erga Saulē,
vt magnificaret eū faciendo cognosci, ꝙ ipse totiēs
misertus fuerit hosti suo atrocissimo, quē potuisset
impunè occidere: & quia non poterat nunc Dauid
introire in castra Saulis ad accipiendū inde aliquod
signū, cùm vigilarent serui Saulis, & caperēt Dauid,
Deus voluit, vt oēs dormirēt, ita vt nemo posset im
pedire Dauid: ꝓmiserat.n. Deus ꝙ traderet Saulem
in manu Dauid, vt patet s̄.c.24.s. Ecce dies, de qua lo
cutus est Dñs ad te: ego tradā inimicū tuum: & nō
solū volebat Deus hoc facere semel, sed pluries, &
quia non potuisset Dauid nunc impunè introire in
castra Saulis, Deus qui promiserat ei tradere sibi ho-
stem suum, voluit efficere id, sine quo non poterat
ei tradi hostis suus.

Sopor quomodo causatus est à Deo in seruis Saulis. *Quæstio XV.*

QVAERETVR vlterius, quō Deus causauit
soporē in oībus seruis Saulis. Respondendū, ꝙ
sopor est passio quædam de naturalibus, & sicut na-
tura potest causare soporē in hoīe, ita & Deus, qui
princeps naturæ est. Sopor aūt causatur in homine
ascendente multa fumositate ad cerebrum, quę pri
uat hominē operatione animali, ita Deus poterat
subito replere cerebrum cuiuslibet existentis in ca-
stris tanta fumositate, vt etiam si tāgeretur fortiter,
nihil sentiret, sed essent oēs velut exanimes: poterat
quoq; hoc facere Deus sine processu naturæ, s. ꝙ nō
causaret fumositatem in capitibus impedientē ope
rationem animalē, sed cū quælibet virtus nostra ha
beat se in respectu Dei in potentia obeditiua ad om
nia, quæ Deus voluerit: non solū, ipso multiplican-
te fumositatem in capitibus singulorū de castris, ces
saret operatio animalis, cū intensione naturaliū vir-
tutum, quod est soporari: sed ēt nullo apposito, sed
solū Deo volente, ꝙ cessarent virtutes aīales ab ope
rationibus suis, cessarēt, & esset somnus fortis in sin-
gulis. Sic.n. legitur immisisse Deus iterū soporē in
Adā, Gen.c.2. qui causatus fuit, vt non sentiret Adā
quō vna de costis suis ablata fuerit. Est ēt Deus Do-
minus non solū soporis, sed etiam somniorū, i. visio
nū, quæ fiunt in somnijs, s. ꝙ potest cuilibet immit-
tere tale somnium, quale voluerit: & hoc mō Deus
reuelabat prophetis veritates futuras, quia immitte
bat eis somnia certissima de rebus venturis, per quæ
poterant ita certissimè enunciare futura, velut si ea
præsentialiter cernerent, vt patet Num. 12. s. Siquis
fuerit inter vos propheta Domini, in visione appa-
rebo ei, vel per somnium loquar ad illum: sic etiam
Daniel dixit Nabuchodonosor, ꝙ Deus miserat ei
somnia ad enunciationē futurarum rerū, vt patet
Daniel.c.2. sic etiam Deus immisit somnium cuidā
de Madianitis, per qđ significabatur, ꝙ Gedeon præ-
ualiturus erat contra castra Madian, & ex hoc infir-
marentur Madianitæ, & non possent resistere ei Iu-
di.c.7. facile est aūt Deo immutare oīa hæc ad qua-
lescunq; passiones naturales, vel supra naturā iuxta
voluntatem suam, cum ipse omnium artifex sit.
Cumque transisset Dauid. Hic ponitur tertiū huius c.
F in quo Saul à Dauid cōuincitur, & diuiditur in duo,
quia primo Abner, & totus populus cōuincitur de
negligentia. Secundo Saul conuincitur de iniustitia
ibi. *Cognouit autem Saul.* De primo dicitur. *Cunque tran-
sisset Dauid ex aduerso.* i. transiuit castra, & accessit ad ali
quam partem distantē à castris, quæ erat ex opposi-
to castrorum: & ex loco ipso locutus fuit ad Saulē,
& populum. *Et stetisset in vertice montis.* i. non locutus
fuit quousq; esset in vertice montis, qui erat apud
castra. Hoc fecit Dauid, vt ex loco ipso posset audi-
ri vox eius in castris Saulis, & posset ipse videri: si au
tem fuisset in plano non audiretur, cum esset diffusa
multitudo virorū p agros in circuitu Saulis, & nesci
retur quis loquebatur, nisi esset ꝓpe: & hoc pericu-
G lū erat Dauid, nunc aūt, cùm esset super montem,
poterat videri de castris Saulis, & audiri. Eratq; satis
distans, ita vt nemo posset persequi eum. *De longè, vt
esset grande interuallum inter eos.* i. erat Dauid longe à ca-
stris, intantū, ꝙ erat grande interuallū inter eos, sci-
licet inter Dauid, & inter illos, qui erāt in castris Sau
lis: hoc faciebat, quia timebat, ꝙ q̄q̄ misertus fuisset
Sauli: aliqui de viris eius ꝑsequerent̄ eum: posuit igit̄
se in tali loco, ad quē nemo de seruis Saulis accede-
re posset: qn Dauid prius posset euadere. *Clamauit Da
uid ad populum, & Abner filium Ner,* i. cū fuit in monte
cepit clamare ad Abner, & ad populū: increpando
eos, ꝙ non custodierant regem: fuit aūt locutus ad
Abner, quia ipse erat præcipuus inter viros Saulis,
H & deinde ad totum populum, quia omnes rei erant
criminis, cùm non custodissent regem. locutio ta-
men ista dirigebatur ad solum Abner, quanquam
postea conuertit Dauid quædam verba ad populū
dicens: viuit Dominus quoniam filij mortis estis
vos, qui non custoditis Dominum vestrum.

Dauid debuit clamare ad Saulem: aliàs nihil profuisset quod fecerat. *Quæst. XVI.*

QVAERET aliquis, an peccauerit Dauid dicen
do hæc. Aliquis dicet ꝙ sic, quia Dauid expo-
nebat se periculo sine causa, quia in hoc tētatio Dei
erat. Dicendum, ꝙ Dauid, non peccauit clamando
I ad Saulē, quia si non clamasset, nihil ꝓfecisset id, qđ
fecerat introeūdo in castra: qa non indicaret inno-
cētia sua, nisi clamaret ipse, significās, quòd introis-
set in castra ostendendo signum, ideo debuit clama-
re. Cùm autem dicitur, ꝙ exposuit se periculo, & tē
tauit Deum, dicendum, ꝙ non stat, quia Dauid nō
locutus fuit quousque fuit in loco securo, s. longe
à castris super verticē montis, vbi nullus poterat ei
nocere. Et sic non erat periculum: sic etiā fecit su-
pra cap. 24. cùm voluit ostendere Sauli oram chla-
mydis abscisam: nam non locutus fuit ei imme-
diatè vt egressus est de spelunca, nec intra speluncā:
quia in hoc erat periculū, sed locutus est postq̄ fuit
longè a spelunca. Sed dicet aliquis, ꝙ securior erat
K Dauid, si non clamauisset, quàm clamando, eo ꝙ sic
aliquis poterat persequi eum, & fortè accideret, ꝙ
caperetur: si aūt non clamasset, non possent hæc eue
nire. Dicendum ꝙ verum est, tñ non est euitandū
oē periculū, nisi id quod verisimile est: alia.n. quanq̄
possibilia sint, tñ: pericula non vocātur: Dauid autē
posuerat se in tali loco, in quo verisimiliter non po-
terat periclitari, ideo q̄q̄ esset possibile aliquod ma-
lū ei euenire ꝑp clamorē illum; tñ periculū non vo
catur. Et cōsequenter nec tentatio Dei. Itē qa dato,
ꝙ interdū pericula verisimilia sint: si tñ parua sunt
licitū est alicui se exponere illis, vt aliqua magna bo
na acquirat, q̄ ei necessaria sūt: sic aūt erat hic de Da
uid, quia ipse volebat indicare innocentiā suā, quod
erat

erat ei valde opportunum, & pp hoc se exposuerat periculo introeundo in castra: q̄ ergo nūc aliquātum periculi esset: licitum erat Dauid clamare, ne totum opus suum maneret inane, præsertim q̄a Deus cooperatus fuerat sibi miraculosè mittendo soporem super omnes, qui erāt in castris: si tamen nunc non clamasset Dauid mansisset miraculū Dei inane, quod fiebat ad indicandam innocētiam Dauid, quæ non poterat indicari, nisi clamasset Dauid: ergo non solum erat ibi licitum clamare, sed etiam si nō clamasset, videretur peccare, quia faceret beneficium collatū sibi miraculosè manere superuacuū.

Propter quid Dauid increpauit Abner, & populum Saulis. Quæst. XVII.

QVAERETVR vlterius, ad quid Dauid clamabat increpando Abner, & populū. Aliquis dicet, ꝙ clamauit increpando illos, quia erant verè increpabiles non custodiendo regem: sic enim dicitur j. filij mortis estis vos, qui nō custodistis Dominum vestrum. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat, q̄a nihil hoc attinebat ad Dauid, cum ipse non intenderet salutem, vel bonum Saulis, nec curaret an benè, vel malè eum custodirent serui sui, sed potius ipse desiderauit, ꝙ male custodirent eum serui sui, vt haberet opportunitatem ad faciēdū id, quod fecit, alioquin non potuisset impunè introire in castra. Dicendum igitur, ꝙ Dauid locutus fuit ista, vt magis inclinaret sibi Saulē, & ꝓficeret causæ suę. Dupliciter.n. proficiebat hoc ad intentionē Dauid. Primo, quia ipse intendebat demonstrare innocentiā suā erga Saulem, non solùm, quia nolebat eum occidere, cùm posset, & prohibebat eum occidi ab alijs, q̄ secum erant, sed etiam quia increpabat seruos suos propter negligentem custodiam tanquā in hoc significaret se dolere, quia malè custodiebatur Saul, & per hoc flecteretur Saul conspecta tanta probitate, & clementia Dauid erga se. Secundū, & præcipuum erat, quia per hoc cōfirmabat Dauid intētionem suā: ipse.n. volebat innuere, ꝙ introiuisset in castra Saulis, & potuisset eum occidere: sed non fecit, quia misertus fuit illius, & ad hoc ostēderet lanceā: Saul tñ posset cogitare, ꝙ aliquis de seruis suis dedisset lanceam Dauid, & scyphum, vt per hoc ostenderet innocētiam suam. hoc autem poterat esse verisimile, quia Saúl putabat, quòd serui sui coniurauerant cum Dauid contra ipsum, vt patet supra c. 22. scilicet omnes coniurastis aduersum me, & nō est, qui mihi renunciet: maximè, cum & filius meus, fędus inierit cum filio Isai: ad tollendam autem hanc suspitionem Dauid cepit accusare Abner, & totū populum, ꝙ omnes illi dormiebant, quādo ipse descendit in castra, ideo nullus poterat ei dare lanceā, & scyphum, sed ipse cepit. Et consequenter ipse potuit occidere Saulem, sed noluit. *Nonne respondebis Abner.* Nunquid non vis respondere mihi, ò Abner? Vel est modus interrogandi, s. ò Abner rñde mihi.

Cur Dauid magis increpauit Abner, quàm cęteros. Quæstio XVIII.

QVAERET aliquis, cur Deuid increpuit magis Abner, q̄ reliquos de populo: nam ad eum præcipuè conuertit verba sua. Dicendum, ꝙ Dauid volebat increpare ministros Saulis propter causas supra positas: ꝙ tñ magis istum, quā illum increparet, fuit quia magis rōni consentaneum videbatur: & fuerunt duo, pp quæ increpuit Dauid Abner potius, quàm cęteros. Primū, quia ipse erat minister principalis regis, scilicet, quia erat princeps militiæ, vt patet supra in litera. & ob hoc magis attinebat ad eum cura regis, q̄ ad reliquos, & ob hoc dormiebat Abner apud Saulem tanq̄ pręcipuus custos, vt patet supra in litera. s. cūque vidisset locū, in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner. Secundum erat, quia Abner erat cognatus regis. s. patruelis eius, vt patet supra c. 14. magis ergo pp cognationē tenebatur eū diligere, q̄ reliqui: & curare pro salute eius; & ꝯñr reprehensibilior erat reliquis ꝓ negligenti custodia regis. Dauid tñ præcipuè attendit ad Abner, eo ꝙ ipse erat principalis in seruis regis: vnde dixit: Nūquid non vir tu es? & quis alius similis tui in Israel? quare ergo non custodisti Dñm tuum regē? q.d. tu es excellentior inter oēs viros Israel, & ad te magis pertinebat custodia regis, cur ergo non custodisti? *Et respondens Abner ait.* Ipsemet Abner respondit, cū viderit, ꝙ ad eum spāliter dirigebatur vox. *Quis es tu, qui clamas, & inquietas regem?* q.d. quis es tu tantæ audaciæ, qui audeas clamare dormiēte rege, & inquietes eū? q.d. satis fatuus videris. *Et ait Dauid ad Abner: nunquid non vir tu es?* Hic incipit eum accusare. q.d. tu es vir principalior reliquis Israelitis, & tu deliquisti, nec fecisti, vt vir bonus, cum non custodieris Dñm tuum. *Et quis alius similis tui in Israel?* q.d. nō est alius tibi ęqualis. Hoc dicebat quantum ad dignitatem, q̄a Abner erat princeps exercitus, & nullus maior principatus erat inter Israelitas. Secundò non erat ei aliquis similis in honore à rege præstito: magis.n. illū honorabat, quàm reliquos Israelitas, quia faciebat eū sedere apud se in mensa supra c. 20. *Quare ergo non custodisti Dominum tuum regem?* q.d. malè fecisti non custodiendo, & reus mortis es, sicut infra dixit Dauid ad totum populum. Dixit aūt. Dñm tuum regē: & nō dixit. Dñm regem, vel. Dñm meū regē pp duo. Primò vt signaret specialē honorē, & potestatē Abner in domo Saulis, per quæ videbatur esse magis rex ipsius, quàm aliorum: sic etiam dr̄ de Deo, qui quanquam sit Deus omnium, si tñ est aliquis, ad quē Deus specialiter se habeat, vocat̄ Deus illius: sic dixit Saul ad Samuelem supra c. 15. s. Pepercit populus melioribus ouibus, & armentis, vt immolarentur Domino Deo tuo: nō tñ erat solū Deus Samuelis, sed etiā Saulis. Secundo dictum est, quia Dauid noluit nūc vocare Saulem regem suū, quia non se habebat ad eum, vt rex, sed vt hostis: postea aūt vocauit eū Dominum, & regē, vt patet infra: quia Saul primo vocauit eum filiū, vt patet ibidem. *Ingressus est vnus de turba,* s. in tentorium regis, te non vidente. *Vt occideret Dominū tuum regē.* i. ingressus est ad occidendū, & vos non poteratis resistere ei, q̄a nō videbatis, vel potuit ipse occidere regem, cum ingressus est, si voluisset.

Dauid pp duo non vocauit Saulē regem suū.

An Dauid mentitus fuit dicendo, quòd vnus de turba ingressus est ad occidendum Saulem. Quæst. XIX.

QVAERET aliquis, an Dauid mentitus est hic. Et dicet aliquis, quòd sic, quia nullus introierat in tētoriū regis, nisi ipse, & Abisai, & tñ non introierunt voluntate occidendi regē, sed solum tollendi lanceā in signū innocentiæ Dauid. Aliquis respondebit, ꝙ verū dixit Dauid: nam licet ipse nō ingressus fuerit aīo occidēdi: Abisai tamē volebat occidere Saulē, & occidisset, nisi ꝓhiberet Dauid: ille tamen introiuit in tentoriū Saulis cū Dauid. Sed adhuc non stat ista solutio, quia Dauid dixit: ingressus est vnus de turba. i. de populo, vel de multitudine ista: Abisai tamē non erat de populo, qui manebat cum Saule. Sed dicendum est, quòd Dauid intellexit, quòd ingressus est vnus de turba, idest, potuit ingredi aliquis de turba, vt interficeret

regem,& tu cũ dormires, nõ poteras prohibere : nec videtur, ꝙ asseruerit hic Dauid aliquem ingressum fuisse,licet postea hoc cõcluserit: quia alias nõ bene conuenirent verba cõtra Abner:nã si aliquis ingressus est,vt interficeret regem,si oẽs dormiebant poterat eum occidere,sed non occidit:ergo non ingressus est aliquis ad interficiendũ regem.Sed est sensus: tu Abner dormiebas,& oẽs qui tecum sunt,& tunc poterat aliquis de turba introire ad occidendum regem,& occidisset,quia tu non prohiberes. Quod autem dormires patet, quia non habes ibi lanceam regis,cũ ego tulerim illam : & sicut ego accepi ita poterat quilibet alius introire,& occidere regem . *Non est bonum hoc, quod fecisti.* i. non fecisti sicut bonus vir, cũ non custodieris regem,& potuit eum aliquis occidere. *Viuit Dominus.* i. iuro per Deum . *Quoniam filij mortis estis vos.* Hic conuertit Dauid verba ad totum populum simul cum Abner.s.filij mortis estis, idest, omnes meremini mortẽ pro negligenti custodia regis. Primo.n.merebatur mortem Abner, qui præcipuus erat,& consequenter omnes, qui erãt in populo. *Qui non custodistis Dominum vestrum Christũ Domini*, idest,non custodistis regem Dominum vestrũ:Christus Domini idem est, quod rex, quia dicitur Christus, idest, vnctus. & quia Saul fuerat vnctus in regẽ præcepto Dei vocabatur Christus Domini.

An Abner, & omnes alij fuissent rei mortis ob non custoditum regem. Quæst. X X.

QVAERET aliquis, an Dauid verum dixisset, scilicet,ꝙ oẽs de populo erant rei mortis ꝑꝑ custodiam regis. Dicendum,ꝙ si rex mansisset incustoditus,ita ꝙ aliquis potuisset ingredi ad occidendum eum ꝑꝑ negligẽtiã ministrorũ reus mortis erat Abner,& alij custodes regis: reliquus autem populus,qui erat in castris cũ non haberet commissam custodiam regis non videbatur delinquere, licet aliquid mali fieret defectu custodię: nunc tamẽ, quia omnes erãt in castris cum rege, ꝗꝗ quibusdam specialiter commissa esset custodia regis,omnes erãt custodes regis, ideo omnes rei erant criminis , si aliquis regẽ occidisset propter negligentem custodiã . Nunc verò nec Abner, nec aliquis de populo reus erat propter incustoditũ regẽ : quia licet ipsi voluissent diligentissimè regem custodire, nequibant, cũ Deus immitteret soporem illis, vt patet supra: Deo autem nemo resistere potest: ideo non erat verũ dictum Dauid,quia nullus erat reus mortis, ipse tñ dixit illos reos mortis, & iurauit hoc per vitam Dei, quia fortè Dauid nesciebat, ꝙ iste sopor virorũ Saulis à Deo irruerat,sed ꝙ ex negligentia dormiebant. & tunc ipse non mẽtiebatur,ꝗꝗ falsum diceret. Aliter potest dici, ꝙ licet Dauid sciret soporẽ istũ missum à Deo fuisse, & non esse reos mortis viros Saulis,tamen dixit eos reos mortis, non quidem , vt sic assereret,sed solũ,vt ostenderet id quod ipse fecerat, scilicet,ꝙ introierat in tentoriũ Saulis, ipsis non videntibus. *Nunc ergo vide, vbi sit hasta regis.* Hic conuertit Dauid sermonem ad solum Abner, & sunt ista verba probatoria , scilicet, ꝙ introierit Dauid in castra. Vnde inquit: vide vbi sit hasta regis. q. d. considera,quia non inuenies eam, qui aũt furatus est illã introiuit in castra . *Et vbi scyphus aquæ, qui erat ad caput eius*,idest,etiam quære scyphum aquæ,qui erat ad caput eius: quia non inuenies eum:qui aũt tulit inde, hic poterat occidere regem , quia iuxta eum erant ista. *Cognouit autem Saul vocem Dauid.* Hic ponitur quomodo Saul à Dauid de iniustitia conuincitur , scilicet, quòd persequeretur eum iniquè,cum ipse misereretur illi.

F Et dicitur,ꝙ cognouit Saul vocẽ Dauid, idest dum ista loqueretur, cognouit, ꝙ Dauid erat loquens: nam erat nox, & nõ videbat eum, sed post paululum cognouit vocem suam. *Et Dixit: nunc vox tua hæc est fili mi Dauid?* q.d. nunc tu es, qui loqueris,s. miror,ꝙ tantũ mihi misertus fueris nolens me percutere cũ posses,& ego merear . *Et ait Dauid : vox mea est Domine mi rex.* i.ego sum Dauid, qui loquor. Vocauit eum Dominum,& regem ad flectendum ipsum ad misericordiam, vt iam desisteret persequi illum. *Et ait : quam ob causam Dominus meus persequitur seruum suum.* i. quare persequeris me, qui sum seruus tuus. q.d.nulla causa est:quod satis apparet, ꝗa Dauid potens occidere Saulem sępe : nunquam voluit occi-

G dere eum. *Quid feci aut quod est in manu mea malum.* q.d. nihil feci propter quod debeas me persequi. Et dicitur: q̃d feci? s. vsq; ad diem istũ: aut q̃d est malum,in manu mea?i.ꝙ putas esse malũ,q̃d ego intendã agere ꝯ te. q. d. satis apparet, ꝙ ego nihil fecerim ꝯ te, vnq̃.Q̃d aũt nihil ĩtẽdã agere, patet, ꝗa iã bis habui te in manu mea : & potuissẽ occidere,si voluissem, sed misertus sum tui:ergo nihil agere intẽdo. *Nũc ergo audi.* i. quia sic est,ꝙ ego nihil mereor,vt tu debeas me ꝑsequi,audi verba mea, q̃ iusta sunt. *Si Deus incitat te, aduersum me.* q.d.tu potes ꝑsequi me ꝑꝑ tria.s.ꝗa ego merui agendo contra te, vel quia Deus incitat te contra me,vel quia filij hominum te prouocant. Primum non stat,quia non est malũ aliquod in ma-

H nu mea,vt satis tibi patet: ergo persequeris me propter aliquod de duobus sequẽtibus: & si istud est ꝑꝑ secundum,scilicet, quia Deus incitat te , aduersum me,volo pati: si autem ꝑꝑ tertium , scilicet, quia filij hominum incitant te,ipsi sunt maledicti,non debes me ꝑꝑ hoc persequi. *Si Dominus incitat te aduersum me.* Deus poterat incitare Saulem contra Dauid, si fortè erat vir iniquus ꝗꝗ non peccasset cõtra regẽ, & volebat Deus,ꝙ puniretur pro illius delictis:incitaret Saulẽ in persecutione eius . *Odoretur sacrificium*, idest fiat sacrificiũ de me,in odorẽ suauitatis . Istud pertinet ad modum loquendi , qui est frequentatus in sacrificijs: nam licet sacrificia veteris testamenti secundum se non essent Deo placita,quia erant cor-

I poralia, & grossa:vt tamen Deus incitaret Hebreos in amorem suum per illum ritum colendi , dicebat odorem sacrificiorum esse sibi suauissimum , vt patet Leui.cap.1.2.& 3. & quasi per totum : ita Dauid volebat hic dicere,scilicet, si Deus incitat te,contra me,vult,quòd ego occidar , & tunc ego præsto sum mori , & odoretur sacrificium. i. fiat sacrificium de me,sicut fit de pecoribus: & Deus odoretur sacrificium. i. Deus recipiat odorem suauitatis de sacrificio isto,quod offertur . *Si autem filij hominum* , idest, si non incitat te Deus contra me, sed filij hominum.i. mali consiliarij,& accusatores . *Maledicti sunt in conspectu Domini*,idest, Deus maledicet eis, quia non est accepta Deo ista iniquitas. *Qui eiecerunt me hodie , vt*

K *non habitem in hęreditate Domini.* i. ipsi eijcient me,de terra Israel,vt non habitem in ea . Et dicitur : eiecerũt me hodie,idest,à principio istius persecutionis: nam fecerunt,quòd recederem de terra Israel ad terram Philisthini , & ad terram Moab,vt patet supra 21.& 22. Vel dicitur,ꝙ eiecerunt me hodie.i. ex die isto.s. ante hoc quanquã persequeris me, manebam in terra Israel: nunc aũt,quia tãdiu me persequeris, recedam in aliã regionẽ , & sic ex hodiè eijciunt me filij hominũ de terra Israel.Ista sententia cõsonat sequẽti lræ.s. ꝗa post hoc nõ mansit Dauid in terra Israel, sed recessit in terrã Philisthinorũ, vt patet seq. ca.& hoc innuebat hic,s.ꝙ eijciebãt cũ de terra. Et dr̃: vt non habitem in hæreditate Dñi.i.in terra Israel:vocatur

citur terra Israel hr̃ditas Dei, quia Deus dederat illam in hæreditatẽ Israelitis, vel q̃a illa terra erat specialiter Dei. s. iure bellico, q̃a ipse acquisiuit eã de manu Gentiliũ, iõ dicebat, ꝙ non erat terra Israelitarũ, sed sua: & Israelitæ erant coloni, vt patet Leui. c. 25. *Dicentes, vade serui Dijs alienis*, i. isti filij hominum, qui te incitant aduersum me, dicunt mihi: vade & serui Dijs alienis. q. d. licet ipsi non dicant mihi verbo, q̃a tamẽ eijciũt me de terra Israel ad terrã Idolatrarũ, dant mihi occasionẽ seruiẽdi dijs alienis. Et hoc est, acsi mihi dicerent, vade, & serui Dijs alienis.

An Dauid debuerit desiderare mortem, etiam si Deus vellet eam. Quæst. XXI.

QVAERET aliquis, an Dauid bene diceret, ꝙ si Deus incitabat Saulem cõtra eũ, ꝙ adoraretur sacrificium, i. ꝙ occideretur ipse in sacrificium Deo. Aliquis dicet, ꝙ non: quia nullus debet desiderare mortem suam, q̃q̃ sciat, ꝙ Deus velit, ꝙ ipse moriatur. Licet igitur Dauid sciret, ꝙ Deus incitabat Saulem contra eum non debebat desiderare mortem. Rñdendũ est, ꝙ qñ nos nouimus Deũ velle aliqua mala contra nos, non tenemur conformare voluntatẽ nostrã volũtati diuinę in re, quã Deus vult, sed in modo volendi: vt si Deus vult, ꝙ ego moriar, vel aliquis ꝓpinquus meus, aut pereant res meę, vel illius: non teneor ego velle id, q̃d Deus vult, sed sicut ipse ex recto ordine ista vult, ita ego ex charitate possum illa nolle, & sic idẽ motiuum est volendi Deo, & mihi. s. rectitudo rõnis: volita tamẽ cõtraria sũt: & Deus interdũ gaudet, ꝙ nos velimus contrariũ eius, quod ipse vult, & oremus pro eo, vt si prædixerit, ꝓvult aliquem occidere, licitũ est illi orare Deũ, ne occidat ipsum. Sic aũt fuit de Dauid, quia, q̃q̃ reuelatũ esset sibi per prophetam, ꝙ Deus vellet Saulẽ esse persecutorem eius, tñ ipse non tenebatᷓ hoc velle, nec tamen peccabat illud volendo: quia licet nõ obligemur conformare voluntatẽ nostram diuinę voluntati in volito, interdũ tñ perfectio magna est, ꝙ conformemus eã: sicut si Deus vult, ꝙ patiamur angustiam ꝑ laudem suam, vel ꝑ delicta nostra, & nos libenter hoc suscipimus, vt voluntati Dei ↄformemur, meremur nimis. Sic aũt fecit Dauid, quia licet non obligaretur hoc velle, si tamẽ cognosceret, ꝙ Deus volebat eum mori per manus Saulis, libenter hoc acceptabat, vt Deo placeret: vñ dicebat: odoretur sacrificium, idest, Deus accipiat sacrificiũ gratum sibi in odorem suauitatis ex morte mea.

An distinctio Dauid de causa persecutionis Saulis fuit sufficiens. Quæst. XXII.

QVAERETVR vlterius, an Dauid sufficienter hic distingueret, dicens: si Deus incitat te aduersum me, odoretur sacrificiũ, si aũt filij hominũ maledicti sunt. Dicendũ est, ꝙ ista distinctio in cortice non est sufficiens: quia poterat Saul à seipso moueri ad persequendum Dauid, & ꝙ non incitaret eũ Deus, nec filij hoĩum: Dauid aũt posuit solũ ista duo membra, q̃a putabat, ꝙ persecutio sua erat suggestione aliquorum seruorũ Saulis: sic. n. dixit supra c. 24. scilicet. Quare audis verba hominũ loquentiũ. Dauid quærit malum aduersum te. q. d. tu non moueris contra me, nisi quia aliqui serui tui dicũt. Dauid quærit malum aduersum te. Aliter autẽ dici potest, ꝙ Dauid intelligebat hic per filios hominũ non solum seruos Saulis, sed etiam ipsum Saulem: noluit tñ distinguere dicens: aut Deus incitat te cõtra me, aut serui tui, aut tu ipse moueris cõtra me: & hoc, vt daret aliquem honorẽ regi, & non reduceret culpam in ipsum; sed retorqueret eam in seruos suos, qui malè ei consulebant, & hoc, quia sic facilius flecteret Saulem ad miserendum sibi, quã aliàs, si confunderet eum imponendo sibi originẽ culpæ: cũ tamen dicebat: maledicti sunt in conspectu Dñi: istud nõ solũ extendebatur ad seruos Saulis, sed ẽt ad Saulem, quicunque ille esset, q erat cã ꝑsecutionis Dauid: quia ipse eijciebat eum de terra Israel.

Quomodo potuisset cognosci, an Deus moueret Saulem ad persequendum Dauid. Quæst. XXIII.

QVAERET aliquis, cũ Dauid dicat hic: si Deꝰ incitat te aduersum me, odoretur sacrificiũ, quo cognosci debebat, an Deus incitaret Saulem ↄ̃ Dauid. Rñdendum, ꝙ Dauid non dicebat ista quasi dubitaret, an Deus mouebat Saulẽ ↄ̃ eum: vel ipse mouebatur ex sua iniquitate, q̃a certissimè nouerat, ꝙ Saul mouebatur ꝑꝑ inuidiã, quã conceperat ↄ̃ Dauid in cãtu mulierũ, de quo supra c. 18. Sed posuit istã distinctionẽ ad maiorẽ abundãtiam, sicut modus est loquendi eorũ, qui volunt efficaciter cõcludere, quia licet veritatẽ cognouerint, tñ arguunt à sufficienti diuisione, vt rñdens nõ hẽat locũ effugiẽdi. Sed adhuc dicendũ, ꝙ si Dauid vellet se subijcere huic inquisitioni, poterat cognosci sic. s. aut mouebatur Saul ex causa iusta ad persequẽdum Dauid, aut ex nulla causa: si ex iusta causa, poterat dici moueri à Deo: si aũt nullã causam habebat, mouebatur non à Deo, sed à filijs hominũ, vel ab iniquitate sua: poterat aũt esse, ꝙ Saul moueretᷓ contra Dauid non ab iniquitate sua, quia non ęmularetur ei, nec consilio aliquorũ moueretᷓ, sed Deus inclinaret eum ad persequendũ Dauid: & tñ ipse ne sciret cãm: sic. n. Deus frequẽter mouet hoĩes ad aliqua, & agunt illa, nesciunt tñ cur moueantur: sic ait Aristo. in lib. 1. de bona fortuna, dicens, ꝙ homines fortunati mouẽtur ad agendũ aliquid prosperè, sed nesciũt, cur moueantᷓ: & dicũt se pati similia eis, q̃ à Deo fiunt, i. dicũt se moueri, & nesciũt cur: sicut illi, q mouentur à Deo, & nesciũt, cur moueantᷓ: si aũt isto mõ moueretᷓ Saul ↄ̃ Dauid, non se debebat Dauid subijcere morti, quia nesciret, an Saul moueretᷓ ab iniquitate sua, vel à Dęmone ĩstigãte, vel à Deo: nec est credendũ motibus cordis nostri, donec ꝓbemus illos, an à Deo sint: sic ait Ioãnes canonica prima. c. 4. s. Nolite omni spiritui credere, sed ꝓbate spiritus, si ex Deo sint. spũs aũt ꝑsecutionis Saulis ↄ̃ Dauid, q̃q̃ à Deo esse poterat: tñ credendũ erat, ꝙ esset à Dęmone, cũ iste actus sm̃ seipsum esset malus: & nisi constaret, ꝙ Deus iussisset, credendũ erat, ꝙ Dęmon hoc faceret. Dicendũ igitur, ꝙ nõ poterat sciri, an Deus incitaret Saulẽ ↄ̃ Dauid nisi dupliciter. Primò mõ si haberet Saul cãm iustissimã ꝑsequendi Dauid, q̃a ea, q̃ iustè fiũt à Deo, fiũt, licet ipse expsè nõ iubeat. Scdo mõ cognosceretᷓ hoc, si constaret de mandato Dei. s. ꝙ Deus per ꝓphetam iussisset Sauli, ꝙ occideret Dauid: sic. n. Deus iussit regi Iheu, qñ fecit eũ vngi per ꝓphetã, ꝙ occideret oẽs filios Domini sui, vt patet infra 4. lib. c. 9. aliàs aũt credere debebat Dauid, ꝙ Saul incitabatur à filijs hoĩum, vel per iniquitatẽ suã. *Et nunc non effundatur sanguis meus in terra*. idest, quia nõ habes aliquã cãm persequendi me, sed solum incitãt te filij hoĩum, oro, ne effundatur sanguis meus. *Coram Domino*. i. vidente Deo, ꝙ hoc iniustũ est, vel corã Dño. i. publicè, & sine aliqua cã. q. d. malũ est, ꝙ ista coram Dño fiant, non subsistẽte causa. *Quia egressus est rex Israel, vt quærat pulicẽ vnũ.* Hic incipit Dauid ĩferre opprobriũ Sauli, s. ꝙ egressus fuerat ad persequendum eum per montes, quia hoc erat verecundum sibi, velut si persequeretur vnum puli-

pulicem, quia Dauid erat impotens respectu Saulis, velut si esset vnus pulex, cũ esset Saul rex magnus: sic.n.dixit supra c.24. quẽ persequeris rex Israel: canem mortuũ persequeris, & pulicem vnũ. *Sicut persequitur perdix in montibus.* Hoc pertinet ad maius dedecus Saulis, quia non solum persequebatur Dauid, q erat pulex, sed etiam persequebatur eũ magna instantia, & desiderio capiendi, sicut perdix in montibus. i. sicut illi, qui capiunt perdices persequũtur eas in montibus, & locis præruptis, & accipitur hic, pse quit, in significatione passiua, quod est contra vsum modernorum: quia persequor est verbũ deponẽs, & solum habet actiuam significationem Apud antiquos tamen grãmaticos multa de verbis, quæ nũc sunt deponẽtia, reperiuntur in significato communi, & sunt vltra 60. vt ponit catholicon. vsus tñ modernorum sola nouem accepit communia. Sic etiã accipitur in isto verbo, mereor, & promereor, quæ sunt deponẽtia: & tamen reperiuntur communia, scilicet, in significatione passiua, vt patet ad Hebrę. cap. vltimo, i. talibus.n hostijs promeretur Deus, i. p tales hostias nos promeremur habere gratiam Dei. *Et ait Saul. Peccaui.* Hic Saul confessus est peccatum suum, scilicet ꝙ iniustè persequeretur Dauid, cùm ipse benefaceret ei, & dolet, ꝙ peccauerit.

An Saul nunc doluit de peccato suo contra Dauid. Quæstio XXIIII.

QVAERET aliquis, an Saul verè cõfessus fuerit hic peccatum suũ. s. qa verè doleret, vt falleret Dauid inducendo eum, vt rediret ad se, & occideret ipsum. Respondendum quòd Saul verè doluit de peccato, quia vidit rationẽ manifestissimam conuincentem eum. s. quia tantũ misereret ei Dauid, cum ipse malefaceret illi: & apparet hoc, quia dixit ei: reuertere fili mi, nequaquam.n. vltra malefaciam tibi. Etiã dixit postea. Apparet, ꝙ stultè egerim, & ignorauerim multa nimis: talia tamẽ non posset dicere, nisi ex amaritudine cordis. Item quia dixit. Benedictus tu fili mi Dauid: in quo imprecabatur ei bona à Deo. Itẽ apparet manifestius, quia illicò cessauit Saul persequi Dauid, & reuersus est in domum suam, vt patet infra: si tamen verè nõ doluisset, persecutus fuisset eum adhuc in mõtibus. Sed aliquis dicet, ꝙ ista non sufficienter probant: nã hæc omnia fecerat iterum Saul erga Dauid, quãdo scidit oram chlamydis supra c. 24. & tamen postea redijt ad persequendum eum, vt patet hic. si tamen verè doluisset, non redijsset ad persequendum, ideo nec etiam apparet hic eum verè doluisse. Dicendũ est, quòd Saul hic verè doluit, & etiam supra ca. 24. verè doluit de malo, quod egerat contra Dauid, & proponebat nunquam persequi eum amplius, quia mox destitit persequi eum. e. c. & hic. Etiam expressit, quòd nunquam vltra persequeretur eum, & cessauit illum persequi. Cùm autem obijcitur, quòd non verè doluit Saul, eo ꝙ redijt ad persequendum Dauid, non stat, quia quãquam aliquis reddat in peccata pristina, non tollitur, quin priori confessione doluerit verè de eis, sed redijt in illa ex causis nouiter insurgentibus. s. pp nouos stimulos passionum: ita.n. erat de Saule. quia ipse verè doluit, & proposuit nunquam persequi Dauid quando abscidit orã chlamydis eius: postea tamen redeunte nouo furore, vel cõsilio seruorum suorum, redijt ad persequẽdum Dauid. Quod satis patet, qa Saul in domo sua erat in Gabaa, quando Ziphei nunc venerunt ad eũ nunciantes, vbi erat Dauid: & per hoc incitauerunt eum ad persequendũ ipsũ. Quod aũt aliquando ve-

F rè doleret Saul, quia persequebatur Dauid, apparet, quia qñ manebat apud Saulem, semel iussit eũ occidi, postea tamen orante Ionatha, iussit, ꝙ non occideretur: & mãsit postea multis diebus in domo Saulis, nec nocebat ei Saul, vt patet supra c. 19. quousq; iterum post multos dies incanduit furor eius: & conatus est eũ percutere lancea. e. c. verè ergo pœnituit Saul hic, & supra c. 24. licet postea redierit ad persequendũ Dauid. *Reuertere fili mi Dauid,* scilicet ad manendũ in curia mea sicut prius. *Nequaquam.n. vltra malefaciam tibi,* idest, securus esto, ꝙ iam nunquam conabor aliquid mali agere contra te, sicut prius conatus sum, quia tunc putabã, ꝙ mala quæreres cõtra me: nunc autẽ noui, ꝙ non sit iniquitas apud te. *Eo quòd*

G *præciosa fuerit anima mea in oculis tuis hodiè,* idest, tu existimasti vitam meam esse magni precij q.d. si tu nõ remasti... putasses vitã meam præciosam, occidisses me cũ fuerim in manibus tuis, & eram hostis tuus: nunc autẽ noluisti: ideo magni precij visa est aĩa mea, idest, vita mea in oculis tuis. Et non potest hic accipi anima pro spiritu, sed pro vita: nã ꝙ Dauid occideret Saulem nihil ad aĩam pertinebat, quia ex hoc aĩa nõ perit, sed vita perit per occisionem: ideo ista sunt præciosa. & non spiritus Saulis. *Apparet.n. quòd stultè egerim.* Hic se redarguit nimis Saul de eo, quod egit cõtra Dauid: quod est signũ veri doloris, & dicit. apparet ꝙ stultè egerim. i. psequendo te ad mortẽ. *Et ignorauerim multa nimis,* idest, insipiẽtia mea fuit valde magna, s. quia feceras mihi multa bona antequam inci

H perem te persequi: & tñ ego putaui, ꝙ considerabas malum mihi: etiam post hoc cũ ego te persequerer tu bis liberasti me à morte: maxima ergo ignorantia, & ĩsipiẽtia erat, ꝙ ego talia de te cogitarẽ, & hęc agerem aduersus te. *Et respondens Dauid ait.* Quanquã Saul pęnituerit, & vellet reducere ad se Dauid ipse noluit, sed recessit, ideo dixit, quòd veniret aliquis pro lancea regis.

Quare noluit reuerti Dauid ad Saulem. Quæst. XXV.

QVAERETVR quare Dauid nõ redijt ad Saulem, cũ ipse dixerit: reuertere fili mi Dauid.

I Dicendum est, ꝙ quanq̃ Dauid videret, ꝙ Saul nunc doleret de persecutione præterita; tamen timebat ꝙ adhuc rediret in priorem animum, & occideret eũ: sic.n. sępe fecerat, vt patet supra 18. & 19. & 24. c. & hic: vt ergo securus esset, noluit redire ad eum. Mutabilitatem autem cordis Saulis timebat Dauid propter multa. Primo propter seruos Saulis, quia erant aliqui, qui ęmulabantur Dauid, & quanquam Saul parceret ei nunc, rursus illi suaderent Sauli, ꝙ persequeretur eũ, & posset ipsum occidere. De hoc enim conquerebatur Dauid. s. ꝙ filij hominum incitarent eũ ɔ̃ se, vt patet supra c. 24. & hic. Secundò timebat pp furorẽ grauissimũ Saulis, quem concipiebat de eo. & credebat, ꝙ licet ille furor ad tẽpus mi-

K tigaretur pp euidentissimã rõnem, tñ rursus maior insurgeret, sicut expertus fuerat Dauid contra se sępè. Tertiò timebat propter Dęmonẽ, qui arripiebat Saulem: nã licet esset bonę affectionis cõtra Dauid: aliquando tamen, quando arriperetur à Dęmone, percuteret eum lancea, sicut conatus est bis supra c. 18. & 19. Quartò timebat pp obliuionem Saulis, qa propter vexationem à Dæmone perturbata erat phantasia Saulis, & obliuiscebatur eorum, quæ egerat: vnde oblitus præteritorum aliqua die iuberet occidi Dauid. Ista duo vltima tenet Nicolaus; sed his non assentio: quia improbata fuerũt supra c. 17. circa finẽ. & 18. Sed tenẽda sunt duo prima, q̃ erant sufficientia ad hoc, ꝙ nõ rediret Dauid ad Saulem.

An

An Dauid peccauit non redeundo ad Saulem.
Quæstio XXVI.

QVAERETVR vlterius, an Dauid peccauerit, non redeundo ad Saulem, sed fugiendo in terram Philisthinorum, cum Saul doleret de malo præterito, & peteret, ꝙ rediret ad ipsum Dauid. Aliquis dicet, quòd peccauerit, quia quilibet tenetur hosti suo parcere cum dolet de cõmissis: sed Saul dolebat hic, & petebat, ꝙ rediret adeũ Dauid: ergo peccabat, quia non rediit. Respondendum, quòd non peccauit: nam quilibet tenetur parcere hosti suo, quantũ ad rancorem, præcipuè si ille doleat, & petat sibi remitti: nõ tñ tenetur redire in amicitiam, vel communicationem pristinam, velut si aliquis solebat alteri benefacere continuè, & benefactor offenditur à bene passo, si bene passus petiet remissionem iniuriæ, tenetur benefactor ei remittere rancorem; ita, ꝙ non habeat rancorem nocendi eum, quantum ad aliquid, non tamen tenetur ei benefacere ex obligatione: ita ergo quantum ad omnem amicitiam, & communicationem est: præcipuè si iste, qui offensus est, timet, ꝙ iniuriator non seruabit ei fidem, sed nocebit si redeat in pristinam communicationem. Nam tunc non solum non obligatur redire ad communicandum, sicut prius: sed etiam imprudenter agit, si redierit: sic erat de Dauid, quia quanquam crederet, ꝙ nunc Saul verè dolebat, tamen timebat, ꝙ postea rediret ad persequendum eum ex causis supra assignatis: ideo non solum timuit redire ad ipsum, sed etiam timuit manere in terra Israel: sic patet seq. ca. s. ait Dauid in corde suo: aliquando incidam vno die in manus Saul: nonne melius est, vt fugiam, & saluer in terra Philisthinorum? & tunc recessit illuc. Habebat autem iustam causam timẽdi Dauid: nam post hoc volebat adhuc eum persequi, nisi audiret ipsum fugisse in terram Philisthinorum, vt patet seq. capit. s. nunciatum est Saul, quòd fugisset Dauid in Geth, & non addidit vltra, vt quæreret eum: iustè ergo Dauid noluit redire ad Saulem, quanquam ille hoc oraret. *Ecce hasta regis*, idest, apud me est, quia ipse tulerat eã, & scyphũ de tentorio Saulis. *Transeat vnus de pueris regis, & tollat eam*, idest, veniat vnus de seruis Saulis, & accipiat eã ad portandum regi: noluit autem Dauid portare illam in castra, quia timuit, ꝙ caperetur: nam ob hoc recesserat in verticem montis ad loquendum, vt nõ posset eum quisquam capere cum loqueretur. De scypho autem nihil dicitur hic, sed verisimile est, ꝙ etiam loqueretur de illo Dauid, quia vtrunque tulerat: scriptura tamen solum posuit lanceam, quia subintelligebatur etiam de scypho, cum vellet dare lanceam: vel fortè Dauid non locutus fuit de scypho, quia intelligebat eum, etiam per lanceam.

Dauid quare non tulit secum lanceam Saulis.
Quæstio. XXVII.

QVAERET aliquis, quare Dauid, postquam ostendit innocentiam suam per lanceam regis non tulit eam secum. Dicendum, ꝙ Dauid non se habebat erga Saulem, vt contra hostem, quanquã esset hostis: ab hostibus autem tolluntur spolia, ideo Dauid noluit eam ferre secum, sicut tulit arma Goliath spolians ipsum, quia ille hostis erat, supra cap. 17. Item Dauid nolebat offendere Saulem, sed ostendere innocentiam suam in omnibus: si tamen tulisset lanceam eius, esset dedecus Saulis, præcipuè cum illa lancea esset insignium eius regale, & Dauid priuaret eum regali insignio: in quo intelligeretur, ꝙ

A volebat ei regnum auferre. Item lancea ista paruæ vtilitatis erat pro Dauid: noluit igitur offendere eũ in hoc. Nec solũ offendisset, si tulisset lanceam, quæ erat regale insignium: sed etiã, si quamcunque aliam rem Saulis tulisset, offendisset eum: quia per hoc significaretur, ꝙ erat hostis suus, cum aliquid ei violẽter auferret. *Dominus autem retribuet vnicuique secundum iustitiam suam, & fidem*, idest, ego vtor hac clementia magna erga te, & tu semper persequeris me: iõ ego nõ expecto à te præmium operis mei, nec etiam volo vindictam de te per manum meam: sed Deus retribuet vnicuique secundum iustitiam suam, idest, si tu iuste te habes erga me, Deus tibi retribuet: vel si iniustè, ipse te puniet secundum merita tua: mihi
B quoque similiter retribuet secundum iustitiam, vel iniustitiam meam. Dixit etiam secundum fidem, i. secundum veritatem promissorum, in quo increpat Saulem, quia Dauid nunquam mentitus est Sauli, Saul tamen mentitus est Dauid, cum promiserit ei, ꝙ nunquam persequeretur eum amplius, vt colligitur supra c. 24. & tñ postea persecutus est eum hic. Etiam promisit hic, quòd vltra non malefaceret ei, postea tamen voluit ei malefacere, nisi quòd annunciatum fuit sibi, quòd recessisset in terram Philisthinorum, vt patet seq. cap. *Tradidit enim te Dominus hodie.* Postquam supra Dauid prænunciauit, quòd Dominus retribueret Sauli secundum opera sua, hic orat, quòd Deus retribuat sibi pro bono, quod egit
C Sauli, quia non expectat in hoc remunerationem Saulis, & dicit: ꝙ Deus tradidit eum in manu ipsius, idest, dedit ei potestatem, & opportunitatem ad occidendum Saulem, nec potuisset istud accidere, nisi Deus specialiter egisset. Vnde ipse misit soporem in omnes de castris Saulis ad hoc, ꝙ posset Dauid introire ad Saulem, vt patet in litera. *Et nolui leuare manum meam in Christum Domini*, idest, nolui eleuare manum ad percutiendum ipsum: nec solum hoc, sed etiam non permisit, quòd Abisai percuteret Saulem, cum vellet eum configere lancea in terra. *Et sicut magnificata est anima tua in oculis meis hodie*, idest, ego iudicaui illam tanquam magnam, q.d. cũ tu esses hostis meus, & possem te occidere, valde magnum esset id, quod
D me ab hac intẽtione distraheret, sed ego nolui perdere vitam tuã: ergo apparuit magni precij in oculis meis. *Sic magnificetur anima mea in oculis Domini*, idest, oro, vt Deus, tam præciosam existimet animam meam, sicut ego existimaui vitam tuam, q. d si tam præciosam eam habet, defendet me ab omni periculo, sicut ego liberaui te à morte. *Et liberet me de omni angustia*. s. de angustia, quam tu vis mihi inferre, vel aliqui alij hostes mei. Sic orauit, supra capi. 24. s. Sit Dominus iudex, & iudicet inter me, & te, & videat, & dijudicet causam meã, & eruat me de manu tua. Hoc autem satis sequitur ex sequentibus, quia si Deus tam preciosam haberet vitam Dauid, sicut ipse habuit vitam Saulis, eriperet eum, quandocunque
E posset; sicut Dauid liberauit Saul à morte, quandocunque incidit in manus eius: sed Deus poterat liberare Dauid ab omni angustia, ergo liberaret eum. *Ait ergo Saul ad Dauid*. Hic Saul gratias agit Dauid ꝓ beneficio. s. quia noluit eum occidere cum potuisset, quod maximum erat in eo, cum Dauid lege hostis debuisset occidere Saulem. *Benedictus tu fili mi Dauid*, idest, Deus benedicat tibi pro hoc bono, quod fecisti mihi. Sic orauit, supra capit. 24. quando iterum liberauit eum à morte. s. Dominus reddat tibi vicissitudinẽ hanc, pro eo, quod hodie operatus es in me. *Et quidem faciens facies, et potens poteris.* Dupliciter potest intelligi. Vno modo, ꝙ Dauid faceret, idest, sicut nũc fecerat misericordiam cum eo, ita aliàs faceret

ret misericordiam: & sicut nunc habuerat potestatem super ipsum, ita aliàs haberet, q.d. tanta erat virtus Dauid, quod sicut nunc Deus dederat potestatē ei super Saulem, ita etiam postea multoties daret. Aliter potest intelligi, quod Dauid faceret, & posset, i. quod Deus daret ei potestatem ad faciendum quicquid vellet s. quòd daret ei regnum: & tunc posset facere quicquid vellet, & huic sententiæ cōsonat id, quod habetur supra cap. 24. s. quòd postquam Saul gratias egit Dauid, quia non occiderat ipsum dixit: scio, quod certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel. *Abijt autem Dauid in viam suam*, idest, postquam Dauid locutus fuit ista, reliquit lanceam, & scyphum in loco suo, & ipse abijt cum Abisai in locum, vbi erant viri sui: & postea abijt inde in terram Philisthinorum. *Et Saul reuersus est in domum suam*, scilicet, in Gabaa: ibi enim erat domus sua: nam ad ipsum locum iuerunt Ziphæi nunc quando annunciauerunt ei de Dauid, vt patet supra in litera.

An Saul noluit capere nunc Dauid præsentem.
Quæstio XXVIII.

QVAERET aliquis, cum Saul desideraret capere Dauid, quare non persecutus fuit nūc eum, cùm præsens esset. Respondendum est, quod quanquam Saul ante hoc desiderauerat capere Dauid: nūc tamen non desiderabat, sed potius dolebat, quia persecutus fuerat ipsum, & confessus fuit peccatū suum hic. Item, quia esset ei valde erubescendum: nam ipse nunc dixerat: reuertere fili mi Dauid, nequaquam enim vltra male tibi faciam. Quòd ergo immediatè inciperet eum persequi, erat mentiri cum magna verecundia. Item dato, quod Saul esset iniquus valde, & desideraret nunc capere Dauid, tamen non posset: quia Dauid procul erat à castris in vertice montis: ita, vt nullus posset eum comprehendere, vt patet supra, quod ergo Saul nunc conaret eū psequi, superuacuū erat: iō redijt in domū suā.

An Dauid obligabatur non delere domum Saulis.
Quæstio XXIX.

QVAERETVR vlterius, an iuramentum, quod præstitit Dauid Sauli de non delendo semen suum, supra ca. 24. obligaret eum adhuc, vel an posset delere semen eius. Ratio dubij est, quia post illud iuramentum egit Saul contra Dauid persequendo eum, vt patet hic. Respondendum est, quòd Dauid obligabatur non delere semen Saulis propter tria. Primum erat ius commune. Secundum iuramentum præstitum Ionathæ. Tertium iuramentū præstitum Sauli. De primo patet, quia non licebat Dauid petere vindictam manu sua pro iniurijs receptis à Saule, sed vindictam habere debebat à Deo, sicut ipse dixit supra cap. 24. Dominus sit iudex inter me, & te, manus autem mea non sit in te, precipuè, quia licèt Dauid, quando factus esset rex possit punire delinquentes in se, non tanquam hostis, sed tanquam iudex: tamen non poterat punire peccata patrum in filios, cum lex dixisset, quòd non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus, Deuteronom. 24. ca. ideo ex hoc iure obligabatur Dauid non solum non delere semen Saulis, sed etiam nulli de semine eius nocere. Secundum erat iuramētum præstitum Ionathæ: pepigerāt enim fœdus Dauid, & Ionathas: & tunc iurauit Dauid, quòd non auferret misericordiam suam in æternum à semine Ionathæ, supra ca. 20. Quanquam ergo posset Dauid, & vellet occidere aliquos de posteris Saulis, tamen non posset delere
F totum semen Ionathę, supra cap. 20. quia sic deleret posteritatem Ionathæ: sed ipse obligabatur non delere eam. De tertio patet, quia Saul induxit Dauid, vt iuraret ei, quod non deleret semen suum, supra c. 24. & Dauid hoc iurauit, ideo obligabatur ex hoc. Nūc autem dicendum, quòd Dauid non erat obligatus omnibus his modis: nā ex iuramento præstito Sauli non remanebat aliqua obligatio: quia frangenti fidem fides frangenda est. extra de iureiuran. cap. peruenit 2. Saul autem promiserat Dauid, quod non persequeretur eum amplius, sicut satis colligitur, supra c. 24. postea tamen persecutus fuit eum, ideo Dauid poterat frangere licitè iuramentum præstitum. Itē quia dato, quòd non promisisset Saul Dauid, quòd
G nunquam persequeretur eum amplius: quia tamen ibi desistebat à persecutione sua, quando Dauid præstitit ei iuramentum, intelligebatur iuramētū cum hac conditione, scilicet, si nihil innouaret Saul contra Dauid sine causa: quia sic intelligitur ī omnibus alijs iuramentis, scilicet, manente re in eodem statu: manebant tamen alia duo, scilicet, ius commune, & iuramentum præstitum Ionathæ, quia non fuit mutatio aliqua facta ex parte Ionathæ post initum fædus: ideo iuramentum manebat in suis viribus: manebat etiam obligatio iuris communis, quæ non poterat cessare ex aliqua causa, scilicet, quòd quātumcunque Saul fidem frangeret Dauid, & noceret ei, non poterat Dauid punire posteros Saulis dicente
H lege. Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus. Dicendum igitur, quòd Dauid non manebat nunc obligatus ex iuramento præstito Sauli, supra cap. 24. tamen non poterat occidere aliquem de posteris Saulis propter obligationem iuris communis, & propter iuramentum præstitum Ionathæ.

CAPITVLVM XXVII.

ET ait Dauid in corde suo: Aliquando incidam vna die in manus Saul. Nonne me-
I lius est, vt fugiam, & saluer in terra Philisthinorum, vt desperet Saul, cessetque me quærere in cunctis finibus Israel?

Descripta est in superioribus persecutio Dauid in terra propria: hic subiungitur exilium eius in terra aliena, & fuit in duobus. Primò in cessando à persecutione: nam quamdiu fuit in terra Israel, semper persecutus fuit eum Saul in montibus, & locis abruptis: cum autem fuit in terra Philisthinorum cessauit eū persequi, vt patet. j. in litera. Secundò in bonorum exhibitione, quia rex Achis, ad quē
K confugit Dauid in terra Philisthinorum, exhibuit se ei valde fauorabilem in omnibus, & dedit ei vnam vrbem, in qua habitaret: fecitque eum custodem capitis sui, vt patet sequen. capit. confidebatque ei in omnibus, infra capitu. 29. Et diuiditur in tres partes. Primò ponitur Dauid egressus. Secundò viuendi locus. Tertiò viuendi modus. Secunda ibi. *Dixit autem Dauid*. Tertia ibi. *Et ascendebat Dauid.*

De egressu Dauid ad Philisthinos.

An ea, quę hic describuntur, ad precedentia consequantur. Quęstio I.

QVAERETVR circa primum, an ea, quę habentur hic, habeant ordinem consequentē ad præce-

dentia, vel sit aliqua mutatio: & an fuerint immediate post præcedentia. Respondendum, quòd hic est ordo consequens: nam in omnibus præcedentibus dictũ est de persecutionibus, quas sustinuit Dauid in terra Israelitarum: hic autem igitur de mansione eius, & fuga in terra Philisthinorum: ista autẽ necessario sunt post illa. Dicendum etiam, quòd ista fuerunt facta immediatè post ea, quæ habentur præcedenti capit. quia supra dicebatur de persecutione Dauid vltima, hic dicitur quomodo post illam recessit in terram Philisthinorum, & dicitur in principio literæ, quòd dixit Dauid: aliquando incidam in manus Saul, nonne melius est, vt fugiam, & saluer in terra Philisthinorum. Videtur ergo, quòd immediatè post illã persecutionem recesserit, alioquin si ibi mansisset aliquot diebus, Saul iterũ persecutus fuisset eum, sicut solebat facere in superioribus. *Et ait Dauid in corde suo*, idest, Dauid intra seipsum dixit ista, quæ sequũtur, q.d. non petiuit consilium ab aliquo de viris suis, nec nunciauit eis timorem suum, sed intra se cogitauit, quòd nõ esset bonum manere in terra Israel propter pericula, & subditur causa .s. *Aliquando incidam in vno die in manus Saul*, idest, quia sæpe Saul me persequitur, & effugio, aliqua die comprehendet me, ideo nõ est bonum, quòd maneam hic.

An Dauid debuerit dubitare incidere in manus Saulis, eo quòd vnctus esset in regem. Quęst. II.

QVAERET aliquis, quomodo Dauid dicebat aliqua die incidam in manus Saulis: nam Deus vnxerat eum in regem, & per hoc certum erat ipsum futurum regem: si autem incideret in manus Saulis occideretur ab eo, & non esset rex: per quod euacuaretur, quod Deus disposuerat de Dauid, ideo credendo, quòd posset incidere in manus Saulis, credebat Dauid posse mutari, quod Deus præuiderat: & hoc inconueniens est. Respondet Nicolaus, quòd Dauid sciebat se non posse cadere in manus Saulis ad hoc, quòd caperet eum, & occideret, sed poterat cadere ad hoc, quòd circundaret eum Saul, & nõ posset euadere sine bello, & mortem aliquorum de suis, & aliquorum de viris Saulis, quod horrebat Dauid. Sed respondendum est hic sicut responsum fuit, supra cap. 23. in fine, cum quærebatur, an peccauerit Dauid desperando se posse euadere manus Saulis. Aliter etiam dici potest, ꝙ quanquam Dauid sciret se vnctum in regem, & futurum regem ex dispositione Dei, putabat tamẽ, quòd hoc esset, si Dauid maneret in primo statu .s. ꝙ non declinaret in peccata: si tamen ipse se exponeret manifestis periculis, sine aliqua causa, peccabat: ideo putabat, quòd in pœnã peccati sui permitteretur à Deo incidere in manus Saulis, ideo ne sic peccaret, voluit recedere de terra Israel. Aliter etiam dici potest, ꝙ Dauid certissimè credebat se futurum regem, quia Deus hoc præuiderat: ipse tamen poterat hoc impedire si vellet: vt si seipsum occideret, vel traderet alicui occidendum: sed sic erat si ipse se exponeret manifestis periculis, ideo quanquam Deus disposuisset de eo, ꝙ esset rex si ipse se traderet periculis, vt ponẽdo se in manus Saulis occideretur, & non esset rex, sed quia si diutius expectaret in terra Israel videbatur, quòd ipse se ponebat in manus Saulis, ideo periret, quanquam dispositum esset, quòd esset rex. *Nonne melius est, vt fugiam*, idest, nunquid non est melius, quòd recedam à terra Israel, quanquam maneam in tot periculis. *Et saluer in terra Philisthinorum*, idest si fugero ad terram Philisthinorum, ibi saluabor, & non poterit Saul me persequi amplius.

A

Cur Dauid recessit de terra Israel. Quæstio III.

QVAERET aliquis, Cur Dauid recessit de terra Israel: nam ibi manebat, & non capiebatur à Saule, quin potius tradebat Deus Saulem in manus eius, vt patet præced. capit. & supra 24. ideo non debuisset recedere inde. Dicendum est, ꝙ Dauid visum est malum manere in terra Israel, quia cũ semper persequeretur eum Saul, quanquam in præteritis vicibus non ceperat eum, timebat, quòd sæpe persequendo, aliquando eum caperet, & sic ipse dixit: aliquando incidam in vno die in manus Saul. Cum autem dicitur, quòd Dauid non tradebatur in ma-
B nus Saulis, dum manebat in terra Israel, sed magis è contrario. Dicendum, quòd ex hoc non debebat Dauid manere in terra Israel, quia illa facta fuerant per miraculum ad hoc, quòd Deus magnificaret Dauid ostendendo innocentiam eius, & liberabat eum per miraculum, vt patet supra cap. 23. de petra diuidẽte: sed nullum debet expectare, vt Deus faciat miraculum ad liberandum eum: sed ipse potius debet opere humano se liberare, quantum potuerit: & cũ vltra non potuerit debet confidere diuinæ bonitati: sed Dauid poterat saluari fugiendo de terra Israel, quòd ergo vellet manere in ea, & quotidie indigeret miraculo ad liberationẽ suam, erat tentare Deũ, quod peccatum est, ideo Dauid voluit fugere de ter-
C ra illa. Item Dauid non manebat iam securè in terra Israel, sicut prius, quia à principio Saul nesciebat latibula Dauid, quia aliquando erat in vno monte, aliquando in alio, vt patet supra capit. 23 & 24. & hic: nunc autem iam nouerat latibula eius: ideo periculum erat ei manere in terra illa. Item multi de Israelitis fauebant Sauli ad capiendum Dauid, sicut Ziphei, qui inquirebant eum in montibus, & nunciabant Sauli, vt patet præced. cap. ideo non posset Dauid fugere ad aliquem locum, quin cognosceretur; quòd erat magnum periculum. Item cum quotidie Saul persequeretur Dauid: aliqua die circundaret eum, sicut fecit supra cap. 23. & non posset euadere Dauid, nisi pugnando: vnde esset causa mortis mul-
D torum de viris suis, & de viris Saulis: hoc autem erat inconueniens. Item Dauid erat in scandalum multis Israelitis, quia cùm vagaretur Dauid per multas vrbes, vel confinia earum, Saul putaret, quòd illi, qui erãt in vrbibus illis, fauebant Dauid, & puniret eos: sicut percussit ciuitatem Nobe in ore gladij, quia putauit sacerdotes eius coniurasse cùm Dauid, supra ca. 23. sed hoc erat inconueniens cùm Dauid posset euadere nulli inferendo offensionem, ideo debuit fugere de terra Israel. Itẽ fugit de terra illa propter quotidianum laborem: nam dato, quòd certus esset Dauid, quòd nunquam incideret in manus Saulis: erat tamen sibi labor nimius, cum non posset manere securus in aliquo loco, sed cogebatur discurrere
E per montes, & loca prærupta, & latere in speluncis: extra terram autem Israel nemo persequeretur eũ, ideo vt Dauid euitaret labores istos, fugit. Quòd patet infra. Vt desperet Saul, cessetque me quærere in cunctis finibus Israel. Sic autẽ factum est, quia postquam nunciatum fuit Sauli, quòd fugisset Dauid in Geth cessauit ipsum persequi.

Cur Dauid iuit potius in terram Philisthinorum, quàm in aliam. Quęst. IIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo Dauid fugit in terram Philisthinorum, & non fugit in aliquam aliam, scilicet, in terram Moab, vel Ammon,

mon, vel Edom, aut in reliquas vicinas: omnes .n. istæ erant in latere meridiano, & partim in orientali latere terræ Israel, vt colligitur Nume. 34. & Iosue 15. Respondendum est, quòd Dauid iuit potius in terram Philisthinorum, quàm in aliam de nominatis terris, & hoc propter tria. Primò, quia putabat se ibi melius posse saluari, quàm in alia terra: nam Philisthini contra Israelitas quotidianum bellum habebant, & cum fugeret illùc Dauid, non posset Saul introire in terram illam ad persequendum eum, ꝗa erat terra hostilis. Item Philisthini non traderẽt Dauid in manibus Saulis, sed potius fauerent ei contra Saulem, quia erat Saul hostis eorum: sic factum est. Nam cùm esset Dauid apud regem Achis, & diceret, quòd faciebat mala multa Israelitis, gaudebat Achis, & volebat habere Dauid semper secum, vt malefaceret Israelitis, vt patet infra in litera: aliæ autem terræ, quæ erant in circuitu Israel, non habebãt actuale bellum contra Israelitas, sicut Philisthæi; iõ non maneret securus in terris illis, quia possent Domini illarum terrarũ tradere Dauid in manus Saulis, & ista videtur esse causa, quare dictum fuerit Dauid per prophetam Gad, quòd fugeret de præsidio terræ Moab .s. quia fortè rex Moab volebat eũ tradere in manus Saulis. Sed aliquis dicet, quòd etiam habebat Saul bella contra Moabitas, Ammonitas, & Idumæos, & omnes gentes vicinas, vt patet supra capit. 14. Dicendum, quòd Saul habuit bella contra istas gentes in principio regni sui: quod patet: ꝗa e.c. dicitur. Quocunque se verteret, superabat: sed istud non fuit, nisi cum nondum abiecerat Deus Saulem, quod erat in principio regni sui: postquam autem abiectus est, supra cap. 15. semper fuit infortunatus, nec egit aliqua magnifica gesta: nisi inquantum pugnaret Dauid, qui erat princeps virorum belli, supra cap. 18. Hoc autem, quod dicitur de fuga Dauid, fuit in fine regni Saulis: nam post hoc solum vixit Saul quatuor mensibus. Quod patet, quia semper mansit postea Dauid in Siceleg vrbę terrę Philisthinorum, quousque mortuus est Saul, vt patet infra in litera hic, & infra 30. cap. vnde in Siceleg erat Dauid, quãdo venit ad eum nuncius, quòd mortuus erat Saul, & Ionathas, vt patet infra 2. lib. cap. 1. sed totum tempus, quo mansit Dauid in terra Philisthinorum, fuit quatuor mensium, vt patet infra in litera: ergo à fuga Dauid de terra Israel vsque ad mortem Saulis fuerunt solum quatuor menses: & sic accidit istud in fine regni Saulis: bella tamen Saulis contra Ammon, Moab, & Edom, & alias gentes, de quibus supra 14. fuerunt in principio regni sui, vt dictum est: vnde iam cessauerant: manebat autem solum bellũ cum Philisthinis, ideo in nulla illarum terrarum maneret Dauid ita securè, sicut in terra Philisthinorũ. Secundum fuit propter modum viuendi .s. quia Dauid non habebat vnde viueret, nisi de præda, & manens in terra Philisthinorum habebat locum prædandi de quibusdam gentibus vicinis .s. de Gessuri, & Gerze, & Amalecitis, & poterat fingere Dauid, quòd prædabatur de terra Israel, & sic faciebat, vt patet infra. Si autem iuisset in terram aliarum gentium, vt Ammon, Edom, & Moab, fortè non haberet opportunitatem prædandi Dauid, nisi prædaretur in regione illa, in qua maneret: & hoc non licebat ei, quia tunc non maneret ibi securè, & ageret contra fœdera interposita, & naturalem rationem. Voluit ergo ire in terram Philisthinorum, quia ibi habebat conuenientem locum ad prædas. Tertium fuit, quia terra Philisthinorum erat magis coniũcta locis, in quibus nunc manebat Dauid, quàm aliqua alia terra: nam ipse manebat nunc in sorte Iudæ, ꝗa

F toto tempore, quo fuit profugus à facie Saulis discurrebat per ciuitates sortis Iudæ, vt patet infra ca. 30. vbi ponuntur ciuitates, in quibus mansit, & omnes dicuntur esse sortis Iudæ: terra autem Philisthinorum est coniunctissima his ciuitatibus: quia est pars sortis Iudæ, vt patet Iosue cap. 15. vbi ciuitates præcipuè Philisthinorum nominantur in sortæ Iudæ: terra autem Ammon, Moab, & Edom magis distant à locis illis, in quibus nunc manebat Dauid: ideo promptius sibi fuit ire in terram Philisthinorum, quàm in aliam terram.

Quomodo Dauid ausus est ire in terram Philisthinorum. Quęstio V.

G QVAERETVR vlterius, quomodo Dauid ausus est ire in terrã Philisthinorum. Nam ipse offenderat nimium Philisthinos: quia egerat multa bella ꝯ eos, & attriuit illos, vt apparet supra cap. 18. & 19. & 23. & non egerat bella contra alias gentes .s. contra Ammon, Moab, & Edom: ideo melius ipse poterat manere apud gentes illas, quàm apud Philisthinos. Item Dauid iterum fugerat ad terram Philisthinorum, & fuit in periculo magno coram rege Achis: nec potuit euadere, nisi fingeret se stultum, vt patet supra cap. 21. ideo non esset securum nunc sibi ire illùc: apud Moabitas autem melius poterat manere, quia mox, vt ipse confugit ad eos prima vice, quando fugerat de conspectu regis Achis, suscepit eum benignè rex Moab, & dedit ei præsidium ad manendum, vt patet supra ca. 22. ideo melius descẽdisset illùc, quàm in terram Philisthinorum. Item bellum erat continuum inter Israelitas, & Philisthinos: & Dauid erat princeps huius belli contra Philisthinos, supra cap. 18. quòd ergo nunc iret in terram Philisthinorum, putarent Philisthini, quòd non verè fugiebat à facie Saulis, sed simulabat hoc, vt falleret eos, ideo non reciperent eum benignè. Item non poterat securè introire Dauid in terram Philisthinorum, quia erat hostis eorum, & cum introiret caperent eum. Respondendum, quòd Dauid conuenientius descendebat ad manendum in terram Philisthinorum, quàm in terram Moab, Ammon, vel Edom ex causis supra assignatis: nec sequebatur aliquod inconueniens, vel periculum Dauid descendendo in terram Philisthinorum Quod patet, quia potius rex Achis suscepit eum cum gaudio magno, & diligebat eum nimis, atque fauebat in omnibus, vt patet infra in litera. Disposuerat etiam constituere eum custodem capitis sui, vt patet sequenti cap. Cum autem dicitur, quòd melius maneret in terra Moab, vel Edom, aut Ammon, quàm in terram Philisthinorum. Dicendum falsum esse, quia gentes istę cum haberent pacem cum Saule, possent tradere Dauid in manus eius, vt complacerent ei: Philisthini autem, qui erant hostes Saulis, non traderent Dauid in manus Saulis, sed magis fauerent ei contra Saulem. Et quando dicitur, quòd pugnauerat contra Philisthinos, & nõ contra Moabitas, Ammonitas, & Idumæos. Dicendum, quòd ex hac parte benignius recipere debuissent ipsi Dauid, quàm Philisthini, quia tamen ipsi non erant hostes Saulis, & si peteret Saul ipsum Dauid traderent in manus eius: Philisthini autem hoc non facerent, eoquòd erant hostes Saulis: ideo melius manebat apud eos. Nec obstat, quòd Dauid pugnasset contra Philisthinos, quia sciebant ipsi, quòd hoc agebat iussu Saulis: vnde præcipuus hostis eorum erat Saul, & non Dauid: & quia tũc Saul erat hostis Dauid, libenter susciperẽt Philisthini Dauid, vt nocerent Sauli. Ad secundum, cùm dicebatur, ꝙ

dice-

iterum venerat Dauid in terram Philisthinorum,& fuit in periculo, nisi finxisset se stultum, & receptus est benignè in terram Moab. Dicendum, quòd tunc fuit Dauid in periculo, quia ibat solus,& putabatur, quòd iret ad fallendum Philisthinos, quia aduentus suus fuerat incognitus: nunc autem ibat Dauid palã cum sexcentis viris. Et credendum est, quòd præmiserit aliquos nuncios ad regem Achis, vt reciperet eum in terra sua,& ille gratis suscepit nũcios, & tũc potuit securè introire Dauid. Cum autem dicitur, quòd receptus fuit benignè in terra Moab. Dicendum, quòd verum est,& tamen Dauid fuit ibi in periculo, quòd traderetur Sauli, vnde per prophetam admonitus est recedere de terra Moab, supra capit. 22. Et si contendas, quòd non fuit factum propter hoc, sed ex alia causa recessit de terra illa, semper adhuc manet ratio. s. quòd non expediebat Dauid manere in terra Moab, alioquin non iussisset Deus, ꝙ inde recederet: ideo conuenientius erat Dauid in quacunque alia terra, quàm in terra Moab, quia in nulla terra prohibuerat Deus eum esse, nisi in terra Moab. Ad tertium cum dicebatur, quòd Philisthini suspicarentur Dauid moliri insidias contra eos, & non verè fugere à Saule. Dicendum, quòd non stat, quia manifestum erat Philisthinis, quod Saul persequebatur Dauid; cùm continuè persequeretur eũ, & ab aliquanto tempore: præcipuè, quia persecutio ista erat in confinibus terræ Philisthinorum. s. in sorte Iudæ, in qua mansit semper Dauid tempore persecutionis, vt supra declaratum est: terra tamen Philisthinorum erat coniuncta terrę Iudæ, cum esset quædam pars sortis Iudæ, vt patet Iosue 15. iõ Philisthini cognoscere poterant faciliter istam persecutionem Dauid: nam id, quod semel factum est in terra Israel cognouerunt Philisthini. s. quomodo cantauerint mulieres coram Dauid. Percussit Saul mille, &c. supra capi. 21. & infra 29. ideo facilius cognoscere poterant persecutionem Saulis contra Dauid, quia sæpè fiebat,& apud terram eorum. Vnde non suspicarentur Dauid moliri aliquas insidias, sed necessitate compulsum venisse in terra eorum. Et ista fuit vna de causis; quare à principio persecutionis non venit Dauid in terra Philisthinorum. s. quia putauit, quòd non crederent Philisthini eum vere fugere à Saule, cum nondum constaret de persecutione: nunc autem, quia constabat voluit confugere ad eos. Ad quartum cum dicebatur, quòd Dauid nõ posset securè introire in terram Philisthinorũ, quia erat hostis eorum. Dicendum, quòd Dauid non introiuit in terram illam nullo præmisso, sed credendum est, quòd miserit aliquos nũcios ad regẽ Achis. vt susciperet eum, & illi inierunt aliqua pacta cum rege Achis, vt non daret Dauid in manus Philisthinorum, nec pateretur aliqua mala in terra eius: Nũcij quoque Dauid præstarent fidem ex parte eius, qa ipse nullum malum faceret in terra Philisthinorũ, & sic posset Dauid introire securè in terram regis Achis. *Vt desperet Saul, cessetque me quærere*, idest, volo fugere in terram Philisthinorum, vt Saul desperet me posse capere,& ideo cesset me persequi, q.d. Saltem habebo hoc bonum fugiendo in terram Philisthinorum, quòd Saul nõ me inquietabit quotidie, persequendo: quia iam desperabit, cum sim extra terram suam. *In cunctis finibus Israel*, idest, non quęret iam me in aliqua parte terræ Israel, quia prius ipse conabat̃ me inquirere in omnibus terminis Israel, cum dixisset, quòd si etiam in terra se obtruserit, ꝑscrutabor eum in cunctis millibus Iuda, supra c. 23. Nunc autẽ sciens, quòd non esset in terminis Israel, non quæreret eum. *Fugiam ergo manus eius*, idest, bonũ est igitur, quòd fugiam de potestate eius, ne aliquando possit me capere. *Et surrexit Dauid*. s. de terra Israel in qua erat. *Et abijt ipse, & sexcenti viri cum eo*. s. ad terrã Philisthinorum, ad regem Achis. Et dicitur de sexcẽtis viris, quia tot habebat nunc,& habuerat ex eo tẽpore, quo introiuit in Ceilam, vt patet supra cap. 23. Postea autem, nunquam habuit plures viros, dum fuit in terra Philisthinorum, vt patet infra capit. 29. & 30. *Ad Achis filium Moab regem Geth*, idest, iste Achis erat rex Geth, & vocatur alio nomine Abimelech, vt patet in ti. Psalmi 33. & declaratum est, supra cap. 21. Iste erat rex Geth, quia Geth est vna de ciuitatibus Metropolitanis terræ Philisthinorum, quæ erãt quinq;. s. Gaza, Azotus, Aschalon, Geth, Accaron, & quælibet istarum habebat regem. Vnde vocantur quinque reguli Philisthinorum. Iosue 13. ca. vel quinque Satrapæ, vt patet supra cap. 6.

Quare Dauid potius venit ad regem Geth, quàm ad aliquem alium de regibus Philisthinorum. Quæstio VI.

QVAERET aliquis, quare magis Dauid venit ad regem Geth, quàm ad aliquem alium de regibus Philisthinorum. Nicolaus respondet, quòd iste erat magnus hostis Saulis, ideo Dauid putauit se manere securius apud eum, quàm apud alium regem. Sed hoc non multum apparet, quia quanquã in terra Philisthinorum essent multi reges, tamen non erant, vt multi, sed vt vnus rex,& ideo quando pugnabant contra Israel omnes pugnabant simul, vt patet infra capi. 29.& sic non erat magis vnus de regibus Philisthinorum hostis Saulis, quàm alius. Si autem vnus diceretur magis hostis, quàm alius, hoc esset, quia Saul plus nocebat terræ eius, quàm alijs terris Philisthinorum. Hoc tamen non stat, quia tũc rex Accaron esset magis hostis regis Saulis, quàm Geth: nam sæpius Israelitæ vastabant terram Accaron, quàm terram Geth, eoquòd terra Accarõ erat magis coniuncta Israelitis. Sic patet supra capit. 18. Nam quando Saul petiuit præputia Philisthinorũ à Dauid, ipse descendit in vrbem Accaron,& inde accepit ducenta præputia. Patet etiam, quòd sit magis propinqua Accaron, quàm Geth Israelitis: quia dicitur supra cap. 7. redditæ sunt vrbes, quas tulerant Philisthæi ab Israel, ab Accaron, vsque Geth, & terminos suos, ergo non vocatur Saul magis hostis regis Geth, quàm aliorum regum Philisthinorum, tãquam magis nocuisset ei. Sed dicendum, quòd Dauid fugit ad istum regem, quia putauit eum meliorem virum, & liberaliorem ad suscipiendum peregrinos omnibus regibus Philisthinorum. Quod satis apparet, quia libenter suscepit eum, & dedit ei locum ad habitandum, vt patet in litera. Alij tamen reges Philisthinorum non confidebant Dauid, vnde coegerunt eum recedere de bello, inuito Achis, infra cap. 29. Item patet hoc, quia à principio, cum fugit Dauid à Saule, non iuit ad aliquem alium regem, nisi ad Achis, supra cap. 21. ergo intelligebat sibi vtilius forè apud regẽ Achis, ꝗ apud alios reges.

Quomodo Dauid ausus est ire in vrbem Geth. Quęstio VII.

QVAERET aliquis, quomodo Dauid ausus est ire in vrbem Geth, cum ipse occiderit Goliath virum fortissimum Philisthinorũ, qui erat de vrbe Geth, vt patet sup. ca. 17. Dicendũ ꝙ si Dauid respexisset ad hoc, nõ debuisset ire in aliquam partem terræ Philisthinorum: nõ quidem in

Nō dubitauit Dauid ire in Geth ꝓꝑ fœdera inita cum rege.

Accaron: quia occiderat ducentos viros, quorū prę putia tulerat ad Saulē, & isti erant Accaronitę sup. c. 18. Etiam non debebat ire in aliquam partem terrę Philisthinorum, cum nulla esset, quam non infestasset Dauid, & de qua nō occidisset multos viros, cum ipse esset princeps virorū belli contra Philisthinos snp. cap. 18. Nunc tamen descendit in terrā Philisthinorum: quia fędera inita fuerunt inter ipsum, & regem Geth, quòd posset securè manere in terra eius: ideo non obstabat, quòd occidisset Goliath, vel alios Gethæos, cum rex super hoc daret ei securitatem, & prohiberet omnibus nocere ei. *Et habitauit Dauid cum Achis in Geth.* s. venit ad Achis, & māsit ibi cum eo in vrbe sua, Sed hoc intelligendū est de pauco tēpore: quia immediatè petiuit Dauid ab Achis, quòd daret ei aliquē locum, in quo maneret extra Geth, & dedit ei vrbem Siceleg, vt patet infra, & ibi māsit omnibus diebus, quibus fuit in terra Philisthinorum. *Ipse, & viri eius, & domus eius.* s. omnes simul habitauerunt in eodem loco: nam non dispersi, sunt ꝑ loca, vt securius manerent, & minus suspecti haberentur. Dicitur de viris Dauid. i. de sexcentis viris, quos habebat secum Dauid, vt patet sup. Vocatur autem domus Dauid. s. familia eius. s. pueri, & puellæ, & vxores, & omnes illi, qui non computant̄ īter viros belli. *Et duæ vxores eius Achinoam Iezrahelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli.* i. duxit Dauid secum duas vxores, quas habebat in Geth: erant enim nunc tres vxores Dauid. s. Michol, Abigail, Achinoam: sed Michol ablata fuerat ei violenter, & tradita Phalthi filio Lais, vt patet sup. cap. 25. habebat solum duas, scilicet Abigail, & Achinoam: quarum Achinoā erat Iezrahelitis. i. de vrbe Iezrael, vt patet sup. c. 25. Abigal autem erat vxor Nabal Carmeli. i. habitantes in Carmelo. s. quia prius fuit vxor Nabal, deinde accepit eam in vxorem supra cap. 25. Habebat aūt Abigail possessionem magnā in Carmelo, quæ fuit possesio Nabal: sed nunc, instante persecutione, recessit de loco ipso cum Dauid viro suo ī terram Philisthinorum. Sed credendū est, quòd reliquerit aliquos de familia sua in Carmelo, qui possessionis suę curā agerent. *Et nunciatum est Saul, quòd fugisset Dauid in Geth.* s. Philisthini, qui erant in Geth, indicauerunt hoc aliquibus Israelitis, & illi nunciauerūt hoc Sauli. *Et non addidit vltra, vt quæreret eum.* i. non curauit eū vlterius inquirere in terra Israel, sicut prius: quia sciebat, ꝙ non erat ibi: Etiam non curauit petere illum a rege Geth: quia cum esset hostis eius, sciebat, ꝙ nō traderet ei Dauid: sed magis faueret ipsi contra eum. In hoc autem innuitur, ꝙ Saul adhuc ꝑsecuturus erat Dauid, si mansisset in terra Israel, quanquam promisisset supra, ꝙ non persequeretur eum: quia tamen fugit, non potuit eum persequi. *Dixit autem Dauid ad Achis.* Hic ponitur secundum. s. Dauid manendi locus: petiuit enim à rege Achis aliquàm vrbē, in qua maneret, & dedit ei Siceleg. *Si inueni gratiā in oculis tuis.* idest, si diligis me, vel vis facere aliquid ꝑ me, da mihi locum, in quo maneam. Et dixit: Si inueni gratiā: quia est modus persuadendi: nā ille, qui inuenit gratiam in oculis alterius, impetrat ab eo quod petit. *Detur mihi locus in vna vrbium regionis huius, vt habitē ibi.* i. da mihi aliquam ciuitatem ad manendum in ea: & non maneam hic in vrbe tua tecum.

Dauid cur noluit manere in Geth. *Quæstio VIII.*

QVAERET aliquis, quare Dauid noluit manere in vrbe Geth, cum Achis: sed petiuit aliā vrbem ad habitandum. Aliquis dicet, quòd hoc factū est: quia habebat Dauid hostes ī vrbe Geth, scilicet, **F** cognatos Goliath, qui erat Gethæus, & ipse occiderat illum, supra cap. 17. vt ergo maneret securus, voluit esse in alio loco, extra illam vrbem. Sed hoc nō stat: quia si propter hostilitatem nollet manere ī vrbe Geth, etiam non debebat manere in aliqua de vrbibus Philisthinorum, cū nulla esset, cuius ciues nō haberet in hostes, vt supra dictum est. Itē si propter hostilitatem vellet recedere de vrbe illa, potius deberet argui à contrario, scilicet ꝙ propter timorē non deberet recedere de illa vrbe: quia securior esset Dauid, manendo cum rege Achis in eodem loco, cum tunc non auderet aliquis insurgere contra ipsum propter reuerentiam regis, quàm si segregatus esset in alia vrbe: quia tunc haberent locum Phi- **G** listhini, si vellent congregari contra ipsum, & occidere eum in vrbe, in qua maneret. Item non stat, qa dixit Dauid, & habetur inf. in littera. Cur manet seruus tuus in ciuitate regis tecum? q.d. superfluū est, & tędiosum: ergo propter aliā causam petiuit Dauid locum manendi, & non propter timorem cognatorum Goliath. Dicendum ergo, ꝙ fortè fecit hoc Dauid, ne aliqualiter attediaret regē: quia fortè ciuitas illa, in qua manebat rex, non erat capax multorum, & si maneret ibi Dauid, cum esset ibi curia regis Achis, & Dauid haberet viros sexcentos, & familiam, esset fortè graue regi: quia non esset locus spatiosus ad delectabiliter habitandū, & hoc vī significare litera sequens. s. Cur manet seruus tuus **H** in ciuitate regis tecum? q.d. Tędiosum est, & non est vtile, ꝙ ego occupem locum habitationis in vrbe regia, cum possim alibi habitare. Aliter potest dici, ꝙ Dauid fecit hoc propter verecundiam, & ne grauaret regem: quia fortè quando manebat cum rege in vrbe Geth, rex prouidebat ei, & familię suę de necessarijs, cum esset ibi Dauid tāquam seruus suus, in quo grauaretur satis, cum haberet Dauid secū multos viros, & de hoc erubescebat Dauid: ideo voluit habere locum habitandi exrra vrbem regis, vt iam ipse sibi prouideret ibi, & non grauaretur rex. Aliter dici potest, ꝙ Dauid hoc fecit, vt esset ibi conuenientius ad obseruandum ceremonias legis suæ: & hoc propter duo. Primò, ne viri sui declinarent ad **I** idolatriam: quia si maneret in vrbe regis, cum ibi essent templa solenniora Idolorum, quàm in alijs locis, & celebriores cultus impenderenrur ibi eis, inclinarentur aliqui de viris suis ad illa, quæ viderēt: & istud erat, propter quod timebat egredi Dauid de terra Israel, & conquerebatur de illis, qui cogebant eum egredi dicens: Si filij hominum incitant te aduersum me, maledicti sunt in conspectu Domini, q eiecerunt me hodie, vt non habitem in hæreditate Domini, dicentes. Vade, serui dijs alienis. q.d. Isti dāt mihi occasionem, vt seruiam Idolis, vt patet præce. cap. Nunc autem si acciperet Dauid alium locum ad habitandum ibi, non esset tanta opportunitas declinandi ad Idola: quia non esset cultus ita solennis **K** Idolorum, vel fortè nullus esset: vt si habitarent Dauid, & viri sui soli in aliquo loco, sicut factū est, quia accepit Dauid Siceleg, in qua solum ipse, & viri sui habitauerint, vt colligitur infra 30. cap. Et sic nō esset aliquis idolatra, qui ibi posset inducere eos. Item si maneret Dauid in vrbe regis, cum rex esset Idolatria, aliqui de viris Dauid, vt complacerent regi, & vt non viderētur disparis cultus, exhiberent aliquē honorem Idolis, saltem in exteriori reuerentia, & introirent aliqñ in tēpla Idolorum, qñ associarent regem euntē illùc, & hoc fieret eis in magnum scandalū. Cùm autem habitarent extra vrbem regis, nō haberent ista persuasiua ad colēdum idola, ideo voluit inde declinare Dauid. Secundo proficiebat hoc ad

ad cuſtodiam cęremoniarũ Iudaicarum:quia Iudęi A
non communicant in cibis cum gentilibus. Et hoc
quantũ ad duo. Primò quia gentiles ſæpè veſcũtur
cibis conſecratis Dæmonibus,& quanq̃ ex hac con
ſecratione nihil ſanctitatis, mũdiciæ, vel immundi
cię cibi illi contrahant,vt probat Apoſtolus prima
ad Corin.ca.8.tamen Deus iuſſerat Iſraelitis,ne mã
ducarent cũ gentilibus,ne aliquãdo comederent de
conſecratis Dęmonibus Exod.cap.34. Si tamen mã
ſiſſet Dauid in Geth,aliquando ipſe,& viri ſui come
derent cum rege,& cum alijs gentilibus manducan
tibus cibos conſecratos Dæmonibus, & tunc ſi mã
ducarent Dauid, & viri ſui peccarent: ſi autem non
manducarent,generaretur ſcandalum, ideo nõ ex-
pediebat Dauid manere ibi. Secundo erat differen- B
tia in cibis: quia gentiles non diſtinguunt cibos, di-
centes aliquid eſſe mundum, & aliquid immundũ:
Iudęi autem diſtinguũt,& tenentur abſtinere à mul
tis,vt patet Leui.c.11.& Deuter.14.Si ergo facerent
iſtã diſtinctionem cum gentilibus,ſcandalizarẽtur,
ſi autem nõ facerent, peccarent,ideo non expedie-
bat Dauid,& viris ſuis manere in vrbe regis. Erant
quoq; alię cęremonię Indaicę, vt quantum ad ob-
ſeruationem feſtorum, & quædam alia, quæ non
poſſent conuenienter ſeruare manendo cũ rege: qa
rex nihil horum ſeruabat. Valde ergo expediẽs erat
Dauid,vt non maneret in vrbe regia. Aliter dici po
teſt,ꝙ hoc faciebat Dauid, propter modũ ſuũ viuen
di in acquirendo neceſſaria:ipſe.n.de pręda ſuſtenta C
tionem habebat,ideo aliquando per diem,& aliquã
do per noctem ſurgebat ad eundum in prædam, &
ſi maneret in vrbe regis non poſſet ire quocũq; tẽ-
pore vellet,ꝓpter cuſtodes vrbis,ideo expediebat,ꝙ
haberet locũ per ſe, in quem introiret qñ vellet, &
egrederetur. Item hoc erat:quia Dauid volebat, ꝙ
occultaretur regi Achis modus viuendi ſuus.ſ.vn-
de prædaretur: nam fingebat, ꝙ faciebat prædã de
terra Iſrael,& prædabatur de alijs gentibus,vt patet
inf.Si tamen moraretur in vrbe regis,non potuiſſet
Dauid ſufficienter occultare quod agebat: quia ali-
quando eundo, vel redeundo de præda cognoſcere
tur vbi prædaretur, quod eſſet ei in confuſionẽ ma
gnã,& periculum, cognito ꝙ mentitus fuiſſet regi, D
ideo expediebat ei,ꝙ moraret̃ in aliquo loco diſtãti
ab vrbe regia,& ſic occultaret factum ſuum. *Cur.n. manet ſeruus tuus in ciuitate regis tecum*.i.ad quid ego, qui
ſum ſeruus tuus, manebo tecum in ciuitate regia?
q.d.inutile eſt,& oneroſum, ꝙ ego occupẽ locũ ha-
bitationis in vrbe regia,& non poſſit rex delectabi-
liter,& ſpatioſè manere in vrbe ſua.

Quare Geth vocatur ciuitas regis. Quæſtio IX.

QVAERET aliquis, quare vocabatur Geth
vrbs regis,cũ ipſe haberet alias.Aliquis reſpon
debit,ꝙ Achis,quanquã haberet in regno ſuo mul-
tas villulas,& vicos, tamen non habebat aliã vrbẽ, E
niſi iſtam.Sed hoc non ſtat:quia Dauid dixit: det̃ mi
hi locus in vna vrbiũ regionis huius,ergo aliæ vrbes
erant,præter Geth,in regno Achis.Sed dicendũ eſt,
ꝙ vocat̃ Geth ciuitas regis propter tria. Primò, qa
titulus regni denominabatur ab iſta ciuitate.ſ.voca
batur Achis rex Geth,vt patet ſup.cap.21.& hic: Et
hoc modo diuidebat̃ terra Philiſthinorũ in quinq;
vrbes, à quibus denominabãtur quinq; tituli regũ,
vt patet Ioſue c.13.ſ.q̃ in quinq; regulos Philiſthijn
diuidit̃ Gazæos,& Azotios, Aſcalonitas, Accaroni
tas,& Gethæos,& ſic ponitur ibi Geth, tanq̃ vnus ti
tulus regni.Secundò vocat̃ Geth ciuitas regis:qa in
illa habitabat ſemper Achis: vnde apud iſtos anti
A quos, qui erant parui reges, illa ciuitas,quæ erat eis
titulus regni in denominando,illa erat, in qua habi
tabant ſemper,ſic patet de vrbe Aſtaroth, de qua dr̃
Ioſue.c.13.ſ.Oẽ regnũ hoc in Baſan,qui regnauit in
Aſtaroth,& Edrai, & ipẽ fuit de reliquijs Raphaim.
Et Ioſue 12.dr̃.Terminus Og regis Baſan,qui habita
uit in Aſtaroth, & in Edrai, & ſic pro eodem ponit̃
habitare,& regnare:quaſi rex in loco, in quo habita
ret,ſemper ab illo denominaret regnum ſuum.Ter
tio vocat̃ Geth ciuitas regis:quia ipſa erat magna ci
uitas,maior omnibus,quæ erãt in regno Achis.Vn-
de ipſa vocabat̃ prouincia: qa erat caput totius ter-
ræ Achis. Et hoc modo dicebantur eſſe in terra Phi
liſthinorũ ſolũ quinq; vrbes i.quinq; metropoles, q̃
B erant capita aliarũ vrbiũ Philiſthinorũ.Et ſic accipi
tur.ſup cap.6.Vbi aliquando vocantur iſtę quinque
vrbes,& aliquando quinq; prouinciæ. *Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg*.i.dedit ei tunc vrbem Siceleg vi
dens,quòd iuſtè peteret.

An Siceleg data eſt Dauid ſolùm ad habitandum. Quæſtio X.

QVAERET aliquis, an data fuerit ei Siceleg ſo
lum ad habitandum:quia Dauid ſolum peti
uit vrbem ad habitandum, iõ Achis non daret ei ni
ſi ad habitandũ? Itẽ qa Dauid erat extraneus, & nõ
erat veriſimile, ꝙ Achis daret ei vnã vrbẽ regni ſui,
C præcipuè quia regnum Achis erat paruum. Reſpõ-
dendũ eſt,ꝙ Siceleg data fuit Dauid,non ſolũ ad ha
bitandũ,ſed etiam data eſt ei in titulũ, vt eſſet ſua.
Quod patet, quia dr̃ immediatè. Propter q̃ cauſam
facta eſt Siceleg regum Iuda vſq; in diem hanc. i.ex
hoc,ꝙ Achis dedit eã Dauid,facta eſt regum Iuda.i.
pertinuit ad reges Iuda: ſi tamen, non dediſſet eam
Achis Dauid niſi ad habitandũ, nõ habuiſſet ex hoc
aliquem titulũ,iõ non pertineret poſtea ad ſucceſſo
res ſuos reges Iuda, data fuit ergo ei ĩ titulũ: & quia
oĩa,quę erant ipſius Dauid, tranſierunt ad ſucceſſo-
res ſuos iure hæreditario, & oẽs reges Iuda venerũt
de ſtirpe Dauid, pertinuit poſtea ad eos iure ſucceſ-
ſionis.Item patet hoc:quia ſi Siceleg fuiſſet data Da
D uid ſolum ad habitandum,non habuiſſet ipſe plenũ
ius,ad hoc,ꝙ poſſet excludere habitatores eius de il
la,excluſit tñ,& nõ manſerũt ibi niſi viri ſui,vt col-
ligitur infra c.30.ergo data fuit ei in titulum. Ad ra
tiones in contrarium, cũ dicebatur ꝙ Dauid nõ pe- Ad rõnes in princi.
tiuit vrbem niſi ad habitandum, dicendũ, ꝙ Dauid
nóluit petere vrbem in titulum.Primò quia verecũ
dũ ſibi erat,ꝙ ipſe peteret vnã vrbem in titulũ à re-
ge Achis,cui nihil vnq̃ ſeruiuerat.Secundò,quia ne-
ſciebat ad quid proficeret ei,ꝙ illa vrbs eſſet ſua,cũ
eſſet in terra hoſtili: Achis aũt, qui erat rex nimis li-
beralis, non ſolũ conceſſit id, quod petiuit Dauid.ſ.
vt daret̃ vrbs ei ad habitandũ,ſed ẽt dedit eam in ti-
tulũ: quia conditio liberaliũ eſt,præſertim regum,
E quos decet eſſe magnificos,vt abundantius tribuãt,
q̃ petat̃. Ad ſecundũ cũ dicitur,ꝙ non erat veriſimi- Ad ſecundum.
le,ꝙ Achis daret vnã vrbẽ Dauid, q̃ erat extraneus,
Dicendum,ꝙ q̃q̃ eſſet extraneus, quia tñ Achis ſcie
bat eum eſſe virum probum, dedit ei vrbem & con
fidebat ei nimiũ: nã volebat eum facere cuſtodẽ ca-
pitis ſui,ſequenti c. Et ferebat eũ ſecũ in bellum cõ-
tra Iudæos,de quorũ ſtirpe erat Dauid, nihil præſu-
mens ꝯ eum,q̃q̃ præſumerent omnes alij reges Phi-
liſthinorũ,vt patet infra c.29.Pręcipuè quia non pu
tabat Achis,ꝙ dabat vrbem alicui extraneo,ſed ſer-
uo ſuo: nam ex eo ꝙ Saul perſecutus fuerat nimis
Dauid,& credebat, ꝙ Dauid feciſſet multa mala cõ
tra Iſraelitas,putauit, ꝙ nunq̃ reconciliaret̃ eis, ſed
ma-

maneret semper, vt seru⁹ suus, vt patet inf. in litera. s. credidit Dauid Achis, dicēs: Multa mala operatus est contra populum suum Israel: erit igitur mihi seruus sempiternus. Satis ergo verisimile erat, ꝙ daret ei vnam vrbem. *Propter quàm causam facta est Siceleg regum Iuda.* i. propter hoc, quòd Achis dedit vrbem, Siceleg Dauid facta est regum Iuda. i. pertinuit semꝑ ad eos: quia illi erant de stirpe Dauid, & omnia, quæ erant ipsius Dauid, transibant ad successores suos.

Siceleg quomodo transiuit ad omnes reges Iuda iure hæreditario, cum Dauid perdiderit eam. *Quæstio XI.*

QVAERET aliquis, qūo transiuit ex hoc Siceleg spāliter ad oēs reges Iuda: nā Dauid non habuit Siceleg semper ex eo tpe, quo ei donata est ꝑ regem Achis: nam qn̄ recessit in terram Israel, perdidit eam, & sic desinebat esse sua: ideo q̃q̃ postea Dauid acquireret Siceleg, & alias vrbes terrę Philisthinorum, non pertinebat Siceleg ad eum eo iure, quo prius, sed sicut omnes alię vrbes Israel pertinebant ad eum, quia rex erat, ita pertinebat Siceleg. Simile patet de vrbibus terræ Moabitarū, quas possidebat rex Seon: nā Deus iussit, ꝙ Israelitę non acciperent nec vnum vestigium terræ de regione Moabitarū Deute. c. 2. Acceperunt tn̄ multas ciuitates, quę fuerant olim de terra Moabitarum, & tunc erāt ipsius regis Seon, vt patet Num. c. 21. Nec in hoc agebant ꝯ legē Dei: si tn̄ Moabitæ adhuc habuissent aliquid iuris in ciuitatibus illis, non potuissent Israelitę accipere eas, postq̃ perdiderunt eas nihil habebant in illis: ita Dauid, postq̃ perdidit Siceleg, nihil retinuit sibi de iure illo, quod acquisiuit ꝑ donationē Achis: vnde q̃q̃ postea acquireret Siceleg iure bellico, non haberet in ea aliquid de iure priori, sed haberet nouū titulum sicut in alijs vrbibus, quas acquireret: iō nihil spālius haberet Dauid, quod transmitteret ad posteros ī vrbe Siceleg, q̃ in cęteris, sic ēt patet in responsione Iepte Galaaditis ꝯ regem Amon, cū peterentur ciuitates, quæ olim pertinuerant ad Amon, & Moab tēpore Iepte ab Israelitis: & ipse defendēs se iuridicè dixit, ꝙ Israelitę nihil tulerant de terra Moab, nec Amon, sed de terra Seon regis Amorrhæi, vt patet Iudi. c. 11. Et hoc quia ciuitates illę, q̃q̃ fuissent olim Moabitarum, & Amonitarū: quia tn̄ iam perdiderant eas, nihil iuris habebāt in illis: & sic Israelitę, accipientes eas, non accipiebāt aliquid de terra Amonitarum, & Moabitarū, sed de terra Seō regis Amorrhei. Sic igitur esset hic, ꝙ Dauid quanq̃ acquireret Siceleg, nō acciperet eam eo titulo, quo prius habebat, sed alio nouo titulo. s. iure bellico: iō nō poterat spālius pertinere ista ciuitas ad reges Iuda, q̃ aliæ ciuitates. Aliquis respondebit, ꝙ postquā Dauid accepit istā ciuitatē ex donatione Achis, nūq̃ eam perdidit, & quia iste fuit titulus spālis, cum nullam aliam vrbem haberet Dauid ex donatione, nisi istam, erat ista propriè vrbs sua. & non erat regni Israel: quia non acquisierant eam Israelitæ, vel aliqui reges eorum. Sed hoc non multum stat: quia vr̄ Dauid istam vrbem perdidisse: nam mortuo Saule, recessit de ea, & ipsa relicta est in potestate Philisthinorum, sicut patet inf. 2. li. c. 2. Nā Dauid fecit plāctum magnum pro Saule, & Ionatha, & erat tunc in Siceleg, vt patet inf. 2. lib. c. 1. Et tūc consuluit Dauid Dominum, an ascenderet in aliquam de ciuitatibus Iuda, eo lib. ca. 2. Et tunc dr̄, ꝙ Dauid, & vxores suæ, & oēs viri sui ascenderuut in Hebron: ergo nō reliquit Dauid custodientes Siceleg, & consequēter redacta est in potestatem Philisthinorum, sicut prius: iō nūq̃ ꝑtineret postea ad Dauid, vel posteros suos, nisi no-

F uiter eam acquirerent. Et tunc videbatur pertinere eodē iure, quo oēs aliæ, q̃ acquirerentur de potestate Philisthinorum. Dicendum igitur, ꝙ Siceleg pertinuit ad reges Iuda iure speciali, ex successione Dauid: nā licet perdita est quantū ad possessionē. s. qa Dauid & viri eius fugerūt de ea veniētes in terrā Israel, & postea non ausi sunt redire illùc: vnde perdiderunt possessionem tam naturalē, q̃ ciuilem, nō tn̄ perdidit Dauid proprietatē, ideo qn̄ postea acquisiuit eam de manu Philisthinorū non accepit illam, tanq̃ vnam de alijs ciuitatibus, quæ erant in potestate Philisthinorum, sed accepit eam iure speciali. s. recuperauit solum possessionem: nam proprietatem, nō iam habebat, ideo sicut à principio accepit eam, nō

G tanq̃ rex Iuda, vel Israel, sed tanq̃ singularis persona ex donatione, ideo pertinuit ad eum, & ad posteros suos, non inquantum erant reges, sed inquantū erāt successores Dauid. Quod patet, quia Dauid acquisiuit alias vrbes terræ Philisthinorū vt habeť primo Paral. c. 18. s. Factū est post hoc, vt percuteret Dauid, Philisthijm, & humiliaret eos, & tolleret Geth, & filias eius de manu Philisthijm. De istis tn̄ non dr̄, ꝙ ꝑtinuerit ad Dauid, & posteros eius: ergo vr̄ ꝙ semper retinuit Dauid sibi titulū Siceleg ex donatione. Cū aūt obijcitur de vrbibus terræ Amon, & Moab, Num. c. 21. Et de responsione Iepte, Iud. c. 11. nō est simile: quia Amonitę, & Moabitę perdiderunt vrbes illas, quas acquisiuit Seon iure bellico, iō Amo-

H nitæ, & Moabitæ non habebant in eis aliquē titulū possessionis, vel proprietatis. Dauid autem quāquā perdiderit Siceleg quantum ad possessionem, tamē non perdidit titulum, ideo semper mansit ius ei, & successoribus suis.

Siceleg quomodo fuit regum Iuda. *Quæstio XII.*

QVAERETVR vlterius, qūo poterat esse Siceleg regum Iuda: quia non solum ista vrbs ꝑtinebat ad eos, sed ēt omnes aliæ vrbes, q̃ erant in regno Iuda. Aliquis respondebit, ꝙ non fuit acquisitum aliquod ius speciale regibus Iuda in Siceleg, nisi in præiudiciū virorum de tribu Symeon. Pro quo sciendū, ꝙ tribui Iuda à principio fuit data magna

I sors, quæ habetur Iosue c. 15. & inter vrbes eius fuit vna Siceleg, vt patet eo. c. Postea aūt, cū emendatæ fuerunt sortes, quia tribus Iuda acceperat magnā sortē, quædam pars eius data est tribui Symeon, & illa pars fuit solū sors tribus Simeon, Iosue. ca. 19. & in parte ista non venit ciuitas Siceleg ad tribum Iuda, sed ad tribū Symeon: iō Dauid, & posteri sui poterant acquirere Siceleg in pręiudicium virorū de tribu Simeon, cū Dauid esset de tribu Iuda, & Siceleg esset in sorte Symeon. Sed hoc non stat: quia aut Dauid, & posteri sui acquisierunt Siceleg inquantū reges, aut inquantum personæ priuatę: si inquantū reges, non stat: quia hoc modo non solum Siceleg, sed ēt oēs vrbes regni Iuda pertinebant ad reges Iu-

K da: Si aūt inquantū priuatę personæ, aut hoc erit inquantum Dauid, & posteri sui erant de tribu Iuda, aut inquantū erant quædā singulares personæ non magis de tribu Iuda, q̃ de quacūq; alia: Si primo modo, non stat: qa tunc non diceretur pertinuisse Siceleg ad Dauid, & reges Iuda, sed ad tribū Iuda. Hoc autem non stat: qa nullo modo vna tribus poterat præscriptione, donatione, emptione, aut aliquo titulo habere aliquid, quod semel pertinuetat ad aliā tribū, vt probatū fuit Leui. c. 5. Et ratio est, qa Deus iussit, ꝙ manerent familię, & tribus in distinctione sua, sicut Deus distinxerat eas à principio, Nume. c. 36. Hoc autem non erat, nisi per possessiones, vt patet eo. c. & Num. 27. Sed dicendum est, quòd Siceleg per-

pertinuit ad Dauid, & poſtea ad omnes reges Iuda
quodam iure ſpeciali, ſcilicet: quia omnia loca, quę
erant in regno Iudæ pertinebant ad reges Iuda in-
quantum erant reges, Siceleg tamen, non pertine-
bat ad eos inquantum erant reges, ſed inquantum
erant ſucceſſores Dauid: ideo licet familia Dauid
priuata fuiſſet regno à Deo, tamen non fuiſſet pri-
uata dominio vrbis Siceleg, ſed poſteri Dauid eſſent
ſemper Domini illius vrbis, eo quòd Dauid acqui-
ſiuit vrbem illam non iure regali, nec quando erat
rex, ſed prius quando erat priuata perſona, ideo filij
Dauid, quanquam eſſent reges, non acquirebant
vrbem Siceleg, vt reges, ſed vt filij Dauid. Sed aliqs
dicet, ꝙ acquirebant eam tanquā reges, quia non dr̄
hic, ꝙ facta eſt Siceleg filiorum Dauid, ſed facta eſt
regum Iuda. Dicendū, ꝙ oēs reges Iuda, qui fuerunt
poſt Dauid, fuerunt de ſtirpe eius, & erant de primo
genitis: vel ſaltem tales, quibus patres poterāt, & vo
lebāt tribuere primogeniturā, ſicut fuit in Salomo-
ne filio Dauid, qui nō fuit primogenitus, & in Abia
filio Roboam, qui non erat primogenitus eius: & tñ
ex voluntate patrum trāſlatum eſt regnum in iſtos
vt patet 2. Paralip. c. 12. & 13. Primogeniti tñ in vete
ri teſtamento erant potiores in ſucceſſione paterna:
nam ipſi habebant duas partes, & quilibet de fratri-
bus habebat vnam, vt patet Deut. cap. 21. ſ. Iſtud eſt
principium liberorum eius, dabitque ei de his, quæ
habuerit cuncta duplicia: ideo cū iſta lex eſſet in vul
garibus, à fortiori manebat in regibus, vbi magis ob
ſeruantur iura primogenituræ. Et quia iſti, qui ſucce
debant in regno Iudæ erant de primogenitis ſtirpis
Dauid, vel ad quos peruenerant iura primogenitu-
ręideo potiſſima pars ſucceſſionis erat eorū, & quia
Siceleg proueniebat ex ſucceſſione Dauid pertine-
bat ad reges Iuda, non quia reges erant, ſed quia pri-
mogeniti. Et quia nunquā cōtigit aliquē fuiſſe regē
de ſtirpe Dauid, quin ille eſſet de primogenitis, & ad
quem perueniſſent iura primogenituræ, habuerunt
ſemper reges Iudæ vrbem Siceleg, *Vſque in diem hanc.*
Ideſt, fuit ſemper vrbs Siceleg regum Iuda, vſque
ad diem, qua ſcriptus eſt iſte liber, quòd fuit poſt
mortem Dauid per Iſaiam prophetam, vel per Ie-
remiam, vt alij volunt.

*Quomodo Siceleg fuit regum Iuda, cum perti-
neret ad tribum Simeon.*
Quæſt. XIII.

QVAERET vlterius, quomodo poterat Si-
celeg eſſe regum Iuda? Et videtur, quòd
hoc erat contra legem: nam Siceleg erat
ciuitas tribus Simeon, vt patet Ioſue 19. capit. Re-
ges autem Iuda erant de tribu Iuda, ideo non pote-
rant poſſidere aliquid, quod erat de alia tribu, vt pa-
tet Leuit. capitol. 25. vbi iubetur, quòd etiam ſi ali-
quis vendidiſſet poſſeſſionem ſuam, quòd illa redi-
ret ad eum in iubileo, non dando aliquam pecuniā,
quia in illo anno omnis homo debebat redire ad
poſſeſſionem ſuam priſtinam, & hoc intelligitur ſi-
ue aliquis vendat homini de tribu ſua, ſiue de alia
tribu. Si igitur res venditæ immobiles redibant ad
venditorem in iubileo, à fortiori redirent, ſi eſſent
alienatę quocunque alio modo, quia nihil eſt, quo
magis iuſtè aliquis debeat carere re ſua, quàm ſi illā
ſpontè vendiderit. Item patet hoc clarius, quia Nu.
ca. 36. conqueſti ſunt filij Ephraim, ꝙ filiæ Salphaad
nubebant viris aliarum tribuum, & per hoc poſſeſ-
ſio illarum tranſiret ad alias tribus, & Deus dixit: nu
bant quibus voluerint, tantum vt ſuę tribus homi-
nibus nubant, ne comiſceatur poſſeſſio filiorum Iſ-
A rael de tribu in tribum: ergo non poterat vna tribus
poſſidere id, quod poſſidebat aliquando alia tribus,
& non ſolum hoc, immo etiam vnus vir de vna fa-
milia eiuſdem tribus non poterat habere poſſeſſio-
nem viri alterius eiuſdem tribus, nec debebat acci-
pere vxorem de diuerſa familia, vt patet præalle. ca.
ſcilicet. Omnes viri ducent vxores de tribu, & co-
gnatione ſua, & cunctæ fœminæ maritos de eadem
tribu accipient, vt hæreditas permaneat in familijs,
nec ſibi miſceantur tribus, ſed ita maneant, vt à Do-
mino ſeparatæ ſunt. Non poterat igitur poſſeſſio
tribus Simeon trāſire ad aliquem de tribu Iuda. Itē
non videtur, quòd haberent ſufficientem titulum
filij Dauid ad poſſidendum Siceleg: nam etiam ſi in-
B ter Hebræos licitum fuiſſet cuilibet vēdere poſſeſſio
nem ſuam, vel qualitercunque alienare, ita vt in æ-
ternum nunquam rediret ad eum, tamen adhuc filij
Dauid non poterant habere Siceleg, quia erat de tri
bu Simeon, & viri illius tribus non vendiderunt,
nec donauerunt, aut aliqualiter tranſtulerunt eam
in Dauid, & poſteros ſuos: ergo non pertinebat ad
Dauid, & reges Iudæ. Et ſi dicas, ꝙ Achis dedit Da-
uid iſtam vrbem. Non obſtat, quia res inter alios
acta, alijs non præiudicat: Achis autem non erat
de tribu Simeon: ideo quanquam dederit vrbē Da-
uid, non præiudicabatur ex hoc tribui Simeon, nec
acquirebatur aliquod ius Dauid, & poſteris ſuis. Ali
quis reſpondebit, quòd vetita erat inter Hæbreos
C commixtio poſſeſſionum, & tranſitus de vna tribu,
& familia in alteram, hoc tamē non ſimpliciter, ſed
vſque ad iubileum, vt patet Leui. capit. 25. & Num.
36. Quia vſque ad illud tempus poterat aliquid ven
di, vel donari, ſed in iubileo redibat ad priorem Do
minum. Ita dicetur, ꝙ Siceleg fuit regum Iuda vſ-
que ad iubileum, poſtea autem redijt ad tribum Si-
meon. Sed iſta reſponſio non ſtat. Primo, quia dr̄
hic: vſq; ad diem hanc, & intelligitur de ſcriptura li-
bri. Sed liber fuit ſcriptus per Iſaiā, vel per Ieremiā.
Inter tempus tamen cuiuſlibet illorum, & donatio-
nis factæ Dauid de Siceleg tranſierunt plures, quàm
ducenti anni, vt patet computando per tempora re
gum vſque ad captiuitatem Babylonicam: quia
D tunc viuebat Ieremias, vt patet per totum librum
ſuum, vel vſque ad regem Manaſſe, ſub quo mor-
tuus eſt Iſaias: ſed in his temporibus tranſirent qua-
tuor, vel quinque iubilei: ergo vltra iubileum man
ſit Siceleg apud poſteros Dauid. Secundò, non
ſtat: quia dicitur, quod fuit Siceleg regum Iuda,
& ad hoc oportet, quòd ſaltem fuerit duorum re-
gum Iuda. Sed non ſtat, quia primus rex de tribu
Iuda fuit Dauid, ſecundus fuit Salomon, iſti tamen
regnauerunt pluſquam per vnum iubileum: nam
Dauid accepit Siceleg antequam eſſet rex Iudæ, vel
Iſrael, quia poſtea factus eſt rex Iudæ, infra 2. lib. ca-
pit. 2. Et poſtea rex Iſrael, eodem lib. capit. 5. Re-
gnauit tamen Dauid quadraginta annis, vt patet in-
E fra 3. lib. capit. 2. Salomon autem ſucceſſor ſuus re-
gnauit etiam quadraginta annis, eodem lib. capit.
11. Si ergo iſti duo reges Iuda habuiſſent Siceleg,
oportebat, quòd tenerent eam vltra iubileum.
Item non ſtat tertiò: quia iſtud eſt quando quis ven
dit poſſeſſionem ſuam alteri, quia poterit eam ha-
bere in iubileo: hic tamen non fuit facta venditio,
quia filij Simeon, quorum erat Siceleg nihil vendi-
derunt, aut donauerunt, vel qualitercunque tran-
ſtulerunt in Dauid, & poſteros ſuos: ergo non tene-
bat in eis lex de iubileo data. Quartò non ſtat, quia
iſta poſitio non reſpondet ad vltimam rationem in
contrariū. ſ. ꝙ filij Simeon nihil egerunt hic, ſed ſo-
lū Achis donauit vrbē Dauid, ideo non tenet lex de

iubileo, quia illa solũ tenet, quando Dominus trãsfert poſſeſſionẽ ſuam in alterum. Reſpondendũ eſt igitur, ꝙ Siceleg pertinuit ad Dauid, & oẽs reges de ſtirpe ſua, vſque ad diem, quo ſcriptus fuit liber iſte, ſiue fuerit per Ieremiã, ſiue per Iſaiam, & nõ ſolum vſque tunc, ſed etiam quandiu fuerunt reges Iuda, tandiu habuerunt Siceleg, quia ius iſtud erat in æternum. Et quãdo dicitur, ꝙ poſſeſſio vnius Tribus nõ debebat tranſire in aliam tribum, iam reſpõſum eſt, per hoc ꝙ Siceleg data fuit Dauid, non fuit pars poſſeſſionis tribus Iuda, ita vt augeretur poſſeſſio Iudæ, & decreſceret poſſeſſio tribus Symeon, ſed ſolũ peruenit ad Dauid, & poſteros ſuos Siceleg, vt ad priuatas perſonas, non inquantum magis erant de iſta tribu, q̃ de illa. Cum autem vlterius obijcitur, ꝙ non ſolum poſſeſſiones tribuum debebant mutari, ſed etiã poſſeſſiones quarundam tribuum, Num. c. 36. Dicẽdum, ꝙ quanquam Siceleg fuerit Dauid, & ſucceſſorũ ſuorum, tamen non tollebant̃ poſſeſſiones illius filijs Symeon, & ſic non tranſibat poſſeſſio de tribu in tribum. Pro quo ſciendum, ꝙ in vrbe Siceleg duo conſiderabantur. Primò ipſa ciuitas cum territorio ſuo. Secundò poſſeſſiones particulares intra vrbem, vel in territorio eius. Primò modo Siceleg non erat alicuius viri de tribu Symeõ, nec multorum ſimul, ſed erat ipſius tribus Simeõ. ſ. ꝙ erat intra latitudinẽ ſortis ſuæ. Secundò modo, ea, quæ erant in vrbe Siceleg, & in territorio ſuo pertinebant ſpecialiter ad iſtos, vel ad illos viros de tribu Simeõ, nec multorũ ſimul, ſed erat ipſius trib⁹ Simeõ. Poterat aũt vtroq; modo Siceleg pertinere ad alios, q̃ ad filios Symeõ. Primò modo, ſi ciuitas cum territorio ſuo inciperet pertinere ad aliã tribũ, qa tunc nõ maneret in tribu Simeon, ſed decreſceret de illa, & accreſceret tribui Iudæ, vel alteri: nec poterat aliter ꝑdi ciuitas Siceleg q̃tũ ad primũ modũ, niſi ſic: Nã licet habitarent ibi alij viri de tribu Symeon, q̃ illi, q habitabãt, vel alij ẽt de alia tribu, dum tamen maneret Siceleg cum territorio ſuo intra ſortem Simeon, non perdebatur Siceleg: Sic patet de vrbibus ſacerdotum, & leuitarum: nam quælibet tribus dedit aliquas ciuitates ſacerdotibus, aut leuitis, vt patet Ioſue c. 21. & 1. Paral. ca. 6. Tamen non fuit aliquid diminutum de aliqua tribu, quia ciuitates illæ manebant intra ſortes tribuum ſuarum. Secundo modo accipiendo poſſeſſiones vrbis Siceleg particulares poterant dupliciter perdi. Vno modo ſi poſſeſſiones illæ darent̃ viris alterius tribus, q̃q̃ maneret Siceleg intra ſortem Simeon. Alio modo perdebantur, ſi aliqui de tribu Simeon poſſiderent illa, quæ erant in vrbe, & in territorio, & daretur alijs viris eiuſdem tribus, qui non eſſent ſucceſſores iſtorum. Nunc aũt dicendum, ꝙ nullo mõ prædictorũ ꝑiudicabat̃ tribui Simeon, q̃q̃ poſteri Dauid poſſiderent Siceleg. Non primo mõ, quia Siceleg, ſemper manſit in tribu Simeon, q̃q̃ poſſideret̃ à poſteris Dauid. Non ſecundo modo, quia Dauid, & viri ſui non habuerunt Siceleg, quaſi oẽs poſſeſſiones Siceleg eſſent ſuæ, quia tunc oportebat, ꝙ nulli de tribu Symeon habitarent in Siceleg, vel ſi habitarent, eſſent coloni Dauid, & poſterorũ ſuorũ, cũ nunq̃ eſſent Dñi alicuius poſſeſſionis: Sed dicẽdũ, ꝙ iſti habuerunt vrbẽ Siceleg, non quantũ ad poſſeſſiones, ſed quantũ ad aliqua iura Dñij, quæ hẽbãt in loco illo, & ſic non præiudicabat̃ filijs Simeon, qa oẽs poſſeſſiones Siceleg erant ſuæ, nec erat ꝯ legẽ de non tranſmutando poſſeſſiones, quia ſic non tranſibant poſſeſſiones tribus Simeon ad aliã tribũ, vel ad alias perſonas. Sed tunc obijciet aliquis, quia ſi ſolũ pertinebat dominium iſtius vrbis ad regem Iuda, & non poſſeſſiones, ꝙ nõ erat aliquid magis ſpeciale in

F vrbe Siceleg, q̃ in alijs: quia in omnibus alijs vrbibus regni Iuda habebant reges iſta iura, ſcriptura tamen non poſuiſſet ſpecialiter de Siceleg, niſi habuiſſent ibi reges aliquid ſpecialius, q̃ in alijs vrbibus. Dicendum, ꝙ reges Iuda habebant iura in quolibet loco regni, in quantum erant reges. In vrbe autem Siceleg habebant maiora, & ſpecialiora iura, quia pertinebat ad eos Siceleg dupliciter. ſ. inquantum reges erant, & inquantum proueniebat eis ex patrimonio Dauid. Iſta differentia iurium apparet in Epiſcopis, quia in quolibet loco Epiſcopatuũ ſuorum, habent aliqua iura ſaltem in ſpiritualibus, alia tñ loca ſunt, quæ vocantur camerę eorũ, & habent ibi maiora iura. ſ. in ſpiritualibus, & temporalibus. Proportionaliter

G autem accipiendum eſt in regibus iuda reſpectu Siceleg, & aliarum vrbium. Ad rationem vltimam, cum dicebatur, ꝙ Achis dedit vrbem Siceleg, & non filij Simeon, ideo nullum ius acquirebatur Dauid. Dicendum ꝙ, q̃q̃ vrbs Siceleg eſſet ſortis Simeon, tñ viri huius tribus nunquam acceperant eam in poſſeſſionem, ſed ſolũ in diuiſione ſortium peruenerat eis. Ioſue 19. c Philiſthini aũt poſſidebant eam nunc, & pertinebat ad Achis, qui iuſtè eam poſſidebat; iõ poterat ius ſuum alteri cedere, ceſſit autem illud Dauid, ideo profuit, non quidem in præiudiciũ filiorũ Simeon, ita ꝙ tranſiret Siceleg ad aliam tribum, vel ꝙ poſſeſſiones vrbanæ, vel ruſticæ eius pertinerent ad Dauid, & poſteros ſuos, ſed ſolum iura quædam

H ſpecialis dominij, de quibus ſupra declaratum eſt. Et hoc ſatis potuit transfere Achis in Dauid.

Quomodo vrbs Siceleg vſque ad hoc tempus fuit regum Iuda, cum tempore Roboam omnes tranſierunt ad Hieroboam. Quęſt. XIIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo potuit eſſe vrbs Siceleg regum Iuda, vſq; ad diem, de qua hic dr̃, quia Siceleg erat in tribu Simeon, & tpe Roboam oẽs tribus tranſierunt ad Ieroboam, præter Iudam, & Beniamin; ergo Siceleg non manſit in poteſtate regum Iuda. Aliquis reſpondebit, ꝙ verum eſt, ꝙ fuit Siceleg regum Iuda vſq; ad diem, qua ſcriptus

I fuerit iſte liber, tamẽ iſte liber ſcriptus fuit à Dauid, & toto tempore ſuo fuit Siceleg in poteſtate regum Iuda. Sed hoc non ſtat, quia licet poſſimus aſſerere aliquam partem libri huius ſcriptam fuiſſe à Samuele, & aliam à Dauid, tamen dicere, ꝙ totum ſcripſerit Dauid, vel Samuel, falſum eſt: quia dicitur hic, ꝙ fuerit Siceleg regum Iuda: & tamẽ quando erat Dauid nondum fuerat aliquis regum Iuda, niſi ipſe: iõ non diceret regum Iuda. Nec valet ſi aliquis dicat, ꝙ Dauid erat propheta, & poterat deſcribere aliquid futurum, quia hic non ſcribitur per modum ꝓphetiæ, ſed per modum hiſtoriæ: Et dato, ꝙ vellemus accipere per modum prophetiæ, non poſſumus: quia tunc deberet dici. Facta eſt Siceleg regum Iuda, ſed

K dicitur vſque in diem hanc: ergo neceſſe eſt, ꝙ quando de illa ſcriptum fuit hoc, iam præterijſſent aliqui reges Iuda: ideo neceſſe eſt dici, quòd ſcriptus fuerit liber iſte ab alio, ſcilicet ab Iſaia, vel Ieremia. Aliter reſpondent alij, quòd fuit Siceleg regum Iuda, qa fuit Dauid, & Salomonis, qui fuerunt reges Iuda: deinde tempore Roboam tranſiuit Siceleg ad reges Iſrael cum tribu Simeon. Sed hoc non ſtat, quia non ſolum dicitur hic, quòd fuit Siceleg regum Iuda, ſed etiam dicitur, vſq; in diem hanc. ſ. qñ ſcriptus fuit liber iſte, ſed ſcriptus fuit à Ieremia, vel Iſaia: ergo vſque ad tempus alicuius illorum manſit Siceleg apud reges Iuda. Alij igitur reſpondent aliter, ꝙ Siceleg ſemper fuit regum Iuda, eo ꝙ tribus Simeon

in qua

in qua erat Siceleg, mansit semper cum regibus Iuda, nam tribus Symeon erat parua, & accepit possessionem, partem quandam sortis Iudæ, quæ erat in medio sortis Iudæ, vt patet Iosue c. 19. s. Hoc est hæditas filiorum Simeon, in possessione filiorum Iuda: quia maior erat, & idcirco possederunt filij Simeon in medio hæreditatis eorũ. Cum ergo tribus Iudæ manserit cum regibus Iudæ, oportebat, ꝙ tribus Simeon maneret cũ illis: & sic Siceleg maneret in potestate regum Iuda. Sed hoc non stat: q̃a qñ diuisum est regnũ tp̃e Roboã, decẽ tribus fuerũt cum Ieroboam, & duę solùm cũ Roboam. Sic dixit propheta ad Ieroboam, qñ diuisit pallium suum in duodecim partes, & dedit decẽ scissuras Ieroboã, p̱ quas signabantur decẽ tribus. Et subditur. Auferam regnum de manu filij eius, & dabo tibi decẽ tribus, vt patet ĩ. 3. li. c. 11. Ergo tribus Simeon erat cũ istis, alioquin non fuissent decẽ tribus cum Ieroboã. Itẽ pater: quia Roboam fuit rex solũ super Iudã, & Beniamin, vt patet 2. Paral. c. 11. Ergo non remansit tribus Simeon cum eo, & consequenter nec Siceleg. Respõdendũ ergo aliter, ꝙ vrbs Siceleg mansit semper apud reges Iuda, ẽt facta diuisione regni: q̃a cum Siceleg p̱tineret specialiter ad reges Iudæ, habebãt ibi specialia præsidia, & custodes, & illi tenuerũt vrbe qñ facta est diuisio regni, ne transiret ad Ieroboã, vel fortè capta est bello, & hoc facile erat, cum possessio Simeon esset in medio sortis Iudę: Iosue c. 19. Sic ẽt fuit de alijs vrbibus regum Israel: nam aliquæ bello acceptæ fuerunt à regibus Iuda, & econtrario aliquę acceptæ fuerunt à regibus Israel de regno Iudæ. Aliter autem, & melius dici potest, ꝙ q̃q̃ reges Iudæ, & Israel habuerunt bella inter se, à principio diuisionis regni, tñ Deus iussit, ꝙ nõ pugnarẽt inter se, vt patet infra. 3. lib. ca. 12. & 2. Paralipo. 11. iõ post aliqua tẽpora, pax fuit inter reges iuda, & Israel, & iuuabant se mutuo ad bellum, vt patet de rege Iosaphat, qui adiuuit Achab regem Israel, in bello ꝯ Syros ĩ 3. lib. cap. 22. Ideo qñ factæ sunt istæ concordiæ credendũ est, ꝙ illa, q̃ pertinebant ad reges Iudæ, restituta fuerint eis: totum aũt regnũ, qđ fuerat Salomonis, & Dauid, nõ fuit restitutũ filijs Dauid regibꝰ Iuda: q̃a Deus dixerat, ꝙ ista diuisio facta fuerat, de voluntate sua, vt patet inf. 3. lib. ca. 12. & 2. Paralip. 11. vrbs tñ Siceleg quia pertinebat de iure spãli filijs Dauid. s. ex patrimonio restitueretᷓ eis. Et sic mansit postea apud reges Iudæ vsq; ad tẽpus, quo scriptus fuit liber iste, & quandiu fuerunt aliqui reges Iudæ. *Fuit autem numerus dierum, quibus habitauit Dauid in regione Philisthinorum, quatuor mensium.* i. totum tẽpus, quo mansit Dauid in terra Philisthinorũ cũ rege Achis, fuit quatuor mẽsium, eo ꝙ Saul mortuus est immediatè post illos quatuor menses: Dauid nanq; proposuerat manere in terra Philisthinorum, quandiu viueret Saul, eo ꝙ timebat incidere in manus eius, si esset in terra Israel: iõ fuit apud Achis quandiu vixit Saul. Accidit aũt post quatuor menses mori Saulẽ, in bello; ideo tunc redijt Dauid in terram Israel in vrbem Hebron, vt patet inf. 2. lib. c. 2. In Hebræo habetᷓ hic. *Dies, & quatuor mensium*, idest, mãsit Dauid in terra Philisthinorum spatio quatuor mensium, & per aliquot dies.

An Dauid stetit solùm per quatuor menses in terra Philisthinorum. Quæstio XV.

QVAERETVR circa hoc, an Dauid mansit solùm quatuor mensibus in terra Philisthinorum, vel per aliquot dies plus? Respondẽdum, quòd an manserit per vnum, vel duos

A dies plus, non potest patere: quia sacra scriptura curat de numeris finitis, & de modico plus, vel minus non curat: velut si sint duo anni, & tres dies nominabit duos annos, nõ curando de tribus diebus: vel si sint duo dies deficientes, ad complementum duorum annorũ, nihilominus nominabit duos annos: ita hic poterat esse, ꝙ essent pauci dies supra quatuor menses, vel deficerẽt de quatuor mẽsibus, scriptura tamen denominat quatuor menses. Sed adhuc dicet aliquis, quòd littera nostra est defectuosa: quia in Hebræo ponuntur quattuor menses. Sed pro hoc sciendum, quòd litera nostra solum posuit quatuor menses: quia putauit Hieronymus, quòd quanquam littera Hebraica poneret quatuor menses, & dies, intelligerent solum esse quatuor mẽses,
B sed per barbariem idiomatis aliquid interdum additum est, quod non agit ad significationem. Ra. Sa. dicit, quòd fuerunt quatuor menses, & duo dies, q̃a nomine dierum satis est quòd intelligamus duos. Alij dicunt, quòd fuerunt quatuor menses, & dimidius: vnde multi hebræorum volunt, quòd à morte Samuelis vsq; ad mortẽ Saulis fluxerunt. 7. menses, & dimidius, quibus mansit Dauid in terra Philisthinorum, & duo menses, & dimidius fluxerint à morte Samuelis vsq; ad recessum Dauid de terra Israel, & interim factum est id, quod habetur sup. ca. 25. de Nabal Carmelo. Alij Hebræi dicunt, quòd fuit Dauid in terra Philisthinorũ vno anno, & quatuor mẽ-
C sibus, & intelligunt illi, quòd per dies accipiatᷓ vnus annus. Simile habetur Gen. c. 24. vbi cognati Rebeccæ orabant, quòd maneret Rebecca apud eos p̱ aliquot dies, priusquam duceretur ad Isaac, & habetᷓ in Hebręo: maneat puella apud nos dies, vel dies: decem, & litera nostra habet maneat puella saltẽ decẽ dies apud nos. Hebræi exponũt ibi, maneat puella vno anno, vel decem dies apud nos. Sed hoc manifestè est inconueniens. Primò, quia insipiens diuisio est dici: maneat vno anno, vel decem diebus, cũ ista nimis distent: Sed diceretur: maneat vno anno, vel vndecim mensibus. Secundò est inconueniens: quia cum seruus Abrahæ duxisset camelos, & familiam, vt duceret Rebeccam inde ad Dominum suum, nõ
D est verisimile, quòd cognati puellæ peterent ab eo, quòd maneret ipse cum puella ibi per vnum annũ: ideo solum intelligebatur de decem diebus. Ex hoc autem, & ex similibus habuit occasionem litera nostra intelligendi, quòd quanquam in Hebræo ponerentur dies, & quatuor menses: tamen solum intelligebatur esse quatuor menses. Historia tamen scholastica dicit, ꝙ mansit Dauid in Siceleg quatuor mẽsibus, & viginti diebus; hoc dicit Iosephus. 6. Antiquitatum in fine. Quidam tamen Hebræorum cognoscentes improprietatem loquendi hebraici sermonis dicunt, quòd solum fuerunt quatuor mẽses. Hoc tenet Ra. Dauid Kimhi exponendo. c. 29. Hoc etiam tenent expositores nostri, vt Andreas. Et hoc
E tenendum est, cum littera nostra hoc solũ voluerit. Sed adhuc restat fortior instantia: quia rex Achis dixit ad Satrapas Philisthinorum: Nunquid ignoratis Dauid? qui fuit seruus Saul regis Israel, & est apud me multis diebus vel annis. Et sic est ibi, quòd fuerit Dauid apud Achis vltra quatuor menses: quia fuit ad minus aliquot annis, saltem duobus. Sed dicendum, quòd ista litera non obstat; & respondet ad eã Ra. Dauid Kimhi, quòd Achis dixit: fuit apud me multis diebus, vel annis. i. fuit apud me multis diebus. s. quatuor mẽsibus, in quibus ita plenè cognoui fidelitatẽ suã, ac si mansisset apud me multis annis. Huic aũt nimis credẽdũ est: q̃a Iudeus est, & loquitᷓ ꝯ suos, & est peritus, atq; satis modernus. Andreas respon-

respondet aliter, s. q Achis dixit hoc, & mentitus F
est. Volebat tamen persuadere principibus Philisthi
norum, vt permitterent Dauid manere in bello: &
quia si diceret Achis de Dauid, q mãserat paucis die
bus apud ipsum, crederent, q adhuc non cognosce
bat fidelitatem eius, & cogerent eum abire: ideo di-
xit, quòd fuerat apud eũ multis annis. Sed sit quod-
cunque voluerimus, nihil refert. Nam manifestum
est, quod non fuit Dauid apud Achis aliquo anno
integro. Nec obstat, si hoc asseruerit Achis: quia in
scriptura sacra non credimus aliquid esse verum, ni
si quòd ipsa de se dicit: quod autem refert ab alijs
dictum, scimus verum esse, quod dictum fuerit, ta-
men nescimus, an illi mentiti fuerint. Et sic quãquã
Achis asseruisset, q Dauid fuerat apud eum multis G
annis, non ex hoc cogimur credere, q fuerit multis
annis cum eo, nisi scriptura alibi assereret istud. Nũc
autem non solum non obligamur credere, q Dauid
fuerit aliquot annis apud Achis, sed etiam debemus
tenere contrarium, quia scriptura refert hic à seip-
sa tempus, quo fuerit Dauid cum Achis, infra autẽ
c.29 refert id, quod dixit Achis. Hic ergo accipienda
est intentio eius: & quia scriptura nominat nume-
ros maiores semper, si Dauid fuisset apud Achis ali-
quot annis, principalius nominasset annos, q̃ mẽses.
Nominauit tamen quatuor menses, & nullũ annũ:
dies autem nominauit confusè, quasi essent dies mẽ
siũ incõpleti super quatuor menses: iõ ad plus debe-
bamus dicere ex litera Hæbraica, q Dauid mansit H
apud Achis quatuor mensibus, & aliquot diebus: tñ
non anno integro, nec etiam quinque mensibus cõ-
pletis. Et hoc, vt communiter tenent Hebræi. Nul-
lus autem eorum dixit aliquando, q mansisset mul-
tis annis Dauid cum Achis: ergo nec vno, nec multis
mansit: sed solũ quatuor mensibus. Itẽ satis apparet
hoc ex verbis Achis: quia dixit: & est apud me mul-
tis diebus, vel annis. Si tñ intellexisset Achis, q fuis-
set multis annis, valde inconueniens distinctio erat:
quia qui dicit multos dies, vel multos annos, ita est,
ac si diceret, vno die, vel vno anno. Istud tamen insi-
pienter dictum est, sicut Hebrei exponebant Gen.
ca. 24. s. Maneat puella apud nos vno anno, vel decẽ
diebus. Dicendum igitur, q solum mansit quatuor I
mensibus apud Achis, sicut habet litera nostra. *Et
ascendebat Dauid.* Hic ponitur tertium. s. viuendi mo-
dus, quem habuit Dauid in terra Philisthinorum. Et
dicitur. *Et descendebat Dauid, & viri eius.* s. de vrbe Sice-
leg, in qua morabantur, & ibant ad agendũ prædas:
quia nihil aliud habebat Dauid, vnde viueret, tam
ipse, quàm viri sui, dum manerent in terra illa. *Et
agebãt prædas.* Vt inde alerentur. Et non solum præ-
das, sed etiam occisiones: quia non permittebat Da-
uid aliquem viuere, vt patet infra: prędas tamen age
bant ex intentione: cædes autem solum ex necessi-
tate, ne aliqui de sustinentibus prædam reuelaret
Achis id, q agebatur, vt patet infra in litera. *De Gessu
ri, & de Gerzi.* i. de istis duabus gentibus faciebat præ- K
dam Dauid, non autem de Philisthinis: quia tũc age
ret contra fædera interposita cum rege Achis. s. vt
Philisthini nihil agerent contra Dauid, nec Dauid
cõtra Philisthinos. Secundò ageret contra ius natu-
rale. s. nocendo illis, qui defendebant eum ab hoste
suo. Tertiò, ipse timeret periculum, quia si prædare-
tur in terra Philisthinorum, congregarentur Phili-
sthini, & occiderent Dauid, tanquam verum hostẽ,
& ruptorem fæderum. Contra Hebræos quoq; non
pugnabat Dauid, nec agebat prædas: quia illi erant
contribules sui: immo ipse erat rex eorum, quan-
quam diceret regi Achis, quòd prędabatur de ter-
ra Israel, vt patet infra in litera.

*An Dauid peccauit pugnando contra gentes istas.
Quęstio XVI.*

QVAERET aliquis, an Dauid peccaret pugnan
do c̃ gentes istas? Aliquis dicet, q sic: quia nõ
habebat aliquam iustam causam pugnandi contra il
las. Nec obstat si esset in necessitate: qa poterat aliàs
victum quærere, & non debebat prædari, & occide-
re. Respondẽdum est, q Dauid non peccauit in hoc:
nam scriptura non redarguit eum de hoc, nec ponit
inter cętera peccata Dauid. Si tamen in hoc peccas-
set, cum sæpius hoc egisset, & occidisset plurimos,
esset peccatum suum graue nimis, & scriptura illud
tangeret: sed nõ peccauit. Licebat. n. Dauid pugnare
contra gentes istas, quia erant in terra Israel, & Deus
iusserat Israelitis, q occiderent omnes, qui essent in
terra eorum, Deut. c. 20. Et si non facerent, commi-
nabatur mala eis, vt patet Num. ca. 33. & Isue 23. Li-
cebat ergo, & meritorium erat Israelitis pugnare cõ
tra gentes has. Quòd autem istæ gentes essent in ter-
ra Israel, patet Iosue 13. s. noluerunt disperdere filij
Israel Gessuri, & Machati, & habitauerunt in medio
Israel vsq; ad pręsentem diem. Sic etiam patet Deu.
c. 3. vbi Gessuri, & Machati ponũtur in fine cuiusdã
sortis filiorum Israel. Sed aliquis dicet, q Gerzi non
erat de terra Israel, sed solum Gessuri. Dicendum, q
Gerzi idem est, quod Machati, quia est terra illa bi-
nomia, sicut sæpè reperitur in ciuitatibus, & in ho-
minibus. Quod patet, quia sicut hic Gessuri, & Gerzi
ponuntur simul, ita ponuntur Gessuri, & Machati si
mul: Deut. c. 3. & Iosue c. 13. Sed adhuc dicet aliquis,
q non licebat Dauid pugnare contra gentes istas:
quia quãquam Israelitis liceret pugnare: tamen Da-
uid propria auctoritate non licebat. Sic enim est in
regnis, & principibus: quia vnum regnum, vel vnus
princeps potest ex iusta causa inducere bellum alte-
ri regno, vel principi: nulla tamen persona priuata
potest propria auctoritate, etiam existente ista iusta
causa, indicere bellum alteri regno, vel alicui perso-
næ illius regni. Et si indixerit bellum, vel prædas ege
rit propria auctoritate, cum sit causa communis re-
gni, quousque regnum indicat bellum, peccat mor-
taliter. Sic autem erat de Dauid, quia ipse erat perso
na priuata, & regnum Israel non indicebat nũc bel-
lum contra Gessuri, & Gerzi: ergo peccabat. Dauid
pugnando contra eos. Respõderi potest dupliciter.
Primò, q non solum totum regnum Israel, sed etiã
quilibet de Israelitis poterat propria auctoritate pu-
gnare c̃ Gessuri, & Gerzi prædãdo, & occidendo, et
nõ indicto bello. Nisi fortè ad tempus essent aliquæ
treguæ inter Israelitas, & illas gentes, ex aliqua cau-
sa rõnabili. Apparet hoc, quia si indicere bellũ perti-
neret ad ius totius regni, vel principis, pp iniurias su
sceptas, vel ex alijs causis, ex quibus cõiter insurgũt
iusta bella: nulla persona priuata posset indicere bel
lũ, vel prædari, aut occidere propria auctoritate. Pu-
gna tñ, q̃ gerere poterant Israelitę contra oẽs habitã
tes in terra sua; non erat eis pp aliquas iniurias susce
ptas, vel dãna, vel similes cãs: sed incũbebat eis ex ne
cessitate legis: qa Deus iusserat illis, q occiderẽt oẽs
habitatores terræ illius, Deu. c. 20. Intãtũ, q ipsi non
poterãt p cõem cõsensum remittere istud bellũ: qa
si remitterent, peccarẽt. Et sic Deus increpuit nimis
Israelitas, qa noluerũt delere habitatores terrę Cha-
naã: vt patet Iudi. c. 2. Lex tñ Dei erat gñalis ad oẽs:
ergo q̃q̃ nullus de Israelitis obligaret spãliter, vel per
se mouere bellũ c̃ Chananæos: qa nullus eorũ suffi-
ciens erat ad hoc, sed tota cõitas: tñ quilibet habebat
ius ad pugnandum si vellet, eo q pugnare contra
gentes illas erat actus meritorius. Et hoc satis patet,
quia

quia poſtquam Iſraelitæ diuiſerunt ſortes non fiebat bellum contra Chananeos ex communi cōſenſu: ſed quicunque volebat pugnabat: & aliquę tribꝰ pugnabant, alijs non pugnantibus, & petebāt ab eis auxilium: vt patet Iudic cap. 1. hoc autem nō eſſet, niſi ſingulis, vt ſingulis: & non vt communitati cōpeteret ius pugnandi ꝯtra habitatores terrę Iſrael. Dauid igitur poſſet pugnare contra Geſſuri, & Gerzi qui erant de his. Aliter dici poteſt, ꝙ dato, ꝙ concederemus, ꝙ nullus de Iſraelitis poſſet indicere bellum Chananęis, niſi princeps, vel tota cōmunitas, quod falſum eſt: tamen Dauid adhuc poterat indicere bellum: quia ipſe non erat tanquam priuata perſona, ſed erat rex vnctus à Deo: q̄q̄ in alijs nollet vti iuriſditione viuente Saule. Erat ēt princeps belli: nā Saul conſtituit eum principem virorum belli ſupra cap. 18. & deinde fecit eum tribunum ſuper mille viros, iubens ei, ꝙ præliaretur bella Dn̄i: e.c. hēbat ergo auctoritatē Dauid, ad pugnandū contra oēs hostes Iſrael: q̄a non erat perſona priuata, ſed princeps.

An licuerit Dauid occidere omnes maſculos, & fęminas de quibus prædabatur. *Quęſt. XVII.*

QVAERETVR vlterius, an Dauid licitè agebat occidendo tam acriter omnes de quibus prædabatur. Nam non relinquebat virum, nec mulierem, nec paruulum: vt patet infra in litera. Sed non fit tanta crudelitas in alijs bellis, cum Iſraelitæ pugnantes contra Madianitas hoſtes ſuos, ex mandato Dei reliquerint fœminas virgines: Num. cap. 31. Aliquis dicet, ꝙ hoc licitum erat Dauid propter neceſſitatem: quia ipſe timebat, ꝙ ſi aliquos relinqueret illi conquererentur regi Achis de Dauid, & tūc ille puniret Dauid, tanq̄ mentitū ſibi, & eſſet in periculo: ideo quanquam alias nō fuiſſet occiſurus: ſed ſolum prædaturus, tamen occidebat: vt patet in litera, ſcilicet. Virum, & mulierem non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth dicens: Ne fortè loquantur aduerſum nos. hęc fecit Dauid. Sed iſtud non ſtat, quia ſi alias non erat licitum Dauid occidere vniuerſaliter in gentibus iſtis, non fieret licitū ex hoc: quia nō licet alicui occidere alterum, vt ipſe mortem euadat: vt declaratum eſt ſupra cap. 24. Sed dicendum eſt, ꝙ licebat Dauid occidere omnes de Geſſuri, & Gerzi viros, & fœminas, & paruulos: quia iſti erant in terra Iſrael: Ioſue capit. 13. Iſti autē vniuerſaliter occidendi erant: vt patet Deut. capit. 20. ſ. de his auem ciuitatibus, quæ dabuntur tibi nullum omnino permittes viuere: ſed interficies in ore gladij: & iubebat Deus, ꝙ Iſraelitę non miſererent eorum. Deut. c. 7. q̄quā igitur cauſa præcipua, quæ inducebat Dauid ad occidendum omnes eſſet, quia timebat, quòd accuſarent eum: tamen præter hoc licitum erat ei hoc facere.

An Dauid licuiſſet prædari. *Quęſt. XVIII.*

QVAERETVR vlterius, an liceret Dauid agere prædas de gentibus iſtis? Aliquis dicet, quòd hoc non eſt dubium, quia cui permittitur prædari. Sed dicendum, ꝙ non ſtat: quia Deus multoties iubebat Iſraelitis pugnare, & occidere, & non licebat eis prædari. Sic fuit de Saule pugnante contra Amalecitas: ſupra cap. 15. Immo ex hoc ſolum peccauit, quia accepit prædam de terra illa: eo. c. Item quando pugnandum erat contra aliquam ciuitatē, in qua eſſent Idolatrę in terra Iſrael, occidendi erāt illi, & nihil de præda ſumēdum erat, ſed omnia cremabantur: Deut. c. 13. Item quando Iſraelitæ pugnaA uerunt cōtra Iericho prohibitam fuit præda, & iuſſa fuit occiſio: Ioſue cap. 6. vnde Achan, quia furatus fuit aliquid de præda Iericho, Deo iratus fuit nimis: & poſtea ipſe lapidatus fuit, cum omnibus ad eum pertinentibus: Ioſue c. 7. Sed adhuc dicendum eſt, ꝙ licuit Dauid prædari in gentibus iſtis: immo præcipuum, quod ipſe intendebat hic, erat prædari: occidere autem non intendebat, niſi per accidens, & ex neceſſitate. Sed conſiderandū, ꝙ in præda quā faciebant Iſraelitæ ꝯ Gentiles, aliqua erant, quæ generaliter erāt ꝓhibita, nec aliquis Iſraelita prædabatur illa. Alia erant, quæ in quibuſdam locis specialiter erant prohibita, ex aliquibus cauſis. De primo patet, ſ. de auro, & argento, & alijs metallis, ex quibus B facta erant idola, & de oībus ornamentis ipſorū, & de vaſis ad miniſterium eorū: quia de his nihil licebat accipere Iſraelitis: ſed debebant ea cremare: ſic patet Deut. c. 7. ſ. Sculptilia eorū igne combures, nō concupiſces argētū, & aurum de quibus facta ſunt: nec aſſumes ex eis quicq̄, ne offendas p̄p̄ ea: quia abominatio eſt Dei tui: nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, ſicut & illud eſt. Aliqua autem ſunt, quæ erant vetita interdum Iudęis in p̄da. ſ. q̄n ponebāt anathema in aliquo loco, poterāt Iudęi occidere habitatores illius loci: ſed nihil inde poterat prædari, alioquin occidebantur. Sic fuit de Achan, qui furatus eſt de Hierico: Ioſue c. 7. quia ciuitas illa erat anathema: Ioſue. c. 6. Sic ēt erat C de omnibus vrbibus Idolatrarum: quia Deus ponebat illas in anathema: Deuter. c. 13. Sic etiam fuit de Amalec: quia Deus ſuppoſuit illam anathemati: ſupra cap. 15. De Dauid autem: nunc dicendum eſt, ꝙ non licebat ei, nec viris ſuis prædari aurum, & argētum, vel aliquid pertinens ad idola in terra iſtarum gentium, nec prædabantur illa, ſed cremabant. In omnibus autem alijs licebat eis prædari. ſ. in pecoribus, & iumentis, veſtibus, & pecunia, & in omnibus, quæ ad cibos pertinebant: & de his prædabatur: vt patet infra in litera. Hoc enim generaliter licebat in omnibus locis terræ Chanaan. Vnde Deus iuſſit Ioſue, de vrbe Hai, ꝙ occideret omnes habitatores eius: & ꝙ diuideret prędam exercitui: Ioſue ca. 8. Sic D aūt faciebant poſtea Iſraelitæ: nā occidebant oēs habitatores terræ, & poſtea diuidebāt prędā exercitui.

Quia aliquando licebat occidere, nō aūt p̄dari.

An licuit Dauid occidere Geſſuros, & Machatos. *Quęſtio XIX.*

QVAERETVR vlterius, quomodo ſtet, quòd Dauid neminem viuere permitteret in terra Geſſuri, & Gerzi. Et primò videbatur, ꝙ hoc non licuerit ei: quia Iſraelitæ inierunt fœdus cum Geſſuri, & Machati: vt patet Ioſue ca. 13. nam dicitur, quòd noluerunt filij Iſrael diſperdere Geſſuri, & Machati, & habitauerunt in medio Iſrael: ergo non licebat Dauid infringere iſta fœdera pugnando contra iſtas E gentes. Secundò, apparet, ꝙ hoc non factum fuerit: nam ſi nullum permiſiſſet Dauid viuere in terris illis, deleta fuiſſet tota poſteritas Geſſuri, & Gerzi, ſed falſum eſt: quia dicitur Ioſue 13. ꝙ habitauerūt Geſſuri, & Machati in medio filiorum Iſrael, vſque ad præſentem diem: ergo non factum fuit hoc. Item patet, quia Dauid poſtea accepit in vxorem filiam regis Geſſuri, de qua habuit Abſolon, vt patet infra 2. lib. cap. 3. & primo Paralip. 3. Item Abſolon, quando occidit fratrem ſuum Amnon fugit ad regē Geſſuri, vt patet infra 2. li. c. 14. Si tn̄ deleuiſſet Dauid illā gentē non potuiſſet manere aliquis rex, ad quē cōfugeret Abſolon. Itē nō ſolū ſi Dauid deleuiſſet gētē illā: ſed ēt ſi accepiſſet p̄das inde, & feciſſet graues cæ-

cędes,non habuisset in vxorem filiam regis Gessuri: quia ille esset hostis regis: habuit tamen: ergo non sic factum est. Respondendum est, ꝙ Dauid faciebat ista bella, & prædas in terra Gessuri, & Gerzi, sicut hic litera refert, etiã licebat ei hoc facere, quia erant isti in terra Israel, vt declaratum est. Ad primã rationem, cum dicitur, ꝙ non licebat Dauid hoc ꝓpter fœdera. Dicendũ, ꝙ Israelitæ non interposuerunt aliqua fœdera cũ Gessuri, & Machati, siue Gessuri, & Gerzi: sed solum miserti fuerunt illorũ, & noluerunt ipsos occidere: vt patet Iosue. c. 13. nam ibi non dr̃ de fœderibus: sed solum, ꝙ Israelitę noluerũt disperdere eos: ideo, q̃q̃ Dauid occideret aliquos de istis, non ageret contra fœdera: quia non fuerant interposita. Si autem aliquis vellet dicere, ꝙ fuerũt fœdera interposita, debet responderi, ꝙ illa fortè iã transierant: ideo poterat Dauid nõ rupto fędere pugnare. Vel posset dici, ꝙ q̃q̃ Israelitæ posuissent fędera à principio, quando introierunt in terram Chanaan, ne occiderent gentes Gessuri, & Gerzi: tamen Dauid non obligabatur obseruare istud fœdus: eo ꝙ Israelitæ peccauerant cõponendo talia fędera, & Deus increpat eos Iudi. ca. 2. ergo Dauid non obligabatur obseruare illa: sed melius faciebat infringendo. Ad secundum cum dicebatur, ꝙ non fuit factũ hoc. Responderi põt, secundũ quosdã, ꝙ nõ obstat: quia bene stat id, qđ habetur Iosue. c. 13. s. ꝙ Gessuri, & Machati manserint inter Israelitas, vsq; ad præsentem diem. i. vsq; ad diem, quo scriptus fuit liber ille, & ꝙ postea deleti fuerint à Dauid: eo ꝙ ille liber scriptus fuit à Samuele: vt declaratum fuit in prologo illo super Iosue. Samuel tamen iam scripserat librum illum; immo iam mortuus fuerat, quando Dauid faciebat ista: vt patet supra c. 25. ergo bene stat vtrunq; Ista responsio non videtur sufficiẽs: quia quãquam respondeat ad hoc, non tamẽ respondet ad sequentes rõnes, eo ꝙ præsupponit, ꝙ Gessuri, & Gerzi deleti fuerint à Dauid: cuius contrariũ probant rationes sequentes. Dicendum ergo aliter, scilicet, ꝙ Dauid non deleuit Gerzi, & Gessuri, sed solum faciebat prædas in illis, & occidit multos. Cum autem dicitur hic, ꝙ Dauid non viuificabat virum, nec mulierem i. nullum permittebat viuere, potest dupliciter intelligi. Vno mõ, ꝙ nõ viuificabat. i. nõ ducebat viuos in Geth ad regem Achis: sic dicitur infra in litera. s. virum, & mulierem non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicens: ne forte loquantur aduersum nos, & tunc non concluditur, ꝙ oẽs occidit de Gessuri, & Gerzi. Alio modo exponitur, ꝙ non viuificabat virum, nec mulierem, i. in partibus illis, in quibus prædabatur, non permittebat viuere aliquem, sed omnes occidebat, quos poterat: ipse tamen non potuit prædari, nec interficere in tota terra Gessuri, & Gerzi, & Amalecitarum in quatuor mensibus, quibus mansit in terra Philisthinorum: ideo maior pars terræ Gessuri mãsit intacta à Dauid. Nam cum viderent Gessuritæ, quòd Dauid prædabatur terram illam, confugiebãt ad loca fortiora, & ibi euadebant manum Dauid: quia cũ Dauid haberet solum sexcentos viros, non poterat pugnare contra loca fortia, & murata: sed solũ prædabatur in locis, quæ erant extra muros: ideo maior pars euadebat. Ad Tertium cum dicebatur, ꝙ accepit Dauid vxorem filiam regis Gessuri, & ꝙ confugit illuc Absalon. Dicendũ, ꝙ hoc satis stat per prædicta: quia Dauid non occidit omnem gentem Gessuritarum, sed aliquos in locis non muratis, de quibus accipiebat prædam. Vnde post hoc fuerunt reges Gessuri, & potuit Dauid accipere vxorem de terra illa, & Absolon confugere ad eam. Ad quartam

F rationem, cũ dicebatur, quòd si fecisset Dauid istas cędes, & prædas, fuisset hostis eius rex Gessuri, & nõ dedisset ei filiã suam in vxorem, Dicendum, quòd verum est, ꝙ rex Gessuri erat hostis Dauid, & tamẽ dedit ei filiam suam in vxorem: quia postquã Dauid factus est rex super tribũ Iudæ, facti sunt amici Dauid, & rex Gessuri: & tunc accepit filiam eius in vxorem, antequam esset rex Israel, vt patet infra 2. lib. cap. 3. Et post hoc factus est rex Israel, eo. lib cap. 5. hoc autem fuit nimis gratum regi Gessur, quanquã fuisset offensus à Dauid: qa rex Gessuri erat paruus, & Dauid erat rex magnæ potentiæ: poteratque eũ delere, si vellet. Vnde ex sola misericordia Israelitæ permiserunt eum viuere: vt patet Iosue cap. 13.
G scilicet: Noluerunt disperdere filij Israel Gessuri, & Machati, & habitauerunt in medio Israel. Putabat ergo rex Gessuri, quòd dando filiam suam in vxorẽ Dauid, acquirebat perpetuam pacem: ideo gauisus est, quia Dauid voluit eam accipere, q̃q̃ offendisset eũ nimis. *Et de Amalecitis*, idest, etiam Dauid agebat prædas de terra Amalecitarũ. Sunt enim Amalecitæ in latere Meridiano terræ Israel, apud Philisthinos: ideo Dauid egrediens de Siceleg faciliter ire poterat ad prædandum ad vrbem Amalec, vt patet infra capitulo 30.

An Dauid licitè posset pugnare contra Amalecitas occidendo, & prædando. Quæst. XX.

H QVAERET aliquis, an Dauid licitè posset pugnare contra Amalecitas occidendo, & prędando? Aliquis dicet, ꝙ non: qa contra Gessuri, & Gerzi poterat pugnare, eo quòd erant in terra Israel: vt patet Iosue 13. cap. Amalecitæ tamẽ nõ habitabant in terra, quam susceperant Israelitæ in possessionẽ: sed habitabant in desertis Arabiæ, quæ sunt media inter Aegyptum, & terram Chanaan: vt colligitur supra cap. 15. & ibi declaratũ est. Amalecitæ quoque non erant de stirpe Chananeorum, contra quos Israelitæ fouebant iustum bellum: sed erant de stirpe Esau, nominati à quodã nepote suo, nomine Amalec: vt patet Gen. 36. cap. Amalecitæ,
I quoque nihil nocebãt Dauid: sed ipse causa prædandi inuadebat terram eorum: ergo non habebat iustam causam pugnandi. Respondendum, quòd Dauid licitè pugnabat contra Amalecitas, immo meritoriè: quia Deus iusserat Israelitis, quòd pugarent contra Amalec, & delerent illum. Quilibet ergo

Licitè immo meritoriè pugnabat Dauid contra Amalecitas.

Israelita ius habebat ad pugnandum contra Amalec: quia lex communis erat: de hoc patet Deut. c. 25. scilicet: Memẽto quid fecerit tibi Amalec in via, quando egrediebaris ex Aegypto quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lapsi residebant, ceciderit, quando tu eras fame, & labore confectus, & non timuerit Deum. Cum ergo Deus dederit tibi requiem in terra, quam tibi pollicitus est,
K delebis nomen eius sub cęlo: caue ne obliuiscaris. Sed aliquis dicet, quòd istud Deus mãdauerat Sauli: & ipse deleuerat Amalecitas: vt patet supra cap. 15. ergo postea Israelitæ non poterant pugnare contra Amalec. Dicendum, quòd hoc non obstat. Nã quanquam Israelitæ non manerent obligati ad pugnandum contra Amalec postquam Saul deleuit illos, licebat tamẽ illis pugnare, si vellet, quia adhuc non fuerat legi satisfactum, quæ dicit: Delebis nomen eius sub cęlo Deuter. cap. 26. i. Delebis memoriã Amalec: ita quòd non maneat aliquis de Amalecitis sub cœlo, idest, super terram viuens: sed post bellũ Saulis ꝯ eos manserũt aliqui Amalecitæ: ergo poterãt Israelitæ postea pugnare ꝯ eos. Itẽ patet,

quia

quia pugna contra Amalech non debebat finiri vnico impetu, sed per multa tempora mansura erat: vt patet Exo.cap.17.s.Scribe hoc ob monimentum in libro,& trade auribus Iosue: delebo enim memoriã Amalech de sub cęlo. Et postea sequitur: Manus solius Domini,& bellum Dei erit cõtra Amalech,à generatione in generationem. Merebatur ergo Dauid faciendo istud bellum.

An sicut licebat Dauid bellare contra Amalecitas, ita etiam eos occidere. Quęst. XXI.

QVAERETVR vlterius, an liceret Dauid occidere Amalecitas. Respondendum, ꝙ sic: quia bellum erat licitum ei contra Amalech, vt dictum est: si tamen non permitteretur ei occisio, non esset propriè bellum: ergo permittebatur ei occidere. Sed tunc stat dubium, an posset occidere masculos,& fęminas,& paruulos: nam omnes istos occidebat, cum nullum permitteret viuere, vt patet infra in litera. Aliquis dicet, ꝙ non licebat ei: quia deut.c.20 ponitˉ regula secundũ q̃ pugnare debebant Israelitæ: scilicet, quia aut pugnabant contra aliquam vrbem, quę erat in terra, quam ipsi habituri erant: & tunc debebant occidere masculos,& fœminas, & nullũ omnino permittere viuere. Si verò pugnarent contra aliquam vrbem extra terram possessionis suę, debebãt offerre pacem ciuibus: quam si vellẽt, acciperent eos sub tributo,& nullum occiderent. Si non reciperẽt pacem, pugnabant contra ciuitatem, & illa capta, omnes masculos occidere debebant, relictis mulieribus, & infantibus. Amalecitæ tamen habitabant extra terram Israel,& non erant de stirpe Chnanæorum: ideo quando pugnarent contra eos Israelitæ, non licebat eis occidere fœminas. Secundò patet, quia Madianitæ erant hostes Israelitarum, & offenderant eos nimis: Num.cap.25. Tamen quando pugnauerunt Israelitæ contra eos, non occiderunt fęminas virgines: Num.ca.30. ergo nec liceret hic Dauid occidere fęminas. Rñdendum est, ꝙ licitũ erat occidere fœminas Amalecitarum: quia Deus iusserat: Deut.c.25. Delebis memoriam Amalech sub cęlo. idem cap. 17. Si tamen non occiderentur fęminæ,& paruuli, adhuc rursus multiplicaretur genus Amalecitarum: ideo oportebat, ꝙ viri, fœminæ, & paruuli delerentur, vt nulla maneret memoria sub cęlo. Secũdo patet, quia Deus, cum misit Saulem ad pugnandũ cõtra Amalech, dixit: percute Amalech, & demolire vniuersa eius, non parças ei, nec concupisces ex ipsis aliquid: sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum, atque lactentem: vt patet supra cap.15. Dauid tamen habebat idem ius ad pugnandum contra Amalecitas, quod habebat Saul, cùm esset hoc à lege positum: ideo poterat occidere omnes, tam masculos, quàm fęminas, quàm paruulos. Ad primam rationem, cùm dicebatur, ꝙ pugnãtibus Israelitis contra vrbem, quæ non esset de terra Chanaam, non debebant occidere mulieres, nec paruulos: Deut.c.20. Dicendum, ꝙ hoc verum est, nisi specialiter aliud caueretur de aliquibus gentibus: sic enim quando pugnabant Israelitæ contra aliquos Israelitas, Idolatras omnes occidebant, tam viros, q̃ fœminas, quàm paruulos,& iumenta: Deut.cap.13. cùm Deut.ca.20. Solum iussum erat hoc cõtra Chananeos: sed ille erat casus specialis. Sic etiam fuit de Amalecitis, in quibus Deus specialiter iussit, quòd omnes occiderẽtur. Ad secundum, cùm dicebatur, quòd Madianitæ erant hostes Israelitarum: & tamẽ non occiderunt fœminas eorum virgines, Dicendum, ꝙ ratio dissimilitudinis est: quia magis pecca-

A cauerunt Amalecitæ contra Israel, quàm Madianitæ: iõ specialiter dr̃ Deut.c.25. Delebis nomen eius de sub cęlo: caue ne obliuiscaris. Vel põt dici, ꝙ sufficiens ratio diuersitatis est mandatum Dei: iussit.n. de Amalecitis, ꝙ oẽs occiderent, mares, fœminæ, & paruuli. De Madianitis autem non dixit istud. Et dato, ꝙ dicamus Madianitas magis peccasse contra Israel, quàm Amalecitas, Deus tamen iussit deleri Amalecitas, forte non solùm propter istud peccatum: sed propter quædam alia: & hoc sufficiebat ad hoc, ꝙ Israelitæ deberent occidere omnem viuentem in Amalecitis,& non in Madianitis.

B

An licuerit Dauid accipere prædam de Amalecitis. Quæstio XXII.

QVAERETVR vlterius, an licuit Dauid accipere prædam de Amalecitis: & videtur, ꝙ non. Primò, quia quando Deus iussit Sauli, ꝙ occideret Amalecitas, dixit, ꝙ non concupisceret aliquid ex ipsis, sed ait: percute Amalec, & demolire vniuersa eius: s. omnia spolia destrue: nam Camelos, oues, & boues iussit occidi, sup.c.15. Secũdò patet, quia Saul peccauit in bello cõtra Amalecitas: quia accepit boues,& oues, vestes, & omnia optima terræ Amalec: eo.c.& dixit ei Samuel: quare ergo non audisti vocẽ Dñi, sed versus es ad prædã,& fecisti malum in conspectu Dñi? eo.c. Dauid tamen prædabatur de Gessuri,& Gerzi,& Amalecitis,& tolllebat oues,& boues, & asinos,& Camelos,& vestes, vt patet infra in litera: ergo peccabat. Respondendum, ꝙ Dauid nõ peccauit prædando de terra Amalec: nam si Dauid peccasset in hoc, abiecisset eum Deus, ne regnaret, sicut abiecit Saulem, principaliter ex hac causa. s. quia nõ egit iram furoris sui in Amalec: vt patet sequenti c. & supra. cap.15. Dauid tamen non abiectus est: sed Deus dicit, ꝙ ambulauit semper in conspectu eius: vt patet 2.Paralip.c.7.& infra 3.lib cap.15: ergo non peccauit prędando de Amalec: hoc patet: quia lex, q̃ data fuerat Israelitis, de pugnando contra Amalec, solùm dicebat, ꝙ deleret nomẽ eius sub cęlo: Deut. cap.25.& Exo.17.& non inhibuit eis prædam: semper tamen in bello intelligitur præda esse licita, nisi inhibeatur: ergo Israelitæ non obligabantur ex illa lege abstinere à præda Amalec: sed poterant inde p̃dari, sicut de ceteris gentibus, cõtra quas pugnabãt. Nec est simile de Saule,& nunc de Dauid: quia Sauli fuit datum præceptum expressum, ne prædaretur aliquid de terra Amalec: iõ obligabatur ad hoc, & contra faciendo peccabat. Dauid aũt nõ fuit datum illud præceptum: ideo manebat solum regula data Deu.c.25.de deletione Amalecitarum: sed in illa nõ prohibebantur prædæ: poterat ergo Dauid prędari, & quilibet alius de Israelitis, qui postea bellũ ageret contra Amalec. Ad primã rõnẽ, cũ dicebat, ꝙ Deus iussit Sauli, ꝙ demoliretur vniuersa, quę erant in terra Amalech,& nulli parceret, Dicẽdum, ꝙ istud fuit præceptum speciale: ideo solùm obligauit personã illam, cui datũ est,& oẽs illos, qui ibant cũ eo. Vnde non se extendebat ad Dauid, nec ad posteriores: fuit etiam temporale præceptum: quia fuit datum pro certo tempore, & pro certa actione: scilicet pro illa vice, qua Deus mittebat Saulem ad terram Amalec: ideo licet tunc Saul peccauerit prædando, si tamen post hoc ipse vellet aliquando pugnare contra Amalecitas, sicut pugnabat contra alias gentes, non peccauisset prędando tunc: eo ꝙ tunc cessabat obligatio pręcepti, quòd particulariter fuerat ei datum illa vice, qua eum Deus misit, & redibat regula generalis, quæ habetur Deuteron. cap. 25. & per illam

Dauid nõ peccauit prædãdo de terra Amalec.

illlam poterat prædari, cum solum Deus iuberet, ꝙ Israelitæ delerent nomen Amalec. Ad secundam rationem cum dicitur, ꝙ peccauit Saul, quia versus est ad prædam. Dicendum, ꝙ hoc fuit ex præuaricatione specialis præcepti sibi dati: & non ex p̄uaricatione legis. Dauid autem non obligabat̄ ad illud pręceptum, eo ꝙ non fuerat ei datum; ideo non peccaret prędando. *Hi enim vagi habitabant in terra antiquitus*. i. isti tres populi Gessuri, Gerzi, & Amalec non habebant certam mansionem in aliqua regione: sed vagabantur per desertum, aliquando hic, & aliquando ibi. Hoc autem erat antiquitus: scilicet aliquantis tēporibus, postquam scriberetur iste liber. Postea autem firmiores fuerunt habitando. Vel potest intelligi ista litera, ꝙ habitabant vagi in deserto: non quidem, ꝙ mutaret tota ista gens loca: scilicet, ꝙ aliquando esset in vna parte deserti, & aliquando in alia: sed non conueniebat tota gens, & per loca, & congregationes ad faciendum politias, & habendam vnitatem regiminis: sed quædam eorum morabantur hic, & alij ibi, nullam habentes communionem. Ideo poterat Dauid facilius percutere omnes istas gentes: quia non recipiebant fauorem, & auxilium à se inuicem. Primò modo sunt aliquę gentes vagę in Aphrica, q̄ Numidæ vocantur, eo ꝙ nullam terram specialius incolant: sed mutant sedes: vulgariter autem isti Alarabes vocātur: quod pertinet ad imperfectionem populorum. s. quia modicum participant de ratione. *Euntibus Sur vsque ad terram Aegypti*. i. istud desertū, in quo habitabant istæ gentes, situm est eūtibus Sur. idest, in via, per quam itur ad Sur, vsque ad terram Aegypti. Istud est desertum Arabiæ, & sunt magnæ solitudines iacentes inter Aegyptum, & terrā Achanaan, extentæ ab oriente in occidentem, & vocant̄ solitudines Arabicæ, quia ibi Arabes habitant, & alię gentes. Est āutem ibi desertum Sur: quia est apud terram Aegypti: & est quædam pars parua deserti apud mare rubrum: vt patet Exod. cap. 15. nam dicitur. Tulit Moyses Israel de mari rubro, & egressi sūt in desertum Sur: ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam. Istud desertum coniungitur alijs desertis magnis, & in his habitant filij Ismahelis, qui vocantur Arabes: vt patet Gen. c. 25. Extenditur autem largo nomine istud desertum à terra Philisthinorum versus Aegyptum: quod patet, quia Agar ancilla Abrahæ recessit à Domino suo de Bersabee, & ibat in desertum Sur. erat autem Bersabee in terra Philisthinorum, de hoc Ge. c. 16. Et tamen non longè fugerat Agar à domo Domini sui: ideo desertum Sur nō est longè à terra Philisthinorum. Istæ autem gentes non habitabant in deserto Sur: sed eūtibus in deserto Sur. i. in deserto, quod est in via, per quam itur de terra Philisthinorū vsq; Sur, & vsque ad Aegyptum. Sic patet de Amalech, supra cap. 15. Percussit Saul Amalec ab Heuila Donec veni ad Sur, quæ est in regione Aegypti. In quo patet, quòd nòn habitabant in terra Sur: sed terminus extremus habitationis eorum versus Aegyptum erat Sur.

An licuit Dauid pugnare contra Amalechitas Iessuros, & Machatos. Quæst. XXIII.

QVAERET aliquis, quomodo licuit Dauid pugnare cōtra istas gentes, cùm non essent in terra Israel: nam ad hoc, ꝙ liceret Israelitis pugnare cōtra aliquas gentes, non suscepta aliqua offensa ab eis, oportebat, ꝙ istę essent de stirpe Chananeorum, vel habitarent in terra illorum. De primo patet, quia Deus iussit Israelitis, ꝙ occiderent omnes septē po-

F pulos Chananeorum, & nō misererentur eis: Deut. cap. 7. & 20. Secundum patet, quia tota terra Chananeorum, quæ erat clausa sub illis terminis, qui habentur Num. ca. 34. promissa fuit Israelitis: & Deus iussit, ꝙ non permitterent aliquos habitatores terrę illius viuere, interposito aliquo pacto. Si igitur aliq. qui non essent de Chananeis, morarētur in terra illa, habebant Israelitæ idem ius pugnādi contra eos, quod contra Chananeos, tanquam contra detentores terrę suæ. Sic patet Deut. c. 20. cum dicitur, ꝙ in ciuitatibus, quas Israelitæ accepturi erant in possessionem, nullum omnino viuere permitterent. Dauid autem non videbatur habere aliquā de istis duabus causis ad pugnandum contra ista gentes. De prima patet, quia Amalecitæ non erant de stirpe Chananeorum: sed de stirpe Esau, denominati à quodā suo nepote nomine Amalec: vt patet Gen. cap. 36. Gessuri quoque, & Gerzi non erant de stirpe Chananeorum: nam Dauid accepit in vxorem filiam regis Gessuri, infr. 2. lib. c. 3. si tamen esset Gessuri de Chananeis non accepisset Dauid vxorem de gente illa: quia Deus hoc vetuerat nimis. Exo. c. 34. & Deute. 7. Non tamen legitur peccasse Dauid in hoc: nec scriptura redarguit eum sicut arguit Salomonem, quia accepit mulieres multas de gentibus illis, de quibus Deus vetuerat, infr. 3. lib. ca. 11. Habitatores quoque Israel arguuntur, quia inierunt fędera cum Chananeis tam in coniugijs, quàm in alijs: Iud. cap. 2. Ergo

H non erunt Gessuri, & Gerzi de Chananeis. Item patet, quia Israelitæ permiserunt Gessuri, & Gerzi viuere inter se, nolueruntque eos disperdere. Iosue. ca. 13. Si tamen fuissent de Chananeis non poterant p̄mittere eos inter se. De secundo patet. s. ꝙ istæ gentes non habitabant in terra Israel: quia dicitur hic, ꝙ vagi habitabant euntibus Sur: terra autem illa est extra terram Chanaam: ergo non habitabant in terra Chanaam. Respondendum, quòd Dauid licuit pugnare contra istas gentes, & prædas, ac strages in illis agere, vt dictum fuit. de Amalecitis enim patet: quia licet ipsi nō essent de stirpe Chananeorum, nec morarentur in terra Chanaan, habebant Israelitæ causam pugnandi contra eos: quia Deus iusserat, ꝙ

I delerent memoriam eorum de sub cęlo: Exod. cap. 17. & Deut. 25. De Gessuri, & Gerzi dicendum, ꝙ nō erant de stirpe Chananeorum, cum acceperit Dauid vxorem de gente ipsorum: ideo ex hac parte nō licebat Dauid pugnare contra eos; erant tamen intra terram Israel. Quod patet Iosue. c. 3. s. Noluerūt filij Israel disperdere Gessuri, & Machati, & habitauerunt in medio Israel vsque ad præsentem diem: poterat ergo Dauid pugnare contra eos, tanquam contra detentores terræ Israel eadem lege, qua pugnabatur contra Chananeos. s. occidendo viros, fęminas, & paruulos: Deut. 20. c. Ad rationem in contrarium, cum dicitur, ꝙ isti habitabant vagi euntibꝰ Sur. Aliqui exponunt, ꝙ hoc verum erat aliàs, sed

K non nunc: quia nunc habitabant in terra Israel. Et hoc videtur dicere litera. s. Hi enim vagi habitabant in terra antiquitus, q. d. nunc non. Sed hoc non stat: nam antiquitus non magis vagabantur per desertū, quàm tempore, quo ista scripta fuerunt. Quod patet: quia tempus, quo introierunt Israelitæ in terra Chanaam, erat antiquum, respectu tēporis, in quo Dauid faciebat istas prędas. Nam ab eo tempore, vsque nūc fluxerunt anni quadringenti, vel quasi. Qđ patet, quia ab exitu de Aegypto, vsquequo incępit Salomon ædificare templum, fluxerunt anni quadringenti octoginta, vt patet in ĩ. 3. li. c. 6. à quib. demendi sunt quadraginta annni, quibus manserunt Israelitæ in deserto, antequam introirent in terram Cha-

Chanaan,& alij 40.anni,quibus regnauit Dauid,infra 3.lib. cap.2. & illi fluxerunt antequam Salomon inciperet ędificare templum: & fuerunt postquam Dauid istas prædas egit,quas solum quatuor mensibus egit: vt patet hic, & immediatè ascendit in Hebron,atque vnctus est in regem,infra 2.libr.cap.2.Et ab ipso tempore computantur quadraginta anni regni sui:eodem lib.cap.5.& infra 3.lib.cap 2. demantur etiam tres anni,& duos menses,quibus regnauerat Salomon,quãdo cæpit ædificare templum: nam in secundo mense quarti anni cæpit, vt patet infra 3.lib.ca.6.manebunt igitur anni quadringenti,demptis tribus, ab introitu Israelitarum in terram Chanaan,vsque ad tempus,quo faciebat Dauid istas prędas de Gessuri,& Gerzi:& tunc quando introierunt Israelitæ in terram Chanaan permiserunt manere inter se Gessuri, & Gerzi: ergo ab antiquo istæ gentes habitabant in medio Israelitarum, & non diffusi per desertum Sur, vel per Arabicas solitudines. A fortiori igitur secundum istam literam habitarent Gessuri, & Gerzi tempore Dauid inter Israelitas: cum tunc dicatur, quòd habitabant vagi: sed antiquitus: & tamen tunc erant in medio filiorum Israel. Aliter ergo dicendum, quòd ista litera non intelligitur,quòd habitabant vagi,idest, vagantes per desertum:sed vagi, idest, non habentes inter se communitatem,sicut aliæ gentes,in vnitate regiminis politici: & hoc modo poterant dici vagi, etiã si habitarent in medio terræ Israel. Et dicitur,quòd habitabant in via Sur,& AEgypti, scilicet,quia erãt propinqui deserto, per quod ibatur de terra Philisthim in desertũ Sur, & in AEgyptum. Aliter exponi potest, & melius, & quòd ista litera referatur ad Amalecitas solùm:quia ipsi habitabant in via, quæ est euntibus Sur versus AEgyptum, vt patet supra capit.15.Gessuri autem, & Gerzi intra terram Chanaan. Et est veritas huius rei, quòd Gessuri,& Gerzi habitabant iuxta Amalecitas: ideo Dauid agebat prædas in vtrisque:Amalecitæ tamen erant magis meridiani, diffusi per arabicam solitudinem vsque ad desertum Sur, quod est apud AEgyptum, Ezod. 15.cap.& pertingebant ad latus meridianum terræ Chanaam:scilicet, ad terram Philisthinorum, quæ est pars terræ Israel:& non introibant limites eorũ intra terram Israel. Hoc autem apparet:quia infra cap.30.dicitur,quòd Amalecitę fecerunt impetum ex parte australi,& inuaserunt Siceleg. Est tamen Siceleg iuxtra extremitatem terræ Israel: gentes autẽ Gessuri, & Gerzi erant coniunctæ Philisthinis, & Amalecitis:& tamen erant intra terram Israel .s. in latere meridiano eius. Et quia terra Chanaan habet partem extremam ad meridiem desertam versus arabicam solitudinem,& in illa habitabant Gessuri, & Gerzi, & aliqui de Tribu Iuda, & de Philisthinis: dicuntur habitare Gessuri, & Gerzi vagi in deserto euntibus Sur, idest, per viam Sur: quanquam illud proprius conueniat Amalecitis, qui verè habitabãt in deserto. *Et percutiebat Dauid omnem terram illorum*, idest, istarum trium gentium. Non est intelligendum,quòd omnem terram ipsarum percusserit: qa cum non relinqueret viuentem in locis, in quibus prædabatũ, deleti fuissent prorsus Amalecitę Gessuri,& Gerzi. Sed falsum est, vt supra declaratum fuit: sed intelligitur, quòd percutiebat omnem terram illorum,idest, magnam partem terræ. Sic accipitur sæpè in scriptura, vt Gen.capit.41.s.Omnes prouinciæ veniebant in AEgyptum, vt emerent escas. Et tamen certum est, quòd non veniebãt de omnibus partibus mũdi;ita,quòd nullæ gentes residuæ eẽnt, quin venirent,& infra 3.lib.cap.4.dicitur, ꝙ omnes

A reges terræ veniebant ad audiendum sapientiam Salomonis,& tamen certum est,quòd non veniebant omnes: quia non poterant. Nec vnquam fuit aliquis homo, cuius fama ad omnes homines diffusa fuerit:& non solùm hominis, sed vrbis: nulla enim fuit vrbs, nec est,cuius fama apud omnes gentes dilatata sit.Sic ait Boetius, secundo de Consola.prosa 7. quòd tempore Marci Ciceronis,fama Romanæ vrbis caucasum montem non transcenderat. Erat tamen tunc Roma florentissima. Aliter potest exponi,quòd percutiebat omnem terram illorum, idest, omnia loca, quæ inuadebat: quia in locis, quæ ipse deprędabatur,nullum viuere permittebat. *Nec relinquebat viuentem virum,aut mulierem*,idest,nõ solùm prædabatur,
B sed etiam occidebat omnes,tam viros,quã fœminas, quàm paruulos. Hoc autem licebat Dauid, vt supra declaratum est. Faciebat tamen illud, vt si aliqui remanerent, non conquererentur regi Achis,& cognosceretur iniquitas Dauid. *Tollensque oues,& boues, & asinos, & camelos, & vestes*. Per ista intelliguntur omnia illa, quæ ducebat Dauid de præda.s.supellectilia domestica,& pecuniam,& quicqd ad cibum pertinet:ita vt nihil relinqueret in terra illorum:Solùm autem cauebat Dauid,vt viri sui non prædarentur aurum, & argentum, & ornamenta idolorum:quia ista erant prohibita: & quicunq; illa raperet,erat sub anathemate: sed debebant comburi:Deuteronom.capit.7.Sciendum autem,quòd ve-
C stes,quas ducebat Dauid de Gessuri,Gerzi, & Amalecitis, & cętera pertinentia ad prædam, erant sicut vestes, & supellectilia Israelitarum. Alioquin cum ista adducerentur ad regem Achis, vt patet hic, cognosceret ipse hanc prædam nõ esse de terra Israel, & caperetur Dauid in sermone, cum ipse diceret, semper prædari de terra Israel assuetum. Quia tamen istæ gentes erant simul cum Gessuri, & Gerzi habitarent in medio Israel: Iosue cap.13. non differebant istæ gentes in vestibus supellectilibus, & domestico apparatu. *Reuertebatur*. scilicet, de terra istarum trium gentium,capta præda. *Et veniebat ad Achis*, .s. veniebat ad vrbem Geth, in qua morabatur Achis.

D *Quare Dauid, cùm reuertebatur de pręda, veniebat ad vrbem Geth. Quęstio XXIIII.*

QVAERET aliquis,cum Dauid non moraretur in vrbem Geth, in vrbe regia cũ Achis, sed seorsum, in Siceleg, vt patet supra, cur veniebat ad vrbem Geth, ferens prædam. Aliquis dicet, quòd veniebat ad locum illum, eoquòd transitus ad vrbem Siceleg, in qua morabatur Dauid, venientibus de terra Amalecitarum Gessuri,& Gerzi,erat per vrbẽ Geth, in qua morabatur Achis. Sed hoc non satis consonat rationi. Nam si ex hoc solo veniret Dauid in Geth,posset declinare iter, vt non videretur pręda eius in Geth. Item litera ista
E non permittit hunc sensum:quia tunc diceretur: veniebat in Geth:sed dicitur, veniebat ad Achis,quasi intentio Dauid venientis in Geth,non esset,vt veniret in Geth,sed vt veniret ad Achis. Dicendum igitur,quòd Dauid qualibet vice,qua veniebat de præda,ibat ad regem Achis,ferens totam prædam, priusquam deponeret eam in vrbe sua Siceleg, & hoc propter tria. Primò, ad laudem regis Achis: quia Dauid erat nunc, vt seruus Achis, cum donasset ei vnam vrbem,vt supra declaratum est:ideo volebat, quòd omnia opera sua essent ad laudem Achis: & ob hoc ibat ad eum cum tota præda,quasi gloriaretur ex hoc Achis, sicut si ipse fecisset: quia fecerat istud seruus suus Dauid. Sciendum erat,quia Achis fece-

Resp.1.

fecerat gratiam magnam Dauid, dando ei vnam vr bem in terra sua, & benignè tractando eum: ideo volebat complacere ei in singulis. Cùm ergo veniebat de pręda priusquam iret in vrbem suam, ferebat totam prædam ad Achis offerens ei illam, vt acciperet inde, siquid vellet: & hoc modo, per affectuosa obsequia Dauid inducebat animum regis ad se, vt nimis eum diligeret. Tertia ratio potest addi. s. quòd Dauid hoc faciebat in recognitionem dominij. Vasalli enim, vel stipendiarij consueuerunt aliquando ire ad Dominos suos, exhibituri reuerētiam, vt per hoc profiteantur se subditos esse, & impendant Dominis debitum honorem. Dauid autem, ne videretur nolle subijci regi Achis, veniebat crebro ei, reuerentiam exhibiturus, ferens prædam. *Dicebat autem ei Achis.* Gaudebat enim Achis de probitate Dauid, putans se fęlicem, quia talem seruum haberet: & inquirebat ab eo de modo pugnæ, & prædæ. *In quem irruisti hodie fili mi?* idest, contra quem pugnasti? & vbi egisti prædam? Hoc enim inquirebat Achis, quandocunque veniret Dauid de præda, quia gaudebat audiendo res nouas. In Hebræo non habetur fili mi, sed solùm. *In quem irruisti hodie?* Sed hoc parum differt. *Respondebat Dauid: Contra meridiem Iudæ*, idest, feci prædam de parte meridiana terræ Iudæ. Pro quo sciēdum, quod terra Philisthinorum erat quædam pars terræ Israel, quæ cecidit in sorte Iudæ, vt colligitur Iosue 15. cap. Et quia nondum capta fuerat terra Philisthinorum ab Israelitis, & erat terra ista in extremitate terræ Chanaan, erat meridiana respectu terræ Iudæ, & latus Septentrionale terrę Philisthinorum erat latus meridianum sortis Iudæ: ideo quando veniebant Philisthini ad prædandum in terram Iudæ, introibant per partem meridianam suam: & sic dicebat hic Dauid, quòd egerat prędam contra meridiem Iudæ. i. in parte sua meridiana.

An Dauid mentiretur dicendo se agere prędas de terra Israel, cum tamen ageret de Amalecitis. Quæst. XXV.

QVAERET aliquis, an Dauid mentiebatur in hoc, & an peccaret: quia ipse non agebat prędas de terra Israel, sed de Amalecitis, Gessuri, & Gerzi, vt patet supra. Aliquis dicet, quòd Dauid non mentiebatur, & consequenter non peccabat: quia ipse non dicebat, quòd egerat prædam de terra Iudæ, sed contra meridiem Iudæ, & verum est: quia ēt si egisset prædas in Aegypto, illud esset contra meridiem Iudę, cum tota ista terra esset meridiana, respectu terræ Iudæ Sed dicendum est, quòd hoc nō stat: quia Achis quærebat à Dauid, in qua terra egisset prædas: & Dauid respondebat ei directè ad quæsitum. Nam si ipse dixisset solùm, quòd illa terra, de qua prædatus fuerat, erat ad meridiem Iudæ, hoc erat, tanquam si nihil dixisset: eratque stulta responsio. Nec aliquid tale responderet Dauid regi Achis. Ideo quanquam aliquis cauillosè exponens ista verba posset excusare Dauid à mendacio, quantum ad verborum corticem: tñ ſm veritatem ipse mentiebatur: quia proferebat ista verba ad intentionem significandi, quòd ageret prędas de terra Iudæ: & ex modo suo proferendi omnes audientes ista verba, sic intelligebant. Vnde rex Achis sic semper intellexit. Apparet etiam, quòd Dauid dixerit ad istam intentionem: vel saltem per verba hoc significantia, vt patet infra. s. Credidit ergo Achis Dauid, dicens: Multa mala operatus est contra populum suū Israel: erit igitur mihi seruus sempiternus. Si tamen Dauid nō dixisset regi Achis, ꝙ agebat prędas in ter

F ra Iudæ, non diceret litera, ꝙ crederet hoc Achis. Ergo Dauid dicebat Achis, quod faciebat prædam in Iuda. Dicendum igitur, quòd Dauid mentitus est hic: nec aliquis potest eum excusare: immo non oportet: quia multoties mentitus est. Sicut apparet supra capit 20. & 21. Sed tunc dicetur, an peccauerit mentiendo. Respondendum, quòd Dauid peccauit, sed non mortaliter: eoquòd mendacium istud erat officiosum. Nam si non mentitus fuisset, incideret in damnum, & periculum cum rege Achis.

Dauid mētitus est & peccauit venialiter.

Cur Dauid dicebat Achis, quòd prędaretur de terra Israel, quanuis non prędaretur. Quęstio XXVI.

G QVAERET aliquis, cur Dauid dicebat regi Achis, quòd prædaretur de terra Israel, cum non prædaretur de ea, nec caperetur in mendacio, si diceret se prædari de alijs gentibus: ideo non videbatur ei aliquod periculum ingruere. Respondendum, quòd Dauid egit hoc, propter duo. Primò, vt maneret securus in terra Philisthinorum, & Achis non haberet eum suspectum. Erat enim Achis hostis Israelitarum: & si Dauid illos diligeret, haberet eum suspectum Achis, credens, quòd propter illos aliquid ageret contra eum: & fortè nollet tenere illum in terra sua: ideo vt posset Dauid manere securus in terra Philisthinorum, à principio quando intrauit, finxit se magnum inimicum Israelitarum, & procuraturū ei semper mala. Ex hoc aūt Achis cō-

H fisus est ei, intantum, quòd volebat eum facere custodem capitis sui: seq. cap Hoc autem solùm, quia credebat, quòd Dauid fecisset multa mala contra Israel: & quia promittebat maiora se facturum, eo. cap. s. Dixit Dauid ad Achis: Nunc scies, quæ facturus est seruus tuus, idest, contra Israelitas in bello, si ergo Dauid dixisset, quòd pugnabat, & agebat prędam in Amalecitis, Gessuri, & Gerzi, & non in terra Israel, non confideret ei Achis, credens, quòd non esset verè inimicus Israelitarum: sed finxisset hoc, vt deciperet eum. Et sic fortè excluderet Achis de terra sua Dauid: ideo timuit, & dixit, quòd prædabatur de terra Israel. Secundum erat, ne incurreret iram

I Achis: quia fortè Amalecitæ, Gessuri, & Gerzi erant confęderati regi Achis. Si igitur Dauid irruerent in illos, offendet regem Achis, agens contra amicos suos. Item dato, quòd nō essent fædera inter Achis, & istas gentes: dum tamen non esset bellum inter eas, & Achis, offenderet Dauid Achis: quia sic istæ gentes habebant iustam causam pugnandi contra regem Achis: quia sicut si rex Achis inuaderet Amalecitas, & Gessuri, & Gerzi, istæ gentes habebant rationabilem causam inuadendi terram Achis, Ita nunc cum Achis receptaret inuasorem earū in terra sua, & faueret illi, poterant indicere iustum bellum regi Achis. Et fortè propter hoc Amalecitæ postea inuaserūt vrbem Siceleg, & combusserūt eam: infra cap. 30. Timuit ergo Dauid confiteri veritatē, ne prouocaret Achis in iram. *Et contra meridiem Ierameel, & contra meridiem Ceni*, idest, irrui contra meridiē

K Ierameel, scilicet, in terrā Ierameel, & in terram Ceni. Ista duo non sunt nomina ciuitatum, sed aliquarum terrarum, vel prouinciarum: & erant in eis ciuitates multæ, sicut patet infra cap. 30. s. Misit dona Dauid his, qui erant in vrbibus Ierameel, & in vrbibus Ceni. Erant autem istę vrbes in sorte Iudæ, erant tamen in extremitatibus: vnde quando dicebatur irruere ad meridiem istarum vrbium, intelligebatur, quòd irruebat in partes aliarum tribuum, quæ habebant terram coniunctā sorti Iudæ. Sciendum autem, quòd hic vocatur ista terra Ierameel,

infra

infra tamen 30. capitu. vocatur Ierameli: & hoc venit ex conditione Hebraici sermonis, in quo aliquã do detrahitur litera de fine dictionis, & aliquando apponitur, sic patet in isto nomine, Gessuri: quia aliquando vocatur Gessuri, & aliquando Gessur: nam Gessuri vocatur hic, & Deuteronom. capit. 3. Iosue 13. & 1. Paralipomen. cap. 3. vocatur autem Gessur, infra 2. lib. capi. 13. & 14. sic etiam est in isto nomine, Phalti: quia aliquando vocatur Phalti, supra cap. 25. & aliquando vocat: Phaltiel, infra 2. lib. capit. 3. *Virum, & mulierem non viuificabat Dauid.* Idest, non permittebat viuere virum, nec mulierem in terra illa, in qua prædabatur: cuius causa patet immediatè. Non tamen erat licitum Dauid occidere omnes istos, vt ipse esset securus, ne accusaretur apud Achis: sed qa habitabant in terra Israel: & contra omnes habitatores terræ illius, poterant Iudæi sic pugnare: vt patet Deuteronom. capit. 30. *Nec adducebat in Geth,* idest, quanquam potuisset Dauid multos de illis captiuos ducere, & vendere, tamen neminem ducebat, sed occidebat omnes. Et dicitur, quòd non ducebat in Geth aliquem viuum, scilicet, quando ferebat prædam ad regem Achis. Nam quandocunque veniret de præda, prius veniebat ad regem Achis, ferens totam prædam, quàm iret in Siceleg, vt supra declaratum est.

An licuisset Dauid ducere captiuos de gente illa. Quæstio XXVII.

QVAERET aliquis, an licuisset Dauid ducere de gentibus illis aliquem captiuum, & vendere, si non timuisset regem Achis. Aliquis dicet, ꝙ non, quia in habitatoribus terrę Chanaan non licebat Israelitis aliud agere, nisi occideret omnes, tam viros, quàm fœminas, quàm paruulos: Deuterono. capit. 20. Solam igitur prædam vendere poterat, & non homines. Respondendum, quòd Dauid pugnabat hic contra Amalecitas, Gessuri, & Gerzi, & non erat idem ius de omnibus. Nam Amalecitæ non erant de stirpe Chananæorum, nec morabantur in terra Israel: ideo non erat contra eos eadem lex, quę contra Chananeos, & habitatores Israel: ideo poterat Dauid occidere illos, vel vendere, vel facere qdquid vellet. Sed aliquis dicet, quòd adhuc non poterat de Amalecitis hoc facere: qa Deus iusserat Israelitis, quòd delerent nomen Amalech de sub Cœlo: Exod. capit. 17. & Deuteronom. 25. si tamen venderentur Amalecitæ in seruos, & non occiderentur, non deleretur nomen eorum de sub cœlo: ideo tenebantur eos occidere, nec poterat vendere. Respõdendum, quòd lex, quæ iubebat deleri Amalecitas, magis sonat, quòd occidantur, quàm, quòd vendantur: obligatio tamen illius legis oblata fuit, qñ Deus misit Saulem ad delendum Amalecitas: & ille tenebatur eos occidere, & non vendere: Dauid autem, & posteri non obligabantur iam ad illam; si tamen vellent agere secundum eam, mererentur: ideo etiã si non facerent totum, quod lex dicebat, non peccarent; & si aliquid illius facerent, mererentur: quia lex illa non erat tanquam lex; sed tanquam opus supererogationis. Sicut igitur est de consilijs euangelicis, quòd non obligamur agere secundum illa; & si aliquid egerimus de eis, etiã si nõ plene mereremur, quia opus supererogationis est. Ita hic de Dauid. Si tamen adhuc obligasset lex illa, vtpotè, quia nondũ iussa esset tradi executioni per Saulem, & Dauid vel let illam exequi, non posset vẽdere Amalecitas, sed occidere, & accipere prædam de Gessuri, & Gerzi. Dicendum est, quòd Dauid non poterat aliquem

A vendere, vel accipere sibi in seruum: quia erant de habitatoribus terræ Chanaan, de quibus Deus iusserat, quòd omnes occiderentur: Deuteronom. capit. 20. *Dicens: ne fortè loquantur aduersum nos. Hoc fecit Dauid,* idest propter hoc non ducebat aliquem eorum viuentem, ne possent dicere regi Achis, quòd Dauid percutiebat terram eorum.

Cur noluit Dauid, quòd diceretur Achis eum prædari de Amalecitis. Quæstio XXVIII.

QVAERET aliquis, quare Dauid nolebat, ꝙ aliquis diceret regi Achis, quòd ipse prędaretur de Amalecitis, Gessuri, & Gerzi. Dicendum, ꝙ

B præcipua causa erat, vt non argueretur mendacij: quia cum quæreret ab eo Achis, in quem irruisti? respondebat semper Dauid, quòd irruebat in partes terræ Israel, vt patet supra. Si autem aliquis de captiuis referret cõtrarium regi Achis, caperetur Dauid in sermone, & posset eum iustè occidere Achis, cum mentitus fuisset regi. Item propter hoc mendacium non crederet aliquid Achis Dauid: sed putaret, quòd sicut in hoc mentitus fuerat, ita mentitus fuisset in omnibus alijs, & vellet fallere eum, & inferre aliquod magnum malum terræ Philisthinorum. Etiam, quia fortè istę tres gẽtes erant confęderatę Philisthinis: & si aliquid de eis cõquæreretur Achis, de malis, quæ intulerat Dauid in terra illorum, vel-

C let occidere Dauid: vel saltem excluderet eũ de terra sua *Et hoc erat decretum illius cunctis diebus, quibus habitauit in regione Philisthinorum,* idest, istam sententiam, vel consuetudinem habuit semper, quando fuit cum rege Achis: quia semper manebat eadẽ causa timoris. Et accipitur hic decretum largè pro deliberatione, vel sententia. Nam decretum propriè iussionem iudicis notat, vel aliquod mandatum iuris. Hic autem non erat mandatum: quia nullus hoc mandabat Dauid: sed erat decretum, scilicet, quia Dauid hoc apud se decreuerat, idest, deliberauerat obseruare dum esset in terra Philisthinorum. *Credidit ergo Achis Dauid,* idest, credidit ei illa, quæ dicebat, scilicet, quòd agebat prædam in terra Israel. *Dicens: multa*

D *mala operatus est contra populum suum Israel,* idest, Achis dicebat hoc in corde suo, volens habere Dauid semper in seruum; & putabat hoc, quia Dauid fecerat multa mala contra populum suum. Hoc non erat in veritate, sed sic existimabat Achis, scilicet, quòd omnes prædas, quas egerat, fecisset in Israel. *Erit igitur mihi seruus sempiternus,* idest, ꝑpter hoc, quod fecit, erit mihi semper in seruum. Desiderabat enim rex Achis habere Dauid in seruum: quia sciebat eum virum extremum in bello. Ipse enim occiderat Goliath: quod bene nouerat rex Achis, & alij reges Philisthinorum, infra capi. 29. Erat tamen Goliath fortissimus Philisthinorum, sup. c. 17. tempore quoq;, quo mãsit Dauid cum Saule, & erat princeps belli,

E fecit bella magna contra Philisthinos, supra ca. 18. & 19 Nunc quoque agebat clarissimas prædas: & nullus de viris suis peribat. Volebat igitur rex Achis habere Dauid in seruum propter duo. Primo, vt non noceret Philisthinis. Nam si rediret in terram Israel, esset rursus princeps belli contra Philisthinos: & posset nimis nocere: quia iam nouerat terram eorum. Secundò, vt seruiret ei in bellis contra quascunque gentes, & contra Iudæos, quos putabat illi esse exosos nimis: ideo gaudebat, ꝙ haberet eum in seruum. Hoc autem putabat, quia cum Dauid egisset tanta mala contra Israel, vt arbitrabatur Achis; credebat, ꝙ impossibile erat eum reconciliari Israelitis: vnde semper maneret in seruitio regis Achis.

Achis volebat habere i seruum Dauid propter duo.

CA-

CAPITVLVM XXVIII.

FACTVM est autem in diebus illis, congregauerunt Philisthjim agmina sua, vt præparentur ad bellum contra Israel. Dixitque Achis ad Dauid: Sciens nunc scito, quoniam mecum egredieris in castris tu, & viri tui.

De morte Saulis.

Ista est vltima pars huius libri, in qua agitur de morte Saulis, qui propter peccata sua occisus est à Philisthinis. Et diuiditur in duas partes: quia, primò ponitur belli apparatus. Secundò, bellandi actus, infra capit. vlti. Prima in duas: quia primò ponitur bellorum ex vtraque parte apparatus. Secundò, Dauid de acie recessus, sequen. cap. Sciendum autem, ꝙ Saul adueniente bello timuit, vt patet infra in litera. ideo consuluit Dominum: & quia non respõdit ei per prophetas, sacerdotes, aut somnia conuersus est ad phitones de quo est materia totius ca. s. de cõsultatione Pytonissæ: & diuiditur in quatuor, quia primò ponitur consulendi occasio, secundò ipsa cõsultatio, tertiò Samuelis responsio. quartò Saulis desperatio. Secunda ibi. *Dixitque Saul seruis suis*. Tertia ibi. *Dixit autem Samuel.* Quarta ibi. *Statimque Saul cecidit.*

Ordo consequens est eorum, quæ scribuntur hic ad prædicta. Quæstio I.

QVAERITVR circa primum, an ea, quæ habentur hic habeant ordinem consequentẽ ad prȩcedentia, & an fuerint facta immediatè. Respondẽdum, ꝙ hic est ordo continuus. Nã supra agebatur de persecutione Saulis contra Dauid, & de fuga Dauid in terram Philisthinorum propter Saulem; hic autem agitur de morte Saulis. Fuit etiam post omnia, quæ habent̃ præcedenti cap. quia illa facta sunt, antequam rex Achis iret ad bellum, cum alijs regibus Philisthinorum contra Israel: ea tamen, quæ habentur hic facta sunt, postquam congregati sunt Philisthini in castris contra Saulem: & ipse quoq; congregauit omnes Israelitas in monte Gelboe. Tunc enim videns castra Philisthinorum timuit nimis: ideo consuluit Dominum, & illo respondente, consuluit Pytonissam. Cum autem dicitur, an fuerint facta ista immediatè post præcedentia, dicendum, ꝙ inter ista, quæ habentur hic, & fugam Dauid de terra Israel, fluxerũt solum quatuor menses, vt patet præced. cap. nam ibi dicitur: ꝙ fuit Dauid in terra Philisthinorum quatuor mensibus: ipse tamen non recessit inde, quousque mortuus est Saul: quia die qua annunciata est mors Saulis, manebat Dauid in Siceleg, sequen. lib. cap. 1. in cap. Tamen præcedenti dicitur de omnibus, quæ fecit Dauid in terra Philisthinorum in quatuor mensibus, quibus ibi mansit. Ergo immediatè post præcedentia factum est, quod habetur hic. *Factum est autem in diebus illis*, idest, accidit in diebus illis. s. in quibus Dauid fuit in terra Philisthinorum, s. in fine quarti mẽsis, quo ibi mansit. *Congregauerunt Philisthini agmina sua*, idest, congregauerunt magnam gentem. Non intelligitur hoc de congregatione, quæ facta fuit in castris, quando venerunt Philisthini in summã, vt patet infra, sed de cõgregatione, quæ fiebat in vrbibus Philisthinorum. s. ꝙ in qualibet vrbe inquirebatur, quot essent, qui possent conuenienter procedere ad

F bellum. Et sic fiebat summa bellatorum in qualibet ciuitate. Et patet hoc, quia in sequẽti litera dicitur: Vt præparent se ad bellum contra Israel, idest, illa congregatio erat ad parandum se ad bellum. Si tamen intelligeretur de congregatione agminum in castris, non diceretur, vt præpararent se ad bellum: quia, quando in castris conuenerũt, iam parati erãt ad bellum. Patet etiam, quia infra dicitur, quòd dixit Achis ad Dauid: sciens nũc scito, quoniam egredieris mecum in castris tu, & viri tui: Ergo nondum egressi fuerant in castra: sed accipitur de congregatione, quæ fiebat in ciuitatibus Philisthinorum. *Vt præpararent se ad bellum contra Israel*, idest, ista congregatio, quæ facta fuit in singulis ciuitatibus Philisthino-
G rum fuit ad hoc, ꝙ præpararent se omnes Philisthini ad pugnãdum contra Israel, & sciretur quot pugnatores ituri erant, pro qualibet vrbe.

Quare Philisthini congregauerunt se ad magnum bellum contra Israel. Quæstio II.

QVAERET aliquis, quare Philisthini parauerunt se nunc ad bellum contra Israel. Respõdendum est, ꝙ fortè Saul offenderat eos, & volebãt nunc vlcisci iniuriam, & damna: vel, quia Philisthini erant hostes Israelitarum ex magno tempore. Nã Israelitæ fuerant sub potestate eorum, & postea rebellauerunt in principio regni Saulis, vt patet supra
H 13. & ob hoc habebant inimicitias perpetuas Philisthini contra Israel, vt reducerent Israel ad pristinã seruitutem. Et ad hoc congregati sunt supra 13. & 14. ca. Et victi fuerunt. Et sic faciebant quandocunque haberent aliquam opportunitatem, ad pugnandum contra Israel: congregabantur, & pugnabant, ita fecerunt supra cap. 17. Nam nulla causa exprimitur, cur pugnauerint. Iterum etiam cõgregati sunt, ad pugnandum, supra ca. 19. Et iterum 23. Nec oportet, de hoc aliam causam inquiri, aut aliam dari, nisi, ꝙ erat hostilitas antiqua inter Israelitas, & Philisthinos. Potest etiam dici, ꝙ Deus mouit nunc Philisthinos ad pugnandũ contra Israel, vt moreretur Saul: Peccauerat enim Saul nimis, & Deus volebat eum
I occidere: ideo fecit, ꝙ congregarentur Philisthini contra Saulem. Sic enim Deus, quando vult punire aliquam gentem, concitat alias gentes contra illam in bellum. Sic fuit de Sennacherib, quem Deus misit contra Israelitas, vt patet Isa. capit. 10. s. Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse est in manu eorum indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populos furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prædam. Sic etiam patet de Nabuchodonosor, quem Deus vocauit ad captiuandũ Iudȩos, vt patet Isa. cap. 5. s. Et leuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terrȩ, & ecce festinus velociter veniet. De hoc etiam Ha-
K bacuc cap. 1. Sic etiam Deus vocauit Babylonios ad delendum Assyrios, vt patet Sopho. capit. 2. & 3. Sic etiam concitauit Medos, & Persas, contra Babylonios, vt delerent eos, Isa. cap. 13. & 14. & Habacuc ca. 2 & 3. Et sic credendum est hic, quòd quanquã Israelitæ essent in bello nunc, quia Philisthini erant hostes eorum: tamen Deus specialiter mouerat Philisthinos, vt punirent Israelitas, & præcipuè Saulem. Sic patet infra in litera, cum dixit Samuel: faciet tibi Dominus, sicut locutus est in manu mea, & scindet regnũ de manu tua: quia non obedisti voci Domini, nec fecisti iram furoris eius in Amalech: idcirco, quod pateris fecit tibi Dominus hodie: & dabit etiam Israel tecũ in manus Philisthin. *Dixitq; Achis ad Dauid.* Hic Achis admonuit Dauid, vt pararet se, &

Deus quando vult punire quempiam populũ, citat gentes contra illum.

se,& viros suos ad bellum: quia volebat eum ducere in castra: A *Sciens nunc scito*, idest, scias nunc certissimè. Iste modus est superabundans in locutione ex modo Hebraico. Sic dicitur supra ca. 14. gustans gustaui in summitate virgæ. Et in Ps. Expectans expectaui. Quod idem est, ac si solum dicatur: gustaui, expectaui. *Quoniam mecum egredieris in castris tu, & viri tui*, idest, scias, ꝙ volo, ꝙ eas mecum ad bellum cũ omnibus viris tuis. Hoc dicebat Achis, quia cum in omnibus ciuitatibus Philisthinorum parentur viri ad pugnam, ipse quoque parauit eos, qui erant in regno suo, & voluit, ꝙ cum eo iret Dauid. Nam sciebat eum virum esse strenuum in armis, & putauit, quòd nimis ei proficere posset, cum haberet exosos Iudæos, & pugnaret contra eos libenter. B

Quomodo Achis audebat secum ducere Dauid in bellum.
Questio III.

QVAERET aliquis, quomodo Achis audebat secũ ducere Dauid in bellum: quia timere deberet, ꝙ ille postea coniungeretur Israelitis in bello, & pugnaret contra eum. Sic enim putauerunt alij Philisthini, & dixerunt ad Achis: Reuertatur vir, & sedeat in loco, in quo constituisti eum, & non descẽdat nobiscum in prælium, ne fiat nobis aduersarius, cum præliari cœperimus, sequenti cap. Respondendum, ꝙ Achis confidebat nimis Dauid, & putabat, ꝙ nullo modo Dauid ageret contra eum. In hoc tamen decipiebatur: C sed habebat radicem ad cogitandum hoc. Primò, quia credebat, ꝙ Dauid fecisset multas cædes, & prædas in terra Israel, præced. cap. Et ex hoc Achis cogitauit, ꝙ esset ei Dauid seruus sempiternus, e.c. Secundum erat, quia steterat aliquanto tempore Dauid in terra Achis, & nũquam contra eum aliquid mali inuenerat: ideo putabat, ꝙ semper sic fidelis esset, & hoc obiecit Achis Satrapis Philisthinorum, sequen. cap. s. Nunquid ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul, & est apud me multis diebus, vel annis, & non inueni quicquam in eo ex die, qua transfugit ad me, vsque ad diem hanc. patet etiam eod. cap. cum dixit Achis ad Dauid: scio, quia bonus es tu in oculis meis, sicut Angelus Domini: D sed principes Philisthijm dixerunt: nõ ascendet nobiscum in prælium. Confidebat ergo nimis Achis Dauid ei, ita vt vellet committere custodiam corporis sui, vt patet infra in litera.

Achis nunquam sciuit Dauid se finxisse insanum coram eo.
Questio IIII.

QVAERET aliquis, quomodo Achis recepit Dauid ad tantam familiaritatem, vel saltem voluit eam habere in terra sua: cũ prius factus fuisset coram eo insanus, & turpis, supra ca. 21. Respondendum est, ꝙ Achis nesciebat hoc. Nam quanquã Dauid finxisset se insanum coram Achis: tñ Achis E non putauit esse illum Dauid. Nam dixit ad seruos suos. Vidistis hominem insanum, quare adduxistis eum ad me? An desunt nobis furiosi? quid introduxistis istũ, vt fureret me præsente? hiccine ingredietur domum meam, q.d. non, supra cap. 21. Si tamen Achis putasset illum esse Dauid, quanquam stultitiã simularet, accepisset eum, & occidisset, sed non fecit: sed magis clamauit, vt abijceretur de præsentia sua. Serui quoque Achis non cognouerunt illũ esse Dauid: quia, quanquam à principio putassent, quia erat Dauid propter vnitatem effigiei, postea tamen, quia viderunt eum nimis furere, putauerunt, ꝙ non erat Dauid: ideo postquam Achis abiecit eum à se, serui illius non curauerunt de illo, tanquam certissimè, ꝙ non esset ille Dauid. Et sic quãdo redijt nũc Dauid ad Achis cum sexcentis viris, non putauit Achis, nec aliquis de seruis suis, ꝙ ipse fuerat, qui insanierat coram Achis: vnde recepit eum in magno honore, nec habuit ex hoc aliquam occasionem suspicandi contra eum. *Dixitque Dauid ad Achis*. Hic Dauid allicit animum Achis, promittendo magna. *Nunc scies, quæ facturus est seruus tuus*, idest, in isto bello cognosces, quid faciam pro te, q.d. hucusq; ego non potui ostendere tibi animum, & obsequium meum, quia casus affuit: nunc autem, cum opportunitas se offerat rei, ego ostendam tibi, quid faciam pro te. s. agendo magnas strages in Israelitas propter te.

Dauid an mentiretur promittendo facere magna pro Achis contra Israelitas? *Questio V.*

QVAERET aliquis, an Dauid peccauerit dicendo hæc. Aliqui respondent, ꝙ sic, quia Dauid, quando ista loquebatur, aut habebat animũ pugnandi contra Israelitas, aut contra Achis, & alios Philisthinos, aut habebat animum nihil faciendi. Istud tertium non stat. Primò, quia sic Dauid mentiretur, cum diceret, ꝙ intẽdebat magna facere pro Achis, & tamen nihil intendebat. Secundò non est verisimile: quia si nihil egisset Dauid contra vnam partẽ, nec contra alteram, reperisset eum mendacẽ Achis, & occideret illum: vel saltem oportebat, ꝙ fugeret Dauid à facie eius. Si autem Dauid intendebat pugnare contra Israelitas, peccabat: quia Israelitæ erãt populus Dei, & contribules Dauid, & ipse nõ habebat aliquam causam pugnandi contra eos. Si verò intenderet Dauid pugnare contra Achis, peccabat nimis: quia Achis receperat eum in terra sua, & dederat ei vnam vrbem. Erat ergo contra naturam, ꝙ pugnaret Dauid cõtra Achis, præcipuè, quia in hoc frangebat fidem, & agebat per insidias, si pugnaret contra Achis, cum promisisset ei, ꝙ semper adiuuaret illum, & seruiret ei, & nunc ibat cum eo ad bellum, vt seruus eius, & auxiliator. Nicolaus respõdet, ꝙ Dauid intendebat adiuuare Achis defendendo eum ab Israelitis: & dicit, ꝙ in hoc non peccabat: quia iustè poterat adiuuare Achis contra Saulem, & Israelitas, propter duo. Primò, quia fortè Philisthini fouebant iustum bellum ꝯ Israelitas ex aliqua causa, vtpotè si Israelitæ iniuissent aliqua fœdera cũ Philisthinis, & non custodiuissent. Nam quanquam non poterant Israelitæ inire fœdera perpetua cum habitatoribus terræ Chanaan: quia Deus vetuerat hoc, Exo. cap. 34 & Num. 33. & Deuteronom. 7. poterant tamen ad tempus aliqua fœdera inire, si subesset aliqua causa rationalis, & necessaria, & illa tenebantur custodire. De Saule autem dicit, ꝙ fortè per Dæmonis vexationem, & turbationem phantasiæ amiserat memoriam, & fregerat pacta inita cũ Philisthinis. Secundam rationem ponit, dicens: ꝙ Dauid poterat licitè adiuuare Achis contra Israelem, vt adiuuaretur ab Achis, vt si fortè moreretur Saul in illo bello, vel priuaretur regno, ꝙ Achis adiuuaret Dauid ad assequendum regnum Israel. Sed istæ rationes non stant, nec motiuũ suum est verisimile: dicit enim Nicolaus, ꝙ Dauid intendebat pugnare cõtra Israelitas adiuuando Achis. Sed hoc non est verisimile, quia toto tempore, quo fuit Dauid in terra Achis, dissimulauit id quod intendebat, & dicebat, ꝙ pugnabat contra Israelitas: cum tamen ipse semper pugnaret contra alias gentes. Quomodo ergo nunc haberet animum pugnandi contra illos, quos tanto tempore etiam per mendacium suum custodierat?

dicerat? Item non est verisimile, ꝙ ipse voluisset pu-
gnare contra Saulem pro Achis: quia ipse nimis do-
luit de morte Saulis, & dispersione Israelitarum, &
voluisset potius, ꝙ perijssent omnes Philisthini, vt
patet in planctu suo, infra sequen. lib. cap. 1. vbi inui-
dit gaudio Philisthinorum de morte Israelitarum,
cum dixit. Nolite annunciare in Geth, nec annun-
cietis in compitis Ascalonis: ne forte lętentur filij
Philisthijm, & exultent filiæ incircūcisorum. Item
cum dicit in prima ratione, ꝙ Philisthini fortè ha-
bebant iustam causam pugnandi contra Israel. Di-
cendum, ꝙ satis stat, ꝙ Philisthini fouerent iustum
bellum contra Israel: Dauid tamen non poterat iu-
stè pugnare contra Israel: eoquòd Philisthini erant
hostes: Dauid autem erat vnus de Israelitis. Quin po-
tius si Dauid fuisset in terra Israel, quanquam Israe-
litę rei essent, & haberent Philisthini iustam causam
pugnandi, tenebatur Dauid adiuuare eos: quia licèt
aggrediendo non haberet iustam causam, tamen in
defendendo iustam causam habebant: quia omnis
homo, quantumcunque peccauerit, potest se defen-
dere iustè, si aliquis inuaserit eum, ad occidendū, vel
ad percutiendum modo hostili. Israelitæ autē nūc,
non erat inuasores, sed inuasi: quia primo Philisthi-
ni congregauerunt acies suas contra Israel. Et ex
hoc coactus fuit Saul aggregare Israelitas, vt patet
infra in litera. Dato etiam, ꝙ Israelitæ aggrederen-
tur Philisthinos, & fouerent iniustum bellum, quan-
quam Dauid non tenebatur adiuuare eos, quia ini-
què agebant, tamen peccaret, si pugnaret contra
eos adiuuando hostes ipsorum: quia licet non obli-
garetur adiuuare eos, obligabatur non lædere illos:
quia ipse non susceperat ab eis malum, propter qđ
foueret bellum iustum contra eos. In secunda ra-
tione dicebat Nicolaus, ꝙ Dauid poterat adiuuare
Achis contra Saulem, vt si Saul moreretur, adiuua-
ret eum Achis ad obtinendum regnum Israel. Sed
hoc inconueniens est. Nam Dauid non desiderabat
mortem Saulis, vt ipse regnaret. Nam sepe potuit
eum occidere, & noluit, vt patet supra cap. 24. & 26.
quomodo ergo nunc pugnaret contra eum, vt mo-
riente illo, ipse obtineret regnum: non est. n. verisi-
mile. Item non stat, ꝙ Dauid vellet adiutoriū regis
Achis, vt posset accipere regnum sibi debitum. Nā
in hoc peccaret dupliciter. Primò, quia non confide-
bat in Domino, ꝙ ipse traderet ei regnum, sed inuo-
cabat in adiutorium Philisthinos, qui erant hostes
Israel. Sic enim increpitus fuit rex Asa, quia inuoca-
uit adiutorium regis Syrorum contra regem Israel,
vt patet 2. Paralip c. 16. Magis autem hoc fuisset im-
putatum Dauid, cum ipse esset vir melior. Secun-
dò, peccaret inducendo hostes Israelitarum in adiu-
tores suos contra Israel: nullos enim atrociores
hostes habebant Israelitæ, quàm Philisthinos. Si
autem Dauid duceret illos secum in auxiliatores ꝯ-
tra Israel, illi gauderent in hoc, ꝙ daretur sibi occa-
sio percutiendi Israelitas, & subijceretur eis Israel,
cum poneret eos Dauid, tanquam executores iusti-
tiæ. Non est ergo verisimile, ꝙ ipse vellet adiuuare
regem Achis, vt Achis adiuuaret eum ad capiendū
regnum Israel. Item nō stat, quia mortuo Saule ha-
bebat Dauid locum inuocandi regem Achis, ad pu-
gnandum contra Israelitas, vt subderentur sibi: sed
non inuocauit. quin potius, per septem annos man-
sit solum rex super Iuda, pugnare nolens contra Is-
boseth filium Saulis, qui erat vir paruæ resistentiæ:
nec adeptus fuit regnum totum Israel, vsquequo il-
le mortuus est. Et si ille vixisset toto tempore, quo
vixit Dauid, nunquam Dauid curasset regnare, nisi
super solam Tribum Iuda, quæ eum spontè vnxit
F in regem, sequenti lib. 2. Mortuo c. autem Isboseth,
doluit nimis Dauid, & interfecit occisores eius, vt
patet sequenti li. ca. 4. Nec post hoc ipse curauit pu-
gnare contra Israel, vt subderetur ei: sed omnes tri-
bus spontè venerunt ad vngendum Dauid in regē,
sequenti lib. cap. 5. Nullo modo est ergo verisimile,
ꝙ Dauid vellet hic adiuuare regem Achis, vt Achis
adiuuaret eum ad accipiendum possessionem regni
Israel. Item non consonat huic id, quod Nicolaus
primo dixit: s. ꝙ Dauid ibat ad defendēdum Achis:
quia defensio nūquam fit, nisi ex necessitate, ad hoc,
ꝙ reputetur iusta. s. quando quis alterum inuadit, po-
test inuasus cum moderamine inculpatę tutelæ age-
re, quod voluerit. Vnde si potest defendere, non oc-
G cidendo hostem, & occidit, defensio culpabilis est.
Dauid autem ibat hic spontè ad bellum, in quo pu-
gnandum erat. Ergo non solum ibat ad defenden-
dum, sed ad agendum, cum defensio ex necessitate
suscipiatur. Item, licet alicui defendere se, vel de-
fendere alterum, si inuasus est: sed nō licet ire ad de-
fendendum inuasorem: quia defensor inuasoris, &
inuasor reputantur ambo inuasores: præsertim si de-
fensor iste ante inceptum bellum iuit cum inuaso-
re: quia ipse ei dat occasionem succumbendi: vnde
lex puniet eos, quia armati vadunt cum aggressore,
licet ipsi non inuadant: dum tamen ipsi præsentes
sint, & propter eos inuasor inuadit, sicut si ipsi inua-
derent. Dauid autem ibat ad defendendum regem
H Achis, & ipse erat inuasor: quia Philisthini congre-
gauerunt agmina contra Israel: & ex hoc Saul coa-
ctus fuit cōgregare Israelitas in bello, vt patet infra,
ideo non licebat Dauid hoc modo ire ad defenden-
dum regem Achis. Item non consonat hoc verbis
Dauid: nam cum Dauid dixit. Nunc scies, quæ factu-
rus est seruus tuus: in quo significabat se facturum
aliqua magna propter eum: ille tamen, qui solum
defensor est, non agit aliquid magni: quia solùm re-
pellit iniuriam, & si potest eam repellere nullum oc-
cidendo, non occidet aliquem. Dauid igitur, si solū
defenderet, ne aliquis occideret regem Achis, & ni-
hil amplius ageret, minus ageret quolibet bellato-
re: quia quilibet de bellatoribus intendebat non so-
I lum defensionem, sed occidere quos potuisset. Non
ergo conuenienter diceret Dauid: Nunc scies, quæ
facturus est seruus tuus: verba ergo ista Dauid ma-
gis signant eum esse volentem pugnare atrociter ꝯ
Philisthijm, quàm cōtra Israelitas, quàm solum de-
fendere regem Achis. Sed dicendum est, ꝙ de inten-
tione Dauid non potest nobis patere certissimè. Vi-
detur tamen dicendum, ꝙ Dauid habuit intentio-
nem adiuuandi Israelitas, & pugnandi contra Phili-
sthinos, sicut intellexerūt Satrapæ Philisthinorum,
sequenti cap. quia ipse diligebat Israelitas, tanquam
contribules suos, & tanquam populum Dei, & tan-
quam subditos suos: quia Deus vnxerat illum in re-
gem super ipsos, vt liberaret eos de manu hostium.
K Cum Philisthinis autem nullam habebat affinitatē,
cur deberet adiuuare illos contra Israel. Si autem
obijcias, ꝙ verba ista Dauid significant, ꝙ ipse vellet
pugnare contra Israelitas pro Achis, cōcedendum
est: & tamen intentio sua non erat hęc: quia Dauid
sæpe mentiebatur regi Achis in fauorem Israelita-
rum. s. quia præcedenti cap. dicebat: ꝙ pugnabat cō-
tra eos, & nunquam pugnauit: sed contra Gentiles.
ita ergo hic, quanquam assereret, ꝙ facturus erat ma-
gna contra Israelitas, tamen mentiebatur intendēs
facere contrarium: nec oportet Dauid excusari ab
his mendacijs. Si autem obijcias, ꝙ Dauid ageret cō-
tra naturam impugnando illum, qui ei benefecerat.
Dicendum, ꝙ Dauid solum tenebatur regi Achis ꝓ
benefi-

beneficio,& non alijs Satrapis Philisthinorum. Si autem ipse pugnaret contra regem Achis, erat valdè irrationabile:& hoc non intendebat,sed solum pugnaret contra alios reges Philisthinorum. Si autem dicas,ꝙ adhuc in isto peccabat Dauid: quia dixerat regi Achis,ꝙ pugnaret pro eo,& fortè super hoc fidem dederat. Dicendum, ꝙ Dauid aliquid peccauit hic: nec oportet eum excusari ab omnibus peccatis: quia maiora horum ipse fecit, sicut patet in occisione Vriæ,& adulterio cum vxore eius. *Et ait Achis ad Dauid.* Quia Dauid indicabat se magna facturum pro Achis: ipse quoque Achis significat magnam affectionem suam ad eum, vt ipse efficaciter ista ageret. *Et ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus*, idest si tu feceris hoc, ego ponam te custodem corporis mei toto tempore. Nõ poterat enim Achis aliquid maius tradere Dauid, quàm, ꝙ seipsum ei traderet custodiendum:& per hoc innuebatur,ꝙ sicut dabat ei magnum officium, ita daturus erat ei magnos reditus,& honorem. Et dixit, ꝙ hoc faceret cunctis diebus, quia putabat, ꝙ Dauid maneret iam omni tempore cum ipso,sicut dixerat præc. c.s. Multa mala operatus est contra populum suum Israel: erit igitur mihi seruus sempiternus. *Samuel autem mortuus est*, scilicet, Samuel Propheta, de quo Hebræi dicunt, quòd mortuus fuit sex mensibus ante Saul,& de morte eius habetur, supra cap. 25.

Quare scriptura hic dixit de morte Samuelis.
Quæstio VI.

QVAERET aliquis, cur scriptura hic dicit de morte Samuelis: quia supra capit. 25. descripta fuerat ista mors. Respondendum est, ꝙ hoc fuit ꝑꝑ duo. Primò, quia immediatè dicitur in litera, ꝙ instante bello consuluit Saul Dominum: & illo nõ respondente, cõsuluit Pythonissam: & quia si Samuel vixisset, non fuisset opus, ꝙ Saul inquisiuisset à Pythonissa, eoꝙ ipse responderet ad quæstionem Saulis: iõ dicitur, ꝙ mortuus est: & iõ in defectũ suũ recurrit Saul ad Pythonissam. Hoc tenet Ra. Sa.& Ra. Dauid Kimhi. Secunda cã est: quia Pythonissa consulta à Saule inuocauit Samuelem: nam Saul dixit Pythonissæ, ꝙ suscitaret sibi Samuelem: & quia ad hoc oportebat eum esse mortuũ, repetiuit scriptura, quõ mortuus fuerat:& hoc tenet Andreas, & Nicolaus. Est aũt ista solutio melior, ꝙ̃ prima: quia non est penitus verum, ꝙ Saul cõsuluerit Pytonissam in defectum Samuelis: nã ẽt si ipse vixisset, non respondisset ei: quia dicĩ infra, ꝙ Deus noluit rñdere Sauli per Sacerdotes, nec per Prophetas, nec per somnia: ita ergo non responderet per Samuelem: & oporteret, quòd recurreret ad Pythonissam. Nam, ꝙ non rñderet De⁹ Sauli ꝑ Prophetas, nec ꝑ Sacerdotes, nõ eueniebat tanꝙ̃ Sacerdotes,& Prophetæ nescirẽt inquirere, sicut Samuel: vel qa nõ erant digni, vt Deus ꝑ illos rñderet: sed solũ, qa in pęnã Saulis Deus noluit, ꝙ haberet rñsum ꝑ illos, vt sic confunderet̃ de peccato suo. Ad hoc igitur, ꝙ plenè confunderetur, non erat ei Deus rñsurus per Samuelem, sicut nec ꝑ alios Prophetas, si Samuel vixisset: ideo est tenenda solum secunda solutio. *Planxitque eum omnis Israel*. i. omnes Israelitæ doluerunt pro ipso nimis, & impenderunt honores magnos funeri eius.

Quare omnis Israel planxit Samuelem, & quomodo.
Quęstio. VII.

QVAERET aliquis, quare omnes Israelitæ planxerunt eum:& quomodo. Rñdendum, ꝙ

A Samuel fuerat Princeps Israelitarum, tam in spiritualibus, ꝙ̃ in temporalibus. In temporalibus quidẽ: quia ipse iudicauit Israel solus, per 20. annos, supra c.7. Vnde ipse computat se, tanꝙ̃ vnum de iudicibus Israel, supra capit. 12. postea quoq; ipse dedit iudices filios suos super Israel, supra cap. 8. deinde dedit Saulem in regem, supra capit. 10.& 11.& toto tempore, quo Saul bonus fuit, operabat̃ ꝑ consilium Samuelis: velut si Samuel dominaretur Israel. Vnde interdum edicta publica, quæ à iurisdictione procedunt, ex nomine Samuelis ponebant̃, tanꝙ̃ ipse esset rex: sic patet supra ca. 11. qñ Saul fecit vocari oẽs Israelitas ad bellum contra Ammonitas, continebatur in edicto. Quicunq; non exierit, secutusq; non fuerit

B Saulem, & Samuelem, sic fiet bobus eius. Præfuit quoque Samuel Israelitis in spũalibus, eoꝙ erat propheta Dñi, & consulebat Dñm pro Israel: nec vnꝙ̃ desinebat orare pro Israel, supra 12. c. & ꝑꝑ eũ Deus faciebat miracula pro Israel: sicut qñ intonuit Dñs fragorem magnum super Philisthinos, supra 7. c. tenebantur ergo Israelitæ impendere magnũ honorẽ eius funeri, cũ tãta illis beneficia præstitisset. Hebræi dicunt, ꝙ Israelitæ fleuerũt Samuelem in omnibus ciuitatibus: quia Samuel discurrebat ꝑ oẽs ciuitates Israel ad iudicandum, sic patet supra c.7. nam in tribus locis principalibus iudicabat quolibet anno totum Israel: Cum aũt dr̃, qũo totus Israel planxit Samuelẽ. Dicẽdũ, ꝙ dupliciter poterat fieri. Vno mõ,

C ꝙ de omnibus locis Israel venirent aliqui in Ramatha ad funera Samuelis. Alio mõ, ꝙ in qualibet vrbe Israel fieret planctus specialiter ꝑ Samuele, tanꝙ̃ pro patre populi:& hoc est satis conueniens. s. quòd multi de optimatibus totius Israel venirent in Ramatha ad funera Samuelis: deinde ꝑ singulas vrbes, specialis plãctus fieret pro eo: sic. n. fit in gaudijs, qñ celebranda sũt festina gaudia in natiuitate alicuius Dñi regni: nam non conueniunt oẽs ad locũ natiuitatis suę: sed in quibuslibet locis specialia gaudia celebrantur. *Et sepelierunt eum in Ramatha vrbe sua*. i. sepelierũt eũ in territorio vrbis Ramatha: nam intra vrbem non erat consuetudo, ꝙ aliquis sepeliretur. Sic enim patet de patre Saulis,& de ipso Saule,& nepo-

D tibus suis: nam sepulti sunt in latere montis in terra Beniamin, vt colligitur seq. lib. ca. 21. Et in Hebræo dicitur. *In Ramatha in vrbe sua*. Et ex hoc dicit Ra. Dauid Kimhi, ꝙ Ramatha erat duplex: & in vna earũ habitabat Samuel: ideo dr̃ in Ramatha in vrbe sua. i. in illa Ramatha, quæ erat vrbs sua. Et hoc probat: quia supra ca. 1. dr̃, ꝙ pater Samuelis erat de Ramathaim, quod pluraliter ponitur. Sed hoc non stat: qa non põt accipi ibi Ramathaim pluraliter: nam licet esset duplex Ramatha: tñ pater Samuelis de vna tantum erat: sed ponitur ibi Ramathaim, & aliquando Ramatha: qa mos Hebraici sermonis est, in fine dictionum interdum literas addere, & interdũ subtrahere: sicut patet in isto nomine, Phalti, & Phaltiel:

E quia nomen eiusdem viri est; & tamen supra 25. cap. vocatur Phalti, & seq. lib. c. 3. vocatur Phaltiel. Idẽ de Gessur, & Gessuri, Ierameel, & Ierameeli, vt declaratum est præc. c. Sed põt dici, ꝙ ponitur in Hebręo vna præpositio superflua. s. in Ramatha in vrbe sua, cum deberet dici: in Ramatha vrbe sua: multa. n. interdum superflua ponuntur:& interdum diminuta in modo loquendi Hebraico. Et istum sensum secuta est litera nostra, dicens: in Ramatha vrbe sua. Aliter põt dici, ꝙ Ramatha sit nomen regionis, & in illa esset vrbs Samuelis:& huic consonat, quod habet̃ supra c. 19. s. ꝙ Samuel, & Dauid erant in Naioth in Ramatha. Primus tñ modus melior est: quia in allegata auctoritate Naioth non significat aliquam vrbem:

Dupliciter potuit plangi Samuel à toto Israel.

bem: ſed aliquam partem ipſius vrbis Ramatha. *Et Saul abſtulit magos, & ariolos de terra*, ideſt, occidit omnes ariolos,& magos ne maneret aliquis eorũ in terra. Magi vocantur incantatores. Arioli dicuntur, ꝙ inquirũt veritatem rerum futurarũ in aris.i. animalibus combuſtis ſuper aras:& iſtud pertinet ad chiromãtiã,quæ ſignificat diuinationem factam in igne, vel rebus ignitis. Hic tamen magi,& arioli accipiuntur generaliter pro omnibus, qui vtuntur artibus ꝓhibitis.ſ. pro obſeruantibus ſomnia, vel auguria, & pro diuinis incantatoribus Pythonicis,& maleficis, atque nigromanticis: ſicut ponuntur multæ ſpecies Deuter.capit,18.

An Saul abſtulit de terra Magos,& ariolos propter diuinum cultum. Quæſt. VIII.

QVAERET aliquis, quare Saul abſtulit de terra Magos,& ariolos. Aliqui dicunt,ꝙ hoc fecit fauore religionis .ſ. propter diuinum cultum: quia Deus iuſſerat,ꝙ Iſraelitæ non imitarentur abominationes Gentiũ,vt patet Deut.c.18.ſ. non inueniatur in te, qui luſtret filium ſuum,aut filiã ducens ꝑ ignem,aut qui ariolos ſciſcitetur,& obſeruet ſomnia,aut auguria,nec ſit maleficus,nec incãtator, nec pythones conſulat,nec diuinos,& quęrat à mortuis veritatem. Aliqui dicunt, ꝙ Saul hoc fecit in odiũ Dauid: quia omnes arioli, & magi vaticinabantur Dauid regnaturum,quod erat nimis graue Sauli: iõ occidit omnes,ne quis vaticinaret. Hoc tenẽt multi Hebræi, & refert hoc Nicolaus. Sed hoc non ſtat: quia pythones,vel alij malefici non reſpondent niſi inquiſiti: Saul autem non inquireret ab eis, an Dauid regnaturus eſſet:ideo nec ipſi reſpõderẽt: & dato,ꝙ Saul inquireret ab eis de hoc,& ipſi cognoſcerent Dauid regnaturum,non dicerent hoc Sauli,qa timerent: & ſi fortè Saul inquireret de hoc,&ipſi reſponderent Dauid regnaturum, non occideret eos propter hoc: nam pythoniſſa,de qua infra habetur, peiora reſpondit Sauli.ſ. ꝙ moriturus eſſet in bello ipſe,& filij ſui: tamen noluit ei nocere: ſed dixit:noli timere, vt patet infra:non ergo occidit Saul maleficos ꝑꝑ hoc.Sed dicendum,ꝙ Saul à principio erat bonus:nam dicitur ſupra, ꝙ nõ erat in Iſrael vir melior illo: & cum Samuel conſuleret ei,qui erat zelator legis Dei,Saul faciebat ſm legem: ideo dicendũ, ꝙ à principio regni ſui ipſe occidit omnes magos, & ariolos: ita vt nemo manifeſtè appareret in terra. *Et interfecit eos, qui pythones habebant in ventre*. Iſtud non eſt in Hebręo, ſed eſt hic per modum additionis: & fortè fuit Gloſa interlinearis: & poſtea textui inſerta eſt: ſicut diximus ſupra c.24. ſignat tamen hoc id, quod præcedẽs:quia idem eſt auferre magos de terra,quod interficere habentes pythones in vẽtre. vocatur autem python ſpiritus nequam, qui adducitur per inuocationem,vel aliàs ad reſpondedum de aliquibus occultis,& inde vocantur pythonici illi,qui habent iſtos ſpiritus in ventre: vel qui poteſtatẽ habẽt inuocãdi eos,vel faciẽdi reſpondere qñcunque.

Pythonici qui vocantur,& an ſemper habeant pythones in ventre de varijs generibus ſcientiarum prohibitarum. Quæſtio VIIII.

QVAERET aliquis, quare pythonici dicãtur habere pythones in ventre, & an ſemper habeant in ventre. Reſpondendũ eſt, ꝙ pythonici vocantur largè quicunque habent ſpiritum nequam,per quem ſcire poſſint aliqua occulta,ſiue illa præterita ſint,ſiue præſentia, ſiue futura: quia de

F omnibus his contingit nos dubitare, & inquire-
re:& ad hoc reſpondent pythones aliquando in ver
bis,& aliqñ in ſignis,vel motibus corporalibus Con
tingit autẽ hoc multipliciter. Primo modo, quan-
do Dęmones non loquuntur, ſed per quædã ſigna
corporalia oſtendunt id, de quo quæritur: & ſic in-
terdum propoſita eis qõne,præmiſſis quibuſdã cęre
monijs de re,quæ fürtim ablata eſt. ſ. quæ res ſit, vel
vbi ſit, aut quis ſubtraxit: apparent quædam paruę
effigies in enſe nimis polito, vel in vnguibus nimis
terſis, & lucidis, vel in alijs corporibus nimis duris,
& nimis poroſis,& participãtibus lucem, ſicut ſunt
metalla, vel lapides quidã,aut oſſa: & ibi pueri virgi
nes vidẽt ſimilitudinem rerum ablatarum furtim,
G & vident tranſire fures, ita vt poſtea cognoſcãt eos
cum viderint. Qui aũt poteſtatem habent ad faciẽ-
dum, ꝙ Dæmones in huiuſmodi corporibus oſten-
dant talia ſigna,dicuntur habere pythones. Et iſtud
ex parte ad chiromantiam pertinet, inquantũ ple-
runque in vnguibus iſta fiunt. Eſt autem chiroman Chiromantia quid.
tia quædam ars ſuperſtitioſa, quæ conatur prænun
ciare aliquid ꝑ aliqua ſigna,& deſcriptiones lineales
repertas in manibus. Et dicitur chiromantia, à chi-
ros,quod eſt manus, & mãtia,qđ eſt diuinatio, qua-
ſi diuinatio facta in manibus. Alio modo aliqui ha
bent pythonẽ.i.ſpũm, qui reſpondeat eis in locutio
ne,& habent eum incluſum in aliquo vaſe vitreo,
in aqua,quem profitẽtur tenere ibi inuitũ. Sed hoc
H falſum eſt,cum Dæmon non poſſit à nobis cogi, vt
declaratum eſt ſupra 16.eſt tamen ibi volens, & il-
le reſpondet ad omnia, de quibus fuerit inquiſitus
ab eo,qui tenet eum. & iſte propriè dicitur habere
pythonem: quia habet ſpiritum familiarem ſibi re-
ſpondentem ad ea, quæ voluerit. Et iſtud pertinet
ad hydromantiam. Dicitur enim hydromantia Hydromantia quid.
ars quædam ſuperſtitioſa, qua aliqui conantur inue
nire occulta per aliquas cæremonias factas in aqua:
vel per reſponſum eius,qui in aqua eſt: & dicitur ab
hydor,quod eſt aqua,& mantia, quod eſt diuinatio,
quaſi diuinatio facta in aqua. Alio modo fit hoc,ꝙ
aliqui,factis quibuſdam cæremonijs ſuper fontem,
vel aliam aquam, videant in aqua effigies aliquarũ
I rerũ,vel audiãt ibi voces.Et iſtud eſt propriè hydro-
mantia. Hoc modo Numapompilius ſecundus rex
Romanorum dedit leges Romanis: nam per noctẽ
egrediebatur ad quẽdam fontem extra vrbem,ſciẽ-
tibus hoc Romanis, ſed neſciẽtibus quid ageret ibi,
& factis cęremonijs in aqua,videbat effigies, & au-
diebat voces, quibus inſtruẽbatur qũo deberet Ro-
manis leges ponere: ipſe tamen dicebat Romanis,
ꝙ egrediebatur per noctem ad loquẽdum cũ Nym
pha Egeria,vt eum inſtrueret in poſitione legũ. Et
in hoc verum dicebat,q̃q̃ cauilloſè. Vnde Augu.ex-
ponit dictum eius.3.de Ciuitate Dei,ca.30.dicens,ꝙ
per artem hydromantiæ habebat reſponſum à Dæ-
K monibus: dixit tamen ſe loqui cum Nympha Ege-
ria:quia in aqua audiebat reſponſum: aqua autem
vocatur Nympha Egeria:quia egeritur,ideſt,emitti
tur de terræ cauernis. Alio modo fit,quòd quis con-
uocet Dæmones facto circulo,vel quibuſdam cha-
racteribus, & Dæmones venientes reſpondeant:
iſti autem dicuntur habere pythones, quia habent
in poteſtate congregare Dæmones ad reſpondẽdũ.
Alio modo fit in corporibus mortuorum,qui recẽ-
ter mortui ſunt, nullo adhuc organo læſo virtutis
locutiuæ, & infuſo ſanguine humano ad interiora
cadaueris,vel aqua calida:ſed melius fit cum ſangui
ne:& hoc ad inducendum quandam temperiem, &
teneritudinem in organo: quia virtus ſpiritualis nõ
põt vniri corpori ſolido ad operationẽ aliqualiter
ſpiri-

spiritualem, nisi per tenerum, & calidum: quia calor est instrumentum animæ operantis: & factis alijs cęremonijs, Dæmon subintrat corpus, & respondet ad quæsita in voce manifesta. Et hoc pertinet ad necromantiam. Est enim necromantia superstitiosa ars, qua aliquis per mortuos veritatem conatur inquirere, & dicitur à necros, quod est mors, & mantia, quod est diuinatio, quasi diuinatio in mortuis. Alius modus est, quo aliquis conatur veritatem inquirere, vocando aliquem de mortuis ex nomine suo, & ille veniat ad respondendum ad quæsita. Et hoc falsum est, quia nullus à mortuis suscitatur: sed Dæmon est, qui ad ista respondet, & fingit se esse aliquem de mortuis: ipsi autem malefici putant esse aliquem olim defunctum, & ita eum inuocant, tanquam defunctum: & ob hoc scriptura assentiens modo loquendi istorum, dicit aliquando inuocari Dæmones, & aliquando inquiri veritatem à mortuis. Sic patet Deuteronom. capit. 28. scilicet. Non sit qui pythones consulat, nec diuinos, & quærat veritatem à mortuis. Istud etiam pertinet ad necromantiam, cum mortui vocentur hic ad respondendum.

Aliter fit, quòd aliquis respondeat de veritate per Dæmonem, quem in corpore habet: & tunc Dæmon mouet labia eius, in quo est, & ipse, qui loquitur, non loquitur à seipso, & sæpe non intelligit quid dicat: sic enim est in omnibus arrepticijs, qui loquuntur Dęmone existente in eis. Hoc modo apud antiquos erat famosissima species respondēdi ad occulta: nam inter omnes Deos Gentilium, nullus magis celebratus est in auctoritate respondendi, quàm Apollo, qui respondebat in templo suo in Insula Delphos. Ibi autem erat puella quædam virgo sacerdos Apollinis, quæ posita quæstione introibat in quadam spelunca, in qua erat Phœbus: & tunc introibat in eam Dæmon, quem Gentiles dicebant Phœbum, siue Apollinem: & ille arripiebat illam, cogebatque cadere in terram, & furere: & tunc loquebatur per eam, respondens ad quæstionem, & ipsa nesciebat quid diceret, vt patet per Lucanum libr. 4. patet.

Hoc etiam modo respondebat quædam puella præsente Paulo in quadam ciuitate, & habebat Dęmonem in ventre, & respondendo multa acquirebat. Ista autem dicebatur habere pythonem: sic patet Actuum capit. 16. scilicet. Factum est, euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem spiritum pythonem obuiare nobis, quæ quæstum magnum præstabat Dominis suis diuinando. Paulus autem dolens dixit spiritui immundo. Præcipio tibi in nomine Iesu Christi, exi ab ea, & exiuit eadem hora. Isti autem omnes modi sunt, quibus aliquis dicat̄ habere pythonem. Multis autem alijs modis Dæmones operantur in superstitionibus humanis, vt in aerimantia, & pedoxomantia, ornimantia, spaculomantia, & in alijs similibus, quæ reducuntur ad has. In his tamen non ita propriè dicitur aliquis habere pythonem, sicut in modis prædictis: quia in illis non loquitur Dæmon: in his autem loquitur, vel corporales ostendit effigies. Non solum ergo habentes pythones habent eos in ventre, sed etiam aliquando habent aliter. Litera tamen nostra, quæ posita fuit per modum Glosæ interlinearis, posuit solum istum modum: quia isti tanguntur ab Apostolo Actuum capitulo decimosexto. & sæpe in Euangelijs, vbi agitur de arrepticijs.

Pythonici, quare nominantur omnes, qui habent Dęmones ad respondendum.
Quæstio X.

QVAERETVR vlterius, quare isti, qui habent spiritus familiares, vel quicunque possunt Dæmones inuocare ad respondendum, dicuntur habere pythones.

Dicendum est, quòd pythones sunt ipsi spiritus nequam respondentes de veritate occultis, vt supra dictum est.

Vocantur tamen sic per quandam comparationem ad modum famosum respondendi inter Gentiles: nullus enim fuit inter Deos Gentilium, qui famosius responderet ad omnia quæsita, quàm Apollo: iste autem occidit serpentem maximum nomine python in monte Parnaso, de quo Ouidius primo Metamor. In laudem autem huius victoriæ vocatus est à Pythone serpente pythius: & ex hoc, quia ipse erat princeps inter omnes, qui respondebant de occultis, omnes sic respondentes vocati fuerunt pythonici. Et hoc præcipuè quando habebant modum respondendi, quem ipse habebat. Apollo autem respondebat per puellam virginem arripiendo eam, & introeundo in ventrem. Ideo illi, qui respondebant introeuntibus Dæmonibus in corpora ipsorum, dicuntur proprijssimè habere pythones. Alij autem, qui possunt Dæmones inuocare, vel quomodocunque habent responsionem ab illis, dicuntur largè habere pythones. Litera autem nostra voluit propriè accipere pythones: ideo dixit de illis tantum, qui habent pythones in ventre. Alij tamen dicuntur habere pythones, sicut mulier ista, quam consuluit Saul, dicebatur habere pythonem: tamen ipsa nō habebat eum in ventre: vt infra declarabitur.

An Dæmones possint introire in corpora, seu ventre hominum. Quæst. XI.

QVAERETVR vlterius, an Dęmon possit introire in corpus alicuius, ita vt dicatur esse in ventre. Aliquis dicet, quòd non: quia Dæmones non possunt introire in simulacra: ergo à fortiori non possunt introire in hominem. Antecedens patet, quia Glosa super illud Habacuc capitulo secundo, scilicet. Dominus in Templo sancto suo, dicit, quòd Dæmones simulacris exterius præsidere possunt, non autem interius. — *1. Arguit.* / *Secundo.*

Item non possunt esse in eodem loco præciso duo spiritus creati, sicut nec possunt esse duo corpora: sed anima est in toto corpore, & in qualibet parte corporis: ergo non poterit Dæmon esse interius. — *Tertio*

Item spiritus ibi est, vbi operatur, vt ait Damascenus. Sed Dæmon non solum operatur in corpus, sed etiam in anima tentando, & imprimendo species: ergo esset in anima: ibi tamen non est: quia solus Deus potest illabi animæ: Ergo etiam non erit Dæmon in corporibus humanis, quanquam ibi operetur. — *Non est dubitādū Demonia esse in corporib. hominum.*

In contrarium videtur: quia in multis arrepticijs Dæmones loquuntur: hoc tamen non esset nisi intra corpus essent.

Respondendum est, quòd nō est dubium aliquos homines arripi à Dæmonibus, cùm tota sacra scriptura hoc testetur, vt patet de Saule supra capit. 16. 18. & 19. & patet Marci capitulo primo, & Matt. 8. & Actuum 16. Ista etiam Dæmonia torquent homines

mines, & aliquando cogunt eos loqui: & tamen stat dubium, an sint Dæmonia intra corpus, vel exterius. Et dicendum est, quòd possunt esse integri, & multotiens ibi sint. Nam dicitur Matth. 8. & 12. & Marci. capit. 1. Quòd eijciebat Christus Dæmonia de hominibus: non tamen diceretur eijcere, nisi illa intus essent. Sic etiam dicitur, quòd Exibant Dæmonia clamantia, præalleg. capit. Dicitur etiam Matth capi. 8. & Marci 5. Quòd Dæmonia vnius legionis petierunt à Christo, si eijcis nos hinc, mitte nos in porcos. Et expressius dixit Mat. scilicet. Et depræcabantur eum spiritus, dicentes, mitte nos in porcos, vt in eos introeamus: & concessit eis statim Iesus, & exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos: ergo possunt Dæmones introire in corpora.

Sed aliquis dicet, quòd accipitur hic largè introire in aliquem, idest, habere potestatem ad torquendum eum. Et dicuntur exire ab aliquo, idest, recedere ab ipso, iam non habendo aliquam potestatem torquendi. Et sic dicitur supra capit. 16. scilicet. Quandocunque spiritus Dei malus arripiebat Saul, tollebat Dauid citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat: recedebat enim ab eo spiritus malus. Et non dicitur ibi exibat, sed recedebat, idest, desinebat eum torquere.

Sed adhuc non stat istud, quod arrepticij interdum agunt aliqua, quæ non possunt facere, nisi Dæmones introirent in corpora, sicut quando loquuntur: quia ad locutionem requiritur motus organorum locutiuorum, quæ sunt intra corpus: ideo ad hoc, quòd Dæmon moueat illa organa, necesse est, vt sit interius.

Sed adhuc dicet aliquis, quòd non sequitur ex hoc, quòd Dæmones sint intra corpora, quia quanquam loquantur, possunt à seipsis loqui, & mouere organa sua: nec aliquid in hoc agent Dæmones, sed solum loquuntur, quando arrepti fuerint, propter magnitudinem doloris: sicut alias cum aliquis nimis dolet, cogitur prosilire in clamorem. Sed hoc non stat, propter tria.

Rñ. quòd arrepticij non loquuntur pp dolorē pp tria.

Primò, quia si propter dolorem loquerentur arrepticij, exprimerent verba signatiua doloris, sed non proferunt talia: immo aliqua pertinentia ad reuelationem secretorum, vel ad similia: ergo non loquuntur præ dolore. Secundò patet, quia si arrepticij loquerentur à seipsis, & Dęmones non mouerent organa eorum, loquerentur ea, quæ scirent: arrepticij tamen loquuntur quædam abscondita, vt in plurimum, quæ nullus homo scire potest: ergo non loquuntur ipsi à seipsis, sed Dæmones mouent omnia eorum organa ad loquendum. Quod patet, quia recedente Dæmone, isti arrepticij non possunt loqui talia, sicut quando arripiebantur. Sic fuit de puella, quæ habebat pythonem, & diuinando magnum quæstum dabat dominis suis. Cum autem Apostolus dixit Dæmoni, quòd exiret ab ea nunquam potuit amplius diuinare: & propter hoc Domini illius flagellauerunt Paulum, & posuerunt in carcere, Actuum cap. 16. Sic etiam fuit de puella omnino rusticana, quæ cum à Dæmone arriperetur, loquebatur purissimè, & sine hæsitatione in Hebraico sermone: cum autem à Dæmone desereretur, nesciebat saltem, an aliqua litera Hebraica esset in orbe. Tertiò hoc patet, quia quędam sunt in quibus locutio est impossibilis, si per seipsa loqui debeat, & tamen aliquādo locuta sunt: sicut patet de Asina Balaam, quæ locuta fuit ei Numero. capit. 22. Asinam tamen à seipsa loqui est im-

F possibile. Primò, quia ipsa nescit formare aliquos conceptus, quos debeat proferre per voces articulatas. Secundò, quia dato, quòd sciret aliquid cōcipere: non tamen habet organa disposita ad formandum vocem articulatam, propter defectum dentium in vtroque latere oris: etiam propter apertionem magnam oris lateralem: nam aer emissus à parte interiori; non potest collidi sufficienter in dentibus: quia effluit per aperturam lateralem oris: ad formandum autem articulatam vocem requiritur magna collisio aeris, & hoc fit conuenienter in homine propter paruitatem oris, & clausionem vndique, tam dentium, quàm genarum: asina tamen locuta est. Oportet igitur, quòd aliquis spi-

G ritus rationalis esset intra corpus asinæ, qui suppleret istos defectus, scilicet, quòd ille sciret formare conceptus, & moueret organa asinæ: & taliter clauderet os asinæ, consolidando aerem in circuitu lateralis apertionis, vt aer spiratus à perte interiori, non posset effluere, quin collideretur. Apparet ergo ex his, quòd necesse sit interdum poni Dæmones, vel Angelos esse intra corpora humana, ad mouendum organa pro locutionibus, quę fiunt. In quo considerandum, quòd Dæmones sunt in arrepticijs ad duo, scilicet ad vexandum eos, & ad loquendum per illos. Quantum ad primum, non est opus, quòd Dæmones introeant in corpus humanum: quia exterius comprimendo torquere pos-

H sunt nimis, vsque ad emissionem spiritus, si permittantur à Deo. Et hoc modo, quanquam Dæmones introierunt in porcos quando præcipitauerunt eos in mare, cùm litera dicat, quòd introierunt in illos, Matt. capit. 8. & Marci 8. Tamen in hoc sufficiebat etiam, si non introissent in corpora illorum: sed solum impulissent eos impetu facto. Et sic impellunt interdum hominem ad cadendum in ignem, vel aquam. Sicut patet de illo lunatico, de quo dicitur Matt. capit. 17. Sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam. Aliquæ quoque operationes sunt in arrepticijs præter vexationem, quas possunt facere, etiam Dæmonibus non introeuntibus illos. Et sic est de quolibet genere ar-

I tificij manualis: vt qui arrepticius est poterit optimè scribere, quando arripitur, etiam si nunquam literam aliquam formare didicerit. Item de fabrili, & quacunque manuali. Simile visum est de quadam fœmina, quæ nunquam citharizare didicerat: immo vix sciebat, quid esset musicum instrumentum: & cum à Dæmone arriperetur, excellentes modulos citharizabat. Ratio huius est, quia quanquam in citharistis, & huiusmodi artificibus requiratur habitus artis in intellectu factiuo, & habitus causatus in manu, per exercitationem, & est ibi habitus intellectus ad dirigendum manum: in arrepticijs tamen, cum Dæmon possit mouere manum ad citharizandum, vel fabricandum sine errore, nō

K oportet, quòd sit aliquis habitus ad hoc, cum solum ponatur habitus ad dirigendum manum: potest tamen mouere manum non introeundo corpus: ergo non requiritur ad hoc, quòd Demon introeat in corpus. Secundum est quod facit Dæmon in arrepticio, scilicet, quòd loquatur per illum, & ad hoc non sufficit, quòd Dæmon exterius moueat arrepticium: sed necesse est, quòd ingrediatur in corpus: & hoc non quidem ad imprimendum aliquem habitum intellectui, vel ad illuminandum illum: quia hoc non possunt Dæmones, nec agunt. Solus enim Deus potest in intellectum nostrum, & voluntatem: sed ingreditur in corpus, ad mouendum organa virtutis locutiuę.

Primum

Primum enim organum huius est pulmo, & est in A parte interiori. Cætera autem organa sunt etiam interius vsque ad dentes, & labia. Dæmon vero si exterius esset, non posset mouere aliquod istorum. Ad mouendum ergo omnia necesse est, ꝙ sit interius. Et quia primũ organũ potentiæ interpretatiuę, siue locutiuæ est pulmo, & ille est in ventre, nominando largè ventrẽ, necesse est, ꝙ Dæmon sit intra corpus, non solum in ore ad mouendum linguam: sed præcipuè in ventre ad mouẽdũ pulmonem. Et ista fuit causa, quare litera nostra dixit, ꝙ habebant isti malefici pythones in ventre, isto modo erat Dæmon in Saule: quia introibat in illũ, & cogebat eũ loqui, vt patet supra c. 18. cũ dicit̃: ꝙ arripuit spũs malus Saulem, & prophetabat in medio domus suæ .i. dicebat B verba occulta, quæ pertinẽt ad prophetas, quæ aliàs nesciebat dicere. Sic ẽt fuit de puella illa, quæ habebat pythonem: & qñ arripiebat̃ diuinabat, vt patet Act. 16. c. & postq̃ recessit spũs non diuinabat. Sic ẽt fuit in arrepticijs, à quibus exibant Dęmones, & clamabant de Christo, ꝙ esset filius Dei. Marci ca. 1. Ad rationem primam dicẽdũ, ꝙ Dæmon põt esse intra simulacrũ, & intra corpus humanũ. Ad Glo. Habacuc dicendũ, ꝙ intelligit̃, ꝙ non sunt Dæmones intra simulacra: ita, ꝙ ex simulacro, & ex Dęmone fiat vnũ ens per se, sicut ex corpore, & ex anima: sed possunt esse Dæmones intra simulacra localiter, & non formaliter. Glo. aũt illa tollit opinionem idolatrarũ, qui putabant Dæmones esse intra idola formali- C ter. Ad secundam rõnẽ dicendum, ꝙ duo spũs non possunt esse in eodem corpore, eodem mõ: ita, ꝙ ambo sint ibi localiter, vel ambo formaliter: põt tamẽ vnus esse formaliter, & alius localiter, & non cõfundentur operationes eorum. Anima enim est intra corpus formaliter, & non localiter. Dæmon aũt est in corpore localiter, & non formaliter: iõ non repugnat esse ibi ambos. Ad tertiam rõnem dicendũ, ꝙ aliquid esse intra alterũ, est esse intra terminos eius, Corpus aũt habet duplices terminos. s. quãtitatis, & essentiæ: ideo Angelus operans intra terminos corporalis quantitatis, corpori illabitur, nõ aũt ita, ꝙ sit intra terminos essentiæ suæ, nec sicut pars, nec sicut virtus. Est tñ intra corpus, sicut intra terminos quã- D titatis: quia infra quantitatem corporis est, sicut si esset intra vnã domũ. Aĩa aũt est intra corpus. s. intra terminos essentiæ, & quantitatis, non tñ intra essentiam, ita ꝗ sit pars corporis: sed ita, ꝙ sit virtus dãs ei esse. *Congregati sunt itaque Philisthijm*. s. in terra sua cõgregati fuerũt quinq; principes Philisthinorũ ad veniẽdũ in bellũ cõtra Israel. *Et venerunt, & castrametati sunt in Sunam*. Ista est quædam ciuitas in terra Israel, & est in sorte Issachar, à qua vocat̃ mulier Sunamitis, vt patet infra 3. li. c. 1. de Abisag Sunamite, quę accepta est in vxorem Dauid, De hac ciuitate habetur infra 4. li. c. 4. nam dicitur, ꝙ quadam die transiuit Eliseus per Sunam: & in ciuitate illa fuit mulier, pro qua rogauit Eliseus, vt haberet filiũ: & postea mortuus est, E & Eliseus suscitauit illũ, e. ca. Ista ciuitas videtur esse, quæ vocatur Simen Iosue, capi. 19. & ponitur ibi in sorte Issachar. *Congregauit autem et Saul vniuersum Israel*. idest, Saul cõgregauit in bellũ Israel. Ex hoc patet, ꝙ Philisthini erant inuasores: quia Saul nõ cõgregauit exercitũ, nisi qa primò venerunt ꝯ eum Philisthini. *Et venit in Gelboe*. Iste est locus, in quo castrametatus est Saul. Et non vr̃ esse Gelboe nomen ciuitatis: sed alicuius terræ, à qua denominant̃ mõtes Gelboe, de quo dicitur seq. li. c. 1. s. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuiæ veniãt sup vos. *Et vidit Saul castra Philisthijm*. s. castra Israel erant apud castra Philisthijm: & potuit videre Saul castra Philisthinorum ex castris suis: vel A forte ipse iuit ad aliquem locum, ex quo posset videre castra Philisthinorum. *Et timuit*. s. multitudinẽ Philisthinorum. *Et expauit cor eius nimis*, idest, non solum timuit, sed etiam nimis timuit, quod est expauescere: ita, ꝙ non relinquerentur in eo vllæ vires.

Cur timuit Saul congregationem Philisthinorum.
Quæstio XII.

QVAERET aliquis, quomodo Saul nunc tñ timuit: nam aliàs Philisthini congregauerunt acies ꝯ eũ, & illę erant maiores acies, & ipse Saul habebat pauciores viros, tñ nõ timuit: de hoc patet supra capi. 13. cum dicitur, ꝙ congregati sunt ad præ- B liandũ contra Israel triginta millia curruũ, & sexcẽta millia equitum, & reliquum vulgus sicut arena, quæ est in littore maris. Cũ Saule tamen erant pauci. s. solum sexcenti viri, e. c. cum dicitur. Et recẽsuit Saul populum, qui inuenti fuerant cũ eo, quasi sexcentos viros. Nunc aũt habebat secum Saul totum Israel, & timuit, vt patet hic. Aliquis dicet, ꝙ hoc accidit Sauli, quia iam deseruerat eum Deus, & transierat ad Dauid: nam à die, qua Dauid vnctus est in regem, spiritus Domini recessit à Saule, & directus est in Dauid, supra c. 16. Illud aũt bellum, de quo nunc dicebatur supra c. 13. fuit antequam recederet spiritus Domini à Saule, vt patet ex ordine literæ: ideo ibi non timuit: hic autem sic. Sed adhuc obijcietur, C ꝙ non esset propter hoc: quia aliud bellum fecerũt Philisthini contra Israel, quando venit Goliath Gethæus ad pugnandum, supra c. 17. & ibi conuenerũt omnia agmina Philisthinorum, ita vt extimescerẽt Israelitæ. De Saule tamen non dicitur, ꝙ timuit e. c. iã tamen Deus recesserat ab ipso: & ipse hoc cognoscebat, supra c. 16. ergo non fuit iste timor solum, ꝙ Deus recessit ab eo. Dicendum igitur, ꝙ Saul nunc timuit nimis; quia Deus incussit timorẽ cordi eius ad hoc, vt ipse consuleret de euentu belli pre timore, & cognosceret mortem suam, atque affligeretur dupliciter de morte. s. quando moreretur, & nunc antequam moreretur. Et forte quia proficere poterat ista prænunciatio aliqualiter ad salutem animæ D eius. *Consuluitque Dominum*. s. quia nimis timuit, voluit consulere Dominum de euentu belli: & consuluit omnibus modis infra positis. s. per somnia, sacerdotes, & prophetas. *Et non respondit ei, nec per somnia*, idest, non respõdit per aliquem de modis hic positis. Hoc autem dicitur ad inducendum id, quod postea sequitur de pythonissa, scilicet, quia per illam consuluit Saul de euentu belli.

Quæret aliquis, quomodo Saul poterat consulere Dominum per somnia: nam quando aliquis somnium habuit, potest secundum superstitionem maleficorũ interpretari illud in bonum, vel in malum, in potestate tamen alicuius non est, quòd ipse somniet hoc, vel illud: immo dato, ꝙ velit aliquid E somniare, non propter hoc somniabit. Vnde videtur, quòd hoc modo nullus possit consulere Dominum, cum Deus consulatur ab aliquo per actum, qui est in potestate illius. Respondent Andreas, & Nicolaus secundum Hebræos, quòd apud antiquos erat quidam modus consulendi Dominum, & inquirendi veritatem rei occultæ per somnium: & fiebat sic, quòd aliquis primò disponeret se per orationes, & ieiunia petendo à Domino, quòd reuelaret ei veritatem illius rei, de qua quærebat: & tũc cũ iret ad dormiendum, Deus per somnium significabat ei veritatem rei quæsitæ. Hoc aũt nõ habetur ex aliquo loco autentico: sed nec illud repudio, cũ ex hac lr̃a innuat̃, ꝙ esset aliquis mod⁹ cõsulẽdi Domi-

An possit quis consulere Dominum ꝑ somnia.

num per somnia. Similis autem modus diuinatio-
nis erat in insula Delphos in templo Apollinis: nã
præposita quęstione, puella virgo, quæ erat sacerdos
introibat in speluncam Apollinis, & dormiebat su-
per folia lauri, quæ habentur solũ in templo illo: &
vocant tripodes: & tunc concipiebat spiritũ diuinã-
di. Per istũ modũ dicit, & Historia scholastica, ꝙ Re-
becca habuit rñsum à Deo de paruulis, quos gestabat
in vtero: de quo Gen. ca. 26. ꝙ perrexit Rebecca, vt
consuleret Dominum: qui respondens ait: duæ gen
tes in vtero tuo sunt. Et dicit historia scholastica, ꝙ
per somnia, fuit ista consultatio. Glo. quoque ordi-
naria super locum istum dicit, ꝙ Iudæi consulebant
Dominum per somnia: sed ad hoc prius ipsi dispo-
nebant se per ieiunia, & orationes, vt Deus eis vellet
rñdere. De Saule autem dicit, ꝙ non præmisit istas
orationes, nec ieiunia: ideo Deus non respondit ei
per somnia: & hoc satis verisimile est.

An Saul peccauerit quærendo veritatem per somnia. Quæst. XIII.

Argũ. 1. QVAERETVR vlterius, an Saul peccauit quę-
rendo veritatem per somnia. Et vr̃, ꝙ sic, qa at-
tendere superstitionibus peccatum est: somnia ta-
men sunt superstitiosa, cum ex causis vanis consur-
gant: ideo peccatum erit credere illis. Itẽ patet hoc,
quia inter oẽs superstitiones magorũ, incantatorũ,
& ariolorũ Deus vetuit attẽdere ad somnia, Deut. c.
18. ergo peccabat, qui sic vellet veritatem inquirere.
In contrarium videtur, ꝙ non peccauerit, quia per
somnia Deus respondet: & responsioni Dei assenti-
re non est superstitiosum: ideo non peccabat Saul at
tendens ad somnia. Respondendum est, ꝙ non põt
dari generalis sententia s. ꝙ attendere somnijs sit li-
citum, vel illicitum, eo ꝙ interdum illicitum est, vt
Deut. c. 18. sæpe autem est licitum: quia prophetis ve
teris testamenti, vt communiter Deus reuelabat se
per somnium, vt patet Num. c. 12. s. Siquis fuerit in-
ter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel
per somnium loquar ad illum. Ea tamen, quæ Deus
reuelat prophetis certissima sunt: & non solum ipsi
non peccant adhibendo fidem illis somnijs: immo
peccarent si non crederent eis, cum constet ipsis, ꝙ
illa somnia à Deo sunt. Et sic prophetæ dicebant Is-
raelitis se somniasse hoc, vel illud. Et Deus iubebat
credi somnijs eorũ, nisi illa essent ficta, vt patet Deu.
c. 13. s. si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui
somnium se vidisse dicat, &c. Et postea dicitur.
Propheta autem ille, aut fictor somniorum inter-
ficiet, q. d. qñ nõ essent somnia ficta erat credẽdũ ei:
si aũt nihil somniasset, & finxisset se aliqd somniasse
erat occidendus propheta, vel somniorum fictor.
Item Deus audit hominem per somnia: ergo credẽ
dum est somnijs aliquãdo, patet antecedens Iob. 33.
scilicet, Per somnium in visione nocturna, quando
irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo:
tunc aperit aures virorũ, & erudiẽs eos instruit disci
plina. Pro hoc aũt cõsiderãdũ ẽ, quòd cũ somnia in-
terdum sint à Deo, & interdum ex alijs causis: & ea,
quæ sunt à Deo, sunt certissima: oportet aspicere,
quando somnia à Deo sunt, vel quãdo sunt ex alijs
causis, & si à Deo sint, sicut somnia prophetarum,
vel aliorum hominum, quos Deus interdum mo-
uet, assentiendum est illis: alijs autem superstitiosum
est assentire. Sic erat in præsenti: quia Hebræi per
orationes & ieiunia orabant Deum, vt responderet
eis in sõnijs: si postea Deus responderet, & hoc apud
eos cognitum esset, non erat illicitum credere illis
somnijs. Et quia Saul isto mõ consuluit Dominũ p

Somnijs attende aliquãdo peccatum fuit aliqñ non apud Hebræos.

F somnia, non peccabat, si autem somniasset Saul, nul
lo modo præmisso, ꝙ ipse victurus erat in bello, vel
vincendus, & ex hoc crederet sic futurum esse, pec-
caret: quia ista somnia veniunt à casu, & sunt super-
stitiosa. Si tamen præmissa oratione, & ieiunio, vt
Deus responderet ei per somnium, Deus mitteret
eis somnium de illa re, non esset peccatum credere
illi: quia sciebatur, ꝙ illud somnium à Deo erat. Ra-
tio differentiæ est: quia vnum somnium à casu fit,
alterum autem à Deo, oratione præmissa. Sic enim
est de sortibus, vt ait Augu quia Apostoli elegerunt
Mathiam per sortem in Apostolũ, prius fusis ad Do
minum precibus: ideo non peccauerunt. Qui autẽ
sortes poneret in electionibus, non fusis precibus,
G peccaret. Sed adhuc dicendum, ꝙ q̃q̃ Iudæis illo tẽ-
pore licitum erat assentire his somnijs, & sic consu-
lere Dominũ: nobis tamen vtrunq; esset illicitũ: s. si
quis oraret Dñm, & ieiunaret, vt p somnia ei respon
deret: in hoc. n. ꝙ oraret & ieiunaret, p hac cã pecca
ret: quia q̃q̃ licitũ sit alicui petere responsum a Deo
super aliqua re, tamen illicitum est petere p somniũ
cum somnia sint varia. Secũdò peccaret, si fusa ora
tione, & ieiunio assentiret somnio, quòd sequeretur:
quia adhuc non constaret illud somniũ esse à Deo,
cum possit esse à Dæmone: Hebræis tamen licebat
vtrunque. Ratio differentiæ est, quia Deus multa p-
mittebat Hebræis: eo ꝙ status ille erat imperfectus,
quæ nobis non permittuntur, sicut permittebãt eis
H sors consultoria, ad inquirendum hircum pro pec-
cato, & hircum emissarium, Leui. cap. 16. Apostolis
quoque ante aduentum spiritus Sancti, cũ adhuc
duraret status veteris testamenti, licuit Mathiam p
sortes eligere. Nobis autem nunc non licet vti sor-
tibus in electionibus prælatorum. Etiam quia Deus
volebat illo tempore habere vnum modum respõ-
dendi, cũ esset iste modus cõmunissimus in prophe
tis: ideo licebat alijs prophetis consulere Dominũ
per somnia, præmissa oratione, & ieiunio. Vnde iste
modus creditur introductus fuisse ab aliquo viro
sancto, & magnæ auctoritatis in veteri testamento,
& cæteri sequebantur eum. Ob hoc autem scri-
ptura posuit illum, tanquam vnum de modis consu
I lendi Dominum. Ad rationem primam in contra-
rium dicendum, quòd somnia sunt superstitiosa,
quando non immittuntur à Deo, sicut illis, qui nõ
consulto Domino, aliquid somniant. Cum tamen
oratione præmissa, & ieiunio super re inquisita som
nium aliquod erat, illud erat à Domino, & non erat
superstitiosum. Sic fuit in Saul, qui volebat consule
re Deum hoc modo: sed Deus noluit immittere ei
somnium aliquod, de hac re. Ad secundum cum di-
citur, ꝙ prohibetur obseruatio somniorum, Deute.
capit. 18. dicendum, ꝙ intelligitur de somnijs, quæ à
casu eueniunt, si homo propter illa aliquid agat, vel
ab aliquo cesset, est superstitio, & pertinet ad ma-
leficos. Somnia tamen per quæ Deus consulitur, prę
K missa oratione, & ieiunio, non vetantur ibi. *Nec per
sacerdotes*, idest, etiam Deus noluit respondere Sauli
per sacerdotes. In Hebræo dicitur. *Per vrim*, & signifi
cat vrim doctrinam, sic patet Exod. cap. 28. vbi lite-
ra Hebræa dicit. Pones in rationali vrim, & tumim.
Litera autem nostra posuit per sacerdotes: quia idẽ
erat consuli per doctrinam, & per sacerdotes. Nam
consuli per doctrinam, erat consuli per rationale,
in quo erat doctrina, & veritas: & istud faciebant sa-
cerdotes: nam induebantur ephod, & rationali: &
tunc consulebant Dominum, & respondebat, vt pa
tet supra ca. 23. & infra 30. vbi Dauid iussit applicari
ephod ad consulendum Dominum.

Quare

Quare Deus non reſpondit Sauli per Sacerdotem. Qu. XIIII.

QVAERET aliquis, quomodo Saul cõſuluit Dominum per ſacerdotes: & quare non reſpondit ei. Nicolaus dicit, ꝙ Deus non reſpondit Sauli per ſacerdotes, eoꝙ tunc nullus ſacerdos erat, per quem poſſet conſulere: quia Saul occiderat omnes ſacerdotes Domini in Nobe: & euaſit ſolus Abiathar, qui cõfugit ad Dauid, ſupra c. 22. & per hunc non poterat conſulere, eoꝙ erat cum Dauid, & erat hoſtis eius. Sed iſtud non ſtat. Primò, quia repugnat literæ, cùm Nicolaus dicat, ꝙ non conſuluit Dominum per ſacerdotes, eoꝙ nullus ſacerdos erat. Litera tamen innuit, ꝙ Saul conſuluerit per ſacerdotes, cùm dicat, ꝙ non reſpondit ei per ſacerdotes. B Superfluum tamen eſſet dici, ꝙ non reſpondit ei per ſacerdotes, niſi ipſe inquiſiuiſſet per ſacerdotes, cùm reſponſio non detur, niſi quærenti. Item quia litera dicit. Conſuluitque Dominum, & non rñdit ei, nec per ſomnia, nec per ſacerdotes: ergo videtur, ꝙ ipſe iſtis modis conſuluit Dominum. Item non ſtat dictum Nicolai, cum dicat, ꝙ nulli ſacerdotes erant tunc, per quos Saul conſuleret Dominũ: nam multi erant. Quod ſatis apparet, quia tpe Dauid fuerunt diſtincti ſacerdotes ꝑ familias ſuas viginti quatuor, & iſtud fuit poſtquam occidit Saul ſacerdotes Nobe. Sed manifeſtum eſt, quòd illę familiæ nõ erãt ortæ ab ipſo Abiathar, poſtquam occiſi ſunt ſacerdotes in Nobe. C Item patet, quia quædam illarum familiarum erant de ſtirpe Eleazar, & aliæ de ſtirpe Ithamar, e. ca. Abiathar tñ erat ſolum de ſtirpe Ithamar: ergo manſerunt ſacerdotes de ſtirpe Eleazar, qui non fuerunt occiſi à Saule. Item patet, quia e.c. conſtituit Dauid duos ſummos ſacerdotes .ſ. Abiathar de ſtirpe Ithamar, & Sadoch de ſtirpe Eleazar. Ambo aũt iſti erant ſummi ſacerdotes, & portauerunt arcam tempore Dauid, quandò fugiebat de Ieruſalem, ſeq. li. c. 15. Et ambo iſti nominantur ſacerdotes ſummi, vt colligitur infra 3. li. ca. 1. & 2. Ergo non ſolùm manſit Abiathar, occiſis ſacerdotibus à Saule: ſed etiam valde multi, per quos poſſet Saul cõſulere Dominum: nam Saul non occidit omnes ſacerdotes, ſed ſolum eos, qui erant de ſtirpe Ithamar. D De ſtirpe autem Eleazari nullum occidit, q̃q̃ plures eſſent, q̃ de ſtirpe Ithamar. Ratio fuit, quia ſacerdotes fuerunt occiſi .ſ. ꝑꝑ Achimelech ſummum ſacerdotem, qui dedit panem, & gladium Dauid, ſupra c. 22. & quia putauit Saul ſolum coniuraſſe cũ Achimelech, & Dauid illos, qui erant de domo Achimelech, occidit eos ſolum. Nec etiam intelligendũ eſt, ꝙ occiderit omnes de ſtirpe Ithamar: ſed ſolum illos, qui erant de domo Achimelech de ſtirpe Heli ſummi Sacerdotis. Vnde Saul dixit, ꝙ veniret ad eũ Achimelech, & tota domus patris ſui: & venerunt ſolum octoginta quatuor viri, ſupra ca. 22 Si tamen veniſſent omnes de ſtirpe Ithamar, veniſſent plures, quàm duo millia. Et hoc modo tempore Dauid nõ E multum poſt occiſionem ſacerdotum in Nobe diſtinxit Dauid viginti quatuor familias, & vices ſacerdotum: quarum ſexdecim erant de ſtirpe Eleazari, & octo erant de ſtirpe Ithamar 1. Paralipo. c. 24. Manebant ergo multi ſacerdotes, per quos poterat conſulere Saul. Ra. Dauid Kimhi, & alij Hebræi dicunt, ꝙ conſuluit Saul Dominum per Abiathar ſacerdotem, qui erat cum Dauid. Hoc autem põt dici ꝑꝑ duo .ſ. vel quia nullus alius ſacerdos manebat in terra Iſrael: vel quia nullus de illis habebat ephod, in quo conſulendus erat. Sed neutrum iſtorũ ſtat. De primo patet, quia multi alij ſacerdotes erant, vt declaratum eſt. Secundum etiam patet, quia q̃q̃ ſum-

A mus ſacerdos eſſet vnicus: tamen ephod non erat vnicum, & alia veſtimẽta ſacerdotis ſummi, vt poſſet illa mutare: & in maioribus ſolennitatibus acciperet ſolenniora. Abiathar autem tulit ſecum ſolũ vnum ephod: ideo manerent alia ephod, in quibus alij ſacerdotes poſſent conſulere Dominum. Et dato, ꝙ ſemper vnicum eſſet, ꝙ falſum eſt, alij ſacerdotes, qui manſerunt in terra Iſrael, fugiẽte Abiathar, fabricarent aliud ephod, vt haberent ad ſolennitates, & miniſteria ſummi ſacerdotis facienda, quæ nõ poterant fieri ſine ephod. Nam ſummus ſacerdos portare debebat rationale, & ephod, quandocũque miniſtraret, vt patet Exo. c. 28. pręterquam in die expiationis, quę erat dies triſtitię. Et afflictionis: in qua B ſolum induebatur veſtibus lineis, Leui. c. 16. Non habebat ergo cauſam Saul mittendi ad conſulendum Dominum per Abiathar, qui erat cum Dauid. Item non erat veriſimile, ꝙ Saul mitteret ad conſulendũ per Abiathar. Primò, quia Abiathar erat cũ Dauid in Siceleg in terra Philiſthinorum. Saul autem non poterat ire in terram Philiſthinorum, nec mittere aliquem de ſuis: quia erat terra hoſtilis, & nunc erat tempus belli. Secundò, quia non erat veriſimile, ꝙ Abiathar vellet conſulere Dominum pro eo, quia hoſtis erat illius, cum occidiſſet totam cognationẽ ſuam, & coegiſſet eum fugere de terra Iſrael, ſupra c. 22. Dicẽdum igitur, ꝙ Saul conſuluit Dominum per ſacerdotes, qui erant in terra Iſrael: quia multi C ibi erant, tam de ſtirpe Eleazar, quàm Ithamar, per quorum quoſlibet conſulere poterat.

Quare non reſpondit Dominus per ſacerdotes. Quæſtio XV.

QVAERETVR vlterius, quare non reſpondit ei Deus per ſacerdotes. Dicendum, ꝙ fuit duplex cauſa, vna generalis, & alia ſpecialis. Prima fuit, quia Deus nolebat reſpondere Sauli aliquo de illis modis, quibus Deus conſueuerat conſuli: & hoc ꝑꝑ peccata Saulis, qui non merebatur diuinam reſponſionem. Etiam vt induceretur ad conſulendum per Samuelem iam mortuũ, vt ipſe mortuus denunciaret ei priuationem regni, ſicut prius D denunciauerat aſſumptionem in regem. Vel fortè fiebat, quia ſacerdotes, & prophetæ videntes interitum Salutis appropinquare, nollent ei denunciare propter timorẽ: Samuel autem, qui mortuus erat non timeret. Secunda cauſa erat ſpecialis .ſ. quia rationabilius erat, quòd non reſponderet Deus Sauli per ſacerdotes, quàm per alios modos: quia ipſe occiderat ſacerdotes conſulentes Dominum, ideo indignum erat, ꝙ aliquis ſacerdos nunc pro eo conſuleret, & ſi conſuleret propter timorem, rationabile erat, vt Deus non reſponderet. Hoc etiam fieret ad confuſionem Saulis .ſ. vt ipſe erubeſceret de peccato ſuo, videns, quòd Deus nolebat ei reſpondere, quia occiderat illos, qui ſolebant eum conſulere.

E *Quomodo reſpondebat Deus per Sacerdotes, quando volebat reſpondere. Quæſtio XVI.*

QVAERETVR vltetius, qũo rñdebat Deus ꝑ ſacerdotes, qñ volebat rñdere: nã de mõ, quo ſacerdotes inquirebãt, iã declaratum eſt ſupra c. 23. Dicẽdũ, ꝙ de hoc diuerſa eſt opinio. Aliqui .n. putabãt, ꝙ cõſultatio ſolũ fiebat ꝑ hoc, ꝙ ſacerdos induerẽt rõnali, & ephod: & iſti aſſerebant, ꝙ rñſio Dei apparebat ꝑ fulgorem lapidũ rõnalis, & ephod .ſ. ꝙ ſi multũ fulgerẽt, ſignificabat̃ bonũ ipſius quęrẽtis: ſi aũt nõ fulgerẽt, ſignificabat̃ malũ. De quo Ioſephus antiquitatũ. ſed hoc ſatis improbatũ eſt ſupra ca. 23. Alij autem dixerunt, quòd conſultatio ſacerdotum fie-

fiebat, describendo quæstionem in quadam cędula: F
& illa ponebatur in plicatura rationalis inter laminas:& post paululum educebat eam summus sacerdos,& reperiebat scriptam solutionem. Ista fuit opinio Ra. Abraham Abbenezra. Sed non stat, quia consultatio non fiebat in scripto, sed in verbo,& cõsequenter responsio non fiebat in scripto. De hoc declaratum est, supra cap.23. Dicendum est igitur, quòd ista Dei responsio, quæ fiebat ad consulentes, poterat dupliciter fieri. Vno modo per solam intellectus immutationem, scilicet, quòd cum summus sacerdos consuleret Dominum, Deus immutabat intellectum eius, reuelando sibi supernaturaliter veritatem illius rei. Et isto modo summi sacerdotes essent velut prophetę: quia in prophetis fiebat immu- G
tatio intellectus. Hoc autem satis consonat ei, quod habetur infra 2. lib. cap.15. cum dixit Dauid ad sacerdotem Sadoch. O videns reuertere in ciuitatem in pace. Et sic vocauit eum prophetam: quia videns, & propheta idem sunt, vt patet supra cap.9. Sadoch tamen non legitur, quòd fuerit propheta. Ergo videtur, quòd vocatus fuerit propheta solum propter hoc, quòd erat summus sacerdos:& Deus reuelabat ei veritates absconditas sicut prophetis. Aliter dici potest, quòd Deus respõdebat summis sacerdotibus consulentibus in voce, scilicet, quòd cum ipsi consuluissent, Deus mittebat aliquem Angelum, qui responderet de quæstione. Hoc modo respondebat Deus Moysi, quãdo introibat in sancta sanctorum, H
vt patet Nume cap.7. Cumque ingrederetur Moyses tabernaculum, vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio. Sic etiã respondebat Deus Moysi, & multis alijs ad ostium tabernaculi. Nam descendebat Angelus in columna nubis,& loquebatur. Et ita locutus est Aaron,& Mariæ, Nume. cap.12. *Nec per Prophetas*, idest, etiam noluit Deus respondere Sauli per prophetas: quia q̄q̄ ꝓphetæ inquirerẽt à Deo, rñsum nõ inueniebāt.

Per quos prophetas Saul consuluit Dominum.
Quæstio XVII.

QVAERET aliquis, per quos prophetas Saul consuluit hic Dominum,& quare non respõ- I
dit ei. Dicendum est, quòd multi prophetæ erant hoc tempore, à quibus posset Saul hoc inquirere. Sed obijcietur, quia in tempore Samuelis non erat alius propheta, nisi ipse, quia supra capit. 3. dicitur, quòd puer Samuel ministrabat Domino coram Heli,& sermo Domini erat præciosus: in diebus illis, non erat visio manifesta, idest, non manifestabatur aliqua visio. Si tamen aliquis propheta fuisset, essent visiones manifestę. Respondendum, quòd à principio, quando Deus apparuit primo Samueli, non reperiebantur prophetæ in Israel. Viuente tamen ipso,& veniente ad senectutem, multi alij prophetæ fuerunt. Nam Hebræi dicunt, quòd erant isti K
prophetæ discipuli Samuelis. Idem vult glo. ordinaria super locum istum,& Andreas,& Nicolaus. Constat autem, ꝙ Samuel habebat multos prophetas in discipulos, vt patet supra cap. 19. s. quòd cum vidissent cuneum prophetarum vaticinantiũ,& Samuelem stantem super eos, factus est etiam in illis spiritus Domini. Sed aliquis obijcet de istis, quòd non poterat per eos consuli Dominus: quia non erant prophetæ ad enunciandum futura, sed solum ad faciendum cantica laudis diuinæ, vt eod. cap. declaratum est. Respondendum est, ꝙ quanquam ex eo, ꝙ habet̃ supra cap.19. non appareat aliquem eorum esse prophetam ad annunciandum futura, sed solum ad canendum laudes Dei: poterat tamen aliquis illorum esse propheta circa futura. Si tamen adhuc velis cõtendere, quòd nullus illorum esset propheta ad annunciandum futura. Dicendum est, quod alij erant prophetæ, qui futura præuidebãt: sicut fuit Gad, qui prædixit Dauid ne maneret ĩ præsidio terræ Moab, supra cap.22. fuit etiam Nathan propheta,& alij similes, per quos poterat Saul consulere Dominum. Cum aũt dicitur, quare non respondit Deus Sauli ꝑ prophetas, dicendum: ꝙ propter peccata sua: quia ipse demerebatur sibi aliquo modo responderi propter occisionem sacerdotum,& multa alia peccata.

Quare voluit Deus reuelare Sauli per Samuelem.
Quæstio XVIII.

QVAERETVR vlterius, cur Deus noluit hic respondere per prophetas, cum postea rñderit per Samuelem, qui propheta erat. Potest responderi vno modo, ꝙ Deus nõ rñdit hic ꝑ Samuelem, nec per aliquem prophetam. Et qñ dr̃ infra in litera, ꝙ suscitatus fuit Samuel,& respõdit. Plurimi intelligunt, ꝙ non fuit ille Samuel, sed Dæmon, qui loco eius apparuit. Sic videtur tenere Aug. in Epistola ad Felicianum, de quo infra magis dicetur. Et hoc mõ non procedit quæstio. Aliter dici põt, ꝙ Deus non respondit ꝑ prophetam, q̄q̄ responderit per Samuelem, quia Samuel iam non erat propheta, cum defunctus esset: animæ aũt defunctorum, q̄q̄ cognoscant aliquas veritates supernaturaliter reuelatas: tñ non vocant̃ prophetæ, quia sunt in tali statu, in quo eis veritates istæ reuelantur ex conditione status: dũ aũt viuunt, non intelligunt aliquid supernaturaliter ex natura status, sed ex gratia. Aliter adhuc dici põt, ꝙ q̄q̄ Deus reuelauerit Sauli veritatem per Samuelem, tñ noluit reuelare per prophetas aliquos. Et hoc ad confusionem Saulis, vt sicut Samuel reuelauerat ei exaltationem suam, ita reuelaret ei mortem suam,& priuationem regni in posteritate sua, vt patet infra in litera. s. Faciet. n. tibi Dominus sicut locutus est in manu mea,& scindet regnũ de manu tua,& dabit illud proximo tuo Dauid: qa nõ obedisti voci Domini, nec fecisti irã furoris eius in Amalech. Si autem per alium prophetam respondisset Deus Sauli, non tantum erubuisset: ideo noluit respondere per alios,& respondit per Samuelem.

Qualiter Deus loquebatur prophetis inquirentibus.
Quæstio XVIIII.

QVAERETVR vlterius, qualiter Deus solitus erat rñdere prophetis, qñ cõsulebāt cũ. Dicẽdũ est, ꝙ aliter Deus loquebat̃ ꝓphetis, ipsis non inquirentibus, aliter qñ consulebāt. Nã primo mõ Deus loquebatur ꝓphetis subito,& ex inopinato. s. qñ ipsi non putabāt, ꝙ Deus eis non loqueret̃:& hoc siue ꝑ noctẽ, siue ꝑ diẽ:& tũc non dicebat Deus illis aliqd determinatũ, ꝙ ipsi vellent, sed qđcũq; Deus voluisset, eo ꝙ illi annũciarēt:& iõ istud fiebat p̄ter voluntatẽ eorũ,& quātũ ad hoc erāt ipsi ꝓphetæ, sed nõ cõsulentes. Secundo mõ, ꝓphetæ nõ se habebāt ꝓpriè, vt ꝓphetæ, sed magis, vt dubitantes,& consulẽtes. Et qñ Deus rñderet eis, eẽnt ꝓphetæ: sed in hoc differebat: qa nõ oẽs ꝓphetę cõsulebāt Dñm eodẽ mõ: nã Moyses, q fuit primus,& eximi⁹ inter ꝓphetas, hẽbat modũ cõsulẽdi speciale: qñcũq; .n. vellet rñsum à Deo super aliqua re, introibat in sancta sanctorum,& ibi audiebat vocem respondentem sibi de propitiatorio, Num. c. 7.& ideo non habebat aliquam difficultatẽ in rñsis: qa mox, vt vellet sibi rñderi, rñdebatur.

Alij

Alij autem prophetæ cousulebant aliter Dominũ, A scilicet, quòd proponebant quęstionem, & orabant ad Dominum, vt responderet eis, & non erat tẽpus limitatum ad respondendum: sed aliqñ rñdebat eis immediatè, & aliqñ post aliquos dies. Sic patet de Ieremia, qui orauit ad Dominum, vt responderet ei, an Israelitę deberent descendere in AEgyptum, & non respondit ei vsq; post 10. dies, vt patet Iere. 42. c. Sic ẽt fuit de Daniele, q ꝑ multos dies orabat Dñm, ieiunans in magnis laboribus, vt Deus responderet ei in dubijs, vt patet Daniel: c. 8. & 9. Quadam ẽt vice ieiunauit per tres hebdomadas, vt Deus reuelaret ei visionem, & postea reuelata est, Daniel: c. 10. Sic aũt fuit nunc de istis prophetis: nam orauerunt Dñm super responso habendo, & nihil respondit: ideo cum B Deus plus solito tardaret rñdere eis, putauerunt, ꝙ Deus nollet respondere: præcipuè quia nec per sacerdotes, nec per somnia rñderat. *Dixitque Saul seruis suis.* Hic ponitur secundum .s. pythonissæ consultatio: nam cum Deus nullo modo vellet respondere Sauli, nesciens quid ageret, consuluit pythonissam. *Quęrite mihi mulierem habentem pythonem*, idest, mulierẽ habentem spiritum familiarem, per quem respondere posset. In Hebræo habetur. *Baalad of*, idest, domi nam pythonis, quia Baalad dominam signat: of aũt significat pythonem, cuius plurale est ouoth, & significat pythones, siue magos, supra 7. vbi habet litera nostra: magos: habetur in Hebræo, ouoth, & vocatur mulier domina pythonis, idest, habens spũm C pythonem in potestate sua: hoc aũt significauit litera nostra dicens: Mulierem habentem pythonem, scilicet in potestate sua.

An Saul peccauerit eundo ad consulendum pythonissam.
Quæstio XX.

QVAERET aliquis, an Saul peccauerit eundo ad consulendum pythonissam. Aliquis respondebit, ꝙ non: quia si Saul prius consuluisset pythonissam, q Dñm, peccaret, quia ex hoc innueret, ꝙ non erat Deus in Israel, qui posset ei respondere. Sic enim redarguit Elias nuncios regi Ochoziæ, dicẽs: Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad cõsulen- D dum Beelzebub Deum Accaron? infra 4. li. c. 1. Saul tñ primò consuluit Dominum per somnia, sacerdotes, & prophetas, & cum iam non superesset aliquis modus consulendi: nec tamen Deus vellet respondere, consuluit pythonissam: ergo non peccauit. Itẽ si Saul peccauisset, non fauisset ei Deus tantum, respondendo ad qõnem suam, nam miraculosè fecit, quòd Samuel responderet ei: ꝙ non poterat fieri arte magica: fecit tamen hoc pro illo: ergo non peccauit consulendo pythonissam. Respondendum est, ꝙ Saul peccauit grauiter consulendo pythonissam, ꝙ patet: qa Deus vetuerat hoc in Israel. s. ꝙ nemo consuleret pythones, vt patet Deut. c. 18. ẽt, ꝙ nemo haberet spũm pythonicum: nam Deus super hoc ma- E gnam pœnam imponebat, vt patet Leui. ca. 19. s. Ne declines ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, & Leui. c. 20. dicitur: Anima, quæ declinauerit ad magos, & ad ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illã de medio populi sui. Saul ergo declinando ad mulierem habentem pythonem peccabat nimis. Item patet, quia 1. Paralip. ca. 10. vbi ponitur causa mortis Saulis .s. Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas, eoꝙ præuaricatus sit mandatum Domini, ꝙ præceperat, & non custodierit illud: sed iusuper etiã pythonissam consuluerit, nec sperauerit in Domino, propter quod interfecit eum: si tamen non fuisset hoc graue peccatum, non posuisset illud scriptura inter ea, propter quæ mortuus est Saul. Ad primã rationem in contrarium dicendum, ꝙ verum est, ꝙ magis peccasset Saul, si primò consuluisset pythonissam, quàm Dominum, quasi nõ esset Deus in Israel: tamen non propter hoc tollitur, quin peccauerit cõsulendo pythonissam, postquam consuluit Dominum: quia etiam si non responderet ei Deus, nõ debebat consulere pythonissam: quia consulere eam non erat simpliciter necessarium: immo dato, quòd Saul sciret se euasurum à morte, si cõsuleret pythonissam, & illa non consulta, moriturus erat, non debebat adhuc illam consulere: cum talis consultatio esset simpliciter mala: & potius debet aliquis omnia mala pati, quàm peccare mortaliter. Ad secundum dicendum, quòd non stat ratio: & hoc dupliciter. Vno modo, quia non apparet, an Deus fecerit aliqd miraculosè pro Saule, quia non patet, an ille, qui respõdit, fuerit Samuel, vel fuerit Dæmon: multi nãque putant eum fuisse Dæmonem, vt infra dicetur. Et tunc falsum præsupponitur .s. ꝙ Deus egerit aliquid pro Saule. Si autem velimus secundo modo dicere, respondebitur, ꝙ Deus fecit, ꝙ Samuel respõderet hic: sed hoc non fuit in fauorem Saulis, sed potius in confusionem suam: quia Samuel ei exprobrauit: etiam, vt magis torqueretur Saul de morte sua, cum non solùm moriturus esset, sed etiam cruciaretur de morte cognita.

Ad primã rationem in oppo.

Ad secundam.

Saul quanuis occidisset omnes pythones, & ariolos, quos cognouit, adhuc tamen erant multi occulti, de quibus iussit vnum inueniri. Quæst. XXI.

QVAERETVR vlterius, quare Saul dixit hic seruis suis, ꝙ inquirerent ei mulierem habentẽ pythonem: nam ipse occiderat omnes habentes pythones, vt patet supra in litera. Quomodo ergo nũc putabat, ꝙ aliqui pythonici essent, quos posset consulere? Respondendum, ꝙ Saul fauore religionis fecit diligenter inquiri in terra Israel omnes habentes pythones, & ariolos, occiditque illos. Aliqui tamen occultati fuerunt, & euaserunt gladium Saulis: isti autem iam non audebant se vocare pythonicos, vel ariolos, nec publicè exercebãt istud officiũ: sed cauebant nimis, ne cognoscerẽtur à Saule, quia occiderẽtur: sic patet infra in litera ex verbis pythonissę, quæ dixit ad Saulem: Ecce tu nosti quanta fecerit Saul, & quomodo eraserit magos, & ariolos de terra: quare ergo insidiaris animæ meæ, vt occidar? Putabat ergo Saul, quòd quanquam ipse diligenter inquisiuisset magos, & ariolos, & occidisset eos: tamen adhuc aliqui relinquerentur occulti, de quibus cognoscerent serui sui, & posset aliquem illorũ consultare: ideo quęsiuit à seruis suis, vbi esset aliqua mulier habens pythonem; & cum dixit. Quærite mihi mulierem habentem pythonem, nõ magis curauit, an esset fœmina, vel vir: quia per quencunque consulere posset: dixit tamen de fœmina, quia fœminæ magis vacant istis superstitionibus, quàm viri.

Mulier, ad quam accessit Saul, quomodo habebat pythonem. Quæstio XXII.

QVAERETVR vlterius, qualiter ista mulier habebat pythonem. Aliquis respondebit, ꝙ habebat in ventre. Sic enim dicitur supra in litera, quòd Saul occidit omnes habentes pythones in ventre. Et Apost. Act. 16. cap. sanauit quandam puellam, quę habebat pytonem in ventre. Sic etiam qñcũq; aliquis ꝑpriè habet pythonẽ, oportet, ꝙ illũ ha-

Habere spiritũ in potestate q. sibi rñdeat multipliciter esse pōt.

habeat in vētre: quia pythones appellati sunt à mo-
do respondendi quē habebat Apollo in insula Del-
phos, qui pythius appellatus est: & tamen ibi puel-
la, quæ respondebat habebat in ventre pythonem:
quia arripiebatur à Dęmone, & sic loquebatur. Re-
spondendũ est, ꝙ habere pythonem, est habere Dę-
monem aliquem in potestate, qui respondeat ad ea,
quę inquisierimus. hoc autem multipliciter accidit.
Nam aliqui habent Dęmonē, quem possunt vocare
& ille respondebit ad ea, quæ quæsierimus, non ver-
bo, sed quibusdam motibus corporalibus, sicut su
pra dictum est, de inquirente furtum in vngue ter-
so, vel in ense polito. Alio modo, quidā habent Dę-
monem, quem vocare possunt, qui in aqua ostendet
effigies rerum, & similitudinē suam, & ibi dabit re-
sponsa, quod pertinet ad hydromantiā: sic ait Aug.
18. de ciuitate Dei, & habetur in decretis 26. q. 5. cap.
Nec mirum, cùm dicitur: Hydromantici ab aqua di
cti sunt. Est. n. hydromantia in aquarum inspectio-
ne Dęmones euocare, & imagines ludificationis eo
rum videre, ibique ab eis aliqua audire. Alio modo
fit, vt aliquis habeat Dęmonem, qui sibi respondeat
vocatus in circulo, vel factis quibusdā characterib⁹.
Alij enim habent Dęmones pythones, qui respon-
dent eis, & faciunt apparere similitudines mortuo-
rum resurgentiũ: & ꝙ illi respondeant ad ea, de q-
bus inquisiti fuerint: isti .n. vocantur necromanti-
ci: quia circa mortuos diuinant. Et dicit Aug ꝙ isti
vtuntur sanguine, & aqua inuocando Dęmones:
eo ꝙ Dęmones diligunt sanguinē, & veniũt illo ad-
hibito. De hoc habet 18. de Ciuitate Dei. & in decre
tis 26. q. 5. nec mirum, cùm dicitur: Dęmonibus au-
tem accitis audent ventilare, vt quoscunque suos
perimant malis actibus inimicos. Hi etiam vtuntur
sanguine, & victimis sępe contingunt corpora mor
tuorum. Negromantici sunt, quorum precationib⁹
videntur resuscitari mortui, diuinare, & ad interro-
gata respondere: ad quos suscitandos cadaueris san
guis addicitur. nam amare sanguinem Dęmones di
cuntur: ideo quotiescunque necromantia fit, cruor
aquæ miscetur, & colore sanguis facilius prouocan
tur. Sed iste modus necromanticorum, quem ponit
Aug. diuisus est: quia aliquando solũ suscitantur ef-
figies mortuorum: & tunc non oportet sanguinē
adhiberi. Interdũ vero cadauera recenter mortuo-
rum coguntur ad loquendũ, dęmonibus subintran
tibus: & tunc oportet adhiberi sanguinē, aquæ mix
tum tā ad vocandũ, quàm ad perfundendum orga-
na locutiua cadaueris. Alijs quoque modis, quis po
test habere pythonē, vt supra expositũ fuit. Et etiā
preter illos alij sunt, de quibus isti suffecerint, quia
pythonissa, de qua hic agitur, vtebatur aliquo isto-
Rñ. ad q̃si. rum. Sed dicendum est, ꝙ non habebat primo mo
do pythonem, scilicet in ventre: quod patet ex ver-
bis Saulis dicentis. Diuina mihi in pythone, & susci
ta quem dixero tibi. si tamen habuisset pythonem
in ventre, non potuisset suscitare aliquem: sed solũ
respondere ad quæsita. Item patet, quia mulier ista
dixit: Quem suscitabo tibi? Etiam quia ipsa dicitur
vidisse Samuelem, & tunc clamauit: & postea dici-
tur: Vidi Deos ascendentes de terra. si autem ista ha
buisset pythonem in ventre, nihil vidisset: sed quā-
do à Dęmone arriperetur, diuinaret, sicut faciebat
illa puella, de qua habetur Act. cap. 16 Dicendũ igi-
tur, quòd ista mulier dicebatur habere pythonem,
quia habebat Dæmonem familiarem, qui responde
bat ei ad quæsita: vel habebat artem pythonicam,
per quam faciebat ascendere effigies mortuorum
de terra, & ille respondebant ad quæsita. Quod pa-
tet: quia Saul accedens ad pythonissam dixit: susci-
F ta mihi, quem dixero tibi, & ipsa respondit. Quem
suscitabo tibi? in quo apparet, ꝙ tota ars sua consi-
stebat in suscitando effigies mortuorum. Itē patet
quia si ipsa fecit ascendere Samuelem de terra, vel
effigiem Samuelis, vt patet infra in litera, & postea
cùm interrogaretur quid videret, dixit: Vidi Deos
ascendentes de terra: & dedit similitudinem totam
ipsius ascendentis, & quòd erat vir senex &c. non er
go habebat pythonem in ventre, sed solum poterat
inuocare Dæmonem, vel suscitare effigies mortuo-
rum. *Vadam ad eam.* s. non faciam illa venire ad me,
quia tunc cognosceret me esse regem, & nollet re-
spondere præ timore. vadam ergo ad eam, vt me
non cognoscat. *Et sciscitabor per illam.* i. inquirā de euen
G tu belli per illam. i. per artem eius. s. quia ipsa suscita
bit aliquem, à quo quæram. *Et dixerunt serui eius ad eũ.*
Isti fuerunt aliqui pauci de seruis Saulis, & secreta-
rij eius: & fortè illi duo solum, qui postea iuerunt
cum eo: nam noluit hoc toti exercitui prodere, ne
timerent. *Est mulier habens pythonem in Endor,* idest sci-
mus quandam mulierem esse in vrbe Endor, quæ
habet pythonem. In Hebręo dicitur *baalad of.* i. do-
minam pythonis, quod idem est, vt supra declaratũ
fuit. Hebræi autem putant, quòd Endor sint duæ di
ctiones: & tunc dor est nomen cuiusdam ciuitatis,
de qua habetur Iosue. cap. 11. & 17. & Iudi. cap. 1. &
dicunt, quòd en, est nomen commune, & significat
fontē: & sic vocabitur locus ille Endor. i. fons dor.
H Potest tamen aliquid aliud signare: quia en, in He-
bræo significat tria. s. fontem, colorem, oculũ: & sic
posset vocari iste locus Endor, i. fons dor, vel ocu-
lus, vel color dor. Sed dicendum est, ꝙ hic Endor
est vnum nomen significans vrbem, & nō sunt duę
dictiones. Est autem ista vrbs Endor in tribu Manas
se, vt patet Iosue cap. 17. cum dicitur: Habitatores
dor, cum oppidis suis, habitatores quoque Endor
cum villulis suis. Et in ista vrbe Manasse fuit ista
mulier pythonissa. Dicunt Hebræi quidam, vt Ra.
Dauid Kimhi, ꝙ fuit ista pythonissa vxor Sophonię
& mater Abner principis militiæ Saulis. Sed hoc
nullo modo stat: quia illa cognosceret Saulem cum
Abner esset cognatus Saulis. s. patruelis suus, vt pa-
I tet supra cap. 14. & non posset Saul se occultare illi:
occultauit tamen se, & fuit incognitus, vsquequo
mulier suscitauit Samuelem: & tunc exclamauit di
cens: Quare imposuisti mihi? tu es enim Saul. Item
non stat: quia dicitur, ꝙ ista mulier habitabat in En-
dor: est autem Endor in sorte Manasse Iosue. c. 17.
si tamen fuisset mater Abner habitasset in sorte Be-
niamin, quia Abner erat de tribu Beniamin, cum es
set patruele Saulis, qui Saul erat de tribu Beniamin,
vt patet supra c. 9. & 10. Dicēdum igitur, ꝙ ista erat
aliqua mulier simplex, parui status, quales sunt, quæ
vacare solent istis superstitionibus, & erat de tribu
Manasse: ideo habitabat in Endor, quæ erat ciuitas
sortis Manasse. *Mutauit ergo habitum,* scilicet appara-
tum regium ad eundũ ad pythonissam. *Vestitusque*
alijs vestimentis, abijt. s. accepit alia vestimēta, quæ erāt
K minora regio cultu, & illis vestitus, abijt. Ratio hu
ius fuit duplex. Prima, vt non cognosceretur à py-
thonissa: quia si agnosceretur nollet diuinare, timēs
mori: sicut posteà patet, ex verbis pythonissæ. Secun
dò fecit hoc propter viros suos, qui manebat in ca-
stris, vt non cognoscerent eum exire de castris, quia
timerent propter regis absentiam, & fortè ipsi di-
spergerentur: cùm autem mutasset habitum nō co
gnitus est. *Et duo viri cum eo.* i. iuerunt cum eo solùm
duo viri. Dicunt Hebræi, quòd isti erant Abner, &
Amasa. Sic refert Ra. da. Kimi. Sed hoc non stat:
Primò quia ipsi includunt contradictionem, vel
quoddam

Endor vrbs in Manasse.

quoddam absurdum in dictis suis: nam supra dixerũt, ꝙ ista mulier Pythonissa erat mater Abner: nũc autem dicunt, quòd Abner ibat cum Saule. Sed non verisimile est, quia Saul volebat nimis latere: si tamē iuisset cum eo Abner cognosceretur: nã mater non poterat ignorare filium, cum videret eum. Agnito tamen Abner necesse erat cognosci Sauli: quia Abner cum nullo iret associando eum, nisi cum Saule, cum ipse esset princeps exercitus totius Israel, & sic necesse erat cognosci Saul, sed non factum est. Item non stat, quia cùm Saul recederet de castris, ne cognosceretur absentia sua, verisimile est, quòd relinqueret Abner, qui erat princeps totius exercitus: & sic non esset facta aliqua mutatio: si autem Abner iret cum Saulē, & constitueretur alius princeps exer- B
citus pro illis diebus, quibus aberat Saul, cognosceretur absentia Saulis, & Abner: ideo non stat, quòd Abner iuerit. Item non stat, quòd dicunt de Amasa: quia Amasa erat cognatus Dauid .s. filius sororis eius Abigail, vt patet 1. Paralipom. cap. 2. non est ergo verisimile, ꝙ ipse nunc esset cum Saule, quando ille persequebatur Dauid: præsertim quia supra ca. 22. dicitur: quòd quando Dauid venit ad spelũcam Odollam, conuenerunt ad eum fratres sui, & tota domus patris sui. Ergo Amasa, qui erat filius sororis Dauid, veniret ad Dauid in speluncam. Sed Hebręi dicunt sepissimè ficticia, quæ nullum motiuum rationis habent; sic enim dixerunt, quòd emissarij regis quibus iussit, quòd irruerēt in Sacerdotes Domi- C
ni, supra cap. 22. erant Abner, & Amasa: sed ibi improbatum est. Sed dicendum, quòd erant isti, aliqui duo viri de secretarijs regis, quorum absentia non multum cognosceretur in castris. Duxit autem solum duos viros secum Saul, propter duo. Primò pp Pythonissam: quia si ipse habuisset multos secũ, illa putauisset eum esse regem, & noluisset respondere, negans se Pythonissam. Secũdo fecit propter eos, qui erant in castris, quia si Saul exiuisset comitatus multis viris, cognosceretur, quòd ipse recedebat de castris: nunc autem cum soli duo irent cum illo, nõ cognosceretur, quis exiret de castris. *Veneruntque ad mulierem noctem*, idest, Saul, & viri sui venerunt ad mulierem in Endor per noctem. Hoc autem fecit Saul, vt D
minùs cognosceretur. Ra. Sa. dicit, quòd per diem venerũt ad Pythonissam: tamen vocatur nox; quia videbatur Sauli nox propter amaritudinem cordis. Sed hoc nõ stat, quia si Saul loqueretur à seipso, vel scriptura referret verba Saulis, poterat accipi dies, pro nocte, vel è contrario, secundum modũ loquendi Saulis: scriptura tamen loquitur à seipsa: iõ oportet, quòd verum esset, quòd nox erat, qnando Saul venit ad Pythonissam. *Et ait. diuina mihi in Pythone*, idest, diuina in Dæmone, quem habes .s. consulendo eum, vel dicitur: Diuina mihi in Pythone, idest, in arte Pythonica .s. quòd per istam artē scias id, quod ego quæro, & suscita quem ego vocabo.

An Saul petierit superflua, petendo, quòd diuinaret, & suscitaret mortuum. Questio XXIII. E

QVAERET aliquis, quare dixit hic Saul: Diuina mihi in Pythone, & suscita quem dixero tibi: quia ista vidētur superflua, cum sint simul, quia si pythonissa diuinaret in pythone de eis, quæ quærebat Saul, non oportebat, quòd suscitaret aliquem: quia qui suscitabatur ad respondēdum suscitabatur. Vel si mulier suscitaret aliquem ipsi Sauli nõ oportebat, quòd diuinaret ei in pythone, quia ille, qui suscitaretur responderet ad ea, quæ volebat Saul: & sic factum est, quia nõ quæsiuit Saul aliquid à muliere pythonissa de euentu belli, vel de aliquo alio: sed dixit, quòd suscitaret Samuelem: & tunc ille respondit, vt patet infra. Itē patet, quia pythonissa non cognouit Saulem, quousq; suscitatus est Samuel, vt habetur infra, si tamē Saul petiuisset à muliere, vt aliquid ei diuinaret, proponens quæstionē, ipsa cognouisset ex verbis, eum esse Saulem: nihil tamē cognouit, ergo nihil interrogauerat Saul ipsam pythonissam: sed surgente Samuele volebat habere responsum. Dicendum est, quòd quando aliquis habebat pythonem, ille respondebat interdum ad ea, quæ quærebantur, non suscitato aliquo à mortuis: & tunc diuinabatur in pythone, sed non suscitabatur aliquis. Aliquando autem illi, qui habebant pythones suscitabant aliquos à mortuis, quos voluissent ipsi consultores, & illi non erant nisi python ipsius habentis spiritum pythonicum: quia ille python. Tunc sumebat imaginem cuiusque voluisset: & videbatur surgere de terra, sicut si resurgeret à mortuis: & sic dixit infra pythonissa: Vidi Deos ascēdentes de terra: & tunc python faciebat omnia .s. qa in ipso diuinabantur, & ipse erat, qui resurgere videbatur. Saul tamen non dixit in isto sensu: qa ipse non putabat, ꝙ Dæmon erat ille, qui resurgebat, sed ꝙ erat Samuel: ideo cum Phytonissa dixit ei, ꝙ erat vir senex amictus pallio: intelligens, ꝙ esset Samuel, adorauit pronus in terra, vt patet infra in litera. Dicendum igitur, ꝙ diuinare non accipitur hic ꝓpriè. In quo sciendum, ꝙ diuinare propriè sumptum, significat enunciare aliqua, quę futura sunt: & quia illa non possunt sciri, nisi per Deum, qui ea annũciat, dicitur diuinare .i. agere sicut Deus. Sic patet Isai. ca. 41. s. Nouissima eorum, & quæ ventura sunt, indicate nobis, annunciate, quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, & quia Dij estis vos. Alio modo accipit diuinare largè .i. agere aliquid, quod pertinet ad potentiam Dei, & non est in enunciatione aliquid absconditum, in respondēdo, sed in faciendo: sic enim si aliquis demonstret opera diuinæ potentiæ, diuinare dicetur. Sic autem accepit Saul .s. diuina mihi in Pythone, i. facias mihi aliquod opus mirabile, sicut opus Dei, in Pythone tuo: & hoc est, vt suscites mihi aliquem à mortuis: quod non potest facere quisquã, nisi Deus. Et tunc nihil est superfluum: quia diuinare in Pythone, non est aliquid quærere ab illo, & cognoscere, sed solum per artem, & potestatem illius, aliquem à mortuis suscitare. Si autem aliter accipiatur, necesse est esse literam superfluam. *Et suscita mihi, quem dixero tibi*. i. facias resurgere à mortuis illum, de quo dixero, quia ab eo volo inquirere veritatem.

Habēs pythonē aliquando iste rñdebat, aliquã suscitabat aliquē, & ille respōdebat.

Diuinare quid significet.

An per artem Pythonicam, possit aliquis à mortuis suscitari. Quæstio XXIIII.

QVAERET aliquis, an per artem Pythonicam possit aliquis à mortuis suscitari. Videtur primo, ꝙ sic, quia pythonissa suscitauit hic Samuelem, & solum fecit cęremonias artis magicę. Item Deut. cap. 18. Habetur: Non sit inter vos, qui diuinos consulat, & quærat veritatem à mortuis. Videtur ergo, quòd aliqui poterant inquirere veritatem à mortuis, & inquirebant: alioquin scriptura non posuisset de hoc prohibitionem: quia lex nunquam debet dari de impossibilibus, sed de his, quæ sæpe accidũt, & accidere possũt. In contrarium videtur, quòd nõ possit aliquis suscitari arte magica: quia hoc est potentiæ infinitæ, quæ soli Deo competit. Respondendum est, quod suscitare aliquem à mortuis stat dupliciter. Vno modo, ꝙ anima exuta corpore reuniatur corpori, in quo prius erat, & sit homo, qui

Arguitur, quod sic primo. Secundo

prius

prius erat: hoc autem vocatur resurgere, & sic erit in extremo iudicio, vbi omnes resurgent in corporibus suis, & reddituri sunt rationem de factis suis, vt patet in symbolo Athanasij. Alio modo accipitur suscitare aliquem à mortis, idest, facere, quòd aliqua de animabus, exuta corpore, surgat de receptaculo suo, veniens ad respondendum nobis de quæsitis: & tunc dicitur suscitari aliquis à mortuis: quia venit anima alicuius de mortuis. Isto modo dicitur aliquis suscitari, sed non resurgere: eo quòd anima non reunitur priori corpori, vel alteri ad viuēdum, sed solùm venit ad respondendum de quæsito. De primo dicendum est, quòd impossibile est per artem magicam aliquem suscitari à mortuis: quia sic est resurrectio, quam nullus facere potest, nisi Deus: ideo dato, quòd Deus permittat Dæmonibus agere quicquid potuerint, non poterūt aliquem sic suscitare: & non solùm Dæmones, sed etiam potentia oīum bonorum Angelorum simul non sufficit ad suscitādum sic aliquem. Secundo modo accipiendo suscitare, dicendum est, quòd Dæmones non possunt suscitare aliquem à mortuis, nisi ex diuina permissione: & hoc modo non est infinitæ potentiæ aliquem resurgere à mortuis: nam tunc anima non reunitur corpori sed solum mouetur veniēs de loco, in quo erat, ad locum, in quo respondere debet. Sed sciendum, quòd ista anima, aut erit de illis, quæ sunt in vita æterna, aut in purgatorio, aut in inferno. Primo modo, non potest aliqua anima suscitari à mortuis, quia Dæmones potestatem non habent super animas, quæ sunt in vita æterna: nec Deus unquam permittet illis, quòd trahant inde animas ad aliquid agendum: quia ex hoc paterentur illæ animę distractæ à sua fœlicitate, & traditæ Dæmonum potestati. Hoc autem est impossibile: quia illi, qui semel adepti sunt vitam æternam, nunquam vlterius poterūt torqueri, saltem leuiter: sic patet Apoc. cap. 7. f. Non esuriēt, nec sitient amplius, nec cadet super eos sol, nec vllus æstus: quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitę fontes aquarum, & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Si autem accipiatur de illis, qui sunt in purgatorio. Dicendum, quod nulla anima illarum potest arte magica suscitari: quia Dæmones non habent potestatem super illas, cum pertineant ad ciuitatem Dei. Et quanquam torqueantur illæ animæ, quamdiu ibi manent, tamen non torquentur à Dęmonibus, nec Dæmones ferunt eas illùc: immo nec possunt astare illis, quando puniuntur: sed Deus succendit ignem illum, quo torquentur. De quo latè declaratum est in libro nostro de quinq; Metaphoricis paradoxis, parte quinta. Si autem dicatur de animabus, quæ sunt in inferno, dicendum est, quòd Dæmones non habent plenam potestatem super istas, ita vt possint eis vti pro arbitrio suo, vel ducere illas quò voluerint: nam etiam nō possunt illas, quātum volunt: sed solum quantum Deus vult, quòd puniantur. Sunt ergo Dęmones solum ministri Dei ad punitionem animarum, secundum certum modum eis datum, & non possunt plus eas punire, licet hoc ipsi desiderant: nec possunt eas inde educere ad alium locum, cum ille sit locus constitutus pro tormentis, & carcere. Si autem aliquis objiciat, quòd interdum animæ damnatorum extra infernum sūt discurrētes per aera cum turba Dæmonum, de quo ponit aliqua exempla Gregorius in quarto Dialogorum. Dicendum, quòd illæ animæ non trahunt per varia loca, pro libito Dæmonum: sed quia Deus iubet, quòd sic trahantur ad executionem suæ iustitiæ, vel ad viuorum terrorem, & exempla. Dicen-

F dum ergo, quòd Dæmones non possunt educere de inferno aliquas animas damnatorum ad respondēdū in opere magico, nisi Deus hoc permittat. Deus autem nunquam permittit, quia non concedit Dæmonibus vti animabus pro arbitrio suo, sed solùm ad executionem iustitiæ. Dicendum igitur, ꝙ quando magi, conuocationibus factis, faciunt surgere aliquem à mortuis, nō surgit aliqua de animabus beatorum, vel damnatorum: sed surgit aliquis Dæmon sumens figuram illius, de quo petitur, quòd suscitetur, & loquitur in persona illius. Quod patet, quia Dæmones non habent potestatem super animas damnatorum, & si possent eas educere ab inferis ad respondendum, non staret hoc: quia isti, qui finguntur G suscitati à mortuis, respondent ad quædam nimis abscondita, ad quæ animæ damnatorum nescirent respondere, quia animæ, postquam sunt in inferis, non acquirunt aliquam scientiam: quia per hoc efficerentur fœliciores: immo secundum opinionem quorundam, qui apud inferos sunt, nihil sciunt, & obliuiscuntur omnium, quæ sciuerant. Quod videtur fundari ex eo, quod habes Ecclesia. ca. 9. f. Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erit apud inferos, quo tu properas. Hoc tamen nihil est, quia non est illa intentio literæ, vt ibi declarabitur, sed saltem nesciunt animę damnatorum apud inferos plusquam sciebant in corporibus, sed dum H erant in corporibus nescirent respondere ad illa, quę quęrunt magi, cum sint nimis occulta, & plurima illorum sint futura: ideo non sunt animę damnatorum illę, quę respōdent: sed Dęmones, qui ista nouerunt, & possunt faciliter respondere. Ipsi autē sumunt effigiem cuiuscunque voluerint: quia si Satanas potest se transfigurare in Angelū lucis, vt patet secunda ad Corin. c. 11. poterit à fortiori transfigurari in effigiem cuiuscunque viri mortui: & sic fiunt omnes responsiones magicę. Ad rationes in contrarium respondendum. Ad primam cum dicitur, ꝙ hic suscitatus fuit Samuel à mortuis, & pythonissa non egit aliquas cæremonias artis magicę. Dicendū, ꝙ præsupponitur dubium: nam plerique I asserunt, ꝙ iste suscitatus non fuit Samuel, sed Dæmon apparens in effigie Samuelis. Si autem dicatur, ꝙ iste erat Samuel, dicendum, ꝙ non fuit suscitatus viribus artis magicæ, sed diuina permissione, & voluntate, ad annunciandum veritatem Sauli. Ad secundam rationem dicendum, ꝙ ex litera Deut. c. 18. non præsupponitur, ꝙ aliquis possit suscitari à mortuis, à quo veritas quæratur: sed dicitur, ne quis quærat veritatem à mortuis. i. nō conetur illā quęrere: quia dato, ꝙ esset impossibile aliquem de mortuis resurgere ad respondendum: tamen in hoc solum, ꝙ aliquis conatur suscitare quēquam à mortuis ad respondendum, est superstitiosus, & peccat: ideo Deus prohibebat istum conatū, quia peccatū K erat. Aliter dici potest, ꝙ scriptura præsupponit ibi, ꝙ aliquando quæratur veritas à mortuis: non quidem propriè accipiendo, sed s͠m modum loquendi vulgarium: nam scriptura condescendit modo loquendi illorum, cùm sit lex directiua ipsorum: & quia ipsi putabant, ꝙ aliqui possint à mortuis suscitari ad respondendum de veritate quæsita, scriptura dixit, ꝙ nullus inquireret veritatem à mortuis.

Ad p. im rōnem.

An crediderunt Saul, & pythonissa mortuum posse suscitari. Quæst. XXV.

QVAERETVR vlterius, an Saul, & pythonissa crediderint, ꝙ per artem magicam poterat aliquis

aliquis suscitari à mortuis, & quomodo hoc credebant, cùm esset impossibile. Respondendum, quòd tam Saul, quàm Pythonissa hoc habebant vt certissimum: nam si Saul non credidisset hoc, non dixisset seruis suis. Quærite mihi mulierem habentem Pythonem, & suscitabor per illā, vt patet supra: nec etiam postquam venit ad eam dixisset, ꝙ suscitaret ei aliquem, nisi crederet hoc eam agere posse. dixit tamen ꝙ suscitaret sibi aliquem. ergo credebat, ꝙ poterat. Et non solum credidit hoc Saul, sed etiam, ꝙ Pythonissa poterat suscitare quencunque voluisset à mortuis, siue de animabus bonorum, siue malorum. quod patet: quia postea dixit: Suscita mihi, quem dixero tibi: etiam patet: quia postea dixit: suscita mihi Samuelem: quasi credens, ꝙ illum posset suscitare Phithonissa. Erat tamen Samuel de viris sanctis, & ita ab omnibus Iudæis credebatur. ergo putabat Saul, ꝙ Pythonissa posset suscitare quancūque animam voluisset. Item patet, quia quando Pythonissa dixit: Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio, dicit litera: Intellexit Saul, ꝙ Samuel esset, & inclinauit se super faciē suam in terra, & adorauit. Si autem putasset esse animam alterius viri, nō adorasset, illa præsente: ideo putabat Saul, ꝙ anima cuiuscunque defuncti, quantuncunque boni, poterat arte magica suscitari. Pythonissa, quoque hoc credebat: nam quanquam solum ipsa conuocaret Dæmones, & faceret eos apparere: tamen putabat, ꝙ illi, qui surgebant, erant mortui, & ꝙ quēlibet mortuum posset suscitare. Quod patet: qa ipsa dixit Sauli: Quem suscitabo tibi? dans ei in hoc electionem: si tamen nullum putasset se posse suscitare, vel saltē non quenlibet, non dixisset; quem suscitabo tibi? Sed tunc dicetur, quomodo Pythonissa & Saul credebant hoc fieri, cum esset impossibile. Respondendum est, ꝙ Pythonissa erat muliercula parum intelligens, quæ faciliter induci poterat ad credendum quodcunque, etiam si illud implicaret contradictionem: quia ipsa non poterat iudicare de veritate rerum. Item habebat ad hoc motiuum, ꝙ oēs alij, q prius ista arte vsi sunt, sic crediderunt: ideo ipsa accipiens ab illis similiter credidit. Item quandocunq; ista mulier vocabat aliquem, ille surgebat in figura eius, qui defunctus fuerat: ideo cum mulier videret diuersitatem inter surgentes, sicut fuerat inter viuētes, & si aliquādo vocabat aliquem à mortuis de eis, quos ipsa viuentes agnouerat, in tali effigie, & habitu apparebat, vt viuens fuerat: credebat ergo verissimè, ꝙ ille, qui suscitabatur erat defunctus. Vulgares enim assentiunt his experientijs, quæ sunt in sensu non potentes eleuare ad iudicandum de veritate rei speculatiuè per principia intellectus. De Saule autem dicendum est, ꝙ ipse credebat ista, quia erat insipiens s. quia quanquā rex esset, tamen nihil nouerat de natura rerum, aut de statu animarum corpore solutarum: nec solum erat iste error in eo, sed etiam in omnibus Israelitis, quia putabant, ꝙ possent suscitari mortui magicè. Hoc autem erat propter duo: primo quia tempore illo inter Iudæos nō erant aliqui sapientes circa rerum naturam, qui per viam naturalem cognoscerent hoc possibile, vel impossibile fore. Secundo accidebat ex defectu legislationis, quia licet Hebræi illo tempore essent deuoti, & diligenter obseruarent legē Dei: tamen nesciebāt de statu animarum post mortem. s. an præmia corresponderent bonis, & an cruciamina malis, & qualis esset distinctio status vtrorunq; & hoc vsque hodie ignorant, putantes totum præmiū obseruationis legis dari homini in præsenti: & pœnas nō obseruatæ legis nunc quoque infligi. Et si aliquādo lo-

A quantur de animabus corpore solutis, loquūtur nimis dubiè, & quasi per somnia ponentes quædā irrationabilia similia eis, quę poetæ fingebant, dicentes, ꝙ animæ malorum sunt in locis turbidis, & ꝓcellosis: animæ aūt iustorum in locis amœnis vltra Oceanum: & multa absurda narratu indigna, quæ hn̄r in suo Talmud. Magis tn̄ ignorabant Iudæi, qui fuerunt tempore Saulis, quàm illi, qui fuerunt tempore Christi, & sunt nunc: quia prophetæ annunciauerunt aliqua de vita æterna, licet per inuolucra, & ꝑcipuè Isaias, ex quibus Iudæi colligere possunt aliqd de statu animarum corporibus solutarū. Scripta tamen istorum prophetarum non erant tempore Saulis: ideo Iudæi illius tp̄is erāt nimis indocti circa statum aīarū solutarū corporibus: poterantq; faciliter
B cuicunq; fabulę confictæ de earū statu assentire: vnde credebant, ꝙ arte magica poterant suscitari, & ꝙ Pythones habebant ptātem super quanlibet aīarū. *Et ait mulier ad eum*. Hic respondit Pythonissa excusando se, & negando se Pythonissam, vt non caperetur in sermone, & occideretur. *Ecce tu nosti quanta fecerit Saul*. Dicebat Pythonissa, tu nosti, quia id, quod fecit Saul, fuerat notoriū in toto Israel, vt per singula loca inquisiti fuissent magi, & arioli, aut quicunq; malefici: ideo nō poterat aliquis in toto Israel ignorare, quod factum fuerat. *Et quomodo eraserit magos, & ariolos de terra*. i. tu scis, ꝙ occidit oēs magos, & ariolos. Et dicitur, ꝙ eraserit eos de terra. i. non permisit
C aliquem eorum super terra: in quo indirectè arguebat ista Pythonissa, Saulem stultè quærere q. d. scis, ꝙ Saul eraserit de terra oēs ariolos, & magos, & nemo relictus est: quomodo ergo nunc queris à me, ꝙ ego diuinem in Pythone: quia iam nullus habet Pythonem? Magi secundum gl. ordinariam, vocantur malefici, qui Dęmones inuocant cum sanguine. Arioli aūt sunt illi, qui inuocant eos solis verbis: & est ista glo. interlinearis. Aug. tamen aliter sentit 18. de Ciuitate Dei. & habetur in decretis 26. q. 5. c. nec mirum. cū dicit: Magi sunt, qui vulgò malefici, ob facinorum magnitudinem, nuncupanť. Hi sunt, qui permissu Dei, elementa concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentium de Deo, ac sine
D vllo veneni haustu, violentia tantum carminis, intereunt. Vnde Lucanus.

Mens hausti, nulla sanie polluta veneni.
Incantata perit.

Magi arioli quomodo differunt.

Dæmonibus aūt accitis audent ventilare, vt quoscunque suos perimāt malis artibus, inimicos. Arioli aūt, & Aruspices idem sunt, & secundū Aug præalleg. loco Aruspicina ars pertinet ad aras. s. ad sacrificia, & reperit istam artem Tages, qui eadē die mortuus dr̄. De hoc magis Lucanus in fine primi libri. Hic tamen non accipiūtur sic magi, quia in Hebręo ponitur hic, ouoth, & significat Pythones: quia vbi litera nostra ponit supra Pythones, habetur semper in Hebręo, ouoth: ideo non accipiuntur magi, sicut
E vult Glo ordina: nec sicut vult Aug. eo ꝙ noluit ponere Hieronymus in illo sensu. In historijs tamen, & apud auctores reperitur istud nomen, magus, in sensu, quem vult Aug. videtur ergo, ꝙ litera velit significare hic per magos, & ariolos duos modos hominum inuocantium Dæmones, vel habentiū spiritus familiares. *Quare ergo insidiaris animę meę, vt occidar?* i. cùm Saul tanta mala fecerit magis, & ariolis, cur insidiaris animæ meæ, volendo ꝙ ego confitear me esse magā, vel aliquid incipiam operari, & accuses me ad mortem? *Et iurauit ei Saul in Domino dicens*: idest, iurauit eis in noīe Dn̄i, ꝙ non vellet tentare eā ad accusandum ipsam: sed quia verè indigebat cōsultatione sua. Forma iuramenti immediatè subditur

Arioli aruspices idē.

ditur

ditur. *Viuit Dominus.* i. iuro tibi per vitam Dei, vel per Deum viuentē, ꝙ nō habebis aliquod malū ex hoc. *Quia non eueniet tibi quicquam mali propter hanc rem.* i. non occideris, nec patieris damnum pp hanc rem. ſ. q̄q̄ habeas Pythonem, & diuines in eo. In Hebræo dicitur. *Si euenerit aliquod delictum.* Ponitur ibi, ſi, pro quia, & non. ſ. iuro per Deum, ꝙ non eueniet &c. & dicitur hic delictum, quod accipitur pro peccato, & nō pro pœna: quia ponitur in Hebræo ibi, *Auon*, quod ſignificat iniquitatem, ſic patet Gen. c. 15. vbi litera noſtra dicit: Necdū .n. cōpleta ſunt peccata Amorreorū: & ponitur in Hebræo *Auon*, & Exo. c. 32. vbi litera noſtra dicit: Peccaſtis peccatum magnum. In Hebræo habetur: Auonaguedola: & ſic debebat hic accipi pro iniquitate. Et hoc modo exponunt Hebræi dicētes, ꝙ Saul iurabat, ꝙ Pythoniſſa nullo modo peccaret conſulēdo pro eo in Pythone. Sed iſtud non ſtat pp duo. Primò, quia falſum eſt: nam Pythoniſſa peccabat grauiter conſulendo in Pythone, cū lex vetuiſſet iſta nimis ſub pœna mortis, Leui. 19. & 20. c. & Deuter. 18. & ob hoc Saul occiderat omnes magos, & ariolos, vt patet hic. non ergo iuraret hoc Saul: quia manifeſtè erat falſum, & dato, ꝙ ipſe iuraret, non crederet Pythoniſſa: quia notoriè mentiebatur. Litera tamen dicit, ꝙ Pythoniſſa aſſenſit Sauli, poſtquā iurauit: ergo non erat hoc, ꝙ ipſe iurauerat. Secundò nō ſtat, quia nullo modo ageret ad ꝓpoſitum: quia Pythoniſſa dixerat, ꝙ Saul occiderat magos, & ariolos, & ob hoc non audebat ſe confiteri magam. Quod ergo Saul diceret, ꝙ non peccaret diuinando in Pythone, nihil erat ad propoſitū: quia ipſa nō locuta fuerat de peccato, ſed de timore mortis: ideo debebat Saul reſpondere, ſecurādo eam de morte: & tunc accipietur malum pro malo pœnæ, & non pro peccato. ſ. non eueniet tibi quicquā mali. i. aliqua pœna pp hoc. Litera tamen Hebraica loquitur nimis impropriè, ponendo aliquando iniquitatem pro malo pœnę: & interdū ecōtrario. Quod ſatis apparet: quia in Hebræo dicitur: Si eueniet tibi aliquod peccatum: ſi tamen acciperetur ibi peccatum propriè, non diceretur, ſi euenies: quia euenire eſt quantum ad illa, quæ præter intentionē noſtrā fiunt: & ſic eſt de malis pœnę, quæ nobis nolentibus, infliguntur: peccatum autem non accidit, nobis nolentibus, vel præter intentionem: ſed qa nos illud facere volumus: ideo accipiēdum eſt ſicut pro malo culpæ, ſicut accipit litera noſtra.

An Saul teneretur ſeruare iuramentum iſtud. Saul licet ſeruauerit iuramentum de non occidendo Pythoniſſam, non tamen obligabatur. Queſt. XXVI.

QVAERET aliquis, an Saul tenebatur non occidere iſtam Pythoniſſam, quia ſic iurauerat ei: vel hoc nō obſtante, poſſet eam occidere. Reſpondendum, ꝙ Saul iurabat hoc cū voluntate obſeruandi iuramentū: quia ipſe erat in anguſtia, & volebat conſulere de euētu belli per Pythoniſſam: ideo quando ipſa cognouit eū eſſe Saulē, & clamauit: dixit ei Saul: Noli timere q. d. non patieris malum, & ita poſtea obſeruauit iuramentum, quia nō nocuit Pythoniſsę pp hoc Dicendū tamen, ꝙ Saul non obligabatur ſeruare iſtud iuramentū, quia iuramentū præſtitū contra legē Dei, vel contra bonos mores non eſt obligatoriū, cū non poſſit aliquis per actū ſuū tollere obligationē legis diuinæ: ſi tñ iuramentū factū ꝯtra legem Dei teneret, ceſſaret obligatio legis diuinæ: ideo non tenet. Sic aūt erat de iuramento præſtito à Saule: quia lex Dei iubebat occidi oēs maleficos, vt patet Exo. c. 22. ſ. Maleficos nō

F patieris viuere: Saul autem erat rex, ad quem pertinebat executio iuſtitiæ: iō tenebatur occidere quoſcunque maleficos cognoſceret. Quod autem nūc iuraret de nō occidendo maleficam illam, erat contra legem Dei, & ſic non obligabat, iō dicendum, ꝙ non obſtante iuramēto, Saul debebat illam maleficam occidere: immo tenebatur, cum ipſe eſſet iudex: & peccauit in hoc, quia iurauit ꝯ legē ab intētione, de quo debebat pœnitere: nā in hoc ſolo, ꝙ ppo nebat Saul obſeruare iuramentū præſtitū contra legem, ēt ſi nihil aliud egiſſet, peccabat grauiter. Poſtea autem voluit obſeruare iuramentum: iō peccauit: melius .n. egiſſet, ꝙ occidiſſet magam. *Dixitq; ei mulier.* Hic aſſentit Sauli Pythoniſſa: quia vidit eū iu-
G rantem, ꝙ nihil mali pateretur propter hoc. *Quem ſuſcitabo tibi?* .i. quē vis, vt ſuſcitem à mortuis? In hoc patet, ꝙ Pythoniſſa credebat ſe habere poteſtatem ſuſcitandi à mortuis quencunq; voluiſſet, aliàs non dediſſet electionem Sauli, de ſuſcitando: ſed ipſa ſuſcitaret, quem potuiſſet. *Qui ait Samuelem ſuſcita mihi.* i. Saul reſpondit, quòd ſuſcitaret ei Samuelem.

Quare Saul voluit Samuelem ſuſcitari. Q. XXVII.

QVAERET aliquis, quare Saul petiuit, ꝙ ſuſcitaretur potius Samuel, quàm aliquis alius. Dicendum, ꝙ hoc fecit Saul: quia volebat ſcire certiſſimè de euentu belli. Putabat autem, ꝙ nullus inter
H mortuos ſapientior eſſet Samuele: iō illū voluit potius, quàm alium ſuſcitari. Item voluit Samuelem: quia ipſe prædixerat ei oīa, quæ futura erant ſibi, & ipſe vnxit eum in regem, vt patet ſup. cap. 9. & 10. & fuit cum eo quandiu bene vixit, vt patet ſupra ca. 9. vſq; ad 16 putauit ergo, ꝙ iſte ſic nunc certiſſimè ei reſponderet, ſicut certiſſimè reſponderat in omnibus, quæ ei prius euenerunt. Sed dicet aliquis, quō Saul petiuit hic ſuſcitari Samuelē: qa debuiſſet credere, ꝙ Samuel non reſponderet ei: quia quando viuebat, abominatus eſt Saulem, receſſitq; ab eo, nec voluit illum vnq̄ videre vſq; ad diem mortis ſuæ, vt patet ſu. c. 25. quō ergo nunc vellet ei reſpōdere. Dicendum, ꝙ Saul putabat, ꝙ qñ Samuel viuebat,
I erat liber, ideo reſpondebat, quando volebat: nunc autem inuitus ducebatur arte magica: ideo cogeretur reſpondere quicquid ſciret. Aliter poteſt dici, ꝙ quanquā Samuel habuit Saulē exoſum propter peccata ſua quandiu vixit: tamen poſtquam mortuus eſt, nō haberet eū exoſum: quia nō manēt eędē affectiones in mortuis, quæ erant in viuentibus. Ex prædictis aūt patet, ꝙ Saul non intelligebat quid erat eſſe prophetam: nam putabat, ꝙ ex eo, ꝙ Samuel fuit propheta certiſſimus, quādiu vixit, ſupra c. 3. & omne, quod annunciabat ſine ambiguitate veniebat ſupra c. 9. ꝙ ēt nunc poſt mortem quicquid ipſe diceret, certiſſimè eueniret. Sed hoc nō ſtat: quia aut pu-
K tabat iſtud Saul propter magnam excellentiam ꝓphetiæ, quam habuit Samuel dum vixit: aut pp ſtatum, quem tunc tenebat. ſ. ꝙ eſſet in aliquo loco, in quo oēs exiſtentes, eſſent ſapientes valdè. Primum non ſtat: quia prophetia nō eſt, ſicut alij habitus ſciētiæ, vel artis: nam illi, poſtquā in aliquo ſemel fuerint, ſemper ibi manent, ſiue dormiat ille, ſiue vigilet, vel quidquid aliud faciat, niſi aboleantur p actus contrarios, vel per diſſuetudinem: ꝓphetia autē nō eſt per modum habitus: ſed per modū actus raptim tranſeuntis. Poſtquam aūt deſierit actualis illuminatio in intellectu prophetico, nihil magis intelligit propheta, quàm alij homines, de quo declaratū eſt ſupra cap. 10. & 19. Samuel autem erat propheta, & hoc ſolum fuit dum viuebat, ad hoc, ꝙ annun-

ciare

ciaret Israelitis ea quæ Deus volebat per illum patefieri. Nunc autē nō erat propheta: & cessabat prior cognitio in eo, quia non erat habitualis: ideo nunc nihil magis cognosceret, q̃ alij hoīes defuncti. Secundū ēt non stat: quia Saul non putabat, ꝙ Samuel esset in aliquo loco, in quo existentes essent sapientes: quia ipse non habebat talem cognitionē de statu animarum post mortem, cùm putaret aīas virorum bonorum cogi, arte magica ad surgendum, & respondendum viuentibus. Item non stat, quia si hoc putasset euenire propter locum, in quo erat Samuel, non existimaret eum potius esse sapientem, q̃ alios ibi existentes: voluit ergo Saul, ꝙ vocaretur Samuel, & hoc ex quoddā errore, scilicet quia putauit, ꝙ cognitio prophetica, quæ erat in viuēte, maneret in mortuo: sed falsum erat.

An suscitatus per Pythonissam fuerit Samuel. Quæstio XXVIII.

QVAERETVR vlterius, an iste, quem suscitauit Pythonissa fuerit Samuel: vel fuerit aliquis Dęmon loco Samuelis. Primo videtur, ꝙ fuerit Samuel: quia scriptura sæpe loquitur hic de eo, vt de vero Samuele, non vt de Dæmone fallente, accipiendo eius imaginem. Secundo patet: quia si iste, qui suscitatus fuit nō fuisset Samuel, sed Dæmon: magnam laudem, & auctoritatem dedisset scriptura ei, sępius illū nominando: non tamē honoraret tantū scriptura Dęmonē: ergo non erat Dæmon sed Samuel. Item Dæmones non prænunciant vera, sed falsa: quia Dæmon est mendax, & pater mēdacij, vt patet Io. c. 8. omnia tñ, quæ dixit iste suscitatus de Saule, vera fuerunt: ergo nō erat Dęmon, sed Samuel. Itē Eccles. 46. c. dr̃ de Samuele. Et post hoc dormiuit, & notum fecit regi, & ostendit illi finem vitæ suæ, & exaltauit vocē eius de terra in prophetiam, delere impietatem gētis: ergo videt̄ ꝙ Samuel fuit, qui suscitatus fuit hic, & locutus est Sauli. In contrarium vr̃, ꝙ non fuerit Samuel, sed Dæmon: quia gl. c. 29. dicit, ꝙ Pythonissa non suscitauit Samuelem, sed inuocauit Dęmonē: ergo iste, qui surrexit nō erat Samuel, sed Dęmō. Itē Deus noluit respondere Sauli interroganti per prophetas: ergo non responderet nunc per Samuelē, qui propheta erat: & sic non fuit Samuel, sed Dęmon. Itē iste, qui suscitatus fuit, permisit se adorari à Saule: Samuel tamen, qui erat vir iustus, non permisisset se adorari: ergo non erat Samuel, sed Dæmon: nā adoratio soli Deo debita erat. Item qui suscitatus est, dixit Sauli. Cras mecum eris tu, & filij tui. i. in parte mea: sed Saul non erat futurus in parte bonorū, sed cum dānatis: ergo non esset cū Samuele: sed iste dixit: Cras mecum eris. ergo nō erat Samuel, sed Dęmon. Item si iste, qui suscitatus est fuit Samuel, aut venit ad rñdendum opere Dei, s. quia ipse iussit, aut arte magica: non primo modo: quia sic Deus nimis faueret arti magicæ, quod est inconueniens: non secundo modo: quia tunc, aut venisset Samuel spontaneus ad respondendum, aut coactus arte magica: non spontaneus: quia tunc peccaret volens fauere Dæmonum superstitionibus: non inuitus: quia tūc ars magica haberet ptātem super animas defunctorum, pertinentium ad vitam æternam, quod falsum est: ergo nō surrexit Samuel, sed Dæmon. Respondendum, ꝙ circa hoc sunt opiniones, & reddit̄ quasi ꝓblema neutrum. i. qō æqualiter dubia ꝑ vtraque parte. glo. n. ordinaria hic nihil diffinit, nisi allegādo Aug in Epistola ad Fœlicianū. Aug. aūt in eadē Epistola, ponit duas opiniones circa hoc. Primò dicit,

A ꝙ potuit Samuel esse, iste, qui suscitatus est. Nec obstat, ꝙ ars magica interuenerit ad suscitandū eum: quia ꝑmissione Dei, poterat aīa Samuelis duci à Dęmone de loco sanctorū, ad respondendū Sauli: nec est mirum, cùm Deus alia maiora ꝑmiserit. s. ꝙ Dęmon assumpsisset Christū in deserto, & tentaret eū ibi: & inde reduceret in Ierusalem, & postea in excelsum, vt patet Mat. c. 4. Alia positio est eius ibidem, ꝙ iste non fuerit Samuel, sed Dæmon. Et quia litera dicit hic Samuelem suscitatum fuisse, & locutum: rñdet ibidē, ꝙ accipitur Samuel, pro figura Samuelis, sicut scriptura sæpe dicit Cherubim, per figura Cherubim, sicut patet Exo. c. 25. & vocamus Herculem ipsam figurā Herculis. Et si aliquis obijciat, ꝙ
B iste suscitatus vera prædixit. Rñdet Aug. ibidem, ꝙ Dæmones multa vera prænunciāt, & de futuris cognoscunt antequam fiant. Et sic manet duplex positio Augustini circa hoc: nec ipse dicit, q̃ earū sit tenēda. Nicolaus autē tenet, ꝙ iste, qui surrexit fuerit Samuel, & ꝙ Dei dispensatione venit ad rñdendū Sauli: & dicit, non esse inconueniens, ꝙ muliere illa inuocante ꝑ artē magicā, Samuel surgeret: quia sic factum est in Balaam, qui erat ariolus, Nu. 22. c. & ipse parabat aras ad consultationē Dæmonum: Deus tamen bis rñdit ei, cogens Dęmones non rñdere, vt patet Num. 22. & 23. Ipse autē rñdet postea ad argumēta ꝯriæ partis. Sed adhuc aliud magis instat. s. qa Augu. 18. de Ciuitate Dei, tenet euidenter, ꝙ iste non
C fuerit Samuel, sed Dæmon: & ꝓbat hoc tribus rationibus. Prima est illa, quā nos fecimus supra quintam, dicens, indignum oīno facinus esse, si secundū hæc verba historiæ cōmodetur assensus: qūo. n. fieri poterat, vt arte magica attraheret̄ à natiuitate sanctus, & vitæ operibus iustus at si nō attractus est, ꝯsensit, ꝙ vtrunq; de iusto credere absurdum nullum enim suffragium habet iustitia, si attractus, aut volūtarius amisit meritū spirituale, quod positus in carne quæsierat: qđ est valde absurdū: quia qui hinc iustus recedit, remanet iustus. Secunda ratio sua est, quam nos proposuimus tertiam, s. ꝙ non ꝑmisisset se adorari, si fuisset Samuel: cùm dicit: Si. n. Samuel verè illi apparuisset: non vtique vir iustus permisis-
D set se adorari, qui prædicauerat, Deū solū esse adorādum. Tertia ratio sua est, quā nos supra posuimus quartā, s. quia suscitatus dixit, Cras mecum eris & c. cum ait. Et qūo homo Dei, qui cū Abraham in refrigerio erat, diceret ad virum pestilentiæ dignū ardore gehennę: Cras meeū eris: & concludit ibi: his duobus titulis, subtilitatem fallaciæ suæ ꝓdidit inuidus Satanas, quia & adorari permisit se sub habitu, & noīe Samuelis contra legē, & virum peccatis ꝑ ssum. *Cum magna distantia peccatorum, & iustorum sit,* cū Samuele iustissimo futurum, mentitus sit: verū pōt videri si de Samuelis noīe taceatur: quia Saul cum Diabolo futurus erat, & ad eū transmigrauit, quem adorauit. Dicit autē ibidē Aug. ꝙ Satanas apparuit
E in habitu viri iusti, vt glorificaret̄, & vt īde ꝓficeret, fingens ꝙ viri iusti, q̃ hinc egrediebantur, erāt in potestate sua, cū ipse posset eos ꝑ artes suas à mortuis suscitare: & ex hoc euacuaret̄ cultus Dei. s. ꝙ nullus curaret Deum colere: cùm tam boni. q̃ mali futuri erant in ptāte Dęmonis. Deinde cum aliqui arguūt, ꝙ iste vera prædixit: ergo non erat Dæmon. Rñdet, hoc non esse mirabile: quia Dæmones interdū ista cognoscūt inquiēs: Sed hoc quosdā fallit, ꝙ de morte Saulis non sit mentitus: quasi magnū sit Diabolo, ante Occasum alicuius mortē corporis præuidere: cum signa quædam soleāt apparere morituris, à q̄bus Dei protectio amota vr̃: quanto magis Diabolo, quē angelica maiestate sublimē, ꝓphetica oracula fuisset

la fuisse testantur? de cuius magnitudine Apostolus ait: An ignoratis altitudinẽ Satanæ? quid mirum ergo si imminentem propè mortẽ potuit præuidere? Deinde cum arguitur, ꝙ scriptura dicit Samuelem suscitatum fuisse: rñdet, ꝙ nõ debet reijci ista historia tanꝗ inanis: nec tñ debet dici, ꝙ sic fuerit: sed scriptura retulit id, quod Saul putabat. s. ꝙ Samuel suscitatus fuisset, & ꝙ ille esset, q ei rñderet: & non asseruit id, ꝙd ipse intendebat: sic. n. multoties fit. Hæc oĩa ẽt hñr in decretis. 26. q. 5. c. nec mirum. iõ vr̃ nũc duplex difficultas ꝯtra Nico. Prima: quia Aug. manifestè vult, ꝙ non fuerit iste, qui surrexit, Samuel, sed Dæmon, vt patet ex allegatis. Scđa est, quia videtur determinatio Ecclesiæ ꝯtra eũ: cũ positio Augustini posita fuerit tanꝗ determinatio Ecclesiæ. 26. q. 5. c. nec mirũ. Dicendum, ꝙ Nic. ꝗꝗ teneat ꝯriã partem: tñ ꝑꝑ auctoritatẽ Augustini vult se facere aliqualiter indifferentem, & rñdet ad argumenta, quæ fiebant contra positionẽ Augustini. Sed saluo meliori iudicio aliorum, dicendũ vr̃, ꝙ iste, qui surrexit, fuit Samuel, & ꝑdixit veritatem Sauli. Colligit hoc satis ex litera, quæ semper vocat eum Samuelẽ: nã dr̃ infra ꝙ Samuel dixit Sauli: Quare inquietasti me, vt suscitarer? & dixit Saul: Coarctor nimis: & rñdit Samuel: Quid interrogas me, cũ Dñs recesserit à te, & transierit ad æmulum tuum? faciet. n. tibi sicut locutus est in manu mea, & scindet regnum de manu tua. Oĩa autem ista prædixerat Samuel, & nunc cõcordauit prophetiæ suæ: ideo missus fuit ad respondendũ: vt sicut ipse prænunciauerat Sauli principiũ regnãdi, & ablationem regni dũ viueret, ita & nũc mortuus monstraret quasi præsentia ea, quæ olim dixerat esse futura. Sciendum tñ, ꝙ Samuel suscitatus non venit ꝑꝑ ꝑtãtem artis magicæ, quasi Dæmones eum cogerent venire ad rñdendum: cũ non haberent ꝑtãtẽ super ipsum: quia erat in sinu Abrahæ cum iustis. Nec ẽt dicendum, ꝙ suasus fuerit à Dæmonibus venire, & consenserit: quia hoc vitiũ erat in illo: sed Deus voluit mittere eum ad denunciandum Sauli mortẽ suam. Quod patet: quia si venisset coactus à Dæmone, vel suasus ab eo, nesciuisset rñdere Sauli: quia post mortem non erat propheta, sicut dum viueret. Etiam quia Deus non immitteret ei spiritum propheticũ, si vellet agere contra volũtatem Dei peccando: sciuit tamen oĩa ista, quæ prædixit, cùm oĩa sic euenirent: ideo Deus illa ei enunciauit, & ab eo missus est. Nec ẽt stat satis rñsio Augustini dicentis, non fuisse difficile Dæmoni cognoscere veritatem futuram: quia quædam signa apparere solent in morituris, à quibus diuina ꝑtectio ablata esse vr̃: quia ista signa non sunt naturalia, sed sunt ex præsumptione. s. ꝙ illi incidãt in aliqua infortunia: determinatè tamen quanta infortunia habebunt, vel qñ nemo põt præcognoscere, nisi Deus ei reuelauerit. Samuel tamẽ, qui dr̃ hic suscitatus reuelauit mortem Saulis, & trium filiorum eius, qui videbantur innocentes, & dixit eam futuram sequenti die: & sic certissimè euenit: ideo necesse est, ꝙ ad istã prænunciationem interuenerit ꝓphetica reuelatio, quæ à Deo est. Nec obstat, quod dicit Aug. ex dicto Apostoli. s. An ignoratis altitudinem Satanæ? quia illud intelligitur de sagacitate magna ad fallendum, vel de ꝑspicacitate naturali intellectus: ad istud tñ, qđ erat purè contingens, & incertum, altitudo Satanæ non sufficeret: iõ etiã si aliquis tenere velit cum Augustino, cogeret dicere, ꝙ Dæmon apparuit hic loco Samuelis: ille tamẽ non cognouit ista, quæ dixit iudicio, vel ꝑspicacitate sua: sed quia à Deo reuelata sunt, sicut aliqñ reuelantur alia Angelis malis ꝑ bonos. Dicit aũt Nico. ꝙ positio Augustini non mul-

Samuel surrexit & rñdit Sauli diuina dispõne, & non arte magica.

F tum militat: eo ꝙ ipse habet se indifferenter, cũ ponat duas opiniones ꝯrias: vt patet in Epistola ad Fælicianũ. Ad decretum allegatũ dicit, ꝙ illa nõ est determinatio Ecclesiæ. Sed ista rñsio non vr̃ sufficere: quia licet Augustinus in Epistola ad Felicianum posuerit sub dubio veritatẽ huius rei: tñ 18. de Ciuitate Dei totaliter tenuit, ꝙ non esset iste Samuel: intantum ꝙ dixit, indignũ oĩno facinus esse, si secundum hæc verba historiæ, cõmodetur assensus: ideo si fauere debemus auctoritati Augustini, necesse est tenere, ꝙ non fuerit ille Samuel, sed Dæmon. Dicendũ tñ, ꝙ ẽt si Augustinus hoc tenuerit, non esset sibi fauendum in hac parte: quia maior est auctoritas sacræ scripturæ, ꝗ Augustini: & tñ Ecclesiastici. 46. c. G manifestè dr̃, ꝙ fuerit iste Samuel: ergo tenendũ est, ꝙ fuerit Samuel: & patet quia dr̃: Et post hæc dormiuit, & notũ fecit regi, & ostẽdit illi finẽ vitæ suæ, & exaltauit vocẽ eius de terra in ꝓphetiã delere impietatẽ gentis. Contra hanc aũt scripturã non est credẽdum Augustino, nec ipse hoc vult, vt patet in Epistola Augustini ad Fortunatũ. s. Nec quorumlibet expositiones, ꝗuis catholicorũ, & laudatorũ hominũ, velut scripturas canonicas habere debemus: vt nobis non liceat, salua honorificentia, ꝗ illis debetur hoĩnibus, aliqd in eorũ scriptis improbare, aut respuere. & hr̃ in decretis dist. 9. c. nec quorumlibet. Ipse quoq; Aug. in Epis. 8. ad Hieronymũ vult, ꝙ soli scripturæ sacræ sit adhibẽda fides immutabiliter: H alijs autẽ scriptoribus licet nobis repugnare. Idẽ etiã dicit in li. 2. de vnico baptismo: & ĩ Epistola ad Vincentiũ Donatistã: & habetur in Decretis dist. 9. c. ego solis. & c. quis nesciat. & c. noli frater. Cùm aũt dicebatur id, qđ hr̃ in c. nec mirum. 26. q. 5. est determinatio Ecclesiæ. Dicendum falsum esse: quia non oĩa, ꝗ hñr in decretis, ab Ecclesia tenentur: sed introduxit ea Gratianus ex auctoritate Aug. & si auctoritas Augustini non est solida in hac parte, quia est ꝯtra sacrã scripturã, nec ẽt decretum illud habebit vllas vires. Ad rõnes in ꝯtrarium patet rñsio. Ad primã cũ dr̃ ꝙ iste, qui vocatus est, fuit Dæmon, quia dixit glo. Isaiæ. c. 29 ꝙ Pytonissa non suscitauit Samuelẽ, sed inuocauit Dæmonẽ. Dicendum, ꝙ verũ est: sed ex I hoc non sequitur: nã Pythonissa, ꝗꝗ vocaret Samuelem, non poterat eũ suscitare, & cũ suscitatus fuerit, ipsa non suscitauit eũ, sed Deus, non ꝑꝑ aliquod opus artis magicæ: sed qa voluit ex cã supra assignata. Et cũ dicit gl. illa, ꝙ Pythonissa Dæmonẽ inuocauit, non est intelligendum, ꝙ Dæmonẽ inuocauerit, & nõ Samuelẽ, quia falsum est: cum litera dicat, ꝙ inuocauerit Samuelẽ: nã dato, ꝙ non posset Pythonissa arte sua suscitare Samuelẽ, tñ conabat̃ eum vocare à mortuis. Et patet, quia aliàs ẽt si Dæmõ fuisset ille, q surrexit, nõ venisset ĩ habitu Samuelis, nisi Pythonissa vocasset Samuelẽ: venit tñ in habitu ei⁹, & amictus pallio: vt patet in litera. s. vt vir senex, & amictus pallio: & ob hoc Saul intellexit eum esse Samuelẽ: ergo Pythonissa vocauit Samuelẽ. Sed intelligenda est gl. ꝙ K vocauit Dæmonẽ. i. ipsum poterat vocare, & suscitare, & non Samuelem, & vocauit ipsum ad hoc, ꝙ suscitaret Samuelem: ipsa tamen, aut Dæmon non suscitauit Samuelem, sed Deus. Ad secundam rationem dicendũ, quòd ꝗꝗ Deus noluit respondere Sauli per alios prophetas, rñdit per Samuelem: eo ꝙ Samuel magis terreret Saulem, & faceret eum erubescere, ꝗ alij prophetæ, & dixit ei verba dura: sic. n. dicitur infra. s. Statim Saul cecidit porrectus in terrã: extimuerat. n. verba Samuelis. Etiã quia Samuel ꝑdixerat ei principium regnandi, & ablationẽ propter peccata: iõ nunc decebat, ꝙ ipse confirmaret mortuus ea, ꝗ viuens dixerat, indicãdo illa esse præsentia.

sententia. Ad tertiam rationē.s. q non permisisset se Samuel adorari: Dicendum, quòd Samuel nō permisit se adorari hic à Saule, adoratione, quę ad Deū pertinet: sed quadam reuerentia humana, quæ potest vocari adoratio duliç: & isto modo vnus homo adorat sepe aliū. sic dr̄ supra c. 24. q Dauid inclinans se pronus in terra adorauit Saulem, & supra c. 25. dicitur, q Abigail procedit coram Dauid super faciem suam, & adorauit super terram, & cecidit ad pedes eius: hoc autem permisit Dauid: non ergo erāt iste adorationes, nisi quędā venerationes, quas licet hominibus exhiberi. Ad quartā rōnem dicendum, q Samuel dixit: Cras mecum eritis tu, & filij tui: dicēdum, q non intelligitur, vt vult Aug. s. eritis mecū idest eritis in parte mea: sed eritis mecū. i. eritis mortui sicut ego sum: non enim potest accipi alio modo, quia si diceretur, q essent secum. i. in parte bonorum, hoc non conueniret pp Saulem, qui malus erat: nec tū ex hoc tollitur, q̄d intendimus: quia sicut p Saule, q malus erat, erat inconueniēs dici, q Cras essent cum Samuele: ita pro Ionatha, q erat innocēs, erat hoc cōuenienter dictū: sed accipiendus est alius sensus, & satis apparet, quia hic intēdit scriptura denunciare mortē Saulis: ergo non curaret principaliter, an essent in parte bonorum, vel malorū Saul, & filij sui, sed an morituri essent. Ad quintam rationem dicendū, q Samuel non fuit suscitatus potestate artis magicæ, nec etiam consensit Dæmoni suasus à Deo, vt veniret ad rn̄dendum, sed Dei voluntate venit sine aliquo opere artis magicæ, & non profuerunt inuocationes, quas faciebat Pythonissa, licet ipsa putauerit, q pp hoc surrexit Samuel: nec ēt Deus in hoc fauit arti magicæ, quia non fecit pp eā, sed quia expediebat, q suscitaretur Samuel ex causa supra dicta: ideo suscitauit eum. *Cum autem vidisset mulier Samuelem*. s. ipsa inuocauit eum, & surrexit, q̄q non propter opus suum magicū, & ipsa vidit illum surgentem de terra quasi erumperet de sepulchro. Dicit aūt Ra. Sa. & alij Hebræi, q in Pythonissis ille, qui inuocat suscitandū, videt eum, sed nō audiuit verba illius: qui aūt facit eum vocari, audit verba, sed non videt: alij aūt, qui astant nec vident suscitatum, nec audiunt verba: & hoc colligunt hic ex litera quia Pythonissa vidit Samuelē, & Saul nō vidit illū, & audiuit Saul verba, & non Pythonissa. Sed dicendum, q hoc, nec est verum, nec generale: quia interdum illi, qui faciunt aliquem Dæmonem apparere, vident eum, & omnes astantes: & interdū ille, qui consuluit, & qui inuocant vident, & audiūt. Interdum aūt nullus videt, nec audit quicquam, nisi puer paruulus, vel puella, qui virgines sunt: & introducuntur, vt ipsi proponant quæstionem: & tūc eis fit responsio, & ipsi vident aliquas imagines. Q̄d autem isti dicunt hic, non apparet esse verum: nā q Pythonissa viderit Samuelem, & non Saul, satis apparet: cū dixerit Saul Pythonissæ. Quid vidisti? & ipsa dixit: Deos vidi ascēdētes de terra, & quæsiuit Saul: Qualis esset forma eius? q tamen Pythonissa nō audiret verba Samuelis, sed solus Saul, non apparet. Ipsi autem Hebræi hoc putant, quia verba Samuelis erant directa ad Saulem, & nō ad Pythonissam, quasi ipsi soli dicerētur, vt patet in litera. s. Quare inquietasti me, vt suscitarer? & iterum: Quid me interrogas cum Dominus recesserit à te? Dicendum tamē est, quod satis est verisimile, q pueri Saulis nihil audierit, nec viderint, non quidē q̄a non potuissēt, sed quia noluit Saul, vt præsentes essent, quando suscitabatur Samuel, & fiebat interrogatio. De Pythonissa etiam verisimile est, q non audierit verba Samuelis, non quidem quasi non posset audire: sed quia ve-

A niente Samuele, recessit ipsa de loco illo, vt Saul posset inquirere secretè Samuele quidquid vellet, & hoc apparet, quia postquam locutus fuit Samuel ad Saulem, cecidit Saul in terram, quia timuit verba Samuelis, & tunc dr̄: ingressa est itaque mulier ad Saul, conturbatus erat. n. valde, si tamen ipsa mulier fuisset præsens, quando loquebatur Samuel ad Saulem, non diceretur, q ingressa fuit ad ipsum: ergo non erat præsens collocutioni illorum, & cōsequenter non audiuit quid Samuel dixerit. *Exclamauit voce magna*, idest, immediatè, vt vidit Samuelem surgentem de terra, clamauit.

Quare Pythonissa clamauit viso Samuele.
Quæstio XXIX.

B QVAERET aliquis, cur clamauit viso Samuele. Aliquis dicet, q hoc fuit pp timorē, quia timuit nimis ī apparitione illius: eo q iste visiones solent in apparere terribiles, sic. n. fiebat in cōsultatione Apollinis in insula Delphos: nam puella virgo, quæ consultabat eū, arripiebatur ab ipso, & cogebatur furere, & despumare, atq; cadere in terrā, vt patet per Lucanum. lib. 4. ista aūt erat maga, ideo fortè sic timeret. Dicendum, q non timuit pp hoc: quia ipsa assueta erat videre multos surgentes de terra, cum ipsa sæpe inuocaret illos: præsertim cum forma in qua apparuit Samuel nō esset terribilis: q̄a apparuit, vt vir senex, & amictus pallio: sed timuit Pythonissa propter Saulem, s. q videns Samuelem cognouit, q iste, qui præsens erat, erat Saul, qui occiderat oēs magos: ideo putauit, quòd vellet ipsam occi-
C dere, & clamauit prę timore conquestaque est de Saule, quasi fefellisset eā: quod patet in litera. s. Quare imposuisti mihi? tu es enim Saul. Et cum vidisset Saul, q timebat pp eum, dixit ei Noli timere, & tūc mulier non timuit vltra: si tū timuisset ex alia cā, q̄ pp Saulis prę sentiam, non dixisset: quare imposuisti mihi? idest decepisti me: nec ēt cessasset timor ei⁹, q̄q̄ diceret Saul, q non timeret. *Et dixit ad Saul, quare imposuisti mihi?* idest, fefelisti me. imponere, significat falsa crimina alicui apponere: hic tū accipitur imponere
D pro fallere: & sic accipitur Gen. c. 29. vbi Iacob conquæstus est de Laban, q imposuisset eum, idest, fefellisset eum per Liam: erat autem deceptio, quia Saul simulauerat se non esse Saulem, & sic obtinuit à muliere, vt inuocaret ei Samuelem: & si putasset eū esse Saulem, semper negasset, se esse pythonissam: nunc aūt credens, q ideo fefellisset illam, vt occideret, cōquærebatur. *Tu es enim Saul*. i. ego scio, q tu sis Saul. s. immediate, vt surrexit Samuel, cognouit pythonissa esse Saulem eum, qui prę sens erat.

Pythonissa adueniente Samuele, quomodo cognouit Saulem.
Quæstio XXX.

E QVAERET aliquis, qūo pythonissa cognouit Saulem, adueniente Samuele. Hebræi respondent, q hoc cognouit per modum aduentus Samuelis, quia non veniebat sicut cęteri consueuerant: sed dicunt, q q̄n surgebant alij, videbat eos pythonissa transuerso corpore surgere. s. pedibus erectis in sublime, & capite ad terrā inclinato: nunc aūt Samuel surgebat erecto capite, & statura recta, q esse nō poterat, nisi pp honorem regis consulentis. Cognouit igitur, q ille, qui consulebat erat rex. Hoc tenet Ra. Sa. Ra. Dauid Kimhi: idem dicunt Nicolaus, & Andreas. Pōt ēt dici, q Samuel surgens indicauerit pythonissæ, q iste erat Saul, qui consulebat. *Dixitq; Saul rex: noli timere*. s. cum vidit mulierem timentem propter

pter præsentiam eius, quasi occidenda foret, dedit ei securitatem dicens: noli timere: & tunc ipsa siluit: præsertim quia iurauerat Saul, ꝙ nullum malum eueniret pythonissæ propter hoc, ꝙ faciebat. *Quid vidisti?* idest, quæ est imago, quam vidisti? vel quis est, qui ascendit? In hoc patet, ꝙ Saul non videbat Samuelem surgentē, & vidit eū Pythonissa: quia etiā in alijs operibus magicis interdum sic accidit. s. ꝙ illi, pro quibus consulitur, non videant Dæmones respondentes. *Et ait mulier ad Saul.* s. quia iam desijt timere, incepit respondere. *Deos vidi ascendentes de terra:* scilicet, Samuelem, qui de terra ascēdebat quasi aperiretur terra: & ipse surgeret de terræ visceribus, vel sepulchro: sic. n. fiebat in alijs, qui suscitabātur. Nec tñ est putandum, ꝙ Samuel nunc fuerit suscitatus in corpore: ita ꝙ anima fuerit vnita corpori existēti in sepulchro, & exiret inde, quia ista esset vera resurrectio: hoc tñ non factū est: nec etiam erāt nunc Pythonissa, & Saul super sepulchrum Samuelis, qa illud erat in Ramatha, vt patet supra in litera, & supra c. 25. Saul autem, & Pythonissa erant nunc in Endor, quia illuc iuit Saul ad Pythonissam ibi habitantem: ergo non poterat corpus Samuelis surgere à sepulchro, & ꝙ Pythonissa videret illud nunc erūpere de terra, sed erat aīa Samuelis, quæ in corpore assumpto de aere videbatur exire de visceribus terræ, quasi ibi illa maneret, & hoc verum est: quia omnes aīæ sanctorū tpe illo manebant in sinu Abrahæ, qui erat in visceribus terræ apud inferos: nam inferis gñaliter sumptis, & distinctis in quatuor partes, vel sinus, vna pars illarū est sinus Abrahæ, siue lymbus sanctorū, de quo magis declaratū est in libro nostro, de quinq; metaphoricis paradoxis, parte qnta.

Quare Pythonissa dixit se vidisse Deos, quamuis sciret Samuelem esse hominem. Quæst. XXXI.

QVAERET aliquis, quare Pythonissa dixit hic: Vidi Deos ascendentes, quia ille, qui ascēdebat, nō erat Deus, sed homo. s. Samuel: qđ patet, quia cū quæreret Saul ab ea, qualis est forma eius? rñdit: Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio: ergo non putabat illum esse Deum. Dicendū, ꝙ Pythonissa inuocauit Samuelē, & credidit, ꝙ ille erat, qui ascendebat: & dato, ꝙ nō haberet firmum, an ille eēt Samuel, credebat tñ certissimè, ꝙ erat vir, & non Deus: quia ipsa nō habebat potestatē ad inuocandum Deum, sed ad suscitandum mortuos: dixit tñ, ꝙ vidit Deos: quia Samuel, qui ascendebat, veniebat in habitu reuerēdo, præsertim, quia non, veniebat modo aliorū. s. capite prono, & pedibus erectis in sublime, sicut cæteri venire solent, qui inuocantur, sed statura recta: ideo maiorem honorem dedit ei in nomine, quàm cæteris, vocans illū Deū: quia etiam tam apud Hæbræos non rectè credētes, quàm apud Gentiles fuit antiquitus iste modus loquendi, ꝙ illi viri, qui excellentiores cæteris videbātur, vocarentur Dij, & non homines: sic dicit Arist. 7. Ethi. c. 1. de habentibus virtutem heroicam, ꝙ illi magis videntur Dij, quàm homines, & inducit auctoritatem Homeri in Iliade dicentis, ꝙ Hector nō videbatur filius hominis, sed Dei & hoc propter virtutem heroicam: Samuel autem visus est hic habere quandam magnam excellētiam: ideo Pythonissa vocauit eum Deum.

Quare dixit Pythonissa se vidisse Deos, cum vnum tantum viderit. Quæst. XXXII.

QVAERETVR vlterius, cum dixit Pythonissa; Vidi Deos: nam etiam si Samuelem vellet

F vocare Deum, vnicus erat, & nō poterat vocare eū Deos. Hebræi. n. dicūt. s. Ra. Sa. & ra. Dauid Kimhi, ꝙ duo erant, quos vidit Pythonissa. s. Moyses, & Samuel: ideo vocauit eos Deos: dicit nanq; Ra. Sa. ꝙ Samuel timuit, ꝙ vocabatur ad iudiciū, iō ne Deus eum cōdemnaret, duxit secum in testem Moysem, ꝙ plenè obseruasset legem à Deo datam. Sed hoc ridiculum est, ita vt non oporteat contra illud argui: nam in hoc præsupponitur, ꝙ Samuel nesciuerit ad quid vocabatur: cum dicatur, ꝙ putabat se vocari ad iudicium, & consequenter non mittebatur à Deo: quia alioquin ipse diceret ei ad quid ibat: sed ꝙ arte magica Pythonissa eum venire cogebat. Sed omnia ista absurda sunt: tum quia præsupponitur,
G ꝙ Pythonissa posset arte sua virum sanctum inuitū suscitare: tum quia si suscitaretur, nesciret respōdere ad ea, de quibus quærebatur: cum solum posset illa scire, Deo specialiter reuelante. Item, est inconueniens, ꝙ duxerit secum Moysem in testem obseruatæ legis, & hoc ꝑpter duo. Primò, quia Moyses non erat conueniens testis huius: quia ipse nō viderat quid fecisset Samuel: nam non fuerat ei præsens quando operabatur: testis tamen ad hoc, ꝙ firmiter deponat, debet in talibus deponere, quod viderit. Secundò non est conuenienter dictum, quia in iudicio Dei non requiritur aliquis testis: quia ipse Deus est testis: sic. n. patet Iere. cap. 29. s. Ego testis, & iudex dicit Dominus: ideo stultè ageret Samuel, ducendo
H secum Moysen. Item non stat, quia non erat in potestate Samuelis ducere secū Moysen: nam ille nollet ascendere, si non cogeretur. Ra. Dauid Kimhi dicit, ꝙ Samuel, & Moyses surrexerunt ad implorandum misericordiam pro populo Israel: de hoc dicitur Iere. c. 15. Si steterit Moyses, & Samuel corā me, non est anima mea ad populum istum: simile habetur de Daniele, Noe, & Iob, Ezech. c. 14. Sed ēt hoc nō stat: ad quid ergo surgere debebant Samuel, & Moyses, vt orarēt ꝓ Israel: quia ibi, vbi erant poterāt orare: nec aliquid proficiebat ad hoc mutatio loci. Dicendum igitur, ꝙ ista sunt ridicula: potissimè quia præsupponitur falsum. s. ꝙ surrexerint Samuel, & Moyses: nam vnicus surrexit, quod satis ap-
I paret ex litera, cùm Saul immediatè quæsiuerit à Pythonissa, dicens: Qualis est forma eius? si tamen duo fuissent isti, qui surrexerunt, dixisset: qualis est forma eorum? Item patet, quia Pythonissa respondet, dicens: Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio: si tamē fuissent duo, ipsa expressisset formā vtriusq;. Item qa cum infra ponitur causa, quare Saul inclinauerit se in terram adorando, dicitur: ꝙ intellexit, ꝙ Samuel erat ille, qui surrexit: si tamen iste fuisset Samuel, & Moyses cum eo, non solùm inclinatus fuisset Saul propter Samuelem, immo magis propter Moysem, quia nullus vnquam homo tantæ reuerentiæ fuit apud Hebræos, sicut Moyses: Adorauit tamen Saul propter solum Samuelem: ergo nō
K veniebat cum eo Moyses. Dicendum igitur, ꝙ iste, qui surrexit vnicus erat. s. Samuel: Pythonissa tñ dixit: Deos vidi ascendentes, ſm modū loquendi Hebraicum: in quo aliqñ ponitur plurale pro singulari. sic patet Exo. c. 32. s. Isti sunt Dij tui Israel: erat tamen vnicus ille, qui ibi ostēdebatur vitulus aureus, quem fabricauerant: ideo immediatè mutauit Pythonisa istū modū loquendi, dicens: Vir senex ascēdit: & Saul quoq; sic locutus est. *Dixit ei. s. Saul. Qualis est forma eius?* i. istius, qui ascendit. s. in quali habitu venit? hoc dicebat, ut posset cognoscere ex habitu, quis erat ascendens, & posset eum honorare, sicut decebat: qđ patet, qa īmediatè, vt cognouit, ꝙ erat Samuel, inclinauit se, & adorauit. *Quæ ait. s. Pythonissa*

nissa ad Saulem. *Vir senex ascendit*.i.iste, q̃ de terra surrexit, est vir senex: in quo signabatur status Samuelis: quia senex erat: nam in principio regni Saulis, ipse erat senex, vt patet supra c.11.s. Ego autem senui, & incanui: porro filij mei vobiscum sunt: transierũt aũt postea viginti anni ferè regni Saulis, priusquam moreretur Samuel: ideo valde senex erat, quando mortuus est. *Et ipse amictus est pallio.* In hoc etiam signatur, q̃ esset Samuel, quia tali habitu vtebatur ipse, dum viueret. Vnde dicit Ra.Sa. ꝙ Samuel vtebatur pallio, dum viueret, & in eo sepultus est: & cum eo apparebit in futuro seculo. Sed de apparitione futuri seculi falsum est, quia ibi non vtentur homines vestibus, siue beati, siue damnati, nec egebunt eis, vt ait Aug. 22. de Ciuitate Dei, & latè declaratum est in libro nostro, de quinque Metapho. Paradoxis, parte quinta. Dicitur tamen, ꝙ apparuit nunc cum pallio Samuel, ad hoc, ꝙ putaret Saul illum esse Samuelẽ, cum sciret illum vti pallio, dum viueret: eratq; opinio communis Hebreorũ illius tp̃is, qui rudes erãt, & ẽt multorum, qui nunc sunt, ꝙ talis est habitus, & conuersatio hominum post mortem, qualis erat, cũ viuerent: & quia si venisset in alio habitu Samuel, nõ cognouisset eum Saul, venit amictus pallio.

Quomodo Samuel potuit esse amictus pallio, cum apud inferos nullæ sint vestes. *Quæstio XXXIII.*

C QVAERET aliquis, quõ Samuel potuit esse amictus pallio, q̃a apud inferos, vbi ipse erat, vestes nullæ sunt. Aliquis dicet, ꝙ attulit pallium, cũ quo sepultus est: & ista est positio Ra.Sa. cum ẽt dicat, ꝙ in futuro seculo apparebit Samuel in illo pallio: Sed falsum est: quia ipse præsupponit Samuelem sepultum fuisse cum pallio suo, & hoc ẽt concedunt alij: non ergo poterat illud adducere, quia nõ egressum est corpus Samuelis de sepulchro, vt supra probatũ fuit. Sed dicendum est, ꝙ palliũ illud Samuelis, quo nunc vtebatur amictus, non erat verè aliqua vestis, sed videbatur: finxit autem Samuel pallium de aere, ꝙ esset eiusdem figuræ, & coloris, cuius erat pallium suum, quo vtebatur, dum viueret. Hoc autem necesse est poni: quia non solum finxit Samuel pallium, sed ẽt corpus: nam, vt probatũ est, Samuel nõ surrexit nunc in corpore suo, sed sola anima venit ad respondendum & quia anima non potest loqui, nisi per organa, quę sunt corporea, & non potest apparere visui: oportebat, ꝙ aliquod corpus daretur, in quo locuta fuerit anima Samuelis, & apparuerit pythonissæ. Fuit aũt hoc corpus de aere condensato ad tantam soliditatem, vt possent collidi verba articulata intra illud, quæ sine collisione aeris non formantur. Sumitur aũt corpus magis de aere, q̃ de alia materia: eoꝙ magis obedit trãsmutationi, q̃ q̃cũque natura elementalis: & non solũ põt condensari, vt formetur inde figura cuiuscũq; corporis, sed ẽt põt induci quicũq; color. Nam colores diuersi causant in corporibus, pp diuersam mixtionem elementorum in composito: cum igitur aer variè condensari possit, inducentur in eo diuersi modi colorũ, ꝙ satis apparet in nubibus, quarũ quædam nigrę, & aliæ albæ sunt, pp aliam, & aliam cõdensationem: sic ẽt apparet in Iridæ, quæ habet varios colores, qui esse videntur, & inducti sunt in aerem, ex varia percussione lucis, & diuersitate densitatis nubis roridę. Quod ergo natura quotidie facit, poterunt facere Angeli boni, & Dęmones, & animæ à corporibus separatę: quia cognoscũt ista naturalia, & operanẽ miscendo actiua passiuis, vt ait Aug. 18. de Ciuitate Dei. & habetur in decretis 26.q.5.c. nec mirũ. Anima ergo Samuelis sapientia sua, vel opere Angelorũ bonorum, potuit formare corpus de aere, in quo loqueretur, & palliũ, quo operiretur, cuiuscũq; coloris vellet, & sic factũ est: nec hũit aliq̃d verũ palliũ. *Intellexit Saul quòd Samuel esset*.s. iste, qui ascendebat: quia ista erant signa Samuelis.s. ꝙ esset senex, & amictus pallio: & dicitur: intellexit.s. per præsumptionem: quia ipse non vidit illum, sicut pythonissa ad hoc, ꝙ iudicare posset per visum, an esset Samuel. *Et inclinauit se super faciem suam in terra.* Hoc fecit ad venerationẽ Samuelis pp duo. Primò, quia Samuel erat propheta excellentissimus, & pater Israel, dignus reuerẽtia magna, vnxeratque Saulem in regem, supra cap. 10. & 11. iõ tenebatur ei ad magnam reuerentiam. Secundò, fecit hoc ad suadẽdum Samueli, vt respondere vellet, quia obsequijs homini suadetur: & si fortè non honorasset Saul Samuelem, dedignaretur Samuel rñdere: ideo inclinauit se nimis Saul, vt responsum haberet. *Et adorauit*.s. Samuelem: non adoratione latriæ, q̃ Deo debetur, quia istam nõ sustinuisset Samuel: sed adoratione duliæ, quæ debetur hominibus: & non erat illicitum sic adorari. *Dixit autem Samuel ad Saulem.* Hic ponitur tertium.s. Samuelis responsio: & dirigiẽ ista responsio ad Saulem, quia nunc nõ loquebatur Samuel pythonissæ, quin potius ipsa abñs erat, quando fiebat ista locutio: & postea introiuit ad Saulem, iacentem in terra, finita locutione, vt patet infra.s. Ingressa est itaq; mulier ad Saulem: conturbatus .n. erat valde. *Quare inquietasti me, vt suscitarer?* Hic increpat Samuel Saulem, & non quærit, quare eũ inquietauerit, q̃a bene nouerat cur hoc fieret: sed quærit ꝑ modum increpatoriũ, vt hẽat locũ redarguendi, & dixit: inquietasti me, q.d. eram in quiete mea, & fecisti me venire huc. In quo alicui videbiẽ, ꝙ Samuel venerit inuitus, cũ dicat se inquietatũ: sed falsum ẽ, quia missus fuit à Deo, vt supra declaratũ fuit: à Deo aũt non esset ipse inuitus, cum libentissimè ageret, q̃ Deus iuberet: sed dicitur: quare inquietasti me? i. si tu non inquietasses me ad hoc, ꝙ suscitarer, ego non venissem: quia quanquam ego sponte venerim mandato Dei: tamen nec ipse misisset me, nec ego venissem, nisi tu inquietasses me ad veniendum.

Respõsio Samuelis suscitati ad Saulé.

An aliqua requie priuatus est Samuel eo tempore, quo venit ad Saulem. *Quæstio XXXIIII.*

QVAERET aliquis, an Samuel priuatus fuerit aliqua requie eo tp̃e, quo venit ad rñdẽdũ Sauli. Dicẽdũ, ꝙ nulla requie priuatus est: q̃a Samuel nõ erat tũc in vita ęterna, sed in lymbo sc̃tõrũ: cũ vsq; ad Christi mortẽ, nemo ascẽderit ad vitã eternã. In lymbo aũt sc̃tõrũ non erat aliqua requies, siue gaudiũ aĩabus sc̃tõrũ: q̃a nõ videbant diuinã essentiam, qua fruerenẽ: sed hoc solũ hẽbãt, ꝙ nõ infligebaẽ ibi eis aliquod malũ, erantq; semp in continua spe vitæ æternę: iõ cũ veniret Samuel ad Saulem, nõ poterat priuari aliqua requie: q̃a nullã hẽbat in lymbo sc̃tõrũ: & hoc, accipiendo requiẽ ꝓ aliqua delectatione. Si aũt accipiaẽ requies ꝓ cessatione ab angustijs verum est, ꝙ erãt ibi in requie, q̃a nullũ malũ ibi patiebanẽ, nec vnq̃ passuri erant: istud tñ habebat anima Samuelis, dum veniret ad Saulem.s. quia in aduentu illo, nihil passa est. Sed adhuc dato, ꝙ esset anima Samuelis in vita ęterna, non priuaret aliqua requie, veniẽdo ad Saulem: quia quocũq; iret, videret Deũ præsentẽ, qui vbiq; est, & ibi frueretur eo. Sic enim dicit Beda de angelis bonis super Lucam: & habetur per magistrum 37.di.1.lib.s. Angeli quocunque mittanẽ, intra Deum currunt: iõ sicut, si Deũ hẽrẽt p̃ñtẽ, fruerenẽ illo semper cum semꝑ intra illũ sint: quo-

quocunq; mittantur, semper illo fruūtur: alioquin iniustum videretur, ꝙ Angeli, cum veniunt ad nos agendo ministerio salutis nostræ, ꝑ bonum opus, ꝙ agunt, priuarentur fęlicitate sua per aliquod tps. De animabus autem bonorum, idem iudicium est, ꝙ de Angelis bonis: ideo ēt si mittantur aliqñ ad viuentes, non priuantur fruitione diuinæ essentiæ. De malis autem econtrario dicitur. s. ꝙq̄q̄ aliqñ exeant de loco inferni: tamen semper habent secum pęnas inferni: sic. n. dicitur de Dæmonibus, ꝙ Dæmones quocunq; eant infernum suum secum portant: patet ergo de Samuele, ꝙ nō priuata fuerit anima sua aliqua requie, dum ad Saulem venit. *Et ait Saul: coarctor nimis.* Quia vidit Saul, ꝙ increpabat eū Samuel, pro inuocatione, excusat se dicens: coarctor nimis, G idest, sum in magna angustia: iō non putes, ꝙ vocauerim te sine causa. *Siquidem Philisthijm pugnant aduersum me.* i. disposuerunt aciem ad pugnandum: non. n. pugnabant actualiter, cum ipse esset in Endor cum pythonissa: nec ēt pugnare cæperant: quia tñ dispositis aciebus prope erat, ꝙ pugnarent, dixit, ꝙ pugnabāt: & dixit aduersum me, quasi tota pugna, quę fiebat contra Israel, esset contra eum: & hoc, quia ipse erat rex, & quidquid fiebat contra regnum, fiebat ꝯ ipsum. *Et Deus recessit à me.* Hic dat causam magis in speciali, quare inquietauerit Samuelem, vt suscitaretur. s. qa Deus recesserat ab eo, q. d. q̄q̄ Philisthini pugnarent contra eum: si Deus non recessisset ab illo, potuisset habere rñsum ꝑ sacerdotes, & prophetas, H & non coactus fuisset inquietare ipsum ꝑ pythonissam: quia tñ Deus recesserat ab ipso, & nolebat ei respondere per sacerdotes, nec per prophetas, nec somnia: coactus fuit inquietare ipsum ꝑ pythonissā.

Dupliciter recedit Deus ab homine. Quæstio XXXV.

QVAERET aliquis, quid erat, ꝙ Deus recessit à Saule. Dicendum, ꝙ Deus non pōt localiter ad aliquem accedere, cūm vbiq; totus, & semper sit, vt patet dist 37. primi. Accipitur tñ accedere, & recedere à Deo, tropicè. s. quantum ad gratiam, vt, si homo est in peccato, Deus longè est ab illo: quia nō habitat in eo per gratiam. Secundo mō recedit Deus I ab homine, subtrahendo auxilium suum. s. qñ ꝑmittit hominem cadere ī calamitates: & dato, ꝙ homo clamet ad Deum, dissimulat se audire, & non subuenit, sic patet Psal. 118. s. Longè à peccatoribus salus. Vtroq; horum modorum Deus recesserat à Saule. De primo patet, quia olim fuerat innocens: nam qñ constitutus est rex, nō erat in toto Israel vir melior illo, vt patet supra cap. 9. intantum, ꝙ erat sicut puer vnius anni, purus à crimine, sic dicitur supra ca. 13. s. Filius vnius anni erat Saul, cū regnare cæpisset. i. ita erat mundus, sicut puer vnius anni: postea aūt commiserat facinora multa, ideo Deus ab eo recesserat per gratiam: sed de isto recessu nō loquitur hic Saul; quia non est sensibilis ab homine. Erat secundus recessus, quo Deus recedit ab homine, permittendo illum in calamitatibus, & non exaudiendo, cum cla K mauerit: hoc aūt erat in Saule: quia à principio erat iņ eo spiritus Domini: nam insiluit in eum, & mutatus est in virum alterum, supra c. 10. nunc aūt è contrario, torquebat eum spūs nequam, supra ca. 16. & 18. & 19. Item Deus à principio dederat Sauli spūm fortitudinis, vt nullum timeret, q̄q̄ insurgerent contra eum multi, sic accipitur supra c. 11. vbi in principio regni Saulis, rari obediebant ei in Israel: & tñ venientibus viris Iabes Galaad ad nunciandum mala, quæ faciebat rex Ammō misit intrepidè ad omnes Israelitas, vt venirent ad bellum: & hoc fecit, quia

F dicitur ibi, ꝙ insiluit spūs Domini in Saul, cū audisset verba hęc. s. spūs fortitudinis: nunc aūt è contrario timebat, quia cum Philisthini ordinassent aciem contra eum, timuit nimis, vt patet supra in litera: recesserat etiam Deus ab eo, quia subtrahebat ei remedia ordinaria, quæ conferebat alijs hominibus. s. ꝙ quicunque in Israel vellet consulere Deum ꝑ sacerdotes, vel prophetas, responsum habebat: nunc autem Saul non habebat responsum aliquod, qa Deus illud subtrahebat, ergo recesserat ab eo.

Quomodo Saul cognouerat Deum recessisse ab eo. Quæstio XXXVI.

QVAERETVR vlterius, qūo sciebat Saul, ꝙ Deus recesserat ab eo. Dicendū, ꝙ nō sciebat ex nunc, sed ex aliquo tpe, ante hoc: nam supra cap. 18. dicitur, ꝙ timuit Saul Dauid, eoꝙ esset Deus cū eo, & à se recessisset: cognoscebat aūt hoc: quia cum accipiatur hic esse Deum cum aliquo. i. prosperari actus illius, pōt apparere, qñ Deus sit cum homine, vel quando recesserit ab eo: Saul. n. videbat, ꝙ Dauid prosperabatur in omnibus actibus suis: & q̄q̄ vellet nocere ei non poterat: & omnes actus sui è cōtrario peruertebant: cognouit, ꝙ Deus esset cū Dauid, & recessisset à se: sic accipitur Gen. 39. cap. cum dicitur de Ioseph: Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperè agens, habitauitque in domo Domini sui, qui optimè nouerat Dominum esse cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manibus eius: & sic ex hoc solum sciebat Deum esse cū illo, quia prosperabantur omnia facta eius. Hēbat quoq; alia indicia, quia cū Samuel prædixisset ei, ꝙ regnū scindendum erat de manu sua, inuasit eum spūs nequam, vt patet supra c. 15. iuncto 16. Sciebat ēt hoc; quia nunc euenerat ei timor terribilis, qualis nunq̄ ei euenerat: prius aūt in omnibus periculis erat confidens, quia datus fuerat ei spūs fortitudinis quando assumpsit regnum, & mansit in eo, quamdiu bonus fuit: ita vt nulla aduersa formidaret: nunc aūt erat timidus: ideo apparebat, ꝙ spūs fortitudinis recesserat ab illo, qui erat spūs Dei. Item patet, quia Deus solebat respondere Sauli, quandocunq; eum inquireret, nūc autem respondere noluit per aliquem de modis cōsuetis: quod ad nullum de Israelitis fiebat: ideo videtur, ꝙ Deus eum magis deseruerat, q̄ cęteros Israelitas: tam euidentissima signa igitur erant, ꝙ non poterat Saul dubitare se à Deo derelictum: quod ipse ostendit per ea, quæ sequuntur in litera. *Et audire me noluit.* i. quia recessit à me, noluit exaudire, respondendo in eo, in quo dubitabam. *Nec in manu prophetarum, nec in somnia,* idest, noluit Deus respondere mihi, quanquam consuluissem eum per prophetas, & consuluissem per somnia: & non solum per hæc, sed etiam nec per sacerdotes, cum dicatur supra, ꝙ Deus noluit respōdere ei per sacerdotes: dicitur autem: in manu prophetarum, idest, per prophetas: qa responsio non potest fieri per manum, cum manus non sit organum interpretatiuum, sed lingua: sed quia manus est organum organorum, accommodatum ad seruiendum omni organo, quidquid ab homine fit, etiam si pertineat solum ad opus intellectus, dicitur fieri per manus alicuius: & sic dicimus de quocunque negocio: istud negocium expedietur per manus vestras, idest, per vos: quia fortè non est illud tale, quod per manum expediatur, sed per rationem, & verba: sic accipitur Num. cap. 9. ꝙ Deus iubebat aliquid Israelitis per manum Moysi, idest, per Moysen, quia præceptum non exprimebatur per manum, sed per os.

Quare

Quare Saul non dixit ſe conſuluiſſe Dominum per ſacerdotes.
Quæſtio XXXVII.

QVAERET aliquis, cum Saul conſuluerit Dominum per ſomnia prophetas,& ſacerdotes, vt patet ſupra,cur non dixit hic de ſacerdotibus.ſ.ꝙ Deus noluerat exaudire ipſum ꝑ ſacerdotes, ſed ſolum dixit ꝑ ſomnia,& prophetas? Aliqui rñdent, ꝙ Saul ſubticuit de ſacerdotibus ꝑꝑ verecundiam, qa ſciebat,ꝙ iõ Deus non reſponderet ei ꝑ ſacerdotes, quia ipſe occiderat ſacerdotes,ſupra cap.22.ne ergo confunderetur iſta confitendo, noluit dicere de ſacerdotibus:& hoc tenent Hebræi. Sed hoc non ſtat: non eſt n.veriſimile, ꝙ Saul ſubticuiſſet de ſacerdotibus,quia modus præcipuus,quo Iſraelitæ conſulebant Dominum erat per ſacerdotes: iõ nõ ſubticuiſſet hunc,cum expreſſiſſet eum,qui erat minimus.ſ. per ſomnia. Item non ſtat, quia Samuel increpuit Saulem, cur inquietauerat eũ, vt ſuſcitaret̃, & Saul excuſauit ſe,dicens: coarctor nimis,ſiquidem Philiſthini pugnant aduerſum me, & Dominus receſſit à me:quaſi innuẽs,ꝙ ex eo,ꝙ Dominus receſſit à Saule,& noluit reſpondere ei,coactus fuit vocare eum, vt ſuſcitaretur: ſi tñ Saul nondum inquiſiuiſſet à ſacerdotibus,vel nõ dixiſſet Samueli,cur nõ conſuluiſti Dominũ per ſacerdotes?& ſic non eſſet ſufficiens excuſatio,dicendo ſolum de prophetis, & ſomnijs. Dicendum igitur,ꝙ Saul dixit Samueli,ꝙ Deus noluit ei reſpondere ꝑ prophetas,nec ꝑ ſacerdotes,nec ꝑ ſomnia:litera tñ ſolum expreſſit hic de prophetis, & ſomnijs;eoꝙ ſatis putauit intelligi per hæc, ꝙ dixiſſet de ſacerdotibus: præſertim, quia conditio ſacræ ſcripturæ eſt, ꝙ quando aliquid debet narrare bis, vel pluries, ſolum ſemel illud perfectè enarrat: in alijs autem vicibus truncatè, & imperfectè. Vel cum idem ſæpe refertur,in nulla vice referatur plenè:ſed in qualibet vice aliquid ponat̃,ꝙ in alijs non habetur:& ſic ex omnibus narrationibus completis eiuſdem rei habeatur vna completa narratio. *Vocaui ergo te*,ideſt,feci te vocari per pythoniſſam: putabat enim Saul,ꝙ ex viribus artis magicę compulſus fuiſſet Samuel venire:ideo dicit:vocaui te,quaſi ipſe fuerit tota cauſa,& ſufficiens aduẽtus Samuelis. *Vt oſtẽderes mihi quid faciam*.ſ. quomodo præualere poſſim contra Philiſthinos. *Et ait Samuel: quid me interrogas?* Hic rurſus increpat Samuel Saulem, ꝙ non debuiſſet eum interrogare. *Cum Dominus receſſerit à te*,ideſt,dato,ꝙ videres, ꝙ Deus non reſpondebat tibi per prophetas, nec per ſomnia, nec per ſacerdotes, non debuiſſes à me inquirere, cum Dominus receſſerit à te, q. d. ex hoc, ꝙ Dominus receſſit à te, tu debuiſſes imaginari, ꝙ non deberes interrogare: quia qui interrogat, petit de re dubia: cum autem diffinitus fuerit euentus rei,nemo inquirit:ſed tu ſciebas, ꝙ Deus te deſeruerat,& ex hoc non poterat tibi euenire aliquid,niſi malum:ideo fruſtra erat,ꝙ inquireres:præſertim, cum ego iam tibi viuens denunciaſſem mala, quæ ventura erãt: & ob hoc repetiuit hic Samuel verbũ ſuum,ꝙ olim dixerat.ſ. Faciet enim tibi Dominus, ſicut locutus eſt in manu mea,& ſcindet regnum de manu tua. *Et transierit ad æmulum tuum*.i. cũ Deus iam te deſeruerit totaliter,quaſi non eſſes, & trãſierit ad æmulum tuum.ſ.ad Dauid:ideo credere deberes, ꝙ iam tibi Deus nihil proſperum faceret: & vocatur Dauid æmulus Saulis.i.competitor: quia ambo cõpetebant ſuper regno Iſrael:Saul quidem,tanquam poſſidens,Dauid autem,tanquam à Deo nouiter vnctus.Dicitur autem æmulus ab æmulando.i. amando,vel inuidendo,quia qui ſunt competitores,eãdẽ rem cupiunt, & ſibi inuicem inuident, & ſicut nos

A competitores vocamus, in quacunq; re ſunt aliqui habentes ius ad idem:ita ſcriptura ęmulos vocat:ſic patet ſupra c.1. de Anna, & Phenenna.ſ. Dominus autem concluſerat vuluam Annę:affligebatq;eam: æmula eius.ſ. Phenenna: vocantur aũt ambę æmulæ,ideſt,competitrices: qa in eadem re ſimile ius habebant.ſ.ambæ erant vxores eiuſdem viri: ſic etiam dicitur ſupra cap.2.ad Heli ſummum ſacerdotem.ſ. Videbis ęmulum tuum in templo,in vniuerſis proſperis Iſrael,ideſt, competitorem: quod fuit impletum, quando Dauid inſtituit duos ſummos ſacerdotes:vnũ de domo Ithamar.ſ.Abiathar de ſtirpe Heli ſummi ſacerdotis,& alium de domo Eleazari.ſ. Sadoch,vt patet 1.Paralip.cap.24.& tunc erant ambo
B competitores in eadem re.ſ.in eodem ſummo ſacerdotio,quod vnicum erat,& poſtea ablatus eſt Abiathar,ne eſſet ſummus ſacerdos,& manſit Sadoch,vt patet infra 3.lib.cap.2. In Hebræo habetur. *Archa.* Vbi nos habemus æmulum,& ſignificat contra te.ſ. Dominus receſſit à te,& eſt contra te: litera autem noſtra expreſſius poſuit ad æmulum: quia ęmuli ſibi inuicem contrariãtur. *Faciet enim tibi Dominus, ſicut locutus eſt in manu mea*, ideſt, faciet ſine dubio de te id quod ego prædixi tibi aliàs, & eſt id,quod ſequitur: iſtud autem dixit Samuel Sauli ſupra cap. 15. quando venit Saul de terra Amalec: & dicitur in manu mea,ideſt,per me, quia locutio non fit per manum, ſed per os. *Et ſcindet regnum de manu tua*. Metaphora eſt:
C quia regnum non eſt aliquid,quod ſcindatur de manu:ſed eſt ſenſus: Dominus tollet regnum à te.ſ. de poſteritate tua:nam ipſe Saul,quamdiu vixit, ſemꝑ fuit rex. *Et dabit illud proximo tuo Dauid*, ideſt, dabitur regnum Dauid:vocatur autem proximus,quia quilibet de Iſraelitis erat proximus Saulis:vel dicit̃ proximus,ideſt,æmulus,ſiue competitor:ſic etiam dicitur ſupra cap.15.ſ. Scidit Dominus regnum Iſrael à te hodie,& tradidit illud proximo tuo meliori te. Hic autem expreſſit Deus per Samuelem nomen illius,ad quem tranſibat regnum.ſ.Dauid,& non, ſupra cap.15.Ratio eſt, quia ſi Samuel dixiſſet tunc de Dauid,occidiſſet illũ:nam & ipſum Samuelem occiſurus erat Saul,ſi ſciuiſſet, ꝙ ibat ad vngendum eũ:
D ideo Deus dedit ei modum celandi hoc,ſupra capit. 16. Alia ratio fuit,quia Samuel,quanquam tunc ſciret,ꝙ aliquem Deus aſſumpturus erat in regem, reprobato Saule,tamen neſciebat quem: quod patet: quia nondum miſerat Deus eum ad vngẽdũ, quem aſſumpturus erat,& quando miſit,neſciebat,quis de filijs Iſai vngendus eſſet in regem, ſupra cap. 16. nũc autem ſciebat Samuel, quia iam vnxerat Dauid, & non erat aliquod periculum, ſi nominaretur: quia iam non poterat eum Saul perſequi, cum ſequenti die moriturus eſſet,vt patet infra in litera: ideo nominauit eum. *Quia non obediſti voci Domini*, ſcilicet, ideo auferetur regnum tuũ, quia non obediſti Deo. *Nec feciſti iram furoris eius in Amalec*, ideſt, non executus fuiſti iram Dei in Amalec:ira Dei vocatur, quæ
E ab eo infligitur,quia licèt in Deo nulla ira ſit,cum illos,à quibus punimur iratos nobis credamus, & à Deo ſæpe punimur,credimus nobis eum iratũ: vnde illam punitionem inflictam vocamus iram furoris ſui, ideſt, illatam à furore, qui ſignificatur eſſe in eo:de hoc habetur,ſupra c.15. vbi Deus iuſſit Sauli, ꝙ demoliretur vniuerſa,quę erant Amalec: ipſe autem verſus eſt ad prædam, & ſeruauit viuũ regem, & pecora. *Idcirco quod pateris,fecit tibi Dominus hodie*.i.ꝑꝑ iſta pc̃tã,fecit tibi Deus id, quod hodie pateris.i. malum,ꝙ hodie habes.ſ.ipſe poſuit te in hac anguſtia, in qua es hodie,de qua effugere non poteris:& quanquam nondum pateretur Saul malum, quod habiturus

turus erat. s. ꝙ occideretur, & priuaretur posteritas sua regno: quia tamen propinquum erat, videbatur factum esse, & Deus dicebatur iam illud fecisse: & ob hoc supra vbi litera nostra dicit: faciet tibi Dominus, sicut locutus est: in Hebræo dicitur: Fecit, quasi iam factum fuisset. *Et dabit Dominus etiam Israel tecum in manus Philisthim.* i. nō solum tu peribis, propter peccata tua: sed etiam Israel tradetur in manus Philisthinorum. s. quia multi de Israelitis corruerunt vulnerati in monte Gelboe: & Philisthini diripuerunt omnia, quæ erant in castris, vt patet inf. c. vltimo.

An Saul occisus cum filijs fuerit propter peccatum, quod hic nominatur. Quæst. XXXVIII.

Arguitur primo.

QVAERET aliquis, an Saul occisus fuerit cum filijs suis propter peccatum, quod hic nominatur: & an solum propter istud, s. quia non fecit iram furoris Dei in Amalech. Aliquis dicet, ꝙ non fuit occisus pp istud pctm̄, quia ipse egerat alia maiora: sicut ꝙ occiderit sacerdotes Domini sine causa, & deleuerit vrbem Nobe vsq; ad pecora, supra c. 22. & persecutus fuit toties Dauid tam impiè: cū Dauid misereretur eius, nolens illum occidere, supra capi. 24. & 26. magis ergo occisus est pp illa, quàm pp peccatum Amalec. Item patet, quia 1. Paralip. c. 10. dicitur, ꝙ Saul pythonissam consuluit, nec sperauit in Domino, pp quod interfecit eū, & transtulit regnū eius ad Dauid. Item videtur, ꝙ nō fuerit occisus pp hoc peccatum Amalec solū, quia mors est pęna vltima, quæ delinquenti infligitur, sed Saul peccauerat multipliciter, prætérꝗ in Amalec: ergo non solū occisus est pp illud: alioquin diceretur, ꝙ quantū ad alia pctā, nullā pęnam hūit. Rn̄dendum est, ꝙ cū locus ab auctoritate affirmatiuè semp ualeat, qn̄ auctoritas solida est: & hic dicatur, ꝙ Saul non fecit iram Dei in Amalec, & idcirco patiebatur, quæ habebat: necesse est dici, ꝙ pp istud pctm̄ occisus fuerit: qa tn̄ locus ab auctoritate negatiuè nō valet, nō sequit, ꝙ ꝗꝗ solum expresserit hic scriptura pctm̄ Amalec, ꝙ pp illud solū occisus fuerit: potuit. n. occidi ex alijs causis. Pro quo sciendum, ꝙ illa litera superior. s. qa non obedisti voci Domini, nec fecisti iram furoris eius in Amalec, potest dupliciter exponi. Vno modo, ꝙ per totam literam significetur totum peccatum. s. non obediuit Saul voci Domini: & hoc exponit immediatè. s. quia non fecit iram furoris eius in Amalec: & tunc sunt istæ duæ particulæ tanꝗ exponens, & expositum. Secundo modo potest accipi, ꝙ intelligantur duo peccata: quia cū dr̄, ꝙ non obediuit Saul voci Domini, intelligetur peccatum, ꝙ egit non expectādo Samuelem in tempore præfixo: sed offerēdo holocausta, antequàm ipse veniret in Galgala: de hoc supra cap. 13. cum dicitur: Stultè egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ pręcepit tibi, ꝙ si non fecisses iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam vltra regnum tuum cōsurget: & satis videtur, ꝙ intelligatur hic istud peccatum: quia sicut pro peccato contra Amalec, fuit priuatus regno Saul, cum dicatur supra capit. 15. Scidit Dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo: ita pro peccato, de non expectando per septem dies, diffinitū est de Saule, ꝙ regnum suum perdent, cum dicatur. Nequaquam regnum tuum vltra consurget, quæsiuit sibi Dominus virum iuxta cor suū, & pręcepit ei, vt esset dux super populum suum: & hoc mō ponunt hic duo pctā, pp quę venerint ista mala Sauli. s. quia non expectauit Samuelē septem diebus in Galgala, de quo supra ca. 10. & 13.

Secundo.

Tertio.

Saul occisus fuit pter peccatum, qđ fecit non occidendo Amalech principaliter.

F & quia non fecit iram Dei in Amalec: quis tn̄ horū sensuū teneri debeat, in hac litera non satis apparet. Sed videtur dicendū, ꝙ hic solū intelligatur de pctō in Amalec: quia 1. Paralip ca. 10. repetitur cā mortis Saulis, quæ habetur hic, & dicitur. Mortuus est Saul pp iniquitates suas: eoꝙ præuaricatus sit mādatum Domini, ꝙ præceperat, & non custodierit illud: vbi solum ponitur violatio mandati Dei, quasi vnū fuerit illud, & speciale: & tūc necesse est intelligi de peccato Amalec Cum aūt dubitatur, an pp istud pctm̄ solum euenerint ei ista mala, quæ habentur hic, vel ēt pp alia simul. Dicendū, ꝙ non satis patet: quia cū pctm̄, ꝙ hic exprimitur, sit cā sufficiens ad hoc, ꝙ infligantur omnes istæ pænę Sauli: satis stat, ꝙ propter
G istud solum inflicta fuerint. Et si obijciatur, ꝙ multa alia peccata fecit Saul, propter quæ debebat puniri: ergo non solum pro his mortuus est. Dici potest, ꝙ quanquam fecerit alia, tamen mors nō inflicta fuit pro illis, sed inflicta est alia pęna post hanc vitam, i. in purgatorio, vel inferno: si autem velimus aliter dicere: dicemus, ꝙ quanquam ista duo, vel vnū peccatum describantur hic, tanquam causa mortis Saulis: tamē omnia alia fuerūt causa simul mortis eius: nec obstat, ꝙ scriptura non posuerit illa, dum tamē ratio hoc conuincat: quia locus ab auctoritate negatiuè non tenet. Sed dicetur; quid ergo verum est de his duobus? Dicendum videtur, ꝙ Saul non solum mortuus fuit propter peccatū Amalec, de quo hic
H solum videtur fieri mentio, sed etiam pro alijs: nam saltem necesse est, ꝙ ponamus, ꝙ istæ pęnæ partim euenerint propter inobedientiam Saulis, cū noluit expectare per septem dies, iuxta placitum Samuelis: nam supra capi. 14. dicitur. Pro hoc nequaquam regnum tuum vltra consurget, quęsiuit Dominus virum iuxta cor suū & præcepit ei, vt esset dux super populum suum, fuit etiam causa huius pęnæ peccatum contra Amalec, vt patet supra c. 15. quia ibi dr̄, ꝙ scidit Dominus regnum Israel de manu Saulis: sed adhuc non solum propter hæc peccata venerūt istæ pęnæ Sauli: sed etiam propter multa alia. s. quia consuluit pythonissam, & nō sperauit in Domino, & propter multa alia, quæ egit, sic patet 1. Paralip. c.
I 10. s. Mortuus est Saul pp iniqtates suas, eoꝙ præuaricaturus est mandatum Domini: & sic nominant ibi iniquitates generaliter: quasi pp omnes suas iniquitates mortuus fuerit. Item dicit ibidem. Sed insuper ēt pythonissam consuluit, nec sperauit in Domino, pp quod interfecit eum, & transtulit regnū eius ad Dauid: sicut ergo specialiter additur ibi peccatū de consultatione pythonissæ, tanquam causa mortis Saulis, super ea, quæ habentur hic: ita ēt de quolibet alio pctō dici pōt, ꝙ pp illud mortuus fuerit. Ad rōnes in contrariū rn̄dendum. Ad primam cum dr̄, ꝙ Saul egit alia maiora: ergo pp illa, & non pp hoc occisus est. Dicendum, ꝙ tenet consequentia: nam cum scriptura hic dicat, ꝙ pp hoc peccatū occisus est, necesse est intelligi, ꝙ propter istud fuerit occisus, ꝙ autem alia peccata præstiterint causam mor-
K ti suæ, non est inconueniens, quanquam de illis non exprimatur: & licet diceretur, ꝙ illa non pręstiterūt causam morti Saulis, non erat inconueniens, quia non ex hoc remanebant impunita, cum posset Saul puniri pro illis in futuro seculo. Ad secundam rationem, cùm dicitur, ꝙ fuit occisus, quia pythonissam consuluit. Dicendum, quòd nullum est: quia istud fuit vna de causis, non tamen tollitur, quin propter alia peccata occisus fuerit: maximè cum scriptura ponat illa, tanquam causas mortis Saulis. Ad tertiam, cum dicitur, quòd nō solum fuit occisus Saul propter hoc peccatū, sed etiam propter multa alia. Dicen-

Dicendũ,ꝙ eſt hic duplex modus dicendi, vno modo dici pōt,ꝙ propter iſtud ſolum, quod hic ponit̃, occiſus fuerit, & propter ea, quæ alibi nominantur cauſæ mortis ſuæ, & priuationis regni, vt patet ſupra c.13.& 1.Paral. 10. pro alijs autem peccatis non fuit punitus hic, ſed in futuro puniendus reſtabat. Alio modo dici poteſt, & verius, ſicut ſupra aſſeruimus.ſ.ꝙ mortuus fuerit Saul pro omnibus peccatis ſuis:quanquam non exprimantur omnia,tanquam cauſæ mortis, & tunc concedendum eſt argumentum,& conſequens.

Scriptura licèt ſimul non narret omnes cauſas mortis Saulis: tamen ex diuerſis locis colliguntur omnes cauſæ.

Quæstio XXXIX.

QVAERETVR vlterius,cum Saul non ſolum fuerit occiſus ꝑꝑ peccata, quæ habentur hic,ſed etiam ꝑꝑ quædam alia,quare ſcriptura ſolum nominauit iſta? Rñderi pōt, ꝙ cũ ſcriptura aliquid ſæpe narratura eſt,nulla vice illud plenè narrat:ſed ex omnibus vicibus colligitur vna plena narratio: ita erat de cauſa priuationis regni Saulis,& mortis,quia deſcribitur ſupra cap.13. & 15.& hic.& 1.Paralip.c.10.iō in nullo loco horum voluit ſcriptura plenè narrare,ſed ex omnibus colligit̃ vna narratio.Iſtum modum ſæpe tenet ſcriptura, vt declaratum eſt Exo.c.12.Aliter poteſt dici,ꝙ Saul egit facinora multa,per quæ meruit regni priuationem, & mortem,& aliquid vltra omnia hæc: ſcriptura tamen voluit ponere ſolum illa peccata, quibus mortem meruit,& priuationem regni: reliqua autem,ꝑ quæ meruit vlteriores pęnas, quia vindicta illorum non erat hic, ſed in futuro ſeculo, non fuerunt expreſſa. Fuerunt enim quinque, vel ſex peccata manifeſta Saulis,de quibus ſcriptura agit. Primũ,quia non expectauit ſeptem diebus Samuelem, ſupra ca. 13. Secundum, quia non fecit furorem Dòmini in Amalec,ſupra cap.15.Tertium fuit tota perſecutio Dauid,à principio vſque ad finem:quę non fuit vnicum peccatum,ſed multa:cùm ſępe per ſeipſum,& ſæpe per alios conatus fuerit ipſum occidere,vt patet ſupra c.18.vſque huc.in hoc autem toties peccauit Saul, quoties cogitauit de occidendo Dauid, & quoties ad hoc operam dedit ꝑ ſe,vel ꝑ alios. Quartum peccatum fuit:quia occidit ſacerdotes,& deleuit vrbem eorum Nobe,vſque ad pecora,ſupra cap. 22.Quintum peccatum fuit, quia conſuluit pythoniſſam:de quo nimis culpatur,1.Paral.cap.10.Sextũ peccatum fuit occiſio Gabaonitarum,de quo ſeq.li. c.21.per hęc autem omnia merebatur Saul pluſquã mortem,& priuationem regni:ideo quia duo iſtorũ prima fuerunt promeritoria mortis ſuæ, ēt ſi nulla alia eueniſſent, de his duobus tactum eſt hic:alia .n. non erant promeritoria mortis,ſed aliarum pœnarũ pręter mortem:& poſt illam: vnde pro quibuſdã illorum data fuit pęna poſt mortem Saulis.ſ. ꝓ pc̃tō Gabaonitarũ,ꝙ erat vltimũ: nam occidit Saul multos illorũ. Deus aũt miſit famē ſuꝑ terrã, & dixit ſe non placandũ,quouſq; ſatisfieret Gabaonitis ꝓ malo,ꝙ paſſi fuerunt à Saule:ꝓ quo petentibus eis, Dauid ſuſpendit ſeptē viros reſiduos de ſtirpe Saulis,vt patet ſeq.li.c.21. Si tñ ſufficiēter punitus fuiſſet Saul ꝓ oībus peccatis ſuis moriendo, non fuiſſet inflicta alia pęna poſteritati eius ꝓ peccatis ſuis:qa Dñs non iudicat bis in idipſum .i. non punit bis ꝓ eodē pc̃tō, vt patet Naum. ca.1.non fuerat ergo punitũ illud in morte Saulis: & qa quaſi ſufficiens pęna eràt priuatio regni, & mors Saulis ꝓ duobus primis peccatis, poſuit illa ſcriptura ſolũ,tanq̃ cãs,ſubticēdo de alijs.

A Aliter poteſt reſponderi,ꝙ in peccatis Saulis quædã erant ſolum contra Deum, alia erant contra Deũ, & proximum. Prima, quia erant pura ſpũalia, videbantur paruæ culpæ .ſ. ꝙ non expectauerit Saul ſeptem piebus Samuelem: & ꝙ non expleuerit penitus iram Dei in Amalec, & ꝙ pythoniſſam conſuluerit. Ea enim,quæ erant contra proximũ, & Deũ, quia continebant magna damna, & corporalia,videbantur grauiſſima .ſ. ꝙ occiderit Saul indignè tot ſacerdotes, & deleuerit vrbem eorum vſque ad iumenta, & ꝙ toties perſecutus fuerit Dauid impiè: & ꝙ penè deleuerit totum genus Gabaonitarum, q̃ erant in miniſterio Domini:ideo ſi ſcriptura non expreſſiſſet cauſam mortis Saulis,putaretur,ꝙ iſta grauiſſima,quę erant contra proximum, fuiſſent cauſa mortis eius:ea autem,quæ erant contra Deum,non fuiſſent quaſi alicuius momenti in comparatione illorum: vt ergo non putarentur parua eſſe illa peccata,quæ contra Deum facta ſunt, poſita fuerunt ipſa ſola,tanquam cauſa mortis Saulis,& de alijs nihil expreſſum eſt:quia de peccatis, quæ erant contra proximum,nemo dubitaret,quin eſſent grauiſſima: vñ iſta tria expreſſa ſunt.ſ.hic duo.ſ.de expectatione ſeptem dierum,& de Amalec, & aliud, 1.Paralip.cap. 10.ſ.de conſultatione pythoniſſæ.Aliter dici pōt, ꝙ q̃q̃ fuerint multæ cãæ mortis Saulis: tñ Samuel voluit iſtas exprimere: quia volebat ſe offerre ad ea, q̃ ipſe viuens dixerat, vt patet ſupra .ſ. Faciet tibi Dominus, ſicut locutus eſt in manu mea: Deus tamen ſolum prędixerat pœnam Saulis bis per Samuelē.ſ. pro ſeptem diebus non expectatis,ſupra cap.13.& ꝓ non expleto furore Dei in Amalec: ideo iſta ſolum exp̃ſſit, tanq̃ cãs mortis Saulis, & priuationis regni.

Quare tradidit Deus Iſraelitas in manibus Philiſthinorum pro peccato Saulis. Quęstio XXXX.

QVAERETVR vlterius, quare Deus tradiderit hic Iſtaelitas in manu Philiſthinorum pro peccato Saulis:nam dicitur in litera. Idcirco,ꝙ pateris fecit tibi Dominus hodie,& dabit Dominus ēt Iſrael tecum in manu Philiſthijn. Aliquis dicet,ꝙ puniti fuerunt hic Iſraelitæ non ꝑꝑ peccatum Saulis,nec ꝑꝑ peccatum ſuum: ſed quia non poterat aliter fieri .ſ. quia Deus diſpoſuerat tradere Saulem in manu Philiſthinorum,& quia ipſe erat rex conſiſtēs in medio exercitus ſui, & non poterat occidi, quin perirēt alij multi:tradidit Dominus Iſraelitas in manus Philiſthinorum,vt traderetur Saul. Sed hoc eſt nimis abſurdè dictum.Primò,quia præſupponit̃, ꝙ infligatur aliqua pęna interdũ,quæ non ſit ex conditione naturę,nec ad meritũ hominis,& hoc ſine peccato:nã in hoc eſſet magna iniuſtitia Dei,præſertim cũ populũ cultorem ſuum,quem elegerat inter oēs gentes,ſine vlla culpa ſua,aut aliena, traderet in manus hoſtiũ.Secundo eſt abſurdũ: quia præſupponit̃, ꝙ Deus neſciret, aut non poſſet aliter punire Saulē iniuſtum q̃, vt cũ eo puniret multos iuſtos: nihil tñ tale in Deo ponendũ eſt: nam poterat occidere Saulem ſine hoſtibus, dando ei aliqđ genus mortis ignominioſę,& ꝙ nullus de populo periret.Sed dicendũ eſt, ꝙ Saul fuit hic punitus ꝑꝑ peccata ſua, & populus ēt ꝑꝑ peccata illius: nam ſæpe populus pro pc̃tō regis,& rex pro pc̃tō populi punitur:eſt autem generalis regula, ꝙ quilibet portabit iniquitatem ſuam, & anima,quę peccauerit,ipſa morietur,Ezech.18.c. quia tñ peccata populi ſunt aliquo modo peccata regis, inquantum rex poſitus eſt ad corrigendum illa, & non corrigit, ideo tunc dicitur puniri rex pro peccatis populi, vel quilibet prælatus pro peccatis

Populus ꝓ rege, & rex ꝓ populo ſępe punitur.

ſubditorum: & tamen verius punitur pro peccatis ſuis, ſcilicet, quia ipſe negligit id, ad quod tenetur, de hoc patet Exech.cap.3.vbi dicitur, quòd qui peccat perit, & qui poſitus eſt, vt ſpeculator peccat, non corrigendo, & ſanguis pereuntis requiritur de manu illius: ſimiliter quoque peccata regis ſunt peccata populi, quia licèt populus non ſit poſitus iudex regis: tamen habet maiorem poteſtatem ſuper regē, quàm rex ſuper populum: rex enim per ſeipſum ſolum nō poteſt exequi aliqua grauia, ſed exequitur, obedientibus ſibi ſubditis: ſed nullo modo debent obedire ei in illicitis: ideo quando obedierint peccant, & peccatum regis efficitur iam peccatum populi. Interdum etiam quædam parua pars populi obedit regi, vel prælato ad faciendum malum, quod ipſe iubet, quia per illam partem ſufficienter exequitur, quod vult: tunc alia pars peccat, quia licèt non obediat, tamen debet reſiſtere obedientibus, ne obediant, & regi ne faciat: ſi autem non reſiſtant, vtriq; peccant.ſ.obedientes, & non reſiſtentes, ſed inæqualiter. Alio modo peccatum regis eſt peccatum populi, vt ſi rex per ſeipſum faciat aliquod malum, ad quod exequendum nihil ſeruis ſuis iubere debet: vtpotè, ꝙ ſit Hæreticus, vel Idolatra, aut in quocunq; vitio grauiſſimo: ſi illud ſit notorium, tenentur ſubditi ſui reſiſtere ei, ne illud faciat, quanquam modus reſiſtendi non eſt ſemper idem, ſed ſecundum diuerſa peccata eſt varius. Sic autem nunc dicendum eſt de Saule, & de populo Iſrael, ꝙ Iſraelitæ puniti fuerūt pro peccato Saulis: ſed iſtud peccatum erat etiā peccatum populi, quia in quibuſdam peccatis populus ei fauebat, in alijs autem non reſiſtebat: ſicut fuit peccatum in Amalec, cum Deus iuſſiſſet, ꝙ Saul deleret omnia, quæ erant Amalec, tam ipſe, quàm populus peccauerunt concupiſcendo prædam: nam manifeſtum eſt, ꝙ ipſe ſolus non egiſſet hoc: immo ipſe retorſit totam culpam in populum, dicēs ſupra capi.15. Pepercit populus melioribus ouibus, & armentis, vt immolarētur Domino Deo tuo, reliqua verò occidimus. Populus quoque pro magna parte aſſenſit Sauli in alijs peccatis.ſ.perſequendo Dauid, cum irent cum eo tria millia virorum, ſupra ca.24. & 26. vel ſaltem non repugnauerunt ei in omnibus peccatis, cum euidenter pateret iniuſtitia, & potuiſſet populus compeſcere regem: quia tamen iſta peccata erant directè Saulis, & non populi: Deus non dedit magnam punitionem ſuper Iſrael, quia non perierūt multi de Iſraelitis, ſicut in alijs bellis: ſed quaſi in principio belli fugerunt omnes, & quibuſdam eorum occiſis, manſit Saul cum filijs ſuis, vt colligitur infra cap.vltimo: & ipſi perierunt. *Cras autem tu, & filij tui mecum eritis*, ideſt, cras moriemini tu, & filij tui, & eritis mecū, ideſt, eritis mortui, ſicut ego ſum: & hoc verum eſt, quia tres filij Saulis, qui erāt in bello cum ipſo, mortui fuerunt, vt patet infra c. vltim. ſolus autem Isboſeth, qui nō exiuit in bellum, vixit, & ille poſtea regnauit: dicitur autem cras, qa ſequenti die mortui ſunt: nam iſta dicta ſunt Sauli per noctem.ſ. quia ipſe venit ad mulierem pythoniſſam ꝑ noctem, vt patet ſupra in litera: & fuit facta conſultatio per noctem, deinde receſſit eadem nocte: nam dicitur. Et ambulauerunt per totam noctem illam, ſequenti autem die, vel fortè in ipſa nocte peruenit Saul in caſtra, & die ſequenti initum eſt bellum, & fugiēte Iſrael mortuus eſt Saul cum filijs ſuis: Aug. autem aliter exponit iſtam literam.ſ. cras tu, & filij tui mecum eritis.ſ.in parte mea, in requie ſanctorū in ſinu Abrahæ: nam ibi erat Samuel, qui vir iuſtus erat: & ob hoc arguit Aug. ꝙ nō fuerit Samuel iſte, qui locutus eſt, ſed Dæmon, quia aliàs non dixiſſet,

F ꝙ futurus eſſet Saul in parte ſua, cū eſſet vir iniquus: de hoc habetur 18. de Ciuitate Dei, & ī Decretis, 26. q.5.cap.nec mirum. Sed non conuenīt expoſitio: qa ſolum volebat hic Samuel indicare mortem Saulis, & filiorum eius: de loco autem, in quo manſuri erāt poſt mortem, non multum attinebat: ideo non procedit ratio ſua. Item quia dato, ꝙ Saul diceretur venturus in partem Samuelis, non erat magnum inconueniens: ſaltem ſecundum multorum poſitionem, qui dicūt Saulem ſaluatum fuiſſe, ſic enim exponit Ra. Dauid Kimhi.ſ.mecum eritis.ſ. in parte ſanctorum: dicit enim, ꝙ ſaluatus eſt Saul, quia cum ſciret ſe moriturum, tamen voluit ire ad bellum, non formidans mortem. Item quia confeſſus fuit delictum

G ſuum.ſ.quia Deus non exaudiebat eum per ſacerdotes, nec prophetas, nec ſomnia, in quo profitebatur ſe meruiſſe hæc: de hoc tamen quid verum ſit, infra cap. vltimo declarabitur. *Sed, & caſtra Iſrael tradet Dominus in manu Phyliſthin tecum*, ideſt, non ſolum tu peribis, ſed etiam Iſraelitæ tecum, non quidem, ꝙ perierint omnes, qui erant in caſtris, ſed dicuntur tradita caſtra, inquantum præualuerunt Philiſthin contra Iſrael, & occidentes aliquos ipſorum, reliquos fugere compulerunt, diripueruntque ſpolia fugentium occiſorum: nec ſolum hoc, ſed etiā Iſraelitæ, q erāt prope terram Philiſthinorum, deſeruerūt ciuitates ſuas, & fugientes iuerunt ad alia loca: Philiſthini autem venientes, habitauerunt in illis, vt patet.j.c. vlt.

H

Verba Samuelis ad Saulem, quòd cras moriturus eſſet, quomodo dicta ſunt. *Quæſtio XXXXI.*

QVAERET aliquis, quomodo ſtant iſta verba prophetæ.ſ. Cras tu, & filij tui mecum eritis: nam poterant iſta eſſe falſa, vtpote, ſi Saul nollet ire in bellum, nam tunc non occideretur à Philiſthinis ſequenti die. Aliquis reſpondebit, ꝙ iſta verba intelligebantur conditionaliter: Cras tu, & filij tui mecū eritis.ſ.ſi ad bellum ire volueris: ideo quanquam nō iret Saul ad bellum, non eſſent falſa: iuit autem, ideo completa ſunt. Sed hoc non ſtat, quia iſta verba non dicta ſunt conditionaliter, ſed abſolutè. Aliquis tamen

I dicet, ꝙ ſunt intelligenda conditionaliter, qq non exprimatur conditio, ſicut intelligūtur omnes aliæ prophetiæ comminatoriȩ, vel promiſſoriȩ. Sed non ſtat, quia in prophetijs intelligitur conditio.ſ. ſi res manſerit in eodem ſtatu, ſiue in bono, ſiue in malo, vt patet Iere.ca. 18. vbi Deus promittit bona alicui genti, & ſi illa peccet, ſubito Deus facit contrarium: comminatur quoque mala alicui genti, & ſi illa pœniteat, ſubito Deus conuertit in bonū. In Saule autem non erat ſic: quia iſtæ pȩnæ denunciabant futuræ pro peccatis præteritis, de quibus Saul non dolebat: ideo implenda erat prophetia, cum maneret idem ſtatus: præſertim quia dato, ꝙ Saul doleret de præteritis, cū tamen tanta eſſent facinora, Deus

K non remitteret ei pȩnam, ſed culpam. Dicendū igit, ꝙ iſta prophetia ſine conditione accipienda eſt, & continet veritatem neceſſariam.ſ. ꝙ neceſſe erat, ꝙ Saul, & filij ſui morerentur ſequenti die. Cū aūt dr̄, ꝙ Saul poterat hoc declinare, non eūdo ad bellum: dicendū, ꝙ verū eſt, ꝙ ipſe poterat velle non ire ad bellū: Deus tamen ita inclinauerat voluntatem eius ad eūdum ad bellū, ꝙ nullo modo declinaturus erat ad contrarium: ideo voluntas Saulis indeflexibilis erat: & ſic neceſſariò impleretur id, quod dicebat Samuel. Nec tamen per hoc tollebatur libertas arbitrij Saulis, quia ſic eſt in ſanctis, in vita æterna, quia voluntates eorum ſunt determinatæ ad vnam partem contradictionis, ꝙ impoſſibile eſt, ꝙ aliā velint.

hoc

hoc tamen non tollit libertatem eorum, quia pu- A
rior libertas arbitrij eſt in vita æterna, q̃ hic, quod
prouenit ex hoc, qa volūtas naturaliter determina-
tur ad bonum, quod eſt obiectum ſuum: & ſicut de
qualibet alia potentia impoſſibile eſt, quòd tranſcē-
dat obiectum ſuum, vt ꝙ viſus videat ſaporem, vel
auditus audiat colorem, ita de voluntate impoſſibi
le eſt, ꝙ velit malum, ſi cognouerit illud, quia exce-
dit obiectum ſuum: ideo ſi intellectus noſter nunq̃
erraret iudicando, nunquam voluntas eligeret ma-
lum, & ſi aliquando reduceretur intellectus noſter
ad talem ſtatum, ita, vt impoſſibile eſſet eum errare
circa ea, quæ cognoſcit, impoſſibile erit volūtatem
noſtram aliquod malum velle: & tamen per hoc nō
fit aliqua mutatio in voluntate, ſed ſolum in intelle B
ctu. In vita autem æterna Deus illuminat intellectū
cuiuſlibet ibi exiſtentis lumine clariſſimo: ita, quòd
impoſſibile ſit eum errare in iudicando: ideo impoſ
ſibile eſt cum poſt hoc peccare, vel male velle: & ita
eſt confirmatio, per quam nihil detrahitur volunta-
ti de libertate, cum nihil in ea mutetur: ſed ſolum
in intellectu ponitur quædam perfectio. Ita autem
poterat hic facere Deus de Saule ſ. ꝙ moueret intel
lectum ſuum ad intelligēdum, ꝙ ire in bellum erat
bonum, & non ire illùc erat peſſimum: data autem
hac intellectione, neceſſe erat, quòd Saul vellet ire
in bellum: quia dato contradictorio, ſequeretur, ꝙ
intelligeret peſſimum eſſe non ire in bellum, & ta-
men vellet non ire: & hoc eſt, ꝙ voluntas velit ma- C
lum cognitum, & ſub ratione mali, quod eſt impoſ-
ſibile: ideo neceſſe erat, ꝙ vellet illùc ire: nec tamen
propter hoc tollebatur liberum arbitrium, quia nul
lus cogebat voluntatem ſuam: & iſtud factum eſt .ſ.
ꝙ Deus fecerit, ꝙ Saul intelligeret, bonum eſſe ire
in bellum. Aliter dici poteſt, ꝙ iſta prophetia erat ne
ceſſaria: quia dato, ꝙ Saul nollet ire in bellum, com-
pelleretur. ſ. quia ēt ſi ipſe vellet fugere, Deus immit
teret Philiſthinos ſequenti die per terram Iſrael, &
venientes ad locum, in quo eſſet Saul, occiderent eū
bellādo: ſic. n. facit Deus de homine, quod vult, ſicut
fuit ſupra ca 23. de Saule: nā ipſe volebat capere Da-
uid, & iam capturus erat: miſit autem ſubito Deus
nuncium de aduentu Philiſthinorū, & coactus fuit D
deſiſtere à perſecutione Dauid. *Statimque Saul.* Hic po
nitur quartum .ſ. Saulis debilitatio, vel deſperatio:
nam auditis tantis malis, viribus deſtitutus eſt. *Ceci-
dit porrectus in terram*, ideſt, ſtatim, vt audiuit verba Sa-
muelis ſupra poſita, cecidit in terram: non. n. valuit
ſe ſuſtinere, & cecidit porrectus, ideſt, extentus. ſ. to-
to corpore: in quo ſignificatur magnitudo caſus .ſ.
quia non inclinauit caput ſolum, vel aliqualiter ꝓ-
cubuit, ſed toto corpore in terra proſtratus eſt .ſ. qa
in nulla parte corporis manſerant vires ex duobus
cauſis ſequentibus. In Hebræo dicitur. *Pleno ſtatu*, vbi
nos dicimus, porrectus .ſ. ꝙ cecidit Saul in toto ſta-
tu, ideſt, in toto corpore proſtratus: quia non ſolum
cecidit inclinans ſe ſuper manum, vel genua, quia E
hoc accidit illis, qui habent aliquas vires ad ſuſtentā
dum ſe: in Saule autem omnes vires defecerāt, ideo
pleno ſtatu cecidit, ꝙ litera noſtra ſignificat, dicens:
porrectus, ideſt, extentus totus per terram ſecundū
longitudinem corporis ſui. Sciendum autem, quòd
Saul à principio, cum venit Samuel, inclinauit ſe ad
terram, & adorauit, vt patet ſupra: poſtea autem ſur
rexit, & ſtabat recto corpore quando loquebatur
ei Samuel, cùm autem finiuit Samuel verba, cor-
ruit Saul in terram toto corpore: & non potuiſ-
ſet ſic corruere, niſi erectus eſſet. *Extimuerat enim
verba Samuelis*, iſta eſt vna cauſa, quare corruit:
concepit enim tantum timorem, quantum nun-
quam habuit: & hoc, quia prænunciabatur ſibi vlti-
mum terribilium, ſcilicet, mors ſua, & filiorum, &
deletio caſtrorum. Secundò, quia iſta verba videban
tur ei ineuitabilia: nam ſi alius vir dixiſſet ea, q fuiſ-
ſet paruæ auctoritatis, non credidiſſet Saul plenè:
ideo non tantum timuiſſet: nunc autem cum dixe-
rit illa Samuel, non dubitauit, quia nunquam reper
tum eſt mendacium in verbis Samuelis, vt patet ſu-
pra cap. 3. & omnia, quæ dicebat, abſque ambiguita-
te veniebant, ſupra cap. 9. *Et robur non erat in eo.* Iſta eſt
ſecunda cauſa, quare corruit, ſcilicet, quia non habe
bat robur ad ſe ſuſtentandum: nam etiam ſi nimis
timuiſſet, non corruiſſet tam grauiter pleno ſtatu, ſi
habuiſſet vllas vires. *Quia non comederat panem tota illa
die*, ideſt, quia nihil comederat. Nomine panis intelli
gitur hic quidquid manducari poteſt, ſicut patet ſu-
pra cap. 14. vbi nomine panis, intelligitur mel: nam
dicitur: Maledictus, qui manducauerit panem vſq;
ad veſperum, & Ionathas comedens modicum mel-
lis, incidit in maledictionem: ꝙ etiam patet, quia da
to, quòd Saul non comediſſet panem die illa, ſi ta-
men comediſſet carnes, vel aliqua alia nutritiua, poſ
ſet habere vires, ſed nihil comederat: dicitur autem
tota die illa, quia iam erat nox quando iſta fiebant,
& quando venit Saul ad pythoniſſam, vt patet ſu-
pra: fortè autem receſſerat in aurora, vel per noctē
de caſtris, &, vt non cognoſceretur, non declinaue-
rat ad aliqua loca ad ſumendum cibum, & ſic ipſe,
nec viri ſui, non comederant die illa. *Ingreſſa eſt itaque
mulier ad Saul.* ſ. nunc erat Saul proſtratus in terram,
& receſſerat Samuel, qui reſpondebat ei: pythoniſ-
ſa autem non fuerat præſens quando reſpondebat
Samuel: ſed immediatè, vt ille venit, & ſciuit eum
Saul eſſe præſentem, receſſit pythoniſſa: quia nole-
bat Saul, quòd aliquis audiret quid erat, quod loque
batur ei Samuel: decedente autem Samuele, ingreſſa
fuit ad locum, in quo erat Saul. *Conturbatus enim erat
valde*, ideſt, in magna turbatione erat, ita vt penè eſ-
ſet extra ſe, & non maneret ei mens, nec robur, iace-
batque extentus in terram, ſicut prius. Quod patet,
quia mulier orauit ipſum nimis, & ſerui ſui, vt co-
mederet, & poſtea dicitur: Tandem audita voce eo-
rum, ſurrexit de terra, & ſedit ſuper lectum: ergo in
terra erat nunc, quando introiuit mulier. *Dixitque
ad eum.* Hic ponitur magna vrbanitas pythoniſſæ,
quæ orauit Saulem nimis, & ſatis pulchrè, quòd ſu-
meret cibum, & vnicum vitulum paſcualem, quem
habebat, occidit ad parandum ei cibos: vnde de lau-
de eius dicit Ioſephus 6. Antiquitatum in fine. Iuſtū
eſt laudare mulieris largitatem, quæ licèt eius cau-
ſa, regis fuiſſet compulſa exercere prauitatem, dum
aduenıſſet domum eius, quem nunquam viderat
prius: non habuit memoriam mali vituperando
eum, qui eius prohibuerat diſciplinam, nec aduer-
ſata peregrinum, cum quo conſuetudinem nequa-
quam habuerat: ſed cōdoluit, & conſolata eſt, dum
eum cognouiſſet regem, & quod ei ſolum in pau-
pertate fuerat, hoc libenter, hilariterque confere-
bat: non munus aliquod ab ipſo expectans, quem
proximè moriturum agnouerat. *Ecce obediuit ancilla
tua voci tuę*, ideſt, ego, quæ ſum ancilla tua obediui ti-
bi, vocando Samuelem, quem iuſſiſti vocari. *Et po-
ſui animam meam in manu mea*, ideſt, poſui me in peri-
culo mortis, ſcilicet, inuocando Samuelem: quia
per hoc merebar mortem, ſciens, quòd ſi cogni-
tum eſſet apud aliquos, occiderer: & tamen propter
te non curaui de periculo: debes ergo tu aſſentire
mihi parua petenti. *Et audiui ſermones tuos, quos locu-
tus es ad me*, ſcilicet, ſermones de inuocando Samue-
lem: & eſt repetito ſuperioris ſententiæ. *Nunc igitur
audi*

*audi,& tu vocem ancillæ tuæ.*i.ideo iustum est,ꝙ nunc tu
audias vocem ancillæ tuæ.ſ. faciendo id, quod ego
oro. *Et ponam ante te bucellam panis.*i. ponam modicum
de cibo,vt comedas,antequam recedas. Fuit locuta
humiliter mulier, diminuendo res ſuas: quia non
erat ipſa poſitura bucellam panis coram Saule, ſed
poſuit abundantiſſimas epulas.ſ.quia occidit vnum
vitulum paſcualem, quem ſolum habebat,vt patet
infra. *Vt comedens conualeſcas.*i. nimis es nunc deſtitu-
tus viribus,comede ergo,& conualeſces. *Vt poſſis iter
facere.*i.vt poſſis ambulare, redeundo in caſtra: ſcie-
bat enim mulier, ꝙ Saul volebat redire in caſtra, &
tamen non potuiſſet iter agere,niſi comediſſet:ideo
compulit eum comedere. In Hebræo habetur. *Quan
do iter feceris* ſ.vt conualeſcas,quando feceris iter, qđ
ad idē redit:ſed aptius poſuit litera noſtra, quia Saul
non debebat conualeſcere, quando ageret iter, ſed
ad agendum iter. *Qui rennuit,& ait: non comedam.*i. non
volebat Saul comedere, & hoc præ magnitudine tri
ſtitię,& deſperatione,quia iam deſperabat de ſalute
ſua poſt verba Samuelis.

*An Saul peccaſſet,ſi non comediſſet,& permiſiſſet ſe mori
fame. Quæſt. XLII.*

QVAERET aliquis, an Saul peccaſſet, ſi noluiſ-
ſet comedere,ſed permitteret ſe mori fame,
cum ſequenti die occidendus eſſet à Philiſthinis. Ali
quis dicet, ꝙ non peccaret: quia cibus eſt ad conti-
nuandam,& extendendam vitam:Saul tamen,dato
ꝙ comederet, non poterat viuere, niſi vſque ad ſe-
quentem diem,quia tunc occidendus erat:& hoc ip
ſe cognoſcebat certiſſimè, cum dixiſſet Samuel: iõ
ſuperfluum erat,ꝙ comederet. Reſpondendum eſt,
ꝙ peccaſſet Saul,ſi noluiſſet comedere: quia ſic ipſe
ſe occideret: ſpontaneus tamen occiſor ſuijpſius ni-
mis culpabilis eſt:ideo non licebat ei,ſe fame occide
re. Cum autem obiicitur, ꝙ etiam ſi comederet, ſe-
quenti die moriturus erat,concedendum eſt.Sed di-
cendum,ꝙ quanquam aliquis ſciat, ſe occidendum
eſſe ab aliquo certiſſimè,morte duriſſima: nō debet
ſeipſū,occidere,vt acerbos euadat dolores: ꝙ.n.ali⁹
occidat ipſum,ad eū nō ꝑtinet: qa ipſe nihil peccat:
ſi autem ipſe ſeipſum occidat, tota culpa ipſius eſt,
cum ipſe agat quidquid fit. Saul igitur nihil pecca-
bat, ꝙ occideretur à Philiſthinis: peccaret autem, ſi
ſeipſum occideret:ideo peccaret,ſi non comediſſet,
cū certiſſimè ex hoc moreretur. *Coegerunt autem eum
ſerui ſui,& mulier.*i.quanquā rennueret comedere: ta-
men ſerui ſui compulerunt,ꝙ comederet.Non fuit
autem iſta compulſio ſimpliciter, ſed compulſio ꝑ
magnas preces.ſ. ꝙ tantum orauerunt, & iniecerūt
manus in eum,modo ſupplicantis,ꝙ induxerūt eū,
vt comederet. Quod patet,quia dicitur immediatè
in litera: & tandem audita voce eorum, ſurrexit de
terra: ergo non coactus egit, ſed quia voluit exaudi-
re preces. Simile habetur Lucæ ca. vlt.cùm dicitur
de duobus diſcipulis:Et coegerūt illum,dicētes, ma-
ne nobiſcum:illi tamen non coegerunt Chriſtū ſim
pliciter,ſed precibus eum tenuerunt. *Et tandem audita
voce eorum.*i.ad vltimum Saul audiuit voces ſeruorū
ſuorum, & pythoniſſæ.ſ.quia illi orabant, vt ſume-
ret cibū,& ſic fecit. *Surrexit de terra,& ſedit ſuper lectum.*
Erat enim proſtratus in terram,quando loquebatur
ei mulier,& ſerui ſui,nolens aliquid agere,ſed iacere
in terra,præ deſperatione,& anguſtia: perſuaſus au-
tem,& confortatus vocibus eorum,ſurrexit de ter-
ra,& ſedit ſuper lectum,quia debilitatus erat, vt ibi
maneret,dum mulier parabat cibos. *Mulier autem illa
habebat vitulum paſcualem in domo.*i.habebat vnū vitulū

F pinguem,vel paſcualem.i. quem paſcebat in domo:
quia ibi dabat cibos illi,nec egrediebatur in agros,vt
pinguior eſſet. *Et feſtinauit,& occidit eum.*i. cum feſtina
tione magna occidit illum,& parauit. Hoc erat pro
pter duo. Primò,quia Saul erat nimis debilitatus, cū
non comediſſet tota die illa, vt patet ſupra:ideo vo-
luit cito parare cibos,ne magis debilitaretur. Secun-
dò fecit hoc, quia Saul volebat recedere velociter,
vt rediret in caſtra: nam tota illa nocte ambulaue-
runt, vt patet infra, ideo volebat cito expedire, ne
tæderet Saulem magnæ moræ. *Tollenſque farinam mi-
ſcuit eam.*i. mulier illa, non habebat tunc panes ꝑ Sau
le, & ſeruis eius: ideo cito miſcuit farinam aqua, &
confecit inde panes. *Et coxit azyma.*i. fecit panes azy-
G mos.i.non poſuit mulier illa, fermentum in maſſa,
ne cogeretur expectare magno ſpatio,quouſque pa
nes fermentati, apti eſſent ad coquendum: ſed for-
mauit eos de maſſa,nō fermentata,vt mox formati,
coqui poſſent,& non cogeretur expectare Saul. *Et po
ſuit ante Saul,& ſeruos eius.*i.carnes vituli paratas, & pa-
nes azymos poſuit ante Saulem, & ſeruos ſuos, vt
comederent. *Qui cum comediſſent.*ſ.cum velocitate: qa
ſuſpirabant ad ambulandum. *Surrexerunt.*ſ. à menſa
de domo mulieris: nam non dormierunt tota no-
cte illa. *Et ambulauerūt per totam noctem illam.*ſ. venerunt
ad mulierem per noctem, & vocatus fuit Samuel ꝑ
noctem: Saul quoque,& viri ſui comederūt, in qui-
bus oībus tranſiuit aliqua pars noctis; deinde ꝑ totā
H noctē ſequētē ambulauerūt,vt venirēt cito ī caſtra.

*Quare ambulauit Saul tota nocte non expectans diem.
Quæſtio XLIII.*

QVAERET aliquis, quare Saul, & viri ſui am-
bulauerunt tota nocte, & non expectauerunt
ad ſequentem diem. Dicendum,ꝙ hoc fecit Saul,vt
lateret factum ſuum eos,qui erant in caſtris: ſicut.n.
quando exiuit de caſtris, mutauit habitum, vt non
cognoſceretur,& vt non putaretur ipſe recedere,&
aſſumpſit ſolum duos viros ſecum;vt patet ſupra ita
& nunc in reditu, voluit, ꝙ non cognoſceretur, qñ
introibat in caſtra: melius autem hoc per noctē fa-
I cere poterat,q̄ per diem:ideo ambulauit tota nocte,
vt per noctē ingrederet̄ in caſtra:hoc tenet Magr̄ in
Hiſtoria ſcolaſtica.Fecit ēt iſtud, vt nō cognoſceret
in itinere:nam præcedenti die,quando venit ad mu-
lierem in Endor,non comedit tota die, vt patet ſu-
pra in litera,& hoc videtur factum,vt nō declinaret
ad aliquem locum,ne ibi cognoſceretur:nunc autē
per noctem, à nullo videretur: ideo voluit ambula-
re in nocte. Aliter dici pōt,ꝙ hoc fecit,ne Philiſthi-
ni irruerent in caſtra, ipſo abſente: nam cùm re-
ceſſit de caſtris,locauerant iam Philiſthini caſtra, &
putauit,ꝙ vellent Philiſthini immediatè pugnare: ſi
autem Saul ibi non eſſet, Iſraelitæ non auderent in-
ſtruere aciem, & timerent, tanquam non habentes
K Dominum:& quia prope erat,vt Philiſthini bellum
committerent,voluit per totam illam noctē ambu
lare, ne ſi ſequenti die recederet de Andor, vbi erat
Pythoniſſa: prius Philiſthini inirent bellū, & diſper-
geretur Iſrael, quàm veniret Saul in caſtra. Aliter
dici poteſt, ꝙ hoc faciebat Saul, quia inſtigabatur à
Deo:volebat enim Deus, ꝙ Saul periret in bello, ſe-
quenti die, ſicut dixerat Samuel.ſ.Cras tu,& filij tui
mecum eritis:& quia ſi expectaſſet Saul,vſque ad au
roram,vt recederet de Endor, vbi erat Pythoniſſa,
prius fugerent Iſraelitæ de acie, q̄ accederet Saul ad
caſtra, & non moreretur in bello: Deus inſtigauit
ipſum, vt illa nocte tota ambularet, ad veniendum
in caſtra.

Quare

Quare ſerui Saulis permiſerunt eum venire in caſtra. Quæſtio XLIIII. A

QVAERETVR vlterius, quare ſerui Saulis,& mulier permiſerunt eum venire in caſtra, cum Samuel prædixiſſet,ꝙ moriturus erat Saul ſequenti die. Reſponderi poteſt,ꝙ ſerui Saulis,& mulier non cognouerunt,quid Samuel dixerit Sauli:quod apparet,quia quando loquebatur Samuel Sauli, & cecidit in terram Saul,non erat Pythoniſſa præſens: ſed dicitur, ꝙ ingreſſa eſt ad eum poſtea, vt patet ſupra, ergo ipſa non audierat. De ſeruis autem Saulis veriſimilius eſt,ꝙ non audierint, quia ſi Saul nolebat ꝙ Pythoniſſa, quæ ſuſcitauerat Samuelem,eſſet p̄ſens, quādo ipſe quæreret à Samuele: quātominus vellet B ſeruos ſuos eſſe præſentes, qui nihil ad hoc pertinebant? Sed obijcietur,ꝙ mulier,& ſerui Saulis cognouerunt,quid dictum fuit Sauli:quia ipſi inuenerunt eum iacentem,totum extentum per terram, & erexerunt eum, & precibus coegerunt, vt comederet, ergo ſciebant eum eſſe in maxima amaritudine. Dicendum eſt,ꝙ ſerui Saulis,& mulier inuenientes ipſum in terra, cognouerunt aliquod reſponſum durum ei fuiſſe factum, propter quod erat in anguſtia: neſcierunt tamen,quid illuc eſſet:ipſe verò reuelare noluit, ne ſuos faceret deſperare, quia ſic facilius fugerent à facie Philiſthinorum: ideo non curauerunt ſuadere ei, ne iret in caſtra, quia ſi ipſe non iret, periret populus: ideo nullum malum accidere C poterat maius, quàm abſentia ſua de caſtris,niſi ipſe certiſſimè moriturus eſſet: & quia hoc non cognouerunt,non diſſuaſerunt ei ire. Aliter dici poteſt, ꝙ ſerui Saulis,non putauerunt eum corruiſſe in terrā, propter aliquod malum reſponſum, ſed ex apparitione facta: quia iſtæ viſiones ſurgentium, ſolebant eſſe terribiles, vnde non ſuſpicati ſunt aliquod malum,ꝑꝑ quod deberent diſſuadere Sauli ire in caſtra.

An Saul peccauit eundo in caſtra, cùm ſciret ſe ibi moriturum. Quæſtio XLV.

QVAERET aliquis, an Saul peccauit eundo in caſtra, cum ſciret ſe ibi moriturum. Aliquis D dicet,ꝙ ſic:quia ſicut,ꝙ quis ſeipſum occidat eſt graue peccatum:ita ꝙ morti certiſſimè,ſe exponat,peccatum eſt: ſed Saul ſciebat certiſſimè, ꝙ moriturus eſſet ſequenti die in caſtris: ergo eundo illuc,peccabat. Reſpondendum,ꝙ non peccauit:quia cum q̷s agit, ꝙ eſt ex officio ſuo, ea intentione, qua debet, non peccat: Saul autem erat rex, & ex conditione ſtatus ſui incumbebat ei, ꝙ ipſe ageret bella pro Iſraelitis,exponendo ſe contra hoſtes: nunc autē Philiſthini bellum inſtaurauerant contra Iſrael:ergo nō peccabat Saul eundo illuc: quia ideò ibat, vt populus non periret. Cum autem obijcitur,ꝙ exponebat ſe morti certiſſimæ:& ex hoc peccabat. Dicendum, ꝙ non peccauit,quia exponere ſe morti eſt,quando E quis poteſt eſſe extra periculum mortis, & cōſtituit ſe in periculo:de Saule verò non erat ſic, quia dictū fuerat ſibi: Cras tu, & filij tui mecum eritis: ex quo ipſe putabat,ꝙ neceſſe erat ſic fieri, cùm Samuel nō poſſet mentiri:ideo dato, ꝙ vellet fugere, eundo in aliū locū,putabat ſe non poſſe euadere mortem, q̷a illuc mitteret Deus Philiſthinos, qui occiderent eū, cùm verbum Domini non poſſit permutari: quia igitur vbicūque eſſet,moriendus erat, voluit potius mori glorioſè in bello,quàm ignominioſam mortē ſuſcipere,fugiendo. Aliter dici poteſt, ꝙ verum eſt, quòd qui ſe exponit morti peccat, ſi non ſit talis actus,in quo ex officio ſuo,vel ex ꝓfeſſione,ſe morti exponere cogatur:quia tunc,non peccat, ſed magis poterit mereri: ſicut eſt in confeſſione fidei: quia ſi perſecutores Eccleſiæ quærāt ab aliquibus, an ſint Chriſtiani,& ipſi ſubticendo poſſint euadere: ſi autē reſpondeant ſe eſſe Chriſtianos,occidentur: ſi ſubticeant, ita ꝙ perſecutores intelligant eos eſſe infideles,peccant,& tenentur potius ſe tradere morti certiſſimæ, confitentes ſe eſſe Chriſtianos: Ita in Saule erat: quia ſicut competit Chriſtiano, ex profeſſione fidei,non negare Chriſtum,directè,vel indirectè, loquendo,vel tacendo, etiam ſi mori oporteat:ita cōpetebat Sauli,quia rex erat, non negare auxiliū ſubditis ſuis, qui in acie conſtituti erant, etiam ſi ſe periclitaturum cognoſceret.

An tenebatur Saul ire in caſtris quamuis ſciret ſe moriturum. Quæſt. XLVI.

QVAERETVR vlterius,an Saul tenebatur venire in caſtra populi,cognita morte ſua. Aliq̷s dicet,ꝙ non:quia quanquam Saul non peccaret,eūdo in caſtra, ſciens ſe occidendum,tamen non tenebatur ire illuc. In contrarium videtur, ꝙ teneretur: quia Sauli competebat ex officio, & dignitate, pugnare pro Iſrael:& quia nunc caſus ſe offerebat, cōgregatis Philiſthinis,tenebatur ire ad pugnam:quāq̄ cognoſceret ſe moriturū in illa: nam Saul erat rex: ſunt autem reges patres, & paſtores populi, ſicut ait Homerus in Iliade: & Ariſt. Ethicorum li. 8. paſtor tamen,qui bonus eſt,dato caſu,debet ponere animā ſuam,pro ouibus ſuis,vt patet Io.c.10.& ſi viderit lupum venientem,& fugiat,non eſt paſtor,ſed mercenarius,eo. ca. ergo Saul,qui paſtor erat,tenebatur ſe ponere ad mortem pro Iſraelitis. Item negligentia prælati, vel Domini, per quam ſubditi pereunt; eſt peccatum mortiferū in eis,cùm Deus dicat, Ezech. ca. 3. ꝙ ſanguinem illorum, qui pereunt requiret de manu ſua: Saul autem erat Dominus Iſraelitarum, & per abſentiam eius,perirent caſtra:ergo peccaret, ſi non iret illuc. Sed aliquis obijciet, ꝙ etiam ſi Saul non iret in caſtra, ſemper caſtra peritura erant, quia Samuel dixerat:Cras tu,& filij tui mecum eritis, ſed & caſtra Iſrael tradet Dominus in manus Philiſthin, vt patet ſupra:ergo nihil proficiebat, ꝙ iret in caſtra Saul:& conſequenter,ſi non iret illuc,non peccaret. Reſpondendum, ꝙ quanquam caſtra tradenda erāt in manus Philiſthijm,præſente Saule:tamen facilius traderentur,ſi ipſe non iret in caſtra:nam ſi ipſe iret, traderentur caſtra pugnando:quia Iſraelitæ haberēt aliqualiter animum pugnandi,præſente rege, & nō nocerent eis nimis Philiſthijm.Si autem Saul abſens eſſet,illi concepto timore,non auderent pugnare,& perirēt plurimi:tenebatur ergo Saul ire in caſtra, ne ipſo abſente,multi perirent. Aliter dici poteſt, ꝙ dato, ꝙ Saul ſciret, ꝙ ipſo p̄ſente in caſtris, plures morituri erant,quàm ipſo abſente:adhuc tenebat̄ ire in caſtra:quia illi,qui morerentur,eo abſente,perirent culpa eius.ſ.quia non habebant rectorē:qui aūt morerent̄ eo p̄ñte, non perirent culpa eius:ſed Deus volebat illos tradere in manus Philiſthinorū, ideo ire tenebatur ī caſtra, ne peccaret:quia ipſe aſpicere debebat ad id, quod directè pertinebat ad ipſum, potius,q̄ ad bonum,vel malum,qđ veniret ꝑ accidens.

An Saul deſperauerit eundo in caſtra. Quæſt. XLVII.

QVAERETVR vlterius,an Saul deſperauerit, eundo in caſtra Iſrael. Aliquis dicet, ꝙ ſic, q̷a quando aliqui exponunt ſe ad mortē, ſi laudabiliter hoc

hoc agunt, quanquam pericula durissima sint, tamẽ putant aliquo modo possibile esse, ꝙ euadant, & sic sunt confidentes, & bonę spei, quod pertinet ad fortitudinem: Saul autem non expectabat aliquo modo se posse euadere, cùm denunciasset ei Samuel, ꝙ cras ipse, & filij sui morituri essent: ideo desperabat, eundo ad bellum. Dicendum, ꝙ Saul non desperabat, sed potius agebat laudabiliter. Sed considerandum est ad sciendum quomodo aliquis dicitur desperare: nam ille propriè desperat, qui non agit pro seruanda vita quanta (salua honestate) agere potest: hoc autem dupliciter accidere potest. s. quia, aut quãdo aliquis scit, ꝙ necesse est ipsum mori, aut quando dubitat, vel scit, ꝙ nòn est necesse. Si enim aliquis putet non esse necessarium, ꝙ moriatur, & conseruata honestate, possit viuere, & exponat se certissimæ morti, desperat: quia nõ agit quantum agere potest pro conseruanda vita, salua honestate: & hoc non ꝑtinet ad Saulem, cùm ipse sciret necesse esse ipsum mori. Si autem mors necessaria sit, stat dupliciter: qa aut aliquis mori debet, quia est in potestate alicuius, contra quem resistere non potest, quia iam depræhensus est: vel scit mortem necessariam, quia pugnaturus est contra aliquos, & tamen denunciatum est sibi certissimè, ꝙ moriturus sit pugnãdo. Primo modo nõ potest accipi spes, nec desperatio, sicut supra. quia ibi nihil habet, quid faciat pro defendenda vita, cùm ex hypothesi constet, ꝙ ipse iam nihil possit agere ad euadendum mortem, sed penitus sit in potestate alterius. Accipitur ibi spes, & desperatio proportionalirer, scilicet, respectu vitę futurę. s. ꝙ sicut, qui agit quantum potest pro conseruanda vita ista, salua virtute, & honestate, dicitur sperans, vel confidens, & qui non agit hæc, dicitur desperans: ita qui constitutus est in articulo mortis, & non curat agere, quantum potuerit pro vita æterna acquirenda, vel putat impossibile esse eam acquiri, desperat. Qui autem dolet de commissis, & credit posse habere vitam æternam, agitque quantum in se est, videt̃ sperans. Ad hanc partem non pertinet Saul, quia q̃q̃ sciret mortẽ suam esse necessariã, non erat in potestate alterius, ita ꝙ nihil posset agere pro conseruanda vita. Si aũt sciat aliquis mortẽ necessariã, ita ꝙ reuelatũ sit sibi, ꝙ certissimè moriturus est in bello, dr̃ esse confidens, vel sperans, si fortiter pugnat, quãtũ valet, pro defendenda vita, q̃q̃ sciat mortẽ esse necessariã. Si aũt, cognito mortẽ esse necessariam, permittat se occidi, nihil pugnans, aut seipsum occidat, dr̃ desperare. Nunc aũt non potest dici de Saule, ꝙ desperabat: quia qñ ibat in bellum, ibat animo fortiter pugnandi contra Philisthinos: & sic postea pugnauit, quousq; totum pondus belli versum est super eum, & incubuit super gladium, & mortuus est, vt patet inf c. vlt An tunc desperauerit, declarabitur inf. vlt. c. nunc tñ qñ ibat in castra Israel, non desperabat, qa ibat aĩo defendendi se, & pugnãdi quantũ posset. An vero Saul laudabilis fuerit, eundo in bello, cùm sciuerit se ibi occidendum, declarabitur inf. cap. vlt.

Quõ aliquis dicit desperare

CAPITVLVM. XXIX.

CONGREGATA sunt ergo Philisthijm vniuersa agmina in Aphec, sed & Israel castrametatus est super fontem, qui erat in Iezrael. Et satrapæ quidẽ Philisthijm incedebant in centurijs, & millibus.

F Scriptus est in superioribus quidã belli apparatus: hic describitur ipsius Dauid de castris Philisthinorũ recessus. Et diuidit in duo, quia primò ponitur Dauid recessus: secũdo ex recessu suo quidam emergẽs casus, sequenti. c. Prima in duas. primò rex Achis ꝑꝑ Dauid à Philisthinis reprehenditur: secundò Dauid, de castris Philisthinorum in Sicceleg mittitur, ibi. *Vocauit ergo Achis.*

An ordo sit continuus. Quęst. I.

QVAERET aliquis circa primum: an ea, quæ habentur hic, sint continuata ad præcedentia, vel sit ordo mutatus, & an fuerint facta ista immediatè post præcedentia, vel magno tempore post. Re-
G spondendum, ꝙ hic non est mutatio ordinis: quia in principio cap. præceden. dicebatur, quomodo Philisthini præparabant se contra Israel: hic autem dicit, quomodo iam congregati conuenerant in castra, & miserũt Dauid de castris in Sicceleg: & sic necesse est, ꝙ fuerit prius, quod habetur prec. c. quàm quod habetur hic, saltem prima pars eius. Cum autem dicitur, an interciderit aliquantum tempus inter ista. Dicendum, ꝙ non potuit esse tempus aliquorum dierum, saltem inter id, quod habetur in fine prę-cedentis c. & ea, quæ habentur hic: nam post ea, quæ habentur præcedenti cap. fuit bellum sequenti die, & mortuus est Saul: quia dicitur præcedenti c. Cras
H tu, & filij tui mecum eritis: necesse est igitur, ꝙ inter ea, quæ habentur hic, & præcedenti c. in fine, nihil interciderat. Vel si aliqui dies interciderunt, Dicendum, ꝙ prius fuerunt ea, quæ habentur præcedenti cap. in fine, quàm hic: quia ibi dicitur: Cras tu, & filij tui mecum eritis: necesse est igitur, ꝙ illud fuerit solum vna die ante bellum: & sic tenẽdum est, ꝙ prius missus fuit Dauid de castris Philisthinorum, quàm Saul consuleret pythonissam: quia tamen ista quasi simul facta sunt, non curauit multum scriptura de ordine eorum: precipuè, quia impossibile est, obseruare ordinem naturalẽ in omnibus narrationibus, alioquin tota pulchritudo narranda peribit, & totũ negocium, quod narratur, in mille minutias diuide-
I tur, cum natura rerum multas simul res geri patiat: multas autem simul narrari est impossibile: ideo introducta fuit anticipatio, & recapitulatio in narrandis rebus, quæ necessaria est, & etiam multum ꝓdest. *Congregata sunt ergo Philisthijm vniuersa agmina in Aphec.* Idest, omnes Philisthini dispositi per agmina sua, venerunt in vrbem Aphec: non est autem sensus, ꝙ extra vrbem castrametati fuerunt: sed prope illam: dicitur autem aliquis in loco, qui in territorio illius est: sic patet Iosue cap. 5. vbi litera nostra dicit, ꝙ apparuit angelus Iosue existenti in agro Iericho: & litera Hebraica diceret, existenti in Iericho: in quo innuit, quod idem est, in Iericho, quod in agro Iericho. Sciendum autem, ꝙ Aphec erat quædam ciuitas in sorte Iudæ, & est circa Hebron, vt Iosue, ca. 15. & ibi vocatur Aphec: sed non differt, quia secundũ
K modum Hebraicum, aliquando adduntur aliquæ lireræ in fine dictionis, & aliquando subtrahuntur: sicut patet in isto nomine Gessuri: quia aliquando vocatur Gessuri, & aliquando Gessur, & aliquando Phalti, & aliquando Phaltiel, vt declaratum est sup. cap. 27. Ista ciuitas est vna de ciuitatibus regalibus, de quibus habetur Iosue c. 12. in ipsa enim erat vnus de regibus, quos occidit Iosue. Sciendum etiam, ꝙ iterum Israelitæ inierunt bellum contra Philisthinos, & castrametati sunt Philisthini apud istam vrbem tempore Heli sacerdotis, quando rapta fuit arca in bello, vt patet supra cap. 4. *Sed & Israel castrametatus*

tatus est super fontem, qui erat in Iezrahel. i. Iſraelitæ poſue A
runt caſtra, apud quendam fontem magnum, qui
erat in vrbe Iezrahel, ideſt, apud Iezrahel: eſt enim
Iezrahel quædam ciuitas in ſorte Iudæ, & eſt apud
Maon, & Carmelum, & Zipheos, vt patet Ioſue cap.
15. de hac autē ciuitate accepit Dauid vxorem vnā,
nomine Achinoam, ideo vocabatur Iezrahelites, vt
patet ſupra ca. 25. & 27. & ſequenti cap.

An ſit verum, quòd Philiſthini caſtrametati ſint in Aphec. Quæſt. II.

QVAERET aliquis, quomodo dicatur hic, ꝙ
Philiſthini caſtrametati ſunt in Aphec, & Iſ-
raelitæ ſuper fontem Iezrahel, cùm præcedenti ca. B
dicatur, ꝙ caſtrametati ſunt Philiſthini in Sunam,
& Iſraelitæ in monte Gelboe. Aliquis reſpondebit,
ꝙ iſta loca ſunt penitus idem: habent tamen plura
nomina, ſicut eſt de multis locis ſcripturæ, vt de Ie-
ruſalem, & Hebron. Sed hoc nō ſtat: quia Aphec eſt
ciuitas in ſorte Iudæ: Sunam autem, in qua præce-
denti capit. dicebatur congregatos Philiſthinos, erat
in ſorte Iſſachar. Ideo dicendum, ꝙ diuerſa ſunt lo-
ca. Sed aliquis adhuc dicet, ꝙ ſint eadem loca: quia
pręceden. cap. dicitur, ꝙ Iſraelitæ caſtrametati ſunt
in monte Gelboe, bellum tamen fuit ibi, vt patet in-
fra cap. vltimo, ſ. & fugerunt viri Iſrael ante faciem
Philiſthijm, & ceciderunt interfecti in monte Gel-
boe: ergo non mouerunt caſtra Iſraelitæ de loco ip- C
ſo. Aliquis poſſet reſpondere, ꝙ tempore belli non
caſtrametabantur Iſraelitæ in monte Gelboe, ſed fu
giendo perſecuti ſunt eos Philiſthini, & occiderunt
multos in monte Gelboe. Sed hoc non ſtat: quia ſe-
quen: lib. cap. 1. dixit ille iuuenis, qui narrabat mor-
tem Saulis: Caſu veni in montem Gelboe, & Saul
incumbebat ſuper haſtam ſuam: porro currus, &
equites appropinquabant ei: Saul tamen non fugit,
ſed firmiter manſit in loco belli, cùm dicatur infra
cap. vlt. ꝙ Iſraelitæ fugerunt, & totum pondus præ-
lij verſum eſt in Saul ipſe tamen mortuus eſt in mō-
te Gelboe: ſic etiam patet in planctu Dauid, ſequēti
lib. c. 1. ſ. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant
ſuper vos: quia ibi abiectus eſt clypeus fortium: ergo D
ibi factum eſt bellum, & conſequenter erant ibi ca-
ſtra Iſrael. Oportet ergo dicere vnum de duobus, ſ.
vel, ꝙ primo caſtrametati ſunt Iſraelitæ ſuper fon-
tem Iezrahel, de quo hic, & poſtea in mōte Gelboe,
de quo præcedenti cap. & ſic ſit mutatio ordinis: vel
ꝙ ſit idem locus mons Gelboe, & Fons Iezrahel. Re
ſpondendum eſt, ꝙ non eſt idem de Iſraelitis, & de
Philiſthinis: nam de caſtris Philiſthinorum neceſſe
eſt dici, ꝙ mutata fuerint, cum alius locus ſit Sunā,
de quo præced. c. & alius Aphec, de quo hic. In quo
ſciendum, ꝙ Philiſthini mox, vt congregauerunt
agmina in terra ſua, venerunt ad pugnandum cōtra
Iſrael, & caſtrametati ſunt in diuerſis locis ſucceſſi-
uè, vt magis accederēt ad caſtra Iſraelitarum: & hoc E
ſecundum diuerſas profectiones: prius autem caſtra
metati ſunt in Sunam, de quo habetur pręced. c. quā
in Aphec, de quo habetur hic: quia quando caſtra-
metati ſunt in Sunam, nondum congregati fuerant
omnes Philiſthini: cum dicatur, præced. ca. Congre-
gati ſunt Philiſthini, & caſtrametati ſunt in Sunam.
Cum autem caſtrametati ſunt in Aphec, erant con-
gregati omnes Philiſthini, vt patet hic. ſ. Congrega-
ta ſunt Philiſthijm vniuerſa agmina in Aphec. Fue-
runt ergo caſtrametati in Aphec, poſtquam caſtra-
metati ſunt in Sunam: ſed adhuc non manſerunt in
loco iſto, ſed poſtea iuerunt in Iezrahel, vt patet inf.
in litera. ſ. Philiſthijm autem aſcenderunt in Iezra-
hel: ergo mutabant caſtrametationes. De Iſraelitis
autem dicendum eſt, ꝙ à principio caſtrametati ſūt
in mōte Gelboe, præced. c. & deinde cū fuerūt apud
fontē Iezrahel, de quo hic, erāt in mōte Gelboe, cū
ibi factū fuerit bellū, vt ſ. declaratū eſt. Erāt tn̄ mō-
tes Gelboe magni, & intra illos poterāt caſtrameta-
ri in diuerſis locis, & ſic fortè fecerunt: qa primo ca-
ſtrametati ſunt in quadam parte eorū, de qua pręce.
cap. deinde venerunt ad aliam partem. ſ. ad fontem
Iezrahel, qui erat intra montē, & ibi factum eſt bel-
lum: nam Philiſthini poſtea aſcenderunt ad loca ca-
ſtrorum Iſraelitarum in Iezrahel, vt patet infra in
litera: & ibi factum eſt id, quod accidit de Saule: &
ſic non ſunt penitus eadem caſtra, quæ habentur
præcedenti capit. & hic.

Aphec an ſit terra Iſraelitarum, vel Philiſthinorum. Quæſtio III.

QVAERETVR vlterius, an quando Philiſthini
caſtrametabantur in Aphec, caſtrametarent
in terra ſua, vel in terra Iſraelitarum. Aliquis dicet,
ꝙ manifeſtum eſt, ꝙ in terra Iſrael, cùm Aphec ſit ci
uitas in ſorte Iudæ, vt patet Ioſue 15. cap. Sed iſta ra-
tio nō ſtat: quia tota terra Philiſthinorum erat pars
terræ Iſrael, & Deus iuſſit illam diuidi per ſortes, &
promiſit ſe traditurum Iſraelitis, vt patet Ioſu. c. 13.
maxima quoque pars terræ Philiſthinorum, immo
ferè tota terra illa cecidit in ſorte Iudæ, vt patet Ioſ.
cap. 15. & ibi eſt declaratum: quanquam ergo Aphec
eſſet in ſorte Iudæ, poterat eſſe, ꝙ poſſideretur à Phi-
liſthinis, ſicut Accaron, & Azotus, & Gaza, quæ po-
nuntur in ſorte Iudæ, Ioſue cap. 15. Et tamen iſtæ ci-
uitates poſſidebantur à Philiſthinis: & ſic Philiſthini
caſtrametantes in Aphec, caſtrametarentur in terra
ſua, & non in terra Iſrael: quia hic non vocamus ter
ram Iſrael omnem illam, quæ pertinebat ad Iſraeli-
tas de iure: ſed eam ſolum, quam actualiter poſſide-
bant. Dicendum tamen, ꝙ Philiſthini caſtrameta-
bātur nunc in terra Iſrael, & non in ſua: quod patet,
quia ipſi erant inuaſores Iſraelitarum: ideo oporte-
bat, ꝙ venirent ad terram Iſrael, alioquin non inua
derent illos, ſi manerent intra terram ſuam. Item
patet, quia primò caſtrametati ſunt Philiſthini in
Sunam, quàm in Aphec, vt declaratum eſt: & tamen
quando erant in Sunam, erant in terra Iſrael: quod
patet, quia de Sunam erat adoleſcentula illa, quæ
ducta fuit ad Dauid, vt cubaret in ſinu eius, & calefa
ceret eum in ſenectute, infr. 3. li. c. 1. ſi tamen fuiſſet
Sunam de terra Philiſthinorum, nō adducta fuiſſet
inde aliqua puella, vt eſſet vxor Dauid. Item patet,
quia infra 4. lib. cap. 4. Dicitur de Eliſeo, ꝙ tranſiuit
quadam die per Sunam, & ſuſceptus eſt ibi in hoſpi-
tium à quodam viro, cuius filium poſtea ſuſcitauit:
ſi tamen eſſet in terra Philiſthinorum non egiſſet il-
lud Eliſeus, præcipuè, quia apparet ibidem hoſpites
Eliſei fuiſſe Hebræos: quando ergo Philiſthini ca-
ſtrametati ſunt in Sunam, erant in terra Iſrael: & à
fortiori cum eſſent Aphec: quia prius venerunt in
Sunam, quàm Aphec. Item patet, quia in iſto loco
erant Philiſthini, quando Dauid miſſus eſt de caſtris:
& tamen infra in litera dicitur: Surrexit Dauid, & vi
ri eius, vt reuerterentur ad terram Philiſthijm: Phili
ſthijm autem aſcenderunt in Iezrahel: ergo nō erāt
Philiſthini in terra ſua, quando erant in Aphec, ſed
in terra Iſrael; alioquin non diceretur: Dauid reuer-
ſus eſt inde in terram Philiſthijm. *Et ſatrapæ quidem
Philiſthijm incedebant in centurijs, & millibus.* i. principes
Philiſthinorum incedebant cum turmis ſuis ordina
tis, per centurios, & millenarios, eſt enim centuria
con-

congregatio centum virorum, & qui præſunt tali-
bus congregationibus, vocantur centuriones: qui
autem præſunt millibus, vocantur tribuni, vel ciliar
chi: ſic autem erat diſpoſitus totus exercitus Phili-
ſthinorum.ſ.diſtributus per cẽturiones, & tribunos:
iſti enim erant modi vſitati ducum illius temporis:
& ſic dixit Samuel ad Iſraelitas, quando petebant re-
gem, quòd rex eorum tolleret filios ipſorum, & con
ſtitueret illos ſibi tribunos, & centuriones, vt patet
ſupra capit. 8.

Satrapæ Philiſthinorum qui erant.
Quæſt. IIII.

QVAERET aliquis, qui erant iſti ſatrapæ Phi-
liſthinorum. Aliqui putabunt, ꝙ omnes duces
exercitus, tam tribuni, quàm centuriones vocentur
hic ſatrapæ: ſed falſum eſt, quia ſolum erant quinq;
ſatrapæ Philiſthinorum: ſed manifeſtum eſt, ꝙ hic
erant plures, quàm viginti principes ſatraparum: nã
dicitur, ꝙ incedebant in millibus: ergo ad minus eſ-
ſent duo millia virorũ in caſtris Philiſthijm: in duo-
bus enim millibus ſunt viginti duo principes.ſ.duo
millenari, ſiue tribuni: & viginti centuriones conſti-
tuit ſub duobus tribunis. Dicendum igitur, ꝙ ſatra-
pæ Philiſthinorũ, non erant tribuni, nec cẽturiones:
ſed quilibet ſatraparum erat princeps multorũ tri-
bunorum, & centurionum: & dicitur, ꝙ incedebant
ſatrapę in centurijs, & millibus.i.quilibet de ſatrapis
habebat ſecum ſuos millenarios, & centuriones: in
quo innuitur, ꝙ ſicut erant quinque ſatrapæ Phili-
ſthinorum, ita erant diſpoſitæ quinque acies, & in
qualibet erant multi centuriones, & tribuni conſti-
tuti ſub ſatrapa illius aciei. Hoc patet, quia imme-
diatè dicitur: Dauid autem, & viri eius erant in no-
uiſſimo agmine cum Achis, ſ. ꝙ Achis, qui erat vnus
de ſatrapis Philiſthinorum, tenebat vltimam aciem,
& in ea erat Dauid cum viris ſuis: incedebat autem
quilibet de ſatrapis in centurijs, & millibus.i.cũ cen-
turijs, & millibus, quæ erant ſub ipſo in ſua acie. In
quo ſciendum, ꝙ in terra Philiſthijm erant quinque
ciuitates præcipuæ, quę vocantur capita prouincia-
rum, vel metropoles: nam ab eis nominantur quin-
que prouinciæ terræ Philiſthinorum: principes au-
tem iſtarum ciuitatum cum prouincijs ſuis vocobã
tur ſatrapæ, vel reges, ſicut Achis vocatur rex Geth,
vt patet ſupra ca. 21. & 28. erat tamen ſolum Domi-
nus vrbis Geth cum prouincia ſua: & quia ſi iſti vo-
centur reges, erunt paruuli, vocantur reguli, & non
reges, vt patet Ioſue cap. 13. vbi dicitur, ꝙ tota terra
Philiſthinorum diuiditur in quinque regulos. Vocã
tur etiam iſti quinque, ſatrapæ, ideſt, principes potẽ-
tes: quia ſatrapa dicitur quaſi ſatis potens, & ſic vo-
cantur ſupra cap. 5. & 6. & hic. Iſti autem ſatrapæ, cũ
non eſſent ſubordinati.ſ.quia vnus non erat Domi-
nus alterius, congregabant ſingulariter gentes terrę
ſuæ, & quilibet de eis, quos ducebat de terra ſua, fa-
ciebat vnum exercitum, vel aciem: & ſic erant quin-
que acies Philiſthinorum, ſecũdũ numerum ſatrapa
rum, in quarum qualibet erant multi centuriones,
& tribuni. *Dauid autem, & viri eius.* ſ. ſexcenti, qui cum
illo erant: omnes enim duxit ad bellum, nec reliquit
aliquem in vrbe Siceleg: ideo Amalecitæ, qui irrue-
rũt in vrbem, abſente Dauid, non inuenerũt aliquẽ,
qui reſiſteret eis: ſed ſolum erant fœminæ, vt patet
ſequenti ca. vnde in præda ſolum dicitur, ꝙ ferebãt
fœminas, & filios, ac filias eorum, de nullo autem vi
ro fit mentio. *Erant in nouiſſimo agmine cum Achis.* i. erãt
in vltima acie: dicitur autem in nouiſſimo, quia to-
ta gens Philiſthinorum erat diſtincta per quinque

F acies, ſecundum numerum quinque ſatraparum: &
vltima acies erat regis Achis, qui erat ſatrapa vrbis
Geth: cum illo autem erat Dauid, quia in terra eius
morabatur, ſub illius præſidio, & ipſe dedit ei vnam
ciuitatem.ſ.Siceleg ſupra 27. cap. ideo dixerat Achis
ad Dauid: Sito quoniam mecum egredieris in caſtris
tu, & viri tui, præceden. c. *Dixerunt principes Philiſthijm.*
ſcilicet ad regem Achis, increpando eum, cur habe-
ret ſecum Dauid in caſtris. *Quid ſibi volunt Hebręi iſti?*
ideſt, ad quid ſunt iſti Hebræi hic? quaſi dicant, non
ſunt hic conuenienter: quia poterunt fieri nobis ad-
uerſarij, quando præliari cęperimus, vt patet infr. in
litera. In Hebræo dicitur. *Qui ſunt iſti Hebræi.* i. de qua
terra ſunt, vel quomodo ſunt hic? & ad idem redit,
G quod litera noſtra. Dicet aliquis: quomodo alij Phi-
liſthini ſciebant Dauid, & viros ſuos eſſe Hebræos?
Reſpondendum, ꝙ fortè cognouerunt eos habitu,
qui erat diuerſus Iſraelitis, & Philiſthinis: nam debe-
bant Iſraelitæ portare fimbrias, per quatuor angu-
los palliorum, vt patet Num. cap. 15. Philiſthini au-
tem non portabant aliquid horum. Vel poteſt dici,
ꝙ cognoſcebant eos per locutionem, quia diſtincta
erat locutio Hebręorum, & Philiſthinorum: vel for
tè cognoſcebant, quia iam ſæpe viderant eos in ter-
ra illa, cum ſtetiſſet ibi Dauid quatuor menſibus, vt
patet ſupra cap. 27. & non interrogauerunt princi-
pes Philiſthinorum de iſtis Hebræis, quid ibi agerẽt,
quaſi ignorarent: ſed, vt haberent locum reprehen-
H dendi regem Achis. *Et ait Achis ad principes Philiſthijm.*
Iſti principes erant ſatrapæ, qui conuenerunt ad A-
chis, redarguentes eum propter Dauid: ipſe autem
allegauit coram eis rationabilem cauſam, cur eſſet
ibi Dauid cum Hebræis. *Nunquid ignoratis Dauid.*
ideſt, nunquid non cognoſcitis Dauid. q. d. non de-
beretis ignorare Dauid, quia iam multis diebus me-
cum eſt, & aduentus ſuus ad me fuit notorius, & pro
cauſa notoria: hoc dicebat Achis ad ſuadendum, ne
principes excluderẽt Dauid de caſtris, & quia ſi Da-
uid eſſet cum Achis, fuiſſet aliquid nouum, & ſuſpe
ctum in terra Philiſthinorum, & nollent principes
recipere Dauid in caſtris: allegauit Achis, ꝙ nõ erat
nouum Dauid eſſe in terra illa, admirans de illis, ꝙ
I non cognoſcerent eum: & ex hoc excludebat ſuſpi-
tionem contra Dauid, vel ſaltem minuebat eam.
Qui fuit ſeruus Saul regis Iſrael. ideſt, Dauid fuit ſeruus
Saulis, qui Saul erat rex Iſrael, & Dauid erat de terra
illa: ideo erat ſeruus eius. i. ſubditus, vel vaſallus: dici-
tur autem, qui fuit, ad ſignificandum cauſam aduẽ-
tus Dauid. q. d. olim fuit ſeruus Saulis, quando mane
bat in pace cum illo: poſtea autem Saul perſecutus
fuit eum ad mortem iniuſtiſſimè, & ipſe recedens de
terra illius, deſijt eſſe ſeruus eius, & nunc eſt ſeruus
meus: ſic enim dixerat ſupra cap. 27. Achis. ſ. Multa
mala operatus eſt contra populum ſuum Iſrael: erit
igitur mihi ſeruus ſempiternus. *Et eſt apud me multis*
K *diebus, vel annis.* ideſt, manſit in terra mea multis die-
bus, vel multis annis, & in toto hoc tempore nunꝗ̃
reperi contra eum aliquid malum: iõ non debet ali-
qua ſuſpitio haberi de illo. In Hebræo habetur. *Et
eſt apud me iſto diebus, vel iſto annis.* quod non patitur la-
tinitas, ſed Hebraica improprietas ſic loquitur, q̃d
ad idem redit, quod litera noſtra.

Regula quando ſacra ſcriptura ponit duos numeros, ſcilicet,
maiorem, & minorem, quid credendum.
Quæſtio V.

QVAERET aliquis, quomodo Achis dixit, ꝙ
Dauid fuerat cum eo multis diebus, vel an-
nis, quia ſupra cap. 27. dicitur, ꝙ tempus quo manſit
Dauid

Dauid in terra Philisthinorum, fuit quatuor men- A
sium. Aliquis dicet, ꝙ quando ponuntur duo nume
ri inæquales in scriptura, semper credendum est ma
iori numero, eo ꝙ scriptura sacra in nulla parte sui
mentiri potest: si ergo ponit magnum numerum, ne
cesse est tot fuisse, quot ipsa asserit, & non sequitur
ex hoc, ꝙ in positione parui numeri fuerit menda-
cium, quia non ponitur cùm præcisione: & verum
est, vbi sunt mille, ꝙ sunt centum: si tamē nos assen-
tiamus minori numero, & negemus maiorem, ne-
gabimus aliquid, quod est in sacra scriptura: & istud
est inconueniens: sic autem est hic, ꝙ supra capit. 27.
ponuntur quatuor menses, & hic ponuntur anni ali
qui, saltem duo: ideo assentiendū est huic numero,
qui maior est. Sed dicendum, ꝙ ista regula est vera, B
quando vterque numerus s. maior, & minor ponun
tur à sacra scriptura: ita ꝙ ipsa asserat illos numeros
à seipsa: si tamen vnus asseratur ab ipsa, & alius refe-
ratur dictus ab aliquo, non oportet assentire maio-
ri, si est ille, qui refertur, dictus ab alio: nam non co-
gimur credere verum esse aliquid de his, quæ scri-
ptura refert, dicta esse ab alijs: sed de his, quæ refert à
seipsa: iste tamen numerus multorum dierum, vel
annorum non ponitur à scriptura sacra, sed à rege
Achis: ideo non obligamur ei magis credere, quàm
numero habito supra c. 27. immo nullo modo obli-
gamur ei assentire plusquam dicto alicuius personę
priuatæ, de qua nulla mentio fiat in scriptura. Dicē-
dum igitur, ꝙ solum mansit Dauid in terra regis A- C
chis quatuor mensibus, vt patet supra cap. 27. vbi po
nitur numerus quasi cum præcisione. s. fuit autē nu
merus dierum, quibus habitauit Dauid in regione
Philisthinorum quatuor mensium. s. non fuit plus:
quia si fuisset saltem vnus annus, deponeretur ille
annus, & non quatuor menses: ergo videtur, ꝙ non
peruenerunt dies illi, saltem ad quinque menses, tā
secundum literram nostram, quàm secundum lite-
ram Hebraicam. Cum autē dixit hic Achis: & fuit
apud me multis diebus, vel annis. Aliquis poterit di-
cere, quod satis stat in eo, quod habetur supra ca. 27.
quia locutus est disiunctiuè, ad quod sufficit alteram
partem esse veram: vera est autem prima pars. s. &
est apud me multis diebus, quia in quatuor mēsibus D
multi dies sunt: Sed istud pueriliter est dictum: non
enim sic loqueretur Achis coram principibus Phili-
sthinorum: quia hoc modo altera pars propositio-
nis careret sensu; vt si aliquis diceret: ego fui ibi per
vnam horam, vel per decem millia annorum: pro-
positio enim vera est, sed est ridicula. Dicendum er-
go, ꝙ quanquam Achis locutus fuit disiunctiuè, &
non voluerit asserere vtranque partem. s. ꝙ Dauid
fuerat apud eum multis diebus, & annis. s. ꝙ in illis
multis diebus continebantur aliqui anni, & in hoc
mentitus est, saltem habuit intētionem mentiendi:
nam volebat tollere omnem suspitionem à Dauid,
& quia non poterat, nisi assereret eum mansisse apud
se multo tempore, dixit, ꝙ mansit aliquot annis. *Et* E
non inueni in eo quicquam. i. nunquam inueni in eo aliqd
mali, vel fraudis: si tamen venisset in terram istam
cum intentione nocendi, iam aliquando comperta
fuisset fraus sua: ideo non est quicquam præsumen-
dum contra eum: verum dicebat in hoc Achis: quia
Dauid nūquam fecerat aliquid contra Achis, quod
ipse inueniret: fecit tamen multa, quę si cognouisset
Achis, inuenisset fraudem, vt, ꝙ Dauid pugnaret cō-
tra Amalecitas, Gessuri, & Gerzi, & diceret se pugna
re contra Israel, vt patet supra cap. 27. Sed illa latue-
rūt regem Achis. *Ex die, qua transfugit ad me, vsque ad diē*
hanc. s. in toto tempore, nūquam apparuit aliqua ini-
quitas eius; & dicitur: Ex die, qua transfugit: ad signi-
ficandum, quomodo Dauid venerit ad Achis, quia
venit, vt transfugus de terra Israel, cùm fugeret à fa-
cie Saulis. *Irati sunt autem aduersus eū principes Philisthijm*.
idest, quatuor satrapæ reliqui, qui loquebantur ista
ad Achis irati sunt contra eum, quasi irrationabili-
ter ageret, ducendo secum Dauid in castra, quia po-
terat ibi nocere Philisthinis, vt patet infra. *Et dixerunt*
ei. Istud fuit per modum sententiæ, & obediuit eis
Achis: nam quatuor satrapę simul erant maiores re
ge Achis: ideo quanquam doleret de recessu Dauid:
tamen permisit, vt obediret satrapis. *Reuertatur vir*.
scilicet, Dauid, & non sit in castris. De alijs Hebræis
non locuti sunt: quia si Dauid reuerteretur, cùm illi
essent serui sui, reuerterentur cum eo. *Et sedeat in loco,*
in quo constituisti eum. idest, maneat in vrbe, quam dedi
sti ei, scilicet, in Siceleg supra cap. 17.

Quare satrapæ consenserunt, quòd Dauid rediret in terram Philisthijm. Quæst. VI.

QVAERET aliquis, cùm satrapæ Philisthino-
rum habuerint Dauid, vt suspectū, & ob hoc
noluerūt, vt maneret cum eis in bello: quomodo
voluerunt, ꝙ rediret in terram Philisthijm, quia ibi
poterat nocere nimis, agendo cędes, & prædas: tum
propter repulsam, quia indignaretur, ꝙ Philisthini
habuissent eum suspectum: tum quia habebat op-
portunitatem magnam ad hoc faciēdum, cùm Phi-
listhini essent in terra Israel in bello, & manerēt op-
pida vacua, sicut fuit Siceleg, ad quā veniētes Ama-
lecitæ, nullum virum inuenerūt, sed solas fœminas,
& paruulos, sequen. ca. Respondendum, ꝙ Philisthi-
ni habebant suspitionem contra Dauid, ꝙ vellet in
bello nocere eis, & hoc, quia habebat ibi magnā op-
portunitatem ad faciendum, cum esset inter ipsos
Philisthinos in extremo agmine. Item, quia per hoc
poterat nimis sibi placare Saulem, vt ipsi dixerunt,
scilicet. Quomodo enim placare aliter potest Domi
num suum, nisi in capitibus nostris? vt patet infra: in
terra autem Philisthinorum, quanquam aliquid age
ret Dauid contra Philisthinos, non posset tantū pla-
care Saulem, sicut si in bello adiuuaret eum contra
Philisthinos. Item quia, si in bello Dauid aliquid vel-
let agere contra Philisthinos turbaret omnia castra
Philisthinorū, cùm percuteret eos à tergo ex inspe-
rato: & sic fortè propter illum compellerentur fuge
re Philisthini, & vincerēt Israelitæ: quod erat maxi-
mum malum Philisthinis. In terra autem Philisthi-
norum, quanquam aliquid ageret Dauid, nō posset
nocere: ideo voluerunt potius, ꝙ rediret in terra
Philisthinorum, quàm ꝙ maneret in castris. Item
quia non putabant Philisthini, ꝙ Dauid haberet op-
portunitatem ad nocendum terræ ipsorum, quia
erant loca murata, & manserant ibi viri bellatores,
qui ea defenderent. Dauid autem habebat secum
paucos viros s. sexcentos: ideo non poterat aliquem
locum munitum obsidione capere. Cùm autē obij-
citur, ꝙ manserant oppida vacua viris, sicut fuit in
Siceleg. Dicendum, ꝙ non fuit sic in alijs locis Phi-
listhinorum. Ratio diuersitatis est, quia Siceleg erat
ciuitas Dauid, quam dederat ei rex Achis: ideo ha-
bitabant ibi soli viri Dauid, & vxores eorum. Cùm
autem nunc iuit Dauid in bellum cum Achis, iue-
runt cum eo omnes viri sui quia Achis dixerat. Sci-
to quoniam mecum egredieris in castra tu, & viri
tui: & sic non mansit aliquis in Siceleg de viris Da-
uid, sed solæ fœminæ. De alijs autem locis Philisthi-
norum non egrediebantur omnes viri bellatores,
ideo manebant multi, qui possent defendere vrbes.
Item dato, ꝙ Philisthini aliquid suspicarentur con-
tra

tra Dauid, ſi rediret in terram eorum: quia tamẽ magis ſuſpicabantur manente ipſo in caſtris, voluerunt potius remittere ipſum in terram ſuam: quia neceſſe erat, ꝙ tenerent eum ſecum in caſtris, vel mitterent ad terram eorum, vel expellerent à ſe, vt iret in terram Iſrael: hoc autem vltimum erat eis periculoſum, quia efficeretur Dauid illis hoſtis ferociſſimus: ideo tempore belli non expediebat, ꝙ remitterent ipſum in terram ſuam: & ſic oportuit, ꝙ iuberent ei redire in Siceleg, vbi prius erat: quanquam ſuſpecta eſſet reuerſio eius illuc, ipſis manentibus in caſtris. *Et non deſcendet nobiſcum in prælium.* i. non eat nobiſcum ad pugnandum. Ex hoc apparet, ꝙ quando Dauid miſſus fuit de caſtris, nondum erant Philiſthini in loco, in quo pugnaturi erãt contra Iſrael: quia aliàs non eſſent deſcenſuri ad bellum, ſed ibi bellarẽt, vbi erant: hoc etiam apparet, quia infra in litera dicitur, ꝙ reuerſus eſt Dauid in terram Philiſthijm, & Philiſthini aſcenderunt in Iezrahel: & ſic non manſerũt in caſtris, in quibus tunc erant: dicitur etiam: & non deſcendat nobiſcum in prælium: in quo, deſcendere, accipitur largè, non magis pro deſcendere, quàm pro aſcendere: quia potius dicitur econtrario infra in litera. ſ. Philiſthijm aſcenderunt in Iezrahel: ergo non deſcendebant in bellum, ſed aſcendebant: accipitur tamen largè deſcendere in bellum. i. ire in bellum, ſic patet ſequenti capit. ſ. Aequa enim pars erat deſcendentis ad prælium, & remanentis ad ſarcinas: ſic etiam dicebatur Dauid à viris ſuis, ꝙ non deſcenderet in bellum cum eis. *Ne fiat nobis aduerſarius, cùm præliari cæperimus.* i. ſi manet nobiſcum, poterit conuerti contra nos, quando cęperimus præliari, adiuuando Saulẽ: & ſic turbabit oĩa noſtra caſtra. *Quomodo enim placare poteſt Dominum ſuum, niſi in capitibus noſtris?* q. d. non poteſt ipſe conuenienter placare Dominũ ſuum ſaulem, niſi ſcindendo capita noſtra, vel agendo quicquid potuerit contra nos. Iſta enim erat rationabilis præſumptio: putabant quippe Philiſthini ꝙ cum Dauid eſſet transfugus de terra Iſrael, ꝓp irã Saulis, ꝙ deſideraret eum placare, vt rediret in gratiam eius: & quia poterat eum conuenienter placare pugnando nunc contra Philiſthinos, veriſimile erat, ꝙ pugnaret contra illos, & noceret quantũ poſſet. *Nonne iſte eſt Dauid, cui cantabant in choris?* i. ad cuius honorem fœminæ cantabant ducendo choros: hoc allegauerũt ſatrapæ Philiſthinorum cõtra Achis ad fortificandum præſumptionem: ſ. ꝙ non erat veriſimile, ꝙ Dauid vellet manere ſemper in terra Philiſthinorum, vt ſeruus Achis: ſed magis deſideraret redire in terram Iſrael, cũ ibi eſſet vir honoratiſſimus, ſicut rex, immo pluſquam rex: quod probant ex carmine fœminarum, quę tribuerunt Dauid decẽ millia, & Sauli regi mille ſolum: non poterat tamẽ cõuenienter redire in terram ſuam, niſi nunc adiuuaret contribules ſuos pugnans contra Philiſthinos. Deus autem mouit iſtos ſatrapas ad hoc ſuſpicãdũ: quia ſic facturus erat Dauid, & occiſurus plurimos, ſi manſiſſet in caſtris, vt declaratum eſt præcedent. c. *Percuſſit Saul in millibus ſuis, & Dauid in decem millibus ſuis:* Iſta litera habetur aliter ſupra capit. 18. vbi mulieres cantauerunt. ſ. Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia. Poteſt tamen exponi dupliciter: vno modo ſecundum corticem literæ. ſ. percuſſit Saul in millibus ſuis. i. percuſſit aciem Philiſthinorum in millibꝰ ſuis. i. cum millibus ſuis. ſ. ꝙ habebat Saul ſecum mille, & cum illis percuſſit Philiſthinos, & Dauid ꝑcuſſit in decem millibus viris, quos habebat ſecum, ita ꝙ accipiatur, in, pro cum: ſic patet Gen. cap. 32. ſ. In baculo meo tranſiui Iordanem. i. cum baculo: ſed non ſtat iſte ſenſus, quia Dauid non habebat plures viros

F ſecum in bello, q̃ Saul. Vnde dicẽdum, ꝙ ſi Philiſthi-
ni iſto modo intelligebant, loquebantur ex inuidia,
ſcilicet, vt diminuerent probitatem Dauid, attri-
buentes victorias ſuas multitudini virorum, & non
virtuti ſuę. Sed hoc non eſt veriſimile: quia Philiſthi
ni referebant ſe hic ad cantum mulierum, cùm di-
catur hic: Nonne iſte eſt Dauid, cui cantabant in cho
ros? ſed fœminæ dixerunt, ꝙ Dauid percuſſerat de-
cem milia, & Saul mille: ergo iſtum eũdem ſenſum
faciebant Philiſthini: & intelligitur, percuſſit Saul
mille, & vocantur iſti mille ſui, quia ipſe illos ꝑcuſ-
ſit: & Dauid percuſſit in decem millibus ſuis. i. ꝑcuſ-
ſit decem millia, & vocantur ſua, quia ipſe illa per-
cuſſit, & non alius, intelligendo, vt declaratum eſt,
G ſupra cap. 18. & iſto modo dixerunt etiam alij Phili-
ſthini, quando ſtetit Dauid prima vice coram rege
Achis. ſ. Nunquid iſte eſt Dauid rex terræ, cui canta-
bant per choros dicentes: Percuſſit Saul mille, &
Dauid decem millia? ſupra cap. 21.
Vocauit ergo Achis Dauid. Hic ponitur ſecundum, in
quo Dauid de caſtris mittitur: non enim erat Dauid
præſens regi Achis, quando ſatrapę Philiſthinorum
loquebantur ei iſta: conſentiens autem Achis verbis
ſatraparum, non quidem quaſi ipſe propter verba
illorum aliquid pręſumere inciperet contra Dauid,
quod prius non præſumebat, ſed vt non offenderet
eos, aſſenſit verbis ſuis: vocauitque Dauid ad ſe, vt
mitteret eum de caſtris in Siceleg. *Et ait ei: viuit Domi-*
H *nus.* Modus iurandi, & eſt communis ferè apud om-
nes gentes, & ſic non ſolum Iſraelitæ, ſed etiam Phi
liſtſtini ſic iurabant: differebat tamen, quia non om-
nes iurabant per eundem Deum, ſed quilibet ꝑ Deũ
ſuum. Sic enim quando Laban, & Iacob inierunt fę-
dus in monte Galaad, iurauit Iacob per Deum pa-
tris ſui Iſaac: Labaan autem iurauit per Deum Na-
chor, & ambo imprecati ſunt maledictionem ſuper
ſe à dijs ſuis, ſi violarent fędus, vt patet Gen. cap. 31.
Achis autem incepit hic iurare ad excuſandum ſe
coram Dauid: nam ſi nunc mitteret Dauid de ca-
ſtris, videbatur fieri propter pręſumptionem: Dauid
autem habebat in hoc ius quærelæ, quia cùm in tan
to tempore nihil in eo inuentum fuerit iniquitatis,
I iniuſta erat nunc contra eum ſuſpitio: ideo Achis
excuſat ſe, dicens: ꝙ nihil ſuſpicatur cõtra eum, nec
fit iſtud propter ſuſpitionem, ſed vt non offendant
principes Philiſthinorum. *Quia bonus, & rectus es in con-*
ſpectu meo. ideſt, iuro per Deum, ꝙ ego de te nihil ſu-
ſpicor, qa in omnibus videris mihi bonus, & rectus,
ſcilicet, non inuenio in te aliquid mali. *Et exitus tuus,*
& introitus tuus mecum eſt in caſtris. i. tu intras mecum
in caſtra, & exis: in hoc probat Achis id, quod inten-
dit. ſ. ꝙ non ſuſpicabatur aliquid de Dauid: quia ſi
ſuſpicaretur, non tantum confideret ei: confidebat
enim nimis, quia introitus, & exitus Achis ĩ caſtris
erat cum Dauid, ideſt, quocunque ibat Achis, ibat
K Dauid cum illo: eſt enim modus loquendi, ꝙ per in-
troitum, & exitum ſignificatur tota cõmunicatio:
ſic accipitur Num. 27. capit. vbi Moyſes petiuit poſt
mortem ſuam principem ſuper Iſraelitas, qui ingre
deretur, & egrederetur ante eos. i. qui dirigeret eos
in omnibus: ſic etiam habetur ſupra 18. ſ. Omnis au-
tem Iſrael, & Iuda diligebat Dauid: ipſe enim ingre-
diebatur, & egrediebatur ante eos. i. præcedebat eos
in omnibus: ad ſignandum ergo maximam confi-
dentiam, quam habebat Achis in Dauid, & magnã
communicationem ad ipſum, dixit. Introitus tuus,
& exitus mecum eſt in caſtris. *Et non inueni in te qoicquã*
mali, ex die, qua veniſti ad me vſque in diem hanc. Ex hoc A-
chis innuit, ꝙ nihil ſuſpicetur contra Dauid, eo ꝙ
non habeat aliquam cauſam ſuſpicandi: & eſt iſte
mo-

modus suadendi artificiosus ad captandam fidem. s. A quando aliquis allegat contra se ea, quæ hostis allegare deberet contra ipsum, & per hoc faciliter creditur sic loquenti, sed interdum magnæ fraudes latent. *Sed & satrapis non places*. i. quanquam in conspectu meo bonus sis, tamen non in conspectu satraparum: ideo, vt non offendas ipsos, recede hinc. In Hebræo habetur. *Sed coram satrapis non es bonus*. i. non iudicant te esse bonũ, & placidum sibi, sed suspectum: sic etiam vbi supra litera nostra dicit: Quomodo placare poterit Dominum suum, nisi in capitibus nostris? dicitur in Hebræo. *Nisi in capitibus virorum ipsorum*. Et viri isti sunt Philisthini, de quibus intelligebant satrapæ. *Reuertere ergo*, scilicet, in vrbem Siceleg, in qua manebas: nam ibi vxores suas habebat, & vi- B ri sui etiam. *Et vade in pace*. scilicet, vade securus in locum tuum, q d licet satrapę Philisthinorum habeãt te suspectum ad manendum hic: tamen non volũt nocere tibi in aliquo, ideo securus ibis per viam, & non offendes oculos satraparum Philisthijm. i. & recedendo de castris, non offendes oculos eorum, si autem maneres hic, offenderes illos. *Dixitque Dauid ad Achis*. Hic incipit Dauid conqueri, ꝙ mittatur de castris propter præsumptionem, cùm iniustissimum sit contra eum aliquid præsumi.

Quare conquestus est Dauid, quòd mitteretur de castris. Quæstio VII.

C

QVAERET aliquis, quare Dauid conqueritur hic, ꝙ mittatur de castris, cùm iam Achis respondisset ei sufficienter, excusando se, ꝙ ipse non suspicaretur aliquid contra eum. Respondendum, ꝙ Dauid fecit hoc ad demonstrandum innocentiã suam: quia si ipse non conquestus fuisset de præsumptione habita contra ipsum, tacitè confiteretur, ꝙ ipse talis erat, de quo iustè suspitio haberi posset: vt ergo excluderet à se omnem suspitionem, conquestus est, licet sciret sibi rationabiliter responsum esse: iste enim est modus illorum, qui rei sunt criminis: nam si accusantur, vel objiciatur eis crimen, & non probetur: magis conqueruntur, quàm si nullo modo ad eos pertineret: & quia Dauid erat hic reus, cũ D ipse egisset multa, propter quæ Achis deberet suspicari contra ipsum, & illa non patebant, conquestus est grauiter, ꝙ contra ipsum iniusta haberetur suspitio. Aliter dici potest, ꝙ conquestus est, eo ꝙ doluit, ꝙ mitteretur de castris, quia ipse vellet mansisse in castris ad pugnandum contra Philisthinos: quod valde desiderabat, vt adiuuaret Israelitas: & quia cadebat ab intentione sua, cum mitteretur de castris, doluit, & conquestus est ex ira. *Quid feci?* idest, quid ego feci contra te, vel cõtra aliquem de principibus Philisthinorum, vt suspicari debeas contra me? *Et quid inuenisti in me seruo tuo, à die, qua fui in conspectu tuo, vsque ad diem hanc*, idest, à die, qua cępi esse in cõspectu tuo: idest, in terra tua, fugiendo de terra Israel, nihil inue- E nisti in me, propter quod nũc aliquod malum suspicari debeas. *Vt non veniam, & pugnem contra inimicos Domini mei regis*. Idest, nihil inuentum est in me, propter quod haberi debeat suspitio, ꝙ ego faucam inimicis Domini mei regis, & non debeam ire ad pugnãdum contra eos: hoc dicebat Dauid: quia quanquam ipse multa fecerat, propter quæ suspitio haberi deberet de ipso, tamen sciebat, ꝙ nemo illa nouerat de Philisthinis, ideo loquebatur confidenter, tanquam esset prorsus immunis à culpa. Sciendum etiam, quòd Dauid retorquet hic verba conquestionis suæ, in Achis solum: quia ipse solus videbatur eum mittere de castris, cum diceret ei, ꝙ recederet de castris: etiã quia dato, ꝙ vellet Dauid conqueri de alijs, non poterat iustè: quia alij satrapæ non cognouerant fidelitatem Dauid per communicationem: ideo dato, ꝙ non confiderent ei plusquam hosti, non grauabãt ipsum: Achis autem cognouerat fidelitatem, ideo, ꝙ ipse suspicaret̃ ꝯ illũ, & mitteret eũ de castris, erat iniustũ, & habebat ius querelæ ꝯ illũ. *Respondens autẽ Achis locutus est ad Dauid*. i. q̃q̃ rex Achis sufficienter respõdisset Dauid, ita, vt non indigeret alia rñsione: quia tñ Dauid iustè conquerebat̃, & Achis diligebat eum nimis, voluit replicare rñsionem ad placãdum iram Dauid. *Scio, quia bonus es tu in oculis meis*. i. nõ putes, ꝙ recedis de castris ꝑꝑ me, quia tu bonus es in oculis meis. i. iudico te bonũ. i. sine suspitione, & etiã scio, ꝙ bonus es. i. verè scio, ꝙ tu sis bonus, de quo nemo debeat suspicari. In hoc aũt errabat Achis: quia q̃q̃ in oculis suis Dauid esset bonus, tñ ipse nesciebat eũ esse bonũ: cum ſm veritatem, non esset bonus, q̃tum ad Philisthinos: sed talis, de quo debet haberi suspitio: dixit tñ, scio, ꝙ bonus es tu, quia putabat se hoc scire. *Sicut angelus Domini*. i. ita bonus es sicut angelus Dñi: angeli. n. Dei totaliter boni sunt, & nulli malũ inferunt: ita tu bonus videris mihi: dixit autẽ de angelo Dñi, quia angelus significat nunciũ, nuncij aũt Dei sunt boni in conspectu eorum, ad quos mittuntur, quia bona eis nunciant: ita Dauid videbatur in cõspectu Achis acceptus, sicut si esset nũcius à Deo missus. Iste modus loquendi frequentatur in scriptura: sic enim dixit mulier thecuites ad Dauid: Sicut angelus Domini, sic est Dominus meus rex sequenti li. ca. 14. Sic etiam dixit Iacob ad Esau. Sic vidi vultum tuum, quasi viderem angelum Domini, Gen. c. 23.

Quomodo Achis nominauerit Angelum, cum esset gentilis. Quæstio VIII

QVAERET aliquis, quõ Achis nominauit angelum Dñi, quia gentilis erat, & Gentiles nesciebant Deũ verũ, nec cognoscebant angelos eius. Rñdendum est, ꝙ Achis non cognoscebat Deũ verum, sicut nos cognoscimus, vel sicut Hebræi, cùm esset idolatra, & tñ ſm modum Gentilium poterat hoc dicere: hoc autem dupliciter, vel quantum ad modum philosophorum, vel poetarũ, vtrisq; enim fauebant Gentiles. De primo patet: nam philosophi posuerunt pluralitatem intelligentiarum separatarum, quæ sunt substantiæ purę spũales, & illæ mouebãt corpora cęlestia, sicut declarat Arist. 12. Metaph. oẽs aũt hæ habebãt vnã primã, quæ erat perfectior oĩbus, ꝑꝑ quã agebant quicquid agebant in mouendo corpora cęlestia: sic dicit Arist. eo. lib. s. ꝙ prima intelligentia mouet in ratione amati, & desiderati; omnes aũt aliæ intelligentiæ mouent, vt amans, & desiderans: & quantum ad hoc, substantiæ spirituales separatæ, propter primam, vocabuntur angeli, vel ministri primæ intelligentiæ, eo, ꝙ operantur ad nutum illius, vel propter illam. Et sic gentiles poterant vocare angelos Dei oẽs intelligẽtias separatas, præter primam. Modus aũt iste magis adhuc patet secundum Platonem, qui clarius de angelis locutus est: ita fortè apud antiquos fuerunt aliqui philosophi, qui similia posuerunt. Secundo modo dici potest secundum poetas, secundum quos facilius est poni angelos Dei: nam secũdũ Ouidium, & alios poetas, Mercurius põt vocari angelus Dei, quia angelus significat nuncium, à poetis tamen Mercurius dicitur nuncius Deorũ, ꝑꝑ velocitatẽ motus: & Ouidius. 2. Metamor. fingit eum habere talaria in pedibus ad volãdum, & ire ad omnia, quę Iuppiter miserit: Græci ergo poetæ Mercurium vocabant angelũ Deo-

deorum, cùm Angelus in græco idē ſit, quod nuncius: Tēpore tamen Achis regis, iam erant aliquæ fictiones poeticę, ſecundum quas iſta dicerentur. Aliter dici poteſt, ꝙ angelus non accipitur hic, ſicut nos accipimus, pro ſubſtantia ſpirituali penitus incorporea, quæ ad nutum Dei ſeruit, ſed accipit̄ pro nuncio: quia in Hebræo idem nomē eſt pro nūcio, & pro angelo, & ſecundum hoc, quilibet homo poteſt vocari angelus, inquātum ad nūciandū aliquid mittitur: vocabitur aūt angelus Dei, ſi à Deo mittatur: & hoc modo prophetæ poſſunt vocari angeli Dei: quia à Deo mittuntur ad nunciandum aliquid populis; ſic autem poterat accipere Achis. ſ. ꝙ cum Deus ſit ſummum bonum, nuncij Dei, ſiue homines ſint, ſiue ſpiritus, ad quoſcunq; venerint, nūciabunt magnum bonum, & lætabuntur illi, ad quos venerint iſti nuncij: & ſicut lætitia iſta eſt magna, propter magnum bonum nunciatum à nūcijs Dei: ita Achis nimis gaudebat in præſentia Dauid.

Angelus ꝓ nunciō accipitur.

De quo Deo locutus ſit Achis, dicendo Dauid eſſe bonum, ſicut eſt Angelus Dei. Quæſtio IX.

QVAERETVR vlterius, cùm dixerit Achis ſicut angelus Dei, de quo Deo intelligebat: qa licet Deus idem ſit, tamen nō accipiunt omnes eun dem in Deum. Dicet ergo aliquis, quòd Achis loquebatur hic de Deo ſuo, quem colebat. Philiſthini enim pro maiori parte colebant Deum Dagon, de quo ſupra cap. 5. & iſtum haberet Achis in Deum. Sed de iſto dicendum, quòd non intelligebatur, qa Dagon erat imago quædam: & quanquam Gentiles propter ruditatem illius ſeculi attribuerent ei deitatem, tamen non dicebant illum habere angelos, vel miniſtros aliquos, cùm ſcirent eum nunquam loqui. Sed dicendum eſt, ꝙ accepit Achis Deū, ſicut oēs hoīes ab antiquo acceperunt: nā iſte terminus, Deus, vel alius ſibi æquiualens, in quocunque idiomate ſignificat illud bonum, quo nihil melius excogitari poteſt: & ſic oēs homines intellexerunt aliqđ bonum ſummum eſſe ſuper omnia bona, & illud habere maximam efficaciam inferendo ſingulis rebus bonum, vel malum, & licet ſecundum ritus diuerſorum populorum, varij Dij colerentur, nō putabant quenlibet illorū eſſe ſummum bonū, cùm impoſſibile ſit eſſe plura ſumma bona. Item quia faciebant iſtos Deos inæquales, & ponebant vnū tanquam patrem, & pincipium aliorū: ſic. n. noīat Homerus, & refert Ariſt. 3. de anima: nominans patrē Deorum, & virorum, qui fingit intellectum, & voluntatem in homine: aliquando quoque idem populus habebat multos Deos, & quendam eorum faciebant cæteris excellentiorem: ſic. n. apud Gentiles, ſecundūm modum poetarum Iupiter principiū Deorum, & pater omnipotens dictus eſt: quicquid ergo eſſet, Gentiles, q̄q̄ rudes, exiſtimabant quoddā bonum ſupremum, à quo alia contraherent quandam virtutem: & hūc vocabant ꝓprijſſimè Deum, tamē illum non cognoſcebāt. Et propter hoc apud Athenienſes, qui ſapientiores erāt alijs hominibus, cùm omnibus Dijs conſtituerentur aræ, conſtituta eſt Deo ignoto, & titulus eius erat. Hæc eſt ara Dei ignoti. Paulus verò Apoſtolus, uidens ea, quæ prædicabant Athenienſes de illo Deo ignoto, dixit, ꝙ ille erat verus Deus, quem ipſe annunciabat, vt patet Act. 17. ca Et ſic Gentiles, quando nominabant Deum, ſi non exprimerent nomen illius, intelligebatur de Deo, qui erat ſummum bonum, licet eſſet ab eis incognitus: & de hoc locutus fuit hic Achis, nam cum iſte ſit ſummum bonum, poterit præſtare

Oēs confeſſi ſunt vnū Deū ſummum bonum.

F nobis maiora bona, quàm quilibet alius de Dijs, vel
hominibus,: ideo nuncij illius maxima bona annū-
ciabunt ei, ad quem venerint: vnde de eis maximè
gaudendum erit, & ſic gaudebat Achis ex præſen-
tia Dauid. *Sed principes Philiſthijm dixerunt: Non aſcendet*
nobiſcum in prælium, ideſt, quāquam tu videaris bonus
in oculis meis, ſicut angelus Domini, quia tn̄ princi-
pes Philiſthinorum, ideſt, ſatrapæ dixerunt: non a-
ſcendet nobiſcum in prælium: ergo cogor mitte-
re te de caſtris. Hic autem accipitur ē contrario, q̄
ſupra: quia ſupra dicebatur ab iſtis principibus: reuer
tatur vir, & ſedeat in loco ſuo, & non deſcēdat no
biſcum in prælium: ex quo patet, ꝙ iſta verba, aſcē-
dere, & deſcendere, non accipiuntur propriè, ſed in-
G differenter pro ire. *Igitur conſurge mane.* Iſtud dictum
fuit in veſpere, quando non erat tempus recedendi
de caſtris: ideo iuſſit Achis, ꝙ ſurgeret de mane Da-
uid ad recedendum. *Tu, & filij tui.* ſ. ſexcenti viri. In
Hebræo habetur. *Tu, & ſerui Domini tui.* i. ſerui Sau
lis. Et exponit Ra. Da. Kimhi ſerui Domini tui. ſ. Sau
lis. i. quos hodie Saul, qui prius erat Dominus eorū,
perſequitur. Vel poſſet accipi ſerui Domini tui. i. ſer
ui mei, qui ſum Dominus tuus: ſic enim habet̄ ſeq.
lib. c. 20. cùm dixit Dauid ad Abiſai: Num magis af-
flicturus es nos Seba, quàm Abſalom? tolle ergo ſer
uos Domini tui. i. ſeruos meos, qui ſum Dn̄s tuus:
Achis tamen ſolūm dixit de ſexcentis viris, quos ha
bebat Dauid, qui erant ſerui Dauid: litera tamen He
H braica, quanquam verum dicat, impropriè loqui-
tur: ideo litera noſtra ſolùm dixit, ſerui tui. *Qui uene-*
runt tecum. ſ. de vrbe Siceleg ad bellum: vel qui vene-
runt tecum de terra Iſrael ad manendum in terra
mea. *Et cum de nocte ſurrexeritis, & cęperit diluceſcere, pergi*
te. i. ſurgetis de nocte, & incipietis pergere, quando
illuxerit dies. ſ. per noctem parabitis vos ad receden
dum, ne poſtea moremini per diem, parando vos, &
videamini hic à Philiſthinis, ſed incipite pergęre in
aurora, vt nemo vos videat recedētes. *Surrexit itaque*
Dauid de nocte, ipſe, & viri eius. Cum enim videret Da-
uid, ꝙ non poterat manere in caſtris ad pugnandū
contra voluntatem ſatraparū, voluit promptè obe
dire regi Achis, & ſurrexit per noctem, tam ipſe; q̄
I viri ſui ad parandum ſe ad viam. *Vt proficiſcerētur ma-*
ne. i. vt eſſent parati ad receden dum, quādo veniret
aurora, quia per noctem non poterant conuenien-
ter recedere. *Et reuerterentur ad terram Philiſthiim.* i. de ca
ſtris redire debebant in terram Philiſthijm, & hoc
quia caſtra erant extra terram Philiſthinorū, in ter-
ra Iſrael. ſ. in Aphec, quæ erat ciuitas in ſorte Iudæ:
Dauid autem reuerti debebat in Siceleg, quę erat in
terra Philiſthinorum. *Philiſthijm autem aſcenderunt in*
Iezrahel. i. ea die, qua receſſit Dauid de caſtris, vt veni
ret in Siceleg Philiſthini aſcenderunt in Iezrahel:
eſt. n. Iezrahel ciuitas in ſorte Iudę, vt patet Ioſue
cap. 15. Hoc autem poteſt intelligi dupliciter: Vno
modo, quòd Philiſthini mouerūt caſtra de Aphec,
K & venerunt ad caſtrametandum in Iezrahel, ſicut
mouerant caſtra de Sunam, de qua præcedenti cap.
& caſtrametati fuerunt in Aphec, vt patet hic: Ali-
ter poteſt intelligi, ꝙ Philiſthini nō venerūt in Iez-
rahel ad caſtrametandum, ſed ad pugnandum: eo ꝙ
caſtra Iſraelitarum erant ſuper fontem, vt patet ſu-
pra in litera: & Philiſthini voluerunt inuadere il-
los, & iſtud videtur verius.

Quare non conſenſit Deus, quòd Dauid maneret in caſtris Philiſthinorum. Quæſtio X.

QVAERET aliquis, cur Deus non conſenſit, ꝙ maneret Dauid in caſtris Philiſthinorum, ſed

sed mouit corda satraparũ,vt mitterẽt eũ.Nicolaus dicit,ꝙ hoc fuit ꝑꝑ tria. Primò,vt ipse nõ occideret aliquos de Israelitis,qui erant viri boni,& contribules sui,& tñ si ipse fuisset in acie,fortè occidisset illos. Secũdò,vt afferret prædã de manibus Amalecitarũ: ipsi.n. abstulerant vxores eius, & virorum suorum, & filios,& quicquid hẽbant,vt patet seq.c si aũt Dauid mãsisset in castris,nullus fuisset,qui eriperet prędã de manu Amalecitarũ. Tertiò,vt Dauid diuidendo prædam, q̃ acceperat ex Amalecitis, acquireret sibi multos amicos, qui fauerent ei in acquisitione regni:de hoc seq.c.Sed dicendu est, ꝙ positio Nicolai non agit ad propositum nostrũ,quia ipse præsupponit, ꝙ Dauid, si mansisset in castris Philisthinorũ, pugnauisset contra Israelitas: contrarium tñ declauimus præce.c.ideo ratio prima ab ipso allegata nõ est à nobis tenenda. Tertia ratio quoque de diuisione prædæ non multũ agit. Ratio aũt secunda est cõuenienter assignata;quia Deus nolebat,ꝙ vxores Dauid,& virorum suorum,& filij perirent: si tñ Dauid mansisset in castris Philisthinorum perijssent, quia Amalecitæ ducerent illas in terram suam,& venderent alijs gentibus, vel occiderẽt. Potissima ratio huius erat,quia si mansisset Dauid in castris Philisthinorum, pugnaturus erat contra eos, vt declaratum est præced.capit. & tunc fortè ꝑꝑ eius auxilium vincerent Israelitæ,& fugarentur Philisthini,& non occiderẽt Saul, nec filij sui, & consequenter Dauid non esset rex:Deus tñ diffinierat,ꝙ sequenti die morerentur Saul,& filij sui,præce.c.& volebat,ꝙ immediatè Dauid esset rex:iõ noluit, ꝙ maneret Dauid ĩ castris ne per eum ista impedirentur,quominus fierent.

CAPITVLVM XXX.

CVNQVE venissent Dauid, & viri eius in Siceleg die tertia, Amalecitę impetum fecerant ex parte australi in Siceleg, & percusserant Siceleg, & succenderant eam igni.

Descriptus est in præcedentibus Dauid de castris Philisthinorum recessus: hic subiungitur ex recessu eius indicens casus.s.liberatio prædę de manu Amalecitarũ: Et diuidiẽ in quatuor partes,quia primò ponit Dñi consultatio,& Siceleg prędatio: secundò hostiũ persecutio: tertiò prædæ liberatio: quartò ipsius prædę diuisio. Secunda ibi.(Abijt ergo Dauid.) Tertia ibi. (Qui cum duxisset eum.) Quarta ibi. (Respondensque vnus vir.

An ordo consequens sit,& ista immediatè facta sint post prædicta. Quæst. I.

QVAERET aliquis, an ista, quę habentur hic fuerint dicta,& facta immediatè post præcedẽntia, & an sit ordo immediatus,vel continuatus. Respondendum est, ꝙ ista quasi simul fuerunt facta cum eis,quæ habentur præcedenti c.& sequenti: nã prius,q̃ veniret Dauid in Siceleg, Amalecitæ succẽderãt vrbem,dũ ipse esset in castris cum rege Achis: tamen hoc videtur factum, postquam ipse recessit de castris, vt veniret in Siceleg: nam tribus diebus moratus est, priusquam veniret, vt patet in litera, cùm dicatur, ꝙ venit die tertio, & interim Amalecitæ rapuerunt,& succenderunt vrbem:quod patet, quia immediatè, vt fecerunt hoc, fugerunt & Dauid postquam venit,persecutus fuit illos,& inuenit extra Siceleg puerum in agro, qui dixit ei vbi erant Amalecitę,qui succenderant Siceleg:& tamen ille puer relictus fuerat per tres dies,antequam eum inueniret Dauid, vt patet infra in litera, cùm dicatur, ꝙ nõ comederat,nec biberat tribus diebus: & etiam dixit:Dereliquit me Dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius:ergo iam erant.4. dies, quo vrbs Siceleg inuasa fuerat ab Amalecitis, & succensa: & tamen Dauid recesserat de castris Philisthinorum ꝑ tres dies, antequã veniret in Siceleg, & iste erat dies quartus,vel fortè quintus,quando inuenit puerum: ergo die illa, qua recessit Dauid de castris Philisthinorum ad veniẽdum in Siceleg,factum fuit hoc, q̃d habetur hic. *Cunque venisset Dauid, & viri eius in Siceleg,* scilicet: recedentes de castris Philisthinorum, sic.n. dixerant satrapę Philisthinorum,scilicet:reuertatur vir,& sedeat in loco,in quo constituisti eum, & fuit Dauid reuersus in Siceleg,quia ibi erant vxores suę, & virorum suorũ,& omnia bona sua. *Die tertio.* idest, tribus dieb.morati sunt in itinere,veniẽdo de castris in Siceleg, & hoc quia distabat inde satis Siceleg. *Amalecitæ impetum fecerant ex parte australi in Siceleg.* i. reperit, ꝙ Amalecitæ inuaserant vrbem, dum ipse erat in castris,& diripuerant omnia,& quia nemo erat in vrbe, qui defendere posset primo impetu introierunt in eam. Dicitur aũt ex parte australi, quod potest dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ posuerunt obsidionem per partem australem Siceleg vrbis, & introierunt per illam, eo ꝙ illa pars infirmior esset alijs partibus vrbis. Aliter potest intelligi,ꝙ fecerũt impetum de parte australi, idest, venerunt de parte australi,& fecerunt impetum in Siceleg:Hoc autem patet,quia terra Amalec est australis, respectu Siceleg: nam Amalecitæ habitabant extra terram Chanaan in deserto extẽti per Arabicas solitudines vsq; ad desertum Sur,& Aegyptum, vt patet supra c.15. Aegyptus tamen magis meridiana est, quàm terra Chanaan: ideo cũ venirent Amalecitæ de terra sua, necesse est,vt venirent de parte australi, respectu vrbis Siceleg. *Et percusserunt Siceleg.* idest,destruxerunt eam. Non accipitur hic propriè percutere: quia ꝑcutere est gladio: Amalecitæ tamen neminem percusserunt, inuadendo Siceleg: eo quòd ibi nullus vir erat,qui resisteret: de fœminis autem, & paruulis neminem occiderunt, sed omnia duxerant captiua, sic patet infra in litera, scilicet. Eruit Dauid omnia, quæ tulerant Amalecitæ, & duas vxores suas, nec defuit quicquam, à paruo, vsque ad magnum, tam de filijs, quàm de filiabus, & de spolijs: ergo omnia manserunt illesa, & neminem occiderant Amalecitæ in vrbe Siceleg:sed dicit,ꝙ percusserunt Siceleg,idest,destruxerunt eam,succendentes illam.

Quare Amalecitæ inuaserunt Siceleg. Quæstio II.

QVAERET aliquis, quare Amalecitæ inuaserunt vrbem Siceleg.

Respondet Nicolaus, quòd hoc faciebant ꝑpter odium Israelitarum: quia Saul, & Israelitæ deleuerant progeniem ipsorum, & diripuerãt omnia,quæ erant in terra, supra capi. 15. Ideo ipsi semper erant hostes Israelitarum, & desiderabant eis nocere, & sic nunc inuaserunt terram Iudæ, vt patet infra in litera, scilicet. Siquidem nos erupimus ad australem partem Cerethi, & contra Iudam, ꝙ ad Meridiem Caleph.

Sed hoc nō stat: qa si solū egissent Amalecitę, vt no cerent Israelitis, inuasissent terrā Israel, & nō Philisthinorū: Siceleg tñ erat in terra Philisthinorū. Ra. Da. Kimhi dicit, ꝙ hoc fecerūt ad vindictā eorū, quę intulerat eis Dauid. s. quę fecerūt, qs erat ille, qui inquietabat eos in terra sua, & inuento, ꝙ ille egrederet de Siceleg, inuaserunt vrbē illā. Et fortè aliqs habebit hoc, vt verisimile: qa nullā de alijs vrbibus succēderūt, sed solū prædati sunt: Siceleg aūt succenderunt. Sed hoc non stat: qa si venissent Amalecitæ solū ad vindictā malorū, q̄ eis inferebat Dauid, inuasissent solam vrbē Siceleg: sed ipsi inuaserūt terram Iudæ, & Philisthinorū. Ideo dicendū est, ꝙ non veniebant ad expetendū vindictam: & qñ dr̄, ꝙ succensa fuit Siceleg, & nulla alia ciuitas. Dicendū, ꝙ hoc non fecerunt Amalecitæ in vindictā, sed qa non potuerūt succendere alias vrbes: eo ꝙ ibi erant defensores, licet prędati fuissent aliqua per agros, & loca non murata: in Siceleg aūt nullū inuenerunt, qui posset defendere vrbē: iō prædati sunt oĩa, q̄ ibi erant, & succenderūt. Sed dicendū est, ꝙ isti Amalecitæ venerāt ad prędandū: sciebant.n. ꝙ nūc erant bella inter Israelitas, & Philisthinos: iō rari relinquerent in oppidis: qa maior pars, & fortior iret ad bellū: & sic hr̄ent opportunitatē ad prædandū, & faciendū quicquid vellent, & non ibant potius in terrā Philisthinorū, ad inuadendū Siceleg, q̄ in terrā Iudæ: sed in oĩbus ꝓpinquis fecerūt impetū: est.n. terra Philisthinorū, & sors Iudæ in latere terrę Chanaā, & est coniūcta terræ Amalecitarū: iō vt Amalecitæ securius, & velocius prędarent, irruerūt solū in confinia terræ suę. s. in Siceleg, & in terrā Iudę: iō Dauid nō vocauit istos bellatores, tāq̄ veniētes ad pugnādū, vel ad expetēdū iniuriā: sed vocauit latrūculos. s. qa veniebant ad ꝑdādū, vt patet inf. in litera. *Et succēderunt eam igni* i. postq̄ prędati sunt quicquid erat in vrbe Siceleg, qđ ipsi ferre poterant, succēderūt vrbē, vt cremaret cū reliqs spolijs. *Et captiuas duxerunt mulieres ex ea, à minimo vsq; ad magnū.* s. priusq̄ succenderent vrbē, captiuauerūt mulieres, & oēs, qui ibi erant tam paruulos, q̄ magnos, scilicet, filios earum, quorum aliqui erant paruuli, & alij maiores, nemo tamen erat vir.

Quomodo in ista vrbe non erat aliquis vir, qui resisteret.
Questio III.

QVAERET aliquis, qūo in ista vrbe non erat aliquis vir, qui resisteret Amalecitis inuadētibus. Aliquis dicet, ꝙ erāt aliqui viri, licet rari, hoc patet, qa dr̄ hic, ꝙ duxerūt captiuos oēs, à minimo vsq; ad magnū: ergo erant ibi magni. Dicendū est, ꝙ nō erāt ibi aliqui viri, qui essent apti ad bellū: qđ patet, qa denominatio magis debet fieri à viris, q̄ à mulieribus, hic tñ dr̄, ꝙ duxerūt mulieres captiuas, nō nominādo viros: ergo vr̄, ꝙ nō erant ibi viri. Cū aūt dr̄ à minimo vsq; ad magnū, non intelligit, ꝙ duxerūt aliquos viros Iudæ: sed ꝙ duxerūt mulieres inde minimas, & magnas, & filios earū minimos, & maiores: oēs tñ hi erant paruuli, ità ꝙ nemo venisset ad ætatē adultā. Vñ concedendū est, ꝙ nullus erat vir pugnator in vrbe Siceleg, hoc aūt accidit, quia vrbs illa tradita fuerat Dauid à rege Achis, iō ipse solus habitabat ibi cū sexcentis viris suis. Cū aūt Achis iturus esset ad bellū contra Israel, dixit ad Dauid: Scito qm̄ mecū hodie eris in castris tu, & viri tui, & tunc Dauid fecit, ꝙ oēs sexcenti viri sui irent cū ipso, vnde nullus mansit in vrbe Siceleg, sed solæ fęminæ. Aliquis aūt dicet, ꝙ multi habitabant in Siceleg, pręter viros Dauid, & tñ nullus manserat nunc ibi: qa oēs iuerant cū Dauid in castra: & patet, quia dr̄ inf. Vo-

F lebat.n populus eū lapidare. i. populus Siceleg vole-
bat lapidare Dauid, quia oēs iuerant cum illo in ca-
stra, & nullus manserat ad defensionem vrbis. Dicē-
dū est, ꝙ iste populus, qui volebat lapidare Dauid,
erant sexcenti viri sui, & non erat aliquis alius de ha
bitatoribus Siceleg: quod patet, quia immediatè dr̄,
ꝙ isti iuerunt ad persequendum latrunculos: tñ soli
sexcenti ibant, vt patet inf. & illorū ducenti lassi sub
stiterunt, & iuerūt cū eo quadringenti, si tamē essent
alij habitatores vrbis Siceleg, q venissēt cū Dauid de
castris, oēs illi iuissent ad persequendum latrūculos:
ergo non erant alij habitatores. Itē patet, quia dato,
ꝙ essent alij, tñ illi non venissent nunc cū Dauid de
castris, quia Achis dixerat ad Dauid: Consurge ma-
G ne tu, & serui tui, qui venerunt tecum, præcedēti c.
ergo isti soli reuersi sunt de castris cū Dauid: iō popu
lus, qui volebat lapidare Dauid, nō erant nisi isti sex-
centi viri. *Et non interfecerunt quenquam.* i. noluerunt oc
cidere aliquē de eis, quos cęperunt in vrbe Siceleg.
Hoc autē fuit, quia oēs illæ erant fęminæ, & paruu-
li: videbat̄ aūt indignū, ꝙ occiderent̄, cū non essent
ad bellū, sed duxerunt eos tanq̄ prędā: Etiā fecerūt
hoc, quia Deus mouit Amalecitas ad non occiden-
dū aliquē, vt nihil periret de pertinentibus ad Da-
uid. *Sed secū duxerunt.* s. vt haberent illos in seruos, vel
venderent alijs gentibus, sm̄ legē bellorū: iō Dauid
qñ inuenit Amalecitas, & pugnauit contra illos, ha
buit totā prędā, ita ꝙ, nihil deficeret de oĩbus, quę ꝑ
H tinebant ad eū, & viros in Siceleg. *Et pergeban itinere*
suo. s. ad redeundū in terrā suā, accepta magna prędа.
Ex hoc apparet, ꝙ Amalecitæ prius inuaserunt ter-
rā Iudæ, & Caleb, & Cerethi, q̄ inuaderent Siceleg:
nā si prius inuasissent Siceleg, oporteret, ꝙ post illā,
iuissent in alias vrbes: & tñ immediatè post eā, reuer
tebant̄ itinere suo in terrā suam: ergo Siceleg fuit vl
tima, q̄ vastauerūt. *Cùm ergo venisset Dauid, & viri eius ad*
ciuitatem. s. in die tertio, postq̄ recesserūt de castris, &
steterant iā per aliquot dies extra vrbē. s. quia à prin
cipio iuerūt cū rege Achis in castra, & ibi manserūt
aliquot diebus: deinde tertio die peruenerūt in vr-
bē, post recessum de castris: & hoc tp̄e medio Amale
citæ potuerūt inuadere oĩa loca, quæ prædati sunt,
I de quibus inf. in litera. *Et inuenissent eā succensam igni.* i. iā
exustam, quia Amalecitæ exusserant eam, vel fortè
tūc ardebat, vt si durauit incendiū per duos, vel tres
dies, vel plures: qđ satis verisimile est, cùm nullus es-
set, qui extingueret ignē, & arderet tota ciuitas. *Et*
uxores suas, & filios suos, & filias suas ductas esse captiuas. Ex
hoc apparet, ꝙ non manebat in Siceleg aliquis vir
pugnator, quando venerunt Amalecitæ: quia cūm
numerat̄ hic præda, solū ponuntur vxores, & filij, &
filiæ: sed per filios, & filias paruuli intelliguntur: alio
quin si essent viri, computarentur in numero viro-
rū, & non filiorum, & filiarum: etiam quia illi prius
nominarentur, q̄ mulieres: sed nominantur hic vxo
res prius, quia istæ erant maiores in pręda. *Leuauerunt*
K *Dauid, & populus, qui cum eo erat, voces suas.* s. plorauerūt
durè, quia maximum malum inuenerant, scilicet. ꝙ
filij, & vxores perijssent, & omnia bona ipsorum, ci-
uitas quoque esset exusta: ideo pietas, & dolor non
potuerunt in eis lachrymas continere, quanquam
essent viri fortes, quos lachrimari non decet. *Et plā-*
xerunt donec in eis deficerent lachrymæ. Idest, tandiu plan-
xerunt, quandiu potuerunt lachrymari: postea autē
sola amaritudo cordis restabat: sed nullæ lachrymę
erant, quę possent indicare dolorem, eo ꝙ per pri-
mū impetum tam amarè lachrymati sunt, vt consu
meret̄ tota materia conuertenda in lachrymis, & iā
non possent clamare emittendo lachrymas: dum
autem durauit ille impetus lachrymarū, deplāxerūt
infor-

infortunium suū: postea vero cęperunt perquirere, an aliqua via restaret eis ad recuperandum aliquid de eis, quæ perierant. *Siquidem & duæ vxores Dauid captiuæ ductæ fuerant.* Istud ponitur ad significandum dolorem Dauid: nam non solum vxores virorum ductæ fuerant captiuæ, sed etiam duæ vxores Dauid: has enim solas nunc habebat, postea verò accepit alias, dum regnaret in Hebron, vt patet sequenti lib. cap. 3. & 1. Paralipo. cap. 3. & non dicitur hìc de filijs Dauid, eo ꝙ nullos habebat adhuc filios, sed primi filij nati sunt ei in Hebron post mortem Saulis, cùm iam regnaret in tribu iuda: nam primogenitus suus, & alij quinque filij in Hebron nati sunt, sequēti lib. cap. 3. & sic non potuerunt Amalecitæ captiuare aliquos filios Dauid, sed solas vxores. *Achinoam Iezrabelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli.* Ista sunt nomina duarum vxorū suarum. Vocatur prima Iezrahelites, quia erat de vrbe Iezrahel, vt patet supra ca. 25. Secunda vocatur vxor Nabal Carmeli, idest, quia fuerat vxor Nabal de Carmelo, & postea accepit eam in vxorem Dauid supra cap. 25. Sciendum autem, ꝙ, Carmeli, non est genitiuus primitiui, sed possessiui, vel denominatiui. s. Carmelus, la, um, pro illo, qui est de monte Carmelo, & idem est Carmelus, quod Carmelitanus, vel Carmelita. *Et contristatus est Dauid valde.* s. tam pro vxoribus suis ablatis, quā pro vxoribus omnium virorum suorum. *Volebat enim eum populus lapidare.* i. illi viri, qui erant cum illo, volebant lapidare eum: hoc erat, quia Dauid duxerat omnes illos secū in castra, & non reliquerat aliquem ad custodiam vrbis. *Quia amara erat anima vnius cuiusque viri.* Ista est ratio, quare volebant lapidare Dauid, quasi dicat, cum Dauid esset vir bonus, nullo modo vellent viri sui lapidare eum, cum parati essent mori pro ipso, vbicunque ille vellet, sed amaritudo cordis commouerat eos ad hoc volendum, quod aliàs non erant volituri. s. quia anima cuiuslibet erat amara nimis, & cogebantur penè ex hoc egredi limites rationis. *Super filiabus, & filiis suis.* i. ista amaritudo erat super filios, & filias ablatos pręda: & dicitur solum de filijs, & filiabus, sed etiam intelligendum est de vxoribus: nam non est dubium, quin pro illis amarissimè torquerentur: scriptura tamen solum posuit de filijs, & filiabus, quia subintelligebatur de vxoribus, cum supra, scilicet, dicatur, quòd vxores, & filij, & filiæ ductę fuerant captiuæ. Ex hoc apparet, ꝙ illi viri, qui erant cum Dauid, quādo primò ad ipsum venerunt, duxerunt vxores suas, & filios, & quicquid habebāt secum: nam nihil poterat manere securum eis, existentibus cum Dauid, qui erat hostis Saulis. Cùm autem iuerūt in terram Philisthinorum, duxerunt secum vxores, & filias, & quicquid habuerūt, & posuerunt omnia in Siceleg.

An peccassent viri Dauid, si eum lapidassent.
Quæstio IIII.

QVAERET aliquis, an peccauerunt viri Dauid, volendo lapidare ipsum. Respondendū est, ꝙ si lapidassent eum, peccauissent: quia Dauid nihil mali merebatur: nec stat, ꝙ ipsi obijcerent ei, ꝙ nullum relinquerat in vrbe defensorem: nam hoc non egit ea intentione, vt malū paterent, qui manebāt in vrbe, nec ēt de negligētia culpandus est, scilicet, ꝙ debuisset prouidere, ne vrbs maneret incustodita: nam hoc non solum pertinebat ad eum, sed etiam ad viros suos, & omnes putauerunt non esse necessariū, ꝙ aliquis maneret in vrbe quia nō putabant, aliquid mali posse euenire, propter eorum absentiam, alioquin ipse Dauid voluisset, quòd manerent aliqui in vrbe, saltem propter vxores suas, quas ibi reilnquebat. Ideo non accidit istud malum propter defectum regiminis Dauid, & consequenter non erat puniendus pro illo: præsertim quia videtur, quòd Dauid compulsus fuerit relinquere vrbē incustoditam, nam Achis iussit ei, quòd duceret secum viros, vt patet supra capi. 28: scilicet. Mecum egredieris in castra tu, & viri tui; fortè autem iussit de omnibus viris Dauid: ideo compulsus fuit Dauid ferre omnes viros secum in bellum, & sic mansit ciuitas sine custode, vnde malum, quod inde secutū est, non est ei imputandum: quia ipse fuit circa hoc inuoluntarius, cùm necesse esset obedire Achis, dū manebat in terra eius. Sed adhuc dato, quòd ex negligentia Dauid, & propter grauem culpam eius perijssent ea, quæ erant in vrbe Siceleg, non poterant licitè viri sui lapidare eum, eo quòd ipsi non erant iudices ad imponendum pęnam pro delicto. Hoc dato, si peccatum est, quòd aliquid fiat peccatum est, quòd illud velimus: viri tamen Dauid volebāt eum lapidare, ergo peccabant. Dicendum est, quòd viri Dauid non peccauerunt, eo quòd ipsi non verè voluerunt eum lapidare: nam si voluissent, poterant, & fecissent, quia Dauid erat vnicus, & ipsi erant sexcenti, & erat inter illos: ideo voluntas eorum non fuit deliberata, quia post deliberationem immediatè sequitur operatio, nisi sit aliquid, impediens nos operari: viri tamen Dauid non habebant aliquid, quod impediret eos ad lapidandum ipsum, & non lapidauerunt: ergo noluerunt lapidare ipsum; peccatum autem nunquam est mortale, nisi volūtate deliberata: ideo non erat peccatum in eis: Dicitur tamen, quòd volebant eum lapidare, idest, mouebantur ad hoc, scilicet, tanta erat amaritudo cordis cuiuslibet eorum, quòd illa mouebat eos ad id, quod erat iniustum: nunquam tamen ipsi deliberatè assenserunt ipsis motibus: primi autem motus non sunt in potestate nostra: ideo licet secundum illos, aliquando sit peccatum veniale, mortale tamen nunquam est: & sic non peccauerunt mortaliter viri Dauid, volendo eum lapidare. *Confortatus est autem Dauid in Domino Deo suo.* Hic ponitur remedium ad recuperandum prædam, scilicet, quod Dauid confortatus est in Domino Deo suo, & tunc habuit spem de recuperanda præda, & conatus est id facere.

Quam confortationem habuit Dauid in Dominum.
Quæstio V.

QVAERET aliquis, quæ confortatio fuit ista, quam habuit Dauid in Dominum. Respondendum est, quòd fuit quidam instinctus, vel pulsatio facta in corde Dauid: quia Deus erexit cor Dauid ad bene sperandum de ablatis rebus, & vt conaretur illas inquirere: erant enim res Dauid desperatæ modo humano, scilicet, quia ipse nesciebat, qui essent illi, qui diripuerant, & succenderant vrbem, & an pauci, vel multi, & quomodo fugissent, vel de qua terra essent: ideo modo humano non videbatur superesse Dauid spes de recuperanda præda, & consequenter nihil aggrederetur ad recuperandum: Deus autem mouit cor Dauid, erigendo illud in bonam spem: & vocatur ista confortatio, quia quando cor nostrum debile est, non audemus surgere ad sperandas magnas res, nec ad aggrediendum illas, cùm aūt inceperimus sperare aliquid magnū, cōfortatū est cor: & quia prius erat Dauid quasi desperās de recuperāda pda, nunc aūt cępit sperare: & hoc, qa fuit p q̄dā pulsationē factā in cor-

in corde suo à Deo, dicitur confortatus esse Dauid F
in Deo suo. & ista confortatio vocatur, spiritus Domini, sic patet de Saule supra cap. 11. cùm audiuit planctum populi, propter viros Iabes Galaad, & nõ obediebat ei totum regnum Israel: quia despiciebãt eum, supra cap.10. ideo ipse modo humano desperare debuisset, ꝙ totus populus congregaretur ad mandatum eius: dicitur tamen ibi, ꝙ spiritus Domini insiluit in Saul, idest, factus est quidam motus in corde eius à Deo dirigendo illud ad sperandum magna. s. ꝙ Israelitæ timerent eum, & obedirent sibi, & tunc iussit, ꝙ omnes Israelitæ congregarentur, & sicut spiritus Dei insiluit in ipsum ad confortandũ eum, ita insiluit in Israelitas, ad faciendum eos timere: vnde dicitur ibidem, ꝙ inualit timor Domi- G
ni populum, & egressi sunt, quasi vnus vir: ita nunc factum est in Dauid, quia spiritus Domini directus est in eo, à die, qua vnctus est in regem, & postea, vt patet supra. cap.16. & ille erat spiritus fortitudinis, ad audendum magna. Ille autem insiluit nunc in eum, & fecit ipsum sperare, posse habere prædam Amalecitarum. Vel dicitur, cõfortatus in Deo suo: quia non recurrit ad fortitudinem bellicam, sed ad Deum suum, consulens an posset recuperare prædam, vt patet immediatè. Sed primus sensus melior est, quia prius Dauid confortatus est, quàm consuleret Dominum: immo propter hoc consuluit Dominum, quia confortatus erat, & putabat se posse recuperare prædam: si autem de illa penitus despe- H
rasset, non consuluisset Dominum super ea. *Et ait ad Abiathar sacerdotem filium Achimelec.* Iste erat, per quẽ ipse solebat consulere Dominum, vt patet supra c. 22. Nam habebat secum ephod, in quo Deum consuleret: erat autem iste Abiathar semper cum Dauid: nam quocunque ille iret, siue ad bellum, siue ad alia loca, ibat cum illo: sic dixit Salomon ad Abiathar infra 3.lib.cap.2. scilicet. Vir mortis es, sed hodie non te interficiam, quia portasti arcam Dei coram Dauid patre meo, & sustinuisti laborem in omnibus, in quibus sustinuit pater meus: sic enim dixerat Dauid ad Abiathar, quando venit ad ipsum, supra cap.22. s. Mane mecum ne timeas, siquis quæsierit animam meam, quæret & animam tuam, me- I
cumque seruaberis. Iste vocatur filius Achimelech, qui erat summus sacerdos in Nobe, quem interfecit Saul cum tota domo sua, solusque Abiathar euasit, supra capitu.22. *Applica ad me ephod,* idest, da huc ephod, scilicet, ad consulendum Dominum, quia sine illo non respondebat Deus sacerdotibus: & vocatur hic ephod, non solum ephod, sed etiam rationale, & præcipuè ipsum rationale: quia ephod secundum se nihil agebat ad consulendum Dominum, sed rationale, nam in rationali erat doctrina, & veritas, vt patet Exod.cap.28. & propter illam Deus respondebat: vnde supra c.28. vbi litera nostra dicit, ꝙ consuluit Saul Dñm, & non rñdit ei per sacerdotes: in Hebræo dicitur: non rñdit ei per vrin. i. per doctri- K
nam, & veritatem: ergo ꝑ rationale, in quo ista erãt, fiebat rñsio, & non ꝑ ephod. Item patet, quia Exo.c. 28. dr̃: Portabit Aaron iudicium filiorũ Israel in pectore suo. i. id, per ꝙ iudicatur de omnibus dubijs filiorũ Israel: sed illud, ꝙ erat in pectore, erat rõnale, & non ephod; quia ephod pendebat super scapulas, vt declaratum est eod. cap. ergo rationale pertinebat ad consultationem Dei, & non ephod. Hic autem vocatur ephod largè pro quadam veste facta ex ephod, & rationali colligatis, quia nunquam ab inuicem separari debebant, Exod.cap.28. de hoc declaratum est, supra cap.23.

An Dauid fuerit indutus ephod. *Quæstio VI.*

QVAERET aliquis, an Dauid fuerit hic indutus ephod, & an peccaret si indueretur. Aliquis dicet, ꝙ indutus est, quia hic dixit. Applica ad me ephod: ergo ipse volebat indui. Item patet, qa dicit immediatè: Et applicauit Abiathar ephod ad Dauid: & sic non indutus est ipse, sed Dauid, ad quem applicauit ephod. Item patet, quia dicitur, Et cõsuluit Dauid Dñm: si igitur consultatio ad eum pertinebat, ita & ephod ipse indueret, quia ista duo se cõsequebantur. In contrariũ dicetur, ꝙ non indutus est Dauid ephod, quia peccaret, cum esset vestis sacerdotalis, & ipse non esset de sacerdotibus. Rñdendũ est, ꝙ Dauid non indutus ephod, sed Abiathar indutus fuit: ipse enim solebat consulere Dñm ꝑ Dauid: ipse aũt Dauid non auderet indui ephod: quia erat vestis sacerdotalis, & non solũ sacerdotalis, sed ēt sacerdotis magni: ita, vt sacerdotibus minoribus nefas esset illa veste indui: Dauid aũt erat purè laicus, iõ non licebat ei indui vestibus, ad exercendum aliquod officium sacerdotale, nec aliàs: immo contingere ipsas vestes erat illicitum popularibus. Dauid aũt si indutus fuisset vestibus sacerdotalibus hic, fecisset hoc ad agendum aliquid, quod non poterat fieri sine vestibus illis, & illud esset sacerdotale: oẽs tñ præsumentes accedere ad aliquod misterium sacerdotale, si non essent sacerdotes, puniebantur grauiter: sic patet de ducentis quinquaginta viris, qui voluerunt offerre thymiama, & egressus est ignis à Dño, & cõbussit illos, vt patet Nu.c.16. Rex quoque Ozias, qui alio noĩe dr̃, Azarias, voluit offerre incẽsum coram Dño, & Deus percussit eum lepra, vt patet infra 4.lib.c 15.& 2.Paral.c.26. non minus, pctm erat Dauid hic, si indueret vestibus sacerdotalibus: immo maius, qa vsurpabat duo. s. vestes sacerdotales, & offim: Ozias aũt, & ducentũ quinquaginta viri solũ vsurpauerunt offim: ergo magis puniuisset Deus Dauid, quàm puniuit Oziam: sed non puniuit eũ in aliquo: ergo vr̃, ꝙ non peccauit. Sed aliquis dicet, ꝙ & si Dauid indutus fuisset vestibus sacerdotalibus, & fecisset officium sacerdotale, non peccasset: qa fortè erat sacerdos, vel saltem poterat esse sacerdos, ꝙ patet, quia filij sui erant sacerdotes, seq. lib. cap.8. s. Filij aũt Dauid sacerdotes erant: ergo Dauid poterat esse sacerdos, quia non erat maior prohibitio ad Dauid, quàm ad filios suos. Rñdendũ est, ꝙ Dauid peccasset si indutus fuisset vestibus sacerdotalibus, quia non erat sacerdos, nec poterat esse: immo nõ solum ipse nõ erat sacerdos, sed etiam nullus de Tribu sua fuit vnquam sacerdos, sic patet ad Hebræos, capi.7. cum loquitur Apostolus de Christo, qui erat de Tribu Iuda. s. In quo.n. hæc dicuntur: de alia Tribu est, de qua nullus Altari præsto fuit: manifestum est.n. ꝙ ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est: patet ēt hoc, qa Nu. c.1.& 3.& ēt 8.& 18. Deus iussit, ꝙ soli filij Aaron accederent ad sacerdotale ministeriũ, & leuitæ ad alia minora ministeria: de reliquis aũt tribubus nemo ministraret, alioquin occideretur: Dauid aũt erat de tribu Iuda: ergo nec ipse, nec filij sui erant sacerdotes. Cũ aũt obijcit, ꝙ filij Dauid erant sacerdotes. Rñdẽdũ, ꝙ accipitur ibi sacerdos. s. largè pro principe, sic patet 1.Paral.c.18. vbi tota historia continetur quasi ad lr̃am, quæ hr̃ sequenti li.c.8. & sicut ibi dr̃, ꝙ filij Dauid erant sacerdotes, dr̃ 1.Parali.ca.18. Porro filij Dauid primi ad manũ regis. i. erant principes primi sub rege: sic ēt secundum modum legum humanarum, principes seculares. & legislatores vocantur sacerdotes, ꝑꝑ sacras leges, quas dãt: sic patet. ff. de iust. & Iu. leg.1. Vocantur etiam interdum isti principes pon-

pontifices, vt patet in decretis. di. 10. ca. de capitulis, A vbi imperatores vocantur pontifices, & tamen pontifex est nomen Episcoporum: apparet igitur, ꝙ Dauid non erat sacerdos, nec poterat esse, ideo peccaret, si indutus fuisset vestibus sacris. Vnde dicendū, ꝙ non fuit ipse indutus, sed Abiathar. Ad primam rationem incontrarium dicendum, ꝙ cum Dauid dixit ad Abiathar: applica ad me ephod, non intellexit, ꝙ applicaret ad ipsum, ad hoc, ꝙ ipse indueretur, sed ꝙ applicaret ad ipsum, idest, iuxta ipsum, scilicet, ꝙ Abiathar consuleret Dominum iuxta Dauid, & ibi indueretur ephod. Vel dicitur: applica ad me, idest, ad vtilitatem meam: nam ista consultatio pro Dauid fiebat. Ad secundam rationem dicēdum eodem modo. s. ꝙ Abiathar applicauit ephod B ad Dauid, non vt indueretur Dauid, sed vt indueretur Abiathar iuxta ipsum. Ad tertiam rationem dici potest dupliciter. Vno modo, ꝙ Dauid consuluit Dominum, non per se, sed per Abiathar, & quod qs agit per alium, dicitur agere per se ipsum. Alio modo, ꝙ Dauid consuluit Dominum per seipsum, s. ꝙ præsente Abiathar induto veste sacra, Dauid proposuit quæstionem, & hoc erat consulere Dominum: & cùm dicitur, ꝙ ista duo se consequebantur. s. indui veste sacra, & consulere Dominum, Dicēdum, ꝙ falsum est, nisi accipiatur consulere Dominum, idest, facere cęremonias ad hoc, ꝙ Deus respōdeat: & istæ erant in hoc, ꝙ sacerdos indueretur veste sacra, & ꝙ fortè faceret aliquas obsecrationes, vt De⁹ C vellet respondere, & hoc faciebat solus sacerdos. *Et applicauit Abiathar ephod ad Dauid.* Idest, iuxta Dauid, s. ꝙ ibi apud eum se induit ephod, & consuluit Dominum ꝑ Dauid: nam si Dauid indutus fuisset ephod, nō diceretur, ꝙ Abiathar applicauit ad eum ephod, qa indui, & applicari multō sunt disparata: cū indui dicat habitū, & applicari dicat habitudinē loci. *Et consuluit Dauid Dominū dicens* s. consuluit ꝑ Abiathar, qa Abiathar locutus fuit, & non Dauid. Vel Dauid cōsuluit. i. ꝓposuit qōnē, quia hoc non erat illicitū Dauid, & alijs popularibus. *Persequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non?* idest, nunquid debeo persequi latrunculos istos, vel non? & si persecutus fuero, nunquid comprehendam eos? In Hebræo dici- D tur. *Persequar turbas istas.* Vocauit autem Dauid latrunculos, quia venerant ad prædam, & apparet, ꝙ magis venissent ad prædam, quàm ad agendū bellū.

Quomodo Dauid voluit persequi latrunculos istos, & ad quid.
Quæstio VII.

QVAERET aliquis, quando Dauid voluit ꝑsequi latrunculos istos, ad quid volebat persequi, nunquid ad excutiendum prædam, vel ad vindictam. Aliquis dicet, ꝙ ad excutiendum prædam, & vindictam simul, quia dicitur infra. Excuties prędam. Sciēdum est, ꝙ ex illo nihil apparet, quia illud respondit Deus. s. ꝙ posset Dauid comprehendere E latrunculos, & excutere prædam: sed antequā Dauid consuleret Dominum, non apparet, an ipse intenderet excutere prædam, quia fortè nesciebat, an aliqua præda superesset, vel latrunculi omnia deuastassent. Respondendum est, ꝙ cùm Dauid venit in vrbem Siceleg, nesciebat de latrunculis, an haberēt in prædam id, quod erat in vrbe, vel an destruxissent vastātes omnia, aut fortè incendio omnia perijssent: quia tamen ipse, & viri sui incedentes per vrbē, nō inuenerunt aliqua cadauera de tanta multitudine mulierum, & paruulorum, quæ ibi fuerat: putauit satis probabiliter, ꝙ latrunculi nullum occidissent, sed omnes duxissent in prædam, ex quo ipse spem habuit, ꝙ etiam postea non occiderent eos, quos ibi ceperant: quia cùm ibi non occidissent aliquem capta vrbe, à fortiori non occiderent, postquam laborassent ducendo eos de vrbe, ideo putauit, ꝙ adhuc præda superesset: de supellectilibus autem, & alijs rebus possessis non curauit nimis Dauid: de ipsis tamen fuit certior Dauid, ꝙ latrunculi tulissent illa, si tamen aliqua incendio perijssent, non erat cura: iō ex hoc, habuit spem posse recuperari prædam, cum non inuenisset aliquem occisum de ilis, qui erant in vrbe, propter quod desiderauit persequi latrunculos, vt extorqueret prædam, & hoc fuit principale. De vindicta autem non curauit nimis Dauid, q̃quā desideraret eam, ideo fuit motus principaliter ꝑꝑ prædam. Vnde postquam acquisiuit illam, non curauit persequi residuos de latrunculis, qui fugerant, vt patet infra in litera. *Dixit ei Dominus persequere.* i. bonū est, ꝙ persequaris. Vel legitur per modum imperij. s. ꝙ Deus iussit Dauid, vt persequeretur latrunculos. *Absq; dubio enim comprehendes eos.* i. nō dubites de inuentione eorum, quia certissimè inuenies. *Et excuties prædam.* i. & tolles prædam de manu eorum hoc erat precipuum, quia ꝙ Dauid inueniret latrunculos, nihil proficiebat, si non posset excutere prędam, sed esset labor inanis: potissimè si latrunculi præualituri essent contra ipsum: Deus autem vtrunque promisit. s. ꝙ inueniret eos, & prępualeret contra illos, & sic excuteret prædam. i. violenter tolleret de manu eorum. Hoc modo Dauid confortatus, perrexit ad pugnandum contra latrūculos, & iam non dubitabat contra eos dimicare, etiam si essent millies millia, eo ꝙ Deus dixerat, ꝙ absque dubio excuteret prædam de manu ipsorum: & sic postea Dauid aggressus fuit eos confidenter: nam multi erant, cùm Dauid pugnauerit cōtra eos, & occiderit plurimos, durauitque percussio à vespere vsque in vesperam, & ad extremum fugerunt quadringenti viri super camelos, vt patet infra, & tamen viri Dauid, qui pugnabant, non erant nisi quadringenti, cum ducenti restitissent lassi ad torrentem. *Abijt ergo Dauid.* Hic ponitur secundum s. hostium persecutio: fuit enim Dauid persecutus latrunculos, quousq; inuenit eos. *Ipse, & sexcenti viri eius cum eo.* i. Dauid abijt, & sexcenti viri sui abierunt cum ipso.

Qui viri fuerunt cum Dauid ad persequendum latrunculos.
Quæstio VIII.

QVAERET aliquis, an plures viri abierunt cū Dauid ad persequendum latrunculos. Aliquis dicet, ꝙ non, quia hic solum ponuntur sexcenti viri euntes cum Dauid. Item quia postea dicitur, ꝙ ad torrentem substiterunt lassi ducenti, & iuerunt cū Dauid alij quadringenti: ergo solum erant sexcenti viri, qui nunc egressi sunt cum ipso. In contrarium videtur, ꝙ fuerint plures, quia nouem principes de tribu Manasse venerunt nunc ad Dauid, quando redibat de castris Philisthinorum in Siceleg, & isti adiuuerunt eum in bello contra latrunculos, vt patet 1. Paralip c. 12. Respondendum est, ꝙ plures fuerūt, quàm sexcenti illi viri, qui nunc egressi sunt de Siceleg cū Dauid ad persequendum latrunculos; nam Dauid habebat sexcentos viros qñ venit ad regem Achis, vt patet supra c. 27. & post hoc stetit quatuor mēsibus in terra Philisthinorū ante bellū Philisthinorū cum Saule: sed tunc cum reuerteretur Dauid de castris Philisthinorum in Siceleg, venerunt ad eū nouem principes de tribu manasse, & quilibet istorum haberet secum aliquos, & adiuuerunt isti Dauid contra latrunculos: ergo videtur, ꝙ plures erāt, quàm

Dauid habuit secū plusquam sexcētos viros dū persecut⁹ fuit latrūculos.

quàm sexcenti, qui iuerunt nunc cum Dauid contra latrunculos. Dicendū tamen ꝙ scriptura nominauit hic solum sexcentos viros, quia isti, q̃ venerāt de Manasse pauci erant quanquam essent nouem principes, quia fortè quilibet istorum habebat secū paucos viros, ita vt non facerent notabilem numerum super sexcentos viros, quos habebat Dauid. Sed obijciet aliquis, ꝙ nunc erant cum Dauid plures, quàm tria millia virorum, quia antequam dicatur 1. Paralip. cap. 12. de principibus Manasse, de quibus nūc diximus dicitur de principibus tribus Gad, qui venerunt ad Dauid, & illi erant vndecim, & minimus eorum erat princeps centum virorum, maximus autem erat super mille: ergo haberet Dauid vltra tria millia virorum. Respondendum, ꝙ illi viri non erant cum Dauid, quando ipse iuit contra latrunculos, sed solum sexcenti viri sui cum principibus Manasse, qui ad eum confugerant, quando venit in Siceleg, & sic non videbantur esse vltra sexcentos viros: illi tamen nouem principes Gad an cōfugerunt ad Dauid ante mortem Saulis, vel post, & quomodo starent cum eo, tempore quo pugnauit contra latrunculos, declarabitur 1. Paralip c. 12. *Et venerunt vsque ad to rentem Besor.* Iste est quidam torrens, qui occurrit euntibus de terra Philisthinorum versus terram Amalecitarum, & vsque ad istū torrentem accesserunt omnes viri Dauid, sed ibi rimāserunt ducenti, qui non potuerunt iter agere. Vocatur iste torrens Besor, & aliqui dicunt Bosor, sed falsum est; quia Bosor est quædam ciuitas in terra duorum regum Amorrhæorum in sorte Ruben, vt patet Deutero. cap. 4. & Iosue 20. & 21. *Et lassi quidam substiterunt*, idest, apud torrentem illum substiterūt, idest manserunt aliqui de viris Dauid, qui non potuerunt præ lassitudine cum reliquis iter agere, & isti fuerunt ducenti, vt patet immediatè. Euenerat autem eis lassitudo propter duo. Primò, quia tertio die ante hoc recesserant de castris Philisthinorū, & venerant in Siceleg, vt patet supra, & forsè in his tribus diebus nullam, vel modicam requiem habuerant, & ob hoc indispositi erant, ad subeundum immediatè alios labores. Secundò erant lassi, quia cùm nunc recessisset Dauid cum viris suis de Siceleg, velociter gradiebantur, vt inuenire possent latrunculos, postquam venirent in terram suam, & ideo illi, qui debiliores erant non potuerunt consequi iter aliorum. In Hebræo dicitur hic. *Et qui manserunt, manserunt.* Sed ista sententia est nimis cōfusa, & Barbara, nec significat aliquid determinatè, ideo litera nostra posuit hoc manifestius dicens, quòd aliqui lassi substiterunt: habuit autem hoc ex litera Hebraica, quæ habetur infra vbi magis explanatur de istis, qui substiterunt: aliquando autem loquitur hoc modo litera Hebraica, sic patet supra c. 23. vbi litera nostra dicit: Egressi de Ceila huc, & illuc vagabantur incerti litera Hebraica dicit: Ambulauerunt, quo ambulauerunt: sed quia ista locutio est barbarica, litera nostra euitauit illam. *Persecutus est autem Dauid ipse, & quadringenti viri.* idest, quanquā aliqui substitissent lassi, tamen Dauid non desijt persequi latrunculos, sed ipse cū quadringentis viris residuis persecutus est illos.

Ducēti viri Dauid lassi ꝓpter duo remāserūt apud torrētem Besor.

Dauid persecutus est latrunculos cum quadringenti viris, quia numerum eorum ignorabat: & propter promissionem Dei in qua confidebat.

Quæstio X.

QVAERET aliquis, cū tertia pars exercitus Dauid lassa restitisset, quomodo Dauid ausus

F est persequi latrunculos cum reliquis viris, & an in hoc stultè egerit, vel si non egisset, peccasset.

Respondendum, quòd Dauid ausus est persequi latrunculos cum quadringentis viris residuis: nam etiam modo humano non habebat Dauid aliquid, quare timere deberet persequi latrunculos cum quadringentis viris, quia nesciebat quot essent latrunculi; ideo quousque sciret eorum multitudinem, non agebat stultè persequendo illos, qualitercunque posset.

Sed adhuc dicendum, quòd dato, quòd Dauid sciret multitudinem latrunculorum, non debebat timere persequi illos cum quadringentis viris, immo etiam si solū haberet centū, vel quinquaginta viros: quia Deus dixerat ei, ꝙ persequeretur latrunculos, quia sine dubio excuteret prędam: de promissione autem Dei nemo dubitare debet; ideo etiam si mãsissent soli decem viri cum Dauid, cum illis potuisset, & debuisset iustè persequi latrunculos: quia in multitudine gentis non est victoria belli, sed sicut est voluntas in celo, ita fit, vt patet supra 14. cap. & 2. Paralip. 25. cap. & 1. Macha. cap. 3. Immo dicendum est, quòd non solum Dauid non agebat stultè, persequendo latrunculos cum paucis viris, sed etiam si propter hoc desijsset persequi illos, peccasset, quia non confideret verbis Domini, cum Deus dixisset: Persequere, absque dubio enim comprehendes eos, & excuties prædam: ideo quanq̃ magna pars exercitus Dauid lassa substiti, non fuit ex hoc turbatus Dauid, nec dubitauit aliquatenus, an persequeretur latrunculos. *Substiterant enim ducenti quasi lassi.* Istud reddit rationem superioris, scilicet, quòd solum quadringenti iuerūt cum Dauid, quia ducenti viri de exercitu restiterūt lassi. *Et transire non poterant torrentem Besor.* Idest, non ausi sunt transire torrentem præ lassitudine: & non intelligitur, quòd non potuerunt transire, tanquā impotentia esset quantum ad transitum, sed quantum ad agendum iter vltra torrentem: ideo quasi habita opportunitate ad manendum, dixerunt se vltra non posse transire, & manserunt. In Hebręo habetur. *Et non ausi fuerunt transire torrentem.* Non debet intelligi, quòd non ausi sunt propter timorem hostium, contra quos ibant, sed propter impotentiam deambulandi: timuerunt enim, quòd quanquam conarentur itinerare cum alijs vltra torrentem, quod nequaquam possent.

Et inuenerunt virum Aegyptium in agro. Iste vocatur puer non propter ætatem, sed propter seruitutem, vel subiectionem, & iste indicauit Dauid, vbi erant Amalecitæ: hunc autem inuenerunt viri Dauid in agro, quia illi discurrebant hinc, & inde, vt reperirent vestigia latrunculorum, & inuenerunt eum quasi mortuum propter famen, vt patet infra, *Et adduxerunt eum ad Dauid.* scilicet, vt indicare posset vbi essent latrunculi, quia putauerunt viri Dauid, quod ille cum esset in agro, vel esset vnus de latrunculis, vel saltem sciret qua transierant.

K *Dederuntque ei panem, vt comederet.* Subintelligendum est, quod viri Dauid inuenerunt illum Aegyptium quasi mortuum, & cum vellent ab illo aliquid quęrere, non poterat respondere, quia exinanita fuerat tota virtus eius, propter diutinam famem, scilicet, trium dierum, vt patet infra. *Et biberet aquam.* Idest, dederunt ei aquam, vt biberet, vt illa eum refrigeraret à calore innaturali, qui sequebatur propter famen. *Sed, & fragmen masse caricarum.* idest, etiā dederunt ei vnum frustum de massa caricarum. Est enim massa caricarum ad formam casei, & est facta de ficub⁹, & comedit sicut panis, & de hoc dr̃ s. c. 25.

quod

quòd Abigail tulit ad Dauid ducentas massas cari- A carum, abundant enim in terra illa istæ massę ꝓpter multitudinem ficuum, & viri Dauid ferebant de eis secum in itinere ad cibum. *Et duas ligaturas vuę passę.* idest, ēt dederūt ei duos racemos vuarū passarū, & vocantur ligaturę, quia ligantur ad hoc, ꝙ desiccentur, vel ꝙ postquam desiccatæ sunt, tenentur ligatæ in funiculis, vel aliàs: & istæ etiam ligaturæ vuarum sunt vsitatæ in terra Chanaam: vnde Abigail tulit ad Dauid centum ligaturas vuæ passæ, vt patet supra cap. 25. *Qui cùm comedisset, reuersus est spiritus eius.* s. antequam comederet, videbatur non habere spiritum, sed quasi mortuus, cùm autem comedit, dicitur reuersus, quia tūc visus est viuere. *Et refocillatus est.* Idest, recreatus, scilicet, quia vultus eius exhilaratus B est, & color eius reuixit. *Non enim comederat panem, nec biberat aquam tribus diebus, & tribus noctibus.* Parum enim deerat, vt iste præ debilitate moreretur, cum tot diebus non comedisset, præsertim, quia languere cęperat in principio horum dierum, vt patet infra in litera. Quanquam per accidens ægritudo adiuuare poterat ad hoc, quòd tardius moreretur, vtpotè si ægritudo proueniebat ex repletione & virtus digestiua erat impotens ad digerendum, quia tunc tardius moreretur præ fame, quàm si sanus esset, quando famescere inciperet. *Dixit itaque ei Dauid.* scilicet, postquam comedit, & bibit: nam ante hoc nō poterat respondere, quanquam interrogaretur. *Cuius es tu? vel vnde?* Istud erat principium quærendi, vt C ordinatius posset Dauid peruenire ad inquirendum vbi erant latrunculi: & dixit, cuius es? ad sciendū an erat seruus alicuius Domini eorum, qui venerant ad prædandum: dixit etiam vnde es? idest, de qua terra? quia ex hoc posset cognoscere Dauid, quid ageret, an esset de latrunculis. *Et quò pergis?* Istud non est in Hebræo: quæsiuit tamen Dauid de hoc, quia per hoc certius scire poterat Dauid, an ille esset de latrunculis, & quid ageret. *Qui ait: puer Aegyptius ego sum.* Hic respondit ille iuuenis ad omnia quæsita Dauid, & in omnibùs verè locutus est: quia cùm esset in potestate Dauid, putauit, quòd si falsum loqueretur, & postea hoc deprehenderet Dauid, occideret eum: si autem verum loqueretur, quanquam ipse D fuisset de latrunculis, qui diripuerant Siceleg, misereretur eius Dauid, tum quia ipse indicabat ei vbi erant alij latrūculi, tū quia seruus erat cuiusdā principis illorum latronū, & cogebatur agere, quod Dominus iubebat. Vnde nec dubitauit veritatem dicere Dauid, nec petiuit aliquam securitatem, scilicet, quòd occideret eum, sed solum petiuit, quòd non traderet eum in manus Domini sui, vt patet infra: dixit autem, quòd erat puer Aegyptius, idest, de terra Aegypti, quia satis verisimile erat, eo quòd terra Amalecitarum pertingit vsque ad terram Aegypti, vt patet supra cap. 15. & ob hoc multi de Aegyptijs viuebant in terra Amalec cum Amalecitis, & multi de Amalecitis morabantur in terra Aegypti. *Seruus viri Amalecitę.* Idest ego sum seruus cuiusdam viri de Amalec. Iste autem vir erat vnus de principibus illorum latronum, & venerat cum eo puer iste. *Dereliquit autem me Dominus meus.* scilicet, ipse cum alijs latrunculis recessit ferens prædam, & dereliquit me, quasi iam nolens me habere in famulatu suo, quia grauis ei videbar: & causa subditur, scilicet. *Quia ęgrotare cępi nudiustertius.* Idest, quia erā languidus, putauit iam inutilem, & noluit me portare: ne essem sibi onerosus, sed reliquit me, vt morerer. *Siquidem nos erupimus ad australem partem Cerethi.* Hic narrat iste puer, quæ fecerunt latrunculi, & dicit, quòd eruperunt, idest, egressi sunt de regione sua, & venerunt ad prædandum ad australem partem Cerethi: dicitur hoc, quia isti latrunculi veniebant de terra Australi, respectu omnium illorum locorum: nam veniebant de terra Amalec, quæ Australis est ad terram Philisthinorum, & Iuda: & dicitur hic, ad Australem partem Cerethi, quia fortè primò inuaserunt terram illam, deinde reliquas ſm ordinem, qui habetur hic: quòd patet, quia de Siceleg vltimò dicit, & illam vltimò inuaserunt: nam postquam succenderunt eam, pergebant itinere suo ad terram suam, vt patet supra in litera. Vocatur Cerethi secūdū Ra. Dauid Khimi, & Ra. Sa. tota terra Philisthinorum: sed non stat, quia tunc non poneretur postea specialiter de Siceleg, cùm esset Siceleg quidam locus in terra Philisthinorum. Sed dicendum, quòd Cerethi erat nomen alicuius vrbis, vel regionis paruæ. *Et contra Iudam.* Idest, versus terrā Iuda, scilicet, contra sortem tribus Iudæ: erant enim ista coniuncta, scilicet, terra Philisthinorum, & sors Iudæ. *Et ad meridiem Caleb.* Potest vocari sic aliqua terra in sorte Iudæ, eo quòd fuit in illa vir quidam famosus nomine Caleb, & illi data est quædam pars terræ Iudæ, scilicet, Hebron cum villulis suis, vt patet Iosue ca. 14 & 15. *Et Siceleg succendimus igni.* idest, inter ista omnia loca nullum magis læsimus, quàm vrbem Siceleg, quam exussimus. *Dixitque ei Dauid.* Iam cognoscebat quid factum esset, & quis illud fecisset, ideo volebat scire vbi erant illi, qui fecerant. *Potes me ducere ad cuneum istum?* idest, nunquid scies me ducere illuc, vbi sunt isti latrunculi? *Qui ait, iura mihi per Deum.* Hoc voluit puer Aegyptius à Dauid ad securitatem suam.

Petit puer inuentus à Dauid vt ipse iuraret per Deum summum per suum. Quæstio X.

QVAERET aliquis, per quem Deum petiuit hic puer iste à Dauid, quòd iuraret ei hæc.

Dicendum, quòd fortè dixit per Deum, non nominando specialiter aliquem Deum, & tunc intelligebat de Deo summo, de quo omnes homines ītelligunt, quòd sit id, quo nihil melius excogitari possit, sicut declaratum est præcedenti capitulo de rege Achis. Vel petiuit iste puer à Dauid, quòd iuraret ei per Deum suum, scilicet, per Deum Dauid: nam ista est conditio omnium petentium iuramentum ab alijs, quòd petant in dijs illorum, quia iuramentum inuentum est in confirmationem eorum, quæ dicuntur, vt propter reuerentiam eius, qui inducitur in testem, compleantur ea, quæ promittūtur: & quia nemo magis reueretur aliquem Deum, quàm illum, quem colit, non potest aliquis facere iuramentum efficacius, quàm per Deum suum. Sic Goliath, quando voluit imprecari mala super Dauid, imprecatus est in dijs suis, vt patet supra ca. 17. Itē patet, quia Dauid iurauit id, quod petiuit iste E puer: sed Dauid non iuraret per nomē alicuius Dei, nisi per Deum Israel: quòd ergo per illum iurauerit, patet, ꝗa nefas erat Israelitis iurare per deos Gētilium, & non solum iurare, sed etiam nominare illos, vt patet Exod. capit. 23. s. Omnia, quæ dixi vobis facite, & per nomen externorum Deorum non iurabitis, nec audietur ex ore vestro. *Quod non interficias me,* scilicet, postquam cognoueris à me ea, quæ vis: poterat suspicari puer, quòd Dauid nunc non occidebat eum, vt inueniret alios latrones. & postquam inuenisset, occideret eum. *Et non tradas me in manibus Domini mei,* scilicet, quia ille occidet me, etiam si tu non me occideris: quia prodidi eum cum alijs latrunculis.

Quomodo puer iste petijt à Dauid, vt non traderet ipsum manibus Domini sui, cum persequeretur illum, & alios latrunculos. Quæst. XI.

QVAERET aliquis, quomodo iste puer Aegyptius petiuit, ꝙ hoc iuraret Dauid, quia nullo modo erat verisimile, quòd contrarium ageret: nã Dauid ibat, vt persequeretur Dominum illius pueri cum alijs latrunculis propter prædam Siceleg: quomodo ergo traderet seruum suum? Dicendum, ꝙ puer iste timuit, ꝙ cum Dauid inueniret latrunculos illos, non prȩualeret contra eos ad extorquendũ prædam, sed componeret cum eis aliquo modo, vt haberet totam prædam, vel partem de eo, quod ablatum fuerat de Siceleg, & in compositione veniret, ꝙ Dauid daret puerum illum Domino suo, & tunc timebat puer, ꝙ occideret eum Dominus suus, quia prodiderat eum cum alijs. Vel aliter puer iste nesciebat, ad quid ibat Dauid ad latrunculos, quia nihil significauerat Dauid puero de intentione sua, sed solum quæsiuit ab eo, quis erat, vel cuius: & nunc qñ dixit Dauid, an posset puer ducere Dauid ad cuneũ illum, nesciebat an vellet illuc ire Dauid, vt iungeretur illis latronibus ad prædandum etiam cum eis, vel ad alia fędera pacis: & tunc satis verisimile erat, ꝙ Dauid traderet puerum Domino suo, & quia si traderetur ei, occidendus erat, volebat potius, quòd occideret eum Dauid, quàm ꝙ traderet Domino suo. *Et ducam te ad cuneum istum.* s. si iuras mihi hæc.

Puer sciebat locum latrunculorum, & ad illum duxit Dauid. Quæst. XII.

QVAERET aliquis, quomodo puer iste poterat ducere Dauid ad cuneum latronum, cum iam nudiustertius relictus fuisset ab eis, & nesciret vbi essent. Respondendum est, ꝙ fortè latrones illi modicum inde recesserant, & puer sciebat locũ, ad quẽ recedebant, sicut patet infra: quia quando Dauid ductus est à puero ad cuneum, inuenit latrunculos iacentes super faciem terræ in agro, & comedentes. Vel Dicendum, ꝙ puer cognoscebat gressus eorum, & quanquam nesciret tunc vbi essent, poterat illuc perducere Dauid per gressus. Vel fortè iste puer audierat à latrunculis antequam dimitterent eum de loco, ad quem ituri erant, & ad illum nunc duxit ipse Dauid. Vel quia iterum fortè latrunculi illi erupperant per terram illam, & habebant aliquem locũ, in quem conuenirent, in quo nunc putabat eos esse puer, & illuc duxit Dauid. *Et iurauit ei Dauid.* s. iurauit id, quod petierat puer.

Israelitę cum quibusdam populis non poterant inire fędera, & si iniuissent, non poterant seruare. Quæstio XIII.

QVAERET aliquis, an Dauid tenebatur obseruare id, quod iurauerat puero. Aliquis dicet, non esse dubiũ in hoc: quia ꝙ iurat̃ implendum est: sed hoc nõ obstante, est rõ dubij, qa quædam gentes erant, cum quibus Israelitæ nullo modo poterant componere fędera, sed obligabantur ad occidendũ, sicut erat de Chananeis: sic etiam erat de Moabitis, & Amonitis, de quibus Deus dixerat: Non facies cũ eis pacẽ, nec quæres eis bona cunctis diebus vitę tuę in sempiternum, vt patet Deutero. c. 23. his ergo gẽtibus si iurarent Israelitæ de non occidendo illas, iuramentum non tenebat, quia erat contra legem Dei: ideo poterant venire contra illud, ac si non iu-

F rassent: sicut cum quis iurat aliquid, quod illicitum est, manifestè potest propria auctoritate contra illud venire; immo tenetur, quanquam peccauerit iurando: si tamen aliquando Israelitæ facerent fędera cum aliqua istarum gentium, cum qua illicitum erat componere amicitias, licèt non tenerent fædera, tamen Israelitæ non poterant pugnare contra illam gentem, quousque denunciarent ei nullitatem fæderum: hoc autem non erat tanquam propter fędera obligarentur ad aliquid, ad quod aliàs nõ erant obligati, sed propter naturalem æquitatem: nam priusquam ipsi componerent cum gentibus illis, habebant eos illæ gentes, tanquam hostes, & obseruabant se ab eis: inito autem fędere, habebant eos tanquam amicos, & non obseruabant se ab eis: ideo si

G Israelitæ antequam denunciarent eis nullitatem fæderum, pugnarent contra illos, agerent per insidias & fraudem: nam sub colore amicorum haberent se hostiliter, ideo tenebantur denunciare eis, non tenuisse fædera, & tunc poterant contra illos pugnare, velut si nulla fædera inita fuissent. De puero autem isto fortè sic esset, quia poterat esse de aliqua gente, cum qua non posset componere fædera Dauid, & cogeretur eum occidere. Dicendum est, quòd Dauid tenebatur obseruare iuramentum pręstitum isti puero: quia erat de tali gente, cum qua poterant Iudæi federa inire, scilicet, quia erat AEgyptius: Israelitæ aũt uon habebant hostilitatem contra AEgy-

H ptios, nec debebant habere, quia Deus iusserat, Deuteronom. capit. 23. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est, nec AEgyptium, quia aduena fuisti in terra eius: quæcunque ergo pacta inirentur inter illos seruanda erant, præsertim quia Dauid tenebatur de iure communi ad seruandum id, quod puer iste petebat sibi iurari, scilicet, quòd non redderet eum Domino suo, & dato, quòd non iurasset, seruasset illud Dauid: de hoc patet Deuteronom. capit. 23. scilicet. Non trades seruum Domino suo, qui ad te confugit, habitabit tecum in loco, qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarum requiescet: & ob hoc, quia Dauid tenebatur ad istud obseruandum etiam sine iuramento, faciliter iurauit, quasi non inducens

I super se aliquam nouam obligationem, per istud iuramentum, nisi quantum ad vnam partem, scilicet, quòd non interficeret eum. *Qui cum duxisset eum.* Hic ponitur tertium huius cap. Puer duxit Dauid ad locum, in quo erant latrunculi. *Ecce illi discumbebant super faciem vniuersæ terrę*, idest, iacebant diffusi super totam terram comedentes in gaudio, & sic facilius potuit eos capere Dauid: & dicitur, super faciem vniuersæ terrę quia isti multi erant, & erant diuersi per turmas, & collegia ad sumendum cibos, & sic repleuerant totam faciem agri.

Isti latrunculi non confugerunt ad loca munita, quia credebant

K *esse securi. Quęstio XIIII.*

QVAERET aliquis, quomodo isti latrunculi tamdiu expectauerant in agris, habentes prædam, & non confugerant in terram suam ad aliqua loca munita, vt ibi deponerent prædam. Dicendum, quòd isti latrunculi videbantur sibi esse securi propter duo. Primò, quia erant in terra sua. Secundò, quia multi erant. De primo patet: nam dum fuerunt in terra Philisthinorum, & Iudæ, de qua prædam acceperant, festinauerunt exire de terra, nunc autem erant in terra Amalec: ideo non timebant, quòd aliqui de Israelitis, vel de Philisthinis persequerentur eos in terram suam pro præda, & sic discumbebant sine timore. Secundum patet, scilicet,

licet, quòd essent multi, quia Dauid pugnauit, & per
cussit eos à vespere vnius diei vsq; ad vesperam alte
rius, & tamen ad vltimum factę cædis, fugerunt qua
dringenti viri de eis, & sic magna turba esset: vnde
propter multitudinem confidenter se habebant;
primum tamen magis stat. *Comedentes, & bibentes*, i. di-
scumbebant per agrum ad comedendum, & biben-
dum: non est sensus, quòd ibi discubuerint, quasi es-
sent itinerantes, & à casu venissent in agrum illum,
& ibi discumberent ad capiendum cibos, sed iam
ibi manebant p aliquot dies: quod patet, quia puer
ille, qui duxit Dauid ad locum illum, dimissus fue-
rat ab illis à nudiustertius, vt patet supra, si ergo illi
itinerassent semper, non potuisset eos inuenire Da-
uid, sed manebant in agris gaudentes: quod signi-
ficat littera sequens, scilicet. *Et quasi festum celebran-
tes diem*. In Hebræo non habetur quasi: isti autem ce
lebrabāt festū in abundantia ciborum, & potuum
pro gaudio prædeacceptæ. *Pro cuncta præda & spolijs,
quæ acceperant de terra Philisthijm, & de terra Iuda*. i. acce-
perant prædam copiosam, quantam non expecta-
bant de terra Philisthijm, & Iuda: eo ꝙ incolæ ista-
rum terrarum iuerant ad bellum, & rari erant, qui
possent eis resistere, pro quo magna lætitia frueban-
tur. *Et percussit eos Dauid*. i. occidit: & non dicitur hic:
pugnauit contra illos, sed percussit: quia ista magis
erat occisio quàm pugna, cū latruunculi essent ebrij
& crapulati, cùm egissent festum pro præda, & erāt
quasi extra mentem, nec poterant pugnare, sed oc-
cidebat Dauid quot volebat. *A vespere vsq; ad vespe-
ram diei alterius*. i. durauit ista occisio à vespere in ve-
speram. s. per vnum diem naturalem: hoc autem qa
latrunculi illi erant diffusi per diuersas partes agri,
& nunc occidebat aliquos hic, & nunc alios ibi, &
sic per diuersa loca. *Et non euasit ex eis quisquam, nisi qua-
dringenti viri adolescentes*, idest omnes occisi sunt pręter
istos: in quo significatur magna multitudo, cū qua-
dringenti viri ponantur quasi pro nihilo, respectu il
lius multitudinis: quia dicitur: Et nō euasit quisquā,
nisi quadringenti viri. *Qui ascenderant camelos, & fuge-
rant*. Isti quadringenti adolescentes à principio belli
fugerunt, ascendendo super camelos: alij autem, q
relicti sunt, & non habuerunt in quo equitarent ad
fugiendum, non potuerunt euadere manus Dauid.
Eruit ergo Dauid omnia, quę tulerant Amalecitę. i. liberauit
de manu ipsorum omnia, quæ prædati fuerant de
vrbe Siceleg. *Et duas vxores suas eruit*. Fit mentio de
istis duabus vxoribus: quia nihil aliud habebat Da-
uid in pręda, quod ad eum specialiter pertineret, de
quo multum doleret, cum nōdum habuisset filios.
Alij autem viri sui habebant filios, & vxores. *Nec
defuit quisquam à paruo vsq; ad magnum*. i. de omnibus, q̄
erant in vrbe Siceleg nullus defuit, tam de magnis
quàm de paruis, eo quod Amalecitæ nullum inter-
fecerant, sed omnes secum ducebant, vt patet sup.
in littera. *Tam de filijs, quàm de filiabus*. i. etiam filij, & fi-
liæ omnes ducti fuerunt, quos tulerant Amalecitę:
& intelligitur de filijs, & filiabus virorum Dauid: qa
Dauid non habebat adhuc filios, vel filias: de vxori-
bus autem nihil dicitur, sed subintelligendum est,
quòd etiam vxores virorum Dauid, quas tulerunt
Amalecitę, reduxerit Dauid, cum dicatur, quòd ni-
hil defuit de præda & sup. dicitur, ꝙ Amalecitę nul
lum occiderunt, sed omnes duxerunt captiuos: nō
curauit tamen scriptura exprimere vxores: quia pla
num est: quia etiam de illis intelligeretur: simile ha-
betur sup. in littera. s. Amara erat aīa vniuscuiusq;
viri super filijs, & filiabus suis, & de vxoribus nihil
dicitur: tamen manifestum est, ꝙ etiam pro vxori-
bus lugebant. *Et de spolijs*. i. etiam nihil defuit de spo-
A lijs, quæ acceperant de vrbe Siceleg: quia omnia se-
cum habebant Amalecitę, & nondum deposuerāt
ea in aliquo loco: vnde cum Dauid expugnauerit
Amalecitas, nihil potuit ꝑdere de spolijs: vnde nec
aliquid perdidit, nisi ea, quæ incendio perierunt in
vrbe Siceleg, quam succenderant Amalecitę: mul-
ta enim ibi manerent supellectilia, quæ ferre non
possent Amalecitæ, & illa cremarentur. *Et quæcunq;
rapuerant omnia reduxit Dauid*, idest non solum quæ ra-
puerant de vrbe Siceleg, sed etiam quæ rapuerant
de alijs locis, accepit Dauid, & secum tulit: ex quo
nimis ditatus fuit, & misit munera multis ciuitati-
bus de terra Iudæ, vt patet inf. *Et tulit vniuersos greges,
& armenta*. Amalecitę enim prædati fuerant multa
B pecora de terra illa, quæ diripuerant tam de gregi-
bus, quàm in armētis, & omnia illa reduxit Dauid.
Vocātur greges congregationes minorum anima-
lium, vt ouium, & caprarum, & porcorum: armen-
ta autem dicuntur congregationes maiorum ani-
malium, vt boum, æquorum, camelorum: intelli-
guntur etiam per hæc quæcunq; iumēta & anima-
lia, quæ prædati sunt Amalecitæ. *Et minauit ante fa-
ciem suam*. i. fecit præcedere illa animalia exercitum
suum: minare enim ad pastores pertinet, qui ani-
malia mouent quocunq; volunt: sic dicitur Exo. c.
3. Cunq; minasset Moyses gregem ad interiora de-
serti venit ad montem Dei: & Hebrardus dicit: Pa-
stor oues baculo minat, lupus ore minat̄. *Dixerūtq;*.
C s. illi viri Dauid, qui minabant armēta. *Hæc est præda
Dauid*. Hoc dixerunt ad laudem victoriæ Dauid: sic
enim fieri solebat in omnibus victoribus, quādo da
batur eis triunphus. s. ꝙ præcederent aliqui canētes
ante eos in laudem victoriæ, & inde dicit, triūphus,
à tris, quod est tres, & phonos, quod est sonus, quasi
sonus trium, scilicet, quòd tres canebant, vel tripli-
citer canebatur ad laudem victoriæ.

*An Dauid debuisset distribuere prædam dominis, à quibus
ablata fuerat.* *Quęstio XV.*

QVAERET aliquis, cùm tota ista præda, quā
nunc acceperit Dauid de manu Amalecita-
D rum, non esset de vrbe Siceleg, sed de multis alijs lo
cis, an Dauid peccauerit, nō reducendo prædam ad
dominos suos, cum sciret ad se non pertinere totā.
Aliquis respondebit, quòd Dauid non reduxit præ-
dam ad dominos suos: quia nesciebat, qui essent Do
mini, cum illi latrones accepissent de multis locis.
Sed hoc non stat: quia Dauid sciebat de quibus lo-
cis ablata fuisset præda: nam puer Aegyptius dixe-
rat sibi illa loca. s. contra Cerethi, & Iudam, & ter-
ram Caleb, & Siceleg prædati fuerant, vt patet sup.
ideo postquam Dauid accepisset partē prædę, quæ
pertinebat ad vrbem Siceleg, debuisset mittere ad
alia loca, in quibus Amalecitę prædati fuerant, vt
homines illorum locorum venirent ad cognoscen
E dum quid pertinebat ad eos: præsertim quia Dauid
habebat secum puerum illum Aegyptium, cui iura
uerat, ꝙ non occideret eum, nec traderet in man⁹
Domini sui, & ille iuerat cum Amalecitis, quando
prędati sunt, & sciebat omnia loca, in quibus prędā
egerant. Aliquis respondebit aliter. s. ꝙ Dauid re-
stituerit prædam eis, à quibus ablata fuerat; quod pa
tet: qa ista præda ablata fuerat de terra Iudæ, vt ha-
betur supra, & Dauid misit de illa ciuitatibus Iudę,
vt patet inf. Sed hoc non stat, sed potius viri Dauid
diuiserunt inter se prædam: nam super hoc fuit cō-
tentio infra inter viros Dauid: quia quidam vole-
bant, ꝙ ducenti viri, qui remanserant in torrēte, ni-
hil acciperent de præda, sed solum darētur eis vxo-
res,

res & filij: Dauid autem dixit, ꝙ æqua pars esset de- F
scendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas,
& similiter diuiderent spolia: ergo videtur, ꝙ diuisa
fuit præda. Cum autem dicitur, ꝙ Dauid misit istā
prædam Dominis suis: dicendum, ꝙ nō stat, nec va-
let quod habetur inf. s. ꝙ misit ad seniores Iuda: nā
si misisset ad dominos suos, misisset ad omnia illa lo
ca, de quibus prædati fuerāt Amalecitę: sed falsum
est, quia Amalecitę prædati fuerunt de terra Phili-
sthijm. & Iuda, vt patet sup. in litera. Dauid tamen
solum misit partem prædæ ad viros Iuda. Item non
misit istam partem prędæ tanquam eis debitam, sed
misit in munera: nam dicitur inf. Misit dona de prę
da senioribus Iuda proximis suis. Item patet, quia
nō misit prædam istam ad loca, de quibus fuerat ac- G
cepta, sed solum ad loca, in quibus Dauid mora-
tus fuerat cum viris suis, & habebat ibi aliquos ami
cos, quos volebat lętificare per munera, vt patet in-
fra in litera. Dicendum igitur, quòd Dauid cogno-
scebat de quibus locis ablata fuerat ista præda, ta-
men noluit eam restituere Dominis suis, sed diuisit
inter viros suos, & hoc quia putauit se non esse obli
gatum ad reddendum eam prioribus Dominis. Ali-
quis dicet, quòd tenebatur: quia si aliquid ego repe-
rio apud furem, vel accipio ab eo violenter, cogor
reducere ad illum, cui res ablata est, alioquin ego di-
car, fur. Respondendum, quòd non est sic de rebus
ablatis per furtum à conciuibus, & de rebus ablatis
ab hostibus: nam cum alicui res furtiuè, vel palam H
diripitur à latronibus, qui non sunt hostes, non desi-
nit ille esse Dominus rei, quanquam desinat posside
re; ideo ad quencunque res illa peruenerit, nun-
quam poterit esse verus Dominus illius, cum illa ha
beat alium Dominum, & non potest esse eadem res
in solidum duorū Dominorum: ideo sicut consti-
to iudicialiter, quod aliqua res alicui furtiuè ablata
est, iudex coget eam reduci ad illum, ita quicunque
habuit penes se aliquam rem, quam sciat esse furti-
uam, tenetur in foro conscientiæ reducere illam ad
Dominum suum: in rebus autem ablatis ab hosti-
bus secus est, quia aut illi, qui rapiunt, fouent iustum
bellum, aut non: si fouent iustum bellum, omnia,
quæ rapiūt, efficiuntur sua, & illi, quibus rapiuntur, I
desinunt esse Domini, & raptores possident res illas
licitè, etiam in foro conscientiæ: & tunc si aliquis
extorserit res istas pugnando, ab eo qui eas rapuit,
non tenetur illas reducere ad Dominum priorem:
eoꝙ illarum desinit esse Dominus, & qui rapuit effe
ctus est verus Dominus: fortè hoc modo Amaleci-
tæ se habebant contra Philisthinos, & contra Israel,
scilicet, quòd fouebant iustum bellum contra illos:
de Philisthinis non apparet, an contra illos iustè pos
sent pugnare Amalecitæ: sed de Israelitis apparet
hoc: quia Israelitæ inuaserunt terram Amalec, &
penè deleuerāt totam progeniem Amalecitarum,
& prædati sunt quicquid erat in terra illa, vt patet
supra cap. 15. ideo quousque Israelitæ satisfacerent K
Amalecitis de iniuria illa, & damno, semper foue-
bant Amalecitæ iustum bellum contra Israel. Sed
aliquis dicet, quod non stat, quia Israelitę pugnaue-
runt contra Amalecitas iussu Dei, & ex hoc erat iu-
stum bellum, sed in bello iusto pugnans non infert
iniuriam ei, contra quem pugnat, eoquòd vtitur iu-
re suo: nemini tamen iniuriam facit, qui iure suo
vtitur, & consequenter ille, qui patitur iustum bel-
lum ab alio, non potest iterum mouere bellum con
tra eum, qui bellum intulit: quia iustè passus est: &
sic esset de Amalecitis, cum iustum paterentur bel-
lum ab Israelitis. Respondendum est, quòd Israe-
litæ iustum fecerunt bellum contra Amalecitas

quantum ad seipsos, non tamen erat iustum quantum ad Amalecitas. Primum patet, quia Israelitæ non peccabant faciendo illud bellum, immo merebantur, cum exequerentur mandatum Dei, & tenebantur illud agere, quia Deus iubebat. Secundum patet, scilicet, quòd non esset bellum iustum quantum ad ipsos Amalecitas: quia ipsi non videbantur iustè pati, quia nunquam aliquid malum egerant contra Israelitas, nec secundum legem humanam erat iustum, quòd Israelitę pugnarent contra Amalecitas, sed solum secundum voluntatem Dei: nam isti Amalecitæ, qui nunc erant, nunquam peccauerant contra Israel, & iam ab illa pugna vsque ad tempus, quo pugnauit contra eos Saul, fluxerant ad minus quadringenti viginti anni. Quod patet: quia pugna ista fuit in Raphidim primo anno ab exitu de AEgypto, de qua Exod. cap. 17. nam nondum fluxerant duo menses ab exitu de AEgypto vsque ad bellum illud: quod patet, quia prius fuit illud bellum, quàm venirent Israelitæ in desertum Synai: quod apparet ex ordine literæ: nam de bello agitur Exo. cap. 17. & de aduentu in montem Sinai Exo. c. 19. & tamen in montem illum venerunt prima die mensis tertij illius anni, in quo exiuerunt, vt patet Exo. capit. 19. ergo nondum fluxerant duo menses, quando pugnauerunt Amalecitæ contra Israelitas in Raphidim ab exitu de AEgypto. Fuit autem bellum, quod fecerunt Israelitæ contra Amalec tempore Saulis, supra capit. 15. Saul autem regnauit viginti annis in Israel, vt declaratum est supra cap. 13. subtrahantur ergo isti viginti anni ad plus, & quadraginta anni, quibus regnauit Dauid post Saulem, infra 3. lib. capi. 2. & quatuor anni, quibus regnauerat Salomon, quando cępit ædificare templum de quadrigentis octaginta annis, qui fluxerant ab exitu de AEgypto vsque ad principium ædificationis templi, vt patet infra 3. lib. cap. 6. & manebunt quasi quadringētis viginti annis ab exitu de Aegypto, in quo pugnauerunt Amalecitę contra Israel, vsq; ad tempus, quo pugnauit Saul contra Amalecitas, in vindictam illius primæ pugnę. Cùm ergo in his. quadringentis viginti annis Amalecitæ nunquam nocuissent Israelitis, & trāsissent multæ generationes post illos, qui intulerant bellum in Raphidim: non poterant Israelitæ secundum legem humanam, vel secundum conscientiam mouere bellū contra Amalecitas, contra quos pugnauit Saul, secundum legem, & rationem humanam; licèt Israelitæ faciendo illud propter mandatum Dei, non peccabant: manebat igitur Amalecitis contra Israelitas causa iusti belli, cum fuissent ab eis iustè lacessiti, & sic poterant nunc agere prædas de terra Iudæ, & de toto Israel, & consequenter efficerentur veri Domini rerum raptarum: vnde Dauid accipiēs ab eis res, quas rapuerant, non tenebatur reducere illas ad Dominos suos priores, quia iam ibi desierāt esse Domini. In bellis autem iniustis dicendum est, quòd illi, qui rapiunt, non efficiuntur veri Domini: quia non habent ius ad rapiendum, ideo semper competit repetitio: si tamen aliquis postea per bellum extorqueat ab illis res, quas rapuerunt, non tenetur eas reducere ad priores Dominos: & istud verum est, si iste, qui rapit à raptore, iustum bellum fouet contra illum, & efficitur iste verus Dominus, licèt primus raptor non esset Dominus: sic patet in responsione Iephte ad regem Ammon: nam cum ille peteret loca quædam, quæ possidebant Israelitæ, & pertinuerāt quōdam ad Ammonitas, & Moabitas, dixit Iephtæ, ꝙ Israelitæ iustè possidebant, eoquòd non acceperant illa ab Ammonitis, & Moabitis, sed ab Amorræis, de

de hoc Iudi.capit.11. Amorrhæi autem acceperant ea ab Ammonitis,& Moabitis,Num.capit.21.& sic patet, ꝙ ex hoc, ꝙ Israelitæ acceperunt à raptore, non tenebantur ad restitutionem faciendam Ammonitis,& putarent se teneri,si rapuissent ab eis:nec distinxit in hoc Iephte, an Amorrhæi fouissent iustum bellum contra Ammonitas,vel non: sed solū ex eo, quòd acceperunt illa loca ab Amorrhæis, & non ab Ammonitis,putauerunt se non teneri ad restitutionem. Item patet simile de Abraham, quando iuit ad eruendum prædam, quam tulerant quatuor reges pugnantes contra terram Sodomorum. Nam tūc Abraham excussit totam prędam de manu quatuor regum, & sic rapiebat à raptore, & rex Sodomæ de cuius terra capta fuerat præda, petiuit in gratiam ab Abraham, vt daret ei solùm animas, & cætera tolleret sibi; Abraham autem remisit sibi omnia,præter partes illas, quæ prouenerunt tribus ducibus, qui iuerunt cum eo ad bellum, vt patet Gen.14.s.Non accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas,ego ditaui Abraham, exceptis his, quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum, Aner,& Esthol & Mambre; isti accipiēt partes suas:& sic Abraham noluit reducere totam prædam ad priores Dominos, quàm ipse tulit à raptoribus, sed diuisit eam inter viros, & dedit eis partes suas; partem autē quæ sibi proueniebat, donauit regi Sodomorum: si tamen non posset iustè possidere raptor ea,quæ rapit a raptore,quanquam primus raptor iniustum bellum fouerit, poterit iustè possidere res captas,& non tenebitur eas reducere ad priorem Dominum. Sed aliquis dicet, ꝙ hoc non potest stare:quia sicut primus raptor iniustè accepit,& iniustè detentat:ita secundus succedit in vitium, cùm accipiat rem ab illo, qui non potest eam iustè possidere: ergo iste secundus nunquam poterit effici iustus Dominus, sed tenebitur reducere rē ad priorem Dominum. Respondendum est, quòd non valet ista ratio:est enim hoc verum in eis,q̄ succedūt iuri alieno,sicut in emptore,& hærede,& donatario, & similibus:quia isti succedunt iuri alieno, scilicet,quia non potest emptor plus iuris habere in re,quam venditor in eum transtulit. Idem in hærede legatario,& donatario:ideo si emptor scit, quòd vēditor non erat verus Dominus rei, vel donator, vel ille,cui successit in hæreditate,vel legato: nō potest iustè possidere id,quod accipit, sed tenetur reddere vero Domino, eo quòd iste succedit in vitiū, & non potest effici verus Dominus; nisi forte præscriptio, vel vsucaptio eum iuuerit,cum omnes isti præsumantur habere bonam fidem: quia succedūt in rebus aliorum,& non fuerunt isti primi, qui inceperunt iniustè possidere rem illam,quam habent:in raptore autem.s.qui bellando accipit rem raptā ab alio raptore secus est: quia iste nō succedit iuri alieno,cùm iste nō succedat in iure primi raptoris, sed constituit sibi nonum ius,cum pugnando iuste contra primum raptorem, possit accipere res illius: & sic quanquam illæ fuerint alicuius alterius,& prim⁹ raptor iniustè eas teneret,secūdus iustè eas tenebit: secus autem si aliquis emerit à raptore in bello iniusto,vel donatum acceperit, vel per successionē vniuersalem,aut legatū: quia sicut raptor in bello iniusto tenebatur ad restitutionem ablatarum rerum; ita emptor,donatarius, hæres,& legatarius, & similes. Et si fortè isti scienter succedant in talibus rebus emendo, vel alias, mortaliter peccant succedendo, & insuper tenentur ad restitutionem: si autem successerint ignoranter.s. nesciendo res peruenisse ex iniusto bello, non peccant succedendo,sed tenētur

A ad restitutionem quādocunq; constiterit. Si aliquis emerit à secundo raptore, qui bellicè accepit à primo raptore res raptas, vel acceperit in donum, aut in hæreditatem,aut in legatum, iustè possidebit: q̄a secundus raptor transfert in istum totum ius suū, sed ipse effectus erat verus Dominus;ideo iste succedit in vero dominio. Attendendum tamen valde, quia ad hoc,ꝙ ista procedant,requiritur ꝙ secūdus raptor fouerit iustum bellum cōtra primum raptorem,siue primus raptor fouerit bellum iustum,siue iniustum contra priorem Dominum: nam si secundus raptor iniustū bellum fouet, ex hoc ipso nō potest constitui verus Dominus,sed tenetur ad restitutionem:differenter tamen, quia si primus raptor fo-

B uet iustum bellum contra priorem Dominum, tenetur raptor restituere primo raptori, & nō primo Domino. Si autem primus raptor fouit iniustū bellum,tenetur secundus raptor restituere primo Domino,& non primo raptori:qui ergo emit à secundo raptore, vel est donatarius eius, aut hæres,vel legatarius, succedit in vitiū ei: cùm ipse non foueat iustum bellum contra primum raptorem, ideo tenebitur ad restitutionem omniū, quæ peruenerunt ad ipsum à secundo raptore.In casibus autem & auctoritatibus allegatis, in quibus secundus raptor iustè possidebat, intelligebatur, ꝙ ille fouisset iustum bellum contra primum raptorem: sic patet in allegatione Iepte Galarditis contra regem Ammon Iu-

C di.cap.11.quia ibi Israel fuit secundus raptor,& fouit iustum bellum contra Amorrheos,cum Amorrhæi sine vlla causa pugnauissent contra Israel.e.ca. sic etiam in allegatione Abrahæ, Gen.cap.14. fouit Abraham iustum bellum contra quatuor reges ī defensionem, & liberationem cognati sui Loth habitantis in Sodomis: ideo isti potuerunt iustè possidere res ablatas à primis raptoribus: sic autem fuit hic de Dauid:nam ipse accepit ab Amalecitis prædam, quàm ferebant,& habuit iustam causam hoc faciēdi.s.pro defensione sua,& suorum,cùm vxores suę, & virorum suorum captiuæ ducerentur ab Amalecitis: potuit ergo accipere ab eis totam prædam, & possidere illam iustè, nec cogebatur eam reducere

D ad priores dominos,& illi quoq; quibus Dauid donauit partem prędæ potuerunt iustè possidere illā, quia iusto succedebant titulo:cùm Dauid,q̄ erat verus Dn̄s,posset transferre in eos verum dominium.

An Amalecitę iustum bellum habebant contra viros de tribu Iuda, & totum Israel, & vrbem Siceleg.
Quęstio XVI.

QVAERETVR vlterius, cùm Dauid semper foueret iustum bellum contra istos latrunculos Amalacitas, siue ipsi fouerent iustum bellū contra Israel, siue non:an habuerint iustum bellum cōtra viros de tribu Iuda, in quorum terra pugnaue-

E runt,& contra Siceleg,quam succenderunt. Respōdendum est,quòd Amalecitæ iustum bellum habebant contra viros de tribu Iuda, & contra totum Israel, eo quòd Israelitæ fecerant pugnam iniustè contra Amalecitas,vt sup.declaratum est, præcedēti quæstione: habebant quoq; iustum bellum contra Dauid specialiter,& contra vrbem Siceleg:quia Dauid sæpe inuaserat terram eorum,sine causa agēdo prædas,& cędes,vt patet sup.cap.27.& ipse morabatur in Siceleg: ergo dato, quòd alij præter Dauid morarentur in Siceleg, Amalecitæ habebant iustam causam pugnandi contra illos,& succendendi vrbem Siceleg, quia ibi receptabatur Dauid, q̄ erat hostis eorum.De latrunculis tamen istis secus videtur:

tur: nam licèt aliqua terra habeat iustã causam belli contra aliam, propter aliquas iniurias, vel damna susceptа, non potest tamen quilibet de terra illa, auctoritate sua, bellum indicere alteri terræ, sed auctoritate publica debet hoc fieri: etiam non indicto bello inter vtranque terram, nullus de vna illarum potest prædas, vel cædes agere in aliam. In hoc autem errabant isti latrunculi: primò, quia non faciebant ipsi hoc auctoritate publica Amalecitarum, sed propria auctoritate irruerant in terram Israel, ad agendum prædas pro seipsis: ideo iniustum bellum fouebant. Item quia dato, ꝙ auctoritate omnium Amalecitarum hoc fecissent, debebant prius indicere bellum Israelitis, non tamen indixerunt, sed furtim irruerunt in terram eorũ, in quo grauabant eos, agendo contra ius gentium, propter quod efficiebatur iniustum, quãquam aliàs habuissent iustam causam pugnandi: ideo Dauid nunc rapiens bona, quæ illi portabant, iustum bellum fouit contra ipsos, cũ ipsi iniustum bellum fouissent contra Israel. Sed adhuc aliquis dicet, ꝙ Dauid non potuit hic fouere iustum bellum contra Amalecitas: quia licèt illi iniustè pugnassent contra Israel, tamen iustè pugnabant contra Siceleg, quia licèt ad hoc, ꝙ pugnassent iustè contra Israelitas, debuissent indicere eis bellum, & agere auctoritate publica, tamen respectu Dauid, non requirebatur, ꝙ indiceretur ei bellum, quia iustũ erat, ꝙ pateretur sicut egerat: sed ipse quandocunque pugnauit contra Amalecitas, & fecit prædas, nũquam indixit bellum Amalecitis, sed semper silẽter, & ex insidijs occidebat, & prædabatur: ideo Amalecitæ poterant similiter facere contra vrbem suam Siceleg: & in hoc iustum bellum fouebant, & consequẽter Dauid non poterat pro hoc mouere bellum cõtra illos iustè, quia illi vsi fuerant iure suo, & Dauid nondũ satisfecerat eis de malis inflictis terræ Amalecitarum. Respondendum est, quòd quanquam Amalecitæ nunc egissent bellum contra Siceleg ꝓpter Dauid, non poterat Dauid ad vindictam iniuriȩ mouere eis aliud bellum, quia illi iustè egerãt: poterat tamen ad defensionem rerum suarum pugnare contra quoscunq; Amalecitas, quia in defendendo se, & res suas, nullus gerit iniustum bellum, sed in mouendo guerram contra alium; nam cuicunq; iusta est defensio rerum suarum: Dauid autem sic faciebat hic, quia Amalecitæ tulerant vxores suas, & virorum suorum, & omnia, quȩ ipse habebat: ideo ad defensionem rerum illarum poterat mouere bellum contra Amalecitas, scilicet, accipiendo ab eis res illas, antequam peruenirent in terram suam: potissimè, quia præter hæc omnia, Dauid habebat iustam causam pugnandi contra quoscunque Amalecitas propter præceptum Domini, quod datum fuerat, Deuteronom. cap. 25. de quo declaratum est supra cap. 27. ideo quanquam Amalecitæ haberent iustam causam pugnandi contra ipsum, lege humana: habebat Dauid iustam causam mouendi quotcunque bella voluisset contra eos, lege diuina, & cõsequenter iustè possidebat omnia, quæ prȩdando ab eis abstulerat. *Venit autem Dauid ad ducentos viros, qui lassi substiterant*. Hic oritur dissensio inter viros Dauid super diuisione prædæ, scilicet, an esset danda pars illis, qui non venerant ad pugnam, sed manserant in torrente: & dicitur, qui lassi substiterãt, quia manserant præ lassitudine apud torrentem: isti non recesserunt inde, cum Dauid iuit ad persequendum latrunculos, ideo quando reuersus est, reperit eos ibi: non enim recesserant inde, quia Dauid iusserat, quòd ibi manerent vsque ad reditum suum, vt patet infra: etiam quia isti manserant ad custodiendas

F sarcinas aliorum virorum: & non poterant eas ferre inde soli, dato, quòd vellent redire in vrbem Sice
leg. Item manserunt ibi non audentes vltra tran-
sire, nec redire citra, vt quando Dauid rediret, sciret
vbi eos inuenturus esset. *Nec sequi poterant Dauid*, idest,
isti, ideo manserant in torrente, quia non potuerũt
ita velociter moueri, sicut Dauid, & alij viri, q ibant
cum eo. *Et residere eos iusserat in torrentem Besor*, idest,
Dauid iusserat illis viris, quòd manerent in torren-
tem, non euntes vltra, nec citra, vt quando ipse redi
ret de prælio contra latrunculos, sciret vbi eos re-
perturus esset. *Qui egressi sunt obuiam Dauid*, scilicet,
isti quando viderunt Dauid venientem contra se ci
tra torrentem, ad honorandum eum surrexerunt,
G & iuerunt illi obuiam. *Et populo, qui erat cum eo*. Hic
vocatur populus quadringenti viri, qui erant cum
Dauid, & quos solum tulerat in bellum contra la-
trunculos. *Accedens autem Dauid ad populum*, scilicet,
ad ducentos viros, qui exibant ei obuiam. *Saluauit*
eos pacificè. Idest protulit eis verba salutis, & pacis,
sicut solent homines proferre ad eos, quos diligunt.
Respondensque vnus vir pessimus. Hic ponitur quar-
tum huius cap. scilicet, prædæ diuisio quantum ad
eos, qui iuerunt ad bellum de viris Dauid: Secundò,
quantum ad amicos Dauid. Secunda ibi: *Venit ergo*
Dauid. Circa primum dicitur. *Respondensque omnis*
vir pessimus, scilicet, quia viderunt illi, qui erant cum
Dauid, quòd loquebatur Dauid benignè ad viros,
H qui remanserant lassi apud torrentem, putauerunt,
quòd vellet diuidere prædam cum illis: de hoc au-
tem dolebant illi, qui iuerant cum Dauid, & expo-
suerant se periculis cum latrunculis: ideo quidam
vir pessimus incepit præuenire verbis, dicens, quòd
non deberet diuidi præda cum illis. In Hebræo ha-
betur. *Respondens omnis vir pessimus*. Litera autem
nostra noluit ponere, omnis vir: sed vnus: eoquòd
putauit hoc dictum esse per improprietatem sermo
nis Hebraici, in quo aliquando ponitur vnus pro
multis, & multi pro vno, vt patebit immediatè: &
quia videbatur rationabilius, quòd hoc vnus vir di-
xisset, quàm multi, litera nostra dixit vnus vir: erat
autem ille pessimus, & iniquus, idest, valde malus,
I quia ille magis inuidus erat, quàm cȩteri, cum ipse
solus doleret de hac benignitate, quã volebat exer-
cere Dauid cum illis, qui manserant in torrente.
De viris, qui erant cum Dauid, idest, de illis quadringen-
tis, qui iuerant cum eo contra latrunculos; alij au-
tem ducenti, quibus nunc loquebatur Dauid, non
videbantur esse cum eo, eoquòd exiuerãt illi nunc
obuiam. *Dixit, quia venerunt nobiscum*. In Hebræo
habetur. *Quia non venerunt mecum*. Ex hoc apparet
improprietas magna in sermone Hebraico: & hoc
in duobus. Primò, quia in litera Hebraica, dicitur
supra: respondens omnis vir pessimus: sed certum
est, quòd omnes viri pessimi simul non dicerent me
cum, sed nobiscum. Secundo est improprietas, quia
K dato, quòd esset ille vnus vir, non diceret, quia non
venerunt mecum, sed nobiscum, alioquin faceret
se ducem exercitus, quem omnes deberent comita-
ri: debet ergo dici: nobiscũ, & non mecũ: & propter
istas frequentissimas improprietates, litera nostra sæ
pe aliter dicit, quàm habetur in Hebræo quantum
ad literam, & non quantum ad sententiam, quia
optimum genus interpretandi est, transferre sen-
sum ex sensu, & non verbum ex verbo, vt ait Hier.
in libro de optimo genere interpretandi. *Non dabi-*
mus eis quicquam de prȩda, quam eruimus, idest, quam ex-
torsimus de manu latrunculorum: in hoc negabat
iste partem duplicis prædæ manentibus in torren-
te, scilicet, quia non volebat dare illis partem de præ
da,

da; quam latrunculi acceperāt de terra Iuda, & Philiſthinorum. Secundò, quia nolebat dare partem de præda, quam acceperant de Siceleg: ſed hoc erit nimis durum, quia licet non acciperent viri iſti partem de præda, quam tulerant latrunculi de Iuda, & terra Philiſthijm, tamen ſaltem habere debebant partem prædæ, quæ capta fuerat de vrbe Siceleg, quia ibi de bonis cuiuſlibet iſtorum virorum aliquid captum fuerat. Quod autem ſic intelligeret ille vir peſſimus, patet, quia dixit: ſed ſufficit vnicuique vxor ſua, & filij, quos cum acceperint, recedāt, ideſt, nihil accipiant de præda, niſi vxores ſuas, & filios: Dauid autem hoc noluit, ſed diuiſit prædam æqualiter. *Sed ſufficiat vnicuique vxor ſua, & filij*, ideſt, ſufficiens debet eſſe vnicuique iſtorum virorum, quòd accipiat vxorem ſuam, & filios, quaſi dicat, ꝙ nihil pugnauerint, & quòd accipiant vxores ſuas, & filios ablatos ab hoſtibus labore noſtro ſatis eis eſſe debet. *Quos cum acceperint, recedant*, ideſt, cum dederimus eis filios, & vxores, nihil vltra petant recedentes ab omni iure prædæ. *Dixit autem Dauid: Non facietis ſic fratres mei*, ſcilicet, non eſt bonum, quòd faciatis ſicut dicitis: Dauid diſſuadet hoc propter duo, ſcilicet, quia ei iniuſtum videbatur, & vt auferret ſcandalum. De primo patet, quia iſti viri expoſuerant ſe ad veniendum in pugnam contra latrunculos, & ſolum ceſſauerunt in medio itineris, quia fuerunt impotentes ad gradiendum: non ergo erat iuſtum priuari illos portione debita: quia egerant quantum in ſe fuit. De ſecundo patet, quia ſi Dauid non dediſſet illis viris partem prædæ indignati fuiſſent, & mouiſſent litigium contra reliquos, vel receſſiſſent ad Dauid, volebat autem Dauid benignè tractare omnes ad ſe confugientes, ideo noluit eos priuari portione ſua: nec tamen locutus eſt dure contra virum iniquum, qui iſta mouit, ſed ſuadendo magis, quàm iubendo dixit. Non facietis ſic fratres mei. *De his, quæ tradidit nobis Dominus*, quaſi dicat, ſi nos viribus noſtris, & iure noſtro, iſta accepiſſemus, poteramus nobis illa vendicare: Deus tamen ex benignitate ſua nobis illa dedit, ergo etiam nos benignè nos habere debemus ad fratres, dando illis partem: dixit autem Dauid, quòd Deus iſta tradiderat eis: quod dupliciter fuit: Primò faciendo eos certos, quòd latrunculos comprehenderent, & excuterent prædam ab eis, vt patet ſupra: nam aliter deſperabant viri Dauid ſe poſſe habere prædam, quia neſciebant quis prædatus fuiſſet vrbem, nec vbi eſſent latrunculi. Secundò dedit eis prædam: quia cum latrunculi eſſent multoplures, quàm ipſi, Deus dedit eis victoriam contra illos, vt percuterent ipſos, & excuterēt prædam ab eis. *Et cuſtodiuit nos*, ſcilicet, ne latrunculi præualerent contra nos: nam ipſi multoplures erāt nobis, & præualuiſſent contra nos, niſi Deus voluiſſet nos eripere ab eis. *Et dedit latrunculos, qui eruperant aduerſus nos, in manus noſtras*, ideſt, non ſolum eripuit nos Deus, ne præualerent contra nos latrunculi, ſed etiam tradidit illos in poteſtate noſtra, quia omnes occidimus, præter quadringentos, qui fugerunt: & dicitur: qui eruperant aduerſum nos, ideſt, aduerſum res noſtras, quia venerant ad prædandum vrbem Siceleg. *Nec audiet vos quiſquam ſuper ſermone hoc*, ideſt, nullus audiat vos diſputantes de hac re, quaſi dicat: turpe eſt hoc, quod petitis: ideo nullus audiat vos loquentes de hac re, ne putet vos eſſe inuidos, & irrationabiles. *Aequa enim pars erit deſcendentis ad præliū, & remanentis ad ſarcinas*. Iſta eſt ſententia Dauid, ſcilicet: ego iudico, quòd æquales partes de præda accipiant illi, qui iuerunt ad bellum, & realiter pugnauerint, ſicut illi, qui manſerint ad cuſtodiendas ſarcinas bellatorum: nam vterque ad bellum vadit, & vtrunque opus neceſſarium eſt: vocantur autem ſarcinæ illa, quæ ferunt ſecum bellatores ad neceſſitatem viæ, & illa manent vbi figuntur caſtra. Ad cuſtodiam autem harum ſarcinarum neceſſarij ſunt aliqui viri, ne hoſtes ex inſidijs latentes caſtra diripiant. *Et ſimiliter diuident ſpolia*, ideſt, æqualiter, & accipitur hic ſimilitudo pro quantitate.

Quare Dauid voluit prædam æqualiter diuidi inter euntes ad bellum, & manentes ad ſarcinas, cum tamen non ſic factum ſit per Moyſen mandato Dei.
Quæſtio XVII.

QVAERET aliquis, quare hic dixit Dauid, ꝙ manentes ad ſarcinas, & euntes ad bellum æqualiter diuiderent, cùm Num. cap. 31. aliter egerit Moyſes ex mandato Dei, ſcilicet, quòd medietas prædę daretur omnibus manētibus in caſtris, & alia medietas euntibus ad bellum: euntes tamen ad bellum erant ſolum duodecim millia, vt patet eod. capitu. manentes autem in caſtris erant quaſi ſexcenta millia, vt patet ex numeratione eorum, quæ tūc facta eſt, Num. capitu. 26. ergo plus accipiebat vnus de euntibus ad bellum, quàm quinquaginta de manentibus in caſtris. Reſpondendum eſt, quòd non eſt ſimile: nam Num. 31. capit. fuit facta diuiſio prædæ inter manentes in caſtris, & eūtes ad bellum magis ad tollendum ſcandalum, quàm ex rigore iuris. nam ſi euntes in bellum accepiſſent totam prædā, & nihil dediſſent manentibus in caſtris, illi cum eſſent multoplures facerent ſeditionem, & violēter extorquerent totam prædam euntibus ad bellum: ne ergo oriretur iſta ſeditio, Deus iuſſit quòd daretur eis medietas prædę, quanquam in hoc plus percipiebat vnus de euntibus ad bellum, quàm quinquaginta de non euntibus: de rigore autem nihil illi percepturi erant: quia non iuerant ad bellum, nec manſerunt ad ſarcinas, ſed ſteterunt in caſtris: iſti autem, qui hic manſerunt ad torrentem, de rigore habere debebant tantum, ſicut quilibet de pugnantibus, eo quòd ipſi ad pugnam ibant cum cœteris, & poſtea ex mandato Dauid, manſerunt ad cuſtodiam ſarcinarum, ad quas cuſtodiendas oportebat aliquos manere: ſicut pugnare eſt actus bellicus, ita manere ad ſarcinas officium bellatorum eſt, & conſequenter debet dare manentibus pars æqua prædæ cum pugnantibus. Sed aliquis dicet, quòd iſtis ducentis viris non debuit dari pars æqua cum pugnatoribus, quia non manſerunt propter ſarcinas ſeruandas, ſed quia laſſi erant.

Reſpondendum eſt, quòd iſti manſerunt ad ſeruandas ſarcinas, quia cum Dauid, & viri ſui ferrent ſarcinas, quas habendo pugnare non poſſent, ſed oportebat, quod deponerent eas: & ad hoc, quòd non raperentur ab hoſtibus, cuſtodiri debebant ab aliquibus viris, ſcilicet, ab iſtis, vel ab alijs: & accidit, quòd iſti laſſi eſſent, voluit potius deponere Dauid ſarcinas apud iſtos viros, quàm apud alios, & conſequenter debuerunt habere partem æqualem cum pugnantibus: nec in hoc fuit differentia, niſi quia ſi iſti viri non fuiſſent laſſi, non fuiſſent depoſitæ circa torrentem Beſor, quia ibi contigit illos viros eſſe laſſos: quanquam ergo præ laſſitudine manſerint, quia tamen manſerunt ad exercendum officium bellicum, & aliàs manſuri eſſent, debuit eis dari pars æqua cum euntibus ad bellum. *Et factum eſt hoc ex illa die, & deinceps*, ideſt, hoc, quod nunc dixit Dauid habitum fuit in legem inter Iſraelitas ex die illa, & deinceps: quia poſtea ſemper iudicauerunt

in di-

in diuisione prædæ secundum istam legem. In Hebræo dicitur. *Ex illa die, & in ante.* Idest, fuit lex ista, quę data fuit à Dauid ex die qua ipse dedit, & etiam fuit in ante, quàm dedisset Dauid, scilicet, quia fuit à tempore Abrahæ, qui vsus fuit illa in bello contra quatuor reges, Gen. 14. capi. & hoc voluit Hebræi, & Nicolaus.

Sed non stat, quia si ista lex fuisset data à tempore Abrahæ, vel saltem ex tunc, haberetur in consuetudinem, habita fuisset tanquam lex: quia consuetudo est lex scripta, vt patet in Decretis, distinct. 1. ca. consuetudo. præsertim quia ista erat consuetudo longi temporis, scilicet, ex tempore Abrahæ vsque ad Dauid, in quo transierant quasi octingenti anni. Consuetudo autem longi temporis, nisi sit contra legem, obligat sicut lex, vt patet in Decretis, distinct. 12. capit. diuturni mores: & si aliquid fiat contra istam consuetudinem inualidum est, & puniri debet à Iudice faciens distinct. 12. capit. consuetudo præcedens: si igitur fuisset ista consuetudo ex tempore Abrahę, non dubitassent nunc viri Dauid, an deberet dari pars æqualis manentibus ad sarcinas, sed dubitauerunt, ergo non erat consuetudo ista ex tempore Abrahæ.

Item, quia si ex illo tempore fuisset, non acciperet nunc firmitudinem, quia non poterat esse firmior, quàm, vt esset tam longæui temporis: sed dicitur hic, quòd factum est hoc ex die illa, quasi lex: ergo videtur, quòd prius non erat.

Item non stat quod allegant de Abraham, Gen. capitu. 14. Nam ibi solum dicitur, quòd Abraham remisit totam prædam regi Sodomorum ex gratia, quanquam deberetur sibi ex iure, præter partes trium virorum, scilicet, Abner, Mambre, & Eschol: nam isti acceperunt partes suas, sed isti non manserunt ad sarcinas, sicut isti viri Dauid, sed potius ex textu illo habetur contrarium, scilicet, quòd illi tres viri iuerunt cum Abraham ad bellum, quia dicitur: Non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, exceptis his, quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum, Abner, Mambre, & Eschol: ergo ex facto Abrahæ non poterat haberi aliqua consuetudo ad hoc, quòd manentibus ad sarcinas daretur pars æqualis cum euntibus ad bellum. Cum autem dicitur in Hebræo ex illa die, & in ante: dicendum, quòd accipitur, in ante, idest, in posterum, quia in sermone Hebraico multa impropria ponuntur. & ob hoc litera nostra dixit: ex die illa, & deinceps. *Constitutum, & præfinitum,* idest, hoc, quod fecit nunc Dauid de diuisione prædæ æqualiter inter manentes ad sarcinas & euntes ad bellum, fuit tanquam constitutio, & diffinitio inter Israelitas; & hoc propter duo. Primò, quia videbatur rationabilis introductio. Secundò propter auctoritatem Dauid, qui eam introducebat. *Et quasi lex in Israel,* idest, fuit quasi lex, non dicitur, quòd fuit lex, sed quasi, quia Israelitæ seruauerunt eam tanquam legem: Dauid tamen non posuit eam in legem, sed solum sententiauit sic inter viros suos, qui manserant ad sarcinas, & viros euntes ad bellum: sententia autem iudicis in causa priuatorum, si transit in rem iudicatam, constituit ius, quantum ad personas priuatas, sed non quantum ad alias. Interdum tamen sententia in vna causa extenditur ad alias similes, & tunc sententia dicitur lex, quantum ad virtutem: & sic Aristot. posuit sententialia esse partem iuris positiui, vel legalis: dicens: Legale est, quod non habet vbique eandem sententiam, vt captiuos vita redimi, & sacrificare capram, & non duas oues; & sententialia sunt pars iu-

Sñia iudicis in cã priuatorũ si trãsit in rem iudicatam, efficitur lex.

F ris legalis, vel positiui. Vocantur sententialia, idest, sentētia iudicum: fiebat autem hoc potissimè apud antiquos, quia cum essent paucæ leges datæ de modo viuendi, id, quod in vna causa iudicabatur, transferebant ad alias: & sic sententię in causis priuatorum efficiebant ius publicum: & sic fuit hic, quia cum non esset lex posita de diuisione prædæ, habita fuit ista sententia inter partes, tanquam lex communis in toto Israel. *Usque ad diem hanc,* idest, vsque ad tempus, quo scriptus fuit iste liber, siue per Isaiam, siue per Ieremiam: & patet ex hoc, quia non fuit scriptus per Dauid, quia non diceretur tunc, vsque ad diem hanc, in quo significatur magnum tempus intercidisse inter Dauid, & scripturam huius libri; nisi G fortè dicatur, quòd Dauid scripsit istum librum, & non posuit istam particulam, & postea Esdras cum rescripsit totam legem conbustam à Chaldæis, superaddidit particulam istam. *Venit ergo Dauid in Siceleg.* Hic ponitur diuisio prædæ facta inter viros non bellatores, scilicet, mittendo dona proximis suis, & dicitur, quòd venit in Siceleg, quia capta præda, redijt illuc, cum non haberet alium locum ad habitandum in tota terra Philisthinorum: & quanquam esset Siceleg exusta, tamen ibi mansit Dauid: quia fortè non erat tota exusta, sed solum aliquæ domus, cum Amalecitæ solum succendissent eam, & non expectassent, vt tota cremaretur: vnde quando venit nuncius de bello ad Dauid, H nuncians mortuum esse Saulem, erat Dauid in Siceleg, sequen. lib. cap. 1.

An Dauid, & sui obligarentur seruare pręcepta omnia legis in Siceleg. Quęstio XVIII.

QVAERET aliquis, de mansione Dauid in Siceleg, scilicet, an Dauid, & viri sui obligarentur ad obseruandum omnia præcepta legis, quando erant iu Siceleg, vel excusabantur à quibusdam, quia erant extra terram Israel. Aliquis dicet, quòd lex Mosaica non obligabat nisi solum in terra Israel, quia sicut est de iudicibus, quòd nulli iudici extra territorium suum obeditur, nec I ipse potest impune ius dicere extra territorium, ita leges obligabunt solum intra terminos prouinciarum, in quibus dantur: & hoc verum est, quia cum aliquis est in aliqua terra, obligatur viuere lege illius terræ, & cum iuerit ad aliam terram, in qua lex contraria est, debet viuere contrario modo: sic patet in Decretis distinct. 22. capit. illa autem. vbi Ambrosius respondit Augustino, quòd cum esset Romæ ieiunaret in Sabbato, sicut fiebat Romæ, & cum esset Mediolani non ieiunaret in Sabbatho, & ad quancunque Ecclesiam iret, illius mores obseruaret: Dauid autem nunc non erat inter Israelitas, sed inter Philisthinos, ideo non teneretur lege Mosaica. Respondendum, quòd Dauid in terra Phi- K listhinorum, & vbicunque esset in toto orbe, tenebatur lege Mosaica.

Quod autem obijcitur, quòd leges obligabant in territorijs suis: dicendum, quòd intelligitur de municipalibus, vel quasi municipalibus: secus autem de legibus generalibus, quæ obligant omnes homines vbicunque fuerint: ad municipales autem solum tenetur aliquis, dum fuerit in territorio, siue fuerit oriundus de municipio illo, siue non: lex autem Mosaica non erat municipalis, quia non fuit data in aliqua terra ad hoc, quòd solum in illa obligaret, quia tunc Israelitæ non fuissent obligati seruare legem Mosaicam in terra Chanaan, quia non fuit ibi data, sed in monte Sinai in solitudine Arabiæ,

biæ, vt patet Exod. capitulo 19. obligabat tamen extra locum illum, in quo data fuit: immo magis è contrario, quia in loco illo, in quo data fuit non obligabat, nec obligauit in toto deserto, sed postea per quadraginta annos, vel plus, cępit obligare in terra Chanaan; ideo frequenter dicitur in legibus Moysi: cum ingressi fueritis terram Chanaan, facietis sic, vel sic, vt patet Leuit. capitulo 14. & Nume. 15. & Moyses declarauit, quòd in deserto nullus fuit obligatus seruare legem, sed quilibet faciebat, quod volebat, postea autem obligarentur in terra Chanaan, Deuteronom. capitulo 12. non ergo erat municipalis, & sic poterat obligare extra terram, in qua habitabant Iudæi.

Sed adhuc aliquis dicet, quod lex Mosaica erat municipalis: nam istam differentiam facimus inter legem nouam, & veterem, quia lex noua obligat omnem hominem cuiuscunque gentis, vel terræ fuerit. Nam Christus iussit Euangelium prædicari toti mundo, & obligauit omnes ad credendum, dicens, quòd si aliquis non crederet, condemnaretur Matth. 28 capit. & Marci 16 capitu. lex autem Mosaica solum obligabat Iudæos, quia illis solis data est, Exod. capitu. 19. vnde sæpe dicitur: Homo de filijs Israel, & cæt. vt patet Leuit. capitulo 17. & 20. in quo innuitur, quòd soli filij Israel obligabantur: & hoc, quia eis solis data est lex: sic dixit Dauid in laudem Iudæorum. Psalm. 148. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, idest, nulli genti Deus voluit tantam gratiam facere, vt daret ei legem, & iudicia, sicut Israelitis dedit: ergo lex noua est generalis, & Mosaica municipalis.

Respondendum, quòd Mosaica non est municipalis, sed etiam specialis: non enim opponuntur generale, & municipale, sed generale, & speciale: lex nanque Euangelica est generalis per omnem modum, scilicet, respectu temporum, & locorum, & subditorum: nam omnem hominem, & in quocunque tempore postquam publicata est, & in omni loco obligat: lex autem Mosaica non erat generalis, quia non obligabat omnem hominem, sed solum Hebręos: nec in omni tempore, sed solum obligauit vsque ad Christum: habet autem solum de generalitate, quòd obliget in quocunque loco, scilicet, quia Hebræi vbicunque essent, ante Christi aduentum, obligabantur, licèt etiam hoc non sit generale, quia aliquæ leges Moysi obligabant in omni loco, & aliqua solum in terra Chanaan: non ergo vocabitur lex Mosaica municipalis, quia municipale dicitur à municipio, idest, loco, vel territorio, in quo obligat: lex autem Mosaica non obligabat in certo territorio, sed vbicunque essent Hebræi. Vocatur tamen specialis, respectu gentis, quia solam gentem Iudæorum obligabat. Sciendum tamen, quòd lex Mosaica non excedit totaliter legem municipalem, sed in aliquo excedit, & in aliquo exceditur ab illa: nam lex municipalis obligat solum in municipio suo; ideo oriundi de illo municipio, cum fuerint extra illud, non obligantur ea: lex autem Mosaica obligabat Iudæos vbicunque essent, & in hoc excedit Mosaica municipalem. Rursus autem municipalis in municipio suo non solum obligat eos, qui oriundi sunt de municipio, sed etiam omnes extraneos cuiuscunque gentis, dum fuerint in municipio: & propter hoc, ratione contractus initi in aliquo loco, vel delicti commissi in eo, sortitur quis forum, & pertinet ad legem municipalem illius loci, quantum ad illum contractum, vel delictum: lex autem Mosaica non obligabat extraneos existẽtes in municipio: nam territorium, in quo po-

A tissimè obseruanda erat lex Mosaica, erat terra Chanaan: & tamen Gentiles existẽtes ibi inter Iudæos, non tenebantur lege Mosaica, quia non peccabant, si non facerent secundum illam, & etiam Iudęi non puniebant eos, licèt non obseruarent illam. Et hoc modo possumus respondere, si aliquis arguat dicẽs: aut lex Mosaica erat generalis, aut municipalis: si generalis, ergo obligabat omnem hominem, si municipalis, ergo obligabat tam Iudæos, quàm Gentiles, quando essent in terra Chanaan. Dicendum, quòd prima pars est falsa, scilicet, quia nec erat generalis, nec municipalis, sed specialis; & sic non solum obligaretur Dauid obseruare illam, cum esset inter Iudæos, sed etiam, cum esset inter Philisthinos. Sed
B adhuc dicendum, quòd dato, quòd esset lex Mosaica municipalis, obligasset Dauid quando erat in Siceleg; quia si esset municipalis, non posset ei propriè dare municipium, nisi in territorio terræ Chanaan, cum sæpe dicatur in lege Moysi: Cum ingressi fueritis terram Chanaan, facietis sic, vel sic: Dauid tamen erat in terra Chanaan, quia vrbs Siceleg, & tota terra Philisthinorum erat pars terræ Chanaan, vt patet Iosue capitulo 13. & fuit Siceleg in sorte tribus Iudæ, Iosue capitulo 15. & postea in sorte Simeon, Iosue capitulo 19. ergo Dauid existens in Siceleg, erat in territorio, & tenebatur lege municipali, nec ex hoc dubitatur; sed solum erat dubium, an obligaretur ad omnes leges Mosaicas, vel excusare-
C tur à quibusdam. Respondendum, quòd in legibus Moysi erant quædam, quæ concernebant certum locum, & istæ erant quasi municipales, & solum obseruari debebant in terra Chanaan in parte illa, in qua essent Israelitæ. Aliæ autem erant, quæ non concernebant locum, & istæ debebant obseruari vbicunque essent Hebræi. De primis patet, vt legibus sacrificiorum oblationum, primitiarum, & decimarum: nam istæ obseruabantur solum in terra Chanaan, in loco vbi erat sanctuarium, quia extra illud non poterant fieri sacrificia, nec oblationes, Deuteronom. capi. 12. obseruatio quoque phasę non poterat fieri nisi in loco sanctuarij: ideo illùc conueniebant omnes Iudæi, Deuteronom. capitu.
D 16. purificationes quoque multorum modorum, quæ fiebant in Iudæis, de quibus habetur Leui. cap. 11. 13. & 14. 22. & Num. capitulo 19. & in alijs locis, non debebant obseruari extra terram Chanaan, eo quòd istæ purificationes fiebant, ne homo accederet immundus ad sanctuarium, vt patet Leui. capitulo 15. sed extra terram Chanaan non erat sanctuarium: ideo non obligabãtur Israelitæ ad istas purificationes. Aliæ autem erant leges non concernentes locum, sicut lex de circuncisione, & obseruatione Sabbati, & aliorum festorum, & similes: & ideo istæ obseruari debebant, vbicunque essent Iudæi. Sic autem dicendum de Dauid, quia non obli-
E gabatur ad aliquas cæremonias sacrificiorum, nec oblationum, dum erat in Siceleg, nec ad aliquas purificationes super mortuo, vel coitu, vel menstruata, vel leproso, aut viro fluente semine, & sic de omnibus alijs immundicijs, à quibus purificabantur Iudei in terra Chanaan: tenebatur tamen Dauid circuncidere paruulos suos in Siceleg, & obseruare omnia festa, tam Sabbatum, quàm alia, quantum ad vacationem à laboribus: tenebatur etiam obseruare azima tempore suo, & discernere cibos, scilicet, non comedere de illis animalibus, quę Deus vetuit, Leui. capitulo 12. & Deuteronom. 14. & sic generaliter de omnibus alijs præceptis, quæ non concernebant locum: hoc enim nũc obseruant Hebræi tenentes quædam præcepta legis, & alia non.

Dauid

Dauid non tenebatur obseruare phase in Siceleg.
Quæstio XIX.

QVAERETVR vlterius, specialiter circa obseruationem phase, an Dauid teneretur obseruare phase, dum erat in Siceleg, si aliquando accidisset phase, dum ipse erat ibi. Dicendum est, quòd ipse non poterat obseruare phase manens in Siceleg, quia omnes Israelitæ debebant ire in locum sanctuarij, & ibi immolabant phase, Deuteronom. cap. 16. Sed stat dubium, an Dauid, cum viris suis teneretur de Siceleg ascendere in locum sanctuarij tempore phase, quia lex iubet, quòd ter in anno omnes masculi Hebræorũ ascenderent in locum sanctuarij, in tribus festiuitatibus, & prima erat phase, Exod. cap. 23. & 34. Item, quia iubetur Num. capit. 9. quòd illi, qui non possent facere phase tempore suo, facerent postea die 14. mensis secundi: ergo saltem illo tempore tenebatur Dauid facere phase.

Respondendum est, quòd non obligabatur Dauid ascendere in locum sanctuarij in festiuitate phase, dum manebat in Siceleg; nec obstat, quod habetur Exo. capi. 23. & 34. quia illud intelligitur de non impeditis rationabili impedimento: Dauid autem non solum habebat impedimentum rationabile, sed etiam necessarium, scilicet, quia si ascenderet in loco sanctuarij, Saul caperet eum, & occidisset ipsũ, & viros suos; talis autem metus excusabat eum ab omni lege obseruanda. Nec etiam obstat, quod habetur, Num. capit. 9. quia illud intelligitur de impeditis propter immundiciam, vel longitudinem viç, scilicet, quia non poterant illo tempore celebrare phase, cum non possent venire ad locum sanctuarij: Dauid autem non erat procul à loco sanctuarij, cum esset in Siceleg, quia ille locus erat in sorte Simeon, sed solum non veniebat propter timorem mortis: ideo sicut non obligabatur venire ad sanctuarium ad celebrandum phase tempore suo, ita nec obligabatur in secundo mense: si tamen accidisset, ꝙ Dauid esset in Siceleg mense primo tẽpore phase, & deinde rediret in terram Israel ante annũ quartum decimum, diẽ mensis secundi, post mortem Saulis, tenebatur in illo secundo mense celebrare phase: nisi fortè accideret ipsum tunc fuisse immundum, quia tunc non debebat toto illo anno celebrare phase: sic enim declaratum est Num. capi. 9. quòd propter impedimentum poterat differri phase, de primo mense in secundum, de secundo nõ poterat transferri in alia: ideo tunc impeditus non poterat toto anno celebrare phase. *Et misit dona de præda.* Istud intelligendum est de parte illa, quæ ei peruenit: nam diuisa est præda inter omnes viros Dauid, & cuilibet assignata est sua portio: Dauid autem data est magna pars, eoquòd de iure militari ẽ, quòd principi detur maior pars, vt patet in Decretis distinct. 1. cap. Ius militare. vbi dicitur, quòd prędæ decisio, pro personarum laboribus, & qualitatibus iusta diuisio, & principis portio, sunt de iure militari, si tamen princeps non deberet habere portionem maiorem cęteris, non diceretur specialiter de portione principis: Dauid igitur habuit magnam partem, & de hac misit munera, quæ habentur in litera. Vel potest dici, quòd consensu omnium virorum Dauid data sunt dona de præda, antequam diuideretur, & postea residuum diuisum est, sed partes æquales, vt supra dicitur, scilicet, æqua pars erit descendentis ad prædam, & manentis ad sarcinas. *Senioribus Iuda proximis suis*, idest, data sunt ista dona senioribus Iuda, qui erant proximi Dauid, idest, cognati. Vel vocantur proximi, quia benefecerant ei,

F vt colligitur infra in litera .s. quia Dauid, & viri sui manserant apud eos: & hoc modo accipit proximũ Christus, Luc. c. 10. vbi dicitur de illo, qui in latrones incidit, quis fuerit proximus eius sacerdos, Leuita, vel Samaritanus: & concluditur, ꝙ Samaritanus: qa ille benefecit ei. *Dicens, accipite benedictionem.* Idest, accipite ista munera in benedictionẽ: accipit enim scriptura secundũ modũ loquendi Hebraicũ, quodcunque munus pro benedictione, sic patet supra cap. 25. cum dixit quidam puer Abigail: Ecce misit Dauid nuncios de deserto, vt bñdicerent Domino nostro, i. vt peterent ab eo munus: nam petiuerãt ab eo aliquid ad cibũ: & iterũ e. c. dr̃: Quapp suscipe bñdictionem hanc, quã attulit ancilla tua, idest, ista munera.
G *De præda hostiũ Domini.* i. istã prædã accepimus de hostibus Dñi. s. de Amalecitis, q vocant̃ hic hostes Dñi.

An Deus hostem habet propriè. *Quæstio XX.*

QVAERET aliquis, quare Dauid vocauit Amalecitas hostes Dñi. Rñdendum, ꝙ Deus nõ habet propriè hostes, quia ille, qui hostis alterius est, desiderat eũ percutere, & conat̃ quantũ põt, vt pereat: si ergo aliquis esset hostis Dei, cũ volũtas Dei sit omnipotens, necesse esset, ꝙ ille periret: sed isti, qui vocant̃ hostes Dei, non peribant: ergo non erant hostes. Itẽ ad rõnem hostis requiritur odiũ: Deus tamen neminem odit, vt patet Sap. ca. 11. s. Diligis. n. omnia, quæ
H sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti: nec. n. odiens aliquid cõstituisti, aut fecisti. Qũo aũt posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conseruaret̃? Sed dicendum est, ꝙ Amalecitæ vocãtur hic hostes Dei, pp tria. Primò, qa Deus promiserat, ꝙ qñcunq; Israelitæ obseruarent leges eius, promisit, ꝙ ipse esset hostis hostibus eorum, vt patet Exo. c. 24. s. Quod si audieris vocem eius, & feceris oĩa, quę loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te: Dauid autem nunc seruabat mandata Domini, nec egerat vsq; nunc aliquid, qđ esset directè contra Deum: iõ hostes eius vocabant̃ hostes Dei: sed Amalecitę erant nunc hostes Dauid: ergo vocari debebant hostes Dei: non quidem hostes, quasi Deus ad illos odium haberet, sed quia illis
I mala infligebat, velut si eos exosos haberet.

Secundò vocãtur hostes Dei, quia Deus promiserat specialiter, quòd deleret gentem Amalecitarũ, vt patet Exod. capitu. 17. scilicet dixit Dominus ad Moysen: scribe hoc in libro, & trade in auribus Iosue: delebo enim memoriam Amalec de sub cœlo: & iterum ibidem dicitur: Manus solius Domini, & bellum Dei erit contra Amalec à generatione in generationem. Et ob hoc Deus specialiter cõmendauit Hebræis, quòd delerent Amalecitas, Deuter. capitulo 25. & dixit ibi: Caue ne obliuiscaris: quod nunquam dixit contra aliam gentem, quasi specialiter haberet exosos Amalecitas, & essent hostes
K eius. Tertiò vocantur hostes Domini, quia Deus specialiter adiuuit Dauid cõtra illos, & hoc in duobus. Primò, denunciando ei certam victoriam de illis, vt patet supra. s. Dixit ei Dominus: persequere: absque dubio enim comprehendes eos, & excuties prædam. Secundò adiuuando eum actualiter ad præualendũ contra latrunculos, qui multo plures erant, quàm viri Dauid: sic dixit supra Dauid: Non facietis sic fratres mei de his, quæ tradidit nobis Dominus, & custodiuit nos, & dedit latrunculos, qui eruperant aduersum nos in manus nostras: Dauid quoque ad laudem Dei, vt innueret istã victoriam factam fuisse à Deo, dixit Amalecitas esse hostes Dei.

Cur

Cur Dauid de præda miſit munera ſenioribus Iudæ.
Quæſtio. XXI.

QVAERET aliquis, quare Dauid miſit iſta munera de præda ſenioribus Iudæ. Reſpondendum, quòd hoc fecit propter tria. Primò, quia erant cognati ſui, & voluit eos lætificare impartiendo aliquid de præda ſua: & hoc ſignificat litera cum dicit: Miſit dona ſenioribus Iuda proximis ſuis. Secundo fecit, vt acquireret ſibi amicos, quia ipſe erat in continua aduerſitate, & indigebat amicorum fauore, tam ad ſubſidium in victu, quàm ad adiutorium in bello: voluit ergo muneribus multorum animos ſibi conciliare, & hoc fecit in viris tribus Iudæ, quia cum illi eſſent cognati ſui, credidit, quòd firmius ſeruarent fauorem ſuum, quàm alij. Tertio hoc egit, quia tenebatur iſtis viris ad multa, eoquòd tempore, quo erat profugus manebat apud eos, & ſuſtentabatur de bonis illorum: ideo voluit nunc ſaltem in cognitionem beneficiorum receptorum mittere eis munuſcula de prę da, & iſta fuit cauſa præcipua, & tangitur infra, ſcilicet. Et reliquis, qui erant in his locis, in quibus moratus fuerat Dauid, & viri eius, ideſt, illis miſit munera apud quos manſerat cum viris ſuis, quia illos ſolos expenſis grauauerat.

An Dauid miſit munera ad alios, quàm ad ſeniores de Tribu Iuda. Quæſtio XXII.

QVAERETVR vlterius, an omnes illi, ad quos miſit Dauid munera, eſſent de Tribu Iuda, vel eſſent aliqui alij de reliquis tribubus. Aliquis dicet, quòd ſolum erant de Tribu Iuda, cum litera dicat: Miſit dona de præda ſenioribus Iuda. Item, quia dicit, proximis ſuis: manifeſtum tamen eſt, ꝙ ſoli de Tribu Iuda erant proximi, ideſt. cognati Dauid. Reſpondendum, ꝙ non ſolum miſit Dauid munera ad ſenes de Tribu Iuda, ſed etiam ad aliquos alios de tribubus alijs, quanquam plurimi iſtorum fuerunt de Tribu Iuda: quod patet, quia Dauid miſit munera ad omnes ciuitates, quæ ſunt in litera; tamen aliquæ harum non erant de Tribu Iuda, ſicut Bethel: nam erat in Tribu Beniamin, vt patet Ioſue cap. 18. Item ſatis veriſimile eſt, quia ſunt ibi aliæ ciuitates de alijs Tribubus, ſicut Ramoth, quæ eſt in Tribu Gad, vt patet Deuteronom. ca. 4. & Ioſue 20. & 21. etiam ponitur hic Aroer, & tamen illa eſt in terra duarum tribuum, & dimidiæ, & videtur pertinere ad Tribum Ruben: de hoc Ioſue capi. 13. Item patet, quia infra dicitur, ꝙ miſit Dauid munera illis viris, qui erant in locis, in quibus Dauid fuerat commoratus: veriſimile tamen eſt, quòd cũ Dauid erat profugus, manſiſſet in aliquibus locis ſortis Beniamin, & in aliquibus locis ſortis Gad, & Manaſſe, qa multi viri de iſtis tribubus conuenerunt ad Dauid, dum erat profugus à Saule, & primo venerunt viri de tribu Beniamin cum viris de tribu Iuda, quando Dauid erat in præſidio terræ Moab, vt patet 1 Paralipom. ca. 12. deinde venerunt nouem principes de Tribu Manaſſe cum reuerteretur Dauid de caſtris Philiſthinorum in Siceleg, & adiuuerunt eum contra latrunculos, & alio tempore venerũt vndecim principes de Tribu Gad, eod. cap. ideo veriſimile eſt, ꝙ Dauid aliquando declinaret ad aliquas ciuitates illarum tribuum, ſaltem ad illas, de quibus erant viri ſui, & ibi manens aliquo tempore, grauaret amicos expenſis: ideo nunc mittebat eis munera, cum dicatur infra, ꝙ miſit ad omnes illos, qui erant in locis, in quibus ipſe fuerat commoratus. Ad primam

A rationem in contrarium dicendum, quòd non ſolum miſſa ſunt dona ſenioribus Tribus Iudæ, ſed ẽt ad alias Tribus: nominauit tamen ſcriptura ſolam Tribum Iudæ, quia rari erant de alijs tribubus, ad quos miſit munera. Ad ſecundam dicendum, quòd quanquam miſit ad ſenes Iudæ, qui erant proximi ſui, ideſt, cognati: tamen nõ tollitur, quin etiam miſerit ad alias tribus: dici etiam poteſt, quòd per proximos non ſolum intelliguntur cognati, ſed etiam poſſent intelligi omnes Iſraelitæ: ſic patet ſupra cã. 15. cum dixit Samuel ad Saulem: Scidit Dominus regnum Iſrael à te, & tradidit illud proximo tuo: ꝙ intelligitur de Dauid: & tamen ille non erat cognatus Saulis, cum non eſſet de eadem tribu: ſic etiam B patet ſupra cap. 28. ſ. Scindet regnum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid. Vel poteſt accipi proximus, pro illo qui benefacit, & ſic vocãtur proximi Dauid, qui benefaciebant ei: huic ſenſui conſonat litera inferior, cum dicat, quòd Dauid miſit munera viris, qui erant in illis locis, in quibus ipſe habitauerat. ſ. quia iſti viri prouiderant ei aliquando de expenſis. *His, qui fuerant in Bethel*, ideſt, miſit munera ad viros Bethel: eſt enim Bethel in ſorte Beniamin, Ioſue 16. cap. & eſt vna de ciuitatibus regalibus, quorum reges occiderunt Iſraelitæ, Ioſue 12. cap. apud iſtam ciuitatem habitauit Abraham, & conſtruxit ibi Altare, quando venit de Meſopotamia, vt patet Gen. 12. capit. *Et qui in Ramoth ad meridiem*, ideſt, etiam C miſit munera viris, qui habitabant in vrbe Ramoth ad partem meridianam: dicitur autem ad meridiẽ, qa iſta ciuitas erat multũ meridiana in terra Iſrael: eſt autem Ramoth in terrã duorum regum Amorrhæorum in partem duarum tribuum, & dimidiæ in ſorte Gad, vt patet Ioſue capi. 20. & 21. & iſta vocatur Ramoth Galaad, quia eſt apud montem Galaad: pro iſta .n. ciuitate pugnabat Achab rex Iſrael contra Syros, quando occiſus eſt, infra 3. lib. cap. 22. *Et qui in Gether*, ideſt, miſit munera viris habitantibus in Gether: iſta ciuitas eſt in ſorte Iudæ, vt patet Ioſue cap. 15. & fuit data poſtea ſacerdotibus ad habitandum, vt patet Ioſue cap. 21. & 1. Paralipom. ca. 6. & fuit iſta vna de ciuitatibus regalibus regum, quos D occiderunt Iſraelitæ, vt quidam ęſtimant Ioſue cap. 12. ſed falſum eſt, quia ibi ponitur rex Gazer, & rex Gader, ſed non rex Gether. *Et qui in Aroer*, ideſt, habitantibus in Aroer: eſt Aroer ciuitas extra terram Chanaã in extremitate terræ duorum regũ Amorrheorum, & ponitur ſemper tãquam terminus terræ duarum tribuum, & dimidiæ, vt patet Deutero. cap. 2. & 3. & cecidit in ſortem Rubem, vt colligitur Ioſue cap. 13. *Et qui in Sephamoth*, iſta ciuitas eſt de tribu Iuda, ſed non deſcribitur in catalogo ciuitatum ſortis Iudæ, Ioſue capi. 15. quia aliquæ ibi ſubticentur. *Et qui in Eſthama*, iſta eſt ciuitas in ſorte Iudæ, & vocatur Iſthemo, vt patet Ioſue cap. 15. ſed aliquando mutatur litera: & fuit iſta ciuitas data ſacerdoti- E bus poſtea ad habitandum, in numero quadraginta, & octo ciuitatum, Ioſue capit. 21. & 1. Paralipom. 6. *Et qui in Rachal*, ideſt, iſta eſt ciuitas in ſorte Iudæ, ſed non exprimitur, Ioſue cap. 15. vbi eſt catalogus ſortis Iudæ. *Et qui in vrbibus Ierameel*, ideſt, miſit munera habitatoribus vrbium Ierameel: non eſt enim Ierameel vna ciuitas, ſed eſt nomen patriæ, in qua ſunt multæ vrbes, vt patet, quia dicitur: in vrbibus Ierameel: eſt autem Ierameel nomen patriæ, quæ appellatur Ierameel, ſupra cap. 27. quod patet, quia ibi ponuntur Ierameel, & Ceni ſimul; & ita ponuntur hic Ierameel, & Ceni: nec obſtat, ꝙ hic vocetur Ierameel, & ſupra Ierameel: quia additio, vel ſubtractio literæ venit ex more Hebraico. Sic enim vocatur

supra cap. 27. Gessuri, & in sequenti.lib. cap. 2. & tñ eo lib. c. 3. & 13. & 14. vocatur Gessur. Sic etiam sup. c. 25. vocatur Phalti maritus Michol: & seq. lib. ca. 3. vocatur Phalthiel. *Et qui in Rama.* i. misit munera habitatoribus Rama: ista litera est corrupta, vt cõmuniter in Biblijs nostris, sed debet dici in Herma: sic habetur in litera Hebraica, & in Biblijs correctis: ista ciuitas est in sorte Iudæ, Iosuæ c. 15. & est vna de ciuitatibus regalibus, Iosue ca. 12. *Et qui in vrbibus Ceni.* idest, habitatoribus vrbium Ceni misit munera: Ceni est nomen patriæ, & non vrbis: quod patet, quia appellantur hic vrbes Ceni, quasi multas contineat: vrbes autem Ceni, & Ierameelli sunt in tribu Iudæ, sed non nominantur Iosue. c. 15. Ierameelli, & Ceni, quia non sunt nomina vrbium, sed terarum. *Et qui in lacu Asan.* i. etiã misit munera habitatoribus in lacu Asan: est. n. lacus nomen loci, & hñt cõiter Bibliæ in lacusan, tanquam sit vna dictio: sed falsum est, & procedit ex errore librariorũ. *Et qui in Athach.* i. habitantibus in vrbe Athach: ista est etiam in sorte Iudæ, licet non exprimatur Iosue c. 15. vel fortè exprimitur sub alio nomine, qa multæ vrbes hñt multitudinem nominum, & aliqñ sub vno, & aliqñ sub alio exprimũtur. *Et qui in Hebron.* ista est ciuitas famosissima in sorte Iudæ, & vocatur alio nomine Cariatharbe. Iosue c. 14. & 21. vocatur etiam Mambre, vt patet Gen. c. 23. & 49. Ista ciuitas data fuit Caleb, & posteris suis, Iosue c. 14. & 15 & Iudi c. 1. postea autẽ in diuisione ciuitatum, quę datę sunt leuitis, fuit ista data eis, & manserũt solum villulæ Hebron, & agri sui cũ toto territorio in possessione Caleb, vt patet Iosue c. 21. & 1. Parali. 6. Ad istam vrbem primo iuit Dauid post mortem Saulis, & ibi regnauit septẽ annis, & sex mensibus, seq. li. c. 2. *Et reliquis, qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat Dauid, & viri eius.* i. non solum misit munera ad viros istarum vrbium, quæ hñr sup. sed etiam ad omnes viros, qui erant in alijs locis, in quibus ipse mãserat. s. tpe, quo erat ꝓfugus. Ex quo patet, ꝙ misit Dauid ista munera ad reddẽdã vicẽ, scilicet, sicut receperat sustentationem, vel munera à viris istorum locorum, in quibus manserat; ita nunc volebat mittere illis munera, quando ipse abundabat propter spolia belli.

CAPITVLVM XXXI.

PHILISTHIIM autem pugnabant aduersum Israel: & fugerunt viri Israel ante faciẽ Philisthiim, & ceciderunt interfecti in monte Gelboe. Irrueruntque Philisthiim in Saul, & in filios eius, & percusserunt Ionathan, & Aminadab, & Melchisue filios Saul, totumque põdus prælii versum est in Saul.

Descriptus est in superioribus quidam apparatus bellicus, hic consequenter describitur belli exitus, s. mors Saulis, & filiorum eius. Et diuiditur in tres partes: primò ponitur Saulis occisio: secundò eius ab hostibus vituperatio: tertio honorabilis, & deuota tumulatio. Secũda ibi. (facta autem die altera.) Tertia ibi (quod cum audissent.

F *An ordo sit continuus.* *Quæst.* *I.*

QVAERITVR circa primũ, an ista, quæ habentur hic, fuerunt facta prius, quàm præcedentia, & an sit ordo continuus.

Respondendũ est, ꝙ ea, quæ habentur hic, & præcedenti. ca. fuerunt facta simul, quia non intercidit inter vtrunque spatium duorum, vel trium dierũ: quod patet, quia Philisthijm pugnauerunt cõtra Israel, & die illa, qua pugnauerunt mortuus est Saul, quia non durauit bellum vno die: quod patet, quia Samuel dixit Sauli supra capit. 28. Cras tu, & filij tui mecum eritis: sed cum ista dicebantur, nondum inceptum fuerat bellum, quia erat Saul extra castra: er
G go die, quo inceptum est, mortuus fuit Saul. s. sequẽti die: Dauid autem erat in castris Philisthinorũ antequam inciperetur bellum, & miserunt eum de castris satrapæ Philisthinorum sup. cap. 29. eadem autem die, qua recessit Dauid de castris, ascenderunt Philisthini in Iezrahel, eod. cap. sed castra Israelitarũ erant in Iezrahel, vt patet ibidem: ergo videẽ, ꝙ eadẽ die fuerit bellum, & mortuus fuerit Saul: vel saltem illa die ascenderunt in Iezrahel, & sequenti die factum est bellum, & perijt Saul: & sic videtur, ꝙ Saul mortuus fuerit, dum veniret Dauid de castris Philisthinorum in Siceleg: nam tribus diebus mansit in itinere, præcedenti cap. s. Cunque venisset Dauid, & viri eius in Sicleg die tertio. Huic autem satis con
H cordat, quod infra habetur sequenti lib. ca. 1. s. ꝙ reuerso Dauid de cęde Amalecitarũ, dũ esset in Siceleg per duos dies, venit nuncius de castris Israel, referens mortẽ Saulis: & tamen ille moraretur in itinere tribus, vel quatuor diebus, sicut Dauid: ergo videtur, ꝙ Saul mortuus fuerat tribus, vel quatuor diebus añ aduentum nuncij: & consequenter fuit hoc ea die, qua Dauid venit in Siceleg, vel die præcedenti: & sic ea, quæ habentur hic, fuerunt simul facta cũ eis, quæ habentur pręcedenti ca & aliqua sunt hic, quæ fuerunt priora quibusdam, quæ hñr præcedeñ. cap. & alia fuerunt hic, quæ sunt posteriora eis, quæ hñr præced c. Item non posset proprie assignari anticipatio, vel recapitulatio in his, vel aliquia præces
I sio, sed magis fuit simultas: scriptura tñ ponit vnum ante alterum: quia quanquam multa simul fiant, nõ pñt multa simul narrari. *Philisthijm autem pugnabant aduersus Israel.* s. quia ipsi fuerunt inuasores, & præualuerunt, ideo Israelitæ magis dicebantur sustinere pugnam, quàm pugnare. *Et fugerunt viri Israel ante faciem Philisthijm.* i. non potuerunt Israelitæ sustinere Philisthinos pugnantes, sed fugerunt: hoc autẽ erat, quia Deus dereliquerat eos, & incusserat illis timorem, ne possent resistere hostibus: nam disposuerat Deus tradere Saulem, & Israelitas in manus Philisthinorum ꝓꝓ peccata Saulis, & populi, ideo voluit potius adiuuare hostes, q̃ ipsos: de hoc sup. cap. 28. s. Cras autem tu, & filij tui mecum eritis, sed & castra Israel tradet Dñs in manus Philisthin tecum. Deus enim habebat hoc contra Hebræos, ꝙ qñ ipsi cole
K bant eum, dabat eis victoriam contra omnes gẽtes, ita ꝙ pauci de eis præualerent contra multitudinẽ hostium, Leu. c. 26. s. Persequimini inimicos vestros, & corruent coram vobis, persequentur quinque de vestris centũ alienos, & centũ ex vobis decẽ millia: sic etiam patet Deut. c. 32. s. Vtinam saperent, & intelligerẽt, ac nouissima prouiderent, qũo persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia. Si aũt Israelitæ conuerterentur ad idola, vel qualitercunque desererent legem eius, Deus ponebat pauorem in cordibus ipsorum, ita, vt paucissimis hostibus venientibus terga darent, Leui. c. 26. s. Et qui remanse-

manserint de vobis dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium: cadent nullo per sequẽte, & corruent singuli sup fratres suos, quasi bella fugientes, nemo vestrum audebit inimicis resistere, & peribitis inter Gentes, & hostilis vos terra consumet.

An omnes Israelitæ fugientes fuerint interfecti.
Questio II.

QVAERET aliquis, an omnes isti Israelitæ fugientes de bello mortui fuerint, vel aliq euaserint. Aliquis dicet, ꝙ omnes mortui sunt: qa dicitur hic: Et fugerunt viri Israel, & ceciderunt interfecti in mõte Gelboe: ergo videtur, quòd omnes, qui fugerunt, ceciderunt interfecti. Item patet: quia dicitur infra. Mortuus est ergo Saul, & tres filij eius, & armiger illius, & vniuersi viri eius in die illa pariter: ergo omnes viri qui erãt in exercitu Saulis mortui sunt. Respondendum est, ꝙ non mortui sunt omnes, qui fuerit in castris Saulis, immo pauci mortui fuerunt in comparatione ad tantam multitudinẽ, quanta erat in castris: nam dicitur sup. cap. 28. quòd congregauit Saul vniuersum Israel, & venit in Gelboe, ibi autem fuit pugna, & patet, cum multi fugerint de prælio, & euaserint: quia dicitur inf. in littera. Videntes autem viri Israel, qui erant trans Iordanem, quòd mortuus esset Saul, & filij eius, & quòd fugissent Israelitæ, reliquerunt ciuitates suas, & fugerunt: si tamen omnes, qui iuerunt ad bellum mortui fuissent, ibi non diceretur de quibusdam, ꝙ mortui sunt, & de alijs quòd fugerunt: ergo multi fugiẽdo euaserunt. Item patet: quia seque. lib. cap. I. Venit quidã vir de castris Israel, & tulit diadema Saulis ad Dauid, & dixit: Fugit populus de prælio, & multi corruentes ex populo mortui sunt: ergo aliqui mortui sunt, & aliqui euaserunt, & pauci mortui sunt in comparatione eorum, qui euaserunt. Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd cum dicitur: ceciderunt interfecti in monte Gelboe, non est intelligendum ꝙ omnes fugientes mortui fuerint, sed multi ex eis, sicut dicitur sequẽti lib. c. I. Fugit populus de prælio, & multi corruẽtes ex populo mortui sunt. Ad secundam rationẽ cum dicitur, quòd mortuus est Saul, & filij eius, & vniuersi viri eius in die illa: dicẽdum, quòd viri Saulis accipiuntur dupliciter: vno modo pro omnibus subditis Saulis, & sic omnes Israelitæ vocantur viri Saulis, vel serui eius. Secundo modo vocantur viri Saulis familiares eius, qui astabant ei semper ministrantes, & residebant in curia sua: isti autem specialiter pertinebant ad Saulem, & erãt de familia eius. Cum autem dicitur hic, quòd vniuersi viri Saulis mortui sunt in die illa pariter: intelligitur de viris suis secundo modo, scilicet de familiaribus: quia cum reliquus Israel fugeret, & viderent isti Saulem firmiter manentem in bello, erubuerunt fugere, relicto Domino in manibus hostium: ideo maluerunt gloriosam subire mortem defendendo Dominum suum in bello, quàm turpiter fugiendo, ignominiosam vitam adipisci. Reliqui autem de populo, qui non erant familiares Saulis, sed solum subditi, non diligebant nimis Saulem, nec erubescebant, deserto Domino, fugere pro conseruanda vita: ideo omnes fugerunt, & in fuga quidam corruerunt vulnerati, alij autem euaserunt: hoc patet primo Paralipo. capit. 10. vbi ponitur totum istud cap. quasi ad litteram: & vbi dicitur hic, quòd mortuus est Saul & tres filij eius, & omnis domus illius pari-

A ter cecidit: domus autem Saulis significat solam familiam suam: ergo soli familiares sui mortui sunt: de populo autem pauci viri ceciderunt in bello, sed aliqui corruerunt in fuga. *Et ceciderunt interfecti in monte Gelboe*, idest, de illis, qui fugiebant, corruerũt aliqui in monte Gelboe: quia aliqui fugiebant postquam vulnerati erant, & effluente multo sanguine, ipsi per se mortui cadebant: alij autem ante vulnera, timore hostium terga vertebant: & dicitur in monte Gelboe: quia ibi facta fuit pugna, & erant ibi castra Israelitarum, vt patet sup. capitul. 28. scilicet. Congregauit autem Saul vniuersum Israel, & venit in Gelboe. Sed aliquis obijciet, quòd bellum factũ fuerit extra montem Gelboe: quia sup. capit. 29.
B dicitur, quòd Israel castrametat⁹ est super fontem, qui erat in Iezrahel. Dicendum, quòd bellum fuit in monte Gelboe: fons autem Iezrahel erat in mõte Gelboe: quia mons Gelboe est aliquid magnũ: ideo quando Dauid deplorat cędem huius belli, sequenti lib cap. I. dicit: Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos, nec sint agri primitiarũ: quia ibi abiectus est clypeus fortium. *Irrueruntq; Philisthijm in Saul, & filios eius*, idest, postquam fugit reliquus populus, Philisthini irruerunt super Saul, & filios suos, idest, congregauerunt se super eos, sicut patet in littera Hebraica. Intelligendum est enim, quòd hic erant acies ordinatæ de Israelitis, & Saul, & filij sui non erant in prima acie, sed aliqui alij de
C populo, ideo Philisthini primo pugnauerunt contra illos, quibus coactis fugere, congregati sunt omnes Phliisthini contra Saulem, & filios suos: & non est putandum, quod solus Saul cum filijs suis maneret: quia etiam manserunt ibi omnes familiares Saulis, & super illos quoque irruerunt Philisthini, occideruntque omnes, vt patet infra in litera, scilicet. Mortui sunt vniuersi viri eius in die illa pariter: fit tamen mentio de solo Saule & filijs suis: quia isti erant digniores. *Et percusserunt Ionatham, & Abinadab, & Melchisue filios Saul.* Hic ponuntur tres filij Saulis solum, sicut ponuntur sup. 14. cap. fuerunt tamẽ quatuor, vt patet. I. Para. c. 8. s. Ionathas, Melchisue Abinadab, & Isboseth, vt patet sequen. lib. c. 2. & 3. — Mors filiorum Saul.
D iste quartus non iuit in bellum, ideo nõ perijt cum reliquis: non tamẽ cessauit ire, quasi esset ĩpotens ad pugnãdũ propter defectũ ętatis: nã quadraginta annorũ erat nũc, quando mortuus est Saul: quod patet: quia immediatè constitutus est in regem, mortuo patre suo: & tamen dicitur de ipso, ꝙ erat quadraginta annorum, quando cępit regnare, sequenti lib. ca 2. sed mansit in domo: quia fortè erat vir corde pauido, & ineptus ad bellum: quod patet ex actibus suis: quia nihil rege dignũ egit, dum vixit, vt patet sequen. lib. c. 2. vsq; ad quintum: vel forte mansit in domo ad disponendũ domũ, dũ pater, & fratres ibant in bellum. Sciendum aũt, ꝙ isti filij Saulis nõ nominantur semper eisdem nominibus: quia iste, q
E nominatur hic Abinadab, nominatur Iessui. sup. c. 14. Sciendum etiam, ꝙ littera nostra, vt communiter corrupta est ĩ isto noĩe, Aminadab: quia non debet scribi Aminadab, sed Abinadab, & sic habent biblię correptę, & sic est ĩ Hebręo, & sic hr̃ I. Par. c. 10.

Quare noluit Saul dicere filijs suis, quæ sibi dixerat Samuel.
Questio III.

QVAERET aliquis, cũ Saul audisset à Samuele, ꝙ filij eius morituri erãt in bello, cur nõ dixit eis, ꝙ recederent de bello, ne morerent̃, cũ diligeret eos, maximè ipsum Ionathã, qui erat vir excellens. Respondendum est, quòd Saul noluit hoc dicere

filijs suis propter multa. Primò, quia non putabat
in hoc proficere: nam cum Samuel dixisset ei, supra
capitulo 28. Cras tu, & filij tui mecum eritis, puta-
uit, quòd necesse erat, quòd tam ipse, quàm filij
sui morerentur: ideo nullo modo poterant euade-
re hanc mortem: vnde sicut ipse iuit in bellum, q̄q̄
prædictum esset ei, ꝙ moreretur, quia putabat, ꝙ et
si fugeret ad quencunq; locū, necesse erat eum mo-
ri manibus Philisthinorū: ita de filijs suis futurū pu-
tauit, cū de omnibus idem annunciatū fuisset: me-
lius ergo fuit, ꝙ viriliter in bello morerētur pugnā-
do pro Israel, quàm ignominiosè fugiendo, deside-
ratam vitam conseruare non possent. Secundò hoc
fecit: quia dato, ꝙ Saul sciret, ꝙ filij sui euadere pos-
sent si recederent de bello: quia tñ eis recedentibus,
timeret populus, & esset occasio, vt multi perirent,
voluit potius, vt morerentur ipsi, q̄ vt populo scan-
dalū præstaret. Tertiò hoc noluit: quia Deus præ-
dixerat, ꝙ certissimè ipse & filij sui morituri essent:
si autem denunciaret eis, conaret̄ eripere eos à mor
te, repugnando diuinæ ordinationi, timuit autem
ꝙ in hoc Deū offenderet, iō noluit peccatis veteri-
bus noua persuadere. Quartò hoc fecit, vt non in-
cuteret timorem superfluum filijs suis, vt magis vi-
riliter pugnarent: putauit. n. ꝙ dato, ꝙ eis dixisset, ꝙ
morituri erant, non possent mortem effugere, cum
Deus illam prænunciasset, & timerent magis, nec
auderent viriliter pugnare, sicut pugnauerunt: etiā
affligerētur nimis, cognita certissima morte: voluit
ergo Saul ne affligerentur dupliciter. s. moriendo,
& mortem suam præcognoscendo: iō non reuela-
uit eis, q̄ Deus dixerat: & sic cū semper haberent spē
de victoria, vel saltem esset eis incerta sors, animosi⁹
pugnabant. Quintò fecit hoc: quia Deus inclinauit
ipsum, vt sic faceret, dādo hoc ei in pęnam: nam si-
cut ꝙ ipse moreret̄ erat ei prænunciatū, & tñ iuit in
bellum, qa Deus inclinauit cor eius ad hoc, faciēdo
apparere ei iniquū, si nō iret ad bellū, ita fecit, ꝙ ap-
pareret ei iniquum reuelare hoc filijs suis, ne fortè
fugerent de bello, vel agerent aliquid honestum. Se-
xtò hoc egit, vt volunt Hebræi ad obediēdum Deo,
& sponte suscipiendū pœnam pro peccatis suis: co-
gnouerat. n. se grauiter peccasse contra Deū, & ꝙ
ob hoc Deus fecerat, ꝙ moreret̄ ipse cū filijs suis: iō
vt in hoc satisfaceret voluntati Dei, & mereret̄ re-
missionem, voluit spontè subire pœnam, quā Deus
ei prænunciauerat: & quia si ipse dixisset filijs suis, ꝙ
fugerent de bello, vellet ꝑ hoc excludere quādā par
tem pęnę, quam Deus volebat ei infligere, nòn re-
uelauit filijs suis quicquam, consentiens, quòd om-
nes morerentur secundum Dei dispositionem.

An peccasset Saul, si conatus fuisset saluare filios, ne morerentur. Quæstio IIII.

QVAERETVR vlterius, an peccauisset Saul,
si reuelasset filijs suis, ꝙ morituri erant, & ꝑ hoc
ipsi recederent de bello: vel ille suaderet eis, ꝙ rece-
derent, ne morerentur. Aliquis dicet, ꝙ peccaret, qa
conaretur resistere voluntati Dei cognitæ, cui resi-
stere pctm̄ est. Rn̄dendū, ꝙ Saul non peccasset, quali-
tercūq; conatus fuisset liberare filios suos à morte,
siue reuelando eis prophetiam Samuelis, siue suadē-
do, vt recederent de bello. Et cum obijcitur, ꝙ pec-
caret repugnando voluntati Dei: dicēdum, ꝙ dato,
ꝙ homo sciat voluntatem Dei, non tenetur confor
mare voluntatem suam volūtati eius, immo inter-
dum si conformat, peccat mortaliter: sic enim dicit
Augu. in Enchiridion, & Magister in primo di. 48. s.
pōt hō interdum mala volūtate ea, quæ Deus vult,

F & pōt bona voluntate velle, contra id, quod Deus
vult: tanquā si bonus filius patrem velit viuere, quē
Deus bona voluntate vult mori: & rursus fieri pōt,
vt hoc velit homo mala voluntate, ꝙ Deus vult bo
na: velut si malus filius velit mori patrem, hoc etiā
Deus: non enim tenetur aliquis conformare volun
tatem suam Deo in re volita, sed in radice volendi,
& in fine. i. ꝙ hō velit ad bonum finem omnia, quę
vult, & omnia ex charitate: sicut Deus vult, ꝙ voli-
ta vtriusq; conformentur nihil differt. sic aūt erat
hic, ꝙ q̄q̄ Deus vellet, ꝙ morerentur filij Saulis, non
tenebatur ipse velle hoc, etiam Deo reuelante sibi,
ꝙ hoc vellet: ideo si reuelasset illis dispositionē Dei,
vt fugerent mortem, vel ad hoc persuaderet, nō pec
G caret, sed potius videretur mereri. Item patet, quia
Saul si reuelaret hoc filijs suis, poterat proficere, qa
quāquam Deus dixisset, ꝙ morituri erant Cras, ne-
sciretur hoc esse certum, quia poterat Deus illud di-
cere per comminationem, & illa, quæ sic dicuntur,
non eueniunt si homines conuertantur, vel caueāt
illa: nec peccat qsquam, si Deus dicat, ꝙ infliget ali-
cui talem, vel talem pœnam, & ipse adhuc dubitet
de illo: nam sic prophetæ, qui prænūciabant ista, du-
bitabāt, an Deus illa vellet complere: sic enim patet
Iohel. c. 2. vbi Iohel prædixit multa mala futura Isra
elitis, & postea subiunxit: quis scit si conuertatur, &
ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem?
& sic etiam fuit de Niniuitis, quibus prædicauerat
H Ionas subuertendā eorum ciuitatem post quadra-
ginta dies, ipsi autem erant dubij de hoc, dicentes:
Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuerta
tur à furore suo, & non peribimus? Iosue c. 3. Potissi
mè, quia Deus dixit, ꝙ non eueniret omnia, quæ ip-
se prædiceret, sed interdū pręnunciaret alicui genti
malum, & si illa conuerteretur, Deus non infligeret
malum: & interdum prænunciaret bonum alicui
genti, & si illa declinaret ad malum, ipse non imple-
ret promissum suum, Ier. c. 18. ideo propter hoc, q̄q̄
Deus multoties comminaretur aliqua mala ꝑ pro-
phetas, ipsi consulebant postea populis, vt affligerēt
se, & peterent à Deo misericordiam, & sic isti consu
lebant populis, contra voluntatem Dei: tamen in
I hoc non peccabant, sed potius merebātur: & Deus
nimis gaudet, ꝙ aliquis se interponat ad orandum,
vel inducendum populos, ne impleatur in eis volū-
tas Dei, de infligendo pęnam: sic patet Exechie. cap.
22. s. Et quæsiui de eis virum, qui interponeret sepē,
& staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparē
eam, & non inueni. Et effudi super eos indignatio-
nem meam, q. d. si inuenissem virum, qui oraret, pro
illis contra me, non deleuissem eos: sed quia nullus
se voluit interponere contra me, deleui ipsos: & sic
Iohel propheta, qui prędixerat Israelitis futura ma-
la, consuluit eis, vt pœnitentiam agerent, & fortè
Deus conuerteretur, vt patet Iohel. cap. 2. s. Sacrifi-
cium, & libamen Domino Deo nostro: canite tuba
K in Sion sanctificate ieiunium, & cæt. quasi dicat, sa-
crificate Deo, & ieiunate, & fortè non infliget ma-
la, quæ prædixit: sic etiam fecerunt Niniuitę: nam
audito verbo Ionæ, humiliauerunt se durissima pę-
nitentia, & clamauerunt ad Cœlum in fortitudi-
ne, & Deus misertus est super malo, quod de eis prę-
dixerat, & non intulit, vt patet Ionæ capitu. 3. Deus
quoque prædixerat Moysi, quòd non introiret in
terram Chanaan, Numeri cap. 27. & 32. tamen ipse
non desinebat orare ad Dominum, vt permitteret
illum intrare, vt patet Deuteronom. capitulo 3. sic
etiam fecit Dauid: nam fuerat ei reuelatum, quòd
puer ille, qui natus fuerat sibi ex adulterio mo-
reretur, & tamen humiliauit se ieiunio, & iacuit
super

Non se... per tene... mur con... formare voluntatē nostram diuinæ.

Mala sępi... sime nun... ciātur su... conditio... ne vēnia... iō orare semp de... bemus ... euaniant.

super terram per septem dies, quousq; mortuus est puer, putãs ꝙ adhuc posset Deus flecti ab ira sua: cũ aũt sciuit puerum mortuum, q̃a iam Deus non poterat flecti, surrexit de terra, & non ieiunauit: non obligabatur ergo Saul credere, ꝙ illa, quæ reuelauerat Samuel futura essent: ið licebat ei agere quan tũ posset ꝓ se, & filijs suis, vt liberarent̃ à morte, potissime quia Sauli dictũ fuit simpliciter, ꝙ morerentur ipse, & filij sui, & non fuit addita alia certitudo: & tñ quanquã adderetur, vtpote, ꝙ propheta diceret, ꝙ Deus illa dicebat f'm firmã præscientiã, & nequaquã moueret̃ misericordia ad contrariũ, non tenebatur ille, cui ista dicerentur credere, ꝙ sic euenturũ esset: sed licebat ei inquirere q̃cunq; remedia, ne voluntas Dei impleret̃ in eo: sic fuit de Samuel: B nam ipse p̃nunciauerat Sauli, sup. c. 15. Scidit Deus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo: & postea dixit: Porro triumphator in Israel nõ parcet, & pęnitudine non flectet̃. i. scias certissimè, ꝙ Deus super hoc nunq̃ mutabit voluntatẽ suã, q̃q̃ pœniteas: ipse tñ Samuel non desijt orare post hoc pro Saule, vt patet e. ca. s. Veruntñ lugebat Samuel Saulem: q̃a Dñm pęnitebat, ꝙ constituisset Saulem regẽ super Israel: à fortiori ergo liceret Sauli, pro se & filiis suis agere quantũ posset, euitãdo diuinã sententiã, ne impleret̃ in eis: cùm Samuel non dixisset nunc ei, Porro triũphator in Israel non parcet sup. c. 28. sicut dixerat sup. ca. 15. & nunq̃ tenet̃ desistere aliquis orare ꝯ voluntatẽ Dei cognitã, quosq; De⁹ C iubeat ei, ne oret, vel ne conetur eam elidere: tunc enim tenetur cessare propter præceptum Dei: quia omne præceptum eius obligat: sic fuit de Moyse, cui quanquam Deus dixisset, ꝙ nõ intraret in terrã Chanaan, orabat incessanter, ꝙ permitteretur intrare, quousq; Deus sibi dixit: Sufficit tibi, nequaquam vltra loquaris de hac re ad me, Deutero. ca. 3. & postea cessauit Moyses orare, quia iam peccasset, si orasset: sic etiam fuit de Samuele, qui orabat pro Saule, licet Deus spreuisset eum, & postea Deus dixit illi: Quousq; tu luges Saulem, cùm ego proiecerim eũ, ne regnet super Israel sup. ca. 16. & tunc cessauit Samuel orare pro Saule: Deus tamen non dixit Sauli, ne ageret in hac parte contra voluntatem suam: D ergo poterat filijs suis reuelare mortẽ, vt recederẽt de bello, vel qualitercunq; suadere, vt recederent.

An Saul peccauerit, non reuelando filijs suis mortem eorum. Quæstio V.

Quærit. 5. QVAERETVR vlterius, an peccauit Saul, quia non reuelauit filijs suis mortem, ad hoc, vt ipsi cauerent illam: Et videtur ꝙ peccauerit: nã vt dicit August. in Enchiridion: potest homo mala voluntate velle, quod Deus vult, & bona voluntate velle, contra id, quod Deus vult: & ponit exemplum de filio volente mortem patris, q̃ Deus vult: sed ita se habet pater ad filios, ꝙ tenetur diligere eo E rũ salutem, ideo quanquam Deus vellet, ꝙ morian tur, nõ tenetur ipse hoc velle, sed magis peccat, hoc volendo: quia cũ quis vult aliquid mala voluntate, peccat: sed filius, si velit mortem patris, vult eã mala voluntate, vt vult Augu. ergo peccat: & sic tenetur Saul ad volendum, ꝙ filij sui non morerẽtur, & consequenter ad reuelandum eis mortem. Item qñ quis scit mala tractari aduersus alterum iniustè, tenet̃ ei illa reuelare, vt effugiat ei, alioquin peccat: quia videtur esse fautor in crimine: Saul tñ sciebat de morte filiorum: ergo tenebatur reuelare eam illis, vt fugerent. Respondendũ, ꝙ Saul nõ peccauit non reuelando filijs mortem, sed magis meruit. In

A quo considerandum est, ꝙ hic erant duo. s. ꝙ Saul vellet filios suos mori, vel non: & ꝙ reuelaret eis mortem, vel non. Quantum ad primũ, dicendũ, ꝙ mors filiorum Saulis consideratur dupliciter. s. quia aut inquantum infligebatur filijs Saulis, qui erant personæ distinctæ ab eo: vel inquantum infligebat̃ eis in pœnam Saulis. s. vt Saul doleret acerrimè de morte filiorũ. Si primo modo, dicendum ꝙ Saul tenebatur nolle mortem filiorũ, & dolere de illa nimis: non tamen sequitur, ꝙ debebat eam reuelare illis: quia aliquæ causę poterant subesse, propter quas putaret Saul esse iniquum, reuelare illam, & fuerũt sex, quæ in quadam quæstione sup. posita sunt. Q̃d Quæst. 3.
B autem teneretur nolle mortem filiorum, & dolere de illa, patet: quia quanquam aliquis possit cõfirmare voluntatem suam volũtati Dei in volito, cũ sci ꝙ vult infligere ei aliquã pœnam, & licèt nõ teneatur eam conformare, tenetur tamen valde in cõformando: cũ sponte suscipere vult, quod Deus ei vult infligere: tñ quantum ad alium non debet homo cõformare voluntatem suam volũtati Dei in pœnarũ inflictione: immo peccat, si cõformauerit. Ratio diuersitatis est: quia qñ Deus vult alicui inferre pœnas: si ipse vellet conformare volũtatẽ suam volũtati Dei, suscipiendo libenter pœnas, meret̃, & efficit̃ ex hoc perfectus: si tamen Deus vult inferre alteri pœnas, & ego gaudeo ꝙ infligat ei, eo ꝙ Deus vult, pecco: quia per istum actum volendi non meretur C proximus meus, nec efficitur perfectior, cũ iste act⁹ non sit suus, sed meus: ego quoq; non mereor: q̃a istas pœnas nolo pro me, sed pro illo: ideo peccat, q̃ in malo proximi conformat voluntatem suam voluntati Dei: sed magis tenetur dolere: quia Deus sic facere vult: peccaret ergo Saul, si vellet ꝙ filij sui morerentur, sicut Deus volebat, inquantũ ista erat pœna eorum, & non potius doleret de ipsis, præsertim, quia erant filij sui, & tenebatur magis condolere eis, quàm extraneis. Si autem accipiatur mors filiorum Saulis solum inquantum erat pœna Saulis. Dicendum, quòd Saul non obligabatur conformare voluntatem suam voluntati Dei: si tamen conformaret, mereretur, & sic poterat velle mortẽ D filiorum Sed aliquis dicet, ꝙ Saul tenebatur conformare voluntatem suam voluntati Dei in morte filiorum inquantum illa erat pœna eius: q̃a alioquin diceremus, ꝙ non tenetur homo ferre patienter pęnas à Deo inflictas: si aũt tenetur: ergo debet conformare voluntatem suam voluntati Dei in pœnis inflictis, cum istę à Deo sint: iuxta illud Amos, ca. 3. Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit, q. d. non. & Eccl. c. 11. s. Bona, & mala, mors, & vita, paupertas, & honestas à Deo sunt. Respondendum, ꝙ quilibet tenetur ferre patienter pęnas à Deo inflictas: tñ non tenet̃ conformare voluntatẽ suã volũtati Dei ĩ inflictione pęnarũ. Est n. diuersitas: primò: quia conformatio voluntatis attendit̃ quantũ ad E volitionẽ, & non quantũ ad res, qñ volitę sunt: & sic anteq̃ Deus infligat alicui pœnas, & significat se velle infligere, stat, ꝙ ipse cõformet volũtatẽ suam, vel non conformet volũtati Dei: quia tunc est volitio contenta in terminis suis. s. ꝙ est volitio solũ, & non executio. Cũ aũt pęnę volitæ infligunt̃: iã non est volitio sola, sed magis est ipsa res volita: & tunc si homo velit pęnas illas, quas patitur, non conformat voluntatẽ suam voluntati Dei, sed volito Dei: ideo licèt non teneatur cõformare volũtatem suã voluntati diuinæ, tenet̃ tamen conformare volũtatẽ suã rei volitę à Deo postq̃ res volita ĩ executione est. Aliter dici potest, & melius, ꝙ q̃ patitur pœnas à Deo inflictas, non tenetur conformare volũtatẽ suam

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

suam voluntati Dei, nec rei volitæ postq̃ est in exe-
cutione, sed tenetur pati ea, quæ Deus infligit. Dif-
fert autem ꝙ aliquis patienter toleret, & ꝙ velit: nã
patienter tolerare nihil aliud est, nisi ꝙ patiens non
murmuret propter inflictas pœnas; nec putet Deũ
iniustum, nec habeat proximos exosos: non tenetur
tamen velle pœnas, quas patitur, alioquin nõ lice-
ret ei orare, vt Deus auferret ei illas: si tamẽ aliquis
non solum patienter tolerat, sed etiam pęnas, quas
tolerat, vult, peruenit ad supremũ gradũ perfectio-
nis patientiæ: & ad hunc nemo tenetur, nisi Deus
expresse iubeat ei. Dicendum igitur de Saule, ꝙ ip-
se non tenebatur conformare volũtatem suam vo-
luntati Dei circa mortem suam, aut filiorũ suorũ.

Ad argu. secũdum. Ad secundũ de reuelatione mortis. s. an Saul debe- G
ret reuelare filijs mortem, vel non: Dicendum, ꝙ
non est sicut de volẽdo mortem: quia nullo modo
poterat Saul licitè velle mortem filiorum suorum,
inquantum erat pœna ipsorum: poterat tamen nõ
reuelare eis mortem, & licitè hoc ageret: nã quanq̃
posset reuelare, si voluisset, & non peccaret, vt pręce
denti quæstione declaratum est: tamen non obliga-
batur reuelare: quia aliquę causæ poterant esse, quę
retraherent eũ à reuelãdo, vt pote, si putaret, quòd
nullo modo euitaretur mors per reuelationem, &
sequeretur ex hoc scandalum, sicut declaratum est
supra in quadam quæstione.

Quare Deus voluit quòd morerentur filij Saulis, cùm essent boni. *Quæstio VI.* H

QVAERETVR vlterius, quare Deus voluit,
ꝙ morerentur filij Saulis: quia erant viri boni,
& præcipue Ionathas, qui tanta bona fecerat ꝓ Da-
uid, vt patet sup. 18. 19. & 20. Respondendum est, ꝙ
isti merebantur mortem, quanquam nobis non pa-
teat causa: cùm scriptura non enarret peccata ipso-
rũ. Sed adhuc dicendum, ꝙ causa præcipua mortis
eorum fuit peccatũ Saulis: tantum enim fuit istud,
vt non sufficeret in pœnam mors Saulis, sed etiam
vellet Deus, ꝙ morerentur filij sui, & populus: sic pa
tet sup. ca 28. s. Dabit Dominus regnum tuũ proxi
mo tuo: qa nõ obedisti voci Domini, nec fecisti irã I
furoris eius in Amalec: & postea sequitur: Idcirco
quod pateris, fecit tibi Deus hodie, cras autem tu, &
filij tui mecum eritis, sed & castra Israel tradet Do-
minus in manus Philisthijm tecũ. i. propter te: patet
etiam hoc: quia Deus fecit, ꝙ morerentur tres filij
Saulis ante eum ipso vidente, vt de hoc doleret ni-
mis, & postea ipse mortuus est, vt patet in litera.

Peccatũ Saulis fuit causa mortis ei[9] filiorum suorũ, & populi.

Quanquam autem fecerit hoc Deus propter pec-
cata Saulis, tamen in hoc profecit Dauid: quia si nõ
mortui fuissent tres filij Saulis, non potuisset Dauid
regnare post mortem Saulis: quia illi cũ essent viri
bellicosi, præstarent magnũ impedimentũ ei: præ-
sertim quia si Ionathas viueret, Dauid nollet regna
re, etiam si regnum sibi cõcederetur; quia diligebat K
nimis Ionatham, & Ionathas diligebat eũ sicut ani-
mam suam, vt patet sup. c. 18. & 20. si tamen vellet
Dauid regnare, præiudicaret iuribus Ionathæ: ideo
omnino recusaret suscipere regnum: Deus autem
volebat, ꝙ regnaret Dauid post mortem Saulis im-
mediatè: ideo occidit filios Saulis, qui poterant hoc
impedire. Et quanquam non fuerit ista causa moti-
ua, fuit tamen aliqualis. *Totũq; pondus prælij versum
est in Saul.* s. mortuis filijs suis, grauatum est totũ præ
lium super Saulẽ: quia non erat iã aliquis superstes
de Israelitis, nisi ipse, & pauci de seruis suis cũ eo.
Consecutiq; sunt eum viri sagittarij. i. inuenerunt eũ, vt pa
tet. 1. Paralipo. ca. 10. vel dicitur, consecuti sunt. i. at-

F tigerunt eum sagittis: quia illud consequimur, qđ
attingimus. *Et vulneratus est vehementer à sagittarijs.* s. ꝙ
multæ sagittæ infixæ fuerant ei, ita ꝙ iam non pote
rat viuere: sic dixit vir Amalecites, qui nũciabat de
illo Dauid, scilicet. Sciebam enim, ꝙ viuere non po
terat, sequenti lib. capit. 1.

An Saul laudabilis sit: quia iuit ad bellum, quanquam sciret se certissimè moriturum. *Quęstio VII.*

QVAERET aliquis, an Saul laudabilis esset,
quia iuit ad bellum, quanquam sciret se certis-
simè moriturum. Aliquis dicet, ꝙ non: qa Saul age-
bat iam illud ex desperatione. Quod autem aliquis
G ex desperatione pugnet, quãquam fortiter pugnet,
non est laudabile, nec vocatur fortis: sic patet per
Arist. 3. Ethi. vbi ponit multas species fortitudinis,
& dicit, ꝙ aliqui sunt fortes propter timorem: quia
desperant se posse viuere, nisi fortiter pugnauerint,
& isti non sunt fortes. Allegat autem dictũ Homeri
in Iliade introducentis Hectorem loquentem ad
Troianos, ne fugerent de bello. s. Quem ego videro
sine bello fugere, faciam ꝙ non sit sibi sufficiens, fu-
gere canes i. ego truncabo eũ, & tunc tantum time-
bant Troiani ducem suũ, sicut hostes, & ob hoc co-
gebantur durè pugnare: ita erat de Saule: quia ipse
desperabat se posse viuere, cũ prędixisset ei Deus, ꝙ
erat moriturus: ideo ex necessitate pugnabat, & nõ
H erat laudabilis. In contrarium dicitur, ꝙ erat lau-
dabilis nimis: nam Iosephus 6. Antiquitatũ laudat
eũ super omnes viros fortes, dicens, ꝙ non sunt for
tes illi, qui sciunt se in bello superaturos, si pugnãt,
& non penitus fortes sunt, qui de belli euentu dubi
tant: sed fortissimi, qui sciunt se morituros in bel-
lo, & pugnant. Magister quoq; in Historia scholasti-
ca laudat nimis Saulem de magnanimitate, ꝙ aus[9]
fuerit ire in bellum, cognita morte sua. Respondẽ-
dum, ꝙ Saul fuit laudabilis: sed in hoc distinguẽdũ,
quia aut Saul putabat se certissimè moriturũ in bel
lo propter verba prophetiæ, si illuc iret, & si nõ iret,
putabat se posse euadere; aut credebat, ꝙ siue iret in
bellũ, siue, non, necesse erat sibi mori, & ꝙ Philisthi-
I ni eũ caperent. Si primo modo dicendũ, ꝙ erat vir
laudabilissimus sup oẽs alios bellatores, in quocũq;
genere fortitudinis: qa pro patria, & populo suo nõ
recusauit mortẽ subire certissimã: & isto modo lau-
dat eum Iosephus, & Historia scolastica. Si secũdo
modo, dicendũ, ꝙ non erat Saul tã laudabilis, sicut
ille, qui ad bellũ vadit dubius de euẽtu belli: ipse tñ
non recusat quancũq; tolerare sortem, dũ tñ virili-
ter agat: sed adhuc magna laus restat Sauli in hoc
modo: quia cũ sciret se certissimè moriturũ, mirũ
est, qũ o nõ totus obstupuit, ita vt ficret quasi immo
bilis, & non posset mouere arma cõtta hostes: & ve
rũ est, ꝙ à principio sic egit: nã cũ dictum fuit sibi:
Cras tu, & filij tui mecũ eritis, timore valido cõcus-
K sus est ita vt pleno statu caderet in terrã, nec ĩde sur
rexit vsq; ad spatiũ magnũ, vt patet sup. c. 28. s. Sta-
timq; Saul cecidit porrectus in terrã, extimuerat. n.
verba Samuelis: postea tñ redeunte aĩo virili, expo-
suit se ferociter cõtra hostes, & pugnauit durissimè
vsquequo vulnerat[9] nimis, morti propinquus fuit:
quicũq; ergo duorũ modorũ dictorũ detẽ, erit Saul
satis laudabilis. *Dixitque Saul ad armigerum suum.* Ad
istum locutus est: quia iste erat coniunctus, & pote-
rat facilius agere, quod Saul volebat, quàm alij.
Euagina gladium tuum, & percute me. i. occide me. Dixit
autẽ, euagina, quia quãquam armiger Saulis esset
in bello, tamen non habebat euaginatum gladiũ,
eo ꝙ tunc non pugnabat gladio, sed iaculis, vel alio
genere

Laud… est Sa… de fo… dine m… gna v…

genere armaturæ, quod procul iacitur: quod patet, quia dixit Saul ad eum: Ne forte veniāt incircuncisi isti, & interficiant me: ergo nondum erant Philisthini apud Saulem, & armigerum suum, & sic non poterat pugnare gladio, sed alijs armis; ideo nondū euaginauerat cum, sed Saul petiuit illū euaginari. *Ne fortè veniant incircuncisi isti*, id est, Philisthini, & interficiant me.

Quare Saul voluit occidi ab armigero suo, & non à Philisthinis. Quæstio VIII.

QVAERET aliquis, quare Saul voluit occidi ab armigero suo, & non à Philisthinis. Respōdendum est, ꝙ hoc fecit propter dedecus: quia putabat sibi magnum dedecus esse occidi ab eis: & hoc propter duo. Primò, quia erant incircuncisi, & Isrælitæ habebāt pro magno vituperio, quòd aliquis esset incircuncisus: vnde cum vellent maximā blasphemiam dicere de Philisthinis, vocabant eos incircuncisos: sic patet, cum dixit Ionathas ad armigerū suū: Veni transeamus ad stationem incircuncisorū horum sup. cap. 14. parentes quoq; Samsonis dixerunt ei: Nunquid nō est mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo tuo: quia vis accipere vxorem de Philisthijm, qui incircuncisi sunt? Iudi. cap. 14. i. turpe est, quòd accipias mulierem de filiabus incircuncisorum: sic etiam dixit Dauid de Goliath: Quis est hic Philisthæus incircuncisus, qui exprobrauit acies Dei viuentis? sup. cap. 17. putauit igitur Saul dedecus esse, quòd occideretur ab eis, & voluit occidi ab armigero suo: sic. n. fuit de rege Abimelech filio Gedeonis, quem vna mulier lapide percussit in capite ad mortem, qui vocauit cito armigerum suum, & ait ad eum: Euagina cito gladiū tuū, & percute me, ne forte dicatur, quòd à fœmina interfectus sum, Iudi. cap. 9. Secundò fecit hoc propter dedecus, quod sibi infligerent Philisthini: nam putauit, quòd si ipsi occiderent eum, antequam occiderent multipliciter ei illuderēt, & per duros cruciatus eum cogerēt interire: voluit ergo breui morte ab armigero suo, vitam finire: sic patet ī litera. s. Ne fortè veniant incircuncisi isti, & interficiāt me, illudentes mihi: & ista fuit causa potior, quàm præcedens. *Et interficiant me.* Nesciebat Saul, an Philisthini vellent eum interficere, vel captum ducere ī terram suam ad gloriam victoriæ: Dixit tamen, & interficiant me: quia putauit, quòd certissimè interficerent eum, cùm illa die Deus prædixisset eum moriturum cum filijs suis, & iam filij mortui essent. *Illudentes mihi*. i. faciant multas illusiones mihi, anteq̃ occidant me, sicut postea fecerunt, quando occisus erat: nam caput suum miserunt per totam terram Philisthinorum, & suspenderunt corpus eius in muro Bethsan, vt patet inf. in litera: pati autem hæc ludibria, grauius erat Sauli, quàm mortem tolerare, cum ipse esset rex, & turpiter deluderet̄ ab hostib⁹. *Et noluit armiger eius*. s. percutere Saulem, *fuerat. n. nimio timore perterritus*. i. non fecit: quia timebat nimis. s. timuit verba Saulis, vel timuit hostes? melius tamen intelligitur, quòd timuit verba Saulis, videns eū venisse ad tantam calamitatem, ꝙ peteret ab eo occidi: & dicitur, quòd timuit. s. quòd quando dixit ista Saul irruit timor magnus in armigerum suum, & debilitatę fuerunt omnes vires eius, tantum, ꝙ etiā si voluisset obedire Sauli occidendo eum, non posset. Aliàs. n. non poneretur hic istud, tanquam causa præcedentis dicti. s. ꝙ armiger Saulis noluisset eū occidere. *Arripuit autem Saul gladium suum, & irruit super eum*. s. videns quòd armiger suus nolebat eum occidere, ipse seipsum occidit, irruendo super gladiū. Dicit Historia scolastica, quòd ideo irruit super gladium: quia debilitatus nimis erat, & non poterat se transfodere quāquam vellet, sed incubuit super gladium, vt sic sine suis viribus moraretur.

Mors Saulis.

An Saul peccauerit se occidendo. Quæstio IX.

QVAERET aliquis, an peccauerit Saul occidēdo seipsum. Videtur quòd sic, quia cuilibet est illicitum occidere alterum: ergo à fortiori erit illicitum occidere seipsum, cū magis debeat se quisq; diligere, quàm alterum. Item patet, ꝙ peccauerit, & perierit, quia dicitur 1. Paral. c. 10. ꝙ Saul non sperauit in Domino, propter quod interfecit eum: ergo videtur ꝙ mortuus est ex desperatione: sed qui desperat, peccat mortaliter: ergo Saul peccauit se occidendo. In contrarinm videtur, quòd non peccauerit: quia si peccasset se occidendo, perijsset ęternaliter, tamen non perijt: quia dicitur sup. ca. 28. Cras tu, & filij tui mecum eritis, & hoc dicebat Samuel, q̃ erat vir sanctus, de quo manifestum est, quòd erat ī loco sanctorum, & Saul illuc iuit: ergo non peccauit se occidendo. Item patet, quia quanquam regulariter sit peccatum, quòd aliquis seipsum occidat, tamen interdum potest aliquis se occidere sine peccato: sic fuit de Samsone, qui seipsum occidit, Iudi. c. 16. tamen excusatur ab omnibus sanctis doctoribus: & dicitur, ꝙ non peccauerit, vt ait August. 1. de Ciuit. Dei. Sic ergo esse poterat de Saule, ꝙ nō peccauerit. Respondendum, ꝙ Saul peccauit se occidendo: quia nulli licèt hoc agere in se, quod non liceret in alterum: sed non licèt alicui occidere alterum: ergo nec seipsum. Item quia non habuit Saul rationabilem causam se occidendi: nam ideo se occidit, vt non pateretur duros cruciatus ab hostibus, vel vt nō illuderetur ab eis, vt patet s̄, in litera. s. Percute me, ne veniant incircuncisi isti, & interficiant me, illudentes mihi: sicut igitur si Saul se occidisset, vt non pateretur maiores dolores ab hostibus, erat manifestè vituperabilis: quia hoc agebat ex pusillanimitate. s. vt non pateretur durissima; ita etiam, cū se interficeret, ne illuderetur ei, erat pusillanim⁹; q̄a sicut ad magnitudinem cordis pertinet cōtemptorem esse periculorum: ita pertinet contemptorē esse dedecoris, & iniuriarum: qui autem se occidit, vt non vituperetur, ex impatientia hoc agit: ideo s̄m Arist. vituperabilis est, & Augusti. reprehendit omnes huiusmodi: primo de Ciuitate Dei. reprehendit enim Catonem, qui se occidit, ne incideret in man⁹ Iulij Cęsaris, & hoc quia erubescebat subijci potestati eius: reprehendit quoq; Lucretiam excellentissimam romanarum matronarum, q̃ cū inuita adulteriū perpetrasset, vt non videretur consensisse, & ex hoc minueret̄ fama eius, seipsam gladio transfodit, cū factū suū lamentabiliter explanasset: simile tñ est de Saule, & de Catone: ideo Saul quoq; peccauit, vt Cato. Aug. quoq; ēt reprehendit ibi Saulē: ergo peccauit. Stoici tñ tenent, ꝙ gloriosa mors est, q̃ quisq; sibi inferre potest. Secunda aūt huic, q̃ viriliter pati potest pro virtute: & s̄m istos, non solū nō est peccatū, ꝙ aliquis se occidat in tali casu, sed etiā est laudabile, & virtutis opus. Isti tamen nimis contra rationem, & contra legem Dei loquuntur: quia non solum in aliquo casu hoc concedunt aliquib⁹ hominibus, sed generaliter ī omnibus istud laudāt. Ista fuit prima sententia Catonis, & consequenter multorū stoicorum. Rationabilius autem, & fidei conuenientius Aristo. nr̄ locutus est dicens, hm̄oi viros eē pusillanimes, & vituperabiles: & pp hoc ī 5. Ethi.

Arguit ꝙ sic. primo
Secundo
In oppositum.

Saul peccauit se occidendo: quia nulli licet seipsum occidere.

Stoicorū opin. refellitur.

Ethi. dicit, ꝙ iustè in legibus humanis pęnę infligũtur homini seipsum corrumpenti.i.occidēti.s.quia priuat sepulchro, vel infliguntur ei alia opprobria.

Hebræorum opinio impugnatur.

Hebræi autem dicunt, ꝙ non peccauit Saul se occidendo: quia cum necessariò moriturus esset, melius fuit, quòd ipse seipsum occideret, quàm ꝙ occideretur ab hostibus: hoc tenet Ra. Dauid Kimhi. Sed istud est valde irrationabiliter dictum; quia quanq̃ aliquis ineuitabiliter occidendus sit ab hostibus, ꝙ patiatur mortē ab eis est gloriosum, & est opus fortitudinis.s.mori, aliquid agendo contra hostem: ꝙ autem aliquis seipsum occidat, non est pati, sed agere in seipsum: & ista actio illicita est: nec valet, quòd ex quomodo scit quis se occidēdum, ꝙ melius est, ꝙ seipsum occidat, quàm alius eum occidat: quia hoc modo concluderemus infinita inconuenientia.s.ego scio de pecunia, quæ non bene custoditur, ꝙ aliquis eam furabitur, & tamē propter hoc, non licèt mihi furari: sed permittere ꝙ alius furetur, si non possum euitare. Sic etiam ingredientibus hostibus in aliquam vrbem, scio certissime de aliqua virgine ibi existente, ꝙ deflorabitur: & tamē non licèt propter hoc mihi eam deflorare: & sic applicabitur ad omnia mala: quanquam ergo aliquis sciat certissimè, ꝙ ab hostibus occidendus est, debet hoc pati, quando euadere non potuerit; seipsum tamen occidere illicitum est.

Nico. opinio improbatur.

Nicolaus autem videtur tenere, ꝙ Saul non peccauerit occidēdo se: & ad hoc dicit, ꝙ si aliquis occidat seipsum, vt maiores cruciatus euadat, illicitum est, & pusillanimitas: si tamen seipsum occidat, ne aliàs moriendo, vel viuēdo sequatur iniuria Dei vel diminutio cultus eius, poterit esse, ꝙ non peccet, & sic excusat Augu. primo de Ciuitate Dei, aliquas sacras virgines, quæ seipsas occiderunt, ne sęuam barbarorum libidinem paterenẽ: De Saule autem dicit, ꝙ sic fuit: quia si non occidisset seipsum, Philisthini venissent, & occidissent eũ, illudentes multipliciter: & quia Saul erat rex, & iniuria sua nō erat priuata, sed publica.s.totius regni, & consequenter redũdabat in Deũ, voluit seipsum occidere, vt non illuderent ei Philisthini ĩ offensam Dei, & ob hoc non peccauit. Sed non stat ista positio. Primo quantum ad id quod præsupponitur.s. ꝙ liceat alicui occidere seipsum, quando per mortem eius euitatur offensa, quæ aliàs Deo inferenda erat. Dicendum est enim, ꝙ istud non tenet generaliter, immo regulariter est illicitum, ꝙ aliquis se occidat, ne eo viuente sequatur aliqua offensio Dei, vt

Virgo nō debet se occidere, vt effugiat stuprum.

siquis vellet deflorare virginem violenter, dato ꝙ ipsa non posset se defendere, non deberet se occidere, ne pateretur stuprum, sed magis deberet inuolũtaria pati, & in hoc non peccaret, sed potius mereretur. Sic n dixit beata Lucia ad præsidem, qui volebat eã facere duci in lupanar.s. Si me inuitam in lupanar deduci feceris, castitas mihi duplicabiẽ ad coronam.i.magis merebor violenter sustinendo, quã si non deflorarer. Nec etiam impedit ad hoc, ꝙ in defloratione hac sequatur delectatio: quia si fœmina inuita patiatur illam, non minuitur meritum ex delectatione, cùm delectatio sequatur ibi ex necessitate, ex natura rei, & non ex consensu fœminæ defloratæ: ideo Augustinus generaliter dicit esse illicitũ, primo de Ciuitate Dei, ꝙ aliqua mulier se occidat, ne patiatur stuprum. Dicit tamē de quibusdam virginibus sacris specialiter, ꝙ ille se occiderunt, ne paterentur, & excusantur: quia Deus specialiter incitauit eas ad se occidendum. In alijs autem generalis regula est, ꝙ potius debent pati deflorationem, si se defendere non possunt, quàm ꝙ se occidant: sic ait Aug. primo de Ciuitate Dei. cap. 27. & patet hoc

F magis extra de sepul.c.ex parte parentum; vbi iubetur de quadam fœmina, quæ fugiens lapsa est in fluuium de pōte, ne defloraretur à quodam, qui eam violenter tenere volebat: quòd non tradatur ecclesiasticæ sepulturæ, si ipsa volēs se proiecit in fluuiũ, ne defloraretur: Si autem nolens se præcipitare, sed intendens effugere manus illorum, qui eam persequebantur, casu lapsa est, conceditur ei ecclesiastica sepultura: nemini tamē denegatur sepultura ecclesiastica, nisi illis, qui in manifestis peccatis mortalibus mortui sunt: ergo peccasset mortaliter illa puella, si se sponte proiecisset in fluuium, ne defloraretur. Nullus ergo se licitè occidere potest ex aliqua causa. Cùm autem obijcitur, ꝙ isti huiusmodi occidũt

G se, vt non diminuatur cultus Dei: minueretur autē si virgo sacrata, quæ proponit perpetuo continere, defloraretur: ideo videẽ, ꝙ possit se occidere, ne defloraretur. Dicendum, ꝙ si posset fieri, ꝙ ista mulier non defloraretur per aliquem actum, qui non inducit peccatum mortale, fieri deberet, & esset gratũ Deo. Occisio tamen innocentis est maius peccatũ, quàm violatio virginis Deo dicatæ: Deus autē non vult vt aliquis faciat maiora peccata, vt euitet minora: posset autem facere id, quod videtur minus, vt euitet maius, vt ait Gregorius ĩ Moralibus: & habeẽ in Decretis. dis. 13. cap. duo sunt & c. nerui testiculorum. Sed puella ista, quæ se occidit, ne defloraretur, occidit innocentem; quod peius est, quàm de

H florare virginem: ideo potius pati debuit, ꝙ defloraretur inuita, quàm ꝙ sponte se occideret. Si autem ipsa posset resistere, tolerando mortem, ne defloraretur, hoc gratum erat Deo: quia tunc ipsa non occidit seipsam, sed occidiẽ, & ad hoc tenetur; quia potius debet omnia mala pati, quàm malo cōsentire. Si tamen intelligit, ꝙ si se non occidat, capietur, & non occidetur, sed deflorabitur: potius debet adhuc deflorationem pati, quàm mortem sibi infligere.

Cap. Ad ... Nico...

Cùm autem dicebat Nicolaus secundò, ꝙ Saul occiderat seipsum, ne illuderetur, & hoc quia sequebatur inde contumelia Dei. Dicendum, ꝙ non consequebatur; quin potius Deus volebat inferre Sauli illam contumeliam, & maiorem propter culpã suã.

I Quod patet: quia sequenti die abscisum est caput eius, & portatum est per totam terram Philisthinorum, vt patet inf. in litera: deinde affixum est in templo Dagon, vt patet. 2. Paralipo. cap. 10. Corpus autẽ eius suspensum est in muro vrbis Bethsan, vt patet, inf. in litera: & hæc omnia Deus volebat fieri: ideo non erat contumelia Dei, ꝙ pateretur illusionem Saul à Philisthinis, & consequenter non debebat se occidere, vt non pateretur hoc. Item Saul non se occidit, vt non diminueretur diuinus cultus, vel nō inferretur dedecus per suam illusionem: quia ipse non poterat hoc euitare: nam dato, ꝙ se occideret, putaretur occisus ab hostibus, & ꝙ hostes fecerant ei quodcunq; illusiones voluerunt, sicut postea fece-

K runt: sed fecit hoc ex causa sua, scilicet, quia videbaẽ sibi durissimum tolerare illusiones, & hoc ex pusillanimitate: ideo potius voluit se occidere, quàm eludi: non ergo potest excusari.

Ad primam rōnem in oppo.

Ad primam rationem in contrarium respondetur, qñ dr̃ sup. cap. 28. Cras tu, & filij tui mecum eritis. Dicendum quòd non intelligitur quòd essent cum illo idest, manerent in loco, in quo ipse erat: sed quòd essent secum, idest, ꝙ essent mortui sicut ipse erat mortuus. Et quãquam Augustinus aliter exposuerit hoc 18. de ciui. Dei & habeẽ in decretis 26. quæst. 5. tamen expositio sua non tenet vt declaratum est sup. cap. 28.

Ad secundam.

Ad secundam rationem cum dicitur de Samsone, quòd seipsum occidit: & tamen excusatur. Dicendum est ꝙ aliquis

aliquis casus esse potest, in quo aliquis seipsum occi A
cidat: & non peccet, scilicet, si Deus inspirauerit ei
ꝙ se occidat: sed aliàs nunquam licitè seipsum occi-
det pro aliqua causa. De Samsone autem dicēdum
est quòd Deus inspirauerit ei quòd se occideret, vt
occideret multos de Philisthinis. Quod apparet Iu
di. capit. 16. nam Philisthini illudebant Samsoni in
vituperium Dei Israel: ipse autem īuocauit Deum
vt restitueret ei fortitudinem: & restituit immedia-
te: concutiensq; domum fecit eam corruere. Si ta-
men Deus non consensisset huic morti, non exaudi
uisset ipsum orantem. Exaudiuit tamen quia illico
restituit ei fortitudinem, ergo inspirauit ei, quòd se
occideret: & sic iste excusabilis est, & omnes eum ex
cusant. Saul autem non est excusabilis: præsertim B
quia Saul agebat ad occidendum seipsum solum, &
non Philisthinos. Samson autem non faciebat, vt se
occideret, sed Philisthinos, quanquā putabat se mo-
riturum cum eis: poterat tamē esse aliquis casus, vt
ipse non moreretur: ideo non erat simile in eo, &
in Saule. Item quia Samson occidit se, vt occideret
hostes. Nam dixit moriatur anima mea cùm Phili-
sthijm, Iudi. cap. 16. Saul vero seipsum occidit, vt ef
fugeret illusionem. Laudabilior autem est causa Sā
sonis: ideo non excusatur Saul, sed Samson.

An Saul damnatus fuerit æternaliter. Quæstio X.

QVAERETVR vlterius, an Saul dānatus fue- C
rit æternaliter. Aliquis dicet quòd sic, nā Saul
mortuus est propter iniquitates suas. 1. Parali. c. 10.
sed qui moritur in iniquitate, perit æternaliter: er-
go condemnatus est Saul. Item Saul peccauit mor-
taliter se occidendo, vt pręcedenti quæstione decla
ratum est: ergo damnatus est, quia qui in peccato
mortali decedit, ætetnaliter perit. In contrarium
videtur: quia sup. ca. 28. dixit Samuel Sauli: Cras tu,
& filij tui mecum eritis: sed Samuel erat in loco san
ctorum: ergo illuc iuit Saul: quia Samuel non men-
tiretur. Respondendum est, quòd Hebræi tenent,
quòd Saul saluatus est: & motiuū suum est, quia di-
cunt quòd non peccauit seipsum occidendo, cum
necessariò moriturus esset. Sic tenet Ra. Dauid Ki- D
mhi. Item dicunt, quòd Saul meruit ex hoc, quòd
confessus est peccatum suū coram Samuele, & eru-
buit, ideo Deus saluauit ipsum ex hoc. Sed ista non
stant: de primò patet: quia nimis irrationabile est, ꝙ
liceat alicui se occidere, si ab alio occidēdus est, sicut
declaratum fuit præcedenti quæstione: vnde pecca-
uit grauiter Saul se occidendo. Secundò non stat
scilicet, quòd Saul meruerit confitendo peccatum
suum coram Samuele; quia non apparet an istud
dixerit, q̄a dolebat de peccato, vel quia necesse erat,
quòd referret infortunium suum, quòd euenerat ei
ex peccato, vt Samuel responderet ei: & magis vide-
tur, ꝙ fecerit propter hoc, quàm propter primum.
Sed adhuc dato, ꝙ Saul meruisset confitendo pecca E
tum, non sequitur quòd saluatus est, quia meritum
saluat, si post illud peccatū non eueniat: Saul tñ pec
cauit hic se occidendo postq̄ meruerat: iō oīa meri-
ta fuerunt irrita ad salutem suā. Nicolaus aūt tenet
cū Hebræis, ꝙ saluatus fuerit pp motiua Hebræo-
rū: ēt quia cū sciret se moriturū in bello, nō recusa-
uit illuc ire, & cum sciret filios suos morituros, non
reuelauit eis, vt recederent à bello. Item dicit, quòd
Saul à principio regni fuit valde bonus, quia nō erat
in Israel vir melior illo, vt patet supra capit. 9. ideo
credēdum est, quòd propter illam bonitatem Deus
eum disposuerat taliter, vt saluaretur. Hoc autem te
net sub ambiguo dicens, quòd non recolit se inue-

Arg. 1. (margin, beside "QVAERETVR")
Secūdo. (margin, beside "taliter se occidendo")
Opin. Nicolai refellitur. (margin, beside "saluat, si post illud")

nisse determinationem contrariam. Sed non stat
ista positio: nam prima ratio non concludit: quia li-
cet Saul venerit in bellum sciens se moriturum, nō
apparet, an hoc fecerit propter Deum, vel propter
timorem: & fortè dicetur, quòd magis egit propter
timorem, quia cū dixisset ei Samuel, quòd cras mo-
reretur ipse, & filij sui, putauit impossibile esse, quòd
mortem elideret: sed, quòd siue iret ad bellum, siue
non, vbicunque esset, occidendus erat: ideo voluit
potius mori in bello, quàm alibi. Sed adhuc dato,
quòd non egisset propter timorem, sed volens con-
formare voluntatem suam voluntati diuinæ in vo-
lito, quod erat cuiusdam perfectionis, non prode-
rat, quia post istud meritum peccauerit se occiden-
do, ideo priora merita euacuata sunt. Ad secundam Ad secundam rationem.
rationem dicendum eodem modo, scilicet, ꝙ non
patet, an meruerit, non reuelando filijs suis mortē: Ad tertiā.
sed dato, quòd meruerit, meritum extinctū est per
sequens vitium. Ad tertium cum dicit, quòd non
reperit determinationem aliquam in contrarium.
Dicendum, quòd quanquam non legerit, vel non
recolat se legisse, tamē determinatio Augustini est,
quòd perierit æternaliter, vt patet 18. de Ciuit. Dei: Saul dānatus est, q̄a se occidit.
& habetur in decretis 26. q. 5. cap. nec mirum. Dicen
dum igitur, quòd Saul peccauit se occidendo, &
æternaliter perijt. Sed aliquis dicet, quod circa hoc
non erat dubitandum: nam cum constet, quòd pec-
cauit se occidendo, constat, quòd mortuus est in pec
cato, & quòd æternaliter perijt. Dicendum, quod
quanquam peccauerit se occidendo, tamen non ex
hoc sequitur, quod damnatus sit; quia tamen multi
peccant, & non pereunt æternaliter, eoꝙ non dece-
dunt in ipso peccato. Sed aliquis dicet, quod hoc nō
stat: quia istud tenet in peccatis illis, post quæ homo
non decedit immediatè: nam potest dolere de his, &
consequenter saluabitur. In occisione autem non
erat sic: q̄a in ipsomet actu occisionis decessit Saul:
ergo si peccabat se occidendo moriebatur. Dicen-
dum, ꝙ satis stat, ꝙ Saul se occideret, & tamen non
decederet in pctō, quia fortè non perijt immediatè,
vt incubuit super ensem, sed aliquantulum superui-
xit, & in illo modico poterat dolere, ꝙ sibi manus
iniecerat, & saluaretur: sed adhuc dato, ꝙ mox, vt
incubuit super ensem mortuus esset, poterat saluari,
quia necesse est dari tempus medium inter peccatū
Saulis & mortem suam. Nam peccatum suum solū
fuit volendo sibi ensem incutere, & incipiendo in-
cumbere super eum: ꝙ aūt postea ensis perforaret
viscera eius, & ex hoc moreretur, nō erat actio sua,
sed passio: iō non durabat tunc actus peccati: & sic
poterat esse, ꝙ tunc doleret, ꝙ sibi ensem incusserat,
& saluaretur: præsertim quia sufficit motus contri-
tionis, vel attritionis ad saluandum hominem, & fit
in instanti: ideo nemo potest negare, quin Saul ha-
buerit locum ad dolendum de peccato, & consequē
ter potuerit saluari. Dicendum tamen, ꝙ non est ve
risimile, ꝙ doluerit de peccato: quia cum ipse incu- Non doluit Saul de pctō.
buerit super ensem, ille penetrauit mox omnia vita
lia eius, & mortuus est: & sic quanquam non sit im-
possibile intercidere contritionem inter mortem,
& peccatum: tamen non est verisimile, ꝙ intercide-
rit, quia nihil fuit medium inter hæc, nisi intolerabi
lis dolor subitaneus, & mens attonita: ad hoc tamē,
ꝙ aliquis doleat de peccato, oportet esse attentio-
nem, & ꝙ mens conuertat se supra se: non est ergo
verisimile vllatenus, ꝙ Saul pęnituerit: & sic perijt
æternaliter. Ista est sententia Aug. 18. de Ciui. Dei: &
habetur in Decretis 26. q. 5. c. nec mirum. cum dr̄. Et
qūo homo Dei, qui cū Abraham in refrigerio erat,
diceret ad virū pestilētię, dignū ardore gehēnę. Cras
me-

mecum eris? & post hoc dicit: Sub habitu, & nomi-
ne Samuelis, Satanas contra legem se adorari per-
misit, & virum peccatis præssum, cùm magna distā-
tia peccatorum, & iustorum sit, cum Samuele iustis
simo futurum, mentitus est: verum potest dici, ve-
rum posse videri, si de Samuelis nomine taceatur:
quia Saul cum Diabolo futurus erat. Ecce tam ma-
nifestè Aug. profitetur, ꝙ Saul damnatus sit. Ad ra-
tionem in contrarium, cum dicitur: Cras tu, & filij
tui mecum eritis, respondet Aug. vbi supra, ꝙ non
locutus fuit ista Samuel, sed Satanas, & iste mentit[9]
est, ꝙ Saul futurus esset cum Samuele: quia Satanas
mendax est, & pater mendacij, Ioā. cap. 8. Vel aliter
dicit, ꝙ Satanas verum dixit. s. ꝙ Saul futurus erat
cum eo, eo ꝙ damnandus erat, & maneret in æter-
num cum Satana. Ista responsio sufficiens esset no-
bis in hac parte: sed non tenebimus eā propter duo.
Primò: quia præsupponit, ꝙ iste, q̄ locutus fuit Sau-
li, non fuit Samuel, sed satanas, quod est contra ea, q̄
declarauimus supra cap. 27. Secundò non est tenen
da, quia Aug. solum intendit dicere de Saule, ꝙ dā-
natus sit: & tamen si dicatur, ꝙ satanas ista dixit, &
verum asseruit, non solum sequitur Saulem damna
tum esse, sed etiam filios suos: sed hoc non est verisi-
mile, maximè de Ionatha, qui erat vir bon[9], & pro-
fecit nimis Dauid, exponendo se contra maliciam
Saulis, vt patet supra. c. 18. vsq; ad 23. & nunc mor-
tuus est in actu meritorio. s. pugnādo pro terra sua.
Ideo respondendum est aliter. s. ꝙ non intelligatur
ista auctoritas de māsione post mortem, in tali, vel
Ad rōnē in principio. tali loco, sed de ipsa morte. s. ꝙ Saul, & filij sui essent
cras cum Samuele. i. mortui, sicut ipse. Ad rationes
pro parte nostra, quæ quanquam verū concludāt,
Ad primā quia tamen non concludebant sufficienter, dicen-
dum, cùm primò dicitur. 1. Paralipo. ca. 10. ꝙ mor-
tuus est Saul propter iniquitates suas; ꝙ ex hoc non
sequitur, ꝙ perierit æternaliter: quia aliud est mori
pro iniquitatibus, & aliud mori in iniquitatibus: si-
quis moritur secūdo modo, damnatur: si autem pri
mo modo, non sequitur quòd damnatur: quia tūc
mors infertur tanquam pœna peccatorum, & po-
test aliquis dolere de illis, & tamen propter hoc nō
aufertur pœna: ideo potest mori aliquis pro iniqui-
tate sua, & non damnabitur: sic patet de omnibus,
qui pro maleficijs præcepto iudicis occiduntur: nā
Ad secundam. omnes illi possunt saluari. Ad secundam rationem,
cùm dicitur: peccauit occidendo se, ergo perijt ęter
naliter: dicendum, ꝙ non sequitur, quia inter actū
malum, & mortem erat tempus mediū, in quo pote
rat Saul dolere de peccato, & non periret. *Quod cum vidisset armiger eius.* Videlicet ꝙ mortuus est Saul. s.
Saul iusserat armigero suo, vt occideret eum, q̄ no-
luit: ideo putauit ꝙ Saul nō se occideret: cū autem,
vidit eum mortuum, extimuit nimis, & occidit se.
Irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo. i.
cùm armiger videret mortuum Dominum suum,
noluit superuiuere, sed sequi eum in mortem, & oc
cidit se eodem genere mortis, scilicet irruendo su-
per gladium suum.

An armiger Saulis seipsum occidens peccauit. Quæstio XI.

QVAERET aliquis, an iste armiger peccauit se
occidendo. Respondendum, ꝙ sic: quia nulli
licet occidere seipsum, nisi Deus eum ad hoc indu-
xerit, iubendo, vel inspirando: de hoc autem non vi
detur, ꝙ Deus ei iusserit, nec est verisimile: quia cū
occidere se ipsum sit peccatum, Deus nunquam ali
cui hoc iubebit, vel inspirabit, nisi sequatur magna

F vtilitas inde: sicut fuit in Samsone, qui moriens oc-
cidit multoplures de Philisthinis, quàm viuens occi
derat, vt patet Iudi. cap. 16. hic autem nō secuta fuit
aliqua vtilitas, ideo Deus non iussit, nec inspirauit
isti, ꝙ se occideret: hoc autem tenent conformiter
omnes doctores, tam Catholici, quàm Hebræi: po-
tissimè quia de Saule declaratum est, quod peccas-
set se occidēdo, & tamē ille habebat aliqualem cau
sam se occidendi, ne illuderetur à Philisthinis, cùm es
esset rex: iste autem nullam causam habebat, cum es
set vir plebeius, ideo peccauit. Item quia iste egit ex
desperatione. s. quia vidit mortuum Dominū suū,
ideo cernens omnia bona sua perijsse, in quibus cō-
fidebat, noluit superuiuere: sic enim fuit de Anchise
G patre Aeneę, qui erat vnus de principibus Troianis
cognatus regis Priami: cernens autem Troiam gla-
dio, & igne deletam, in qua cōfidebat, & in qua erat
gloriatio sua, nolebat superuiuere, sed mori inter
hostes, quanquam posset fugere: ideo cum Aeneas
filius eius suaderet ei, vt fugeret in aliam regionem
cum eo, & saluaretur, noluit dicens.
Absit, vt excisę possim superuiuere Troię. & sequitur.
Talia pręstabat memorans, Fixusq; manebat.
Vt ait Virgilius 2. Aeneidos. Item quia dicunt He-
bræi, & Historia scholastica, & Nicolaus, ꝙ iste armi
ger Saulis erat Doeg Idumæus: quod satis verisimi-
le est: quia iste erat nimis familiaris ei: & dicitur sup.
c. 22. ꝙ erat primus inter seruos regis: sciens autem,
H ꝙ mortuo Saule, regnaret Dauid, & ille affligeret
eum durissime: quia Doeg fuerat sibi contrarius, &
accusator eius apud Saulem, & criminator sacerdo
tum, propter quem perijt tota domus Achimelec,
sup. cap. 22. voluit se occidere, vt leui morte durissi-
mos, quos expectabat, effugeret cruciatus: sed istud
illicitum est, sicut est sententia omnium doctorū, &
Augu. 1. de Ciuitate Dei. ca. 17. ideo peccauit iste se
occidēdo. *Mortuus est ergo Saul, & tres filij eius.* s. Saul
mortuus est: quia seipsum occidit, filij autem eius
mortui sunt ab hostibus, & prius mortui sunt filij
Saulis, quàm ipse, vt patet supra in litera: ponitur ta
men prius de Saule: quia dignior erat. *Et armiger eius.*
Iste mortuus est post Saulem occidens se: quia vidit
I Saulem mortuum, supra in litera. *Et vniuersi viri eius.*
Non intelligitur istud de omnibus viris Saulis. i. de
omnibus subditis: quia non perierunt in bello om-
nes, qui illuc iuerunt, sed maior pars fugiens salua-
ta est, vt declaratum est in secunda quæstione huius
cap. sed vocantur viri Saulis solum domestici sui, q
solum astabant ei, & erant de familia sua, & pars do
mus eius. Sic patet. 1. Paralipo. c 10. cùm dicitur: In-
terijt ergo Saul, & tres filij eius, & omnis domus il-
lius pariter concidit: domus autem vocatur familia
sua: & sic videtur, ꝙ soli viri, qui erāt familiares Sau
lis, mortui sunt, reliqui verò Israelitę fugerunt. *In die illa pariter.* s. omnes isti mortui sunt in die vna. s.
Saul, & filij sui, & armiger, & familiares: eo ꝙ bellū
K non durauit nisi illa die, fugatis illico Israelitis à fa-
cie Philisthinorum: sic enim dixerat Samuel Sauli:
Cras tu & filij tui mecum eritis, vt patet sup. c. 28. &
tamen quādo ista dicta sunt, Saul nō erat in castris,
sed cum Pythonissa in ciuitate Endor, & consequē
ter non erat inceptum bellū: ergo die, qua cępit, fi-
nitū est, & in illa perierunt omnes, de quibus dicit
hic. Non tamē est intelligendū vniuersaliter, ꝙ oēs
familiares Saulis perierint: qa Abner erat præcipu[9]
familiaris eius. s. princeps militię, & patruelis eius,
sup. c. 14. & iste non perijt bello, quia sequenti lib. c.
2. dicitur quomodo ipse constituit Isboseth filium
suum in regem: sed dicitur, ꝙ omnes perierūt, quia
pauci manserunt: scriptura aūt ponit oēs, pro mul-
tis, Omnes ꝓ multis scriptura ponit.

tis, vt patet Gen. capit. 41. scilicet omnes prouinciæ veniebant in Aegyptum vt emerent escas: & tamẽ certum est, quòd non veniebant omnes, sed aliquę. *Videntes autem viri Israel, qui erant trans vallem, & trans Iordanem.* Hic ponitur fuga Israelitarũ de locis suis: videntes enim, quòd perijsset in bello rex, & filij sui, & fugissent Israelitæ, dimiserunt ciuitates suas fugientes ad alia loca: isti autem erant, qui habitabãt apud terram Philisthinorum, quia putauerũt, quòd ibi non possent se defendere ab hostibus. Et dicitur: qui erant trãs vallẽ: istud intelligitur de quadã valle magna, quæ erat in terra Israel, quæ vocatur excellenter vallis, non expresso alio nomine, quia illa erat excellentior inter omnes valles terræ Israel: ista autem erat apud Iordanem: locus enim, per quẽ defluit Iordanis est vallis quædam magna, quæ Hebraicè appellatur, Aulon: nunc autẽ ab incolis Gortus dicitur, in qua sunt vites famosissimæ, & arbores de quibus balsamus nascitur: nec est preciosius quidquam in tota terra Israel, vt ait Iosephus in libro de bello Iudaico, & Solinus impolystor capitulo de Iudæa: & habetur in libro de Situ terræ Sanctæ. Ista vallis erat nunc apud terrã Philisthinorũ, ideo habitatores eius fugierunt. Dicitur autem de habitantibus trans vallem, & trans Iordanem, & utrunque intelligitur de habitantibus in valle Iordanis: sed dicuntur habitantes trans vallẽ: i. apud Iordanem, in parte occidentali eius, & trans Iordanẽ dicuntur esse habitatores in parte eius: vtrique autẽ in eadẽ valle Iordanis sunt: sed dicitur de vtrisque, trans, scilicet, quia vtrique erant occidẽtales, respectu terræ Philisthinorum. 1. Paralip. capit. 9. dicitur, quòd cùm vidissent viri Israel, qui habitabant in cãpestribus & accipitur pro istis, vt patet ibi ex historia, quæ eadem est hic, & ibi. Dicuntur tamen esse in campestribus, idest, in terra non plana, quia quæcunque terra non plana vocatur, modo Hebraico, terra campestris: & sic propriè valles vocantur campestria: sic patet Iosue cap. 11. scilicet. Qui habitabant in montanis, & planicie, & campestribus: & sic distinguuntur ibi campestria, contra montes, & loca plana: ergo campestria sunt valles: & sic ad idem reddit vterque textus. *Quod fugissent viri Israelitæ, & quòd mortuus esset Saul, et filij eius,* scilicet, ista fuit eis causa timoris, & recessus de ciuitatibus suis.

Fuga Israelitarũ de locis suis.

Quare Israelitæ fugiunt de ciuitatibus suis. Quæstio XII.

QVAERET aliquis, quare fugerunt Israelitæ pp hoc de ciuitatibus suis. Respondendum, quod fuit propter duo: primum, quia putauerunt quòd non possent resistere Philisthinis, quia si totus Israel non potuit stare coram facie Philisthinorũ, & Saul & filij sui, qui conati sunt stare mortui sunt, quantominus ipsi possent resistere? ideo fugerunt de locis suis, ne Philisthini irruerent super illos pp propinquitatẽ terræ, & occiderent eos. Secundum fuit, quia dato, quòd Israelitæ fugissent à facie Philisthinorum, si mansisset aliquis, qui defenderet istos Israelitas, resistendo iterum Philisthinis, non fugissent de locis suis, nullus tamen manebat: quod innuitur, cũ dicitur, quod mortuus esset Saul, & filij eius, ideo fugerunt. Sed obijcietur, quod non mortui fuerant omnes filij Saulis, cùm mansisset Isboseth, qui postea factus est rex, sequenti lib cap. 2. Dicendum, quòd Israelitæ non fecerunt mentionem de isto, quasi non esset, eo quòd erat vir pauidus corde, & ineptus ad bellum, vt resisteret hostibus: quod satis apparet sequenti lib. cap. 3. vsque ad quintum: ideo

A nullam fiduciam habentes in eum, fugerunt de vrbibus suis. *Reliquerunt ciuitates suas, & fugerunt,* scilicet putantes quod Philisthini irruerent nunc super omnes vrbes finitimas: ipsi autem non possent defendere illas: istud tamen fuit ex conditione generali succumbentiũ in bello; quia illi efficiuntur tunc plus timentes, quàm oporteat: nam Philisthini finito illo bello, nullam vrbem Israelitarum inuaserunt: sed solum occupauerunt eas, quas inuenerunt vacuas: eo, quod nunc moti fuerant Philisthini à Deo pp Saulem, vt ille moreretur in bello: hoc ideo facto, Deus non mouit Philisthinos ad infestandũ Israelitas, & tunc ipsi non curauerũt plus eos persequi. *Veneruntq; Philisthijm, & habitauerunt ibi,* scilicet scientes, quòd

B fugissent Israelitæ de vrbibus illis, occupauerũt eas, quia erat terra illa nimis fructifera, & desiderabilis. *Facta autem die altera.* Hic ponitur secundum huius c. scilicet, Saulis vituperatio: quia post mortem suam turpiter à Philisthinis tractatus est, vt ipsi extollerẽt victoriam suam, & dicitur: facta die altera, scilicet die sequenti, post mortem Saulis, & filiorum suorum: nam die illa solum pugnauerunt Philisthijm, & non conuersi fuerunt ad spolia, sed die sequenti. *Venerunt Philisthijm, & spoliauerunt interfectos,* scilicet, q iacebant in monte Gelboe, & acceperũt omnia spolia ipsorum. *Et inuenerunt Saul, & tres filios eius iacentes in monte Gelboe.* s. quia ibi iacebãt alij, cùm fuissent ibi factum bellum: erant autẽ simul Saul & filij sui, qa

C in eadem acie erant, & coniuncti in eadem parte.

Philisthini quomodo cognouerunt Saulem, & filios suos mortuos. Quæstio XIII.

QVAERET aliquis, quomodo cognouerunt Philisthini Saulem, & tres filios eius. Aliquis dicet, quòd cognouerunt eos per insignia: sed tunc obijcietur, quod Saul non habebat tunc insignia, quia Amalecites vir, q venit ad Dauid tulit diadema eius, & armillã, quæ erant insignia regis, vt patet sequenti lib. cap. 1. Dicendum est, quod Philisthini poterant cognoscere Saul, & filios suos ex aspectu, quia sæpe venerant isti in bellum contra Philisthinos, &

D ibi viderant eos Philisthini, & potissimè poterant eos videre, & cognoscere, quia verisimile est, quod viderent illos in terra Israel: nam pro ineunda pace, vel conuentu aliquarum rerum multoties Philisthini irent ad regem Israel, & Israelitæ ad reges Philisthinorum, & ibi possent Philisthini cognoscere Saulẽ; & filios suos. Aliter etiam dici potest, quòd cognosci poterant per insignia sua, quia fortè habebant aliqua insignia specialia, vel saltem per insignia generalia, scilicet per apparatum vestium, & fulgorem armorum, cæterarumque rerum: quia ista differrent in Saule, & filijs suis ab eis, quæ habebant populares. *Et præciderunt caput Saul.* Istud fuit ad ostendendum victoriam suam.

E

Quare præciderunt Philisthini caput Saulis, & non filiorum eius. Questio XIIII.

QVAERET aliquis, quare præciderunt caput Saulis, & non capita filiorum suorum. dicendum, quod hoc fuit propter duo: primum fuit ad significãdum victoriam: erat enim Saul hostis Philisthinorum: putauerunt autem Philisthini se habere magnificam victoriam, cum occiderunt Saulem: ideo ad ostendendam victoriæ magnitudinem, miserunt caput Saulis per totam terram Philisthinorũ, vt omnes gauderent videntes caput hostis sui præcisum, & ex hoc magnificarent Deos suos, quasi dedissent

dissent

diſſent eis illam victoriā: ſic patet immediatè, ſcilicet. Miſerunt in terram Philiſthinorum per circuitum, vt annunciaretur in templo idolorum, & in populis. Poſtea etiam affixerūt caput iſtud in templo Dagon, vt patet 1. Paralipo. cap. 10. de filijs autē Saulis non curauerunt, quia viſum eſt eis ſufficiens ſolum præcidere caput Saulis ad portandū per terram Philiſthinorum, eo, quòd ille erat principalis hoſtis eorum, & princeps cęterorum hoſtium: ob hoc autem tulerunt arma Saulis, & poſuerunt in tēplo Aſtaroth, vt patet infra in litera: arma autem filiorum ſuorum in nullo templo poſuerunt, ſed rapuerunt ſibi, ſicut reliqua ſpolia: motiuum autem præcipuum Philiſthinorum ad mittendū caput Saulis per terram ipſorum fuit, quia conſuetudo erat apud antiquos, quòd victores ducerent caput hoſtis ſui præcipui per terram ſuam, ad ſignificandam lætitiam: & ſic fecit Dauid, quando Iſraelitæ præualuerunt contra Philiſthinos, & ipſe occidit Goliath: nam duxit caput eius coram Saule in Ieruſalem, & ferebat per omnes ciuitates Iſrael, egrediebanturq; mulieres de vniuerſis vrbibus cantantes, & choros ducentes in occurſum Saul regis in tympanis lætitiæ, & in ſiſtris, & dicebant: Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia: ſupra capit. 18. Nunc autem verſa vice fecerunt Philiſthini de capite Saulis: ipſi nanque ſciebant quid Iſraelitæ egiſſent de capite Goliath: nam ipſi retulerunt, quomodo cātabant mulieres coram Dauid: Percuſſit Saul mille, &c. ſupra capit. 21. & 29. Iſraelitæ autem duxerant caput Goliath per terram ſuam potius, quàm caput alicuius alterius Philiſthini, eo quòd iſte erat fortiſſimus Philiſthinorum, ſupra capit. 17. & in eo erat tota ſpes illorum: vnde ipſo occubente, omnes fugerunt, vt patet eod. capit. ſcilicet. Videntes autem Philiſthijm, quòd mortuus eſſet fortiſſimus eorum, fugerunt. Secunda cauſa, propter quam amputatum eſt caput Saulis fuit, quia Deus voluit, quòd pateretur iſtam ignominiam: & quanquam mortui nihil ſentiant de malis, quæ inferuntur hic corporibus eorum, tamen aliquo modo pertinet ad eos honor, vel dedecus, quæ inferuntur eis hic, non tamen tantum, vt honor hic exhibitus, vel proſperitas pronepotum alicuius mortui efficiant fœlicem eum, qui non eſt, vel dedecus hic inflictum mortuo, & infortunia pronepotum auferant fęlicitatē ei, qui fęlix eſt, vt declarat Ariſtot. 1. Ethicorum in capit. Pronepotum autem fortunas: pro eo tamen modico, quod pertinet ad defunctos de malis, quæ eis infliguntur hic, ſaltem ſecundum opinionem ſuperſtitum, voluit Deus Sauli inferre hoc dedecus, ſcilicet, quòd caput eius ferretur per totam terram Philiſthinorum. Iſtud etiam exiſtimant tanquā pęnam mortuorum omnes populares: vnde leges humanæ inferunt interdum homini pœnā poſt mortem: ſic ait Ariſto. 5 Ethicorū, ſcilicet. Pœna adeſt ſeipſum corrumpenti, ſcilicet infligitur pœna ſecūdum legem homini occidenti ſe: iſta autem eſt, ꝙ ſepulchro careat, vel quòd trahatur per terram cadauer eius, & ſimiles pœnæ. Filij autem Saulis non peccauerant, vel ſaltem non tantum, ſicut Saul: ideo non paſſus eſt, quòd inferretur eis iſtud dedecus ſicut Sauli: quanquam paſſus eſt quaſdam alias ignominias inferri, ſcilicet, quòd ſuſpenderentur corpora eorum de muro Bethſan, vt patet in litera. *Et ſpoliauerunt eum armis*. Iſta conſecrata fuerunt poſtea in templo Aſtaroth, vt patet infra in litera, & 1. Paralipo. cap. 10. *Et miſerunt in terram Philiſthinorum per circuitum*, ideſt, per omnes ciuitates Philiſthinorum, vt omnes viderent, & gauderent de victoria belli: iſtud

F non intelligitur de armis, ſed de capite: ſic fecerūt
Iſraelitæ de capite Goliath, ſupra capit. 18. *Vt annun*
ciaretur in templo idolorum, & in populis. Ideſt, iſtud fuit,
vt victoria Philiſthinorum nunciaretur in omni-
bus populis terræ ſuæ, & in omnibus templis idolo-
rum, & omnes gauderent.

Quare Philiſthini voluerunt iſtam victoriam in templis idolorum annunciari. Quæſt. XV.

QVAERET aliquis, quare Philiſthini volue-
runt annunciari iſtam victoriam in templis
idolorum. Dicendum, quòd fuit ad laudem Deo-
rum ſuorum, quia ipſi gaudebant de victoria, tan-
G quam Dij ſui contuliſſent eam, ideo honorabant
eos propter illam: quod patet, quia in terra Phili-
ſthinorū erant tres Dij præcipui, ſcilicet Aſtaroth,
de quo infra dicitur: & Dagon, qui erat Deus Ge-
thęorum, in cuius templo poſuerunt arcam Phili-
ſthini, quando acceperunt eam in bello, ſupra cap.
5. & Beelzebub Deus Acaronitarum, ad quem con-
ſulendum ibant aliqui de filijs Iſrael, vt patet infra
4. lib. capit. 1. nam illuc miſit rex Ochozias vt reſpō
deret de ægritudine ſua. eod. capit. His autem Dijs
Philiſthini attribuebant victoriam ſuam: nam in
templo Aſtaroth poſuerunt arma Saulis ad manen
dū ibi ſemper, vt patet infra in litera: & quia Deus
Dagon habebatur honorabiliſſimus inter Philiſthi-
H nos, poſuerunt in templo eius caput Saulis, vt patet
1. Paralip. capit. 10. Quòd autem eſſet honorabiliſ-
ſimus patet, quia Philiſthini, cùm acceperunt arcā
in bello, non poſuerunt eam prius in templo alicu
ius Dei, quàm in templo Dagon, vt patet ſupra cap.
5. in templo autem Beelzebub non legitur, ꝙ poſue
rint Philiſtijm aliqua ſpolia belli: ſed credēdum eſt,
quòd poſuerint aliqua localia. Erant autem in hoc
Philiſthini inſipientes nimis, quia cum Dij ſui eſſēt
lapidei, & lignei, non poterant adiuuare eos, potiſ-
ſimè quia Dagon, qui erat Deus opinatiſſimus in-
ter Philiſthinos, non potuit conſiſtere coram arca
Domini, ſed corruit ad pedes eius, & cùm ſubleuaſ
ſent eum miniſtri ſui, corruit iterum coram arca, &
I abſciſſum eſt caput eius, & manus ſupra cap. 5. Erat
tamen iſta inſania antiquiſſima, ideo quanquā ra-
tio conuinceret illos, non eſſe Deos, nec aliquid ha-
bere virtutis, ſemper putabant Philiſthini, quòd illi
adiuuabant eos in bello, credebant tamen, ꝙ Deus
Iſraelitarum erat maior Dijs ſuis, & quòd non po-
terant Dij ſui defendere eos à Deo Iſrael, ſi ille vel-
let percutere eos: ſic patet ſupra capit. 4. ſ. Timue-
runtque Philiſthini, dicentes: Venit Deus in caſtra,
& ingemuerunt dicentes. Vę nobis: non fuit enim
tanta exultatio heri, & nudius tertius. Væ nobis:
quis nos ſaluabit de manu Deorum ſublimiū iſto-
rum? hi ſunt Dij, qui percuſſerunt Aegyptum om-
K ni plaga. *Et poſuerunt arma eius in templo Aſtaroth*. Iſte
eſt vnus de Dijs excellentibus Philiſthinorum, ideo
ad honorandum eum, poſuerunt in templo eius
arma Saulis.

Poſuerunt Philiſthini arma in templo Aſtaroth, & non aliorum Deorum propter duo. Quæſtio XXVI.

QVAERET aliquis, quare poſuerunt arma in
templo Aſtaroth, & quare magis in templo
Dei huius, quàm aliorum Deorū Philiſthinorum.
Reſpondendum ad primum, quòd poſuerunt ibi
arma propter duo: primo ad honorem Dei iſtius,
quia Philiſthini putabant victoriā ſibi collatā fuiſſe
à Dijs

à Dijs suis, ideo volebant ponere in templis ipsorũ aliqua insignia victoriæ, vt quando illa viderentur, laudarentur Dij, quia dederant victoriam illam: sic enim Dauid fecit: nam occiso Goliath, posuit gladium eius in tabernaculo Domini, & conseruabatur ibi post Ephod, vt patet supra cap. 21. Et erat hoc ad laudem Dei Israel: semper enim apud Gentes obtinuit ista consuetudo, vt honorarentur Dij de victorijs ipsorum. Ad secundum dicendum, quòd posita fuerunt arma Saulis in tẽplo Astaroth, quia erat vnus de Dijs principalibus Philisthinorum. Si autem obijciatur, quare nõ posita fuerunt in templo alterius Dei: dicendum, quòd inter Philisthinos erãt tres Dij principales, scilicet Astaroth, Dagon, & Beelzebub: maior autem erat Dagon; ideo in templo eius positum fuit caput Saulis, ut patet 1. Paralipo. capit. 10. Secundus erat Astaroth, & in tẽplo eius posita fuerũt arma, vt patet hic: tertius erat Beelzebub, & in templo eius nihil legitur positum fuisse: sed credendum est, quòd fuerunt aliqua insignia virorum bellatorum posita in templo illius.

Tres Dij principa. Philisthinorũ.

Corpus verò eius miserunt in muro Bethsan. Suspenderũt in muro vrbis Bethsan: ista vrbs est in sorte Iudæ: fuerunt etiam posita corpora filiorum Saulis in eodem muro, vt patet infra, cùm dicitur, ꝙ viri Iabes tulerunt cadauer Saulis, & filiorum eius de muro Bethsan: fuit autem ista suspensio facta ad dedecus Saulis, & ad gloriam victoriæ, & quia illi tres viri erant filij regis, illos solum suspenderunt non curantes de cadaueribus popularium. *Quod cum audissent habitatores Iabes Galaad.* Hic ponitur tertium, scilicet honorabilis, & deuota tumulatio, quam fecerunt viri Iabes Galaad de cadaueribus Saulis, & filiorum eius: fuerunt autem isti viri Iabes studiosi nimis circa Saulem, quia benefecerat eis Saul specialiter, scilicet ĩ principio regni Saulis venit Naas rex filiorum Ammon, volens occidere viros Iabes Galaad, vel saltem eruere eis oculos dextros, vt patet supra cap. 11. Saul autem liberauit eos tunc, ideo voluerunt ei reddere vicem pro hac misericordia: & vocatur Iabes Galaad, idest, Iabes ciuitas terræ Galaad, quæ pertinebat ad tribum Gad, in qua erãt viri fortissimi, vt dixit Moyses in benedictione sua, Deuter. 33. ca. *Quæcunque fecerunt Philisthini Saul*, idest, quomodo absciderunt caput eius, & suspenderunt cadauera eius, & filiorum suorũ in muro Bethsan. *Surrexerunt omnes viri fortissimi*, scilicet, omnes viri pugnatores, qui erant in vrbe Iabes congregati sunt, & iuerunt in Bethsan ad portandũ inde cadauera Saulis & filiorum suorum. *Et ambulauerunt tota nocte illa*, scilicet, tota nocte, in qua recesserunt de Iabes: iuerunt enim isti viri per noctem ad vrbem Betsan, vt Philisthini nõ cognoscerent: nam si per diem iuissent, Philisthini auferrent cadauera de muro, & nõ possent viri Iabes illa tollere. *Et tulerunt cadauer Saulis, & cadauera filiorum eius de muro Bethsan.* Ibi enim suspensa erant omnia ista quatuor cadauera, quæ suspenderant Philisthini ad gloriam suam & ignominiam Israelitarum: ista ciuitas Bethsan postea vocata est Scitopolis, vt ait Iosephus 6. antiquitatum, & sæpe de hac fit mentio in lib. 1. Machabeorum.

Viri Iabes meruerunt valde, quia sepelierunt corpora Saulis, & filiorum. *Quæstio XVII.*

QVAERET aliquis, an viri Iabes in hoc meruerunt. Respondendum est, quòd magnũ meritum fuit ipsorum. Primò quia sepelierunt mortuos, quod meritorium est, & computatur vt vnum de operibus misericordiæ. Item quia

A Tobias inter omnia opera sua bona specialiter laudatur, quia sepeliebat mortuos, & propter hoc iubebatur auferri tota substantia sua, vt patet Tobiæ. capit. 1. & 2. isti autem sic fecerunt: ergo merebantur. Item quia isti egerunt, vt auferrent opprobriũ gentis suæ: nam Philisthini suspenderunt corpora istorum in muro Bethsan ad ignominiã gentis eorum: isti autem, vt auferrent dedecus Hebræorum sepelierunt illa cadauera: nimis tamen merentur illi, qui pro tota republica aliquid agunt, præcipuè ad tollendum ignominiam eius. Item opus meritorium est, quòd fit secundum virtutem, & quanto aliqua virtus laudabilior est, tanto est opus eius magis meritorium: viri tamen Iabes exposuerunt se hic
B ad mortem, introeundo in terrã Philisthinorum, vt inde auferrent cadauera Saulis, & filiorum suorum, quod est opus fortitudinis: est autem fortitudo de excellẽtissimis virtutibus, ideo isti nimis meruerũt: sic enim est de maxima laude Tobiæ, quia rex tulerat omnem substãtiam eius, & iusserat eum occidi, quia sepeliebat mortuos, vt patet Tobiæ. cap. 1. & tamen post hoc cum sciret quendam esse iugulatum in platea sepeliuit illum, exponens se ad mortem, vt patet Tobiæ capit. 2. Item Deus retributionem fecit viris Iabes pro hoc opere, & etiam viri sancti retribuerunt eis: ergo erat opus meritorium: consequentia patet, quia Deus nunquam retribuit alicui, nisi pro bono opere: antecedens patet sequen-
C ti lib. cap. 2. scilicet. Misit Dauid nuncios ad viros Iabes Galaad, dixitque ad eos: Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam cum Domino vestro Saul, & sepelistis eum, & nunc retribuet quidẽ Dominus vobis misericordiam, & veritatem: sed & ego reddam gratiam, eo quòd fecistis verbum istud. Dicendum igitur, quòd viri Iabes nimis meruerunt, & hoc tripliciter. Primò, quia sepelierunt cadauera mortuorum, quod est opus misericordiæ. Secundò, quia condoluerunt ignominiæ gentis suæ, scilicet, quòd cadauera regis, & filiorum suorum suspensa essent ad opprobrium suum in terra Philisthijm. Tertiò propter opus magnæ fortitudinis, scilicet, quia se exposuerunt ad mortem, introeundo in ter-
D ram hostilem, vt tollerent inde ista cadauera. *Veneruntque Iabes*, idest, redierunt in ciuitatem Iabes, scilicet postꝗ abstulerunt cadauera de muro Bethsan, redierunt in nocte illa in vrbem Iabes, vt ibi facerent exequias debitas regali funeri. *Et cõbusserunt ea ibi*, idest & combusserunt corpora istorum, nec sepelierunt ea integra: sic enim fiebat apud Gentiles, quia comburebantur corpora, & postea cineres relicti ex corporibus ponebantur in tumulis.

An corpora Saulis, & filiorum fuerint combusta, & quare. *Quæst. XVIII.*

QVAERET aliquis, an corpora Saulis, & filio-
E rum suorum combusta fuerint. Aliquis dicet quòd non, quia ista sepulta fuerunt, vt patet 1. Paralipo. cap. 10. scilicet. Tulerunt cadauera Saul, & filiorum suorum, attuleruntque ea in Iabes, & sepelierunt subter quercum, quæ erat in Iabes: ergo nõ combusta fuerant, quia alioquin non maneret qd sepeliretur. Item patet, quia apud Hebræos consuetudo erat, vt cadauera sepelirentur, quanquam apud Gentiles cremarentur, vt patet de Sara vxore Abrahę, Gen. cap. 13. & de Abraham, Gen. cap. 25. & de Isaac, Gen. 35. cap. de Iacob, Lia & Rebecca, Gen. cap. 49. sic etiam erat cõsuetudo tempore Saulis, & Dauid: nam nepotes, & filij quidam Saulis sepulti fuerunt, vt patet sequenti lib. cap. 21. videtur ergo

Prima ratio ex aduerso.

Rõ secunda.

ergo, quòd non fuit combustum cadauer Saulis, aut filiorum suorum, sed fuerunt sepulta. In contrarium videtur, quòd fuerint combusta, quia in litera dicitur, quòd combusserunt ea. Item patet, quia 2. Paralipo. cap. 21. dicitur de rege Ioram: Mortuus est in infirmitate pessima, & non fecit populus secundum morem combustionis exequias, sicut fecerat maioribus eius. Respondendum est, quòd inter Israelitas non erat idem modus, quantum ad cadauera omnium: nam cadauera popularium simpliciter sepeliebantur, & nihil comburebatur de eis, nec fiebant ceremoniæ combustionis aliarum rerũ super illa: in cadaueribus autem regum, secus erat, q̃a ibi fiebant ceremonię combustionis, vt patet in allegata auctoritate 2. Paralipo. capit. 21. patet etiam Iere. capit. 34. vbi dicit Iere. ad Sedechiam regem. Hæc dicit Dominus: Non morieris in gladio, sed in pace morieris, & secundum combustiones patrum tuorum regum priorum, qui fuerunt ante te, sic comburent te. Apparet ergo, quòd in regibus consuetudo erat, quòd fieret combustio. Sed in hoc est dubium, scilicet, an comburerentur ipsa cadauera, vel aliquid super cadauera. Quidã dicunt, ꝙ non comburebantur cadauera, sed aliquid super cadauera, vel super lectum, in quo erant cadauera, sic patet de rege Asa. 2. Paralipo. capit. 16. cum dicitur: Posuerunt eum super lectum suum plenum aromatibus, & vnguentis meretricijs, quæ erant pigmentorum arte confecta, & combusserunt super eum ambitionem nimiam, idest, combusserunt multa aromata, & vnguenta, & non ipsum: & istud tenet Nicolaus. Alij dicunt, quòd cremabantur ipsa cadauera regũ: sic patet Ierem. capit. 34. scilicet. Secundum combustiones patrum tuorum regum priorum, qui fuerũt ante te, sic comburent te: ergo cadauera comburẽda erant, & non solum aliquid super cadauera.

Cadauera popularium sepeliebatur, regum vero cõburebantur.

Respondendum est, quòd sicut inter Hebræos nõ erat idem modus apud reges, & populares: quia pro popularibus nihil cremabatur, nec de cadaueribus, nec de alijs rebus, & in rebus fiebant aliquę combustiones: ita non erat idem modus in omnibus regibus, sed in quibusdam cremabantur solum aromata, & quædam alia super cadauera regum: sic intelligitur qđ dr̃ de rege Asa. 2. Paralip. c. 16. sic etiam intelligitur eod. lib. capit. 21. cùm dicitur de rege Iorã, quòd non fecit ei populus exequias secundum morem combustionis, sicut fecerat maioribus eius. Aliquando autem cremabantur cadauera, scilicet carnes cadauerum, & relinquebantur ossa, vt sepelirẽtur, ossa autem nunquam cremabantur: & sic fuit hic in Saule, & filijs suis, quia carnes eorum crematæ sunt, & ossa fuerunt sepulta, vt patet hic in litera, scilicet. Et combusserunt ea ibi, & tulerunt ossa eorum, & sepelierunt ea ibi: primum refertur ad cadauera, quia dicitur hic: Et tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius de muro Betsan, & combusserunt ea: ossa autem non fuerunt combusta, quia postea translata sunt de Iabes in Gabaa, vt patet sequenti lib. cap. 11. scilicet. Et abijt Dauid, & tulit ossa Saul, & ossa Ionathæ filij eius à viris Iabes Galaad, qui furati fuerant ea de platea Bethsan: nõ enim potest aliquis negare, quòd cadauera fuerint hic combusta, vt patet in litera. Dicit autem Ra. Dauid Kimhi, quòd hoc fiebat, ne carnes putrefierent: manebant autem ossa incombusta, quia illa non poterãt putrefieri. Ad rationem primam in cõtrarium dicendum, quòd non stat, quia quanquam comburerentur cadauera hic, adhuc manebat aliquid sepeliendum: nam poterat hoc fieri dupliciter: scilicet, quòd comburerentur carnes, & ossa; vel solæ carnes:

Ad primã rõnem in prin.

F nes: si primo modo, manebant cineres sepeliẽdi: sic
fiebat apud Gentiles, quorũ cadauera totaliter cre-
mabantur, deinde sepeliebantur cineres: sic orauit
Pyramus, quòd cineres sui, & Thisbes sepelirentur
in sepulchro, vt ait Ouidius, & habetur 4. Metamor.
in principio: si autem cremarentur solæ carnes, ma
nebant ossa sepelienda: & sic factum est in cadaue-
ribus Saulis, & filiorum suorum, vt supra declaratũ
est. Ad secundam rationem dicendum, quòd illa
procedit de popularibus, in quibus non fiebant ali-
quæ ceremoniæ combustionis cadauerum, vel alia-
rũ rerũ: sed integra sepeliebãtur: Saul autẽ erat rex,
ideo in eo, & filijs suis aliter factum est. *Et tulerunt ossa eorum*, scilicet, non cremauerunt ea cum carnibus,
G sed ad sepeliendum seruauerunt. *Et sepelierunt ea ibi*,
scilicet, in vrbe sua Iabes. *In nemore Iabes*. s. inter ali-
quas arbores. Aliter habetur 1. Paralip. c. 10. scilicet
attulerunt ea in Iabes, & sepelierunt subter quercũ,
quę erat in Iabes: dicendum, quòd istud procedit
propter æquiuocationem nominis Hebraici, quia
nomen, quod habetur hic, in Hebræo significat in-
differenter quodcunque lignum, vel significat mul-
titudinem arborum, quod patet, quia Gen. 21. dici-
tur, quòd Abraham plantauit nemus in Bersabee,
& ibi manifeste accipitur pro viridario, vel multitu
dine arborum. Et Deuterono. cap. 21. dicitur: Ma-
ledictus à Deo est, qui pendet in ligno, idest, furca: &
tamen in Hebręo ponitur idem nomen vtrobique,
H & idem ponitur hic: ideo potuit accipi pro multitu
dine arborum: & sic accepit litera nostra hic, cùm
dixit: In nemore Iabes: sicut accipitur Gen. capit.
21. vel potuit accipi pro vnica arbore, vel ligno: si-
cut habetur Deutero. cap. 21. *Et sepelierunt subter quercum, quæ erat in Iabes*, est autem quercus vnica arbor.
Potest autem dici, quòd illa quercus erat in Iabes,
idest, intra vrbem Iabes: vel in Iabes, idest, in territo
rio, scilicet apud vrbem, sic accipitur Iosue capit. 5.
vbi litera nostra dicit, quòd erat Iosue in vrbis Ieri-
cho territorio, vel agro, & litera Hebraica dicit, ꝙ
erat Iosue in Iericho: & tamen manifestum est, ꝙ
tunc non erat intra vrbem, vt patet ibidem: sed ac-
cipitur esse in Iericho, idest in territorio eius. *Et ieiu-*
I *nauerunt septem diebus*, idest, postquam sepelierunt ca-
dauera istorum. Et erat istud ieiunium secundum
morem Hebræorum, scilicet, quòd non comede-
rent tota die aliquid vsque ad solis Occasum, & in
his diebus abstinebant Iudæi ab omnibus delecta-
tionibus.

Quare viri Iabes, mortuo Saule, ieiunauerunt septem diebus. Quęst. XIX.

QVAERET aliquis, quare viri Iabes ieiunaue-
runt septem diebus, mortuo Saule. R̃ndendũ
est secundum quosdam, quòd hoc fecerũt propter
K contaminationem: in quo sciendum, quòd illi, qui
ibant ad exequias alicuius mortui, vel tangebant ca
dauera eius, vel introibant in domum illius, vel tã-
gebant sepulchrũ, aut ossa humana reperta in agro,
erant immundi septem diebus, in quibus non acce-
debant ad communicationem aliorum hominum,
vt patet Nume. capit. 19. viri autem Iabes tulerant
cadauera Saulis, & filiorum eius de vrbe Betsan, &
interfuerant exequijs: ideo omnes erant immundi
per septem dies: & ob hoc dicunt, quòd debebant
illis septem diebus ieiunare. Sed hoc non stat, quia
Nume. capit. 19. vbi ponitur lex de immundicia su-
per mortuo, solum dicitur, quòd immundus lustra
retur aqua lustrationis die tertio, & septimo, & in
die septimo lauaret corpus suum, & vestes, mane-
retque

Ad secundam.

retque immundus vſque ad ſolis Occaſum, & tunc
poſſet intrare in caſtra, & reciperetur ad commu-
nicationem aliorum hominum, & participationē
ſacrorum. Diebus autem ſeptem præcedentibus,
non poterat introire in caſtra, Num. capit. 5. de ieiu-
nio tamen nihil vnquam mādatur. Item patet hoc,
quia quādo mortuus fuit Abner, Dauid iuit ad exe-
quias ſequens feretrum, plangebatque nimis, ſequē
ti lib. cap. 4. ex quo immundus erat ſuper mortuo,
& tamen non ieiunauit, niſi vna die eód. ca. ideo ꝓ-
pter immundiciam contractam ſuper mortuo, nō
ieiunauerunt viri Iabes ſeptem diebus. Aliqui di-
cunt, quòd ieiunauerūt propter planctum Saulis, &
filiorum ſuorū, ſcilicet, quia tenebantur facere hoc
propter reuerentiam regis. Sed non ſtat, quia Dauid
etiam, & viri ſui planxerunt Saulem, & filios ſuos
planctu magno, ſequenti lib. cap. 1. ergo non ieiuna
uerunt, niſi vna die eod. cap. ſi tamen tenerētur, vel
eſſet conſuetudo, quòd ieiunarent diebus ſeptem in
morte regum, ieiunaſſet tot diebus Dauid. Dicen-
dum eſt igitur, quòd viri Iabes fecerunt hoc ad im-
pendendum honorem, & cōpaſſionem funeri Sau-
lis, & hoc ſpecialius egerunt, quàm omnes Iſraelitę:
primò quia expoſuerunt ſe morti, eundo in vrbem
Bethſan pro cadaueribus horum. Secundò, quia af-
flixerunt ſe diebus ſeptem ieiunio propter mortē
Saulis, hoc autem fuit in ſignum gratitudinis: nam
Saul liberauerat viros Iabes à morte, quando Naas
rex Ammon oppugnabat eos, petieruntque ab illo
inducias dierum ſeptem, vt ſi non eſſet, qui libera-
ret eos in diebus illis, traderent ſe regi Ammon, ad
hoc, quòd erueret oculos eorum dextros: Saul autē
ante finem horum dierum triumphauit magnificè
de Ammonitis, & liberauit viros Iabes: ideo in me-
moriam illorum ſeptem dierum, ieiunauerunt ſe-
ptem diebus pro Saule, & filijs ſuis, & non ex præce
pto, nec ex conſuetudine: iſtud tenet Ra. Dauid Ki-
mhi. Fuit autem iſtud opus ſupererogationis: vnde
Dauid nimis laudat viros iſtos. De hoc, ſequenti lib.
cap. 2. & Dauid, quanquam eſſet vir bonus, non ieiu
nauit, niſi die vno: quia etiam ad hoc non teneba-
tur, ſed fecit ad oſtendendam miſericordiam, quam
præſtabat funeri Saulis.

Chronica breuis omnium regnorum mundi, quæ fuerunt à tempore Heli vſque ad obitum Saulis. Quæſt. XX.

CHRONICA temporalium incidentium, ex
fine libri Iudicum, & Ruth omiſſa fuerat, nunc
autem eam denuo repetamus, euentus quoſdā tem
poris huius, & hiſtoriam libri ſub breuitate enarran
tes: tempora enim huius primi libri in Heli ſacer-
dote inchoant, & in morte Saulis finiunt. Fuit autē
Heli ſacerdos de filijs Ithamar, ad quos ſummum ſa
cerdotium non pertinebat: fuit tamen Heli aſſum-
ptus propter probitatem in iudicem Iſrael, cū non-
dum eſſent reges, qui & iudicauit Iſrael quadragin-
ta annis, vt patet ſupra cap. 4. cunque eſſet velut Do
minus totius populi, dicunt ſummum ſacerdotiū
ſibi vſurpaſſe, quod ad domum Phinees filij Eleazar
in æternum pertinebat ex pacto Dei, Num. cap. 25.
ſic ait Vincentius in Speculo hiſtoriali. lib. 3. Sed ma
gis dicendum eſt, quòd iſte erat vir bonus, & ſacer-
dotes de domo Phinees erant tunc viri nequam: vn-
de propter huius bonitatem, & illorū nequitiam,
Deus tranſtulit ſummum ſacerdotium in Heli: ſic
colligitur ſupra cap. 2. & promiſit Deus illi, ꝙ in æ-
ternū eſſent ſacerdotes de domo ſua: cùm dicitur.
Loquens locutus ſum, vt domus tua, & domus pa-
tris tui miniſtraret in conſpectu meo, vſque in ſem

A piternum. Nunc autem dicit Dominus: Abſit hoc
à me: ſed quicunque glorificabit me, glorificabo
eum: & qui contemnunt me, erunt ignobiles. In
quo prænunciatum eſt, quòd propter peccata filio-
rum ſuorum non maneret ſummum ſacerdotiū
in domo ſua in æternum: ſed manſit ſolum per qn-
que viros, ſcilicet in ipſo, & in Phinees filio ſuo, &
in Achitob filio Phinees, & ī Achimelech filio Achi
tob, iſte occiſus eſt à Saule cum octogintaquinque
ſacerdotibus, & ciuitas Nobe cum tota domo He-
li tunc perijt, ſupra capit. 22. euaſit autem Abiathar
filius Achimelech, qui poſtea fuit ſummus ſacerdos
tempore Dauid, vt colligitur ſequenti lib. capit. 8.
& 15. quē poſtea à ſacerdotio amouit Salomon in-
B fra 3. lib. capit. 2. & hoc, vt impleretur maledictio ſu
per domum Heli, eod. cap. poſtea autem nunquam
fuerunt ſacerdotes magni de domo Heli: fuit autē
ipſe primus, qui de domo Ithamar ſacerdotio ſum-
mo functus eſt, & Abiathar vltimus, vt ait Ioſephus
quinto antiquitatum. Aliqui putant iſtū Heli fuiſ-
ſe Eleazarum filium Aaron: & motiuum eorū eſt,
quia Eleazarus fuit pater Phinees, Num. capit. 25.
ita etiam Heli fuit pater Phinees, ſupra cap. 1. & 2.
Sed falſum eſt: quia Eleazarus fuit cōtemporaneus
Ioſue ante tempora iudicum: de cuius morte habe-
tur Ioſue, capit. vltimo: Heli vero fuit penultimus
de iudicibus parum ante Saulem. Vixit autem Heli
annis nonagintaocto, cunque eſſet ſenex, nec poſſet
C miniſtrare in ſummo ſacerdotio, tranſtulit illum in
filium ſuum Phinees: habebat enim duos, ſcilicet
Ophni, & Phinees: qui miniſtrauit viuente patre, vt
ait Ioſephus 5. antiquitatum. Iſti fuerunt viri peſſi-
mi, delinquentes in officio ſacerdotali, & dormien-
tes cum mulieribus, quæ excubabant in oſtio taber
naculi, ſupra cap. 2. quos Heli grandæuus verbis leui-
ter corripuit: ideo Deus iratus miſit ad eum virum
prophetam prænunciantem occaſum domus eius,
eod. capitu. Cępit autem ſub temporibus huius Sa-
muel filius Elcana, leuita de familia Caathitarum,
qui in pueritia ſua miniſtrabat coram Heli, ſupra c.
2. Iſte anno duodecimo non completo, vt ait Ioſe-
phus. 5. antiquitatum. prophetauit de euerſione do-
D mus Heli, ſupra cap. 3. Cunque eſſet Heli annorum
nonagintaocto, Philiſthini inierunt bellum contra
Iſrael: Ductaq; eſt arca in caſtra: percuſſis verò, &
fugatis Iſraelitis, arca à Philiſthinis capta eſt: quo au
dito, Heli corruens de ſella ſua, fractis ceruicibus,
expirauit, ſupra capitulo quarto, in quo finitus eſt
annus quadrageſimus primus, quo ipſe iudicauit
Iſrael. Mortuo itaque Heli, Samuel propter vitæ
probitatem, & excellentiā prophetiæ, a toto Iſrael
in iudicem acceptus eſt, qui tanquam rex erat. In
principio autem temporis huius fuit arca in terra
Philiſthinorum menſibus ſeptem, percutiens Phi-
liſthinos plaga magna: quam poſtea cum muneri-
bus retulerunt, ſupra capitulo quinto, & ſexto. Iu-
E dicauit autem Samuel Iſrael annis viginti, in qui-
bus conſuetus erat quolibet anno diſcurrere per
terram Iſrael, iudicabatque Iſrael in tribus locis, ſci-
licet, Galgala, Bethel, & Maſphat: deinde reuerteba-
tur in Ramatha vrbem ſuam, quouſque ſequenti
anno inciperet circundare totum Iſrael: & ſic facie
bat per ſingulos annos, ſupra capitulo ſeptimo. Hu
ius tempore Iſraelitæ coluerunt Dominum, nam
ipſe reduxit eos de cultu Baalim, & Aſtaroth, ad cul
tum Dei. Accidit autem tunc Philiſthinos inire bel
lum contra Iſrael, congregatis Iſraelitis in Maſphat
ad ſacrificium, orauit Samuel pro Iſrael Dominū,
qui intonuit fragore magno de cęlo ſuper Philiſthi
nos, fugatique ſunt à facie Iſrael, & reddiderunt
vrbes

Cōtra aliquos credētes Heli fuiſſe Eleazarū filium Aaron.

Samuel electus iudex.

vrbes, quas abstulerant Israelitis, supra cap. 7. Hoc tempore manebat tēplum Domini in vrbe Nobe, quia post mortem Heli translatum fuerat de Silo in Nobe: mansitque ibi toto tempore Samuelis & regni Saulis ferè, vsquequo Saul occidit sacerdotes, & deleuit vrbem Nobe, supra capitu. 22. tunc enim translatum est tabernaculum in Gabaon: fuitque in Nobe quasi per quadraginta annos. Hoc tempore arca Domini non erat in sanctuario, sicut fuerat à principio, intra sancta sanctorum, quia ex quo capta est à Philisthinis tempore Heli, nunquam redijt ad tabernaculum vsque ad annum vndecimum regni Salomonis: quando ædificato templo, duxit eā de domo Dauid in templum, vt patet 2. Paralipo. c. 1. & fuit istud tempus annorum quasi nonagintaduorum, quod patet, quia à morte Heli, vsque ad regnum Dauid computantur anni quadraginta, quos attribuit scriptura regno Saulis, vt patet Act. capit. 13. deinde Dauid regnauit annis quadraginta, infra 3. lib. capitulo 2. Salomon autem anno quarto regni sui cępit templum ędificare, quod septem annis finitum est. De hoc 3. Regum capitulo sexto, vsque ad nonū, quibus coniunctis, colliguntur anni quasi nonagintaduo, quibus mansit arca extra sanctuarium: mansit autem toto tempore Samuelis, & Saulis in Cariathiarim, in domo Abinadab supra cap. 7. postea autem Dauid anno septimo, regni sui, quādo factus est simul rex super Israel, & Iudam, duxit arcam de Cariathiarim in Ierusalem: quæ māsit tribus mensibus in domo Obededom: deinde translata est in domum Dauid, sequenti lib. cap. 6. & 1. Paralipo capit. 16. Fuit autem tempus, quo mansit arca in Cariathiarim, quasi quadraginta septem annorū. s. toto tēpore Samuelis, & Saulis, quod est annorum quadraginta & septem annis, vel quasi octo de regno Dauid: nam transtulit arcam Dauid de Cariathiarim in Ierusalem, quando cępit regnare sup totum Israel, vt patet sequenti lib. capit. 7. ante hoc autem regnauerat annis septem, & mensibus septē super Iudam sequenti lib. cap. 2. tempus autem, quo mansit arca in Ierusalem in domo Dauid extra sanctuarium, fuit annorum quasi 35 quod patet subtrahendo 47. præcedentes de 92. manebat anni 35.

Dauid regnauit annis 40. Salomon 4. anno sui regni cœpit ædificare templum.

Senescente autem Samuele, cum non posset conuenienter discurrere per totum Israel, sicut consueuerat, instituit duos filios suos iudices Israel, qui iudicabant populum in Bersabea. Isti autem declinauerunt post auariciam, ideo modico tempore iudicauerunt. Venerunt autem Israelitæ ad Samuelem petentes regem, sicut cæteræ gentes, vt patet supra cap. 8. Hic finiti sunt viginti anni, in quibus iudicauit Samuel Israel: ipse. n. fuit vltimus iudex Israel, vt patet supra capit. 12. Disposuerat autem Deus dare Israelitis reges. Quadam verò die, veniente Saule ad Samuelem, inquisituro pro asinabus, quę perierant de grege patris, vnxit eum Samuel in regem in secreto: postea autem publicè, per sortes electo rege in Masphat à toto populo, sorte inuētus est Saul supra capit. 10 Qui in principio regni sui, cùm nondum plenè obedirent ei Israelitæ, victoriam magnificam habuit de Ammonitis pugnantibus contra Iabes Galaad: ꝑpter quod renouata est vnctio eius, & concorditer totus populus vnxit eum in Galgala supra capitulo vndecimo. Regnauit autem annis 20. 18. quidem viuente Samuele, & duobus mortuo illo: quanquam scriptura computat annos quadraginta regni Saulis Act. capitulo decimotertio, quod fit: quia viginti anni, in quibus iudicauit Samuel, computantur cum annis Saulis, & fiunt quadraginta, Saul autem nouiter regnans, elegit sibi

F de Israel tria millia virorum: quorum duo millia erant cum eo in Machmas, & in Bethel: mille autē cū Ionatha in Gabaa, supra capitulo decimotertio. Eo tempore Philisthini dominabantur Israelitis, eratque magna turba eorum in terra Israel, quæ vocabatur statio Philisthinorum, & ista erat in Gabaa: Cogebat autem ista statio Philisthinorum Israelitas ad seruandum leges Philisthinorum, scilicet vt soluerent eis tributa certis temporibus, & vt non possent habere Israelitæ fabros ferrarios ad fabricandum arma, ne possent se erigere contra Philisthinos hanc stationem Philisthinorum percussit Ionathas, & tunc Israelitæ cęperunt rebellare Philisthinis supra capitulo decimotertio. Congregata est autem

G innumerabilis multitudo Philisthinorum curruū, equitum, & peditum, vt delerent Israelitas, qui se absconderunt à facie eorum in cauernis terræ: tunc Ionathas, cùm esset quadam die cum patre suo, & haberet solum sexcentos viros, ascendit ad castra Philisthinorum cum solo armigero suo, percussitq; castra, supra capitulo decimoquarto. Post hoc autē Saul magnifica bella egit contra gentes multas, scilicet Moab, Ammon, & Edom, & reges Saba, & Philisthæos, & quocunque se verteret, superabat. Eo tēpore misit Deus Saulem ad pugnandū cōtra Amalec, cuius præceptis plenè non obediens, à Deo damnatus est, prænunciato sibi, quòd auferretur sibi regnum Israel de manu sua, supra capit. 15. Tunc vn-

H ctus fuit Dauid in regem secretè, & spiritus Domini recedens à Saule, transiuit ad Dauid, inuasitque Dæmon Saulem, qui torquebat eum frequenter: ad cuius releuationem Dauid vocatus est, vt citharizaret coram Saule, supra capitulo decimosexto. Post hoc aliquanto tempore, accidit bellum Philisthinorum contra Israelem, in quo Dauid occidit Goliath, supra capitulo decimoseptimo. Tunc Saul constituit Dauid principem virorum belli, & Ionathas iniuit fœdus cum illo, supra capit. 18. Eo tempore cùm ferret Dauid corā Saule caput Goliath in Ierusalem, cantauerunt mulieres, dicentes: Percussit Saul mille, &c. & tunc cępit Dauid odiosus esse Sauli, conatusq; est Saul semel eum lancea con-

I fodere, sed post ad velandam nequitiam suam, & vt posset facilius occidere Dauid, dedit ei Michol filiam suam in vxorem, supra capit. 18. Ex eo tempore cœpit Saul persequi Dauid prius occultè, deinde manifestè: quousque exclusit eum de terra Israel in terram Philisthinorum, vt patet supra eod. capit. 18. vsque ad 27. Fuit autem exitus Dauid de terra Israel, quatuor mensibus ante mortem Saulis: nam quatuor mensibus solum mansit Dauid in terram Philisthinorum, supra capit. 27. & tamen ibi manebat, quando mortuus est Saul, vt patet sequenti lib. capitulo primo. Dum autem fiebat persecutio Dauid, accidit mori Samuelem annis duobus ante mortem Saulis, de quo supra capit. 25. Postea autē congregatis Philisthinis in bellum contra Israel, & consulta Pythonissa, mortuus est Saul, & tres filij

K sui in eodem bello: fuit autem totum regnum Saulis annorum viginti, à quo inceperunt reges Israel: à Samuele autem cœperunt tempora prophetarū nominatorum in scriptura.

De historia temporum. Tempora prophetarum, quando inceperunt. Quæst. XXI.

SCIENDVM autem, quòd annus primus, quo cępit iudicare Heli Israel fuit annus 356. ab exitu de Aegypto: quod patet, demendo quadraginta annos temporis sui, & quadraginta annos regni Saulis, &

lis, & iudicaturæ Samuelis, & quadraginta annos regni Dauid: & quatuor annos regni Salomonis, qui fluxerunt de regno suo, quando cœpit ædificare templum, de annis 480. qui fluxerant ab exitu de Aegypto vsque ad principium ædificationis templi, vt patet infra tertio lib. capitulo sexto, manebunt anni 356. Erant autem tūc de ætate tertia anni 866 ab exordio quoque seculi, vsque tunc fluxerant anni duo millia 809. Cùm autem cępit regnare Saul erat annus 416. ab exitu de Aegypto, & de ætate tertia erat annus 926. ab exordio seculi fluxerant anni duo millia 869. hoc patet addendo 60. annos, qui fuerunt inter principium iudicaturæ Heli, & regni Saulis, quorum quadraginta pertinent ad Heli, & viginti ad Samuelem. Tempore autem Heli filij Hectoris recuperauerunt Troiam, expulsis inde nepotibus Anthenoris. Tempore autem Saulis accidit quoddam bellum magnum, inter Israelitas, & Agarenos: nam filij Gad pugnauerunt contra Agarenos, siue Arabes, & præualuerunt cōtra eos, occupaueruntque magnam partem terræ eorum, & pecora, vt patet 1. Paralipo. capitu. 5. Anno 15. regni Saulis, qui erat annus ab exitu de Aegypto. 431. & de ætate tertia, erat annus 941. & ab exordio seculi fluxerant anni duo millia 884. Cęperunt duo regna magna in terris, scilicet regnum Corinthiorum, & Lacedæmoniorum. Tūc autem apud Athenienses regnabat rex 17. nomine Codrus: de hoc Eusebius in chronicis, & Vincentius. 3. lib. Speculi historialis. De Codro rege dicit Valerius lib. quinto tit. 4. de pietate erga parentes, & patriam Codrus rex Atheniensis, cùm ingenti hostium exercitu Attica regio debilitata, ferro, & igni vastaretur, diffidentia humani auxilij ad Apollinis Delphici oraculum confugit: & per legatos sciscitatus est, quo nā modo tam graue illud bellum discuti posset. Respōdit Deus, ita finem ei fore, si ipse hostili manu occubuisset, quod quidem non solum in totis Atheniēsium castris, sed etiam contrarijs percrebuit, eoque factum est, vt ediceretur, ne quis Codri corpus vulneraret: ideo postquā cognouit, depositis insignijs Imperij, familiarem cultum induit, ac pabulantiū hostium globo sese obiecit, vnumque ex his falce percussum in cędem suam compulit: cuius interitu ne Athenæ occiderent, effectum est, de hoc meminit Virgilius in 6. Aeneidos, dicens: & iurgia Codri. Hoc tēpore, vt quibusdam placet, Homerus poeta excellentissimus gręcorum poetarum fuit, sed alij aliter sentiūt. Hoc tempore regnabat apud Italiam quartus rex Albanorum, nondum constituta vrbe Roma, & iste erat Syluius Aeneas filius Posthumi: nam primus horum regum, à quo Romanorum origo cępit, fuit Aeneas, de bello Troiano fugiens. Secundus rex fuit Ascanius filius Aeneę, & Creusæ, qui regnauit in Albania, ipse: enim vrbem illam condidit, vt ferunt. Tertius rex fuit Posthumus Aeneę, scilicet quidam filius eius, qui natus est mortuo Aenea, & hic Posthumus vocabatur. Isti tres regnauerant in Italia, antequam Saul regnaret in Israel. Quartus rex Italorum, qui Latini dicti sunt, fuit Syluius Aeneas filius Posthumi: & iste regnare cępit regnante Saule, de hoc dicitur in Historia scholastica: In diebus illis apud Latinos quartus regnauit Siluius Aeneas, filius Posthumi. Alia tamen historia quartum ponit Syluium Latinum vterinum fratrem Posthumi, & quintum Syluium filium Aeneę. His temporibus Homerum fuisse, quidam dicunt, de quo magna dissonantia est apud veteres. Crites ponit eum ante descensum Hera-

A clidarum in Peloponensium vrbem: Eristenes centesimo anno à captiuitate Troiæ: Aristaleus, & Philodorus, tempore emigrationis Ionicæ: Apolodorus Atheniensis, anno 344. post destructam Troiam. Alij autem tempore modico, antequam Olympiades inciperent. Alij autem ponunt Homerum ante tempora ista. Alij autem multo post, scilicet, sub Iosaphat rege Iudæ. Iste enim duos libros excellentissimos totius operis suis edidit, scilicet Iliadem, in qua de bello Troiano agitur, & Odisseam, quæ de laudibus, & gestis Vlyssis conscripta est: de hoc ait Valerius libro nono, capitulo de mortibus nō vulgaribus. Homerus cùm in quadam insula quæstionem sibi à piscatoribus propositam soluere non valeret præ amaritudine cordis

B mortuus est. Anno decimoquinto regni Saulis, de quo supra dicebatur, cępit regnare apud Lacedæmonios, qui sunt in Græcia, & vocantur nūc Constantinopolitani, rex primus nomine Euristeus, & regnauit annis quadragintaduo. Post hunc verò regnauit Aegis, anno vno. Post quem tertius regnauit Scretatus annis trigintaquinque. Quartus Labotes annis trigintaseptem. Quintus Doustus, annis vigintinouem. Sextus Agessilaus, annis quadragintaduo. Septimus Archelaus, annis sexaginta. Octaus Theletus, annis quadraginta. Nonus Chalamones, & in hoc reges Lacedæmoniorum defecerunt, scilicet anno Azariæ regis quadra-

Constantinopolitani quondam Lacedęmonij.

C gesimosecūdo, qui & Ozias dictus est. Deinde transiuit genus Lacedęmoniorū ad alterū genus principatus. Anno prædicto decimoquinto. Saulis, cępit regnum Corinthiorum: quorum primus rex fuit Asetes, regnans annis 35. Secundus fuit Chiron regnans annis 37. Tertius Agelas, regnans annis triginta septem. Quartus Plinius, regnans annis 35. Quintus Battis, regnans annis 35. à quo reges Batti cognominati sunt, Sextus Agelas, regnans annis triginta. Septimus Endimius, regnans annis vigintiquinque. Octauus Aristomedes, regnans annis triginta septem. Nonus Agemon, regnans annis sexdecim. Decimus Alexander, regnans annis vigintiquinque. Vndecimus Thalestes, annis

Reges Corinthiorū.

D duodecim, regnans: tunc Corinthiorum reges defecerunt, versaque est terra ad alterum genus principatus: & hoc fuit anno Azariæ regis Iudæ. 42. & sic regnum Corinthiorum, & Lacedæmoniorum totaliter æqualia fuerunt, quia ambo ceperunt anno quintodecimo regni Saulis, & ambo finita sunt anno 42. regis Oziæ: Et fuit duratio istorum regnorum, quasi 290. annis: quod patet computando tēpora regum, vt scriptum est. De his Eusebius Cęsariensis in chronicis. Anno, quo mortuus est Saul finita est tertia ętas seculi, habens annos. 840. & cępit ætas quarta in Dauid: de hoc Vincentius tertio libro speculi historialis. Eodem anno regnabat apud Lacedæmonios primus rex Euristeus, & apud Co-

E rinthios primus rex Aletes: Anno autem quinto regni vtriusque mortuus est Saul: quod patet, quia isti duo reges cæperunt regnare anno quintodecimo regni Saulis, vt dictum est: Saul autem solum viginti annis regnauit, vt ait Iosephus sexto antiquitatum.

GESTA temporum sub Heli, Samuele, Saule, & calamitates, atque prosperitates sibi vicissim succedentes populi Iudaici, hic primus liber nobis descripsit

psit: in cuius expositione literali tantum, vsque nunc pro viribus insudauimus: Siquid autem ex ignorantia, quæ nobis connata est, aut ex multiloquio. *In quo iuxta Salomonem rarò peccatum deest*, deliquimus, habet benignus lector, quid misericorditer F ignoscat, & charitatiuè corrigat. Æmulatoribus verò singulis opusculis meis, ad Lacerandum, caninoque more, & iracundo corrodendum, viam omni modo præclusam esse volo.

Hieronymus Polus excudebat.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. & A a.

Omnes sunt Quaterniones præter A a, quæ sunt Quinterniones.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm